17.a.3.
4.
A
15
152

N°
Museo de Bodleian

N°
Mercure de Bobioa

17. a. 3.
4.

A
15
152

12-5715

MESVAE GRAECORVM, AC ARABVM CLARISSIMI MEDICI Opera quæ extant omnia.

Ex duplici translatione : altera quidem antiqua, altera uerò noua Iacobi Syluij.

Item Authores omnes, qui cum Mesue imprimi consueuerunt: quorum nomina, ac Librorum titulos sequens pagina indicat.

Accesserunt his Annotationes in eundem Mesuen Ioannis Manardi, & Iacobi Syluij.

Adiectæ sunt etiam nunc recens ANDREAE MARINI Annotationes in simplicia cum imaginibus desideratis.

Scholion item eiusdem in olea quædam

Quæ omnia maxima diligentia ab eodem Marino è vetustissimis exemplaribus sunt castigata.

CVM PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA PADOVA

VENETIIS, Apud Vincentium Valgrisium.
M. D. LXII.

INDEX OPERVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

MESVE de Conſolatione & Electione Simplicium medicinarum, ſeu Canones vniuerſales, cum duabus traductionibus, Antiqua, & Syluij. folio. 1.
Expoſitio Mundini de Lentiis ſuper antedicto operæ. folio. 1
MESVE de Simplicibus medicinis ſolutiuis, cum duplici traductione Antiqua & Syluij. 46
Annotationes Ioannis Manardi ſuper eiſdem 47
Annotationes Iacobi Syluij ſuper eiſdem. 46
Annotationes Andreæ Marini in ſimplicia cum eorundem imaginibus. 47
MESVE de medicinis compoſitis ſeu Antidotarium cum duplici tranſlatione Antiqua & Syluij. 91
Expoſitio Chriſtophori de Honeſtis Florentini in antedictum opus 91
Annotationes Ioannis Manardi ſuper eiſdem 94
Annotationes Iacobi Syluij ſuper eiſdem. 91
Iacobi Syluij expoſitio obſcuriorem nominum qui ſunt in Antidotario Meſue 180
Andreæ Marini, ſcholion in olea quædam. 173
Eiuſdem Chriſtophori Opuſculũ de Sacellis Epythematibus & Clyſteribus. 184
Eiuſdem Opuſculum de Aqua hordei & Ptiſana facienda. 183
Compoſitiones aliquot ex Gal. primo & quinto catãgeni quæ nunc ſunt in vſu. 183
MESVE de Aegrit. partic. à capite uſq; ad pulmonem. numeri ſecundi. folio. 184
Petri Aponi Conciliatoris ſupplementum a membris nutritionis ad cor 219
Franciſci Pedemontani ſuplementum fermè omnium quæ Meſue propoſuerat. 229
Nicolai Præpoſiti Antidotarium paruum. 366.
Platearii expoſitio in eundem 366
Ioannis de Sancto Amando expoſitio & dubitationes 397
Gentilis Fulginatis de Complexione, Proportione & Doſi medicinarum. 436
De Subſtitutis medicinis ex Antiquis Auctoribus, id eſt quid pro quo 439
Expoſitio quorundam nominum ad medicinam pertinentium 439
De proportione medicinarum liber. XXIII. Albucaſis. 443
Inſtructio Aromatariorum Saladini Aeſculani. 454
De virtutibus ſimplicium medicinarum Abenguefit 467
Apuleius de Ponderibus & Menſuris 470
De notis ponderum & menſurarum incerti Auctoris 421
Alchindus de inueſtigandis Compoſitarum Medicinarum Gradibus. 471

Index etiam præpoſitus eſt ſingulorum remediorũ ſingulis morbis conferentium.

ILLVSTRI ET REVERENDISS. HIERONYMO TRIVISANO, VERONENSIVM EPISCOPO ET COMITI

Andreas Marinus Medicus. S. P. D.

HOMINVM, qui ad immortalem gloriam nitantur, non vnum genus eſſe uideo, Hieronyme Triuiſane Pontifex ampliſs. & integerrime, alij enim laboribus ac uigiliis ſuis mortalium generi prodeſſe pro virili parte contẽdunt. quidam verò illorũ induſtriã opibus, & gratia ſubleuare non deſiſtunt, neutri ſua laude (mea quidẽ ſententia) fraudandi. at hi maioribus etiam honorum præmiis efferendi, per quos cæteri humanum genus adiuuare dum ſtudent, alacriter etiam, quod ſtudent aſſequuntur. Deum enim ipſum quodammodo imitari videntur: à quo quicquid oritur, cauſam habeat neceſſe eſt: ſine quo res ipſæ neq; initium omnino capiunt, neq; incremento augentur. non ſecus in humanis quoq; rebus, ſi deſint, qui rectos ſolertium uirorum adiuuent conatus, iacebunt in tenebris literarum, ac liberalium artium ſtudia, quibus ſolis ab immanibus, ac barbaris nationibus hoc tempore differimus. Mihi igitur ſæpiſsimè de tuis plurimis maximiſq; virtutibus cogitãti, Pontifex præſtantiss. illud in mentem ſolet uenire, te hac ætate vnum eſſe, cuius cum præclara in omni ſcientiarum genere ſtudia permultorum ſaluti ſeruiant, tum verò opes omnes, quas diuina proximè liberalitas, ac prouidentia tibi eſt elargita, ad pietatem, & bonas diſciplinas prouehendas impenduntur, ſic, ut laudes hæ, ſi cui unquam meritò, tibi certè nunc meritiſsimò congruere poſſe videantur. cum enim perpaucis hominibus à natura tributum ſit, vt vel ingenij magnis, & diuinis bonis excellant, vel fortunæ muneribus ſint maxime illuſtres; quam pauciſsimis verò, qui vtriſq; fulti, quaſi in terris dij, inter alios mortales emineant: hiſce tu propterea nominibus ita es, meo quidem iudicio feliciſsimus, ut in clariſsimorum uirorum numero te reponendum iuſtiſsimè cenſeam. quid enim poſt homines natos in ſummis, & ampliſsimis viris fuiſſe vel legimus, vel audiuimus, quod non in te cum præſens ætas ſuſpiciat, tùm futura multò etiam magis ſit omnibus ſæculis admiratura? nam quod ad genus ipſum attinet, iis maioribus ortus es, qui virtutum ſuarum ſplendorem, quaſi radios quoſdam, in te reiiciunt. addo parentem, fratres, propinquos, affines tuos omnes, è clariſsimorum Principum uirorum ſanguine ortum habentes, ac meritis in remp. ſuis maximè inſignes. ſed ommiſsis his, accedo ad ea, quæ tua propriè ſunt, trium linguarum, Hebrææ, Græcæ, & Latinæ accuratam cognitionem cum Theologiæ, Philoſophiæ, aliarumq; artium ſtudiis mirificè coniunctam: religionis præcipuum amorem, ac ſtudium incredibile, cui ab adoleſcentia ſpretis voluptatũ illecebris, ampliſsimisq; honoribus neglectis, quos in tua Rep. (virtute duce) ſperare poteras; te totum addixiſti. in qua ita pietatem coluiſti hactenus, vt in tanta (quæ nunc eſt) hominum vel perfidia, vel inuidia, nullius tibi turpitudinis nota per tot annos inuri potuerit. quo etiam factum eſt, vt hac tam celebri nominis tui fama impulſus Pius quartus Pontifex Max. ex vniuerſo clariſsimorum virorum numero, Veronæ Pontificatum

ambientium, te cæteris,& ſi natu minimum, cui ſacerdotium illud deferret, prætulerit, atque ex intimis illis religionis penetralibus,in quæ, ut Deo commodius ab omnibus liber perturbationibus,& tibi ipſe uiueres,de induſtria te conieceras, eductum in hominum conſpectu, quaſi inuitum,ac reluctantem, ſuis propè manibus collocarit. videbat enim ſapientiſsimus,ac ſanctiſsimus Pontifex indignum eſſe, ac nefas diuinam iſtam virtutem in reconditis locis abditam diutius deliteſcere, ac non potius in apertum exprom ptam communi hominum beneficio inſeruire.nec abfuit Dei quoque optimi maximi iudicium,ac uoluntas,qui te ex grauiſsima illa,ac propè deplorata ualetudine ereptum, nobis propterea conſeruauit, ut onus iſtud haud ita multò poſt humeris tuis imponeretur, ac Veronenſium eſſes animorum & cuſtos,& paſtor,olim maiori etiam(ut ego auguror) dignitate ornandus.Hæc igitur tam egregia,tamq; præclara tibi diuinitus collata munera,quæ mecum identidem(vt debeo)animo reuoluo, in primis effecerunt, vt ego, qui tuam liberalitatem,ac beneficientiam quottidie experior, in tuo nunc potiſsimum nomine Meſuen emitterem,auctorem inter eos,qui de re medica ſcripſerunt,minime cõtemnendum,à plurimis mendis,cum diligentia noſtra,tùm verò potiſsimum peruetuſti codici, cuius tu nobis aliquando Tridenti copiam feciſti, ope repurgatum,noſtrisq; inſuper auctum annotationibus, & imaginibus commodè illuſtratum, quem nos laborem Vincentij Valgriſij, viri optimi,ac Typographi diligẽtiſsimi precibus adducti libenter ſuſcepimus.Cui enim has meas qualeſcunq; ſunt,vigilias aptius dicarem,quàm tibi, qui & ſtudia mea,quacunq; potes ratione,liberaliſsimè foues, & eum mihi librum tradidiſti, ſiquo vix a calumniis, quas tot annos ob errores librariorum incuria illapſos, ſcriptor hic ſuſtinuit, vendicari poterat? Profectò ſi ad eum ordinẽ, quem ille in ſcribendo ſeruauit,oculos conuertimus,nihil breuius, nihil dilucidius excogitari poteſt. purgantium enim ſimplicium medicamentorum vim,eorundemq; componendorum rationem miro quodam,ac præclaro docuit compendio,cæterosq;, qui ante ipſum eadem de re ſcripſerunt,facilè vicit omnes.in quo tamen ſi quid uel obſcurum,vel falſum eſſe videatur, & ſi quampauciſsima ſunt,aſcribendum eſt ætati illi potius, & interpretibus, quàm tanto auctori,qui diligentiam in ſcribendo adhibuit incredibilem. neq; verò iis vllo modo aſſentior,qui Græcos dumtaxat ſcriptores eiuſmodi ſcientiæ laude dignos eſſe opinantur; quandoquidem externos etiam homines, atq; in primis Arabes, qui permulta huic arti vtilia inuenerunt,legendos,ac peruolutandos diligenter eſſe cenſeo. Paruum omninò munus affero tibi, Pontifex optime,neq; cum tuis immortalibus in me beneficiis conferendum.at ſi pro tua ſingulari humanitate animum cum re ipſa meum ſpectaueris, ampliſsimum profectò dices.quòd ſi olim his aliquanto maiora,aut præſtantiora à meis laboribus,ac vigiliis ſperari poſſunt,ea quoque,& multò quidem alacrius,ac libentius tuo nomini conſecrabuntur,quæ meam in te ſummam obſeruãtiam,tuaq;, in me merita, quæ ſemper in ore memoriaq; habeo,apud ipſam fortaſſe poſteritatem declarabunt. Vale fortunarum mearum præſidium,ociiq; ſpes maxima. Venetiis. M. D. LXI. Menſe Iunio.

AD LECTOREM.

HAbes,amice Lector, opera Meſues, quæ extant omnia: itemq; libros omnes, qui cum his imprimi ſolebant. hæc uerò ſingula ab excellentiſsimo, & doctiſsimo Medico, ac Philoſopho Andrea Marino emendatiora, quàm antea fuerint, accipies, qui præter eruditiſsimas in ſimplicia medicamenta adnotationes, figurasq; deſcriptas, quæ rei medicæ ſtudioſis maximo erunt adiumento, has adiunxit caſtigationes, quæ quidem à peritis optabantur. huius inditium tibi uelim ſit præ cæteris innumerabilibus, quæ declarare poſſem, (nam ommitto uerba corrupta:ut loco Opij Crocum, Sileris montani Simile, cum de Virtutibus extrahuntur pro Ventribus,abſinthij ſicci pro ſucco abſinthij, oleum pro tritico, & id generis alia, quæ in medicina plurimi facio)locus in lib. de curatione cordis affecti cap. ſec. De medicinis ſimplicibus & compoſitis ad omnes paſſiones cordis ſpectantes: qui habet in nonnullis impreſſionibus trochiſcos è camphora à Raſi ad Almanſorem deſcriptos his uerbis., & ſimplicibus diminutos.i. Pondere aurei unius ex eis ſumatur: camphoræ trium granorum hordei pondus. uerba quoq; deſunt alia in hoc cap. non minus,ut in uetuſtis codicibus legitur, adiungenda, quàm in aliis caſtiganda: quæ tu ipſe uidere poteris, ne, aliena errata numerando, offendere uidear magis, quàm monere. Tamen hæc pauca ſcribenda mihi uiſum eſt: ut cognoſcas me nec operi, nec ſumptui ulla in re deeſſe.quapropter id tibi polliceri poſſum, & debeo Virum hunc re medica peritiſſimum è tenebris in lucem tranſtuliſſe hos libros, quos aliis præferendos iudicabis. Vale.

MESVAE CAPITVM,

EORVM QVAE IN CANONE VNIVERSALI TRADVNTVR,

INDEX

EX ANTIQVA ET NOVA TRANSLATIONE.

DE electione medicinarum per earũ naturã. folio. 2. col. 3. G
De electione medicinarum per earũ potentiam 11.2.D
De rectificatione medicinarum 17.4.G
De proportione medicinarum sibi inuicem iniungendarum 24.1.B
De coctione medicinarum 25.1.D
De lotione medicinarum 26.2.B
De infusione medicinarum 26.4.F
De triturationc medicinarum 27.2.A
De medicina si mouet, & non euacuat. 28.3.E
De medicina quæ indebite euacuat, & laborioſe 30.4.E
De medicina, quæ ultra quam oportet euacuat. 31.3.F
De febre purgationẽ ſuccedẽte. 37.1.A
De dolore capitis poſt eũonem 38.1.B
De uertigine poſt purgationẽ 38.2.C
De debilitate uiſus poſt purgationem 39.3.H
De debilitate ſtomachi poſt purgationem 40.2.B
De ſiti purgationem ſequente 40.4.G
De ſingultu poſt purgationem 41.4.G
De dolore ſtõi poſt purgationẽ 42.2.B
De excoriatione uiſcerum a purgatione facta 42.3.G
De egeſtione ſanguinis euacuationem ſequente 43.1.A
De teneſmo ex purgatione remanente 43.1.D
De laſſitudine, & debilitate corporis poſt purgationem 43.2.B
De ſpaſmo purgationẽ ſequẽte. 43.4.G

SIMPLICIVM MEdicinarum Index ex antiqua & noua Meſuæ tranſlatione.

Abſinthium 56.2.B
Agaricus 68.1.D
Aloe 46.1.D
Ariſtolochia 87.2.B
Artanita 86.4.G
Aqua lactis 54 1.A
Aſſarum 63.1.B
Albemeſuch 88.1.D
Albrahin 88.4.G
Alfeſcera 85.3.H
Alfebram 83.2.D
BAVRACH 68.4.G
Bel lirici 50.1.B
Ben 75.2.C
CAPILLVS veneris 62.3.G
Carthamus 74.4.E
Caſsiafiſtula 51.4.H
Centaurea 73.2.C
Colocynthis 68.3.H
Cucumer aſininus 72.3.F
EMBLICI 49.4.G
Epithymus 59.2.C
Eupatorium 58.4.E
Euphorbium 80.2.C
FVMVS terræ. 58.1.D
HERMODACTILI. 70.4.H
Helleborus 86.4.E
Hyſſopus hortenſis 60.1.C
Hyſſopus montana 60.3.H
IRIS 71.4.E
Ius gallorum 63.4.F
LAPIS armenus 76.1.B
Lapis ſtellatus 75.3.E. Luf 84.2.D
MANNA 53.1.D
Mezereon 82.1.C
Myrobalani citrini nigri & indi 48.1.C
OPOPANAX 81.1.B
POLYPODIVM 71.1.A
Pruna 61.1.D
Pſyllium 61.4.E
RHABARBARVM. 50.1.C
Roſa 54.2.E
SAGAPENVM 79.4.E
Sal 78.1.A
Sarcocolla 79.1.D
Scammonea 65.1.A
Scilla 60.2.A
Senna 77.1.D
Stœchas 57.2.C
TAMARINDI 52.3.G
Thymus 60.1.D
Turbith 67.1.C
VIOLAE 55.4.E
Volubilis 64.2.A

ANTIDOTA A MEſue ex tranſlatione ueteri & Nicolao tradita.

Acetum ſcilliticũ 139.4.E
Acorus conditus 120.1.A
Alcanzi 107.2.B.C
Alxyracoſtum 112.3.G.4.E
Aqua cicerum 34.2.A
Aqua fructuum 142.2.C
Aqua hordei 1§2. 34.1.A
Aqua mellis 130.3.E
Aromaticum Caryophyllatũ 100.4.F
Aromaticum Muſcatum 100.3.H
Aromaticum Nardinum 101.1.A.B
Aromaticum Roſatum 100.1.C
Aromaticum Roſatum minus 100.3.G
Aromaticum Roſatum deſcriptione Gabrielis 100.2.B
Athanaſia Magna 109.2.B.3.E

NICOLAI.

Acariſtum 371.2.A
Adrianum 370.4.E
Antidotum Hæmagogum 372.3.H
Antimoron 372.3.E
Athanaſia 371.3.G
Aurea Alexandrina 366.3.E
BAVCIAE conditæ 119.4.F.G

NICOLAI.

Benedicta 373.3.G
Blanca 373.1.B
CAPVTPVRGIA uſitata 171.3.G
Cærinę Cteſiphontis 17.4.F
Cærotum Alexandrinum 163.1.A
Cærotum Aliud eiuſdem 163.1.C
Cærotum Andromachi 163.2.C
Cærotum Diapente 162.4.G
Cærotum Galeni 161.1.B
Cærotum Galeni ſtomachum confortans 162.4.E
Cærotum Hyſſopi deſc. Phil. 158.1.D
Cærotum Hyſſopi deſ. Pauli 158.2.B
Cærotum Hyſſopi deſ. Gal. 157.4.G
Cærotum Hyſſopi Diateſſa. 162.3.F
Cærotum Sandalinum 160.4.F
Clyſteriorũ quorũdã ordinatio 171.4.g
Chebuli Conditi 118.1.C
Citonia Condita 118.3.F.4.E
Citra Condita 119.1.C.D
Conditum Buglоſsi 138.3.H
Conditum Citri 138.2.C
Conditum Citri aliud 38.3.F
Conditum Citoniorum 138.4.F
Confectio Alcanzi 107.2.C
Confectio de Acetoſis Ga. 104.1.C.D
Confectio Alchermes 94.4.E.H
Confectio Almezereon 116.3.F.G
Confectio Alphefera 115.2.A.B
Confectio Alphefericon 162.2.C
Confectio Alſebran 116.4.F
Confectio Aſæ 107.3.E.F
Confectio Anacardina 107.4.E.F
Confectio Citoniorũ bona 103.1.A.B
Confectio Citoniorũ facta cum ſucco citoniorum 103.2.B.C
Confectio Cinnamomi 101.3.G.H
Confectio Dactylorum 114.2.A.3.E
Confectio Electarii alcharif. 113.2.a.b
Confectio Ele. alcharif. alia 113.2.d.3.e
Confectio Electarii ex inuentione noſtra. 107.1.A.B
Confectio Eupatorii 116.4.G.H
Confectio Galangæ 99.1.B.C
Confectio Galliæ ſebelliæ 144.4.H
Confectio Galliæ alephãginæ 145.1.b
Confectio Galliæ muſcatæ 144.4.E
Confectio Hamech alia 115.4.F.G
Confectio de Iacur 12.23.H
Confectio Mannæ 116.2.C.D
Confectio Medicaminis quod ſcripſit Hamech 115.2.D.3.F
Confectio Mororum 123.3.A
Confectio Muſci 95.3.H.4.E
Confectio Philonii 168.3.F
Confectio Philonii ex deſcriptione Hamech 108.3.g.h
Confectio Prunorum 104.2.a.b
Confectio Ramich 145.4.h
Confectio Rauedſeni 106.4.g
Confectio de Seminibus 102.4.f.g
Confectio Styracis 109.4.g.h
Confectio de Succis nucũ 123.3.e
Confectio Teſticu. uulpis 97.3.h.4.e
Confectio Teſticulorum uulpis alia 98.2.c.3.e
Confectio Xyloaloes 95.1.c.d
Confectio Zingiberis 119.4.e.f

NICOLAI.

Catharticũ Imperiale 384.2.b
Catholicon 374.3.f
Confectio Aliptæ 374.2.c
Confectio Galliæ 374.3.f
Confectio Neræ 374.3.h
DECOCTIO Alhaſcæ 142.4.f
Decoctio Capillorũ ue. 142.2.a
Decoctio Epithymi 143.2.a
Decoctio Eupatorii 143.1.c
Decoctio Fumiterræ 142.3.g
Decoctio Myrobalanorum 142.4.h
Decoctio Stœchados 143.1.b
Diacalamentum 102.1.a.b
Diaciminum 102.3.h.4.e
Diaciminum bonum 101.1.c.d
Diacoſtum 106.4.h
Diacurcuma magna 106.1.a
Diacurcuma minor 106.2.b
Dialacca maior 106.3.e.f
Dialacca minor 106.4.e.f
Diambra 101.2.c.d
Diamoruſia 106.2.c
Dianiſum 101.2.b
Diarhodon deſ. communi 99 3.e.f
Diaſulphur 109.4.e.f
Diatrionpipereon deſ. cõi 102.1.d.2.c

NICOLAI.

Diacalamentum 387.3.f
Diacamereon 375.2.c
Diacodion 378.4.f
Diacoſtum 378.2.a
Diacitoniten 379.1.d
Diacurcuma, Diagalanga, Dialacca } quære in fine indicis ægritudinum & remediorum
Diahyſſopum 379.2.c
Diairis 378.3.e
Diamanna 379.3.f
Diamargariton 375.1.a
Diamoron 375.3.f
Dianthos 375.3.h
Diaolibanum 377.1.d
Diapapauer 378.3.h
Diapenidion 377.3.e
Diapraſsium 376.2.c
Diaprunis 376.1.a
Diarhodon Abbatis 377.2.c
Diaſatyrion 375.4.f
Diaſenne 379.1.a
Diatrionpipereon 379.2.d
Diatragacanthum 378.2.b
Diazinzibereos 377.1.a
ELECTARIVM de Arom. 93.3.e.h
Electarium Cõfortãs ſtõm 107.1.d.2.a
Electarium Citri 95.3.e.f
Electarium Dicitoniten 117.3.e
Electarium Eleſcoph 115.2.a.b
Electarium Ex inuentione noſtra cõfortãs ſtõm 92.4.e
Electarium Fructuum 104.1.a
Electarium Gemmarum 94.1.d.2.c
Electarium Gentilis
Electarium Granorũ myrti 101.4.h
Electarium Indum maius 113.3.f.g
Electarium Indum minus 114.1.b.d
Electarium Mirabile de nucibus
Electarium Perſicorum 103.3.h.4.e
Electarium Pomorum bonũ 103.3.f
Electarium Pſyllii 114.4.e.f
Electarium Regium 104.4.f
Electarium Regium alter. 103.4.g.h
Electarium Roſatum 116.1.b.c
Electarium de Sorbis 104.2.c
Emblici Conditi 104.4.h
Emplaſtrũ Alexãdri de alliis 166.4.e
Emplaſtrũ aliud Andro. 165.1.d
Emplaſtrũ Arabicum 159.1.a
Emplaſtrũ Diachylon mag. 164.1.b
Emplaſtrũ Diachylõ paruũ 164.1.d
Emplaſtrũ Diachylon cuius iuuamentum 163.3.h
Emplaſtrũ Diaphenicon 166.2.b
Emplaſtrũ Diaphenicon deſcriptione Alexandri 166.3.f
Emplaſtrũ Fermenti 165.4.f
Emplaſtrũ Filii Zachariæ 166.1.c
Emplaſtrũ Galliæ 164.3.g
Emplaſtrũ Galliæ aliud 164.4.g
Emplaſtrũ Granorũlauri 164.2.b
Emplaſtrũ Meliloti 167.2.a
Emplaſtrũ Oribaſii 167.1.a
Emplaſtrũ Oribaſii aliud 167.1.b
Emplaſtrũ Relatũ ad Andro. 165.1.a
Emplaſtrũ Relatũ ad Ariſta. 166.4.g
Emplaſtrũ Sinapinum 165.2.c
Emplaſtrũ Sto. & hep. cõfor. 164.3.e
Epitema Cordiale tem.
Epitema Cordiale fri.
Epitema Hepaticum frig. 171.4.e

NICOLAI.

Electarium Ducis 382.4.g
Electarium lætificans 382.4.g
Electarium Letitiæ Galeni 383.1.b
Electarium Frigi. Cophoni 381.3.f
Electarium Pliris 381.1.b
Electarium Pſylliticon 382..3.h
Emplaſtrum Cæroneum 383.1.c
Emplaſtrum Oxycroceum 383.3.e
Eſdra 379.3.g
Euangelia 372.2.a

NICOLAI.

Philanthropos 383.3.g
Philonium maius 383.4.f
GALLIA Alephangina 145.1.b
Gallia Magna
Gallia Muſcata 144.4.e
Gallia Sabellina 144.4.h

NICOLAI.

Garyophyllatum 383.4.h
HIERA Archigenis deſcriptione uniuerſali 111.1.d.2.c
Hiera Archigenis deſc. Pauli 112.2.a
Hiera Diacolocyntidis 112.1.c.2.d
Hiera Hermetis 111.1.a.b
Hiera inuentione noſtra 112.3.f
Hiera Picra Galeni 110.1.b.3.h

NICOLAI.

Hiera fortiſsima Galeni 396.4.g
Hiera Græca 396.3.g
Hiera Logodion memphitũ 396.2.b
Hiera Ruffini 396.3.e
Hiera Picra Abbatis 396.4.f
Hiera Picra Conſtantini 396.4.f
Hiera Græca 384.3.e
INFVSIO alia Hieræ 143.3.e
Infuſio alia Hieræ 143.1.a
Infuſio Aquæ caſei 142.3.e
Infuſio de Succis herbarũ 142.3.g
Iuleb Aliud roſatum 125.4.h
Iuleb Aliud Violatum
Iuleb Iuiubinum 126.1.d
Iuleb Roſatum 125.1.d
Iuleb Violatum 125.2.d

NICOLAI.

Idropicon 384.1.c
Iuſtinum 384.1.d
LOCH Alphefera 123.4.f
Loch Aliud noſtrum 124.2.a
Loch de Amygdalis 124.3.f
Loch de Aſthma bonum 124.3.e
Loch Bonũ cõferẽs hecticis 124.2.c
Loch ad Caliditatem 124.1.d
Loch Sanum & ſpertum 123.4.h
Loch de Scilla 123.3.h
Loch Papaueris 122.1.a.c
Loch Pini 121.4.e.f

NICOLAI.

Litontrypton 384.3.e
MEL Alchilil 107.4.c
Mellicratum Conditum 138.1.b
Mel Roſatũ 121.1.a.c
Miua Acetoſa 139.2.a
Miua Alterius 139.2.c
Miua Facta ex ſucco fructuũ 139.2.d
Miua Simplex 139.1.c
Miſtura ad uulnera ſananda 167.2.d

NICOLAI.

Mel Roſatum 386.2.a
Meleta 386.1.b
Mitridatum 384.3.f
Muſa Aenea 385.3.f

NICOLAI.

Nephrocatarticum 386.2.c
OLEVM Alchannæ 176.1.d
Oleum Alhaſech 176.3.f
Oleum Almahaleb 171.2.d
Oleum Amygdalarũ dulcium 170.1.a
Oleum Amygdalarũ amara. 170.2.b
Oleum Anethinum 173.4.h
Oleum Anellanarum 170.3.g
Oleum Balſami 170.1.a
Oleum de Ben 171.1.b
Oleum Carthami 171.2.a
Oleum Ceraſorum 171.2.c
Oleum de Cheiri 174.3.e
Oleum Chamæmelinum 174.3.e
Oleum Chryſomelorum 170.4.e
Oleum Cheruę 171.1.d
Oleum Cinnamomi 175.2.b
Oleum Cytoniorum 174.4.g
Oleum Coſtinum 176.1.b
Oleum Croci 177.1.b
Oleum Cucumeriaſinini 176.4.e
Oleum Cucurbitæ 174.4.f
Oleum Enulæ 175.1.d
Oleum Euphorbii 177.3.e
Oleum Fiſtici 171.3.e
Oleum Fraxininum 179.1.d
Oleum Frumenti 178.4.b
Oleum Gagatis 179.2.a
Oleum Granorum citri 171.2.d
Oleum Granorũ Papaueris 172.3.a
Oleum Granorum ſeſamini 172.2.e
Oleum de Granis uiridibus 171.4.e
Oleum Irinum 174.2.b
Oleum Iuniperi 179.1.a
Oleum Lactucæ 174.3.f
Oleum Laurinum 171.3.g
Oleum

Oleum Liliorum 174.1.b
Oleum Maſtichinum 175.4.f
Oleum Meliloti 174.3.g
Oleum de Mezereon 176.2.d
Oleum Myrtinum 175.1.b
Oleum Nardinum 175.3.g
Oleum Nenufaris 174.3.h
Oleum Nucis Indicę 171.2.b
Oleum Nucum 170.3.e
Oleum Ouorum 178.3.g
Oleum Papauerinum 174.3.f
Oleum Perſicorum 170.4.g
Oleum Piperum 177.2.a
Oleum Pomorũ citrangul. 176.4.h
Oleum Pomorum Rabiolæ 175.1.c
Oleum Pulegium 175.2.c
Oleum Philoſophorum 179.2.b
Oleum Ranarum 178.2.c
Oleum Roſatum 172.4.g
Oleum Rutæ 175.2.d
Oleum Sambucinum 174.2.d
Oleum Sauinæ 175.2.b
Oleum Sampſuchinum 176.2.c
Oleum Scorpionum 178.1.b
Oleum Scinchi 171.4.g
Oleum Seminum Lactucæ 172.3.e
Oleum Seminum Lini 172.2.c
Oleum Seminũ Cucurbitæ 172.3.g
Oleum Serpentum 177.4.g
Oleum Sinapinum 178.4.f
Oleum Styracis 176.1.a
Oleum Violatum 174.3.h
Oleum Vulpinum 177.4.e
Operatio Infuſionis roſarum & uiolarum 125.4.e
Oxymel Scilliticum 140.1.d
Oxymel Scilliticum de Radicibus 140.2.b
Oxymel Scilliticũ Democ. 140.2.d
Oxymel Simplex
NICOLAI
Oleum Chamæmellinum 386.3.h
Oleum Frigidiſsimum 386.4.c
Oleum Mandragoratum 386.3.g
Oleum Roſatum 386.3.e
Opopyra magna 386.4.g
Oxymel Iulianum 387.3.f
Oxymel Laxatiuum 387.2.c
Oxymel 387.4.f
Ozyzaccara 387.4.e
PASTILLVS Andronius 183.4.h
Paſtillus Muſæ 183.4.g
Paſtillus Paſsionis 183.4.h
Perſica Condita 111.1.a.b
Pilulæ Agarici 155.1.c
Pilulæ Aggregatiuæ ex inuentione 152.1.b
Pilulæ Aggregatiuæ maio. 152.2.b
Pilulæ Aggregatiuæ mino 152.2.d
Pilulæ Alchechengi 152.4.g
Pilulæ Alefanginæ 151.3.e
Pilulæ Alandahal 153.2.b
Pilulæ Alaudahal expertæ 154.4.h
Pilulæ Bdellii maiores 156.1.c
Pilulæ Bdellii minores 156.2.h
Pilulæ Bdellij ex inuentione 156.2.b
Pilulæ Benedictæ 157.2.b
Pilulæ Bichichiæ 157.2.b
Pilulæ Colocyntidos 156.2.d
Pilulæ Diarhodon 155.2.c
Pilulæ Euphorbii 153.4.h
Pilulæ Eupatorii maiores 152.3.e
Pilulæ Eupatorii minores 152.3.g
Pilulæ ad Febres antiquas 153.1.a
Pilulæ Fœtidæ maiores 153.3.f
Pilulæ Fœtidæ minores 153.3.h
Pilulæ Fumiterræ 157.2.a
Pilulæ Hermodactylis ma. 156.3.h
Pilulæ Hermodactylis mino. 156.4.f
Pilulæ Hermod. ex inuen. 156.4.g
Pilulæ Hieræ picræ Gal. 157.2.d
Pilulæ Hieræ ſimpl. 157.2.c
Pilulæ Indæ 153.1.d
Pilulæ Lapidis Armeni 155.3.h
Pilulæ Lapidis lazuli 155.3.f
Pilulæ Lucis maiores 154.2.c
Pilulæ Lucis minores 154.3.e
Pilulæ Magiſtrales pro Reg.
Pilulæ Mezereon 154.1.d
Pilulæ Magiſtrales alie. 157.3.f
Pilulæ Magiſtrales Dini. 157.4.g
Pilule Opopanacis 156.3.f
Pilulæ ad Oës morbos cat. 155.4.f
Pilulæ Quæ cõferũt ad feb. 155.2.a
Pilulæ Rhabarbari 152.3.h
Pilulæ Raued. 154.1.b
Pilulæ Sagapeni 153.4.f
Pilulæ Sarcocollæ 153.2.d
Pilulæ Sebellinæ 157.1.b
Pilulæ Sine cuſtodia 157.1.d
Pilulæ Stom.
Pilulę Turbith 155.2.d
Poma Condita 109.1.a
Ptiſana Hordeacea 182.2.d
Pyra Condita 119.4.f.g
NICOLAI.
Panchriſtum 388.3.f
Paulinum Antidotum 388.1.d
Picra 388.3.g
Pilulæ Aloes & maſtiches 389.4.e
Pilulæ Ante cibum 389.3.e
Pilulæ Arabicæ 389.3.f
Pilulæ Arteticæ 389.2.a
Pilulæ Aureæ 389.1.a
Pilulæ Cochiæ 389.3.h
Pilulæ Cynogloſſæ 389.2.d
Pilulæ Diacaſtoreæ 389.1.c
Pilulæ Elaterii 389.3.g
Pilulæ Octomerę 389.2.b
Pilulæ probatæ cõtra phleg. 389.2.b
Pilulæ Quinq; generum 389.2.c
Pilulæ Sine quibus 388.4.g
Potio Muſcata 388.4.f
Potio Sancti Pauli 387.4.g
NICOLAI
QVADRIMERON 389.4.e
Rob Acetoſitatis citri 144.3.h
Rob Acreſtæ 141.1.d
Rob de Berberis 141.2.b
Rob Ciconiorum 141.2.d
Rob Cornorum 141.2.a
Rob Fructuum 141.4.e
Rob Fructuum aliud 141.4.f
Rob Granatorum 141.3.g
Rob Mororum 141.2.c
Rob Myrtinum 141.4.g
Rob Perſicorum 141.3.h
Rob Pomorum 141.3.e
Rob Prunorum 141.3.f
Rob Pyrorum 141.3.e
Rob de Ribes 140.4.h
Rob de Sumach 141.2.c
NICOLAI.
Requies magna 390.1.b
Rodozaccara 390.1.b
Rodomel 390.2.a
Roſata nouella 389.4.f
Rubea trochiſcata 389.4.h
SACELLVM capitale paucæ caliditatis 181.3.f
Sacellum capitale multæ caliditatis 181.3.g
Sacellum capitale paucæ frigiditatis 181.3.g
Sacellum cordiale 181.4.g
Secacul conditum 119.2.c.d
Secaniabin 133.2.c
Secaniabin Calamenti 134.2.d
Secaniabin Cheiſim 134.2.c
Secaniabin de Radicibus 131.4.f
Secaniabin Solutione educens melancholiam 134.1.d
Secaniabin Solutione educens phlegma 134.1.c
Syrupus Abſinthii 135.1.c
Syrupus Abſinthii alius 135.2.b
Syrupus Acetoſitatis citri 127.3.h
Syrupus Acetoſus alterniabin 131.1.b
Syrupus Acetoſus citoniorũ 130.3.g
Syrupus Acetoſus diarhodõ 134.3.h
Syrupus Acetoſus pomorum 130.3.h
Syrupus Acetoſus pomorum ius. 131.1.a
Syrupus Acetoſus pomorum deſcriptione noſtra 130.4.g
Syrupus Acetoſus prunorum 130.4.e
Syrupus Acetoſus radicum 130.1.a
Syrupus Acetoſus ſymplex 129.3.g
Syrupus Acetoſus ſolutione educens choleram 131.2.a
Syrupus Acetoſus de ſuccis fructuum 130.2.b
Syrupus Acetoſus de ſuccis & aqua fructuum 130.3.e
Syrupus de Acreſta 128.1.a
Syrupus Acetoſus de ſuccis herbarum 130.2.b
Syrupus Acetoſus de ſuccis herbarum & aromatibus 134.4.e
Syrupus de Albelach 128.2.b
Syrupus de Bizantiis 129
Syrupus Calamenthi 136.3.e
Syrupus Calamenthi, ualens ad ſingultum 136.3.h
Syrupus de Cannis 131.2.c
Syrupus Cheſmes 128.2.c
Syrupus Cõferẽs catarrhis 131.2.b
Syrupus Corticum citri 127.2.c
Syrupus Dinari 129.1.c
Syrupus Endiuiæ alius 90.
Syrupus Endiuiæ compoſitus 90.
Syrupus Epithymi 137.2.b
Syrupus Eupatorii 137.1.a
Syrupus Fumoterræ maior 135.3.e
Syrupus Fumoterrę minor 135.2.h
Syrupus Granatorũ acidorũ 127.1.b
Syrupus Granatorũ dulcĩũ 127.1.d
Syrupus Granorum myrti 128.2.b
Syrupus Hepaticæ 90
Syrupus Hyſſopi 135.2.c
Syrupus Iuiubarum 131.4.f
Syrupus Liquiritiæ 125.4.g
Syrupus Mentæ 134.4.g
Syrupus Mentæ ex inuentione noſtra 135.1.a
Syrupus Nenufaris 79.1.c
Syrupus Papaueris 128.4.h
Syrupus Papaueris conferens ad tuſsim 132.1.a

Syrupus

Syrupus Perſicorum 126.3.h
Syrupus Pomorum 126.2.b
Syrupus Portulacæ 131.3.e
Syrupus Praſij 135.2.b
Syrupus Prunorum 127.1.a
Syrupus Pyrorum 126.2.d
Syrupus Stœchados 137.3.g
Syrupus Succi acetoſæ 126.4.f
Syrupus Succi cucurbitæ 126.4.g
Syrupus Thymi 136.4.g
Syrupus Violatus
Syrupus Violarum 131.3.g
Sternutatoria uſitata
Suffuf Aromatum 150.1.c
Suffuf Bonum 150.2.a
Suffuf Diarhodon 150.1.b
Suffuf Granorum myrti 150.2.c
Suffuf Ligni aloes 149.4.g
Suffuf Ligni aloes aliud 149.4.h
Suffuf ad Tuſsim antiquam 150.4.g
Suppoſitorium quorundam ordinatio.
NICOLAI.
Sal Sacerdotale 390.4.e
Sotira magna 390.2.d
Spongia Somnifera 391.1.d
Stomaticon calidum 390.3.h
Stomaticon Frigidum 390.3.f
Syrupus Contra acutas feb. 391.1.a
Syrupus Contra oẽ fluxum 391.1.b
Syrupus Contra pleureſim 390.4.h
Syrupus Diureticus 391.2.a
Syrupus Papaueris 391.1.c
Syrupus Roſaceus 390.4.f
Syrupus Violatus 390.4.g
THERIACA Diateſſerõ 104.3.e.f
Tryphera Galeni 103.3.e.f
Tryphera Maior ex arte Phenonis 105.3.g.4.e
Tryphera Minor deſcriptione cognita 105.4.g
Tryphera Muſcata 105.2.c
Tryphera Perſica 113.1.b
Tryphera Saracenica 105.1.c.2.a
Trochiſci Abſinthii 147.1.b
Trochiſci Alandahal 148.1.d
Trochiſci Alchechengi 149.3.e
Trochiſci Aniſi 147.2.c
Trochiſci Aniſi alii 147.3.e
Trochiſci Arſenici 148.1.c
Trochiſci de Berberis 146.4.g
Trochiſci de Berberis alii 147.1.a
Trochiſci Camphoræ 146.1.d
Trochiſci Capparum 148.4.h
Trochiſci de Charabæ 149.2.a
Trochiſci Cyperi 148.3.h
Trochiſci Croci 148.1.b
Trochiſci Diarhodon 145.2.a
Trochiſci Eupatorii 147.2.a
Trochiſci Hamech 148.3.f
Trochiſci Lachæ 147.3.f
Trochiſci Ligni aloes 148.4.f
Trochiſci Rhabarbari 146.2.d
Trochiſci Roſarum ſtõm 135.2.c
Trochiſci Roſarum 145.3.g
Trochiſci Roſarum alii 145.3.f
Trochiſci Santalorum 148.2.c
Trochiſci Santalorum alii 148.3.e
Trochiſci Spodii 146.3.e
Trochiſci Spodii alii 146.3.h
Trochiſci Terræ ſigillatæ 147.4.e
NICOLAI
Theriaca Diateſſeron 392.3.g
Theriaca Magna Galeni 391.2.b
Theodoricon Anacardinũ 393.3.f
Theodoricon Hyperiſton 393.2.b
Triaſandali 393.2.a
Triophilon 393.1.d
Trochiſci Aniſi 394.1.c
Trochiſci Croci magnetis 394.1.a
Trochiſci Diarhodon 393.4.f
Trochiſci Diaui 393.4.g
Trochiſci Diacoralli 393.1.b
Trochiſci Hedycroi 393.4.a
Trochiſci Scillitici 394.1.a
Trochiſci Thiri 394.1.c
Tryphera Magna 105
Tryphera Saracenica 105.2.a
VNCTIO Capitalis contra alienationem
Vnctio Hepatica frigida
Vnguentũ Aegyptiacum 161.4.h
Vnguentũ Alhariel 160.1.d
Vnguentũ Alpheſtricon 162.2.b
Vnguentũ Arthanitæ mag. 159.4.e
Vnguentũ Arthanitæ puũ 159.4.h
Vnguentũ Aureum 161.3.e
Vnguentũ Baſilicon magnũ 160.3.f
Vnguentũ Baſilicon minus 160.4.e
Vnguentũ Bdellii 161.1.d
Vnguentũ Cæraſeos magnũ 159.2.c
Vnguentũ Cæraſeos paruũ 159.3.f
Vnguentũ Ceruſſæ 161.3.g
Vnguentũ Diaphenicon 158.3.e
Vnguentũ Diaphenicõ aliud 158 4.f
Vnguentũ Exptũ ad ſcabiẽ
Vnguentũ Ad interficiendum uermes
Vnguentũ Lini 160.1.b
Vnguentũ Mirabile 159.1.c
Vnguentũ Nicodemi 159.1.d
Vnguentũ Palmeum 167.3.h
Vnguentũ Palmeum aliud 167.4.e
Vnguentũ Papaueris 160.3.e
Vnguentũ Philagrios 161.2.c
Vnguentũ Roſatum 160.2.c
Vnguentũ Sanans uulnera antiqua 162.3.e
Vnguentũ Sericinum 161.4.f
Vnguentũ ad Scabiẽ aliud 168.1.b
Vnguentũ ad Scabiẽ marale 168.1.b
Vnguentũ ad Somnum prouocandum 168.2.a
Vnguentũ ad Supercalefactionem Renum 168.2.a
Vnguentũ Triapharmacũ 162.1.c
Vnguentũ Triapharmacum aliud 160.1.d
Vnguentũ Valens in paſsionibus frigidis 168
Vnguentũ Valens ſimiliter 161.2.b
Vnguentũ Valens in declinatione ſciaticæ 168
Vnguentũ Violatum 160.2.d
NICOLAI.
Vnguentũ Agrippę 394.4.g
Vnguentũ Album 395.4.e
Vnguentũ Arigon 394.4.e
Vnguentũ Aureum 395.3.f
Vnguentũ Citrinum 395.1.d
Vnguentũ Contra ſerpiginẽ 396.2.a
Vnguentũ Dialthæa 395.1.a
Vnguentũ Fuſcum 395.4.f
Vnguentũ Laxatiuum 396.1.c
Vnguentũ Martiaton 394.3.f
Vnguentũ Mollificatiuum 396.1.d
Vnguentũ Populeon 395.4.g
Vomitus noſter 394.2.a
Vomitus Patriarchæ 394.2.b
Vomitus Valens Tertianis 394.3.e
ZAZENEA Experta 109.1.a.b
Zinziber Conditum 119.3.f.g
Zuccarum Alchilil 120.4.g.h
Zuccarum Bugloſſatum 120.4.e.f
Zuccarum Roſatum 120.2.b.d
Zuccarum Violatum 120.3.g.h
NICOLAI.
Zinziber Conditum 197.1.a

PRACTICES MESVAE

& aliorum ſcriptorum capitum in hoc uolumine contentorum

INDEX.

De ægritudinibus capitis,

DE caſu capillorum 184.2.c.
De alopecia 184.3.e
De furfuribus 184.4.f
De ſaphati 184.4.g
De ſoda, id eſt dolore capitis 184.1.a
De hemicranea 187.2.d
De ſcotomia, & uertigine 187.4.f
De uigilia, & ſahara 178.1.b
De phreneſi 188.2.c
De lechargia, & eſt ſirſen frigidũ 188.3.f
De diminutione memoriæ 189.1.a
De melancholia, & mania 189.1.c
De epilepſia 189.4.e
De apoplexia 190.3.e

De ægritudinibus neruorum.

De paralyſi 191.1.d
De tortura 191.4.e
De ſpaſmo 192.1.d
De tremore 192.2.d
De ſtupore 192.3.e
De catarrho 192.3.f

De ægritudinibus oculorum

De preſeruatione oculorum 194.1.c
De ophthalmia 194.2.d
De doloribus oculorum 195.3.e
De uulneribus, & ulceribus oculorum 195.3.h
De ſcabie oculorum 195.4.g
De ſebel oculorum 196.1.d
De albugine oculorum 196.2.a
De ungula oculorum 196.3.e
De lachrymarum exuberantia 196.3.f
De tarphati 196.4.f
De fiſtula lachrymali 196.4.h
De dilatatione pupillæ 197.2.a
De nyctilopa, id eſt qui poſt ſolis occaſum uidet 197.2.c
De aqua deſcendente in oculũ 197.3.e
De debilitate uiſus 197.3.h
De caſu pilorum palpebrarum 198.1.b
De inuerſatione pilorũ palpebra. 198.1.d
De hordeolo palpebrarũ apate 198.2.a

De ægritudinibus aurium.

De dolore aurium 198.2.c
De apoſtemate aurium 198.4.f
De ſonitu, & tinnitu aurium 199.1.a
De debilitate audit⁹, & turditate 199.1.d
De ulceribus aurium 199.2.d
De uermibus aurium 199.3.e
De ingreſſu aquæ in aurem 199.4.g

De

De ægritudinibus narium.

De fœtore narium 200.1.a
De fluxu sanguinis narium 200.1.d
De nocumento odoratus 200.4.e
De apostemate narium 201.1.a
De uulneribꝰ,& ulceribus nariũ.201.1c
De polypo. 201.2.d
De sternutatione 201.3.g

De ægritudinibus oris.

De scissuris labiorum 201.4.g
De dolore dentium 202.1.b
De extractione dentium 202.3.h
De commotione dentium 202.4.g
De corrosiõe,& pforatione dẽt.1203.1c
De congelatione dentium 203.1.d
De uermibus dentium 203.1.d
De corruptione coloris dentiũ 203.2.a
De generatione dentium 203.2.c
De apostematibus gingiuarum 203.3.e
De uulneribus,& ulceribus gingiuarum 203.3.e
De apostematibus linguę 204.1.a
De uulneribus,& ulceri. liguæ 204.1.c
De mollificatione linguæ 204.1.d
De spasmo linguæ 204.3.g
De alcola,& prauis pustulis oris204.3.g
De fœtore oris 205.1.c
De dolore oris 205.3.e

De ægritudinibus gutturis.

De strangulatione 205.4.e
De casu uuæ 205.4.g
De apate amygdalarũ gutturis 206.1.a
De synanche 206.3.e
De raucedine uocis 207.3.f

De ægritudinibus pulmonis.

De asthmate 208.1.a
De tussi 210.1.a
De fluxu sanguinis ab ore 212.1.b
De pleuresi 213.3.e
De aqua hordei facienda 214.4.h
De perupneumonia 216.4.h
De epyimate 217.1.c
De phthisi 217.1.d

Hactenus Mesue

HINC CONCILIATOR

De ægritudinibus cordis.

De ægritudinibus cordis 219.1.d
De syncopi 220.3.h
De tumoribus mamillarum 221.1.a

De ægritudinibus stomachi & membrorum nutritionis.

De dolore stomachi 221.2.a
De indigestione stomachi 222.3.e
De uomitu,& exuberantia cibi 223.2.d
De singultu 223.4.g
De siti 224.2.a
De apetitu mortuo 224.3.e
De appetitu canino 224.3.g
De oppilationibus hepatis 224.4.f
De oppilationibus splenis 226.1.b
De hydropisi 226.3.g
De doloribus uẽtris,& iteſtinorũ227.3.f
De fluxu uentris 226.4.g

Hactenus Conciliator

HINC FRANCISCVS

PEDEMONTIVM

De ægritudinibus cordis.

De passionibus cordis 229.1.d
De diminutione lactis 233.1.d
De exuberatione lactis 233.4.g
De apostematibus mamillarum, & ulcere 234.3.e
De magnitudine mamillarum 225.1.a

De ægritudinibus stomachi.

De mala complexione, & compositione gulæ 235.3.g
De apostematibus gulæ 236.4.g
De impedimẽto transglutionis 236.4.h
De mala complexione stomachi 237.3.h
De oppilatione stomachi 240.3.h
De facietate nauseatiua 240.4.h
De inflatiõe stomachi,& rugitu 241.1.b
De percussione stomachi 241.3.g
De uulneribus,& ulceribus stõi 241.4.f
De debilitate stomachi 243.2.d
De doloribus stomachi 244.2.c
De nocumentis appetitus 245.4.f
De appetitu canino 247.2.c
De appetitu corrupto 247.4.f
De siti stomachi 248.3.f
De lubricitate stomachi 250.4.g
De eructuatione 251.2.d
De singultu 251.4.g
De subuersione stomachi 243.1.c
De uomitu 153.2.b

De ægritudinibus hepatis, & splenis.

De mala complexione hepatis 256.3.h
De oppilatione hepatis 257.2.b
De percussione hepatis 258.3.g
De incisione hepatis 258.4.g
De apostemate hepatis 259.2.d
De apostemate meseraicarum & lacertorum uentris 260.4.e
De inflatione hepatis 260.4.h
De debilitate hepatis 261.2.a
De cachexia 261.4.f
De hydropisi 262.1.a
De oppilatione splenis 265.2.a
De apate splenis,& tumore 266.3.c
De hicteritia a splene 266.4.e

De ægritudinibus intestinorum,& ani.

De dolore intestinorum 269.1.a
De uermibus 273.2.c
De fluxu uẽtris omniũ modorũ 275.1.a
De tenesmo 279.4.g
De hæmorrhoydibus 282.1.d
De apostematibus ani. 283.3.f
De rhagadiis ani. 284.1.a
De fistulis ani. 284.2.a
De pruritu ani. 284.3.f
De mollificati. & egressiõe ani. 284.4.e

De ægritudinibus renum, & uesicæ.

De mala cõplexiõe renũ,& uesi.285.3.g
De oppilatione renum,& uesicæ, ex lapide 285.4.h
De dislocatione renũ,& uesicę 288.1.a
De uulnere,ulcere, & scabie renum, & uiarum urinæ 288.1.d
De apostematibus renũ & uesicę289.1.c
De dolore renum & uesicæ 290.1.c
De debilitate renum & uesicæ 290.2.d
Da diminutiõe & ablatiõe uri. 291.1.b
De diabætæ 291.2.c
De fœtore urinæ 292.1.c
De dysuria,& inuoluntario exitu urinæ 292.2.b
De stranguria 292.4.g
De ardore urinæ 294.1.d
De multitudine urinæ, & mingentibus in lecto 294.4.f

De ægritudinibus testium & uirgæ.

De mala complexione testium 295.3.g
De mala compositione testium 295.4.g
De ulceribus,& eleuatiõe testiũ296.1.b
De apatibus ex doloribus testiũ 296.1.c
De nocumentis in generatione spermatis 296.3.e
De ægritudinibus oschei 297.1.a
De gonorrhæa 297.1.a
De pollutione 297.3.e
De pruritu,& dolore uirgæ 297.3.h
De apatibus,& corrosiõe uirgæ 297.4.h
De coitu naturali & pter naturã 298.2.b
De erectione uirgæ 298.3.g
De nocumentis ex coitu proueuientibus 299.1.a
De facientib. delectationem in coitu 300.4.e

De ægritudinibus matricis

De menstruis 301.2.d
De conceptione 301.4.g
De regimine prægnantis 303.1.b
De regimine partus 303.3.e
De mala complexione matricis 303.4.e
De oppilatione matricis 303.4.h
De suspẽsione ex descẽsu matric.304.2.b
De præfocatione matricis 305.1.a
De ulceribus rhagadiis& fistulis matricis 306.1.d
De apostematibus matricis 306.4.e
De fluxu menstruorum 307.2.d
De fluxu aquæ ex matrice 308.4.g
De retentione menstruorum 309.1.a
De sterilitate & difficultate concipiendi 309.2.b
De mola 310.4.g
De difficultate partus 311.2.c
De accidẽtibus q̃ sequunt̃ partũ 312.3.e
De extractione secundinæ 312.4.f
De aborsu 313.1.b
De crepatura, & speciebus hernię 313.4.h
De umbilici augmento 315.1.a
De dolore uentris,& iliorum 315.2.a

De ægritudinibus iuncturarum

De doloribus iuncturarum 316.2.d
De dolore humerorum 317.2.d
De dolore dorsi 320.2.b
De dolore ischiatico 321.1.b
De podagra 322.1.c
De accidentibus insequentibus dolores iuncturarum 322.3.e
De præseruatione a doloribus iuncturarum 323.1.a
De uaricibus 323.4.g
De elephantia 324.1.b

De febribus ephemeris

De febribus in generali 324.2.c
De ephemera ex accidẽtibus aĩæ 325.3.f
De ephemera ex gaudio 326.2.d
De ephemera ex tristitia 326.3.f
De ephemera ex angustia 326.4.e
De ephemera ex timore 326.4.f
De ephemera ex syncopi 326.4.h
De ephemera ex labore 327.1.a
De ephemera ex calore exterio.227.2.a
De ephemera ex dolore 327.3.f
De ephemera ex uigiliis 327.4.f
De ephemera ex quiete 327.4.h
De ephemera ex fame 328.1.b
De ephemera ex inanitione 328.1.d
De ephemera ex repletione 328.2.d
De ephemera ex oppilatione 329.1.b
De ephemera a caliditate solis, uel ignis 329.3.f
De ephemera ex frigore 329.3.h
De ephemera ex apostemate 329.4.f

De febribus putridis.

De sinoca inflatiua 330.1.d
De curatione febrium putridarum in uniuersali 330.4.e
De sinoca putrida 335.4.h
De febre quotidiana 336.3.g
De febre a cholera 339.3.e
De febre a melancholia 341.4.g
De febre quintana 344.1.c
De febre pestilenti 344.3.f
De uariolis & morbillis 346.1.d
De febribus apostematum 347.3.e
De febribus compositis 348.1.a
De febre hectica 349.3.e
De hectica senectutis 350.3.e
De febre hectica, & putrida complicata 351.3.e

De apostematibus

De apostematibus in generali 351.3.f
De phlegmone 353.4.g
De apostemate glandularum 354.4.e
De antrace 355.1.d
De spina,clauo,& furunculo 355.4.f
De carbone,& igne perfico 355.4.h
De uena egredienti 356.2.a
De panaricio 356.3.e
De apostematibus paruis 356.3.e
De terminatione apostematum 356.4.g
De appropriatis apostematum prodiuersitate membrorum 358.1.d
De cancrena,& estomeno 359.1.b
De moro 359.3.f
De erysipelate 359.3.h
De formica 360.1.c
De herpete 360.2.c
De phlegmone erysipelatodi 360.2.c
De undimia 360.4.f
De scliro 361.2.a
De glandulis, & pustulis glandosis 361.4.f
De nodis 361.4.h
De apostemate uentoso 362.2.a
De apostemate aquoso 362.4.g
De dubelati frigidis 362.4.e
De scrophula,& botio 362.h
De cancro 363.4.h
De lepra 364.3.f

Ioannis de sancto Amando

De syrupis 398.4.g
De digestione 399.1.d
De electariis 402.3.e
De præparatione medicinarum 404.2.c
De electariis membrorum naturalium 406.1.b
De digestiuis 406.3.f
De modo digestionis 407.1.a
De electariis pectoris 407.2.d
De syrupis quem humorem digerunt 407.3.f
De natura ægritudinum 408.1.b
De electariis stomacho conferentibus 408.3.g
De modo exhibendi digestiua 408.4.h
An electaria danda sit ante cibũ 409.2.a
Syrupum, an electarium debemus præponere 409.2.a
De impedientibus euacuationem 409.4.g
De conditionibus in euacuatione considerandis 411.1.b
De euacuatione medicinæ, utrum per simile,an per contrarium fiat 412.2.a
De modo euacuandi corpora per secessum 412.4.f
De regendis corporibus post medicinam 413.1.d
Vtrum medicina uadat ad humorẽ quem euacuat 413.4.c
De præparatione medicinarum euacuantium per secessum 414.1.b
Regulæ de medi.pparatione 414.1.d
De nocumento ex assumptione medicinæ contingentibus & eorũ remediis 414.3.c
De electariis laxatiuis 414.1.a
Vtrum medicina euacuatiua attrahat a uenis 415.1.d
Vtrum humor in uenis facilius, quam extra euacuetur 415.2.a
Vtrum medicina attrahat humorem ad stomachũ uel inteſtina 415.2.d
De signis eũationis completæ 415.3.f
Regulę post eũonẽ seruandæ 415.4.f
Vtrum medicina conuertatur in humorem quem euacuat 416
De euacuatione per uomitum 416.4.h
An sit medicina sanguinem euacuans 418.1.a
De euacuatione per phlebotomiam 418.2.d
Quando facienda sit phlebotomia 418.3.e
De medicinis caput purgãtib. 419.1.d
De temporibus morbi,in quibus facienda est phlebotomia 418.4.g
Quibus hominibus conueniat phlebotomia 420.2.d
Quid ante,post,& in phlebotomia faciendum 420.3.f
An debeamus acuere electaria & per quæ 421
Quæ uenæ sint phlebotomandæ 421
De iudicio sanguinis extracti per phlebotomiam 422.2.d
Quid proponendum sit, phlebotomia, an pharmacia 425.1.b
De extractione sanguis per uenţosas 425.3.e
Quando uentosæ apponẽdæ 425.4.f
An medicina attrahat materiam coniunctam 424.2.a
An medicinæ debeant dari in statu morbi 424.3.e
An medicina sit danda in die paroxismi 424.4.e
De euacuatione per clysteria 424.4.g
De suppositoriis 425.2.b
De pessariis 425.2.b
De nocumentis opiatarum medicinarum 425.2.c
Vtrum in euacuatione crastorum humorum competat fortis medicina 425.4.g
Vtrum sanis cõpetat pharmacia 426.1.b
De regulis componendi medicinas 426.2.a
An balneum competat ante exhibitionem medicinæ 426.2.b
De modo compositionis medicinarum 427.3.g
De medicinis opiatis 428.3.e
De causis impedientibus compositionem medicinæ
De basi medicinarum & de adiungendis basi 429
Sub qua quantitate adiungendum sit basi 430
Vtrum medicina opiata melior sit recens,an antiqua 431.2.b
Vtrum opiata debeat dari in principio morbi 431.3.f
Vtrum opiata exhibenda sit in febribus interpolatis 431.4.g
De cõficiendis quibusdã oleis 432.2.d
De unguentis 433.4.g
De unguentis calidis & siccis 434.3.h

Gentilis

De proportione simplicium medicinarum ad totum compositum 436
De proportione simplicium medicinarum inter se 437
De dosi medicinarum 437
De inuestiganda dosi medicinarum ex gradibus earum 438

Bulchasis

De præparatione lythargyrii 443.1.d
De præparatione ceruse 443.3.e
De præparatione plumbi 443.4.e
De præparatione æris 443.4.h
De præparatione scoriæ cuiuscunq; metalli 444.1.c
De præparatione cadmię 444.2.a
De præparatione marchesitæ & antimonii 444.3.g
De uiride æris faciendo & abluendo 444
De pparatione auripygmenti 444.4.h
De cinaprio faciendo 445.1.d
De præparatione calcis 445.2.a
De præparatione salis 445.2.d
De adustione calcanti,corallorum spumæ maris,& nitri 445.2.d
De rubigine ferri facienda 445.3.g
De limatura auri & argenti 445.4.e
De faciendo & præparando aloen 445.4.f
De faciendo & coquendo sca monea 446.1.a
De extractione titimalli tapsiæ,& cucumeris asinini 446.1.d
De modo extrahendi succũ absinthii, & eupatorii,euphorbii,& opii446.3.e.f
De colligendo succo de papauere chelidoniæ,& mandragorę 446.4.e
De faciendo succo hiosciami, memithę 446.4.h
De facienda acacia & litio 447.1.a
De succo hypochistidis & balaustiarum 447.1.d
De extractione succi e chalbano, liquiritia,& centaurea 447.1.d
De faciendo succo ex berberis solatro,& ausich 447.2.c
De præparatione scillæ & confectione aceti scillitici. 447.2.d
De præparatione coloquintidæ, turbith,& euphorbii 448.1.b
De præparatione hellebori, & polypodii 448.2.a
De præparatione granorũ nil 448.2.b
De pparatione esulæ, & ireos 448.2.d
De exhibitione fumiterræ & absinthii 448.3.e

De

De præparatione ſennæ & myrobalanorum 448.3.g
De exhibitione uiolarum,mannæ, & caſsiæ fiſtulæ 448.4.e
De præparatione hammoniaci & opopanacis 448.4.f
De exhibitione bdellii, ſagapeni & ſarcocollæ 448.4.g
De præparatione ſalium,& faciendi muria 449.1.a
Modus purifi.aquas turbidas 449.1.a
Modus faciẽdi oleũ ſtipticũ 449.1.d
Modus albificandi oleum 449.2.b
Modus faciẽdi oleũ de laterib. 449.2.d
De faciendo amylo & penidiis 449.3.g
De facienda aqua roſata 449.4.h
Modus faciendi ramich ex trochiſco de gallia 450.2.b
Modus adurendi radices & folia 450.3.e
De aſſatione medi. uariarũ 450.3.f
De modo extractionis mucillaginum ex ſeminibus 451.2.b
De excoriandis & ſiccandis ſimplicibus medicinis 451.3.e
De infuſione, ammoniaci, & gummarum 451.4.h
De clarificandis potionibus 452.1.b
De faciendo & dealbando ſale nitro 452.2.a
De exiccandis ſimplicibus medicinis 452.2.c
De modo comburẽdi omnia conchilia, & alia animalia 452.3.h
De collectione cantaridarum & earum repoſitione 453.1.c
De collectione ſanguinis, medullæ, & aliarum partium, animalium, & repoſitione 453.2.a
De modo coquendi mel pro ſyrupis 453.4.h
De modo dealbandi ceram 454.1.a
De modo faciendi ſal ammoniacum 454.1.c

Saladini

De interrogationibus ad aromatarios faciendis 454.2.d
De declaratione nominum medicinarum in antidotario Nicolai deſcriptarum 457.2.a
De doſibus & ponderibus,ac nominibus & differentiis 458.2.a
De modo conficiendi omnia neceſſaria aromatariis 458.4.f
De colligendis herbis, floribus, ſeminibus & radicibus 451.1.d
De conſeruatione medicinarum ſimplicium,& compoſitarum 460.1.b
De duratione,& doſi ſimplicium medicinarum Meſuæ 460.2.a
De medicinis neceſſariis in qualibet aromataria 464.4.e

Abenguefit

De ſimplicibus medicinis in generali & ſpeciali 467.3.h
De medicinis oppilantibus 468.3.f
De ſaporum operationibus 468.4.g
De cognitione medicinæ, & appropinquatione ad corpus 468.3.e
De uariis operationibus medicinarum ſimplicium 469.1.a

Apulei

De ponderibus medicinarum 470.2.b
De menſuris medicinarum 470.3.g
De characteribus quibus pŏdera & meſuræ medicinarũ ſignificãtur 471.1.a

Alchindi

Modus inueſtigandi gradus medicinarum compoſitarum 471.2.b

FINIS

MORBORVM OMNIVM AC REMEDIORVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM *Index per ordinem alphabeti collectus.*

Aborſus remedia 313
Abominationem tollit
Confectio de aromatibus 93.3.H
Albaras conferunt.
Linimentum de mezereon 82.4.E
Alienationis remedia 334
Alopetiæ conferunt 1
Alcolæ conferunt 204
Amygdalarũ apoſtemat.cõſ. 206
Antracis remedia 354
Animam dilatant & confortant.
Confectio alchermes 94.4.H
Electarium de gemmis 94.2.C
Lapis ſtellatus 76.3.G
Anhelitus difficultati conferunt
Agaricus 68.2.C
Colocynthis 69.2.B
Confectio de muſco 95.4.E
Loch de pino 121.4.F
Loch de ſcilla 123.3.H
Loch de alteſcera 123.4.F
Loch ad aſthma 124.3.E
Opopanax 81.3.E
Succus ireos 72.2.C
Serapinum 80.4.G
Anhelitus præfocationi confert
Cõfectio philonii pri.inuen. 108.4.H
Anhelitus conſtrictioni ualet
Colocynthis 69.2.B
Diaſulphur 109.4.F
Anhelitum confortant.
Aromaticum nardinum 101.1.B
Capilli Veneris 62.4.E
Anheloſis confert
Oleum philoſophorum 170.4.H
Anguſtiæ remedia 335
Ancharum materias euacuat
Aſſarum 63.2.B
Hermodactylus 71.2.C
Turbith confortatum 67.3.E
Sarcocolla 79.3.E
Serapinum 80.1.C
Ancharum doloris remedia 321
Ani ægritudinibus confert.
Oleum de ſemi.lini 172.2.C
Ano nocet
Aloe non correctum 47.1.B
Apoſtemata dura & craſſa reſoluunt & maturant.
Ben emplaſtratum 75.3.G
Caricæ 359.1.B
Cærotum Andromachi 163.2.C
Cucume.aſi.emplaſtratus 73.1.C
Decoctio florum chamæmil. 359.1.D
Oleum antiquum 359.1.D
Paſtulæ
Apoſtem.calida reſoluũt & maturãt
Emplaſtrum diachylõ paruũ. 164.2.D
Oleum uiolatum 173.3.H
Pſyllium 359.1.D
Apoſtematum inflammationẽ ſedant
Cærotum ſandalinum 160.4.G
Oleum uiolatum 173.3.H
Appetitum augentia
Electarium ſtõi cõfortatiuum 87.2.A
Myrobalani embl.conditi. 50.1.A
Appetitus caſui ualent
Confectio alcharif 113.2.B
Conditum de bugloſſa 13.3.H
Appetitus corrupti remedia
Syrupus de abſinthio 13.2.B
Appetitum proſtratum & mortuum incitant & confortant.
Aromaticum roſatum prima deſcriptio. 100.1.C
Aroma.ro.deſ.Gabrielis 100.2.B
Abſinthium 59.4.F
Acetum ſcilliticum 70.4.E
Confectio de citoniis 103.1.B
Confectio alchanzi 18.2.C
Conditum ſecundũ de citro 12.3.E
Electarium de fructibus 104.1.A
Hyſſopus 61.4.G
Sal 78.2.A.B
Trochiſci de gallia magna 144.4.E
Trochiſci de abſinthio 147.1.B
Appetitui canino conferentia 247
Appetitum deiecit
Scamonea 66.2.C.D
Apoplexiæ conferunt 190
Colocynthis 69.2.B.C
Aquoſitates educit
Cucumer aſininus. 73.1.A.B
Carthamus 75.1.C
Aquam citrinam purgant.
Alfebram 83.4.G
Decoctio radicũ cu.aſinini. 73.1.A.B
Euphorbium 80.4.G
Ireos 72.2.B
Pilulę de mezereon
Succus cucu.aſini. 73.1.A.B
Serapinum 80.1.C
Vnguen.de artanita magna 156.4.h
Arterias a cholera mundificant
Aqua infuſionis roſarum 54.4.H
Succus roſarum 54.4.H
Articulorum doloribus conferunt.
Oleum de nucleis ceraſorũ 171.2.C
Oleũ de granis citrãgulorũ 171.2.D
Articulos mundificant
Pilulæ rhabarbaratæ 50.4.F
Articulorum paſsiones diuturnas diſſoluunt.
Cerotũ Alex.deſ.ſecun. 163.1.A
Arteticæ frigidæ conferunt
Aloe confortatum 47.1.B.C
Achariſtum Nicolai 371.2.A
Benedicta Nicolai 373.4.G
Hermodactilus tritus cũ pip. 71.2.C
Oleum auellanarum 170.3.G
Oleum uulpinum 167.4.E
Oleum philoſophorum 179.4.H
Oleum de lapide gagatis 179.2.A
Pes coruinus 316.3.H
Scamonea confortata 316.3.H
Arteticæ calidæ confert
Bdellium 316.3.H
Oleum de ranis 178.2.C
Sarcocolla 79.3.E
Aſthmati conferunt
Achariſtum Nicolai 371.2.A
Agaricus 68.2.B.C
Athanaſia magna 109.4.E
Ariſtolochia 87.3.F
Colocynthis 69.2.B.C
Diamargariton Nicolai 375.1.A
Diacameron Nicolai 375.2.C
Feſcera 86.1.C
Hyſſopus 60.4.F
Ius galli 63.4.E
Luf 85.1.A
Lupulus 64.3.G
Lapis ſtellatus 76.3.H
Loch de pino 121.4.F
Loch ad aſthma 124.3.E
Oleum philoſophorum 179.4.H
Pilulæ de agarico
Sarcocolla 79.3.E
Syrupus de hyſſopo 136.1.C
Syrupus de praſsio 136.2.C
Syrupus de calamento 136.2.A
Aſperitati ualet
Oleum amygda.dul. 170.1.B
Oleum de chryſomilis 170.4.E
Aurium ulcera putrida & ſanioſa ſanat & exiccat.
Ariſtolochia cũ hydromelle 87.3.F
Sarcocolla 79.3.E
Succus lupulorum 64.3.G
Succus ſerpentariæ 85.1.A
Aurium uermes interficiunt
Aloe 47.1.B.C
Centaurea 74.1.A
Calamentum 199.3.F
Cucumer agreſtis 199.3.F
Euphorbium 199.3.F
Fella omnia 199.3.F
Helleborus albus 199.3.F
Oleandrum 199.3.F
Succus abſinthii cum nucleis perſicorum 56.4.F
Succus capparorum 190.3.F
Succus foliorum perſici 199.3.F
Succus radicum mori 199.3.F
Scamonea 199.3.F
Aurium dolori uentoſo confert
Decoctio abſinthii 56.4.F
Decoctio hyſſopi 60.4.G
Oleum abſinthium 56.4.F
Oleum colocynthidatum 64.2.B.C
Oleum de ireos 72.2.D
Oleum de ben 75.3.G
Sal miſtus cũ furfu.& mel. 78.2.A.B
Succus ſerpentarię cũ mel. 85.1.A
Aurium ſibilo conferunt
Acetum decoctionis helle.ni. 90.2.B

Decoctio hyſſopi 60.4.G
Oleum de ben 75.2.G
Aurium tinnitui ualent.
Acetum decoctionis helle.ni. 90.2.B
Decoctio hyſſopi 60.4.G
Decoctio abſinthii 56.4.F
Oleum de ben 75.3.G
Oleum de abſinthio 56.4.F
Oleum colocynthidatum 69.2.B
Succus ſerpentariæ cum mel. 85.1.A
Auditum corroborantia.
Ariſtolochia 87.3.F
Acetum decoctionis hellebori nigri 90.2.B
Sene 77.3.F
Aurium ſordities abſtergit.
Succus ſerpentariæ 85.1.A
Aurium uermes occidunt
Abſinthium 56.4.F
Oleum benedictum 179.3.F
Oleum de nucleis perſicorũ 170.4.G

Aras conferunt.
Linimentũ de mezereo 82.4.E
Helleborus niger 90.2.A.B
Bothor conferunt.
Helleborus niger 90.2.A.B
Bocio conferunt
Coriandrum emplaſtratum cum melle 363.1.C
Lupini cũ ace.& mel. 363.1.C
Oleum de cucu.aſinino 363.1.C
Oleum de ben 363.1.C
Pix confecta cum caricis aut cum ſcilla aut cum radice caulis aut cum radice cappa. 363.1.C
Radix cucumeris aſinini cum melle & oleo de narciſo & farina hordei emplaſtrata. 363.2.C
Stercus uaccarum cum aceto decoctum 363.

Capitis ægritudines frigidas purgant.
Aloe lotum 47.1.B
Aqua mellis 132.3.E
Adrianum Nicolai 370.4.E
Hierapicra Galeni 110.3.H
Hiera hermetis 111.1.B
Hieralogodion Ruffi 396.3.E
Pilulæ aggregatiuæ 152.1.B
Picra Nicolai 388.3.G
Capitis dolori conferunt
Colocynthis 69.2.B.C
Cucumer aſininus 73.1.A.B
Ireos emplaſtratus 72.2.B
Infuſio de hiera 143.3.E
Lapis armenus 76.1.D
Oxymel ſcilliticũ compo. 140.1.D
Oleum anetinum 173.4.H
Oleum laurinum 171.3.G
Oleum de ireos 72.2.D
Oleum nardinum 175.3.G
Oleum de ſampſucho 176.2.C
Oleum de cucu.aſinino 176.4.E
Oleum roſatum 172.4.H
Pilulæ arabicæ Nicolai 389.3.F
Sotira magna Nicolai 390.2.D
Scilla 70.3.H
Serapinum 80.1.C
Trochiſci de croco 148.1.B
Capitis dolorem calidum ſedant
Coriandrum 334
Succus lupulorum cum ſauich hordei 64.3.G
Capitis dolorem a melancholia factum curant.
Epithymum 59.3.F
Capitis dolori in febribus contingenti conferentia. 334
Caput mundificant.
Artanita 87.1.B
Aloes correctum 47.1.B
Helleborus niger 90.2.B
Infuſio de hiera 143.3.E
Pilulæ ſtomatichæ 151.4.F
Pilulæ aliæ ſtomatichæ 152.1.B
Pilulæ aggregatiuæ ex inuentione noſtra 152.1.B
Pilulæ rhabarbaratæ
Capitis furfures abſcindit.
Cinis capillo. Veneris 62.4.F
Decoctio capillorũ Ve. 62.4.F
Cahexiam purgat.
Confectio alchechengi 117.1.D
Catarrhum maturat.
Oleum de ireos 72.2.D
Catarrho frigido confert.
Diapraſium Nicolai 376.2.C
Catarrhum ſubtilem, a capite ad pectus & pulmonem defluẽtem curant.
Achariſtum Nicolai 371.2.A
Diacodion 122.2.A
Syrupus de papauere 128.4.H
Catarrho acuto ſuffocato conferunt.
Dianucum 123.2.D
Pilulę contra catarrhum 111.1.B
Caſui confert
Rhabarbarum 50.4.F
Cardiacæ conferunt
Diantos Nicolai 375.3.A
Diamargariton Nicolai 375.1.A
Diarhodon Abbatis 377.2.C
Carnes robuſtas reddit
Oleum de ſcinco 371.4.G
Carnem putridam additam delet.
Confectio alphefericon 162.2.C
Carnem cuilibet membro ſuperfluæ additam conſumunt
Helleborus niger 90.2.B
Serpentaria 85.1.A
Carbunculi remedia 375
Canitiem retardant.
Confectio ſecunda alcharif 113.2.B
Electarium de aromatibus 93.3.H
Oleum colocyntidatum 69.2.B.C
Canitiem prohibent
Dialanga Nicolai,quære in fine indicis Aegritudinum.
Oleum coſtinum 176.1.B
Oleum de alchanna 176.1.D
Capillos confortant.
Oleum colocynthidatum 69.2.B.C
Capillorum radices confortant.
Capilli Veneris 62.4.F
Capillos creſcere faciunt.
Capilli Veneris 62.4.F
Mel diſtillatum
Capillorum caſum prohibent.
Capilli Veneris 62.4.F
Oleum colocynthidatum 69.2.B.C
Capillos denigrant.
Oleum colocynthidatum 69.2.B.C
Capillos flauos faciunt.
Mel diſtillatum 124
Capillos multiplicant.
Capilli ueneris 62.4.F
Mel diſtillatum 359
Cancrenæ remedia. 359
Caluefacere facit
Sarcocolla 79.3.E
Cauſoni conferunt.
Diaprunis Nicolai
Cerebrum confortant.
Aromaticũ roſ.deſ.Gabr. 100.2.B
Aromaticum muſcatum 100.3.H
Diambra 101.2.D
Decoctio foliorum ſenæ 77.3.F
Helleborus niger 90.2.B
Myrobalani emblici 49.4.G
Oleum ſtœchados 57.3.H
Pilulæ ſtomatichæ 151.4.F
Pliris arcoticon Nicolai 181.1.B
Stœchados 57.3.H
Syrupus de hyſſopo 60.4.G
Trochiſci galliæ alefanginæ 145.1.C
Cerebrum purgant & mundificant.
Ariſtolochia 87.3.F
Agaricus 68.2.B.C
Confectio alfeſcera 116.2.B
Colocynthis 69.2.B.C
Feſcera 86.1.C
Lapis armenus 76.1.D
Opopanax 81.3.E
Pilulæ alefanginæ 151.3.E
Pilulæ aureæ Nicolai 389.1.A
Stœchados 57.3.H
Serapinum 80.1.C
Sénna 77.3.F
Sarcocolla 79.3.E
Cerebrum oppilatum ſanant.
Artanita 87.1.B
Oxymel ſcilliticum 140.2.D
Cerebrum calefaciunt.
Diapraſium Nicolai. 376.2.C
Oleum de ſtœchados 57.3.H
Cerebri apoſtematibus conferunt.
Agaricus 68.2.B.C
Solatrum 185.4.E
Cephalalgiæ conferunt.
Antimoron Nicolai 372.3.E
Blanca Nicolai 373.1.B
Cerebri ægritudinibus conferunt.
Artanita 87.1.B
Confectio de muſco 95.4.E
Electarium de gemmis. 94.2.C
Theriaca diateſſeron. 104.3.F
Cerebri ægritu. melancholicas ſoluit.
Infuſio alia hieræ. 143.3.F
Lapis armenus 76.1.D
Cancrũ purgant, curãt & abſcindunt
Confectio hamech 115.3.F
Decoctio epithymi 59.3.F
Emplaſtrum Arabum
Helleborus niger 90.2.B
Hieralogodion 112.2.B
Lapis armenus 76.1.D
Oleum de iunipero 179.1.A
Oleum de fraxino 179.1.D
Pilulæ indæ 153.1.D
Syrupus de epithymo 137.2.B
Serpentaria 85.1.A
Vnguẽtũ diaphœ. deſ.Arab. 158.4.F
Vnguentum
Vnguentum alphefericon 162.2.C
Cibum digerere faciunt.
Conditum de citro aliud 119.1.D
Corpus extenuant & deſiccant.
Alfebram 83.4.G
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Polypodium 70.1.B
Corpus releuant
Diacalamentum deſ. Ga. 102.1.B
Pilulæ lucis maiores 154.2.C
Pilulæ lucis minores 154.3.F
Tryphera ſaracenica 105.2.A
Corpus impinguant.
Oleum amygd. dul. 170.1.D
Oleum de nuce indica 171.2.B
Oleum de granis ſeſami 172.2.A
Oleum de granis papaueris 172.3.E
Hermodactylus 71.2.C
Sarcocolla 79.3.E
Suffuf bonũ impinguatiuũ 150.2.A
Corpus totum confortant.
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Myrobalani 49.2.C
Corpus totum purgant.
Confectio alcharif. 113.2.B
Helleborus niger 90.2.B
Hiera hermetis 111.1.B
Hiera ex inuentione noſtra 122.3.F
Hieralogodion Ruffi 112.2.B
Corpus a putrefactione præſeruant.
Aloe 47.1.B
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Oxymel ſcilliticum 140.2.D
Sal indus 78.2.B
Sal napticus 78.2.B
Corporis ſanitatem conſeruant.
Aloe 47.1.B
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Oxymel ſcilliticum 140.2.D
Sal indus 78.2.B
Sal napticus 78.2.B
Corporis totius odorem bonum faciũt
Helleborus niger 78.2.E
Myrobalani 49.2.C
Oleum coſtinum 176.1.A
Tryphera ſaracenica magna 105.2.A
Corporis colorem faciunt bonum
Agaricus 68.2.B.C
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Myrobalani citrini 49.2.C
Triphera ſaracenica magna 105.2.A
Trochiſci galliæ muſcatæ 144.4.E
Complexionem bonam faciunt.
Helleborus 78.2.B
Conualeſcentibus conferunt
Aromaticũ roſatũ maius. 100.1.B
Diarhodon abbatis Nico. 377.2.C
Dianthos Nicolai. 375.3.H
Roſata nouella Nicolai 389.4.E
Colorem bonum faciunt
Confectio de citoniis 103.2.C
Confectio anacardina 107.4.F
Confectio ſecũda alcharif. 103.3.E
Diacitonitem Nicolai 379.1.D
Electarium de aromatibus 93.3.H
Helleborus niger 78.2.B
Hyſſopus 60.4.F
Oleum de croco 177.1.B
Syru.de fumoterræ minor 135.3.E
Trochiſci de feſcera 86.1.C
Theodoricõ hiperſticõ Nic. 393.2.B
Cor confortant
Aromaticũ roſ.maius 100.1.C
Aromaticũ roſatũ minus 100.3.G
Aromaticum muſcatum 100.3.H
Aromaticũ cariophyllatum 100.4.F
Aqua roſata 54.4.H
Crocus 230
Confectio electarii de citro. 95.3.F
Citra condita 119.1.D
Conditum de citro 119.1.D
Doronoci
Diambra 101.2.D
Diamargariton Nicolai 375.1.A
Emplaſtrũ ſtom confortans 164.3.E
Lapis ſtellatus 76.3.G
Myrobalani 49.2.C
Oleum roſatum 54.4.H
Oleum myrtinum 175.1.B
Pira condita 118.4.G
Poma condita 119.1.A
Perſica condita 119.1.B
Roſa 54.4.H
Rob de ribes 140.4.G
Rob de citoniis 141.3.E
Rob de piris 141.3.E
Spica 230
Stœchados 50.4.E
Suffuf de ligno aloes 149.4.G
Syrupus de pomis
Trochiſci galliæ muſcatę 144.4.E
Trochi.galliæ alefanginæ 145.1.C
Trochiſci ſebellinæ 144.4.H
Trochiſci de gallia magna 145.4.E
Trochiſci diarhodon 143.2.A
Trochiſci ramich 145.4.H
Zedoaria 230
Zuccharum roſatum 120.2.D
Cordis debilitati conferunt.
Conditum de bugloſſa 138.3.H
Diamargariton Nicolai 375.1.A
Electarium de pomis 103.3.G
Trochiſci de ligno aloes 148.4.F
Cordis tremori conferunt
Aromaticum muſcatum 100.3.H
Aqua infuſionis roſarum 54.4.H
Confectio de acetoſis 104.1.D
Electarium de gemmis 94.2.C
Epithymum 59.3.F
Lapis ſtellatus 76.3.G
Myrobalani citrini 49.2.C
Myrobalani emblici 49.4.G
Roſa 54.4.H
Succus roſarum 54.4.H
Syrupus de pomis 130.3.H
Cordis pulſui conferunt.
Confectio alchermes 94.4.H
Confectio de xyloaloes 95.1.D
Confectio de muſco 95.4.C
Conditum de citro 138
Conditum de bugloſſa 158.3.H
Poma condita 119.1.A
Rob de acreſta 141.1.C
Syru.acetoſus de pomis 130.3.H
Trochiſci de ligno aloes 149.3.G
Cor calidum confortant.
Syrupus de ſucco acetoſæ 126.4.F
Cordis inflammationem reprimunt.
Alxyracoſtum 112.4.E
Diamargariton frigidum 375.1.A
Syrupus acetoſus de ſucco fructuum 130.3.E
Cordis ebullitionem mitigant.
Rob de ribes 140.4.H
Rob de berberis 141.2.B
Rob de ſumach 141.2.C
Rob de moris de ſceni 141.2.C
Rob de granatis 141.3.G
Cor mundificat.
Sene 77.3.F
Cor ægritudinibus profunt.
Confectio de xyloaloes 95.1.D
Electarium de gemmis 94.2.C
Colorem clarificant.
Capilli Veneris 62.4.F
Myrobalani nigri 49.2.C
Triphera Galeni 105.3.F
Coeundi deſiderium faciunt & augẽt
Aromaticum nardinum 101.1.B
Aſa cũ melle in ore retenta 300.
Confectio ſecunda teſticulorum uulpis 97.4.E
Confectio alcharif 113.2.A
Cubebe cũ mel.in ore retẽtæ 300.
Diaſatirion Nicolai 300
Emblicii cũ mel.in ore retẽti 300.
Piper cũ melle in ore retẽtũ 300
Triphera Galeni 105.3.F
Zingiber cum melle in ore retentum. 300.
Coitum excitant.
Auellanæ 299
Allia parum cocta 299
Bauciæ borago.bugloſſa 299.
Cardonum capita 299
Cerebra paſſerum 299
Conditum de fecacul 299
Confectio de zingibere 299
Cicera 299
Diambra 299
Diamuſcum 299
Diacurcuma 299
Electarium de aromatibus 93.3.H
Faſeoli cum ſale,& altilia & cinnamomo 299
Irigorum radices 299
Mithridatum 299
Napi 299
Panis ſimile cũ gra.ſeſami 299
Renum & dorſi calefactio 299
Secacul 299
Serpentaria 85.1.A
Sparagi 299
Theriaca uetus 299
Ruber 299
Coeundi modus 302
Coitus iuuamenta et nocumenta. 299
Colicæ dolori conferunt.
Antidotum emagogũ Ni. 372.3.H
Baurach 79.1.A
Centaurea minor 74.1.A
Carthamus 75.1.C
Colocynthis 69.2.B.C
Confectio philonii inuẽ.pri. 108.4.H
Daciminum
Empla.diaph.deſc.Alex. 166.3.F
Grana cheruæ cocta in iure galli
Ius galli 63.4.E
Muſa ænea Nicolai 385.4.F
Oleum de cherua 171.1.D
Oleum de carthamo 171.2.A
Oleum de lilio 174.1.B
Oleum de piperibus 178.2.A
Polypodium 70.1.B
Philonium Nicolai 383.4.F
Colicæ humores purgant.
Aqua mellis 132.3.E

Confectio de dactylis 114.3.E
Diacitoniten 117.3.E
Electarium maius 113.3.G
Electarium indum minus 114.1.D
Electarium alescof 115.2.B
Hiera Hermetis 111.1.B
Pilulæ aggregatiuæ maio. 152.1.D
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.E

Colicæ phlegmaticæ conferunt
Artanita 87.1.B
Baurach 79.1.A
Oleum de cherua 171.1.D
Serapinum clysterizatum 80.1.C

Colicæ fœcali conferunt.
Artanita 87.1.B

Colicæ uentoſæ conferunt
Baurach 79.1.A
Ben 75.3.G
Oleum de cherua 171.1.D
Serapinum clysterizatũ 80.1.C
Roſæ 55.1.C
Violæ 56.1.B

Corize conferunt.
Pilulæ ad oẽs morbos catar. 155.4.F
Syru.conferens catarrhis 131.2.B
Syrupus de papauere 132.1.A

Combuſtioni conferunt
Vnguentum ceruſæ 161.3.G
Vnguentum ſericum 161.4.F

Conceptionis remedia 301

Cutis maculis conferunt.
Agaricus 68.2.B.C
Linimentũ de cucu.aſini. 73.1.A.B
Oleum de ben. 171.1.B
Vnguentum alhariel 168.1.D
Vnguentũ citrinũ Nico. 226.2.B

Cutis aſperitatem curant
Agaricus 68.2.B.C
Aqua lactis 54.1.C
Vnguentum alfeſericon 162.2.C

Cutis fœditatem curant.
Agaricus 68.2.B.C
Artanita 87.1.B
Diacurcuma maior 106.1.A
Diacurcuma minor 106.2.B
Diamoruſion 106.2.C
Elleborus niger 90.2.B
Linimentum de ireos 72.2.C
Oleum de ben 171.1.B
Oleum de nucleis ceraſorũ. 171.2.C
Oleũ de ranis citrãgulorũ 171.2.D
Oleum almezereon 176.2.D
Serpentaria 85.1.A
Succus feſceræ 86.1.C
Trochiſci de feſcera 86.1.C
Triphera muſcata 105.2.D
Vnguentũ citrinũ Nicolai 395.1.D

Cutem mundificant.
Agaricus 68.2.B.C
Artanita 87.1.B
Helleborus niger 90.2.B
Linimentum de ireos 72.2.C
Oleum ſambucinum 174.2.D
Oleum de ſerpentibus 177.4.G
Oleum de frumento 178.4.E
Oleum de iunipero 179.1.A
Oleum de fraxino 179.1.D
Oleum de ouis 178.3.G
Serpentaria 85.1.A

Cutis ægritudines purgat.
Confectio alia hamech 115.4.G

Cutis morbos aduſtos curat.
Syru.de fumoterræ maior 135.3.E

Choleram nigram purgant.
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Confectio hamech 115.4.G
Decoctio epithymi 143.2.A
Decoctio capil.ueneris 142.2.A
Helleborus niger 90.2.B
Hierologodion Ruffi 396
Lapis armenus 76.1.D
Manna 53.2.C
Polypodium 70.1.B
Stœchados 57.3.H
Scilla 70.3.H
Syrupus de epithymo 137.2.C

Choleram citrinam purgant.
Aſarum 63.2.B
Colocynthis 69.2.B.C
Centaurea minor 74.1.A
Confectio de pſyllio 114.4.F
Confectio de manna 116.2.D
Diacaſiaſiſtulatum
Diapruni non ſol.
Electarium roſatum Meſ. 116.1.C
Electarium de ſucco roſa. Nico. 381.2.D
Lupulus 64.3.G
Pilulæ cõtra febres chole. 155.1.A
Violæ 56.1.B

Choleram ãduſtam purgant
Lupulus 64.3.G
Myrobalani nigri 49.2.C
Pilulæ de lapide lazuli 155.3.F
Pilulæ de lapide armeno 155.3.H
Sene 77.3.F
Syru.de fumoterræ maior 133.3.E

Cholerã faciliter et ſine moleſtia pur.
Aloe correctum 47.1.B
Aqua fructuum 142
Aqua caſei 53.1.C
Aqua infuſionis roſarum 54.4.H
Aqua lactis 54.1.C
Abſinthium 56.4.E
Agaricus 68.2.C
Confectio fumiterræ 58.2.B
Confectio electarii roſati
Capillus ueneris 62.4.F
Diacitoniten 117.3.E
Eupatorium 58.4.F
Fumuſterræ 58.2.B
Helleborus niger 90.2.B
Infuſio de ſuccis herbarum 142.3.G
Manna 53.2.C
Pilulæ de turbith. 155.2.D
Pilulæ de coloquintida 156.2.D
Rhabarbarum 50.4.F
Syrupus acetoſus de ſucco fructuum 130.2.C
Syrupus acetoſus laxatiuus 131.2.A
Succus roſarum 54.4.H

Choleram diuidit & abſtergit.
Helleborus niger 90.2.B
Ireos 72.2.B
Secaniabin de radicibus 133.4.F

Choleræ rubeæ inflammationem extinguunt.
Aqua fructuum 142.2.C
Caſia 52.1.C
Mirobalani 49.2.C
Syru.acetoſus laxatiuus 131.2.A
Syrupus acetoſus de ſucco fructuum 130.2.C
Zuccharum uiolatum 120.3.H

Choleræ acuitatem ſedant
Trochiſci ramich 145.4.H

Dentium dolori conferunt.
Acetum decoctionis helleboris nigri 90.2.B
Acetum decoctionis ireos 72.2.B.C
Acetum colocynthidatũ 69.2.B.C
Acetum opopanacatum 81.3.E
Acetum decoctionis mezereon 80.4.E
Decoctio hyſſopi 60.4.G
Diapraſium Nicolai 376.2.C
Mula ænea 385.4.G
Oleum philoſophorum 179.4.H
Trochiſci de ſcamonea 66.2.C.D

Dentes motos confirmat.
Acetum ſcilliticum 70.3.H

Dentium corroſioni conferunt.
Acetũ decoctiõis mezereon. 82.4.E
Acetum opopanacatum 81.3.E
Trochiſci de ſcammonea 66.2.C.D

Dentium corroſioni conferunt.

Dentes mundificant.
Ariſtolochia 87.3.F
Sal panis toſtum 80.2.B

Dentium generationi conferentia.

Dentium reumati conferunt.
Acetũ decoctionis ireos 72.2.C

Dentium congelationi conferunt.

Dentium uermibus conferunt.

Demoniacis confert.
Oleum de lapide gagatis 179.2.A

Debilibus mire ſubueniens.
Aromaticum roſatũ maius 100.1.C

Digerere cibum faciunt.
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Aromaticum nardinum 101.1.B
Diarhodon deſcriptione communi 99.3.F

Digeſtionem confortant
Aromaticum roſatum 140.1.C
Electarium de pomis 103.3.G
Hiera diacolocynthidos ruffi 112. 2.D
Pilulæ ſtomatichæ 151.4.F
Pilulæ diarhodon 155.2.C
Pilulæ ante cibum Nicolai

Digeſtionem bonam faciunt
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Suffuf aromaticum 150.1.C

Digeſtionem procurant.
Acetum ſcilliticum 134.4.E
Aromaticũ roſatum maius 100.1.C
Conditum de citro 119.1.D
Chebuli conditi 49.4.G
Diambra 101.2.D
Diaciminum 102.4.E
Diatriompipereon 102.2.C
Diamargariton Nico. 375.1.A
Pilulę alefanginæ 151.3.E
Pilulæ de turbith 155.2.D
Suffuf de ligno aloes 149.4.G
Trochiſci de gallia magna 149.1.G

Digeſtionis maliciei nalet.
Conditum de bugloſſa. 138.3.H
Hyſſopus 60.4.G
Trochiſci de roſis 145.2.G
Trochiſci ad fœtorem oris.

Diabetis remedia 298

Dyſſuriæ remedia 299
Alchanna 299
Ciperum 299
Enula 299
Sandaracha 299
Thus maſculum 299

Dyſenteriæ conferunt.
Aqua hordei cum zuc.roſa.& ſucco portulacæ clyſterizata 280
Cucurbitę ſuccus cum prædictis clyſterizatus 280
Oleum roſatum 172.4.H
Pſillium frixum 62.1.C
Rhabarbar. aſſatum cum ſucco planta ginis & uino ſtiptico bibitũ. 50.4.F
Trochiſci de abſinthio 147.1.B

Dolores calidos ſedant.
Aqua roſata 54.4.H
Oleum roſatum 172.4.H
Oleum de papauere 174.3.F
Vnguentum de papauere 160.3.E
Viola 56.1.B

Dolores frigidos ſedant.
Oleum de lilio 174.1.B
Oleum maſticinum 175.4.G
Oleum ſinapinum 178.4.F

Dolores mitigant & reſoluunt
Oleum roſatum 172.4.H
Oleum chamæmillinum 177.3.E
Oleum anetinum 173.4.H
Oleum de meliloto 174.3.G

Doloris auferunt.
Cerotum Andromachi 163.2.C

Dorſi dolores purgant.
Pilulæ aggregatiuæ maio. 152.1.D
Pilulæ de ſerapino 153.4.F
Pilulæ de opopanaco 156.3.F

Dorſi podagram purgant.
Pilulæ de ſerapino 153.4.F
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.F
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.H

Dorſi doloribus conferunt.
Auellana indica 320.2.D
Cicer 320.2.D
Ciperum 320.2.D
Decoctio ſparagi bibita 320.2.D
Maiorana emplaſtrata 320.2.D
Magaleb 320.2.D
Oleander emplaſtratus 320.2.D
Oleum de piperibus 178.2.A
Oleum uulpinum 177.4.E
Oleum philoſophorum 179.4.H
Oleum nucis indicæ uetus 171.2.B
Succus auellanæ indicæ 320.2.D
Spinachia 320.2.D
Siſeleos 320.2.D

Doloribus interioribus oĩbus cõfert.
Agaricus 68.2.B
Empl.relatũ ad Ariſtarchũ 166.4.G

Duritiem omnium ſoluunt
Allium emplaſtratum
Dialacca maior 106.3.F
Dialacca minor 106.4.F
Diachilon magnum 164.2.B
Emplaſtrũ diachilon cõium 164.3.F
Hyſſopi cerotum 157.4.G
Oleum amygdalarũ dul. 170.1.B

Ebrietatem remouent.
Confectio de acetoſis 104.1.D
Syrupus acetoſi.citri 127.3.H
Syru.aceto.de prunis. 130.4.E

Ægritu.omnibus frigidis conferunt.
Oleum benedictum 179.3.E
Oleum nardinum 175.3.G

Ægritudinibus calidis conferunt.
Electarium roſatum 116.1.C

Ægritudinibus melãcholicis confert.
Decoctio epithymi 143.2.A

Elephantiam purgant.
Colocynthis 69.2.B.C
Confectio alia hamech 115.4.G

Hemicraneæ conferunt.
Adrianum Nicolai cum uino decoctionis ſaluiæ 370.4.E
Colocynthis 69.2.B.C
Decoctio abſinthii 56.4.E.F
Diaolibanum Nicolai 277.1.D
Diacaſtoreum Nicolai 277.4.H
Emplaſtrum ſinapis 165.2.A
Helleborus niger 90.2.B
Infuſio de hiera 143.3.E
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Oleum de abſinthio 56.4.E.F
Oleum laurinum 171.3.G
Oleum nardinum 175.3.G
Oleum de euphorbio 177.3.E
Oleum de cucu.aſinino 176.4.E
Trochiſci de ſcammonea 66.2.C.D
Tyriaca Galeni,& Nicolai. 291.1.B
Trochiſci de citro

Hemicraneam purgant.
Cucumer aſini.emplaſt. 73.1.A
Hiera hermetis 111.1.B
Pilulæ arabicæ Nicolai 389.3.F
Pilulæ alandahal. 154.4.H
Serapinum 80.1.C
Succus cucumeris aſinini 73.1.A

Hemicraneæ frigidæ confert.
Artanita 87.1.B

Hæmorrhoidas ſanant.
Confectio alchechengi 149.3.E
Lapis ſtellatus 76.3.G
Triphera ſaracenica magna 105.2.A
Triphera muſcata 105.2.D
Triphera Galeni 105.3.F
Triphera minor 105.4.G

Hæmorrhoidibus conferunt.
Mirobalani citrini 49.2.C

Hæmorrhoidum dolores ſedat.
Oleum chryſomellis 170.4.E
Oleum de nucleis perſicorũ 170.4.G
Serpentaria 85.1.A

Hæmorrhoidum ulceribus ualet.
Pilulæ de bdellio maiores 156.1.C
Pilulæ de bdellio minores 156.2.A

Hæmorrhoidum tumores ſoluunt.
Oleum de chryſomellis 170.4.E
Oleum de nucleis perſico. 176.4.G

Hæmorrhoidas ſoluunt.
Artanita 87.1.B
Antidotũ emagogũ Nic. 372.3.H
Ireos 72.2.B.C
Pilulæ aggregatiuæ maiores 152.2.B

Hæmorrhoidum fluxum ſtringunt.
Confectio electarii ex inuentione noſtra 181.1.B
Pilulæ de bdellio maiores 156.1.C
Pilulæ de bdellio minores 156.2.A

Hæmorrhoidibus nocet
Aloe non correctum 47.1.B

Hæmpyematis remedia 217

Hepar confortant.
Abſinthium 56.4.H
Aromaticum nardinum 101.1.B
Aqua infuſionis roſarum 65.1.A
Aqua roſata 55.1.A
Athanaſia 109.3.E
Confectio de citoniis 138.2.G
Conditum de citoniis 138.2.C
Conditum de citro
Electarium de granis myrti 101.4.H
Eupatorium 58.4.F
Fumuſterræ 58.2.C
Mirobalani 49.2.C
Oleum roſatum
Oleum coſtinum 176.1.B
Pilulæ aggregatiuæ maio. 172.4.H
Rhabarbarum 50.4.F
Succus roſarum 55.1.A
Syru.de fumoterræ maior 135.3.E
Trochiſci gallię alephãginæ 143.2.D
Trochiſci de gallia magna 144.4.E
Trochiſci ramich 145.4.H

Hepar mundificant.
Agaricus 68.2.B
Capillus ueneris 62.4.E.F
Ireos 72.2.B
Pilulę ſtomatichæ 151.4.F
Pilulæ aggregatiuæ 152.1.D
Rhabarbarum 90.4.F
Sene 77.3.F

Hepatis inflammationi conferũt. 260

Hepatis groſsitiei conferunt
Emplaſtrum oribaſii aliud 167.1.A
Ben emplaſtrum 75.3.G
Ireos 72.2.D

Hepatis duritiei conferunt
Aſarum
Abſinthium 56.4.F
Eupatorium 58.4.F
Emplaſtrum de ben 75.3.G
Emplaſtrum diachilon cõe 163.3.H
Emplaſtrum andromachi 165.1.D
Emplaſtrum relatum ad ariſtarcum 166.4.G
Emplaſtrum de melliloto 177.2.A
Ireos. 72.2.B.C
Hyſſopi cærotum deſ.Gal. 157.4.G

Hepatis apoſtemati calido conferunt.
Lupuli 64.3.G
Violæ 56.1.B

Hepatis apoſtematibus conferunt.
Emplaſtrum relatum 166.4.G
Ireos 72.2.B.C
Trochiſci de rhabarbaro 146.2.C
Trochiſci de eupatorio 147.2.A

Hepatis cachexiæ confert.
Tyriaca diateſſeron 104.3.F

Hepatis hydropiſim ſanant.
Athanaſia 109.3.E
Diacodion 122.3.H
Pilulæ de lacca 261.2.G
Pilulæ de ſpica 261.262
Pilulę alchechengi 152.4.G
Pilulæ de rauedſeni 154.1.B
Syrupus de eupatorio 137.1.A
Secaniabin de cheiſim 134.2.C
Tyriaca diateſſeron 104.3.F
Trochiſci de roſis 145.2.C
Trochiſci de eupatorio 147.2.A
Trochiſci de lacca 147.3.F

Hepatico fluxui conferunt.
Emplaſtrum diaphœnicon 166.2.B

Hepatico fluxui conferunt
Emplaſtrũ diaphenicon 166.2.b
Hepatis malitiam corrigunt
Confectio diagalanga 99.1.c
Trochiſci de aniſo 147.2.c
Hepatis debilitatem corrigunt
Aromaticum muſcatum 100.3.h
Confectio diarhodon deſcriptione communi 99.3.f
Confectio alchanzi
Conditum de citro aliud 138.3.f
Dialacca maior 106.3.f
Dialacca minor 106.4.f
Syrupus de abſinthio 135.2.b
Trochiſci de ligno aloes 148.4.f
Hepatis ſcliro conferentia 361
Hepatis inflammationem extinguunt
Alxiracoſtum 112.4.e
Confectio de acetoſa 104.1.d
Cerotum ſandalinum 160.4.f
Emplaſtrum de fermento 165.4.f
Lupulus 64.3.g
Syrupus acetoſus de pomis 130.4.g
Syru.acetoſus de tereniabin 131.1.b
Syrupus de portulaca 131.2.c
Triphera perſica 113.1.b
Trochiſci de camphora 146.1.d
Trochiſci de ſpodio cum ſemine acetoſæ 146.3.h
Trochiſci de berberis 147.1.a
Trochiſci de ſandalis 148.2.c
Triaſandali Nicolai 393.2.a
Vnguentum roſatum 160.2.c
Hepatis calefactioni conferunt
Confectio de pſilio 114.4.f
Diaprunis non fol. 257
Diacaſiafiſtulatum 257
Nenufar ſecundum omnem modum admi. 257
Syrupus magnus 257
Syrupus de endiuia cõp. 257
Syrupus de hepatica 257
Syrupus de nenufare 257
Trochiſci hyp. 257
Hepatis frigiditati conferunt
Emplaſtrum de gallia 164.3.g
Emplaſtrum de fermento 165.4.f
Emplaſtrum aliud de gallia 164.4.g
Emplaſtrum diaphœnicon 166.2.b
Emplaſtrum ſtomachum & cor confortans 164.3.e
Mellicratum conditum 138.1.b
Secaniabin de calamento 134.2.d
Syrupus de thymo 136.4.g
Hepatis oppilationes aperiunt
Aqua infuſionis roſarum 54.4.h
Abſinthium 66.4.f
Acetum ſcilliticum 134.4.e
Aſarum 63.2.b
Aqua plantaginis 87.3.f
Ariſtolochia ro. 87.3.f
Centaurea minor 74.1.a
Capillus uene. 62.4.e.f
Caſia 52.2.c
Decoctio de eupatorio 143.1.c
Decoctio de ſtœchados 143.1.b
Decoctio cucumeris aſinini 73.1.a
Decoctio fumiterræ 142.3.h
Epithymum 59.3.f
Endiuia hortulana & campe.
Eupatorium 58.4.g
Emplaſtrum de ben 75.3.g
Ficus ſiccæ infuſæ in oleo amygdalino 257
Fiſtici 257
Gentiana 257
Ireos 72.2.b
Lupini 257
Lactuca 257
Lacca 257
Lupuli 257
Oxymel ſcilliticum 140.2.d
Petroſelinum 257
Polium 257
Piſana 257
Rhabarbarum 50.4.f
Rubea tinctorum 257
Syrupus ſcilliticus 257
Spica 96.2.d
Scilla 257
Succus fœniculi humidi 257
Sparagus 257
Secaniabin ſimplex 257
Secaniabin de radicibus 257
Succus cucumeris aſinini 73.1.a
Succus roſarum 54.4.h
Syrupus acetoſus cũ radicib. 130.1.a
Syrupus de fumoterræ min. 135.3.h
Semina communia 257
Trochiſci de lacca 147.3.f
Trochiſci de rhabarbaro 146.2.c
Trochiſci de abſinthio 257
Taraſacon 257
Violæ 56.1.b
Hepatis doloribus et pũcturæ cõferũt
Agaricus 68.2.a
Anhanaſia magna 109.3.e
Capilli ueneris 62.4.e
Diarhodon deſcriptione cõi 98.3.f
Decoctio de eupatorio 143.1.c
Eupatorium 58.4.f
Euphorbium 58.4.g
Ireos 72.2.b
Hyſſopi cerotum deſ. Gal. 157.4.g
Hyſſopi ceroti deſ. Phila. 158.1.d
Hyſſopi cerotũ deſc. Pauli 158.2.b
Oleum de ireos 72.2.c
Oleum de euforbio 177.3.e
Pilulæ de rhabarbaro 154.1.b
Pilulæ de alchechengi 152.4.g
Rhabarbarum 50.4.f
Syrupus de abſinthio 135.1.c
Trochiſci de rhabarbaro 146.2.c
Hepatis ægritudines factas a phlegmate groſſo a uentoſitate purgant
Confectio de xyloaloes 65.1.d
Diacurcuma magna 106.1.a
Electarium de aromatibus 93.3.h
Electarium de gemmis 94.2.c
Hepatis ægritudines frans purgant
Confectio electarii alcharif 113.2.b
Diarhodon abbatis 377.2.c
Hierapicra 110.3.h
Hepatis ægritud ines purgant
Confectio alchechengi 149.3.e
Endiuia alba 256
Ireos 72.2.b
Pilulæ de turbith 155.2.d
Pilulæ febeliæ 157.1.b
Hepatis percußioni conferunt
Abſinthium 56.4.f
Acorus 250
Coriandrum 258
Corrigiola 258
Corallus 258
Camphora 258
Lacca 258
Lutum armenum 258
Lutum ſenium 258
Lingua ceruina 257
Mumia rubea 258
Oleum de alchanna 258
Plantago 258
Rhabarbarum 50.4.f
Spodium 258
Succus carrigiolæ 258
Succus conſolidæ 258
Sanguis draconis 258
Sandali 258
Terra ſigillata 258
Vinum nigrum ſtipticum 258
Hepatis inciſioni conferentia 258
Hepati nocet
Aloe non correctum 47.1.a
Epilepſiæ conferunt
Acetum ſcilliticum 139.4.c
Blanca Nicolai 373.1.b
Confectio de muſco 95.4.c
Confectio alfefera 116.2.b
Cucumer aſininus
Diacaſtoreum Nicolai 377.4.h
Electarium pliris arcoticon 38.1.b
Hyſſopus 60.4.g
Hieralogodion memphiton 112.2.b
Lapis ſtellatus 76.3.g
Mitridatum Nicolai 384.3.f
Oxymel ſcilliticum 140.2.d
Opopyra Nicolai 386.4.g
Oleum de cucu. aſinino 176.4.e
Oleum de piperibus 177.2.a
Oleum de lapide gagatis 179.2.a
Oleum philoſophorum 179.2.b
Potio ſancti Pauli Nicolai 387.4.g
Stœchados 57.3.h
Sotira magna Nicolai 390.2.d
Syrupus de ſtœchados 137.3.g
Tyriaca diateſſeron 104.3.f
Tyriaca magna Gal. Nico. 391.2.b
Vnguentum de bdellio
Epilepſiam purgant
Agaricus 68.2.b
Ariſtolochia rotunda 87.3.f
Aſarum 63.2.b
Colocinthis 69.2.b c
Epithimum 59.3.f
Feſcera 86.1.c
Elleborus niger 90.2.b
Hiera hermetis 111.1.b
Lapis armenus 76.1.d
Scilla 70.3.h
Serapinum 80.1.c
Eriſipilæ remedia 359
Eructuationi acetoſæ ualent
Confectio de galanga 99.1.c
Diaciminum
Oxymel ſcilliticũ ſimplex 140.2.d
Eructuationi fumoſæ confert
Confectio de acetoſis 104.1.d
Eſtiomeni remedia 259
Ethicis & conſumptis conferunt
Confectio teſticulorũ uulpis 97.4.e
Diarhodon abbatis Nicolai 377.2.c
Diadragantum Nicolai 378.2.b
Diapapauer Nicolai 378.3.a
Loch ſanum 123.4.h

Oleum

Oleum amygdalarum dul. 171.1.b
Syrupus contra pleureſim Nicolai
Trochiſci de camphora 146.1.d
Zuccarum roſa. Nicolai
Excoriationi confert
Vnguentum ſericinum 161.4.f
Faſtidium tollit
Confectio de aromatibus 93.3.h
Diamargariton Nicolai 375.1.a
Faciem clarificant
Aqua fraſinellæ cum farina fabarum
Trochiſci de feſcera 86.1.c
Faciem pulcherrimam reddit
Aqua fraſinellæ
Faciem coloratam faciunt
Balnei aſſiduatio
Confectio de manna 116.2.d
Granata dulcia 347
Ius galli faſiani & perdicis pinguium 347
Oleum coſtinum
Trochiſci de feſcera 86.1.c
Vitella ouorum forbilium 347
Faciei maculas & lentigines mundificat & abſtergit
Aqua fraſinellæ cum farina fabarum
Linimentum de ireos 72.2.c
Serpentaria 85.1.a
Succus feſcere 86.1.c
Faciei fœditatẽ & ſorditiem remouẽt
Diacurcuma maior 106.1.a
Diacurcuma minor 106.2.b
Diamoruſion 106.2.c
Linimentum de ireos 72.2.c
Linimentum de cu.aſinino 73.1.a.b
Serpentaria 86.1.c
Faciem relucentem faciunt
Aqua fraſinellæ cum farina fabarum
Fœtum educit
Armoniacum 311
Antidotum em agogũ Nico. 172.3.h
Balſamum 311
Caſtoreum 311
Centaurea 311
Chemeſis 311
Opopanax 311
Semen thymi 311
Fœtum interficit
Antidotũ emagogum Nic. 372.1.h
Opopanacum 81.3.e
Serapinum 85.1.a
Febrium ſynocharum remedia 335 *& inde.*
Febres acutas purgant
Diaprunis Nicolai 376.1.a
Oxycoſtum Nicolai 387.2.c
Pilulæ quæ conferunt ad febres acutas 155.2.a
Febribus ſanguineis confert
Syrupus de lupulis
Febribus calidis conferunt
Caſsia 52.2.c
Confectio de acetoſis 104.1.d
Cerotum uiolatum
Diarhodon abbatis Nico.
Syrupus cucurbitæ 126.4.g
Febrium ardorem & inflammationem extinguunt
Acetum uiolatum 56.1.b.c
Confectio de prunis 104.2.b
Diaprunis Nicolai 376.1.a
Iuleb uiolatum 125.2.d
Syrupus de prunis 127.1.a
Syrupus de granatis 127.1.b
Syrupus acetoſitatis citri 127.3.h
Syrupus acetoſus ſimplex 129.3.h
Syrupus de portulaca 131.3.e
Syrupus de ſucco fructuũ 130.2.c
Trochiſci de camphora 146.1.d
Trochiſci de berberis 147.1.a
Trochiſci de ſandalis 140.2.c
Violæ 56.1.b.c
Febribus cholericis conferunt
Aqua lactis 54.1.c
Diaprunis Nicolai 376.1.a
Fumuſterræ 58.2.b
Myrobalani citrini 49.2.c
Rauedſeni
Succus roſarum 54.4.h
Syrupus de lupulis 64.4.h
Syrupus de ſucco acetoſæ 126.4.f
Syrupus de acreſta 128.1.a
Febrium peſtilentialium reme.fo. 345
Febribus cholericis multi incendij cõf.
Pſyllium 62.1.b
Syrupus de lupulis 68.3.g
Syrupus acetoſus de pomis deſcriptione noſtra 130.4.g
Trochiſci de roſis 145.2.c
Trochiſci de ſpodio 146.2.c
Trochiſci de ſpodio cum feminibus acetoſis 146.3.g
Febribus cholericis antiquis conferũt
Aſſarum 73.3.c
Trochiſci de eupatorio 147.2.a
Febribus phlegmaticis conferunt
Decoctio de ſtœchados 143.1.b
Syrupus de ſtœchados 137.3.g
Turbith confortatum 67.3.e
Trochiſci diarhodon 145.1.d
Febres compoſitas purgant
Confectio de dactylis 114.3.e
Decoctio eupatorii 143.1.c
Syrupus acetoſus de ſuccis herbarum 130.2.b
Syrupus diarhodon 134.3.h
Trochiſci de roſis 145.2.c
Trochiſci de eupatorio 147.2.a
Febres antiquas purgant
Agaricus 68.2.b
Aſarum 63.2.c
Pilulæ aggregat.maiores 152.2.b
Pilulæ aggregat.minores 152.2.d
Pilulæ alchechengi aliæ ad illud. 152.4.g
Pilulæ de rhabarbaro
Febribus oppilationum cholericis & phlegmaticis difficilis eradicationis conferunt
Aqua lactis 54.1.c
Abſinthium 56.4.g
Fumuſterræ 63.2.b
Lupuli 64.3.g
Rhabarbarum 50.4.f
Syrupus de byſanziis 129.1.c
Febriũ phlegmaticarũ reme.fo. 338 *& inde*
Febribus antiquis periodicis & quartanis conferunt
Adrianum Nicolai 370.4.e
Agaricus 68.2.b
Aſarum 63.2.b
Abſinthium 56.4.f
Confectio de aſſa 107.3.f
Confectio de dactylis 114.3.e
Diaſulphur 109.4.f
Diaciminum Nicolai 377.4.e
Diacalamentum Nicolai 378.3.f
Eupatorium 59.4.g
Hiera fortiſsima Galeni 396.4.g
Infuſio de hiera 143.3.e
Idrocopion olimpiacũ Nic. 384.1.c
Mirobalani nigri 49.2.c
Mirobalani chebuli cõditi 49.4.g
Mithridatum Nicolai 384.3.f
Muſa enea Nicolai 385.4.f
Oxyzaccara Nicolai 387.4.e
Polypodium 70.1.b
Potio ſancti Pauli Nicolai 387.4.g
Rhabarbarum 50.4.f
Requies magna Nicolai 389.4.h
Syrupus de ſtœchados 137.3.g
Syrupus de eupatorio 137.1.a
Secaniabin de radicibus 133.4.f
Secaniabin de calamento 134.2.d
Syrupus de thymo 136.4.g
Trochiſci diarhodon 145.1.d
Trochiſci de roſis 145.2.c
Trochiſci de eupatorio 147.2.a
Trochiſci de abſinthio 147.1.b
Trochiſci de aniſo 147.2.c
Trochiſci de lacca 147.3.f
Febres quartanas ſoluunt
Lapis armenus 76.1.d
Pilulæ indæ 153.1.d
Febrium rigoribus conferunt
Agaricus 68.2.b.c
Ariſtolochia 87.3.f
Muſa enea Nicolai 385.4.f
Oleum anethinum 173.4.h
Oleum de enula 175.1.d
Opopanax 81.3.e
Rubea trochiſcata Nicolai 389.4.h
Requies magna Nicolai 390.1.b
Trochiſci de eupatorio 147.2.a
Febrium putridarũ remedia cõmunia folio. 330. *& inde.*
Febrium ethicarum remedia 349
Febrium horripilationi confert
Oleum de aſaro 63.2.c
Feb.difficiles ad ſodã ueniẽtes purgat
Confectio de pſyllio 114.4.f
Febribus ſyncopis calidæ confert
Syr.acetoſus de tereniabin 131.1.b
Febribus in quibus forma corrumpitur confert
Trochiſci diarhodon
*Febriũ ephemerarũ re.*334. *& inde*
Fiſtulas purgant
Ariſtolochia 87.3.f
Decoctio centaureæ 74.1.a
Emplaſtrum arabum 159.1.b
Hieralogodion Ruffi 112.2.b
Oleum de ouis 178.3.g
Serpentaria 86.1.c
Syrupus de epithymo 137.2.c
Tentæ de mezereon 82.4.e
Vnguentum de centaurea 74.1.a
Vnguentũ de opopanaco 81.3.e
Vnguentum de lino 160.1.b
Vnguentum alfefericon 162.2.b
Vnguentum diaphœnicon deſcriptione Arabica 158.4.f

Fiſtulas

Fistulas antiquas abstergunt & mundificant
Aristolochia rotunda 87.3.f
Vnguentum ægiptiacum magnum
Fistulas lachrymales sanat
Cinis capillorum ueneris 62.4.f
Fluxum cholericum sistunt
Oleum rosatum 172.4.h
Trochisci ramich 145.4.h
Fluxus cuiuslibet reme.folio.274.& inde
Phlegmaticis confert
Decoctio alhasce 142.4.f
Phlegmatis ægritudines purgant
Pilulæ de sarcocolla 153.2.d
Pilulæ de coloquintida 156.2.d
Phlegma uiscosum attenuant & subtiliant
Baurach 79.1.a
Oleum de cherua 171.1.d
Polypodium 70.1.b
Phlegma purgant
Aloe correctum 47.2.b
Asarum 63.2.b
Alsebram 83.4.g
Carthamus 75.1.c
Capilli ueneris 62.4.e
Colocynthis 69.2.b.c
Decoctio alhasce 142.4.f
Decoctio myrobalanorũ 142.4.h
Eupatorium 58.4.f
Fescera 86.1.c
Genestra
Hyssopus 60.4.f
Hierapicra abbatis Nico. 386.4.f
Hieralogodion Ruff. 112.2.b
Myrobalani chebuli 49.2.c
Pilulæ de euphorbio 153.4.h
Pilulæ de turbith 155.2.d
Rhabarbarum 50.4.f
Stœchados 57.3.h
Sal napticus 78.2.c
Secaniabin 133.2.c
Phlegma crassum & difficile incidunt & abstergunt
Agaricus 68.2.b
Ben 75.3.g
Euphorbium 80.4.g
Hermodactylus 71.2.c
Ireos 72.2.b.c
Opopanax 81.3.e
Polypodium 70.1.b
Serapinum 85.1.a
Syrup.aceto. cum radicibus 130.1.a
Secaniabin cum radicibus 133.4.f
Secaniabin de cheysim 134.2.c
Turbith confortatum 67.3.e
Phlegma crudum purgant
Ben 75.3.g
Baurach clysterizatum 79.1.a
Centaurea minor 74.1.a
Sarcocolla 79.3.e
Phlegma uiscosum & mucilaginosum purgant
Artanita 87.1.b
Euphorbium 81.3.e
Opopanax 81.3.e
Sal panis 78.3.f
Phlegma uitreum purgant
Sal panis 78.3.f
Phlegma salsum purgat
Syru.de fumoterræ maior 135.3.e
Phlegma a iuncturis purgat
Centaurea 74.1.a
Euphorbium 80.4.g
Opopanax 81.4.c
Sarcocolla 79.3.c
Turbith consolatum 67.3.e
Formicæ remedia 359
Formæ corruptioni et defædationi cõf
Confectio rauedseni
Confectio alchechengi 149.3.e
Mellicratum de bugloss̃a 138.3.g
Syrupus de eupatorio 137.1.a
Triphera minor 105.4.e
Trochisci de rosis 145.3.f
Trochisci de rhabarbaro 146.2.c
Phlegmatis utriusque superflui tates purgant
Cherua 88.2.d
Ius galli cum turbith & charthamo 63.4.e
Pilulæ stomatichæ 151.4.f
Pilulæ de sarcocolla 153.2.d
Pilulæ de serapino 156.1.a
Serpentaria 85.1.a
Phlegmonis remedia 362
Frigidis natura ualet
Diambra 101.3.d
Sarcocolla 79.3.c
Frenesis remedia 189
Fellis oppilationes aperiunt
Aqua endiuiæ 267
Aqua cuscutæ 267
Aqua coriandrorum 267
Aqua quatuor.f.frigidorũ cõium 267

Gaudium generant
Cõfectio de xyloaloes 95.1.d
Dianthos Nicolai 375.3.h
Lęticia Gale.Nicolai 383.1.b
Myrobalani 49.2.c
Sene 77.3.f
Genuum dolores purgant
Acetũ decoctiõis mezereon 82.4.e
Acetum decoctionis aristo. 87.3.f
Pilulæ aggregatiuæ maio. 152.1.b
Pilulæ de opopanaco 156.3.f
Genuum doloribus conferunt
Emplastrum andromachi 163.2.c
Opopanax 81.3.e
Gingiuæ laxæ & putridæ conferunt
Acetum scilliticum 134.4.e
Acetum decoctionis mezereõ 82.3.c
Acetũ decoctiõis aristol. 87.3.f
Decoctio absinthii 66.4.f
Sal panis 78.2.a
Gingiuarum ulceribus & uulneribus conferentia 203
*Gingiuarũ apostematibus confer.*203
*Glandularũ apostematibus conf.*269
Gonorrhoeæ conferunt
Aqua solatri 297
Coriandrum 297
Lactucæ aqua 297
Lapis emathites 297
Menta 297
Nenufar 297
Portulaca 297
Guttur confortant
Aqua rosata 55.1.a
Oleum rosatum 172.4.h
Gutturis asperitatem leniunt
Calsia 52.2.c
Manna 53.2.c
Oleum amygdalarum dul. 170.1.a
Oleum de granis sesami 172.2.a
Violæ 56.1.b
Guttur stringit
Aqua rosata 54.4.h
Gutturis apostematibus conferunt
Confectio de succo nucum
Diamoron Nicolai 375.3.e
Genuum podagram purgant
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.f
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.h
Pilulæ de serapino 156.1.a
Guttæ confert
Benedicta Nicolai 373.4.g

Herpeti conferunt
Helleborus niger 90.2.b
Trochisci de arsenico 148.1.c
Heristpilæ conferunt
Psyllium 62.1.c
Vnguentum rosatum 160.2.c
Vnguentum uiolatum 160.2.a
Vnguentum ceruse 161.3.g
Herniæ remedia folio.209
Hilaritatem generant
Myrobalani 49.2.c
Humiditates crassas resoluunt & subtiliant
Aristolochia 87.3.f
Diacalamentũ desc.Gal. 102.1.b
Turbith confortatum 67.3.e
Humores crassos & uiscosos purgant
Agaricus 68.2.b
Capillus ueneris 62.3.e
Colocynthis 69.2.b.c
Infusio alia hieræ 143.3.e
Pilulæ aggregatiuæ maio. 152.1.d
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.f
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.h
Sarcocolla 79.3.e
Squilla 70.3.h
Serapinum 85.1.a
Sal omne 78.2.a
Turbith confortatum 67.3.e
Humorum crassitiem subtiliant
Acetum scilliticum 143.4.e
Oxymel scilliticum 146.2.d
Humores crudos purgat
Confectio de dactylis 114.3.e

Humorum lubricitatem remouet
Confectio de seminibus 102.4.g
Humores adustos purgant
Aqua lactis 54.1.c
Acetum scilliticum 139.4.e
Confectio alia hamech 115.4.g
Fumusterræ 58.2.b
Hydropisi conferunt
Aqua lactis 54.1.c
Agaricus 68.2.b
Asarum 63.2.b
Alsebram 83.4.g
Colocynthis 69.2.b.c
Confectio de mezereon 82.4.e
Diacurcuma magna 106.1.a
Diacurcuma minor 106.2.b
Diacostum 106.4.h
Diasulphur 109.4.f
Diacoston
Diacoston Nicolai 378.2.a
Dialacca Nicolai
Decoctio granorum cheruæ in aqua casei 88.2.d
Emplastrum relatum ad Aristarcum 166.4.g
Emplastrum Andromachi 163.2.c
Emplastrum de aliis 166.4.e
Emplastrũ de baccis lauri 164.2.b
Emplastrum de ficubus & stercore mulæ
Oleum almezereon 82.4.e
Myrobalani chebuli conditi 49.2.c
Serapinum 80.1.c
Syrupus de eupatorio 137.1.a
Trochisci de rosis 145.3.f
Trochisci de rhabarbaro 146.2.c
Trochisci de ligno aloes 108.4.f
Vinũ bullitũ cũ opopanaco 81.3.e
Hydropisim incipientem purgant
Confectio de eupatorio 116.4.h
Pilulæ de rhabarbaro 152.3.h
Hydropisim purgant
Absinthium 56.4.f
Confectio de alchechengi 149.3.e
Decoctio radicũ cuc. asini. 73.1.a.b
Ireos 72.2.b.
Pilulæ de alchechengi 152.4.g
Pilulæ rauedseni. 154.1.b
Pilulæ de mezereon 154.1.d
Pilulæ sebelliæ 157.1.b
Rhabarbarum 50.4.f
Succus cucumeris asinini 73.1.a.b
Vnguentũ arthanitæ magnũ 159.4.h
Horripilationi conferunt
Cõfec.de asa cũ uino tepido 107.3.f
Diacalamentum 102.1.b
Diapipereon 102.2.c
Diaciminum 102.4.e
Diamuscum
Mithridatum 384.3.f
Musa 385.4.f
Requies 390.1.b
Rubea trochiscata cum rodostomatæ 389.4.h
Syrupus de menta 135.1.a
Syrupus de hyssopo 136.1.c
Theriaca antiqua 104.3.f

Ictericis conferunt
Aqua lactis 54.1.c
Aqua mellis 132.3.e
Aqua infusionis rosarum 54.4.h
Absinthium 56.4.f
Agaricus 68.2.b.c
Asarum 63.2.b
Confectio rauedseni 106.4.g
Confectio de psyllio 114.4.f
Capillus ueneris 62.4.f
Diarhodon abbatis Nico. 377.2.c
Decoctio cucu.asinini 73.1.a.b
Flos carthami cũ aqua mellis 75.1.c
Lupuli 64.3.g
Oleum de carthamo 171.2.a
Succus artanitæ cum mellicrato 87.1.b
Succus cucumeris asinini 73.1.a.b
Succus rosarum 54.4.h
Triasandali Nicolai 393.2.d
Tryphera perfica 103.1.b
Trochisci de rosis 145.2.c
Trochisci de eupatorio 147.2.a
Trochisci de rhabarbaro 116.2.c
Trochisci de camphora 146.1.d
Violæ 56.1.b
Icteritiam citrinam purgant
Aloe præparatum 40.1.b
Confectio electarii rosati 116.1.b
Confectio de eupatorio 116.4.h
Confectio fumiterræ 58.2.b
Rhabarbarum 50.4.f
Syrup.de fumoterrę minor 135.3.c
Syrupus de lupulis 64.3.g
Icteritiam splencticam soluunt
Pilulæ indæ 153.1.d
Igni perfico ualet
Vnguentum rosatum 160.2.c
Iliorum doloris remedia 207
Iliacæ conferunt
Ius galli 63.4.e
Oleum de cherua 171.1.d
Oleum assæ
Impregnationis remedia
Confectio Hamech 115.3.f
Fumusterræ 58.2.b
Oleum de ouis 178.3.g
Oleum de frumento 178.4.e
Oleum de serpentibus 177.4.g
Syrup.de fumoterræ maior 135.3.c
Vnguentum alphesericon 161.2.c
Intellectum illorum qui scire desiderant acuit
Aloe 49.1.b
Confectio anacardina 107.4.f
Myrobalani emblici 50.1.a
Interiora omnia confortat
Antidotũ emagogũ Nico. 372.3.h
Stœchados 57.4.e
Intestinorum dolori conferunt
Agaricus 68.2.b.c
Anisum puluerizatum 227
Baccæ lauri puluerizatæ 227
Flores caduci nucum puluerizati cum uino calido 227
Scordeon 227
Theriaca magna cum optimo uino 227
Inflammationes extinguunt
Acetum rosatum 54.4.h
Aqua rosata 54.4.h
Oleum mandragoræ
Oleum rosatum 172.4.h
Psyllium 62.1.b
Rosa 54.4.h
Rob de prunis 141.3.g
Rob de fructibus 141.4.e
Trochisci de anetho
Viola 56.1.b
Vnguentum rosatum 160.2.c
Vnguentum uiolatum 160.2.d
Inflationes omnes maturat
Empl.diachilon magnũ 164.1.b
Intestinorum lubricitati ualet
Suffuf de granis myrthi 150.2.c
*Intestinorum ulceribus conf. fol.*278
Ipochondriorum doloribus conferunt
Epithymum 59.4.f
Syrupus de eupatorio 137.1.a
Ipochondriorũ uentositatibus cõferũt
Decoctio alhasce 142.4.f
Mellicratum conditum 138.1.b
Iunctnrarũ ægritudines frigidas pur.
Artetica 316
Acorus 316
Agaricus 68.2.b.c
Alumen 316
Alsebram 83.4.g
Acetum scilliticum 134.4.e
Betonica 316
Confectio alchechengi 117.1.d
Centaurea minor 74.1.a
Cherua 316
Chamædrys 316
Chamæpitis 316
Euphorbium 80.4.g
Electarium indum maius 113.3.g
Electarium indum minus 114.1.d
Grana pini 316
Genestra 316
Elleborus 90.2.b
Hermodactylus 71.2.c
Hierapicra 110.3.h
Hiera hermetis 111.1.
Hyssopus 316
Myrrha 316
Nux indica 316
Origanum 316
Oxymel scilliticum 104.2.d
Polypodium 316
Pes coruinus
Pilulæ alandahal 153.2.b
Pilulæ hermodactylorum 156.3.h
Pilulæ de opopanaco 156.3.f
Sampsucus 316
Sulphur 316
Stœchados 57.4.e
Scilla 316
Sandaraca 316
Serapinum 80.1.c
Saluia 316
Sarcocolla 79.3.e
Vinum scilliticum 70.3.h
Zarur 316
Iunctnrarũ ægritudines calidas purg.
Confectio electarii rosati 116.1.c
Cytonia 316
Cannarum folia 316
Elect.de succo rosa.Nico. 316.1.b
Lenticula aquæ 316
Myrrha 316. Rosa 54.4.h
Rubus 316
Sumach 316
Virga pastoris 316
Iunctnrarum dolores purgant
Colocynthis 69.2.b.c
Electarium elescof 115.2.b
Oleum de ireos 174.2.b
Pilulæ de serapino 153.4.f
Pilulæ stomatichæ 151.4.f
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.f
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.h
Pilulæ de colocynthide 156.2.d
Pilulæ aggrega.maiores 152.2.b
Iunctnrarum doloribus conferunt
Agaricus 68.2.b.c
Alsebram 83.4.g
Aqua mellis 132.3.e
Decoctio granorum cheruæ cum iure galli 63.4.e
Ius galli 63.4.e
Opopanax 81.3.e
Oleum mastichinum 175.4.f.
Oleum de styrace 176.1.a
Oleum de euphorbio 177.3.e
Stœchas 57.4.e
Serapinum 80.1.c
Succus

Succus cucumeris asinini 73.1.a
Secaniabin 13.2.2
Turbit confortatum 67.3.e
Radix cucumeris asinini 73.1.a.b
Iunctur arum ægritudinibus & dolo-ribus conferunt
Assarum 63.2.b
Acetum scilliticum 139.4.e
Cucumer asininus 73.1.a.b
Emplastrum Andromachi 165.1.a
Hermodactylus 71.2.c
Hyssopi cerotum descr. Gal. 157.4.g
Ireos 72.2.b
Oleum de been 171.1.b
Oleum de cheiri 174.3.e
Oleum laurinum 171.3.g
Oleum de piperibus 177.2.a
Oleum de cucu. asinino 176.4.e
Oleū de granis citrāgulorū. 171.2.d
Iuncturarum frigiditatibus conferūt
Cerotum Andromachi 163.2.c
Oleum de ireos 172.2.c
Iuncturas laxas confortant
Oleum de ireos 172.2.c
Oleum de stincho 171.4.g
Iuncturarum durities leniunt
Euphorbium 80.4.g
Elleborus 90.2.b
Ireos 72.2.c
Oleum de semine lini 172.2.c
Iuncturarum nodositates leniunt
Cerotum diapente 162.4.g
Euphorbium 80.4.g
Emplastrum filii Zachariæ 166.1.c
Hyssopi cerotum 157.4.g
Iuuentutem conseruant
Acetum scilliticum 139.4.e
Chebuli conditi 48.2.c
Confectio electarii alcharif. 113.2.b
Confectio alia alcharif 113.2.b
Lapis stellatus 76.3.g
Sene 77.3.f
Iuuenescere faciunt
Elleborus niger 90.2.b
Lapis stellatus 76.3.g
Myrobalani 49.2.c

Lacertorum doloribus confert
Oleū de rhabarbaro 50.4.f
Stœchados 57.4.c
Lacertorum contractionibus confert
Oleum de rhabarbaro 50.4.f
Lacertorum concussio conferunt
Aristolochia emplastrata 87.3.f
Centaurea minor 74.1.a
Oleum de rhabarbaro 50.4.f
Lacertorum contritioni conferunt
Aristolochia emplastrata 87.3.f
Serapinum linitum 80.1.c
Lacertos mundificant
Agaricus 68.2.b.c
Colocynthis 69.2.b.c
Lacertos calefaciunt
Oleum costinum 176.1.a
Oleum de storace 176.1.b
Laterum dolori conferunt
Fescera 86.1.c
Confectio Philonii prima inuentione 108.4.h
Loch de scilla 123.3.h
Loch de fescera 123.4.f

Oleum rutæ 175.2.d
Syrupus de hyssopo 136.1.c
Serapinum linitum 80.1.c
Laterum dolorem purgat
Electarium elescof 115.2.b
Lateri tumori conferunt
Emplastrum Andromachi 165.1.a
Emplastrum relatum ad Aristarcum 166.4.g
Lapidem frangunt
Abrotanum cum fœce combusta, & nitro emplastratum 286
Adrianū Ni.cū uino desc. 37.4.e
Saxifragiæ 286.
Capilli Veneris 286
Cinis eritii 286
Cinis scorpionum 286
Diasulphur 108.4.f
Philantropos 383.3.g
Iustinum Nicolai 384.1.d
Lithontripton Nicolai 184.3.e
Milium solis 286
Nithrocatharticon Nicolai 38.2.c
Oleum de piperibus 178.2.a
Oleum de scorpionibus 17.a.b
Oleum de amyg. ama. 70.2.b
Oleum de lilio 174.1.b
Oleum de apio 174.1.c
Pilulę agregat. maiores 15.2.b
Pentaphilon 286
Polium montanum 286
Radix costi 286
Radix cardi 286
Radix pentaphilonis 286
Semina saxifragiæ 286
Semina sparagi 286
Sanguis hircinus 286
Stercus muris 286
Testæ ouorum a quibus exiuit pullus 286
Vermes terrestres pulueriz. 286
Lapidem educunt
Oleum de althea 286
Oleum de fœnugræco 286
Oleum de anetho 173.4.h
Oleum de alchanna 288
Oleum de lilio 174.1.b
Oleum de lino 174.1.c
Oleum amygdalarum dulcium & amararum 170
Lapidem minuentia 286
Lapidem in renibus generari prohibēt
Apium 286
Bauciæ recentes 286
Capillorū ueneris decoctio 286
Calsia 52.2.c
Endiuia 286
Fœniculus 286
Petrofelinum 286
Lapidē in uiis urinæ generari prohibēt
Amygdalæ 286
Aqua mellis 286
Aqua cicerum nigrorum 286
Decoctio polii 286
Decoctio 5. radicū cōium 286
Ficus humidæ & siccæ 286
Radicum altheæ decoctio 286
Syrupus de radicibus 129.2.d
Scolopendriæ decoctio 286
Sparagus 286
Squinanthi decoctio 286
Vinū album subtile & clarum 286

Vua alba 286
Labiorum scissuris conferentia 201
Lac diminuentia 233
Lac multiplicant
Agnus castus 232
Sorbitiones de fescera 86.1.c
Lactis caseationem & corruptionem prohibentia 232. 333
Lepram purgant & curant
Confectiones Hamech 115.3.f
Decoctio epithymi 143.2.a
Hiera Ruffi Nicolai 306.3.e
Hieralogodion Ruffi 196.3.e
Lapis armenus 76.1.d
Pilulæ indæ 153.1.d
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.f
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.h
Syrupus de fumo terræ 153.3.e
Syrupus de epithymo 137.2.c
Turbith confortatum 67.3.e
Lepræ conferunt
Aqua lactis 54.1.c
Colocynthis 69.2.b.c
Fumusterræ 58.2.b
Elleborus niger 90.2.b
Myrobalani nigri 49.2.c
Oleum de iunipero 179.1.a
Sal napticus 78.2.c
Sal indus 78.2.a
Vnguentum alfescericon 162.2.b
Lentiginibus conferunt
Linimentum de mezereon 82.4.e
Oleum de ben 171.1.b
Oleum de nucleis ceraforum 171.2.c
Oleū de granis citrāgulorū 171.2.d
Radix cucumeris asinini cum aceto 73.1.a.b
Serpentaria 85.1.a
Vnguentum citrinū Nicolai 395.1.d
Vnguentum aliud Arabicū 159.1.a
Lætificans 382.4.g
Dyambra 101.2.d
Dianthos Nicolai 375.3.h
Lætitia Gal. Nicolai
Lippitudini confert
Blancha Nicolai 373.1.b
Sarcocolla 79.3.e
Lethargiæ conferunt
Antimoron Nicolai 372.3.e
Euphorbium 80.4.g
Trochisci de scamonea
Linguæ siccitati conferentia 335
Linguæ impedimentum soluit
Oleum de chrysomillis 170.4.e
Linguæ asperitati confe. 335
Linguæ apostematibus confe. 204
Linguæ uulneribus & ulceribus conf. Vide folio 204
Linguæ spasmo conferunt 204
Linguæ mollificationi conferunt.
Sal omne 204
Ligna corpori infixa extrahunt.
Aristolochia 87.3.f
Fescera 86.1.c
Lienteriæ remedia 280
Libidinem prouocat
Diasatirion Nicolai 375.4.f
Luxuriam prouocat
Diacameron Nicolai 375.2.c
Ma-

Matricis dolores sedant
Centaurea minor 74.1.a
Cōf. philonii inuē. pri. 108.4.h
Emplastrum de granis lauri 164.2.b
Hiera Hermetis 111.1.b
Hyssopi cerotum descriptione Philagrii 158.1.d
Hyssopi cerotum descriptione Pauli 158.2.b
Ireos emplastratus 72.2.c
Ireos pessarizatus 72.2.c
Musa ænea 385.4.g
Oleum de Ireos 172.2.c
Oleum de ruta 175.2.d
Oleum de croco 177.1.b
Oleum philosophorum 170.4.h
Pilulæ de serapino expertæ 153.4.f
Serapinum 80.1.c
Matricis duritiei confert
Hyssopi cerotū Democriti 162.3.f
Matricis ascēsui et descensui cōferunt
Matricis præfocationi conf. 306.
Aromaticum muscatum 100.3.h
Oleum de lapide gagatis 179.2.a
Opopanax 81.3.e
Serapinum 81.1.c
Matricis ulcerum remedia 306
Matricis apostematum remed. 306.
Matricis molæ remedia 311.
Matricis uentositates remouent
Musa ænea 385.4.g
Tryphera Gale. 105.3.f
Matricis ragadiarum remedia 306
Matricis ægritudinibus conferunt
Agaricus 68.2.b.c
Antimoron Nicolai 372.3.e
Diambra 101.2.d
Oleum nardinum 175.3.g
Matricis ægritudinibus frigidis conf.
Hierapicra Gal. 110.3.h
Opopanax 81.3.e
Oleum de enula 175.1.d
Matricem frigidam calefaciunt
Electarium de gemmis 49.2.c
Emplastrū ceroneum Nic. 383.1.d
Oleum rutę 175.2.d
Oleum lilii 174.1.b
Oleum de piperibus 177.2.a
Tryphera magna Nicolai 392.4.h
Matrices fœtarum purgat
Agaricus 68.2.b.c
Aristolochia 87.3.f
Antidotū emagogū Nico. 372.3.h
Decoctio fescerę 86.1.c
Decoctio capil. Veneris 62.4.f
Elleborus niger 78.2.b
Ireos 72.2.c
Mamillarum tumoribus conf. 221.
Mamillarū apostematibus cōf. 235
Mamillarū ulcerationibus cōf. 235.
Mamillarum magnitudinem prohibentia 235
Maniæ conferunt
Agaricus 78.2.b.c
Aqua lactis 54.1.c
Epithymum 59.3.f
Elleborus niger 78.2.b
Lapis armenus 79.1.d
Lapis stellatus 76.3.g
Maniam, & melancholiam purgant
Confectio secunda Hamech. 115.3.f
Diasene Nicolai 379.1.a
Hieralogodion Ruffi 112.2.b
Melancholicis ægritudinibus confert
Confectio de musco 95.4.e
Melancholicas ægritudines purgant
Diasene Nicolai 379.1.a
Lapis armenus 76.1.d
Lapis stellatus 76.3.g
Pilulæ indæ 153.1.d
Pilulæ febellīæ 157.1.b
Pilulæ lucis maiores 154.2.c
Pilulæ lucis minores 154.3.f
Pilulę de lapide lazuli 155.3.f
Sene 77.3.f
Manuum scissuras sanat
Polypodiū cum aqua mellis 70.1.b
Maculentis confert
Dianthos 375.3.h
Melancholiam purgant
Alsebram 83.4.g
Epithymum 59.3.f
Ius galli cum polypodio 63.3.e
Myrobalani nigri 49.2.c
Secaniabin 134.1.d
Sal napticus 78.2.c
Melancholiæ conferunt
Agaricus 68.2.b.c
Aqua lactis 54.1.c
Epithymum 59.3.f
Elleborus niger 78.2.b
Lapis armenus 76.1.d
Myrobalani nigri 49.2.c
Polypodium 70.1.b
Stœchados 57.3.h
Menstrua prouocāt
Agaricus 68.2.b.c
Arthanita 87.1.b
Aristolochia 87.3.f
Antidotū emagogū Nico. 372.3.h
Centaurea minor 76.1.a
Dialacca Nicolai, quære in fine indicis Aegritudinū & Remediorum
Diacalamentum desc. Gal. 102.1.b
Ficus siccæ infusæ in oleo amygdalino
Hyssopus 60.4.f
Elleborus niger 78.2.d
Hiera Ruffini Nicolai 396.3.e
Ireos 72.2.c
Hieralogodion 112.2.b
Lapis stellatus 76.3.g
Mithridatum Nicolai 384.3.f
Memphytum Nicolai 396.2.b
Opopanax 81.3.e
Pilulæ de serapino exptæ 153.4.f
Scamonea pessarizata 66.2.c.d
Serpentaria suppositа 85.1.c
Serapinum bibitum uel suppositum 80.1.c
Syrupus magistralis
Theriaca Gal. Nicolai 391.2.b
Triphera magna Nicolai 392.4.h
Menstruorum fluxū retinēt 307
Arnogloſſa 307.
Alhasce balaustiæ balneatæ 307.
Filonium persicum 108.3.f
Pilulæ de bdellio maiores 159.1.c
Pilulæ de bdellio minores 156.2.a
Radix nenufaris 307
Succus glandium 307
Succus corticū granatorū 307
Tryphera minor 105.4.e
Trochisci de terra sigillata 147.4.e
Vinum ponticum nigrum cum aqua aluminis. 306
Meseraicarum oppilationes aperit
Lupulus 64.3.g
Meseraicarū apostematū reme. 260.
Meri ægritudinum remedia 235
Memoriam & sensum temperant
Aloe præparatum 47.2.b
Blanca Nicolai 373.1.b.
Confectio anacardina 107.4.f
Theodoricon anacardinum Nicolai 393.3.f
Memoriā acquirere facientia 189
Memoriæ diminutæ remedia 189
Membra sensuum mundificant
Stœchados 57.4.e
Membra confortant
Rosa 54.4.h
Membrorum lassitudinem tollit
Brodium pulli 229
Balneum dulce 229
Oleum uetus 229
Oleum de spica 229
Oleum de cheiri 229
Oleum de chamæmilla 229
Oleum masticinum factum cū oleo rosato, & uino antiquo 229
Quies 229
Somnus 229
Tryphera saracenica mag. 105.2.a
Vitella ouorum 229
Membra laxata constringunt, & coadunant
Aqua rosata 54.4.h
Acetum scilliticum 139.4.e
Fumus terræ 58.2.b
Oleum rosatum 172.4.h
Pili rosæ 54.4.h
Rosæ 54.4.h
Semina rosarum 54.4.h
Membra cauterizat excoriat & uesicat
Vnguentum de alhariel 160.1.d
Membrorum duritiem & nodositatem curant
Cærotum Alexan. 163.1.a
Hyssopi cærotum descriptione Galeni 157.4.g
Opopanax 81.3.e
Serapinum 80.1.c
Serpentaria 85.1.c
Membrorum contusioni, & contritioni conferunt
Absinthium 56.4.f
Serapinum 80.1.c
Sal mixtum cum furfure & melle
Membra anhelitus mundificant
Fescera 86.1.c
Hyssopus 60.4.f
Membrorum humiditates frigidas, et putredines educunt
Confectio elect. indi maio. 113.3.a
Confectio elect. indi mino. 114.1.d
Hiera picra Gal. 110.3.a
Membra nutritiua omnia confortant
Acetum scilliticum 139.4.e
Aromaticū rosatum maius 100.1.c
Cærotum Alexandri 163.1.a
Diambra

Diambra 101.2.d
Emplastrum diaphœnicon descri ptione Alexandri 166.3.f
Oleum de citoniis 174.4.g
Trochisci de gallia 445.1.b
Membra nutritiua purgant
Confectio alchechengi 149.3.e
Diacitoniten 103.2.c
Membra nutritiua male digerentia confortant
Cærotum Alexandri 163.1.a
Diacalamentum Galeni descriptione communi 102.1.b
Emplastrum diaphœnicon descri scriptione Alexandri 166.3.f
Membra nutritiua calefaciunt
Aromaticum caryophyl. 100.4.f
Diambra 101.2.d
Diaciminum 101.1.d
Membrorũ nutritionis dolori cõferũt
Trochisci de spodio 146.3.h
Membra neruosa confortant
Oleum de stincho 171.4.g
Oleum de meliloto 174.3.g
Oleum de costo 176.1.b
Oleum de alchanna 176.1.d
Oleum de chamæmilla 173.3.c
Medicamen sumere non potentibus confert
Vnguẽtũ Artanitæ magnũ 159.4.h
Medicinæm superflue purgãtem sistũt comprimunt abstergunt & expellũt
Aqua lactis caprarum cum melle & sale 32.2.c
Aqua calida simplex 32.1.d
Aqua hordei 32.1.d
Aqua passularum 32.1.d
Acatia 32.4.g
Ameos 32.4.g
Anisum infusum in aceto, & torrefactum 32.4.g
Balaustiæ 32.4.g
Coriandrum 32.3.g
Carabæ 32.3.h
Ciminum infusum in aceto & torrefactum 32.4.g
Cortices thuris 33.4.g
Coagulum leporis 33.4.g
Confectiones ex citoniis factæ 33.1.a
Dragacantum assatum, & decoctum cũ lacte dulce aut acetoso 32.3.g
Fructus tamarisci 32.4.g
Grana nasturtii torrefacta, & decocta cum succo citoniorum, aut myrtorum 32.3.g
Gummi Arabicum 32.4.g
Grana myrti 32.4.g
Gallia 32.4.h
Lutum sigillatum 32.3.g
Lignum aloes crudum 32.4.g
Mucilago psylii 32.1.d
Mucilago se.citoniorum 32.1.d
Mel simplex 32.1.d
Mastix 32.1.d
Mirobalani 32.1.d
Pira 32.1.d
Poma syluestria 32.1.d
Poma citonia 32.1.d
Puluis masticis 32.1.d
Puluis gallæ 32.1.d
Puluis rosarum 32.1.d
Psyllium frixum
Somnus 32.3.h
Semina rosarum 32.4.g
Spodium 32.3.g
Sanguis draconis 32.3.g
Sumach 32.4.g
Semen portulacæ 32.4.g
Semen plantaginis 32.4.g
Vomitus 35.1.b
Zuccharum rub. 32.1.d
Zuccharum rosatum antiquum cum mastice & gallia 33.1.a
Prouocantia urinã & sudo. 35.1.d
Ventosæ appositæ hypochondriis uentri, lateribus, & renibus 35.1.c
Mollificationem & lubricitatem pro pter indigestionem factam curant
Confectio electarii ex inuentione nostra 107.1.b
Oleum de piperibus 177.2.a
Pilulæ de serapino 156.1.a
Pilulæ de euphorbio 153.4.h
Morbos ex adustione fieri prohibent
Pilulæ indæ 153.1.d
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.f
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.h
Tryphera persica 113.1.b
Morphæ conferunt
Colocynthis 69.2.b
Lapis armenus 76.1.d
Mezereon linitum 82.4.c
Oleum de ben 171.1.b
Radix cucu.asinini cũ aceto 73.1.a.b
Serpentaria 85.1.c
Turbith confortatum 67.3.e
Vnguentum de alhariel 160.1.d
Morpheam delent
Euphorbium puluerizatum 80.4.g
Mezereon linitum 82.4.g
Morpheam pugant
Helleborus niger 2.b
Pilulæ colocynthidos 156.2.d
Morbillorum remedia 356
Morbi remedia 360
Materiam acutam ad intestina fluentem compescunt
Citonium 277
Morum immaturum 277
Sumach 277
Succus portulacæ 277
Vitellus oui decocti in aceto 277
Materias calidas, & frigidas subtiles, grossius, & uiscosas, seu aduentes, & antiquas diuidit & maturat
Syrupus acetosus 129.3.g
Materias grossas & putridas incidit & abstergit
Secaniabin de calamento 134.2.d
Materierum fluxum de membro ad membrum sistunt & prohibent
Oleum meliloti 174.3.g
Oleum chamæmillæ 173.3.e
Materias difficilis eradicationis purgat
Oxymel scilliticũ simplex 139.4.e
Materias calefactas subtiliat et resol.
Oleum de enula 175.1.d
Mirach inflationem soluunt
Pilulæ aggrega.maiores 152.2.b
Matricis apostemata dura molliunt
Ben emplastratum 75.3.g
Emplastrum oxycroceũ Nic. 383.3.e
Emplastrum diachilõ cõe 194.1.b
Emplastrum oribasii 167.1.a
Emplastrum de meliloto 167.2.a
Empla.relatũ ad Aristarchũ 166.4.g
Oleum masticinum 175.4.f
Hyssopi cærotũ desc.Gal. 157.4.g
Hyssopi cærotum descrip. Philagrii 158.1.d

Nariũ apostematibus conf. 202
Narium polipo. confer. 202
Narium vulneribus & ulceribus conferentia
Narium oppilationes aperit
Decoctio stœchados 143.1.b
Oleum philosophorum 170.4.h
Narium fœtori conferunt
Cucumer asininus 73.1.a.b
Oleum de ireos 72.2.d
Nausea astringunt
Syrupus de piris 126.2.d
Syrupus de citoniis 126.3.f
Nauseam faciunt
Carthamus 75.1.c
Hermodactylus 71.2.c
Polipodium 70.1.b
Scamonea 66.2.c.d
Sal omne 70.2.a
Nauseam sedant
Aromaticum rosatum 100.1.c
Aromaticũ gariophyllatum 100.4.f
Syrupus de menta 134.4.g
Neruis conferunt
Bauciæ conditæ 119.4.g
Confectio de alfescera 106.2.b
Decoctio foliorum sene 77.3.f
Oleum de stœchados 57.3.h
Neruorum superfluitates grossorum et uiscoforum humorum educunt
Euphorbium 80.4.g
Hiera Hermetis 111.1.b
Pilulæ de euphorbio 153.4.h
Serapinum 80.1.c
Turbith confortatum 67.3.e
Neruos mundificat
Agaricus 68.2.b.c
Colocynthis 69.2.b.c
Centaurea 76.1.a
Euphorbium 80.4.g
Fescera 86.1.c
Helleborus niger 90.2.b
Opopanax 81.3.e
Sarcocolla 79.3.e. Serapinum 80.1.c
Stœchados 57.3.h
Neruos unificat
Oleum de stœchade 57.3.h
Neruorum debilitati conferunt
Troch.galliæ alephanginæ 145.1.b
Neruos confortant
Decoctio foliorum sene 77.3.f
Mirobalani emblici 40.4.g
Oleum de hyssopo 60.4.c
Oleum de ireos 72.2.c
Oleum de croco 177.1.b
Oleum de chamæmilla 173.3.e
Oleum de meliloto 174.3.g
Oleum sambucinum 174.2.d
Stœchas 57.3.h
Syrupus de hyssopo 60.4.G
Neruos calefaciunt.
Oleum costinum 176.1.B
Oleum de stœchade 57.3.H
Oleum sampsuchinum 176.2.C
Neruis laxatis confert.
Oleum citoniorum 174.4.G
Neruorum punctura conferunt
Oleum nucum 170.3.E
Sal coctus cũ oleo & terbẽt. 78.2.A
Ner.durities & nodositates leniunt.
Ben emplastratum 75.3.G
Emplastrum de meliloto 167.2.A
Ireos 72.2.B
Oleum de croco 177.1.B
Oleum de semi.lini 172.2.C
Oleum amygdal.amararum 170.2.B
Neruorum contusioni confert.
Serpentaria emplastrata 85.1.C
Neruorum contritioni confert.
Sal mixtus cũ surf.& mel. 28.2.A
Neruorum tumoribus conferunt
Oleum nucum 170.3.E
Sal coctus cũ oleo & terb. 78.2.A
Neruorum contractioni conferunt.
Cærotum aliud Alexandri 163.1.A
Emplastrum de ben 75.3.G
Oleum nucum 170.3.E
Neruorũ ægritudinib. frigidis conf.
Aqua mellis 132.3.E
Colocynthis 69.2.B.C
Cærotum aliud Alexan. 163.1.A
Euphorbium 80.4.G
Ben emplastratum 75.3.G
Fescera 86.1.C
Opopanax 81.3.E
Oleum nucum 170.3.E
Oleum de croco 177.1.B
Oleum nardinum 176.3.G
Oleum de euphorbio 177.3.E
Oleum de piperibus 177.2.A
Serapinum. 80.1.C
Syrupus de stœchados. 137.3.G
Vnguentum de bdellio 161.1.D
Neruorũ frigiditati, & dolori confer.
Cærotum Andromachi 63.2.C
Decoctio de stœchade 143.1.B
Oleum de hyssopo 60.4.G
Oleum laurinum 171.3.G
Oleum de storace 176.1.A
Oleum de ben 171.1.B
Oleum de enula. 175.1.D
Neruorum ægritudines purgant.
Agaricus 68.2.B.C
Colocynthis 69.2.B.C
Pilulæ alandahal 153.2.B
Pilulæ de opopanaco 156.3.F
Neruorum doloribus ualent.
Centaurea minor 76.1.A
Ireos 72.2.C
Hyssopi cærotum Galeni 157.4.G
Oleũ amygdalarũ amara. 170.2.B
Oleum auellanarum. 170.3.G
Oleum de nuce indica 171.2.B
Oleum laurinum 171.3.G
Oleum de chamæmilla 173.3.E
Oleum sambuci 174.2.D
Oleum de cheiri 174.3.E
Oleum dẽ euphorbio 177.3.E
Oleum masticinum 175.4.F
Oleum meliloti 174.3.G
Stœchados 57.4.E
Serpentaria emplastrata 85.1.C
Nucam mundificat.
Agaricus 68.2.B.C

Eluiioni conferunt.
Euphorbium 80.4.G
Emplastrum sinapis 165.2.D
Oleum sinapis 178.4.F
Oleum philosophorum 170.4.H
Oblitionem purgat
Confectio hamech 115.3.F
Ophthalmiæ confert
Sarcocolla 79.3.E
Oculorum doloribus conferunt
Blanca Nicolai 373.1.B
Confectio electarii rosati. 116.1.C
Pilulæ lucis maiores 154.2.C
Pilulæ lucis minores 154.3.E
Oculorum superfluitates purgant.
Artanita 87.1.B
Confectio electarii rosati 116.1.C
Oleum philosophorum 170.4.H
Pilulæ lucis maiores 154.2.C
Pilulæ lucis minores 154.3.E
Oculorũ lacbrymas stringũt et auser.
Aloe præparatũ cũ suc.fœ. 47.1.B
Artanita 87.1.B
Colocynthis 69.2.B.C
Diaolibanum 377.1.D
Helleborus niger 90.2.B
Mirobalani puluerizati 49.2.C
Serapinum 80.1.C
Oculos abstergunt.
Aloe præparatũ cũ suc.fœ. 49.1.B
Miro.citri.cum succo fœ.aut aqua ros.aut acrestę. 49.2.C
Oculorum supercalefactionem tollunt
Mirobalani 49.2.C
Oculorum mollificationi conferunt
Mira.citrini puluerizati. 49.2.C
Oculorum grauedini confert.
Adrianum Nicolai 370.4.E
Oculorum obscuritati, et caligini cõf.
Adrianum Nicolai 370.4.E
Diaprasium Nicolai 376.2.C
Oculorum uulneribus, & ulceribus conferentia. 195.
Oculorum scabiei remedia.fol. 195.
Oculorum morbos curantia. fol. 195
Oppilationes aperiunt.
Artanita 81.1.B
Agaricus 68.2.B.C
Aristolochia 81.3.F
Assarum 63.2.B
Absinthium 56.4.F
Aqua lactis 54.1.C
Capillus ueneris 62.4.E
Cucumeris asininus 73.1.A.B
Confectio de seminibus 102.4.G
Diaciminum 102.4.E
Eupatorium 58.4.G
Epithymum 59.3.F
Fumus terræ 58.2.B
Hyssopus 60.4.G
Oleum amyg.amararum 170.2.B
Oleum persicorum 170.4.G
Oleum de ben 171.1.B
Oleum costinum 176.1.b
Oleum de piperibus 177.2.A
Pilulæ aggreg.minores 152.2.b
Rhabarbarum 50.4.F
Stœchados 57.4.C
Succus rosarum 134.4.H
Syr.ace.de suc.herbarum 134.4.E
Syr.de fumoterræ maior 135.3.E
Secaniabin de radicibus 133.4.F
Trochisci de anisо 147.2.C
Oppilationes morborum curant.
Absinthium 56.4.F
Eupatorium 58.4.G
Fumusterræ 58.2.b
Odoratus nocumentorum remedia.
Cyperus 200.4.E
Eupatorium 58.4.G
Ordeolum delet.
Serapinum 80.1.C
Oris dolori conferentia.
Oris pustularum remedia.
Oris fœtorem purgant.
Acetum scilliticum 339.4.E
Decoctio absinthii 56.4.F
Electarium de persicis 103.4.E
Fescera 86.1.C
Persica condita 119.1.b
Syrupus de persicis 126.3.H
Trochisci de ligno aloes 148.4.F
Oris odorem bonum faciunt
Acetum scilliticum 139.4.E
Aromaticum muscatum 100.3.H
Aromaticum nardinum 101.1.b
Citra condita 119.1.D
Confectio de xyloaloes 95.1.D
Confectio electarii de citro 95.3.F
Electarium de gemmis 64.2.C
Electarium de aromatibus. 93.3.H
Helleborus niger 90.2.b
Mirobalani 49.2.C
Melicratum de citro 138.2.C
Mellicratum conditum 138.1.b
Pilulæ diarhodon 152.2.C
Syr.de corticibus citri 127.2.C
Suffuf de ligno aloes 149.4.G
Suffuf aromaticum 150.1.C
Trochisci galliæ muscatæ 144.4.E
Tryphera saracenica mag. 105.2.A
Ossa corpori infixa extrahunt
Emplastrũm de fermento 165.4.F
Emplastrum apostolicõ Ni. 382.2.A
Ossium fracturas extrahit.
Fescera 86.1.C
Ossium doloribus ex causa fri. cõfert.
Emplastrum sinapis. 165.2.D
Ossibus denudatis conferunt.
Emplastrum arabicum
Ireos 72.2.b.c
Opopanax. 81.3.e
Vnguentum diaphœnicon. 158.3.e
Ossa nuda uestiunt carne
Ireos 72.2.b.c
Opopanax 81.3.e
Oris torturæ prosunt
Artanita 81.1.b
Confectio de musco 95.4.e
Cærotum aliud Alexand. 163.1.a
Euphorbium 80.4.G
Oleum de piperibus 177.3.a
Oleum philosophorum 170.4.G
Serapinum. 80.1.C
Syrupus de stœchade 137.3.G
Theriaca diatessaron 104.3.F

Panaricium resoluunt.
Alfescera 86.1.c
Calidum 55.2.G

Emplaſtrum de camphora 35.1.G
Mucilago pſilii cum acc. 35.1.G
Pannum & ueſtigia delent.
Feſcera 86.1.C
Helleborus niger 90.2.B
Oleum de cuc.aſinino 174.4.E
Serpentaria 85.1.C
Paralyſi proſunt.
Artanita 87.1.B
Blanca Nicolai 373.1.B
Confectio de muſco 95.4.E
Confectio alfeſcera 116.2.B
Cærotum Alexandri aliud 163.1.A
Diacaſtoreum Nicolai 377.4.G
Euphorbium 80.4.G
Helleborus niger. 90.2.B.
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Oleum de piperibus 177.2.A
Oleum de lapide gagatis 179.2.A
Oleum philoſophorum 170.4.H
Serapinum 80.1.C
Syrupus de ſtœchade 137.3.G
Theriaca diateſſaron 104.3.F
Vnguentum de bdellio 161.1.D
Paraliſim purgant.
Blanca Nicolai 373.1.B
Hiera Hermetis 111.1.B
Hieralogodion Ruffi 396.2.B
Hieralogodió mẽphytũ Ni. 396.2.B
Pilulæ de ſerapino 153.4.G
Pilulæ de euphorbio 153.4.H
Pilulæ de opopanace 156.3.F
Paſſiones omnes a cholera, & phlegmate ſalſo factas purgat.
Confectio hamech 115.3.F
Partum facilitant.
Aſſa 312.2.B
Aqua fœnu græci, & faſeol. 312.2.B
Caſſia 52.2.B
Cinnamomum 312.2.B
Cortices caſięſi.puluer. 312.2.B
Crocus 312.2.B
Dec.folio.althææ romanæ. 312.4.B
Magnes retenta in manu ſin.
Seſsio in decoctione foliorum althææ romanæ.
Siſeleos 312.2.B
Percuſsioni confert.
Rhabarbarum 50.4.F
Percuſsionum ueſtigia removent.
Radix cuc.aſi.puluer. 73.1.A.B
Sal miſtus cum oleo & mel 78.2.A
Pectus mundificant
Agaricus 68.2.B.C
Ariſtolochia 87.3.F
Aqua mellis 132.3.E
Capillus ueneris 62.4.E
Carthamus 75.1.C
Colocynthis 69.2.B.C
Hyſſopus 60.4.G
Ireos 72.2.B
Lapis ſtellatus 76.3.G
Lupulus 64.3.G
Loch bonum 124.2.C
Opopanax 81.3.E
Serpentaria 85.1.C
Scilla 70.3.H
Serapinum 80.1.C
Sal gemma 78.2.C
Syrupus de liquiritia 135.4.G
Turbith confortatum 67.3.E
Pectus leniunt.
Caſsia 52.2.C
Manna 53.2.C
Pſillium 62.1.C
Violæ 56.1.B
Pectoris aſperitati conferunt.
Iuleb uiolatum 125.2.D
Iuleb iuiubinum 126.1.D
Loch ad caliditatem 124.1.D
Loch aliud noſtrum 124.2.A
Oleum uiolatum 178.4.B
Oleum de granis papaueris 172.3.E
Syrupus de granatis 127.1.B
Syrupus de prunis 127.1.A
Syrupus de cucurbita 126.4.G
Syrupus de papauere 128.4.H
Pectus ab humoribus putridis mundificant.
Agaricus 68.2.B.C
Pilulæ de agarico 155.1.C
Pectoris oppilationibus ex humoribus groſsis conferunt.
Oleum de carthamo 171.2.H
Oximel ſcilliticum cõpoſitũ. 140.2.A
Pectoris ægritudinibus frigidis cõfer.
Diapraſsium Nicolai 376.2.C
Syrupus de praſsio 130.6.C
Syrupus de thymo 136.4.G
Scilla 70.3.H
Pectori conferunt.
Achariſtum Nicolai 371.2.A
Electarium de ſucco ſcillę 70.3.H
Syrupus cheſmes 128.2.C
Pectoris ulceribus confert.
Agaricus 68.2.B.C
Pectoris apoſtemata acuta reſoluit
Caſsia 52.2.B
Violæ 56.1.B
Pectoris ſaniem expellit.
Loch ſanum 123.4.H
Pectoris ſiccitati confert.
Loch de amygdalis 124.3.F
Pectoris doloribus conferunt.
Loch de papauere 122.1.C
Loch de ſcilla 123.3.H
Loch alfeſcera 123.4.F
Oleum de ireos 72.2.C
Oleum de lauro 171.3.G
Oleum de lilio 174.1.B
Serapinum bibitum 80.1.C
Syrupus de hyſſopo 136.1.C
Suffuf ad tuſsim antiquam.
Peripleumoniæ cõferunt.
Oleum de ireos 72.2.C
Syrupus de capillis uene. 62.4.E
Peſtilentiæ confert.
Tryphera ſaracenica 105.2.A
Pleuriſi conferunt.
Iuleb uiolatum 125.2.D
Iuleb iuiubinum 126.1.D
Loch de papauere 122.1.C
Oleum uiolatum 173.3.H
Oleum de ireos 72.2.C
Philonium Nicolai 383.4.F
Syrupus cucurbitę 126.4.G
Syrupus de capil.uene. 62.4.E
Syrupus de prunis 127.1.A
Syrupus de granatis 127.1.B
Syrupus de cannis 131.2.C
Syrupus uiolatus 131.3.G
Syrupus iuiubinus 131.4.F
Violę. 56.1.B
Plagas curat, & conſolidat.
Vnguentum aureum 161.3.E
Podagram frigidam purgant.
Benedicta Nicolai 373.3.H
Colocynthis 69.2.B.C
Emplaſtrum ſinapis 165.2.D
Hermodactylus catapla. 71.2.C
Hiera Ruffi Nicolai 396.3.E
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Opopanax 81.3.E
Oleum de ranis 178.2.C
Oleum de ireos 72.2.D
Oleum uulpinum 177.4.E
Oleum philoſophorum 170.4.H
Pilulæ de hermo.maiores 156.4.F
Pilulæ de hermo.minores. 156.4.G
Podagræ frigidæ conferunt.
Ariſtolochia rotũda emp. 107.3.F
Antamaron Nicolai. 372.3.E
Benedicta Nicolai 373.3.H
De.gra.cheruæ in iure gal.
Emplaſtrum ſinapis 165.2.D
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Oleum uulpinum 170.4.H
Oleum philoſophorum 85.1.C
Serpentaria emplaſtrata 85.1.C
Vnguentum marciaton Nic. 394.3.F
Podagram calidam purgant.
Electarium roſatum Meſuæ. 116.1.C
Electarium de ſuc.roſa.Nic. 381.2.D
Pilulæ de hermo.minores. 156.4.G
Podagræ calidæ conferunt
Oleum roſatum 172.4.H
Oleum de ranis 178.2.C
Pollutionis remedia 297.3.E
Pruritum purgant.
Aqua lactis 54.1.C
Decoctio abſinthii 56.4.F
Fumuſterræ 58.2.B
Pilulæ aggreg.minores 152.2.D
Prægnãtium relaxationem abſcindit
Syrupus acetoſus de ſuccis, & aquis fructuum 130.3.E
Puſtulam aufert
Aqua lactis 54.1.C
Putrefactioni reſiſtit
Abſinthium 56.4.F
Pulmonis dolori confert.
Hyſſopus. 60.4.G
Pulmonem confortat
Syrupus de granis myrti 128.2.B
Pulmonem mundificant
Ariſtolochia 87.3.f
Agaricus 68.2.B.C
Capillus ueneris 62.4.E
Carthamus 75.1.C
Colocynthis 69.2.b.c
Emplaſtrum filii Zachariæ 166.1.C
Hyſſopus 60.4.G
Ireos 72.2.b
Lupulus 64.3.f
Lapis ſtellatus 76.3.H
Loch de ſcilla 123.3.H
Oleum de charthamo
Sene 77.3.F
Sarcocolla 79.3.E
Serpentaria 85.1.C
Syrupus de liquiritia 135.4.G
Pulmonis aſperitatem leniunt
Oleum de amyg.dul. 170.2.b
Oleum de nuce indica 171.2.b
Oleum uiolatum 173.3.H

Pulmonis ægritudini conferunt.
Confectio de muſco 95.4.E
Diapenidion Nicolai 377.3.E
Ireos. 72.2.B
Scilla 70.3.H
Pulmonis frigiditati confert.
Syrupus de thymo. 136.4.G
Pulmonis cannæ confert.
Acetum ſcilliticum 139.4.E
Pulmonis ſiccitati confert.
Loch de amygdalis 124.3.F
Pulmonis inflammationibus confert.
Iuleb roſatum 125.1.D
Pulmonis ulceribus conferunt.
Agaricus 68.2.B.C
Phtiſi conferunt..
Confectio teſti.uulpis 97.4.E
Diagragantum frigidũ Nic. 378.2.B
Diamargariton Nicolai 375.1.A
Diacameron Nicolai 375.2.C
Diarhodon Abbatis Nic. 377.2.C
Trochiſci de camphora
Vartanæ conferunt
Adrianũ Nic. cũ decoctione gẽtianæ uel origani. 370.4.E
Epithymum 59.3.F
Mezereon linitum 82.4.E
Mirobalani nigri 44.2.C
Syrupus de ſtœchados 137.3.G
Quartanarum rigoribus conferunt.
Adrianum Nicolai 370.4.E
Diaciminum Nicolai 377.4.E
Diacalamentum Nicolai 378.3.F
Idrocopiõ olympiacum Ni. 384.1.C
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Muſa ænea Nicolai 385.4.F
Potio ſancti Pauli Nicolai 187.4.G
Syrupus de thymo 136.4.G
Rationem acuunt et uigorant
Confe.ſecunda alcharif. 113.3.E
Mirob.chebuli cõditi. 49.4.G
Raucedini conferunt.
Iuleb iuiubinum 126.1.D
Loch ſanum & expertum. 123.4.H
Renes confortant.
Aromaticum roſatum. 110.1.C
Bolum armenum. 291.1.A
Carnes ericii exiccatæ 291.1.A
Grana ſiſeleos 291.1.A
Renes porcorum comeſti 291.1.A
Renes hędorum comeſti 291.1.A
Serpentaria 85.1.C
Veſica donulæ exiccata. 291.1.A
Renes mundificant.
Agaricus 68.2.B.C
Anacardinum 291.1.A
Benedicta Nicolai 373.3.H
Electarium eleſcof. 115.2.B
Geneſtra 291.1.A
Hiera Aboali 291.1.A
Mithridatum 384.3.F
Oleum de ambra 291.1.A
Serpentaria 85.1.C
Triphera de ſcoria ferri 291.1.A
Theodoricum 393.2.C
Renes calefaciunt.
Conditum de ſecacul 119.1.D
Confectio de zinzibere 119.4.F
Electarium de aromatibus 93.3.H
Oleum de lilio 174.1.B
Oleum rutæ 175.2.D
Tryphera Gal. 105.3.F
Renum oppilationes aperiunt.
Epithymum 59.3.F
Feſcera. 86.1.C
Syr.acetoſus cum radicibus. 130.1.A
Renum ægritudines frigidas purgant.
Benedicta Nicolai. 373.3.H
Electarium indum maius 113.3.G
Electarium indum minus 114.1.D
Hiera picra 110.3.H
Hiera Hermetis 111.1.B
Renum calefactioni confert.
Caſsia 52.2.C
Renum doloribus conferunt.
Agaricus 68.2.B
Confectio prima philonii. 108.3.F
Diacurcuma maior 106.1.A
Diacurcuma minor 106.2.B
Diamoruſion 106.2.C
Emplaſtrum de granis lauri 164.2.B
Emplaſtrum apoſtolicon Ni. 382.2.A
Ius galli 63.4.E
Oleum de ireos 174.2.B
Oleum laurinum 171.3.G
Oleum de cheiri 174.3.E
Oleum rutæ 175.2.D
Oleum de alhaſce 176.3.F
Oleum uulpinum 177.4.E
Oleum nardinum 176.3.G
Oleum philoſophorum 170.4.H
Vnguentum agrippæ Nico. 394.4.G
Renum apoſtematibus conferunt.
Agaricus 68.2.B.C
Renum ulceribus conferunt.
Trochiſci alchechengi 149.3.E
Renum duritiei confert.
Hyſſ.cęro.deſ.Democriti. 162.3.F
Renum debilitati conferunt.
Diaſatirion Nicolai 375.4.F
Renum lapidem frangunt.
Dialacca maior 106.3.F
Dialacca minor 106.4.F
Dialacca Nicolai
Diatrió pipereon Nicolai 379.2.D
Electarium ducis Nicolai 180.4.G
Philantropos Nicolai 383.3.G
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Nephromaticon Nicolai 380.2.C
Opopira magna Nicolai 386.4.G
Oleum de nucleis ceraſo. 171.2.C
Oleum de gra.citrãgulorũ 171.2.D
Oleum de ſcorpionibus 178.1.B
Rigori febrium conferunt.
Baccæ lauri cum zedoaria, & ſeminibus rapæ puluerizatis cum aqua tepida.
Diacalamentum deſc.Gal. 102.1.B
Decoctio hyſſopi 60.4.F.G
Opopanax 81.3.E
Syrupus de hyſſopo. 136.1.C
Rupturas intrinſecas, & extrinſecas ſanat.
Rhabarbarum
Ructus acidos curant.
Diatrion pipereon deſ.Ga. 102.2.C
Electarium de aromatibus 93.3.H
Saphati remedia *fol.1*
Sanitatem conſervat
Hyſſopus 60.4.F.G
sanguinem mundificant & clarificant & purgant.
Aqua fructuum 142.2.C
Aqua infuſionis roſarum 54.4.H
Caſia. 52.2.B
Capillus uene. 62.4.E.F
Confectio anacardina 107.4.F
Decoctio capil.uene. 142.2.A
Decoctio fumiterræ 143.1.H
Fumuſterræ 58.2.B
Helleborus niger 90.2.B
Lupulus ſeu uolubilis 64.3.G
Lapis ſtellatus 76.3.H
Rhabarbarum 50.4.F
Succus roſarum 54.4.H
sanguinis feruorẽ reprimunt, et acui tatem, & ebullitionem ſedant.
Alxyracoſtum 112.4.E
Aqua fructuum 142.2.C
Caſia 52.2.C
Lupulus ſeu uolubilis 64.3.G
Trochiſci de camphora 146.1.D
sanguinis ſputo conferunt.
Athanaſia magna 109.3.E
Centaurea 76.1.A
Rhabarbarum 50.4.F
sanguinẽ de naribus, & aliunde fluentem reſtringunt, & abſcindunt.
Athanaſia Nicolai 370.3.G
Centaurea 76.1.A
Rhabarbarum 50.4.F
Trochiſci ramich, ſeu confe. 145.4.H
Trochiſci de charabe 149.2.C
Trochiſci de terra ſigillata 147.4.E
sanguinis egeſtioni conferunt.
Athanaſia Nicolai 370.3.G
Trochiſchi de terra ſigillata 147.4.E
sanguinem diſſoluit.
Oleum philoſophorum 170.4.H
sanguinem educit.
Centaurea. 76.1.A
scrophulas reſoluunt & delent.
Artanita 87.1.B
Capillus uene. 62.4.G.F
Cuc.aſininus emplaſtr. 73.1.A.B
Emplaſtrum diachilon cõe 164.1.B
Emplaſtrum Oribaſii 167.1.A
Ben emplaſtratum 75.3.G
Feſcera emplaſtrata. 86.1.C
Helleborus niger 90.2.B
Ireos 72.2.B
Opopanax 81.3.E
Oleum de ben 75.3.G
Oleum de cuc.aſinino 176.4.E
Potio feſceræ 86.1.C
Serapinum 80.1.C
Trochiſci de ſcãmonea 79.3.E
Vnguentum artanita paruũ 159.4.H
Scorpionis morſui conferunt.
Oleum philoſophorum. 170.4 H
Scãmonea cũ ſuc.men. 79.3.E
Theriaca diateſſaron 44.3.F
scotomiæ conferunt.
Scilla. 70.3.H
scabiem inducit.
Sal omne 78.2.A
scabiei conferunt
Fumuſterræ 58.2.B
Oleum nucum 170.3.E
Vnguentũ de mezereon 82.4.E
scabiei ſiccæ conferunt.

Decoctio absinthii 56.4.F
Vnguentum cerusæ. 161.3.G
Vnguẽ.alphericũ aliud. 162.2.B.
scabien a cholera, & phlegmate salso dependent em purgant.
Confectio hamech 115.4.G
Hiera ruffi Nicolai. 396.3.E
Syrupus de epithymo 137.2.B
Syr.de fumo terræ maior. 135.3.E
Syr.de fumo terræ minor 135.4.G
scliri remedia. 253
sciaticam purgant.
Colocynthis 69.2.B
Pilulæ aggreg.maiores. 152.2.B
Pil.de serapino expertæ 186.1.A
sciaticæ dolori conferunt.
Agaricus 68.2.B.C
Antimoron Nicolai 372.3.E
Colocynthis 69.2.B
Cuc.asi.emplast.& clyste. 73.1.A
Centaurea mi.emplastrata,& clysterizata 76.1.A
Decoctio cucu.asinini. 73.1.A
Emplastrum Andromachi. 165.1.A
Emplastrum sinapis 165.2.D
Ireos emplastra.& clyst. 72.2.C
Oleum de piperibus 177.2.A
Oleum philosophorum 170.4.H
Opopanax 81.3.E
Succus cuc.asinini 73.1.A
serpigini siccæ conferunt.
Aqua lactis 54.1.C
Fumus terræ 58.2.B
secundinam extrahentia.
Antidotum emagogũ Nic. 372.3.H
sensum subtiliant & uigorant.
Confe.secunda alcharif 113.3.E
Chebuli conditi 118.1.C
sensus instrumenta mundificant.
Agaricus 68.2.B.C
Helleborus niger 90.2.B
Pilulæ alephanginæ 151.3.E
Pilulæ stomatichæ 151.4.F
Pilulæ aggregatiuæ 152.1.B
Pilulæ lucis maiores 154.2.C
Pilulæ lucis minores 154.2.F
Sene 77.3.F
Salgemma 182.2.C
sensus acuit
Aloe præparatum 47.1.E
serpentes fugat.
Serpentaria 85.1.C
senibus,ut frigidis natura conferunt
Diambra 101.2.D
Decoctio alhasce 60.2.B
Syrupus de prassio 136.2.C
Syrupus de calamento 136.3.E
syncopi conferunt.
Aromaticum muscatum 100.3.H
Confectio alchermes 94.4.H
Confectio de xyloaloes 95.1.D
Confectio de acetosa 104.1.D
Epithymum 59.3.F
Electarium de gemmis 94.2.C
Lapis stellatus 76.3.H
Poma condita. 119.1.A
Rob de citro 141.3.H
Rob de piris 141.3.E
Syrupus de pomis 126.2.B
Syrup.acetosus de prunis 130.4.E
Trochisci de ligno aloes 148.4.F
synochæ conferunt.
Diaprunis Nicolai 376.1.A
siti uehementi laboriosæ, & æstuosæ conferunt.
Anguria 335.3.E
Mucilago seminum citoniorum in ore retenta. 335.3.E
Mucilago psilli in ore retẽta 335.3.E
Mucilago draganti in ore retenta 335.3.F
Mucilago.s.melonum 335.3.F
Præputia uitis masticata 335.3.F
Pruna in aqua frigida infusa 135.3.F
Syrupus de acresta 128.1.A
Syr.acetosus de pomis 130.4.G
Syr.acetosus de tereniabin 131.1.B
Sebestẽ in aqua frigi.infusa 335.3.F
Tamarindi in ore retenti 335.3.F
Zuccarum candum 335.3.F
sitim inducunt.
Epithymum 59.3.F
sitim sedant & extingunt.
Alxyracostum 112.4.E
Aqua mellis 132.3.E
Casia 52.2.B
Confectio de acetosa 104.1.D
Electarium de persicis 103.3.E
Iuleb rosatum 124.3.E
Manna 53.2.C
Mirobalani emblici 51.1.A
Persica condita 119.1.B
Portulaca masticata
Rob de ribes 140.4.H
Rob de acresta 141.1.C
Rob de berberis 141.2.B
Rob de sumach 141.2.C
Rob de granatis 141.3.G
Rob de moris de seni. 141.2.C
Radix liquiritiæ
Syrupus de persicis 126.3.H
Syrupus acet.cum succo.fru. 130.2.C
Syrup.de acetositate citri 127.3.H
Syrup.acetosus de pomis 130.3.H
Syrupus acet.de citoniis 326.3.F
Syrupus de prunis 127.1.A
Syrupus de cannis 131.2.C
Syrupus de portulaca 131.3.F
Trochisci de berberis 147.1.A
Triphera persica 113.1.B
Trochisci de camphora 140.1.B
Trochisci de spodio cum se. aceto. 146.3.E
Trochisci de sandalis 148.2.C
Violæ 56.1.B
Vnguentum rosatum 160.2.C
Zuccarum uiolatum 120.3.H
singultui uehementi frigido uel acetoso uel uentoso conferunt.
Aristolochia 87.3.F
Daciminum. 102.4.E
Diacalamentum des.Gale. 102.1.B
Confectio phylonii inuentione prima. 108.4.H
Rhabarbarum 50.4.F
Syrupus mannæ
Syrupus calamenti 136.3.C
sinanchiæ conferunt.
Sal omne 78.2.A
Violę 56.1.B
somnum prouocant,& inducunt.
Anetum
Aqua rosata. 54.4.H
Armel
Amomum
Crocus
Diapapauer Nicolai. 378.3.H
Flores amygdalarum
Gallia
Myrrha
Marmacur.
Oleum rosatum. 172.4.H
Oleum de ireos 174.2.B
Oleum de ranis 178.2.C
Oleum anetinum 173.4.H
Oleum de papauere 174.3.F
Vsnea
Violæ 56.1.B
Vinum parum nouum
Zizania
somni profunditatis remedia fol.335
sodæ calidæ conferunt.
Cærotum ultimum 161.1.B
Psyllium 60.1.C
sodam calidam purgant.
Confectio electarii rosati 116.1.C
Violæ 16.1.B
sodæ frigidæ conferunt
Artanita 87.1.B
Helleb.niger 90.2.B
Oleum de euphorbio 177.3.E
serpiginem curant.
Oleum de ouis 178.3.G
Oleum de iunipero 179.1.A
Oleum de fraxino 179.1.D
Syrup.de fumoter.maior. 135.3.E
sodam antiquam purgant.
Agaricus 68.2.B.C
Lupulus seu uolubilis 64.3.G
Pilulæ alandahal 153.2.B
spasmo conferunt.
Cærotum diapente 162.4.G
Euphorbium 80.4.G
Ben emplastratum 75.3.G
Oleum de se.lini. 172.2.C
Oleum de ben 171.1.B
Oleum de croco 177.1.B
Oleum de piperibus 178.2.A
Oleum de lapide gagatis 179.2.A
Pilulæ de serapino 153.4.F
Syrupus de stœchados. 237.3.G
Vnguentum de bdellio 161.1.B
Vnguentum ad illud. 161.2.C
spasmo humido conferunt.
Oleum de ireos 72.2.C
solutionem fortem sedant.
Electarium de sorbis 104.2.C
Rob de ribes 140.4.H
solutioni cholericæ conferunt.
Diacodion Nicolai. 378.4.E
Rob de sumach 141.2.C
Rob de granatis 141.3.G
Rob de moris de seni 141.2.C
sperma minuit.
Alsembram 83.4.G
Agnus castus 297.2.B
Acetosa 297.2.B
Calamentum montanum 297.2.B
Coriandrum 297.2.B
Camphora 397.2.B
Iusquiamus 297.2.B
Opium 297.2.B
Lentæ 297.2.B
Menta 297.2.B
Ruta 297.2.B
Radix nenupharis 297.2.B
Sal omne 72.2.A
Sumach 297.2.C
Semen lactucæ 297.2.C
Semen nenupharis 297.2.C
Solatrum 297.2.C
Sperma multiplicant.
Assarum 63.2.B.C
Cæpe dulce 297.2.B
Carthamus 75.1.C
Confectio testiculo.uulpis 97.4.E
Cicera 297.2.B
Eruca 297.2.C
Faba 297.2.C
Grana pini 297.2.C
Hermodactilus 71.2.C
Oleum amyg.dul. 170.1.B
Oleum de nuce indica 71.2.B
Oleum de granis sesami 172.2.A
Oleum de semine lini 172.2.C
Sarcocolla 79.3.E
Stinchus 297.2.C
Semen lini 297.2.C
Testiculi uulpis 297.2.C
Sputum grossum subtiliat.
Hyssopus 60.4.F.G
Spinas corpori infixas quamuis profundæ sint extrahunt.
Aristolochia 87.3.F
Emplastrum de fermento 165.4.F
Emplastrum apostolicon Nicolai 382.2.A
Fescera 86.1.C
Splenem mundificant.
Agaricus 68.2.B.C
Sene 77.3.F
Splenis ægritudines eradicant.
Agaricus 68.2.B.C
Diacurcuma magna 206.1.A
Lapis stellatus 76.3.G
Oleum nardinum 176.3.G
Oleum de euphorbio 173.3.E
Spleneticis conferunt.
Syrupus de calamento 136.3.H
Splenis doloribus & oppilationibus conferunt.
Aristolochia 87.3.F
Agaricus 60.2.B
Athanasia. 109.3.E
Acetum scilliticum 139.4.E
Euphorbium 80.4.G
Epythimum 59.3.F
Ireos 72.2.C
Hyssopi cærotum desc.Ga. 157.4.G
Hyssopi cęrotum descriptio philagrii. 158.1.D
Hyssopi cærotum descriptione Pauli 158.2.B
Oleum de ireos 72.2.C
Oleum laurinum. 171.3.G
Syrupus diarhodon. 134.3.H
Secaniabin de radicibus 133.4.F
Secaniabin de cheysim 134.2.C
Trochisci de eupatorio 147.2.A
Splenis inflationi & crassitiei cõferũt
Agaricus 68.2.B.C
Aqua lactis 54.1.C
Acetum scilliticum 139.4.E
Emplastrum de fermento 165.4.F
Emplastrum Oribasii 167.1.A
Euphorbium 80.4.G
Oxymel scilliticum 140.2.B
Opopanacum emplastrum 81.4.E
Rhabarbarum 50.4.F
Serapinum 80.1.C
Splenis apostemata & lapidositatem resoluunt.
Emplastrum cæroneũ Nic. 383.1.C
Emplastrum diachilon 164.1.B
Ireos 72.2.B
Oleum de been 171.1.B
Oleum philosophorum 170.4.H
Vnguentum artanitæ paruũ 159.4.H
Splenis scliro conferentia fol.361.
Antidotum emagogũ Nic. 372.3.H
Splenis apostema & duritiẽ resoluũt.
Assarum 63.2.B
Agaricus 68.2.B.C
Artanita 87.1.B
Diasulphur 109.4.F
Diachilon commune 164.1.B
Ben emplastrum 75.3.G
Emplastrum de meliloto 167.2.A
Emplastrum andromachi 165.1.A
Ireos 72.2.B
Hyssopi cærotum descriptioue Gale. 157.4.G
Hyssopi cærotum descriptione Phylagrii 158.1.D
Hyssopi cærotum descriptione Pauli 158.2.B
Hyssopi cærotum descriptione Democriti.
Oleum de ben 171.1.B
Oleum philosophorum. 170.4.H
Oleum ceroneum Nico. 383.1.C
Opopanacum emplastrum 81.4.E
Oxymel de floribus aut seminibus genestræ.
Polipodium 70.1.B
Serpentaria 85.1.C
Serapinum 80.1.C
Secaniabin de calamento 134.2.D
Trochisci de capparibus. 148.4.H
Splenis oppilatiões aperiũt et purgãt
Aristolochia 87.3.F
Assarum 63.2.C
Artanita 87.1.B
Centaurea minor 76.1.A
Capillus Veneris 62.4.F
Decoctio de stœcados 143.1.B
Decoctio cuc.asinini 73.1.H
Decoctio de eupatorio 143.1.C
Epithymum 59.3.F
Ben emplastratum 75.3.G
Ireos 72.2.B
Oleum de ben 171.1.B
Pilulæ de rauedseni 154.1.b
Pilulę sebeliæ 157.1.b
Pilulæ indæ 153.1.D
Succus cuc. asinini 73.1.A
Syrup.aceto.de radicibus 130.1.b
Trochischi de eupatorio 147.2.A
Trochisci de lacca 147.3.F
Splenis apostematibus conferunt.
Fescera emplastrata 86.1.C
Ireos. 72.2.B
Hyssopus 60.4.F.G
Oxymel de fescera 86.1.C
Trochisci de eupatorio 147.2.A
Splenis uentositates resoluunt.
Aristolochia 87.3.F
Trochisci de capparibus 148.4.H
Sternutationem inducunt.
Aqua rosacea 44.4.H
Condisi
Euphorbium 80.4.G
Helleborus 90.2.B
Ireos 72.2.B
Oleum rosatum 172.4.H
Piper 201.1.B
Rosa 544.H
Strangulationis remedia. 205
Sterilitas remedia. 309
Stranguriam sanant.
Antidotum emagogum Nic. 302.3.H
Stupori conferunt.
Euphorbium 80.4.g
Stomachum mundificant.
Agaricus 68.2.B.C
Aqua infusionis rosarum 54.4.H
Casia 52.2.C
Capillus Veneris 62.4.E.F
Mirobalani citrini conditi 49.2.C
Mirobalani chebuli conditi 49.4.g
Pilulę de turbith 155.2.D
Pilulæ stomatichæ 151.4.F
Pilulę aggregatiuæ minores. 152.2.b
Rhabarbarum 50.4.F
Succus rosarum 54.4.h
Sal gemma 78.2.C
Turbith confortatum 67.3.E
Stomachi apostemata dura molliunt.
Emplastrũ diachilon cõe 164.1.B
Emplastrum Oribasii. 167.1.A
Emplastrum de meliloto 167.2.A
Emplastrum relatum ad Aristarchum 166.4.g
Ben emplastratum. 75.3.g
Hyssopi cærotum descriptione Galeni 157.4.g
Hyssopi cærotum descriptione Philagrii 158.1.D
Hyssopi cærotum descriptione Pauli 158.2.B
Oleum masticinum 175.4.g
Stomachi apostemata acuta resoluunt
Agaricus 68.2.b.c
Casia 51.2.c
Stomachi duritiei conferunt.
Agaricus 68.2.B.C
Diachilon commune 164.1.B
Emplastrum de meliloto. 167.2.A
Emplastrum relatum ad Aristarchum 166.4.g
Hyssopi cærotum descriptione Philagrii 158.1.D
Hyssopi cærotum descriptione Pauli 158.2.b
Stomachi ægritudinibus a phlegmate uiscoso factis conferunt.
Confectio de xyloaloes. 95.1.D
Electarium de aromatibus 93.2.H
Electarium de gemmis 94.2.E
Oxymel scilliticũ simplex 140.2.D
Oleum nardinum 126.3.g
Stomachi ægritudines purgant.
Confectio electarii alcharif 103.2.d
Confectio indi maioris 113.3.G
Confectio indi minoris 114.1.D
Hierapicra Gale. 110.3.h
Hiera Hermetis 111.1.B

Pilulæ alephanginæ 151.3.E
Pilulæ sebelliæ 157.1.B
Pilulæ aggregatiuæ 152.1.B
Pilulæ fœtidæ maiores 153.3.F
Pilulæ fœtidæ minores 153.3.H

Stomachi inflammationi conferunt.

Alxyracostum 112.4.E
Cærotum sandalinum 160.4.F
Diarhodon Abbatis 377.2.G
Electarium de aromatibus 97.3.H
Syrupus de succo acetosæ. 156.4F
Syrupus de acresta 128.1.A
Syrupus acetosus de succis fructuum 130.3.E
Syrupus acetosus de pomis descriptione nostra. 130.4.G
Syr.acetosus de tereniabin. 131.1.B
Trochisci de spodio cum semi. acetosę 146.3.H
Vnguentum rosatum. 160.2.C

Stomachi ardorem mitigant.

Aloe correctum. 42.1.B
Confectio de acetosa 104.1.D
Confectio de prunis 104.2.B
Electarium de persicis. 103.4.E
Iuleb rosatum. 125.1.B
Mirobalani emblici. 50.1.A
Syrupus de persicis 126.3.H
Syrupus de portulaca 131.3.E
Suffuf diarhodon 150.1.B
Triphera persica. 113.1.B
Trochisci de camphora 146.1.D
Trochisci de sandalis 148.2.E

Stomachum calidum confortant.

Aqua rosata 54.4.H
Lupulus seu uolubilis. 64.3.G
Mirobalani 51.1.A
Oleum rosatum 172.4.H
Rosa 54.4.H
Rob de ribes 140.4.H
Rob de berberis 141.2.B
Rob de summach 141.2.C
Rob de moris de sceni. 141.2.C
Syrupus de succo acetosę. 126.4.F
Syrupus acetosus de succis & aquis fruct. 130.3.E

Stomachum calefaciunt.

Cærotum stomaticum Gal. 162.2.E
Diacurcuma magna 106.1.A
Diatrion pipereon desc.Ga. 102.1.B

Stomachum frigidum confortant.

Fumusterræ. 58.2.B
Melicratum conditum 138.1.B
Syrupus de menta. 134.4.G
Syrupus de thymo 136.4.G
Secaniabin de calamento 134.2.D

Stomachi digestiõis malitiæ prosunt.

Confectio de galanga 99.1.C
Theriaca diatessaron. 104.3.F

Stomachum debilem confortant, & digestionem bonam faciunt.

Aromaticum rosatum 102.2.B
Aromaticum nardinum 101.1.B
Aromaticum caryophillatum 280.4.F
Absinthium 56.4.E
Aqua infusionis rosarum 54.4.H
Aloe lotum 47.1.B
Confectio de xyloaloes 95.12.B
Confectio alchanzi. 127.2.C
Confectio de cytoniis. 102.1.B
Citonia condita. 118.4.E
Citra condita 199.1.D
Cærotum Alexandri 163.1.A
Chebuli conditi 118.1.C
Decoctio alhasce. 142.4.F
Diacameron Nico. 375.2.C
Electarium de aromatibus 93.3.H
Electarium de citro.
Electarium de granis myrti. 101.4.H
Electarium de persicis 103.4.E
Electarium de sorbis. 104.2.C
Electarium ex inuentione nostra. 107.1.B
Emblici conditi 118.2.D
Eupatorium. 58.4.G
Emplastrum stomaticon 162.4.E
Emplastrum diaphænicon 166.2.B
Emplastrum de gallia 164.3.E
Emplastrum de fermento 165.4.E
Hyeralogodion Ruffi 396.2.B
Mirobalani 49.2.C
Mellicratum de citro 138.2.C
Mellicratum de buglossa 138.3.G
Mellicratum de citoniis 138.4.F
Oleum de stinco 171.4.G
Oleum de citoniis 174.4.G
Oleum maluinum
Oleum costinum 176.1.B
Oleum mastichinum 175.4.F
Oleum myrtillinum 175.1.B
Oleum de sampsuco. 176.2.C
Pira condita 118.4.G
Persica condita 119.1.B
Pilulæ alephanginæ 151.3.E
Pilulę stomatichæ 151.4.F
Pilulæ diarhodon 155.2.C
Pilulæ aggreg.minores. 152.2.D
Rhabarbarum 50.4.F
Rob de piris 141.3.E
Rob de cytoniis 141.2.D
Rob de pomis 141.3.E
Rob de granatis 141.3.G
Rob de fructibus 141.4.F
Rob de agresta 141.1.C
Syrupus de piris 126.2.D
Syrupus de citoniis 126.3.F
Syrupus de corticib.citri 127.2.C
Syrupus de granis myrti. 128.2.B
Syrupus de albella 128.2.D
Syru.aceto.de cytoniis. 130.3.G
Syrupus aceto.de pomis. 131.1.A
Syrupus de absinthio 135.2.B
Syr.de fumoterræ maior 135.3.E
Succus rosarum 54.4.H
Suffuf de ligno aloes 149.4.G
Suffuf aromaticum 150.1.C
Suffuf diarhodon. 150.1.B
Trochisci de absinthio 147.1.B
Triphera Gale. 105.3.F
Trochisci de gallia sebellia 144.4.H
Trochisci de gallia magna. 144.4.E
Trochisci de rosis 145.2.C
Trochisci ramich. 135.4.H
Zuccharum rosatum 116.1.C

Stomachi ĩdigestionẽ et dolorẽ tollit

Antidotum emagogon Nic. 322.3.H
Triphera saracenica 105.2.A

Stomachi dolori a frigiditate facto conferunt.

Agaricus 68.2.B
Athanasia magna. 119.3.E
Confectio anacardina 107.4.F
Confectio phylagrii inuentione prima.
Eupatorium 58.4.G
Hyssopi cærotum descriptione phylagrii. 158.1.D
Hyssopi cærotum descriptione Pauli. 158.2.B
Musa ænea 385.4.G
Oleum de cherua 171.1.D
Oleum de chartamo 171.2.A
Pilulæ alephanginæ 151.3.E

Stomachi dolorem a uentositate factum destruit.

Emplastrum ex pane calido & oleo & melle factum.
Ius galli 63.4.E

Stomachi uentositates crassas expellunt.

Cõfectio electuarii de citro. 138.2.C
Confectio de galanga 99.1.C
Confectio philonii prima 108.4.H
Confectio de gingibere 119.4.F
Diaciminum 102.4.E
Diacurcuma maior 106.1.A
Diacurcuma minor 116.2.B
Diamorusion 106.2.C
Secacul conditum 119.2.D
Triphera muscata 105.2.D

Stomachi oppilationes aperiunt.

Aqua infusionis rosarum 54.4.H
Syrupus de eupatorio 137.1.A
Secaniabin de radicibus 133.4.F
Succus rosarum 54.4.H
Trochisci de absinthio 147.1.B

Stomachi dolori colico conferunt.

Oleum laurinum 171.3.G

Stõi defectioni cõferentia.fol.280

Stomachi dolori et eius puncturæ a caliditate & acuitate factis cõferũt.

Aloe correctum 47.1.B
Acetum scilliticum 139.4.E
Baurach. 79.1.A
Confectio diarhodon 145.2.A
Infusio de hyera 143.3.F
Pilulæ alephanginæ 151.3.E
Sal gemma 78.2.C
Rhabarbarum 50.4.F
Trochisci diarhodon 145.2.A

Stomachi lubricitati confert.

Suffuf de granis myrti. 150.2.C

Stõi humiditatẽ et mollicięẽ corrigũt.

Aromaticum rosatum maius. 101.1.C
Aromaticũ caryophyllatum. 100.4.F
Confectio de cinnamomo 101.3.H
Cõfectio elect.indi.maioris. 113.3.G
Confectio electarii indi minoris. 114.1.D
Diamorusion. 106.2.C
Diacurcuma maior. 106.1.A
Diacurcuma minor. 106.2.B
Emblici conditi 118.2.D
Triphera saracenica magna 105.2.A
Trochisci diarhodon 145.2.A

Stomachum a phlegmate crudo mundificant.

Dianisum 101.2.B
Emplastrum relatum ad Aristarcum 166.4.G
Mirobalani emblici 49.4.G
Serpentaria 85.1.C
Suffuf diarhodon 150.1.B

Stomachi putrefactiones abstergunt & corrigunt.

Agaricus

Agaricus 68.2.B
Acetum scilliticum 139.4.E
Myrobalani emblici 49.4.G
Trochisci de rosis 145.2.C

Stomachi lĩeteriæ cõferẽtia 150.4.G

Sudoris multitudinem prohibent

Oleum de citoniis 174.4.G
Rosata nouella Nicolai 389.4.F

Sudorem prouocãt.

Artanita 81.1.B
Oleum anetinum 173.4.H
Oleum de asaro 63.2.B

Sudoris odorem bonum facit.

Armoniacum nardinum 101.1.B
Myrobalani 50.1.A

Superfluitates à toto corpore educit.

Electarium alescof 115.2.B

Suffocationi conferunt.

Cõfectio de succo nucum 123.3.E
Diamoron 123.1.C
Diamoron Nicolai 375.3.E

Surditati conferunt.

Decoctio absinthii 56.4.F
Oleum amydgalarum amar. 170.2.B
Oleum de cucu.asinino 176.4.E
Oleum de ben 171.1.B
Succus serpentariæ 85.1.C

T Esticulorũ doloris re. 296.4.G

Testiculorum eleuationis remedia. 295.4.G

Testiculorũ apostematũ re. 296.1.C

Tetano conferunt.

Oleum de lapide agatis 179.2.A

Tibiarum malo mortuo conferunt.

Oleum de fraxino 179.1.D
Oleum de iunipero 179.1.A
Vnguentum alphesericon 162.2.B

Timori conferunt.

Epithymum 59.3.F
Stœchados 57.4.E

Torturæ superfluitates humorũ crassorum & uiscosorum purgant.

Artanita. 87.1.B
Hiera Hermetis iij.1.B
Hiera Ruffi 112.2.D

Tristitiam remouent.

Confectio de musco 95.4.E
Myrobalani nigri 49.2.C
Sene 77.3.F

Tristitiæ & solicitudini prosunt.

Confectio Alchermes 94.4.H
Diamargariton Nicolai 375.1.A
Diantos 375.3.H
Electarium de gemmis 94.2.C

Tremori conferunt.

Blanca Nicolai 373.1.B
Euphorbium 80.4.G
Myrobalani nigri 49.2.C
Oleum de piperibus 178.2.A
Oleum philosophorum 170.4.H
Oleum de lapide gagatis 179.2.A
Serapinum 80.1.C
Syrupus de stœchados 137.3.G

Tremorem purgant.

Blanca Nicolai 373.1.B
Hiera Hermetis iij.1.B

Tussi diuturnæ conferunt.

Athanasia magna 109.3.E
Colocynthis 69.2.B
Dianisum 101.2.B
Diapenidion Nicolai 377.3.E
Hyssopus 60.4.G

Tussim antiquam remouent & humores crassos subtiliant.

Aristolochia 81.3.F
Loch ad asthma 124.3.E
Opopanax 81.3.E
Serapium 80.1.C
Suffuf ad illud 159.4.H

Tussim antiquam purgant.

Pilulæ de agarico 155.1.C

Tussi antiquæ & ei qui habet pectus saniosum conferunt.

Aristolochia 83.3.F
Colocynthis 69.2.B.C
Diasulphur 109.4.F
Loch de pino 121.4.F
Loch sanum & expertum 123.4.H
Succus ireos 72.2.B
Syrupus de granis myrti 128.2.B
Syrupus de liquiritia 135.4.G
Syrupus de prasio 136.2.C
Syrupus de calamento 136.2.A
Syrupus de prunis 127.1.A
Syrupus de granatis 127.1.D
Syrupus de iuiubis 131.4.F
Syrupus de hyssopo 136.1.C

Tussi calidæ conferunt.

Iuleb uiolatum 125.2.C
Loch de papauere 122.1.C
Loch ad caliditatem 124.1.D
Loch aliud nostrum 124.2.A
Syrupus uiolatus 131.3.G
Syrupus con ferẽs catarrho 131.2.B

Tussi humidæ conferunt.

Aristolochia 87.3.F
Aqua mellis 132.3.E
Acharistum Nicolai 371.2.A
Diacameron Nicolai 375.2.C
Fescera 86.1.C
Succus ireos 72.2.B
Sarcocolla 79.3.E

Tussi siccæ conferunt.

Hyssopos 60.4.G
Syrupus acetosus 129.3.G
Syrupus de tereniabin 131.1.B
Syrupus de papauere 120.4.H

Tussim siccam leniunt.

Loch de amygdalis 124.3.F
Loch bonum 124.2.C

Tussi quæ non sinit patientes dormire conferunt.

Syrupus papaueris 128.4.H

Tussi catarrhali conferunt.

Pilulæ ad omnes morbos catarrhi 155.4.F

Tussis cuiuslibet remedia.

Tumores à caliditate factos maturãt & resoluunt.

Emplast.diachilon paruum 164.3.G

Tumoribus sanguinolentis conferũt.

Blanca Nicolai 373.4.B

V Ariolas apparere facientia. 346.4.F.

Variolarum uestigia eradican.

Sunt aqua hordei, aristolochia,alumẽ oui, amygdalæ dulces & amar. adeps asini cum oleo ros. cortices melonis siccati,creta,lutum,lythargyrum,lupini,milium, oleum de liliis, oleum de fisticis, ossa antiqua adusta, panicum, radices arundinum, rizum ablutum, sarcocolla,semina melonis, spuma maris. Vide folio 347.1.G

Varicum remedia. 323.4.G.

Vertigini conferunt.

Agaricus 68.2.B.C
Acetum scilliticum 139.4.E
Confectio de musco 95.4.E
Confectio alfescera 116.2.B
Diaprasium Nicolai 376.2.C
Epithymum 59.3.F
Fescera 86.1.C
Lapis armenus 76.1.D
Oxymel scilliticum simplex 139.4.E
Sal gemma.
Stœchados 57.3.H
Syru.de acetositate citri 127.3.H
Syru.acetosus de prunis 130.4.E

Vertiginem purgant.

Colocynthis 69.2.B
Confectio hamech 115.3.F
Helleborus niger 90.2.B
Hiera Hermetis iij.1.B
Hieralogodion Ruffi 396.3.E
Scilla 70.3.H
Serapinum 80.1.C

Vertiginem à fumis cholericis factã purgant.

Confectio de psyllio 114.4.F
Confectio electarii rosati 116.1.C

Vertigini sãguineæ cõferũt. 187.4.G

Balneum dulce, phlebothomia cephalicæ, fricatio tibiarum, scarificatio in cartilaginibus aurium, uentosæ in nucha & cruribus positæ.

Veneno resistunt.

Diasulphur 109.4.F
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Syrupus de acresta 128.1.A
Theriaca diatesseron 104.3.F
Theriaca magna Galeni 391.1.B

Venenis frigidis confert.

Oleum philosophorum 170.4.H

Venenosorum morsibus resistunt.

Confectio de asa 107.3.F
Cæpe coctum & cum melle emplastratum.
Diasulphur 109.4.F
Fescera emplastrata 86.1.C
Mithridatum Nicolai 384.3.F
Theriaca magna Gal.Nico. 391.1.B
Theriaca diatesseron Nico. 392.3.G

Ventositates attenuant dissoluant & carminant.

Agaricus 68.2.B.C
Aromatũ caryophyllatũ 100.4.F
Aromaticum nardinum 101.1.B
Antidotum emagogũ Nico. 372.3.H
Confectio Alchanzi 100.2.C
Confectio electarii ex inuentione nostra 107.1.B
Cõfect.hieralogodiũ Ruffi 396.3.E
Cõfect.electarii indi maio. 113.3.G
Confec.electarii indi mino. 114.1.D
Diacuminum 102.4.E
Dianisum 101.2.E
Emplastrũ relatũ ad Arist. 166.4.G
Aloe emplastratum 47.1.B
Hyssopus 60.4.F.G
Ius galli cum aneto 63.4.E

Opop

Opopanax 81.3.E
Oleum nardinum 176.3.G
Oleum amyg.amararum 170.2.B
Oleum nucum 170.3.E
Oleum de cheri a 171.1.D
Oleum de enula 175.1.D
Serapinum 89.1.C
Suffufaromaticum 130.1.G
Triphera Galeni 105.3.F
Triphera muſcata 105.2.D
Triphera ſaracenica magna 105.2.A
Ventris dolorem ex multa humiditate phlegmatica cruda dependẽtem remouent.
Centaurea 76.1.A
Capillus Veneris 62.4.E.F
Confectio anacardina 107.4.F
Diaciminum 102.4.E
Diatrionpipereon deſ.Gal. 102.2.C
Grana lauri puluerizata, ſcordeon.
Serapinum 80.1.C
Ventri dolorem conferentia 162.4.E
Ventrem leniunt, & lubricant
Caſia 52.2.C
Manna 53.2.C
Pſyllium 62.1.C
Zuccarum uiolatum 120.3.H
Ventrem mundificant
Capillus Veneris 62.4.E.F
Ventris fluxum retinent
Citonia condita 118.4.E
Confectio de citoniis 138.4.F
Pſyllium frixum 62.1.C
Syrupus de albelach 128.2.d
Syrupus de menta 134.4.g
Ventris fluxum cholericum ſtringũt
Electarium de fructibus 104.1.a
Syrupus acetoſus de ſuccisfructuum 130.2.c
Troch.de ſpodio cũ ſe.ace. 146.3.h
Ventris fluxum aſſiduum & catarralem abſcindunt
Confectio electarii ex inuentione noſtra 107.1.b
Ventris fluxui antiquo conferunt
Atanaſia magna 109.3.e
Confectio de ſtorace 109.4.h
Diacodion Nicolai 378.4.e
Ventris ſolutionem ſedant
Mellicratum de citoniis 138.4.f
Miua citoniorum ſimplex 138.4.f
Rob de fructibus 141.4.f
Trochiſci de berberis
Ventrem ab operatione catartici ſuperflue ſolutum ſtringunt
Emplaſt.de gallia ſecundũ 164.3.g
Emplaſtrum confortatiuum ſtomachi 164.3.e
Veſicam mundificantia
Antidotũ emagogũ Nico. 372.3.h
Benedicta Nicolai 373.4.g
Veſicæ doloribus conferunt
Diamoruſion 106.2.c
Diacurcuma maior 106.1.a
Diacurcuma minor 106.2.b
Grana lauri emplaſtrata.
Oleum de chiri 174.3.e
Oleum nardinum 175.3.g
Oleum de piperibus 179.2.a
Oleum philoſophorum 179.4.h
Veſicæ debilitati conferentia
Veſicæ dislocationi conferentia 288
Veſicæ duritiei conferunt
Hyſſopi cærotum deſcriptione Democriti.
Veſicæ ardori conferunt
Oleum amygdalarum dulciũ 170.1.b
Veſicæ ulcerationi conferunt
Oxymel ſimplex,trochiſci alchechẽgi
Veſicæ lapidem frangunt
Antidotum emagogũ Nico. 372.3.h
Dialacca maior 106.3.f
Dialacca minor 106.4.f
Philantropos Nicolai 383.3.g
Oleũ de nucleis ceraſorũ 171.2.c
Oleũ de granis citranguli 171.2.b
Oleum de ſcorpionibus 178.1.b
Oleum philoſophorum 179.4.h
Veſicam calefaciunt
Oleum de lilio 174.1.b
Oleum de enula 175.1.d
Venarum orificia aperiunt
Aloe 47.1.a
Colocynthis 69.2.b
Centaurea 76.1.a
Cucumer aſininus 73.1.a.b
Oleum philoſophorum 179.4.h
Volubilis magna 64.3.g
Venarum aquoſitatem educunt
Abſinthium 56.4.f
Venas a cholera mundificant
Abſinthium 56.4.f
Aqua infuſionis roſarum
Succus roſarum 55.4.f
Vermes occidunt
Abſinthium 56.4.f
Apii ſemen, aqua lupinorum, adamſte grana.
Baurach 79.1.a
Cameleonis radix
Centaurea 76.1.a
Carui.cappares,calcatum, calamentũ ſyluestre.
Electarium de abſinthio 56.4.f
Enulæ radix.
Mezereon 82.4.c
Macis,naſturcium,nux indica
Vermes educunt
Agaricus 68.2.b
Abſinthium 56.4.f
Baurach 79.1.a
Centaurea 76.1.a
Electariũ de abſinthio 56.4.f
Hyſſopus 64.3.f
Mezereon 82.4.c
Viſum conſeruant.
Hyſſopus 60.4.f.g
Viſus debilitati conferunt
Caputpurgium de artanita 87.1.b
Helleb.niger puluerizatus 90.2.b
Viſum augent
Aloe præparatum cum ſucco fœniculi 47.1.b
Hyſſopus 60.4.f.g
Opopanax 81.3.e
Sene 77.3.f
Viſus obſcuritatem purgant
Myrobalani chebuli 49.2.c
Pilulæ de hiera 157.2.c
Pilulæ ſine quibus Nicolai 388.4.g
Serapinum 80.1.c
Viſum poſt purgationem deperditum recuperant 42.
Aloe 47.1.b
Balneum dulce, collyriũ de fellibus, coriandrum,cytonia.
Decoctio abſinthii 67.4.f
Fel alcubugi, fel eritii, fel aquilæ, fel capręſ,frictiones tibiarum.
Infuſio hieræ 143.3.e
Oxymel ſcilliticum 140.1.d
Pilulæ cochiæ 389.3.h
Pilulæ de hiera Hermetis, pilulæ de ſpeciebus,ſomnus,ſuccus fœniculi, ſuccus celidoniæ.
Viſum a fumis cholericis deperditum recuperat
Triphera perſica 113.1.b
Viſcera confortant
Aromaticum nardicum 101.1.b
Confectio electarii ex inuentione noſtra 102.1.b
Dyacoſtum 106.4.h
Eupatorium 58.4.f
Epithymum 59.3.f
Fumuſterræ 58.2.b
Myrobalani 49.2.c
Mellicratum de citoniis 138.4.f
Stœchados 57.4.e
Syrupus de granis myrti 128.2.b
Zuccarum roſatum 120.2.d
Viſcera lauãt mũdificãt & abſtergũt
Aqua mellis 132.3.e
Electarium Eleſcof 115.2.b
Helleborus niger 90.2.b
Ireos 72.2.c
Viſcerum putrefactionem remouet
Triphera ſaracenica magna 105.2.a
Viſcerum mollificationi conferunt
Fumuſterræ 58.2.b
Syrupus de abſinthio
Zuccarum roſatum 120.2.d
Viſcera laxata coadunant
Myrobalani 49.1.a
Viſcerum dolorem purgant
Agaricus 68.2.b
Eupatorium 59.3.f
Hiera Hermetis 111.1.b
Viſcerum dolorem à uentoſitate factum ſedant
Ariſtolochia 87.3.f
Confectio de ſeminibus 102.4.g
Oleum laurinum 171.3.g
Viſcerum uentoſitates diſſoluunt
Diaciminum 102.4.e
Dianiſum 101.2.b
Viſcerum humiditatem deſiccat
Aromaticum roſatum 100.3.g
Viſceri lubricitati & ſolutioni propter malitiam digeſtionis conferunt
Dialacca maior 106.3.f
Dialacca minor 106.4.f
Electarium de granis myrti 101.4.h
Trochiſci ramich 145.4.h
Viſcerũ debilitati à cauſa frigida cõf.
Emplaſtrum de gallia primũ 164.3.g
Viſcerũ debilitati à cauſa calida conf.
Emplaſtrum de gallia aliud 64.4.g
Viſcera frigida habentibus conferunt
Emplaſtrũ relatũ ad Ariſt. 166.4.g
Oleum rutæ.
Syrupus calamenti 136.3.h
Viſcerum inflammationi confert
Emplaſtrum de fermento 165.4.f

Viſcerum

Viſcerum oppilationi conferunt
Decoctio ſtœchados
Feſcera 86..c Fumuſterræ 58.2.b
Sene 77.3.f
Viſcerum duritiei conferunt
Emplaſtrum de melliloto 167.2.a
Secaniabin de calamento 134.2.d
Viſcerum apoſtemata reſoluunt
Agaricus 68.2.b.c
Decoctio hyſſopi 60.4.f
Hyſſopus emplaſtratus 60.4.f.g
Viſcerum ægritudinibus confert
Oxymel ſcilliticum 140.1.d
Vigiliæ ſuperfluæ remedia 335.
Virgæ pruritus remedia 297.3.*b*
Virgæ doloris remedia 297.4.*g*
Virgæ apoſtematũ remedia 297.4.*b*
Virgæ corroſionis remedia 297.4.*b*
Virgam magnificantia 297.4.*b*
Vlceribus malis conferunt
Aqua lactis
Ariſtolochia 87.3.f
Feſcera 86.1.c Mezereon 82.4.e
Pilulæ aggregatiuæ mino. 152.2.d
Hieralogodion Ruffi 396.3.e
Vnguentum de centaurea. 76.1.h
Vlceribus putridis conferunt
Aloe miſtum cum ſanguine draconis & myrrha 47.1.b
Vnguentum nobile relatum ad Nicolaum
Vnguentum ceraſeos 159.2.c
Vlceribus fraudulentis conferunt.
Ariſtolochia 87.3.f
Oleum almezereon 176.2.d
Oleum de iunipero 179.1.a
Oleum de fraxino 179.1.d
Serpentaria 85.1.a
Vnguentum de opopanace 81.3.e
Vlcera incarnant & ſigillant
Emplaſtrum arabicum 159.1.h
Oleum de ouis 178.3.g
Vnguentum diaphænicon deſcriptione Arabica 158.4.f
Vlceribus excoriatiuis conſe.
Vnguentum ceruſſæ 161.3.g
Vlcera deſiccant
Myrobalani citrini cum maſtice contriti 49.2.c
Vlcera ſanant
Myrobalani citrini cum maſtice contriti 49.2.c
Vlcerat & cauterizat
Emplaſt.andromachi aliud 165.1.d
Vmbilici augmẽto cõferẽtia 315.1.*a*
Vmbilici exitui conferentia 315.1.*d*
Vomitum faciunt
Aſſarum 63.2.b Helleborus 90.2.g
Vomitiui conferunt
Syrupus de acreſta 128.1.a
Syrupus albelach 128.2.d
Vomitum ſedant
Aromaticum roſatum 100.2.b
Aromaticum caryophyllatũ 100.4.f
Antidotum emagogum Nic. 372.3.h
Myrobalani emblici 50.1.a
Mellicratum de citoniis 138.4.f
Syru.acetoſus de citoniis 130.3.g
Syrupus de prunis 127.1.a
Syrupus de mentha 134.4.g
Troch hiſci ramich 145.4.h
Vomitum ſanat
Vnguentũ artanitæ magnũ 159.4.h
Vomitum cholericum ſedant
Rob de ribes 140.4.h
Rob de acreſta 141.1.d
Rob de berberis 141.2.b
Rob de ſumach 141.2.c
Rob de moris de ſeni. 141.2.c
Rob de granis myrti. 141.4.g
Vomitum cholericum & phlegmaticum ſedant
Citonia condita 118.4.e
Confectio de citoniis 138.4.g
Syrupus de calamẽto lymphatus cum aqua mẽtæ & abſinthio
Vomitui phlegmatico ex malitia digeſtionis conferunt
Alcha nzi 105.2.d
Vocem clarificant
Acetum ſcilliticum 139.4.e
Carthamus 75.1.c
Electarium de ſucco ſcillæ
Oxymel ſcilliticum 240.1.d
Oleum de carthamo 171.2.a
Oleum de nuce indica 171.2.b
Oleum de granis ſeſami 172.2.a
Vocis raucedini cõferẽt
Loch ſanum & experſam 123.4.h
Syrupus de iuiubis 131.4.f
Vocis lacertos corroborat
Acetum ſcilliticum 139.4.e
Vrinam prouocant
Agaricus 68.2.b Aſſarum 63.2.b
Althæa
Alium linitum ſuper radicem uirg.
Antidotum emagogum Nicolai
Capillus Veneris 62.4.e
Diacurcuma maior 106.1.a
Diacurcuma minor 106.2.b
Diamoruſion 106.2.c
Diaſulphur 109.4.f
Fœniculus
Feſcera 86.1.c
Helleborus niger 90.2.b
Hyſſopus 60.4.f. Lini ſemen.
Opopanax 81.3.e
Oleum philoſophorum 179.4.h
Trochiſci de lacca
Vrinam retinent et reſtringunt
Alchanna 292.2.b
Balauſtiæ, bolum armenũ, coriandrũ ſiccum,ciperum, carnes eritii, cortex thuris maſculi,cupuli glandium,diaciminum,enula ſicca,fungi,gallę cupreſſi,grana myrti,lutum armenũ,myrra, merdaſengi bibita,nux muſcata,origanum,piretrum, pilulæ de alhaſce, ſaudaraca,ſtorax ſicca,ſeminis urticę,ſcoria ferri,thus maſculũ zarur. 292.2.d
Vrinæ difficultati conferunt
Confectio Philonii inuentione prima 108.4.h
Muſa enea 385.4.f
Oleum aſech
Vrinæ guttationi confert
Opopanax 181.3.e
Vrinæ ardori confert
Oleum quatuor ſeminum frigidorum maiorum
Vrinantis dolori confert
Confectio alchechengi 117.2.a
Vulnerum veſtigiis confert
Oleum de ben 171.1.b
Vulnerum veſtigia aufert
Feſcera 86.1.c
Vulnerum tumorem ſoluit
Oleum de criſomillis 170.4.e
Vulnera putrida curat
Centaurea 76.1.a
Hermodactylus 71.2.c
Ireos 72.2.b Opopanax 81.3.e
Vnguentum ſericinum 161.2.c
Vulnera incarnant & conſolidant
Ireos 72.2.b. Opopanax 81.3.e
Vnguentum triphar macum 162.
Vulnera curãt & ſigillãt et cõſolidãt
Centaurea 76.1.a
Opopanax 81.3.e
Sarcocolla 79.3.e
Vulneribus antiquis confert
Ireos 72.2.b
Vnguentum ægipciacum magnum 161.4.h
Vulnera antiqua & recentia mundificat & incarnat
Centaurea puluerizata 76.1.a
Hermodactylus 71.2.c
Ireos 72.2.b Opopanax 81.3.e
Sarcocolla 79.3.e
Vnguentum diacerafeos 159.2.c
Vlcera quæ tarde curantur perfecte curat
Oleum philoſophorum 179.4.h
Vulneribus difficilis conſolatio.& incarnationis ea mũdificando cõferunt
Centaurea 76.1.a
Emplaſtrum arabicum 157.1.a
Hermodactylus 71.2.c
Ireos 72.2.b Opopanax 81.3.e
Vnguentum diaphœnicon deſcriptione Arabica 158.4.f
Vnguentum de lino
Vnguentum de opopanace 81.3.e
Vulnera fraudulenta expellunt
Syrupus de epithymo 137.2.b
Vnguentum de lino 160.1.b
Vulnera exiccat
Emplaſtrum de fermento 165.4.f
Vulnerum ſuperfluitates aufert
Emplaſtrum de fermento 165.4.f
Vulneribus neruoſis in quibus eſt calefactio confert,& ea mundificat & incarnat
Vnguentũ baſilicon magnũ 160.3.f
Vuluam confortant
Aqua roſata 55.1.a
Oleum roſatum 172.4.h
Violæ 56.1.b
Vuluam ſtringunt
Aqua roſata 55.1.a
Oleum roſatum 172.4.h.
Pini cortices
Vuluæ ardori confert
Oleũ amygdalarũ dulcium 170.1.b
Vuluæ caſui conferunt
Diamoron Nicolai 375.3.e
Vuluæ apoſtematibus conferunt
Confectio de moris 123.2.a
Diamoron Nicolai 375.3.e

FINIS.

STEPHANO PONCHERIO BAIONENSI EPISC.

TVM INTEGERRIMO, TVM DOCTISSIMO,

Iacobus Syluius Medicus. S. D. P.

INCREDIBILIS uirtus tua, morumq; integritas, & eruditio singularis, summa denique omnibus in rebus gerendis prudentia, non mediocriter nos commouerunt, Præsul digniſsime, ut nos labores noſtros nomini tuo dedicaremus. Acceſsit tuorum in nos beneficiorum & magnorum & multorum memoria, quam nobis immortalem fore monumento aliquo, & amplitudine tua digniſsimo, & conditioni meæ proprio maximè, hoc eſt ingenii mei partu aliquo recenti nec incelebri, planè teſtari uiſum eſt: cuiuſmodi profectò eſt, quam dignitati tuæ nunc offerimus, Ioannis Meſuæ medici præſtantiſsimi interpretationem: opus ſanè quàm arduum & nuper impeditum, nunc autem cura noſtra expeditum ſic, atq; expolitũ, vt iam doctis placere modò ſed etiam prodeſſe poſsit plurimum. Quam verò, nõ ſit facilè rebus longa & obſcura caligine merſis, & velut illuuie ſordida obſitis, dare, aut uerius reddere ſplendorem, norunt omnes. Hanc quoq; difficultatem auxit deſiderium exemplaris alicuius, qua eſt lingua à Meſue ſcriptum hoc opus: Sunt enim qui Græce putent ſcripſiſſe, quo tempore Godefredus Lotharingorum rex Syriam, & in ea Damaſcum, & Ieruſalem expugnauit. Sunt qui ſub Hadriano Pontifice, anno Chriſti milleſimo centeſimo quinquageſimo octauo, floruiſſe contendunt. Alii Arabicè omnino ſcripſiſſe exiſtimant, quæ mihi ſententia magis arridet, cum & verſio vetus impolita quidem, ſed (vt coniectare licet) fidelis, voces Arabicas nõ paucas ſeruarit, non ſubſtituerit. Legiſſe tamen non Arabes ſolos, ſed etiam Græcum neſcio quem in ſimplicibus ſæpe citatum & Hippocratem & Galenum, ipſius ſcripta therapeutica omnia planè conuincunt. In quibus ſingulis exactiſsima vſum methodo Meſuem facilè deprehendet quiſquis attentè ipſa legerit. Nam quomodo Galenus libris quinq; primis ſimplicium, methodum (quæ in vniuerſalibus verſatur, vt in particularibus exercitatio) exquiſi tam docet medicamen torum omnium facultates inueniendi: libris verò reliquis eam methodum in ſingulis ſimplicibus exercet, quòd ſine hac in particularibus exercitatione nulla res perfecta cognoſcitur. Ad eundem prorſus modum ſcriptor illuſtris meſues libro primo viam rationemq; ſcribit, medicamenta præſertim purgantia (quòd horum in medicina vis ſit maxima, & periculo, niſi diligenter cauetur, expoſita) deligendi, & horum vires ſi quæ ſint noxiæ, caſtigandi, libro deinde ſecundo eam applicat methodum ſimplicibus medicamentis purgantibus, non quidem omnibus ſed ætate ſua conſuetioribus. Quomodo item Galenus libros, ſcripſit de medicamentorum tum generalium, tum cuique parti affectæ familiarium compoſitione, & de antidotis: ſic Meſues lib. de antidotis medicamenta ſcripſit generalia, ſectionibus duodecim ceu claſsibus diſtributa. Deinde etiam cuique ſingularum partiũ affectui proprium, libro quem ob id medicorum vulgus de appropiatis appellat, nos medica Meſuæ opera, & practica aliquoties vocauimus. Quæ fortaſſe aliquando etiam expoliemus, ſi hunc laborem doctis non diſplicere intelexerimus. Sed quanta, Deus bone, in horum ſingulis Meſuę libris emicat methodus diuiſione vbique exacta procedens, & vbi neceſſe eſt, diffinitione. Quòd ſi optimus eſt medicus, quiſquis optimè in medicis diuiſionibus exercitus, vt Galeno videtur, quis Meſuem medicum eſſe omnino præſtantiſsimum negabit? Nam librum primũ in theoremata quatuor diſtribuit: deinde vnumquodq; ita ingenio ſummo & acerrimo tractat, vt mirari ſubeat hactenus minoris quàm pro merito æſtimatum fuiſſe Meſuen. Quanquam eum ſemper Arabica familia prædicauit: Græca uerò ferè aſpernata eſt, ſed verbis tantum: cum aſclepiadarum permultis ſollenne hactenus fuerit poſt Hippocratem & Galenum, etiam Meſuen tractare, ex illoque ceu ſylua quadam remedia omnis generis depromere continenter, quibus haud ſcio an meliora ſcriptores Græci habeant, quamuis & his accepta ſit referenda pars bona eorum quæ Meſues recenſet. Sed tamen is ipſe & co priores medici Arabes præclara multa remedia à ſe inuenta multo vſu probarunt, quæ etiam in opus ſuum Meſues coniecit. Quid verò attinet commemorare nunquam ſatis laudatum ordinem in ſimplicibus ab eo ſeruatum. Cum enim autore Galeno ſemper ſit à mitioribus remediis curando inchoandum, niſi moribus ſit extremus, Meſues operibus ipſis ſcripta communione iunxit, & prima ſcripſit medicamenta purgantia maximè clementia, & parte maxima Græcis prioribus incognita, magno mortalium incommodo, quippe qui Helleboro, peplio, colocynthide, & ſimiliter ualentibus medicamentis purgabantur quanto cum periculo, abundè docet Hippoc. lib. 5. aphor. 1. & de Helleboriſmo epiſtola ad Democritum, cum hæc mitiora nondum eſſent inuenta. Adde, quòd vbi ſimplicia ſingula verbis circunſcripſit & quæ parum cognita exiſtimabat, velut definiuit, quod unumquodque habeat ſpecies ac differentias, diuiſione explicat: deinde harum quaslibet deſcribit & ſuis coloribus bellè pingit, ſi eſt ignotior, poſt eaquam vnaquæque ad agendum in corpus noſtrum facultatem ſit ſortita, ex ipſis qualitatibus primis, tum ex varia ſubſtantiarum inibi ſimul miſtarum natura, tum denique in multis ex totius ſubſtantiæ proprietate ſeu forma nobis incognita, doctè explicat. Addit etiam quid corpus noſtrum ab his immutetur, & quæ à quibus pati ſunt habilia, caſtigationes appellans, noxarum corpori noſtro à quibuſdam ipſis impendentium. Quas quidem caſtigationes nunc primis quoque aut ſecundis, aut tertiis qualitatibus, ſæpe etiam quartis, & ſubſtantiarum contrarietati & toti etiam ſubſtantiæ committit. An non eſt hæc methodus Hippocratis à Platone, à Galeno, à cæteris omnibus doctis viris exercita, quoties aliquid uel diſcere ipſi, uel alios docere uoluerunt. In ſyrupis quoque ſimplices compoſitis priores deſcripſit: quia ſimplex compoſito & natura & doctrina eſt prius. In electariis, quæ vocarunt delicata, & naturæ noſtræ familiaria magis priora ſcripſit, deinde amara & magis medicamentoſa. Galenus præterea in libris medicamentorum compoſitionibus paſsim medicos accuſat, qui ſimplicium menſuras & pondera in ſuis deſcriptionibus neglexerunt, aut etiam componendi modum: omnium tamẽ maxime illos, qui remediorum vires citra limitationem compoſitis adſcripſerunt: vt ad vocem perditam, ad ſurditatem, ad cephalalgiam remedium: cum horum affectuum quiſque ſit multiplex, variaſque ac ſæpe contrarias ſequatur cauſas, quarum cuique ſuum eſſe oportet remedium, nullum omnium ſemper commune. At Meſuen quis admiratione & imitatione digniſsimum non ſuſcipiat, & merita laude exornet? cum in ſingulis remediorum ſuorum deſcriptionibus leget primum, quibus morborum differentiis, & a qua cauſa hoc remedium ſit ſalutare: deinde quãta cuiuſque ſimplicis portione conſtet: adhæc quonam modo inuicem hæc miſcenda ſint: poſtremo quantum cuiuſq; remedii dandũ ſit his & illis viribus: imbecillis ſcilicet minimã, valentibus maximã, & horũ mediis mediocrẽ δόσιν largiendam, cum aliter quantitas remediorũ explicari non queat. Si igitur medicamentorum compoſitiones ſcribenti, facultas eorum ſaltem generalis, & coctionis ratio, & vtendi modus docenda ſunt, vt Galeno viſum eſt.

Lib. 1. ad Glauc.

Li. 5. Meth.

Initio metho. & libro de natura hominis in fine.

Hæc autem omnia Meſues ad viuũ exequutus eſt. is profectò ad Galeni canonem medicamentorum compoſitorũ ſcriptor idoneus fuerit. Sed remediorum etiam idem pollentium & ſæpe iiſdem conſtantium copia paſsim illuſit Meſues. Id autem qui Meſuæ vitio vertunt, Galenum & cæteros omnes medicos illuſtres accuſant, apud quos ſtomachica, ſtomatica, arteriaca, ſarcotica, colletica, colica & id genus alia remedia plurima, omnino aut paulominus ſimilia. Meſuæ præterea vitio datur ab ætatis huius medicis, quòd Dioſcoridi & Galeno quædam adſcribat, in ſimplicibus præſertim & antidotis, quæ ipſis ignorata aut ſaltem indicta fuerunt. Sed ab hac calumnia Meſuen vindicare non fuerit difficile, ſi recipiamus, quod veriſimum putem, ipſis ætate, ut nunc quoq; libros non paucos pro Galenicis receptos, quomodo in aliorum doctorum propè omnium ſcripta, libri aliquot ſpurii irrepſerũt. Hos autem ſua lingua verſos vt credi poteſt, habuit Meſues ex his deſcripta quædam Galeno adſcripſit, quorum pars bona in ſpuriis illis Galeni libris, uerſione ueteri, etiam hodie legitur. Et nos Dioſcoridem aliquando vidimus cui primarũ qualitatum ordines paſsim erant inſcripti, cuius diligentia neſcio: At certum eſt Meſuen in ſuo Dioſcoride, & ſuo Galeno hæc legiſſe. Toties enim memoria labi non potuit, ſed omnia hæc, ſiue ex horum alterutro, vt dixi ſuppoſitio deſcripſerit, ſiue ex alio quouis, quid attinet accuſare, cum vera ſint omnia? Quæ tamen ex his & aliis quibuſdã parum rectè, ab eo ſcripta clamantur mitiora quædam, alia autem vera oſtendimus noſtris in Meſuen ſcholijs. Sed quid tempus occupo calumniis in Meſuen diluendis, cum ſatius fuerit, merita laude hominem illuſtrare? An quæſo Manardus ætate noſtra medicus longè doctiſsimus obſcuram & ſordidam Meſuæ verſionem verius quam Meſuen emaculare alicubi, paſsim clariorem reddere tentaſſet, niſi eximium aliquem illum ſcriptorem exiſtimaſſet? Manardi grauem ſentẽtiam Ioannes Tagaultius mihi in re medica præceptor vndequaque abſolutis confirmat, cõmentariis duobus eruditiſsimis, priore in Meſuæ canones: poſteriore in ſimplicia, haud ita pridẽ editis. Quid quòd Petrum Briſſotum, omnium qui poſt Galenum floruerunt medicorum clariſsimum, non piguit pharmacopeis Meſuẽ publicè interpretari? Sed quid in re tam perſpicua teſtibus vtor parum neceſſariis? quaſi vero nõ intelligant huius tempeſtatis medici, quantumuis Græcorum lectione exerciti, Meſuen tanquam coryphæum ſibi familiarẽ reddendũ eſſe: ex eo remedia propè omnia tã ſumenda quàm admouẽda, corrogãda eſſe, ſine Meſuę doctrina humores nõ apparari, nõ vacuari, nõ obſtructa liberari, nullũ propè opus medicum perfici. Hunc igitur tantorum nobis bonorũ autorem colamus, contra maledicorũ calumnias tueamur, iuſto ſemper honore proſequamur. Sic tamẽ ut neque Hippocrati neq; Galeno ęquemus, cæteris ipſum præponere non dubitemus, in therapeutica medicinæ parte. Hanc enim ſolum quòd ſciam tractauit, eamq; abſolutiſsime, ſi opera ipſius omnia perlegeris: quanquàm fuſius cautæ quædam ſalubres effectrices extẽdi poſsint, quam in ſuis practicis explicuit: tantum quantum rei præpoſitæ conueniebat, edocuit. Quapropter Ioannes Capella ſenior regis Gallorum Franciſci medicus, omnium medicorum, Græcorum, Latinorum, Arabum lectione & longiſsimo medicorum operum uſu exercitatiſsimus, Meſuæ practicam cæteris iure optimo mihi præponere videtur: Ex quibus omnibus iam intellexiſti Præſul optime, quãm ſit nõ medicorum ordini modò & pharmacopœorum, ſed reliquis quoq; hominibus vtilis, & prope neceſſarius Meſues: tibi vero iucundus, nec incommodus, quod medicorum libris non mediocriter delecteris, quoties tibi à negotiis tum pontificiis tum regiis vacat: & de his pronunties aliquid, preſertim quando tibi conſuetudo intercedit cũ Emario Ranconeto collega tuo iuris prudentiſsimo, & omni diſciplinarum genere exercitatiſsimo, medicę rei amantiſsimo & ſtudioſiſsimo. Hunc igitur laborem noſtrum manu grata ſuſcipe, Præſul venerande, hunc diligenter ut libros bonos ſoles, verſa, nec ſtudii & operæ in eo collocatæ (certo ſcio) vnquam pœnitebit. Malui autem hac epiſtola Meſuæ defenſionem & laudes meritas inſcribere, quam tuas: quòd probè ſciam te omni genere laudis cumulatiſsimum, hæc hominum de tua amplitudine elogia. non affectare: ſed Dei optimi maximi gloriam tibi ſolam expeti, quod hominis planè Chriſtiani teſtimonium eſt certiſsimum. Vale.

Lib. 1. cõ. Phyſi. g.

INDEX MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM

purgantium a Mesue libro secundo tractandorum.

MEDICAMENTA SIMPLICIA PVRGANTIA.

Clementer.

- **Cholagoga.**
  - Aloe, Absinthium, Rosæ, Rhabarbarum — trahendo & astringendo.
  - Myrobalani — flauæ: nã aliæ aliud uacuãt.
  - Pruna, Tamar Indi, Cassia — astringendo.
  - Manna, Viola nigra, Psillium — Lubricando.
  - Adiantum etiam phleg.
- **Phlegmagoga.**
  - Cnicus, Lupulus, Hyssopus
  - Eupatorium & cholagogum.
- **Melanogoga.**
  - Stœchas, Aqua lactis, Fumaria.
  - Epithymus, Thymus leuiter magis phleg., Polypodium, Ius gallorum phleg. cum phleg. melangogum cum melanog.

Valenter.

- **Radices.**
  - Agaricus, Asarum, Aristolochia, Bryonia, Cyclaminus, Cucumer agrestis, Dracunculus & arus, Elleborus, Esula, Hermodactylus, Iris, Scilla, Turbith.
- **Lachrymæ.**
  - Euphorbium, Opopanax, Scammonium, Sagapenum, Sarcocolla.
- **Fructus & flores.**
  - Balanus myrepsica, Centaurium, Colocynthis, Coccum Gnidium, Genista, Ricinus, Senna.
- **Terrea.**
  - Armenus lapis, Cyanus lapis, Nitrum, Salis genera.

IOAN. MANARDVS FERRARIENSIS MEDICVS, IVVENIBVS MEDICINAE STVDIOSIS.

QVemadmodum nihil mihi curæ magis fuit iuueni, q̃ indagandæ in oĩbus bonis artibus, et præcipue in medicina, undequaq; ueritatis gratia diuersa loca perlustrare, doctorũ hominũ colloquia inire, bibliothecas rimari, schedas euoluere, et diuersarũ linguarũ cõmentaria perlegere: ita nihil aliud curandũ magis nunc uidetur seni, q̃ quicquid lõgo usu, et multiplici lectioni didici publicis priuatisq; lectionibus, et domesticis colloquiis, uobis o boni iuuenes aperire. Sed ob maligna in quæ incidimus tẽpora, a publicis lectionibus penitus uacare necesse est: & ob aduersam ualetudinem, nũc etiã a priuatis. quibus tametsi, Dei optimi munere restituta sanitate, operã dare possemus, pauci tamẽ omnino, ob tumultus bellicos essent, qui nostris lectionibus adesse, & sermonibus aures possent accõmodare. Mecũ igitur animo euoluens, quoniã alio modo profectui uestro possem cõsulere, nulla mihi alia se ostendit uia q̃ ut mutato antiquo meo nihil hoc pacto inuulgandi instituto, quod uiua (ut aiũt) uoce facere nõ ualeo, per eos facerẽ qui libros formis excudũt. Inter uaria aũt, quæ a me obseruata litteris mãdata sunt non paruo emolumento uobis fore existimaui, annotationes quasdã libro meo, Ioannis cognomẽto Mesue, per me olim adiectas ut quẽ diurna nocturnaq; manu uersant Medici: in quibus multa obscura declarantur, cõcisa ampliantur, amissa resarciuntur, & errata corriguntur. Inuidiosum scio esse hoc uerbum iis præsertim qui cũ eo consenuerunt: sed tantũ apud me põt ueritatis & profectus uestri amor, o iuuenes, ut quicquid de me illic uel sentiãt uel loquãtur, satis superq; faciã reliquũ hoc, quantulũcunq; id erit uitæ, utilitati uestræ despõdens. A uobis tamen unũ hoc mihi pro laboribus hisce meis rependi stipulor, ut scilicet in nostris indicandis nullius magis uel mortui uel uiuentis authoritati, quàm rationibus & ueritati credatis nihil perinde noxium in omni uita esse scientes, quàm uulgarẽ hanc persuasionem qua maiorem decreta absque delectu pro oraculis habentur. Accipite igitur hæc nunc bonæ mentis iuuenes & meliora in dies, Deo fauente, a nobis expectate. Ex ædibus nostris Ferrariæ, quarto nonas Decemb. M. D. XXI.

IOANNIS MESVAE

DE CONSOLATIONE MEDICINARVM

simplicium, & correctione operationum earum, canones.

Cum duplici textus versione, Altera quidem antiqua, cui Mondini de Lentijs expositio respondet, Altera uero noua Iacobi Sylui ad maiorem auctoris dilucidationem adiecta.

IACOBI SYLVII VERSIO.

IN nomine Dei misericordis (cuius nutu sermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem) principium sit verborum Ioannis filij Mesuæ, filij Hamech, filij Hely, filij Abdela regis Damasci.

B

ANTIQVA VERSIO.

IN nomine Dei misericordis cuius nutu sermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem. Principium verborum Ioannis filij Mesuæ, filij Hamech, filij Hely, filij Abdela regis Damasci.

Mondini de Lentiis in antiquam uersionem expositio,

IN nomine Dei misericordis &c. Medicina est additio & subtractio, scilicet à corpore humano. ita subintelligitur, uerba proposita scribuntur à Gale. in commenta. libri sectarum, & ab Hippocra. ibidem, scribuntur etiam à Galeno. xi. terapeuticæ, auctoritate antiquorum. In quibus quidem uerbis tangitur diffinitio medicinæ, quæ uerba licet possint diuersimode exponi, tamen ad propositum meum coadaptando ita intelliguntur. medicina est additio & ablatio uel subtractio, idest medicina est de additione & remotione à corpore humano, quorum uerborum sic expositorum ratio est ista. De illis est ipsa ars medicinæ quæ est de conseruatione & introductione rerum naturalium, & euacuatione & remotione rerum præternaturam, sed ars medicinæ est huiusmodi, ergo &c. maior est nota, eo q̃ additio nihil aliud est quã conseruatio rerum naturalium, aut earum acquisitio, quando in corpore non sunt, sicut subtractio nihil aliud est quàm ablatio seu euacuatio rei præternaturã, minor est nota, eo q̃ ipsius medicinæ finis, est adeptio sanitatis in ęgris corporibus, aut ipsius conseruatio in corporibus sanis, modo sanitas est quædam res naturalis, & ideo cõseruat eam medicus tanquã in corpore sano conseruandam, aut in ęgro cõpore apponendam, & confirmat etiam gratia ipsius sanitatis suas causas sicut compositionem, complexionem, & unitatem, confirmat & sua accidentia, siue effectus, sicut sunt ipsæ operationes siue signa. Est etiam sciẽtia medicinæ de remotione rerum præternaturam & principaliter de morbi remotione, cui principaliter debetur curatio, & gratia huius curationis morbi est de causa & de accidente morbi, cum etiam ista sint res præternaturam. Ex quibus uerbis concipitur quòd illa cognitio est necessaria medico, quæ est de rebus euacuantibus res præternaturam à corpore humano, eo quòd hæ medicinæ euacuant causam morbi, & antecedentem & coniunctam, hæ autẽ sunt res præternaturam, & euacuando causam, ex cõsequenti remouet morbum dũ ab illa causa dependet, & per consequens remouet accidẽtia morbi, eo quòd remoto morbo remouetur accidens illius morbi, cum sit illius causa, quare &c. Ad hoc igitur aduertens Io. Mes. de Damasco uoluit facere quendam librũ qui esset de medicinis solutiuis euacuantibus causas morbi & per consequens remotiuis omnium rerum præternaturã præcipue dum dependent à causa corporali, hic autem est liber qui præsenti expositioni subiicitur. Ex quibus uerbis apparent multa. Primum est quis sit ordo istius libri ad alios lib. Mesuę, eo quòd iste liber antecedit antidotarium eo quòd hic liber est de medicinis simplicibus solutiuis, ille autem de medicinis compositis, modo simplicia præcedunt composita, antecedit etiam librum de appropriatis, eo quòd hic determinatur de præseruatione & curatione ipsarum ægritudinum, & suorum accidentium, ibi autem determinatur de curatione ipsarum, & in hoc libro determinatur de curatione ipsarum ægritudinum in generali, & & uniuersali. in libro autem de appropriatis determinatur de curatione ægritudinum cuiuscunq; membri interioris à capite usque ad pedes in speciali, modo uniuersalia præcedunt specialia. Etiam præcedit ex alio, eo quòd iste liber est de instrumentis & cãsis, sed ille est solum, de qualitate & modo operandi, modo cognitio instrumẽtorum medendi & suarum causarum, præcedit cognitionem de qualitate & modo operandi. Posset tamen dici uno modo quòd liber de appropriatis esset uniuersalior eo, & per consequens eum præcederet, eo quòd liber de appropriatis est, de remotione ęgritudinum tam materialium quàm immaterialium, iste liber est solum de curatione ęgritudinum materialium. Apparet etiam quæ sit necessitas huius libri, eo quòd erat necesse medico euacuare causas morborũ & remouere sua accidentia per remotionem suarum causarum, hoc autem fieri non poterat nisi per cognitionem medicinarum simplicium solutiuarum. Apparet etiam quæ sit causa materialis huius libri, quia corpus humanum ægrũ actu, aut paratum cito ægrotare propter causas scilicet corporales i quo quæritur euacuatio suæ causæ corporalis per medicinas solutiuas simplices, & cognitio ipsarũ. Est enim corpus humanum subiectum huius libri, eo quòd est subiectum in tota medicina, ergo in parte eius, est etiã hoc corpus quod est subiectum huius libri actu ęgrum, aut paratum cito ægrotare, eo quod talia corpora egent medicinis solutiuis, corpus autem quod uere est sanum, eis non eget, est etiam hoc corpus subiectum huius libri ut est sanabile per medicinas solutiuas simplices euacuantes morbi causam, & per hoc differt à libro de appropriatis, eo quòd ibi tractatur etiam sanatio ægritudinum quę sunt sine materia per medicinas solutiuas compositas. Differt etiam ab antidotario eo quòd ibi tractatur sanatio ægritudinum per medicinas solutiuas compositas. Apparet etiam quòd sit causa efficiens, quæ fuit magister Ioan. Mesue ut in titulo continetur. Causa formalis est duplex scilicet forma tractatus, & forma tractandi, forma tractatus est diuisio libri in duos principales tractatus, forma tractandi est modus agendi qui est multiplex, discretiuus scilicet diffinitiuus, inquirit enim diffinitionem & essentiam medicinæ solutiuæ, est etiam diffinitiuus narratiuus eo quòd est aggregatiuus eorum quę ab aliis antiquis dicta sunt, sed raro est probatiuus ut plurimũ tũ est multorum exemplorũ positiuus utendi debitur. Causa finalis est duplex, scilicet finis operis, & finis operatoris, finis operis est ut cognitis eis quæ dicuntur in hoc libro possit medicus rectè operari in curatione & remotione rerum præternaturam, quæ à causa dependent cum euacuatione suæ causę, aut in præseruatione corporũm ab ęgritudinibus per euacuationem causæ, sed finis operatoris est satisfactio ad amicos, aut exercitium proprii intellectus.

Ordo librorum Mesuę.

Huius libri necessitas.

Huius libri subiectum.

C

D

Cui parti philoſophiæ ſupponatur, quia ei cui tota medicina ſupponitur non theorice, ſed practice, eo quòd hic liber eſt de qualitate & modo operandi circa corpus humanum per medicinas ſolutiuas, hoc autem eſt quid practicū & non theoricum. Quis ſit libri titulus & eſt, Incipit liber de conſolatione medicinarum ſolutiuarum ſimplicium quē fecit Ioan. Meſ. in quo libri titulo tāgitur cauſa materialis cum dicitur, medicinarum ſimplicium, tangitur cauſa efficiens cum dicitur Ioan. Meſ.

Huius libri diuiſio.

His uiſis, ueniamus ad libri diuiſionem, diuiditur autem liber iſte in duas partes. ſ. in proœmium & in tractatū. Tractatus incipit ibi. Dicimus quòd medicina laxatiua &c. prima in duas, primo inuocat auxilium Dei, & ponit nomen libri, & titulum ipſius, & in ſecunda parte ponit intentionē ſuam, & cauſam ſuæ intentionis, ſecunda ibi. Verbum cecidit inter inquirētes. Exponitur ſic primum nutu, id eſt propria uoluntate, ſermo recipit gratiam, ſcilicet apud audientes, & doctrina. i. docēs ipſam recipit perfectionem. Et hæc eſt conueniens inuocatio eo quòd auxiliū quod à Deo quęritur redundat in honorem ipſius docentis, & utilitatem diſcipuli perfectionem doctrinæ acquirentis à docente. Principium uerborum &c. quod poteſt exponi dupliciter, uno modo ut ſonat litera, ita quòd hic ponatur nomen faciētis hunc librum pronomē & agnomen, ut ſit dicere quòd principium horū uerborum fuit Ioannis filij Meſ. qui erat filius Hamech. qui Hamech erat filius Hely. qui Hely erat filius Abdela regis Damaſci &c.

Verborū ſenſus.

Vel aliter poteſt exponi vt ſit dicere, ꝙ licet hæc uerba huius libri fuerint Ioan. filii Meſ. tamen fuerunt intitulata filio Hamech &c. Eſt enim abſurdum & uanū dicere quòd medicus aliquis faciens hunc librum fuerit filius regis uel filius regis, licet quandoq; poſsit id eſſe, & ideo hoc modo exponendo poſſumus dicere, quòd licet uerba huius libri fuerint Ioan. filii Meſ. tamē fuerūt intitulata filio Hamech qui erat filius Abdela regis Damaſci, nō eſt uis quocunque modo exponamus. Deinde cum dicit.

SYL. Medicamētorum purgantium, ceu uirtus maximorum ratio habenda ē maxima.

De caſtigandis medicamētis ſimplicibus purgatorijs mētio a quibuſdam veteribus habita, ſapientes pleroſq; impulit in eius rei inquiſitione multam ponere operam, ac de inuentis à ſe multi multa ſcripſerunt.

ANT. Verbū cecidit inter inquirentes ſcire quid eſt quod rememorati ſunt quidam de rectificatione medicinarum ſimplicium ſolutiuarum. Multi ſapientes ſcripſerunt.

In parte iſta ponit intentionem ſuam & cauſam ſuæ intētionis, ſecunda ibi. Quidam uero ex dilectiſsimis, prima in duas, primo ponit intentionem, ſecundo explicat neceſsitatem ſuæ intentionis, ſecunda ibi. In diſperſione tamen. In prima parte intendit talem rationem. Illorum eſt tradenda cognitio in arte medicinæ quæ ſunt medico ualde neceſſaria, ſed medi. ſolutiuæ ſunt ualde neceſſariæ medico, ergo earum cognitio eſt tradenda in arte medicinę, maior eſt nota per hoc quod dicit. Verbū ce. inter inqui. ſcire quid eſt, ſcilicet medico neceſſarium, id enim uerbum cadere oportet inter ſapientes medicos, quod eſt eis ualde neceſſarium minorem facit cum dicit. Quod reme. ſunt &c.

Verbū tripliciter exponit.

Propter primum eſt ſciendum ꝙ hæc dictio verbum poteſt exponi tripliciter. Vno modo verbum, id eſt nota & ſignum, conceptus mentis, vt verbum nihil aliud ſit dicere quàm nomen, aut vox importans conceptū mentis, & tunc eſt ſenſus quòd verba aut voces cadūt inter antiquos inquirentes quid eſt, & hæc expoſitio eſt ualde debilis. Secundo modo poteſt exponi ſic, ut uerbum omnium accipiatur hic pro ipſo conceptu mentis qui in anima exiſtit, & tunc intelligitur verbum pro conceptu principiorum primorum cum hic abſolute proponatur, quia intelligitur in meliori eſſe ſuo, melius aūt eſſe cōceptus mentis eſt cōceptus principiorū primorū, & tunc eſt ſenſus literæ talis, verbū, id eſt cōceptus mētis principiorum primorum, cadit, inter ſapiētes qui inquirunt quid eſt ipſorum, eo quòd maxime appetunt ſcire ipſorum principiorum primorum, & hæc expoſi-

Expoſitio ſecunda.

E tio concordat literæ cū dicitur in proœmio Metaphyſicæ, oēs homines natura ſcire deſiderant, appetunt aūt homines ſcire quatuor de ipſa re. ſ. ſi eſt, quid eſt, quia eſt, & pp quid eſt, ſic. v. g. in medicina ipſe medicus habēs conceptū principiorum primorum appetit ſcire de medi. ſolutiua, primo ſi eſt, an non, hoc ſcito, quia ipſa eſt, appetit ſcire quid eſt quantū ad eius eſſentiam, poſtea appetit ſcire de ipſa quia eſt. ſ. ſi habet paſsiones & proprietates quæ poſſunt probari ei in eſſe. ſ. quantum ad eius nocumenta & iuuamenta, ultimo appetit ſcire de ea propter quid eſt, ut propter quid hæc paſsio aut proprietas ineſt huic medici. ſolutiuæ, aut propter quid hæc medi. ſolutiua facit hæc nocumenta propria aut habet ea prohibere, & per hoc Meſ. innuit quod oportet ſcire iſta quatuor de medicina ſolutiua, nam una litera habet, ꝙ eſt. i. ſi eſt, & per hoc innuit ipſum ſcire, quia eſt, alia litera habet quid eſt, & per hoc innuit ipſum ſcire propter quid eſt, ſiue dat ipſum intelligere. Tertio modo poteſt exponi hæc litera ut uerbum accipiatur hic pro actu qui inter homines exiſtit, ut uerbū ſit idē quod contētio & F diſceptatio exiſtēs inter homines, ſicut cū vulgariter ſolet dici, & tunc eſt ſenſus literę talis, uerbū & cōtentio cecidit inter inquirentes ſcire quid eſt. ſ. medi. ſolutiua, unde multū inter ſapientes medicos, fuit error & diſceptatio de eſſe medicinæ ſolutiuæ, & ideo ut non accidat error circa eos bonum eſt de eis tradere ſcientiam perfectam & ordinatā & in hoc uidetur poſſe Io. Meſ. explicare aliqualiter neceſſitatem ſuæ intentionis, & iſta inter omnes eſt melior expoſitio & magis coaptatur literę ſequenti. Deinde cū dicit.

SYL. *Sed capita tantum quædam rerum ſparſa, nullaque methodo cohærentia.*

ANT. In diſperſione tamen: nec quiſquam eorum plenam traditionem ex hac intentione edidit, ſed per diuerſa capitula de diuerſis rememorati ſunt diſperſam doctrinam hanc dimittentes.

In parte iſta dicit Meſue in ſumma ſpecialem neceſsitatē ſuæ intentionis & intendit talem rationem, de illis medi G cinis eſt tradenda cognitio in arte medicinæ, de quibus antiqui non tradiderunt perfectā & ordinatā cognitionē, ſed de medi. ſol. ſimplicibus antiqui non tradiderunt perfectam & ordinatā cognitionem neq; de earum conſolatione quare &c. maior eſt nota, eo ꝙ in arte non debet eſſe defectus, minor eſt de ſe nota. Et hæc ratio proportionatur rationi quā Gal. facit in techni, ubi probat ꝙ neceſſariū eſt in libro tradere doctrinam diffinitiuam. Circa rationem iſtā Meſue nihil aliud facit, niſi quia ponit minorem & eam declarat, & dicit ꝙ in diſperſione id ē ſparſim & inordinate antiqui medici tractauerūt de iſtis medicinis ſimplicibus ſol. & earum conſolatione. Deinde cum dicit.

SYL. Cauſ pē ea impul Hipp bere li uictus torum Gal. t peuti methe

Ob id rogauerunt nos amicorum integerrimi, quorū amicitiæ multa debemus, ut imperfecta & diſperſa huius inuētiones præcepta perficeremus, in opuſq; vnum exacta methodo transferremus.

ANT. Quidam uero ex dilectiſsimis noſtris, quibus ex caritate tenemur, nos deprecati ſunt, vt opus unū ex hac H diſperſione collectum vnam pręceptorum aggregationem transferamus.

In parte iſta Meſue explicat cauſas ſuę intentionis & ſui libri, & tria facit, primo explicat cauſam materialem ſuæ intentionis & cauſam formalem quæ eſt forma tractandi, & etiam explicat cauſam finalem. Secundo explicat cauſam effectiuam. Tertio explicat cauſam formalem quæ eſt diuiſio libri, ſecunda ibi. Quorum iuſtas, tertia ibi. Ponamus autem opus noſtrum. Dicit ſic in prima parte quidam uero &c. Ex charitate id eſt honeſtate, erat enim ille talis amicus propter honeſtum, & in hoc oſtendit cauſam finalem quæ eſt finis operatoris, quia ſatisfacere amicis. Vt opus unum &c. ibi oſtendit cauſam formalem quæ eſt modus agendi, quia vult procedere ordinate circa has medicinas quæ cognitio erat tradita ab antiquis cum diſperſione & inordinate, explicat etiam hoc modo cauſam materialem

terialem, cum hæc aggregatio ordinata non ſit niſi de medicinis ſolutiuis ſimplicibus. Deinde cum dicit.

SYL. *Quorum iuſtis precibus uicti commentarium hunc aggredimur, confiſi auxilio, ac bonitate Dei, qui ſit benedictus. Ergo pie Deus horum præceptorum collectionem cōpoſitionemq; fac fœlicem, qui ex theſauris largitatis tuæ, ſummaq; tua benignitate, omnia fortunas, & fœlicia facis. Opus autem hoc in libros duos diuidemus, quorum priore vniuerſalē caſtigandorū certis quibuſdā rationibus medicamentorū ſcientiā trademus, poſteriore vero, vbi cuiuſq; medicamēti purgātis eſſētiā, & ſpecies, delectū & facultates, caſtigationē particulatim executi erimus, finem faciemus.*

...thod⁹ in uniſalibus ...uræ ...oribus ...rcita- in particularib⁹ Tertiā. in. medi...th. & impl. & ...bi paſ...

ANT. Quorum iuſtas exaudientes preces, hoc opus aggredimur cum auxilio & bonitate Dei, qui ſit benedictus. Fac ergo pie Deus præceptorum horū aggregationem fœlicem de theſauris largitatis tuæ omnia fœlicitans. Ponamus aūt opus noſtrum in ſectiones duas. In prima ſcientiam uniuerſalē de rectificatione medicinarū cū conditionibus & modis ſuis. In ſecunda particulares ſermones in vnaquaq; medicinarū de eſſe, & poſſe & rectificatiōe ſcribam⁹. Et ī hoc terminabim⁹.

In parte iſta explicat cauſam effectiuam huius libri, quia fuit Meſue tamen cum auxilio Dei hoc faciens, nunc nota eſt etiam ſequens particula cum ſubſequentibus etiam particulis poſt illam uſque ad tractatum, & ideo non curamus legere. Sed hic eſt una dubitatio generalis & eſt, utrum de medicina ſolutiua ſimplicibus debeat tradi cognitio in arte medicinæ, & uidetur quod non. De illis non debet tradi cognitio in arte medicinæ quæ ſunt uenena aut res uenenoſæ, ſed medicinæ ſolutiuæ ſunt huiuſmodi, quare &c. maior eſt nota auctoritate Haly primo ſermone ſuæ theoricæ diſpoſitionis regalis, ſecundo ca. dicit enim quod hoc eſt unum ex præceptis, ſcilicet non exhibere potum uenenoſum uel mortiferum alicui, neque eum aliis notificare, neq; de eo loqui. Minor apparet eo quod medicinæ ſolutiuæ à corpore noſtro euacuant inferendo uim naturæ, omne autem tale quod naturæ uim infert eſt uenenoſum.

In oppoſitum eſt hic Meſ. & alii auctores qui de eis tradunt cognitionem. Dico ad hoc, quòd de medicinis ſolutiuis debet tradi cognitio in arte medicinæ, ratio eſt iſta, de illis medicinis debet tradi cognitio in arte medicinę & modo approximationis earum quæ ſunt extractiuæ rerum pręter naturā à corpore humano, ſed medicinæ ſolutiuæ ſunt huiuſmodi, quare &c. maior apparet, quia per hoc medicus conſequitur ſuum finem, qui eſt adeptio ſanitatis in corporibus ægris, aut præſeruatio ab ægritudinibus, minor apparet eo quòd hæ medicinæ ſolutiuæ euacuant malos humores à corpore qui actu faciunt ægritudinem, aut ſunt parati eam facere, omne autem tale eſt res præter naturam. Secunda ratio eſt iſta. De illis medicinis debet tradi cognitio in arte medicinæ circa quas uel per quas conuenit medicum recte agere & errare, ſed circa medicinas ſolutiuas conuenit medicum recte agere & errare, quare &c. maior eſt nota, cum ars ſit recta ratio facibilium, ſit etiam de bono & difficili, unde ita ſe habet ut circa ipſam poſsit artifex recte agere & errare, minor apparet eo ꝙ Gal. & Meſ. & alii antiqui recte proceſſerūt circa ipſas cum modo approximationis earum in debita quantitate, qualitate, & tēpore, & aliis quæ oportet conſiderare in ea approximanda, ſicut & multi alii hic talia non conſiderantes errauerūt circa ipſam, unde uidetur magis cōiter errari circa uſum medicinæ ſolutiuæ, quàm circa uſum medicinæ alteratiuæ uel reſolutiuæ, eo ꝙ effectum medicinæ alteratiuæ uel reſolutiuæ aſtantes non uident nec alii, nec credunt ꝙ iſtæ medicinæ aliquid faciant, & ideo ſi ex eis lędatur infirmus nō propter hoc medicus acquirit magnum dedecus ſi medico de ea male ſucceſſerit, aut honor magnus, ſi ei de eius uſu bene ſucceſſerit, bene ergo neceſſarium eſt medico earum cognitio & quantum ad earum eſſentiam abſolute ſicut ex parte ſubiecti & uirtutis & poſſe ipſarum, & quantum ad

A emendationē nocumentorū earum & modum approximandi earum, ſimiliter etiam quantum ad remotionem nocumentorum ipſarum in hora ſolutionis ipſarum, & poſt ſolutionem docens etiam curare earum accidentia & nocumēta dum adſunt, docens etiam præſeruare ab eis: hoc aūt facit Meſue in hoc lib. primo qui cōtinet quatuor ſermones. Tunc ad rationē de illis &c. dico quòd iſta maior ē falſa, tu probas auctoritate Halyabatis, dico quòd multum refert dicere non des potum mortiferum, & non cognoſcas eum, non enim medicus debet eum dare eo quòd finis deſtruitur, ſed non dicit Haliab. quòd non debeamus eum cognoſcere, immo oportet eum cognoſcere ut ipſum euitemus.

Vel poteſt dici quòd concedatur maior quantum ad ea quæ ſunt uenenum abſolute, ſed ſi ſint medicinæ uenenoſæ non per ſe, ſed conſolatæ cum aliis medicinis, earum malitia remoueatur, bene oportet tradere de eis cognitionem & ſic faciet Meſue infra, docebit enim cognoſcere ſcamoneam & agaricum & ſimilia, & quæ ſunt meliores ex eis, & quæ non, & partes uenenoſas ab eis remouere, quæ quādoq; B inueniuntur in eis &c.

DISTINCTIO PRIMI LIBRI in intentiones, ſummas, & capitula.

SYL. Idē Gal. ī meth. & li. ſimp. & alibi paſſim. Li. 3. ſimpl. ca. 14.

IN hoc autem priore libro quatuor theoremata ſeu propoſita docere ſtatuimus.

1 Quæ in medicamento purgante deligendo ſunt obſeruanda, ac æſtimanda, primo, propria ſcilicet ipſius eſſentia, ſecundo, facultas.

2 Qua ratione uis medicamenti malefica priuſquam ſumatur, corrigenda ſit. Quod duplici ſit rōne, una quidem, admiſto ei altero medicamento, & eo ipſi contrario, vel tota ſua ſubſtātia ſeu proprietate ſua, vel temperie, vel effecto, admiſto, inquam, proportione iuſta. Altera uero ratione per quadruplicem artificis induſtriam. 1. coctionem. 2. lotionem. 3. infuſionem. 4. trituram.

C *3 Quibus remediis propulſemus incommoda tria in nobis à medicamēto excitari ſolita purgandi tempore. Primum, materias ab eo moueri, ſed non vacuari. Secundum eas vacuari quidem, ſed moleſte & illegitime. Tertium, uacuari vltra quam conuenit.*

4 Quibus auxiliis ſanemus affectus in corpore poſt purgationem relictos, quales fere ſunt tredecim, ſinguli capitibus ſingulis à nobis traditi. 1. Febris. 2. Cephalagia. 3. Vertigo. 4. Viſus obtuſitas. 5. Ventriculi imbecillitas. 6. Sitis 7. Singultus. 8. Ventriculi dolor. 9. Inteſtinorum vlceratio. 10. Deiectio cruenta. 11. Teneſmus. 12. Corporis laxitas & debilitas. 13. conuulſio.

ANT. Quatuor intētionū aggregabimus ſermonem in hoc primo noſtro libro.

D Prima intentio ponit cōditiones in electione, & poſſe medicinarum ſolutionem facientium.

Secunda ponit conditiones in emendatione malitiarum in ipſis.

Tertia ponit conditiones in emendatione malitiarū redundantium ab ipſis in corpore hora ſolutionis.

Quarta ponit conditiones in emendatione nocumentorum derelictorum poſt purgationem.

Prima intentio duo capitula continet.

De electione medicinarū quæ ſit per cōprehenſionem iudiciorum earum ſecundū eſſe proprium. Cap. 1

De electione medicinarum quę ſit per comprehenſionem iudiciorum earum ſecundum poſſe ipſarū. Ca. 2

Secunda intentio continet duas ſummas.

Prima ſūma ē de rectificatiōe medicinarū cū ſocietate

alterius medicinæ,et continet.iiii. cap.
De rectificatione medicinarum,eo quod opponitur eis ex proprietate sua. Cap.1
De rectificatione earum cum eo quod opponitur eis ex complexione sua. Cap.2
De rectificatione earum cum eo quod opponitur eis cum effectu suo. Cap.3
De proportione rerũ sibijnuicem associatarum .Cap.4
Secunda summa est de rectificatione medicinarum cum bonitate quę acquiritur per artem,et continet quatuor capitula.
De modis coctionis medicinarum. Cap.1
De modis lauationis medicinarum. Cap.2
De modis infusionis medicinarum. Cap.3
De modis triturationis medicinarum. Cap.4
Tertia intentio est de emendatione nocumentorũ in hora purgationis et continet.iii.capitula.
Si medicina mouet et nõ euacuat quid sit agendũ. C.1
Si medicina indebite et laborioſe soluit. Cap.2
Si medicina soluit ultra quàm oportet. Cap.3
Quarta intentio est de emendatione nocumentorum post purgationem,et continet.xiii.capitula.
De febre post purgationem. Cap.1
De dolore capitis post purgationem. Cap.2
De vertigine post purgationem. Cap.3
De debilitate visus post purgationem. Cap.4
De debilitate stomachi post purgationem. Cap.5
De siti post purgationem. Cap.6
De singultu post purgationem. Cap.7
De dolore stomachi post purgationem. Cap.8
De excoriatione intestinorum post purgationẽ. Ca.9
De egestione sanguinis post purgationem. Cap.10
De tenasmone post purgationem. Cap.11
De laxitate et debilitate corporis post purgationem Cap. 12.
De spasmo post purgationem. Cap.13
Continet igitur liber primus.xxvi.capitula.

PRIMA INTENTIO

ponit conditiones, et electiones et posse medicinarum solutionem facientium, et continet.ij.capitula.

SYL. Medicamẽtum purgatorium immorem sibi familiarem trahit,similitudine totius subſtãtiæ, sed aduersum calore Gal.l. facul.nat. simpl.

De electione medicinarum quæ sit per comprehensionem iudiciorum earum secundum esse proprium. Cap. I.

MEdicamentum est purgatorium,non à temperamẽto,neq; vt contrarium agens in contrarium, quatenus contrarium,neq; vt simile trahens & euellens alterum,aut vt contrarium,neq; vt leue sursum, graue deorsum,agitans purgandam materiam sed quia talem ☞ cœlitus est sortitum ☜ facultatem.

ANT. DIximus quòd medicina laxatiua non est à re complexionali sic, sed quia talis: Neque vt contrarium in contrarium, quia contrarium, sed quia talis. Et neq; quia simile attractiuũ huius vel eradicatiuum, aut contrarium,sed quia tale.Et neq; quia graue,aut leue,agitatiuum superius vel inferius,sed quia tale.

Diximus q̃ medicina laxatiua &c.Postquam Ioan.Mes. posuit procœmium suum in quo ostendit intentionem suam & causam & necessitatem suæ intentionis respectu dicendorum.In ista parte ponit tractatũ suum tradens scilicet do ctrinà de medicinis solutiuis simplicibus quantũ ad earum cognitionem absolutam,& quãtum ad modum approximã di eas ad corpus.Et diuiditur hic liber in duas partes.Nam cognitio medicinarum solutiuarum est duplex, una est uniuersalis,quæ quidem conuenit omnibus uel pluribus medicinis solutiuis in qua quæritur cognitio ipsarum , & hoc in se & quantũ ad modũ approximationis ipsarum ad corpus. Alia est cognitio ipsarum particularis quæ est ſm speciem propriã medicinæ solutiuæ,sicut illa in qua quæritur cognitio uirtutis operationis iuuamenti & nocumẽti ipsius aloes aut scamoneæ,& sic de aliis.Primo ergo Io.Mes.tradit primam cognitionem uniuersalem de medicinis solutiuis ſm plicibus. Secundo particularem , secunda ibi ſcilicet in sectione secunda.Protelabimus &c.

Huius bri di sio . Medi. f cogniti duplex.

Prima in duas . Primo determinat de medicinis solutiuis ſmplicibus quantum ad quid est ipsarum,determinat ét de accidentibus & proprietatibus ipsarum propriis .

Secundo determinat de eis quantum ad modum præparationis & administrationis ipsarum ad corpus,secunda ibi in principio secundæ summæ. Inquit Heben Mes. prima in duas.Primo tradit nobis cognitionem de medicinis solutiuis ſmplicibus quantũ ad earum principium formale, quia ſm q̃ solutiuæ sunt.Secundo tradit nobis cognitionem ipsarum quantum ad proprietates & effectus quos faciunt,secunda ibi.Inquit heben Mes.operatio medicinæ solutiuę, prima in duas . Nam cognitio medicinarum solutiuarum ſmplicium inquantum sunt solutiuæ,est duplex, una est generalis in qua non descendimus ad aliquam medicinam solutiuam explicandam, alia est specialis in qua fit descensus ad species siue differentias ipsius. Primo ergo de eis tradit primam cognitionem,scilicet generalem,secundo specialẽ secunda ibi.Et tua quidem interest,prima in duas. Primo notificat has medicinas solutiuas ſmplices per hoc principium formale.in secunda parte circa dicta remouet quendã falsum intellectum suorum uerborum .secũda ibi.Scire am plius oportet prima in duas.Primo proponit quid sit principium formale,per quod medicinæ solutiuæ sunt solutiuę . Secundo probat,id esse earum principium.secunda ibi,dotatur enim omne.Circa primam partem est notãdum quòd ex uerbis Mes.notificatur quid sit hoc principiũ per quod medicina solutiua operatur,& ipsum notificat negatiue & positiue,primo ostendendo q̃ non est,dicens quòd medicina laxatiua primo non est solutiua à prima uirtute siue qualitate,quia non à complexione siue elementari uirtute , sed quod hoc facit per occultam uirtutẽ, siue ſspecificam formã quæ in ea sibi est tributa à corpore cœlesti,uel ab intelligẽtia datrice formarum,neque etiam agit in humorem ipsum euacuando tanquam sibi contrarium,in eo quòd est ei contraria,sed hoc facit quia talis per uirtutem hanc occultam siue ſspecificam formam sibi tributam modo prædicto , nec etiam euacuat talem humorem quia sit similis humori , unde eum attrahat,sed quia talis ut dictum est,neque euacuat eum quia grauis trahens humorem deorsum,aut quia leuis agitans ipsum sursum,sed quia talis . Et sic in his uerbis explicatur triplex uirtus quæ remouetur à medicina solutiua in eo quòd solutiua est non operans per illam, primo enim explicat primam uirtutem per hoc quod dicit quòd non est euacuatiua hu.huius à uirtute complexionali , uel elementari uirtute,posset enim quis opinari cum etiam ipsa medicina solutiua sit mista ex elementis à quibus per eorũ qualitates cõplexio causatur q̃ ipsa per complexionẽ esset talis . Explicat & secundo uirtutem secundã per quã quis posset opinari q̃ medicina solutiua esse talis cũ dicit.Et neq; quia graue aut quia leue trahens humores deorsum sui grauitate,aut eos agitans sursum sui leuitate, neq; quia contraria , aut quia similis.Tertio remouet tertiam uirtutem à medicina solutiua p quã quis posset opinari q̃ per eã operaretur quod tñ non est cũ dicit . Et neq; quia ſmile attractiuũ uel eradicatiuũ , eradens scilicet humores à membro & agens in eos,non.n.sic est.Secũdo dico q̃ Mes.notificat hoc principium per quod medicina solutiua operatur positiue cum dicit . Sed quia tale , hoc est per suam f[illegible]m ſspecificam quam habet euacuat talem humiditatem. [illegible]utem taliter ut sic loquar Mes.nõ ſspecificat propte[illegible]rimẽ quia eam magis inuestigauit in processu capitu[illegible] in sequenti capitulo

Nocut tum.

capitulo,ubi dicit, q̃ ista qualitas est forma ſspecifica siue occulta in ipsa medicina reperta, quid autem sit declarabitur in processu,nec etiam eam explicabit propter aliud eo q̃ satis innuit ex his quæ dicit in litera, cũ enim uirtus quæ in medicina existit sit quadruplex .ſ. prima ut cal. frig. &c. secunda quia grauitas aut leuitas eius,& sic de aliis,& tertia quia eradicatiua uel attractiua , lactis aut spermatis & uirus,quarta quæ est uirtus ſspecifica cum ipsa medicina solutiua per suum principium formale à primis tribus remoueatur,ut ponit Mes. relinquitur quarta uirtus in ea quæ est forma ſspecifica, per quam hunc humorem euacuat . Et ex hoc causatur triplex dubitatio, una est utrum medicina solutiua sit euacuatiua hu.per complexionem siue elementarem uirtutem,aut non,secunda est utrum euacuet per similitudinem aut contrarietatem quam habet ad hu.uel nõ, tertia est utrum ipsum euacuet per ſspecificam formam quã habet an non,de primis duabus dicetur in fine lectionis .

Medicina rũ uirtus quadruplex.

Deinde cum dicit.

SYL. *Omnis enim res(ut à Philosophis dicitur) facultate duplici est dotata & prædita,vna quidem elementari, qua calefacit,refrigerat,ꝛhumectat,siccat,ꝛnon autem purgat,altera vero cœlesti,hacq; vel communi , vel sibi propria , & temperiem illam dirigente. & qua hoc medicamentum est purgatorium,illud hãc , vel illam vacuationem prouocat , aliud aliã atq; aliã habet virtutem.Quæ omnia potest medicamentum à cœlesti virtute ad temperaturã accidente.*

ANT. Dotatur enim omne duplici , (ut aiunt philosophi) uirtute.ſ.elementari et cœlesti. Hac quidem communi,hac uero propria.Etenim calefactiuum et frigidatiuum,calidum et frigidum omne . Solutiuum autem non,quia calidum nec quia frigidum , sed quia cœlesti uirtute dotatu m, sic ipsius mistionem regulante . Et ob hoc quidem solutiuum hoc.Illud vero prouocatiuum.Aliud vero aliter & aliter. Et hoc quia à cœlesti uirtute tale supra complexionem fertur.

In parte ista Mes. probat quod dixit .ſ. q̃ medicina sol. euacuat hu.sibi proprium per uirtutem occultam siue specificam formam quæ in ea est, & primo facit hoc.secundo remouet quandam opinionem Gal. de hac materia quam uidetur ponere in tertio de ſmplici medicina , secunda ibi . Opinari autem inconueniens.Prima in duas ſm q̃ duas rationes adducit ad hoc probandum, secunda ibi.Inquit Pla. in prima parte intendit talem rationem,omnem mistum in ferius hic existens faciens aliquam operationem aut eã facit per uirtutem elementarem & complexionem , aut per uirtutem cœlestem,sed medicina laxatiua est quoddam mistum faciens suam propriam operationem . ergo eam facit ant per uirtutem elemẽtarem , aut per uirtutem cœlestem in ea repertam,sed non per uirtutem elementarem . Nam licet mistum sit calefactiuum & frigidatiuum, per calidum & frigidum in eo existens formaliter uel uirtualiter , non tamẽ est solutiuum quia calidum,aut quia frigidum,ut infra apparebit;sed quia est informatum cœlesti uirtute in eo imprimẽte uirtutem occultam siue ſspecificam formam . Circa istam rationem Mes.sic procedit.primo ponit siue declarat maiorem proportionem, secundo minorem , secunda ibi . Etenim calefactiuum. Sed hic aduertendum , primo dicit Mes.q̃ omne ens mistum hic inferius existens est informatum duplici uirtute.ſ.uirtute elementari & cœlesti , causa est in promptu,quia omne mistum habet duplex principiũ quo potest operari suam operationem .ſ. principium interius,& se tenet ex parte materiæ & agentis proprii & determinati,aliud est principium superius siue uniuersale & est corpus cœleste,unde dicit Arist.secundo physicorum q̃ homo hominem generat ex materia , & sole , & ideo bene dicit Mes.quòd omne mistum est dotatum & informatũ uirtute elementari & cœlesti,cum per hęc duo perficiat suas operationes. Secundo aduertendum dicit Mes. q̃ mistum dotatum uirtute cœlesti,quandoq; dotatur ea cõmuni existenti,quandoq; propria.Nam forma ſspecifica quandoq; é cõmunis,quandoq; propria,cõis sicut qñ inẽ pluribus eiusdem generis aut eiusdem speciei,sicut dicimus q̃ omnibus odoriferis inest forma ſspecifica per quam habent attrahere matricem,& rebus fœtidis inest forma ſspecifica per quã matricem fugant,sed forma ſspecifica propria est illa quæ non iam omnibus indiuiduis eiusdem speciei,& eodẽ modo,non enim oĩs magnes mouetur uersus polũ meridionalẽ,etiam est quidã magnes qui attrahit carnẽ hominis & quidã non,ut Alber.ponit in suo de mineralibus auctoritate Aristo.& tñ omnes sunt eiusdem ſpẽi . Dicit postea . Et hoc quia à cœlesti uirtute tale supra complexionẽ fertur , & per hæc uerba innuit Mes.q̃ licet medicina solu.non euacuet propriũ hu.per cõplexionẽ suam immediate & principaliter, tñ ipsa cõplexio est principium præparatiuũ & deseruiens formæ ſspecificæ ad faciendũ illam operationẽ.Nã ſspecifica forma non influitur misto absolute , sed influitur misto præparato per cõplexionẽ,& ideo nos possumus dicere q̃ ipsa forma ſspecifica nõ est aliud formaliter q̃ quoddã additũ supra complexionẽ per quod facit talẽ operationẽ,aut ét licet cõplexio non sit primum principiũ operationis occultæ,tñ multũ adiuuat ad occultã operationẽ illius medicinæ solutiuæ,ut sit uerum dicere quod medicinæ solutiuæ quæ cum forma ſspecifica habent complexionem ca.& siccã eis annexã plus attrahunt & euacuant quàm si non essent talis cõplexionis.adhuc quæ sunt uehemẽter calidæ & siccæ cũ proprietate quã habent plus euacuãt quã aliæ quæ non sunt fic calidæ & siccæ. Deinde cum dicit.

SYL. Medicamẽtum qualitatibus ſsenſui alicui manifeſtis ſimilem ſibi humorẽ ã trahit, ſed tota ſua ſubſtantia ſeu qualitate occulta ſimilẽ.

Rebus enim omnibus natura(vt inquit Plato)proprietates quasdã indidit,quibus hæ ipsæ quod sibi est proprium agunt,idq; pro formæ natura & motione insita , cum nullius rei actio propria esse posit vlla , nisi quam forma ipsa excitat & dirigit.Hoc autem demonstrare,medici non est, sed philosophi,altiora speculantis.

Inquit Pla. dotauit res quidem natura proprietatibus.Omnis enim res ſsecundum quod meretur , à ſspecie ſua agit quod proprium est, utiq; enim nullius rei est actio propria nisi quam species regulat. Hoc autẽ, certificare non est medici.sed eius qui se altius agit.

In parte ista addit ſsecundam rationem ad hoc , & arguit ſsic. Si medicina laxatiua appropriatur ad determinatũ hu. illum euacuans à determinatis locis , ad determinata loca illũ attrahens,& per determinata illum transmittens, tunc medicina solutiua facit suam propriã operationem per formam ſspecificam,& non per uirtutem elementarem,sed ita est,quare &c.maior apparet, quia ut ait Pla. natura dotauit res ſuis proprietatibus ut.ſ.id quod agit,id quod ei proprium est agat,& moueat à ſua ſspecie.i.a ſua ſspecifica forma,tale autem probare non medici,sed eius qui agit altius ſse id est medico.minor est de ſse nota. Deinde cũ dicit.

SYL. *Absurdum igitur fuerit existimare,a simili trahi simile,absurdius, a contrario,cõtraria enim mutuo se expellũt, non attrahunt.*

ANT. Opinari et iam inconueniens,quia ſsimile nimirum utiq; hoc,ſsic econtra.Sed contraria ſse mutuo fugãt & non attrahunt.

In parte ista Mes.remouet quandam falsam opinionem Gal.de hac materia,quam uisus est ponere in tertio de ſmplici medicina,& dicit ſsic,quòd inconueniẽs est opinari, q̃ medicina euacuet hu.quia.ſ.ſsi ſsis ut posuit Gal. nam posuit ipse ibi q̃ carthamus attrahit phlegma , & turbith attrahit phlegma eo q̃ ſsibi ſsit,eo q̃ oẽ ſsit attrahit ſsibi ſsit , & non contrariũ,quia contraria ſseinuicem fugant & nõ attrahũt.

Similitudo medicinarum ad humores duplex.

Sed de ſsimili ſsciendum q̃ ſsimilitudo est duplex, quædam est ſsimilitudo in qualitatibus manifeſtis , & hoc modo medicina nunquã euacuat siue trahit hu.quia ei ſsitis in qualitate.ſ.manifeſta,nec hoc fuit unquã opinat⁹ G. bene enĩ fuiſſet rudis,ſi dixiſſet q̃ carthamus & turbith attrahũt phlegma,quia ei ſsit es in qualitate manifeſta, primo cũ phlegma ſsit frigidum & hu.& turbith calidũ & ſsiccum , ét differũt in modo subſtantiæ. Alia est ſsimilitudo in qualitate occulta siue ſspecifica forma de qua loquit ibi Gal. in tertio de ſmplici medicina , unde euacuat carthamus aut turbith phlegma,

quia eis simile in qualitate.s.occulta siue specifica forma,& per hoc soluitur una quæstio prius mota si bene aduertatur utrū.s.medicina laxatiua uel solutiua euacuet hu. sibi propriū,quia simile uel quia contrariū. Deinde cum dicit.

SYL. *Medicamentum præterea humores purgat, sed natura eius actionem inchoante,limitāte,dirigente. Nam ipsa humorum vacuatio naturæ est opus, sed per medicamentum ipsius naturæ artificis instrumentum.*

ANT. Inquit hebē Mes.Scire amplius oportet,quòd actio solutiui in materias,cum discretionibus,et limitationibus regulantis naturæ fit.Eductio enim carū opus est naturæ.Pharmacum uero per id quod idem fit. Est.n, ipsum idem naturę quod instrumentum artisici.

In parte ista Mes.remouet quendam falsum intellectum dictorum suorum,dixerat enim supra ꝙ medicina solutiua euacuat hu.per proprietatem siue specificā formam, modo crederet aliquis ꝙ solum hoc faceret per specificam formā & uirtus regitiua totius corporis nihil operaretur, modo hoc remouet.& primo facit hoc,secundo probat quod dixerat,tertio dubio respondet,secunda ibi. Ait enim Hipp. tertia ibi.Verum quantitas.Dicit sic de prima parte ꝙ euacuatio hu.à medicina solu.fit principaliter per opus naturæ regulantis ipsam,sed per pharmacum fit tanquam per instrumentum,ita ꝙ natura est principale agens,sed pharma cum est agens instrumentale, posito enim pro possibili ꝙ super aliquo loco extrinseco à nobis esset ex una parte cholera ex alia parte rhabarbarum, nunquam cholera mouere tur ad rhabarbarum, & ideo oportet ꝙ fiat hoc beneficio naturæ regulantis principaliter,instrumentaliter autem beneficio pharmaci. Deinde cum dicit,

SYL. *Natura enim(vt ait Hippocrates) morbos curat, non medicus,medici uero munus præcipuum est, naturæ instrumenta suppeditare.*

ANT. Ait enim Hippo.est quidem naturæ curare non medici. Medici uero dignius opus est naturæ porrigere.

In parte ista probat quod dixerat,dixerat.n. statim ꝙ in euacuatione hu.à pharmaco natura est principale agens & pharmacū instrumentale,modo hoc probat,& duo facit ſm ꝙ duas rōnes inducit ad hoc probandū, secundā ponit ibi. Cum autem quod porrigitur.In prima parte intendit talē rationem,id principaliter euacuat in corpore nostro quod principaliter curat,sed natura principaliter habet curare, medicina autē instrumentaliter, quare &c. maior est nota eo ꝙ euacuans per se hu.à nostro corpore est per se curans ægritudines nostri corpis, minor apparet auctoritate Hip. qui dicit. Est quippe naturæ curare & non medici. medici uero dignius est opus naturæ porrigere.s.debita instrumenta,simile etiam uerbum ponit Aui.iiij.can.Fen.1.cap.de cura putridarum in generali. Curans sicut sciisti est uirtus, & non medicus.medicus autem facit peruenire instrumenta ad uirtutem. Deinde cum dicit.

SYL. *Quæ si opus naturæ,aut quātitate,aut qualitate malefica vincunt,imoderatius agunt magno naturæ incōmodo.*

ANT. Cum autem quod porrigitur, naturæ opus uincit, aut quantitate,aut malitia,in præiudicium eius effrenes efficit operationes.

In parte ista adducit aliam rōnem ad probandum idem, & arguit sic.si medicina solutiua exhibita corpori in maiori quantitate & qualitate quàm requirat uirtus,sic se habet ꝙ eius operatio sit effrenitans uel lædens, tunc debita euacuatio hu,quæ fit a medicina solutiua fit à natura principaliter,sed ita est ut ponit Mes.in litera,quare &c.In malitia idest qualitate. Deinde cum dicit.

SYL. *Quantitate uero si plus quam natura exigit, vincant, noxam multitudinis inuehunt,si autem qualitate malefica, non multitudinis modo noxam,sed aliam quoq; atq; aliam excitant.*

ANT. Verum quantitas supra exigentiam naturalem trāsgressionem efficit, et dat nocumēta multitudinis. Malitiositas uero et multitudinis, et alterius atq; alterius modi imprimit nocumenta.

In parte ista dubitationi respondet,dixerat statim ꝙ qñ medicina augetur in quantitate aut qualitate ultra id quod requirit uirtus ꝙ efficit effrenes operationes & accidentia mala,modo crederet aliquis ꝙ eodē modo induceret effrenes operationes & mala accidentia qñ est aucta in quantitate sicut qñ est aucta in qualitate,sed hoc remouet,& dicit ꝙ non, nam qñ medi.est solum aucta in quantitate ultra id quod requirit uirtus,efficit nocumenta multitudiuis, hoc est ꝙ auget nocumenta in quantitate,& hoc intelligas per se & principaliter,quia ex consequenti posset inducere accidentia diuersorum modorum,nam etsi helleborus in multa quantitate exhibitus nostro corpori inducat uomitum & faciat principaliter augmentum in uomitu, tñ ex consequenti posset inducere uaria & diuersa accidentia post uomitum,quia posset inducere spasmum,syncopim,aut tremorem,sed si in medicina solutiua solum sit malignitas sui qualitate,tunc inducit nocumenta alterius, & alterius modi & quantitas auget illa.Et circa hæc est dubitatio utrū medicina laxatiua euacuet hu.per sui complexionem quam habet,& præcipue calidam,quia de hoc est magis dubium,& uidetur ꝙ sic.per id medicina habet euacuare hu.per quod attrahit ipsum,sed medicina laxatiua attrahit ipsum hu.per caliditatem quare &c.maior est nota eo quod per hoc medicina habet euacuare, quia attrahit. Minor apparet, eo quod caliditas est una ex causis attractiuis ut ponit Aui.primo can.Fen prima,cap.de uirtutibus naturalibus ministrātibus,capitulo etiam de operationibus. Item si medicina euacuat hu.resoluendo per sui caliditatem,ergo etiam per caliditatem euacuat ipsum exoluendo, sed ita est ergo &c. maior est nota,eo ꝙ euacuatio per solutionem hu. & eius resolutionem nō differunt nisi ſm magis & minus. Etiam ex alio differunt,quia una est manifesta ut illa quæ fit per solutionem,alia occulta,ut illa quæ fit per resolutionē, modo magis & minus manifestum & immanifestum non diuersificant principium operationis. In contrariū est Mes. & alii auctores.Dico ad hoc quòd principiū per quod medicina euacuat hu.est duplex.s. generale per quod medicina scilicet est euacuatiua non determinati hu. aliud scilicet speciale, per quod medi.est euacuatiua determinati hu.à determinatis locis per determinata loca,illum etiam attrahēs ad determinata loca. Modo si loquamur de primo, principio operationis medi. solu. dico quòd ipsa potest talē euacuationem facere per complexionem, & præcipue calidā. Ratio est ita, si medi. solutiua per sui complexionem calidam potest introducere uacuum in corpore, tunc ipsa per suam complexionem calidam potest hu.euacuare sed ita ē, quare &c,maior est nota,eo quòd medi. solu. cum euacuat attrahendo,inducit uacuum non absolute,sed uacuitate substantiæ,minor apparet,eo quòd de ratione calidi est dilatare & aperire & inanitionē inducere, & sic per consequens uacuum inducit & facit loca uacua. Sed si loquamur de secundo principio per quod medi.sol.hu.euacuat, dico quod ipsa non euacuat per complexionem,sed per formam specificam.Ratio est ista,omnis operatio, quæ est appropriata alicui rei & non est communis,fit à propria specie siue specifica forma,sed med. solu. hoc modo assumpta est appropriata determinato hu.illum etiam euacuans à determinatis locis, quare &c, maior est nota auctoritate Platonis, omne enim quod mouetur, à specie & à specifica forma sua agit quod ei proprium est, minor est de se nota. Item hoc confirmatur sic. si medi. solu. euacua determinatum & proprium hu.ipsum euacuaret per complexionem, aut ipsum euacuaret per similitudinem quam habet ad ipsum in qualitate prima, aut per contrarietatem quam habet ad ipsum,non potest dici quòd ipsum euacuat per similitudinem quam habet ad ipsum in qualitate,quia tunc hoc modo turbith euacuaret choleram & non phlegma,cum sit ei contrarium quia phlegma est frigidum & hu. Irē etiam epithymum cum sit calidum & siccum non euacuaret melancholiam,sed choleram,quia cholera est calida & sic. & uiolæ,& serum caprinum,& succus atriplicis non euacuarent choleram,sed phlegma,cum sint frigidæ & humi. sicut phlegma.Nec etiam potest dici ꝙ medi.solu.euacuat determinarum hu.per contrarietatē quam habet ad ipsum in qualitate,quia tunc hoc modo scamonea non euacuaret cholera nec etiam rhabarbarum,cum medicinæ non sint cōtrariæ in qualitate ipsi choleræ,sed ei similes. Et per hoc solū tur rationes,eo ꝙ omnes concludunt ꝙ medi.solu.respectu operationis suæ communis,quæ est euacuare quemcunque hu.indeterminatum,potest hoc facere per sui calidam cōplexionem,unde & hoc concessum est,nam medi.solu. calida euacuans indeterminate hu.illos euacuat per sui caliditatem,resoluendo & euacuando hu.quemcunq;,& non determinatum per sui caliditatem. Deinde cum dicit.

SYL. *Quapropter tua interest,medicamenta malefica à salubribus discernere.*

ANT. Et tua interest malignarum atq; incolumium medicinarum apud te habere differentias.

Postquā Mes.inuestigauit esse ipsius medi.solu.quantum ad suum principium formale,quia scilicet ſm quòd solutiua est,remouit etiam quoddā dubium circa dicta,in parte ista inuestigat species dictas siue modos ipsius medi.solu. & primo dat intētionem suam circa hoc,secundo ponit eius species siue differentias,secunda ibi. Consideratio autem prima in duas,primo ponit necessitatem suæ intentionis.secūdo ponit suæ necessitatis declarationem,secunda ibi. Nam sunt,prima pars est nota. Deinde cum dicit.

SYL. *Sunt autem malefica quædam toto genere,quorum virtus effrenis omnibus est cognita,vt thymelæa, latyris, euphorbium. Alia ⁊ specie tantum, uel accidente maligna eaque ⁊ in multis generibus,vt turbit nigrum,agaricus niger & durus,colocynthis unica in planta sua,scammonium Sceniticum,à quibus ⁊ ambobus ⁊ abstine, nisi si quando in magnis affectibus est his ⁊ prius omni ratione correctis ⁊ utendum,idq; cum formidine,& præmeditatione.Morbis enim quibusdam venena sunt salubria,vt vipera elephātiasi,malefica tamen vi eius modis omnibus, vel saltem quibus nobis licet,fracta,vt dicemus ⁊ lib.2.⁊*

Nam sunt et malignarum quædā genere,super quibus de effrenitate non ambigitur,sicut mezereon glebeæ et euphorbium. Et in generibus pluribus sunt similiter sicut turbith nigrum et agaricus niger et durus et coloquintida singularis in plāta sua, et scamonea de contrata corasceni,à quibus elongari oportet,nisi forsitan congruant ex eis quædam in magnis causis,et tūc super eis præsumēdum est cum timore,et cautella. Nā in quibusdam morbis competit uenenum ut serpentes in lepra,post fractionem tamen malitiæ suæ ultimam, si possibile est,uel saltem quàm melius fieri potest, quē admodum dicemus post.

In parte ista ponit declarationem suæ necessitatis,& primo facit hoc.secundo ostendit ꝙ necesse est medico etiam habere notitiā medicinarum incolumium.secunda ibi. Nō tm̄ has.prima in duas.primo facit quod dictum est.secundo correlarie infert defectū quorundam nouorum medicorū secunda ibi.Et plurimi stolidorum.In prima parte intendit talem rationē,illa sunt necessaria medico cognoscere, quæ dicunt posse generare pessima accidentia & interius: sed medici.solu.quæ in sui opere sunt malignæ sunt huiusmodi, quare &c.maiorem supponit Mes. ut notam minorem ponit in litera.Effrenitate.i.malitia.Non ambigitur.i.dubitatur.Mezereon id est grana laureolæ.Glebeę id est grana caputiæ.Et in generibus id est in speciebus plurium earum in magnis causis id est contra magnas causas ægritudines & accidentia. Et cautela,quia maxime debemus eis uti consolatis.Et ex his uerbis possumus tria concipere, primum est ꝙ necesse est medico cognoscere medicinas solu. qæ in sui opere sunt malignæ aut scilicet ut fugiantur, aut si oportet eis uti ut cum eis aliæ commisceantur quæ earum malignitatem totaliter remoueant,aut minorent.

Secundū quod concipimus ex his uerbis est de proprietate medicinarum malignarum,nā ex his quædam sunt quæ à tota specie sunt malignæ,sicut mezereon, glebeæ,euphorbium & sagapenum,quædam uero sunt quæ non sunt malignæ à tota sua specie,sed habent malignitatem istam in aliquo singulari illius speciei,sicut turbith nigrum, agaricum nigrum & similia.quæ postea enumerat in litera, quare autem hæ sint malignæ non oportet hic dicere,eo quod causa huius dicetur ab eo in capitulis propriis uniuscuiusq; ipsa. Tertiū. Tertiū quod habemus ex his uerbis est, ꝙ licet hæ medicinæ solutiuæ sint malignæ,tamē non sunt spernendę,imo sunt cognoscendæ ut.s.aut euitentur,& præcipue cum solæ corpori approximarentur,aut ēt cognoscendæ sunt ut possint consolari cum aliis medicinis, & eas consolatas possimus debite corpori approximare. Deinde cum dicit. Secundū. Medicinę malignæ duplices.

Quanquam stolidi quidam, præcipue rustici, & idiotæ improuidi,quibusdam non castigatis vtuntur, ignorantes, quantam noxam principibus corporis partibus,& virtuti bus ipsum corpus gubernantibus,afferat venenum illorum perniciosum. SYL.

Et plurimi stolidorū quidem et præcipue sylуestres et noui præsumunt super illis nondum consolatis,non utentes prouisione, et ignorantes quod est læpe uenenum pernitiosum,et ignorantes lesionem quam faciūt possidere membra,quæ sunt mineræ uirtutum,cum ipsis uirtutibus. ANT.

In parte ista correlarie concludit quendam errorē quorundam rusticorum & uulgarium,siue nouorum medicorū & dicit sic,ꝙ multi stolidorum præsumunt dare istas medicinas malignas per se,nescientes modum consolationis ipsarum,quandoq; etiam ignorantes earū nocumenta & pessima accidentia.Verbi gratia, est aliquis nouus medicus in scientia medicinæ qui uidet aliquem bonum & uerum medicū dare.vii.uel.viii.grana cataputiæ consolata alicui morbo,unde inde iuuamētum acquirit,modo istæ rusticus uult simile facere alicui alteri corpori,eo ꝙ uidit id corpus inde iuuari,unde credit istum ex tali medicina saluari, cū tū postea'ex illa medicina morti, appropinquet,eo ꝙ iste rusticus non utebatur prouisione non.n.sciebat ꝙ ista medicina poterat inducere pessima accidentia,si ipsa esset non cōsolata,aut ēt approximata in superflua quantitate & qualitate,aut etiam non in debito tempore. Deinde cum dicit. Exemplū.

Nęq; tātum hæc deleteria sunt vitanda, sed omnia quo que alia medicamenta etiā benigna,nisi dicendæ post(si per Dei gratiam mihi licuerit)conditiones obseruentur. SYL.

Inquit heben Mes.non tantum has fugere oportet, uerum et omnes etiam si elegātiores sunt,nisi obseruētur conditiones et modi quorum rememorabimur, si Deus uoluerit. ANT.

In parte ista Mes. dat nobis necessitatē cognitionis medicinarum solutiuarum columium,& incolumium, & dicit sic.Non tantum has,scilicet medicinas solutiuas magnas, oportet effugere,uerum, & omnes scilicet oportet effugere etiam si sint elegantiores.i.incolumiores. Nisi observentur modi scilicet præparationis ipsarum & approximationis earum ad corpus secundum debitam quantitatem quali tatem & tempus. Deinde cum dicit.

Huius autem obseruationis in secernendo medicamentū benignum à malefico,methodus versatur. SYL.

Consideratio autem quæ est thesaurus inuestigatio num bonitatum et malitiarum in ipsis est huiusmodi. ANT.

In parte ista Mes.ponit diuersitates medicinarum solutiuarum simplicium malignarum docens eas distinguere ab incolumibus,& primo proponit quod intēdit,secundo exequitur,secunda ibi.quandoque enim thesaurus, id est principium. Deinde cum dicit.

In cōsideranda medicamēti substantia,temperatura, se quētibus temperaturā qualitatibus,tactilibus,olfactilibus gustatilibus ⁊ visilibus ⁊ tempore,loco natali, vicinia medi- SYL.

camẽti alterius,numero. Ab his enim singulis differẽtijs di
ſpoſitio quædã propria & virtus medicamento acquiritur.

ANT. Modus di ſtinguẽdi medicinas bonas à malignis.

Quandoq; enim conſiderare oportet conditiones diſpoſitionum quæ ſunt ex parte ſubſtantiæ,& quando que conditiones diſpoſitionum,quas res conſequitur à cõplexione ſua,quandoq; ab eo quod conſequitur eã. Et de hmõi quãdoq; determinat tactus,aliqñ odor,aliqñ ſapor. Et quandoque ex diſpoſitionibus quæ acquiruntur ex tempore,& loco,& uicinitate unius medicinæ ad alteram.

In parte iſta exequitur tradens nobis cognitionem medicinarum ſolutiuarum ſimplicium,per quam medicus poteſt cognoſcere uel diſtinguere medicinas malignas ab in columibus,& primo ponit conditiones per quas poteſt medicus inter eas diſtinguere oſtendẽdo etiam quot ſint, ſecũdo per conditiones tales docet diſtinguere malignas medicinas ab incolumibus,ſecunda ibi. Conditiones quẽdã quæ ſunt. Ex uerbis autẽ primæ particulæ habemus quot & quæ ſint conditiones repertæ in medicinis ſolutiuis ſimplicibus per quas diſtinguimus malignas ab incolumibus quia ſunt nouem. Vna eſt ſumpta ex parte ſubſtantię,quia ſubtilis uel craſſa &c. Secunda eſt ſumpta ex parte complexionis. Tertia eſt ſumpta ex qualitatibus tangibilibus, ut quia mollis uel dura. Quarta ſumitur ex qualitatibus odorabilibus, ut quia ſit odoris acuti aut obtuſi. Quinta ſumitur ex parte ſaporum,ut quia ſit ſaporis acuti uel ſtiptici aut pontici, nam ponet infra q̃ medicina ſolu. in ſapore acuta eſt malignior ea quę in ſapore eſt pontica,aut ſtiptica. Sexta ſumitur ex parte coloris,quia ſit alba uel rubea uel nigra, & ſic de aliis Septima ſumitur ex parte temporis,nam dicimus quòd medicina ſolu.de nouo collecta eſt incolumior illa quæ per lõgum tempus eſt collecta,& quãdoq; econuerſo. Octaua ſumitur ex parte loci ut ſcamonea de contracta corafceni eſt malignior ea quæ naſcitur in aliis locis. Nona & ultima ſumitur ex uicinitate unius medicinę ſolutiuæ ad alteram, ſicut dicimus,quòd ſcamo.nata in loco uicino ſcillæ, quia ſit nata prope ſcillam eſt incolumior,ut infra patebit,& etiam raphanus natus prope ſcillam eſt incolumior, & laudabilior,& per hęc nunc dicta ſtatim uidebitur ordinata diuiſio huius capituli. Deinde cum dicit.

SYL. *Porro à medicamenti ſubſtantia differentiæ ipſius ſunt obſeruandæ,ſi id eſt leue,graue,rarum,denſum,craſſum,tenue , lentum,friabile. Per quæ,medicamenta bona à malis ſecernere poteris.*

ANT. Conditiones quidem quæ ſunt ex parte ſubſtantiæ, ſunt graue & leue,ſubtile,& groſſum,tenerũ, & tenax, rarum & ſpiſſum, & ab his acquiritur ſcientia malignitatis & bonitatis medicinarum.

In parte iſta Meſ. exequitur docens per iſtas nouem cõditiones diſtinguere medicinas ſol. malignas ab incolumibus. Et diuiditur pars hæc in nouem partes. Primo docet eas diſtinguere per cõditiones ſumptas ex parte ſubſtãtię. Secundo per conditiones ſumptas ex parte complexionis. Tertio per conditiones ſumptas à qualitatibus tangibilib. Quarto per cõditiones ſumptas à qualitatib.odorabilibus. Quinto per cõditiones ſumptas à qualitatibus guſtabilib". Sexto per conditiones ſumptas à qualitatibus uiſibilibus. Septimo per conditiones ſumptas ex tẽpore collectionis. Octauo per conditiones ſumptas ex loco ubi natæ ſunt. Nono & ultimo p cõditiones ſumptas ex uicinitate unius medicinæ ſol.ad alteram in tempore ſuæ natiuitatis, ſecũda ibi. Inquit heben Meſ. Scire debes ex parte conſideratio nis complexionum,tertia ibi. Tactus autem de molli & duro. quarta ibi. Et de odoribus quidem ſcire debes,quinta ibi. Inquit heben Meſ. iudicia quidem &c. ſexta ibi. Colores autem,ſeptima ibi. Et tempus quidem determinat. octaua ibi, Locus uero eſt,nona & ultima incipit ibi. Vicinitate autẽ rei ad rem. Prima in duas. primo ponit modos ſubſtantiæ quibus poſſunt diſcerni medicinæ adinuicem. ſecundo per illos modos docet eas abinuicem diſtinguere. ſecunda ibi. Cæterorum quæcũq;. tenerum,id eſt liquidum & fragile.tenax,id eſt uiſcoſum. Deinde cum dicit.

Quæ enim ſunt inter hæc facultate valentiora , qualia SYL
ſunt omnia trahendo purgantia , quo ſunt leuiora , eo meliora,grauiora autem maligna. Ob id ſcammoniũ,colocynthis,euphorbium,agaricus,nitrum,aloe , & ſimilia leuiora ſunt præſtantiora : ſimiliter quę humiditatem habent excrementoſam,vt agaricus: turbith, polypodium,ſcilla , & ſimilia leuiora ſunt meliora. Contra vero grauiora ſunt meliora,vel quibus coacta eſſe ſubſtantia debet (vt hermodactylus,iris,cianus lapis .)

Cęterum quęcunq; ex eis potentioris uirtutis ſunt: leuiores quidem,meliores. Grauiores uero , malignæ , ſunt etenim ſcamonea,& aloe leuiores quidem,meliores,& colocynthis ſimiliter,& euphorbiũ,& baurach , & agaricus & ſimilia,niſi ſit ex eis in quibus requiritur aggregatio ſubſtantiæ,ſicut hermodactylus : & iris , & lapis lazuli. Hæc enim in feriora grauiora , & meliora. Et humorem habentia ſuperfluũ leuiora,meliora,ſunt, ſicut agaricus & turbith polypodium,ſcilla,& ſimilia.

Alia litera habet. Et enim quæcunq; non eſt uis. In parte iſta docet per iſtos modos ſubſtantiæ diſtinguere inter medicinas ſolu.malignas & incolumes , & diuiditur hæc pars in partes quatuor . Primo enim per modos ſubſtantiæ qui ſumuntur ex graui & leui docet eas ab inuicem diſtinguere. Secundo hoc facit per modos ſubſtantiæ qui ſunt, ſubtile & craſſum. Tertio per modos ſubſtantiæ qui ſunt , tenax & fragile. Quarto per modos ſubſtantiæ qui ſunt,rarum & denſum,ſecunda ibi. De commenſuratione autem rei . tertia ibi. Videtur autem tenerum. quarta ibi. quæ autem menſurantur raro &c. Prima pars habet partes tres. nam medicinæ ſolutiuæ ſunt quatuor modorum. quędam enim ſunt ſolutiuæ. quæ euacuant attrahendo, quædam ſunt quæ compri mendo, quædam ſunt quæ euacuant lubricando, & quædam ſunt quæ euacuant molliendo,& ideo tria facit. Primo docet diſtinguere inter medicinas ſolutiuas malignas & incolumes, quæ ſunt euacuatiuæ attrahendo. Secundo hoc facit inter medicinas quæ ſunt euacuatiuæ comprimendo . Tertio hoc facit inter medicinas quæ ſunt euacuatiuæ labificando aut lubricum faciendo. ſecunda ibi . Et medicinæ quidẽ faciẽtes. tertia ibi. Et facientes quidẽ operationes. Prima in tres (licet forte aliquis eas ſimul legeret .) Primo. n. ponit ſuũ caſum. Secundo ponit exceptionem ſui caſus . Tertio iterato declarat ſiue confirmat ſuum caſum. ſecunda ibi. Niſi ſint ex eis. tertia ibi. & humidum quidem habentia .

Aduertendum q̃ per hoc quod Meſ. dicit potẽtioris uirtutis ſunt ſtatim apparet quod dicebat in diuiſione . ſ. q̃ hic explicat medicinas euacuatiuas attrahendo, eo q̃ inter oẽs tales ſunt medicinæ potentioris uirtutis. omnes. n. hæ tales inferunt uim naturæ quod non eſt ſic de euacuatiuis cõprimendo, labificando, & lubricum faciendo . Dicit poſtea leuiores quidem meliores . Ratio eſt illa. illæ medicinæ quæ ſunt calidæ & ſiccæ leuiores , ſunt meliores, ſed medicinæ potentioris uirtutis. ſ. euacuantes attrahendo ſunt calidę & ſiccę, quare ex eis leuiores ſunt meliores. maior eſt nota, eo q̃ caliditas & ſiccitas niſi aliud impediat , ſcilicet bona rei commaſſatio. ponit rem leuẽ. ſicut uidemus, q̃ ignis qui eſt ſupreme calidus & ſiccus inter cætera corpora eſt ſupreme leuior. minor apparet per Gal. tertio de ſimplici medicina & in commen. illius aphoriſmi ſecũdæ particulæ . In acutis paſſionibus raro & in principiis. econtrario eſt qñ ſunt graues, aggregatio enim ſubſtantiæ, id eſt quia ex ſuis principiis requirit commaſſationem ſuæ ſubſtantiæ , ut hermodactyli eſt quædam radix ſpiſſa compreſſa, unde non requirit multas poroſitates unde graue eſt melius , & ſic etiã eſt de lapide lazuli cum ſit in ſubſtantia ſua bene commaſſata & dẽſa, nec in ea eſt alia ſubſtantia heterogenea quæ non debeat eſſe . Et medicinæ ſol. attrahendo habentes multum humidum quanto ſunt leuiores, tanto ſunt meliores , eo q̃ tunc per leuitatem illam earum humiditas multum remittitur tendentes tunc ad ſiccitatem, ſicut contingit in polypodio, & ſcilla,& agarico,& ſimilibus. Deinde cum dicit .

Vel quæ comprimendo purgant (vt myrobalani , ſpecies rhabarbari,abſinthium,abſinthij ſuccus .)

Et medicinæ quidem facientes operationes ſuas cõ primendo, grauiores quidem, meliores. Et enim myrobalani quidem grauiores, meliores, & ſpecies raued, ſi militer,& ſimilia, & abſinthium grauius, eſt melius, & ſuccus eius, ſimiliter,& ſimilia.

In parte iſta Meſ. docet diſtinguere medicinas ſolutiuas malignas ab incolumibus quæ ſunt euacuatiuæ compri mendo, addens etiam aliquam de medicinis euacuatiuis attrahendo, & dicit ſic exponẽdo literam, facientes ſuas operationes. i. ſoluentes uentrẽ . Etenim myrobalani. ſ. omnes, & ſpecies rauedeſceni, id eſt ſpecies rhabarbari.

Cauſa autem quare medi. euacuantes comprimẽdo ſunt meliores grauiores, eſt iſta, eo quod medicina quæ euacuat exprimendo euacuat ſtipticando , & conſiccando ut ita loquar, comprimendo etiam id quòd ſub ea eſt exprimit ad in feriora. hoc autem maxime fit per grauitatem quę eſt in medicina. Secundo notandum eſt, quòd per hæc uerba poſſumus cõcipere quòd myrobalani, & ſpecies rhabarbari ſunt medicinæ euacuantes comprimendo. Tamen habent quandam uirtutem per quam euacuant exoluendo & attrahendo etiam, & rhabarbarum licet euacuet exoluendo & attrahendo, etiam euacuat comprimendo ſui terreſtreitate. & propterea infra ponet rhabarbarũ & myrobalanos de medicinis benedictis. dicuntur enim aliquæ medicinæ benedictæ , quia cum hoc quod euacuant , corroborant membra & eorum uirtutes. hoc autem faciunt rhabarbarum & myrobalani eorum terreſtreitate & aliqua aromaticitate.

Deinde cum dicit .

Vel quæ plena,non vacua eſſe oportet (qualia caſia fiſtula tamarindi , balanus myrepſica , cnicus , granum Nil , & quod carthamum Indicum vocãt , & ricinus , & ſimilia.

Et quę menſurantur pleno & uacuo, grauiora, ſunt meliora, ſicut caſiafiſtula, tamarindi , & ben , & carthamus,& granum Nil,& cherua,& ſimilia.

Ideſt & illæ medicinæ quæ iudicantur per plenitudinẽ & uacuitatem . unde inter, corticem & medullam habent uacuitatem ut caſiafiſtula , carthamus & ſimilia , hæc enim quando ſunt grauiora,ſunt meliora , eo quòd cũ ſunt plena ualde,ſunt meliora quàm ſi eſſent uacua,eo quod tunc ſigni ficetur quòd in eis eſt de medulla multum,& paucum de aere eo,quòd aer in eis exiſtens ponit eas leues, modo quando multum eſt in eis de medulla,ſunt meliores,uera eſt ergo maior , quòd medicinæ quæ iudicantur per plenitudinem & uacuitatem,plenæ ſunt meliores , ſed quando ſunt plenæ,ſunt grauiores eis uacuis exiſtentibus, ergo uera eſt cõcluſio quòd medicinæ quæ menſurãtur pleno & uacuo , grauiores ſunt meliores . Et poſſunt cognoſci ex ſono . unde caſiafiſtula quæ non ſonat eſt melior ea quæ ſonat , eo quòd quæ bene ſonat ſignificatur quòd in ea eſt multum de aere & parum de medulla. granum Nil. i. carthamum indũ.

Deinde cum dicit.

Vel quæ leniendo purgant & lubricando (vt pſyllium, pruna myxa, caſiafiſtula .)

Et facientes quidem operationes ſuas leniendo & lubricando, grauiores quidem, meliores ſicut pſyllium proprie,& caſiafiſtula , & pruna,& ſebeſten, & ſimilia.

In parte iſta Meſ. docet diſtinguere medicinas ſol. malignas ab incolumibus quæ euacuant labificando & lubricũ faciendo. Cauſa autem dicti in litera eſt hæc. eo quòd medicine quæ euacuant labificando & lubricum faciendo euacuant per uirtutem aqueam quæ in eis eſt . ſicut medicinæ euacuantes comprimendo , euacuant per terreſtreitatem iu eis manentem. Et quia ſubſtantia aquea eſt grauis , licet non in ſupremo, ideo ex talibus medicinis grauiores ſunt meliores. Deinde cum dicit.

De commenſuratione autem rei ſubtilis & craſſæ dicetur paulopoſt.

In parte iſta pro diſtinctione med. ſolu. malignarum ab incolumibus quæ ſunt ex parte modi ſubſtantiæ, quæ eſt ſubtile & craſſum remittit nos ad inferiora, & dicit ſic, de commenſuratione autem, id eſt cognitione perfecta rei ſubtilis & craſſæ dicetur paulopoſt, ſupple quare non oportet modo dicere. Deinde cum dicit.

Quamuis autem ſubſtantia friabilis eſſe tenuis , & lenta SYL.
eſſe craſſa videatur, tamen id abſolute uerum non eſt , cum ex his quæ ſubſtantia ſunt craſſa , (vt idem de tenui polliceat) quædam lenta & friabilia inueniantur , vt ex aloe, craſſa,quædam lenta,alia friabilis. Idem oſtẽdunt ſcammonium,ſalis ſpecies,& nitrum. Sagapenum quoq; eſt lentũ , & tenax . ſed tenue,& item anacardus. Non eſt igitur uni cum tenue,friabilis cauſa, neq; craſſum lenti & glutinoſi .

Videtur enim tenerum & tenax à ſubtili uel craſſa ANT.
dependere ſubſtantia. Creditur enim ſubtile , tenerũ , & craſſum,tenax. Sed non condigne ſimpliciter concedendum. Ex craſſarum enim ſubſtantiarum rebus inue niuntur,& tenera,& tenacia. Et ex rebus ſubtiliũ ſubſtantiarum,inueniuntur & tenera , & tenacia , inueniatur enim aloe & tenerum & tenax,& ſcamonea,& ſpecies ſalis & baurach , & inuenitur ſagapenum tenax & anacardus . Quare non horum ſubtile & craſſum cauſa tantum .

Poſtquam Io. Meſ. docuit diſtinguere medicinas ſolutiuas malignas ab incolumibus per conditiones ſumptas ex parte modi ſubſtantiæ qui eſt ſubtile,& craſſum, & graue , & leue. In parte iſta docet eaſdem medicinas ab inuicẽ diſtinguere per conditiones ſumptas ex parte modi ſubſtantiæ qui eſt tenerum & tenax. Et in ſecunda parte ponit modum conuenientem & laudabilem ab eis ſumptum . ſecunda ibi. Verum autem à puritate . Dicit ſic , de prima parte ita dictum eſt, quòd de commenſuratione medicinarum ſolutiuarũ per ſubtile & craſſum dicetur paulopoſt . uidetur autem, ſcilicet quibuſdam tenerum , id eſt fragile & tenax id eſt uiſcoſum. creditur enim , ſcilicet à quibuſdam ſubtile ſupple eſſe tenerum, id eſt fragile,& craſſum tenax,id eſt ui ſcoſum ſupple eſſe. Sed hoc dictum improbat hoc modo,nõ condigne ſimpliciter,id eſt uniuerſaliter eſt cõcedendum . inuenitur enim aloe ſupple quod eſt craſſæ ſubſtantiæ,tenerum,id eſt fragile & tenax,id eſt uiſcoſum, & ſagapenum ſimiliter ſupple quod eſt ſubtile in ſubſtantia. tenax,id eſt uiſcoſum,& ideo ab alio dependet ſubtile & craſſum in medicinis,& tenerum & tenax,nec tenerum & tenax dependent à ſubtili & craſſo,ſimile etiam ponit Auicen. can. fen ſecunda de ſignis ſumptis à ſubſtantia urinæ .

Deinde cum dicit.

Sed à puritate & impuritate cum tenuitate , & craſſi- SYL.
tie iuncta , proficiſcitur vtrunque , nam purum & tenue eſt friabile,impurum ſimul & craſſum,eſt lentum . Præter illa quorum eſſentia eſt humida lenta , vt ſaccharum , ſaccharum candum,manna. In his enim quod purius, & tenuius,eſt glutinoſius.

Verum autem à puritate uel impuritate hoc magis, ANT.
eſt enim purius ſubtilius tenerum . Impurum autem craſſum tenax . Super puro igitur & impuro ſubtili & craſſo ſignificant magis tenerum & tenax , niſi forte ſit aliqua ex rebus cuius materia ſit humiditas uiſcoſa, ſicut zuccharum,& nabet, & alhoſos . horum enim purius , ſubtiliũs , tenacius.

In parte iſta oſtendit modum conuenientem per quem debemus per tenerum & tenax ſignificare ſuper bonitatem aut malitiam medicinarum ſolutiuarum. Et dicit ſic , ita dictum eſt quòd uidetur quibuſdam ſubtile eſſe tenerum & craſſe tenax, ſed non condigne. uidetur autem , ſcilicet tenerum & tenax puritatis uel impuritatis ſemper eſſe ſignificatiuum, eſt enim purius, id eſt purum. ſubtilius tenere eo quòd id dicitur ſubtile eſſe quod faciliter eſt diuiſibile ad minima, ut Gal. ponit ſecundo de cõplexionibus. & in tertio de ſimplici medi. tunc autem tale, quanto eſt purius, tã-

to

to est magis diuisibile ad minima,& per consequens facili ter frangibile.tale autem est tenerum,& contra est de impuro & crasso, cum tale difficulter diuidatur ad minima, & per consequens erit & difficulter frangibile. Nabet, idest zucchari uel potest dici zuccharum nabit,id est candi.Alhos,id est zuccharum de illa contrata, ita quòd dictio sit cõtrahens zuccharum ad speciem determinatam ratione contratæ.potest etiam scribi hæc dictio sine alhos; & tunc alhos in synonimis idem est quod manna . & manna nihil aliud est quàm ros cadens super Halasal.id est super amygdalas,quando enim humiditas illa cadit super flores & folia amygdalæ,illa postea colligitur,& fit manna,& latis posset hæc esse conueniens expositio , eo quòd manna pro sui materia habet humidum subtile & uiscosum . tertio potest exponi hæc dictio halohos cum h. & tunc halohos idē est quod scilla,& etiam hoc modo est cõueniens expositio, eo quòd scilla est res in substantia subtilis multi humidi , & uiscosa præcipue quando est recens, & quanto est purior, est magis tenax & uiscosa,sed quando est antiquata tunc ẽ sicca,& quanto purior,tanto est magis tenera & frangibilis. Deinde cum dicit.

SYL. *De substantia rara , vt de leui,de densa , vt de graui est indicandum.*

ANT. ♂ ♀ Quæ uero mensurãtur denso & raro, proportionalia sunt eis quæ mensurantur graui , & leui . de quibus sermo præcessit.

In parte ista Mes. per quartam conditionem se tenentẽ ex parte substantiæ docet distinguere medicinas solutiuas incolumes à malignis & dicit sic.Quæ autem mensurantur id est iudicantur raro & denso &c.Præcessit,id est completus est,totum postea est notum.dicebatur enim supra quòd medicinæ laxatiuæ euacuantes attrahendo leuiores , sunt meliores,sed grauiores , sunt maligniores nisi acquirant à suis principiis commasſationem suæ substantiæ,& compaginem ut hermodactili & similia.dicebatur etiam quòd me dicinæ solutiuæ comprimendo & labificando grauiores, sunt meliores,ita debemus dicere in proposito.Nam in medicinis solutiuis euacuantibus attrahendo , rariores , sunt meliores,sed densiores,sunt malignæ nisi ex suis principiis acquirant densitatem in substantia . similiter etiam ex medicinis euacuantibus comprimendo,& labificando seu leniendo illæ quæ sunt densiores,sunt meliores, & ideo apparet quòd iudicium medicinarum laxatiuarum siue solutiuarum sumptum ex raro & denso , est proportionale iudicio ipsarum sumpto ex raro & denso,est proportionale iudicio ipsarum sumpto ex graui & leui. Deinde cum dicit.

SYL. *A temperato autem,medicamentum benignum à maleficio secernitur,per qualitatum primarum actiones, & opera,nam medicamentum calidum,calefactio,tenuatio ,rarefactio,maturatio,coctio,uiarum apertio, & similia effecta propria consequuntur,si autem immodice calidum est, morsus,deseccatio,sitis:si deniq; est summe calidum,inflammatio,vstio cauterii modo,morsus acerrimus, attractio immodica,consumptio,phœnigmos.i.rubrificatio.*

ANT. Inquit Heben Mes.Scire debes ex parte considerationum complexionum, quòd medicina calida habet consecutiones iudiciorum propriorum, quæ sunt calefactio,subtiliatio,rarefactio,maturatio,digestio,apertio uiarum,& similia,& si superfluat , mordicatio sitis , desiccatio,& similia,& si ultimatur acuitas , & inflammatio,& attractio superflua,& consumptio , & opera rubificationis,& cauterizationis.

In ista parte Mes. per conditiones sumptas ex parte cõplexionis docet distinguere medicinas solutiuas malignas ab incolumibus.Et primo ostendit quales dispositiones insunt medicinis solutiuis per complexiones . secundo docet distinguere eas ab incolumibus.secunda ibi. Et incolumio res quidem.prima pars habet quatuor partes.Primo enim ostendit quales operationes seu dispositiones insunt medicinis solutiuis per complexionem calidam.Secundo ostendit quales dispositiones insunt eis per complexionem frigidam.Tertio ostendit quales eis insunt per complexionem humidam.Quarto ostendit quales dispositiones eis insunt per complexionem siccam. secunda ibi.A frigida quidem . tertia ibi.Ab humida.quarta ibi.Siccam autem.Prima pars habet partes tres.Primo ostendit effectus qui proueniunt a medicina per caliditatem quando caliditas non est multum excedens.Secundo ostendit eius effectus quando ipsa excedit licet non multum.Tertio ostẽdit eius effectus quãdo caliditas in ea superflue excedit & ultimatur , quia usq; ad quartum gradum.secunda ibi Et si superfluat. tertia ibi . Et si ultimatur.Dicit sic de prima parte,quod medicina calida dat consecutiones iudiciorum propriorũ, id est quod facit acquirere in medicina solutiua proprietates quas habet efficere caliditas,& hoc est quod dicit.calefactio , subtiliatio quantum ad membrum,& rarefactio, scilicet quantum ad spiritus & humores,maturatio quãtum ad digestionem quæ est in nocitiuo,digestio quando,scilicet præparatur humor ut suscipiat formam membri. Postea dicit in secundo parte,& si superfluat,scilicet caliditas in medicina , mordicatio scilicet aduenit,causa est, ideo quòd quãdo ista caliditas superfluit,peruenit ad tertiũ gradum,modo caliditas tertii gradus potest esse causa primi doloris qui est mordicatio & attractio,scilicet hu.&c. Deinde cũ dicit.

SYL. *Frigidum autem,frigefactio, cruditas , & similia:si supramodum est frigidum,coarctatio,obstructio , si extreme frigidum est:congelatio , ⁊ stupefactio ⁊ mortificatio.*

ANT. A frigida quidem effectus iudiciorum eius qui sunt infrigidatio,& insipissatio,coniunctio,& indigestio, & compactio,& similia: & si superfluat, coarctatio & oppilatio,& si ultimatur,congelatio,& mortificatio.

In parte ista ostendit effectus siue dispositiones quæ fiũt in medicina à frigiditate,& dicit sic . Insipissatio,scilicet humorum & spiritus coniunctio,scilicet quantum ad uias. compactio,scilicet quantum ad porositates. coarctatio , id est oppilatio coarctatoria,& hoc contingit propter expressionẽ hu.à membro.unde coarctatur propter frigus oppilatio,scilicet attenuatoria,cõgelatio,& mortificatio quod contingit propter extinctionem naturalis calidi à frigido.

Deinde cum dicit.

SYL. *Humidum item humectatio,lubricatio,lenitio, glutinatio,si ad modum est humidum,obstructio,flatus,nausea,& similia ⁊ præsertim si etiam glutinosum sit . ⁊*

ANT. Ab humida,humectatio,lubricitas,lenificatio,conglutinatio:& si superfluat , oppilatio,uentositas , nausea,& similia .

In parte ista ostendit quæ dispositiones perueniant in medicina solutiua ab humida complexione, lubricitas , & hoc propter lenificationem,& hoc est quod subdit lenificatio,conglutinatio,& præcipue hoc adducit si illa medicina cum humiditate sua sit uiscosa, oppilatio eo quod hæc medicina sui humiditate multũ parietes humectat . unde unus cadit super alterum,& oppilat si præcipuè sit uiscosa.uentositas,eo quòd hæc medicina sui humiditate leuat humores ad os stomachi,unde fit uentositas , fit etiã nausea propter eandem causam , non dixit Mes. de hac medicina humida . Et si ultimatur.sicut dixit de medicina calida,& frigida , & ratio est ista .eo quòd omnes auctores concedũt quòd medicina humida non excedit tertium gradum nec illum includit.modo ista medicina ultimaretur in sui operatione si tertium gradum excederet,ideo &c. Deinde cum dicit.

SYL. *Siccum denique,siccatio,rarefactio,emaciatio,coarctatio cauitatum,cutis corrugatio,cutis scissio, furfuratio, & similia ,*

ANT. Siccam uero medicinam consequuntur hæc , desiccatio,arefactio,attenuatio,& similia.

In parte ista ostendit quæ dispositiones siue effectus proueniant à medicina solutiua ratione siccitatis,& dicit sic attenuatio , scilicet propter consumptionem humiditatis in membro ab ipsa medicina sicca , coarctatio scilicet membrorum propter eorum siccitatem, eo ⁊ tunc propter siccitatẽ non sunt bene apta nata exigi.unde coarctatur,corrugatio,scilicet cutis,& hoc contingit propter humiditatis consumptionem quæ in cute est,unde fit corrugatio in cute & crispitudo.scissio, scilicet in cute hoc contingit , ſ. quando manus uel pedes multum fricantur præcipue ex re acuta ⁊ ibi adducatur scissio,& hoc contingit propter consumptionem hu.in cute existẽtis à medi.sicca; cõtinuantis eius partes,serrositas,sicut quãdo à cute eleuantur quædam partes squamosæ, ut etiam contingit in unguibus & aliis partibus propter consumptionem hu.ab eis.unde ueniunt squamæ .

Deinde cum dicit.

Propterea medicamentum purgans calidum, salubrius frigido,humidum sicco , & etiam calido. In summa quanto medicamentum est temperamento hominis medio propinquius , tanto salubrius , quanto remotius , tanto maliguius . Quod si qualitatibus his à media hominis temperatura extreme recedat,venenum potius est dicendum, quàm medicamentum.

Et incolumiores quidem sunt calidæ frigidis , et humidæ siccis et adhuc calidis,et uniuersaliter quidẽ omnis medicina quanto temperamento uicinior,tanto in columior. Procedens autem,remota ab hoc. ultimata uero in qualitatibus suis malignior.imo dignior ut uenenum dicatur.

In parte ista docet distinguere medicinas laudabiles à malignis per eam complexionẽ , postquam inquisiuit earũ effectus qui ab eis proueniunt ratione complexionis & dicit sic,quòd medicinæ calidæ sunt incolumiores frigidis,intellectis reliquis partibus.Causa est eo quòd calidum est maxime naturæ amicum,& instrumentum suarum operationũ frigidum uero naturæ est inimicum uiuẽti,habet,& hoc dictum ueritatem specialiter , scilicet de medicinis solutiuis euacuantibus attrahendo,eo quòd earum operatio est adhuc fortior quando cum eis est caliditas quàm quando cũ eis est frigiditas,cum de ratione calidi sit attrahere . similiter etiam humidæ sunt incolumiores siccis, hu.enim est maxime naturæ benignum,est enim humiditas una res ex principiis uitæ, non autem siccitas,licet forte loquendo de medicina solutiua quantum ad intentionem suæ operationis medicina ficca sit melior humida. eo quod eius operatio est attrahere,attractio autem fortius inteſiue sit per siccitatẽ, quàm per humiditatem,& adhuc calefactis,scilicet in actu quasi uellet dicere quòd non solum medicina calida in potentia est incolumior frigida in potentia. imo hoc est uerũ de medicina calida in actu , quòd ipsa est incolumior frigida in actu.Quanto tẽperamento, scilicet ad iustitiã est uicinior &c. et ex hoc possumus cõcipere , eo ⁊ medicina calida & humida est melior inter omnes eo, ⁊ magis est propinqua temperamẽto humano,cum complexio humana declinet ad cali. & humi. Deinde cum dicit.

Tactus index est certus,mollis,duri,asperi,lenis : molle est ; quod cedit nostræ carni,durum contra , cui nostra caro cedit,illud quoque facile patitur,alteratur, corrigitur , & hoc difficulter.

Tactus autem de molli et duro , aspero et leui iudicat , et de molli quidem et duro iudicia sunt propria . Molle enim rei obediẽtiam,durum uero econtra signi ficat,quorum quidem hoc facile,illud uero difficile passibile est et alterabile;et tibi supereſt ut scias hæc facile corrigi,illa uero non facile.

In parte ista docet distinguere medicinas malignas ab incolumibus per qualitates secundas quæ sensu tactus comprehenduntur,dicuntur autem hæ qualitates esse secundæ eo,⁊ dependent à primis qualitatibus , quæ sunt caliditas . frigiditas,& siccitas,& humiditas . Diuiditur autẽ hæc pars in duas partes.Primo per qualitates secundas quæ sensu tactus comprehenduntur;quæ sunt durum & molle,docet distinguere medicinas malignas ab incolumibus.Secũdo hoc idem facit per asperum & lene.secunda ibi. Sed asper & lenis . Dicit sic de prima parte . molli quidem & duro insunt iudicia propria,id ẽ distincta,scilicet ab aspero & leni.molle.n.rei obedientiam,scilicet facit,& hoc facit quantum ad præparationem eius,antequam à corpore assumatur , nam medicina mollis potest sui mollicie cito præparari . molle .n.est bene terminabile termino alieno,licet male fit termi nabile termino proprio.molle etiam in medicinis facit earum obedientiam.ſ.ex parte naturæ,scilicet qñ medicina iã assumpta est à corpore eo ⁊ cito sui mollicie ad actũ reducitur propter eius citam & facilem diuisionem ad minima, & ideo molle rei obedientiã facit,& quantum ad obedientiam naturæ,& quantum ad obedientiã artis . Quorũ quidẽ hoc,id est molle facile est passibile & alterabile.ſ.per naturam,illud uero,id est durũ difficile,scilicet corrigi potest .

Mollities & duricies medi. duplex.

Iuxta quod notandum est ⁊ duplex est mollities,aut durities.una est mollities aut duricies reperta in medicinis p naturam ut.v.g.mollities reperta per naturam in medicina est sicut casiafistula , & tamarindi & similia duricies uero in medicina solutiua per naturam est sicut rhabarbarum,lapis lazuli,& turbith & similia.alia dico est duricies & mollities reperta in medicinis per artem,sicut est potiones & electaria.medicina uero dura est sicut medicina solutiua approximata in substantia pilulata.modo dictum ipsius Mes. habet uerum de quacunq; medicina solutiua dura uel molli, scilicet ⁊ medicina mollis per naturam facilius est reducibilis ad actum quàm medicina dura per naturam,sicut hermodactyli,& lapis armenus,& similia . similiter etiam medicina mollis per artem citius est alterabilis à natura, & reducibilis ad actum,quàm medicina dura,sicut pilulę,similiter etiã citius præparari potest & melius.Et hęc est causa quare medicinæ liquidæ,solutiuæ dantur in mane, aut in matutinis , aut in campana diei,eo quòd possint complere operationẽ suam in hora debita,sicut ante tertiam aut in hora tertiæ cũ ualde cito alterentur à calore nostri corporis, & ad actum reducantur à calore nostri corporis quàm medicinæ molles. Deinde cum dicit .

SYL. Deinuestigãda malicia & bonitate medi.sol. per asperum

Asperum quoque à siccitate est , lene ab humiditate ob idque medicamenta purgantia : præsertim virium violentarum , sunt lenia sunt salubriora , & alia similiter : præsertim quibus & lenibus & asperis in eodem genere esse cõtingit , aspera contra. Sic colocynthis , absinthium , fumaria,elaterium , agaricus,& similia,lenia probantur , aspera improbantur.

Sed et asper et lenis sunt quædam iudicia . Etenim ANT. hoc quod siccius,illud uero humidus. Lenitas , nempe in medicinis associata, & proprie uiolẽtarum uirtutũ, ipsas ad latus incolumium declinare facit . Sed et aliis similiter et proprie quæ utroque modo sunt possibilia nasci. Asperitas uero facit cõtra.Nã et colocynthis lenis bona:aspera mala,et absinthiũ similiter, et fumus terræ,et succus cucumeris:asinini et agaricus et similia.

In parte ista Mes.docet distinguere medicinas malignas ab incolumibus per qualitates secundas sensus tactus quæ sunt asperum & lene, & dicit sic, ⁊ aspero & leni sunt quæ dã iudicia,scilicet appropriata, eo ⁊ asperitas est inæqualitas,scilicet durum corpus.Et lenitas est æqualitas,scilicet corpus molle ut ponit in tech. Gal. de signis cannæ pulmonis,durities autem est effectus siccitatis,illud uero,id est lene humidius propter oppositam causam,lenitas nempe medicinis associata & proprie uiolentarum uirtutum ipsas ad latus incolumium declinare facit, eo quòd tales medicinæ uiolentæ in sui operatione quanto sunt humidiores , tanto sunt meliores,ut ipse suprà ponebat , tales autem medicinæ sunt lenes , ideo &c. ideo tales medicinæ lenes citius obediunt præparationi quæ ab arte fit , citius etiam obediunt,aliæ similiter,scilicet medicinæ quæ non sunt uiolentæ in sui operatione supple lenitas eis associata facit eas in

columiores

colũmes,& proprie quæ sunt possibiles nasci utroq; modo scilicet cum asperitate & lenitate. sunt enim quædam medicinæ solutiuæ quæ nascuntur tantum cum asperitate sicut myrobalani,& rhabarbarum & similia, quędam etiam sunt medicinæ solutiuæ quæ nascuntur tantum cum lenitate sicut colocynthis,modo non est uerum dicere quòd medicina quæ tantum nascitur lenis sit melior medicina quæ tantum nascitur aspera,dato enim quòd colocynthis sit lenis, non est uerum dicere quod ipsa sit melior rhabarbaro & myrobalanis,qui nascuntur tantum cum asperitate, sed si aliqua medicina posset nasci cum asperitate & lenitate illa quæ ẽ lenis est melior.ita uult dicere Mes.Deinde cũ dicit,

SYL. Olfactiles.

Medicamenta bene olentia sunt salubriora, quia odor ille bonus, partes principes facultatum, ceu fontes, roborat, spiritus instaurat, & facultates animamque exhilarat, grauis contra, ob id effecta molesta, & difficilia illi succedunt.

ANT. De inuestiganda malitia & bonitate medi. solu.g odores,

Et de odoribus quidem scire debes, quòd odor bonus in medicina ipsam ad latus incolumium declinare facit,et illud ideo,quòd dilatat animam, et spiritus, et uirtutes reparat, et uirtutum mineras confortat. Grauis uero odor contrarium horum facit, et efficit cõsecutiones operationum difficilium et laboriosarum.

In ista parte docet distinguere medicinas malignas ab incolumibus per qualitates secundas sensus odoratus. Et dicit scire debes quòd odor bonus, scilicet aromaticus in medicina ipsam ad latus incolumium declinare facit, eo ꝙ talis odor facit quòd medicina cum maiori delectatione assumitur,modo sicut cibus magis iuuat quando cum delectatione assumitur dato quòd sit parum deterior quodam alio,eo quòd magis à stomacho amplectitur, & amplexus retinetur,& per consequens melius digeritur. ita eodem modo conuenit de medicina quòd quando est in odore cõueniens & aromatica,magis cum delectatione accipitur. magis etiam retinetur, ut etiam calor naturalis stomachi possit in ipsam perfecte agere secundum quod docet, & ideò reddit causam dicti,& illud ideo quòd pro quia dilatat animam,id est uirtutem animæ,uel animam,id est calorem naturalem qui est animæ instrumentum. hoc est quod dicit & spiritus & uirtutes reparat confortando, scilicet mẽbra quæ sunt earum principia, & hoc est quod dicit, & uirtutũ mineras cõfortat,& ratio est eo quòd omnis medicina odorifera est aromatica,ut Auer.ponit.v.sui colliget.omnis autem medicina aromatica est cordialis,ut Auic.ponit. 3.cano.fen.2.cap.de canonibus uniuersalibus in curatione ægritudinum cordis,modo si confortat cor, per consequens cõfortat alia membra principalia confortando mineram uirtutum. Et hoc habet uerum siue illa medicina sit odorifera per naturam,sicut rhabarbarum & absinthium & myrobalani & similia,siue ipsa sit odorifera per artem, sicut quando cum medicina pilulata admiscentur species boni odoris.& propterea quando quis assumpsit aliquam medicinam solutiuam liquidam in qua non fuit aliqua medicina odorifera, infirmus eam abhorret statim,& ideo est conueniens dare puluerem specierum aromaticarum, tunc enim infirmus sentiet odorem specierum quæ sunt supra medicinam qui est odor bonus,& non sentit odorem medicinæ. Grauis uero &c.notum est. Deinde cum dicit.

Ampliatio dicti Mes.

SYL. Gustatiles sapores tẽperamentum certius indicant quã odores colores li. 4. simp. Effecta saporũ seu temperamẽtorũ. quæ ipsi sapores sequuntur. ANT.

Sapor autem præter cætera obseruandus in iudicando medicamento purgante salubri, aut insalubri. Nam hic medicamenti virtutem immutat & modice diuersam facit:hoc autem loco de saporibus tantum nobis est dicendũ, quantum ad discernendum medicamentum bonum a malo pertineat, quatenus scilicet eos propriæ quædam & puræ dispositiones omnino consequantur.

Inquit Heben.Mes.iudicia quidem,quę sunt de esse saporum magis sunt apud me super inuestiganda malitia et bonitate medicinarum solutionem facientiũ. Immutant enim earum uirtutes ad modicum diuertẽtes,et competit hic loqui tantum de saporibus quantũ ad eorum iudicia pertinet super cognoscenda malignitate et bonitate ipsarum, prout est ab eis consecutio dispositionum propriarum pura.

Contiatio.

Postquam Io.Mes.docuit per quatuor dispositiones distinguere medicinas solutiuas malignas ab incolumitatibus,scilicet per dispositiones sumptas ex parte substantiæ, & ex parte cõplexionis.Similiter etiam per qualitates secundas in medicinis repertas quæ sumuntur à tactu & quæ comprehenduntur per odoratum.

In parte ista docet etiam eas distinguere abinuicẽ per qualitates secundas quæ comprehenduntur per gustum, docens,scilicet ex saporibus distinguere medicinas solutiuas malignas ab incolumibus, & primo proponit quod intendit secundo exequitur.secunda ibi. Verbi gratia, Dicit sic de prima parte.Iudicia quidem sumuntur de esse saporum, id est quæ sumuntur à speciebus & diuersitatibus saporum uolendo ex eis significare super tales medicinas malignas & incolumes,magis,id est necessaria sunt. imitatur enim, scilicet sapor uirtutem earum,scilicet medicinarum soluti uarum,& ad modicum, id est secundum modicum diuertentes,scilicet earum iudicia.prout,id est quæ propria est huic libro. Hinc sunt duo attendenda Primum est quòd Mes. in his uerbis ponit suum dictum,& causam sui dicti.dictum est hoc, quòd ipse modo intendit inquirere complexionẽ uirtutum & operationum medicinarum,& præcipue solutiuarum.Causam dicti ponit,cum dicit quòd maxime sequuntur bonitatem & malitiam medicinarum solutiuarum, sunt enim ipsi sapores maxime annexi complexionibus mistorum,& magis annexi quàm colores & odor, & cum sapor ipse sit sequela complexionis sicut ponit Arist.in lib. de sensu & sensato.Auer.etiam in suo tractatu de sensu & sensato,dato enim quòd sapores sint sic secundæ qualitates sicut colores & odores,tamen magis immediate sequuntur cõplexionẽ misti quàm colores et odores, & propter aliud, nam sicut ponit Gal.de simplici medicina sicut sapores ipsi habent iudicare de his quæ corpori sunt similia, ita indicãt de his quæ corpori sunt contraria,modo cum medicinæ solutiuæ attrahendo sint corpori contrariæ, hinc est quòd de eis debemus iudicare per sapores,quare de eis determinandum.Secundo est notandum quòd duplex est cognitio de saporibus.una est cognitio secundum se in qua explicatur qualiter generatur in rebus mistis eiusdem etiam complexionis,alia est cognitio de saporibus, ita ut ex eis cognitis iudicentur complexiones in rebus, & talem cognitionem tradit nobis Gal.in.iii.&.4.de simplici medicina.Et adhuc ista est duplex,una est ut in generali cognoscamus complexiones quarumcunque rerum ex talibus saporibus siue sint cibi siue medicinæ euacuatiuæ siue alteratiuæ. Et hoc præcipue facit in tertio & quarto de simplici medicina. Alia est cognitio saporum talium ut ex eis cognoscamus complexionem solum medicinarum solutiuarum, unam etiã ab alia diuidendo per bonitatem & malitiam in ea repertam, adeptam ex sapore.modo Mes. tradens nobis cognitionẽ saporum,non tradit nobis de eis cognitionem saporũ, nec primam nec secundam,sed tertiam docens, scilicet ex saporibus cognoscere complexionem & bonitatem & malitiã medicinarum non quarumcunque sed solutiuarum.Et ideo ad hoc aduertens dixit hæc uerba,ut per talia uerba daret intelligere quis esset modus cognitionis medicinarum ex saporibus quam hic uult tradere. Deinde cum dicit.

Cogit saporiplex.

Acre enim medicamentum facile inflammatur,mordet, penetrat, aperit,vrit,vlcerat,flatus dissipat,tenuat,incidit,separat, resoluit, è longinquo attrahit, siccat, emaciat, sitim facit.

SYL.

Verbi gratia.Acutum est facile inflammabile, mordicatiuum,penetratiuum, adustiuum, excoriatiuum, aperitiuum,carminatiuum uentositatum,exiccatiuum faciens sitim,extenuatiuum,incisiuum, subtiliatiuum, diuisiuum,attractiuum,à longinquo resolutiuum.

ANT.

In parte ista docet exemplo nos cognoscere per sapores uirtutes & operationes medicinarum, earum malignitatẽ & incolumitatem.Et primo facit hoc. Secundo concludit ex

ex dictis quoddam documentum artificiale. secunda ibi. Quare scire oportet.Prima in duas. Primo ponit operationes & uirtutes ipsorum saporum.Secundo per hos sapores docet distinguere laudabiles à malignis.Secũda ibi.Et debes scire.Prima pars habet partes octo. nam secundum quòd ponit Sera.in suo de simplicibus sermone. Secundo, sapores repertis in rebus sunt tantum octo. extrahens hoc ex dictis Gal.in.4.de simplici me.f. sapor acutus,sapor amarus,sapor salsus,sapor unctuosus,sapor dulcis, sapor styptic⁹ siue ponticus,sapor insipidus,& sapor acetosus.Et ideo Ioan.Mes.8.facit. Primo enim ostendit uirtutes & operationes saporis acuti. Secundo ostendit operationes & uirtutes saporis amari.Tertio ostẽdit operationes & uirtutes salsi.Quarto unctuosi.Quinto dulcis.Sexto styptici & pontici simul.Septimo insipidi.Octauo & ultimo ostendit operationes & uirtutes saporis acetosi. secunda ibi. Amarum autem.tertia ibi.Salsum uero.quarta ibi .Vnctuositas quoque.quinta ibi.Dulce autem.sexta ibi.Insipidum uero. septima ibi.Stipticum uero.octaua ibi.Acetosum quid. Primã diuidere possumus in duas si uolumus. Primo enim ponit operationes saporis acuti. Secundo ponit eius uirtutẽ siue posse.secũda ibi.& ponit operationem suam. Antequã ueniamus ad expositionem huius literæ scire oportet, ut sumitur ex dictis Gal.in.4.de simplici med.dist.iiii.primo ca. quòd sapor acutus inter omnes sapores fundatur in re subtilis substantiæ igneæ, & etiam est inter omnes calidioris complexionis,& hoc ipse probat authoritate Ari.& Theophrasti.Hoc etiam probat per usum communiter omnium nam non est aliquis qui cognoscens & sentiens saporem acutum non dicat quòd sapor acutus est qui approximatus linguæ,non solum linguam exurit & mordicat, imo etiam si ad omnes alias sẽsibiles partes approximetur,urit & mordicat,& perfecte calefacit,sicut est piper,cœpe,scilla, & similia.Ponit etiam Gal.in sequenti cap.eiusdem summæ, ꝙ iste sapor fundatur aut in substãtia ignea sicca, aut in substãtia aquea humida,in substancia sicca ignea est sicut euphorbium,scamonea,mezereon.& istæ medicinæ sic acutæ raro aut nunquam corpori sunt exhibiles,sed sunt quædam medicinæ aut res acutæ,secundo modo fundatæ.sin substantia aquea humida,quæ bene sunt corpori exhibiles ,sicut est allium,cæpe,& porrum,licet autem omnes res acutæ sint ualde calidę nostro corpori approximatæ,tamen res acuta fundata in substantia sicca acuta,adhuc calidior est re acuta in sapore fundata in substantia aquea humida,& ex his poterit satis apparere ratio & causa eorum,quæ hic dicũtur à Mes. & operationibus & uirtutibus saporis acuti. Dicit ergo sic uerbi gratia acutum.i.res in sapore acuta, est facile inflãmabile.causa est,eo quòd res acuta est res subtilis substantiæ & calidæ,tale autẽ est facile inflammabile, uel eo quòd res acuta est cito reducibilis ad actum à calore nostri corporis propter subtilitatem suæ substãtiæ,uel etiam inflãmabile scilicet in potentia actiua,eo quòd faciliter res in sapore acuta inflammat membrum, & præcipue res acuta fundata in substantia sicca ignea,mordicatiuum, eo quòd omnis res subtilis substantiæ est mordicatiua,penetratiuum,ratione suæ substantiæ subtilis,adustiuum,eo quòd de ratione fortis caliditatis est adurere, & ideò secundum naturam & substantiam in qua fundatur scilicet maiorem aut minorem eius acuitatem inducit ustionem & mordicationem & similia,nam res acuta parum fundata præcipue in substantia humida aquea bene mordicat,sed non urit, neque excoriat sed res multũ acuta & præcipue fundata in substantia ignea sicca bene urit,& ulcerat & excoriat,excoriatiuum scilicet cutis aperitiuum,scilicet uiarum,carminatiuum uentositatum scilicet propter resolutionem uehemẽtem cum res talis sit uehementer calida,exiccatiuum, propter eius uehementem caliditatem,& quia,quãdo res acuti saporis in substantia est sicca,faciens sitim, consumendo scilicet humidũ subtile quod est in ore stomachi.extenuatiuum, propter ẽt consumptionem humidi à nostro corpore. incẽsiuum scilicet humorum uiscosorum propter caliditatem eius & subtilitatem suæ substantiæ,& subtiliatiuum, scilicet crassorũ humorum diuisiuum scilicet uiscosorum humorum,attracti uum, à longinquo propter uehementem eius calorem.resolutiuum propter similem causam. Deinde cum dicit.

A

SYL.

Ob hæc omnia cito & ualenter agit, & sua tenui essentia amarum medicamentum,et cætera imbecilliter,aut tarde purgantia,celerat,& purgantiora reddit.

ANT.

Et ponit operationem suam citam & fortem & est cum subtili substantia confortatiuum amari & omniũ debiliter & tarde soluentium.

Virtutes & operationes saporis amari.

Hic explicat eius uirtutes seu posse.f.saporis aceti operationem suam citam, ratione suæ substantiæ subtilis cito penetrat,unde cito operatur suum effectum & fortem, eo ꝙ de se est forte in caliditate,uel potest dici ꝙ ponit operationem suam citam & fortem respectu nostri corporis, eo ꝙ faciliter reducitur ad actum à calore nostri corporis ratione suæ subtilis substantiæ, & est cum subtili substantia .i. ex parte suæ substantiæ.confortatiuum amari, eo ꝙ amarũ sit pigrum & tardum in operatione ratione substantiæ terrestris in qua fundatur,ideo res in sapore acuta ei admista, ipsam rem amaram subtiliantis facit ipsam cito operari, & res in sapore acuta est calidior in sapore amara; & ideo ei admista confortat rem amaram in sui calore.

B

SYL. Amarũ.

Amarum autem siccat,consumit,ulcerat, aperit orificia uenarum,hæmorrhagiam mouet,à putredine uindicat, terget,incidit,torminosum est,conturbat,resoluit,attrahit sed tardius quam acres flatus dissipat, sitim excitat.

ANT.

Amarum autem est deficcatiuum consumptiuum faciens sitim,aperitiuum orificiorum uenarum,præseruatiuum à putrefactione, attractiuum, tardius tamen quam acutum,absterſiuum,resolutiuum,incisiuum faciens fluere sanguinem,carminatiuum ventositatum.

In parte ista Mes.ponit uirtutes & operationes saporis amari, & primo ponit eius uirtutes. Secundo ponit eius operationes seu posse. secunda ibi. & ponit operationem suam. Propter primum est sciendum ut uideamus causam eorum quæ dicuntur in litera,Nam ut ponit G.iiii. de simpli.medi.summa.4.primo cap.& etiam .2. sapor amarus est post saporem acutum in caliditate,uerum est tamẽ quòd ipse dicit in.3.summa,quòd duplex est sapor amarus,hoc etiã ponit Auer.ca. de modo cognitionis uirtutum medicinarum ex saporibus.Vnus est qui generatur ex ustione partiũ terrestrium,subtilium,sicut quando res dulces fiunt amaræ. hoc enim est per ustionem partium terrestrium subtilium quæ in eis sunt.sicut quando mel ex temporis diuturnitate in amaritudinem conuertitur. sicut etiam contingit de fructibus quando sunt dulces, & postea in processu temporis fiunt amari,sicut contingit de amygdala dulci quando fit rãcida.Alius est sapor amarus qui generatur ex uehemẽti & forti congelatione facta à frigido, sicut est opium quod in sapore est amarum,& est ualde frigidũ sicut ponit Auerr.in v.sui collectorii,hoc etiam modo contingit in fructibus antequã perueniant ad debitam maturitatem.primo, scilicet fiunt amari,postea pontici,postea styptici,postea acetosi,& postea dulces,sicut isto modo est glans,aut castanea. Modo primus sapor in complexione est ualde calidus. Secundus autem est frigidus. Ideo Mes.de primo sapore amaro hic intelligit,& non de secundo,quod apparet,eo ꝙ tales operationes quas explicat hic Mes.non competunt sapori amaro secundo modo dicto,nõ enim est uerum dicere de opio quòd sit aperitiuum,imo est oppilatiuum, similiter non est etiam cõsumptiuum,& sic de aliis.loquitur hic ergo de primo sapore amaro, qui est ualde calidæ complexionis post acutum,generatur enim per solam ustionem partium terrestrium subtilium,quare oportet quòd ustio in eo suum effectum relinquat qui est caliditas, & ideo iste sapor in complexione actiuarum est calidus,& in complexione passiuarum est siccus,nam iste sapor habet duas conditiones propter quas in eo est humiditas. Vna est, quia non nutrit aliquod animal,eo quòd nutricatio fit ex re aliquantulum delectabili,modo ex amaro puro præcipue non delectantur animalia.hoc autem non est nutritiuum,quia in eo non est humiditas,quæ sit materia nutrimenti, & ideo non nutrit,

Saporamarus duplex.

D

&

& pp alind,in eo nõ eſt humiditas,eo q̃ res amara alias res à putrefactione præſeruat,& etiam ſeipſam, unde in ea nunquàm generantur uermes,& ideo in ea non eſt materia putredinis, talis autẽ materia eſt humiditas,& ideo iſte ſapor in complexione eſt ſiccus priuatus humiditate & præcipue ſuperflua,tamẽ non fundatur in ſubſtantia ſicca ignea,quia in tali fundatur res acuta,ſed fundatur in ſiccitate terreſtri ſubtiliata per aduſtionem, ut conuenit in re cineritia, ex hoc ſtatim apparet ratio eorum quæ dicuntur in litera, & dicit,Amarum autem eſt deficcatiuum,conſumptiuũ, quod contingit propter caliditatem & ſiccitatem quæ eſt in eo, unde reſoluit humiditates in quibus eſt faciens ſitim per id quod operatur circa os ſtomachi de conſumptione humiditatum,& præcipue ſubtilium ipſius. Aperitiuum orificiorum uenarum. quod contingit propter caliditatem, & ſiccitatem fundatam in ſubſtantia terreſtri ſubtili. Præſeruatiuum à putredinẽ,quod contingit,quia conſumit ſua caliditate humiditates quæ ſunt materia putredinis, & de ſe nõ aptum putredini,imo ei contrariatur,ut dictum eſt. Attractiuum quod contingit ratione caliditatis quæ in eo eſt fortis,unde attrahit ponendo in re ipſa uacuitatem, tardius tamen,ſcilicet attrahit quàm acutum,eo quòd acutum eſt magis ſubtile in ſuis partibus quàm amarum,& ideo ſubtilitate citius operatur & penetrat in partes membri quàm amarum cum ſit fundatum in ſubſtantia terreſtri, tamen dum ipſum amarum operatur, non minus operatur cum duratiua operatione quàm acutum,immo magis perdurat, eo quòd tardius à membro reſoluitur amarum quàm acutũ. Abſterſiuum,reſolutiuum notum eſt.Inciſiuum uel diuiſiuũ quod contingit ſui ſubtilitate & caliditate. Faciens tortiones, quoniam natat in ſtomacho.aut etiam quia eleuat ſua caliditate uentoſitatem ab humiditate ſtomachi,& naturali inteſtinorum,unde inducit tortiones,& per hoc etiam eſt cõturbatiuum uẽtris,quia poteſt inducere fluxum uentris, unde hoc modo eum cõturbat.Excoriatiuum ratione,ſcilicet ſuæ ſubſtantiæ acutæ & terreſtris quæ eſt in eo,unde in mẽbris figitur,& ſui acuitate & caliditate excoriat in eis retẽtum diu,unde multo tempore perdurat ſua excoriatio,ſicut hoc modo nos dicimus quòd cholera zinaria, ſeu fel nigrũ plus facit in dyſenteria in excoriatione quã faciat cholera rubea, etiã dato,q̃ cholera rubea ſui ſubtilitate citius excoriet. nam fel nigrum ſeu cholera zinaria ſui terreſtreitate magis inteſtinis infigitur & tardius reſoluitur,quod non contingit de cholera rubea.& ideo dyſenteria quæ inchoat à felle nigro ſeu à cholera zinaria magis perdurat omnibus aliis,faciens fluere ſanguinem, quod contingit propter excoriationem quam inducit in membris, carminatiuum uentoſitatum, eo quòd ſui uehementi caliditate eas reſoluit.

Deinde cum dicit.

SYL. *Valenter agit, ſed tarde, ſuaque craſſa ſubſtantia acre obtundit.*

ANT. Et ponit operationem ſuam tardam & fortẽ, & eſt cum craſſa ſubſtantia repreſsiuum acuti.

Ponit modo eius poſſe ſiue uirtutem,& dicit ſic. Et ponit eius operationem fortem & tardam, ſcilicet reſpectu acuti; eo quòd non ſic cito operatur ſicut acutum, quia eo eſt craſsius,ſed cum operatur fortiter operatur ratione ſuæ magnæ adhærentiæ aut fixionis, quam facit in membris & cum craſſa ſubſtantia repreſsiuum acuti,& per conſequens eſt tardatiuum operationis ipſius propter ſuæ ſubſtantiæ, tereſtreitatem, non tamen intelligimus, quòd ſit repreſsiuum acuti ratione complexionis,eo quòd utruque eſt calidum, unde unum ab alio non reprimitur in caliditate.

Deinde cum dicit.

SYL. Salſum. *Salſum uero incidit,terget,tenuat,liquat,mordet,à putredine vindicat,conturbat,ſubuertit ventriculum, & ad vomitum impellit,ſiccat,ſitim excitat,aſperat, & purgat radendo:aperit,& hæc omnia opera imbecillia & tarda efficit,ob hæc,ſuamq; mediocrem ſubſtantiam, omnia imbecilliter,& tarde ſoluentia roborat.*

ANT. Salſum uero eſt inciſiuum,& abſterſiuum,ſubtiliati uum,liquefactiuum, mordicatiuum, præſeruatiuum à putrefactione,conturbatiuum,ſubuerſiuum, præparãs ad vomitum, cxiccatiuum, faciens ſitim, exaſperatiuum,mundificatiuum cum abraſione, aperituum, & ponit operationem ſuam tardam & debilem,& eſt cũ mediocri ſubſtantia,& eſt confortatiuum omnium debiliter & tarde ſoluentium.

In parte iſta Meſ.ponit operationes, & poſſe ſaporis ſalſi. propter quod eſt aduertendum,ut ſumitur ex dictis Gal. in.iiij.de ſimplici medi.ſumma.iiij.c.eo.ponit etiam Ioan. filius Sera.ſecundo ſermone primi lib.ſapor ſalſus poſt amarum eſt in caliditate & ſiccitate,nam ſapor ſalſus generatur quando cum re amara ſicca permiſceetur aqueitas,ſicut quando cinis aut calx quæ in ſapore amara ſunt,permiſcentur aqueitati,amaritudo maior quæ erat primo in cinere & calce fit per miſtionem aquæ,miſtio enim aquæ cum eis remittit earum acuitatem & adueſtionem,unde fit ſalſedo in eis, ſicut cõtingit de aqua marina.ſed aqua fluminis ſi occurrat ipſi calx aut cinis,ipſe ponit ibi amaritudinẽ, quare magis eſt amara in ſapore quàm aqua maris, quia magis in ea abũdãt partes terreſtres aduſtæ quàm in aqua marina,& ideo licet ſapor ſalſus & amarus ſint eiuſdem complexionis calidę in genere,non tamẽ ſapor ſalſus eſt tantæ caliditatis,ſicut amarus,eo quòd caliditas ſaporis ſalſi remittitur ex partibus aqueis ſibi admiſtis.Similiter etiam non eſt ſic ſuccus, ſicut ſapor amarus propter humiditatem aqueam ſibi admiſtam, etiam ſubſtantia amari eſt ſubtilis uſta,ſubſtantia autem ſalſi eſt magis craſſa,& ideò apparet quòd hi duo ſapores ſolũ differunt ſecundũ magis & minus in caliditate, & ſiccitate, & ideo operationes iſtæ ſaporis ſalſi multũ aſsimilãtur operationibus ſaporis amari,dicit ergo ſic.Salſum uero eſt inciſiuum,& hoc contingit caliditate, & ſubtilitate ſuę ſubſtãtiæ.Abſterſiuum propter ſimilem cauſam. Subtiliatiũ propter conſumptionem humiditatis madefactiuæ, liquefactiuum ſui caliditate & nõ humiditate pauca quam habet,præſeruatiuum à putredine,quia ipſum eſt conſumptiuum humiditatum quæ ſunt cauſæ putredinis,multum etiam ſe preſeruat à putredine & etiam alia corpora. Conturbatiuum, ſcilicet ſtomachi mordicando ipſum,aut etiam attrahendo ad ipſũ humiditates malas ſui caliditate, & præcipue hoc habet uerum,quando de eo aſſumitur in multa quantitate, quia ſi ipſum aſſumatur in pauca quantitate eſt confortatiuum cum ipſum ſit ualde guſtui delectabile, facit enim res apias,id eſt ſine ſapore,oxycratas,id eſt ſaporales guſtui delectabiles: Præparans ad uomitum eo quòd incitat ſtomachum ad uomitum debilitando ipſum & os ipſius,mordicãdo ipſum:Exiccatiuum notum eſt,faciens ſitim propter ſiccitatem quam inducit in ore ſtomachi, unde quando aliqui uolũt bene bibere,multũ de rebus ſalitis accipiunt in eſu. Exaſperatiuum propter inęqualitatem quam inducit in mẽbro,& mordicatiuum cum abraſione propter ſui ſiccitatem & aliqualem acuitatem quam habet: Aperitiuum, ſcilicet uiarum ſui acuitate,& aliquali ſubtilitate quã habet, & ponit operationem ſuam tardam, ſcilicet in comparatione ad amarum,& hoc contingit propter ſui partes terreſtres craſſas quas habet,unde tarde operatur debiliter, propter partes aqueas quæ ſunt in eo remittentes eius partes uſtas: Et eſt cum mediocri ſubſtantia,eo quod eſt medium inter ſubſtantiam terreſtrem & aqueam, & eſt confortatiuum omnium debiliter & tarde ſoluentium,& hoc habet uerum inquantum medicinæ ſolutiuæ tarde ſoluunt exoluendo, eo quòd iſte ſapor ſalſus pungendo & mordicando inteſtina, ſtimulat ea ad expulſionem,non autem dicitur confortatiuum debiliter & tarde ſoluentium, inquantum medicinæ ſolutiuæ attrahunt. Deinde cum dicit.

SYL. Pingu. *Vnctuoſum item lenit,lubricat,laxat,mollit, abominabile eſt,& nauſeabundum, flatus gignit,obſtruit. Hæc omnia imbecilliter & tarde perficit,ſuaq; mediocri ſubſtantia acre,amarum,ſalſum reprimit.*

ANT. Virtutes & operationes ſaporis unctuoſi. Vnctuoſitas quoq; eſt lenitiua,ſubrubificatiua,relaxatiua,mollificatiua,abominatiua, nauſeatiua,uentoſitatum

tatum generatiua, oppilatiua, & ponit operationem ſuam tardam,debilem,& eſt cum mediocri ſubſtantia repreſsiua acuti,& amari,& ſalſi.

In parte iſta Meſ.ponit uirtutes & operationes ſaporis unctuoſi,propter quod eſt aduertendum, ut ſumitur ex dictis Gal.in.iii.& iiii.&.v.de ſimplici medici. ponit etiam Io.filius Sera.ſermone ſecundo primi lib.ſapor unctuoſus eſt naturæ aqueæ & aereæ non excedens in caliditate, ſed habens temperatam caliditatem uel modicam, tamen multum humidus eſt & ratione aquæ & aeris in eo exiſtentis quæ ambo ſunt humida,eſt etiam multum lenis propter aerem qui in eo exiſtit,& ex hoc ſtatim apparet ratio & cauſa eorum quæ dicuntur.Dicit ergo. Vnctuoſitas quoq;, id eſt res unctuoſa eſt lenificatiua,mollificatiua, labificatiua, quod totum contingit propter humiditatem aqueam quæ eſt in ea:Relaxatiua propter humiditatem aqueam & aeream ſimul,unde habet relaxare ſicut ſiccitas habet corrugare.Abominatiua & nauſeatiua eo,quòd ſui pingui & unctuoſa humiditate mollificat os ſtomachi unde abominationem facit, uentoſitatum generatiua propter humiditatem quæ non eſt cum forti caliditate reſoluente: oppilatiua propter humiditatem eius,& ponit operationem ſuam tardam & debilem,propter caliditatem debilem quæ in ea eſt, unde hæc eſt res magis apta nata pati quàm agere, & eſt cum mediocri ſubſtantia repreſsiua acuti,amari,& ſalſi, ſimiliter etiam humectat earum ſiccam ſubſtantiam, & ideo medici uolentes exhibere has medicinas ſolutiuas & præcipue fortes,ſicut eſt ſcamonea, mezereon,& cataputia, miſcent cum eis oleum uiolarum, aut oleum amygdalarum dulcium. Deinde cum dicit.

SYL. Dulcis. *Dulce lauat,lenit,obſtruit, flatulentum eſt: omnia autem hæc præſtat imbecilliter,nec cito,nec tarde, ſed in horum medio,acre autem,amarum,ſalſum,quoque reprimit ſed inſipidum roborat.*

ANT. Virtutes & operationes ſaporis dulcis. Dulce autem eſt lauatiuum,lenitiuum,oppilatiuum uentoſum,& ponit operationem ſuam debilem, & inter citam & tardam mediocrem, & eſt cum mediocri ſubſtantia repreſsiuum acuti,amari,& acetoſi, & confortatiuum inſipidi.

In parte iſta Meſ.ponit uirtutes & operationes ſaporis dulcis,propter quod eſt aduertendum ut ponit G.in.iii.&. iiii.de ſimpli.medi.ponit etiam Io. filius Sera. loco præallegato, ſapor dulcis eſt ſubſtantiæ æqualis temperatus in humi.& ſic.declinans tamen ad humiditatem habens etiam temperatum calorem, quod apparet, nã uidemus quòd res dum perueniunt ad perfectam & temperatam decoctionẽ fiunt dulces ſicut apparet in fructibus,ſicut etiam ſi perueniant ad ſuperfluam decoctionem ſunt amaræ ſicut & quando res non ſunt perfectę decoctæ non ſunt dulces, & ideo res perfectę decocta & temperata exiſtens dulcis eſt calore temperata,licet ſapor dulcis ratione ſaporis declinet ad caliditatem & humiditatem, hoc ergo uiſo apparet ratio eorum quæ dicit in litera. Dicit ergo. dulce autem eſt lenitiuum,lauatiuum,& hoc habet ſui humiditate,oppilatiuũ, hoc etiam habet propter ſui humiditatem, & ex alio eſt oppilatiuum,eo quòd citius attrahitur ab hepate indigeſtum à ſtomacho propter ſui dulcedinem, eo quod hepar ualde delectatur in dulcibus,unde dulcia quàm plurimũ eleuãt, id eſt oppilant ſplenem & hepar,ut ponit Gal. xiii. Therapenticæ,& propter hanc cauſam ponit Hip.& commentator in tertio acu.quòd uinum dulce eſt oppilatiuum,generatiuum uentoſitatum,quia non excedit in calore, & eſt ẽt humidum, & ponit operationem ſuam debilem, eo quòd iſte ſapor dulcis eſt ualde amicus naturæ, unde non agit contra naturam,& ideo medi.ſol. quæ in ſapore eſt dulcis facit ſuam operationem ualde debiliter, & præterea cum medi ſolu.effrenibus admiſcentur medicinæ dulces, ut ſcilicet iſtæ medi.effrenes fiant magis benignæ & amicæ naturæ ita ut ex eis non fiat operatio quæ ſit egrediens naturam, & inter citam & tardam &c. notum eſt, repreſsiuum acuti & amari & ſalſi,non tamẽ ita ſicut inſipidum,eo quòd inſipidum eſt frigidius dulci, cõfortatiuum inſipidi, eo q̃ inſipidum eſt frigidius. Deinde cum dicit.

SYL. Inſipidi. *Inſipidum deniq; lubricat,flatulentum eſt,obſtruit, denſat,congelat,calorem extinguit,& hæc omnia tarde, & debiliter, ſua tamen ſubſtantia mediocri,acre,amarum, ſalſum,acidum,reprimit.*

Inſipidum uero eſt lubrificatiuum, uentoſum, extinctiuum,oppilatiuum,& inſpiſſatiuum,& ponit operationem ſuam tardam & debilem, & eſt cũ mediocri ſubſtantia repreſsiuum,acuti,amari,ſalſi, & acetoſi.

In parte iſta Meſ.ponit uirtutes & operationes ſaporis inſipidi,& dicit ſic,propter quod aduertendum q̃ ſicut ponit Sera.loco præal.ſapor inſipidus eſt ſubſtantiæ aqueæ & complexionis frigidæ,& ratio eſt,quia talis ſapor eſt in re quæ non habuit perfectam decoctionem, hoc autem habet plus frigiditatis,eſt etiam humidæ complexionis propter aquoſitatem quæ eſt in eo, non miſtam debite cum ſuo ſicco terreo,unde dicit Serapio, quòd res inſipidæ ſunt aquoſæ ſicut & aqua inſipida eſt,unde tales res inſipidæ in complexione ſunt frigidæ & humidæ, & ex his apparet ſtatim ratio eorum quæ dicuntur in litera.Dicit ergo. Inſipidum uero eſt lubrificatiuum,uentoſum,extinctiuum, ſcilicet caliditatis quod totum contingit propter eius frigiditatẽ & humiditatem aqueam, oppilatiuum, nam cum ſit naturæ aqueæ transeundo moratur ſicut aqua, inſpiſſatiuum propter frig. & ponit operationem ſuam tardam & debilem propter frig. & humiditatem ſuam,& eſt cum mediocri ſubſtantia repreſsiuum acuti,amari,& ſalſi,eo quòd eſt naturæ aqueæ, aqua cum ſit inſipida remittit omnem ſaporem excedentem, eſt enim ſapor inſipidus ſicut priuatio omnium ſaporum, priuatio autem remittit omnem habitum illius priuationis, ideo etiam hic ſapor remittit omnem excellentem ſaporẽ & ſuum contrarium. Deinde cum dicit.

SYL. Acerbi, austeri. *Stipticum intro cogit,denſat, repellit, roborat, diuiſa glutinat,tarde & imbecilliter agit, ſuaq; ſubſtantia craſſa prædicta omnia obtundit, quibus acre, ꝛ amarum, ꝛ & ſalſum vires addunt.*

ANT. Stipticum quoq; eſt coadunatiuum,accentratiuum, confortatiuum,conſolidatiuum,inſpiſſatiuum, & ponit operationem ſuam tardam & debilem, & eſt cum craſſa ſubſtantia repreſsiuum omnium quæ diximus,ſicut acutum & ſalſum confortatiuum.

In parte iſta ponit Meſ. uirtutes & operationes ſaporis ſtyptici & pontici & ponit ſic,propter quod aduertendum ut ponit Gal.in.ii.de ſimpl. medic.iii.ca. ponit etiã Serap. ſermone.ii.primi lib.præal.cap. ſapor ſtipticus eſt frigidæ & ſic. complexionis, fundatur enim in ſubſtantia terreſtri craſſa ualde,& per hoc differt à ſapore amaro, eo q̃ licet uterq; ſit ſiccæ complexionis,tamen unus eſt cum caliditate, ut ſapor amarus, alius eſt cum frigiditate, ut ſapor ſtipticus,differunt etiam in alio, eo quòd ſapor ſtypticus fundatur in ſubſtantia terreſtri craſſa nec uſta nec incinerata, ſed congelata ut ita loquar, ſed ſapor amarus fundatur in ſubſtantia terreſtri ſubtili uſta,& per hoc conuenit in complexione ſapor ſtipticus cum pontico,quia uterq; eſt frigidæ & ſic.complexionis,licet ponticus ſit maioris ſtipticitatis & craſsitiei quàm ſapor ſtipticus.Dicit ergo ſic. Stipticum uero coadunatiuum.ſ.humorum & ſpirituum, & etiã membrorum, & hoc facit propter ſufficientem frigiditatẽ & terreſtreitatem,& inſpiſſatiuum notum eſt,& ponit operationem ſuam tardam & debilem propter ſui ſubſtantiæ craſsitiem & terreſtrem,& eſt cum craſſa ſubſtantia repreſsiuum omnium quæ diximus, eo q̃ habet coadunare ſpiritum & uirtutẽ in membro,quæ quidẽ diſtinguitur ab amaro,acuto,& ſalſo,& ideo auctores medicinis ſolu.acutis & amaris miſcent medicinas ſtypticas,ut coadunent mẽbra, ſicut acutum & ſalſum confortatiuum .ſ. amari & inſipidi non intelligendo q̃ſit confortatiuum membrorum .ſ.eo modo qui dictus eſt. Deinde cum dicit.

SYL. Acidi. *Acidum penetrat,aperit,incidit, diuidit, tenuat, tergetdenſa,aſperat,extinguit calorem,cito agit hæc opera,*

ſed

ſed in medio ualentium, & imbecillium eſt, ſua deniq; ſubſtantia tenui acre obtundit, dulci & inſipido vigorē addit.

ANT. Acetoſum quidem eſt penetratiuum, aperitiuum, inciſiuum, diuiſiuum, ſubtiliatiuum, inſpiſſatiuum, exaſperatiuum, abſterſiuum, & extinctiuum, & ponit operationem ſuam cito & mediocrem inter fortem & debilem, & eſt cum ſubtili ſubſtantia repreſsiuum acuti & confortatiuum dulcis & inſipidi.

In parte iſta Meſ. ponit uirtutes & operationes ſaporis acetoſi, propter quod aduertendum quòd ſapor acetoſus ē frigidæ & humidæ complexionis, ut Gal. ponit quarto de ſimplici medicina. i. c. ii. ſummæ, & propter ſubſtantiam aqueam indigeſtam quæ eſt cum eo ſubtilis ſubſtantiæ, & etiam mordicat propter ſui frigiditatem, mordicatio enim poteſt fieri à calido & frigido, ut ponit Gal. ibidem, unde ſicut ſapor acutus ſui caliditate mordicat, ita iſte ſapor acetoſus ſui frigiditate mordicat & ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ. Eſt tamen aduertendum q̄ duplex eſt ſapor acetoſus, quidam eſt ſapor acetoſus ſimplex, ſicut ſapor agreſtę quando appropinquat maturitati, & etiam ſicut ſapor herbæ quæ acetoſa dicitur, alius eſt ſapor acetoſus qui ſimplex non dicitur, & iſte eſt ſapor acetoſus qui dicitur ſapor acris qui acumine participat, ſicut eſt ſapor aceti, modo primus ſapor acetoſus fundatur in ſubſtantia frigida aquea non digeſta nec bene permiſta cum ſicco terreo, unde quanto plus procedit eius permiſtio tanto magis appropinquat dulcedini, ſed ſecundus ſapor acetoſus nō ſolum fundatur in ſubſtantia frigida aquea, ſed etiam fundatur in ſubſtātia ignea, unde habet aliquas partes ſubtiles & illas propter putredinem quæ eſt in eo dum ex dulci ad acetoſum permutatur. modo Meſ. loquitur hic de primo ſapore acetoſo, non de ſecundo, eo q̄ hæ medicinæ non bene poſſunt applicari acetoſo dicto ſecundo modo, dicit ergo ſic, acetoſum: quidem eſt penetratiuum, & hoc habet propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ, aperitiuum non ratione ſuæ caliditatis, ſed ratione qualitatis ſuæ ſubſtantiæ, inciſiuum ſcilicet uiſcoſorum humorum, diuiſiuum, quia eos præcipue à membris abſtergit & remouet ſeu ſeparat non quod proprie humidum uiſcoſum incidat in ſubſtantia ſui, ſed eum membris adhærentē à membro remouet ſicut apparet in agreſta, unde eſt multū exiccatiua iſtorum humo. uiſcoſorum, eos remouens à canna pulmonis uel aliis membris ſibi uicinis, ſubtiliatiuum. ſ. humorum craſſorum ratione ſubtilis ſubſtantiæ quæ eſt in eo, inſpiſſatiuum ſui frigiditate, quia de ratione frigidi eſt inſpiſſare & condenſare, exaſperatiuum inducendo in mēbro inæqualitatem, ponendo unam partem membri eminētem & aliam depreſſam, abſterſiuum remouēdo, ſcilicet humiditates uiſcoſas quæ ſunt in membrorum poris, extinctiuum, ſcilicet ſui frigiditate & humiditate, & ponit operationem ſuam citam, eo quòd mordicat, & mordicando ſtimulat membra ad expulſionem mediocrem inter fortem & debilem, & eſt cum ſubtili ſubſtantia repreſsiuum acuti ratione ſuæ complexionis frigidæ quæ eſt in eo, eſt confortatiuum dulcis & inſipidi, eo quòd cum ſapor dulcis & inſipidus ſint debiles in euacuando, acetoſus eis miſtus mordicando & ſtimulando membra ad expulſionem confortat hoc modo rem in ſapore dulcem & inſipidam &c.

Deinde cum dicit.

SYL. De medicamentis purgantibus iudicia ex ſapore. ANT. *Propter hæc, quæ medicamenta purgantia ſunt ſolum & omnino acria, vt euphorbium, thymelæa, ſunt malignior a, quam ſynceriter amara, vt colocynthis, cucumer agreſtis. In horum medio ſunt acria ſimul & amara, vt ſcammonium.*

Et debes ſcire quod medicinarum deteriores ſunt in quibus eſt acuitas pura, ſicut eſt euphorbium & mezereon. Minus autem in quibus eſt amaritudo pura, ſicut eſt colocynthis, & cucumer aſininus, & ſimilia. Et quæ compoſita ſunt ex acumine & amaritudine ſunt inter eas, ſicut ſcammonea.

Poſtquam Meſ. determinauit de iudiciis ſaporum qui octo ſunt, inquirendo eorum uirtutes & operationes, in parte iſta docet diſtinguere medi. ſolutiuas benignas & per hos ſapores, & primo docet cognoſcere medicinas malignas per hos ſapores, ſecundo docet eligere & cognoſcere medicinas ſolutiuas incolumes per hos ſapores. ſecunda ibi. Et quanto ab acumine & amaritudine, uel ibi. Et incolumiores quidem, & eſt melius, prima in tot quot ſunt medicinæ malignæ quas ponit. Primo enim ipſe ponit medicinas ſolutiuas peſsimas ex ſaporibus, ſecundo malas, tertio alias non ſic malas, & ſic perueniendo ſecundum elongationem in malitia à peſsimis, & in prima dicit ſic adhoc ſi conferens, dicit ergo ſic. Et debes ſcire quòd medicinarum ſcilicet quæ habent malitiam ex parte ſaporum deteriores ſunt in quibus eſt acuitas pura, & cauſa eſt eo, quòd medicina acuta in ſapore eſt aliis nequior, ut ſupra dicebatur propter eius uehementem caliditatem, ſicut eſt euphorbium, eſt enim ulceratiuum ualde & præcipue interius, ulcerat enim ſtomachum & renes, & ueſicam & quodcunque mēbrum cui apponitur, & mezereon. i. laureola, minus autē, ſcilicet in malitia in quibus eſt amaritudo pura, eo, quòd res amara minus moleſtat naturam, & eſt minus calida quā res acuta, ſicut colocynthis & cucumer aſininus, iſta enim ſimpliciter habet ſaporem amarum, & quę compoſita eſt ex amaritudine & acuitate eſt inter eas ſcilicet malitia, quia eſt malignior quàm ſimpliciter amara, & minus mala quàm ſimpliciter acuta, ſicut ſcammonea. eſt enim malignior quam colocynthis, ſed eſt minus mala, quàm euphorbium & mezereon. Deinde cum dicit.

SYL. *Innocentiora his ſunt acria ſimul & ſtyptica, vt thymum, epithymum. His adhuc mitiora, quæ amara ſimul & ſtiptica ſunt, vt rhabarbarum, abſinthiū, fumaria, ẓaloe, ẓ in horum medio acria & amara, & ſimul ſtyptica, vt ſtœchas. In ſumma quanto medicamentum ab acri & amaro ſapore recedit longius, tanto eſt benignius: quoq́ue acris & amari medicamenti proportionem ſtyptica ſubſtantia magis vincit, eo eſt ſanius medicamentum.*

ANT. Et quanto ab acumine & amaritudine declinant, tanto etiam à malitia, & adhuc autem plus elongantur à malitia omnes in quibus cum acuitate eſt ſtypticitas, ſicut epithymum & alhaſce. Plus quoque in quibus cum amaritudine eſt ſtipticitas, ſicut rhabarbarum, abſinthium, & fumus terræ, & quæ compoſita eſt ex partibus acuitatis, & amaritudinis & ſtipticitatis eſt inter eas, ſicut ſtœchas, & uniuerſaliter quidem ſecundum rectam proportionem acuti uel amari uincens ſtipticitas incolumiorem reddit.

Secundum primam diuiſionem ſeu primum modum diuiſionis Meſ. docet diſtinguere medi. ſolutiuas benignas & primo docet eas cognoſcere quæ ſunt in minori gradu bonitatis. Secundo eas quæ ſunt in ampliori gradu bonitatis ſecunda ibi. Et incolumiores. non eſt uis quomodocunque diuiditis. dicit ergo ſic de prima parte. Et quanto medicina ſolutiua ab amaritudine & acuitate declinat, acutus & amarus ſunt nequiores. Tamen aduertendum quòd hoc quod dicit Meſ. habet ueritatem de malignitate & incolumitate in medicinis reperta ex parte ſaporis, tamē ex parte ſubſtātiæ & complexionis erit minus mala. & ideo ſemper ſunt exquirendi ſecundum materiam ſubiectam. adhuc etiā modo ponit alias quę adhuc magis elongantur à malitia, & dicit adhuc plus elongantur omnes in quibus ſtipticitas cū acuitate eſt, eo quòd ſapor ſtipticus magis eſt repreſsiuus ſaporis acuti ut ſupra dicebatur, ſicut epithymū & eſt flos thymi. ipſe enim in ſapore eſt ualde acutus. ſicut & piper, unde uulgares uolentes facere aliquod ſalſamentum quòd ſit acutum ponunt in eo epithymum, eſt etiam habens ſtipticitatem in ſe, & ideo eſt minus malus quàm ſi eſſet pure acutus, & alhaſce, id eſt hyſſopus hortulanus plus quoque ſcilicet elongantur medicinæ ſolutiuæ à malitia in quibus cum amaritudine eſt ſtipticitas, eo quòd res eſt minus mala, quando cum acumine eſt ſtipticitas ut rhabarbarum eſt enim minus amarum cum ſtipticitate, & ideo eſt minus malum quàm epithymum, & fumus terræ, & quæ compoſita eſt ex parte amaritudinis, acuitatis, & ſtipticitatis eſt inter eas. ſ. quod medio modo ſe habet, ſicut ſtœchas, & uocatur ſandonicum ſylueſtre, & eſt ualde amarum unde præcipue datur contra uermes, eo q̄ res amara uniuerſaliter uermes interficit, eſt etiam guſtui acutum, eſt etiam ſtipticum & uniuerſaliter quidem ſm rectam proportionem. ſ. ſecundum maiorem aut minorem proportionem acuti uel amari uincens ſtipticitas incolumiorem reddit, eo q̄ ſtipticitas eſt maxime repreſsiua acuti & amari. Deinde cum dicit.

SYL. Alimenta medicamē oſa ſunt meliora l. hcōp. ph. part. i cō. Andronachi cyhoidib. ANT. *Saluberrima quoq; ſunt dulcia, vt caſiafiſtula, manna, & inſipida, vt pſyllij viſcago, & dulcia ſimul & acida, vt pruna, tamarindi. Minus his ſalubria, dulcia & amara ſimul, vt violæ, meliora, quibus ad dulcedinem & amaritudinem acceſcit ſtyptica ſubſtantia, vt roſa, ſtypticitas enim medicamenta omnia purgantia reddit ſalubriora.*

Et incolumiorem quidē ex eis, in quibus adeſt dulcedo, ſicut caſiafiſtu. & tereniabin, aut inſpiditas, ſicut mucilago pſyllii, aut ſapor cōpoſitus ex dulci & acetoſo ſicut pruna & tamarindi. Declinat ēt ad latus ſcolumiū quæcunq; ex partibus amaritudinis & dulcedinis compoſita ſunt, ſicut uiolę. Magis quoq; in qua eſt cum his ſtypticitas, ſicut roſa, & uniuerſaliter quidem ſtypticitas cuilibet medicinarum generi aſſociata, ipſam ad latus incolumium declinare facit.

In parte iſta docet cognoſcere medicinas ſoluti. incolumes ex parte ſaporum, & dicit. Et incolumiores quidem ex eis. ſ. medicinis ſolutiuis, ſunt in quibus adeſt dulcedo, eo quòd ſit à temperata caliditate, & eſt etiam mediocris ſubſtantiæ, ſimiliter etiam eſt frēnum omnis ſaporis excellentis. tamarindi. i. dactyli ſyluęſtres, & ſunt fructus arborum ſicut pruna, ſicut uiolæ, Violæ enim quando guſtātur in principio ſunt dulces, poſtea cum bene ſunt maſticatæ ſentiuntur amaræ, plus quoq; ſ. elongatur & malitia, & eſt ſicut roſa. ipſa enim in principio cum guſtatur eſt dulcis, & poſtea in proceſſu maſticationis apparet ſtiptica, & modo amara aliquantulum, & uniuerſaliter quidem &c. cauſa huius dicti eſt duplex, una eſt eo q̄ ſapor ſtipticus frangit omnem acuitatem medicinæ. ſecunda cauſa eſt, eo quod iſte ſapor admixtus medicinis ſolutiuis effrenibus remouet nocumēta ipſarum, & eis reſiſtit, nam nocumenta talium medicinarum poſſunt eſſe hæc, nam hæ medicinæ ſolutiuæ effrenes habent ſoluere ſpiritus, & euacuare eos, habent inducere etiam laxitatem in membris, & multam commotionem in bonis hu. modo res ſtiptica eis admixta prohibet ſpirituum reſolutionem, coadunando ſpiritum in membro, etiam coadunationem facit in membro, unde in eo non eſt relaxatio, confortat etiam membrum, quia ab eis non euacuantur boni humores, ſed retinēntur, ſtipticitas facit uirtutem retentiuam fortem. Deinde cum dicit.

SYL. *Quibus autem natura deeſt ſalubre aliquid, ars naturæ imitatrix & miniſtra, id ſufficere debet, quo autem modo dicemus, poſtea.*

Nota. ANT. Quare ſcire debes quoniam auxiliatio facta pèr artem æquipollet naturæ, propter quod interdum ſupplendum eſt per artem in quo natura defucrit. Ars. n. imago eſt naturæ & ſequela eius, & nos dicemus auxilia quæ fiunt per artem poſt.

In parte iſta concludit quoddam correlarium, & dicit ſic, ita dictum eſt q̄ ſtipticitas aſſociata alicui medicinarum ipſam facit declinare ad latus incolumium inquantum mēbra corroborat, & prohibet membrorum laxitatem, conferuat etiam ſpiritus, & hu. bonos in membris quare ſcilicet, quia ita eſt. ſcire debes quomodo auxiliatio facta per artē, ſicut quando cum medicinis ſolutiuis quæ non ſunt ſtipticę naturaliter, admiſcentur ſtipticæ per artem æquipollet naturæ. i. ac ſi ex natura habuerint ſtipticitatem propter quod &c. notum eſt. Et aduertendum q̄ hoc documentum nō ſolum habet uerum in medicinis ſolutiuis. immo poteſt applicari cuicuiq; alteri medicinæ, quæ in qualitate eſt fortis ei miſcere. ſ. medicinam ſtipticam, aut etiam aliā medicinā ipſi contra poſitam, quæ reprimat eius malitiam.

Deinde cum dicit.

SYL. Viſiles. Gal. c. ult. li. 4. ſimpl. *Ex colore autem ſecretio medicamenti benigni à maligno certa, & uniuerſalis fumi nequit, quanquam ex accidēti in quibuſdam generibus ſit ordinata & ſcientifica, ut agaricus, colocynthis, turbith, alba ſunt præſtantiora, nigra malefica ſcammonium ſubalbum aut uarium eſt bonum, nigrum uero malum, roſa exacte rubra, melior, & alia alter, ut in ſimplicibus ſingulis docebimus.*

ANT. Colores aūt quantū ad præſentem inquiſitionē per tinet, non dant ſcientiam ordinatā, quæ ſit comprehenſio ſicut uniuerſalis in particulari, ſed incidenter ſignificant ſuper bonitate & malitia quarundā medicinarū, ſicut dicemus. Scamonea uaria, aut ſubalbida eſt bona, nigra eſt mala. Et agaricus albus, bonus, niger uero, malus. Et ſimiliter turbith & colocynthis. Et dicimus roſam ueræ rubedinis bonam & dicimus de aliis alia, quā tum particularis ſermo capere poteſt.

In parte iſta Meſ. docet cognoſcere ſeu diſtinguere medicinas ſolutiuas malignas ab incolumibus per conditiones ſumptas ex coloribus. Et primo oſtēdit quòd cognitio bonitatis aut malitiæ ipſarum medicinarum ex coloribus uniuerſalis non eſt ordinata nec ſufficiens ſe excuſans ab illa, & in ſecunda parte ſe excuſat à particulari cognitione ipſarum per colores, remittens nos ad locum alium. ſecunda ibi. Horum autem. uel ibi. Loquemur autem. dicit ſic de prima parte. Colores autem quantum ad præſentem inquiſitionem pertinet non dant ſcientiam ordinatam, quæ ſit cōprehenſio, id eſt manifeſtatio uniuerſalis in particulari, id eſt quo ad uerificandum in particulari. nam præſens cognitio quæ eſt de bonitate aut malitia medicinarum ſolutiuarum ex coloribus, eſt uniuerſalis, quoniam particularis earum cognitio ex coloribus traditur in tractatu ſecundo. modo uult dicere Meſ. quòd ex coloribus quantum ad præſentem cognitionem quæ eſt uniuerſalis, nos non poſſumus habere ordinatam doctrinam de bonitate, aut malitia medicinarum ſolutiuarum, & ratio eſt, quia, ſcilicet ex coloribus nos non poſſumus habere in uniuerſali cognitionē complexionis alicuius medicinæ, ergo nec ex eis poſſumus habere in uniuerſali cognitionem bonitatis, aut malitiæ ipſarum, & ita eſt. ergo & cæt. maior eſt no. quia maxima bonitas, aut malitia medicinarum ſolutiuarum fundatur in complexione, minor apparet per Gale. in. iii. &. iiii. de ſimplici medi. penul. cap. ibi enim ponit quòd generaliter non poſſumus per colorem iudicare de complexione alicuius medicinæ, uidemus enim quòd aliqua medicina in colore eſt rubea, tamen eſt frigida, ſicut bolus armenus, & uidemus quòd res rubea in complexione eſt calida, ſicut cœpe, eodem modo de alba, eſt enim aliqua res in colore alba. tamen eſt calida, ſicut helleborus albus, & etiam in colore poteſt eſſe nigra & ſit frigida, ex coloribus nos nō poſſumus iudicare de complexione alicuius medicinæ, & per conſequens de bonitate aut malitia ipſius, ſed in ſpecie ſic hoc modo. nam in ſpecie, roſ. ru. eſt minus fri. ſeu ca. quā roſa in colore alba & ſic i ſpeciali bene eſt poſsibilis cognitio medicinarum quantum ad complexionem & bonitatē, aut malitiam ipſarum ex coloribus, ſed non in generali. & quia ad iſtum tractatum ſpectat cognitio uniuerſalis ipſarum medicinarum ſolutiuarum in bonitate & malitia, ideo Meſ. hanc cognitionem medicinarum uniuerſalem ex coloribus dimittit hic. ſed incidenter, ideſt contingenter, & particulariter, eo q̄ circa particularia & contingentia, ſignificant ſuper bonitate, aut malitia quarundam medicinarum, ſicut dicemus &c. Ecce color in una ſpecie coloris ſignificat de bonitate, aut malitia medicinæ, ut in ſpecie ſcammoneæ, illa quæ eſt alba aut uaria eſt bona, ſed nigra eſt mala, tamen hoc non eſt uerum de quacunque medicina ſolutiua q̄ nigra ſit peior uaria, aut ſubalbida. nam aloes in colore eſt nigrum, tamen eſt melius quacunque ſcammonea

nea alba ſiue uaria,eodem modo intelligendum de turbith, & agarico,& cauſa horum aſsignabitur in litera ſpecialiter poſtea ſubdit,& dicimus roſam ueræ rubedinis bonã, quia magis confortatiua alia. Deinde cum dicit.

SYL. *De his autem qualitatibus temperamentum ſequentibus,ſi plura requiris,lege philoſophiam naturalem.*

ANT. Horum autem ſufficientiam oſtendit ſcientia naturalis.Loquemur autem in particularibus de coloribus medicinarum bene, uel male ſignificantibus cum his, uel illis.

Hic remittit nos ad locum alium pro ſufficiẽtiori & particulariori cognitione earum quæ hic dicuntur & notum eſt. Deinde cum dicit.

SYL. (A.Tẽpus.) *Ad medicamenti quoq; delectum recte iudicandum,& bonum ſit an malum,expendẽdum,tempus iuuat. tum quo medicamenta ſunt præcipue colligenda, uel non colligenda tum quanto uirtus medicamentorum durare poteſt.*

Quædam enim recentia ſunt meliora,quàm uetera, alia contra, dum antiquata ſunt, euaſerunt meliora, alia horum media.

ANT. Et tempus quidẽ determinat de eſſe & iudiciis medicinarum quo colligendæ ſunt,& quo non,& quantũ uirtus earum durare poteſt,& quòd quædam antiquiores,meliores,& incolumiores, & aliquę maligniores, & aliquæ recentiores incolumiores, & aliquæ maligniores.

In iſta parte docet Meſ.ex parte tp̃is cognoſcere bonitatem aut malitiam medicinarum,& primo oſtẽdit quot modis poſſumus iudicare ex tp̃e ſuper diſpoſitionem ipſarum medicinarum.Secundo illud declarat. Tertio ponit quoddam notabile ſiue dubitationi reſpondet.ſecunda ibi. Et ſecũdum ueritatem quidem.tertia ibi.Cum autem dico. Vel aliter poteſt diuidi.Primo.n.in generali docet cognoſcere has medicinas ex parte collectionis ſeu conſeruationis ipſarum.Secundo hoc idem facit in ſpeciali. Tertio declarat quod dixit,partes patent,ut ego dixi, dicit ſic de prima parte.Et tp̃s quidem determinat de iudiciis & eſſe medicinarum.ſ.ſoluti.quæ colligendæ ſunt,& quæ non, nam medicinæ ſolu.quæ accipiuntur proprie ex plantis,aut ſumũtur ex radice plantæ,aut ex flore,aut ex foliis, aut ſtipite, aut ex ſemine:ſi accipiantur ex radice tunc melius eſt ut colligantur in fine autumni,& hyeme,nã hęc eſt uñis regula quantũ ad tp̃s collectionis medicinarum,eo ꝙ debent colligi eo tẽpore quo pars plantæ eſt efficacior,& radix medi.ſolu. illo tempore eſt efficacior,eo ꝙ tota uirtus plantæ uadit ad radicem tempore hyemis,& in fine autumni, & ideo hermodactylus cum ſumitur,aut radix, aut planta melius colligitur illo tempore,quàm in æſtate,uel in uere, & eodem modo de rhabarbaro,epithymum aũt qui eſt flos thymi debet colligi eo tp̃e quo non eſt factum ſemen, hoc autem eſt in principio æſtatis,etiam folia melius colliguntur in principio æſtatis & in uere,quàm in autumno, eo ꝙ tunc cadẽtia ſunt,nec habent ita efficacem uirtutem,ſemen etiam debet colligi eo tempore quo completũ eſt,hoc autem eſt maxime in proceſſu uel in fine æſtatis, totum poſtea eſt notum.

SYL. *Meliora ſiquidem recentia ſunt,primo prima ſtyptica, & amara(nã cum ipſa ſint ſicciſſima, vetuſtate adhuc ſicciora euadunt,& acria ſimiliter. Tempore etenim calor eorũ inflammabilis & ſuperficiarius(quo hæc,dum recentia ſunt,mordent & vrunt)expirat, acrimonia autem à reliquo obtunditur. Media autem recentium & antiquatorum,dulcia,inſipida,& ſalſa ſunt præſtantiora. Nã ſalſa,recentia turbant ventrem.& euertunt ad nauſeã & uomitum,ueterata eadem,morſu violenter pungunt. Reliqua duo,recentia quidem,ob largum humorem excrementoſum ſunt flatulenta;uetuſta uero,exanimata ſunt,)*

(Salſa recẽtia nauſeabunda ob largã humiditatẽ putatur ob ſiccitatem uero auctam antiquata mordent. Epithymũ rhabarbarum ẽt trima, ſunt adhuc recentia.)

Secundum uarietatem quidem ſcire debes, quoniã ex eis amaræ,antiquiores,deteriores etenim ſicciores, cum ſit amarum ex ſe ultimæ ſiccitatis.

ANT. Et acutæ, antiquiores,incolumiores,ſpirat enim ſuperficies caloris earum inflammabilis,& frangitur acuitas cum reſiduo Iuniores uero,ſeroſæ,inflammabiles,& ſtipticæ quidẽ iuniores,ĩcolumiores.Et dulces meliores,mediocres. Et inſipidæ ſimiliter.Etenim recentiores humido abũdant ſuperfluo,quod eſt cauſa ad inflationem & uentoſitatem,Et ſalſæ antiquiores,ſeroſæ,& iuniores conturbatiuæ,cauſa ad ſubuerſionem & uomitũ. Mediocres uero,meliores.

Docet ex tempore cognoſcere uirtutes medicinarum, & malignas,& incolumes, & diuiditur hæc pars in partes quatuor.Primo facit quod dictum eſt in medicinis ſolutiuis.Secundo applicat ad alias medicinas. Tertio declarat, ꝙ dicit.Quarto pro ſufficientiori declaratione iſtorum remittit nos alibi.ſecunda ibi.Debilem quidem uirtutem.tertia ibi,Cum autem dico.quarta ibi.Nos autem.Prima pars poteſt habere partes ſex.nam hæ medicinæ ut diuerſificantur ex parte ſaporum ſunt ſex.amaræ,acutæ,& ſtipticæ,dulces,inſipidæ,& ſalſæ,de aliis autem duabus non facit mentionem dans illas intelligere.eo quòd medi.unctuoſæ reducuntur ad dulces,medicinæ autem acetoſæ reducuntur ad inſipidas,ſic ergo procedit, primo docet ex tempore cognoſcere medici.amaras malignas ab incolumibus, ſecundo hoc idem facit de acutis. tertio de ſtipticis. quarto de dulcibus.quinto de inſipidis.ſexto de ſalſis. partes patent legendo literam.Dicit ergo ſic.Et ſecũdum ueritatem quidem ſcire debes quoniam ex eis amaræ antiquiores ſunt deteriores,& reddit cauſam etenim ſicciores. amara quanto ſiccior tanto nequior,& acutæ,antiquiores incolumiores, ſcilicet quàm iuniores.expirat enim,ideſt reſoluitur ſuperficies caloris earum inflammabilis, id eſt calor exiſtens in ſuperficie earum,partes enim huius rei acutæ cum ſint ſubtiles cito euaporant,& magis illæ quæ ſunt in ſuperficie.iuniores uero ſeroſæ,id eſt acutæ inflammabiles,eo quòd tales partes ſubtiles non ſunt reſolutæ propter moram in tẽpore ab aere,ſicut ſi eſſent antiquæ. Iuniores quidem ſtipticæ incolumiores,cauſa eſt quia illæ medicinæ proprie habent malitiam propter nimiam ſiccitatem, & terreſtreitatem,modo quanto ſunt iuniores,tanto humidiores, & per conſequens reprimitur in eis ſiccitas,& terreſtreitas & dulces mediocres meliores eo quòd collectæ in tempore iuniori non ſunt bene digeſtæ,& in tempore antiquiori collectæ,ſunt amaræ,& ideò in mediocri tempore debent colligi,& inſipidæ ſimiliter,& enim recentiores humido abundant ſuperfluo.cauſa ſupple eſt,ad infrigidationem & uentoſitatem ſicut ſi eſſent antiquæ, & tunc ab eis eſt reſoluta ſuperflua humiditas,& ſalſæ antiquiores ſeroſæ,ideſt acutę magis,eo quòd propter moram in tempore, ſiccitas in eis eſt exhauſta,& humiditas diminuta,& iuniores conturbatiuæ propter multam humiditatem aqueam, quæ tunc in eis eſt,cauſa ſupple eſt,ad ſubuerſionem,notum eſt.

Deinde cum dicit.

SYL. *Ob id deteriora,)ſecundo loco quorum facultas imbecilla eſt,aut ſuperficiaria, aut facile reſolubilis, ab raram corporis medicamentorum texturam.Antiquatis enim his tempus uires omnes reſoluit. In contrariis horum contrares habet,hoc eſt,antiquata ſunt præſtantiora.*

ANT. Et debilem quidem uirtutem habentes, & quæ debilis ſunt texturæ,& quæ uirtutem habent facile reſolubilem appoſitam in ſuperficie iuniores, meliores. & enim antiquarum earum uirtutes reſoluit tempus, & in contrariis contra.

In parte iſta,quia dixit de tempore in ſolutiuis,applicat ad alias medicinas, uel ſi uolumus dicere poſſumus, quod in hac parte docet ex tempore diſtinguere medicinas malignas ab incolumibus ut diuerſificantur ex parte ſubſtantiæ ſeu complexionis,& dicit ſic. & debilem quidem habentes uirtutem,& quæ debilis ſunt texturæ, id eſt raræ in ſubſtantia,& quæ uirtutem habent facile reſolubilem ſicut epithymum,uiolæ,roſæ,aut huiuſmodi,aut poſitã in ſuperficie ſicut fumuſterræ,aut lupini iuniores meliores &c.Et in contrariis ſcilicet medicinis ſolidis & denſis econtra, quia non ſic tempus reſoluit humiditatem earum actualem, ſed bene reſoluit earum actualem in principio unde melius cõſeruantur. Deinde cum dicit.

SYL. *Recentia vero & antiqua intellige pro cuiuſq; generis natura,(non codẽ dierũ,menſiũ,uel annorum numero metienda,)nec quæ germini proxima ſunt recẽtia, nec iã uetuſtate putrentia,& uelut iã cineſacta,ueterata hic intelligo ſed minus diu,aut magis,poſt collectum ſeruata.*

ANT. Cum autem dico antiquiora uel iuniora, intelligo hoc quod iuſte menſurandum eſt de quolibet,ſecundũ genus ſuum.Nam nec antiquiora,ut cinis,nec iuniora ut gramen dum dicimus intelligimus.

In parte iſta dubitationi reſpondet,diceret aliquis quid intelligis tu per medicinas iuniores uel antiquiores, reſpõdet & dicit ſic,cum autem dico,eſt menſurandum,id eſt tribuendum de tempore ſecundum genus ſuum.i.ſecundum quod requirit natura ſua,epithymum enim non dicitur antiquum dum habet tres annos,nedum ſi habet ſex menſes,rhabarbarum etiam non dicitur propter hoc non eſſe nouum, quia tranſeat unum annum,immo ſi tranſeat tres annos adhuc eſt nouum.nam nec antiquiora ut cinis nec iuniora ut gramen uel germen & eſt melior litera,id eſt qua hunc germinant. Deinde cum dicit.

SYL. (Lib. 2. in ſingulis ſimplicibus.) *Quo autem ſint tempore medicamenta colligenda, & quandiu uiribus integris ſeruari poſſint,poſtea Deo auſpice dicemus.*

ANT. Nos autem de tempore collectionis medicinarum & de extenſione uitæ earum terminabimus ſi Deus uoluerit.

Remittit nos ad locum alium,& dicit,nos autem de tempore collectionis medicinarum & extẽſione uitæ earum.i. conſeruatione earum in eſſe non enim proprie uiuunt dum iam ſunt collectæ,ſed poſſunt in eſſe conſeruari,terminabimus in particularibus ſi Deus uoluerit. Deinde cũ dicit.

SYL. (Locus.) *Locus autem natalis,quia medicamẽtis ſimplicibus multis non modo promptam generationem et fœlicem præſtat, ſed & propriam quandam virtutem impertit, in medicamentorum delectu,maximi faciendus eſt.*

ANT. Locus uero eſt ex maxime facientibus ad generationem,& acquiruntur per ipſum diſpoſitiones & proprietates in rebus.

(Continuatio.) Poſtquam Meſ.docuit diſtinguere medicinas ſolutiuas & incolumes à malignis per ſeptem conditiones. In parte iſta docet diſtinguere per octauam conditionem, quæ quidem conditio eſt ſumpta ex parte loci,ut dicit. Diuiditur hęc pars in duas,quia primo in generali ponit proprietates & uirtutes quæ inſunt terrænaſcentibus ex parte loci, & in ſecunda parte docet ex loco ortus medicinarum diſtinguere incolumes à malignis.ſecunda ibi. Et dico quòd res hu. Prima in duas,quia primo ponit has proprietates quæ inſunt terrænaſcentibus ex parte loci, confirmat etiam illas eis in eſſe ex parte loci auctoritate Pla. Et in ſecunda parte dubitationi reſpondet ſecunda ibi.Verum planta. Prima in duas,quia primo oſtendit quæ ſunt iſtæ proprietates,quę inſunt terrænaſcentibus ex parte loci,& etiam confirmans auctoritate Pla.Et in ſecunda parte hoc confirmat ex ſenſatis.ſecunda ibi.In locis enim terræ liberæ. Dicit ſic de prima parte.Locus uero eſt ex maxime facientibus ad generationem ſcilicet mixtorum & terrænaſcentium de quibus eſt ſermo,& cauſa eſt,nam duobus modis locus facit ad generationem terrænaſcentium,primo ut locus accipitur ex parte materiæ à proprietate facit ad generationem ipſorũ eo ꝙ uidemus diuerſificationes terrænaſcentium ſecundum diuerſitatem terrarum,& locorum in quibus naſcuntur, hoc autem non eſt niſi quia diuerſificant materiam appropriatã ipſorum terrænaſcentium, unde uidemus quòd quantũ eſt ex parte terræ quæcunq; plantæ uiuunt & creſcũt & nutriũtur in quibuſdam locis & non in aliis. Ad hoc etiam uadit mens Gal.vi.de accidenti & morbo,ibi enim ponit auctoritate quorundam,ut ſunt georgici quòd in uno miliari terræ aduenit diuerſitas in planta,ut ſit uerum dicere quòd in uno miliari terræ ſit quædam uitis quæ producat melius & fortius uinum,quadam alia uite in illo eodem miliari exiſtẽte,& hoc autem non eſt niſi quia ex loco appropriato talibus plantis aduenit in eis diuerſitas propter diuerſitatẽ terræ in ſui humiditate.facit etiam locus ad terrænaſcentium generationem & aliorum ut locus accipitur ex parte cauſæ efficientis,locus enim ſic aſſumptus conſiſtit in debita diſtantia terræ ad corpus cœleſte,talis autem debita diſtãtia terræ ad corpus cœleſte,eſt cauſa alterius, & alterius aſpectus,modo talis diuerſitas aſpectus corporis celeſtis ad terrænaſcentia facit ad productionem eorum in eſſe, & in diuerſo modo eſſendi,& quia quòd facit ad generationẽ rei, facit etiam ad productionem accidentium & proprietatum conſequentium rem,hinc eſt etiam quòd locus inducit uarias & diuerſas proprietates in rebus, & hoc eſt quòd dicit poſtea,& acquirunt per ipſum ſcilicet locum diſpoſitiones & proprietates in rebus. Deinde cum dicit.

SYL. (In Timæo.) *Natura etenim(ut Plato inquit) locis quibuſdam aliquas virtutes proprias impertiuit,quas illa rebus in ſe genitis & creſcentibus cões faciant,ſed tantum diuerſas, quantũ cauſæ harum differunt,& artifex natura eſt multiplex.*

ANT. Inquit enim Plato. Muniuit natura loca uirtutibus, ut in eis ſigillentur proprietates in rebus quantum à cauſa differunt,& ab artifice.

Hic confirmat auctoritatem Plato.Inquit Plato.ſ. in timæo. muniuit natura naturans.i. natura uniuerſalis ut eſt Deus,aut corpus cœleſte loca uirtutibus.ſ. propriis & determinatis,ut in eis &c.notum eſt. Deinde cum dicit.

SYL. (Triticum, uinũ &c. in ægro non ſtercoriſato uel aliter corrupto, melius & durantius licet partius.) *In locis itaq; liberis,excrementaq; nulla ſortitis, plantæ,proprietatem perfectionemque aſſequuntur generi ſuo debitam,in non liberis,excrementorum naturam induunt, & à perfectis degenerant.*

ANT. In locis.n.terræ liberæ acquiritur proprietas plãtis talis qualem merentur ſecundum genus ſuum,& in terra non libera declinant ad latus exceſſus eius.

In parte iſta Meſ. quod dixerat ipſe confirmat ex ſenſatis ſcilicet quòd terrænaſcentia acquirant generationem & proprietatem ex parte loci ut locus ſe tenet ex parte materiæ,& dicit ſic.in locis enim terræ liberæ.i. terræ quæ eſt pura,non cęnoſa,neque fimo plena,& libera ab omni ſuperfluitate acquirunt plantæ proprietates tales quales merentur ſecundum ſuum genus,id eſt ſecundum naturam ſuam, & in terra non libera, ſi eſſet cænoſa,aut infecta alia re putrida declinant ad latus exceſſus eius,unde tendunt ad naturam illius terræ non liberæ. Et propterea uulgares dicunt quòd in loco ubi non portatur fimus,aut alia res putrida naſcitur bonum uinum & diu conſeruatur, ſed terra non libera,licet pariat multos fructus non tamen ſunt ſic prouenientes ſecundum ſui naturam,nec ſunt ſic boni,ſicut ſi eſſent nati in terra libera. Deinde cum dicit.

SYL. *Attrahunt enim ſinguli ex terra alimentorum ſibi familiare,& conueniens,uitis(uerbi gratia)dulce, lupinus nitroſum,colocynthis,cucumer agreſtis, amarum, ex partibus terræ aduſtis natum. Eius autem rei inquiſitio, ſermonis non eſt præſentis,ſed altioris.*

ANT. Verum planta attrahit ex eo quod ſuum eſt, puta humorem ſibi conuenientem. Nam lupinus attrahit nitroſitatem terræ, & uitis dulcorem eius, & colocynthis amaritudinem ex partibus ſuis aduſtis, & cucumer aſininus. Sed hoc non eſt huius inquiſitionis, ſed altioris.

In parte iſta dubitationi reſpondet, crederet enim aliqs quod locus tales plantas nutriret & generaret & augeret. Reſpondet & dicit quod non. uel aliter dixit enim ſtatim Meſ.ꝙ plantæ ortę in terra non libera,non poſſent nutriri.

calidam,ſicut ſi iungitur ſcamoneæ roſa & ſandali & ſimilia.Aut frigida,ſicut ſi iungitur tamarindis macis & ſimilia.Aliæ uero cum hoc quòd confortant etiam iuuant ad ſoluendum,ſicut ſuccus roſarum & uiolarum, & emblici,& ſimilia.Et aliæ ſunt quæ minuunt de medicina ſolutiua exceſsũ in ſolutione & acumine, ſicut charabe,& ſpodium, & ſimilia. Medicinæ quoque ſtomaticæ medicinis ſolutionem facientibus miſcendæ ſunt,ut uirtutum naturalium mineram in eo conſeruẽt & temperent, talia ſunt maſtix, ſpica, & ſimilia. Et ut permutent complexionem cum eo quod conuertit regimen ad alterationem calid. aut frigid. humid. aut ſic. ſicut in talibus medicinarũ ſtomaticarũ eligere potes. Amplius & in medicinis cerebralibus dicimus idẽ, inquit Gale.Plurimi medicorum fecerunt hieras cum nuce muſcata conſiderantes quoniam confortat nux muſcata cerebrum & neruos. Et ſimile huic facit ſtœchas & gallia,& caſtoreum, & ſimilia. Et ſimiliter dicimus de medicinis hepatis, & aliis membris proprijs. Et tibi ſupereſt eas inuenire in tabulis medicinarum ſimplicium.

In parte iſta in ſpeciali ponit medicinas quæ habent reſiſtere nocumentis quæ inducunt hæ medicinæ in corp. quæ ſunt confortatiuæ cordis.Secundo ponit medicinas quæ reſiſtunt nocumentis ſtomachi quæ etiam confortant ſtomachum.Tertio ponit medic.acceptabiles quæ reſiſtunt nocumentis cerebri quæ inducuntur à medicina. Quarto ponit medicinas quæ reſiſtunt nocumentis hepatis quę confortãt hepar.Quinto imponit finem dictis.ſecunda ibi.Medicinæ quoq; ſtomaticę.tertia ibi. Amplius autem & de medicinis cerebralibus.quarta ibi.Et ſimiliter dicimus.quinta ibi. Et tibi ſupereſt.Prima pars poteſt habere quatuor ſi uelimus ſecundum quòd ponit medicinas quæ quatuor modis reſiſtunt nocumentis quæ inducuntur in cor à medicina ſolutiua quæ quidem confortant cor.ſecunda ibi. Aliæ autem tertia ibi.Aliæ cum hoc ꝙ confortãt.quarta ibi. Alia eſt medicinarum ſolutiuarum,quę introducuntur ab eis in cor.xylo aloes,id eſt lignum aloes.doronigi eſt quędam radix ual de aromatica.omnes partes legit ſimul per earum noticiã & conuenientiam,inquit Gal.ſcilicet in lib.de ſecretis, & tibi ſupereſt.per hoc ultimum uerbum poteſt haberi ſolutio ad quandam queſtionẽ qua conſueuit quæri,quare Meſ. non fecit mentionem de medicinis confortatiuis teſticulorum,cum etiam ſint membra principalia & etiam ex medicinis ſolutiuis poſsint debilitari,poſſumus reſpondere dupliciter,uno modo quòd pro cognitione talium medicinarum remittit nos Meſ.ad tabulas medicinarum ſimplicium, & ideo eas explicite hic non poſuit,uel aliter dato quòd teſticuli ſint membra principalia,nõ ſunt principalia niſi propter conſeruationem ſpeciei,nunc autem nocumenta quæ inducuntur ex medicinis ſunt niſi inducta per ſe in operationibus quæ faciunt ad conſeruationem indiuidui & non ſpeciei &c. Deinde cum dicit.

Canon tertius.

SYL. *MEliorem medicamenti purgationem reddunt quæ ipſius uirtutem ad partem purgandam inſita ſibi proprietate deducunt.*

ANT. MElioramus autem medicinarum operationes in permiſcendo cum eis rem quæ proprietate ſua faciat uirtutem earum peruenire ad membrum, cuius materiam euacuare intendens.

Poſtquam Meſ. docuit conſolari medicinam ſolutiuam per aliam medicinam ſecum commixtam quæ accelerat & fortificat eius operationem, & etiam per medicinam quæ remouet eius nocumenta quæ quidem inducit membris principalibus,in iſto capitulo docet eam conſolari per aliã medicinam quę dicitur ipſum inducere ad membrum quod curare intendimus,& ſuam operationem modificat,& primo ponit intentionem ſuam.Secundo exequitur. ſecunda ibi.Et ſciuiſti.uel poteſt dici ꝙ in ſecunda parte dat modũ rectificationis harum medicinarum.Circa primam partem ſunt duo notãda, primũ eſt quòd melioratio medicinæ ſolutiuæ eſt triplex.una eſt quæ fit per medicinam aliam fortificantem & accelerãtem operationem medicinę,alia eſt quę fit per medicinam aliam quæ appropriat eam quod non eſt aliud quam appropriatio operationis ipſius ad membrum uel'ad corpus à quo euacuare intendimus, ita quòd non ab alio modo.prima melioratio medi.ſolutiuæ acquiritur in.i. c.præcedenti.ab iſto,in quo docebat Meſue addere in uirtutem & operattonem medi.ſolutiuæ,& accelerationem ſuæ operationis,ſed ſecunda melioratio ipſius medi.ſolutiuę acquiritur per aliud capitulum ſequens illud immediate, & de illa etiam non intendit Meſ. hic, ſed intendit de tertia melioratione quæ eſt per medicinam aliam appropriantẽ ipſam ad determinatum membrum, ſiue ſit caput, aut pectus,aut ſimilia.iſta autem eſt magna melioratio in medicinis,nam quando medicina aliqua euacuatiua abſolute à toto corpore eſt,quòd quandoq; medicus uult euacuare determinatum hu,quia phlegma ponamus,à determinato mẽbro,modo medi.de ſe hoc non faceret.quare bonum eſt miſcere cum ea med.quę ipſam ducat ad id determinatum mẽbrum & euacuet ab eo determinatum humorem, & ideo tunc per illam medi.remouetur eius nocumentum, nam ſi uolo euacuare phlegma præternaturam contentum in capite tantum,exhibere medi.euacuantem abſolute à toto,tũc qua ratione euacuabitur id phlegma præternaturam contẽtum in capite,ita euacuabitur etiam aliud phlegma naturale contentum in hepate aut in ſtomacho aut in alio membro,& ſi iuducitur inde nocumentum modo ſi miſcuero illi medicinam reſpicientem caput illam ibi perducens remouebitur hoc nocumentũ.Etiam ex hac permixtione acquiritur aliud maius iuuamentum,nam ſi uolo medicinam confortatiuam materiam contentam in cerebro euacuare & cum medicina ſolutiua niſi apponatur medi, alia quæ cerebrum reſpiciat,& illam ducat ad ipſum tunc medicina ſoluatur,quia ita euacuabit alia membra ſicut cerebrum,& ſic contingit quòd non in ſufficienti quantitate euacuabit à cerebro, Secundo eſt aduertendum quòd duplex eſt medicina quæ alteri admixta facit ipſam penetrare ad membrũ, quædam eſt quæ hoc facit per ſui uirtutem uel per ſui qualitatem communem primam,ſecundam,uel tertiã, ſicut iſto modo acetum,uel uniuerſaliter omnis medi.penetrati ua,alia eſt medicina quæ alteri adiutrix facit illam penetrare ad membrum per ſui uirtutem occultam ſiue proprietatem,ſicut iſto modo crocus facit euenire medicinas hepatícas.modo Meſ.intelligit hic non de primis medicinis quæ faciunt alias penetrare per uirtutem communem,ſed de ſecundis intelligit quæ faciunt alias penetrare per proprietatem eo quòd ſemper ſermo ipſius Meſuę de conſolatione medicinarum eſt reſpiciens formam ſpecificam,

Deinde cum dicit,

Natura enim medicamenti actionem dirigit, & hanc & illam ipſius virtutem diſtinguit & dirigit. Medicus autem naturæ ipſi,rebus inuicem, quam optime fieri poteſt, miſtis ſuffragatur. Domini enim benedicti opere factum eſt,ut rerum ſumptarum proprietates natura dirigat, aliter tamen atque aliter, vt exempli gratia, agaricus cum ſtœchade aut acoro,capitis affectibus prodeſſe certo cognoſcitur,hepatis autem intybus & cichorium agreſte, ſpica nardi,thoracis,thymus,& hyſſopus.Confidimus igitur, naturam ad partes virtute medicamentorum varia egentes, hoc & illud tranſmiſſuram.

Et ſciuiſti quod uirtus eſt quæ regulat & diſtinguit inter uirtutem rei & uirtutem. Medici uero ſolum eſt porrigere naturæ: cum melioris tamen permixtionis ſibi inuicem rerum modo. Fecit enim dominus benedictus ut ſecundum rerum aſſumptarum proprietates natura lineet et diſtinguat:aliter tamen,ſicut .u. agaricus cum permixtione ſtœchados,aut acori,uerificatur membrorum capitis ægritudinibus ualere. Cum endiuia uero uel cum taraſſacon, et ſpica, ad hepar. Et cum halaſce, et hyſſopo ad pectus. Confidimus ergo quòd natura mandat ad loca diuerſæ neceſsitatis hoc et illud.

In parte iſta exequitur uel poſſumus dicere quòd remouet dubium.crederet enim aliquis quòd ſolũ medicina ad mixta medicinæ ſolutiuæ ipſam conduceret ad determinatum membrum ita quòd natura ibi nil faceret,reſpondet ꝙ etiam natura adhoc iuuat & facit cum diuidamus eum ſecundum modum primum, & ſic procedit Meſ. quia primo ponit quoddam neceſſarium ſuo propoſito. Secundo exequitur ſuum propoſitum.ſecunda ibi.Felicitamus ergo. prima in duas.Primo ponit hoc neceſſarium ſuo propoſito.Secundo infert quoddam correlarium id declarando per ſimile.ſecunda ibi. Quare ſunt,uirtus eſt quæ regulat, ſcilicet non quia cognoſcat de ſe,ſed regulatur à cognoſcẽte, quia à deo uel ab intelligentia medici uero &c.nam licet medicus præpararet medicinas ipſi naturæ ſecundum quod eſt poſsibile,curans enim ſicut ſciuiſti, eſt uirtus & non medicus.Medi.autem facit peruenire inſtrumenta ad uirtutem ut Auic.po.iiij.canones fen.i.cap.de cibatione febricitantium.taraſſacõ,id eſt cichoreã,uel mirafolis,uel endiuia ſylueſtris. Deinde cum dicit.

SYL. *Cum ſint hæc inſtrumenta ipſi auxiliantia, quæ natura ſapiens diſtinguit & dirigit:quomodo exempli gratia, artifici norma,& perpendiculum ſubſeruiunt, illa ad angulum conſtituendum,hoc ad operis rectitudinem.Sic naturam cõfidimus his uel illis partibus,hac uirtute rei ſumptæ neceſſario egentibus,porrecturam,præſtaturamque.*

ANT. Quare hæc ſunt ſicut adminiculantia,inter quæ natura ſapiẽs diſtinguit,& ſeparat,ſicut uerbi gratia.Porrigitur et quadratus: et linearis lapis artifici, ſed quadratum ad angulum, et linearem ad rectum deputat. Veriſimiliter quidem de natura confidimus: quòd ſecundum neceſsitatis adminiſtratæ rei exigentiam porrigit his uel illis.

Hic correlarium infert declarãs id per ſimile. Linearis, id eſt oblongus.Propter iſtam partem & præcedentem eſt aduertẽdũ quòd medicus aliquid poteſt permiſcere medi. ſol.ducens ipſam ad determinatum membrum duobus modis.uno modo quando eſt ſecum fermentata & redacta ad unam formam & tunc eam ualde reducit ad illud mẽbrum. nam cum acorus de ſe reſpiciat cerebrum,qua ratione ipſe ſolus uadit ad cerebrum,ita eadem ratione medicinam ſecum fermentatam illuc ducet, unde iſta talis medicina determinatur tali membro per ipſum acorum aut ſtœchadẽ. Secundo modo poteſt ei permiſceri quando ſecum non eſt fermentata nec redacta ad unam formam. & hoc etiam dicit ipſam medicinam ſolutiuam ad determinatum membrũ, nam licet quando permiſcetur hoc modo agaricus & acorus utrunque feruet ſuam uirtutem, qua ratione acorus ſtimulat uirtutem corporis ut per eam ad cerebrũ perueniat, ita etiam ſtimulabit agaricum ut ibi conducatur, & natura ab eo irritatur, ab eo præcipue fit cauſa iuuamenti & non nocumenti erit cum duo de medicinis contrarijs adinuicẽ permixtis qualiter una ex illis uadit ad determinatum mẽbrum,& alia ad aliud membrum,hoc autem magis infra apparebit, Deinde cum dicit.

SYL. *Præſtantiora igitur medicamenta purgantia efficimus miſcendo quæ illorum uirtutes ad partẽ uacuandam deducunt. Illa uero ſunt (vt diximus) quorum uirtus huic uel illi parti eſt familiaris. Hoc autem loco docere libet medicamentorum cum partibus cognationem,quæ aliorũ medicamentorum virtutes ad partes ipſas perducit.*

ANT. Felicitamus ergo medicinas hoc modo in permiſcendo ſcilicet eis quæ ipſarum uirtutes ad membrum cuius materiam euacuare quærimus, peruenire faciũt. Et quod ſuperius diximus: medicinas quarum uirtus his uel illis membris appropriatur. Volumus autẽ nũc hic ſocietates facientes uirtutes earum peruenire ad membra oſtendere.

In parte iſta exequitur propoſitum docens conſolari medicinas ſolutiuas per medicinas quæ habent eas ſupra conducere ad determinatum membrum, & ab illo euacuare, ita ꝙ non ab alio,& primo reſumit ſuum propoſitum.Secũdo exemplificat illud declarans per exempla particularia. ſecunda ibi. Sicut.v.g.quod dicitur in prima parte notum eſt. Deinde cum dicit,

SYL. *Ad caput enim medicamenti purgantis facultatem deducunt,nux moſchata, pæonia, ſtœchas, acorus,xyloaloe, ſal indus, ſal gemma,balſamum, xylobalſamum carpobalſamum,anacardus,thus,ladanum,buthur ſceden myrrha, chamædris,chamæpitys,ſchœnu anthos, ſcilla, ſpica nardi, caſtorium,gentiana, thymus hyſſopus, opus Cyrenaicus, ſtrobyli,piper,maiorana,ſagapenum. Ad thoracem vero & pulmones,iris,thymus,hyſſopus,crocus, glycyrrhiza,eius ſuccus,uuæ paſſæ,adiantum,ſcilla,ammi,cardamum,ſuccus braſſicæ,ius galli antiqui,naſturtium,amygdalæ,ſtrobyli,auellanæ,pulmo vulpis, ſeſeli,opopanax, myrrha,ſagapenum, raphanus,calamus aromaticus,aſphodelus,volubilis maior,laurus,calamintha, ſabina,violæ,ariſtolochia ſ vtraq; ſ, tragacantha,gummi,thus,mel,ſaccarum,morum,fœnumgræcum,marrubiũ,lilium, & ſimilia.*

Ad hepar item,ſpica,aſarum,aniſum,fœniculus,& eius ſuccus,intybus,cichorium agreſte,amygdalæ amaræ, folium,d.ucus,eupatorium,abſinthium,cãcamum, caſſuta, grana quatuor,cinnamomum,aſparagi, decoctum cicerũ, chamædrys,arnogloſſa,volubilis,iris, laurus, ſchœnu anthos,chamæmelum,ſumaria,ſerum lactis, petroſelini & fœniculi ſuccus,pollium,ſcilla,& ſimilia. Ad ſplenem, daucus,calamĩtha,ſpica nardi,tamarix,capparis, cyclaminus, cortex ſalicis, ſal gemma,ſal indus,iris,acorus, praſium, rubia tinctoria,abſinthium,eupatoriũ,aniſum, fœniculus, aſparagus,caſſutha;aſplenon,ſcilla,aſarum,volubilis,ſcordium,agnus,chamæpitys,amygdalæ amaræ, ariſtolochia, & ſimilia. Ad iuncturas deniq; medicamenti purgantis vim deducunt, zingiber, ruta agreſtis, opus Cyrenaicus, opopanax,thapſia,cardamomum,aqua porri, ſuccus braſſicæ,acorus,triplex piper,ſcordium, chamædrys, chamæpitys,thymus,amomum,polium,& ſimilia.Quæ ad alios quoque partes deducunt,virtutem medicamenti ex tabulis medicamentorum ſimplicium collige, nobis præſtantiora & præcipue ſcripſiſſe ſuffecit.

Semen cucumeris, cucurbitæ, melonis, citrioli.

Sicut uerbi gratia. Ad membrum capitis faciunt facile peruenire uirtutes ſolutiui, nux muſcata propriæ pæonia,et ſtœchas et acorus,et xyloaloes,et ſal indus, ſal gemma, et balſamus,et lignum eius, et ſemen eius, et anacardus,et thus, et laudanum, et buthur ſcendẽ, et myrrha,et chamædrys,et chamæpitys, et ſchœnanthum,et ſcilla,et ſpica,et caſtoreum,et gentiana,et haſce,et hyſſopus,et aſa,et grana pini,et piper, et maiorana, et ſagapenum. Ad membra autem pectoris et pulmonis facile faciũt peruenire uirtutes ſolutiui,iris, et alhaſce,et hyſſopus,et crocus,et liquiritia, et ſuccus eius,et paſſæ,et capilli ueneris, et ſcilla, et ameos, et cordumeni, et ſuccus caulium, et ius antiqui galli, et naſturtiũ, et amygdalæ,et pineæ,et pulmo uulpis,et ſeſelis,et auellanę,et opopanax,et myrrha,et ſagapenum, &

ANT. Medi. ducentes ſolu. medicinas ad caput.

med. ducẽtes ad pectus & pulmonem.

& raphanus,& calamus aromaticus, & aſphodelus, & uolubilis maior,& laurus,& calamentum, & ſauina,& & uiolæ,& ariſtolochia,& tragacanta, & gummi,& olibanum,& mel,& zuccharum,& morum, & fœnugræcum,& praſium,et lilium,et ſimilia. Res uero quæ faciunt peruenire uirtutem ſolutiui ad hepar facile, ſunt ſpica,et aſarum, et aniſum, et fœniculus,et endiuia tarraſſacon,et amygdalæ amaræ, et folium, et daucus, et eupatorium,et abſinthium,et lacca,et cuſcutæ, et grana quatuor et cinnamomum,et aſparagi, et aqua ciceris,et chamedrys,et arnogloſſa,et uolubilis, et iris, et laurus,et ſchœnantus,et chamemilla,et fumusterræ,et aqua caſei,et ſuccus fœniculi,et petroſelini,et polium, et ſcilla,et ſimilia. Facientia uero peruenire uirtutem ſolutiui ad ſplenem, ſunt daucus, et calamentum, et ſpica,et tamariſcus,& capparis,et buchormarię,et cortex ſalicis,et ſal gemma,et ſal indus, iris, et acorus, et praſium,et rubea cum qua tingitur,et abſinthium, et eupatorium,et aniſum,et fœniculus,et aſparagus,et cuſcutæ,et ſcolopendria,et ſcilla,et aſarum, et uolubilis, et ſcordeō,et agnus caſtus,et chamæpitys, et amygdalæ amaræ,et ariſtolochia, et ſimilia. Ad membra autem iuncturarum facile faciūt peruenire uirtutem medicinæ,ſicut zingiber,et armel, ſcilla, et aſa,et opopanax,et tapſia,et aqua porri, et ſuccus caulis, et cordumeni,et acorus,et tria pipera, et ſcordeon, et chamedris et chamæpitys,et haſce,et amomum,et polium, et ſimilia.Quæ autem ad alia membra uirtutes medicinarum peruenire faciunt, collige ex tabulis medicinarū ſimplicium. nos autem famoſiora ſcripſimus, et quæ ſunt ſicut radix.

med.ducē tes ad he. par.

med.ducē tes ad ſple ticum.

med.docē tes ad iun cturas.

In parte iſta exequitur docens in ſpeciali conſolari medicinas ſol.per compoſitionem alterius.quæ ipſas facit per uenire ad membrum determinatum, & diuiditur hæc pars in partes ſex,quia primo explicat medicinas ſolutiuas quę mixtæ medicinis ſolutiuis faciunt ipſas peruenire ad cerebrum,& ſua orta.Secundo explicat medicinas quæ faciunt peruenire medicinas ſolutiuas ad pectus. Tertio ad hepar. Quarto ad ſplenem.Quinto ad iuncturas. Sexto ad alia mē bra ſe tamen ab hoc excuſans.ſecunda ibi.Ad membra autē pectoris.tertia ibi.Res autem quę faciunt.quarta ibi.Faciē tia uero.quinta ibi.Ad membra autem iuncturarum. ſexta ibi.Quæ autem ad alia.omnes partes lege ſimul, ita tamen quòd unum commune eſt aduertendum, quòd non eſt incō ueniens quod una & eadem medicina admixta medicinæ ſolutiuę faciat ipſam peruenire ad diuerſa membra,& ideo Meſ.aliter ponit de eademmet re quod ipſa faciat peruenire medicinam ſolutiuam ad pectus & cerebrum, & non ad alia membra,& ſicut dictum eſt ſupra de medicina euacuatiua,ita dicēdum eſt de medicina digeſtiua.nam ſi uellemus uti ſyrupo acetoſo in digeſtione materiæ contentæ in cerebro, aut quia alium non haberemus, quia iſte ſyrupus non magis reſpicit cerebrum quàm alia membra, tunc faceremus quandam decoctionem in qua ponerentur res quæ magis cerebrum reſpicerēt,ut ſtœchas,& acorus,& ſimilia, & cum illa decoctione daremus ſyrupum buchul.i.q.ſedem id eſt quæ aromatica aſportatur de India haſce, id eſt ſtœchas alhaſce, id eſt hyſſopus montanus. paſſæ, id eſt paſſulæ. Siſelis, id eſt petroſelinum agreſte, & ariſtolochia, ſcilicet longa & rotunda, & praſium, id eſt marrubium, morum, ſcilicet ceſſum & domeſticum cuſcute, id eſt podagralis. daucus,ſcilicet aſininus uel paſtinaca ſylueſtris, buchormariem, porus peionius, rubea cum qua tingitur, id eſt rubea tinctorum. ſcordeon, id eſt allium ſylueſtre, halmel, id eſt cicuta, multum enim mitigant dolorem iuncturarum.

E

F

G

H

De rectificatione medicinarum cum eo quod opponitur eis complexione ſua. Cap. 2.

SYL.

Medicamenti purgantis temperiem immodice calidam,uel frigidam, uel humidam,uel ſiccā, ſiuel harum coniungatione aliqua noxiam, contrario aliquo ualentiore,imbecilliore,æquali,pro ſcopis, & indicationibus uarijs permutamus. Hac autem de re fuſius ſcribere non ſtatui,quæ plenius apud Haly ſenem, & Alchindum legere potes.

ANT.

De rectificatiōe medi.ſol.per oppoſitū qualitatē.

NQuit Heben Meſ. Opponimus autē medicinæ excedenti cum complexione ſua conuertendo regimen ad permutationem ipſius cum oppoſito eius quod timetur ex calidi. et frigi.humidi. et ſicci. et commenſuratione rei ad rem ſecundum exigentiam poſsibilitatis unius ad alteram.Sed hoc determinare non eſt præſentis inquiſitionis,ſed inquirat huiuſmodi plenitudinem habere cupiens, et legat librum Haly. ſenis et librum Alchindi.

Poſtquam Meſ.docuit rectificare medicinam ſolutiuam per ea quæ opponuntur ſibi in meliorando eā ſua proprietate.In parte iſta idem facit per ea quæ ſibi opponuntur ſua qualitate,uel iſta litera aliter poteſt continuari, quòd poſt quam Meſ.docuit conſolari medicinas ſolu. per ea quæ obuiāt nocumentis quæ inducunt à forma ſpecifica,hic docet obuiare nocumentis ipſarum quæ inducunt ſuis qualitatibus & præcipue primis,& diuidit hæc pars in partes duas, quia primo facit quod dictum eſt de illo breuiter ſe expediens,ſecūdo remittit nos ad alios libros,pro ſufficientiori declaratione iſtorū.ſecunda ibi.Sed hoc determinare.Conuertendo regimē,id eſt conuertendo eius qualitatē per regimē.ſicut hoc modo,cū ſecū ſit uehemens caliditas,cōuertimus eius caliditatē ipſam remittēdo cū uiolis,uel cū earū ſyrupo &c.totū eſt notum uſq; ad finem huius capituli &c.

De rectificatione medicinarum cum eo quod opponitur eius cum effectu ſuo. Cap. 3.

SYL.

Medicamenta ualenter purgantia, opus excitāt uiolentum,& effecta ſæpe malefica,& noxia ſymptomata, naturamq; proſternentia.

ANT.

NQuit Heben Meſ. Opponimus autem malis effectibus medicinarum,et ſunt effectus proprie prauæ diſpoſitionis,quorum quandoq; fit conſecutio:& proprie quādo medicina eſt earum quæ habent prauitatem in operibus ſuis quas ſciuiſti.Sunt uero huius timoroſi effectus deterrentes naturam.

I

Poſtquam Io.Meſ.docuit conſolari medi.ſo.per medicinas quæ cum eis compoſitæ reſiſtunt nocumentis earum à proprietate docuit etiam reſiſtere nocumentis ſuis complexionibus & qualitatibus.in parte iſta docet eas conſolari per medicinas quæ reſiſtunt nocumentis earum, ut talia accidunt à ſecundis qualitatibus aut tertijs, & primo proponit neceſsitatem conſolationis ipſius reſpectu iſtarū medicinarum ponendo etiam nocumenta talia quę prouenīūt à qualitatibus ſecundis & tertijs in medicina ſolu. repertis & in ſecunda parte docet eas conſolari reſiſtendo prædictis nocumentis.ſecunda ibi.Et opponimus,in alijs effectibus,ſcilicet quæ fiunt à qualitatibus ſecundis & tertijs prauæ diſpoſitionis.quia,ſcilicet nocumenta.conſecutio,id eſt peruentus,quas ſciuiſti,ſcilicet in primo capitulo.

Deinde cum dicit.

SYL.

Qualia ſunt conturbatio, animi deliquium, morſus ſtomachi,flatuum generatio, inflatio, punctio, inciſio, ulceratio, uenarum in orificijs apertio, attractio immodica, viſcerum

uiſcerum lubricitas,congelatio,ſiccatio,corrugatio, inuiſcatio ſeu adhæſus,obſtructio,arctatio,& ſimilia,

A

ANT.

Et ſunt hi conturbatio,ſubuerſio animæ, mordicatio ſtomachi,generatio uentoſitatum:acuitas,inflatio, ſcroſitas,excoriatio,apertio orificiorum uenarum,attractio ſuperflua,lubricitas uiſcerum,congelatio,deſiccatio,corrugatio:inuiſcatio, uel adhærētia, oppilatio, coarctatio,& ſimilia quorum præceſit rememoratio.

Hic poſſet dici q; Me.recitat tacite dubium. dicerer.n. aliquis qui ſunt iſti mali effectus qui proueniunt à medico.reſpondet conturbatio,id eſt nauſea,& ſubuerſio animæ id eſt uomitus,acuitas & pro id eſt inflammatio, & ſcroſitas,id eſt occaſio,& excoriatio, lubricitas uiſcerum, id eſt inteſtinorum ſiue lienteria.inuiſcatio uel adhærentia, ſcilicet partis ad partem quantum,ſcilicet ad oppilationem attenuatiuam,oppilatio ſcilicet quantum ad oppilationē carnoſam coarctatio, quantum ſcilicet ad oppilationem coarctatoriam,præceſit rememoratio,ſcilicet in primo capitulo. Deinde cum dicit.

B

SYL.

Quibus per ipſis effectis contraria eſt occurrēdum: qualia plerunq; ſunt odore aut ſapore,aut tota ſubſtantia iucūda,ob id medicamentum melius & ſalubrius reddentia.

ANT.

Et opponimus eis cum adiutorio rerum obijcientium eis effectu ſuo.Et adhoc plerunq; auxiliantur nobis res incolumitantes, & meliorantes eas: aut odore ſuo: aut ſapore:aut cum diſpoſitionibus: quæ ſunt ex parte ſubſtantię.

In parte iſta docet reſiſtere iſtis nocumentis, quæ quandoq; prouenīunt à medic.ſo. & primo proponit quot modis reſiſtimus iſtis nocumentis,& in ſecunda parte ſecundū illos modos docet reſiſtere talibus nocumētis. ſecunda ibi. Et ſciuiſti.Iuxta primam partem eſt aduertendum quòd licet Meſ.ponat tres modos quibus reſiſtimus talibus nocumentis medicinæ ſolu.non uult propter hoc habere quòd per alias qualitates non poſſumus eis reſiſtere,nam licet in medi.in ſapore acuta remoueat nocumenta alicui medic. ſolu.non ſolum hoc facit ratione ſaporis, ſed quia ipſa etiā habet ſubtiliare.unde hoc modo iuuat medicinam ſolutiuā quæ debet euacuare humorem craſſum & uiſcoſum, illum incidendo & ſubtiliando non tantū ratione ſaporis,& ideo alias qualitates dedit intelligere per has quas explicite poſuit. Deinde cum dicit.

C

SYL.

Odor enim iucundus, medicamentum reddit melius: quod agitationem & nauſeam ſedat:cor & cerebrum roborat,animum gaudio exhilarat,fœtens vero atq; grauis, contraria molitur. Odoratum uero purganti medicamento opponatur calidum aut frigidum,quantum ipſius medicamenti intemperies poſtulat § & ægri,morbi,aeris. §

ANT.

Et ſciuiſti quòd boni quidem odores incolumitant medicinam.Sedant enim agitationem: & nauſeam: & confortant cor:& cerebrum: & dilatant animam:& generant gaudium.Fœtidus uero odor aut grauis facit horum contrarium. Et oppoſitio quidem redolentiū calidorum aut frigidorum,commenſuranda eſt cū medicinarum obiectionibus:& earum æquidiſtantijs.

D

In parte iſta ſm illos tres modos talibus nocumentis docet reſiſtere medic.ſo.& primo docet eis reſiſtere per medicinam aliam ſibi admixtam ratione odoris. Secundo ratione ſaporis.Tertio ratione modi ſubſtantiæ. ſecunda ibi. Auxiliantur.tertia ibi circa finem capituli. Sunt etiam ex rebus,& dilatant animam,id eſt calidum naturale,quod eſt animæ inſtrumentum, & generant gaudium eo quod confortant naturale calidum cuius confortatio eſt cauſa gaudij,& per hoc quòd confortant cor & cerebrum, generant gaudium.Fœtidus contrarium horum,ſcilicet operatur,eo quòd ſtringit calorem ſuperflue, & etiam cum medicinarū obiectionibus,id eſt oppoſitionibus & æquidiſtantijs .v.g. ſi ſit aliqua medic. ſuperflue calida ſolutiua debent cum ea miſceri redolentia frigida.ſi uero econuerſo redolentia calida cum ea miſceri. Deinde cum dicit.

SYL.

Medicamenti quoq; actionem temperant ſapores iucundi,& medicamenti affecto contrarij,acerbus, auſterus,acidus,dulcis,vnctuoſus,ſalſus,amarus,acer: prudente medico coniectore, qua horum differentia ſit opus, ad frangendos medicamenti purgantis exceſſus varios.

ANT.

Auxiliantur autē adhuc nobis in emendatione medicinarum res ſecundum differentias ſaporum conſideratæ:qui ſunt ſapor acutus:amarus: ſalſus: dulcis: unctuoſus:inſipidus,acetoſus:& ſtipticus:frangunt enim quod timeē ex multiformibus medicinarū exceſsibus.

Docet reſiſtere talibus nocumentis per ſapores medicinarū illarum quæ eis admiſcentur,& primo proponit quod intendit, ſecundo exequitur.ſecunda ibi. Res enim acuta Emendatione ſcilicet nocumentorū. Deinde cum dicit.

SYL.

Res enim acres,vt aromata,flatus à medicamento excitatos,tenuant & diſſipant, ob id ipſi hæc miſceantur, ut daucus,fœniculus,piper longum. Fœniculus,aniſum,polypodium,& ſimilia, ſcammonio miſta, materiam craſſam, lentam incidendo, apparant ſcammonio expellendam, id quod ipſum forſan per ſe non effecerit. Scilla bieris magnis ratione eadem addita eſt, ut materias eiuſdū contumaces euacuent.Piper quoq; bieris & tapſia,& acria alia catapotijs fœtidis,vim quandam trahendi à partibus remotis impertiuntur. Eadem acria medicamenti purgationem imbecillam aut,tardam celerant, & efficaciorem reddunt ob id ipſi turbith miſcetur zyngiber:raphanus,hermodactylis: cnico,cardamomum, quod neceſſario humorum congelationem tollit, & obſtructiones aperit medicamentoq; penetrandi uirtutem impertit, cum eam per ſe non haberet: quo fine ſcordium & diuretica acria magis medicamentis miſcentur.

ANT.

Res enim acuta adiuuat in carminando & reſoluendo quod de uentoſitate per medicinas acquiritur, & hac intentione ſpecies acutæ alefangine miſcentur eis. Subtiliant enim & reſoluunt uentoſitates, ſicut recte proprie daucus:& piper longum,& fœniculus. Miſcentur ſcamoneæ,& fœniculum,& aniſum,& polypodiū, et ſimilia,et plurimumque adiuuant incidendo corpus humoris uiſcoſi & craſsi:et facilitant ad expellendum in id quod forſitan nō poterat operari medicina ſicut qui ſcillam hieris magnis admiſcuit recte operatus eſt: ut ex hoc materias difficilis eradicationis euacuent. Et plurimumq; res acuta præparat, ut à remotioribus medicina trahat,ſicut thapſia et proprie in pilulis fœtidis,et pipera in hieris. Et quandoq; medicinam tardæ operationis,aut debilis facilem reddit: et feſtinare facit.His enim intentionibus fœlicitatur uirtus turbith in permiſcendo cum ipſo zingiber, et cum hermodactylis raphanum,et cum carthamo **cordumenum**: neceſſario autem congelationem remouet,oppilationes aperit et acquirit medicina uirtutem facilē penetrādi, quāuis per ſe non faceret illud, ſicut ſcordeon in magnis medicinis,et diuretica acuta in eis ſimiliter.

De iuuamētis quę acquirunt medi. ſol. per ſapor. acutum.

In parte iſta exequitur, & primo oſtendit quomodo ex ſaporibus ſimplicibus reſiſtimus talibus nocumentis, & acquiritur iuuamentum medicinæ ſolu. & in ſecunda parte hoc idem facit ex ſaporibus compoſitis. ſecunda ibi. Et eſt quæ de melioribus. Prima pars habet partes octo. Primo oſtendit quomodo acquiritur iuuamentum medicinæ ſolu. ex ſapore acuto. Secundo ex ſapore amaro. Tertio ſalſo. Quarto unctuoſo. Quinto dulci. Sexto inſipido. Septimo acetoſo. Octauo ex ſtiptico.partes patent. Prima in quinq; ſicut quinque modis docet reſiſtere nocumentis medicinæ ſolu.ex medici.aliqua in ſapore acuta.partes patent,in carminando,& reſoluēdo &c. eo quòd medicina acuta ē multum

tum calida & exiccatiua,medicina autem calida & exiccatiua resoluit uentositates.Species acutæ alefanginæ,id est species aromaticæ sicut piper, cinnamomum & similia . Et plurimumq; , ponit aliud iuuamentum eius & notum est . Et plurimumq; res.ecce tertium.unde cum pilulæ fœtidæ debeant euacuare à remotis ut à iuncturis cum eis admiscemus thapsiam.Et quandoque.ecce quartum iuuamentum, & est notum . Necessario autem.quintum iuuamentum penetrandi,scilicet ad membra.scordeon,id est allium syluestre. Deinde cum dicit.

SYL. **Vide li.7. simpl. centaurii maius.** *Medicamenta item amara , medicamentum acrimonia purgatorium non modo substantia sua quadantenus frangunt ac reprimunt,sed etiam purgationem adiuuant: ob id recte quidam scammonio aloen miscuerunt.*

ANT. **De resistētia per saporē amarū. De iuuamentis quæ acquirūt per saporem amarum.** Res autem amara adiuuat in soluendo : & est de bonis miscibilibus cum medicina quæ soluit acuitate, Et enim opponuntur sibi ex parte substantiarum, & reprimunt sese:& cum hoc sibijnuicem in soluendo iuuāt . Et propter hoc subtiliter operatus est qui scamoneæ aloen miscuit. Nam se in idipsum rectificant.

Ostendit qualiter iuuamentum acquiritur medicinis solu.ex re amara in sapore,& diuiditur in duas, sm ꝙ duplici uia hoc ostendit,secunda ibi,& adiuuat in soluendo , scilicet sui caliditate,etiam est terrestris subtilis substantiæ.unde exiccat ualde,& est de bonis.causa est,quia amarum frāgit acuti operationem ut supra habuimus reprimunt sese , in suis operationibus & uirtutibus, acutum enim fundatur in substantia subtili ualde , quod non est de amaro eo quòd fundatur in substantia terrestri,qui scamoneæ aloen admiscuit,nam scamonea in sapore est acuta,aloes est amarum , etiam unum ex eis non impedit operationem alterius .
Deinde cum dicit.

SYL. *Amara præterea stomachum firmāt,& flatus dissipāt.*

ANT. **Amara cacostōacha Ga. ut abrotonū , seriphiū : nisi similiter astringant, ut aloe, absinthium.** Adiuuat etiam res amara in confortando stomachum,& uentositatem carminando.

Ponit aliud iuuamentum eius in confortando stomachū & istud est maximum iuuamentum eius generale , nam ipsa sui terrestri substantia coadunat partes stomachi , quibus coadunatis & congregatis stomachus confortatur , in illo enim stat eius confortatio, & uentositatem carminando , propter sui caliditatem. Deinde cum dicit.

SYL. *Medicamentumq; corpusq; sumentisq; à putredine imminente & præsente vindicant .*

ANT. **Aliud iuuamentū.** Acquirit etiam medicinas esse præseruatiuas à putrefactione, immo remouet eam uirtute & confortat corpora.

Possumus dicere quòd est tertium eius iuuamentum,& acquirit etiā medicinis esse præseruatiuum à putrefactione,scilicet aut respectu medicinarum so. aut respectu corporis cui exhibentur.respectu medicinarum , nam quando medicinæ so.diu debent conseruari sicut pilulæ, cum eis ponimus res amaras,sicut est aloe.unde eas diu conseruat . et respectu corporis.nam quando medicina amara alicui exhibetur præseruat ipsum à putrefactione . nam sui caliditate exprimit & consumit humiditates madefactas membrorū quæ in eis sunt aptæ natæ putrefieri , unde uidemus ꝙ istæ res amaræ prohibent generationem uermium, & res amara exprimit humiditatem madefactam in membro contentam,quæ est causa putredinis,& confortat corpora,& præcipue humida. Deinde cum dicit.

SYL. *Salsa item medicamenta purgantem vim debilem ac tardam celerant & perficiunt : ob id salem gemmam , & alias salis species,recte agarico miscuerunt , & epithymo , & alijs purgantibus permultis.His enim uigorem & facilem actionem crassas & lentas materias incidendi , & tenuandi,et tergendi facultatem impertiuntur,siccitatem intendunt,ob id sitim excitant .*

ANT. Res uero salsa omnium debiliter & tarde soluentiū confortatiua est : & propter hoc prudenter operatus ē qui sal gemma cum agarico misceri docuit aut alias species salis,et similiter cum epithymo, et cū alijs multis,uigorant enim operationes ipsarum,et facilitant, licet acquirere faciant huiusmodi exiccationem , et cadere in sitim. Et in quibusdam conturbationem faciūt et in quibusdam sedant .

Ponit iuuamenta saporis salsi, & primo unum , secundo aliud.secunda ibi.Et res quidem confortatiua,id est accelerratiua mordicando,scilicet membra expulsionis & ea stimulando ad expulsionem.operatur enim, scilicet ille medicus cum agarico,scilicet corpus soluendo,& similiter cum epithymo,scilicet quando sal admiscetur, licet acquirere , & ex hac litera apparet ꝙ res salsa admixta medicinæ sol. præter hoc ꝙ facit iuuamenta, facit etiam nocumenta , & ideo si sit aliquod corpus ualde macrum & exiccatum , aut faciliter incurrat sitim non debemus cum medicina solu.ponere sal,uel res salitas, & in quibusdam faciunt conturbationem,scilicet in corporibus siccis , in quibusdam sedant ut in corporibus humidis. Deinde cum dicit.

SYL. *Eaq; putrere & putrefacere prohibent , & fieri cœptā putredinem emendant, humores partibus mersos & imbutos exiccant,obstructiones liberant,flatus dissipant,quosdā tamen conturbant,alijs contra turbationem sedant.*

ANT. Et res quidem salsa et uētositates dissoluit,et acquirit medicinis subtilitatem et facilitatem,et esse facit incisiuas,necnon et præseruatiuas à putrefactione,immo remouet eam : exiccare humiditates submersas et inhibitas,et incidere adhærētes uiscosas et crassas, et hæc ē eius proprietas,et remouere oppilationes .

Ponit aliud iuuamentum.& pro quia.acquirit esse præseruatis à putrefactione,scilicet se aut alias quando eis admisceantur consumendo humiditates malas quæ eis admixtæ sunt causa putredinis . etiam ista res salsa ratione suæ substantiæ terrestris constringit & coadunat partes membri à quibus facta est consumptio superfluitatum, quibus partibus membri coadunatis calor confortatur in membro, unde melius regit suas humiditates,quæ oppilare habent .
Deinde cum dicit.

SYL. *Vnctuosa vero medicamentum lubricando purgatorium , magis lubricum faciunt,& quòd adhærere est procliue simul lubricant,& tardius purgans cito deturbant , acrimoniam morsumq; pungentium frangunt,asperitatem leniunt.Quibusdam tamen nauseabunda sunt, & stomachū infirmant .*

ANT. Res quoq; unctuosa adiuuat in lubricum faciendo lubricam enim magis lubricam reddit , adhærentem uero uel aptam adhærere similiter lubricare facit . acuitatem frangit, et serrositatem et asperitatem lenit. Medicinæ quoq; tardæ operationis habilitatem acquirit , faciens cito descendere,quamuis in quibusdam sit ex facientibus nauseam et debilitantibus stomachum.

In parte ista ponit iuuamenta medicinæ quæ in sapore est unctuosa.Res quoq; unctuosa adiuuat in lubricum faciēdo.medicina quæ curat lubricum faciendo cum uiscositate habet aliquantulum de acuta substantia modo unctuositas omnem acuitatem frangit,uel eam obtundit, causam huius dicti ponit Mes.enim pro quia lubricam facit magis lubricam sui uiscositate & humiditate debilitātibus stomachum propter sui superfluam lenitatem,nunquàm cum medicina so.debemus ponere aliquod unctuosum , sicut esset oleum uiolatum uel amygdalinum. unde nunquam tunc reprimere debemus rhabarbarum , aut agaricum cum his medicinis unctuosis,sed solum cum medicinis habentibus uirtutē tensiuam & confortatiuam stomachi. Deinde cū dicit .

SYL. **Mel , saccharum,& dulcia alia cur cōpositius miscētur.** *Dulcia medicamentum purgans etiam prius abominabile efficiunt gratius,magisq; tum lauans,tum tergens, tū expurgans,turbationem sedant , acrimoniam & morsum serrantem frangunt , purgationem tardam celerant , & ne medicamentum adhæreat lubricando prohibent , corpus roborant . Ob hæc sunt uelut fundamentum & materia compositionum . Quibusdam tamen inflammationem pariunt , alijs flatus .*

ANT. Res autem dulcis medicinas delectabilis esse facit, & est sicut fundamentum,& materiam rerum miscibilium,& facit medicinas acquirere esse lauatiuas,abstersiuas,& mundificatiuas , horribilitatem autem medicinarum remouet,& conturbationem sedat . Acuitatē uero & serrositatem frangit . Sed medicinam tardæ operationis confortat,& adhærentiam remouet ,& lubricare facit:corpus quoque confortat,licet in quibusdam inflammationem generet & uentositates.

Quare mel aut zuccharū ponitur in medicinis. Ponit iuuamenta quæ acquiruntur medicinis soluti.per admixtionem medicinarum in sapore dulcium, dicēs quòd medicinæ in sapore dulces medicinas delectabiles esse faciunt & hoc non est modicum.nam quando medi.sol.est delectabilis,& cum delectatione assumitur . tunc stomachus eam melius amplectitur.unde melius ad actum reducitur . sicut etiam hoc contingit de cibo qui cum delectatione accipitur . & ideo res dulcis in omnibus medicinis solutiuis ponitur,quoniam quasi non est aliqua medicina sol. quæ sit delectabilis gustui,& ideo propter hoc in omnibus confectionibus ponitur mel uel zuccharū, licet etiā ponatur propter alias causas.& ideo zuccharum & mel sunt communis materia omnium cōfectionum,sicut olea est communis materia omnium unguentorum sicut etiam oleum oliuarum est communis materia omnium oleorum , & serrositatem, id est excoriationem & adhærentiam,id est uiscositatem.in quibusdam scilicet in humidis corporibus inflammationē generant,aut etiam inflationem,quia scilicet oppilationē. dulcia.n.quàm plurimum eleuant splenem & hepar,ut Gale.ponit.xiii.de ingenio sanitatis. Deinde cum dicit .

SYL. *Insipida purgans medicamentum lubricant , eiusq; inflammationem extinguunt, acrimoniam obtundunt , morsum serrantem auferunt .*

ANT. Insipida uero res adiuuat in lubricum faciendo ,& extinguendo inflammationem,& frangendo acuitatē, & remouendo serrositatem,& mordicationem .

Ponit iuuamēta rei insipidæ,causa dictorum in litera est. nam habemus supra secundo cap.ꝙ res insipida ferè omniū alium saporem extinguit. Deinde cum dicit .

SYL. *Acida medicamenti purgantis calorem,& ab eo cordis, ventriculi,& corporis reliqui inflammationem extinguūt, morsum,& acrimoniam obtundant,nauseam & conturbationem sedant , vim penetrandi , & incidendi, & tenuandi augent .*

ANT. Res quoque acetosa adiuuat in incidendo , & cum hoc etiam frangit inflammationem medicinæ:& sedat mordicationem & acuitatem , & facit eam acquirere subtilitatem, & penetrationem , & sedat conturbationem & nauseam,& confortat stomachum calidum , & corpus,& sedat inflammationem cordis per materiam acquisitam .

In parte ista ponit iuuamenta rei acetosæ.sedat inflāmationem propter frigiditatem, & sedat mordicationem propter humiditatem eius,& confortat stomachum calidum, eo ꝙ est incitatiua appetitus sui frigiditate , per materiam acquisitā scilicet à medicina solutiua. Deinde cum dicit.

SYL. *Styptica omne medicamentum purgans,præcipue quod acrimonia soluit,& immodice trahit, & venas proprietate innata sic aperit,vt sanguis effluat,& viscera excoriat vel ea immodice lenit & lubricat.*

ANT. Res uero stiptica medicinarum omnium virtutes & operationes fœlicitat.Confortat enim cor, & stomachum,& corpus,sedat animam à subuersione & à nausea,acuitatem frangit,& inflammationem, & opponitur medicinæ,cuius proprietas est aperire uenas apertione sanguinem manare faciente:& excoriare uiscera. Et ei quæ est superflue attractionis,& ei quæ in uisceribus lenitatem multiplicat.

Ponit iuuamenta quæ acquiruntur medicinis solutiuis à medicina stiptica,di.quòd med.stiptica in sapore terrestris existens & crassa.confortat enim cor,& per hoc resistit nocumentis medicinæ,& symptomatum quæ fiunt ratione suę uentositatis,coadunat enim calorē cordis,& stomachi acuitatem frangit,quia frigida,& opponitur &c.causa est. nam ipsa habet sui terrestri & crassa substantia constringere & oppilare poros & orificia uenarum . totum postea est notū subtiliter intuenti &c. Deinde cum dicit .

ANT. Et est de melioribus miscibilibus in medicina quę soluit cum acuitate .

In parte ista immediate posita Me.ostēdit generaliter iuuamentū ipsius medicinæ stipticæ, cum alijs medicinis solutiuis admiscet.In parte ista specialiter ostēdit iuuamentum quod ipsa facit ipsi medicinæ sol.quæ in sapore est acuta & primo proponit quod intendit,secūdo exequitur . secunda ibi.Et hoc tribus modis.prima patet. Deinde cum dicit .

SYL. **Gal.li.5. de simp.c. 14.** *Melius reddunt tribus de causis,prima quia medicamēto sic purgati repugnanti substantia sua,non modo crassa , sed frigida,qua illius acrimoniam & inflammationem frangunt . Ob id recte maiores scammonium in malo cydonio coxerunt , & eidem ipsum etiam commiscuerunt . Secunda mistis quoque stypticis , facta ventriculi compressio, citius , & facilius , purgatorium illud vehemens , à corpore propellit , quocirca recte etiam scammonio myrobalanos miscuerunt . Styptica denique cor & ventriculum , reliquasque partes nutritorias , ne à vehementibus illis lædantur , muniunt , roborant,nauseamque ac ventriculi subuersionem sedant .*

ANT. Et hoc tribus modis. Primum quia opponitur sibi ex parte substantiarum , & secundum aliquid ex parte qualitatum . Frangit enim res stiptica acuitatem sicut diximus , & inflammationem propter quod laudauerunt uerificatores scammoneam , quæ assatur in citonijs,& commixtionem ex eis. Secundum quia ex commixtione huius fit cōpressio,& facilior à corpore medicinæ expulsio . propter quod uerificauerunt effectū scammoneæ , qui eam cum myrobalanis miscuerunt . Tertium quia non fit impressio nocumentorum cordi & membris nutritiuis ex admixtione stypticorum cū medicina sicut superius diximus.

Hic declarat quod dixit,& diuidit in tres,sicut tres sunt modi per quos medicina stiptica opponitur effectib. malis ipsius medicinę soluentis cū accidente.secūda ibi.Secundū quia.tertia ibi.Tertium quia . lege totū simul.opponitur sibi ex parte substātiarū,eo ꝙ res in sapore acuta est subtilis substantiæ,sed res stiptica est sicca terrestris,& secundū aliquid ex parte qualitatū.nā res in sapore acuta est calida,stiptica aūt est frigida acuitate.s.medi.solu.propter quod &c. Vbi est aduertendū sicut apparebit infra cap.de scāmonea, ꝙ ipsa scammonea cōsolatur multis modis . Vno modo per solam assationem,non cum re alia admixta, sed ponitur inter regulas ad ignem.Secundo modo consolatur,quia accipitur pasta ex farina frumenti uel hordei,& ex qua fiunt duæ crustæ,postea scammonea clauditur inter illas duas crustas & ponitur in furno inter tegulas,& tandiu dimittitur quousq; pasta sit decocta,& tunc scammonea fit consolata.Tertio potest consolari per citonia, & hoc est dupliciter , uno modo quia accipitur scammonea & bene postea cooperitur & ponitur inter citonia,ita ꝙ citonia ponantur ad ignē siue in furno & scammonea circundetur ab illis citonijs.unde quousq; citonia sunt bene assata tunc scammonea est cōsolata,alio modo sic quia accipitur citoniū,& diuiditur per medium,& in utraque parte fit concauitas extrahendo medullam eum seminibus quæ sunt in utraq; parte citonij,postea impletur utraq; concauitas ex scammonea,& bene po-

stea

stea cooperitur, & utitur una pars citonij cum alia ualde, E postea ponitur illud pomum in furno uel inter tegulas, uel sub cineribus ubi stet quousq; pomum sit bene decoctum, ultimo habetur scammonea consolata, & hæc est optima ipsius consolatio, nam inde scammonea acquirit stipticitatē, remittitur etiam sua acuitas, quia non soluit ita fortiter, unde aliqua eius uirtus præcipue acuta remanet in citonio, unde est citonium ita solutiuum sicut scammonea, quæ cū myrobalanis commiscetur, nam ipsa scammonea ex multa mora quam posset facere in stomacho, posset stomachum mordicare sui acumine, quod cum myrobalani cum ea admiscentur comprimunt sui stipticitate intestina, & sto. & quod in eis est, unde cito fit eius operatio, & non multum moratur in stomacho, sicut superius diximus scilicet in fine præsentis lectionis. Deinde cum dicit.

SYL. *Non solis autem purgantibus valenter, sed omnibus quoque alijs mista styptica, ipsorum actionem reddunt salubriorem.*

ANT. Et vniuersaliter quidem omnibus medicinis associata earum operationem incolumitat. F

Possumus dicere ꝙ hic Mes. quod dixerat de iuuamento medicinæ acutæ quod acquiritur à medicina stiptica, generalizat omnem aliam medicinam euacuatiuam uel attractiuam. nam omnes earum operationes incolumitat. nā ipsa medicina stiptica prohibet debilitatem quæ posset accidere mēbris principalibus à medicina siue debiliter per proprietatem, siue per qualitatem primam secundam & tertiam. & ideo Gal. in secundo com. integre docet cum resolutiuis stiptica admiscere, & præcipue dū apostemata sunt in interioribus membris. stipticum enim remouet suum nocumentum. Deinde cum dicit.

SYL. *Dulcia vero omnibus cōmode miscentur, præterquam salsis.*

ANT. Et res quidem dulcis omnibus medicinis præterquam salsæ iuuamentum præstat.

(Res dulcis omnibus medicinis iuuamētū præstat præterquā medi. salsę.)

In parte ista Mes. ostendit quæ sit utilis permixtio medicinarum ex parte saporum, & quę inutilis licet aliter fuerit supra diuisa, & diuiditur in sex partes secundum ꝙ hæc uariatur sex modis ratione saporum compositorum. secunda ibi. Et unctuosi. tertia ibi. Rei autem acetosæ. quarta ibi. Rei uero insipidæ. quinta ibi. Rei uero salsæ. sexta ibi. Rei autem amaræ. Dicit sic de prima parte. præterquam salsæ, causa est, nam ut ibi statim ponet sapor salsus admixtus cum dulci est causa nauseæ. Deinde cum dicit. G

SYL. *Vnctuosa commode miscentur acribus, amaris, mordentibus, pungentibus, vlcerantibus, ægre lubricantibus, dulcibus autem & insipidis, incommode, acidis autem mista, ventriculum ad vomitum promptius euertunt.*

ANT. Et unctuosi quidem cum acuto bona est permixtio & cum amaro, & cum omni quod ferrositatem facit, & excoriationem, quod non facile lubricat, & quòd mordicationem generat. Inutiliter vero cum re dulci & re insipida. sed cum re acetosa est pronior ad uomitum & subuersionem.

(Quę sit utilis aut inutilis permixtio rei unctuosæ cum alijs.)

Ostendit quæ sit utilis aut inutilis permixtio rei unctuosæ cum aliis & dicit, unctuosi quidem cum acuto bona est permixtio. nam unctuosus sapor frangit acutum, quia uirtutem eius contemperat, & eius caliditatem, & cum amaro, propter. s. eandem causam, & cum omni quod ferrositatem facit, & prohibet excoriationem, inutiliter uero cum re dulci & insipida, nam ex tali permixtione non adducitur iuuamentum nec nocumentum, quia inutilis est eius permixtio cum eis, sed cum re acetosa &c. causa est nam res acetosa incidit, unctuosa autem lenit id quod incisum est cum subleuat id ad superiora stomachi sui leuitate & raritate, quare mouet ad uomitum. Deinde cum dicit. H

SYL. *Acida salubriter miscentur acribus, vrentibus, mordētibus, dulcibus, & alijs incendi aptis, inutiliter amaris, salsis, stypticis, vlcerantibus, ferrantibus.*

ANT. Rei autem acetosæ cum medicina acuta vtilis est permixtio & cum dulci, & cum omni re inflammabili & mordicatiua. Inutilis vero est cum amara, & salsa & stiptica, & excoriatiua, & ferrosa.

(Quę sit utilis aut inutilis permixtio rei acetosę cū alijs.)

Ostendit quæ sit utilis aut inutilis permixtio rei acetosæ cum alijs medicinis diuersificatis in sapore. Dicit sic. Rei autem acetosæ cum acuta est utilis permixtio. nam res acetosa frigida est & humida unde sui frigiditate & humiditate remouet caliditatem medicinæ acutæ superfluam, & cū dulci, & cum omni re inflammabili. causa est, quia talis permixtio multum prouocat appetitum, unde uidemus, quòd si quis miscet piper cum aceto, quòd hæc permixtio sumpta multum confortat stomachum & excitat appetitum eius, & cum omni re mordicatiua, scilicet est utilis eius permixtio, eo ꝙ remouet earum caliditatem & inflammationem. Inutilis uero &c. causa est. nam ipsa est ita mordicatiua sicut illa, & multo plus mordicaret si cum eis admisceretur. Deinde cum dicit.

SYL. *Insipida vtiliter miscentur acribus, amaris, salsis, ferrantibus, mordentibus, vlcerantibus, inflammantibus, stypticis inutiliter.*

(Quæ sit utilis aut inutilis permixtio rei insipidę cū alijs.)

ANT. Rei vero insipidæ cum acuta, & amara, & salsa vtilis est permixtio, & cum ferrosa, & excoriatiua & inflammatiua, & mordicatiua. Inutilis vero cum stiptica.

Ostendit quæ sit utilis an inutilis permixtio medicinę insipidæ cum alijs, & dicit, Rei uero &c. causa est, nam ipsa medicina insipida est aquea in substantia. unde etiam remouet omnem saporem excedentem uel excellentē. siue enim remittit ferrosa & excoriatiua &c. supple est cōuenies permixtio rei insipidæ, inutilis uero stiptica, nam medicina stiptica non habet saporem excedentem, quia non indiget, ut cum ea admisceatur medicina, quæ remittat eius saporem, qualis est medicina insipida. Deinde cum dicit.

SYL. *Salsa inutiliter miscentur acribus, amaris, dulcibus vnctuosis, præterquam quibus actio imbecilla, aut tarda, vigore ob id indigens. Omnia enim tarde ac imbecilliter purgantia, ab acri & salso vigorem accipiunt.*

ANT. Rei quoq; salsæ cum acuta, & amara & dulci, & vnctuosa, inutilis est permixtio: nisi cum his proprie quorum operatio est debilis, indiget tamen confortatione. Sunt enim acutum & salsum confortatiua omniū debiliter & tarde soluentium. G

(Quę sit utilis aut inutilis permixtio rei salsæ cum alijs.)

Ostendit quæ sit utilis aut inutilis permixtio rei salsæ cū alijs medicinis diuersificatis in sapore, & quæ indigent cōfortatione in sui operatione. Acutū enim &c. notabile uerbum. nam acutum & salsum mordicando accelerare & festinare faciunt operationes medi. & sustinent quando in tali sapore sunt. Deinde cum dicit.

SYL. *Amara & acria quadantenus vtiliter miscentur: salsis vero, vlcerantibus, ferrantibus, siccantibus, inutiliter.*

ANT. Rei autem amaræ & acutæ secundum aliquid utilis est permixtio, inutilis vero cū re salsa, & omni faciēte excoriationem, & ferrositatem, & desiccationem.

(Quę sit utilis aut inutilis permixtio rei amarę cū alijs.)

Ostendit quæ sit utilis aut inutilis permixtio rei amaræ cum alijs medicinis ratione saporis, secundum aliquid. inquantum scilicet acutum accelerat operationem amari. inutilis cum salsa scilicet permixta res, amara, inquantum ita habet exiccare sicut salsa, & omni faciente, quoniā res amara ex diuturna permanētia eius in parte excoriat sicut acuta uel alia. Deinde cum dicit. H

SYL. *Postremo glutinosa omnia, sua substantia medicamentorum malignitatem frangunt, & exulcerare viscera, venarumq; ora aperire, interpositu suo, prohibēt. Quapropter tragacanthum, aut mastiche, aut bdellium, recte miscētur aloe, colocynthidi, cucumeri agresti & similibus. Hanc in rem quoq; ladanum esse mirum prædicant nonnulli, præsertim si pauco oleo rosato solutum, colocynthidi misceatur. Alia aliorum sunt remedia à nobis particulatim dicenda in singulis simplicibus purgatorijs.*

ANT. Sunt etiam ex rebus, quæ secundum conditionem substantiarum adiuuant ad remouendum malitiam medicinæ, sicut res conglutinatiuæ & habentes viscositatem. Hæc enim opponuntur medicinis quarum proprietas est excoriare viscera, & aperire venarum orificia, sicut recte dicimus misceri tragacanthum, aut mastichem aut bdellium cum aloe, & colocynthide, & cucumere asinino, & similibus. Et dixit quidā, quòd laudanū ad ista est mirabile, & proprie permixtum cum colocynthide, & pauco oleo rosato, & alij adinuenerūt alia, sicut in partibus dicemus.

(Qualiter conglutinatiuę debēt remouere malitiā medi.)

In parte ista docet consolari medi. solutiuas per compositionem aliarum medi. quæ resistunt nocumentis earum ratione substantiæ. hæ enim &c. nam hæ medi. sui conglutinatione coadiuuant partes intestinorum, unde non excoriantur, & oppilant, & constringunt, unde prohibent apertionem orificiorum uenarum cum aloe qui aperit orificia uenarum & colocynthide scilicet quæ excoriat intestina. unde cum colocynthide quandoq; admiscemus oleum rosatū ut scilicet extinguat eius caliditatem, & prohibeat excoriationem intestinorum sui uiscositate, & aliqualiter sui stipticitate.

De proportione rerum sibijnuicem iungendarum. Cap. 4.

SYL. *Prædicta autem medicamenta proportione quantitateq; idonea sunt permiscenda, vt ex his licet diuersa potentibus, vna tamen facultas consurgat. Qua igitur mensura vnum alteri miscendum sit, vt salubre fiat medicamentum, indicatione ab ipsorum proprietate tantū sumpta, hic breuiter docere statui, non etiam à quantitate & qualitate: id enim liber Haly senis & Alchindi abunde docet. Quod aūt breuiter persequi statuimus est huiusmodi.*

ANT. (De rectificatiōe medi. per proportionē quantitatiuam.)

INquit Ioan. heben Mes. Modum autem & proportionem attendi oportet in permixtione subijnuicem rerū quarum præcessit rememoratio vt consoletur medicamen ex diuersis proprietatibus sigillantibus vnā virtutem. Et erit intentio nostra hic comprehendens exigentiam quantitatum medicinarum in consolationem vnius ad alteram per considerationem proprietatum tantum. Quomodo autem consolentur medicinæ per comprehensionem exigentiæ quantitatum & qualitatum earum lege librum Haly senis, & Alchindi. & inuenies. Consideratio autem quam breuiter hic intendimus fit hoc modo.

Postquam Mes. docuit consolari medicinas solu. per admixtionem aliarum medi. rectificantium, siue meliorantiū ipsarum uirtutes permutantium malitiam ipsarum, & resistentium ipsarum effectibus. In parte ista docet eas consolari per proportionem quantitatiuam medicinarum admiscendarū cum medicina solu. & hæc est magis deterioratio huius proportionalitatis generalis. unde ostendit utrum medicina quæ admiscetur medici. solutiuæ debeat esse multa aut pauca in quantitate aut æqualis. determinationem autem specialem huius fecit in secundo tractatu. ostendit etiam quantitatem debitam ipsis turbith aut zingiber quando scilicet admiscentur, utrum scilicet turbith debeat esse tantum uel minus uel plus quàm zingiber. & primo præmittit intentionem suam. secundo exequitur. secunda ibi. Omnis medicina, & proportionem scilicet quantitatiuam, & notum est. Deinde cum dicit.

SYL. *Omne medicamentum purgans aut violentum est, vt scammonium, euphorbium, granum gnidium, & alia multum acria: aut imbecilla, vt casiafistula, manna, violæ, & alia similiter dulcia & salubria: aut mediocre, vt subacria, subamara, & alia violentorum & imbecillorum media, quorum magna est latitudo, ac per magis & minus in bonitate & malignitate differentia.* A

ANT. Omnis medicina solutionem faciens, aut est fortis virtutis, aut debilis, aut mediocris. Voco autem virtutem, posse medicinæ quo impressionem efficit in corporibus nostris. Et posse quidem huiusmodi forte est. sicut diximus in medicinis multæ acuitatis. sicut est scammonea, euphorbium, almezereon & similia. debile uero in eis, quę ad latus declinant incolumium sicut sunt medicinæ dulces, sicut violæ, & casiafistula & tereniabin, & similia. Mediocre autem inest eis quæ sunt debilis acuitatis, & debilis amaritudinis, & quæ sunt inter illas, inter quas etiam sunt gradus, & eleuationes in bonitate, & malignitate plus vel minus.

(Quæ sunt med. solu. fortis uirtutis. Quæ debilis uirtutis. Quæ mediocris virtutis.)

Exequitur docens scilicet inuenire debitam proportionem quantitatiuam aliarum medicinarum quæ cum medicina solu. debent admisceri, & primo ponit quasdam conditiones utiles suo proposito. secundo exemplificat suum propositum. secunda ibi. Pone ergo. Prima in duas. primo ponit diuisionem quandam. Secundo ostendit quæ sunt medicinæ consolantes medi. solu. secunda ibi. adhuc autem res. Prima in duas. primo ponit hanc diuisionem, secundo declarat membra diuisionis. secunda ibi. Et posse quidem huius. Prima in duas primo facit quod dictum est & quoddā dictum exponit secunda ibi. Voco autem. Illa pars, & posse, diuiditur in tres secundum quòd tria erant membra diuisionis declarandæ, partes patent omnes, istas partes legit simul, almezereon. i. grana meze. uel laureolæ sunt medi. dulces sicut sunt uiolæ &c. causa est eo ꝙ non soluunt inferendo uim naturæ. immo soluūt cum delectatione ipsius &c. totum id est notum. Deinde cum dicit. B

SYL. *Adhæc omne alexiterium (Bezahar Arabes vocant) quod medicamentum purgans emendat, aut valenter, aut imbecilliter, aut mediocriter iuuat.* C

ANT. Adhuc autem omnis res quæ est sicut bezahar in emendatione medicinarum solutiones facientium aut est magni iuuamenti, aut parui, aut mediocris.

(Medicamētum est noxiū substātia sua malefica, qualitatib⁹ primis, uel alijs cor lędētibus, ob id trifariam corrigitur.)

Ponit aliam diuisionem medicinarum quæ sunt consolantes medi. solu. & primo ponit diuisionem. secundo declarat membra diuisionis. secunda ibi. Et quidem magni iuuamēti. Prima in duas. primo facit quod dictum est. secundo exponit quoddam uocabulum siue dictum statim. secunda ibi. uoco autem, has legit simul. bezahar. i. medicina consolans uel resistens uenenositati medi. solutiuæ. Deinde cum dicit.

SYL. *Id est, medicamenti purgantis noxam oppositu suo frangit, vel intemperiem corrigit, vel virtutem, (cordis) regit.*

ANT. Voco autem iuuamentum omne illud quod medicinæ solutiuæ obijcitur, aut quo virtus regitur, aut mala complexio remouetur.

Modo exponit uocabulum di. Voco autem iuuamētum omne quod medicinæ solutiuæ obijcitur & præcipue suæ uenenositati, & hoc erat supple unum nocumentum quod proueniebat ab ipsa, aut supple uoco id esse iuuamentum quo uirtus cordis regitur, ita ꝙ medi. solu. ratione suorum pessimorum accidentium cordi non occurrat, ut supra ponebatur, hoc enim erat aliud eius nocumentum, aut supple uoco id esse iuuamentum quo mala complexio. s. medi. solu. ut quādo est multum calida remouetur, & hoc erat eius tertium nocumentum quod ab ipsa proueniebat à sua prima qualitate. Deinde cum dicit. D

SYL. *Valenter autem iuuant, quæ præterquam quòd hæc tria præstant, etiam nos nutriunt, vt dulcia. Parum iuuant, quæ vno modo vel duobus iuuant, tamen non nutriunt corpus, sed ipsum alterando permutant, vt amara, salsa, styptica, & similia. Medio criter iuuant, quæ pluribus modis*

dis commodant,& quadantenus nutrire possunt,vt vnctuo E
sa,insipida,ex austero dulcia vt dactyli,cydonia,aut dulca
cria,vt mel, aut acidodulcia, vt † mesa, aut dulcia, & si
mul insipida, vt poma.

†Granata, uelfructus alij acidorũ, & dulcium medij.

Et quidem magni iuuamenti rem dico in qua intentiones omnes aggregantur quas diximus, cum hoc ẽt quòd potest effici nutrimentum nostri corporis, ſicut res dulcis. Parui autem iuuamenti rem dico in qua unã uel duas ex intẽtionibus quas diximus inuenies, præter hoc quod posit esse nutrimentum nostri corporis, immo est ad alterandum & permutandum tantum, ſicut est res amara, res salsa, ſtyptica, & ſimilia. Et uoco rem mediocris iuuamenti, in qua plures ex intentionibus prædictis iuuenies, cum hoc etiam quòd secundum aliquid potest effici nutrimentum nostri corporis, ſicut res unctuosa, aut res insipida, & res in qua ſimul dulcedinẽ & põticitatẽ est inueniri, ſicut sunt dactyli & citonia, aut dulcedinem cum acumine, ſicut mel, aut dulcedinem cum acetositate ſicut muza, aut dulcedinem cũ insipiditate ſicut poma.

ANT.

Modo declarat membra diuisionis. & primo unum ſecũdo aliud. tertio ultimum. ſecunda ibi. Parui autem iuuamẽti. tertia ibi. Et uoco rem, dicit ſic. In qua intentiones omnes ſcilicet tres nunc dictæ aggregantur ſcilicet quia totũ obijcere malis effectibus medicinæ ſolu. confortat etiam cor ne ei occurrat uenenositas medi. remouet etiã eius malam complexionem, cum hoc etiam potest effici nutrimentum corporis ut res dulcis ſicut est uinum granatorum, ſyrupus roſatus, & uiolatus, hæc enim cum hoc quòd faciunt illas tres intentiones nunc dictas possunt effici nutrimentũ corporis. parui autem &c. exemplum in illo ſicut ſi piper miſceremus cum ſcammonea, dato enim quòd piper faciat quoddam iuuamentum, quia confortat ſtomachum & cor, non remouet ſiue alterat complexionem calidam ſcammoneæ cum ſit calida eodẽ modo, uel mouet de alijs, ſicut ſunt dactyli & citonia, hæc enim propter ſui ſtipticitatem cõfortant ſtomachum & cor, ſed per eorum dulcedinem nutriũt ſicut maza & melius ſicut muza. i. poma granata, quæ ſunt media inter dulcia totaliter & acetoſa. nam ex eorum aliquali dulcedine nutriunt. & per eorum acetositatem reſiſtunt complexioni calidæ ipſius ſcammoneæ uel alterius ſolutiui ſicut poma ſcilicet ſylueſtria uel ſicut poma apte ſic uocata, & præcipue poma quæ uocamus franciſca &c.

Deinde cum dicit.

SYL.

Si est igitur medicamentum violentum, alteri plurimũ
iuuanti miſcendum, amboque proprietatibus inter ſe ad mi
ſtionem concordant, & conſentiunt. De vtriuſque quanti-
tate ſic ſtatues, & quod plurimum iuuare conſidis, largius
miſceas, ceu à quo commodum expectas, violentum autem
parcius, vt à quo propter actionis vehementiam, noxa cor
pori aliqua impendet.

ANT.

Pone ergo ſic, quoniam oportet aliquando medicinam fortis uirtutis miſceri rei magni iuuamenti, & tua H
intereſt poſt pacem omniũ proprietatum, adhuc modis proportionum ad concordiam conſolari, hoc modo expedit augmentare eam quæ est magni iuuamenti propter beneficiũ, quod de ea creditur, & minuemus eam quæ est fortis uirtutis, timentes læſionem in corpus propter fortitudinem impreſſionis ſuæ. Erit ergo ſic quod rem magni iuuamenti augmentabimus, Medicinam autem fortis uirtutis minuemus.

Superius in hoc cap. Io. Meſ. poſuit duas diuiſiones medi. una erat diuiſio med. conſolandarum quæ ſunt ſolutiuę. alia uero erat diuiſio medi. debentium illas cõſolari. In parte iſta dat modum conſolationis ipſarum penes tales diuiſiones & combinationes. & primo docet conſolari med. fortis uirtutis in exoluendo. Secundo docet conſolari medi. quæ est debilis uirtutis. ſecunda ibi. At ſi iungenda est medicina debilis uirtutis. Sed tu dices ſtatim quare nõ docuit conſolari medi. ſolu. quæ est mediocris uirtutis. ſoluitur ſtatim q̃ habita conſolatione med. quarum una est fortis uirtutis in exoluendo, & alia debilis ſtatim habetur implicite conſolatio medi. quæ est mediocris uirtutis in exoluendo, eo q̃ ſatis ex extremis põt dari intelligi mediũ. modo hæc est media inter illas. Prima in duas. Primo docet conſolari med. ſolu. fortis uirtutis per medi. quæ est magni iuuamenti. Secundo docet conſolari eam per med. quæ est parui iuuamenti. ſecunda ibi. Verum ſi iungenda est. Sed tu dices, cum conſolatio ſit triplex, ſcilicet per medi. multi iuuamenti, pauci iuuamenti & mediocris, quare non docuit conſolari per medi. mediocris iuuamenti. ſoluitur ſic dans id intelligere ex ſuis extremis. nam cum med. forti debemus ponere rem multi iuuamenti in magna quantitate, & rem pauci iuuamenti in pauca quantitate, ut ipſe tenet, ita etiam de mediocribus iuuamẽtis debemus ponere mediocriter. prima in duas. ſ. quia primo oſtendit qũo conſolatur med. fortis ſiue acuta per med. magni iuuamenti. ſecundo hoc cõfirmat auctoritate Demo. ſecunda ibi. Et hoc ẽt Democritus uoluit. Exemplũ primæ partis est tale. nã ſi uelimus miſcere ſcammoneam quæ est fortis uirtutis cũ caſia quæ est magni iuuamenti, modo quia doſ. ſcammoneæ fortis sunt ſeptem grana minuemus hanc doſim, & dabimus tria grana tantum modo, ne noceat cordi propter ſui uirtutẽ fortẽ, & impreſſionem, & augebimus quantitatem caſiæ, unde dabimus de ea. ʒ. ſ. uel. i. eo q̃ ex ipſa fit magnũ iuuamentũ, & ideo melius est addere de caſia quã addere de ſcãmonea in uno uel dimidio, ſemper intelligentes, q̃ hoc habeat uerum, ſuppoſita ſigillatione iſtarũ medi. in proprietate uel qualitatibus primis ſecundis & tertijs. nã & ſi debemus augere med. magni iuuamenti qñ miſcetur med. fortis uirtutis non tamen propter hoc debet augeri in infinitũ ne ſtatim tollatur proportio & ſigillatio in quæ est inter eas. iterũ licet ab eis ſit magni iuuamenti, nõ tamen propter hoc debemus miſcere cũ ſca. uel cum alia medi. fortis uirtutis cum inter ea nõ ſit proportio & ſigillatio in proprietatibus. & ideo hæc regula G
Meſ. ſemper habet uerum ſuppoſitis regulis præcedentibus nam ſemper oportet attendere proportionem ipſarum medi. quæ est quantitatis ad quantitatem debitam, iterum etiã qualitatis ad qualitatem.

Deinde cum dicit.

SYL.

Id quod Democritus his verbis volebat: Medicamentũ
ex violento imbecillum efficias oportet. Quia medicamen-
tum alteri proprietatibus concordãti miſtum, quantitate
idonea est ſalubrius, non correctum autem, malignius.

Et hoc est quo Democritus uoluit dũ dixit. Oportet aũt medicinã fortẽ debilẽ facias, quod est, quia medicina conſolata concordantijs & proportionibus est incolumior ſicut etiam non conſolata iniquior.

ANT.

Quod dixerat ipſe confirmat auctoritate Democ. cõcordantijs ſcilicet quantum ad qualitates, & proportionibus, ſcilicet quantum ad quantitates.

Deinde cum dicit.

SYL.

Quod ſi medicamentum violentum alteri parum iuuan
ti miſcendum est, vtrunque est minuendum, illud quidem,
ob impendentem noxam, hoc, quia tantum illius temperatu
ram alterat, vel ʒ actionem ʒ immutat.

Verum ſi iungenda est medicina fortis uirtutis rei pauci iuuamenti, minuemus medicinam fortis uirtutis propter illud quod diximus, & rem pauci iuuamẽti minuemus ſimiliter, quia non acquiritur per eam niſi intentio una & est alteratio, uel permutatio.

ANT. Modus ſolãdi fortitudinem med. pauci iuuamenti.

Dat modum conſolationis medici. fortis uirtutis, cum medici. pauci iuuamenti, propter id quod diximus ſcilicet ne faciat nocumentum & est alteratio, ſcilicet medici. ſoluti. ſcilicet quo ad qualitates, & permutatio, ſcilicet operationis eius de uno membro ad aliud.

Deinde cum dicit.

SYL.

Si autem medicamentum imbecillum alteri valde iuuã
ti miſcendum est, illud vtpote ob debilitatem innoxium, est
augendum,

augendum, vt ei quantitas vigorem, & robur adiiciat
(quod etiam voluit Democritus, medicamentum ex imbe-
cillo valentius faciendum imperans, augendum quoq; quod
magnopere iuuans est, ob dictam prius cauſam.

ANT. De conſolatiõe medicinæ debilis uirtutis.

At ſi iungenda est medicina debilis uirtutis rei magni iuuamenti augmentabimus medicinam debilis uirtutis non timentes de impreſſione eius in corpore, immo oportet quòd uirtus eius per ſubadditionẽ in quãtitate ipſius uigoretur, ſicut adhuc dixit Democritus. Medicinam autem debilem inquit fortẽ facias. & poſt hoc augmentabimus rem magni iuuamenti propter illud, quod diximus.

Docet modum conſolationis med. quæ est debilis uirtutis, & primo docet eam conſolari cum me. multi iuuamẽti. Secundo docet eam conſolari cum med. pauci iuuamenti. ſecunda ibi. Si autem. & tertio ſi uolumus imponit finem dictis ibi. Et hoc est illud. exemplum primę partis est, ſi nos uolumus miſcere caſiam quæ est debilis uirtutis cum uiolis B
prunis & ſeminibus communibus quæ ſunt multi iuuamenti, tunc ponemus de decoctione iſtarum uiolarũ, & ſimiliũ multum cum caſia ad diſtemperandum ipſam quia quaſi unã ſcutellam, ſed ſi uelimus diſtemperare caſiam cum decoctione agarici non debemus ponere de illa decoctione niſi parum, quia forte. ʒ. iij. ut poſsit caſia diſtemperari. nam ex eo non aquiritur magnum iuuamentum propter hoc quod diximus, eo q̃ talis res facit magnum iuuamentum & non nocumentum.

Deinde cum dicit.

SYL.

Si denique medicamentum imbecillum alteri parum iu-
uanti miſcendum est, illud augendum, hoc minuendum, pro-
pter dictas prius cauſas. Hæc de miſcendorum quantitate
tibi cognoſcenda ſunt, quanquam ſunt, qui alia quoque ad-
dant, ſcopis alijs intenti.

ANT.

Si autem iungenda est res pauci iuuamenti medicinæ debilis uirtutis, augmentabimus medicinam debilis uirtutis propter illud quod diximus, & minuemus rem parui iuuamenti propter illud quod etiam dixi- C
mus. Et hoc est illud quod de proportionibus ſcire oportet. Alii autem dicunt alia, ſecundum intentiones diuerſas.

Docet conſolari medi. ſolu. quæ est debilis virtutis cum re pauci iuuamenti. exemplum huius ſicut ſi nos uellemus miſcere caſiam quæ est debilis uirtutis exoluendo cum agarico qui est pauci iuuamenti, tunc augmentabimus caſiam, eo q̃ ex ipſa non timetur aliquod nocumentum, & minuemus agaricum propter dicta ſupra, poſtea ultimo concludit, & est notum.

De modis rectificationum medicinarum cum beneficiis, & primo de modis coctionis. Cap. 1. Summæ primæ.

Quibus modis ars medicamenta corrigit & coctionis differentiæ.

SYL.

Medicamenti purgantis malitiam ars reprimit, &
facultates nouas impertit quatuor modis, coctio-
ne, lotione, infuſione, tritura.

ANT. Quatuor modis potest remoueri malitia medic.

Nquit Io. Meſ. diſpoſitionis acquiſitæ per artem reprimunt malitiam medicinarum ſolutionem facientiũ. Auxiliatur enim ars nobis quatuor modis. Aut decoquendo, aut lauando, aut infundendo, & triturando.

Cõtinuatio.

Superius Meſ. docuit rectificare me. ſo. per proportionẽ medi. miſcendarum ipſi medic. ſolu. In parte iſta docet eas conſolari per beneficia artis, & primo proponit quot modis per artificia poſſumus eas conſolari. ſecundo illos modos declarat. ſecunda ibi. Et dico q̃ decoctio. litera primæ partis est nota.

Deinde cum dicit.

Coctio, vna est elixatio, altera aſſatio.

SYL.

Et dico quòd decoctio alia est quæ est ſicut elixatio. Et alia est quæ est ſicut aſſatio. ANT.

In iſta parte exequitur docens per illos quatuor modos conſolari medi. ſolu. & diuiditur hæc pars in quatuor partes, Primo docet eas conſolari per decoctionem. Secundo per lauationem. Tertio per infuſionem. Quarto per trituram. partes patẽt in ſuis capitulis prima in duas. primo oſtendit quot ſunt modi decoctionis ipſarum. ſecundo per illos docet eas conſolari. ſecunda ibi. Elixatio autem. In prima parte est notum quod dicit, & Meſ. hic per elixationem intelligit decoctionem quæ fit in humido aqueo ſiue ſit humidum aqueum ſimplex & elementare, ſiue fiat hæc decoctio in humido aqueo mixti alicuius & uiridi, ſicut ipſe ponet ſtatim de helleboro qñ in raphano decoquitur. & elixatur, & ponet de ſcammonea q̃ ipſa in cydonio decoquitur decoctione quæ est elixatio. nam licet cydonia aſſentur, tamen aſſatio uſq; ad ſcammoneam non peruenit, immo potius elixatur ſcammonea, quia in aliquo humido decoquitur: & per aſſationem intelligit alterationem me. ſol. aliquã igneitatem ſiue fiat in uitro quod cito contingit, ſiue fiat ſuper tegulas uel ſuper prunas.

Deinde cum dicit.

Elixatio medicamenti humorem excrementoſum coquit
reſoluit, flatus ab eodem craſſos, mordaces, ad nauſeam vẽ
triculum euertentes, diſſipat, cius denique acrimoniam, mo
tus in corpore moleſtos, vim valide ſerrantem, excoriantemque frangit & prohibet. Propterea ſcammoneum in
pomo vel cydonio cocto, vel in vaſe vitreo cum ſucco roſa-
rum, & oleo amygdalarum dulcium, est præſtatius, vt mox
in ſimplicibus dicemus. SYL.

Elixatio autem adiuuat in reſoluendo humiditatem ANT.
ſuperfluam medicinæ, & maturando, & carminando Declarat effectus elixationis.
uentoſitatem craſſam, aut mordicatiuam, facientem C
ſubuerſionem, & nauſeam, & motus laborioſos in corpore, frangitq; acuitatem & exceſſus ſerroſitatis, & excoriationis. Et propter hoc laudatur ſcammonea cocta in pomo aut citonio, aut demũ in uaſe uitreo cum ſucco roſa. & oleo amygdala. ſicut dicemus iam.

In parte iſta illos duos modos declarat. & primo oſtendit qualiter conſolatur medi. ſolu. per decoctionem quę est elixatio. Secundo dicit per decoctionem quæ est aſſatio. ſecunda ibi. Aſſationem quæ elixatio, prima in duas, quia primo docet conſolari me. ſol. quæ habet unam uirtutem. Secundo docet eam conſolari quæ habet plures uirtutes. ſiue his quæ dixerat annectit quædam. ſecunda ibi. Et qñ diuerſificantur. Prima in duas. Primo facit quod dictum est. Secũdo remouet quandam dubitationem. ſecunda ibi. Verũ tibi ſupereſt. Prima in duas. Primo facit conſolari medi. ſol. per ipſam elixationem ut per ipſam med. ſol. perdat ſuam malitiã. Secundo hoc idem facit ut medi. ſol. acquirat aliquã uirtutem. ſecunda ibi. Exceſſus autem in reſoluendo humiditatem quæ ſuperfluam. nam iſta decoctio quæ est elixatio humiditatum quæ ſunt in centro, trahit ad circunferentias, & tunc reſoluuntur in corpore poſtea, & præcipue in ore ſtomachi ſicut dicemus &c. ſ. in ſecundo tractatu.

Deinde cum dicit.

Attractio quoque medicamenti vehementior & mali-
gnior elixatione obtunditur, vt cum medicamentum ma-
leficum intra cauitatem alterius benigni coquimus, vti-
lius virtus in hoc fracta maneat, qualiter exempli gra-
tia, ſi radicem raphani radicibus hellebori transfixam, ſub
cineribus coquimus, & eam damus edendam. Habet enim
virtutem hellebori purgatricem, ſed multum repreſſam.
Sapam quoque, aut ſyrupum roſatum, quibus incoctum ſit
ſcammonium, propinamus. Id quod philoſophi appellant
ſeparationem rei ſecundum ſpeciem, à re quæ est ſecundum. SYL.

materiam, & hoc est formæ, & virtutis specificæ, à materia transsumptionem.

ANT. Excessus autem attractionis superfluæ et iniquitatis reprimitur in elixatione, sicut quando decoquimus aliquod eorũ, de quorum malitia formidatur in concauitate alterius rei, et remanet uirtus eius in illa refracta. Sicut. v. g. Figimus fustem hellebori in radicem raphani, et post coctionem eius in cinere, propinamus raphanum habentem uirtutem hellebori repressam. Et decoquimus scammoneam in robub, et syrupis, et propinamus rob et syrupum habentem uirtutẽ scammoneę. Et hoc est illud quod uocant philosophi separationem rei secundum speciem, à re quæ est secundum materiam.

In parte ista dat modum consolationis medi. inquantum per decoctionem elixatiuã acquiritur aliqua uirtus, & primo ostendit qualiter acquiritur aliqua uirtus soluti. in medici. in qua fit decoctio medici. soluti. & in secunda parte ostendit quomodo ista decoctio elixatiua acquirat uirtutem medici. soluti. à rebus de quibus decoquitur. secunda ibi. Amplius autem, uel potest dici quòd in ista parte uel in duabus præcedentibus istam (amplius autem) ponit tria iuuamenta quæ acquiruntur medici. per elixationem non est uis quocunque modo diuidatur, refracta idest debilitata. nam talis uirtus solutiua non est in propria substantia & materia, in robub. i. in succo fructuum, separatione rei secundum speciem. i. qualitatem siue uirtutem à specie secundum materiam. i. à materia, unde hæc uirtus solutiua existens prius in una materia fit modo in alia, sicut in se. in qua decoquitur medi. solu. & helleboro uel scammonea, & similia. Sed hoc est attendendum quòd ista decoctio hellebori in raphano, quandoque est per elixationem artificialem, quandoq; est per elixationem naturalem. dico primo quòd ista decoctio hellebori in raphano quandoque est per elixationem artificialem, & hoc fit pluribus modis. uno modo sic, quia dicimus radicem raphani, & ab eo euellimus eius medullam ligneam, & loco eius ponitur helleborus, & ibi dimittitur stare. Alio modo fit, quia scinditur raphanus per medium & in medio ponitur helleborus & ligatur secum. & tertio fit, quia accipitur raphanus extractus à terra & postea cũ terrebello perforatur & in talibus foraminibus ponitur helleborus. Dico secundo quòd quandoque decoctio hellebori in raphano fit per elixationem factam à natura. nam accipitur raphanus non extractus à terra, & circumcirca radicem eius facimus foueam, ita quòd radix eius apparet perforata multis foraminibus & in eis ponitur helleborus, tunc enim hellebori acquirit uirtutem raphanus ex suo proprio nutrimento quod a terra euellit & diminuitur malum sicut & hoc modo est in multis arboribus, & uidetur quod est conueniens satis. nam est quòd quandoque uolumus facere alicui uomitũ aliqualiter fortem, modo raphanus non est satis sufficiens ad hæc, iterum & helleborus est nimis forte uomitiuus, quare tunc istis decoctionibus elixatiuis decoquimus helleborum in raphano, & habemus tunc uomitiuum quod intendimus, sicut est si uellemus uti aliqua medicina nimis forti tunc eam consolamur elixando, unde utitur ea non in substantia, sed in infusione, unde ex ea non inducitur postea magnum nocumentum.

Elixatio artificialiter hellebori i raphano tribus fit modis.

Deinde cum dicit.

SYL. *Præterea medicamentorum multorum malignitas reprimitur ipsorum coctione in herbarum, vel seminum, vel aliorum succis & aquis, sua facultate illorum violentiam permutantibus.*

ANT. Amplius autem quandoque medicinarum multarũ reprimimus malitiam decoquendo eas in succis, et aquis herbarum et seminum et rerum aliarum ut suscipiant permutationem à uirtutibus earum.

Hic ostendit qualiter hæc uirtus acquiritur medicinæ solutiuæ per decoctionem elixatiuã in alijs rebus siue ponit aliud iuuamentum quod acquiritur medi. solu. per elixationem, & notum est. Deinde cum dicit.

Cæterum coctionem non sustinent omnia æqualem, sed quædam debilem, alia valentem. Quorum enim virtus facile resoluitur, quia vel imbecilla est, vel in superficie est posita, vel in subiecto raro consistit, omnia eiusmodi parum diu, nec valenter coquenda sunt, quod virtus eorũ à coctione immodica resoluitur. Talia sunt, semina quatuor frigida maiora, adiantum album, epithymum, violæ, & flores prope reliqui. Contrario his modo affecta medicamẽta diu coquenda sunt. Omnia enim crassæ essentiæ cocta, fiunt clementiora, omne item medicamentum, arte & legitime coctum, parte plurima est benignius. Sic omnia acria decocta fiunt meliora. (horum enim violentiam, si qua inest, coctio frangit) nisi si qua horum virtutem habent aut imbecillam, aut superficiariam. SYL. Coquẽda parum.

Quæ deniq; inter hæc duo extrema sunt media, mediocrem quoq; decoctionem sustinent.

ANT. Coquẽda multum. Verum tibi superest scire medicinas quæ debilẽ coctionem suscipiunt, aut fortem, omnia enim quorum uirtus facile resoluitur, aut sunt debilis texturæ, aut uirtutem habent positam in superficie, debili coctione indigent. Superflua. n. coctio resoluit uirtutem, sicut uiolæ proprie, et semina quatuor, et capillus ueneris, et epithymum, et uniuersaliter omnes flores. Et quæ contrario modo se habent contrariæ. Et quæ medio modo, mediocriter. Et omnia quæ acumen habẽt decocta sunt mitiora, decoctio enim frangit uirtutẽ earũ, si forsitan sit uirtus alicuius posita in superficie aut debilitata. Et omnia quæ sunt crassæ substantiæ coctio acquirit eis facilitatem, et omnis medicina cocta secundum artem et legem secundum plurimum est facilior. Quędã sunt mediocres. Et quædã fortes.

In parte ista remouet quasdam dubitationes, & primo unam. Secundo aliã. secunda ibi. Verum &c. prima in duas. Primo facit hoc. Secundo his quę dixerat annectit quędam secunda ibi. Et omnia, legit ambas simul. Dubitatio quam remouet est, quia crederet aliquis quod eadẽ decoctio omnibus medicinis acquirat bonitatem. arguit quod non, & semina quatuor, scilicet frigida, ut semina melonis, citruli, cucumeris, cucurbitæ, & omnia quæ acumen habent &c. causa est, quia per decoctionem acumen remouetur.

Deinde cum dicit.

Purgantia autem humiditate multa, aut lubricando vel nihil, vel minimum coctio iuuat. SYL.

ANT. Verum neq; per decoctionem fit iuuamẽtum in his quæ soluunt labificando et faciendo lubricum de quo sit ualde curandum.

Remoueret aliam dubitationem. crederet enim aliquis quòd decoctio elixatiua omnibus med. sol. acquireret æquale iuuamentum. Respondet quod non. nam medi. euacuantibus lubricum faciendo decoctio non multum confert. nã tales medi. non habent nocumenta quæ debent remoueri per elixationem. Deinde cum dicit.

Præter hæc, coctio facultates medicamentorum diuersas omnium optime permiscet, vt ex his omnibus vna resultet, velut concreta, faciens actionem, quarum si qua erit imbecillior, minus valenter coquenda est, vegete vero, magis. Calorem enim coquentem temperabis proportione & natura tum substantiæ, tum facultatis coquendorum medimentorum. SYL.

ANT. Et quando permiscentur medicinæ diuersarum intentionum. et quæris ex eis uirtutem compositam. decoctio facit eis meliorem modum permixtionis, ut ex summa earum resultet uirtus insita faciens operationẽ concretam. Et si sit una ex eis debilior quam altera, oportet ut gradatio in decoctione fiat plus, uel minus sicut dicitur.

In

In parte ista his quæ dixerat annectit quædam. & primo unum. secundo aliud. secũda ibi. Et decoctio quidem. cã autem dicti. In prima parte est. nam med. diuersæ non faciunt in uirtute insitam operationem, & compositam uirtutem nisi quando ipsæ admiscentur, & præcipue uera mixtione ẽm quod in eis est possibilis, nã melior modus mixtionis ipsarum est ille qui fit per decoctionem ipsarum, & hoc habet uerum in mixtione ipsarum in naturali & artificiali hoc modo. nam scimus q̃ turbith euacuat phlegma, agaricus choleram, epithymum melancholiam. modo quid est si uolo omnes istas tres intentiones perficere melius p̃ficiuntur quando istæ tres medi. simul permiscebantur, & maxime per decoctionem ipsarum admiscem. bene tunc reducuntur ad quandam formam in qua reseruabitur uirtus cõpositi, unde postea euacuabũtur melius omnes isti tres hu.

Et hæc est cã quare ab auctoribus fiunt illæ confectiones, & syrupi solutiui, & similia, & decoctio naturalis quæ fit in talibus med. acquirit eis bonum modum permixtionis, ut ex eis resultet uirtus composita, sicut quando istæ med. per longum tempus admiscem compositæ agunt in se inuicem per earum qualitates ita, quod per talem actionem refranguntur in quadam forma media in qua sunt uirtutes seu operationes, sicut extremi colores sunt in medio colore, ut Auer. ponit, hoc fit quando bene præparatæ sunt apud apothecarium, quia bene tritu ratæ, bene ablutæ, & bene exiccatæ, & sic de aliis. exemplum huius ponit. nam uidemus, quia clystere nuper constructum ex aliquibus medic. fistet per duos uel tres dies in intestinis nobilissimam facit operationem, quod non est nisi quia tales medi. melius admiscem in posterum permiscentur. unde uidemus quod medi. diuersas uirtutes attribuunt medi. per diuersas ætates ipsarum, sicut apparet in theriaca, quę quidem dum est noua est ualde frigida & oppilatiua, antiqua uero est ualde calida.

Deinde cum dicit.

SYL. *Flammeus enim ac vehemens calor, medicamenti facultatem resoluit.*

ANT. Et decoctio quidẽ impetuosa & inflãmatiua resoluit uirtutem medi. Quare tua interest decoquere cum mensurando calorem, & proportionando illum substãtiis rerum & uirtutibus debilibus uel fortibus.

Annectit aliud his q̃ dixerat & notũ est. Deinde cũ dicit.

SYL. assationis facultas. Mes. i simplicibus. Li. 6. sim. Mes. i simplicibus. *Assatio autem, in frixorio vel patella facta coctio, medicamenti virtutem nunc auget, vt assata scilla purgantior euadit, nunc minuit, vt psyllium per assationem humiditate lubrica spoliatum, minus purgat. Alia quoq; multa fiunt assando meliora. Est quando medicamenti facultatem mã assatio reprimit, & alteram vegetiorem reddit, vt myrobalani, rhabarbarum, assando virtutem purgatoriam remittunt, adstrictoriam intendunt, sunt enim ambo duplici hac facultate prædita. Sic balanus myrepsica, cum sit vomitoria simul & deiectoria, per assationem excoquitur humiditas eius excrementosa & nitrosa, ad nauseam ventriculum cogens, remanet autem virtus deiectoria.*

ANT. Assationis autem in frixorio & in patella officiũ est quandoq; addere in uirtute medici. sicut quando assatur scilla, & fit magis solutiua. Et quãdoq; minuere in uirtute, sicut. v g. Assatur psylliũ, fit humiditas eius minus lubrica, minus soluens & assantur plura ut mitiora fiant. Et quandoq; per assationem una duarum uirtutũ reprimitur & uigoratur altera, sicut. v. g. In myrobalanis & rhabarba. est uirtus solutionem faciens, & contractionem. In eorum autem decoctione minoratur uirtus faciens solutionem & uigoratur uirtus contractionem faciens. Et in ben est uirtus uomitiua & uirtus educens per uentrẽ. dũ aũt assatur maturatur ipsius humiditas superflua baurachia faciens subuersionem, & nauseam & remanet ei uirtus solutionem faciens.

In ista parte docet per assationem med. sol. rectificare. &

primo ponit unum iuuamentum quod acquiritur med. sol. per assationem secundo aliud. secunda ibi, & quando assatur scilla quæ fit magis solutiua. nam scilla habet in admixtione multam hu. aqueam quæ reprimit eius uirtutem solutiuam quare per assationem illa hu. aquea soluitur. nam ois res multum hu. ut plurimum per assationem in sui operatione confortatur, tamen intelligendũ q̃ ista scilla non debet multum assari, quia totaliter eius uirtus resolueretur, nec debiliter, & ideo apothecarii timẽtes ne per assationẽ ad ignẽ recipiat aliquã malam qualitatem à fumo, aut à sole recipiat aliquẽ malũ uaporem, ipsam magis assant ad umbram quàm ad solẽ uel ad ignem, ut mitiora. i. leuiora uirtutibus fiant ista, aliam partem legit simul cum prima, minoratur uirtus solutionem faciens in eis, & remanet ei uirtus. s. fortem solutionem faciens &c. totum est notum.

De modis lauationis medicinarum. Cap. 2.

Lotio medicamenta multis modis meliora reddit. SYL.

ANT. De rectificatiõe medi. g lauationem. Icimus quòd per modos lauationum multipliciter acquiritur bonitas medicinis.

In præcedenti cap. Mes. docuit consolari medi. solu. per decoctionem siue ista decoctio sit elixatio, siue assatio, in isto cap. est eius intentio nos docere eam consolari per lauationem, & primo ponit utilitates quas acquirit lauatio ipsis medi. solut. secundo his quæ dixerat quædam annectit, secunda ibi in fine capituli. Et scire debes, prima in duas. Primo præmittit intentionem suam, secundo ostendit utilitates istas. secunda ibi. Interdum enim, prima pars patet.

Deinde cum dicit.

Nunc acrimoniam eorum superficiariam auferendo (vt ex aqua, aut muccagine, tragacanthi lotum semen vrticæ, guttur, & partes alias, quas permeat, adurere desinit, sal quoq; naphthicus, i. est, Sodomites, aque cucurbitæ aut simili lotus, fit clementior.) SYL.

ANT. Interdum enim per lauationem remouetur superficies acuminis alicuius medicinæ, sicut quando lauatur semen urticæ cum aqua aut mucillagine tragacanthi, ne guttur aut partes per quas transit, adurat, et sicut lauatur sal napticus cum aqua cucurbitæ aut cum simili hac intentione. Iuuamẽtũ primũ quod acquiritur g ablutione

In parte ista ponit hæc iuuamenta quæ acquiruntur medi. solu. per lauationem, primo ergo ponit unum, secũdo aliud tertio aliud, quarto ultimũ, secunda ibi. Et quandoq; lauatur ut abscindatur, tertia ibi. Et quãdoq; lauamus ubi oportet, quarta ibi. Et quandoq; lauamus aliud superficies acuminis id est remouetur acumen quod erat in superficie feminis urticæ, immo, & lauatur herba, uel flores ipsius urticæ, per aquam cucurbitæ intelligimus succum fructus, qui proprie cucurbita dicitur, aut possumus per hoc intelligere aquam quæ ab ea distillatur in alembico siue in cãpana, sub qua ponitur ignis. & uidete res non solum hoc modo abluuntur, ut ab eis remoueatur acumen, sed ẽt ut ab eis remoueatur aliqualiter caliditas quæ est in medi. superficie sicut q̃n medi. abluitur & volumus ab ea euitare aliquã caliditatem quàm in se habet in superficie, & uolumus ea uti proprie ad infrigidandum. Deinde cum dicit. Me. duplici de causa abluuntur.

Nunc facultatem eorum maligniorem auferendo, saluberiorem vero relinquendo, (vt lapis Cyaneus & armenus molestę vomitoria, & deiectoria: per lotionem multam vomitoria esse desinunt, tantum clementer fiunt deiectoria, & cancamum lotum clementius purgat, tamen obstructiones vt illotum liberat & aloe lota potentius roborat partes nutritorias, minus aluum subducit: non lota contra. SYL.

ANT. Et quandoq; lauamus medicinam ut abscindatur altera uirtutum suarum ab ea, et proprie malignior deterrens et remaneat ei melior operationum suarum et incolumior sicut proprie lauamus lapidẽ lazuli, et lapidem Secũdum iuuamẽtũ quod me. acquiriẽ per ablutionem.

pidem armenum,ut soluant per uentrem tantum,& sine angustia.Non loti uero per uomitum, & per uentrem soluũt,& cum molestia.Et sic etiam lauamus laccam ut sit minus solutiua, & remaneat ei ut sit oppilationum aperitiua:& lauamus aloem.Nõ lotus enim magis laxat,& minus confortat membra nutricationis. Lotus uero facit contrarium.

In parte ista ponit aliud iuuamẽtum quod acquiritur medi.sol.per ablutionem,& primo facit hoc, secundo dubitationi respondet,secunda ibi.Et sunt &c. abscindatur .s. ab ipsa & soluant per uentrem tantum,nam quando isti lapides lauantur per ablutionem remouetur ab eis acuitas per quam habent molestare stomachum & inducere nauseam, & uomitum,immo etiam quasi omnes habent lauari ut cõfortent.unde uidemus ꝙ isti ocularii in passionibus oculorum administrantes tutiam aut lapidem hæmatitem abluũt ut ab eis remoueatur acuitas,& magis confortent oculos, & inde faciunt collyria oculorum,immo etiam si isti lapides haberent acuitatem in profundo, primo adurunt eos, ut per ignitionem illa acuitas ex profundo ueniat ad superficiem,postea abluunt ut per ablutionem illa superficialis acuitas ab eis lauetur & remoueatur,unde isti ocularii nouies docent eos ignire & nouies docent eos lauare. hoc ẽt fit in aliis rebus exterius approximatis, ut in calce, nam quãdoq; abluitur ut ab ea remoueatur acuitas & remaneat in ea uirtus stiptica per quam potest esse cicatrizatiua & indurare carnem ut fiat loco cutis,lacca ipsa enim est multũ aperitiua oppilationum splenis,& hepatis & membri nutricationis idest stomachi. Deinde cum dicit.

SYL. *Quibus autem medicamentis virtus in superficie est (vt intybo,cichorio agresti,rosis,& similibus) illa lotione,dissipatur: {ob id lauanda non sunt, } cætera magis & minus lauentur,quatenus.s.eorum virtus ferre potest.*

ANT. Et sunt medicinæ quæ uirtutem positam habent in superficie, quæ si lauentur tollitur sicut tarassacon; & endiuia:& rosa:& similia.

In parte ista dubitationi respondet, dubitaret enim aliquis utrum med.omnibus competat ablutio.Respondet ꝙ non,quia endiuia.s.domestica, & similia sicut etiam sunt uiolæ. Deinde cum dicit.

SYL. *Nunc partes impuras auferendo.*

ANT. Et quandoq; lauamus ubi oportet abstergere partes immundas.

Tertiũ iuuamẽtum quòd fit medi. per ablutionẽ

Ponit aliud iuuamentum per res immundas ut suo tempore colligeretur aliqua herba uel radix quæ haberet circuncirca eam fimum uel puluerem,tunc enim eã lauamus. Deinde cum dicit.

SYL. *Nunc facultatem eorum ualentiorem efficiendo,(vt aloe ex aqua aromatum lota,potentius roborat: ex decocto autem valenter purgantium,vt agarici: turbith, & similium: si lauetur: purgantior euadit: lota denique ex aqua bdellij,aut tragachanthi: ora venarum sic aperire, vt sanguis inde effluat: desinit.*

ANT. Et quandoq; lauamus aliquid ut magnificetur uirtus eius,sicut lauamus aloem cum aqua specierum aromaticarum:ut magis conferat.Et lauatur cum aqua rerum solutionem multiplicantium:sicut turbith,& agaricus,& similia,ut magis soluat. Et lauatur cum aqua bdellii aut tragacanthi,ut non imprimat læsionem apertionis uenarum apertione qua fluat sanguis.Et scire oportet quòd res de lauationibus sustinet quantum uirtus eius patitur plus aut minus.

Quartũ iuuamẽtum quod acquiritur me.per ablutionem.

Ponit aliud iuuamentum quod acquiritur medi.solu.ex ablutione,apertione qua fluat sanguis,nam bene aloes debet aperire sic orificia uenarum quòd possit debite euacuare humo.quem debet,sed non debet sic aperire quòd ex tali apertione emanat sanguis,hoc autem fit per ablutionem. Ista autem iuuamenta sunt possibilia reduci ad diuisionem bimembrem hoc modo,nam ablutio aut fit in medic.ut earum uirtus remittatur uel deperdatur,aut secũdo fit ut per ablutionem acquirat uirtutem,si primo modo, & hoc dupliciter,aut quia absolute secundum ablutionem remouetur uirtus eius,aut inquantum medicina habens duas uirtutes quarum ab ea remouetur una & proprie malignior, & alia remanet,si primo modo,& hoc dupliciter quia aut per ablutionem remouetur aliquod magis intrinsecum à med. & sic est primum iuuamentum eius,si secundo modo, sic est tertium.si autem medi.abluitur,ut.s.quia habet duas uirtutes & ab ea uolo alteram remouere tantum & proprie maligniorem,sic est secundum iuuamentum, si autem per ablutionem medi.ipsa acquirit aliquam uirtutem,sic est quartum,& ultimum iuuamentum eius.quod dicitur in ultima parte est notum.

De rectificatione medicinarum cum modis infusionum. Cap. 3.

SYL. *INfusio quoq; medicamenta efficit meliora,facultatem eorum nunc maleficam auferendo.*

ANT. INquit Heben Mes. Acquiritur bonitas medicinis per infusionem,Quandoque enim nanciscitur dispositionem per illam quandoque derelinquit eam in re in qua infunditur.

De rectificatiõe medi. per infusionem.

In parte ista siue in isto ca.Mes.docet rectificare medic. solu.per aliud beneficium artis quod est infusio, & primo præmittit quot modis acquiratur bonitas in medi.per infusionem,secundo illos declarat,secunda ibi. Acquirit autẽ, nanciscitur id est acquirit dispositionem quam non habebat. Sed est aduertendum ꝙ infusio & ablutio siue lauatio conueniunt & differunt,conueniunt quia utraq; habet fieri in re fluida liquida,sed differt,quia lauatio habet fieri sine profundatione uirtutis in re quæ lauatur,ita ꝙ in re in qua lauatur non remanet uirtus profunda rei quæ lauatur, sicut conuenit de aloe quando lauatur, & de endiuia, quia si lauatur solum eius uirtus superficialis calida ab ea remouetur,& non profunda,sed in infusione uirtus rei quæ infunditur & profunda remanet in re in qua infunditur & infusio ipsa penetrat usq; ad profundum in re quæ infunditur sicut statim apparebit. Deinde cum dicit.

Conueniẽtia & differẽtia inter infusionẽ & lauationẽ medicina.

SYL. *Sic granum gnidium & esula aceto macerata, acrimoniam superficiariam serrantem amittunt, & turbith lacti recens mulso infusum,& siccatũ,ventrẽ turbare desinit.*

ANT. Acquirit autem res dispositionem per infusionem. Nam quandoque reprimitur aliquid de malitia sua, sicut uerbi graria. Abscinditur superficies acuminis, & serrositatis ab almezereon & alscebram ex earum infusione in aceto,& sicut turbith infusum in lacte nuper mulso & exiccatum rectificatur ab eo, & abscinditur esse conturbatiuum.

Primũ iuuamẽtum quod acquirit me. per infusionem.

In parte ista Mes.istos modos declarat, & primo declarat quomodo per infusionem acquiruntur iuuamenta rei in qua facta est infusio,secunda ibi.Relinquitur autem,prima in tres secundum quòd tria iuuamenta ponit quæ acquiruntur medi.infusæ per infusionem,secundum ponit ibi. Quandoque infusio,tertium ponit ibi.Et quandoque facit infusio alscebram.i.esula,almeze.i.laureola. Deinde cum dicit.

SYL. *Nunc bonam augendo(sic turbith, succo cucumeris agrestis maceratum materiam crassam à partibus remotis valentius educit,& hermodactylus aceto scillato aut scillæ succo,aut raphani infusus, à iuncturis potenter trahit, & agaricus oxymelite maceratus,fit purgantior.)*

ANT. Et quandoq; infusio addit in uirtute medicinæ, sicut infundit turbith in succo cucumeris asinini & magnificatur uirtus eius in educendo materias à remotis.

Secũdum iuuamẽtũ quod acquiritme. per infusionem.

Et infunditur hermodactylus in aceto scillæ,aut succo eius,aut succo raphani,& acquiritur eis uirtus magna in iuncturis.Et infunditur agaricus in secaniabin,& fit uigoriosior.

Ponit aliud iuuamentum ꝙ ex infusione acquiritur me. infusæ,secaniabin.i.oximel simplex. Deinde cum dicit.

SYL. *Nunc nouam: vt lubricam impartiendo,sic medulla colocynthidos muccagine tragacanthi imbuta, ventriculi villis adhærere desinit,cito permeat, nec sedi, nec vesicæ nocet: sic scammonium oleo violato infusum & similia.*

ANT. Et quandoque facit infusio medicinam esse lubricam, sicut quando imbibitur colocynthis, & proprie interius eius in glutino tragacanthi, & facit ne adhæreat uillis stomachi,& pertranseat, & non noceat ano & uesicæ,& sicut infunditur scamonea in oleo uiolato & similia.

Tertium iuuamentum quod acquiritur medi. per infusionẽ.

Ponit tertium iuuamentum simile, & proprie interius eius id est pulpa coloquintidæ. Deinde cum dicit.

SYL. *Nunc in liquorem cui infunduntur transferendo (vt liquor cui infusa sit aloe, aloes virtutẽ adipiscitur,& in alijs similiter,quod multis de causis facimus,interdum vt medicamenti virtus ad partes remotas promptius penetret, ut cum decoctum aromatum cui infusa sit aloe propinatur, interdum vt virtus illa mitior fiat,ut dum scammonium panno ligatum incoquitur syrupo vel sapæ,vel alio succo: interdum vt facultas una separetur ab altera, vt rhabarbarũ, & myrobalani infusa, virtutem deiectoriã liquori trãsmittunt, adstrictoriam retinent,) Nec tamen medicamentorũ omnium virtus sola in eum liquorem cui infunduntur, transit,sed quorundam vt cassiæ fistulæ: tamar Indorum,et similium aliqua quoq; substantia.*

ANT. Relinquitur autem dispositio rei per infusionem in re quam infunditur quandoq; res humiditatem habentes recipiunt uirtutem rei submersæ in ipsis, sicut uerbi gratia infunditur aloe in quibusdam succis acquirentibus post illud uirtutem aloes,& propinatur illa infusio,& fit illud propter multas utilitates,ut res, aut uirtus facilius penetret ad partes longinquas sicut infusio aloes in aquis specierum alefanginarum, aut ut minor fiat sicut infunditur scamonea ligata in panno in coctione alicuius rob uel syrupi,aut ut separetur proprietas à proprietate,sicut in infusione rhabarbari & myrobalanorum uidemus.Separatur enim ab eis uirtus solutionem faciens, & cadit in infusionem remanente re contractionem faciente in residuo. Et quandoq; non tantum uirtus & proprietas cadit in infusione, sed etiã alicuius rei corpulentia:ut patet in infusione casiæ, & tamarindorum,& similium.

Qualiter bonitas relinquitur rei in fusæ.

In parte ista ostendit qualiter bonitas per infusionem acquiritur rei in qua facta est infusio. Et primo hoc declarat magis in generali,secundo in speciali, secunda ibi. Aut ut rei uirtus.Recipiunt,id est aptæ natæ sunt recipere,lege totum simul,aut sup.fit illud ad partes longinquas, nam aloe de sui substantia nõ habet quòd penetret ad longinqua,quare cum admiscetur aliqua specierum aromaticarum, subtiliatur eius substantia unde facilius penetrat rob id est suc. fructuum uel syru.aliquo, & dimittitur ibi stare per totam noctem,postea tollatur,circa quod quandoq; infirmus debilis est in uirtute.patitur etiam superfluam inflammationẽ aut etiam medicina de se est superflue calida sicut est scamonea,unde timemus dare hanc medici.solu.solam,unde eam infundimus in liquore aliquo & dimittimus eam stare ibi aliquantulum,postea colamus & colaturam exhibemus patienti,& non substantiam medi.unde talis medi.soluit sicut si daretur in substantia licet non tantum,& ideo quando infirmus est aptus ad nauseam & ad uomitum, aut etiam est multum debilitatus, & non uult sumere medi. solam, tunc eam infundimus, aut in brodio ciceris uel alterius rei in qua decoctæ sunt species aromaticæ, & tunc eam sibi exhibemus proprietas,id est uirtus contradictionem ,id est contractionem casiæfistulæ, nam cum casiafistula sit substantiæ mollis & subtilis contingit quòd quando ipsa ponitur in liquore & colatur quòd in colaturam uadat de substantia ipsius &c.

De rectificatione medicinarum cum modis triturationum. Cap. 4.

Tritura medicamentis admodum confert.

ANT. TRituratio autem multum confert ad hoc quod intendis de rectificatione medicinarum.

Postquam Mes.docuit rectificare med.sol. ex tribus modis artificij,scilicet ex decoctione lauatione & infusione,in isto cap.est eius intentio eas rectificare cum quarto modo artificii,scilicet cum trituratione,& primo proponit quod intendit simul etiam ponens quandam diuersitatem triturationis med.& in secunda parte exequitur, secunda ibi. Sũt enim quædam,prima pars patet. Deinde cum dicit.

SYL. *Multa quidem crassis,vt scammonio crasso, pauca vero tenuibus,& texturæ debilis,& virtute cito exhalabili præditis,vt scammonio antiocheno, mediocris deniq; amborũ medijs,quantoq; medicamẽti essentia crassior, tanto largiore tritura eget,quanto tenuiore,tanto parciore.*

ANT. Sunt enim quædam in quibus non oportet ut multa elaboretur trituratione. Et sunt in quibus necessaria est multa trituratio.Et sunt in quibus mediocris, Etenim tibi superest scire quod dictum est, quoniam sunt quędam quarum uirtus cito tollitur,ut sunt debilis texturæ,& huiusmodi,non multa indigent trituratione, sicut scamonea antiochena bona. Verum in crassa expedit ut plus in triturando insistas. Omnia enim quanto plus uel minus sunt crassa,uel subtili ãt,tãto plus uel minus opere triturationis indigent.

In parte ista exequitur,& primo ostendit modũ & causam quare sunt aliquæ medi.quæ non multum egent trituratione,& in secunda parte explicat necessitatem triturationis med.secunda ibi.Officij autem. Quarum uirtus cito tollitur, aut scilicet quia ipsa est ualde posita in superficie aut sunt debilis texturæ,nam ex eis cito earum uirtus euaporat propter debilem texturam pororum ipsarum sicut apparet maxime de musco,nam si solus trituretur & præcipue multum, cito eius uirtus tollitur, & euaporat ex debili ipsius textura,& ideo ipse debet triturari cum zuccharo aut cum alia re,quæ habeat inspissare uirtutem eius. Deinde cum dicit.

SYL. *Confert autem medicamentis tritura, vt in vnum melius misceantur.*

ANT. Officij aut triturationis necessitas triplex est. Aut est ut miscibilium in unum melior fiat sigillatio. Aut ut medicinis aliqua proprietas acquiratur. Vel ut in eis aliqua malitia reprimatur.

Propter tria triturãtur medi.

In parte ista explicat nobis necessitatem & utilitatẽ triturationis,& primo proponit has necessitates & utilitates triturationis,secundo eas declarat,secunda ibi.Exemplum primi,in unum,id est in unam formam acquiratur, scilicet quam proprietatem illa medici.soluti.non habet.Et est sciẽdum quòd ista triplex necessitas & utilitas triturationis medici.non solum applicari potest medici.soluti.sed etiam potest applicari cuicunque alteri medi.siue sit alteratiua siue digestiua,alteratiuis,aut ex primis qualitatibus aut secũdis aut tertijs.Omnis enim trituratur propter istas tres causas,tamen magis hoc debet applicari medi. sol. eo quòd de eis est hic sermo. Sufficientia autem istarum causarum se-

quetur hoc modo, nam trituratio in medicina, aut fit cum ipſa eſt componibilis cum alia, aut non, ſi primo modo, ſic eſt prima neceſsitas triturationis. Si autem hæc trituratio fiat propter utilitatem medici. in ſe. & non ut ipſa eſt componibilis cum alia hoc eſt dupliciter, aut enim fit ut acquirat utilitatem quam non habet, & ſic eſt ſecundus modus triturationis, aut ut perdat malitiam quam habet, & ſic eſt tertius modus. Secundo eſt aduertendum dicit enim ꝙ neceſsitas triturationis eſt ſic ut miſcibilia melius in unam formam tranſmutentur, cauſa huius eſt duplex, nam miſcibilia non bene reducuntur in unam formam niſi per alterationem, & commixtionem cuiuſcunque, ſi ergo unumquodq; eorum ſeruet ſuam naturam, nunquam in unum poterunt conueniri, & ideo oportet quòd alterentur & tranſmutentur adinuicem, ita quòd tranſſumpta à ſua natura acquirant de nouo aliam naturam poſitiuam. hoc autem fieri habet per reductionem ipſarum ad uniuſcuiuſq; ipſarum triturationem, ſic enim magis alterantur à ſua natura, & in aliquã unam naturam conuertuntur, & ideo Aui. in. v. can. cap. de compoſitione theriacæ, laudat diſſolutionem ſiue diuiſioné medicinarum ad minima eam componentium, ſecunda cauſa poteſt eſſe, nam per triturationem & diuiſionem ipſarũ minimum ipſius attingit minimum alterius, quare tunc faciliter à ſua natura permutantur, & acquirunt unam formam, nam in rebus naturalibus quanto agens magis attingit paſſum ad minimum, ipſum etiam magis attingit, & in ipſo fortius agit, & facilius alterat paſſum.

Deinde cum dicit.

SYL. *Quæ res theriacæ & alijs compoſitionibus eſt multum vtilis & neceſſaria.*

ANT. Exemplum primi eſt trituratio theriacæ, & aliarum medicinarum.

In parte iſta declarat iſtas tres neceſsitates triturationis & primo unam, & ſecundo aliam, tertio ultimam, ſecunda ibi. Exemplum ſecundi, tertia ibi. Exemplum tertii, trituratio theriacæ id eſt rerum, & medicinarum quæ in theriaca ingrediuntur quando ſunt bene piſtatæ ſecundum quòd oportet ſicut etiam ponit Aui. in. v. cano. de theriaca.

Deinde cum dicit.

SYL. In dioſpolitico lib. 4. ſani. tuẽdę. *Vt aliquam facultatem nouam adepiſcatur, (ſic Galenus cuminum luuiſſime terendo effecit vreticum, quod prius erat diectorium. Nam purgatoria acria interdum tenuißime puluerata promptius per ora vaſorum penetrant in partes vrinarias, & alias remotiores, per caſque vacuant.)*

ANT. Exemplum ſecundi. Inquit Gal. Inſtiti ultime triturando & puluerizando cyminum, & cum eſſet naturæ ſolutiuum, factum eſt urinæ prouocatiuum. Ego dico quòd aliquando aliquod acutorum ſolutionem facientium vltimo puluerizatum acquirit proprietatem poſt illud ut fiat magis penetrans & repat ad alias partes in quas non poterat prius & prouocet per illas.

In parte iſta declarat ſecundum neceſſitatem triturationis. Inquit Galenus, ſcilicet in quarto de regimine ſanitatis, ibi enim deſcribens compoſitionem diacalamenti dicit quòd ſi medicinæ componentes ipſum triturentur, quòd ipſum ualet ad digerendum humo. crudos qui ſunt in ſtomacho, & in inteſtinis, & in meſeraicis, & ſi tales medici. ultimo triturentur, tunc earum uirtus ualde penetrat ad lõginqua, unde fiunt poſtea urinæ prouocatiuæ euacuantes humo. qui ſunt in gibbo hepatis & uiis renum & poris urinalibus, hoc etiam contingit de rhabarbaro, nam ipſum craſſe trituratum ſoluit uentrem, ſed ſubtiliter puluerizatum prouocat urinam, & ideo hoc eſt bonum documentum medico. nam quando ipſe uult per aliquod medicamentũ ſolutiuum euacuare humo. qui ſunt in gibbo hepatis aut in renibus per uias urinales debet id medicamen ſolutiuum ultimo triturare & cribellare per ſindonem & cum liquore aliquo ipſum propinare, & ideo quando uelles humo. exiſtentes in meſeraicis euacuare aut in gibbo hepatis, & inteſtina eſſent debilia aut parata ad dyſenteriam, ita quòd non poſſes eas euacuare per inteſtina eſt licitum facere medic. ſoluti. ultime trituratam, ut, ſcilicet poſſet illam materiam per urinales uias euacuare, ſi autem iſtæ viæ renum & urinæ ſint debiles, dabo ſolutiuum id in craſſa ſubſtantia & fruſtulis, & euacuabo eos per uentrem, & præcipue ſi nõ ſunt inteſtina debilia & apta ad ægrotandum, hoc etiam poteſt intelligi de omnibus aliis euacuationibus.

Deinde cum dicit.

SYL. *Vt denique vis quædam malefica obtundatur. Colocynthidis enim medulla quantum tenuiſſime fieri poteſt puluerata, innocenter purgat. quod ſi portiones quædam craſſiores ſenſuq; perceptæ ſumantur, villis uentriculi, & ſpiris inteſtinorum adhærent, humoreque inibi reperto imbutæ tument, & partes dictas tumefaciunt ac vlcerant, vt inquit filius Serap.*

ANT. Exemplum tertii. Inquit filius Serapio. Oportet ut colocynthis, & proprie interius eius ultime pulurizetur, & neque ſit contentus aliquis in ſufficientia triturationis eius. Pars enim ſenſata ex ea adhæret in uillis ſtomachi, & inuolutionibus inteſtinorum, & ex ea quã inuenit humiditate imbibita inflatur & apoſtemat, aut ulcerat loca. Trita uero ultima contritione non operatur illud.

In parte iſta declarat tertiam neceſsitatem & utilitatem triturationis, & primo facit hoc, ſecundo ponit quandam cauſam generalem attendendam in trituratione ipſa, ſecunda ibi. Trituratio autem omnis, prima in duas, primo facit hoc, ſecundo decidit quandam dubitationem, ſecunda ibi. Rauedſceni uero, & non ſit contentus &cæt. quaſi dicat quòd nullo modo poteſt ipſam colocynthida ultime triturari, ſed tamen quanto plus trituratur tanto melius, pars .n. ſenſata, ideſt mobilis, & inuolutionibus inteſtinorum ideſt inteſtinis inuolutis, inflatur ſicut apparet in cucurbita exiccata, nam ea ei aſſimilatur, ipſa enim cucurbita ſicca quando ponitur in aliquo loco humido impletur, & inflatur, ſic etiam eſt de colocyntide, nam quando ipſa peruenit ad loca humida, ut ad inteſtina præcipue ex humiditatibus impletur, & imbibitur, & inflat, & ſui acumine mordicat inteſtina & ea ulcerat, dolorem etiam inducit. quare attrahuntur ibi humo. & ſic apoſtemat. eſt tamen dubium utrum colocynthis interius exhibita per os debeat ultime triturari, uel parum, & uidetur alicui quòd parum, quia tunc non ſic penetrat ad membra nobilia, & principalia ut interficiat, interficeret autem ſimul tum trituraretur. contrarium huius ponit filius Serap. ſolutionem tamen huius quæſtionis ponit in ſecundo tractatu ſecunda ſumma ca. de colocyn. *(Triturationis utilitas.)*

Deinde cum dicit.

SYL. *Rhabarbarum vero contra, quam dictum nuper ſcammonium, habet, nam purius & grauius eſt melius, probeque tritum, vegetius euadit, rarum vero, & laxum impenſius pulueratum, vim purgatricem prope omnem amittit.*

ANT. Rauedſceni uero habet contrarium huius, quod diximus de ſcamonea, quod enim ex eo eſt purius & grauius melius eſt & bene tritum uigoroſius, rarum uero & laxum multum redactum in puluerem non retinet aliquid de uirtute de qua ſit curandum.

Dubitationem decidit, poſuerat ſupra ꝙ ſcam. bona non debet ultimo triturari, ſed mala & craſſa ſic. & ideo crederet aliquis ꝙ hoc etiam haberet uerum in omni alia medi. ſol. reſpondet ꝙ non rauedſceni. i. rhabar. bene trituratum uigoroſius eſt, nam ipſum habet multum purgare hepar, & ideo quando bene trituratur ad omnes partes hepatis facilius penetrat. Deinde cum dicit

SYL. *Fiat autem tritura omnis clementer & pro terendorum ſubſtantiæ ratione. Quæ enim eſt immodica virtutem diſſoluit.*

Tritu-

ANT. Canõ generalis. Trituratio autem omnis qualiſcunq; ſit oportet, ut fiat cum facilitate & commenſuretur ſubſtantiis terendorum. Laborioſa uero reſoluit uirtutem.

Ponit quendam generalem canonem attendendum in trituratione ipſa, ſiue continuat quod dixerat in principio capituli. non eſt uis, quod dicitur notum eſt.

TERTIA INTENTIO

Sermo uniuerſalis nocumentorum redundantium corpori in hora purgationis & continet tria capitula.

SYL. *Symptomatibus formidandis, iiſdemq; cauſis multorũ morborum & ſenij, & mortis acerbæ, à medicamento purgante orientibus, occurrendum eſt.*

ANT. INquit filius Meſ. Obuiandum poſt iſta malis accidentibus, quæ ſuperueniunt in hauſtu medicinæ, & ſunt accidentia terroris & timoris, & elementum, & materia ægritudinum multarum, & ſenii, & mortis tempeſtiuæ.

Poſtquam Meſ. docuit conſolari medici. ſolu. antequam corpori approximentur in iſta trituratione tertia, dat conuenientem modum approximationis earum ad corpus ut per hoc poſsimus reſiſtere malis accidentibus earum quando iam ſunt corpori approximatæ, & primo præmittit quædam neceſſaria ſuo propoſito, ſecundo ſuum propoſitum exequitur. ſecunda ibi. Afferamus, uel aliter, primo ponit cognitionem talium accidentium quæ adueniunt ex aſſumptione medi. ponens etiam cauſas talium accidentium ſecundo docet talibus accidentibus ſubuenire uel præuenire. ſecunda ibi. Afferamus in ſequenti, & in fine lectionis. prima in duas, primo præmittit nocumenta quæ adueniunt ex indebita aſſumptione medi. ponens etiam cauſas talium accidentium, ſecundo declarat talium accidentium cauſas, ſecunda ibi, ſunt hæc, & hauſtu, aſſumptione, terroris. ſ. medici & infirmi, & aſtantium, non enim eſt medicus qui non terreatur, nã eſt quòd quandoq; medicus exhibet alicui medi. ſolu. debilem, ante aſſumptionem eius ſuperuenit fluxus uentris, poſtea datur medi. patienti, unde ſi prius habebat malum modo habebit peius, & forte inde morietur, unde de hoc non inculpabitur medicinæ, ſed medico & medi. & materia non ex qua nec in qua, ſed & multarum egeſtionũ.

Deinde cum dicit.

SYL. *Ea autem ſunt, humorum prauorum commotio citra vacuationem, vacuatio illegitima & moleſta, vacuatio denique immoderatiſſima & multo largior quam neceſſitas poſtulet.*

ANT. Nocumẽta quæ interdũ accidũt ex hauſtu medicinę. Et ſunt hæc. Aut quia mouet & non expellit. Aut quia indebite & laborioſe ſoluit. Aut quia ſoluit ultra quàm oportet & ultra neceſsitatis indigentiam, immo eſt conſequens ultimitatem.

In parte iſta ponit modum ſiue cauſas propter quas me. ſolu. inducit prædicta nocũmenta. Et primo facit hoc ponens tales modos propter quos talia nocumenta inducit, ſecundo declarat cauſas illorum, ſecunda ibi, quarum quidé, aut quia mouet ſ. malos hu. & non expellit, nam res nociuę dum mouentur maximum inducunt nocumentum, ut apparet de feſtuca in oculo, ut ponit Gal. 5. de accidenti & morbo, & in libello de expo. & ideo tunc medicina eſt cauſa talium nocumentorum per accidens, agitando. ſ. illos malos humores. Deinde cum dicit.

SYL. *Quorum cauſa eſt incompetentia & uitium, vel ſumentis, vel medicamenti, vel accidentium vtriq; ſuperuenientium. Quæ tria ſi commoderate ſe habent, magni ſunt momenti ad corpus incolume ſeruandum.*

ANT. Propter tria accidunt talia nocumenta. Quorum quidem euentus ex cauſis tribus contingit. Vel propter inconuenientiam quæ eſt ex parte medicinæ. Vel propter inconuenientiam quæ ex parte ſuſcipientis. Vel propter inconuenientiam accidentium ſuperuenientium utriſque. Et ibi ſupereſt illud ſcire. Commenſuratio autem in omnibus iſtis eſt cauſarum grandium quæ corpus incolume reddit. Et tibi adhuc ſupereſt ſcire illud.

In parte iſta cauſas illorum modorum declarat ſiue declarat cauſas cauſarum talium nocumẽtorum, & primo has cauſas præmittit, ſecundo illas declarat, ſecunda ibi. Inconuenientia: uel poteſt dici ꝙ in ſecunda parte dearticulat quod dixerat, prima in duas, primo facit hoc, ſecũdo declarat illas eſſe cauſas nocumentorum eo, ꝙ impoſitæ ſunt cauſæ nocumentorum, ſecunda ibi. Commenſuratio quorum quidem. ſ. nocumentorum, & turpe tamen uidetur medico quando iſtis accidentibus quomodocunq; adueniat, nõ poteſt ſubuenire, uel non uult, tunc uidetur hominibus eũ ignorare, commenſuratio lege ſimul, commenſuratio id eſt recta, & commenſurata exhibitio talium medicinarum.

Deinde cum dicit.

SYL. *Medicamentum autem improſperæ vacuationis eſt cauſa, quando eſt genere malignum, aut notas non habet omnes boni medicamenti, aut nec proportionem artificialem, cuius ante meminimus. Vitanda igitur tibi ſunt medicamẽta, quæ nec arte, nec ratione alia fieri meliora poſſunt: eligenda uero alia, obſeruatis conditionibus & modis proportionum prædictis.*

ANT. Quare ex hauſtu medi. accidũt nocumenta. Inconuenientia autem quæ eſt ex parte medicinæ, eſt autem quia eſt ex genere malignarum: aut ſi non eſt talis non eſt forſitan cum conditionibus, uel proportionibus artificialibus, quarum rememorati ſumus. Et tibi ſupereſt ut uitare intendas, in quibus neq; ars neq; aliud auxiliatur. Et in non uitandis obſeruare conditiones, & proportionum modos.

Declarat hic Meſ. iſtos tres modos, & primo oſtendit quomodo medi. de ſe inducere poteſt prędicta nocumenta, ſecundo oſtendit quomodo ex parte corporis ſuſcipientis eam poſſunt dicta accidẽtia euenire, tertio oſtendit quo modo hæc contingit ex parte utriuſq; ſecunda ibi. Ex parte autem ſuſcipientis, tertia ibi. Ex parte autem accidentiũ proportionibus artificialibus ſiue iſte modus artificialis ſit per modum compoſitionis aliarum medi. cum ea, ſiue per modum alterationis ſolius medi. ſolu. cum habeat per decoctionem aut per lauationem infuſionem uel triturationem de utroque enim modo artificiali præparationis med. ſolu. hic intelligit, neque aliud auxiliatur, & has partes poſuit in primo capitulo huius libri, conditiones tales quantum ad modum præparationis ipſarum per alterationem, & proportionum modos quantum ad modum præparationis ipſarum per compoſitionem aliarum cum ea.

Deinde cum dicit.

SYL. *Vitio autem ſumẽtis purgatio male procedit, quia is vel eſt ex eorum numero, quibus eſt interdictus medicamentorum vſus, vel materiam vacuandam non æquauit, nec obedientem naturæ coquendo reddidit, nec meatus, per quos facięda erat vacuatio, aperuit, & leues ac lubricos reddidit. Quæ præparamenta cum præceſſerunt, reuera corpus ab impendente periculo ſecurum reddunt. Vitio deniq; accidẽtium ſuperuenientiũ vitioſa ſit purgatio, ſi in victus ratione per ſex res non naturales, tibi notas æger deliquerit.*

ANT. Quare nocumẽta accidunt ex hauſtu medi. ex parte ſuſcipiẽtis. Ex parte autem ſuſcipientis error ſuperuenit, aut quia eſt eorum quæ prohibẽtur à pharmacia, aut ſi præparamenta ad eã non præceſſerunt, quæ ſecundũ ueritatẽ corpus à pœna ſecurũ reddũt & ſunt proprie materiæ euacuandæ adæquatio, & canalium, & ductuum neceſſariorum præparatio, & facere naturæ obedientiam

& consuetudinem lenitatis. Ex parte aũt accidentium forinsecorum error prouenit sicut in malo regimine, quod fit in vsu sex rerum non naturalium quas scis.

Ostendit qualiter ex parte suscipientis medicinam solutiuam possunt accidere nocumenta,prohibentur à pharmacia sicut trauli & vniuersaliter parati ad colicam pasſionē, adæquatio id est digestio in nocitiuo talis materiæ,& canalium conductuum &c.id est vt medi.sint aptæ,sic ne intestina per quæ debet fieri euacuatio sint plena stercore & præcipue puro aut hu.crasſis & viscosis. quod dicitur in vltima est notum &c.

Intentionis tertiæ si medicina mouet & non euacuat. Cap. I.

SYL. *Medicamētum autem humores prauos commouet, sed non vacuat,aut tardus vacuat.*

ANT. A Fferamus igitur hic sermones exponentes vnamquanque harum diuisionum, & primo si medicina solutionem non fecerit aut fecerit tardum.

Postquam Ioã. Mes. in præcedenti cap,ostendit quot & quæ nocumenta possunt euenire ex operatione medi. solu. quia, scilicet sicut est causa multarum egestionum,est etiam causa euentus subitæ & tempestiuæ mortis,posuit etiam curas talium nocumentorum.In parte ista exequitur docens prohibere dicta nocumenta, & diuiditur in duas, quia primo docet his accidentibus subuenire,secundo docet subuenire ægritudinibus quas inducunt simul etiam docēdo subuenire syncopi quam inducit & etiam feruo.secũda ibi.Bene multa inquit filius Mes. egestionum autem quæ hæreditant,primo in duas,primo præponit intentionem suam, secundo exequitur,secunda ibi.Tunc fit illud,harum intētionum supple quæ sunt ad obuiandum talibus accidentibus, aut fecerit tardam & per solutionem tardam non solum intelligit solutionem diminutam quantum ad tempus, immo etiam intelligit solutionem diminutam quantum est ex parte quantitatis, quia parum euacuet. Deinde cum dicit.

SYL. *Ob ipsius actionem remissam debilem, vel ob materiam expelli contumacem,quæ commouetur quidem, sed expulsioni resistit,& latius in corpore spargitur & increscit,vel ob imbecillam sumentis virtutem,non potentem in medicamentum agere, quo fit vt nec medicamentum in virtutem & naturam agat vel ob flatus crassos medicamentum leuãtes, & in poros corporis impingentes (vnde febres putridæ,syncope,& mors festina) vel ob facultatis expultricis imbecillitatem,vel ob meatus per quos vacuandum est, obstructos:aut constipatos.*

ANT. Quare medi. interdum solutionē non facit aut tardam facit.

Tunc fit illud aut propter debilitatem uirtutis non potentis operari in medicinam,quare nec in ipsam:aut propter uentositatem crassam subleuantem corpus medicinæ. Aut conculcantem in ocultis uacuitatibus corporis & poris,& fit causa ad febres putrefactionum, & syncopim,& mortem festinam. Aut quia expulsiua debilitatur,aut propter oppilationem & constipationem in uijs & canalibus expulsionis, aut propter materiæ inobedientiam ad expulsionem, quare fit commotio & agitatio in ea & non expellitur, immo dilatatur & multiplicatur in corpore.Aut quia medicina est debilis in se & remissa in operatione sua.

In parte ista exequitur secundum ordinem datum, & diuiditur in tres,primo docet subuenire nocumentis medici. solu.quãdo ipsa debiliter uel tarde euacuat aut nõ euacuat: secũdo docet eis subuenire quãdo medicina laboriose euacuat.tertio docet eis subuenire quando med. superflue euacuat.secunda ibi . Medicinarum autem indebite &c. In sequenti capitulo,tertia ibi Superflue.prima in duas, primo notificat modos quibus accidunt nocumenta ex medicina quæ soluit & non euacuat,secundo docet talibus nocumentis subuenire secunda ibi.Et tibi superest. prima in sex par-

E tes si uolumus secundum quòd sex modos uel causas nominat:quare medicina data non soluit,aut si soluit,soluit debiliter.partes patent & omnes simul legit. Tũc fit illud quòd medicina non soluit uel soluit debiliter debilitate uirtutis scilicet alteratiuæ uel digestiuæ,nam medicina ipsa cum sit in potentia respectu nostri corporis in hoc differens à ueneno absolute ad hoc ut operetur euacuando indiget reductione ad actum,& sic per alterationem factam à calore stomachi & uirtute digestiua eius subleuantem, & per consequens prohibentem medi.descendere ad inferiora simul cũ humo.ab ea attractis, & fit causa ad febres propter scilicet retentionem humorum qui non sunt euacuati, aut quia expulsiua scilicet intestinorum & stomachi,nam cum med. nõ euacuet humores,nisi incitando expulsiuã,si expulsiua erit debilis non poterit euacuare uel debiliter euacuabit, aut propter oppilationem,& ista oppilatio potest esse in intestinis à fæcibus duris & siccis,sicut quando ibi essent scybalæ,aut ab hu.crasſis & uiscosis inobedientia materiæ, quia .s.nõ est digesta,aut.s.quia nimis uiscosa,vnde adhæret, aut F quia nimis subtilis,vnde imbibitur, aut nimis crassa vnde figitur immo dilatatur &c.eo ꝙ cum alijs humoribus permiscetur humor qui debet euacuari,vnde eos inficit,quare multiplicatur in corpore talis materia. Sufficientia autem istarum causarum quibus medicina una soluat debiliter aut non soluat est ista,nam ad hoc ꝙ medi.soluat conuenienter requiruntur tria scilicet medicina ipsa, uirtus corporis, & materia quæ euacuatur si ergo medicina debiliter euacuat aut non euacuat,aut hoc est ex parte uirtutis, aut ex parte materiæ,aut ex parte medici.si hoc est ex parte uirtutis, & hoc dupliciter aut ex parte uirtutis secundum se aut sui intrinseci,si sit ex parte uirtutis secundum se. hoc est dupliciter, uel ex parte uirtutis digestiuæ uel expulsiuæ, si primo modo sic est prima causa,si secundo modo sic est tertia causa. Si aũt hæc prohibitio uel debilitatio sit ex parte instrumenti intrinseci hoc est dupliciter,aut.n.ex parte instrumēti intrinseci preternaturam ei obuiantis,aut ex parte instrumenti secundum naturam. Si primo modo, sic est secunda causa quæ est ex parte uētositatis,si secundo modo, est quarta causa quæ se tenet ex parte oppilationis canalium. G si aũt med.debiliter operatur ex parte materię quę debet euacuari,sic est quinta causa.si autem me.debiliter euacuet ex parte suimet,sic est ultima causa. Deinde cum dicit.

Ad hoc ꝙ me.soluat conueniēter tria requirũtur.

SYL. *Quibus causis omnibus qua ratione optima prospicias accipe.*

ANT. Et tibi superest ista comprehendere & corrigere secundum meliorem posſibilitatis modum.

In parte ista docet his accidentibus subuenire per remotionem causarum prohibentium solutionem, & primo facit hoc quando ista medi. debiliter euacuans aut non euacuans est leuis uirtutis,secundo quando ipsa est fortis uirtutis,secunda ibi.In fine lectionis.Verum si medic.&c. Prima in duas,primo docet his accidentibus subuenire quando medici.euacuat leniendo uel lubricum faciendo.Secundo hoc idem facit quando medi.euacuat comprimendo, secunda ibi.Si autē med.fuerit. Prima pars habet partes tres primo proponit his accidentibus esse subueniendum,secundo docet eis subuenire per remotionem prædictarum causarum, H tertio dubitationi respondet siue errorem decidit, secunda ibi.Nam si hoc fuerit,tertia ibi.Si autem etiam cũ his,cõprehendere ista idest cognoscere, non enim aliquod preternaturam potest à corpore remoueri nisi prius cognoscatur. Deinde cum dicit.

SYL. *Si ob naturæ imbecillitatem id contingit (quod sensu deprehendere potes, aut enim ex morbo reualescit homo,aut alia simili causa iimbecillus est) & medicamentum lauando & lubricando est purgatorium, cibo naturam mox roborante dato,& potu aquæ minimum frigidæ, medicamenti actio adiuuatur.*

ANT. Quid agendum quando medi.non operatur propter debilitatē uirtutis.

Nam si hoc fuerit propter debilitatem naturæ & huiusmodi,signum est res quæ cadit in sensu, sicut conualescentia uel aliquid simile.& si fuerit medicinæ earum

quæ

quæ faciunt suam operationem labificando & lubricũ faciendo, exhibitio rei cibalis confortantis ilico & uigorantis naturam, post potum aquæ non veri frigoris medicinam in effectu suo adiuuat.

In parte ista docet talibus causis subuenire, quæ quidē sunt causæ quare medicina debiliter euacuat aut non euacuat, & per consequens ex hoc inducit mala accidentia. Et primo docet remouere impedimentum huius medicinæ,quando debiliter euacuat ex parte uirtutis quæ est debilis. Secundo hoc idem facit quando hoc impedimentũ prouenit ex parte uentositatis & malæ qualitatis humorũ. Tertio hoc idem facit quando hoc impedimentum prouenit ex parte uirtutis expulsiuæ,quando est debilis in expellendo. Quarto hoc idem facit quando hoc impedimētum euenit ex constipatione uiarum,secunda ibi. Si autem fuerit causa huius uentositas,tertia ibi. Si autem expulsiua debilitatur,quarta ibi. Si autem propter constipationem naturæ, id est uirtutis alteratiuæ debentis eam reducere ad actum,res quæ cadit in sensu,id est res quæ apparet ad sensum, conualescentia, nam uniuersaliter in conualescentibus sicut qui sunt conualescentes post fe. & præcipue acutas,hæc inest proprietas naturæ conualescentium ut aucto res ponunt & præcipue Gal.in techni ultimo c. scilicet resumptiua uero &c.ꝙ in eis uirtus est debilis propter membrorum consumptionem & resolutionem caloris & spirituum factam ex fortitudine ægritudinis. Et usq; huc tãgit cognitionem debilitatis operationis medicinæ quando est propter debilitatem uirtutis alteratiuæ siue digestiuæ; res cibalis,non autem dixit cibi absolute, nam hic cibus non debet esse omnino cibus,sed debet esse cibus medicinalis, habens,scilicet uim alteratiuam qualitatis medi, & etiam qualitatis corporis conualescentis, nec etiam hic debet esse exhibitio rei medicinalis absolute, eo ꝙ hæc debilitas operationis medicinæ sit ex debilitate uirtutis alteratiuæ uel digestiuæ, & ideo debet exhiberi talis quæ confortat uirtutē stomachi alteratiuam,quæ etiam alteret dispositionem corporis & medi.talis autem res est cibalis siue medicina cibalis,quæ quidem est facilis digestionis sicut ius carnis pullinæ,& perdicum,uel uitella ouorũ &c.ex eis enim acquiritur duplex iuuamentum, Vnum est quia uirtutem confortant,Secundum, quia est substantia eorum liquida ponitur medicina quæ erat debilis, ad euacuandum debite per secessum lauando.& ex eis uerbis Mes. docet his accidentibus prouenientibus propter debilitatem uirtutis subuenire post scilicet cibum iam digestum potumq; aquæ non ueri frigoris,scilicet uel in actu uel in potentia,primo dico quòd non debet esse ueri frigoris in actu, sed tepida uel calida parum,nam si hæc aqua esset actu frigida extingueret naturalem calorem stomachi,& uirtutem medicinę & præcipue de his medi. de quibus est hic sermo, quæ scilicet euacuant leniendo uel lubricum faciendo, nõ debet ēt esse actu multum calida,quia, scilicet caliditate resolueret naturalem calorem,& ideo debet esse tepida, aut plus quã tepida,ne,scilicet tepida existens uomitum induceret. dico etiam similiter ꝙ hæc aqua non debet esse ueri frigoris in potentia,neq; uere calida in potentia, nam si esset multum frigida in potentia debilitaret naturalem calorem stomachi,& uirtutem eius alteratiuam, nec debet esse multũ calida in potentia,& hoc quia resoluendo naturale calidũ, debilitaret etiam uirtutem medicinæ quæ etiam debilis est in soluendo, & ideo debet esse temperata inter caliditatē in potentia & frigiditatem potentia,& hoc modo cũ aqua decoquimus tales res ut acquirant talem uirtutem potentialem in aqua,sicut hoc modo & aqua hordei. & sic exponendo concordat hoc dictum dicto Auic.i.can,fen. 4. cap. de uijs siue regularis succurrendi his quę fiunt à medicinis solu.nam dicit ipse quòd quando medi. solu. assumpta non euacuat debemus dare post ipsam apozima eiusdem uirtutis cum ea, & hoc etiam modo nos facimus, nam quando alicui damus casiam,tamarindos,aut mannam, & ista non euacuat,si hoc sit, quia uirtus est debilis damus cibum confortando uirtutem sicut esset brodium uel ius carnium, & præcipue pulli.si autem contingit quòd per istud ipsa non

Proprium conualescentium post fe. acutas.

A euacuat, tunc damus post comestionem cibo digesto apozima ut aquam hordei,uel prunorum.consueuerunt tamen quando hoc euenit propter istam causam, ꝙ post comestionem soluunt, uirtute stomachi iam confortata, & ideo quando uirtus est debilis damus rem quæ sit confortans stomachum,sed si uirtus esset fortis, damus rem quæ sit uirtutis abstersiuæ. Deinde cum dicit.

SYL. *Si ob flatus, & malam humorum qualitatem (quod præcedentia flatuum signa, aut intemperiei cum humore æqualis vel inæqualis declarant) clysteribus aut vomitu vacuandum est,deinde flatus dissoluendi,aut mala qualitas contrario est alteranda.*

ANT. Quid agēdum quando me.debiliter soluit ꝓpter uentositatem.

Si autem causa huius fuerit ventositas, aut qualitas mala significatur ex ventositatis uestigijs quæ præcesserunt, aut malæ complexionis similis vel diuersæ. Et cura est vt clysteribus vel vomitu expellatur, deinde redi ad ea quæ ventositatis dissolutioné,aut malæ qualitatis permutationem faciant ex eis quæ scis.

B Docet subuenire accidentibus quæ proueniunt ex medi.solu.quando debiliter, & tarde operatur uel nihil operatur ratione malæ qualitatis humorum, ratione uentositatis eam sursum subleuantis,uel ratione malæ qualitatis hãc rem,aut malæ complexionis scilicet humoralis ex eis quæ scis quæ quidem habent carminare uentositatem aut digerere humores. Deinde cum dicit.

SYL. *Si facultas expultrix est imbecilla, aut medicamenti actio debilis, aut remissa,data aqua modice frigida, & hora post,adstringente aliquo,vt cydonio, pyro, vel simili, medicamentum potenter ad inferiora detruditur.*

Vt Ga. se fecisse naratĩ iuuene qui scãmonium sumpserat li.2. alim. pauloante cydonia.

Quid agēdum quando me.debiliter soluit ꝓpter debilitatē expulsiuæ.

ANT. Si autem expulsiua debilitatur,aut medicina est debilis in operatione sua aut remissa damus aquam frigidam non veri frigoris,& post horam, res ponticas cõpressiuas sicut cydonia,pyra,& similia. Hæc enim medicinam cum virtute ad inferiora deponunt.

C In parte ista docet subuenire huic nocumento medici solu.quando debiliter operatur propter debilitatem expulsiuæ aut suimet uirtutis ꝙ aquam frigidam non ueri frigoris exponendo de his modis qui supra dicti sunt, non autē debemus cibum dare sicut ante faciebamus superius. nam hoc nocumentum non euenit propter debilitatem uirtutis alteratiuæ & caloris naturalis ut indigeamus propter hoc cibo, sed potius debemus dare aquam non ueri frigoris in actu uel in potentia, postea res ponticas compressiuas,& hoc apparet maxime in quodam exemplo,fuit enim quidam qui bene stetit octo diebus, ꝙ non poterat assellare,& hoc credidit fuisse propter intestinorum expulsiuam debilitatem,fuit sibi datus syrupus sol.non assellauit, data fuit ei aqua hordei postea,parum post fuit datum sibi quoddam pure stipticum cytonium, & postea assellauit conuenienter. Deinde cum dicit.

SYL. *Ob intestinorum obstructionem, clysteribus affectui conuenientibus medendum est, & alijs constipatam aluum expedientibus.*

ANT. Quid agēdum quando me.debiliter soluit ꝓpter constipationem.

D Si autem propter constipationem in vijs & canalibus hoc contigerit,clysteria secundum quam exigit dispositio est melior cura.Et omne quod remouet constipationem ex eis quæ dicemus.

In parte ista docet subuenire nocumento med.solu.debiliter operantis quãdo hoc prouenit propter constipationē in uijs & canalibus,quia scilicet in intestinis, ſm quam exigit dispositio &c.nam si oppilatio & constipatio sint in intestinis à stercore duro,tunc clysteria nõ debent cõponi ex aliqua medicina acuta uel carminatiua uel incisiua, sed ista clysteria debent esse lenitiua sicut clysteria communia quę fiunt ex decoctione maluę,mercurialis,& folijs uiolarum, cui decoctioni,adijcitur mel,oleũ,& sal,aut ēt posset fieri hoc clystere ex oleo simplici,melle,& sale. Sed si ista oppilatio intestinorum fit ab hu.crasſis & uiscosis sicut contingit in colica aut iliaca,tũc debēt clysteria esse cõstructa ex rebus incisiuis,& carminatiuis. Deinde cum dicit.

Quibus

SYL. *Quibus auxilijs ſi purgatio non procedat, nulla inde noxa inſignis metuenda eſt.*

ANT. Si autem etiam cum his adiutoriis ſolutionem non fecerit non timetur per eam læſio de qua ſit curandum valde.

In parte iſta oſtendit q̃ ſi ex dictis rebus medicina ipſa non iuuatur in ſui operatione q̃ propterea inde non eſt timendum,nam hic eſt mentio de medicina quæ euacuat leniendo,aut lubricum faciendo,in iſtis autem nõ eſt timor cum non ſint uenenoſæ. Deinde cum dicit.

SYL. *Si autem medicamentum purgans comprimendo non vacuet, aquam frigidam priorum nonnulli propinandam cenſent,quod adaucta per aquam grauitate, citius lubricet ac deſcendat medicamentum. Quod verum eſt,ſi libera habent inteſtina: ſi vero obſtructa ſint, aut in ſuis anfractibus arctata, augetur per aquam frigidam anguſtia. Id quod cum intellexeris,potabis tepidam, quod hæc præterquam quod anguſtiam non auget,lubricare cogit medicamentum huiuſmodi. Non eſt igitur id auxilium abſolute & ſine limitatione ſcribendum. Omne enim medicamentum comprimendo purgans niſi vacuet, inteſtina præſertim tenuia & alios meatus exiles lædit. Quapropter vacuandum eſt prædictis tum lubricantibus tum adinferiora trahentibus.*

ANT. Quid agẽdum quando me. eſt earũ quę ſoluũt cõprimẽdo, & nõ ſoluit. Si autem fuerit medicina earum quæ ſoluunt comprimendo,voluerunt quidam ex prioribus ſi ſolutionem non fecerit ut ſuper eam detur aqua frigida, quia lubricare & deſcendere facit acquirendo grauitatem ei,quare citius deſcendet. Sed errauerunt, illud ſimpliciter aſſerentes,quamuis faciat illud liberos habentibus corporis ductus. In habentibus tamen oppilationem,aut coanguſtationem in anfractibus inteſtinorum,acquiritur ex hoc maior coanguſtatio, quare in his eſt prohibenda. Et tibi ſupereſt diſcernere illud. Dabimus igitur tunc tepidam aquam,& quoniam lubricare facit, & quoniam per eam non timebimus illud. Et dicimus quòd omnis medicina compreſsiua qualiſcunq; ſit, ſi non ſoluit, time ſuper eam læſionẽ & proprie quam facit poſsidere membrum anfractuoſorum ductuum & viarum ſubtilium,Conabimur igitur ipſam expellere,nunc cũ rebus ipſam lubricare faciẽtibus ex eis quas diximus,nunc cum rebus ipſam ad inferiora trahentibus ex eis etiam quas diximus.

In parte iſta docet ſubuenire euacuationi prohibitæ medicinæ,quando, ſcilicet ipſa euacuat comprimẽdo, & duo facit,primo circa hoc ponit opinionem quorundam & ipſam increpat,ſecundo oſtendit,ſiue ponit opinionem ſuam & modum ſubueniendi iſti nocumento,ſecunda ibi. Dabimus igitur,prima in duas, primo ponit eorum opinionẽ, ſecundo eã increpat,ſecunda ibi.Errauerunt, legit omnes partes ſimul, comprimendo ſicut ſunt myrobalani, qua, ſcilicet grauitate citius deſcenderet aſſerentes id ſimpliciter,id eſt uniuerſaliter ductus corporis liberos, id eſt uias liberas,& præcipue inteſtinorum,anfractibus, id eſt uijs, maior coanguſtatio & ex parte inteſtinorum, & ex parte medicinæ,habet enim coanguſtare ſui frigiditate. Hic ſcire debes q̃ ſi alicui ſit data aliqua medicina euacuans comprimendo,& non euacuat,tunc non debemus dare poſt ipſam aliam medicinam compreſsiuam,eo q̃ hæc magis adhuc comprimit,& coãguſtat meatus,& hoc uerum habet, ſuppoſito q̃ non ſit ibi aliqua res cogens ipſam medicinam compreſsiuam dare,ſicut eſſet in diaria ſuperflua, aut lienteria ſimiliter,& iſtam medicinam compreſsiuam non debemus dare in habentibus meatus ſtrictos,in eis enim nõ debemus euacuare per medicinam compreſsiuam, quia magis coanguſtat,& ideo ſi ſint aliqua corpora dura ad ſeceſſum non debemus in eis ad euacuandum dare medicinam compreſsiuam,eo quòd maiorem ſtipticitatem uetris faciet & præcipue ante cibum,unde poſtea fit maior neceſsitas exhibendi ſolutiuum fortius, & ideo quia in mulieribus meatus ſunt ualde ſtricti, non debemus dare hanc medicinam compreſsiuam,in poſterum enim inducunt ſtrictu ram meatuum, inuenimus enim in mulieribus conſtringi menſtrua ex uſu myrobalanorum, utebantur enim eis propter paſsiones capitis,& ſtomachi.quare oportuit nos dare eis fortia ſolutiua,ſed ſi canales ſunt ualde lati, tunc maxime iuuantur talia corpora ex uſu compreſsiuorum propter oppoſitam cauſam,aquam tepidam, nam aqua tepida ſiue calida parum,licet ſit potentia frigida,tamen ſui actua li caliditate dilatat & aperit meatus.ſui etiam ſubſtantia liquida lauat & lubricum facit,non timens id, ſcilicet ſtrictu ram meatuum,& faciat ſic ut in aqua illa ſit decocta aliqua medi.aperitiua,aut hoc enim malum erit timere ſuper ea læſionem, ſcilicet uentris conſtipationem quam etiam dicimus aut etiam quas dicemus, ut notum eſt &c.

Deinde cum dicit.

SYL. *Si autem medicamentum ſoluendo purgatorium, & ob id fugiendum, non vacuarit, tale enim niſi cito vacuetur, anguſtiam, æſtuationem, convulſorium quendam motum, in quo partes extenduntur & retrahuntur, totius corporis moleſtiam violentam, cordis morſum, præfocationem in quibuſdam,ſcotomia,capitis & oculorum dolorem tantum,vt hi foras elidi videantur.*

ANT. Quid agẽdum quãdo me. eſt earũ quę ſoluũt diſſoluẽdo & nõ ſoluit. Reſpõſio. Verum eſt etiam ſi medicina fuerit earum quæ faciunt ſuam operationem diſſoluendo et fuerit earum ad quos non eſt approximandum, et ſolutionem non fecerit,oportet ut anguſtiam generet et æſtuationem et motum qui eſt ſicut motus ſpaſmatorum cum extenſione et retractione corporis,et facit motus laborioſos in uniuerſum corpus,et dolorem capitis,et ſcotomiam,et dolorem oculorum, ita quòd uideãtur qua ſi expelli, et morſum cordis, et præfocationem in quibuſdam.

Superius Meſ. docuit ſubuenire nocumentis quæ proueniunt à medici.ſolu. quæ non euacuat, aut non euacuat niſi debiliter,& præcipue quando hæc medicina euacuat leniendo,lubricando, aut comprimendo, in parte iſta docet ſubuenire nocumentis medic. ſolu. quando ipſa eſt fortis in euacuando & non euacuat,& diuiditur in duas,primo facit hoc quando ipſa medicina eſt fortis & uenenoſa, ſecundo quando ipſa eſt fortis & non uenenoſa ita quòd poteſt corpori exhiberi, ſecunda ibi. At ſi medicina, prima in duas, primo præmittit nocumenta quæ à tali medicina proueniunt: ſecundo docet eis ſubuenire, ſecunda ibi. Feſtinandum igitur.Quod dicitur de prima parte notũ eſt.

Deinde cum dicit.

SYL. *Quam potes celerrime à corpore expellatur vel vomitu,vel potius deiectione,ad quam clyſteribus etiam potenter attrahẽtibus ipſum reuelles, ſi ad ſuperiora moueatur.*

ANT. Feſtinandum eſt igitur tunc vt cito à corpore expellatur quanto citius poterit,& hoc,vomitu, aut purgatione,cum rebus incitantibus illam virtute qua melior fiat expulſio. Et ſi fuerit ipſius motus ad ſuperiora,cõpeſcãtur motus eius, & ad inferiora trahatur cũ clyſteribus, & ſi neceſſe fuerit, fortis attractionis.

In parte iſta Meſ.docet his accidentibus ſeu nocumentis ſubuenire,& primo docet eis ſubuenire per ea quæ euacuant,ſecundo docet eis ſubuenire per ea quæ alterant malam qualitatem,& uenenoſitatem ipſius me.ſecunda ibi.Et dicit Ruffus quanto citius poterit eo quòd iſta talis medi.ẽ uenenoſa ad ſuperiora,& ſic expellatur per uomitum cum uomitus non eſt ſufficiens. Deinde cum dicit.

SYL. *Præter dicta auxilia horum medicamentorum malignitatem frequenter obtundit, & acrimoniam frangit, Ruſo autore, potus aquæ vehementer frigidæ, & in eadem ſeſſio, & quæcunq; eius vehementiam acrimoniam, inflammationem, furioſum impetum frangunt,ad hæc theriacæ, & cætera partim paulo ante dicta,partim dicenda.*

ANT. Et dixit Ruffus quãdoq; multarum talium reprimitur malitia potu aquæ frigidæ uehementer, & ſeſsione in ea propterea quòd frangit acuitatem. Omnia enim quæ eam frangũt,& acuitatem & inflammationem remouẽt & furioſitatem ex eis quæ diximus,& ex eis quę dicemus,ad hoc conferunt:ſimiliter theriacæ ſpecies, & ſicut iam diximus in proximis capitulis.

In parte iſta docet accidẽtibus ſubuenire per ea quæ alterant eius malam qualitatem, & non euacuant, theriacæ ſpecies,id eſt medicinæ theriacæ,ſunt enim quædam medicinæ quæ ſunt theriacæ,ut agaricus,aut colocynthis,aut ſcamo.& etiam aliarum med.uenenoſarũ ut ipſe ponet infra.

Verũ aqua frigida cõueniat p̃ medi. ſol. uenenoſã debiliter aut tarde ſoluentẽ. Sed hic eſt dubitatio,utrum aqua frigida ſit conueniens poſt exhibitionem medi.ſolu.quæ uenenoſa eſt, quando ſoluit aut debiliter & tarde ſoluit,& uidetur quòd non. illud non eſt conueniens quando medi. ſolu. non euacuat quod facit conſtrictionem uentris,ſed aqua frigida eſt huiuſmodi,quare &c.maior eſt nota,minor apparet, nam poſuit ſupra in hoc cap.quòd poſt exhibitionem medici.euacuantis comprimendo non debet dari aqua frigida, eo quòd anguſtat meatus & canales.Non enim uidetur etiã quod debeat fieri poſt exhibitionem medi.ſolu.quæ non ſoluit quod habet debilitare anum & inteſtina,aqua frigida eſt huiuſmodi,quare &c.nam frigidum eſt inimicum,ano pudendo, & ſimilibus membris frigidis,ut ponitur ab Hippo.in.v. particula apho.Contrarium hic ponit Meſ. Dico quod aquam frigidam exhiberi poſt medici.ſoluti. poteſt dupliciter intelligi,uno modo exhibetur poſt medici.ſolu. quantum eſt ſolutiua,alio modo inquantum uenenoſa ſui actione ſeu ſuperflua caliditate, ſi primo modo tunc hoc eſt dupliciter, nam iſta aqua frigida aut exhibetur in pauca quantitate aut multa,ſi exhibeatur in pauca quantitate,dico quod ipſa cõpetit,nam ipſa ſui frigiditate corrugat & condenſat partes ſtomachi,quibus corrugatis, medicina & materia attracta ab ea ad inferiora expellitur,& præcipue hoc habet uerum in his quibus ſtomachus eſt calidus, medicina etiam habet cum hoc raptum ſurſum, & tunc alterat qualitatem calidã ſtomachi, & etiam ſuperfluit propter medicinam uenenoſam ſoluti. ſed ſi ſtomachus eſſet frigidus & corpus ſtomachi uel corpus totum eſſet debilis uirtutis, tunc ipſa non competeret,& ideo propter iſtã cauſam debet dari in pauca quantitate, ne ipſa ſuperflua debilitaret ſtomachum & debet lambendo exhiberi.Si autem iſta aqua frigida ſit multa,tunc ipſa non debet exhiberi ratione medi.ſoluti.ut ſolutiua eſt, eo quòd ipſa ſic exhibita nimis debilitaret uirtutẽ ſtomachi & corporis totius.Et ratione ipſius medici. ſolu. inquantum ſolutiua eſt,dico quòd aqua frigida debet exhiberi,nam ipſa frangit omnem acuitatem, omnem etiam ſuperfluam caliditatem ipſius medi.ſolu.ratione quorum dicitur uenenoſa. Tamen ſi iſta medicina eſſet uenenoſa,non per acuitatem uel caliditatem ſuperfluam : ſed per nimiam frigiditatem eſſet mala,ſicut mucilago pſyllij,tunc non debet exhiberi aqua frigida,ipſa enim augeret magis congelationẽ talis medici.ſed debet tunc magis exhiberi id quod congelationem eius prohibeat. Sed tamen aduertendum, quòd ſi aqua frigida competat in hoc caſu quandoq; exhibetur interius per potum,quandoq; uero ſit ſeſsio aut balneũ in ea ſecundum diuerſitatem ſitus aut loci in quo eſt medi. ſolu.nam ſi medicina ſuperius repat,debet dari aqua frigida in potu,ſi autem hæc medicina uideatur facere ardorem aut excoriationem circa inteſtina & partes inferiores debet ex ea fieri balneum,aut ſeſsio in ea.Ad rationes,Ad primam , illud non eſt conueniens quod facit conſtrictionem uentris,uerum eſt,ſi iſta aqua non prohibeat operationem medi.ſolu.inquantum uenenoſam , ſed bene talem operationem prohibet. & hic eſt ſermo de medicinis ſolu. uenenoſis,ut iam eſt dictum,quarum uenenoſitas ex aqua reprimitur & acuitas & inflammatio ab eis per aquam frigidam remouẽt.Ad ſecundam rationem cum dicitur id non eſt cõueniens &c.uerum eſt,niſi faciat aliud maius iuuamentum & prohibeat etiam maximum nocumentum,modo facit id nam prohibet excoriationem inteſtinorũ remouendo acutatem & inflammationem medicinæ,ſimiliter etiam præſeruat cor & corpus totũ à uenenoſitate reprimendo eius malitiam,& ideo quando malitiam iſtius medi. non poſſumus remouere cum theriacis,tunc exhibemus aquam frigidam.

Deinde cum dicit.

SYL. *Si autem medicamentum benignum eſt, tamen non vacuarit,ſed anguſtiam,ventris tormina,æſtuationem corporis,capitis dolorem,vertiginem,ſcotoma ſeu oculorum obtenebrationem, pandiculationes, oſcitationes excitet.*

ANT. Quid agẽdum quando me. nõ ſoluit & non eſt uenoſa. At ſi eſt medicina earum quæ conceduntur,& ſolutionem non fecerit,ſed fecerit anguſtiam & mordicationem in uentre,generabitq; æſtuationem in corpore, & in capite dolorem uertiginoſum cum ſcotomia & in oculis tenebroſitatem,& alices,& oſcitationes.

In parte iſta docet reſiſtere nocumẽtis medi.ſol.quando non euacuat,& tamen non eſt uenenoſa , ſed conceditur, & primo præmittit eius nocumenta,ſecundo docet eis ſubuenire,ſecũda ibi.Feſtinabimus igitur,quod dicitur de prima parte notum eſt. Deinde cum dicit.

SYL. *Cito expellatur,ſumptis primum adſtringentibus ipſum deturbaturis,vt cydonijs,maſtiche,& ſimilibus, deinde balanis,& clyſteribus ad inferiora trahẽtibus. Plurima enim talia medicamentum infra valenter compellunt. Sed in clyſteribus pro vario affectu cõpoſitis, ſpes omnia hæc deturbandi & à magnis periculis vindicandi magna eſt. Quod ſi hæc non profuerint,& ſymptomata praua multiplicentur, & materia tenuata ſeorſum feratur, ſecanda neceſſario uena eſt,præſertim brachij interna,deinde uena malleoli,phlebotome enim ad hæc eſt efficax.* Adſtringentia ſi poſt alia ſumantur ea deturbant Gal. lib.1. & 2. alimen. & li.6. ſanit. tuendæ.

ANT. Feſtinabimus ſuccurrere cum collyriis & clyſteribus trahentibus eam ad inferiora, poſt adminiſtrationem rerum compreſsiuarum deponentium eam, ſicut ſunt cytonia,& maſtix,& ſimilia. Plurima enim talium medicinam ad inferiora cum uirtute compellunt. Si autem talia non proderint,& accidentia mala multiplicant,et materia leuigata fertur ſurſum : neceſſaria erit phlebotomia tunc & proprie de baſilica, et poſt illam de ſaphena.Eſt enim uirtuoſa ad hoc.

Docet talia nocumenta remouere,& quia ex talibus nocumentis quædam ſunt quæ fiunt circa inteſtina , & præcipue inferiora,quædam uero ſunt quæ fiunt in toto corpore & præcipue in diaphragmate & membris quæ ſunt ſupra ipſum,quædam autem ſunt quę fiunt circa ſtomachum,ideo Meſue tria facit . Primo docet remouere nocumenta quæ proueniunt circa inteſtina,ſecundo docet remouere nocumenta quæ proueniunt in toto,& præcipue omnibus membris quæ ſunt ſupra diaphragma , Tertio docet remouere nocumenta quæ fiunt circa ſtomachum ex tali medi,ſecunda ibi , Si autem talia:tertia ibi , Vomitus autem , cum collyrijs ideſt ſuppoſitorijs trahentibus eas , medicinam & mariam ſimul ad inferiora & præcipue debent eſſe clyſteria acuta poſt adminiſtrationem rerum compreſsiuarum ut ſcilicet per compreſsiuas medi.id quod à ſuperioribus cõprimitur ad inferiora,poſtea ab inferioribus per clyſteria extra educat materiã ſimul & medicinam cum uirtute ſcilicet expulſiua membrorum,etiam iſta cõpreſsiua uirtute , eo q̃ confortant ſtomachum & inteſtina quibus confortatis melius poſſunt expellere materiam ſimul & medicinam alias legit ſimul,cum iſta leuigata,i.cum ſua leuitate cũ feratur ſurſum , phlebotomia .ſ. de baſilica eo q̃ hæc maxime euacuat hu,cõmotos à medi,qui erant præcipue cõmoti circa hepar,& membra ẽt ſuperiora . Poſt illam de ſaphena &c. Iſta enim diuertit materiã ad inferiora , modo euacuatio, quæ fit ex propria intentione euacuandi commodum humorum præcedit euacuationem,quæ fit gratia diuerſionis,

Vtrũ phlebotomia conueniat

Sed eſt dubitatio q̃ dicta ſtatim utrũ phlebotomia competat poſt medicinã ſoluti.prius exhibitam qñ non euacuit,

post medi. solu. quæ nõ euacuauit.

uit,& uidetur quòd non,nam duas eũones simul coniungere fallax est & timorosum,ut colligitur ex dictis Aui.i.can. fen.iiii.sed tunc coniunguntur duę euacuationes simul.quare &c. Præterea id quod diuertit materiam ad partem oppositam parti ad quam medi.diuertit non est faciendum post medi.solu.phlebotomia est huiusmodi:quare &c.probatio minoris eo quòd phlebotomia educit hu. de centro ad circunferentias, medi.autem solutiua facit econtrario.

Dico quòd phlebotomiam post medi.solu.fieri potest dupliciter intelligi,uno modo electiue & per se, alio modo causaliter & necessarie. Si primo modo dico ꝙ non debet fieri,& hoc dico nisi in corpore sit peccatum sanguinis aut etiam aliorum humorum & sint simul mixti & adæquati cũ sanguine: tunc enim debet fieri & hoc contingente, dico spacio temporis interposito,phlebotomia enim multitudinem hu.euacuat:si uero non sint mixti cum sanguine: tunc phlebotomia electiua non debet fieri, tunc enim ipsa euacuat solum sanguinem & alios hu. malos in corpore derelinquit,sed si loquimur de phlebotomia coacta & necessaria dico quòd debet fieri phlebotomia & præcipue quãdo ex ipsa medi.hu.sunt ualde commoti & agitati,nã ista phlebotomia prohibet nocumenta quæ possunt inde prouenirẽ sicut etiam sanguinis ebullitio adueniens ex tali medi.& commotio hu.cum sanguine facta à medi.per phlebotomiã enim hæc omnia remouentur:tamen si ibi sit plus de commotione humorum quàm de sanguinis ebullitione debet fieri phlebotomia de basilica.si autem ibi sit maxima ebullitio fiat de saph. ad diuertendum illam inflammationem & ebullitionem,& si ibi sit utrunq; fiat utraq; phlebotomia.

Tunc ad rationes,ad primam cum dicitur duas euacuationes &c.uerum est electiue:sed coacte non est fallax eas cõiungere & supponitur quòd una ex talibus euacuationibus non compleatur,aut non fiat nisi illa quæ debeat fieri à medi.solu. Ad secundam cum dicitur id quod diuertit &c.dico uerum est si medicina sufficienter & perfecte euacuaret, sed quia ipsa non euacuat,ideo fienda est phlebotomia,ut remoueat ebullitionẽ & furorẽ in humo. aduenientẽ à medicina,euacuat etiam humo.commotos. Deinde cũ dicir.

ANT. Qualiter clysteria nos securos faciũt à magnis terroribꝰ.

Verum in his omnibus confide & expecta beneficia magis ex clysteribus, & proprie secundum quòd exigit dispositio. Hæc enim à magnis terroribus securos faciunt.

Modo ponit eius euacuationem electiuam & regularẽ: in omnibus enim istis casibus quousq; modo deberent fieri clysteria,multum enim iuuant & non nocent cum sint sine periculo. Deinde cum dicit.

SYL.

Vomitus autem tunc prouocandus vel intendendus, quando à medicamento stomachus per os ventriculi(quod etiam cor nominant)mordetur, & nauseam aut singultum suffocatorium excitat medicamentum genere strangulatorium, non neglectis etiam tum clysteribus, præsertim si ventrem aut hypochondria angit medicamentum, & torminibus ac æstuatione fatigat.

ANT. Quãdo uomitus est magis conueniens & quãdo clysteria.

Vomitus autem magis prouocandi sunt, quando pharmacia cordis generat morsum & nauseam, & est de genere strangulantium, & facit singultum præfocatiuum,adde tunc super vomitum, & ne contemnas clysteria sed fidutialiter confide de illis, & proprie quando circa ventrem angustiã medicina generat,aut in hypocõdrijs aut tortionem in eis æstuationem fecerit.

Modo docet subuenire nocumentis quæ fiunt ab ista medicina forti in stomacho quando ipsa non euacuat, cordis morsum, id est mordificationem oris stomachi &c. Et ex his uerbis hic positis & supra apparet, quòd quocunq; modo medicina solutiua faciat nocumenta quòd debemus exhibere clysteria euacuantia materiam simul & medicinam per secessum.

Si medicina indebite & laboriose soluit. Capitulum secundum.

SYL. Aph. 9.l. 2.

Medicamẽtum illegitime & moleste purgat,quod vacuat quidem, sed non quos humores vacuari oportuit,idq; præterea facit cum subuersione,vomitu,torminibus,æstuationibus.

ANT. Quid intelligendum per medicinam, indebite laboriose soluentẽ.

Medicinam autem indebite & laboriose soluere dicimus quæ soluit, sed non quod oportet. Et quæ laboriosos generat motus sicut subuersionem, & motum, & tortiones, & æstuationes.

In hoc cap.docet Mes.subuenire nocumentis quæ fiunt à medi.solu.quando indebite & laboriose soluit, & primo præmittit talia nocumenta,secundo docet eis subuenire,secunda ibi. Verum si soluerit,subuersionẽ.s. animi. hoc enim accidens proprie aduenit stomacho,sicut nausea, & uomitus,& tortiones,& hoc accidens toti aduenit, & ex hoc apparet in genere quot sunt hæc nocumenta,& quæ, nam aut ipsa inducit nocumenta toti, & sic habemus æstuationem: aut partibus,& tunc aut inducit nocumentum in parte in qua moratur,& sic habemus subuersionem aut uomitum, aut in partibus per quæ transit dũ euacuat, & sic habemns tortiones,ita tamen quòd per æstuationem possumus intelligere omnia nocumenta quæ ipsa facit toti,ut spasmum,& similia. Deinde cum dicit.

SYL.

Si autem vacuat corruptum quidem & impurum, non tamen quem volebamus humorem, is ipse alio purgante sumpto est vacuandus, alioqui latius in corpore spargetur & increscet ob agitationem & commotionem in eo factã, & aliarum materiarum affluentium, in ipsum conuersionem, quomodo in lacunam dum diuersa tum pura tum impura,affluunt,eam subuertunt,& totam tandem impuram reddunt.

ANT. Vt alexiteria iuuat iterando euacuando li.5.simp.

Verum si soluerit, sed non quod oportet, sed tantum corruptum & impurum,iteratio solutionis est necessaria vt educatur hæc eadem materia, quam soluere intendebas alioqui dilatabitur & multiplicabitur in corpore propter agitationem in ea factam,& commotionem, & conuersionem materierum aliarum ad illam,sicut in subuersionibus lacunarum sæpe videmus, quando aggregantur ad illas ex diuersis refluxionibus & pura & impura,& totum in fine fit impurum.

Docet his nocumentis subuenire,& primo docet subuenire nocumentis eius ut fiunt in toto:secundo docet resistere nocumentis quæ fiunt in stomacho, tertio docet resistere nocumentis quæ fiunt ab ipsa in intestinis: secunda ibi. Vomitus,tertia ibi. Accidunt autem. Prima in duas: primo docet his accidentibus subuenire quando medi. solu. euacuat corruptum hu.sed non illum quem intendebat. Secundo hoc idem facit quando ipsa euacuat hu.bonum:secunda ibi. Si autem incorruptum soluerit & nõ tale quale oportet talitate propria & speciali: quia non euacuat hu. proprium & specialem quem intendebat euacuare. Nam si in corpore nostro sit aliquod phlegma putridum corruptum, sit etiam cholera nociua & mala si exhibetur medi.ut.s.scãmo.aut rhabarbarum, & idem phlegma putridum euacuetur primo: quia magis uicinum locis expulsionis communibus:aut quia molestat uirtutem:tunc bene euacuatur tale quale oportet talitate communi cum talis humor esset nociuus corpori: sed non talitate propria eo quòd scammonea & rhabarbarum principaliter intendunt ad euacuationem choleræ, & non phlegmatis, & satis Mes. seipsum soluit in litera cum dicit,educatur hæc eadem materia quã soluere intendebat,& ideo erat necessarium eadem uerba hic agiungere. Deinde cum dicit.

SYL.

Quod si non corruptum humorem, sed benignum & necessarium vacuat medicamentum, æger æstuat, vexatur, viribus immodice deiectis languet, natura expulsioni repugnante, (quorum nullum adest, vbi excrementa sola vacuantur) proinde mox eius medicamenti vires frange,ipsumq; à corpore lubricando deturba,quæ duo aqua calida in horas pota præstat, aliaque idem potentia plenius trademus.

ANT. Quid agẽdum quando me.bonũ educit humorẽ & non malũ.

Si autem non corruptum,sed bonum educat humorem,æstuationem in corpore generat. Nam cum medicina superfluitates euacuat non erit cum ea ęstuatio. Eum autem qui eam sumpsit æstuabit,& vexabitur,& debilitatur debilitatione superflua. Scito quoniã euacuatur necessarium quod natura repugnat expellere. Festinandum igitur tunc medicinam talem à corpore expellere ilico,& eius vires continuo frangere,& illud quod aggregat has duas intentiones,est potus aquæ calidæ,ex qua hora post horam bibat. Eius enim potus medicinam cito lubricare facit,& ipsius virtutem frangit. Et nos plenam traditionẽ facienus de rebus hoc facientibus.

Docet his accidentibus subuenire quãdo medi. euacuat hu.bonum & non corruptum,secundo docet huic subuenire,secunda ibi. Festinandum igitur æstuationem.s.magnam quæ perducitur,nam quælibet medi.æstuationem facit, tamen cum debite operatur illa ęstuatio est parua quia cito recedit,& notũ est quod dicitur in his duabus partibus &c.

Deinde cum dicit.

SYL. Causæ medicamẽtorum ex deiectorio uomitoriũ facientes prius dictę.

Si autem vomitum & animæ subuersionem medicamentum excitat, vomitorium,vel natura, vel quia est abominabile, aut à flatibus,leuatur,aut ob stomachi imbecillitatẽ, aut stercus siccius,aut intestinorum angustiam.

ANT.

Vomitus autem & animæ subuersio accidunt, aut quia medi.de sui natura vomitiua est, aut quia non vomitiua,sed alia atq; alia faciunt eam vomitiuam, quæ sunt aut stomachi debilitas,aut multa siccitas fœcum, aut canalium angustatio,aut quoniam medicina abhorretur,aut quoniã ventositas subleuat medicinam.

Postquam Io.Mes.docuit subuenire nocumentis quę adueniunt toti corpori ex medi.quæ indebite & laboriose soluit. In parte ista docet subuenire nocumentis quæ adueniunt determinato membro, quia stomacho ex medi. etiam quæ laboriose soluit. Et primo inquit causas talium accidẽtium,& præcipue uomitus & subuersionis. Secundo docet his accidentibus subuenire:secunda ibi. Qui si accidat:omnes autem istas causas medi.quæ uomitiua est posuit supra in ca.in quo inquirebat causas propter quas medi.aliqua uomitiua sit solutiua,aut solu.uomitiua. Deinde cum dicit.

SYL.

Si ob hæc postrema, clystere idoneo stercus molliatur,et intestinorum ab his obstructio liberetur,qui si non sufficit, vomitu expellatur medicamentum.

ANT. Quid agẽdum quando uomitus accidit propter fęcum siccitatem.

Quod si accidat uomitus propter fæcum siccitatẽ, aut canalium oppilationẽ, clysteria necessaria sunt, & ea quæ de oppilationem faciunt. Si aũt usq; ad hoc nõ sufficit,melius est ut uomitu expellatur.

Docet his accidentibus subuenire per remotionem causarum ipsarum non autem docet resistere huic accidẽti propter uentositatem eam subleuantem eo quòd istud docuit in præcedenti cap.docuit enim huic accidenti resistere,quãdo.s.medi.non euacuat propter uentositatem eam sursum eleuantem, nec etiam hic docet resistere huic accidenti.s. quòd medicina inducat uomitum,ut hic est ex natura ipsius medicinæ,quoniam hoc facit in secundo tractatu:solum ergo docet accidentibus subuenire, quando ab his quatuor causis proueniunt. Et primo docet his subuenire quando proueniunt ex siccitate fæcum autoppilatione intestinorũ: secundo hoc idem facit quando accidentia,hæc.s. uomitus, & subuersio animi proueniunt ex debilitate oris stomachi, & medicinæ abominatione:secunda ibi. Verum si propter stomachi &c.ita tamen quòd si hæc sit propter siccitatem fęcum oppilantem debent exhiberi clysteria mollitiua, sed si hoc sit propter oppilationem propter humores crassos & uiscosos aut uentositatem tunc debent ista clysteria esse constructa ex rebus acutis carminantibus resoluentibus & incidentibus,sed si hæc oppilatio sit propter apostema debet curari secundum curam apostematis quæ sibi exhibetur in principio,augmento, statu, & declinatione.

Deinde cum dicit.

SYL. Apho. 14. & 15.li.4.

Quod si sumptum est abominabile medicamentum, aut stomachus est imbecillus, ob idq; vomitus timeatur, à corporis & animi motibus,quantum potes,abstine, donec in medicamentum ipsum natura vndiq; agat, aliter in naturam non acturum,odoretq; æger flores, & alias plantarum partes suauiter olentes, mentham, sampsucum, citri folia & fructum,apium,absinthium,cydonia, macianum, rosas, bolum aqua rosarum & aceto aspersum, lutum quo panni abluuntur,rosis recentibus & aqua rosarum nutritum. Extrema quoq; fricuisse,& vinculis dolorificis astrinxisse,manus item ac pedes aquæ calenti multum mordenti imposuisse,iuuat. Si autem medicamentum est stypticum, mordere { aliquid prædictorum } quasi lambendo bibere, faciem aqua rosata, vel alia redolente leuiter aspergere, gaudere,delitias curare,præsertim nausea incipiente, vomitum prohibet. Vbi vero anima est sedata,ambulet,ac paululum moueatur, quo promptius medicamentum descendat,vt docuit Hippocrates.

Remedia uomitus.

Absinthiũ põticũ seu Romanum intellige. ex Galeni li.6. simpl.

Aph.dub. prędictis.

ANT. Quid agendũ quãdo uomitus accidit propter sto.debilitatem aut medici. horribilitatem.

Verum si propter stomachi debilitatẽ, aut propter medicinæ horribilitatem vomitum accidere timueris, hæc erit tibi doctrina. Non ilico cum eam sumpserit quis se mouere præsumat, sed diu super eã requiescat, non tantum à motibus corporeis, sed animalibus inquantum possibile est,vsq; adeo dum ipsam natura circundet,& in eam operetur. Nisi enim natura in ipsam operata fuerit,ipsa non operabitur in naturam. Tunc autem bene redolentia ex floribus ex plantis & alijs apponantur qualia sunt menta,& sampsucus, & maiorana,& folia citri,& fructus eius,& apium, & absinthiũ, & ros. cytonia, & macianum, & bolus aspersus aqua ros.& aceto, & lutum quod abluitur, nutritum, rosis recentibus & aqua ros. Fricatio autem extremitatum est etiam ex eis quæ eos iuuant,& constrictio earũ dolorosa,interdum autem manus & pedes in aqua calida veræ mordicationis ponere est ex eis similiter quæ ad hoc iuuant. Super medicinam autem stipticam mordeant & bibant quasi lambendo, & facies eorum aqua rosata roretur,& proprie cum incipit moueri nausea vel aqua redolentium aliquorum aspersione subtili. Gaudium etiam & solicitudines delitiarum similiter à vomitu liberant. Cum autem ipsorum animæ sedatæ fuerint,ambulent, & moueantur paulatim. Est enim hic motus iuuatiuus,quoniam hoc est illud quod Hippo.docuit.

Docet huic uomitui medicinæ subuenire quando aduenit propter stomachi debilitatem & abominationem medicinæ,& primo docet huic subuenire per ea quæ approximantur corpori intrinsecus. Secundo per ea quæ approximantur corpori extrinsecus, secunda ibi. Similiter autem stiptica,& tertio si uolumus respondet dubitationi uel possumus dicere ꝙ docet huic subuenire quando medicina incipit soluere,& ad fundum stoma.peruenire, secunda ibi. Cum autem eorum &c. Omnes legit simul,usque adeo reddit causam dicti,licet etiam propter aliud prohibeatur motus,nam propter motum ipsa ualde agitatur in sto. quia potest sursum ascendere:& euacuari per uomitum,& sampsucus,id est maiorana minor sicut enim est duplex basilicus scilicet maior & minor,ita etiam est duplex maiorana, scilicet maior & minor,maciana, id est mala siluestria, bolus aspersus,

asperſus,id eſt bolus arme nus,& lutum quoq; ablutum.i.lutum quod ſeparatur per ablutionẽ ab eo nutritum.i. made factum, conſtrictio doloroſa &c. iſta enim talia diſtrahunt medicinam ad inferiora, & diſtrahunt uirtutem ad loca illa,unde medicina ſuperius uirtutem non agitat uirtute illius apho.&c. Sedatæ fuerint,quia amplius medicina decli nat inferius & tempus eſt quòd ipſa ſoluat Hippo.dicit ſcilicet in quarta particula apho.illo aphor. Cum biberit quis helleborum & in illo apho.cum magis uolueris ducere hel leborum moue corpus. Deinde cum dicit.

SYL. *Tormina autem medicamentum excitat, quod ſtomachum & partes,quas permeat,pungendo,lædit vel intemperie ſua afficit, aut quod immodice trahit humorem tam benignum,quam malignum.Ob id uim eius cito obtũdimus ipſumq; cito à corpore expellimus,vt à nobis partim dictũ eſt,partim mox dicetur.*

ANT. Propter quid accidunt tortiones ex potu nie. Accidunt autem tortiones ex potu medicinæ, aut quia pungit & lædit ſtomachum,& partes per quas trã ſit,aut quia uirtus attractionis in ea multiplicatur bonum ſimul malumq; trahens humorem, aut quia facit acquirere complexionis malitiam in membris,per quę tranſit propter quod feſtinabimus frangere, & debilitare uirtutem eius,eſt ut cito à corpore expellatur, ut ſuperius dictum eſt,& ſicut iam dicemus.

In parte iſta docet ſubuenire nocumentis alijs quæ accidunt in inteſtinis per quæ medicina laborioſe ſoluẽs debet tranſire,& lædit ſtomachum, & præcipue quantum ad fundum eius cõplexionis malitiam in membris.i. in inteſtinis per quæ tranſit aut etiam ulcus.i.excoriationem.

Si medicina ultra quàm oportet ſoluit. Cap. 3.

SYL. Gal.3.ſimpli.ca.26. & 27. *Hypercatharſis,hoc eſt,à medicamento purgante vacuatio immodica,fit ratione ſumentis,medicamenti, accidentium utriq; ſuperuenientium.*

ANT. Nanitio ſuperfluit ultra quàm oportet ex potu medicinæ tribus de cauſis. Quandoq; enim in cauſa eſt conditio & diſpoſitio medicinæ. Quandoque diſpoſitio ſuſcipientis eam. Quandoq; diſpoſitio rerum utriq; ſuperuenientium,

Continuatio. Poſtquam Ioã.Meſ.docuit ſubuenire accidentibus quæ proueniunt,& medi.ſolu. non ſoluente uel tarde ſoluente aut etiam quando laborioſe ſoluit: in parte iſta ſiue in iſto cap.docet ſubuenire accidentibus quæ & ipſa proueniunt quando ſuperflue euacuat.Et primo præmittit quot ſint,& quæ iſta nocumenta, ponit etiam cauſas talium nocumentorum, ſecundo docet eis ſubuenire,ſecunda ibi. Auxiliabimur ergo, prima in duas, primo præmittit cauſas propter quas aliqua medicina ſuperflue euacuat.Secundo illas cauſas declarat:ſecunda ibi.Ex diſpoſitione autem prima pars patet. Deinde cum dicit.

SYL. *Ratione ſumentis,quod is vel excrementis ad fluendum paratiſſimis redundet,vel venarum facultate retentrice ſit imbecilla,vel orificijs earum ampliorib⁹,vel ex ijs eſt quibus purgatio eſt interdicta,quos in libro de pharmacia declarauimus.Ratione vero medicamẽti:quoniam id aut qualitatem habet alienam & deleteriam venenoſamq;,aut largius ſumptum eſt,aut portione ſui ventriculi, & inteſtinorum villis adhæret, aut venarum ora mordet, pungit, aperit,aut cor intemperatius reddit quas hypercatharſeos cauſas ex his quæ præceſſerunt,diſcernito.*

ANT. Ex diſpoſitione autem ſuſcipiẽtis fit illud. Aut quia multum habet de materia iam poſita in neceſsitate ad fluxum.Aut propter uenarum eius debilitatem. Aut propter orificiorũ ipſius amplitudinem. Aut propter debilitatem membrorum expulſionis ipſius. Aut quia eſt eorum qui prohibentur à pharmacia, quos in libro de pharmacijs tibi oſtendimus.Ex parte autem diſpoſitionis pharmaciæ poteſt contingere illud.Quoniam aut eſt earum quæ pungunt orificia uenarum, & mordificant,& aperiunt.Aut quia ex ea,malitia complexionis acquiritur cordi.Aut quia ex ea aliquid de ſubſtantia eius remanſit in ſtomachi uillis & inteſtinorum. Aut propter multiplicitatem ipſius in quantitate ſua. Aut propter malitiam in qualitate eius ex uenenoſitate ipſius. Et tibi ſupereſt diſcernere iſta. Res quoque quæ ſunt extra ſuperueniẽtes utriſq; faciũt ẽt ad illud.

In parte iſta has cauſas declarat & diuiditur in tres. Primo declarat cauſam ſuperflue euacuationis quæ ſe tenet magis ex parte corporis ſuſcipientis medi. Secundo declarat illam quę ſe tenet ex parte medi. Tertio illam quæ ſe tenet ex parte utriuſq;:ſecunda ibi. Ex parte autem diſpoſitionis tertia ibi.Res quoq; quæ ſunt.In neceſsitate ad fluxum, nã modica commotione facta in tali materia à medicina poſtea euacuatur tota ſicut conuenit domo minãte ruinam à qua ſi unus lapis extrahitur omnes lapides poſtea cadũt. Qui prohibẽtur à pharmacia ſunt trauli, & ſimiliter parati ad colicam paſſionem,legit ſimul has tres partes,aut eſt earum quæ pungunt,ſicut aloes licet ſit medicina benedicta, unde & habet hęmorrhoidas prouocare.Cõplexionis malitia acquiritur corpori,ſicut eſt ſcammonea aut turbith mala aliquid remanſit in ſtomachi uillis ſicut eſt colocyntida.

Deinde cum dicit.

SYL. *Ratione deniq; illorum quæ vtriq; ſuperueniunt, auſtralis enim conſtitutio,vt inquit Gal.ſi vincat,aperit, rarefacit,humores ad fluendum idoneos reddit,aquilonia quoq;,ſi præpolleat,fluxiones etiam comprimendo & exprimendo excitat,quapropter per hos flatus,qui prompte tunc fluxionibus tentantur, purgandi non veniunt. Potus quoq; largior aquæ frigidæ,ac errores alij quidem in ſumendis,admouendis,educendis,faciendis,hypercatharſim promouent.*

Aph.5. li.3. ANT. Res abextra ſuperuenientes ſuperfluã ſolutionẽ cauſant. Inquit enim Gale.diſpoſitio Auſtralis multiplicata aperit,& rarificat.& obedientiam facit ad fluxum.Borealis uero multiplicata comprimendo, & exprimẽdo ſimiliter ad fluxum præparat, quare pharmaciam dari prohibent,& proprie paratis lædi ab ipſis.Potus etiam aquæ frigidæ multæ ſuper eam facit ſimiliter,& uniuerſaliter quidem omne malum regimen in ſex generibus rerum,quas ſcis,facit ſimiliter.

Inquit Gale.ſcilicet in tertia particula aph.illo.aph.Auſtrini flatus grauant auditum,lædi ab ipſis,ſcilicet uenis uel à pharmacijs in ſex generibus rerum ſcilicet non naturaliũ quas ſcis. Deinde cum dicit.

SYL. Hypercatharſeos remedia, cauſis ipſius contraria. *Huic immodicæ vacuationi ne vires proſternat, reſiſtemus,per auxilia dictis fluxus cauſis(quas præcedentia declarant)contraria,qualia ſunt,quæ medicamenti virtutem frangunt,obtundunt,incraſſant,compingunt, motu moleſto exuunt,expellunt vomitu,oppoſito ſcilicet motu fluxui ventris,adhæc quæ retentricem vim venarum, & orificiorum laxiorum & inteſtinorum roborant cogendo & conſtringendo,quæ denique cor ipſum roborãt, & animam recreãt exhilarantque,his enim omnibus tota hypercatharſeos curatio perficitur.*

ANT. Qualitas ſubuenienda eſt his accidentibus. Auxiliabimur ergo his,ne uirtus proſternatur & cadat poſtquam ſciuerimus cauſam fluxus ex teſtimonio rerum quæ præceſſerunt. Nunc quidẽ cum eis quæ medicinæ uirtutem debilitant & frangunt,eamque à corpore expellunt. Nunc autem cum eis quæ canalium & membrorum expulſionis & orificiorum uenarum uirtutes coadunant, & partes earum conſtringunt. Nunc uero cum eis quæ ſedant agitationem laboriоſam

SYL. Remediũ, triplex medicamẽtũ ex corpore pellit. ANT. Quæ ſunt med. laxatiuæ. Quę ſunt abſterſiuę.

ſam, & motus medicinarum in corpore. Nunc vero cum eis quæ mouent & concitant medicinam ad contrarium fluxui ventris. Nunc autem cum eis quæ dilatant animam & confortant cor. Nunc autem cum eis quæ incraſſant medicinam & compingũt. Sic enim aggregas omnem intentionem in cura.

Docet his accidentibus reſiſtere, per reſiſtentiam earũ cauſarum.Et primo proponit quot modis poſſumus in generali reſiſtere his accidentibus indicationem ſumendo à ſuis cauſis.Secundo docet eis in ſpeciali reſiſtere per illos modos,ſecunda ibi. Si ergo cauſa huius. Prima in duas, primo proponit intentionem ſuam. Secundo exequitur, ſecunda ibi. Nunc quidem,& iſta in ſex partes diuiditur ſecundum q̃ ſex ponit modos quibus his accidentibus reſiſtimus,cõpingunt,id eſt in inſtrumentis,omnes legit ſimul uſque ad ſequens capitulum, & totum eſt notum uſq; ibi &c.

Deinde cum dicit.

Canon primus.

SYL. *Si igitur fiat ob medicamenti actionem immodicam, frangenda virtus eius eſt,ipſumque cito à corpore expellendum.*

ANT. I ergo cauſa huius eſt propter tranſgreſsionem in medicina ex his quæ dicta ſunt frangere virtutem medicinæ, & facere vt cito à corpore expelatur,eſt melior cura. Citam autem expulſionem eius à corpore à tribus fieri verificatores dixerunt.ſ. à rebus proprie quæ virtutem habent,aut lauatiuam,aut abſterſiuam, aut compreſsiuam.

Poſtquam Ioan.Meſ.declarauit nocumẽta quæ poſſunt contingere ex ſuperflua euacuatione quæ fit à medi. ſoluti. poſuit etiam cauſas talium nocumentorum, poſuit etiam cum hoc modos quibus poſſumus talibus nocumentis ſubuenire,poſuit etiam eorum numerum,quia erãt ſex.In parte iſta illos modos declarat, & quia erant ſex Ioan. Meſ. ſex facit,primo docet ſubuenire iſti ſuperfluo fluxui per ea quæ frangunt uirtutem med.& eam ſimul euacuant, ſecundo docet eis ſubuenire per ea quæ canales & uias conſtringunt & coadunant,& confortant, tertio per ea quæ diuertunt materiam ad contrarium fluxui uentris, quarto cũ eis quæ ſedant motum,& agitationem laborioſam medic.quinto cum eis quæ dilatant animam & cor cõfortant. ſexto & ultimo per ea quæ incraſſant materiam.partes patẽt in prijs capitulis ſecundum ordinem canonum in rubricis, prima in duas,primo proponit quot & quibus modis medicinam illam à corpore expellimus, & eius uirtutem frãgit, ſecundo ponit medicinas perficientes illos modos ſiue intentiones,ſecunda ibi.Et ex lauatiuis. Tranſgreſsionem in medicina,ſcilicet uel ex parte quantitatis uel ex parte uirtutis.& cauſa huius dicti in genere huius partis eſt,quia remota cauſa remouetur effectus, & ideo ablata hac medicina à corpore noſtro aufertur hic fluxus, aut lauatiuam, & huic auxiliatur uirtus lauatiua dupliciter,uno quia ſui aqueitate cum ipſa ſit aquea frangit eius medicinæ uirtutem,& ſecundo iuuat,quia medicinam à corpore reducit per uim lauatiuam. Deinde cum dicit.

Per lauantia, vt aquam calidam, aut aquam hordei, aut mucilaginem ſeminum pſyllij & cydoniorum, vel tergentia,vt ſaccharum rubrum,mel,decoctum vuarum paſſarum,hydromel,& ſimilia:vel comprimentia,vt cydonia, ſylueſtria poma (maciana vocat) pyra, maſtichen, myrobalanos,& ſimilia.

Et ex lauatiuis quidem ſciuiſti quòd aqua calida frãgit et tranſmutat audaciã medicinæ. Et ex eis eſt aqua hordei,et mucilago pſyllij,et ſeminis cytoniorum. Et ex abſtergẽtibus eſt zuccharum rubeũ,et mel, et aquæ paſſularum,et ſecaniabin,et ſimilia. Ex comprimentibus vero ſunt cytonia,et maciana, et pyra,et maſtix,et myrobalani,et ſimilia. Que ſunt cõprimentes.

Ponit medicinas,quæ hos tres modos perficiunt, & primo ponit eas quæ perficiunt uim lauatiuam,ſecundo abſterſiuam,tertio compreſsiuam,legit omnes partes ſimul, partes patent,& ſemina cytoniorum præcipue ratione ſuæ mucilaginis,zuccharum rubeum,apothecarij cõmuniter iſtud uocant puluerem zucchari,ſecaniabin id eſt mel roſaceum:, maciana ſcilicet poma ſilueſtria. Deinde cum dicit.

SYL. *Eadem ratione cum medicamentum aliquod violẽtum, præſertim ex pulſu difficile,deturbandum eſt.Ruſus primũ propinat muccaginem propoſito affectui idoneam,cũ aqua tepida,& pauco oleo amygdalino:horis poſtea duabus aliquid comprimens exhibet,ſic medicamenti virtutem totã à corpore expellit,vt nullum ipſius veſtigium ſuperſit. Addit Galenus,aquam calidam lauare,expurgare, medicamẽtumq; purgatorium etiam ſi alicui parti hæſerit, deturbare,frigidam vero,quod villis viſcerum adhæret, magis impingere.Serum deniq; lactis caprini cum melle,& pauco ſale medicamentum probe expellit,vt Ioannitius ait,vt nullum eius maneat veſtigium.* Lib.3.rat. uict. acutorum.

ANT. Inquit Ruffus,intereſt audaciam medicinæ violentis expellere,et proprie eius cuius difficilis eſt expulſio,vt ſupra eam,et proprie quando eius expulſionem quærit aliquam et mucilaginibus bibat ſecundũ quòd exigit diſpoſitio,et proprie cũ aqua tepida, oleo amygdalino pauco,et poſt duas horas aliquam ex comprimentibus ſumat. Sic enim medicinæ virtus expellitur tota non dimittens veſtigium. Et dixit Gal. Verificatur aquam calidam lauatiuam atque mundificatiuam uirtutem habere,atque ſolutiuam et omnem adhærentiam remouere. Frigidam uero quod in uillis adhæret uiſcerum compingere. Dicit Ioannitius. Aqua lactis caprarum cum melle et pauco ſale eſt mundificatiuum bonum expellens omnis medicinæ veſtigium.

Modo confirmat auctoritate antiquorum, & primo auctoris Ruffi,ſecundo Gal.tertio Ioannitij, partes patent, & dixit Gal. ſcilicet in tertio regiminis acutorum illo caquæ,nullum opus inueni,compingere, id eſt conſtringere aqua,lactis caprarum tantum cum prima ſit calida,& ſicca, ideo ſi timeremus in tali ſuperfluo fluxu nimiam ſiccitatem aut aliquod accidens ex ſiccitate proueniens non daremus eam,ſed ſolum aquam puram. Deinde cum dicit.

Canon ſecundus.

SYL. *Inteſtinorum vero ac venarum, & in ipſis orificiorum atq; etiam corporis pororum vim retentricem firmamus,ſumptis modo quo poteris optimo, vel etiam clyſtere ſi opus eſt,iniectis rebus odoratis ac conſtringentibus, cogentibus,contrahentibus.*

ANT. Vacuum autem et membrorum expulſionis coadunamus cõfortamuſque virtutes & proprie in retinendo cum rebus bene redolentibus,& ſtipticitatem & conſtipationem faciẽtibus,& coanguſtationem pororum ex quibus materiæ manant,miniſtrando ea in melioribus modis adminiſtrationis, & ẽt per clyſteria ſi oportet,& neceſsitas cogit debere per clyſteria adiuuare.

Explicat ſecundum modum per quem ſubuenimus ſuperfluo fluxui pẽr ea quæ coadunant,& conſtringunt,& cõfortant canales id eſt uias expulſionis prohibent etiam materiam à ſuperfluo motu, & primo proponit qualis uirtutis debent eſſe medi.conuenientes ad hoc, ſecundo illas explicat,

cat,secunda ibi:Res autem communior,quod dicitur in prima parte est notum. Deinde cum dicit.

SYL. *Quæ prope omnia masticha præstabit;cogendo enim & contrahendo roborat. Si igitur masticha drach. duæ aut tres cum succo cydoniorum bibantur, medicamentum reliquum expellent comprimẽdo,ac tandem aluum astringẽt, vt Hamech visum est. Adhæc stomachum & ventrem reliquum oleo rosato quam pati potest calidissimo illeuisse, pulueremq; masticheș,& gallæ aut rosarum supersparsisse, in id est mirificum. Idem Hamech autore præstabit tragacantha assata à drach.iij.ad drach.iiij. ex lacte dulci, aut acido,si effectus id exigat,cocta & pota. Adhæc semẽ nasturtij tostum à drach.ij.usq; ad aureos duos, cum succo cydoniorum aut myrtorum, coquendo impinguatum, in id est omnium valentissimum,præsertim si semen non sit tritum, nam terendo lentorem amittit. Coriandro autem tibi est vtendum,cum incrassare,& compingere materiam studes, sphragide vero lemnia,& sanguine draconis, cum vlcus suspicare,spodio autem, & adipibus, & muccagine seminis psyllij,cum pungens,& mordax, & exoriens dolor est sedandus,& reliquum medicamentum expellendum. Acacia vero,& sanguine draconis,& succino,cum sanguinis deiectio sistenda est. Succo item barbæ hircinæ, quando venarum,pororum,orificiorum amplitudo laxior materias intestinis permittit. Narcoticis deniq;, cum est putrefaciendum, somnus conciliandus, materiæ incrassandæ. Id quod postremum est tandem,ac in deploratis, & magnis,& periculosis causis,vbi cætera non satis contulerunt.*

ANT. Et res communior in qua aggregantur multę ex intentionibus rememoratis est mastix.In ea enim est virtus partium coadunationem faciens & confortationẽ. Inquit enim Hamech.Si tribuantur masticis drach. ii. aut.iii.cum succo citoniorum expellit virtute sua cõpresiue residuum medicinæ,demum stringit. Et si stomachus & venter oleo rosato calido inquantum pati poterit iungatur:deinde puluis masticis, & gallæ, aut rosarum desuper aspergatur inuenitur mirabile. & dixit iterum Hamech.Rec.tragacanthi assati drac. iii.usque ad.iiii. & decoque cum lacte dulci,aut aceto so,sicut te inuitat necessitas, & bibatur. Est enim ad illud mirabile.Et ex eis etiam quæ experta sunt, est vt granorum nasturtii à drach.ii.vsq; ad aureos.ii. torrefiant & impinguentur decoquẽdo cum succo citoniorum, aut myrtorum,& propinetur. Est enim vltimum ad illud,& proprie si non conteruntur,destruitur enim viscositas eorum in contritione.Coriandro autem vtere quando quæris incrassare materias & compingere. Et luto sigillato,& sanguine draconis,quando excoriationem esse credis:Et spodio quando dolores pungitiuos sedare intendis,& acacia, & sanguine draconis, et charabe, cum oportet fluxum sanguineum sedare, et succo barbæ hircinæ, quando venæ et ductus laxi refundunt materias ad intestina.Et adipibus in punctu-
ris,et intestinorum mordicationibus,et excoriationibus eorum,et mucilagine psyllii in expellendo residuũ medicinæ,et rebus narcoticis,quando stupefactio quę ritur et somnus,et materierum incrassatio, sed hoc in fine rei tantum,quando omnia iam non contulerint, et in desperatione, et in magnis causis, et timorosis propric.

Explicat medicinas quæ sunt talis uirtutis, & primo explicat eas quæ huic superfluo fluxui conueniunt communiter,& in generali,secundo in speciali, secunda ibi. Matres autem.dicitur autem determinatio generalis, eo quòd hic ponit medicinas quæ cuiuscunq; modi possunt approximari corpori,quia interius & exterius & interius quandoque approximantur per superius, quandoq; per inferius. prima in tot diuiditur quot sunt hæ medi. quas explicat ex intentionibus memoratis, sicut est constrictio uiarum, inspissatio autem & confortatio membrorũ,mastix cum ipsa etiam sit calida habet calidum naturaliter confortare, & est stiptica. Hamech & dicit q̃ fuit filius Auẽ.gal.scilicet muscatæ, mirabile scilicet in constrictione fluxus dũ præcipue eduxit ex superflua mollicie & laxitate intestinorum & stomachi.Cum lacte dulci, præcipue quando cum isto fluxu non est caliditas mala,aut acetosa, quando cum tali fluxu esset superflua caliditas stomachi, & intestinorum eo quòd lac acetosum habet infrigidare. Aureus quãdo ponitur in medicinis debilis uirtutis est unius drach.& ſ. sed quando ponitur in medi.fortis uirtutis tantum unius drach. granorũ nasturtij & alio nomine uocatur in tuscia agriti: nam tusci eos ita comedunt sicut nos comedimus lactucas. isti autem torrefiunt quia ab eis per torrefactionem remouetur acuitas.acquirunt etiam prẽcipue cum alijs rebus uisositatem, luto id est terra sigillata, & spodio,& præcipue quando isti dolores essent,ita pungitiui uersus hepar eo quòd spodium multum circa ipsum operatur,& ipsum confortat. Acacia id est succus prunorum immaturorum, & præcipue paruorum & siluestrium, ista enim multum constringunt orificia uenarum:similiter coagulant sanguinem,barbæ hircinę succus, & uocatur hic talis succus hypocysthis & assimilatur acaciæ.Et in desperatione &c. Hic est aduertendum quòd non debet intelligi absolute quòd narcotica debeant approximari quando infirmus est in desperatione, & alia nullo modo profuerint, tunc enim narcotica non inuarent cũ uirtus sit ualde debilis,immo magis debilitaretur etiam ex usu ipsorum,sed medicus debet habere in mente sua, & uidere utrum alia medi.possit iuuare, q̃ si non debet attendere ad usum narcoticorum. Deinde cum dicit.

Porro inter constipantia,in vnum cogentia, roborantia,sistentia,primas tenent,masticheș, rosa, semen rosarum, xyloaloe cruda,balaustium,acacia, succus barbæ hircinæ, galla,gummi,lutum lemnium,spodium, acini granatorum, rhus,ammi,semen portulacæ & arnoglossæ,fructus tamaricis,& coriandri folia,& grana myrti,cyminum vel anisum aceto infusum & torrefactum,cortex thuris, coagulũ leporis, sanguis draconis, semen nasturtij assatum,gallia, fructus rubi,& similia.

Matres autem medicinarum aggregantium in se virtutem constipationis, et coadunationis, et confortationis,& retentionis sunt,mastix,rosa, & semen eius,& xyloaloes crudum,& balaustia,acacia, & succus barbæ hircinæ,& gallæ,& gummi,& lutum sigillatum,& spodium & grana granatorum,& sumach,& ameos, & semen portulacæ, et fructus tamarisci, et coriandrum et semen arnoglossæ,et folia et grana myrti, et cyminum infusum in aceto et torrefactum, et anisum infusum similiter, et cortices thuris,et coagulum leporis, et sanguis draconis,et grana nasturtii assati, et gallia,et fructus rubi et similia.

In parte ista in speciali explicat medicinas quæ conferunt superfluo fluxui,& illæ constipant uias eius, & confortant,& duo facit, quia primo explicat medi. conferẽtes ad hoc sim plices magis secundo compositas,secunda ibi.Et sunt ex compositis,matres autem scilicet materiæ communes, & semen eius,est enim semen rosæ magis constrictiuum quàm rosa,gallæ uel galliæ scilicet muscatæ & utraque litera est uera, nam gallæ multum cõstringunt, galliæ muscatæ multum confortant,& gummi scilicet arabici, & grana id est ossa granatorum,& semen arnoglossæ scilicet plantaginis,& ciminum infusum in aceto,eo q̃ idem perdit acumen torrefactum,nam inde est ualde prouocatiuum urinæ quare constringit fluxum uentris:nam una euacuatio aliam diminuit. Deinde cum dicit.

SYL. *Ex compositis uero in idem symptoma vtenda sunt saccharum rosatum,cum masticheș, & gallia,& ex cydonijs malis compositiones,& alia id genus.*

ANT. Et sunt ex compositis quidem quibus etiam uti necesse est, et exigit ea huiusmodi dispositio, sicut est zuccharum rosatum cum mastice et gallia, et cõfectiones ex cidonijs factæ et alia.

Med.com positæ superfluo fluxui conuenientes.

Hic narrat Mes.compositas ad hoc conferentes, & primo explicat eas quæ approximantur interius,sed per superius,secundo explicat eas quæ approximantur per exterius secunda ibi.Dimac ideſt emplastrum bonum, tertio explicat eas quæ approximantur interius, sed per inferius, quia clysteria.tertia ibi.Circa finem capituli.Clysteria quoque, prima in duas.Primo explicat medicinas cõmunes ad hoc conuenientes.Secundo proprias,secunda ibi.Ex his statim post zuccharum rosa.& præcipue antiquum confectiones ex cidoniis cum speciebus quando cum isto fluxu non esset caliditas præter naturam siue febris, absq; speciebus quando cum eo esset febris, & ista confectio esset quandoq; ex succo cydoniorum,quandoque ex pulpis seu carnibus cydoniorum. Deinde cum dicit.

SYL. *Inter quæ nostrum electarium diacyminum eligimus ad cohibendum alui fluorem:medicamentum purgatorium in corpore frigido sequentem. Nam viscera calefaciendo roborat,flatus dissipat,hæmorrhoidum quoque fluorem et flatus compescit.*

ANT. Et ex eis quæ elegimus nos est electarium diacimimum hoc quod est ex intentione nostra, quod absc-
dit fluxum uentris operatione catartici, cum significa tionibus frigiditatis, et confortat uiscera, et calefacit ea. Ventositatem siquidem dissoluit et carminat. Fluxũ quidem et uentositatem hæmorrhoidarum sistit.

Mesue explicat medicinas proprie ad hoc conuenientes & primo explicat medi.quas proprie composuit conferentes huic fluxui quando est cum frigiditate,secundo quando iste fluxus est cum caliditate superflua totius corporis,secũ da ibi.Electarium absc indens fluxum: prima in duas, quia primo explicat medi.istas ut approximantur magis in forma electarii, secundo ut approximantur magis in forma trochiscorum,secunda ibi.Confectio trochiscorum. Prima in duas,primo proponit uirtutem & operationes huius electarii .secundo ponit descriptionem illius electarij, secunda ibi. Accipe ligni aloes prima pars patet.

Deinde cum dicit.

SYL. *Est autem eiusmodi. Ligni aloes, spicæ nardi, gallię moscatæ,cyperi, calami aromatici,ana drach.ij. cymini carmeni aceto horis. xxiiij,macerati & torrefacti, drachmas tres,seminis porri torrefacti,drachmam vnam, & dimidiam,myrobalanorum emblicarum, succo cydonij macerat arum & tostarum drachmã.ij. & dimidiam.seminis nasturtij tosti drach.vi.seminis vuarum passarum drachmas quinque,baccharum myrti tenuissime tritarum,drach.sexdecim,balaustij,concharum vstarum,thuris, fructus tamaricis,ana drach.ij.& semissem,ammeos drachmas tres, terę oĩa tenuissime,& iterum vino odorifero frangantur, & siccentur,deinde frangantur aqua cydoniorum, aut aqua baccharum myrti, & hypocisthidos, & siccentur, vbi exunt probe persiccata in vase vitreato,iterum tere,& minua excipe. Dantur drach.iij.cum syrupo cydoniorum,aut myrtino.*

ANT. Accipe ligni aloes,spicæ,galliæ muscatæ, ciperi, calami aromatici ana drach .ij. cimini carmeni in aceto infusi die ac nocte et torrefacti,drach.iij. seminis porri torrefacti drach .j. et.s. emblicorum infusorum in succo citoniorum,et tostorum drach. ij.et.s. granorũ nasturcij torrefactorum drach. vi. granorum passularum.unc.v.granorum myrthi tritorum sicut alcohol drach .xvi. balaustiæ concularum adustarum, thuris, fructus tamarisci ana drach.ij.et.s.ameos drach.iij.terantur omnia sicut alcohol.et refrangantur in uino odorifero,deinde exiccentur, et refrangantur iterum cum aqua citoniorum, aut aqua granorum myrti, et hypocysthidos, et exiccentur: deinde permitte siccari super uase uitreato, iterum terantur, et inuoluantur miua,et sit dosis,drach.iij.cum syrupo citoniorum aut myrtino.

Descriptio electarii diacimini restrictiui

Ponit descriptionem electarii,cymini carmeni,ideſt de illa contrata.alchol ideſt sicut puluis subtilissimus cribellatus cum sindone uel panno aliquo subtilissimo, cum uino odorifero &c.quod cõtingit propter caliditatem uini, iste autem fluxus est cum frigiditate intestinorum & stomachi.

Deinde cum dicit.

Trochisci ad fluxum.

SYL. *In eundem fluxum,præsertim diuturnum, efficacissimi quoque sunt hi trochisci nostri. Balaustiorum,corticum glãdium aceto maceratorum,& tostorum, rhois, baccarum, myrti, hypocisthidos ana drach. ij. cymini carmeni, gallarum,aceto maceratarum & tostarum, capitum granatorum,fructus tamaricis,macis, xyloaloes, gallię aromaticæ,masticheș,spicæ,ana drach.i.seminis oxalidis, gummi, boli armenicæ, seminum vuæ, passerum tostorum, ana drach.i.& dimidiam semi.coriandri aceto macerati & tosti, drach .ij. cum vino pontico, finge trochiscos ponderis drach.i.quorum vnus datur cum syrupo cydoniorum, vel aliquo succo styptico.*

ANT. Descriptio trochiscorum.

Confectio trochiscorum ex inuentione nostra ultimorum in intentione hac et quando fluxus est chronicus. Recipe balaustiarum, corticum gladium infusorum in aceto: et torrefactorum, et sumach, et granorum myrti, et hypocysthidos ana drach.ij.cimini carmeni,et gallarum infusarum in aceto et torrefactarum et capitum granatorum,et fructus tamarifci,et macis,et xyloaloes,et gallię aromaticæ,et masticis,et spicæ ana unc.j. seminis acetosæ,gummi, et boli,et granorum passularum torrefactorum ana dra. i.et.s.granorum coriandri infusorum in aceto et assatorum drach.ij. fac trochiscos drac .i. cum uino ponti co.Et sit dosis trochiscus unus cum syrupo citoniorũ uel aliquo ex robub stipticis.

Ponit medicinam in forma trochiscorum : fiunt autem trochisci ut melius medi.possint conseruari.acquirunt etiã inde aliquam uirtutem , & confortationem per naturam quam prius per artem non poterant habere:conferunt etiã isti trochisci chronicis fluxibus uentris, hypocysthidos.i. succus barbæ hircinæ,& capita.i.extremitates granatorum boli.s.armeni assatorum.s.primo ex robub id est succis.

Deinde cum dicit.

Electarium.

SYL. *Si vero à medicamento purgatorio aluus immodice fluat corpore calidiore,sumat hoc electarium. Baccarum,myrthi drach. xij.rosarum,spodij,rhus,santali albi,lutei, rubri, balaustij,gummi,ana drach.i.& dimidiam,granorum granati acidi assatorum drach.vij.coriandri aceto macerati, & assati drach.iiij.seminis rosarum,oxalidis, plantaginis, ana drach.i.omnia hæc probe trita frange omphacio solo, vel succo myrti,& aceto simul,& siccata excipe miua,facta ex succo cydoniorum & aceto. Dantur drach.iij.cum syru.cydoniorum acidorum.*

ANT. Descriptio electarii refrictiui.

ELectarium abscindens fluxum uentris operatione catartici cum significationibus caliditatis. Rec.granorum myrti tritorum sicut puluis drac. xii.rosarum,spodij,sumach,sandali albi,et rubei, et citrini,balaustiæ,gummi an. ʒ.i.s. granorum granatorũ acetosorum assatorum dra.vii.coriandri infusi in aceto et assati.ʒ.iiii.seminis acetosæ,seminis plantaginis, seminis rosæ ana drac.i.Fiat horum omnium cõtritio bona,et refranguntur cum succo acrestæ et exiccẽtur. Vel cum succo myrti et aceto, deinde inuoluantur cũ miua facta ex succo citoniorũ et aceto.Et sit dosis eius dra.iii.cum syrupo citoniorum acetosorum.

Trochiscus.

SYL. Ex fructu rhu recenti pulpa separandi cortex hordeide terfori⁹ẽ, ob id uacuationẽ promouere. Descriptio altera trochiscorũ ex inuentiõe Mes.

Ad affectum eundem, etiam si intestinorum ulceratio adsit,mire ualent hi trochisci à nobis compositi. Spodij dr. vij.seminis rosarum & rosarum ipsarum,acaciæ,balaustij, sanguinis draconis,ana dra.ij.& semissem,seminis oxalidis dra.i.& semissem,oxyacanthæ,carnis rhu,seminis plantaginis & portulacæ assati ana dra.unam & sextam drach. unius,gummi assati dra.unam,fiant trochisci põderis dra. semissis.Datur cum decocto hordei excorticati.

ANT.

COnfectio trochiscorum,quos cõposuimus nos, quorum iuuamentum est magnificum ad fluxũ uentris et excoriationem intestinorum accipe spodii,dr.vii.rosæ,seminis earũ acatiæ,balaustiæ, sang. draconis an.dra.ii.et s.seminis acetosę dra.i.et s.berberis,carnis sumach,seminis plantaginis,seminis portulacæ assati an.drac.i.et sextam dra.unius,gũmi assati dra. i.fiant trochisci drac.ʒ.et da cum aqua sauich.

Modo ponit medi.conferentes huic fluxui quãdo est cũ caliditate. Et primo explicat quæ conficiuntur in modum electarij. Secundo explicat eas quæ conficiuntur in modũ trochiscorum,secunda ibi.Confectio trochiscorum. Fluxũ uentris,scilicet accidentem ex operatione catartici &c. legit simul ambas,ad fluxum uentris & excoriationem, scilicet cum caliditate carnis sumach,id est pulpæ,aqua sauich, id est aqua hordei pilati. unde caret cortice et abstersione quam habet ex cortice,unde in aqua decoquitur, & quãdo est bene coctum appellat illam aquam sauich hordei, unde sauich appellatur omne granum trituratum à cortice separatum, unde etiam potest uocari sauich frumenti, sicut etiã sauich hordei. Deinde cum dicit.

Sauich quid.

SYL. Epithema, id est scutũ seu emplastrũ partis alicuius. Ramich in trochiscis dicetur.

Ad eandem hypercatharsin cum ventriculi, hepatis & aliorum viscerum imbecillitate,epithema hoc salubre sum expertus. Acaciæ,hypocisthidos,rhu,gallæ,ladani, calami aromatici,rosarum & seminis ipsarum,santali albi & rubri,galliæ moschatæ,ramich ʒ id est compositionis ex gallia moscata,& passis uuis ʒ masticbes xylaloes, spicæ, thuris, costi,myrrhæ,cyperi,absinthij,ana drach. ij. probe omnia terantur.Tunc tortellorum de seni dra.iij. dactylos siccos duodecim numero,gummi assi dra.quinq;, miuæ glutinosæ uncias tres,horis.xxiiij.macera:aquæ rosatæ,vini austeri, succi rosarum,succi foliorum myrti, & foliorum rhamni ana unc.una,& dimidia, calfacta post coque igne lento ad mellis spissitudinem:tunc iniectis pulueribus tere in mortario,donec glutinosum euadat,extende linteo aut alutæ, & suffi xylaloe, & ventri toti impone.

Hæc myrua cydoniorũ longa coctione lentescit.

ANT. Dimach deest cataplasma.

DImach bonum conferens ad fluxum uentris, et debilitatem stomachi: et hepatis,et uiscerum sanum expertum.Reci.acatiæ,sumach,hypocysthidos,gallæ, laudani,calami aromatici,rosę et seminis eius,sandali albi et rubei,galliæ muscatæ,ramich,masticis xyloaloes,spicæ olibani costi,myrrhæ,ciperi,absinthii ana drach.ii. fiat eorum trituratio bona.Deinde accipe succum rosæ,foliorum myrti,foliorum rhamni, aquæ rosatæ, et uini pontici ana unci.i.s.submerge in eis calefactis die ac nocte.tortelarum de seni.drac.iii.dactylorum siccorum.xij. numero, gummi assati drach. v.miuæ uiscosæ bonæ.unc. iii. fac decoqui lento igne usque dum mellis spissitudinem habeant. post hoc aggrega cum puluere rerum supradictarum, et tere diu in mortario usque dum fiat totum uiscosum, deinde line ex eo super pecia et suffumigetur cum xyloaloe, et cũ eo epithymetur.

Explicat medic.quę applicantur per exterius,dimach id est emplastrum ramich,id est confectio facta ex passulis,& gallia muscata, succum rosarum præcipue rosarũ recentiũ & si non possunt haberi recentes accipiatur aqua rosacea. Tortellarum de seni quomodo fiunt nota:accipiunt fructu la sue bucellas pannis, sicut faciunt pueri quando faciunt nuptias & decoquuntur pluries,quia primo affantur in tegulis uel in furno,postea ponuntur in re aliqua liquida, & adhuc postea decoquuntur sicut conuenit in pane biscocto tunc enim acquirunt aliquam uiscositatem,miuæ uiscosæ, & potest esse uiscosa propter multam eius decoctionem, uel quia est facta ex pulpis cydoniorum, & suffumigetur, scilicet pecia. Deinde cum dicit.

Dimach aliud bonum.

SYL

Alterum recipit,rosarum & seminis earũ,pulpæ rhois, santali albi & rubri,spodij,sanguinis draconis,succini, balaustij,gallæ,acaciæ,hypocysthidos,galliæ moschatæ,corticum mandragoræ:capitum granatorum,ana drac.tres,caphuræ dra.vnam,& tertiam dra.vnius: puluera tenuiter, tunc accipe succi extremitatum vitis,vncias duas: omphacij vnc.semissem:succi extremitatum myrti & accti an.vnciam vnam:quibus infunde horis.xxiiij:hordei excorticati vncias duas,gummi unciam vnam;granorum myrti tenuissime tritorum vncias tres,quibus adde miuæ acetatæ vnc. tres,coq; igni lento ad viscosam spissitudinem.tunc in mortario species tundendo permista intendantur linteo,& cum xyloaloe suffiatur,& ventri toti imponatur. Est enim sanũ hoc & expertum epithema.

ANT

ACcipe rosarum,et seminis earũ, pulpæ sumach: sandali albi et rubei,spodii,sanguinis draconis, carabe,balaustiæ,gallæ,acatię,hypocistidos galliæ muscatæ,corticum mandragorę,capitum granatorum ana drach.iii.camphoræ drach.i.& tertiam drach. i. tere et fac puluerem. Et accipe succi extremitatum uitis.drac.ii.succi acrestæ drach.s. succi extremitatum mirti et aceti ana. drac. i. infunde in eis sauich hordei die ac nocte drach.ii.gummi drach.i. granorum myrti tritorum sicut alcohol drach.iii.et misce cum eis miuę acetosæ unci.iii.et decoque igni leui usq; dum habeat uiscosam spissitudinem: deinde aggrega simul cum speciebus in mortario:et contunde donec permisceantur et line ex eo super petiã, et suffumigeẽ cũ xyloaloes et epithymetur cum eo quoniam sanum et expertum est.

Ponit aliud emplastrum infrigidatiuum conferens fluxui uentris ex caliditate miuæ acetosæ, quia fit constructa ex cydoniis & aceto. Deinde cum dicit.

SYL

Clysteribus quoq;,si affectus postulat,vtendum idoneis qualis fuerit optimus ex butyro dra. xxx.sanguinis draconis.ʒ.iii.aut pluribus,aut paucioribus,pro necessitate.

ANT

Clysteria quoq; fiant si necessitas uocat ad hoc et exigit dispositio cum rebus quæ aggregant intentiones quas scis.Clystere iuuatium ualde.Recipe butyri drac.

drac.xxx.sangui.draconis drac.iii.uel plus uel minus secundum quod necessitas cogit.

Modo ponit med.ad hoc conuenientes quæ approximãtur interius sed per inferius conferentes ifti superfluo fluxui uentris,& exigit dispositio, quia excoriatio intestinorum,& superfluus fluxus sanguinis & intestinorum mordicatio.Rec.butyri,butyrum enim habet uim lenitiuam, & mitigatiuam doloris,mitigat ẽt acuitatem & med.sol. supprimere habet.totum postea notum est.Deinde cum dicit.

Canon tertius.

SYL.

RUellimus item medicamentum ad loca sedi immodice fluenti opposita,vt cutim,balneo & frictione sudorem pronocantes:ut cola, uinculis ipsorum dolori ficis:& cucurbitulis,vt vesicam per vretica:& per os vomitorium dantes.

ANT. Docet quo uenire ad superfluo fluxui per diuersionẽ.

ONuertimus quoq; medicinã ad contrarium fluxus uentris cum balneis: & fricationibus,& sudorem prouocantibus,& cum diureticis,& uomitum inducentibus:cum uentosis,& ligatione,& constrictione extremitatum dolorosa. Et uniuersaliter cum omnibus quæ medicinam ad exteriora mouent, & faciunt eam diuertere à uiis primæ expulsionis,quoniam hæc res est magis necessaria.

Postquam Io.Mes.docuit resistere superfluo fluxui qui fit à med.sol.per ea quæ frangunt uirtutem medi. solu.cum hoc etiam euacuant eam,docuit etiam resistere per ea quæ constipant meatus expulsionis,eos etiam confortant & stringunt.In isto cap.Mes.docet subuenire per tertium canonem qui quidem canon consistit ex diuersione materiæ ad contrarium ipsi fluxui uentris.Et primo proponit quot modis possumus diuertere talem materiam ad contrarium. Secundo illos modos declarat.secunda ibi.Balnea autem &c. quoniam hæc est res magis necessaria, similiter etiã est res magis iuuatiua, nam nullum mobile potest simul moueri contrariis motibus,& si ista materia cum sit quoddam mobile per diuersionem moueatur ad exterius uel superius nũ quam simul poterit moueri ad interius siue ad inferius.

Deinde cum dicit.

SYL.

Præstantissima autem inter hæc sunt frictio & balneum præsertim ex aqua dulci, cui chamæmelum, absinthium, sampsuchus,folia citri & similia incocta, efficacius ipsum reddiderunt,quia poros dilatant,& corpus roborant.

ANT. Balnea & fricatiões conferũt superfluo fluxui.

Balnea autem & fricationes in eis sunt ad hoc cura magna,& beneficium efficax speciale, & proprie facta ex aquis dulcibus uigoratis cum rebus quæ poros dilatant,& corpus confortant,qualia sunt chamæmilla,absinthium,sampsucus, folia citri, & similia.

In parte ista istos tales modos quibus materiam diuertimus ad contrarium fluxum uentris declarat, & diuiditur in partes quinq; secundum q̃ isti sunt quinq; modi.Primo ergo ostendit quomodo subueniemus isti superfluo fluxui per diuersionem materiæ,ut ipsa perficitur per balnea & fricationes.Secundo ut ipsa perficitur per med.diureticas.Tertio ut ipsa perficitur per uomitum. Quarto ut ipsa perficitur per uentosas. Quinto ut ista diuersio materiæ ad contrarium perficitur per ligationes & strictũras. secunda ibi. Bene infra diuretica uero ,& urinam prouocantia. tertia ibi.Adhuc & uomitum prouocare.quarta ibi.Huius etiam intentionis sunt uentosæ.quinta ibi. Ligationes quoque. Prima in duas.Primo facit quod dictum est. Secundo circa hoc proponit errorem quorundam uulgarium, & eum improbat.secunda ibi.Vulgares autem. Prima in duas.primo per balneum sudatiuum docet istam materiam ad contrarium diuertere.secundo per frication em. secunda ibi. Et utere fricatione.prima in duas. Primo per balneum su-

dorem prouocans docet huic superfluo fluxui subuenire p diuersionem materiæ ad contrarium.etiam in secunda parte circa tale balneum remouet errorem quorundam.secunda ibi.Debiles aũt in eis.s.in patiẽtibus superfluũ fluxũ ventris,uel in eis.i.inter ea quę diuertunt materiã ad cõtrariũ balneũ est cura magna &c.uigoratis.i.confortatis,aut etiã cum rebus quæ attrahunt,aut calefaciunt,& corpus confortant.s.in expellendo talem materiam ad exteriora & sola citri.non dixit medulla citri.hæc enim non est attractiua materiæ ad exteriora,sed solum folia eius cum sint calida, non autem medulla eius. Deinde cum dicit.

Ne autem cum imperitis quibusdam adstringentiã incoquas,corpore enim densato materiæ & vapores intro cõpelluntur,quæ res fluorem auget. Præcipuo igitur studio poros rarefac,& foras quibus potes modis attrahe: vt per cutim materia,& vapores acres expirent:id quod sudor in balneo,vel aquæ calentis vapore præstabit. SYL.

Debiles autem in arte cum stipticis balneant: ignorantes quoniã coarctant,& materias, & fumos interius conuertunt & hoc fit causa maiori ad fluxum,immo fit tua magnifica intentio dilatare poros,& trahere ad exteriora quantum possibile est,sic.n.fit materierum euaporatio,& acutorum fumorũ exclusio, fac ergo ægrũ sudare in balneo,aut cum uapore aquæ calidæ. ANT. Remouet quẽdã errorẽ ignorantium.

Circa balneum hic remouet errorem quorundam ignorantium in arte. Sed est dubitatio in hac parte utrum balneum constrictum competat in superfluo fluxu uentris. Dicendum est breuiter q̃ balneum est duplex.s. uniuersale q̃ est respectu totius corporis,& particulare quod est magis respectu partis.s.partium uentris, si loquamur de balneo uniuersali,dico q̃ tale coarctat, & commouet humores ad interiora,unde auget fluxum & dẽ sat poros,unde fumi qui ab humoribus eleuantur non possunt ad extra egredi,sed si loquamur de tali balneo constrictiuo particulari quod fit circa uentrem, & intestina, dico quòd tale conuenit,nam constringit meatus per quos materia ad intestina promouetur,& extra expellitur & confortat uentrem,& intestina,ut.s.non recipiant aliunde materiam illam,& quæ in eis est retinenda, constringit etiam meatus quibus materia à superioribus,& remotioribus locis ad intestina fluit. Deinde cum dicit.

Frictiones autem fiant primum lenes,post etiam valentiores,ne tamen ægrum lædant: identidemq; repetantur, donec multus reddatur sudor, idemq; frequentiss. tergendus est,hoc enim modo promptius effluit, cum in poris diu relictus concrescat,& alterũ vel sudorem vel vaporẽ extra prohibeat.Fricuisse etiam extrema multum iuuat. SYL.

Et utere fricatione post fricationem, prius leui,deinde acriori,ut pati poterit,usque dum multum sudet, sudor autem sæpe,& sæpius abstergatur, ut non obstet egressui sudoris alterius,aut uaporis parati excludi. opponitur enim poris diu retentus sudor, absersus uero facilem facit alterius egressionem. Fricationes etiam in extremitatibus multum conferunt. ANT. Fricationes extremitatum multũ cõferunt fluxui superfluo.

In parte ista Mes.docet obuiare huic superfluo fluxui p frications,ut non obstet.s.sudor remanens, & est notum.

Deinde cum dicit.

At vero vulgus medicinæ imperitum,omnes à medicamento indiscriminatim lauat. SYL.

Vulgares autem,& qui non sunt artis periti,communiter hos & illos post medicinam balneant. ANT. Remouet errorẽ uulgarium.

In parte ista circa hoc balneum sudorem prouocans remouet errorem quorundam uulgarium & primo facit hoc. secundo ponit rectum modum administrationis huius balnei.secunda ibi.Secundum uirtutem.prima pars habet partes tres.primo præmittit hunc errorem. secundo eum increpat.tertio eum increpatum conuincit addens etiam cũ hoc increpationẽ eius per alias rationes,secunda ibi.Ignorantes q̃ balneum.tertia ibi. Errant ergo qui non sunt fa-

miliares artis,quia,ſcilicet non ſunt perfecti in arte hos, id
est ſuperflue euacuatos à medicina, & illos diminute eua-
cuatos &c. Et iſtum errorem multum incurrunt iſti de par-
tibus alemaniæ,nã ipſi in prima die faciunt phlebotomiam
aut aſſumunt pharmaciam,poſtea in ſecunda die utiliter co
medunt.in tertia die vadunt ad balneum & quãdoq; ipſum
multiplicant pluribus conſequenter. Deinde cum dicit.

SYL. Aphor.li. 4.ſub ca-ne. *Ignorans balneum foras trahere (vt Gale. ait) & materiæ reliquias virtute medicamenti purgantis ad inteſtina omnino repetens, in oppoſitum mouere, ac facultate ſua ad totum corporis habitum reuocare: tunc quidem facile erit iuuare,vt promptius reperet,vel ſaltem exoluereturnunc autem difficile. Præterea damnandum eſt balneũ, licet ipſius virtute attractio materiæ ad exteriora, eaque ignobilis ſperatur, ipſa enim tranſmittitur ab ignobilibus partibus inteſtinis,ad ignobilem cutim, ſed per partes nobiles, hepar & venas,cum præſertim natura melius vacuat propinqua,maxime ſi viæ adſint conuenientes,Materia.n.* Li.1.Aph. 21. *vacuanda eſt per partem,ad quam magis declinat, præcipue ſi ea erit idonea,inquit Hipp. Errant igitur omnes ſine diſcrimine,poſt ſumptum medicamentum lauantes,obſtructionesq; & cutis vitia excitant.*

ANT. Ignorantes quòd balneum ad exteriora trahit quẽ admodum.G.dixit.Et ignorantes quoniam opponuntur reſiduæ materiei motui quæ iam in neceſsitate poſita erat cum uirtute pharmaciæ repere ad uias expulſionis,reuocando illam uirtutem balnei ad membra,tunc quidem facile erit iuuare ut habilius reperet uel ſaltem exolueretur.Nunc autem difficile,propterea ſi confidi tur quòd uirtute balnei fiat expulſio ad exteriora & ignobilia non minus eſt error. fit enim tranſmiſsio ab ignobilibus ad ignobilia per nobilia.i.ab inteſtinis ad cutẽ per uenas. Præterea natura melius ex propinquioribus ducit uiis & maxime conuenientibus, & inquit Hip.materia quam euacuare oportet, educẽda eſt per partem ad quam magis declinare uidetur, & proprie ſi ſit conuenies.errant ergo indifferẽter balneãtes poſt aſſumptum pharmacum.Faciunt enim cadere in oppilationes,et ægritudines cutis.

Increpat errorem iſtorum, & diuiditur in quatuor ſicut per quatuor rationes errorem ipſorũ increpat. ſecũda ibi. Ignorantes quoniam opponuntur tertia ibi. Proptera ſi cõ ſiditur.quarta ibi. Propterea natura has partes omnes legit ſimul.Ad exteriora trahit, ſcilicet materiam quæ ſup. à pharmaco mouebat ad interiora.Gal.dixit,ſcilicet in quarto apho.commento illius apho.ſub cane & ante canem in tertia ratione.Sciendum eſt quòd id perducit ad magnum nocumentum quod aduenit de tanto diuerſo motu ipſius me.nam primo materia ui pharmaci mota ad inteſtina per uenas meſeraicas tranſiens tranſiuit per hepar & principalia membra unde ea debilitauit, ſuperueniente poſtea balneo materia iſta ex inteſtinis peruenit ad exterio, & hoc etiam per hepar,unde etiam adhuc magis debilitauit, quia debilius eſt hepar quàm in primo tranſitu,ulterius etiã hęc materia propter eius motum diuerſum facta eſt maligna, quare magis nocet hepati per quod tranſit, & maxime conuenientibus,ſed ſup.quando materia iſta euacuatur per inteſtina tunc educit per conuenientes uias. Inquit Hippo. in ſecunda parti.apho.quæ ducere oportet in oppilationes & præcipue,ſi utantur balneo in his qui non ſunt ſufficienter euacuati. Sed hic eſt dubitatio utrum balneum reſolutiuum faciens ſudorem comperat poſt medi. ſolu. Et eſt breuiter ſine argumentis dicẽdum quod iſtud balneum aut adminiſtratur poſt operationem medi.ſolu.aut dum ipſa operatur.Si loquamur de ipſo primo modo,tunc aut iſta medicina diminute euacuauit,aut ſuperflue, aut mediocriter. Si diminute dico quòd balneum iſtud non conuenit, eo q balneum mouet humores ad contrarium eius ad quod medicina mouebat, eo quòd medi. mouebat à circunferentia ad centrum,ſed cõtrario facit balneum, & ideo nõ damus tunc balneum,ſed potius aliam med.ſol.quæ compleat operationem ipſius perſonæ non perfecte euacuatæ, & hoc habet uerum præcipue ſi reſiduum materiæ eſſet commotum ad inteſtina,ſed bene poſſet balneum competere ſupplens defectum medicinæ,præcipue ſi iſtud reſiduum materiæ eſſet magis uerſus extrema corporis.Si autem hæc medi.mediocriter & conuenienter euacuauit, Dico quòd tunc non conuenit balneum fortiter reſolutiuum, & ſedatiuum, ſed bene conuenit balneum aperitiuum pororum & lauatiuũ ad hoc,ſcilicet quòd ſi aliqua materia ſit contenta in poris carnis ad cuius expulſionem natura non erat multum intenta propter intentionem aliam magis neceſſariam,illa materia poſtea poſsit per balneum euacuari per poros.Si autem hæc medi. ſuperflue euacuauit dico quòd tale balneũ reſolutiuum nõ conuenit eo quòd iſtud balneum ſuperflue euacuat,duas autẽ euacuationes & præcipue ſuperfluas ſimul coniungere,aut unam poſt aliam immediate eſt fallax & timoroſum,ſimiliter etiam iſti ſic ſuperflue euacuati ſunt ualde debiles in uirtute,tales autem ſunt abſtinendi à balneis, tamen in caſu poſſet competere aliquod balneum humectatiuum membrorum,ſi eſſent ſuperflue euacuati à medi.Sed ſi loquamur de balneo approximato in hora operationis medi.tunc aut iſta euacuatio facta à medi.eſt diminuta, aut ſuperflua,aut mediocris,ſi eſt diminuta accidunt res quas ponit Meſ.in litera, quæ ſatis ſunt notæ intelligenti, inducunt etiam oppilationes & ægritudines cutis, per id etiam quod conſtringunt uentrem,ſed ſi iſta euacuatio ſit ſuperflua,tunc balneum conuenit,quia hu.attractos à me.diuertit ad contrarium,ſed ſi iſta euacuatio ſit mediocris,non cõuenit donec fit,quia tunc euacuaret ſicut pharmacia, & diuerteret materiam ad oppoſitum,quod non eſt fiendum quãdo eſt euacuatio mediocris. Deinde cum dicit.

SYL. *Renera autem balneum nequaquam ſalubre eſt, poſt medicamentum purgatorium,niſi cum immodice vacuat, tũc enim auerſando materiam,fluorem ſiſtit. Poſtquam vero in balneo diu ſudatum eſt,adſtringentibus vires ſunt firmandæ,ne laxata purgando viſcera,materias recipiant, & ut materiæ ad oppoſitum conuertantur. Si vero hæc non contulerint,corpus eius totum pannis lineis aqua infuſis tãdiu in balneo undiq; percutiat,donec ipſa cutis rubeat & inflet tur,tunc fricetur vt ſudet. Sedere autem in balneo,ſuper calidos lateres,aut lapides leues raros,alijs vero hypocõdria, ventrem,lumbos calefacere in id multum confert.*

Et ſecundum ueritatem quidem nõ eſt congruum balneum poſt med.niſi quando purgatio ſuperfluit,cõfert enim tunc ad uentrem ſtringẽdum.In balneo uero poſtquam diu ſudauerit confortantia tunc et ſtringentia tribue.Sic enim aggregas intentiones duas bonas.Nanque præparas ex uno eorum, ne uiſcera laxa materiam recipiant .Et ex alio,materias eorum ad oppoſitum conuertis . Quod ſi hæc non contulerint,carnes eius et corpus totum in balneo pannis lineis aqua infuſis diu uerberetur ex omni parte, uſque dum cutis rubeat et infletur,deinde fricetur ut ſudet . Sedere autem in balneo ſuper lateres calidos,aut lapides leues et raros,et calefacere cum eis latera et uentrem et renes, ad hoc multum confert . Extrema uero inſtitis ligentur et comprimantur compreſsione dolorosa,ſic quoque materias ad contrarium fluxum uentres cõuertes.

Ligat extremi tũ mul diuerti.

In parte iſta ponit rectum modum adminiſtrationis balnei in ſuperfluo fluxu uentris,Ex uno ſcilicet ex uſu confortantium & ſtipticorum,& ex alio,ſcilicet ex balneo inſtitis,id eſt faſcijs, Deinde cum dicit.

SYL. Apho.15. lib.4. *Idem præſtant diuretica, hoc eſt, vrinam mouentia. Mictus enim noctu plurimus, paruam ſignificat deiectionem, vt inquit Hippocra. quoniam vrina largior, vt etiam ſudor,*

ſudor,multam deiectionem ſiſtit,materia ab inteſtinis,& ſi A *inducendus eſt animum demulcentibus melodijs, & cantionibus,et muſicis omnibus inſtrumentis,adhæc remedijs ſomnificijs,& reliquis delirium ſedantibus. Somnus enim profundior & quies,omnes humorum agitationes maxime ſedat,vt contra indicat nauigatio turbari motione corpus,* Apho.14. lib.4. *vt inquit Hipp. Præterea in hoc affectu à cibo & potu omnino abſtinendus homo eſt,niſi ſyncope,hoc eſt virium præceps lapſus timeatur, hi enim humorum agitationem augent;non remittunt.*

ANT. Aborioſam autem agitationem et in fluctuationem in corpore ſedamus cum quiete et ſomno . Inquit enim Hipp.Cum abſcindere uolueris fluxum per helleborum inductum uel multiplicatum, præcipe quietem et ſomnum. Inquit Heben Meſ.dico quietem corporeã, ſ.et animalem cum adminiſtratione celebritatis obiectorum ſenſuum , ſomnus etiam inducendus eſt mulcebris cum cãticis ſomniferis et melodiis,et oĩ arte organica,et rebus ſomniferis,et oĩ re quæ curat ſahara,et ſcito quod ſomni ,pfundatio in eo eſt ex maxime ſedãtibus agitationes oẽs et quies ſimiliter . Namq; ſubdit Hipp.ſtare.n.agitationem ſedat , et ad hoc argumentũ ſumit ex nauigatione,quoniam motio agitat corpora cibi autem et potus in diſpoſitione hac,omni modo reſcindendi ſunt,niſi ſyncopim,et caſum uirtutis timeas. addunt enim ad agitationem et non minuunt.

Poſtquam Io.Meſ.docuit reſiſtere ſuperfluæ euacuationi quæ fit à med.ſol.per ea quæ medicinam frangunt,etiam per ea quæ conſtringunt meatus,& confortant,per ea etiã quæ diuertunt materiam ad contrarium fluxus uentris . In iſta parte quæ eſt canõ quartus,docet huic ſuperfluo fluxui reſiſtere per ea quæ confrangunt laboriosam agitationem quæ fit in corpore a medi.& primo docet hanc agitationẽ ſedare per ſomnum & quietem.ſecundo per cibos & potus ſecunda ibi.Cibum autem.prima in duas.primo proponit, & idem confirmat auctoritate Hipp.& in ſecunda parte.ſ. id confirmat per expoſitionem dicti Hippo.ſecunda ibi. Inquit Heben.Hipp.ſ.in.4.particula apho.legit omnes ſimul ſtare.i.paſcua parua.ſ.habens ſtata tunc.i . eſt quod non inſomnietas,& maxime ſedantibus agitationes.nam iſta agitatio proprie prouenit ex commotione humorum,iſta autem motio humorum maxime ſedatur per ſomnum,& quietem,cum ipſe ſit uehementer ſimilis quieti,omnino reſecãdi ſunt.nam cibus & potus peruertunt naturam à ſua euacuatione & faciunt ebullitionem in calore , & ſpiritu fatigantes calorem propter eorum digeſtionem.

Cõtinuatio.

Deinde cum dicit.

Canon quintus.

SYL. *Scopus tibi ſit præcipuus animum exhilarare, corq; roborare ſumendis,admouendis,educendis,faciendis. Hominem igitur in domo temperata compoſitione,non autem frigida,quoniam frigus humores intro compellit, quos foras ad cutim traxiſſe fuerit ſalubrius (neq; item calida) quod calor corpora reſoluendo infirmat vires ac deijcit. Cibus autẽ & potus oĩs eſt tibi deligẽdus,qui animũ recreet ac ipſum coroboret, de quo poſtea plenius dicturi ſumus.*

ANT. Qualiter regendi ſunt qui ſuperfluè educunt. Rincipium omnis intẽtionis eſt regimen animam dilatans , & confortãs cor ſecundum adminiſtrationem omnium ſex rerum quas ſcis.locentur ergo in domo temperati aeris non frigidi.Frigus nanque concludit humores ad interiora,cum ſit eos ad exteriora ex-

trahere res magis necessaria. Nec calidi, resoluit enim, & debilitat, & elige ex cibis, & potibus, & aliis omne quod confortat cor, & animam dilatat, & nos plene dicemus illud post.

Docet resistere huic euacuationi superflue per ea quę dilatant animam & cor confortant, principium, eo ꝙ in tali superflua euacuatione maxime euacuatur de calore naturali, & spiritu, multum.n.cor inde debilitatur quod oportet principaliter attendere ad hoc per id quod confortat cor, & dilatat animam. dilatans.i.augmentans animam.i.calorē naturalem qui est animæ instrumentum. sex rerum.s.non naturalium, & licet istæ res nō naturales sint sex. præcipue explicat hic regimen ipsorum per aerem cibos, & potus, nam hæc duo maxime immutant corpus, & maxime etiam confortant cor. Primo ergo docet eorum regimen per aerem. Secundo per cibum & potum. secūda ibi. Et elige ex cibis. Sed diceres tu, non uidetur ꝙ debeat morari in domo frigidi aeris. quia humores mutat ad interiora, non hoc tale quęrimus in operatione med. sol. superflua & diminuta & mediocri. si de prima loquamur, non oportet eos uti aere frigido cum augeat fluxum mouendo humores ad interiora, & de hac est hic sermo, & non de illa, in illa.n.diminuta uel mediocri purgatione bene oportet humores ad ĩteriora mouere, legit aliam simul cum ista, & elige &c. dicemus illud post.s.summa secunda. Deinde cum dicit.

Canon sextus.

SYL. *HVmores vero congelare, & narcoticis vti, perfugiū est vltimum, tuncq; solum, quando prædicta omnia nihil contulerunt, & curatio prope deplorata est. narcotica autem fortia tibi vtenda sunt, qualia antidotus theriacæ, & philonis, & similes.*

ANT. *Qualiter cogimur interdum in superfluo fluxu dare narcotica.*

COmpingere autem & stupefacere est ultimū ad quod inniti debes, & proprie tunc quando omnia iam non contulerint, & res est posita sicut in desperatione, tunc quoq; super narcoticis pręsumendum est, & medicamētis fortibus sicut est theriaca, & philoniū, & similia.

In isto capi. qui est sextus canon docet subuenire superfluo fluxui qui fit à me. sol. qui quidem fit per narcotica, & diuiditur in duas. primo præmittit quando est utendū narcòticis & quando non. & in secunda parte id declarat. secūda ibi. Componunt autem. compingere autem.s. humores, & eos constringere & inspissare, & stupefacere. s. operationem me. sol. theriaca.s.noua, nam antiqua non est stupefactiua uel narcotica, immo est theriaca, & cōtra uenena eis resistens, potius hic explicauit narcoticas compositas quàm simplices eo quod meliores sunt. ideo ponet statim ꝙ per artem & compositionem alterius me. cum medi. stupefactiua remouentur eius nocumenta, quia coagulatio est inimica uitæ. Et ex hac litera possumus habere ꝙ duplex est administratio narcotici, quædam est regularis siue electiua, & quædam est coacta siue necessaria, prima administratio eius non est conueniens in hoc casu, sed secunda, & de ea quæ exequitur. Deinde cum dicit.

Administratio narcotici duplex.

SYL. *At vero grauissime errant, qui horum affectuum initio narcoticis vtuntur, hæc enim vere non curant, sed uelut cōgelatam materiam intus cohibent quæ non multo post impetu maiore ruit, quam prius, relictis in corpore per hæc cōgelationis, & mortis quibusdam rudimentis. Vera autem curatio fuerit causæ fluorem excitantis ablatio, partibus interea, & facultatibus nos gubernantibus, in vnum reductis, & roboratis, vti diximus.*

ANT. Componunt autem rem magni erroris à principio curantes huiusmodi cum narcoticis, est enim cum eis curatio mendosa, propterea quod incrassant & congelant materias, & fit retentio falsa, & redit fluxus, & prorumpit, & post tempus non diu extensum, disruptior

E quam fuerat prius, immo sicut regurgitans, cum uestigiis congelationis & mortis. Verum curatio uera est abscisio causæ facientis fluxum, & coadunatio, & confortatio membrorum, & uirtutum eorum sicut iam diximus.

Declarat quod præmisit, & primo ostendit ꝙ in curatione electiua huius fluxus uentris administratio narcotici nō est conueniens. Secundo ostendit ꝙ in curatione coacta administratio eius est conueniens. secunda ibi. At uero quando necessitas inuitat. Curatio mendosa. nam non euacuant causas istius superflui fluxus vētris, & redit fluxus. nam hęc narcotica inspissando & constringendo seu congelando disponunt eas ad putredinem cum non regantur amplius à regimine naturalis calidi, & inficiunt tales humores, quibus infectis & putridis natura eos conatur expellere. Congelationis.s.aut humorum aut membrorū. Deinde cum dicit.

SYL. *Vbi vero necessitas inuitat, præsertim quando prædicta omnia non contulerunt, narcoticis vti cogimur.*

F ANT. At uero quando necessitas inuitat, & proprie quando oīa nō contulerint, præsumimus super narcoticis.

Quando alia nō ferunt, præsumimus super narcoticis.

Ostendit ꝙ quandoq; in cura necessaria competunt hæc stupefactiua, nā talibus fluxus uētris superfluus ultime non cōstringitur dato ꝙ ex eis aliquod nocumētū acquiratur, & per hoc soluitur qō utrum in cura fluxus uentris superflui competant narcotica, nam in cura electiua non competunt sed in necessaria sicut ponit Mes. Deinde cum dicit.

SYL. *Prius tamen castigatis secundum modos, & conditiones, quibus ipsorum nocumenta emendantur, eanq; quam plurima.*

ANT. Et proprie rectificatis secundum modos & conditiones, quibus emendantur nocumenta quæ ex eis timentur.

Narcotica sunt contraria uitæ.

Hic ostendit modum debitum approximationis narcoticorum in curatione hac necessaria, & primo facit hoc secundo quædam ex illis narcoticis nobis manifestabit. secū

G da ibi. Ponamus autē aliquis, prima pars habet partes quatuor. Primo ponit conuenientem modum exhibitionis narcoticorum ut ille non consistit in eorum conuenienti qualitate. Secundo ut consistit in cōuenienti loco unde approximatur. Tertio ut consistit in conuenienti tempore approximationis. Quarto ut consistit in debita quantitate approximationis eorum. secunda ibi. Verum si excusari potest. tertia ibi. Et dare in sero. quarta ibi. Et uita exhibitionem. prima in duas. primo ponit quod intendit. secundo illud declarat. secunda ibi. timētur autem ex &c. In parte prima est ista, sicut omnem medi. sol. consolamur & eius nocumenta remouemus per compositionem alterius cum ea, ita eodē modo debet fieri de narcoticis ut eorum nocumenta prohibeantur cum noceant principio uitæ. Deinde cum dicit.

SYL. *Vitæ enim sunt omnino contraria (congelant namq; & stupefaciunt, & mortificant) præcipue, si simplicia sint, & eo magis si sint recentia.*

ANT. Timentur autem ex narcoticis nocumenta plura. Sunt enim omnino contraria rei uitæ congelantia, &

H stupefacientia, & mortificantia, & nuda quidem magis adhuc magis recentia.

In parte ista expresse docet conuenientem qualitatē narcoticorum, & primo ponit nocumenta quæ ex narcoticis proueniunt, secundo docet eis subuenire. secunda ibi, Ars uero & societas, magis.s.elige stupefactiua composita quā simplicia & si composita nō eligas recentia.s.propter maiorem uim quam haberent si essent recentia. Deinde cū dicit.

SYL. *His autem narcoticorum noxis, ars tribus remediorum mistis generibus præcauet, & horum actiones tutus reddit. Primo loco miscentur, quæ narcoticorum congelationem resoluunt, & auferunt, vt castorium, piper, crocus, hæc enim sunt velut theriaca narcoticorum, piper quidem & castorium resoluendo, & dissipando, crocus autem coquendo, & narcotici vim cohibendo. Secunda miscentur,*

quæ

quæ facultates nostrum corpus dispensantes firmant, & spiritus instaurant, vt spica, doronicum, zedoaria, & alia tū cardiaca, tum stomaticha, vitæ, seu dictis facultatibus commodantia. Tertia miscētur narcoticis, quæ materias de parte in partem fluentes agitatasq; sistunt, et cohibent, vt myrrha, thus gummi iuniperi, & similia. His enim narcoticorū malignitas reprimitur.

ANT. Ars uera & societas regunt eorum nocumenta & remouent. Verum trium intentionum res admixtæ eis ipsarum operationes bonificant. Primo uero socientur eis quæ resoluunt, & offerunt quæ ex narcoticis prouenit congelationem sicut uerbi gratia, Recte miscentur eis castoreum, & piper, & crocus. Sunt enim hæc theriaca narcoticorum, sed piper & castoreum faciunt ad resoluendum & carminādum magis. Crocus uero maturat & sedat uirtutem narcotici. Secundo uero cum eis quæ uirtutes confortant & spiritus reparent miscemus, sicut recte miscemus eis ex cordialibus & stomaticis rebus, quæ conferunt rei uitæ, sicut spica proprie, & doronici, & zedoaria & similia. Tertio oportet ut socientur eis quæ sistunt & sedant, & stringunt agitatas, & reumatizatas & materias fluentes de parte in partem sicut est myrra proprie, & olibanum, et sandaraca, et similia. sic enim narcoticorum iniquitas reprimitur.

Docet his nocumentis subuenire per ea quæ eis admixta remouent eorū nocumēta, & primo ponens tres intētiones propter quas aliæ med. admiscendæ cum eis ad remouēda nocumenta ipsorum unā ex illis intentionibus declarat. secundo aliam. tertio vltimam. secunda ibi. Secunda. tertia ibi. Tertio oportet, piper & castorē resoluunt & carmināt. propter eorum multam caliditatē & siccitatem, & crocus maturat virtutem narcotici, & hoc non facit propter multam caliditatem quam habet aut siccitatem quia illam non habet, sed quia confortat cor & calorem naturalem quæ habent resistere medicinæ narcoticæ, habent etiam humores & ipsum narcoticum digerere, omnes legit simul, dicit ꝙ cum eis oportet misceri res quæ sedant & constringūt agitatas materias. Contra naturam narcoticorum habet constringere materiā & congelare ipsam, quare non debemus commiscere id ꝙ humores stipticat & inspissat. inde enim non consolatur, sed potius eius virtus augetur. Dicendum breuiter quod duplex est consolatio narcotici. absoluta, & ista nunquā habet fieri per ea quæ constringunt materias & incrassant, immo per ea quæ habent calefacere & subtiliare, & humores dissoluere, alia est cōsolatio narcoticorū determinata, quæ est ad stringendum fluxum ventris superfluum, & ista habet bene fieri per stiptica & constringentia & prohibentia agitationē humorū, & de hac est hic sermo, sandaraca.i. vernix. totū est notum. Deinde cum dicit.

SYL. *Veruntamē si narcoticis abstinere potes, præstātius quidē fuerit, sin vti cogaris, potui ne da, sed emplastris adhibe, aut si p hæc parū proficitur, balanis aut clysteribus. Quod si potui dare cogeris, præmeditatione & caute dabis, idque antiquatum potius, quale.s. minus est noxiū, virtute narcotici, coctione & rerum aliarum mistione cocta & fracta.*

ANT. Verum si excusari potest, non propinari est melius, sed si excusari non potest, melius est ut non potui dentur, sed administrare in emplastris tantum est melior cura, uel saltem in suppositoriis, & enematibus si parū in emplastris cōtulerint, & si cogeris propinare potui, fac cum timore & cautela, & dare ea antiquiora est minoris nocumenti, maturatur enim & digeritur cum rebus permixtionis uirtus narcotici.

Postquā Mes. docuit eligere conuenientē qualitatē narcoticorum in cura coacta fluxus ventris facti à med. sol. In parte ista docet eligere conueniētem locum approximationis ipsorū, melius est vt in potu nō dentur, eo quod in potu

A approximata perueniunt ad stomachum colligatum cū cerebro mediantibus uenis, & proueniunt ad membrum tale ꝙ est propinquū cordi vnde possent congelare caliditatem natā cordis & aliorum membrorū. In emplastris, præcipue tū positis supra ventrē in loco qui maxime respicit stomachū & intestina, propter.s. restrictionē fluxus sicut si approximaremus ea per aliam causam præuenientē dolorem, aut propter multā vigiliā approximaremus talia emplastra supra frontem, vel saltem in suppositorijs, & ista suppositoria cōi nomine consueuerunt uocari suppositoria ad tenasmō, remouēt enim acumen humoris & prouocant somnum, nā per hoc etiam sedant dolorem. Deinde cum dicit.

SYL. *Vespere autem dormituris tēpestiue datur, quia somnū conciliat agitationes sedantē. Dant item nōnulli mane, præsertim, quando ægrum insomnia non torquēt tuncq; minus crebrā desurgendi necessitatē, morsum excrementorū obtūdendo, faciūt. Sed narcoticorū vsus est fugiendus mox à cibo, et ĩ plenis corporib. aut impuris purgatis aūt est tutior.*

B ANT. Et dare in sero ante somnum est melior horarum quā dari possunt, quoniam inducunt somnum, & sciuisti quoniam somnus agitationes sedat, & sunt qui dant in mane, & proprie quando vigiliæ non adsunt. Prolongant.n. necessitatem surgendi ad sellam, sedando mordicationē, Et omnino, caue ne dederis supra cibū, & caue ne dederis ea corporibus abundantibus, neq; dederis ea corporib. impuris, sed post mūdificationē poti⁹.

In parte ista docet eligere conueniēs tempus exhibitionis narcoticorum in cura coacta fluxus ventris. In sero ante somnum. nā tūc somnus est aptus fieri in sero ipsi naturæ humanæ. istud autem narcoticum habet somnum facere, & sciuisti.s. in quarto canone ab isto, & proprie quando vigiliæ non adsunt, tunc non datur vt inducatur principaliter somnus, sed propter aliam causam sedando enim mordicationem humorum tardant necessitatem surgendi ad sellā, vnde tunc virtus non debilitatur ex multitudine secessio-

C nis ad sellā, nec debent dari immediate post cibū eo quod extinguunt calorem naturalem cibum digerentem & cibū incrassant, & eum crudum faciūt, unde postea male aut nullo modo digeritur, nec etiam debent dari repletis sanguine nō enim debent dari nisi quando infirmus est in desperatione, modo in repletis sanguine non est timor desperationis, etiam ista narcotica extinguunt calorē vnde postea non potest bene sanguinē regere. quare relinquitur à regimine naturæ & putrescit, & impuris.i.in habentibus hu. peccantes in qualitate propter eandem causam. Deinde cum dicit.

SYL. *Caue item ea dare diebus simul multis, sed tempus interpone, quo roborantia dabis, quæ uitæ seruent thesaurū. Adde quod narcotica, oculis quoq; & sensorijs alijs nocent, nisi horum noxam studiose vites, vt dando tam paruam quantitatem, quæ viribus nostris non officiat. Pauco enim & sæpe quam multo semel vti, præstat.*

ANT. Et uita exhibitionem eorum diebus continuis, im-

D mo interueniat inter tempus, & tempus exhibitio rerū confortantium, ut saluetur thesaurus. Et scito quod nocent oculis & sensibus, & tibi superest ministrare cautelam, ne noceant, & fac exhibitionem eorum quantitatis paucæ, quia uirtus non lædatur. Melior enim est iteratio, quàm multiplicatio.

Nocent oculis.

Docet eligere conuenientem qualitatem narcoticorum & primo facit hoc. secundo dubitationi respondet. secunda ibi. Et in subtilibus. prima in duas. primo docet eligere conuenientem quantitatem discretam narcoticorum videlicet ea dandi. secundo docet eligere conuenientem quantitatē continuam eorum. secunda ibi. Et fac exhibitionē. legit ambas simul. Diebus continuis quia qñ exhibentur diebus cōtinuis, tunc nociua fiunt corporibus, exhibitio rerum &c. sic autem non fit passio, unde postea sic, non bene operabū-

tur,etiam continue approximata extinguunt calorem, qua re per consequens debilitant uirtutem, unde postea humo. à natura non possunt regi, nocent oculis congelando spiritus qui quidem etiam in magna quantitate ad oculos prouenientes nocent cerebro,unde nocebunt etiam membris quæ ab eo oriuntur & sensibus,nam eos stupefaciunt, melior enim est iteratio &c. Hæc enim est regula attendenda in exhibitione cuiuscunque medicinæ fortis,potius eam iterare quàm eam in una uice multiplicare,nos enim uidemus ꝙ si aliquis habeat stomachũ ualde inanitũ, melius est dare de cibo parum,& sæpe quàm parum multũ in una uice & præcipue cum uirtus est debilis sicut ponit.G.in commẽto illius apho.quibus semel aut bis.ergo eodem modo erit in proposito & plus cum medic.fit magis immutatiua naturæ quàm cibus. Deinde cum dicit.

Regula in emdi.fortium exhibitione.

SYL. *Quod autem ad dolorum insultus attinet, ante hos narcotica adhibere est satius,quanquam interdum in ipsa commotione violenta,vt colico dolore vehementi exhibere oporteat,quod significauit Gale. dum colico dolori multum vehementi,interdum necessariam magis esse dicit, per stupefacientia falsam curationem, præsertim cum magna est doloris intensio,quàm veram,ne uires interim resoluantur & collabantur.*

ANT. Et insultibus quidem melior horarum est præuenire horam ipsorum, & quandoque dare oportet apud fortem commotionem eorum, sicut in colico dolore uehementi,& dixit Galenus. In colica quidem uehementi, quandoque maioris necessitatis est cura mendosa, quæ est stupefactio,proprie apud fortem commotionem doloris eis,quam cura uera, ne uirtus resoluatur & cadat.

In ista parte Mes.dubitationi respondet.dixerat.n.prius ꝙ stupefactiua debent caueri in principio istius fluxus uentris superflui & non dantur nisi qñ infirmus est in desperatione & alia non contulerint,unde crederet aliquis ꝙ in aliquibus casibus,non deberent dari in principio,sicut in fortissimis doloribus,remouet hoc & dicit,quod quandoq; datur in principio etiam,unde in forti dolore capitis, aut intestinorum,aut in podagra,quando dolor ipse maxime infestat,unde inde ex toto cadet uirtus melius est uti istis narcoticis quàm uti cura uera,quæ est per resoluentia,& calefacientia,saltem.n.immediate sedatur dolor,& aliquantulũ uirtus restituitur,unde semper id quod magis grauat & põderat etiam magis est attendendum. Deinde cum dicit.

SYL. *Hæc vero narcotica fuerint vsu tutiora.*

ANT. Ponamus autem aliquas ex medicinis narcoticis quas eligimus utiles in hoc capitu.

In parte ista quasdam ex istis medi. narcoticis declarat, uel describit,& primo proponit quod intendit. Secundo exequitur.secunda ibi.Medicamen quod scripsit,quod dicitur in prima parte notum est. Deinde cum dicit.

SYL. *Primum quod scripsit Israelita valenter astringens, ob id salubre ad fluorem alui,à medicamento, vel alia causa excitatum,recipit thuris drac.i.coaguli leporis.unc.ij.opij drac.i.gallarum unc.iij.fiant ex eis trochisci unc.i. Datur autem vnus potui. Catapotia quoq; hæc filij Zezar, ad alui fluorem & fluxiones ad uiscera vel à visceribus, recipunt bdellij,gummi iuniperi,opij,thuris minuti,myrrhæ, croci, ana,fac catapo. ciceris magnitudine,da vespere à.iii.ad.v.*

ANT. Medicamen quod scripsit Israelita fortis stipticitatis conferens ad fluxus medicinales,ad alios fluxus uẽtris bonum & expertum. Rec.olibani.unc.i.coaguli leporis.unc.ii.opij.unc.i.gallarum.unc.iii. Fiant ex eis trochischi.unc.v.& sit potio eorum unus. Confectio pilularum filii zezar bona ad fluxum uentris,& reumatizationes uiscerum.Rec.bdellii,sandaracæ,opii, thuris minuti,myrrhæ,croci ana,fiant pilulæ sicut cicer,& da in sero.iii.aut.v.

E Istas medicinas narcoticas describit, & primo describit eas quæ ab aliis fuerunt compositæ. secundo describit eas quæ fuerunt compositæ à seipso.secunda ibi.Confectio trochiscorum quos &c.Prima in duas secundum quòd duas ex talibus confectionibus ponit.secunda ibi.Confectio pilularum,& ad alios fluxus uentris scilicet qui fiunt sponte. coaguli leporis,omnia enim coagula sunt constrictiua, præcipue tamen est constrictiuum coagulum leporis,opij est.n. frigidum in quarto gradu,sandaracæ.i.uernicis,sicut cicer. s.paruum,niger enim est præcipue paruus,ambas partes legit simul. Deinde cum dicit.

SYL. *Nostri præterea trochisci sunt efficaces ad immodicum alui fluorem,à medicamẽto purgante excitatum, vel alia causa,& ad choleram morbum. Nam & vomitum à causa præsertim frigida stringunt,& facultates corpus gubernantes roborant,& somnum conciliant,recipiunt vero cyperi,thuris minuti,ameos,gallæ,croci,galliæ moschatæ, caryophyllorum,balaustij,chamæpityos,malicorij, myrrhæ,* F *spicæ,ana drach.ij.hyoscyami,opij,ana drac.i.& dimidiam fac trochiscos aurei vnius,datur vnus.*

ANT. Confectio trochiscorum quos composuimus nos ad superabundantem fluxum catarctici, & coliricam passionem,& alios fluxus uentris, confortantium animam,& stringentium uomitum, cum significationibus frigiditatis & facientium somnum. Recipe cyperi,thuris minuti,ameos,gallæ,croci,galliæ muscatæ, caryophyllorum,balaustiæ,chamæpityos,corticum granatorum,myrrhæ,spicæ,ana unc.i.hyoscyami,opii,ana unc.i.s.fac trochiscos aur. & dosis eorum sit trochiscus unus.

In parte ista ponit descriptiones narcoticorum compositas per ipsum.& primo ponit descriptionem trochiscorũ qui sunt magis calidi.secundo qui sunt magis frigidi.secunda ibi.Confectio alia,trochiscos aurei unius.nam hæc sunt multa medicamina calida quæ resistunt frigiditati narcoticorum.unde securius in quantitate possunt multiplicari G quàm sequentes,& non solum uidete isti trochisci conferunt isti superfluo fluxui facto à medi.immo etiam in omni alio fluxu qui etiam fiunt ab hum.crassis & frigidis, sedant etiam dolores qui adueniunt in dysenteria, & præcipue in dysenteria quæ à frigida causa prouenit,in ea autem quæ ꝓuenit à causa calida non conferunt isti,sed magis trochisci sequentes. Deinde cum dicit.

SYL. *Sunt & alij nostri trochisci in præsentem scopum efficacissimi,hoc est,ad stupefaciendum,& omnem alui fluorem, & vomitum à causa calida. Recipiunt spodij,seminis rosæ, acaciæ, hypocisthydos, balaustij, sanguinis draconis, gallæ,croci, ana drach.ij.boli drach.i.& dimidiam, opij, hyoscyami,ana drach.i.fac trochiscos drach.i. datur vnus cũ aqua rosarum.*

ANT. Confectio alia trochiscorum ex inuentione nostra qui sunt ultimi in intentione hac,& ad omnem fluxum H uentris & uomitum cum significationibus caliditatis. Recip.spodii,seminis rosæ,acaciæ, hypocysthidis, balaustiæ,sang.draconis,gallæ,croci,ana.unc.ii.boli.vnc. s.opii,hyoscyami,ana unc.i.fac trochiscos.unc.v. & sit dosis eorum.i.cum aqua rosa.

Ponit aliam descriptionem trochiscorum qui magis ad frigiditatem intendunt.fac trochiscos.℥.v.nam isti sunt magis fortes,& infrigidãdo & stupefaciẽdo quã præcedentes eo ꝙ cũ narcoticis his non ponuntur me.calidæ,sed frigidę Et in hoc est regula generalis quod qñ fit aliqua confectio uel recepta,& ponitur cum medic.quæ est principalis,siue basis respectu aliarum. Alia medicina similis uirtutis cum illa debet diminui de pondere & dosi illius medi.compositæ non tñ perfecte creditur hæc dosis.s.med.eo quod dosis medicinarum compositarum non habetur perfecte nisi ex dosi medicinarum simplicium.illam autem dosim medic. simplicium

Regula medi.compositio.

pliciũ habebimus infra, & sic dosis eorũ minus ad præsens tantum nõ daremus nisi mediũ,& si dat melius est diminuere de dosi taliũ medicinarũ quã postea subuenire nocumẽtis quæ possent inde sequi si daretur magis, notum est &c.

QVARTA INTENTIO EST de emendatione nocumentorum derelictorum post purgationem, & continet duodecim capitula.

De febribus quæ accidunt post purgationem. Cap. 2.

SYL. *DE morborum purgationi immodicæ succedentium cu ratione agamus: primumq; de febribus.*

ANT. INquit filius Mesuę. Aegritudinum autem quæ hæreditant post solutionem occasione solutiui, sermones afferamus. Et primo de febre quæ accidit post illud.

Postquam Io. Mes.docuit in superioribus subuenire dispositionibus potẽtibus accidere per assumptionẽ pharmaci solutiui ante purgationem & operationem ipsius, in ista sectione siue intentione quarta est eius intẽtio nos docere subuenire quibusdam dispositionibus hæreditantibus post purgationem seu operationẽ pharmaci, & diuiditur in partes duas,nam in genere duæ sunt dispositiones quæ sequunt post operationem pharmaci,quædam.n. sunt quæ se tenent ex parte ægritudinis,quædam uero sunt de genere accidentis. Primo ergo docet curare ęgritudines quæ adueniunt post pharmacum solutiuũ assumptum.Secundo docet curare accidentia quæ ad ipsum etiam superueniunt.secũda ibi. In penultimo cap.huius intentionis,contingit autem quandoq; post inanitionem superfluam.prima in duas.primo ponit intentionem suam,& modum,& ordinem procedendi. secundo illam prosequitur.secunda ibi. Eius autem euẽtus statim post.Inquit filius Mes.i.Io.Me.occasione.i.operatione uel actione pharmaci solutiui sicut propter eius uim acutam calidam,aut mordicatiuam,uel aliam nociuam qualitatem sermones afferamus scilicet ad remouendum talia nocumenta sup.siue sit accidens malum hoc præueniens, sicut dolor aut spasmus,siue ægritudo ut febris & similia. Hic est aduertendum quòd Mes.in his uerbis ponit intentionẽ suã Ponit etiam modum & ordinem procedendi,intentionem suam ponit cum dicit ægritudinum quæ hæreditant post intentionem. Intentio enim eius erat subuenire ægritudinibus large sumendo ægritudinem quæ hæreditat post operationem solutiui pharmaci.dat etiam ordinem procendendi per hoc quod dicit.& primo dentur nam primo determinabit de nocumento quod accidit in toto sicut est febris, postea de nocumento quod accidit in parte, sicut est dolor in capite, uel in alia parte corporis. Deinde cum dicit.

SYL. *Has autem medicamentum purgans excitat, vel quod ipsum immodice calidum & acre, intemperiem calidam siccam in corpore relinquat.*

ANT. Eius autem euentus,quoniam aut solutiuũ fuit multæ caliditatis,& acuitatis,& derelinquit malam cõplexionem in corpore.

In parte ista exequitur intẽtionem suam, & diuiditur in duas. Primo enim docet subuenire ægritudini siue malæ dispositioni quæ aduenit in toto ex ipso pharmaco solutiuo, quod quidem est feb. Secundo docet subuenire nocumẽto quod aduenit in parte quod est dolor.secunda ibi. In sequẽti cap.Eius aũt euentus,uel posset aliter diuidi quia in partes tres. Primo.n.docet subuenire ægritudini, siue nocumẽto quod aduenit in membris spiritualibus. Secundo docet subuenire tali nocumento ut magis aduenit circa membra animalia. Tertio docet ei subuenire ut magis aduenit circa membra naturalia.secunda ibi. In sequenti ca. Eius aũt aduentus.tertia ibi.Nomen cõe est in.v.cali. Prima in duas. primo Io.Mes.inquit causas ipsius febris propter pharmacum solutiuum contingentis.secundo docet subuenire tali

A feb.indicationem sumendo à dictis causis.secunda ibi. Auxiliabimur.prima in duas.primo facit quod dictum est.secũdo generalizat quædam circa causas euentus talium febriũ. secunda ibi.Et uniuersaliter omne. Prima potest diuidi in partes tot quot sunt causæ euẽtus febrium post pharmacũ solutiuum,possent.n.esse plures quàm nouem ut apparet, secunda ibi.Aut propter cõculcationem.tertia ibi.Aut propter occursum motuum.quarta ibi. Aut propter occursum frigoris.quinta ibi.Aut propter occursum caliditatis.sexta ibi.Aut propter comestionẽ.septima ibi.Aut multi fluxus. octaua ibi.Aut conculcationis.nona ibi,Aut quia potest diuidi in septẽ partes tñ ut uidebit,põt.n. ex septẽ causis prouenire hæc febris põt.n.primo uenire talis febris,qñ solutiuũ est multæ caliditatis & acuitatis,quia derelinquit malã cõplexionẽ ĩ toto corpore.s.calidã. Secũdo põt prouenire propter inobedientiam materiæ quæ debebat expelli, sed non fuit expulsa,quare retinetur & putrescit, & fit febris. Tertio fit euentus eius propter concursum motuum corporeorum,& animalium qui fiunt in corpore propter dolorẽ. B Quarto ꝑꝑ concursum frigoris constringentis poros & uenas unde ex hoc retinentur uapores mali intus quibus retẽtis aduenit feb. Quinto potest contingere propter caliditatem inflammantem materiam & humores. Sexto propter festinam comestionem rei cibalis supra ipsam medicinam, unde potest aliquid admisceri de cibo cum me. & potest inde prouenire putrefactio,aut aliquid de med. misceatur cũ cibo & penetrat med.ad uenas fit fortior fluxus.nam cũ uenę ex sui naturali prouidentia citius attrahant cibũ,sicut id ex quo fit earum nutrimẽtum si secum ducit medicinã multę caliditatis,inflammabuntur hu.& fit casus ad fe. Septimo & ultimo modo potest aduenire cum signa digestionis debeant pręcedere pharmacum solutiuum,& non fuit hoc obseruatum debite.secunda ibi.Aut propter conculcationem materiæ.tertia ibi.Aut propter occursum motuum. quarta ibi.Aut propter occursum frigoris.quinta ibi.Aut propter occursum caloris.sexta ibi.Aut propter festinã.septima ibi. Aut quia omnes partes legit simul,sed melius est ut eas diuisim legamus propter ampliorem delectationem textus, C malam complexionem,scilicet calidam propter eius acuitatem & mordicationem. Deinde cum dicit.

SYL. *Vel quod materiam commouit,non expulit, hæc autem velut conculcata,putrescit,& febrem excitat.*

ANT. Aut ꝑꝑ conculcationẽ materiæ quę debebat expelli,sed nõ fuit expulsa,quare putrescit,& fit cã ad febrẽ.

Modo ponit secũdam causam euentus feb.huius se tenẽtis ex inobedientia & conculcatione materiæ,conculcationem materiæ,quia potest esse aut ex parte suijpsius ꝙ materia est crassa,unde fixa uel subtilis.unde imbibita uel potest esse propter expulsiuæ defectum, unde materia diu manẽs in loco conculcata est ibi. Deinde cum dicit.

SYL. *Vel quòd sumpto valenti medicamento purgãte motus vehemens corporis aut animi superuenit.*

ANT. Aut propter occursum motuum corporeorum aut animalium super eum qui soluitur cum fortitudine.

Modo ponit tertiam causam generatiuam febriũ se tenẽ D tium ex parte motuum corporeorum, sicut exercitiũ superfluum,aut animalium,sicut iræ &c.super solutionem fortẽ pharmaci,hæc enim sunt causa febriũ. Deinde cum dicit.

SYL. *Vel quia frigoris occursu pori sunt densati, qui vaporẽ transpiratione prohibuerunt.*

ANT. Aut propter occursum frigoris coarctantis poros & prohibentis respirationem uaporum.

Modo ponit quartã causam generatiuam febrium se tenentiũ ex parte frigiditatis aeris coarctantis poros scilicet cutis,aut uenarum,aut aliorum canalium,hoc enim est notum, ꝙ frigus aeris est potissima causa constrictionis earũ uiarum,& quando fit hoc fit prohibitio egressionis uaporum,qui sic retenti sunt causa feb. Deinde cum dicit.

SYL. *Vel quia sol humores iam motos incendit.*

ANT. Aut propter occursum solis inflammantis materiã & humores iam motos.

Modo

eſt uertigo quandò mouetur aqua motu gyratiuo.ſicut quā do in ea proijcitur res grauis.ipſa enim agitatur faciens reuolutionem unam conſequentem ad aliam, ſicut motus rerum leuium &c.multotiens enim uidemus, quod quando ponuntur panni ad ſolem quòd propter uentum agitantem iſtos pānos fit motus gyratiuus in eis.de iſta tamen uertigine plenius habebimus in nono Almāſoris. quæ quidē uertigo nihil aliud eſt quam uapor contentus in cerebro mouēs ſpiritus cerebri circunuolutiuo motu lædens tantum eius operationem ſenſitiuam,ſed in ſcotomia læditur uirtus ſenſitiua & motiua.Eſt tamen ſciendum quòd iſte talis motus eſt in parte anteriori cerebri ideſt in baſi eius inferiori. nā in iſta parte eius anteriori multi ſunt nerui ſenſitiui.dictum eſt autem quod vertigo nihil aliud eſt quàm motus rerum in gyrum cum læſione motiuæ actionis, & nerui motiui ut plurimum ortum habent à poſteriori parte cerebri,hinc eſt quod uertigo eſt maxima paſsio partis poſterioris cerebri.

Deinde cum dicit.

SYL. *Iſtud autem ſymptoma hoc modo curabis,ſi abundet ſanguis,humeralem inoide,ſcarificato,item aurium cartilago & cucurbitulæ ceruicibus affixæ & cruribus, in id admodum conducunt,& præter hæc victus ratio tenuis,quæ ſanguinem minuat,poſt hæc omnia aquæ dulcis balneo lauabis ſi autem vertigo eſt ab humorum copia, vacuentur vomitu,aut ⁝ potius ⁝ deiectione,poſt hæc cerebrum hu.quæ affectui quoq; conueniunt,roborandum eſt. Frictio quoque partium inferiorum,& alia quæuis in cōtrarium reuulſio, prodeſt.Prouidendum quoq; eſt partibus his,vapores in cerebrum tranſmittentibus, vt ventriculo hepati, lienis folliculo fellis, & alijs. Poſtremo quod in capite reliquum eſt vaporum,id reſoluendum eſt.*

ANT. Quod quidem curamus hoc modo.Si uideris domi nium in ſanguine cephalicam incide.Scarificatio autē chartilaginum aurium,& uentoſæ in nuca, & cruribus ad hoc multum conferunt,& ſimiliter omne regimen ſanguinem reprimens, confert in fine rei balneari balneo ſeparato dulci.Et ſi eſt propter humorum abundā tiam,cura eſt eductio humoris facientis uomitum aut per uentrem .Et poſt illud confortatio cerebri cū his quæ diſpoſitio exigit,& fricatio inferiorum & reſolutio uaporum,& econuerſo eorum ad oppoſitum, & rectificatio membri mandantis ſicut eſt ſtomachus, aut hepar,aut ſplen,aut fel,aut illud.

Modo ponit curationem uertiginis,& quia uertigo poſſet cauſari à multis humo.multiplicatis.primo ponit curationem uertiginis ſanguineæ. ſecundo ponit curationem eius ut ab aliis humo. prouenit ſecunda ibi. Et poſt illud, uel aliter primo explicat quæ competunt iſti vertigini in principio. ſecundo in fine in proceſſu. ſecunda ibi.Et poſt id quidem quod utrique ſcilicet accidens quod uertigo nominatur,& uentoſæ ſcilicet appoſitæ in collo, uel in nuca, uel in cruribus, ſiue ſub ſpatulis. dulci præcipue aqua quæ ſit aliquantulum calida ad diſtrahendum illum humorem ad aliam partem,legit omnes partes ſimul cum iſta, & notum eſt.

De debilitate viſus poſt purgationem. Cap. 4.

SYL. *VIſio fit imbecilla poſt purgationem,interdū ab oculi partium ſiccitate immodica ſuperfluæ vacuationi ſuccedente:interdum ab humore in nerui optici cauitate coacto,quem medicamētum liquauit,& non vacuauit interdum à vapore craſſo turbido, quem medicamētum ad caput & videndi inſtrumenta ſubleuat.*

ANT. It quandoque ex ſiccitate ſuperflua quę ſuccedit euacuationi ſuperfluę. Et quandoq; ex humiditate coarcta ta in neruo concauo quam diſſoluit medicina preterquā euacuauerit.Et quandoq; ex uapore craſſo turbido quē medicina ſubleuat ad caput, & ad membra uiſus.

Poſtquam docuit curare dolorem capitis,& vertiginem quæ ambo ueniunt membris animatis:modo docet curare aliam ęgrit.membri animati.quia debilitatem uiſus quæ aduenit poſt purgationem.& diuiditur in duas. primo ponit cauſam huius ægritudinis ſiue accidentis.ſecundo docet illis cauſis ſubuenire & ęgri.ſecūda ibi.Si autem.prima pars diuiditur in partes tres: ſicut tres ſunt cauſæ huius debilitatis uiſus:nam hæc debilitas uiſus quandoque accidit à ſuperflua ſiccitate facta à medici.quandoque uero propter hum. lædentem & coarctantem neruum oculi continui qui uocatur neruus opticus.quandoq; hoc accidit propter uaporem craſſum,& uiſcoſum quam ſubleuat medi.ad caput.primo enim ponit primam cauſam.ſecundo ſecundam. tertio tertiam & ultimam.ſecunda ibi.Et quandoque ex humiditate.tertia ibi.Et quandoque. iſtas tres partes legit ſimul, concauo.i.neruo optico,ex uapore craſſo &c.nam propter iſtam turbulentiam uaporum,& craſsitiem oppilantur uiæ, quare ſpiritus tam animales quàm vitales non poſſunt debite tranſire ad oculos uel ad oculum ut perficiat operationem uiſiuam. Deinde cum dicit.

SYL. *Si autem viſio imbecilla ſit ob ſiccitatem vacuationi immodicæ ſuccedentem,humectantibus curanda cibo, potu, proba nutritione,balneo,ſomno,& cæteris,corpus totum, & oculos præcipue,humectantibus. Si ab humore per medicamēto liquato in neruo optico, curabitur catapotijs coccijs,& ex hiera, & ex aromatibus, quæ in antidotario deſcripta habes. Deſtillato quoq; in oculum ſucco chelidonij, & fœniculi,& felle perdicis,aut ericij, aut aquilæ, aut capræ, aut collyrio ex fellibus. Si ex vapore craſſo et turbido excitatur uiſio imbecilla,humor eſt vacuādus, à quo tenuato vapor attollitur,& vapores ſurſum aſcendentes ſunt tū repellendi,tum ad inferiora reuellendi per horum frictionē & exercitationem.In oculum vero dicta collyria inſtillanda.Adhac ſalubre eſt ieiuno quidem ventriculum excremētis purgare hieræ picræ infuſo,aut aloes,aut abſinthij decocto,aut oxymelite ſcillino.Poſt paſtum vero vapores à cibo leuari ſolitos prohibere,coriandro præſertim, & cydonio,et ſimilibus.Poſtremo adhibe oculis,quæ ipſos roborēt et tergeant,quantum tibi videbitur.*

ANT. Si autem proper ſiccitatem acquiſitam ab euacuatione ſuperflua cōferunt humectantia nota ex cibis & potibus, & omnibus quæ addunt ad humectationem corporis & membrorum uiſus, ſicut balneum,& ſomnus, & refectio corporis, & alia, & ſi ex humiditate quam medicina coarctauit in membris uiſus cura eſt cum pilulis cochijs, & pilulis de hiera, & pilulis de ſpeciebus, quarum deſcriptio eſt apud te. Et diſtillatione in oculis chelidoniæ, & fœniculi, & felle alcubugi, aut ericii, aut aquilæ, aut capræ, aut collyrio de fellibus. Verum ſi ex uapore craſſo & turbido, cura eſt eductio illius materiæ à qua reſoluitur, & repreſsio ſubleuationis uaporum cum fricatione inferiorum, & exercitatione eorum,& diſtillatione collyriorum ſicut diximus.Et adminiſtratio rerum ante cibū ex his quæ reſoluunt ſuperfluitates quæ ſunt in ſtomacho, ſicut eſt infuſio hieræ, aut aloes, aut decoctio abſinthii,aut oxymellis ſcillitici, aut poſt cibationem eorum prohibent uaporem ciborum eleuari, ſicut eſt coriandrum proprie, & citonia & ſimilia. Deinde ſuccedat

Modū curādi talem debilitatem uiſus.

dat adminiſtratio rerum confortantium viſum & abſtergentium oculos ſicut te inuitat neceſsitas.

Docet ſubuenire huic debilitati uiſus indicationem ſumendo à dictis cauſis.& diuiditur in tres.primo docet huic debilitati uiſus ſubuenire indicationem ſumendo à cauſa quæ eſt ſiccitas adueniens in ſuperflua euacuatione phar.ſecundo indicationē ſumendo à cauſa quæ eſt nimia humiditas commota oppilans.tertio indicationem ſumendo à uapore craſſo eleuato medicina ad caput.ſecunda ibi.Et ſi ex humiditate.tertia ibi.Verum ſi ex uapore.legit totū ſimul. humectantia cauſa eſt.nam humiditas per ſui contrarietatē ad ſicci.habebit remouere ſiccitatem. pilulæ cochię. tales maxime confortant oculos,& cerebrum, & membra ſpiritualia.Sed quæret aliquis faciunt ne pilulæ cochiæ, pilulæ, de quinque generibus,& pilulæ de ſpeciebus omnes æquā liter huic paſsioni,& uno modo,dico quòd non. Nam iſta debilitas uiſus ueniens ex hu. quæ in ſtomacho exiſtens eius uapor eleuatur ad oculos,& cerebrum, & inducit debilitatem uiſus,& tūc eius cura fit cum pilulis hieræ. ſi aūt hæc debilitas uiſus fit adueniens ex humiditate,ex toto corpore oculis communicata & præcipue craſſa tunc conferunt pilulæ de quinq; generibus. ſi autem hæc debilitas uiſus fit ex humi.proueniens propter proprium nocumentū cerebri,tunc conferunt pilulæ de ſpeciebus, quas ponit in ſuo antido.in principio ipſius. chelidonia multum reſpicit oculos,ut habemus ab auctore,& fœniculi. fœniculus notus ē de medicinis oculi & fel.alcubugi.i.fel perdicis. Collyrium poteſt ſumi dupliciter ſtricte.ſ. & large.ſtricte accipitur collyrium pro eo quòd maxime oculis approximatur diſſolutum in liquore aliquo.ſumitur large pro medicamine quod etiam intus corpori approximatur extendens ſe ad clyſteria & ſuppoſitoria, modo in tota hac litera utroque modo accipi poteſt.

Collyriū duplex.

De debilitate ſtomachi poſt purgationem. Cap. 5.

SYL. *VEntriculi imbecillitas interdum eſt communis toti ipſius corpori,tuncq; omnis facultas naturalis(cuius origo eſt ventriculus)imbecilla ſimul efficitur,interdum ori ipſius (quem ſtomachū appellant) eſt propria, tunc appetentia fit imbecilla,interdum fundo ipſius,& villis retinentibus,tunc retentrix imbecilla ſequitur.*

ANT. NOmen commune eſt debilitas ſtomachi. Sed quandoque cadit in toto corpore eius,& ſequitur ipſam debilitas omnium virtutum quarum eſt minera.Quandoq; in ſuperiori parte eius, & ſequitur ipſam debilitas appetitus,quandoque in inferiori parte eius, & ſequitur ipſam debilitas digeſtiuæ. Et quandoque cadit in fundo ipſius,& villis retentionis, & ſequitur ipſam debilitas retentiuæ.

Quare pº purgatione accidit debilitas ſtōi.

Hæc eſt tertia pars diuiſa contra partem primam huius intentionis quartæ, nam ibi dicebat ꝙ eius intētio erat de terminare de tribus ægritu.accidētibus.ſ.ſpiritualium, animatorum,& naturalium. Poſtquam ergo Meſ. docuit curā ægritudinum quæ adueniunt mēbris ſpiritualibus ex pharma.ſolutiuo,quia curam febris tradidit, & curam ægritudinum quæ adueniunt mēbris animatis,quia cerebro & oculis.In parte iſta tradit curam ægritudinum quæ adueniunt membris nutritiuis poſt purgationem à med. factam. ſpecialiter autem determinat de cura ægritudinum quæ adueniunt duobus membris nutritiuis.ſ.ſtoma. & inteſtinis tradens, curam excoriationis ipſorum inteſt. primo ergo tradit curam debilitatis ſto.ſecundo tradit curam excoriationis inteſt.ſecunda ibi. Accidit excoriatio uiſcerum. bene infra,& eſt capitulū per ſe.prima in duas. primo ponit duo neceſſaria ad ſuum propoſitum.ſecundo exequitur docens ſubuenire huic accidenti ꝙ eſt debilitas ſto. ſecunda ibi. ſuccurremus.prima in duas. primo ponit unum neceſſariū ad ſuum propoſitum inquirens per id diuerſos modos debilitatis ſto.ponens diuerſas eius partes in quibus aduenit & ſigna eorum, & in ſecunda parte ponit aliud neceſſarium ſuo propoſito,per quod requirit cauſas per quas poteſt cōtingere hæc debilitas ſto.ſecunda ibi.Accidit autem ſto.debilitas.In toto corpore ipſius.ſ.ſto.inferiori parte eius uer ſus.ſ.carnoſam partem eius. Sed diceret aliquis quare nō fecit mentionem de modo debilitatis expulſiuæ ſto. Dico ꝙ dedit intelligere hoc per debilitatē digeſtiuæ & retentiuæ.nam ſi debilitatur digeſtiua ſto. & retentiua poteſt etiā debilitari expulſiua. Vel aliter & forte melius, quia dedit hoc intelligere per debilitatem quæ aduenit in toto cor. eius:quia quādo corpus debilitatur, omnes etiam uirtutes debilitantur. Deinde cum dicit.

SYL. *Ventriculo autem imbecillitas poſt purgationem accidit,quod medicamentum ei intemperiem pariat, aut ipſius corpus inanitione immodica extenuet & rarefaciat:aut humorem benignum ſupernatantem vacuet, & noxiū relinquat poris immerſum, aut adhærentem,aut imbibitū,aut materiam mouit in eo,ſed non expulit, aut ipſum medicamentum in ventriculo permanet, villis eius adhærens, aut ipſum eſt igneum & multum acre, ob id ventriculi ſuperficiem vehementer afficit,& vlcerat. Agens nanq; in partem ſenſu exacto præditam, vehementius imprimitur, & magis afficit.*

ANT. Accidit autem ſtomachi debilitas poſt purgationē, aut quia per eam ſtomacho malitia complexionis acquiritur.Aut quia immoderata inanitio extenuat,& rarificat corpus eius,aut quia educitur humor bonus ſupernatans,derelinquendo malum in poris ſubmerſum aut adhærentem,aut imbibitum,aut quia aliquid relinquitur de medicina in ſtoma. adhærens villis eius, aut quia in eo mouet materiam præterquam expellatur, aut quia eſt medicina de genere adurentium & multi acuminis,quare vehementer imprimit & vlcerat ſuperficiem eius.Agens nanq; in rem multi ſenſus, vehemētius imprimitur.

In parte iſta ponit cauſas per quas poteſt accidere hæc debilitas ſto.& poſſet diuidi in tot partes quot cauſas eius ponit,& notæ ſunt,ſubmerſum.i. imbibitum adhærentium ſ.in ſuperficie.& in his uerbis Meſ. ponit ſex cauſas huius debilitatis ſtomachi,quarū ſufficientia eſt hęc.nam iſtæ cauſæ aut ſe tenent ex parte materiæ ſiue humoris qui purgatur,aut ſe tenent ex parte medicinæ.Si iſtæ cauſæ ſe tenent ex parte humoris qui purgatur hoc eſt tripliciter, quoniā aut iſte humor nō euacuatur,& ſic eſt quinta cauſa.aut educitur humor bonus & relinquitur malus & ſic eſt tertia cā: aut corrupte euacuatur & ſic eſt ſecunda cauſa. ſi autē primæ cauſæ ſe tenent ex parte medi. hoc eſt tripliciter, aut enim medicina in corpore derelinquit malā complexionē per ſui malam qualitatē,& acuitatem,& ſic eſt prima cauſa. aut indebite euacuat.& ſic eſt quarta cauſa, aut eſt de genere rerum adurentium acutarum, & ſic eſt ſexta cauſa.

Deinde cum dicit.

SYL. *Huic autem morbo alios multos excitaturum, facile cognita tibi ipſius cauſa,occurrens, nunc per ea,quæ corrigunt quantum incommodi à medicamento ventriculus accepit, nunc per ea, quæ imbecillitatis cauſas vel auferunt vel corrigunt, nunc per ipſum roborantia,nūc per ea,quæ prohibent materias ab alijs partibus in ipſum effundi & affluere.Id quod frequenter contingit, præſertim cum materiæ redundant in aliqua parte vicīna,eaq; robuſta, tranſmittit enim imbecillum ventriculum, ob id promptū ad recipiendum.Agens enim etiam non ita ualidum, facile imprimit in corpus ad patiendum præparatum.*

Curatio li. 7. Methodi ēt docetur.

Lib.2. de differ. fe. ad finē & li.met.12. li.1. feb.

ANT. Succurremus autem huic ægritudini quoniam elementum eſt multarum ægritudinum, poſtquam ſciuerimus cauſam eius per teſtimonium rerum cauſantis ipſam.

ipſam. Nunc cum rebus rectificantibus quod de indignatione per medicinam acquiſiuit ſtomachus. Nunc cum rebus abſcindentibus, & corrigentibus cauſas debilitatis. Nunc vero cum rebus confortantibus ipſum. Nunc quoq; cum rebus materierum effuſionem prohibentibus ab aliis membris ad ipſum, quod quidẽ mul totiens accidit, & proprie quando ab aliquo vicinantium membrorum materiæ exuberant, & eſt forte in mandando, & ſtomachus debilis & promptus in recipiendo. Agens enim & ſi ſit debile, facile imprimit & proprie quando rei adeſt præparatio.

In iſta parte docet huic accidẽti ſubuenire, & primo ponit neceſsitatem ſuæ curationis, & quoſdam canones attendendos in eius cura in ſequenti. ſecundo docet ipſum curare, ſecunda ibi. in ſeq. cap. Et dico. prima in quatuor ſecundum q quatuor ponit curas, uel aliter. primo ponit neceſſitatem ſuæ curationis, ſecundo ponit quoſdam can. ſecunda ibi. Et nunc cum rebus, & hæc in quatuor, ſicut quatuor ponit curas. partes patent &c.

Canon primus.

SYL. *Medicamenti natura li. 3. tẽp. & initio ſimp.*

CVm medicamentis purgantibus prope omnibus proprium ſit ventriculo nocere, multiſq; cauſis & modis ipſum laceſſere, ob ſuæ. ſ. ſubſtantiæ contrarietatem, & actionis violentiam, in ventriculum ipſa recipientẽ totamq; ipſius naturam, multa cura, præcipuoq; ſtudio, his tum cauſis tum modis moleſtiarum eſt reſiſtẽdum, his præſertim remedijs, quæ ipſum roborant: & quietem ſomnũq; conciliant, vt alimentis his delectis, & paulatim datis, quæ ventriculum roborent, eiuſq; partes in vnũ cogant, & laſſitudinẽ ab eo purgante medicamẽto ipſi impreſſam abigãt.

ANT. *Solutiua ſecundũ plurimũ ſto. nocent.*

ET dico quod cum de iure ſolutiuorum ſit ſecundum plurimum ſtomacho nocere & parare ei cauſas & modos indignationum propter inimicitiam & violentiam, quam receptori inferunt, & naturæ ipſius, ſatagendũ eſt cauſis & modis indignationum reſiſtere, & proprie cum his quæ addunt in virtute eius cum ſucceſsione quietis & ſomni, & cum ſucceſsione gradationis cibi, & electione eius, & proprie talis qui confortet & coadunet ſtomachi partes vt remoueat quòd de laſsitudine ſtomachus per ſolutiuum acquiſiuit.

Poſtquàm in præcedẽti ca. poſuit cauſas debilitatis ſto. & numerum ipſarum, poſuit etiam quoſdam can. curationis qui ſunt remotiui iſtius debilitatis, & ſuarum cauſarum, in parte iſta explicat ſecundum iſtos quatuor can. docens curare hanc debilitatem ſtomachi quæ eſt in indignatione ſto. ſecundo in ſecundo docet ſubuenire eius debilitati ſto. docet tertio in tertio can. ſubuenire huic accidenti per cõfortantia ſto. In quarto can. ponit curationem ſto. debilitati ut accidit per fluxum remouendo hanc per ea quæ prohibent fluxum dictorum humorum. ſecunda ibi. In abſciſsione cauſarum. tertia ibi. In confortãdo: quarta ibi. Poſtquã. Prima in tres, quia primo docet curam iſtius indignationis per ea quæ proprie ſubueniunt. ſecundo per ea quæ magis proprie. tertio per ea quæ confortant ipſum ſtõm. ſecũda ibi. Propinandus. tertia ibi. Et ne. prima in duas, primo facit quod dictum eſt. Secundo mouet & remouet errorẽ quorundam antiquorum. ſecunda ibi. Neq; imitandum ſolutionem facientium. receptori. i. membro quòd recipit medi. ſatagendum. i. ingeniandum. Deinde cum dicit.

SYL. *Neq; imitandi ſunt, qui poſt purgatorium medicamentum feſtinanter iura pinguia, & pulmenta mollia propinant, cum hæc ventriculum laxent, & emolliant, & repleant, ob hæcq; cibi faſtidium & nauſeam generent. Quã quam iuſculum huiuſmodi ſorbere interdum eſt neceſſe, tũ præſertim, quando medicamẽtum violentius à partibus nutritorijs deturbandum eſt. Iuſculum enim lauat, & cito lubricare facit medicamentum.*

AN. *Reprẽdit cõmu*

Neq; imitandum eſt illos qui iura pinguia & mollia pulmenta poſt ſolutiuum feſtinentur propinant cum relaxent & mollificent ſtomachum, repleantq; & faſtidium generent & nauſeam, licet ſorbitio iuſculi talis interdum conferat, proprie quando eſt neceſſe medicinę audaciam tranſmutare à mẽbris nutritiuis. Eſt enim de genere lauantium, & cito lubricare facientium.

In parte iſta remouet errorem antiquorum partes læſas quæ. ſ. erant relaxatæ & rarefactæ propter malam qualitatẽ medi. ſo. unde illa remota remouetur debilitas ſtomachi. Sed eſt aduertendum quòd quando debilitas eſt in ſto. propter ſui laſsitudinem & mollificationem quando non conferũt brodia uel iura pinguia, eo quòd iſta mollificãdo ſto. debilitant eum magis, & ſuam uirtutem expulſiuam, ſed ſi indigeamus uel abſterſiua uel lauatiua, eo quòd aliquando aliquæ reliquiæ medi. remanſerunt in ſtomacho, tunc bene conueniunt brodia, & aliquando damus aquam hordei, & brodium ſiue ius carnium. nam quando indigemus lauatione ſolutiui quia aliquæ reliquiæ medi. appodiauerunt, ut cibus ſto. & hoc in ſuperficie. unde cito poſſunt expelli tunc damus brodium uel ius carnium. ſed ſi partes medi. remanſerunt in ſtomacho & adhærent partibus ſtomachi fortiter & præcipue medi. malæ qualitatis, unde timemus ne in poſterum debiliter ipſum uel inducat alia nocumenta, tũc damus aquam hordei, ſed quando timemus de hu. ſuperfluo ſto. partium tunc damus brodium lauatiuum, neq; aquam hordei abſterſiuam quia cum ſint humida per ſe haberent multiplicare talem humorem, & ideo alia die in quodã paralytico, eo quòd ægritudo eſt frigida & hu. timens ne humor euaporaret ad cerebrum non dimiſit dare brodium neque aquam abſterſiuam, ſed ſi damus in aliquo brodium nõ debet eſſe nimis pingue, eo quia tales partes ſerroſæ & pingues appodiarẽt ſe partibus ſtomachi. Deinde cũ dicit.

SYL. *Dandus itaq; tunc cibus qui ventriculi partes laxas in vnum cogat, ipſumq; roboret, qualis maxime idoneus fuerit ſubacidus, & ſubauſteris aromatibus parum aſtringentibus conditus, vt miua & ſegles, conditum cydoniorum, & ſimilia. Paucus autem dandus eſt, quantus ſcilicet ventriculum grauaturus non eſt, ſenſimq; augendus, donec ad conſuetam ventriculo quantitatem ventum ſic.*

Propinandus igitur tunc cibus qui aggreget & coadiuuet ſtomachum & partes eius laxas: & addat in virtute eius, ſicut cibi, proprie acetoſitatis paucæ qui ex aromaticis & ſtipticis condiuntur, ſicut ex miua, ſegles & ſimilia. Et fit eorum exhibitio paucę quantitatis qua ſtomachus non grauetur perueniendo gradatim vſq; ad id cuius exhibitionem ſtomachus conſueuit.

In parte iſta ponit ea quæ proprie conueniunt ſiue conferunt & ſunt quæ ſunt cibaria, unus eſt cibus factus ex ſpeciebus ſtipticis & rebus agreſtis & ace. ſicut eſt murcina & ſumachia. Nos facimus ſic murcinam quia accipitur lebes, poſtea accipitur myrta cum tota ſubſtantia, & acetum ponitur modicum in lebete poſtea accipiuntur membra unius pulli uel capreti, & ſubmerguntur infuſione, poſtea proijcimus deſuper ſpecies odoriferas & ſtip. confortantes etiam membra principalia. poſtea de iſta infuſione. ſ. murcinæ & ace. infundimus ſuper iſta membra principalia. iterum ponimus de iſtis membris ſuperius & ſuper iſta mẽbra. iterum ſupra ponimus de nominatis ſpeciebus, & ſic ulterius faciẽdo ſicut placuerit facienti. Et ſumachia fit iſto modo. quia accipimus ſumach, & acetum, & pullos membratos & ſpecies ſtipticas & odoriferas, ſicut cinamomum, & caryophyllos macẽ, & ſimilia, & fit eo modo quo fit murcina. etiam hoc modo poſſet fieri de iure & alijs ſeminibus & rebus, etiam hoc poſſet fieri ſine ſubſtantia illarum rerũ. nam piſtamus murci. & ponimus in pecia. poſtea ponimus in lebete cum aceto uel aliis rebus, uel piſtamus & diſtemperamus eam cum brodio pulli & colamus, & iſtam infuſionem ponimus loco ſubſtantiæ murcinæ, & intelligas ſẽper quòd non fit murci. ſolum ex liquore aceti. quandoque fit cum ſubſtantia murci. immo ponitur ſemper ibi de brodio ſufficienter. non enim poſſet habere bonum ſaporem. nimis enim peccaret in ſapore aceti, & hoc poteſt melius uideri ad ſenſum quantum ad proportionem iſtarũ rerum. Deinde cum dicit.

SYL. *Ceſtiæ Gal. ibidem.* *His autem cibis omnino miſcere oportet menthã omphacium, cydonia† maciana mala, ſuccum granatorũ & rhois, cydonia condita, cydoniorum conditũ, aromata, & ſimilia.*

ANT. Et ne prætereas quin cadat in cibis eorum et iuribus menta, et ſuccus acreſte, et cytonia, et maciana, et ſuccus granatorum, et ſumach, et ſpecies aromaticę et citonia condita. et miua, et ſimilia.

In parte iſta docet ſubuenire iſti ægritudini uel debilitati ſto. quæ accidit poſt ſolutionẽ per ea quæ ſubueniunt proprie magis, & diuiditur in tres. Primo docet curam huius debilitatis ſtomachi per cibum & potum. Secundo per alia. Tertio reſpondet cuidam tacitæ dubitationi. ſecunda ibi. Et rebus, tertia ibi. Et ſcito. prima in duas. nam primo docet ſubuenire huic debilitati per cibum conuenientem. ſecundo per potum. ſecunda ibi. Potus Citonia condita. i. diacitonitem cum ſpeciebus, & miuam cum ſpeciebus & ſine ſpeciebus. Deinde cum dicit.

SYL. *Bibat aũt vinum tenue, odoriferum, leue, aqua, ſole, vel igni parum cocta, quanta opus eſt, dilutum, pauca quoq; roſata adiecta. Vitet autem vinum dulce, craſſum, turbidũ.*

ANT. Potus autem eorum ſit vinum odoriferum ſubtile et leue decentis permixtionis cum aqua, ſicut in quam ſol parũ impreſsit, cui ſuperroretur aqua roſata. Dulce autem vinum in hac hora eſt malum. Et vinum craſſum ſimiliter et turbidum.

In parte iſta docet curare hanc debilitatem ſto. per conuenientem quantitatem potus. primo ponit conuenientem quantitatem potus. ſecundo ponit inconuenientem potũ. ſecunda ibi. Et uitent aquam frigidam. Odoriferum cõfert etiam uirtuti digeſtiuæ eam uigorando & roborando, ſubtile ut cito digerat. decentis mixtionis, ne ſua excedenti caliditate lædat uirtutem & ſtomachum. Deinde cũ dicit.

SYL. *Vt li. 10. Metha. & aph. 21. li. 5.* *Aquam præterea tum calidam, tum exacte frigidam, illa enim ventriculum laxat, & virtutem eius diſſipat, hæc imbecillum calorem extinguit. Potus vero ſit parcus, ẽt ſi magna ſitis eſt, quam potu largo placare ne tentes. Nam ſitim tolerare; ventriculum roborat. Vitet præter hæc pinguia, piſces, fructus, cibos coctu difficiles, & mali ſucci, coitum, & iram. Hæc enim poſt purgationem corpus ſeneſcere faciunt & in morbos præcipitant.*

Sicca retẽtricẽ uentriculi roborant li. ſimp.

ANT. *Quę ſunt uitãda tacibus.*

Et vitent aquam calidam et frigidam veri frigoris prorſus, mollificat enim hæc ſtomachum et diſgregat virtutem eius. Illa vero debilem calorem in eo deiicit. Potus autem ipſorum ſit paucus. Neque confidendum in ſiti eorum, neq; ſatisfaciendo, ſed tolerantia ſuper ſiti eſt ex eis quæ ſtomachum uiuificant. Vitent autem pinguia, et fructus, et piſces, et cibos malæ digeſtionis et mali nutrimenti, et coitum, et iram. Hæc enim ſuper medicinam faciunt corpora ſeneſcere, aut cadere in morbos.

In parte iſta ponit inconuenientẽ potum. nam ſui frigiditate cũ ipſa ſit inimica naturæ & uirtuti multiplicat indigeſtionem & indignationem ſtomachi, & uitent pinguia: nam ipſa adhærent ſto. & cauſant nauſeam piſces & fructus. nam ratione ſuæ frigiditatis ſunt inimica digeſtioni, & hoc ratione humiditatis aquoſæ quam generant, mollificant, & relaxant, ipſum ſtoma. & textus &c. nam ſi inueniunt debilitatem ſtomachi ipſum magis debilitant. q eſt notum, ut dicit ſeneſcere & cadere in morbos. Deinde cum dicit.

SYL. *Somnus vero poſt purgationem ventriculum & corpus reliquum emendat, & priſtino vigori maxime reſtituit. Omnes enim ventriculi moleſtias ex vacuationis agitatione proficiſcentes ſedat. Deligatur itaq; cibus & potus talis, & paucus, aer temperatus, gaudium, deliciæ, & reliqua id genus, victus ratio.*

ANT. Ex rebus autem poſt aſſumptum pharmacum ſtomachum rectificantibus et corpus totum, et reſtituentibus ipſum virtuti ſuæ eſt ſomnus. ſedat. n. quas ex agitationibus euacuationis indignationes ſtomachus acquiſiuit. Et electio cibi et potus et paucitas eorum, et quies, et aer præparatus ad temperiem, et gaudium et delitiæ, et omnes regimen tale.

Ponit curam debilitatis huius ſtomachi ſomnus: nam ſomnus, de ſua uirtute habet reſtaurare uirtutes & ſpiritus animales, & notum eſt. Deinde cum dicit.

SYL. *Balneum aquæ temperatæ ad cutĩ auertit ſit autẽ breue, & ſi opus ẽ, frequẽs, neuires reliquas diſſipet.* *Balneum vero his eſt nocentiſſimum, niſi immoderatius vacuentur, tunc enim neceſſarium ob id per immodicã huiuſmodi vacuationem imperandum eſt.*

Et ſcito quòd balneum eſt ex eis quæ magis lædũt, niſi forte quis immoderate ſoluatur. Tunc enim balnea neceſſaria eſſe dicimus. Et hoc eſt quòd vnumquẽque ſuper euacuationem celebrare oportet.

In parte iſta cuidam dubitationi reſpondet, & notũ eſt. Deinde cum dicit.

ANT.

Canon tertius.

SYL. *IN auferendis vero cauſis imbecilli ventriculi danda eſt opera, vt quæ illas auferunt remedia, omnino etiam ventriculum roborent, vt his integra ſuccedat ventriculi ſanitas. Quam rem præſtabunt miſta illis cardiaca medicamenta, & ſtomachica.*

ANT. IN abſciſsione vero cauſarũ debilitatis ſtoma. canon eſt, quoniam oportet res eas abſcindentes non euacuari à rebus ipſum confortantibus vt ſuccedat ſibiinuicem vt ſaluetur minera, et hoc faciemus cũ auxilio medi. cordialium et ſtomaticharum.

Poſtquã docuit duos cano. correctionis iſtarum debilitatum. hic ponit alium tertium canonem correctiuũ huius debilitatis, & hoc per abſciſsionem cauſatum, & diuiditur in duas. nam primo docet ſubuenire huic debilitati ſto. per confortantia ſtoma. ſecundo per retentionẽ malæ complexionis acquiſitæ in ſto. per medi. ſecunda ibi. Verũ ſi ſto. & quod dicitur in prima parte eſt notum. Deinde cũ dicit.

SYL. *Si autem imbecillus eſt ventriculus, ab intemperie per medicamentum excitata, curabis idoneis ei in temperaturæ miſtis remedijs.*

ANT. Verum ſi ſtomachi debilitas cõtingat per malitiam complexionis acquiſitam ei per medi. cura eſt permixtio eius cum eo quod conuenit ei.

Hic ponit curam huius debilitatis per remotionem malæ complexionis acquiſitæ à medi. & diuiditur in partes quinq; ſicut quinq; ponit cauſas remotiuas huius debilitatis. partes patent. Deinde cum dicit.

SYL. *Hac li. 6. Meth.* *At ſi imbecillus eſt ventriculus, ob id quod per purgationem latera eius ſint rarefacta & attenuata, ſanatio eſt difficilis. Curabis tamen partim victus ratione, virtutem eius paulatim inſtaurante, potiſſimum quiete, & cibo boni ſucci cito nutriente ſed pauco, qualis eſt vitellus oui recentis & ſorbilis, hepar gallinæ iuuenis & pinguis, alæ auiũ & pullorum, vinum odorum, partim medicamentis virtutem ipſius congregantibus ſumptis, qualia ſunt aſtringentia odorata, non valentia. Emplaſtrum quoq; ex medicamẽtis aſtringentibus, et odoriferis ipſi impoſuiſſe cõfert, cõ*

Olea, unguẽta, cerata, emplaſtra, li.

ſerua

7. Meth. *seruat enim ipsius calorem resolui periclitantem ob ventriculi raritatem. Quod si adeo attenuatus sit ventriculus, vt hectica immineat, ventriculum modis omnibus humecta, præcipue his, quæ tũ corpus, tum virtutem instaurare partim diximus, partim dicemus.*

ANT. Si autem fuerit propter rarefactionem & extenuationem parietum stomachi acquisitam ei per solutiuũ: cura est difficilis. Verum satagendum ut curetur cum regimine reductionis uirtutis eius paulatim ex una parte, & proprie quiete & exhibitione ciborum boni chymi uelociter nutrientium, & paucæ quantitatis, sicut sunt uitella ouorũ recentium & sorbiliũ, & hepata gallinarum pinguium & iuuenum, & alæ auium & pullorũ & uinum odoriferum, & ex alia cum exhibitione med. aggregantium uirtutem ipsius sicut sunt medicinæ stipticæ boni odoris, & non fortes, & conferunt in huiusmodi dispositione emplastrationes super ipsum ex rebus odoris stiptici. Conseruant enim in eo calorẽ qui forsitan resoluitur propter raritatem eius. Et si res tantum exuberat ut perducat ad hecticam stomachi, cura est occupari in administrando humectantia, quandoq; restaurantia corpus, & quandoq; restaurantia uirtutem ex eis quæ diximus, & ex eis quæ dicemus.

Ista est secunda causa remouens istam debilitatem. nam omnes istas causas ponit supra in illo cap. Nomen est commune, & diuiditur in duas. nam primo ponit curam huius extenuationis quando nondum peruenit ad hecticam. secũdo ponit curã eius quando iam peruenit ad hecticã. secũda ibi. Et si res exuberat. legit totum simul. res est difficilis. difficilior .n. est cura ægritudinis siccæ extenuatiuæ quam humidæ, & hoc est notum, nam ægritudines siccæ propter earum superabilem qualitatem sunt de difficili curabiles ut plurimum alæ auium intellige non cum extremitatibus, sed cum pediculis carnium. nam extremitas alarũ est ualde peccans in superfluitate & est modici nutrimenti, & si alicui superflueret fluxus uentris darem rem stip. & cum hoc darẽ rem frigidam quæ corrumpat caliditatem talis med. calidæ facientis talem debilitatem stomachi, & darem rem odoriferam quæ proprie confortaret cor & membra principalia, ut propter istam confortationem natura posit melius resistere isti debilitati stomachi. Deinde cum dicit.

SYL. *Si præterea ventriculis est imbecillus, ob id quòd humorem benignũ vacuauit medicamentum, et prauum reliquit aut quia humorem prauum commouit quidem, sed non vacuauit, eo humore vacuato sanabitur, si ventriculũ quoq; postea roboraris. Quod si imbecillus est, quia medicamenti portio villis ipsius adhæret, dictis remedijs curatur si ventriculum vlcus à medicamento imbecillum fecerit, idq; recens sit, da roborantia, & vlcus glutinantia, si uetus, tergẽtia aliquando, aliquando glutinantia & roborantia.*

ANT. Si aũt fuerit debilitas stomachi propterea quòd eduxit medicina humorem bonum & derelinquit malum aut quia mouit materiam & non eduxit, cura est eductio illius materiei. Deinde redi ad hoc ut confortetur stomachus. Et si fuerit propterea quod particula medicinæ adhæret uillis sto. cura est cum eo quod diximus. Si autem fuerit propter excoriationem factam in sto. cura est cum eis, quæ cõiungunt uirtutem cõsolidationis & confortationis si sit recens, & si fuerit antiqua cũ eis quæ aggregant uirtutem mundificationis quãdoq; quandoq; consolidationis & confortationis.

Canon quartus.

SYL. *Modis autem tribus uentriculum imbecillum roborabis, primo, causa lædente ablata, quemadmodũ ante docui, secundo, his quæ ipsius lassitudinẽ* E *tollere scripsimus, tertio, cibo, potu, & alijs omnibus, quæ roborant, & virtutem instaurant, adiuuantibus in id aromatibus, stypticis, & rebus alijs parũ acidis, præsertim primũ aut secundum ‡ caloris aut frigoris ‡ gradum non excedentibus, quibus natura gaudet. In singulis autem tribus modis prædictis, cor vitæ thesaurum roborare conuenit.*

ANT. In confortatione autem stomachi debilis sunt tria regimina. Primum est abscisio rei lædentis, sicut te scire fecimus. Secũdum ut administres quæ auferunt lassitudinem sicut etiam diximus. Tertium est ut administres ex cibis & potibus, & aliis generibus administrationũ omne id quo est confortatio, & uirtutis reparatio cum auxilio aromaticorum stypticorum & rerum paucæ acetositatis, & rerum earum proprie quę sunt in primo F gradu, aut secundo in quibus natura delectatur, & non prætermittas in hoc triplici regimine quin confortes cor, quoniam est thesaurus curæ.

Canon quintus.

SYL. *Vacuata ex uentriculo materia, ad ipsum affusa, iterum recipi in eundem prohibebis bifariam, primo, materiæ ad contraria reuulsione, per frictionem extremorum & alia iam dicta præter balnea, secũdo, virtutẽ ventriculi in vnum cogendo, ipsumq; ventriculum roborando, ne humores ab alijs partibus transmissos recipiat. Virtus namq; vnita contrarium fugat, non admittit.*

Balnea sam à materia ad fluxum e... tant.

ANT. Postquam autem euacuaueris stoma. ab humore ad ipsum effuso. & uelis ne ad hoc iterum recipiat, regimen erit duplex, primum est conuersio materiei, quæ effunditur ad diuersum eius, sicut iam diximus ex fricaG tionibus extremitatum & aliis præter balnea. Secundũ est uirtutem stoma. coadunare & confortare ipsum, ut non recipiat quod ad ipsum effunditur ex mẽbris aliis, uirtutis .n. unitæ est nõ recipere, sed fugare contrariũ.

In ista parte ponit curam quando prouenit debilitas propter inordinatam euacuationem med. & diuiditur in duas. nam primo ponit curam eius quando medicina euacuat bonum humorem. secundo ponit curam eius quãdo prouenit ab ea excoriatio. secunda ibi. Si autem fuerit propter excoriationem. prima in duas, quia primo facit quod dictum est. secundo ponit curam quando pars medicinæ adhæret uillis sto. secunda ibi. Et si fuerit. Legit omnes partes simul usque in fi. cap. & patet totum.

De siti quæ accidit post purgationem. Cap. 6.

SYL. *Sitis ante interdum fit, quam purgatorium medicamentum vacuet, interdum purgationem sequitur, et quandoq; immodicam purgationem.*

Hæc prope omnia ex cõmentario G... in aph. 19. lib.

H Quandoque sitis superoccupat purgationem antequam euacuet, quandoq; succedit ei, & quãdoque superfluitati operationes eius.

Mes. docuit subuenire accidentibus quibusdam quæ superueniunt sto. ex phar. solutiuo quę quidem accidentia ad ueniunt attractiuæ, retentiuæ, digestiuæ, & expulsiuæ sto. In isto ca. est eius intẽtio nos docere subuenire alteri accidẽti quod se tenet ex parte uirtutis appetitiuæ sto. tale aũt accidens non est nisi duplex .s. fames & sitis, tamen quia ut plurimum ex phar. solutiuo aduenit sitis, non autem fames, hinc est ꝙ Mes. docet subuenire siti quæ aduenit ex phar. solutiuo. & primo præmittit quotuplex sit sitis, ponit etiam eius causas. secundo ponit eius curationem. secũda ibi. Circa si. cap. Dico autem ꝙ siti. prima in duas. Primo pręmittit quot sint modi sitis qui adueniunt ex phar. Secũdo eius causas declarat. secunda ibi. Super occupatiua autem superoccupat. i. antecedit succedit ei non superfluæ euacuationi, sed debitæ. & ex hoc apparet hoc quod consueuerunt communiter dicere ueteres ꝙ triplex sit sitis adueniẽs ex pharmaco. s. sitis præoccupans pharmacũ siue antecedens operationẽ pharmaci, sitis succedẽs sufficiẽti purgationi, & sitis subsequens superfluã euacuationem, tamen quomodo isti usmodi sitis differat statim apparebit. Deinde cum dicit.

SYL. *Si ante vacuationem excitetur sitis, eius causa est vel medicamentum, vel ventriculus, vel humor vacuandus. Medicamentum quidẽ calidum, acre, salsum, amarum, aut aliter desiccans, ventriculus vero natura calidus aut siccus, aut calidus simul & siccus, humor calidus & acer, vt bilis, flaua præsertim, & salsa pituita vẽtriculo cõsuetior.*

Sitis à calido uel sicco uel utroq; li. 1. simpl. ca. 30.

ANT. Superoccupatio autem sitis fit, aut propter aliquid quod est ex parte medicinæ, aut propter aliquid quod est ex parte stomachi, aut propter aliquid quod est ex parte eius quod est euacuandum. Dispositio vero medicinæ fit causa sitis, si calida sit, aut acuta, aut salsa, aut amara, aut quomodolibet desiccatiua. Et dispositio receptoris fit causa huius si positus sit proprie sub dominio caliditatis, aut siccitatis, aut amborũ. Euacuãdę aũt materiæ dispositio ẽ causa hmõi quando ẽ receptor positus sub dominio humorum calidorum & acutorum sicut choleræ rubeæ proprie, aut humores salsi.

Cã sitis præoccupantis medicinã ẽ triplex.

In parte ista ponit causas talium modorũ sitis assignando cum hoc differentias inter eos. Et primo ponit causas sitis præoccupantis siue præcedentis euacuationem pharmaci, secundo ponit causas sitis succedentis conuenienti purgationi, tertio ponit causas sitis subsequentis superfluã euacuationẽ, secũda ibi. Si aũt sto. positus fuerit, tertia ibi. superfluitati aũt operationis. Prima in duas, primo docet cognoscere talẽ sitim præoccupantẽ per causas, secundo per signa ibi. Qui si cum. Vel potest dici ꝙ hic declarat quod dixerat in primo, & diuiditur in duas, primo præmittit quot sint etiã illæ causæ talis sitis præoccupãtis, secundo illas causas declarat, secunda ibi. Dispositio uero, & hæc in tres si uolumus, primo declarat causam sitis quæ se tenet ex parte medicinæ, secũdo declarat causam sitis quæ se tenet ex parte suscipientis eã, tertio declarat eã quæ se tenet ex parte hu. secunda ibi. Et dispositio, tertia ibi. Euacuãdæ aũt, has omnes legit simul, superoccupatio, autem sitis. i. sitis quæ aduenit post phar. solutiuũ antequã euacuet si calida sit aut acuta &c. Sed tu dicis ergo non assumptione phar. solutiui aduenit hæc sitis præoccupans, cum omne phar. solutiuum sit calidum & siccum. Solue quod licet omne phar. solutiuũ sit tale non semper inducit hanc sitim, nã in omni actione nõ solum oportet ꝙ sit ibi fortitudo agentis, sed ibi debet esse dispositio patientis, & quia non omnes homines habent sto. dispositum ad talem sitim ex phar. ideo non omnes talẽ sitim incurrunt, & dispositio receptoris idest stomachi aut aliarum, sicut si esset aliquis stomachus cholericus, positus est sub dominio &c. aut ẽt si medicina illos hu. acutos attraxit ad stomachum. Deinde cum dicit.

SYL. *Hic aut cum medicamento vbi uacuatus erit, sitis cessat, nisi forte is humor intemperiem in parte reliquerit.*

ANT. Qui si cum humiditate operationis medicinæ educuntur, sitis reprimitur nisi forsitan malitiam complexionis dereliquerint.

Modo docet priuate cognoscere talem sitim præoccupantem, sitis. s. præoccupans reprimitur, & ex hoc apparet differentia inter sitim præoccupantem & alias duas species sitis, primo ex parte causæ, nam sitis præoccupans aduenit quando ex parte hu, sed sitis succedens aut subsequens nõ aduenit ab istis tribus causis sed aduenit ab euacuatione inquantũ euacuatio est, differunt etiam ex tempore, nã sitis præoccupãs fit antequã phar. solutiuũ euacuet & ideo uocatur præoccupans, sed alij duo modi sitis fiunt postquã iã pharmacũ solutiuũ incipit operari, siue superflue, siue nõ superflue operetur, differunt ẽt in tpe remotionis eius, quũ A sitis præoccupãs, ut ipse ponit remouetur euacuatione procedẽtẽ, sed aliæ duæ species sitis non remouẽt, immo magis intendũtur euacuatione procedẽte. Deinde cũ dicit.

SYL. *Si autem ventriculus humore crasso, lento, & pituitoso abundat, sitis non gignitur. Hoc autem ui purgatrice medicamenti vacuatio, sitim succedere bonũ est. Id quod Hippocrates innuit hoc aphorismo. Si quis ob suam plenitudinẽ non sitiat purgatus, iterumq; sumpto medicamento non sitiat, iterum atq; iterum purgandus est, donec sitiat.*

Apho. 19. lib. 4. ab hoc diuersus est.

ANT. Si autem stomachus positus fuerit sub dominio humorum pinguium, viscosorum, & phlegmaticorum, sitis non fit. Sed si tunc cum bonitate operationis medicinæ succedat sitis, bonitatem acquisitam per eam significat.

In parte ista ponit causas succedentis sitis sufficiẽti purgationi & primo facit hoc, secundo quæ dixerat confirmat auctoritate Hip. & Gal. & aliorum expositorũ, secũda ibi. B Et hoc est id quod dicit Hip. non fit sitis. s. præoccupans, ex his uerbis duo licite excipimus, primũ est quæ sit causa huius sitis, quia eius causa est euacuatio debita humoris qui debet euacuari, & ꝑ hoc differt hæc sitis à prima, eo ꝙ hæc sitis non fit ante euacuationẽ, immo eã consequitur ꝙ non est sic de siti præoccupãte, & hæc sitis intẽditur magis euacuatione procedẽte & nõ remittitur, unde quãto plus procedit euacuatio cõueniens & debita, tanto magis hæc sitis augetur, sed prima sitis remouetur ꝑ euacuationẽ factam à phar. Secundũ ꝙ concipimus ex his uerbis est in cuius euacuatione hu. cõsistat hæc sitis, cuius ẽt membri sit hæc sitis, quia. s. passio sto. est, nã licet cõsecutiue & per accidens sitis posset euenire propter inanitionẽ aliorũ membrorũ, principaliter tamẽ aduenit propter passionẽ sto. & est eius passio, consistit etiam hæc sitis in euacuatione debita humoris pinguis & phlegmatici, nam sitis præoccupans nõ aduenit propter humo. phlegmaticũ, nam hu. phlegmaticus sui frigiditate, & humiditate illam mitigat in princi. & ideo quãdo isti hu. purgantur conuenienter aduenit hæc sitis, & omC nino non erit signum euacuationis hu. cholerici, cũ humor cholericus antequam euacuetur posit sitim facere, quod non est sic de humo. phlegmatico, nam sicut sitis principaliter est passio sto. & ex consequenti aliorum membrorum, ita sitis hæc succedens sufficienti purgationi principaliter est signum humo. qui debet conuenienter euacuari & debite à medi. solu. non autem est signum aliorum nisi per accidens, & ex consequenti. Deinde cum dicit.

SYL. *Qua sententia voluit Hippocrates, vt Ruffus est interpretatus † consertim exquisitissime corpus esse vacuandũ, donec sitiat. Ruffus autem male oblitus erat sermonẽ hunc Hippocratis in Epidemijs dicentis, per opus medicamenti purgatorij non veniendum esse ad vltimam vacuationem: quod hæc naturam terret. Ob id salubrius putauit Galenus, vacuationem iterare, quam semel multam facere. Hac igitur ratione sitis à purgatione laudatur. Sitis vero illa laudabilis Ioannitio significatur, cum qua simul adsint ẽt* D *laudabiles & legitimæ, leuitas, iucunditas, quies.*

† ἀθρόως Græcè, vulgo simul & semel. Ruffus ephesius medicus carpitur.

ANT. Et hoc est illud quod Hipp. verificauit, dum dixit. Non sitientem propter plenitudinem suam, & iterum assumpto pharmaco non sitientem, oportet denuo ac denuo sumat usq; dũ sitiat. Et æstimauit Ruffus oportere semel simulq; secundũ sententiam Hip. exquisitissime euacuare vsq; dũ succedat sitis, & non est recordatus sermonis eius in epidemijs. Non oportet inquit ad vltimũ peruenire euacuationis cũ opere catartici. Terretur. n. ex hoc natura. Et dixit Gal. elegi ex duabus vijs hanc incolumiorem, qm̃ melior est iteratio q̃ multiplicatio. Laudatur aũt sitis secundum hanc intentionem post purgationem. Et dixit Ioannitius significatio laudabilis est sitis talis, & proprie dum conti-

Purgatio est laudabilis cũ ad eã sequit sitis leuitas iocunditas & quies.

nuantur aliæ tres significationes laudabiles, quæ sunt leuitas, iocunditas, & quies.

Quod dixerat confirmat authoritate Hippo. & aliorum expositorum, & primo hoc confirmat authoritate Hip. siue pertractat quod dixerat authoritate Hip. secundo G. tertio Ioannitij dictum Hip. exponentis, secũda ibi. Et dixit Gal. tertia ibi, & dixit Ioannitius, prima in duas, primo facit hoc, secundo remouet quendam falsum intellectum, quem habebat Ruffus circa dicta Hip. secunda ibi. Et æstimauit Ruffus, quod Hip. uerificauit in 4. particula apho. quicunq; in pharmaciis purgati non sitiunt &c. denuo, i. consequenter siue continuo, & dixit Hip. scilicet in secunda particula aph. illo can. ẽm multum & repente &c. leuitas quãdo euacuatur quale oportet, tale autem est nociuum, iocunditas, quantum ad sanationẽ ægritudinis siue alterius malæ dispositionis in hoc corpore existentis, & quies quantum ad tolerantiam uirtutis, quando enim hæc tria ex siti adueniunt, tunc sitis est laudabilis. Tunc enim significatur q; talis euacuatio facta à pharmaco confert corporibus, quia euacuat quale oportet, quia nociuum & non iuuatiuum, cunc enim hæc sitis non esset cum iocunditate & leuitate, & hæc sitis per hæc differt à prima eo quòd sitis præoccupans non aduenit cum alleuatione, eo q; in tali siti adhuc nõ incipit euacuari materia nociua, immo quandoq; aduenit dolor & cõmotio materierũ quæ non euacuantur, unde sine alleuiatione existit. differt etiã hæc sitis à tertia specie, eo quod tertia sitis non aduenit cum tolerantia infirmi, nam per euacuatio nẽ superfluam non solum euacuantur hu. nociui, immo etiã iuuatiui, quod non est de hac siti. Deinde cum dicit.

SYL. *Immoderatæ autem actioni purgantis medicamẽti succedens sitis, ab Hippocrate non intelligitur, quod inanitio immodica hecticam, & attenuationem ventriculi, & sitim, & asperitatem excitat, est q; illa terroris signum potius, quàm commodi alicuius.*

ANT. Superfluitati autem operationis catartici succedens sitis non est quam Hip. considerat. Superflua enim inanitio in hecticam & exenuationem stomachi, & sitim & asperitatẽ cadere facit. Vnde plus terroris quàm bonitatis signum est.

Modo determinat de causis sitis sequentis euacuationẽ superfluam, non est quam Hippo. considerauit scilicet in apho. præal. Deinde cum dicit.

SYL. *Siti vero quam Hippocrates intellexit, nullis opus est remedijs, præterquã tolerãtia, & somno. His enim duobus sedatur, vt etiam probius coquat ventriculus. Ne igitur tã confidenter potum multum mox propines. Hic enim virtutẽ abolet, sitimq; potius auget quàm minuat. Adhæc obstructiones prauas excitat, quibus hydrops interdum succedit.*

ANT. Dico aũt quòd siti quã Hippo. considerauit obuiandũ non ẽ, nisi cũ tolerantia & somno. Sedant enim eam ad hoc ut cõfortetur digestio. Neq; confidas in exhibitionẽ multi potus subito. Destruit enim virtutẽ, & addit potius ad sitim quã minuat, & facit cadere in oppilationes malas, & causam ad hydropisim.

Modo ponit curationem istorum modorum sitis & primò ponit curationem sitis succedentis conuenienti purgationi, secundo ponit curationem sitis præoccupantis purgationem, tertio ponit curationem sitis sequentis superfluitatem purgationis, secunda ibi. In siti autem facta, tertia ibi. Succedens autem. Cum tolerantia & somno factis .s. post assumptionem ciborum & potuum nam hæc sitis non aduenit nisi propter fatigationem & motum factum in humorẽ, hæc autem remouentur propter quietem & somnum, & addit potius ad sitim, nam talis superfluus potus stomachum aggrauat, qui aggrauatus non debite illum potest digerere, nec in cibum conuertitur bene, nec humectat uel restaurat, uel potest hoc esse quia ex eius mala digestione eleuantur fumi aliqui mali qui perueniẽtes ad meri & os illam excitant, & hæc est causa quare illi qui sitiunt siti præter naturã quanto plus bibunt tanto plus sitiunt. Deinde cõ dicit.

SYL *Quum vero sitis est à colore ventriculi, blande tractanda est, quoad medicamentis actio erit absoluta. Tunc enim si ventriculi intemperies perseueret, sitim curato his, quæ intemperiem conuenienter permutant. Cauendum autem tibi est, ne naturam potu multo obruas, cum sitis potius fiãgenda sit his, quæ lambendo sumuntur, qualia multa doctis scribuntur.*

In siti autẽ facta propter calorẽ stomachi, cura ẽ blãdiri ei vsq; dum catartici compleatur operatio. Et post illud si malã complexionẽ dereliquerit cura sitim. Curetur aũt cũ eo quod faciat permutationẽ eius cum eo quod cõuenit. Et caue ne suppedites naturam cũ admi nistratione multi potus, sed frange sitim cũ aliquo qua si lambendo ex his quæ sapientes scripserunt.

Modo ponit curam sitis præoccupantis propter calorẽ, scilicet proprium stomachi quæ est stomacho præter natu ram eueniens, uel propter calorem factum à medicina uel ab hu. illuc attracto uel extracto blandiri ei, nam si des potum ante operationem, posset prohibere eius perfectã operationem. & ideo debes blandiri, confortare etiam eum ut ipse potu abstineat, si tamen non potest à potu abstinere, debes sibi exhibere talem rem potabilem quæ ei non noceat nec medicinæ. Et ideo debes sibi dare de aliquo syrupo, sicut syrupo uiolato uel rosato uel nenufarino, aut de aqua zuccari, aut de aqua hordei, aut dare sibi aliquod pirum, seu pomum stipticum, ut citonium, quæ quidem habent corroborare operationẽ pharma. aut pilulas bichichias quæ omnia habent sitim sedare, & etiam sapientes scripserunt sicut est suauis liquor &c. Deinde cum dicit.

Si deniq; sitis vacuationem immoderatam, sequatur modis omnibus totaq; victus ratione humecta, cautione tamẽ interim adhibita, vt coctio sumptorum fiat, & prædictis roboretur.

Succedens autem sitis si sit inanitionis superfluæ, cura est omne regimen addens ad humectationem cum ratione digestionis & confortatione ex his quæ dicta sunt.

Modo ponit curationem sitis sequentis superfluam euacuationem quæ dicta sunt, scilicet in cap. de nocumẽtis quæ accidunt ex euacuatione superflua.

De singultu qui accidit post purgationem. Capitulum septimum.

Singultus est ventriculi motus conuulsorius, à re ipsa noxia excitatus, seu est partium ventriculi motum violẽto aggregatarum contractio. Is autẽ medicamẽto purganti aut interuenit, aut succedit.

Ingultus est motus spasmosus stomachi factus à re nocẽte, qua fit contractio partiũ eius aggregantium seipsas forti motu. Cuius euentus in pharmacia accidit duobus modis. Aut enim superuenit purgationi, aut sequitur eam.

Modo ponit curam al terius accidentis quo se tenet magis ex parte operationis corruptæ ipsius sto. tale autem est duplex. .s. singultus & dolor sto. primo ergo ponit curã singultus stomachi, secundo ponit curam doloris eius, secunda ibi. Accidit autẽ, prima in duas, quia primo inquit quid est singultus, ponit etiam eius causam simul ponendo cum hoc eius distinctionem, & in secunda parte ponit eius curam secunda ibi. Et dico quòd factus, prima in duas, primo ponit quid est singultus, & eius distinctionẽ, secundo ponit eius causas, secunda ibi. Superuentio autem eius, prima in duas, primo ostendit quid sit singultus, secundo ponit eius modos seu distinctionem, secunda ibi. Cuius euentus spasmosus, non tamen est uere spasmus, eo quòd spasmus non est passio nisi membri lacertosi cuius est uoluntarius motus, modo sto. non est membrum lacertosum, potest tamen assimilari spasmo inquantum fit contractione partium stoma. contractio partium scilicet uersus mẽbra superiora propter expulsionem nociui. Deinde cum dicit.

SYL. *Interuenit quidem, nunc medicamenti purgantis ratione, nunc ob materiæ per ipsum motæ naturam. Medicamenti ratione, quia ipsum aut suo calore immodico & acrimonia mordet ventriculum, aut siccitate eundem corrugat & coarctat. Ob materiæ vero per medicamentum motæ naturam, cum ipsa in ventriculum effusa aut calida acris mordax, suo morsu conuulsionem excitat, aut crassa frigida eũdem grauat & replet, aut in flatum est soluta crassum, replentem ac extendentem ipsius tunicas.*

Superuentio autem eius interdum est propter catartici dispositionem, interdum propter dispositionẽ materiei motæ per ipsum. Dispositio autem catartici, aut est caliditas excedens nocens mordicatione sua, aut est siccitas corrugans & coarctans. Factus autem à materia quam mouit catarticum est, quando accidit vt moueatur, aut materia calida acuta mordicatiua, & effundatur in stomachum inducens nocumentum contractionis mordicatione sua, aut crassa, frigida, aggrauans, & replens, aut ut dissoluatur uentositas crassa replens & extendens tunicas eius.

Quia secundam partem legit simul cum prima. In parte ista ponit eius causas, & primo ponit causas singultus præoccupantis, secundo ponit causas singultus subsequẽtis purgationem, secunda ibi. Succedens autem, prima in duas, primo ponit quandam diuisionem huius singultus ratione duplicis materiæ, declarat tamen primo diuisionem singultus præoccupantis ut aduenit magis ex parte catartici. secundo ut aduenit magis ex parte materiæ commotæ per ipsum, secunda ibi. Factus autem à materia. Legit ambas simul, nocumentum contractionis mordicatione sua, nam tunc stomachus quærens nociuum expellere, & fugans id quo contristatur contrahitur. Deinde cum dicit.

SYL. *Succedit autem singultus actione medicamenti purgantis, ob siccitatem ab immodica vacuatione excitatam, & eam aut nondum consumatam, aut confirmat, proximam, quæ Hippocrati signum est lethale.*

Succedens autem singultus operatione catartici est ille qui fit à siccitate acquisita per excessum euacuationis superfluæ; quę aut nondum est confirmata, sed est ut confirmetur, aut iam confirmata est. Et est sicut narrauit Hip. significatio timoris.

Modo ponit causas singultus sequentis euacuationem superfluam. narrauit Hipp. scilicet in quinta particula apho. spasmus & singultus post nimiam inanitionem malum.

Deinde cum dicit.

Singultus vero quem medicamentum purgans per se excitauit, curatur, his vicissim adhibitis, quæ ipsius virtutem alterant. Ob materiæ vero naturam factum curabis, blãde acrimoniam ipsius frangentibus, donec ipsa materia vacuetur, quando etiam vestigia ab ipsa ventriculo impressa alterare oportet.

Et dico quòd factus propter illud quod est ex parte catartici, curatur cum administratione successionis rerum alterantiũ virtutem eius. Et factus à materia quã mouit catarticum curatur blandiendo acumen eius vsquedum euacuetur cum successione alterantiũ, quod de vestigiis impressionum remanet.

In parte ista ponit curam singultus, & diuiditur in duas partes, quia primo ponit curam singultus præoccupantis, secundo ponit curam singultus sequentis ex superflua euacuatione, secunda ibi. Factus autẽ à siccitate, prima in duas primo ponit curam singultus præoccupantis, ut euenit magis ex parte catartici, secundo ut euenit magis ex parte materiæ per ipsum commotæ, secunda ibi. Et factus à materia, totum est notum. Deinde cum dicit.

Factus vero singultus à siccitate non consummata, humectantibus iuuatur, quin & interdum sanatur. A siccitate autem velut sigillo impressa, & consummata propinqua, vix sanatur, vt inquit Hippocrates in Aphorismis. Id quod eo posteriores quoq; asseruerunt.

Factus autem à siccitate non confirmata iuuatur ad ministratione humectantium. Et aliquando remouetur. A siccitate autem factus quæ iam sigillauit, curam vix habet sicut dixit Hippo. in aphorismis, & posteriores post ea asseruerunt.

Ponit curam singultus sequentis superfluam euacuationem, & primo ponit eius curam quando ex tali superflua euacuatione aduenit siccitas non confirmata, secundo quando aduenit siccitas in stoma. confirmata, secunda ibi. A siccitate autem, siue à cura eius se excusat, & notum est.

De dolore stomachi post purgationem. Cap. 8.

Dolet ventriculus post purgationem, vel ob intemperiem ipsius æqualem vel inæqualem, à medicamento purgante excitatam, aut ab eodem vlceratus, aut flatu calido acri pungente, vel crasso frigido, quem medica mentum in ventriculo mouit, & non dissipauit.

Accidit autem malitia complexionis similis vel diuersa quam sigillauit pharmacum, aut ab excoriatione facta propter illud, aut ex ventositate acuta pungitiua calida, aut ventositate crassa frigida mota per ipsum & non resoluta.

In parte ista docet curare dolorem stomachi qui aduenit ex catartico. Et primo ponit eius causas, secundo ponit curam eius indicationem sumendo ab illis causis, secunda ibi. Qui si fuerit, accidit autem dolor stomachi à malitia ipsius complexionis similis. Contra, nam mala complexio similis, est mala complexio æqualis, modo mala complexio æqualis non est causa doloris, Vt Aui. ponit primo cano. sen. secunda. c. de causis doloris, & Gal. in libello de malitia complexionis diuersæ. Ad hoc possumus respõdere uno modo quod iste dolor fit à mala complexione composita. Vel aliter per expositionem textus ut intelligamus malam complexionem compositam cum materia, potest enim pharmacum ex sui sola qualitate inducere hunc dolorem. Vel tertio modo possumus sic respondere, propter quod aduertendum quod aliqua mala complexio potest dici similis & æqualis quo ad partes subiecti quod alteratur, quia sic in omnibus, sed non quo ad gradum, nã possibile est q; aliqua mala complexio calida in primo gradu ponatur sic in omnibus partibus membri alicuius, unde erit æqualis quo ad partes subiecti, sed non erit æqualis quo ad gradum caliditatis, nã ulterius potest in tali cõplexione alterare membrũ ad ulteriorem gradum caliditatis. Secũdo modo dicitur aliqua mala cõplexio æqualis ecõuerso, quia est æqualis quo ad gradũ qualitatis, sed nõ quo ad partes subiecti, sicut q̃n in apostemate tota materia fluxit ad locum, & amplius nihil e ius restat fluendũ, est enim tunc ægritudo non æqualis q̃uo ad partem subiecti, sed quo ad gradũ qualitatis, eo q; nihil amplius de gradu qualitatis huius hu. restat fluendum uel fiendum, licet hoc modo, secundo, possemus melius dicere .s. q; apostema est ęgritudo facta, quando amplius eius nihil restat fiẽdum non q; fit æqualis proprie. Tertio modo dicitur aliqua mala complexio æqualis quo ad gradum, & quo ad partes subiecti, nam in ipsa integre & perfecte omnes partes subiecti sunt alteratæ, & de hac loquens Gal. in libello de malitia complexionis diuersæ dicebat, quòd in ipsa integre & perfecte membra ẽm omnes eorum partes, quia ẽm ultimum gradum sunt alterata, modo si loquamur de prima mala complexione æqualis, dico quòd in ea potest fieri dolor, quia continue potest tale membrum uel corpus in quo ipsa est alterari. unde uidemus q; hecticus sentit caliditatem,

ephimericus ſentit etiam caliditatē ex cibo exhibitio poſt unam horam uel duas, ſi ea etiā loquamur de ſecunda mala cōplexione in ea etiam fit dolor, unde quāquàm apoſtema ſit egritudo facta, adhuc membrum ſentit dolorem in tali apoſtemate propter extēſionem illic factam à materia apoſtemante, ſed in tertia nunquam fit dolor cum perfecte ſit fecta alteratio ad id quod præternaturam, dolor autem habet fieri per remotionem bonæ complexionis, modo Meſ. loquebatur de prima & ſecunda mala complexione æquali, non de tertia. Deinde cum dicit.

SYL. Lib.6. ſani.tuēdæ. & lib. 7. Met. Gal. ibidē. Ga. lib.5. me.

Si intemperies eſt ea, quæ ſola, curabitur contrarijs alterantibus quantum conuenit. Si uero non ſola eſt, ſed cum materia, ea prius coquenda, poſt vacuanda. Si vlceratus eſt ventriculus, hæc ſolutio continui curanda remedijs à nobis dictis. Si à flatu calido aut frigido, reſoluatur his remedijs, quæ docti ſcripſerunt.

ANT. De cura.

Quod ſi fuerit malitia cōplexionis, cura eſt permutatio illius cum eo quod conuenit ſi eſt ſine materia. Sed ſi eſt cum materia oportet ut adæquetur & maturetur, deinde expellatur, & ſi fuerit propter ſolutionē continuitatis curetur ſicut diximus. Si autem fuerit à uētoſitate calida uel frigida, curetur cum reſoluētibus ipſam ex his quæ ſapientes ſcripſerunt.

Ponit eius curam ut aduenit ex mala complexione pharmaci, ſecundo ut aduenit à ſolutione continuitatis factæ à pharmaco, tertio ut aduenit ex uentoſitate, ſecunda ibi. Et ſi fuerit, tertia ibi. Si autem fuerit, legit omnes ſimul. Si eſt ſine materia, & per hæc poſſumus habere illud quod dicebatur ſtatim in ſolutione alterius quæſtionis, quòd ipſe ibi per malam complexionem ſimilem intelligebat eam quæ eſt ſine materia & per diuerſam eam quæ eſt cum materia, hæc enim nunc dicta conſonant illis dictis in prima parte capituli, propter ſolutionem continuitatis, nam iſta ſolutio cōtinuitatis, aut eſt noua, aut antiqua, quia emittat pus aut ſaniem, ſi eſt noua, curatur cum incarnatiuis, ſi eſt antiqua, curatur primo cum lauatiuis & abſterſiuis illius putredinis poſtea cum incarnatiuis, à uentoſitate, & hæc etiam poteſt curari cum uentoſis poſitis ſuper os ſtomachi, aut ſuper umbilicum. Aut poſitis ſuper ſphondiles coſtarum, quæ maxime reſpiciunt partes ſtomachi, inueniturq; id bonum remedium, nam accipitur calidus panis extractus de furno, poſtea ſcinditur per medium. facto hoc accipitur oleū & mel & cum eo commiſceantur poſtea emplaſtratur ſuper ſtomachum, multum enim confert in tali dolore ſtomachi qui aduenit a uentoſitate &c.

Emplaſtrum ad ſto. uētoſitatem.

De excoriatione uiſcerum poſt purgationem. Cap. 9.

SYL.

INteſtina vlcerantur aut à medicamenti facultate, aut materia acri, incidente, vlcerāte, à medicamento mota. Diximus autem medicamenta, quibus eſt incidendi ac vlcerandi proprietas. De hiſq; iterum dicemus in ſimplicibus. Diſtinguenda vero tibi ſunt inteſtina vlcerata, ſint ne ſupiora ſeu tenuia, aut inferiora & craſſa, aut media. Quā rem ex ſitu doloris & puncturæ diſcernes, & ſtrepitum {βορβορυγμὺς Græci, vulgus gurgulationes uocat} differētijs, & alijs ſignis, quæ à peritis medicis conſcripta ſunt.

ANT. Cāæ excoriatiōis uiſcerū accidētis poſt aſſūptionem pharmaci.

ACcidit excoriatio uiſcerum aut pharmaci uirtute aut materia acuta mota per ipſum inciſiua, aut ulceratiua. Et nos iam diximus medicinas quarum proprietas eſt ſcindere & excoriare, & loquemur de eis in particularibus, & tua quidem intereſt utrum in ſuperioribus excoriatio ſit cognoſcas, aut mediis, & ſcitur illud per differentias ſitus doloris & puncturæ, & per differentias proceſſus gurgulationis, & per alia quæ ſapientes ſcripſerunt.

Meſue tradidit curam quarundam ægritudinum quæ ſtomacho adueniunt ex aſſumptione pharmaci. In parte iſta tradit curam quarundam ægritudinum quæ inteſtinis adueniunt etiam ex aſſumptione phar. & diuiditur hæc pars in partes tres, ſicut ſunt tres ægritudines illæ quæ inteſtinis proueniunt ex phar. quarum curam hic tradit. primo ergo tradit curā excoriationis inteſtinorū, ſecundo tradit curā fluxus ſanguinis ab inteſtinis, tertio tradit curam tenaſmonis, ſecunda ibi, in ſequenti ca. Accidit ab excoriatione, tertia ibi, fit ab excoriatione, prima in duas, primo tradit cognitionem huius excoriationis per cauſas. ſecundo rōne locorum quibus aduenit, ſecunda ibi. Et tua quidem intereſt & iā diximus. ſ. in generalibus capitulis, ambas legit ſimul, per differentias ſitus doloris hoc modo, quia ſi dolor eſt in partibus ſuperioribus, tūc excoriatio eſt in inteſtinis ſuperioribus, ſi in inferioribus, tunc excoriatio eſt in inteſtinis inferioribus, ſi medio modo, medio modo eſt excoriatio, quia in inteſtinis mediis aut in monoculo uel gracili ſiue inteſtino yleon, & per differentias dolorum hæc cognoſcūtur, quia ſi dolor iſte eſt perforatiuus, ac ſi uideantur inteſtina terebello perforari tunc excoriatio eſt in inteſtinis inferioribus, ſi aūt dolor iſte eſt pungitiuus, tūc excoriatio eſt in inteſtinis ſuperioribus, ſi medio modo ſe hēt in mediis locis, & per differentias ſcientiæ proceſſus gurgulationis, nam ſi gurgulatio multū durat intus antequā ad extra propellatur tunc defectus eſt in ſuperioribus inteſtinis, ſi non, in inferioribus, ſi medio modo, in locis mediis, & hoc cognoſcitur ex modo permixtionis corticum inteſtinorū cū aliis ex fæcibus, tunc excoriatio eſt in ſuperioribus inteſtinis, ſi aūt cū eis non ſit permixtio, tunc eſt in inferioribus, ut ponit Gal. in primo de interioribus, & in ſexto eiuſdē, hoc ēt poteſt cognoſci ex ſubſtantia exeuntis, nā ſi hu. cortices ſint in ſubſtantia ſubtili, tunc uenit à ſuperioribus inteſtinis, ſi aūt fuerit craſſus in ſubſtātia uenit ab inferioribus inteſtinis. Si autem medio modo ſeſe habet in ſubſtantia, tunc uenit ab inteſtinis mediis. Deinde cum dicit.

SYL. Gal. lib.6 loc. affec. cap.2.

A quibus etiam ratio curandi ulcera inteſtinorum ſuperiorum, inferiorum, & mediorum exacte eſt tradita, & ex illis tibi eſt cognoſcendum.

ANT.

Curam etiam excoriationum tradiderunt qualiter eam quæ in ſuperioribus, aut inferioribus, aut mediis curare conuenit. Et te quidem oportet ſcire illud.

Modo ponit eius curam, & primo eam quam antiqui ſapientes ſcripſerunt, ſecundo ponit eius propriam curā, ſecunda ibi. Si autem exiſtimetur, & hæc pars etiam diuiditur in duas, primo tradit curā eius ut prouenit magis à me. acuta alterante, ſecūdo ut prouenit magis à materia acuta excoriatiua, ſecunda ibi. Et ſi contingat à materia, ambas legit ſimul, facta ſit in ſuperioribus uel inferioribus aut medijs, quoniam ſi hæc excoriatio facta ſit in inferioribus inteſtinis tunc debent conſtrui clyſteria, primo ex lauatiuis & abſterſiuis, poſtea facere clyſteria ex conſtrictiuis & ſtipticis, ſed ſi ſit in ſuperioribus inteſtinis debent hæc lauatiua & abſterſiua adminiſtrari per os, ſed ſi ſit in inteſtinis mediis debent per utrunq; locū adminiſtrari. Deinde cū dicit.

Quod ſi hæc à medicamenti purgātis reliquijs excitata ſuſpitio eſt, curabis virtutem medicamenti frangentibus remedijs, & foras extrudentibus. Si à materia acri & vlcerāte, eam coque, et blande clemēterq; expelle ne noxam noxa cumules. Poſt hæc tergētibus & glutinātibus dictis utere.

Si autē æſtimetur ex ueſtigio à medicina derelicto illud accidere, cura eſt cum his quæ uirtutem medicinæ frangunt, & expellunt à corpore, & ſi contingat à materia acuta & excoriatiua, cura eſt adæquatio illius materiei & blandiri ei poſt illud ut facile expellatur ut non cadat nocumentum ſupra nocumentum. Deinde eſt neceſſarium regimen conſolidatiuū quod diximus.

Modo ponit eius curam ſecundum propriam appropriationem, ut ipſa ſit magis à medi. frangunt eius uirtutem & expellunt à corpore, nam oportet primo remouere cauſam excoriationis, poſtea conſolidare, adequatio illius materię ut ſcilicet bene à corpore expellatur, blandiri ei ſcilicet cū

lauatiuis

lauatiuis, hæc enim ulcera niſi lauentur non conſolidantur tñ hæc med. lauatiua non debet eſſe nimis fortis, quia adhæreret in excoriatione, ſed debet hæc fieri cum med. leuiter ablutiua uel lauatiua ſicut etiam hoc modo medi. comprimens poteſt hanc materiam acutam ulcerantem euacuare, poteſt etiā ſui ſtipticitate conſolidare, quare ſi ita eſt in hoc caſu eſſet conueniens accipere myrobalanos uſtos torrefactos, & eos exhibere patienti cum aqua plantaginis.

De egeſtione ſanguinis. Cap. 10.

SYL.

DEiectio fit cruenta vel inteſtinis à purgatione vlceratis, vel vaſorum orificijs à medicamento mordēte vt colocynthyde, cucumere agreſti, et ſimilibus, ade patefactis, vt ſanguine manent, vel ob id, quod vacuatio tā immoderata per medicamenti attractionem ſuperfluam excitatur, vt vis naturæ afferatur, cogaturque ipſa magna ſuo incommodo ſanguinem trahenti violentius medicamento permittere.

ANT. Cauſæ egeſtionis ſanguinis factæ à pharmaco. aſſumpto.

ACcidit ab excoriatione uiſcerum, aut quia medicina fuit earum quæ aperiunt uenas apertione ſuperflua faciente emanare ſanguinem, ſicut eſt colocynthis proprie & cucumer aſininus, & ſimilia, aut quia per ipſam peruenitur ad euacuationis ultimum, propter eius attractionem ſuperfluam, quia uis naturæ infertur & cogitur in præiudicium eius manare ſanguinem.

Modo ponit curam alterius accidentis, quod aduenit inteſtinis ex aſſumptione pharmaci, quod accidens eſt fluxus ſanguinis ab inteſtinis, & primo oſtēdit quot, & quibus cauſis poteſt uenire hæc ſanguinis euacuatio, ſecundo ponit eius curam, ſecunda ibi. Et nos quidem, prima in tres, ſecundum ꝙ tres cauſas ponit huius fluxus ſanguinis, ſecūda ibi. Aut quia medicina, tertia ibi. Aut quia per ipſam. has tres legit ſimul. Aperiūt uenas. i. orificia uenarum, colocynthis proprie, & præcipue quando eſt mala peruenitur ad ultimū euacuationis, nam propter eius ſuperfluam euacuationem eſt ꝙ iam euacuauit omnes alios hu. à ſanguine, quare tunc cum in ea aliqua ſeruetur ratio communis enacuans, euacuabit poſtea ultimo ſanguinem. Deinde cum dicit.

SYL. Hippo. li. de nat. humana.

Vlcerum autem curationem iam diximus. Si venarum ora immoderatius pateant, curabis remedijs prius dictis, præſertim quæ partium eſſentiam vniunt, roborant, glutinant. Si deniq; cruenta ſit deiectio, a purgatione immodica eſt iam dicta prius curatio.

ANT.

Et nos quidem de excoriatione iam diximus. Et ſi accidat propter apertionem uenarum cura eſt regimē quod diximus, & proprie cum his quæ membrorum partes coadunant & confortant & conſolidant. Si aūt accidat propterea quòd medicina ultimitatē ſequitur euacuationis ſuperfluæ, curam iam diximus.

Ponit eius curam indicationem ſumēdo à prædictis cauſis, non tamen ponit eius nouam curam, ſed pro remotione cauſarum eius remittit nos ad ſuperiora, & eſt notum.

De tenaſmone poſt purgationem. Cap. 11.

SYL. Sphincter muſculus ſedi tranſuerſus, eā claudens.

TEneſmus, fit ſphinctere uel ulcerato, uel medicamenti aut materiæ per ſedem uacuatæ acrimonia commorſo, uel perfrigerato. Ob quæ fit inanis quædam deſidendi cupiditas.

ANT. Cauſæ tenaſmonis accidētis poſt ſolutionem.

F It ab excoriatione contingente ſphicteri, aut propter acumen medicinæ, aut propter materiam per eam motam, & quandoq; cōtingit quòd ano eius qui euacuatur obuiauit frigus lædens, quare eſt appetitus medoſus egerendi cum pondere.

Modo ponit curam. ſ. alterius accidentis, quod aduenit inteſtinis ex purgatione quæ fit à phar. quod uocatur tenaſmon, quod proprie aduenit inteſtino recto, & primo ponit cauſas eius, ſecundo ponit eius curam, ſecunda ibi. Et cura eius eſt, ſphicteri. i. recti inteſtini, quod anus uocatur acumen med. nam ſui acuitate cogit naturam ad aſſellandum, uel egreditur cum nil ſit ibi quod debeat egredi, etiam ex materia acuta propter eandem cauſam, quando, ſcilicet ipſa mouetur. Deinde cum dicit.

SYL. A pituita et uitrea & ſalſa mordei.

Curatur teneſmus balanis, ænematibus, emplaſtris, pro varia affectus cauſa ſcriptis à doctoribus.

ANT.

Et cura eius eſt cum collyrijs, & ęnematibus & emplaſtrationibus ſecundum quòd exigit diſpoſitio ex eis quæ ſapientes dixerunt.

Ponit curam eius accidentis ſecundū ꝙ exigit diſpoſitio nam ſi tenaſmon fiat propter acumen med. uel ipſius materiæ, tunc debent fieri iſta collyria ex rebus reprimentibus acuitatem ipſorum, ut cum rebus infrigidātibus, ſed ſi eſſet tenaſmon propter aeris frigiditatem nocentē quando ſphicteri extra emittitur, tunc illa collyria & ſuppoſitoria frigida ex his rebus nocerent, ſed debet aer in quo eſt patiens alterari ad caliditatem, ponere etiam in camera eius ignē, facere etiam fumigationem cum ligno aloe & thure & gūma pini, aut ex eis ignem facere, & ſuffumigatio facta ex ſucco roſæ & abſinthio & chamæmilla eſſet conueniens.

De laſsitudine & debilitate corporis poſt purgationem. Cap. 12.

ANT. Syncope ē præceps uiriū lapſus. Aph.5.li. 1. in progno. li.2. rat.uic. acutorum. Copiæ quàm inopiæ præſentius remediū. natura morbos ſanat.

COrporibus imbecillitas interdum vacuationi immodicæ ſuccedit tanta, vt vires proſternantur, ob id recte Galenus vacuationem repetere, qua exquiſite ſemel vacuare maluit, & in morbos à plenitudine, quam ab inanitione, aliquē prolabi, tolerabilius eſſe exiſtimauit, idipſumq; uerbis Hippocratis confirmauit, dicentis facilius eſſe repletum inanire, quam inanitum replere. Morbum autē poſſe curari, uel non poſſe, ad uirtutem refertur, authore Ioannitio, illud quidem ſaluam, & integram, hoc uero lapſam, uel imbecillam. In morbis autem à repletione, ſalua magis eſt natura, in his uero, quos inanitio parit, uelut lapſa iacet. Et igitur repletum inanire proprium, quam contra.

ANT. Debilitas uirtutis & ſincopis frequēter poſt ſolutionem cōtingunt.

COntingit quandoq; poſt inanitionē ſuperfluam, faciētem cadere in proſternationē uirtutis, propter quod laudauit Gal. elegantius eſſe iterare, quàm exquiſite euacuare. Et laudauit tolerabilius eſſe in morbos plenitudinis cadere quàm inanitionis. Et corroborauit ſermonem iſtum per ſermonem Hip. dum dicit. Poſsibilius eſt inanire repletum quàm inanitum replere. Et dixit Ioānitius poſsibile uel impoſsibile curari ad uirtutem referimus. In cuius ſaluamento uel caſu conſtat hoc fieri. Sed ſāluatior repletiuis quàm inanitis eſt, immo eſt in eis ſicut cadens. Quare poſsibilius repletum inanire quàm econtra.

Modo tradit curam duorum accidentium quæ frequenter adueniunt poſt phar. ſicut ſunt debilitas uirtutis & ſyncopis, ſecundo ſpaſmi, ſecunda ibi. Accidit quandoq; prima in tres, primo ponit primam cauſam huius debilitatis ſeu ſyncopis & docet eis ſubuenire, ſecunda ibi. Et plerunque debilitas, tertia ibi. Et quandoque contingit, prima in duas primo præmittit hanc cauſam, ſecundo docet ei ſubuenire ſecunda ibi. Propter quæ laudauit poſt inanitionem uirtutis & motus. & ideo oportet bene prouidere ne hæc ſyncopis accidat, per ſermonem Hippo. ſcilicet in ſecundo regi. acu. in illo. ecce autem iuuamentum in quo uideor &c. quā inanitum replere, cauſa eſt, nam inanitum replemus non niſi per cibos & potus, non autem bene ex eis repletur niſi digerantur, non autem digeruntur bene niſi à uirtute forti, modo uirtus adhuc eſt fortior in repletis quàm in inanitis,

posſibile,uel impoſsibile potentiam,aut impotentiam curandi. Deinde cum dicit.

SYL. *Corporis quoq; imbecillitas interdum ſequitur medicamenti purgantis malignitatem,ob excitatam.ſ.ab eo intemperiem,aut naturæ fatigationem, propter ipſius cum natura contrarietatem. Qua propter æquum eſſe cenſuit Democritus, valens medicamẽtum reddere imbecillum, malignũ vero ſalubre. Id quod opere hoc toto contendimus,& præſtare conamur.*

ANT. A quibus accidit de bilitas p⁹ aſſumptionem pharmaci. Et plerunq; debilitas corporis accidit à malignitate pharmaci relinquentis malitiam complexionis, et defatigationem naturæ propter inimicitiam eius cum ipſa,propter quod laudauit Democ. medicinam fortem debilem facere,et malignam incolumen. Et nos quidẽ hoc in tota libri huius protelatione tradidimus.

In parte iſta ponit aliam cauſam debilitatis huius,& primo ponit eam, ſecundo docet ei ſubuenire, ſecunda ibi. Propter quod laudauit quod dicitur hic notum eſt. Deinde cum dicit.

SYL. *Imbecillitas corporis purgati item gignitur, interdum ab externo calore & æſtu,natiuum calorem, & ſpiritum diſſoluente,& a corpore profundo ad cutim trahente. Ira quoque purgationi accedens,& ſollicitudo,& coitus,& labor,& reliqua viuendi ratio praua,vires deijcit. Hanc autem corporis imbecillitatem ſanabis,cognita ipſius cauſa, ad quam propulſandam interdum conatus omnes noſtros dirigimus. eaque demum eſt rite curandi methodus, & opus medici præcipuum. Eſt tamen quando prius contra ipſum ſymptoma nobis pugnandum eſt, tunc præſertim,cum ob ipſius vehementiam virium reſolutio timetur. Si autem imbecillitas hæc ob uacuationem immodicam contingit,analepticæ artis parte,hoc eſt,refectoria, & renutritoria,vtendum eſt, ut in uentriculi imbecillitate diximus. Si uero imbecillitas hæc corporis ab intemperie eſt, contrijs ante dictis profligetur. Si fiat ſpiritibus ab æſtu,labore, coitu,ira,reſolutis,prædicta victus ratio eſt neceſſaria. Cũ vero contra ſymptoma pugnamus,renutritoria victus ratione & roborante eſt opus. In id etiam per quam commoda eſt delectatio,& alimenti paulatim pro uiribus facta acceſſio. Ad hæc ſomnus, quies, iucunda & ſuaueolentia adhibita, medicamenta cardiaca & ſtomachica. Balnea quo que præſertim dulcis aquæ, abſoluta propemodum curatione ſunt ſaluberrima,& in his ipſis ius pullorum & auiũ aliarum,& vitellos ouorum ſorbere,præſertim ſi lenis frictio præceſſerit, & nervorum muſculorumque unctio ex oleo aliquo temperato, quale eſt oleum ex ſpica,oleum chamæmeli,oleum leucoij lutei. Oleum quoque uetus, authore Galeno, laſſitudinem ſoluit. Adhæc oleum maſtichinum, cum oleo roſato,& vino antiquo factum,laſsitudinem, debilitatemq; neruorum auſert.*

Curatio.

Sic oĩno Gal. li.7. Meth.

Sic lib.7. Met. Gal.

ANT. Et quandoque contingit, propter occurſum caloris,et æſtus ſuper eum qui ſoluitur,quia fit ſolutio caloris et ſpiritus,et exhalatio, et diuerſio eorum à baſi, et radice. Ira quoque ſuper medicinam, et ſolicitudines,et coitus,et labor,et omne malum regimen eſt cauſa huius. Et nos quidem curare huiuſmodi ſatagimus præcognita eius cauſa. Et nunc quidem intentionem noſtram uertimus ad cauſam, et abſcindimus eam quoniam hæc eſt rectitudo curæ,et theſaurus operationis. Nunc uero occupari oportet contra ipſum accidens prius,et proprie quando ob uehementiam ipſius reſolutionem fieri timemus. Si autem propter inanitionẽ ſuperfluam contingit, regimen reſumptiuum eſt neceſſarium ſicut in ſtomachi debilitate diximus. Si uero propter malitiam complexionis hoc fuerit cura cũ eo quod opponitur ei ſicut etiam diximus. Sed ſi fuerit ob curſum laboris et æſtus et reſolutionem ab eis, aut propter iram,aut coitum, neceſſarium eſt regimẽ quod diximus. Cum autem accidens curare uolumus, reparatiuum regimen uirtutis et confortatiuum eſt neceſſarium. Et ad hoc auxiliatur nobis adminiſtratio delectabilium et gradatio in cibo. Et ſomnus et quies et adminiſtratio redolentium et iocundorum,et medicinæ cordiales,et ſtomatichæ. Et ſcito quod balnea ſunt uehementis iuuaminis in cauſa hac, et hoc in fine rei, et proprie balneari in aquis dulcibus, et uti ſorbitionibus pullorum, et auium in balneo,et uitellis ouorum proprie poſt fricationem lenem et unctionem neruorum,et lacertorum cum oleis temperatis,ſicut oleo de ſpica,et oleo chamæmillæ,et oleo de Keiri. Inquit Gale. oleum uetus remouet laſſitudinem. Oleum autem maſtichinum factũ cum oleo roſaceo et uino antiquo laſſitudinem membrorum et debilitatem remouet.

Qualiter ſubueniẽ debilitati.

Modo ponit aliam cauſam, & ei docet ſubuenire, uniuerſaliter autem contingit ex errore facto in regimine ſex rerum non naturalium,à baſi,& radice,id eſt centro ad circonferentiam eſt cauſa huius,ſcilicet debilitatis uirtutis, nam ſi malum regimen in corporibus ſanis eſt cauſa huius debilitatis,multo magis in corpore quod purgatur erit cauſa huius,cum ſit debile in uirtute,& ideo ex tali malo regimine incurrunt maiorem debilitatem & commotionem humorum,unde dato quòd phar.ſit ſolenniter exhibitum, tamen propter malum regimẽ poteſt impediri, & dato quòd regimen ſit bonum,& male ſit purgatus aut malum accidẽs inde ſequatur,medicus debet hæc ſtatim referre ad malum regimen,ſicut de quodam comite in ciuitate Aretij ad curã cuius erat magiſter Tadeus cum aliis quibuſdam medicis, nam ipſe poſt aliquod tempus uolebat petere receſſum ab infirmo.ſ.quia erat aliquãtulum alleuiatus, alij medici dixerunt ipſi,non recedatis,quia uolumus illi dare medic. dixit magiſter Tadeus,ſit ita date medi.magiſter Tadeus ueniẽs ad infirmum de mane inuenit eum uicinum morti,ſtatim dixerunt aſtantes,nos ſcimus totum quod præcepiſtis,tunc interrogauit magiſter Tadeus utrum aliqua feneſtra in nocte remanſiſſet aperta,dixerunt ita,dixit magiſter Tadeus, uos male faciſtis,& habebitis damnum,& ipſe plus,quia diſſiſtis feneſtram apertam.

De ſpaſmo qui accidit poſt purgationem. Cap. 13.

Conuulſio in purgatione ipſa interdum accidit, interdum poſt ipſam.

A Ccidit quandoque in purgatione,quando que ex ea.

Modo tradit curam ſpaſmi aduenientis poſt aſſumptionem pharma. & primo ponit eius cognitionem, ſecundo ponit eius curam,ſecunda ibi. Licet autem, prima in duas, primo oſtendit quotuplex ſit iſte ſpaſmus, ſecundo ponit eius cauſas,ſecunda ibi. Et accidens in purgatione. Deinde cum dicit.

Quæ autem in purgatione accidit,interdum ſit ob materiam multam à medicamento commotam, non tamen vacuatam,ſed ad neruos & muſculos aliquando procumbentem,eoſq; replentem,& villos ipſorum extendentem. Quo fit,vt nerui & muſculi in latum aucti,breuiores euadant, longitudine.ſ.naturali tum minuta. Quapropter ceu chordis tenſis vinctæ partes,motu cõtrahuntur dolorifico multum,qualiter arcuum chordæ breuiores redditæ.

Et accidens in purgatione quandoq; ſit propter qđ pharmacia multã mouit materiam,et non eduxit, quæ interdum declinat ad neruos & lacertos,et replet eos, & extendit uillos eorum,& augmentat ſecundum latũ &minorat eos à longitudine ſua naturali. quare inchordantur membra,& cõtrahuntur motu laborioſo, ſicut contrahitur chorda arcus cui accidit ut ãbbreuietur à longitudine ſua.

Modo ponit cauſas eius,& primo ponit cauſas ſpaſmi antequam multum procedat euacuatio,ſecũdo ponit cauſam ſpaſmi euenientis poſt purgationẽ ſuperfluam,ſecunda ibi. Factus autem,prima in quatuor,ſecundum quatuor cauſas ſpaſmi euenientis in purgatione non ſuperflua, ſecũda ibi. Quandoq;,tertia ibi.Et quandoq;,quarta ibi. Et quãdoq;, prima in duas,primo ponit unam cauſam huius ſpaſmi, ſecundo oſtendit quæ ſint corpora præparata ad huiuſmodi ſpaſmum ex iſta cauſa prouenientem,ſecũda ibi. Et illi quæ præparantur & augmentat ſecundum latũ id eſt replet uias latitudinales,nam ex contractione nerui & chordæ contrahitur muſculus cum neruus & chorda ſint colligata cũ muſculo ad contractionem eius cõtrahitur poſtea uillus eius. Deinde cum dicit.

SYL. Gal. aph. 39. lib.6. *Porro ad hanc conuulſionem propenſi ſunt magis, quibus eſt corpus impenſe plenum,et meatus in eo anguſti,quibus item nerui ſunt humidiores,qui denique vino ſe multo frequenter ingurgitant.*

ANT. Præparati ad ſpaſmum. Et præparati ut eis accidat illud,ſunt illi ꝓprie quorum habitudo eſt multæ plenitudinis, & habent corporis,ductus arctos et qui habent exceſſus humiditatis in neruis,& qui ſe ſuppeditant multo uino ſæpe.

Modo oſtẽdit qui ſunt magis diſpoſiti huic ſpaſmo. vino eo ꝙ uinum cito ad neruos penetrat & eos replet,alias etiã humiditates ſecum ducit ad neruos. Deinde cum dicit.

SYL. Apo. 5. lib.5. *Fit item conuulſio hæc interdũ à vapore turbido,craſſo quem cum flatu inflante medicamentum ad neruos ſuſtulit.*

ANT. Et quando accidit propterea quòd medicina ſubleuat uaporem turbidum & craſſum ad neruos cum ventoſitate inflatiua,et fit cauſa eius.

Modo ponit aliam cauſam,& iſte ſpaſmus qui ab hac uentoſitate prouenit,aſſimilatur ei qui ſubito aduenit & ſubito recedit. Deinde cum dicit.

SYL. *Fit etiam à frigore vehementi, neruos & muſculos corporis purgati lædente,cogẽte,denſante. Quapropter hi verſus principium ſuum contrahuntur.*

ANT. Et quandoq; accidit propterea quod ei qui ſumpſit pharmacum obuiauit uehemens frigus, lædens neruos,et lacertos, quia inſpiſſantur, et trahuntur ad ſua principia.

Ponit tertiam cauſam,& eſt notum. Deinde cũ dicit.

SYL. Vt apho. 1.lib.5. Aph.3. & 4.lib.5. & aliis paſſim & initio progno. *Nonnunquam fit à medicamẽti qualitate uenenoſa, neruos & muſculos feriente,quam vt hi à ſe expellant aut vt omnino vitent,contrahuntur.*

Et quandoque fit propterea quod medicina fuit earum in quibus eſt æqualitas uenenoſa,quæ perueniens ad neruos et lacertos operatur contractionem in eis, unde nerui fugiunt, et aggregantur ad expellendum ipſum.

Ponit quartam cauſam,& notum eſt. Deinde cũ dicit.

SYL. Apho.62. li.2.& 57. li.4.& 5. & 70.li.5. Spaſmus expurgatione factus eſt mortalis. *Quæ vero ex ſiccitate conuulſio ab Hippo. ceu lethalis damnatur,ea potiſſimum intelligitur,quæ fit à ſiccitate conſummata. Quanquam autem ex repletione conuulſionẽ febris ſuperueniens ſoluat Hippocrati,recte viri huius conſilium eſt accipiendum.*

Factus autem ex purgatione eſt ſpaſmus ſiccus et eſt ille quem Hippo.condemnauit eſſe mortalem, et proprie quando accidit ut confirmetur.

Modo notificat ſpaſmum qui aduenit poſt purgationem præcedentem multam Hip.ſcilicet in quinta particula aph. ſpaſmus ex helleboro mortalis. Deinde cum dicit.

SYL. *Quædam enim à plenitudine conuulſio eſt, quam febris ſuperueniens tantum abeſt vt ſoluat, vt etiam febrem ea de cauſa excitaſſe,malum geminet,qualis ea præſertim fuerit conuulſio,quam parit materia multa per medicamentum commota ſed non vacuata,quæ in neruos & muſculos, vt dixi,incubuit. Medicamentum namque purgans, febrim flammeam dum reddit, venenoſam ei qualitatem acquirit longe nocentiſſimam. Recte autem curabitur,ſi repente materiam commotam vacuaris, idque vel medicamenti vim adiuuando,acquiſita ſcilicet & facultate plenitudinem vacuatura,quin & ſuper dato valenter purgante alio,ſi opus eſſe tibi videbitur. Poſt hæc noxas neruoſo generi impreſſas corrige,ipſumq; robora,& ſpinalem medullam, & cerebrum,& corpus reliquum.*

Sic Gale. li.5. met. in puncto neruo.

Licet autem ſpaſmi facti à plenitudine ſit cura-

ANT. Cura ſpaſmi ex repletiõe facti. feb. et proprie ſuperinuadens,ſicut Hip.dixit. Non in præiudiciũ eius conſultum hoc accipiendum eſt, eſt enim ſpaſmus à plenitudine,qui non tantum per feb. non curatur,uerumetiam eſt eius cura additionis ad malum, ſicut factus proprie quando materia multa mota ſuper pharmaciam et non euacuata,declinat ad neruos et lacertos ſicut iam diximus. Inflammat enim pharmacia feb.faciens eam acquirere uenenoſitatem,quæ plus noceat. Cura autem eius uera eſt feſtinare in ſubtractione materiæ motæ adiuuando med. et acquirendo ei facultatẽ qua ſit plenitudinis euacuatio et uideris oportere,fiat etiam illud cum fortiter ducentibus. Deinde redi ad rectificationem malarum impreſsionum ſigillatarum in neruis,et lacertis, et confortatione eorum et cerebri,et nuchæ,et corporis totius.

Modo ponit eius curam, & primo ponit curam ſpaſmi per repletionem qui contingit à med. antequam ſuperfluæ euacuet,ſecundo excuſat ſe à curatione ſpaſmi de inanitione,ſecunda ibi. In fine ca. ſpaſmum autem, prima diuiditur in partes quatuor, ſm ꝙ indicationẽ ſumpſimus à quatuor cauſis talis ſpaſmi imponendo eius curam,ſecunda ibi. Et ſi accidit propter eleuationẽ,tertia ibi. Et ſi accidit ꝑp occurſum,quarta ibi. Et ſi accidit ꝑp qualitatem, prima in duas, primo remouet à ſua intentione curam ſpaſmi quam quidã crederent eſſe conuenientem, ſecundo ponit eius curam ueram,ſecunda ibi. Cura autem eius uera ſicut Hipp. dixit illo apho.ſecundæ particulæ feb. in ſpaſmo melius eſt fieri quã ſpaſmũ in feb.à plenitudine quæ quidem aduenit à me. commouẽte hu.& eos non educente nõ in præiudiciũ eius ſcilicet dicti Hip. Tamen aduertendum quòd qñ Hip. dicit ꝙ feb. ſuperueniens ſpaſmo de repletione eſt conueniens non intelligit de quacunque feb.iſta enim non eſt putrida feb.tũc enim coniungerẽtur duæ fortes ægritudines ſimul, ſed debet intelligi de feb.ephimera. Deinde cum dicit.

Febris cu rans ſpaſmũ quæ.

Si autem à uaporibus elatis conuulſio fiat curabis dicta victus ratione,& dictis omnibus remedijs, quæ vapores in contrarium reuellere poſſunt. Si à frigore, calefacientia neruos & muſculos omnia ſunt remedio. Si à qualitate venenoſa,curabis per ea prius dicta,quæ malignitatem hanc cito de corpore detrudunt,adhæc tum ea,quæ neruos & muſculos à noxis indidem acceptis vindicant,tum,per ea, quæ ipſos roborant.

SYL.

Et ſi accidit propter eleuationem uaporũ, cura eſt

ANT. De cura ſpaſmi. regimen quod diximus, et omne conuertens uapores ad oppoſitum et diuerſum ex his quæ diximus. Et ſi accidit propter occurſum frigoris, cura eſt omne quod calefacit neruos et lacertos cum proprietate. Et ſi accidat propter qualitatem uenenoſam, cura eſt, cum his quæ cito audaciam eius tranſmittunt à corpore, ſicut iam diximus, nunc cum eis quæ neruos,

& lacertos rectificant,& auferunt impressiones malas, factas in eis,nunc etiam cum eis quæ eos confortant.

Ponit curam spasmi,& non accidit seu aduenit ex qualitate uenenosa,& notum est. Deinde cum dicit.

SYL. Aph. 3. & 4.lib. 5.& alibi passim Gal. li.7.& 10. meth. & li. febriū & de marasmo. Quis spasmus nō recipit curationem.

Conuulsionē uero ab cuōne immodica, lethalem scripsit Hippo.quæ a siccitate omnino est,quam si consummata est, insanabilem diximus, Si non est confirmata curetur ratione victus humectante,& auctiore tum cibo tum somno, & similibus.

Spasmum autem factum post euacuationem superfluentem dixit Hippo.esse mortalem. Hic nanq; spasmus de siccitate est, qui sicut diximus si confirmetur non recipit curam. Si autem non est confirmatus, curetur cum regimine humectatiuo,& cum additione in cibo,& somno & similibus.

Excusat se à cura spasmi de inanitione, dixit Hippocra. scilicet in illo aphori.quintæ particulæ. Spasmus ex helleboro mortalis.

INDEX SIMPLICIVM, quæ in sequenti tractatu continentur.

Medicinæ benedictæ in quibus non est uenenositas. Cap.1.
De aloe. Cap.1.
De mirobalanis citrinis, indis,& chebulis. Cap.2.
De emblicis. Cap.3.
De bellericis. Cap.4.
De rhabarbaro. Cap.5.
De casiafistula. Cap.6.
De tamarindis. Cap.7.
De manna. Cap.8.
De sero lactis. Cap.9.
De rosis. Cap.10.
De uiolis. Cap.11.
De absinthio. Cap.12.
De stœchade. Cap.13.
De fumaria. Cap.14.
De eupatorio. Cap.15.
De epithymo. Cap.16.
De eupatorio quod uocatur althasce. Cap.17.
De hyssopo monta. Cap.18.
De prunis. Cap.19.
De psylio. Cap.20.
De adianto. Cap.21.
De assaro. Cap.22.
De iure gallorum. Cap.23.
De uolubili. Cap.24.
Medic. laborioſe ſoluētes in quib.est uenenositas.
De scammonea. Cap.1.
De turbith. Cap.2.
De agarico. Cap.3.
De colocynthide. Cap.4.
De polypodio. Cap.5.
De scilla. Cap.6.
De hermodactylis. Cap.7.
De iride. Cap.8.
De cucumere agresti. Ca.9.
De centaurio. Cap.10.
De cnico, id est de carthamo. Cap.11.
De balano myrepsica, id est de ben. Cap.12.
De lapide armeno. Cap.13.
De lapide cyaneo, idest stellato. Cap.14.
De senna.i.de sene. Cap.15.
De salis generibus.i. de speciebus salis. Cap.16.
De uitro. Cap.17.
De sarcocolla. Cap.18.
De sagapeno. Cap.19.
De euphorbio. Cap.20.
De opopanace. Cap.21.
De thymelea. Cap.22.
De esula. Cap.23.
De dracunculo. Cap.24.
De bryonia. Cap.25.
De cyclamino. Cap.26.
De aristoloch. Cap.27.
De ricino. Cap.28.
De genista seu sparto. C.29.
De elleboro. Cap. 30.

ANDREAE MARINI MEDICI, IN LIBRVM MESVAE de simplicibus medicamentis purgantibus

PRAEFATIO.

DE medicamentis purgantibus agitur in hoc aureo libello, quod opus medicis non modo est imprimis vtile,sed omnino etiam necessarium:quippe tum demum medici munere fungimur,cum corpus ab excrementis purgamus:quod munus veteres medici tanti fecere,vt vniuersæ artis sinē sub hoc nomine comprehenderint,φαρμακεύειν enim,hoc est medicare, purgantia pharmaca dixere. Et reuera qui rectè, atque opportune purgant,medici sunt, & habentur præclari, veriq; naturæ imitatores, quæ ipsa quoq; purgando morbos expellit. purgant autem omnia in uniuersum,quæ aliquod è corpore excrementum educunt, quamuis proprie purgare dicantur illa,quæ sanguinē à prauis humoribus syncerum reddunt,qualia sunt, quæ per excellentiā soluentia pharmaca uocantur. De purgantibus generatim Mesues tractat. ea vero late patent,multisq; generibus comprehenduntur: quædam enim comprimendo aluum laxant,vt mirabolani,tamarindi,& citonia,quædam vero leniendo,superflueq; humectando, vt malua, blitum, oleum salis expers,cucurbitæ,ac vulgares melones. nonnulla lubricando,ut psyllij muccago, medulla cassiæ nigræ, iusculum recens carnis suillæ. sunt, & quæ leniunt simul, ac lubricant,vt violæ recentes,& cassiæ medulla,quorum omnium facultas uix intestina, & mesaraū excedit, ἐνκοσμητικὰς potius,quàm purgantia sunt dicenda. sunt præterea,quæ tergendo,aperiendo, & farctu liberando à iocinore, proximisq; illi partibus excrementa euacuant, vt fumaria,rosa, absinthium, aloe, rheon, & alia sexcenta. postremum genus eorum est, quæ à toto corpore succos trahunt,& per excellentiam,vereq; purgantia dicuntur,quale scammonium est, elaterium,colocynthis,& elleborum, de quibus sigillatim,quàm breuissime fieri pōt, agere non erit inutile; vt multæ, quæ in arte medica hinc subcreuerunt quæstiones, è medio maximo artis vsu tollantur. lenientium igitur,ac lubricantium vna ratio est, vniuersa etenim medicamentosa sua humiditate,multa, densa, lentaq;, ac lubrica fæces induratas emolliunt,& intestinorum tunicas exsiccatas,corrugatasq;, & asperas leniunt,atque humectant. Itaq; si non per se, saltem per accidens, expultricem facultatem ad deijciendum mouent, retentricem obtundendo: quare leniētium,ac lubricantium vna species è, (quamuis arabes in duas distribuerint), quæ cum neq; gustu,neq; olfactu eximiam habeant qualitatem aliquam,quia humida sunt,& glutinosa aluum leniunt, si aliquo temporis interuallo ante alios cibos summantur: nullum enim humidum medicamentum aluum subducit,Gal.authore,nisi lubricum lentorem adiunctum habeat. Nam & si quarto de vict.rat.in morb.acut.asininum lac ideò subducere asserit, quòd cætera superet humiditate, tertio tamen de alimentorū facult. hoc ipsum lac sua serositate aluum deijcere testatus est;nulla humiditatis habitą mentione,id quod xi.etiam de simpl.med.facul.confirmat. sunt autem lenientium,lubricantium ue genera duo, vnum quidem eorum, quæ, quia frigidam, humidamq; & lubricam temperiem habēt, non modo lentore aluum,præsertim imbecillam mouent,uerum etiam internarum partium meatus frigida sua,& lubrica vi seositate condensant,infarciuntq;, emplasticorum instar. talia sunt blitum,atriplex, portulaca, cucurbita, & in summa insipida pene omnia, quæ intimos uiscerum meatus non permeant, neq; inde quicquam educunt, nisi fortasse per accidens, uacuati

euati scilicet humoris successione,idq; propter naturæ lentorem,ac frigiditatem,quæ penetrationem prohibent, alterum uerò genus eorum est,quæ præter iam dictas qualitates aliquid etiam habent caliditatis, & partium tenuium, quibus intestinorū excrementa,non modo leniendo,ut primum genus,sed etiam rarefaciendo,ac tergendo aluo subducunt,in quo genere præclarissima est medulla cassiæ nigræ, malua, præsertim agrestis, viola purpurea recens, althæa, borrago, & multa consimilia quæ altius ad intimos intestinorum poros adiguntur, indeq; excrementa eruunt lubricando,ac tergendo. commune id tamen utrunq; genus habet,quòd in uenarum intima non permeant,neq; intestinorum cauitates excedunt. quòd si febribus opitulatur,id ob eam causam fit,quòd uacuatorum excrementorum successione,ab hepate, & mesaræo humores educunt, ob idque obstructiones aperiunt. Porrò autem aluum subducētium medicamentorum secundum genus eorum est, quæ comprimendo excrementa expellunt suntque subducentibus omnibus stomacho,propter roborantē adstrictionem,minus ingrata,in eo genere excellunt tamarindi,mirabolani omnes,citonia, sorba,corni,& alia id genus, quæ aluo quidem communia, &, quæ in cauitatibus sunt obnia,excrementa comprimendo expellunt,haudquaquam tamen expurgant, quippe frigida sunt: purgantia uerò omnia potestate calida esse Galenus docuit. huc accedit,quòd hæc post cibum assumpta aluum subducunt, ante uerò eandem sistunt,id quod purgantia non efficiunt,quæ semper,quocunq; accipiantur tempore, & per se purgant, cum illa per accidens,hoc est comprimendo deijciant, unde ἐκκοσμητικὰ ipsa quoque potius,quàm purgantia dici merentur. comprimentibus autem cum lenientibus hæc ferè communia sunt,primū quidem,quòd utraq; aluum robustā mouent, deinde uerò,quòd aliquo interuallo post eorum assumptionem nihil sorbere oporteat. tertiò, quòd neutra intestinorū latebras excedūt, quibus rebus ab excellenter, proprieq; purgantibus differunt, quorum uis ad totum corpus pertingit, omnia ferè purgant, & statim assumpta ptissanæ cremoris sorbitionem Hippocr. & Galeni consilio postulant. hactenus de lenientibus, & comprimentibus. tertium genus restat eorum,quæ tergendo, aperiendo,& farctu liberando uentrem exonerant. Ea uerò primis, & secundis qualitatibus munus suum explent,euacuant enim excrementa ab hepate, liene,ac toto mesaræo,quia calida. à toto autem habitu trahere minus possunt,quòd minus calida,quàm oporteat, sint,minusq; tenuium partium,uerum tergent ualenter,& aperiunt,quòd salsa,nitrosa,uel amara sunt,eas præcipuè partes quas attingunt, in quo genere primas apud medicos ueteres tenent aloe, rheon,præsertim barbaricum,& sinicum fumaria, flores lupuli, absinthium,& similia, in quibus nihil est,quòd cæcas,& abditas causas actionum requiras,quando effectus omnes ad apertas referri commodè possunt, id quod nō modo Galenus passim,docet,sed Mesues quoq; suis rationibus coactus confitebitur,quanquam istud etiam medicamentorum genus à tota forma purgare arbitratur. Galenus enim lib. vij. de simpl.med. brasicam uentrem subducere scribit; quia sub salsa,& subamara est: gentiana uero li. vi. eiusdem operis extenuare, abstergere farctum liberare, atq; purgare, quod ualde amara,atq; ut summatim cuncta complectar,lib. v. eiusdem ca. xi. asserit,salsa omnia,nitrosa,uel amara ad meatus expurgandos summopere ualere. Mesues uerò primā rosæ operationem amaritudini adscribit, ut interim cætera omittam, quæ de alijs purgantibus scripta reliquit, quibus eas facultates sigillatim tribuit, unde effectus illi uniuersi prodire commodè possunt,cæca ista,et abdita causa omninò neglecta,sed hac obiter. sanè subducētium quartum genus quæ excellenter, proprièq; purgantia dicuntur,superioribus calidiora sunt, magis acria partiumq; tenuium uniuersa, quibus fœdus, atq; incoctilis nidor ferè accedit. quocirca uehementi calore, à toto corpore succos trahunt, partium tenuitate cuncta permeant,& acrimonia rodendo, ac pungendo naturam ad expulsionem cogunt,fœdoq; sapore turbant, atq; exagitant. in qua sententia fuisse Galenus sæpè deprehenditur (quàmuis aliò purgationis causam interdum referat) & ob hanc fortasse unam causam dixit aliquando purgantia propriè medicamenta uniuersum corpus calfacere,fatigare,& frangere, ob idq; febre ualida laborantibus apprimè noxia esse. Hippocrates uero sanos difficulter ferre medicationes ob hāc ipsam rationem affirmat: quippè immoderatus calor,nidorosus sapor,mordax acrimonia, cæteraq; purgantium qualitates noxiæ humorum symmetriam, partiumq; omnium temperaturam,ac iustam compositionem purgando,alterando,rodendo,& aperiendo subuertunt, exagitāt, atq; corrumpunt,cuius rei causam uix reddent,qui abditas rerū causas posuere. trahunt autem non omnia unum,neq; similiter, sed uaria diuersos eliciunt succos,pro caloris,acrimoniæ,amaritudinis,nidoris,& partium tenuitatis ratione uaria; illud tamen commune habent cuncta, quòd sanguinis massam ex uarijs potestate partibus constantem, quam natiuus calor,et moderatus ad uitam tuendam in uenis temperat, conseruatque extraneo, immoderatoq; calore ueluti eterogeneam commouent, disgregant, seiunguntque, & præterea uias aperiunt, atque attrahunt ad uentriculum, & intestina congeneres sibi quæque succos. Nam quæ ita calida sunt, acriaque, ut cæteris collata minus uehementia sint, & omnis ferè amaritudinis expertia,ea neque uehementer trahere à toto possunt, neque ualdè naturam ad expulsionem impellere: quare solam bilē flauam meritò purgabunt,quæ quia lentore caret, nullam, uel certe non insignem postulat, ut extergatur, incidaturue amaritudinem: est enim humor tenuis,leuisque,& facile mobilis,tale scamonium est,& pignocomon. Quæ uerò ijs calidiora longè,& magis acria sunt,uehementi suo calore,insigniáque partium tenuitate terrea,crassaque in uenis ualenter extenuant,incidunt,ab alijs succis seiungunt,atque ad sese trahunt, & expurgant. quod medicamentorū genus humor melancholicus tereus,crassusque requirit, qui cum non sit lentus,uix ulla indiget ad detergendum amaritudine,sicuti uehementissimum calorem,acrimoniamque postulat non uulgarem,in eo genere præstantissima sunt lapis armenus, & cyaneus, nec non & nigrum ucratrum, quæ humorem crassum prius incidendo, meatusque aperiendo à toto corpore deinceps fortiter trahunt, ac purgant. Porrò pituitam ea medicamenta euacuant, quæ cum insigni calore, atque acrimonia uehementem amarorem coniunctum habent,quibus saporibus aperiunt, & intimas corporis partes permeant,extenuant, ac lentorem humoris uehemēter detergent,demumque ad sese trahunt,atque expurgant. Præstant autem egregiè, id muneris colocynthis, elaterium, tithymali species uniuersæ, cnicus, & agaricum; quæ cum insigni amaritudine mistam habent acrimoniam,quibus pituitam abstergere,meatus aperire,extenuare, ac trahere uehementer possunt. Aquas autem expurgant (ὑδραγωγὰ uocant græci) quæ uehementissimo calore, acrimoniaque penè caustica præditæ sunt, quibus qualitatibus non modo ab uniuersis corporis partibus attrahunt, sed etiam corpus ipsum exagitant, mordent, ualdè commouent, atque ad excernendum excitant. Horum medicamentorum duo sunt genera præcipua, quædam enim calore sunt remissiore quam reliqua ὑδραγωγὰ. cæterum quia substantia sunt densiore,uehementius agunt, (Galeno authore ix. de simpl. med.) huiusmodi sunt atramentum, æs ustum, squamma æris, quæ cæteris quamuis calidioribus, intestinorum tunicas, quibus diutius ob substantiæ crassitiem inhærent, ualentius

lentius calfaciunt, rodunt, aperiunt, eaque ui aquas serosas ad sese arripiunt. Alia uera substantia sunt subtiliore, & magis calida, atque acria, ut euphorbium præsertim recens, chamæleon albus, thapsia, Iris, præcipuè quæ purpureum florem gerit, & alia multa, quæ similes qualitates habent: calore enim uehementissimo, & acrimonia penè caustica aquas non modo per apertos ductus, sed per uias etiam inuias, & obstructas eliciunt. quamuis enim serosæ aquæ tenues sint, & cuiuis calido medicamento, acrique eam ob causam cedere possent, quia tamen è uenis in corporis habitum, & abdomen eiectæ nullos habent ad uentriculum, aut intestina accessus peruios, maxima, ut eò trahantur, indigent acrimonia, quæ non solum uiolenter earum partium naturam ad expulsionem urgeat, uerum etiam uias aquis alioqui inaccessibiles, excellenti suo calore sternat, quæ & si oculis obscuræ, planeque ignotæ sunt, ac sola ratione perceptibiles, ubique tamen eas in animantium usum natura constituit. quamobrē εὔπνοον καὶ ἔκπνοον ὅλον τὸ σῶμα Hippocr. esse putauit. id autē pituitæ, aut humori melancholico, & si crassiores sunt, minime accidit, quippe qui in uasibus continentur, ductibusque, qui à mediocri etiam pharmaci calore aperiri possunt. Sed & purgantia multa sunt, quæ interdum duos, sæpe tres humores attrahunt, ac purgant, ob earum, quas antea diximus, qualitatum mistionem: fieri enim potest, ut quæ acerrima sunt, & penè caustica, ob idque educendis aquis idonea, eadem insignem habeant amaritudinem, quæ tergendæ pituitæ crassæ, ac lentæ commoda sunt. Nam elaterium, cyclaminus, ricinus, & esula, quæ cum uehementi acrimonia, quæ serosos attrahunt succos, amaritudinem insuper haud ignauam habent, qua pituitā tergeant, ac moueant. Contra uerò coccus cnidius, qui nulla fere amaritudine præditus est, sed solā acrimoniā, & eam quidem feruidam & exurētem habet, serosas potissimum aquas expurgat, nisi forsan eiusdem acrimoniæ ui, nonnihil etiam humoris melancholici interdum euacuet. Verum illud hoc loco silentio non est prætereundum, purgantia omnia unà cum proprio humore, bilem quoque educere, non eam quidem, quæ in uenis cum sanguine mista continetur, sed quæ in intestinis, ac mesaræo reliquorū excrementorū perpetua est comes. quod quū scriptores Mauri, aut non animaduerterint aut certè neglexerint in aliam opinionem abiere cunctis purgantibus, atque adeò etiam quoquo modo subducentibus bilis purgationem, quasi propriam, quæ alioqui ex accidenti nobis esse uidetur tribuentes. Sunt autem qualitates istæ omnes mistorum formæ specificæ instrumenta, quibus ea suos effectus edit. itaque prima purgationis author quidem est forma misti, causæ uero instrumentales, quæ ad medicum spectant, sunt primæ, ac secundæ qualitates, quas antea diximus, quamuis Mesues sui temporis philosophorum placitis imbutus, totum purgationis negotium formæ specificæ, quàm cœlestē uirtutem appellat, neglecto tēperamento adscribit. qua in re quàm rectè senserit, alij ante nos, & quidē doctissimi uiri luculenter admodum iam pridem ostendere, quo fit ut nobis labor sit imminutus. Illud tamen rei medicæ studiosos monitos uolui, nos forma, seu cœlesti uirtute prætermissa, laxantium medicamentorum effecta pro viribus ad apertas qualitates relaturos, liberum cuique relinquentes, ut ijs qualitatibus rectè examinatis, siquid præterea deesse uidebitur, ad cœlum, quod rerum omnium author est, & opifex confugere tutò possint; illud interim pro comperto habentes, medico nullum inde auxilium accessurum. Hæc igitur omnia si ad rationis trutinam perpenderint iuuenes difficili seipsos nodo explicabunt, qui grauissimos etiam medicos aliquādo torsit. cum enim Diuinus Hippocrat. dixerit concocta medicari oportere, mouereque nō cruda, uidetur omnia purgantia pharmaca eò præcepto excludere. cum autem lenientia, comprimentia, tergentiaq; medicamenta propriè purgantia Mesues, & omnes sarraceni, atq; eorum imitatores existiment, nihil mirum si ab ijs etiam, nisi materia probè fuerit concocta nonnulli abstineant: à quibus non abstinebit bene informatus medicus, ijsq; principijs instructus, quippè cum intelligat adstrictam aluum lenire, siccāq; humectare, obstructa reserare, infarcta expedire, crassa, uiscidaq; tergere, atq; incidere, quouis morbi tempore, nisi quid aliud obstet, licere; quos effectus priora illa tria subducentium medicamentorum genera absq; ulla uiolentæ purgationis suspicione præstare commodè poterunt. Quinetiam τῆς ἐπικράσεως auxilium salutare morbis id postulantibus per hæc adhibere licebit, quibus paulatim vacuare absq; ullo uitæ discrimine medicus potest, præsertim cū plus opis tergendo, aperiendo, leniendoue, quàm offensæ calfaciendo ægrotantibus adferant, utpotè quæ mediocriter calida sunt, neque ad intimas uenas facile penetrare queunt. uerum hæc obiter dicta sint. ad propositum autem redeuntes colligere possumus; si hæc uera sunt, quæ hactenus disseruimus Mesuæ doctrinam in dubium fortasse uocari posse; uniuersa enim medicamenta, quorum in hoc libro facultates persequitur, propriè, & excellenter purgantia putat, formæq; specificæ, seu cœlestis uirtutis ope humores quosuis eligere, ac trahere. quædam præterea existimat à toto habitu succos purgare, quæ mesaræum non superant, itaq; cum laboriosè soluentibus benedicta miscet aliquo adolescentium (ni fallor) incommodo. Ex quibus ueluti fontibus quæstiones multæ, & quidem ambiguæ profectæ sunt, quas nullo negotio dissoluet, qui hac methodo, ueluti homenca moly instructus ad medicamentorum purgantium opus accedet, quam methodum, sicuti hoc loco leuiter, & ueluti per summa rerum capita attigimus, ita in singulis medicamentis simplicibus opportunè exercebimus.

IOANNIS MESVAE
DAMASCENI LIBER SECVNDVS
De simplicibus medicamentis purgantibus deligendis, & castigandis.

Iacobo Syluio Medico, interprete.

HActenus generalem quendam medicamenta purgantia deligendi, & castigandi modum produximus libro superiore. In quo scopos distinximus, quibus intētus quis ipsa inueniat, & modo idoneo exploret, an conditiones illas celebriores habeant, idq; scrutandi principio à nobis breuiter ac pulchre tradito. In eo autem theoremata quatuor ad hanc rem necessaria pertractaui. Nunc uero consilium est, singula purgantia medicamenta seorsum explicare, & in horum quouis substantiam, facultatem, castigationem noxarum corpori ab ipsis impendentiū. Quibus absolutis, librum finierimus. Deum igitur adiutorē imploremus, ad quē conspirant omnia, & à quo misericordia omnis proficiscitur, qui sit benedictus. Incipiamus autem à medicamētis purgātibus, quæ ob id benedicta uocamus, quod harum actio nullam corpori noxam imprimit, horumq; primam Aloen ipsam statuamus.

SECVNDA PARS SERMONVM
Ioannis Mesuæ in qua de medicinis simplicibus solutiuis agit.

ANTIQVA VERSIO.

PRotelauimus usque huc intentionem & modos rectificationum medicinarū solutionem faciētium in sermone uniuersali. Et posuimus distinctiones ī intētionibus & modis cum conditionibus solēnibus, ut inueniatur ex principio relationis scrutinij nostri summa præclara, aggregans res intentioni huic necessarias. Volumus autem nunc de singulis earum singularia explicare capitula quicquid de esse earum & posse emendatione malitiarum in ipsis, aut redundantium in corpore per eas complectentia. In quorum complemento complebitur liber totus. Auxiliatorem igitur petamus Deum ad quem cuncta respirant, Et à quo misericordię omnes prodeunt, qui sit benedictus. Et ponamus in principio inter patticularia solutiua singularia capitula de medicinis benedictis, in quibus non est uenenositas, quæ non ponunt operationes suas ut cadat per eas in corpus nocumentum. Et præponam omnibus capitulum de aloe.

De Aloe. Cap. I.

SYL. ALoe medicamentorum purgantium præstātissima, & ob suam quandam prærogatiuam excellētissima. Cùm enim cætera purgantia partes nostras principes, & ex his, ceu fontibus profectas facultates nostrū corpus dispensantes, uel actionis uehementia lædant, § uel nihil iuuent, § Aloe sola eas partes imbecillas roborat, & ad functiones suas reducit, nulla omnino actione noxia, præterquam quod uenarum ora tantum aperit, ut per hæc sanguis effluat. Ad has eius dotes accedit, quod cæteris purgātibus, & his præsertim quæ vacuādo corpora dissoluūt, aloe mista, hæc ipsa corrigit, & noxis eorum prohibitis meliora reddit. Nam sua crassiore substantia tenuem illorum, acrēque naturam frangit, & noxam partium ab his promptam, celeremq;, proprietate quadam substantiæ inhibet, sua denique purgandi tarditate, horum celeritatem contemperat, purgationemq; auget. His igitur ipsis nunquam non miscē-

A da aloe. Eam uero mittunt India, Persia, Armenia, Arabia. Optima autem est * Indica, post hanc Persica, tertio loco Armenia, Arabica ignobilissima. Bonitatem eius præcipuam declarant color, odor, sapor, pondus, consistentia, & in singulis conditiones quędam spectandæ. Colore enim est flauo in rubrum inclinante, hepatis modo, ac perspicuo & splendente, opaca enim & obscura est deterior, & quæ uetustate nigrescit. Odor uero inest bonus quidē, sed suus, non autem per adulterium acquisititius. Sapor autem primo gustatu dulcis, subamarus § mox ualenter amarus. § Substantia deniq; sit tenera, friabili, § pura, doli experte, rara § ob id leui, quoq; leuior, eo præstantior, & quanto à dictis conditionibus abest longius, tanto est deterior. Adulterantes eam institores ac sophistæ, partes eius crassas & impuras, lotione secretas, aqua marina paucum crocum habente aliquoties lauant, & siccant, donec lucida, colore flauo, odore bono euadat, sed odor croci dolum prodit.* Calfacit ordine secundo, siccat tertio, sed tamen sine morsu: ob id excrementa consumit, & à putredine uindicat etiam cadaue-

B ra, præsertim myrrhæ mista. sanguini uero draconis, & myrrhæ iuncta, sanat ulcera putrida & maligna, quia ut dixi, sine morsu siccat, ora tamen uenarum aperit, præsertim hepatis. Quapropter hepar ab ea lædi * quidam putauerunt, utque ipsum potius iuuaret correctione effecerunt. Ad hæc * aloe lota, minus aluum subducit, stomachum magis roborat: non lota contra. Postremo melle excepta minus trahendo quidem purgat, magis autem partes quas permeat, tergendo.* Bilem pituitamq; purgat, ob id affectibus uentriculi, & cerebri, & reliquarum partium, inde natis, ut dolori, inflammationi, sic præcauet, ut eius creber * usus sensuum instrumenta & corpus reliquum, nullo insanabili affectu tentari sinat, sed sensus acuat, cogitationem reddat meliorē Hepati confert, icterum tollit, hæmorrhoidibus & sedi nocet, ob id uitanda his, quibus istæ partes dolent: & aere frigido, quia tunc sumpta excorticatis sanguinem educit. Vinum autem, uel aqua rosata, uel succus fœniculi quo aloe fuit macerata, oculos lotione terget, uisionem acuit, delachrymationem sistit. Datur ab aur.i. ad.ʒ.ii. Infusa autem

C ab aur.i.ad ʒ.iii. Veruntamen cū & tardius purget aloe, ob id diu ante cibum sumenda, & tam imbecilliter, ut eius facultas purgatrix hepar uix transeat, nisi largior sumatur, cū deniq; adeo uenarum ora patefaciat, ut inde sanguis emanet, his eius incommodis hac ratione occurrimus. In primis tarditatem purgandi aloe ipsi celeramus si cum aromatibus essentiæ tenuioris & acribus, ut mace, nuce moschata, cinnamomo, spica nardi, calamo aromatico, cubebis, schœnātho, asaro, mastiche, caryophyllis portione pari, croco, autem portione dimidia, in aquæ sextuplo igni lento, ad aquæ eius tertiam, coquantur, aloes.℥.vi, in libras aquæ singula: post siccentur in umbra primum, deinde in sole. Idem alij similiter efficiunt per aromata sex quibus cum aloe mistis Gal. hieram picram componit. Eius enim actionem talia citatiorem reddunt, & præterea hyssopus, cinnamomū, cassia, & alia plurima. Sunt qui celeritatem purgandi aloe acquirant, macerantes aqua illa, cui incocta sunt aromata, deinde expressum potui dantes. A partibus autem remotis trahendi potestatem aloe cōciliamus, alijs purgantibus ua-

D lenter (qualia sunt colocynthis, turbith, & similia) mistis: uel in decocto illo aromatum, uel in sero lactis, uel in trochiscis, uel catapotiis, uel in alia medicamenti forma. Postremo uenas aperire desinit aloe, bdellio, aut tragacantho, aut mastiche aut simili permista. Hæc autem tria eius incōmoda non modo maiora habet aloe, dictas bonitatis notas egressa, sed præterea uentrem totum torminibus dolorificis conturbat, uentriculum, & hepar, & uiscera alia lædit molesta adeo uacuatione, ut sua uirtute illis hærente, interdum sanguinem quoque uacuet. Hæmorrhoidibus & sedi eadem maxime nocet. Lotione igitur partes huius impuræ separentur, & quod purius est, aromatum decocto macerentur, & his misceantur, quæ ipsam prompte lubricando per intestina deturbent, qualia sunt aqua hordei, cum oleo nucum, aut uuarum passarum decoctum, aut aqua tepida cum melle. Bdellium autem & tragacanthum, præter cætera, omnem aloen castigant, & emendant.

* Syriaca est bona, Cœlesyriaca & arabica melior, Indica optima. Gal.

* Calida .i. ordine intēso uel 2. remisso Gal.

*Vt Auic. cui experiētia subscribit in hepate calidiore & sicciore.

* Gal. lib. 7. Meth.

*Hęc īterpretatio Mes. Gal. 7. Me. conciliat.

* Vide G. 6. simpl. & hieram picram lib. 7. Met. & li. 6. com. pp. & libro 6. san. tuen.

Tuta ē frigidis & humidis, siccis, atrabiliosis iuuenibus & senibus usu multo & crebro est noxia.

Calido legēdum uidet, quia calida sicca calidis siccis corporibus in æstate noxia.

Temperaturæ uētriculi siccæ calidæ, & siccę frigidæ obest. Gal. li. 6. sa. tuen. & lib. 7. Meth.

SYL-

SYLVII ANNOTATIO.

Li.5.met. Aloe oui albumine dissoluta euadit emplastica, tuncque
sanguinem non ex uenis hæmorrhoidibus solis, sed undecũ
que fluentem per ora, uel diuisionem uenarum, atq; adeo
per arteriam apertam sistit, rupto quoq;, uel eroso uel hian
te in pulmonibus uase, si liquore idoneo soluta, faucibus,
diu, & sæpe contineatur. Sic enim foris quoq; uasis sangui-
ne fluentibus admouetur, & si hæmorrhoidibus immodice
fluentibus, similiter soluta adhibetur, adiuuante talem ip-
sius actionem facultate aloes adstrictoria, & non minimum
sarcotica, cuius gratia præcipue id à Galeno commẽdatur
in hæmorrhagia li. 5. Meth. Deuorata uero multa & sępe, &
in hepar, aliasq; partes distributa, calore suo & crassa substã
tia uenas tum hepatis, tum hęmorrhoidas aperit. Anastomo
tica enim sunt, maxime quidem calida, crassa, acria, & mor-
Li.5.fin. dacia, non minimum tamen calida crassa, qualis aloe. Quod
autem calore & crassitie sanguinem efficit melancholicum
magis, id etiam non parum ad uasorum apertionem facit
ui adstrictoria eius leuicula, hoc opus ob imbecillitatẽ pro-
hibere non potente. Quam rem experientia quoq; con-
firmat. Vsu enim crebro catapotiorum, aloen multam reci
pientium hæmorrhoides multis tumere cœperunt, & qui-
bus iam prius aliquoties fluxerant, frequentius, & largius,
& periculosius fluunt. Vt uerissimum sit Gal. theorema, ni-
hil sumptum & admotum uires habere easdem, sed quædam
genere etiam contrarias, alia maioris & minoris tantum ra
Li.3.tem per. tione, ut in methodo cõponẽdi medic. probauimus. Quod
symptoma, uenarum scilicet apertionẽ, si aloe facit per se,
ut Mesues uelle uidetur, aut per humorum acrium uacuatio
nem, qui intestini recti finem mordeant, & calfaciãt, quod
& medicamentis melanogogis Gale. tribuit aphor. 47. lib.
6. id quia longiore eget oratione. in pſens omitto. Aloẽ suc
cotrinam Aui. & Mes. præferũt, Dios. & Halyab. hepaticã.

ALOES HISTORIA EX DIOSCORIDE.

ALoe folium habet scyllę persimile, crassum, pingue,
modicè latum, rotũdum, ex obliquo striatum, utrin-
que autem habet foliorum latera spinis molliter e-
minentibus, minutisque referta. Caulem emittit an
therico similem, florem uerò album, & fructum hastulæ re-
giæ persimilem. graui tota est odore, & gustanti amarissi-
ma. Radix eius una est, instar pali humi defixa.



E De Aloe. Cap. I.

ALoe est de melioribus & sublimioribus medicinis
habens prærogatiuam supra alias medicinas. Quan
quã. n. intentio solutiui secũdum plurimum sit debi-
litare uirtutes, & membra, quæ sunt mineræ uirtutum, & af
ferre eis nocumentum propter illud quod diximus, cadit
hæc intentio ab aloe. Non solum enim non nocet, sed inue-
nitur ad confortationem membrorum debilium addere, &
ad redditionem eorum in proprias uirtutes conferre, neq;
ad aliud nisi ad unum uidetur nociuum.† [a] Aperit. n. orificia
uenarum apertione sanguinem manare faciente. Et ipse est
aliarum medicinarum rectificator bonus. Mixtus. n. cum ip-
sis, & proprie cum eis, quæ solutionem faciunt dissoluendo
medicinas ipsas rectificat & nocumenta earum remouet. Et
neque expoliãdæ sunt à permixtione eius cũ ipsis, est enim
regulans & rectificans eas, & illud ideo, quoniam ex parte
substantiæ suæ, opponitur subtilitati & acumini earum. Et
ex parte sui effectus eas in soluendo iuuat. Et ex parte pro-
prietatis suæ quod de ipsarum malitia, est in membra facile
F imprimi remouet, ipsum tamen in se est tardæ solutionis.

ELECTIO.† [b] Aliud est, quod fit in Succutri. Aliud ĩ Per
sia. Aliud in Armenia. Aliud in Arabia. Et melius ex eis
est Succutrinum. Post illud Persicum. Deinde Armenicũ.
Et deterius est Arabicum. Verificatores autem in quinque
proprietatibus laudauerunt perfectũ aloen in colore, odo-
re, sapore, pondere, & substantia, cum conditionibus in ip-
sis.† [c] In colore quoq; ut sit coloris citrini declinantis ad ru
bedinẽ in qua sit claritas. [d] Et si est in eo dẽsitas cum colore
hoc, sicut est color hepatis declinauit eius bonitas ab illo
quod est clarum. Et oportet, ut sit odoris boni proprij non
extranei acquisiti per adulterium. Et sapor eius secundum
conuenientiorem modum considerationis eius, debet senti
ri in primo gustu dulce, declinans ad amaritudinẽ. & sit pon
dere leue & quanto est leuius tanto melius, & sit in substan
tia sua tenerum, habile ad frangendum, & quantocunq; est
ab his proprietatibus remotius tanto deterius. [e] Antiquum
autem denigrat tempus. Et tua interest cognoscere quòd
in ipso cadit de adulteratione. Sophistæ enim lauant ipsum
G lotione, qua partes eius immundæ, & crassæ separãtur. De-
inde lauant in aqua maris & pauci croci lotionibus pluri-
bus. Deinde permittunt exiccari, acquirentes ei per hoc lu
ciditatem & colorem citrinum & odorem bonum. Verum
odor eius deoccultat fallaciam.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Est autem cõ
plexionis calidæ in secundo gradu, sicce in tertio, & est exic
catiuum sine mordicatione. Consumptiuum superfluitatũ,
& præseruans à putrefactione, & cum hoc sit ei proprium,
† aperit tamen orificia uenarum [f] & † dicunt quidam quòd
lædit hepar aliquando ipsum, & uidetur, quòd illud sit pro-
pter apertionem quam efficit in uenis. Verum rectificatio
acquirit ei, ut conferat hepati. & in aloe quidem loto mino
ratur solutio, & additur ei ut sit † [g] stomachi cõfortatiuum.
In non loto uerò est econtrarie, & [h] etiam † mixtum cũ [i] mel
le est minoris solutionis, & minoris attractionis, & ẽ maio-
ris abstersionis partium, per quas illi est transitus.

RECTIFICATIO † Tria sunt in eo in quibus cadit cor
rectio, quoniam est de tarde solutionem facientibus [i] quare
H oportet, ut sumens ipsum cibari differat. Et quia sua ope-
ratio non multum extenditur in corpore. [k] † Vix enim per
transit hepar nisi in quantitate exuberet. Et quia uenarum
orificia apertione sanguinem spargẽte aperit, & nos obuia-
uimus his tripliciter rectificando ipsum. Acquirimus. n. ei
citam & facilem operationem cum speciebus alefanginis
subtilibus & acumen habentibus: sicut uerbi gratia, cũ ma-
ce, nuce muscata, cinnamomo, spica, calamo aromatico, cu
bebe, schinãtho, assaro, mastice, caryophylis, de quibus par-
tes æquales, & croci pars media, bulliant in sextuplo earum
aquæ, usq; ad tertiam eius cum facilitate, & accipe pro qua
libet libra illius aquæ aloes. ℥. vi. & permitte siccari in um-
bra prius, & perfice exiccationem eius in sole. Quidam au-
tem ex bene rectificantibus faciunt simile cum speciebus
pigrę Gal. Citat enim eius operationem, hyssopus, cinna-
momum, & casia, & quidam dant infusionem aloes in aqua
specierum, & citatur effectus eius, & acquirimus ei ut extẽ
datur

datur operatio eius ad partes remotas cum rebus quæ ad-
dunt ad uigorem eius: sicut colocynthis proprie, & turbith
& similia, addantur in aqua specierũ, & fiat ut diximus. Aut
fiat illud in aqua casei. Aut fiant ex eis trochisci & pilulæ.
Aut cadant ea cum eo in confectionibus simul. Remoue-
mus autem ab eo nocumentum, quod imprimit in uenas, re
ctificando ipsum cum administratione bdellij cum eo, aut
tragacanthi, aut masticis, & similium. In aloe autẽ est quod
elongatum est, & declinat à proprietatibus bonis, magnifi-
cantur hęc tria, quæ diximus. [l] & adhuc etiam est conturbati
uum faciens dolorem uentris, & nocens stomacho, & hepa-
ti, & soluendo imprimit laborem in stomacho & uisceribus
& aliquando uirtus eius remanet in eis, & facit in solutio-
ne exire sanguinem, & est maxime nocens hæmorrhoidi-
bus & ano. & nos rectificamus huiusmodi lauando lotione
qua partium immundarum fiat abstersio & infundendo in
aquis specierum & adiungendo ei quæ cito lubricationem
faciunt. Et nihil est tam magnificum ex rectificatoribus, si-
cut bdellium, & tragacãthũ. Et si super ipsum bibatur aqua
hordei cũ oleo nucum, aut decoctionis passularũ aut aqua
tepida, & mel transmittit audaciam eius à corpore.

POSSE. [m] † Solutione educit choleram & phlegma [n] &
mundificat caput ab eis, & stomachum. Et confert iuuamen
tum magnum doloribus eorum. Et confert inflammationi
stomachi & siti, & doloribus eius ex cholera factis. [o] † Et
qui assiduat acceptionem eius diebus continuis, non uidet
in corpore suo, neq; in instrumentis sensuum suorum ægri-
tudinem, quæ non sit habilis sanari. Et præseruat à putrefa-
ctione ita quòd etiam cadauera, & proprie mixtum cũ myr
rha. Mixtum uero cum sanguine draconis & myrrha, sanat
ulcera putrida mala. Exiccat enim sine mordicatione, &
ablutio infusionis eius in uino aut aqua rosata, aut succo fœ
niculi præparato abstergit oculos, & addit in uisum & strin
git lachrimas, & ipsum quidem acuit sensus & rationem &
confert hepati, & aufert hicteritia. [p] Nocet tamen hæ-
morrhoidibus & ano. Quapropter caueant ab eius acce-
ptione patientes læsionem in ipsis.† Caue ergo dare aloen
in temporibus frigidis. Excorticat enim & solutione edu
cit sanguinem.

DOSIS Eius est ab aur. 5. usq; ad. 3. ij. Et infusionibus
ab aureo. i. usq; ad. 3. iij.

ANDREAE MARINI ADNOTATIONES.

ALOES imaginem cum caule, ac floribus, quam antè ui
dere non licuit, dono mihi dedit P. Antonius Michaelius
patritius Venetus, uir integerrimus, deq; medica materia
optimè meritus, qui unà cũ multis alijs præclarissimis her
bis hanc etiam in amenis. suis hortis colit. [a] Aperit orificia
uenarum apertione sanguinem manare faciente) insigni
enim amaritudine extergit, & expurgat, quæ attigit loca,
ob idq; meatus, & oscula uenarum cum mesaræi, tum ani
recludit. quod cum fel taurinum, centaurium, lupinus, o-
robus, elaterium, & alia excellẽter amara, quia amara sunt,
præstare omnium consensu, possint, nulli mirum uideri de-
beret, aloen, quę rerum omnium amarissima est, id ipsum ef
ficere; præsertim cum & Galeni authoritate, & omnium
experimento vulgò iam confirmetur. Galenus enim in lib.
de uenæ sectione, picra, quæ aloes drachmas centum acci-
pit, exhibita menses prouocat, idque alijs medicamentis
non iuuantibus. glande uerò ex eadem, uel ex aloe sola mel
le excepta hæmorrhoidas aperiri. pessarijs autem confe-
ctis menses euocari certius est, quàm ut testimonio indi-
geat; ut interim omittam, quòd quicunque aloen ad aluũ
subducendam frequenter vsurpant, in hæmorrhoidum pro-
fluuium, cruciatumq; ferè incidunt. At uerò ab aloe san-
guinem undecunq; erumpentem supprimi, ueteres græ-
ci uoluere, quod cum huic sententiæ planè contrarium vi-
deretur, viris alioqui doctiss. deq; re medica benemeritis
occasionem Mesuæ carpendi dedit; quibus tamen faci-
lè (mea quidem sententia) satisfieri potest. quippè cum
aloe utrunque munus, claudendi scilicet, atque aperiendi
uarijs facultatibus obeat: diuersis tamen locis, temporibus,
ac ratione; amaritudo enim aperit, stipticitas autẽ adstrin-
git, ac supprimit, magis tamen illa aperit, quàm hæc adstrin

A gat, quia stipticitatem in aloe longè superat amaritudo. de-
inde uerò celerius aperit igneis partibus, quàm terreis ad-
stringat. hũc accedit ꝙ amaritudinis uis ad remotiores,
quàm adstrictio, partes peruenit, quare mariscas recludere
promptius quàm supprimere consueuit, uix enim eò per-
tingit adstrictoria facultas. secus uerò mesaraicis contin-
git, quæ sicuti promptè aperiuntur ab aloe, ita clauduntur
facilè, quòd amaritudinis uim non longè post stipticitas
eousque subsequatur, eadem uentriculum firmat, ac robo
rat, quem ante amaritudo insigniter læserat. aperit igitur
aloe uenarum oscula (ut Mesues censuit) eademq; claudit
facultatibus uarijs, diuersaq; ratione. sanguinem uerò per
petuò supprimit (ut ueteres existimauerũt) exterius apposi
ta, ubi stipticitas cum emplastica substãtia amaritudinis ui-
res excellit. Quæ si aduersarij uoluissent animaduertere,
intellexissent profectò parũ firmas esse suas aduersus Me-
suem rationes. esto enim, ut aloe oscula uenarum aperta
claudere, sanguinemque supprimere possit, non sequitur ta
men ex eo non aperiri eadẽ. quippè corpus simplex aloe nõ
B est, ut dixi, sed mistum, uarijsq; cum constet qualitatibus ua
ria, atque adeò contraria effecta edere potest, claudere sci-
licet, & aperire, aluum subducere, eãdemq; sistere. id quod
Galenus ante Mesuem sæpè, ac luculenter edocuit. Diosco
rides uerò sanguinis reiectiones aloe curat nõ simplici, sed
ex aqua, quæ amarorem infringit, adstrictoriãq; excitat fa-
cultatem, ut interim taceã drachmæ mensuram ab eo pro-
pinari, quæ à natiuo calore superari facile potest, sicuti ma-
ior quantitas, quæ laxandi causa exhibetur, eundem uincit.
ueruntamen huius uiri authoritas apud Galenum tanti nõ
fuit, ut amara sanguinem spuentibus exhibuerit, cum ratio-
ne intelligeret, atque experimento non modo non sisti, sed
prouocari potius amaro sapore sanguinis reiectiones. por-
rò autem emplastrum illud Galenicum ex aloe, thure, &
oui albumine Mesuæ non aduersatur. sistit enim erumpen-
tem sanguinem, non solum ui aloes adstrictoria, sed etiam
thuris, et albuminis, atque adeò etiam aloes ipsius empla-
stica, & infarctoria, quas facultates aloes caliditas ad fundũ
perducit. hũc accedit quòd iis ipsis amaritudo frangitur,
C & aquea albuminis humiditate temperatur. adde & illud,
exterius admotam aloen magis adstringere, quàm aperire,
Galeni decreto, minusq; quàm intus assumptam deterge-
re. Iam uerò quid illis facias, qui ut Mesuẽ ab istorum ca-
lumniis tueantur ad cæcam proprietatem cõfugiunt, à qua
primò, & per se uenas aperiri contendunt? Si enim ignota,
obscuraq: proprietas est, ideoq; nulla arte, sed solo experi-
mẽto perceptibilis, quo pacto causa primò, & per se huius
effectus ęstimati poterit? Hæc pluribus fortasse, quàm insti
tutum postularet peregimus, ut intelligeretur sarracenos
medicos prorsus non esse contẽnendos, qui ut multa, tem-
porum iniuria ineptè dixerint: quãplurima certè ingenio-
sè arti medicæ addidere. si quis uerò plura ea de re scire cu
pit, is legat Victoris Trincauellij summi in omni scientia
uiri, magniq, in Academia Patauina Archiatri opus inte-
grũ de usu medicamentorum purgantium, quod propediẽ
est editurus. [b] Aliud est quod fit in Succutri) Succuir urbs
est amplissima in regno sinarũ tãguth uulgò uocato, in qua
nascuntur optima cum aloe, tum rheon, quæ ueteres indica
uocauere. triplex autem aloes genus, etiam hac tempestate
D ad nos aduehitur ex Syria, & Mẽphi. Succotrina uulgò ad
huc uocata, (quàm Succuir urbs colligit) hepatica, & cabal
lina. Succotrina colore ruffo ad flauum uergente, lucidoq;
prædita est, aridissima, friabilis, non mollis, aut humida. op
tima habetur, quæ ex Memphi exportatur. Impostores ea
obducunt lapides, sexcentaq; ponderosa excrementa, quæ
pro succotrina aloe incautis mercatoribus uendunt. quare
summa cautio est, globos, atque utres diuidere, antequam
emas. Hepatica colorem habet iecoris, unde nomen sorti-
tur; arida est ipsa quoq;, friabilis, & pura ab omni labe. quę
si tundatur flaua conspicitur. caballina utuntur ij, qui co-
ria pingunt, nigra est, ac lucida picis in morem. [c] In colo-
re quoq;.) hæc est uera aloe succotrina. [d] Et si est in eo den
sitas cũ colore hoc sicut est color hepatis, declinauit eius
bonitas ab eo quod est clarum) ita restituimus hãc periodũ
ex nostro manuscripto, quæ lectio perspicua est, & rei ipsi
consen-

consentiens.loquitur autem de hepatica,quæ secundum bo
nitatis locum obtinet. [e] Antiquum autem denigrat tem-
pus)hanc puto caballinam esse. [f] Et dicunt quidam quòd
lædit hepar)unus ex ijs fuit Auicenna, cui Mesues inuitus
assentitur, idque cum conditione,si enim hoc uerum est(in
quit)ex accidenti contingit,non ab ipsa aloes natura,quòd
scilicet uenarum mesaræi uenas aperiat,ac sanguinem euo-
cet,quo fluente iecur imbecillum redditur,alioqui non mi-
nus,quàm absinthium, cum adstringendo, tū tergendo pro
dest. [g] Stomachi confortatiuum) Non id Fuchsius (opi-
nor)animaduertit,cum seriò affirmet aloen stomacho no-
xiā esse Mesuem dicere,quod huic sentētię est omninò cō-
trarium.Sanè Galenus medicamen stomacho gratum di-
xit,quia cum adstrictione medetur,hoc est excrementa de-
terget,& deinde roborat. [h] Et etiam mixtum cum melle
est minoris solutionis)ignea cuiusq; medicamenti facultas
lentoris interuentu incrassatur,frangiturq;, uel lotione tē-
peratur,cum autem exoluentia pharmaca tantum soluant,
quantum ignis habent,rectè Mesues aloen dixit uel lotam ,
uel melli admixtam minus soluere,minusq; attrahere , cæ-
terum quantum solutionis mel adimit,tantum addit abster-
sionis,quocircà ualentius cum melle detergit , quàm si sola
exhibeatur,quippè mellis abstersio aloes abstersioni addi-
ta eam auget,deterget autem obuios quosq; humores, præ
sertim tenues,ex ijs uisceribus,per quæ permeat. quam ob
rem(inquit Mesues) maioris est abstersionis partium per
quas illi est transitus,id quod uoluit etiam Galenus.7 .Me-
thodi,ubi hieram mellē exceptam magis subducere scribit,
putauit enim(quòd & nos arbitramur) aloen nulla ui alia,
prēterquam detersoria subducere,neq; ullum humorum ha
bere delectum,quod paulò post dicetur à nobis opportunè.
In hac sententia Dioscoridem quoq; fuisse inde constat, ꝙ
cum rhesina,aut melle ad eundem usum aloen præbet , id
quod de Plinio similiter dici potest, qui cum mellis deco-
cto,uel terebenthina ex aloe pilulas exhibet . frustra igitur
litigāt aduersarij cum idem,quod Mesues noster, planè sen
tiant.Nam experientia,in qua præcipuè nituntur detersio-
ni potius,quàm solutioni refertur accepta, ratio uerò eidē
adstipulatur,cui ueterum ēt græcorū authoritas consentit.
Quare neq; rō,neq;authoritas,neq; experiētia , qđ Manar
dus uoluit,Mesuæ aduersantur. [i] Quare oportet ut ipsum
sumens cibari differat):alioqui alimentorum humiditate a-
maritudo aloes frangitur,quæ tergendo laxat.uerùm fæces
deiicit clemēter admodum paulò ante cibum assumpta cū
amaritudine irritando,ac leuiter tergendo, tum uerò etiā
adstrictoria ui fortasse comprimendo. excrementa autem
ex uisceribus longo ante cibum tempore deglutita euo-
cat. [k] Vix enim pertransit hepar, nisi in quantitate exube
ret)amara enim omnia naturæ sunt ingrata , alendoq; cor
pori inepta.quare non attrahuntur à membris , quicquid
autem in uenas penetrat,id uel naturæ similitudine attrahi
tur,uel acri,ac tenui substantia uiā sibi sternit , ac permeat,
quorum neutrum aloe habet. [l] Et adhuc etiam est contur-
batiuum,faciens dolorem uentris,& nocens stomacho , &
hepati.)Aloe quamuis bona,notisq; optimis insignita tria
habet uitia , quæ an tea Mesues recensuit , praua uerò præ-
ter ea tria,his quoq; prædita est,quæ hoc loco narrat.uiden
tur autem omnia uel ab insigni amaritudine cum terrenis
recrementis pendere , uel ab eiusdem imbecillitate , quo
circa uitia illa corrigit cum abluendo , tum aromatum de-
cocto macerando,seu(ut uocant) nutriendo.Illud amaritu
dinem remittit,& excrementa aufert, hoc laxandi uim au-
get,quæ à lenientibus quoq; augetur sicuti à bdellio,& tra
gacantha,& hæc quidem non modo ratione . sed etiam ex-
perimento quotidiano comprobantur.Fuchsius uerò acer-
bus nimium nostri Mesuæ hostis quærit etiam hoc loco no
dum in scirpo,eum enim falsò accusat , quasi dixerit aloen
simpliciter stomacho,& hepati noxiam esse, quippè nemo
est tam rudis,quin intelligat prauę hæc uitia,non omni sim
pliciter aloe adscribi.uerum ne bonam quidem stomacho
gratam,utilemue absolutè (ni fallor) est pronunciandum ,
nam quatenus quidem adstringit uentriculo prodest , qua-
tenus uerò amara eidem est noxia,magis autem amara est,
quàm adstringens,sensu ipso,& Galeno testibus . itaq; sto-
E macho plus obest amaritudine, quàm adstrictione prosit ;
atq; hanc puto fuisse causam cur aloen abluerent ueteres,
qui enim stomacho gratificari uoluerit , is amaritudinē mi-
nuat est necessum,quod lotione perficitur : qui uerò etiam
subducere aluum cupit,is non lotam adhibeat , nam dum
subducit stomacho est ingrata , & intestinis, aliàs non sub-
duceret.dum roborat est grata,quæ si aduersarij ad memo-
riam reuocassent in Mesuem nostrum non tam acriter in
uecti fuissent . siue igitur de praua aloe cum Mesue loquā-
tur,siue de bona ipsa cum ratione,Galeniq; testimonio sto
macho noxiam esse utranq; intelligent. [m] Solutione edu
cit choleram,& phlegma)non solum hos à uentriculo , &
intestinis,sed & fæces educit, unde ἐκκοπρωτική à Galeno
nuncupatur.præstat uerò id muneris tergente insigni ama-
ritudine,quæ tantum tamen extergit,quantum attingit,nō
trahit autem ui purgatoria hos humores,ut Mesues uoluis
se uidetur,si enim formæ uirtute id efficit ipsius Mesuæ de-
creto,binos succos specie diuersos trahere nullo modo po
test,alioqui aloes formæ plures essent,non una , quippè ab
F uno,ut unum,specie diuersa proficisci nequeunt.si uerò ob
insignem offensionem à primis,& secundis qualitatibus or-
tam purgatio fit,ut nos arbitramur, ne sic quidem purgato
riam uim aloe habebit,quando eius caliditas iecur non at-
tingit, Galeno authore,nisi magna eius copia deuoretur ,
quæ tū iecoris,& mesaræi ambitum non transgreditur,cum
purgantia medicamenta è uenis habitus similes sibi succos
trahere consueuerint,idq; quamuis in uentriculo, aut inte
stinis hęreāt,eximijs tantum suis qualitatibus intimos quos
que corporis tubulos penetrantibus. [n] Et mundificat ca-
put ab eis,& stomachum.)hunc quidem perse excrementa
uacuando,illud uerò per accidens, ob scilicet humoris ua-
cuati successionem,cætera ex ipsa excrementorum uacua-
tione sequuntur. [o] Et qui assiduat aceptionem eius)loqui
tur de corporibus neutris,quæ perpetuò excrementa colli
gunt,unde frequentes oriuntur morbi, nam sanis non mo-
do aloe,sed uniuersa etiam medicamenta incommodant.cū
igitur aloe fæces , reliquaq; nutrientium membrorum ex-
crementa commodè uacuet, ea corpora à magnis morbis
G præseruat , qui magna ex parte ab humorum uel copia , uel
prauitate oriri consueuerunt.uel saltē ita afficit , ut ab iis ,
in quos labuntur facilè sanentur.siue igitur senes, seu iuue-
nes fuerint ita affecti , aloe ijs (non dissentiente Galeno)
commoda ob has causas erit. [p] Et confert hepati. & aufert
icteritiā)quod si Leonardus Fuchsius uoluisset animaduer
tere,haud scio an in uirum doctū, tam àcerbus fuisset:aper
tè enim aloen iecori prodesse confitetur, quod tamen Fu-
chsius ab eodem negatum constanter asseuerat . [q] Nocet
tamen hæmorrhoidibus)pulchra sæpius repetita , authore
Platone,non modo iuuant,uerum etiam delectant.Notatu
autem pulcherrimum,atque dignissimum Mesuæ uisum est
aloen,quæ alioqui sanguinem antiquis medicis undecunq;
erumpentem sistit,è uenis ani eundem prouocare.quare mi
rum cuiquā uideri non debet,si hoc sæpe repetit bonus Me
sues,simulque hæmorrhoide laborantibus aloes usum inter
dicit,præsertim uerò in frigidis temporum constitutioni-
bus,in quibus fluxus ille,ob frigoris expressionem uigere
maximè solet.non uetat autem iis aloes usum in magno æ-
H stu quòd nemo fit ferè , qui nesciat ea tempestate ab aloë ,
cæterisque abstinendum pharmacis calidioribus,tum præ
terea haud ita frequenter eo tempore fluunt marisçę,quip-
pè serosi,ac tenues humores,qui eius fluxionis ferè sunt au
thores,difflantur,alioq; conuertūtur.Neq; omnibus aloës
usum frigidis in temporibus prohibet, aut in calidis conce
dit,ut Manardus interpretatur, sed iis qui hæmorrhoidum
fluorem subuerētur , cum enim sponte per eos temporum
status prorumpant,longè facilius ab aloë stimulatæ fluent ,
irritat autem tunc magis, quòd à maiori natiuo calore exa
cuitur,ita ut serosos humores educens,osculaque ualenter
extergens,sanguinem unà quoq; interim trahat.

IOANNIS MANARDI FERRARIENSIS ANNOTATIO.

De Aloe.

APERIT orificia uenarum.) Hoc non dicunt antiqui,
sed contrarium potius:dicit enim Dioscorides , quod san-
guinem sistit per ora uenarum ani manantem,& Plin. unde
cunq;

cunq; fluentē.Dicēdum igitur,si aperit,eo id facere , quod
acres humores mouet,ut ex Galeno colligitur lib. 6. Aph.
47.nec esse hoc ei magis peculiare,quàm cæteris purgato-
rijs medicinis:imò fortè id minus facit quam reliqua , quæ
astringendi uim purgatoriæ coniunctam non habent. Verū
Mesue hoc sumpsit ab Auicen. Scio tamen quid pro utroq;
dici possit,sed sat sit nunc locum signasse. ELECTIO aliud
est quod fit in Sucutri & reliq.) Ait Diosc. in India pluri-
mam generari,& in Asia,Arabia maritimisq; quibusdam lo
cis ac Insulis,ut Andro.Gal.in Syria non bona, in Cœlesy
ria,& Arabia melior,in India optima. IN colore quoque,
ut sit coloris citrini.) eligit Diosc.subflauam,resplendentē,
non lapidosam aut arenosam.Et sapor eius declinās ad ama
ritudinem.) Gal.saporis esse dicit parum adstringentis, &
multum amari.Quòd præter Gal.authoritatem , ipse quoq;
sensus demonstrat.In substantia tenerum.) facile humesce
re eam quæ bona sit, ait Diosc. EST autem complexionis
calidæ in secundo.)Calidam in primo ordine extento , uel
secundo remisso,dicit Gal. APERIT orificia uenarum.)
Cum scribat Diosc.quod arcet sputum sanguinis, negare ui
detur quod ora uenarum aperiat. ET dicunt quidam quod
lædit hepar.) Dixit hoc Auicenna cui parum in hac parte
credendum est sapore eius,& antiquis authoribus , contra-
rium potius attestantibus, nisi calidum uel siccum supra mo
dum hepar intelligamus. STOMACHI cōfortatiuum.)
Tantum in hoc ei tribuit Galenus ut nulli cedere medica-
mini dicat,maxime si lota fuerit. ET mixtum cum melle,
est minoris solutionis.) Maioris potius, ut ratio,authori-
tas, & experientia contestantur. VIX pertransit hepar.)
Si quantitate exuperet,ad hepar usq; attingit,inquit Gale-
nus:non tamen totum corpus euacuat, nisi ualde multa de-
tur, ait Paulus. TRIA sunt in eo ī quibus cadit correctio.)
Adde ex Gal.quod nocet temperaturæ uentriculi calidæ &
siccæ,& ei quoq; siccæ quæ cum frigiditate ad taben ducit.
SOLVTIONE educit choleram & phlegma.) Probè intel
lige:siquidem crassos humores,etiam qui sint in uentriculo,
trahere ob imbecillatem nequit,Galeno teste:sed bili & hu
miditatibus quas uentriculus imbibit optimè facit. Pau.Da
tur quibus caput graue est,lippientibus,siticulosis,imagina-
bundis in somno, absq; febre horroribus acres inflationes
excernentibus,morsum in intestinis patientibus: atq; uētri-
culi incendium. ET qui assiduat acceptionem eius diebus
continuis,non uidebit in corpore suo ægritudinem quæ nō
sit habilis.)Ne quid dicam de iuuenibus interim , certè se-
nes,si Galeno magis quàm huic uiro crediderint , non nisi
magna urgente necessitate,Aloe utentur. CAVE ergo da-
re aloen in temporibus frigidis .) Cauenda mihi magis ui-
detur temporibus calidis,cum sit ut tu scribis , calida & sic-
ca in secundo ordine,& calidæ & siccæ noceat temperatu-
ræ,ut superius notatum est:nisi fortè quia bilem uacuat,quę
hyeme non abundat,ideo eo tempore danda non sit.

(loe he- | ir nō læ | t.) (loe lota | ōm mi- | confor | r.) (Aloe ob | nbecilli | tē craſ- | s humo | s nō pur | ir.) (enes nō | uto Aloe | tuntur. | auenda | loe cali | s tempo | ibus.)

De myrobalanis,citrinis,nigris,& Indis. Cap. 2.

(YL. | lyrobala | us.i. vn- | uentaria | ans. | Hæc aūt | a quin- | e Græ- | s indi- | ,pomo | m aut | unorū | nerisve | us sunt | am glā | um.)

MYrobalani,citreæ,nigræ, cepulæ , eiusdem arboris
fructus quibusdam uidentur , ut immaturi sint ci-
treæ,maturi nigræ . Cumq; arbor ea his autoribus
sit bifera:primi partus sunt citreæ & nigræ, secūdi
uero cepulę.Alijs diuersarum arborum fructus uidentur,id
que creditur,quod eorum facultates,& opera uariant . Sūt
autem etiam hæ medicamenta benigna. Tātum enim abest ,
ut purgando uires deijciant,ut etiam cor,uentriculum, he-
par,corpusque reliquum confirment , cogendoq; in unum
roborent,qua re unica his incommodant , qui sunt obstru-
ctionibus obnoxij,has enim excitant.Prǽterea medicamen
tis acribus,& purgando exoluentibus,ut scammonio perfe
cte corrigendis recte miscentur,sed huic præsertim citrinæ
sunt miscendæ.Id enim contraria tum substantia, tum quali
tate frangit,& purgationem iuuat. Citrinæ autem colore
sunt multum citrino,in uiridem inclinante,graues,quia ma
gnæ,& carne multa densa,si frangitur gūmosa, osse exiguo .
Cepulæ subnigræ in rubrum inclinantes, quo maiores , eo
meliores,carne multa , ob hæc etiam graues , adeo ut aqua
mergantur.Indæ sunt nigræ,magnæ,carne densa, graues ,ta
men exosses.A quibus notis quo harum singulæ absunt lon
gius,eo sunt deteriores, hæ autem omnes sunt frigidæ pri-

(Tpatur | facul- | . Chry | balanus)

A mo gradu , siccæ secundo . Siccando enim excrementa par-
tium putrida ualenter absumunt,mollesq; partes & laxas du
rant,& densant,multaq; adstrictione cogunt . Cor, stoma-
chum,reliquumq; uentriculum,& hepar roborant,quapro-
pter exhilarant,colorem cutis,odorem oris,& sudoris com
mendant,corpus floridum & iuuenile diu tuentur , tremori
cordis conferunt , hæmorrhoidibus commodant . Purgant
uētriculum bile,ab eaq; tertianam, & reliquas febres bilio-
sas & ardorē extingunt,præsertim citrinæ. Hæ enim præter
cæteras sunt cholagogæ, ob id calidis & biliosis naturis salu
bres.Eædem omphacio, uel aqua rosarum , uel succo fœni-
culi maceratæ,confricatæ,oculum tergent,intemperiē eius
calidam auferunt . Earum quoq; puluis tenuissimus , per se
quidem delachrymationem stringit, oculū ab humore mul-
to laxiorem iuuat,cum mastiche uero,ulcera siccādo sanat .
Cepulæ uero sunt phlegmagogæ, uentriculum purgant , &
roborant,rationalem animæ partem uegetāt,uisum q; & sen-
sus aliosq; acuūt,præsertim conditæ,hydropi & febribus diu
turnis conducunt.Nigræ melancholiam purgant , & bilem
B ustam,tremori,tristitiæ,lepræ,quartanæ, & cæteris affecti-
bus melancholicis prosunt , coloremq; cutis uiuidum effi-
ciunt . Quia uero dictæ myrobalani omnes obstructionem
prompte excitant , in corpore obstructioni opportuno , &
uillis uentriculi,& intestinorum facile adhærentes, ceu ru-
gis quibusdam ea exasperant,non dentur obstructioni ob-
noxiis,alijs uero dentur cum diureticis, uel infusæ sero la-
ctis,uel succo fumariæ,uel cum absinthio,agarico,rhabarba
ro,spica nardi.Oleo autem amygdalarum dulcium , uel ro-
sato,uel uiolato,uel sesamino imbutæ & confricatæ , uel cū
amygdalis dulcibus,aut uuis passis, aut harum melle tritæ ,
uel cum cassia,uel manna,uel tamarindis , uel uiolis condi-
tis,uel alio leniente medicamento sumptæ, uentriculum &
intestina leniunt,& cito per ea lubricant , etiam si quibusdā
aliter uisum est,neque amplius his adhærent , aut rugas in-
ducunt.Hæc uero ipsarum incommoda sic emendabis, & sa
porem deliquatū acquires.Tritas æstate merges oleo amyg
dalarum dulcium,confricabis, & lubricas reddes in umbra,
siccabis sole,affusoq; identidem oleo confricabis , idq; tri-
C duo cum feceris,altero deinde triduo aqua saccharata , uel
sero lactis parum saccharato,aliquandiu mersas, in sole ite-
rum siccabis, affusoq; frequenter eodem liquore confrica-
bis,coges in trochiscos,in umbra siccabis . Alii ipsarum tri-
tarum partem unam diebus.8. macerant sero lactis caprini,
in uase uitreo oris angusti,deinde semel feruefaciunt , ma-
nibus confricant,colant,aqua deinde siccata trochiscos,uel
catapotia fingunt.Hisq; addunt nonnulli medicamenta pur-
gantia benigna . Hæc uel illa pro scopis & indicationibus
uariis.Datur citrinarum tritarum puluis à,ʒ.ii.ad ʒ.v,mace
ratarum uero expressum à.ʒ.v.ad drach. xx. Indarum & ce-
pularum puluis à ʒ .ii.ad.ʒ.iiii.expressum infusarum à ʒ.iiii.
ad.ʒ.x.Ne sume flante borea, & his sumptis , piscibus absti-
ne. Veruntamen harum decoctum prōptius , & ualentius
obstruit,quam maceratarum expressum.Assæ item ipsæ mi-
nus purgant,potentius constipant,& adstringunt,& his ma
gis ustæ.Harum quoq; tritarum puluis quo tenuior , eo ue-
hementius adstringit,maceratarum uero expressum,minus
adstringit,omnium maxime purgat.Ob id eas infundimus ,
D quando solam uacuationem expetimus . Cepulæ uero con-
ditæ purgant quidem minus , partes nutritorias roborant
magis,non conditæ contra . Condiuntur autem uel recen-
tes,si harum est facultas,uel siccæ, sed industria humectatæ .
Recentes quidem,densæ,stylo confixæ , postea igni lēto co
ctæ,quantum sufficit,aqua deinde expressa,uno die super ta
bulam siccantur,post mulsa biduo macerantur,igni lēto per
coquuntur,uase uitreo reconduntur , post sex menses uten-
dæ.si uero siccæ sint,aqua sub sole dies octo macerētur,dein
de in dolio,uel alio uase magno, uel fossa in arenis humidis
tertio quoq; die mutandis secretas,identidem aqua irriga-
bis,donec tumefiant,reliqua ut prius persequere.

(Galeni cū calore digerat, esse nequit myrobalanus citrina.) (Castigatio.) (Electariū alharil prę us idē habet in Antidotario.) (Id repetet in cōditis)

ANDRAEAS MARINVS.

[a] De Mirabolanis.

[a] RECENTIORES medici, quibus eo nomine multum de-
bet ars medica,ꝙ purius, castiusq; quā antea loquāt, dum
in

in oĩbus puritatẽ affectãt,ĩ uitiũ improprietatis,& æquiuocationis labũtur,quod in hoc Meſuæ capite fecerũt. Nam mirabolanorũ nomen ſuperioribus medicis uſitatũ, ut minus latinũ effugere uolentes,in myrobalanũ græcã uocẽ incidere,quæ uox latinis unguentariã glandẽ ſignificat, cum qua nihil ſimile habent mirabolani à Meſue deſcripti, neq; figura,neq; colore,neq; facultate. Ab eo errore magnorũ uirorũ hallucinatiões ortas eſſe puto, qui è nomine ſuſpicati ſunt Galenũ inter remedia eorũ aliqñ meminiſſe, quamuis propriũ de iis caput non deſcripſerit,& chryſobalanum ab eo lib.8.medica.ſecũd loca noiatam ad mirabolanorum ſpeciem quandã referre uidentur,in quo quàm ſint decepti alii ante nos oſtenderunt.Tutius ergo (mea quidẽ ſententia)interdũ eſt rectè de rebus ſentientẽ minus eleganter loqui,quàm dũ nimiã ſermonis puritatẽ affectamus in rebus turpiter labi.id quod ob eã cãm dixiſſe uolui,ut oſtenderẽ, cur contra recentiorũ decreta caput hoc de mirabolanis inſcripſerim.Sanè uerò mirabolanos ſi figurã eorũ reſpicias, ad prunorũ genus dubio procul referes,ſin autẽ & nomen ipſum conſideres indica pruna putabis,nam ad hanc uſque diem prunorum quædã genera olim extera, nunc uerò paſſim indigena uulgus Venetũ mirabolanos uocat, noſe unà cum fructu ab exteris gentibus accepto. Eorũ aũt genera ſunt quinq; natura diſtincta,& diuerſis arboribus orta, quarum figuras,& ſi hactenus ob locorũ diſtantiã medici deſiderarunt,aliquas tñ nunc Dei,& amicorũ beneficio ſtudioſis oſtendã,quas è locupletiſs.P.Antonij.Michaelij patritij Veneti (quem honoris cã nomino) herbario pœnu accepimus.delatas autem audiui ex Perũ,& Hiſpaniola inſula ad Carolum Quintũ Imperatorẽ, ad uiuam effigiem expreſſas.Scribit Pet.Martyr indicæ hiſtorię author,grauis in iis inſulis quas Hiſpani diligentia ſua orbi chriſtiano addidere,mirabolanorum ſyluas reperiri,unde portum quendam ab eorum copia mirabolanum uocitarunt,quem indigenæ cariai antea nominabant.Earum arborum fructus, & folia tantum à noſtris diſtant,quantum regionis ipſa fert natura:omninò tamen figura ſunt conſimiles.

E

INDI

CHEBVLI



F

CITRINI

G

De Mirabolanis citrinis & nigris & indis. Cap. 2.

EXiſtimauerunt quidam quòd myrobalani citrini & nigri & indi & chebuli ſunt ab eadem editi arbore, & quòd citrini ſunt immaturi,& nigri & indi ſunt in quibus iam peruenit complexio & maturatio.Et dixerunt

xerunt quòd arbor eorum eſt de [b] bis ferẽtibus,& quòd citrini ſunt de primo germine,& nigri ſimiliter,chebulos uero germen ſecundũ tulit, [c] & quidam dixerunt quòd de diuerſis naſcuntur arboribus,& eſt illud quod creditur, etenim eorum diuerſæ etiam ſunt operationes.Ipſi quoque de medicinis benedictis ſunt.Non enim debilitant cum ſolutione ſua,immo confortant ſtomachum & proprie uiſcera, & præparant & coadunant partes eorum, & confortãt cor & hepar & corpus totum.Neq; enim niſi ad unum uidẽtur nociui.Acquiritur enim præparatis ad hoc per eos oppilatio,& proprie paratis cadere in ipſas.Sunt autem de perfecte rectificantibus medicinas quæ habent acuitatem & purgant diſſoluendo.Magnifice autem adinuenit qui eos proprie citrinos cum ſcammonea miſcuit. Reprimũt enim eã propter obuiationem ſubſtantiarum,& qualitatem inuicẽ, & eam in ſoluendo iuuant.

A

[d] ELECTIO Citrinos in quinq; proprietatibus laudauerunt ſapientes,in colore ut ſint citrini multę citrinitatis de clinantis ad uiriditatem,& ſint in pondere graues & denſi, & ut in cõfractis ſuis inueniatur ſicut gummoſitas,& ut ſint craſſi, & ut cortex eorum ſit ſpiſſus, denſus, cõplectens oſſa parua.Et laudauerunt chebulos in quatuor proprietatibus ut ſint craſſi, & quanto craſſiores tanto meliores & ſint ſubnigri declinantes ad rubedinem,& ſint graues in põdere citæ ſubuerſionis in aqua,& ſint habentes ſpiſſitudinẽ corticum ſuorum.Nigros quoq; indos in quinq; laudauerunt proprietatibus,Vt ſint nigri & confracti, denſitatẽ habentes ſubſtantiæ, & ſint craſſi & graues, & carentes oſſibus.Quanto autem ab his elongantur proprietatibus tãto ſunt à bonitate remoti.

B

COMPLEXIO ET PROPRIETAS [e] Omnes frigidæ ſunt complexionis in primo gradu,Sicci in ſecũdo, & ſunt exiccatiui & conſumptiui ſuperfluitatum putridarum. Præparatiui & coadunatiui partium, in quibus cecidit laxitas & mollificatio.

RECTIFICATIO. Tria ſunt in eis propter quæ in ipſis cadit correctio.Faciunt enim cadere in oppilationem, & proprie præparatos cadere in illam,& quia facile adhærent in uillis ſtomachi & partibus inteſtinorum, & quia dimittunt ueſtigia corrugationis in ipſis, & nos emendamus quod timetur de eo quod diximus. Primo prohibentes penitus exhibitionem eorum in ipſis, & omnibus paratis cadere in oppilationes,& in non paratis miſcenda ſunt ea cũ ipſis,quæ oppilationem fieri prohibent,ſicut aliqua ex diureticis notis. Et infuſio eorum in aqua caſei remouet hoc nocumentum ab ipſis, & ſuccus fumiterræ ualet ſimiliter, & ſimiliter abſinthium & agaricus & rhabarbarum,& ſpica & ſimilia.Et emẽdamus quod poteſt prouenire de eo quod diximus in ſecundo & tertio,miſcendo cum eis quæ remoueant ab ipſis adhærentiæ intentionem,& acquirant eis lenitatem, ſicut ſi confortentur cum oleo amygdalarum dulcium,aut cum oleo roſaceo,aut cum oleo uiolaceo, aut ſefamino.Aut ſaltem conterantur cum eis amygdalæ dulces. Paſſulæ quoq; & mel earum lenificant eos & confortant operationes eorum,& ſunt proprij iuuamenti cum eis.Simile acquirit eis caſiafiſtula & uiolæ conditæ,& tereniabin,& tamarindi,& ſimilia.Quidam autem dixerunt, quòd nõ eſt bona permixtio eorum cum medicina labificatiua & leniti ua,quoniam operationes eorum in idipſum ſe perimũt.Et ego nõ uideo illud.Immo remouetur ab eis per ipſas adhærentia & corrugatio & acquiritur ſolutio facilis, & ſcito quòd decoctio acquirit eis uehementiorem oppilationem quàm ſola infuſio. Et infuſio minus facit eſſe oppilatiuos quàm coctio,& aſſatio minorat eis ſolutionem faciens ipſos conſtipatiuos plus.Et adhuc magis combuſtio, & contriti quidem plus ſoluunt,plus dimittunt ueſtigia conſtipationis in uiis.Infuſi uero minus faciunt illa.Et infuſio quidem eorum competit quando ſolum quæritur ſolutio,& eorum contritorum exhibitio,quando quæritur conſtipationis impreſsio,& quanto magis conteruntur etiam ut ſint ſicut alchohol,melius celebrabitur illud.Et chebuli quidem conditi minoris quidem ſolutionis ſunt,& maioris confortationis membrorum nutritionis & non conditi faciunt cõtrarium.Modus rectificationis eorum ſatis utilis, acquirẽs

C

eis ſaporem bonum,& emendans quæcũq; timentur de eis, eſt ut ſumatur de myrobalanis contritis quantitas quam uolueris,& ſit hoc in æſtate,& funde ſuper eos olei amygdalarum dulcium quantitatem,qua confricando leniatur in umbra,exiccentur in ſole, & ſemper modice confricando ſuperrorentur oleo,& fiat illud per triduum, deinde denuo per triduum cum aqua zucchari,aut aqua caſei cum pauco zucchari conterantur in ſole,ſemper eos ante modice cũ aqua prædicta rorando deinde fac trochiſcos ex eis, & ſiccentur in umbra. [f] Ec ſunt quidẽ qui ſeparant in eis, quod eſt ſecundum ſpeciem ab eo quod eſt ſecundum materiam, & eſt modus ſolennis. Infundunt enim eos in aqua caſei quæ ſumpta eſt ex capris poſt contritionem eorum, & ponunt ponderis eorum partem unam, & aquæ caſei partes. xij.& ponunt in uaſe uitreo ſtricti orificij, & dimittunt per dies.viii.poſtea decoquunt bullitione una,deinde poſtquã manibus confricauerint colant, & dimittunt aquam illam ſiccari,& faciunt trochiſcos uel pilulas, & ſunt qui addunt cum eis de medicinis benedictis, quas uolunt ſecundum exigentiam intentionis eorũ,& faciũt ſimilia.ℊ Et eſt opus magni magiſterii.

MODVS condiendi chebulos. Accipe ex eis humidis ſi haberi poſſunt,uel humectatis ſecundum artem qua humectari poſſunt quantitatem quam uolueris, & ſtilo pũge eos undique,& decoque eos in aqua cum facilitate, uſque dum ſufficit.Poſt hæc dimitte eos per diem unam ſuper tabulã, & exprime aquam eorum & ſubmerge eos in aqua mellis & per dies duos dimitte eos,tunc decoque eos lente igne, & poſtquàm cocti fuerint reconde eos in uaſe uitreo. da poſt ſex menſes. Ars autem in humectando eos auxiliatur hoc modo.Infundantur in aqua plurima,& exponantur radiis ſolis per dies.viii.deinde accipe magnum uas ſicut dolium uel ſaltem fiat fouea in terra in loco humoroſo, ut inter multam arenam humidam,diſiunctim ſepeliantur ſæpe ac ſæpe aquam deſuper infundendo, & innouando arenam de tertio in tertium diem uſq; dum tumefiant & humectẽtur.Hic erit modus humectationis eorum.

POSSE. Mirabolani ſunt ex rebus quæ faciunt utentes ſe iuueneſcere, & acquirunt eis colorem bonum & bonitatem odoris oris & ſudoris, & generant gaudium & hilaritatem,& confortant ſtomachum,cor & hepar, & cõferunt tremori cordis,& confortant & præparant & mundificant ſtomachum etiam conferũt hęmorrhoidibus, & extinguũt inflammationem choleræ.Sed citrinorum operatio in hoc eſt præcellens [h] Ipſi enim ſolutione educunt eam & conferunt complexiones calidas habentibus. Et eorum fricatio cum aqua acreſtæ,aut aqua roſata,aut ſucco fœniculi abſtergit oculum, & aufert ſupercalefactionem eius, & facto exinde alchol ſtringit lachrymas, & confert mollificationi oculorum & conferunt tertianæ & febribus choleræ, & cõ triti quidem cũ maſtice ſanant ulcera & deſiccant ea. Chebuli quoq; ſolutione ducunt phlegma,& addunt in ratione & clarificant uiſum,& proprie conditi, & mundificant ſtomachum, & confortant ipſum & conferunt hydropiſi [i] & febribus antiquis. Nigri autem in diſſolutione educunt melancholiam & choleram aduſtam,& conferunt melãcholiæ & tremori,& clarificant colorem,& conferunt lepræ, & remouent triſtitiam,& conferunt quartanæ.

D

DOSIS. Potio citrinorum tritorum eſt à. ʒ.ii. uſq; ad.v. & infuſorum à.ʒ.v.uſq; ad.xx.et potio chebulorum tritorum eſt à.ʒ.ii.uſq; ad.iiii.et infuſorum à.ʒ.iiii. uſque ad.xx. potio indorum eſt ſicut chebulorum. Ille autem qui ſumit eos timeat boream ſuperbientem. Et piſces abhorreat.

ANDREAS MARINVS.

[b] EXISTIMAVERVNT quidam (q̃ mirabolani) eius opinionis uidetur quodammodo fuiſſe Auicenna ſarracenorum princeps,quem ſequuntur recentiores quidam. [c] Et quidã dixerunt,(q̃ de diuerſis) in hac ſententia,quę melior eſt,Meſues fuit,& cum eo poſteriores ſarraceni.ex hoc autem loco planè conſtat hunc authorem eandem mirabolanorum notitiam habuiſſe,quam nos hoc tempore eorum ſimpliciũ habemus,quæ ex nouis indiis aduehuntur, ſarzæ.ſ. periliæ uocatæ,ligni guaiacani,cynæ, & conſimilium, quibus ſub. Hiſpanorum fide,quã confirmauit uſus, quotidie utimur.

 [d] Ele-

[d] Electio)Mercatores noſtri chebulos præferunt memphiticos,qui cæteris ſunt longiores,craſsioresq́;,& colore citrino præditi,præſertim uerò recentes, ſubamaros mediocriter aromaticos,atq́; inſigniter pulpoſos . expetuntur recentes,ad annos tamen quadraginta,& eo plus à mercatoribus ſeruari compertum eſt.Citrini eaſdem ferè conditiones habent,præterquàm,ꝙ magis citrini,parui , & breues ſunt quàm chebuli,è Memphi tamen ipſi quoq; exportantur.Nigros pretioſos putant,qui parui ſint,atq; adeò citrinis longè minores,colore nigro, & quorum fruſta ſi dentibus franguntur lucida,perſpicuaq; ſint,ſi deniq; Memphitici fuerint. [e]Omnes frigidæ ſunt complexionis)ſi frigidi primo,ſicci uerò ſecũdo receſſu ſunt mirabolani,quo pacto humores purgabunt,ſi calida ſunt purgantia omnia , qua purgant,authore Galeno.quod ſi comprimendo,aut tergendo id fieri dicat Meſues,illud etiam proculdubio confitebitur tantum eos purgare,quantum contingunt, contingunt autem ea excrementa , quæ in cauitatibus inteſtinorum obuia occurrunt,itaq; ne ſic quidem humores purgabunt mirabolani , ſi modo uera ſunt , quæ de purgantibus initio diximus. [f]Et ſunt quidam,qui ſeparant in eis quod eſt ſecundum ſpeciem,ab eo quod eſt ſecundum materiam.) Adeò clymiſtarum ſtudio fuit hic noſter addictus , ut nullã in hoc opere occaſionem prætermittat,ubi eorum uocatum magiſterium ad artem medicam traducere , & extollere poſsit . id quod hoc loco peropportunè facit, docet enim uiam.ac rationem quã facillimam cœleſtis uirtutis, quàm quintam eſſentiam clymiſtæ uocant,è mirabolanis extrahendæ, quæ ars communis eſt etiam rebus aliis,ſeparant enim ab omnibus quintam eſſentiam,ſeu formam,ſeu ſpeciem, conterentes prius,deinde tempore opportuno liquore aliquo , quẽ menſtruum uocant macerantes,poſtremò menſtruum illud ſi uile eſt, igni lento,ac ſuaui quem ignem balnei dicũt, aut æſtu ſolis euaporant,ſi uerò pretioſum,ut aqua uitæ , acetũ ſtillatitium , oleum ſulphuris,& alia multa id eodẽ balneo, appoſitis uitreis uaſibus extrahunt,atq; in alios uſus reponunt.differunt menſtrua pro ſimplicium macerandorum natura,quibus de rebus chymiſtas ipſos conſules, ſi plura uoles.Nos ea tantum hoc loco ſcribemus, quæ medicis lumẽ aliquod adferre poſſint.Quoties igitur formæ , ſeu quintæ eſſentiæ actionem abſq; materiæ impedimento exoptãt medici,puta bilis atrę,uel pituitæ purgationem,quam uni formæ Meſues cum cæteris arabibus tribuit, tunc ſenæ folia , aut ellebori radices,aut rhabarbarum, ſero caprino macerant,tantiſper dum ex materia formæ uires ſerum educat , non eſt autem id quod educitur res inuiſibilis(ut quiſpiam ſuſpicari poſſet)ſed ſuccus quidam oleoſus,aut potius melleus,qui ſero exhalante relinquitur,ac denſatur.talem nos ſępè ex rheo aqua macerato elicimus,ut ſuo loco dicemus, talem extrahi docet Meſues ex mirabolanis ſero madefactis,qui poſtea etiam in trochiſcos effingitur. eſt autem ſerum medicamentis rarioris ſubſtantiæ menſtruum accommodatum,partium etenim tenuitate facilè penetrat,nitroſitate uerò deterget , & ſubſtantiæ familiaritate attrahit è rebus ſpeciem,quapropter non iniuria infuſionum materiam Meſues ipſum appellat.macerantur tamen commodiſsimè multa quoq; aqua tepida,nonnulla uino, pleraq́; uerò uini ſublimatione , quam aquam ardentem, uel aquam uitæ chymiſtæ uocant,quæ res medicum doctum, & prudentem requirit.uidentur porrò hæc in ore chymiſtarum noua & planè admiranda propter principii, hoc eſt quintæ eſſentiæ,nouitatem,cum tamen res ipſa à ueteribus græcis longè antea fuerit excogitata,& exculta.Docuit enim Dioſcorides in capite de gentiana eius radicis ſuccum extrahere macerando,& coquendo,hoc eſt aquam euaporando,quod quid aliud eſt quàm quintam cum arabibus eſſentiam gentianæ ſeparare?relinquitur enim extracto ſucco mellis perſimili radix terrea, quæ nullam amaritudinem,nullum deniq; ferè habet ſaporem,Græci uerò non cæli uim ſed igneas aereasq; atq;,ut ſumatim dicam,ſubtiliores ſimplicium partes hoc ipſo artificio dicunt ſe ſeparare,ut eorum actio cælerior euadat,ac magis penetret.Debemus itaq; chymiſtis multum,ꝙ medicamẽtorum præparationes,præſertim hãc ipſam quintæ eſſentiæ quam uocant ſeparationem illuſtra-

E uerint,pro quibus eos,etiam ſæpè conſulunt elegantiores medici.At ſui lapidis merum ſomnium,ut maximum imbecillæ mentis ſcandalum abhorrere ſapientis eſt conſilij. Nã præterquam quòd perit res,& fama laborat , à uerò etiam philoſophandi genere homines ſtudium illud longè diſtrahit ,uerum,ut ad inſtitutum propoſitum redeamus , ſi mirabolani tales ſunt , quales Meſues arbitratur, hoc eſt frigidi ac ſicci,ſero macerati liquorem quidem aliquem reddent, qui in trochiſcos uel catapotia poterit efformari, cæterum à primigenia eorũ natura haudquaquã is diſcrepabit , ſed magis fortaſſe quàm terrea ſubſtantia adſtringet partium ſubtilitate intima permeans,quòd ſi etiam aluum ſubducet id uel amaritudine exigua tergendo,uel adſtrictione comprimendo efficiet,ſi uerò etiam purgarent,ut arabes arbitrantur,tum non frigidi,ſed calidi potius mirabolani, quatenus ſaltem purgant,eſſent exiſtimandi.quod cum Archindus eius ſectæ medicus haud obſcurus intelligeret, calidos eſſe affirmauit. [g]Et eſt opus magni magiſterij)opus magni magiſterij uocat artem chymiſticã,quæ uox philoſophis il- F lis eſt apprimè familiaris,diuturnas etenim macerationes, uarias coctiones,& ſpeciei ſeparationem,quas ad opus ſuũ admirandum dirigunt,ſibi ferè adſcribunt. [h]Ipſi enim ſolutione educunt eam)mirabolanos citrinos bilem expurgare putauit Meſues,chebulos pituitam,nigros atram bilem, quorum nullum uerum eſſe opinamur ob cauſas iam dictas, quippè neq; inteſtina excedunt , neque calore idoneo ſunt præditi,ſed inter ἐκκοπρωτικὰ potius medicamenta,quæ fęces , ipſiſq; permiſtam bilem,ac pituitam aquoſam ſubducunt. [i]Et febribus antiquis)ſi ab obſtructionibus uniuerſæ febres putridæ pendent,haud ſcio an iis chebuli poſsint opitulari.eadem eſt quartanarum ratio,quibus nigros prodeſſe putauit.Ex iis prudens medicus colligere facilè poterit,artem medicam mirabolanis omnibus,qui ex India feruntur,abſq; ullo diſpendio carere poſſe,præſertim cum uetuſtate iam exoleti , & carie conſumpti ad nos aduehãtur.

MANARDVS, De Myrobalanis.

Nunc , glandem unguentariam deſignat : res autem ipſæ,ad pomorum potius genus ſpectant.Proprium de eis ca- G put non ſcripſit Dioſ.ſed nec Galenus, licet inter remedia aliquando nominis meminerit . Quare ſanè intelligendum quod ab Auerroe dicitur,Galenum de ijs nõ ſcripſiſſe.Pli. quidem de Myrobalanis loquẽs,rem(ut inferius explicabitur) ab iis diuerſam intellexit , & quæ ad genus palmæ referatur,ſicuti & ea de qua Dioſc. ſcripſit lib.1. Bene igitur examinanda ſunt quæ de uiribus ab hoc homine ſcribũtur, quoniam nullum habuit quem ſequeretur bonum ducem : præſertim cum Gal.lib.8 .de cõp.med.ſecũdum loca. Chryſobalanum uim habere diſcutiendi ſcribat , quæ proculdubio calorem oſtendit.

De emblicis. Cap. 3.

EMblicæ parum frigent,ſiccant ordine primo, pituita etiam putri uentriculum purgant,eumq; & cerebrũ, neruos,cor,hepar,& partes laxas conſtringendo roborant,ob id tremori cordis conferunt , appetentiam inuitant, uomitum ſiſtunt , furorem & latratus eius cohibent , uim animæ rationalem augent,calorem uiſcerum inſigniorem,& inde natam ſitim extingunt. Præſtantiores ſunt ma- H gnæ,carnis multæ,denſæ,graues,oſsium paruorum,largius purgant,& rugis uentriculo minus incommodãt,ſi aqua in ſole macerẽtur,donec humectatæ tumefiant.Poſtea expreſſæ mulſa biduo macerantur,igne lento coquuntur , ubi coctæ refrixerint,mellis albiſsimi parte quarta exceptæ recõduntur,aromatibus quoq; cinnamomo,xyloaloe,cardamomo,croco,gallia,& ſimilibus nonnulli condiunt. Eæ etiam lacte mane & ueſpere mutato,macerantur triduo.ſiccantur uento,& in umbra,& reconduntur.

De emblicis. Cap. 3.

EMblici ſunt ex medicinis confortantibus ſtomachũ , & cor & hepar,& uiſcera .

ELECTIO. Meliores ex eis ſunt habẽtes fruſta craſſa & denſa & grauia,& qui minus creſcũt in oſſibus,& plus in carne:Rari quoq; non habent ſpiritum .

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Sunt complexionis parũ frigidæ & ſiccæ in primo gradu.Et ipſi ſunt cõfortatiui mẽbrorum

brorum laxorum & coadunatiui partium eorum,& ſunt de extinguentibus calorem in ſtomacho & hepate .

RECTIFICATIO. Emblici nutriti ſunt maioris operationis & minoris corrugationis ſunt .

MODVS nutriendi emblicos. Accipe ex eis quantitatem quam uolueris & ſubmerge in aqua & expone ſoli uſq; dũ tumefiant & humectentur & poſt exprime & pone in aqua mellis,& per dies duos dimitte, deinde coque cum facilitate, & poſtquam cocti fuerint dimitte parum refrigerari , & adde cum eis mellis tabarzet , ſicut quartam totius & reconde. Et quidam ſupercondiunt cum ſpeciebus aromaticis & confortatiuis ſicut cinamomo & xyloaloe , & gallia,& cardamomo,& croco, et ſimilibus.Et modus faciendi ſeremblach.Infunde emblicos in lacte dulci , & mutetur ſuper eo lac mane & ſero hoc per triduum & exiccentur in uento & in umbra & recondantur.

POSSE. ſolutione educũt phlegma,& ſunt ex rebus ualde confortantibus cerebrum & neruos , & augent intellectum,& confortant cor,& conferunt tremori eius,& mundificant ſtomachum à phlegmate, & putrefactione & confortant ipſum & præparant,& ſedant furorem in eo, & auferunt ſtatim,& addunt in appetitum,& ſedant uomitum .

DOSIS. Eorum tritorum potio eſt ab aur .i. uſq; ad .iiii. Infuſorum ab aur.iii,uſq; ad.vi.

ANDREAS MARINVS.

De emblicis. Cap. 3.

QVAE de mirabolanis in uniuerſum ante dicta ſunt , eadem de embilicis,& bellericis dicta exiſtimato . Emblicos integros prohibent barbari ex ſyria huc ad nos perferri,ſed fragmenta mittunt:audio tamen fructus eſſe craſſos noſtrorum perſicorum magnitudine nonnullos,alios nucũ, & auellanarum inſtar; ſubnigri ſunt,& corticis plus habẽt, quàm pulpæ.

De bellericis . Cap. 4.

BEllericæ etiam ſunt benignæ , & roborant , frigidæ primo gradu,ſiccæ ſecundo,cætera emblicis uiribus proximæ . Optimæ ſunt magnæ , multa et denſa carne, graues .

De bellericis. Cap. 4.

BEllirici ſunt ex medicinis benedictis . Expectatur enim per eos confortatio .

ELECTIO. meliores ſunt craſsi et ſpiſsi et ponderoſi et denſi cortice .

NATVRA frigidi ſunt in primo,ſicci in ſecundo .

IN POSSE autẽ,et proprietatibus aliis ſunt ſicut emblici.

ANDRAEAS MARINVS.

BELLERICOS laudant mercatores,qui rotundi ſunt myriſticæ nucis in modum,colore cineritio,gallis pollidiorib. perſimili,feruntur ij quoq; ex memphiticis nundicis.

De rhabarbaro. Cap. 5.

RHabarbarum etiam clemens, et excellens eſt medicamentum,multas dotes medicamento purgãti maxime expetitas complexum . Calidum ſiccum ordine ſecundo potius,quàm primo,ſubſtantia duplici conſtat, una aquea,terrea,adſtringente,corpus dante, profunda,altera aerea,et ignea(à qua rarum efficitur)ſuperficiaria,quę ſuam terream eſſentiam adurẽdo amaram effecit , et purgatoriam,et obſtructa liberantem.Has autem ſubſtantias macerando ſeparamus,ut calida et purgatrix in humorem trãſferatur,terrea uero adſtringens remaneat . Bilem uero pitamq; illa uacuat,præcipue à uentriculo et hepate, et inde ſanguinẽ purgat,obſtructiones liberat, et affectus inde natos ſanat,icterum,hydropem,ſplenis tumorem , febres putridas,etiam diuturnas,dolorem hypocondriorum pũctorium.Hac uero hæmorrhagiam pulmonum, uel aliarũ partium ſiſtit,ex caſu quoq; aut ictu contuſa,rupta,fracta,interna,et externa ſanat,ſi eius.3.i.cum mumiæ granis duobus , & rubiæ tinctorum grano uno & dimidio , & uino auſtero bibatur.Oleum quoq; eius contuſis & contractis muſculis utiliter illinitur,ſingultum item & dyſenteriam ſanat, præcipue aſſum,& cum ſucco plantaginis & pauco uino auſtero potum.Rhabarbarum quoddam eſt Indicum, alterũ Barbarum generis nomine appellatum , tertium Turchicum , omnium ignobiliſsimum, vt Indicum eſt præſtantiſsimum, præſertim ſi recens eſt,& ſubnigrum,in rubrum inclinans , ſi rarum,tamen graue,ſi fractum ex ruſo & glauco,alternæ

A ſi manſum,uel aliquo liquore ſolutum, croci modo. tingit , Indigenæ ipſum dies quinq; aqua macerant,qua ſiccata,trochiſcos fingunt regibus .Reliquum uero eſt ſiccatum,ſed iã exanimatum,& ui purgatrice tota,aut prope tota priuatũ, uenale ad nos tranſmittunt.Hoc autem eſt denſum ualẽter adſtringens,croci colore non inficit , confractum intus nigricat, amiſſa colorum dicta uarietate . Innoxium eſt rhabarbarum,omni tempore tuto datur, omnia eſt ætati ſolubre,atque adeo pueris & prægnantibus . Efficacius autem agit ſumptum ex ſero lactis,præſertim caprini, aqua quoq; intybi & apii,uel plantaginis cocta, & colata maceratum , idq; omnino cum ſpica nardi,actionem eius in primis iuuãte,expreſſumq;. Quòd ſi ad liberandas obſtructiones propinandum eſt,uini albi,puri,& odori , modicum macerando admiſceatur,expreſſumq; eius tunc ſumatur,& cum deterſione ac purgatione opus eſt.Quòd ſi poſt purgationem uiſcera adſtringendo roborari uolumus, puluis eius triti datur,ſi adſtrictior expetitur,aſſum datur , ſi maxima , uſtum . Rhabarbarum legitimum & integrum,aliquandiu teri co- B quique viribus integris poteſt,rariori autem & laxiori uehemens cõtritio & coctio,uirtutem reſoluit.Datur expreſſum à ſeſqui.3 .ad.3 .†.iii.tritũ uero,à dra.i.ad.3 .iiij. Annos tres aut quatuor integrum incorruptumq; ſeruatur , ſi cera ſola, vel cera cum terebenthina liquata circumlinatur , aut melle albo,aut pſyllio,aut millio mergatur .

ſertim eſt Aui.quem Meſ. paſsĩ ẽ ſequutus rubię dra. i. rhabarbaro miſceat. cap. de rubia, & lib.3.in curãdo abſceſſu calido hepatis.

† Tres in Meſue legendũ puto , nec tã ſtupidus fuit, ut ad dra. x. daret,ut omnes ei⁹ codices habent.

DE RHEOBARBARO ex adnotationibus Io. Bap.Rhamnuſij Illuſtriſs.Conſilij Decem Senatus Venetiarũ à ſecretis, ſuper Secundo Volumine Nauigationum atq; itinerũ in libros Marci Pauli patritij Veneti.And.Marino interprete.

RHEON folia habet binûm palmorum longitudine plus minus , in imo anguſta in latum uſq; ad ſummum apicem , qui rotundus eſt tẽndentia , eorum labra uilloſa ſunt in modum paruæ lanuginis , truncus , qui è terra prodit , cui folia inhærent , uiridis eſt , quatuor digitorum, atque adeò etiam palmi longitudine,unde folia ipſa quoque uiridia exoriuntur , humi proſtrata, ſicuti rapæ folia , quæ mox cum ſeneſcunt flaua euadunt.E medio illo trunco ramuſculus tenuis exit,à quo ex oĩ parte flores proſiliunt, C uiolæ purpureæ ſimiles,quàmuis paulò maiores,colore lacteum inter & purpureum,odore graui,(ſemen eius inſtar minutiſsimarum arenularum tenuiſsimũ eſt , & colore croceũ,quod ad hanc diẽ nemo deprehẽdit mihi P.Antonius Michaelius curioſe totam hanc ſcientiam exquirenti oſtendit)Radix palmi longitudinem habet,quædam duorũ,quædam etiam trium,cuius craſsities tanta eſt,quantum, & ſoli ubertas , & radicis uetuſtas fert . effodiuntur nonnullæ humanæ coxæ craſsitiem æquantes , color corticis ſanguineus eſt, & obſcurus, interna uerò pulpa rubeis uenulis diſtincta . habet autem ea radix radiculas multas ueluti capillares,quæ cum effoditur,abſcinduntur,ſecatur uerò in fruſta,qualia ad nos feruntur,è quibus ſuccus effluit multus,flauus,ruffuſq;,& adeò uiſcidus,ut attrectantium manibus adhæreat,ac tingat,guſtanti præterea eſt amariſsimus . Naſcitur in montibus,ſuccuir,& campionis, quæ urbes amplisſimæ ſunt in prouinciæ tanguth uulgò uocata ſub imperio magni Canis regum Regis appellati , quæ antiquis coſmographis regio ſinarũ,nominat;Hyeme effoditur pau- D lo ante uer, quod in ea regione ad finem mẽſis Maij cælum & regionis ſitus efficit.Nam quod uerè colligitur, aut ęſtate immaturum eſt,nec ſuccum habet flauum . rarum præterea eſt,leue,& aridum, neque uenulis rubeis ornatum , in ſumma rebus omnibus eo eſt inferius , quod hyeme effoditur.uiliſsimum dicitur in iis urbibus,Ruſtici enim plauſtrũ radicibus illis onuſtum ſedecim libris Venetis uẽdunt . qui ne eas quidem legerent,niſi ab indicis mercatoribus ſolicitarentur.quippè radices illas nihil, faciunt quas lignorum etiam loco comburunt.magnam uerò illius uim indi,& qui Chinam regionem incolunt mercantur,qui poſtea in Europam,& alias regiones aduehunt . filo appenſæ ſiccantur in umbra unum menſium ſpatio. Rhei figuram Lucas Caratonius nobilis aromatum mercator à mercatoribus (ut refert)perſis acceptam mihi donauit,à quo multa didici,quæ ad publicum commodum in Meſuem edere uolui.huic ſimilis eſt omni ex parte ea quam Rhamnuſius diligẽtia ſua no

bis comparauit,atque Chagi Memet mercatori perſæ acceptam refert.

RHABARBARVM.

De rhabarbaro. Cap. 5.

RHabarbarum eſt ex medicinis benedictis & ſolennibus,in quo aggregantur multæ ex intẽtionibus,quæ quæruntur in re faciente mundificationem quas poſtea dicemus.

Electio. [a] Ex ſpeciebus rauet [b] aliud eſt quod naſcitur in India,& eſt rauetſceni, [c] & aliud eſt rauet barbarum,[d]& aliud eſt raued turchicum, & melius eorum eſt rauedſceni. Poſt illud in bonitate eſt barbarum, & minus in bonitate eſt turchicũ,†& laudatur magis ex eis, quod eſt ſubnigrum declinans ad rubedinem.Quod eſt graue cum raritate ſua. Et in quo etiam in confractis ſuis inuenitur diſgregatio ex rufo,& glauco,& quod eſt croceæ tincturæ,Et quòd eſt recens. [e] Et non prætermittas,quin ſcias quod in ipſo cadit de adulteratione. Accipitur enim ex eo integre ſicut eſt quantitas magna,& ſubmergitur in aqua per dies quinque & dimittitur aqua illa ſiccari,& fiunt inde trochiſci,& ſunt ipſi medi, magnorum regum.Rhabar. uero ſiccatur & uenditur ſicut eſt, quod iam perdidit animam. Et cognoſcitur, quoniam illud in quo non cecidit adulteratio eſt rarũ minoris ſtipticitatis,& eſt croceæ tincturæ. Adulteratum uero habet contrarium horum, & uarietatem quam habere debet in confractis ſuis amiſit,immo ſubnigreſcit in eis.

Complexio et proprietas [f] Calidæ complexionis, eſt & ſiccæ in ſecundo gradu,& dicitur quod eſt in primo. Sed illud eſt uerius.† Conuenerunt autem in permixtione eius aqueitas & terreitas dantes ei ſtipticitatem & ſubſtantiam & aeritas dans ei raritatẽ ſubſtãtiæ,& eſt in eo igneitas perficiens, quod per actionem eius in terreitatem ipſius ipſum fecit eſſe amarum.Verum terreitas eſt ſecundũ profundum eius [g] & igneitas eſt in ſuperficie ipſius,[h]quapropter infuſio ſeparat inter ſubſtantias ipſius, & complexio operationis ſolutionis in oppilationem per ipſum eſt per dominium calidi in ſuperficie eius,[i]& conſecutio contractionis per ipſum eſt à ſubſtantia ſua terrea ſtiptica.

Rectificatio. [k] Non eſt in eo nocumentum apparẽs, [l] & datur in omni tempore & in omni ætate, ita quòd etiã E pueris,& prægnantibus. & de elegantioribus & melioribus quæ iũcta cum eo magnificant operationem eius, [m]eſt aqua lactis,& proprie quod ſumptum eſt ex capris,& ſimiliter magnificat infuſio eius [n] in aqua endiuiæ & apii prius bullitis,& colatis.[o]Aut in aqua plantaginis.† [p] Et non prætermittat qui cadat in ſocietate ſua ſpica.Eſt enim proprij iuuamenti cum ipſo [q]Neque præter eas additionem modici uini albi odoriferi & clari in infuſionibus eius, & proprie quando in emendatione oppilationum propinatur. Et ſcito quòd in adulterato non remanſit aliquid de uirtute ſolutiua,de quo ſit curandum.[r] Et eius quidem quod purum eſt infuſio competit quando ſolum quæritur abſterſio & ſolutio,& oppilationũ apertio. Et ipſius contriti exhibitio quando quæritur ut poſt illam in uiſceribus ueſtigia cõtractionis remaneant.Verum ex eo quòd aſſum eſt, uehementius fit illud,& adhuc uehementius ex aduſto,& quod ex eo eſt purius ſuſtinet quod oportet & de cõtritione meretur:In raro autem & laxo uehemens contritio reſoluit uirtutem.† [s] Decoctio etiam ſimiliter reſoluit in eo uirtu- F tem qualiſcunq; ſit.

Poss. †[t] Solutione educit choleram & phlegma.†Et maior eius proprietas eſt mũdificare & confortare hepar & ſtomachum.Et conferre doloribus pungitiuis eorum & clarificare ſanguinem & auferre oppilationes & morbos: quorum mater eſt oppilatio, ſicut hydropiſim & icteritiã & craſſitiem ſplenis.& febres oppilationũ & ſimilia,†[u]Ex parte ſubſtantiæ ſuæ proprietas eſt ei conferre ſputo ſanguinis & manationi eius undecunq; ſit. Et conferre caſui & percuſſioni & ſanare rupturas intrinſecas & extrinſecas [x] & proprie eius.ʒ.i.& mumiæ grana duo,& rubeę tinctorum granum unum & mediũ cum uino ſtiptico, & eſt doſis una.Et confert inunctio olei eius concuſſionibus & contractionibus lacertorum,& doloribus eorum,& ipſum quidem eſt medicina ſingultus,[y] & eſt medicina bona dyſenteriæ & proprie quod ex eo eſt aſſum & bibitum cum ſucco plantaginis,& pauco uino ſtiptico,[z]& confert febribus periodicis,& febribus oppilationum, & feb. antiquis.

Dosis. †* Potio eius infuſi eſt à.ʒ.i.& s. uſq; ad drac.x. G & potio contrita. drac.i. uſq; ad.iii. & ipſum conſeruatur per annos tres uel quatuor. Et præſeruatur à putrefactione,& corruptione ſi ſuperliniatur ei cera,& terebentina liquefacta. Aut cera ſola.Aut ſi ſepeliatur in melle tabarzet. Aut ſi ſepeliatur in pſyllio.Aut in milio.Conſeruatur enim eſſe ipſius tempore extenſo,

Andreas Marinvs.

[a] Ex ſpeciebus raued.)ſitus plantarum ſpeciem non immutat,quamuis alteret,quare nõ ſunt tres rhei ſpecies, ſed una,cuius indiuidua ſitus natura, & qualitatibus inde acquiſitis inter ſe differunt. Rheõ igitur quod in Sinarum ampliſſima regione oritur ſiniticum ideo uocatum, eorum autem idiomate Rauendcini, cæteris à Meſue præfertur: habet enim omnes qualitates rhei præſtãtiores pp cæli,ſoliq; clemẽtiam. Eſt autẽ Sinicum rheõ illud,quod ex Rhamnuſij adnotationibus antea deſcripſimus. Barbaricum uerò, quod à Troglodytis ad nos aduehitur,ſecũdum obtinet bonitatis locum,effectus enim,quos rheo Meſues tribuit,abũde præſtat, at ponticum, (quod turchicum ideò appellat H ꝙ iam tum turcarum tirannide pontus occuparetur) ualentius adſtringit,ac minus euacuat,quare ſinico,& barbarico inferius exiſtimatur.id nullo ferè odore præditũ eſt, & ob cœli inclementiam nunquam,ut reliqua duo genera matureſcit:uocatur à noſtris rhabarbarum immaturũ.eſtq;(mea quidem ſententia) uerũ Dioſcoridis,& Galeni rheõ, quod à ſinico,& barbarico ſpecie non differt,ſed iis qualitatibus quæ ſitui acceptæ referri debent. Ponticum enim Galeno parum habet caliditatis.ſinicum uerò, & barbaricum Meſuæ vſitata ſecundum ferè caloris gradum attingunt, regionum ita ferente natura,quarum,utraq; ponto eſt longè clementior,in pontico uis adſtringens Dioſcoridi cum quadã caliditate excellit,in iis uerò deterſio præualet, & apertio cum inſigni calore,ponticum præterea ſapore mediocriter acre,odore nullo,ſinicum,& barbaricum pręter acrimoniã amariſſima etiam ſunt,& odore grauiſſimo prædita,præſertim recens collecta, Rha ponticum laxum eſt; ac rarum, &

& ideo leue;barbaricum itidem tantum ab aere nãciſcitur leuitatis,quantum terrena patitur grauitas, itaq; rectè dixit Meſues,& quod graue eſt cum raritate ſua,hoc eſt quãtum raritas patitur,barbarum,& ſinicum inſigni amarore, terreaq; ſubſtantia uehementer deterget,extenuatq;. quare bilem,ac pituitam è uicinis locis educit, id quod ponticum efficere uix poteſt ob leuem amaritudinem,& acrimoniam,tantum etenim rheon uacuat,quantum amaroris obtinet,atq; acrimoniæ,eſt autem utraq; leuis in pontico, ꝓpter loci frigiditatem,nihil tamen ponticum deiicere uix adducor ut credam,præſertim cum ſæpius experimento cõprobauerim cum inſigni adſtrictione nonnihil etiam educere,poteſt enim idem medicamẽtum partibus diuerſis adſtringere,& laxare alioſq; effectus planè contrarios efficere,ut in aloe dictum eſt.Nec me mouet, ꝙ neq; Galenus, neq; Dioſcorides id apertè dixerint, quippè non omnia ſigillatim Galenus perſequitur, cum methodum ad omnia utilem tradiderit.præterea põticum rheon,quia morbis oĩbus auxiliatur,quibus, & agaricum,daturq; agarico ſimiliter,eodem ſcilicet pondere,iiſdemq; ex liquoribus (Dioſcoride authore) eandem cum agarico,uel ualdè ſimilẽ ſubſtantiam,& facultatem habeat neceſſe eſt, niſi ꝙ ob ualidã adſtrictionis uim ualentius quàm agaricum adſtringit, neq; minus uentrem ſubducit,id quod ex morborum, quibus medetur numero cuiuis poteſt innoteſcere. ſtultum eſt igitur putare rha ponticum uentrem non laxare, quoniam id Galenus,aut Dioſcorides ſubticuerint, cum ſæpè Galenus dixerit acria,& amara,quale rheon eſt tergendo illud efficere poſſe. Adhæc ſi rha ponticum Dioſcoridi agarico ſimiliter exhibitum,ſuſpirioſis,iocinoroſis,& torminibus uentris medetur;medetur autem iis affectibus agaricum drachmæ pondere ſumptum, quia aluum ſubducit, colligitur in de rhaponticum aluum citãdo auxiliari.lienoſis præterea, iocinoroſis,febribus periodicis opẽ fert antiquorũ rheõ, quod profectò non faceret,niſi farctu liberaret, meatuſque expurgaret,quod non adſtrictoria facultate,ſed amaritudine potius præſtat.quæcunque enim farctu liberando lienẽ, iecurq; expurgant,& craſſa è pectore educunt amara ſint neceſſe eſt,ſi Galeno credimus.5.de ſimp.medi.cum autem hæc efficiat ueterum rheon, quo pacto non erit amarum? Quæ cum ita ſint rha ponticum,ſicuti rha ſinicum, & barbaricũ,quãuis nõ ita ſtrenuè, aluum tamẽ ſubducet.Quòd uerò ſinicum ruffo potius,& croceo ſit colore,quàm nigro,id ſitui tribuitur,in uniuerſum enim in omni medicamentorũ genere uſu uenire Galenus docuit, ut quæ calidiora ſunt, uel quæ in locis creſcunt calidioribus plus habeant rubedinis,quam alia ſibi congenera,contrà in frigidioribus contingit,quare non eſt mirum, rha ſinicum, aut barbaricum plus interni ruboris,quàm ponticum habere.porrò ineptũ omninò eſt uarias ob id ſpecie plantas eas exiſtimare; ꝙ diuerſis regionibus oriantur,ita enim infinitus eſſet plantarum numerus.uerum ſicuti æthiops à germano differt,quorum uterq; homo eſt,ita rha ponticum à ſinico diſcrepat, & barbaro.Taceo ꝙ nomẽ rheõ,& rha, qđ põtico ueteres adſcripſere ſinicũ, & barbaricũ retinuere,ꝙ eſt manifeſtũ indiciũ eandẽ oĩno plãtã eẽ ſituũ natura differẽtẽ.Ex quib. (ni fallor)apparet haud omnino ueras eſſe Leonardi Fuchſij aduerſus Meſuẽ calumnias,(nam Io.Manardus, & ſi uaria ſæpè ea de re ſenſit,tandem tamen aliquando in epiſtola ad Leonicenum in hanc ſentẽtiam deſcẽdit) quas calũnias ſigillatim reijcere, ut par erat, noluimus, ne in lenticula honorem quęreremus,ſatis eſſe putantes,rem ut ſe habet ita declarare, ut inde ſtudioſi Iuuenes,ueri,atque falſi Iudices eſſe poſſint. [b] Aliud eſt quod naſcitur in India, & eſt rauedſceni) in ſinarum regione Tanguth uulgò uocitata urbs eſt ampliſſ. quæ rhei præſtãtiſſimi copiam inſignem gignit, quod ab indigenis mercatoribus Rauendcini nuncupatur,Meſues uero uel eius potius interpres corrupto uocabulo Rauedſceni appellat. præſtantiſſimũ hoc eſt ob cœli clementiam, ex eo loco ad Cataium, indeq; per regnum Perſarum ad nos quoque ſæpe indicũ Rheõ aduehitur; eſtq; non minus cognitum nobis,quàm Meſuæ fuerit:quanquàm nõ ita frequens habeatur,quòd carius,quàm reliqua genera,vendatur.Mercatores noſtri omne Rheõ inde alla- A tum perſicum putant,atque aziminum uulgò uocant, quòd in altiſſimis etiam perſarũ montibus ad orientẽ ſolem uergentibus optimum feratur, atque raparum modo excolatur, ex utroque tamen,ut antea diximus loco aduehitur. Indici, uel potius ſinici Rhei notæ, quas à peritis mercatoribus accepi hæ ferè ſunt. radices craſſiores ſunt aliis, cortice ſubnigro,uenulis nigriuſculis diſtinctæ, latiora ſunt fruſta,depreſſiora tamen, placentarum inſtar,ea ſi frangantur atrum ſanguinem referunt, in quo uenulæ nucis myriſticæ perſimiles micant. denſa præterea ſunt, & cæteris collata ſatis ponderoſa:has ipſas notas etiam barbaricũ habet,paulò tamen ignobiliores,obſcurioreſq;. [c]Et aliud eſt raued barbarum) ex ægypti finibus,& Troglodytica regione,quæ barbara nuncupatur barbaricum vocatum rheon in ſyriam fertur, quod à ſinico bonitate haud multum diſtat. [d] Et aliud eſt raued Turchium) quod ex ponto, boſphoro Thracio,mæotidiſq; paludis oris Byzantium aſportatur.cuius hæ ſunt notæ ferè. fruſta tenuiora ſunt, ipſum uerò minus eſt maturum,coloreq; pallidiore,ac cæteris indiciis ſi- B nico longè inferius. id ego uerum rhaponticum, ut antea dixi, exiſtimo,neque obſcuris,opinor,cõiecturis moueor, ac rationibus,ſiquis rẽ penitus inſpiciat,ac rimetur. [e]Et nõ prætermittas quin ſcias quod in ipſo cadit de adulteratione.) Genus hominũ non modo auarum,ſed etiam malignũ ſuis commodis non eſt contentum, niſi alios quoq; incommodo afficiat;tales ſunt barbari, unde multa, quin potius omnia pretioſa medicamenta feruntur,qui ut noſtras pecunias corradant, aromata uendunt,ut uerò lædant, uitiata, aut adulterina mittunt,atq; ut cętera nunc ſilẽtio prætereã, dicam de rhabarbaro, quod medicamẽtum eſt nobiliſſimũ, & planè diuinũ.ex eo peſſimi homines illi,ſi homines ſunt, adhuc recenti ſuccum exprimunt, quem poſtea ſiccatum in uſum magnorum principum ſeruant. mercatores uerò quod reliquum eſt ſucci aqua calida macerantes extrahunt qua deinde ui ſolis, aut ignis exhalante ſuccus relinquitur melleus,qui in Trochiſcos effictus ad regios uſus itidem ſeruatur,adeo ut quod ad nos mittitur, Rhei potius cadauer, quam rheon dici mereatur, quo uitio deprehendendo niſi C mercatores noſtri diligenter inuigilarent, malè profectò nobiſcum ageretur, deprehenditur adulterium guſtu,colore,ſubſtantiæ modo, & pondere,quæ omnia noſter Meſues diligenter perſequitur. ex hoc loco diſcere licet elegantẽ modum extrahendi ex hoc ipſo rheo, aliiſq; ſui conſimilibus rebus ſuccum,etiam ſi ſiccæ fuerint,quo nos uſi ſumus quam ſepiſſime,ut rhei partes ſubtiliores, abſque craſſitie terrena experiremur,radicem enim tuſam, & in puluerem redactam aqua tepida maceramus,atque effundimus,& nouã inſuper addimus,donec decolor aqua relinquatur. quã poſtea igni lento,uel ſolis calore exhalare permittimus,remanet enim in fundo uaſculi melleus liquor, cuius uires cũ in multis aliis,tum uero in meipſo aliquando feliciter expertus ſum.Adulteratur etiam a noſtris mercatoribus, nedum a barbaris inducto fuco, pallidum enim pingunt, & hiantes rimas opplent. [f] Calidæ cõplexionis eſt & ſiccæ in ſecundo gradu) de ſinico,& barbarico loquitur. nam ponticum uix primum caloris gradum attingit. [g] Et igneitas eſt in ſuperficie ipſius) ignis natura, & ſi in uniuerſa miſti D ſubſtantia interſeritur,ſuperficiem tamen libentius ambit. ut quæ clauſtris contineri nequeat. [h] Quapropter infuſio ſeparat) nihil mirum cum tenuiſſima ſit, atque in ſuperficie poſita,ſi in liquores,ubi res macerantur facillimè tranſit,ſiq; dilutum illud ignea facultate penetrans obſtructa reſerat. [i] Et conſecutio contractionis) diuerſæ rhei partes, barbari præſertim, ac ſinici niſi arte ſeparentur haud ita cõmodè,quæ Meſues pollicetur præſtabunt idq; uariis & locis corporis,& temporibus;dyſenteriæ enim quę adſtringẽtia poſtulat,niſi purgatoria facultas,hoc eſt ignea uis remoueatur,uix opitulabitur:egregie ãt(illa remota)id efficiet. [k] Non eſt in ea nocumentum) rheon inter mitia medicamenta mitiſſimum eſt, quare nulla indiget correctione, quæ uero adduntur,uel augent eius actiones,uel dirigunt. [l] Et datur in omni tempore) contra quàm nimis religioſi quidam medici, qui ab eius uſu, perinde atque à ſcamonio,aut elaterio abſtinendum cenſent,cæcam illã rhei pro-

prietatem(ut opinor) subuerentes,nam qualitas eius nulla est,quam ætas ulla, aut temperamentum,aut uitæ status abhorrere debeat, [m] Est aqua lactis]quæ absterſionem auget ſua nitroſitate,ignemq; macerando educit, dulcedine uero naturam ad id trahendum,& complectendum allicit, quo fit,ut illam poſtmodum magis irriteț, [n] In aqua endiuiæ et apii prius bullitis,& colatis) ſuccos intelligit, ut alibi dicemus, augent autem ij leuem rhei amaritudinem quo magis detergeat. [o] Aut in aqua plantaginis) hic enim ſuccus addſtrictionem auget,& amaritudinem frangit, Iraq; diſtinctione locus indiget,uim ne deterſoriam, an adſtricto riam augeant ii ſucci. [p] Et non prætermittatur quin cadat in ſocietate ſua ſpica.)hoc præceptum nõ eſt admodum neceſſarium cum quod uera caremus ſpica,tum uero etiam, quòd rhei acuitas ſpicæ acrimoniam uel ſuperet,uel ſaltem æquet. [q] Neque præter eas additionem medici uini albi) cum ad intimos corporis meatus aperiendos rheon exhibemus, tunc uinum additum haud mediocriter confert, quippe ſua tenuitate rhei uires ad ima deducit, ex his inepti uideri poſſunt uulgares medici, qui ſumma religione cauent, ne rheon abſque ſpica, et uino aromatico exhibeant in omni affectu,ætate,ſexu, atque temperamento. [r] Et eius quidem quod purũ eſt infuſio) uſus rhei triplex ẽ, terget.n.aperit, & adſtringit. terget quidem aperitq; atque ob id uentrẽ laxat,igneis partibus, adſtringit terreis. quare multiplicẽ eius præparationẽ medici excogitarunt, ut eodẽ pharmaco multa opera commodè perficerent,quæ integro uix efficerent, purgare enim cum uolũt, aut aperire diluto utuntur,quod igneas eduxit partes, terreas relinquit,cum uero cupiunt adſtringere,ac roborare ſubſtantiam terream exhibent,à qua ignea uis exhalauerit,quę adſtrictioni aduerſatur. remouetur porrò illa tribus modis macerando ſcilicet, aſſando et urendo: ac de maceratione quidem antè ſatis dictum à nobis eſt, aſſatio uerò aereas, & igneas partes euaporare facit, ſicuti uſtio ſolas terreas relinquit,aſſamus cum modicam adſtrictionem quadam cũ apertione requirimus, urimus uerò cum ſtrenuè adſtringimus,tutius tamẽ, (mea quidem ſententia) illud adſtringit quod maceratione igneam uim amiſit, nam aſſata & uſta omnia tãtum retinent acrimonię,quantũ ipſa fert exuſtio, quare non tam ad adſtringendum ualet,quàm id quod omnis eſt expers acrimoniæ,niſi ipſum quoq; accurate abluatur,tantisper dum acrimoniam deponat. Ex quo loco diſcere licet, quam tuto medeantur dyſenteriæ medicorum uulgus exhibito ſtacim uſto,uel ſaltem aſſato rheo, & eo quidem barbarico,uel indico, nam ponticum, ſeu turcicũ abſq; ulla præparatione dyſenteriæ mirandum in modum auxiliatur, uideturq; ad id muneris à natura factum medicamentum. [s] Decoctio etiam ſimiliter reſoluit uirtutem, tantum coctionis rheon ſuſtinet,quantum raritas patitur ſicuti reliqua corpora aerea,quę coctionis minus ferunt,aut contritionis,q; uirtus facilè euaporet. [t] Solutione educit choleram,& phlegma) Nam amaritudine extergit uiſcera, & farctu liberat,leui acrimonia penetrat,extenuatq;,utraque uerò eos humores educit ipſis, ex uiſceribus unà cum fœcibus,altius tamen in uenas habitus non penetrat, ob acrimoniæ tenuitatem.neq; inde bilem, aut pituitam ducit niſi fortaſſe ob uacui ſucceſsionem.quæ res in apertas qualitates referri cum poſsint, non uideo cur ad occultas, & ignotas cãs ſit confugiẽdũ. [u] Ex parte ſubſtantiæ ſuæ proprietas eſt)quæ ſequuntur opera terræ accepta ſunt referẽda,ſtypticitatis enim effecta ſunt,quæ omnia rha ponticum egregiè præſtare Dioſcorides,& Galenus tradidere.in quo adſtringentem facultatem excellere diximus antè. [x] Et priè eius 3.1.) Monachi in uetuſtiſsimo ſuo exemplari rubiæ grana.xv.legũt,quæ lectio mihi magis probatur, & Manardi repreñſionem uitat,eadem ego monachorum coniectura ductus arbitror mumiæ grana.11.legendum eſſe, ſcriptum enim erat in uetuſtiſsimo exemplari, unde iſti errores manarunt (ut ego quidem opinor) per duo,11.&.15 quæ notæ alias undecim & quindecim arithmeticis ſignificant. [y] Et eſt medicina bona dyſenteriæ),celiacis,& dyſentericis confert(inquit Galenus) de rha pontico maximè adſtringente.quæ non minus ſtrenuè rhabarbarum præſtabit imminuta iis,quos antè retulimus modis amaritudine,alio qui affectibus iis incommodè admodum opitulabitur, uel certè ex accidenti morbi materiam educendo. [z] Et confert febribus periodicis) contra febrium circuitus ponticum ualere Dioſcorides docuit,qua autem id efficeret ratione,nec ipſe dixit,neq; Galenus eſt interpretatus, credẽ dum tamen,q; farctu liberet,atque materias expurget. [*] Potio eius infuſi à.3.ij.s.ad.3.x.) codex uetuſtiſsimus manuſcriptus,qui apud me eſt, habet.3.iiij.pro.3.x. quæ lectio cuiuis in artis operibus exercitato proculdubio magis probabitur,nam præterquam quòd nimis laxaret doſis illa,certè plurimum calfaceret,reſtituendus igitur locus,ut à.3.ii. s.ad.3.iiii.legatur.

MANARDVS, De Rhabarbaro.

Rhecoma de quo Pli.lib.27. ſi recte legitur, & Rhauel rheon.de quo Dioſ.alia res eſt à uocato nunc rhabarbaro, ut quadam noſtra ad Leonicenum epiſtola demonſtratum eſt.Ex ſpeciebus rhauet aliud eſt quod naſcitur in India) Cum dicat Dioſ.quod naſcitur in locis ſupra Boſphorum, & Plin.ſupra pontum,taceantq; Indiam,cognouiſſe Indicum non uidentur.Paul.in duobus ad podagram compoſitis medicaminibus barbarici meminit. ET laudatur magis ſubnigrum.) Similem coſto nigro facit. Plinius minorem tantum,& paulo ruſiorem Dioſ.Centaurio magno,ſed minorem,nigro quidem colore,ſed Crocum aliquo pacto,dũ manditur referente. CONVENERVNT in permixtione eius aqueitas & terreitas.) Clarius Galenus,ſic loquens ad uerbum:Mixræ eſt temperaturæ,habet enim quid terreum frigidum, quod ex adſtringente eius ſapore demonſtratur, & caloris aliquid,quem ubi multum maſticatũ fuerit, acredine quadam oſtendit:tenuis & aereæ poteſtatis eſſe parti cipem laxitas,& leuitas declarant. ET non prætermittatur cum eo ſpica.) Ego ſpicam hanc prætermitto, tũ quòd ea egere non uidetur ob commixtas,ut diximus ex Galeni ſnia,uires:tũ qđ uera ſpica caremus, & ea qua utimur,horribilis ualdè ſaporis eſt. SOLVTIONE educit, & reliqua.) Antiqui ſuo Rheo uim purgandi non adſcribunt, ſed nec Auicenna.Auerrois,Galenum & alios medicos taxãs, qui adſtringere ſcripſerunt,purgare aſſeruit:quod experientia quoq; ipſa in utroq;, Pontico uidelicet & Indico atteſtatur. DECOCTIO etiam ſimiliter reſoluit in eo uirtutem.) Non intelligas,ut plerique,non eſſe propterea coquendũ: nam & ipſe Meſue & alij,eius decocto utiliter utuntur,ſed in ipſa radice quæ decocta fuerit,uirtutem eſſe reſolutam, & in eo liquore in quo fuerat decocta,remanſiſſe. ET maior eius proprietas.) Alias quoq; uires ſuo adſcribunt anti qui: Dioſcorides eni ualere ait hepaticis,nephriticis, torminibus,lieni,pectoris & ueſicæ uitijs,atq; uentriculi dolori.i.imbecillitati & inflationi. EX PARTE ſubſtantiæ.) Adde ex Dioſcoride,quòd inflammationes cum aqua illitum,diſſoluit,& ex Plin.quòd uulnera & mali moris ulcera ſanat epiphorasq; & purulentas excreationes,laſsitudinem quoq; & dolores,& ex Galeno, quod ualet aſtmati, orthopnœæ,cœliacis,iſchiadicis,uteri morbis,& ferarum morſibus,& cum aceto illitum, impetigines aufert ac peliomata. Et proprie eius drachma una, mumiæ grana duo, Rubiæ granum unum & medium.) Manifeſtus eſt hoc loco error,quam enim uim hac in re habere poteſt tam exigua mumiæ & rubiæ quantitas? Sed & Auicenna, quẽ in multis eſt hic ſecutus,capite de Rubia,drachmam integrã cum rhabarbaro miſcet, & ſimiliter libro tertio, in cura apoſtematis calidi hepatis. POTIO eius infuſi, à drach.ii. s.ad drach.x.) Excellit nimis hæc quantitas,nec poſſunt ſine diſcrimine.x.drach.ſemel dari,ut cum malo ſuo nobilis quidam Panonienſis expertus fuit.

De caſiafiſtula. Cap. 6.

Caſiafiſtula calido frigido temperata, niſi quod paulo eſt calidior,humida primo gradu, clemẽter & innoxie à uentriculo bilem & pituitam purgat lenien do,febribus inde ortis confert,ſanguinem hac ratione puriorem reddit,ac eius ſanguinis,& bilis flauę acrimoniam frangit,reſoluit thoracis & pulmonis & aſperæ arteriæ phlegmonas,eaſq; partes leniț ipſa morſus expers, ſtim ſedat,præſertim ſumpta cum ſucco intybi uel cichorij,

rij,uel ſolani arte depurato.Intemperiem deniq; renũ calidam mitigat,cum diureticis ſumpta, & glycyrrhizæ decocto,ob idq; calculum in his gigni prohibet. Deligenda eſt fiſtula inſigni,plena,ob id graui, ſplendente foris ac etiam in pulpa pingui,quæ recens ſumenda eſt potius, quàm uaſis ſeruata,ſi autem uiſcera ſunt ſicciora, caſsiæ lubricitas augendo eſt oleo amygdalarum dulcium, ſi debilia & lubrica ſint,minuenda myrobalanis uel rhabarbaro,uel aqua cum maſtiche cocta,uel ſpica addita,ſi ad uias urinarias ferri eam uolumus,uretica miſceantur. Quoniã uero tardius & imbecillius purgat,acre aliquid(quale thymum, hyſſopum) actionem eius intendens miſceatur, aut potius aliquid medicamentorum ualenter purgantium, efficaciuſq; purgat hæc,ſi ex ſero lactis propinetur.Tam eſt benignum & innoxium hoc medicamentum,ut omni ætati, & ipſis ẽt pueris & prægnantibus tuto ſumatur.

SYLVII ADNOTATIO.

Huius doſim Meſues omiſit,quod ſit medicamentum tutiſsimum,hodie datur, cortice, membranis, & ſeminibus percribrum purgata,ab uncia dimidia ad ſeſcunciam, uel drach.x.mane uel ante cœnam,ſed paulo ante paſtus duos tres proximos,etiam drach.ij.iij. iiij. datur his, quibus eſt aluus natura pigrior.In quem uſum quibuſdam iucundius eſt pulpam lara cultelli cuſpide exceptam,deuorare. Conditam ſaccharo ab indigenis,dum recens eſt,oſtendunt Veneti & Luſitani.Quam autem uim purgatoriã tribuit Manardus ſemini ipſius,maiorem,ſcilicet quam pulpæ ipſi,nõ recipiendam confirmat Muſa ſuo multiplici experimento. Cortex uero huius ad menſes mouendos, aut partum iuuandum inefficacior eſt multo,quã caſiæ aromaticæ,de qua nos in ſimplicibus.

CASSIA



CASIAE FISTVLAE HISTORIA.

Ex Petri Andreæ Mathioli commentariis in Dioſcoridẽ.

AEgyptiæ ſiliquæ, quam caſsiam uulgus uocat,arbor inter(non)ualdè proceres adnumerari poteſt. Huius materies ſolida compactaq; uiſitur cortice tenus buxeo colore, medullitus uerò nigra,nõ ſecus ac ebenum, ſeu guaiacum. Recens grauiter olet,ſicca tamen minimè:folio conſtat ſili quæ,ſed magis in acutum tendente cortice cineritio,radicibus magnis,iuglandis modo.A ramis pendent ſiliquę prę longæ,teretes,denſæ,& cum maturitatem ſenſerint, colore in rubrum nigricante.Hæ nigra dulcęq; replentur medulla leni,ac lento cremori ſimile,non tamen ut in oſtibus continua,ſed crebris,lignoſisq; membranis diſtincta. Inhæret unicuiq; membranæ ſemen durum ſiliquarum ſemini adeo ſimile,ut alterum ab altero diſcerni non poſsit.(Naſcitur optima in agro memphitico.

De caſiafiſtula. Cap. 6.

Caſiafiſtula eſt de medicinis in quibus eſt fiducia iuua mentorum,& eſt ſine nocumento carens acuitate, & mordicatione,& omni exceſſu lædente ſuper cuius exhibitione præſumitur in omni ætate ita quòd pueris & prægnantibus.

[a] ELECTIO. Electio eius conſtat in ſex proprietatibus.Vt ſit arundo eius craſſa,plena,ſplendens, & multi ponderis. Et ſit pulpa eius ſplendens,&'pinguis, [b] & hausta ex arundine conſeruata in uaſis,pigritatur.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Eſt æqualis declinans ad latus caliditatis,& eſt humida in primo gradu, [c] & eſt lenitiua,reſolutiua, [d] clarificatiua ſanguinis ſedatiua acuitatis eius,& choleræ rubeæ.

RECTIFICATIO. Non eſt in ea nocumentum apparens præter quod [e] nocet debilia habentibus uiſcera & lubrica. Remouetur ab ea hoc nocumentum in permixtione myrobalanorum & rhabarbari cum ea & aqua maſticis & ſpicæ cum ea & ſimiliter eſt medicamen bonum, & quandoq; neceſſe eſt ei lubricitatem addere, & proprie in deſicatione uiſcerum.quare ſapiẽtes admiſcuerunt cum eo oleũ amygdalarum dulcium. Diuretica quoq; faciunt eam declinare ad uias urinæ,quare neceſſaria eſt eorum permixtio, quando oportet membris ſecundæ expulſionis conferre, & ipſa eſt de tarde & debiliter ſolutionem facientibus, propter quod miſcenda cum ea ſunt quædam ex rebus acuitatem habentibus,ſicut alhaſce & hyſſopus. Vigorant enim eius ſolutionem. [f] Et magis adhuc ſiccum quibuſdam ex uentrem ſoluentibus miſceatur.Et ipſa quidem cũ aqua caſei eſt nobilis operationis.

POSSE.Mundificat ſanguinem, & compeſcit omnẽ acuitatem,& ſedat ſitim,& proprie cum ſucco endiuiæ,aut ſolatri, aut tarafacon in quibus aduenit iam depuratio ſecundũ artem [g] & ipſa quidem mũdificat ſtomachum & educit choleram,& phlegma,& operatur illud ſine nocumento & exceſſu,caret enim mordicatione, & ipſa quidem lenit pectus, & guttur,& reſoluit apoſtemata acuta in eis,& confert calefactioni renum ſumpta cum diureticis,& inſtillatione liquiritiæ,& prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis.

ANDREAS MARINVS.

[a] ELECTIO) triplex caſsiæ genus noſtra hac ætate ad nos uehitur,una memphitica, (quam caierinam uulgus nominat) Damiatenſis altera,& tertia ex inſulis occidentalibus. Memphitica optima exiſtimatur,& reuera eſt, mediocri ſiliquæ craſsitie,ſubrubra,grauis,& quæ frangenti corticem oſtendit album,tenuemq;,& ſuccum pinguem. Damiatenſis deterior eſt,ſiliquas hæc habet craſsiores,minimè rotundas,ſed potius triangulares,uel quadrangulares, quæ corticem craſſum habent,& pulpæ parum intus continent,eáq; ſpongioſam,ac raram,atq; ob eam cauſam leuior eſt.colorẽ præterea nigrum habet. Occidentalis pluribus ex locis in Italiam conuehitur,nam & ex Hiſpaniola,& ex cuba aliiſque inſulis,præterea ex Paria continente magna caſsiæ lenientis copia defertur:quæ tamen omnes ſimiles ſunt, neq; ullas habent,quibus diſtinguãtur peculiares notas. habent enim uniuerſæ breuiores,& craſsiores ſiliquas quàm memphitica.grauiores inſuper ſunt,& cortice craſsiori præditæ,ſunt tamen ſucci plenæ, & colore perinde,ac Damiatenſes,nigro.Harum omnium ſuccus aluum lenit, longè tamẽ ualentius id præſtat occidentalis,pretioſa eſt memphitica, & nobilior, tiliſsima occidentalis,mediocri inter has pretio uenditur Damiatenſis,quamuis eandem(ut dixi)leniẽdo uim habent,imò occidentalis ualentiorem. optabilior eſt recens unius anni,ſeruari tamen commodè poteſt ad annos decem,& eò plures loco inter humidum, ac ſiccum tẽperato

perato,& ab aere ambiente optimè tuto.rancida,& obsoleta parum,& laboriosè aluum subducit. colligitur immatura mense Augusti,reponiturq; ad sex menses donec maturescat. [b]Et hausta ex harundine conseruata in uasis pigritatur)non hoc) opinor(norunt auari,atq; ignaui pharmacopæi,qui ut casiæ recrementa uendant, pulpam in uasculis extractam diù seruāt, quæ non solum,ꝙ extra fistulas euanescit,sed etiam quòd recrementum est casiæ, pessima existimari debet.cæterum leuissimus est hic error, præ aliis, quos silentibus, aut conniuentibus legibus committunt, à quibus uiri probi(quos multos noui)sūmo studio cauēt. [c]Et est leuissima)ex secundo lenientium genere, abditos enim quosq; intestinorum meatus tepido calore penetrat, unde excrementa detergit, ac leniendo educit. [d] Clarificatiua sanguinis)quare iecur sanguinis officinā, ob uacuati humoris successionem,expurgat.id autem non per se.sed ex accidenti efficit.reliqua,quæ sequuntur eadem ratione. [e] Nocet debilia intestina) idq; magnis cum symptomatibus,quare uniuscuisq; hominis natura,antequam casiā exhibeas diligenter est inquirenda.nocet autem, quia absque ulla adstrictione nimium laxat,atq; humectat,non,ut imperiti arbitrantur cæca proprietate.quod cum Mesues intelligeret,mirabolanos rheon,masticheś dilutum, adstringentia,ac roborantia omnia permisceri iubet,rarò autem amigdalinum oleum addimus, ꝙ uix tāta esse, potest intestinorū ariditas,quæ casiæ atramento humectari nequeat. [f]Et magis adhuc si cum quibusdam uentrem soluentibus misceantur.) ut cum sena, rheo & consimilibus,ex quibus recentiores electuarium lenitiuum,& diacatholicôn composuerūt, quorum usus multis de causis longè frequentior est quàm solius casiæ. [g]Et ipsa quidem mundificat stomachum) adde, & intestinorum omnes cauitates, neque solum eos humores,sed & fæces,& si qua sunt alia excrementa, clementer educit.

MANARDVS, de Casiafistula.

Casia fistula Arabum, alia est à casia fistula antiquorum.

De hac non scripserunt antiqui,sed fistularem illam uocauerunt,quam nunc casiam ligneam uulgus appellat,res tamen nobilis est hæc Mesue casia,& qua ad aluum leniendam,& sani & ægrotantes,siue mane,siue parum ante cibū, tuto utuntur. Condiri cępit & saccharo recens in eundem usum,in quem semina quoque efficacia sunt,longeq; magis quam intraneus liquor.

De tamarindis. Cap. 7.

SYL.

Tamar.barbaris è dactylus, ut sunt tamarindi palmæ cuiusdam syluestris in India fructus semine proximo casiæ. Res etiam noua è priscis indicta. † Tertio, Auer.

TAMARINDI dactili sunt acidi, fructus palmæ syluestris Indicæ,medicamentum quoque excellens ac innocens, frigidum siccum ordine † secundo. Ob id humorum acrimonia reprimit,bilem purgat, eiusq; & sanguinis feruorem furoremque compescit, febres acutas lenitione egentes,& icterum sanat, sitim ac omnē uentriculi hepatisq; ardorem extinguit, uomitum sistit.Præcellunt subnigri,splendentes, teneri, uillis seu radicibus quibusdam permisti, recentes, pingues, dulcacidi, synceri. Adulterantur carne prunorum,sed obscura nigredo dolum detegit,præterea humiditas largior,& prunorum tū odor, tum sapor. Quidam siccos uino puro humectant,ut recentes uideantur. Ne uentriculum frigidum lædant, cauetur mistis hunc roborantibus,spica nardi,mace, mastiche, succo absinthii, fęniculi,apii,intybi,cichorii,agrestis. Actionem uero eorum imbecillam intendit serum lactis caprini, uel succus fumariæ,rubive salictarii. Macerantur autē sextuplo prædictorum liquorum,uel aliorum simplicium, aut compositorum, ut triplicis granati,deinde manibus fricantur,post semel feruefiunt,postremo colantur, donec potio sit liquida,& clara,præsertim quando flammeum calorem citius extinguere libet,quando etiam rosæ santala præcipue,citrea,spodium simul cum his macerata, ut potentius refrigerent. Non colati quoque dantur,quando potentius ardor ille extinguendus est. Addunt quidam prunorū par pondus. Mediocriter coqui (uiribus seruatis) possunt, si opus est,quas tamen immodica coctio adimit. Ob id uero, quod imbecilliter purgant ab unciis duabus ad quinq; propinantur. Annos tres seruantur in uase uitreato bene obstructo,& in locum purum & perflatilem se posito, nisi ex-

E ternus uel calor uel humor putredinis initium ipsis attulerit.

ANDREAS MARINVS.

De Tamarindis.

TAMARINDI ὀξυφοίνικα græcis,hoc est acidi palmularum fructus,à syluestribus palmis producuntur, neq; unquā ita maturescunt,ut acorem deponāt.India olim orientalis hos fructus misit,nunc uerò etiam in occidentalibus insulis,pręsertim autem in uocata Darien passim colliguntur. De quibus P.Martyr in summario occidentalis historiæ sic scribit. Multæ etiam palmæ sunt in ea regione,quarum fructus propter saporis acerbitatem edendo nō sunt.Earum palmarū, quæ tamarindos ferunt imaginem,in rei herbariæ studiosorum gratiam hic pingi iussimus,quàm audio esse apud Benedictum Rinum Medicum præstantissimum cui tantum debent Auicennæ manes.

TAMARINDI.



De tamarindis. Cap. 8.

TAMARINDI sunt dactyli acetosi, & sunt ex fructibus palmarum syluestrium in India. Ipsi quoq; sunt ex medicinis nobilioribus,in quibus nō est excessus.

ELECTIO Laudantur in sex proprietatibus, ut sint nigri, non ueræ nigredinis,cum luciditate & teneri,& mixti cum uillis, quæ sunt sicut radices,& sunt recentes & pingues absq; desiccatione,& sunt cum dulcedine acetositatis paucę,uini puri non permixti,sunt & ex adulteratoribus qui eos falsificant cum carne prunorum.Sed de occultat fallaciam nigredo sine luciditate in ipsis.Et quia sunt humorosiores,& quia in eis est odor & sapor prunorum.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Frigidæ complexionis sunt,& siccæ in secundo.Et sunt refrigeratiui,extinctiui,& sedatiui acuitatum & inflammationum.

RECTIFICATIO. [a] Lædunt stomachum frigidum,& debilitant eū,& sunt tardæ & debilis operationis, emēdamus nocumentum quod imprimunt in stomachum, permiscēdo cum eis aliquid de cōfortantibus stomachum,sicut sunt spica,& macis,& mastix proprie. Et propinatio eorū cū suc. fœniculi,& apij,& endiuiæ,& tarasacon.aufertur hoc nocumentum ab eis,& similiter cum absinthio.Et infusio eorum in aqua lactis sumpti ex capris uigorat actionem, & similiter in suc.fumiterræ,aut in suc.lupuli.

MODVS Infusionis eorum.Accipe tamarindorum quantitatem quam uolueris, & infunde eos in sextuplo eorum aquæ casei,aut aquæ trium granatorum, aut alterius aquæ compositæ,aut simplicis,& frica manibus,& bulliant bullitione una,deinde colentur colatione qua fiat exile,& clarū Et quidam addunt cum eis prunorum quantitatem eorum, & faciunt simile.Et sunt ex dantibus infusionem non colatā quando magis quæritur inflammationis solutio. Et dant colatam,quando magis quæritur inflammationis extinctio,& cum permiscentur in infusione eorum rosæ, & sandali, & proprie mazuzir,& spodium uigorantur in extinguendo. Et ipsi quidem sustinent de decoctione aliquid mediocriter qn̄ oportet. Et superflua decoctio uirtutē eorū destruxit.

POSSE. † [b] Solutione educunt choleram, & reprimunt furorem eius & feruorem sanguinis. Et conferunt inflammationi hepatis,& stomachi,& sunt medicina sitis, & omnis æstuationis factæ ab eis & conferunt hicteritiæ, & reprimunt uomitum.& sunt medicina uera febrium acutarum, quæ indigent lenificatione.

DOSIS. Sunt debilis operationis,propter quod potio eorum est ab.℥.ii. usque ad. v. Et ipsi quidem conseruantur per annos tres.Verum si accidat eis ut calescant,putrescūt. Et similiter liquor cadens in eis putrefacit ipsos.Et melior modus conseruationis eorum est stringere eos in uase uitreato,& ponere in loco recenti.

ANDREAS MARINVS.

[a] LAEDVNT stomachum frigidum) nō solum quia secūdo excessu refrigerant,crudaq; humiditate grauant, sed etiam quia aciditate neruosas partes offendunt. [b] Solutione educunt choleram,& reprimunt furorem) refrigerando quidē, & adstringendo bilis feruorem restingunt, incrassantque comprimendo uerò,non modo bilem,uerum etiam obuiū quemq; humorem deiicere possunt,adde ꝙ acor extenuat, à toto autem corpore,hoc est excellenter bilem eos purgare,nulla ratio suadet,cum purgantia uniuersa caloris participent,& eius quidem haud mediocris.s.ut eo meatus aperire possint,quos fluidos,atq; apertos esse in purgādis corporibus oportere Hipp.docuit.

MANARDVS, De tamarindis.

Hos quoque numerat Auerrois inter medicinas,de quibus non est Galenus locutus. Si nomen sequaris, dactylos putabis. Tamar enim,barbaris dactylum significat Plinius cuiusdam palmæ meminit in Aegypto nascentis, quam uocari ait adipson,quasi arcere sitim diceres, uiridemq; esse, & mali cotonei odore,nullo intus ligno,colligiq; antequā incipiat maturescere:& quod relinquitur, uocari phęnicobalanum. Dioscorides ferè eadem libro primo.Idem Plinius libro vigesimotertio Palma,quæ fert myrobalanum, probatissima in Aegypto,ossa non habet reliquarum modo in balano. An uero Tamarindos hos intellexerint, cogitandum lectori relinquo. Sicuti etiam, an Myrobalani, quarum superius habita est mentio, ad palmulas pertineāt. FRIGIDAE complexionis in secundo.) Auerrois in tertio. SOLVTIONE educūt,& reliqua.) Dioscorides suas myrob.acerbas dicit & adstringentes, ualereq; diarrhœæ, & mulieribri fluxui. Et phœnicobalanum magis adstringere recentem quàm siccam, sputoque sanguinis, intestinorum difficultati,& stomachicis conferre. Quare si eandem rem quam hoc loco Mes.intellexit,cōtrarias ei uires adscripsit.

De manna. Cap. 8.

SYL.

Gal.è mel aeriū seu roridum.

MEl est ros frigore noctis æstiuæ concretus,ex halitibus à terra & aquis Solis calore sublatis æstate, i.die calido sicco,ac deinde exacte tenuatis & coctis Manna est ros ex uapore elato,& cocto in aere temperato,fœcundo,lætis aspectibus cadens super quasdam plantas & lapides, à quibus duæ ipsius differentiæ statuuntur. Quæ enim lapidibus incidit,guttarum aut seminibus modo coagulatur,quæ si recens,dulcis, alba, aut saltem subcitrina,est melior, mala uero,antiqua, fusca, cœnosa. Quæ plantis,harum tum facultatem aliquam assumit, tum folijs & floribus est permixta, neq; id nimis, quæ si præterea recēs est,& subalbida,est melior.Temperata est, aut paulo calidior guttur,thoracem,uentriculum lenit, terget bilē clementer purgat,sitim sedat.Adulteratur saccharo, & folliculis senæ,sed hæc tempore maturari eget, dumq; mollescit & liquescit,dolum prodit. Quoniam uero imbecilliter uacuat,præsertim cruda (cocta enim citius agit) thymo & hyssopo,uel alio,uis eius ut casiæ intenditur. Valētibus autem medicamentis mista, eorum actionem reddit meliorem,cum suo dulci sapore illa naturæ magis familiaria reddat.Ob id eam Galenus scammonio miscuit,quod à posterioribus est laudatum, alij deinde turbith, alii alijs. Datur à drach.vi.ad drach.xv.per annum seruatur.

Calida humida primo gradu

De manna. Cap. 8.

ANT.

MAnna est ros cadens super quasdam plantas & lapides cuius materia est uapor qui eleuatur,cui accidit digestio & maturatio in aere quādo est æqualis & fœcundus lętis aspectibus.Diuersificatur autem secundum diuersitates rerum super quas cadit, cadens enim super lapides est sicut guttę paruæ quæ congelantur, & fiunt sicut semen.Et cadens super plantas suscipit de uirtute plantarum & est cum permixtione particularū foliorum,& florum.

ELECTIO. Ex ea quæ cadit super lapides melior est quæ est sicut semen album,& est dulcis, & est recens. Post istā uero in bonitate est,quæ est subcitrina. Fusca uero & cenosa & antiqua est non bona. Et ex ea quæ cadit super plantas melior est illa quæ est paucæ permixtionis cum foliis,& est subalbida & recens. Falsificatores autem ex zuccharo & folliculis sene adulterant eam, cum post tempus accidit maturatio, aut mollescit & liquefit, & deocculatur fallacia.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † est æqualis plus declinans ad caliditatem & est lenitiua,abstersiua, mundificatiua,& sedatiua.

RECTIFICATIO. Nullius est excessus. Et tamen ex debiliter solutionem facientibus.Et nos confortamus operationem eius cum permixtione hyssopi cum ea, & alhasce & aliorum,secundū ꝙ in casiafistula diximus. Verum ipsa iuncta cum aliis medicinis uigorat earum operationem. Dulcedine enim sua facit eas approximare naturæ. Ipsa quoque cocta expedit & operatur citius.Gal.autem ipsam cum scammonea permiscuit & operabatur cum eis.Et posteriores laudauerunt illud.Et procedentes miscuerunt cū turbith,& alii præsumpserunt alia,& fecerunt cōueniens.

POSSE. † Educit choleram cum facilitate. Et ipsa quidem lenit guttur & pectus & uentrem,& est sedatiua sitis.

DOSIS. Eius est à.ʒ vi.usq; ad. xv. Et ipsa quidem conseruatur per unum annum.

ANDREAS MARINVS.

De Manna.

De Manna, quæ scripsit Mesues, nisi ijs recentiorum addatur historia, parum proderunt iuuenibus: est enim nostrorum temporum conditio longè diuersa. quo circa de ea,qua nunc passim utimur, tantum à nobis dicendum uidetur, quantum usus postulat. Mannæ igitur (quæ à melle nihil differt, nisi coctionis ratione, quòd scilicet hęc à sole,id uerò etiam ab apibus coquitur,& elaboratur) duo genera circumferuntur, unum orientale,alterum Italicum; de manna orientali,quæ sibi fuit ualde familiaris, hoc loco scribit Mesues,iis tamen illud quoque interim est addendum,in usum pharmacopæorum, & medicinæ tyronum, hanc ipsam orientalem temporis diuturnitate,& cęli mutatione omnem uim amittere; nam si ubi colligitur,nisi sit recens,nullius est usus, profectò huc aduecta uix potest bona existimari, utpote quæ non potest esse recens, quod si quam maximè recens esset,experimento tamen comprobatum est,statim atque cęlo nostro, uel sereniss. exponitur penitus euanescere, atque in aliā speciem degenerare. dignoscitur autem bona,ab ea,quæ iam euanuit, quòd bona, & recens alba est, dulcis admodum,lenta primo contactu, quamuis postea celeriter eliquescat, granula intus habet conclusa,lucida,& primo dentium confractu uiscida, mastichen chiam referentia, undè nomen uulgò mastichinæ sortita est. granula illa,in quibus tota uis mannę consistit, in Syria,& Memphi post annum euanescunt, apud nos autem etiam primo mense aeri exposita marcescunt. Itaque degene-

generat maſtichina in eam,quam idem uulgus bombacinã uocat, quæ nullius eſt uſus, ſed eſt potius ueluti cadauer mannæ. Accidit tamen aliquando,ut recens breuibus aduecta itineribus,diligẽtiſsimeq́; ab aere cuſtodita,ad tres, & quatuor menſes bonitatem ſuam ſeruet, quod quoniam rarò euenit, tutior erit uſus mannæ Italicæ,quæ colligitur in calabria,& aliis pleriſq; locis, de qua ueteres medici nihil ſcripſere. ſunt autem eius quoque tria genera,ut recentiores obſeruarunt, reipſa,& pretio inter ſe diſtincta una Frondacea,altera groſſa uulgò dicta,uel de corpore,& tertia arborea.Frondacea ex foliis, ac frondibus colligitur, habet autem grana oblonga diuerſarum figurarum, paruula,mediocriter uiſcida,quæ tamen celeriter eliquantur:ſub citrina præterea eſt ea manna, & guſtu ſuauis,ſeruaturque ad annos duos,quanquam longè melior eſt recens,colligitur optima ex fraxino,& orno, quem calabri mileium appellant, pretioſa hæc eſt,& medicina nobilium: lege cautũ eſt in regno Neapolitano, nequis aliam mannam, quàm frondaceam uendat pœna capitali. colligitur etiam interdum in gallia ciſalpina Brianzone oppido uulgò uocato, quæ candidiſsima eſt, ac minutiſsima aniſi, uel coriandri grana opta ſaccharo primo aſpectu dixeris,foliis iuniperi, & pini referta,è quib.(opinor)arborib. colligĩt,ipſa quoq; nõ contẽnenda prorſus, quãuis calabrenſi longè inferior. Vocata uerò groſſa ex arborum truncis, ramiſque colligitur,ideoq́; de corpore dicitur,eadem etiam ex ſaxis,herbiſque omnis generis excipitur,ſubalba eſt in globulos rotundos coacta,lutoſa,& immunda eaſdem tamen cum frondacea facultates habet, differunt tantum munditie & loco, quamuis,ſiquis attentè obſeruet, ſapore ac uiribus hæc eſt et deterior.At arborea manna, quam forzatam calabri,hoc eſt uiolenter eductam uocauere, ipſa quoque duplex eſt, una quidem,quæ ex orno,& fraxino æſtuante ſole reſudat, altera uerò,quæ multis ignibus circa eas arbores ſecuribus frequenti ictu inciſas accenſis coacta ſtillat. Quæ ui ſolis emanat,matura eſt,melleq́; paulo inferior dulcedine,lucida,& ſubalba ut terebinthi rheſina, & uiſcida, lenit etiam aluum ſicuti frondacea,bilemq́;,& aquoſa excrementa ſub ducit,haud tamen tam clementer.magnam uerò ſimilitudinem habet cum Eleomeli à Dioſcoride deſcripto,cum ſubſtãtia,& ſapore,tum etiam,quòd ab arbore ſtillet, ac bilem purget,clementior tamen eſt arborea manna, quæ præter flatus,quibus torquet imbecilla inteſtina, nihil habet præterea cur debeat negligi,colligitur autem in calabria,aliiſque locis Italiæ pleriſque.Immatura uerò,atq; ignis ui ex arboribus educta.propterea quòd matura rebus omnibus inferior eſt,guſtuq; amara ab incolis addito melle adulteratur.in Apuliæ montibus Gargano præſertim conficitur, deprehenditur adulterium,quòd facilè propter mellis admiſtionem liqueſcit.Huius copia magna ad Germanos, & Tranſalpinas omnes gentes aduehitur,quibus non multum obeſt,quin potius prodeſt,uel ob naturarum robur,uel propter adulterij præſtantiam. uiliſſima,hæc eſt,cariſsima frondacea,mediocri pretio uenditur groſſa nuncupata,qua uera arborea adhuc eſt uilior. omnes bilem,aquoſamq́; pituitam unà cum reliquis uentriculi, & inteſtinorum excremẽtis educunt,ſuntque inter ἐκκοπρωτικά medicamenta numerandæ,quamquam leui quadam acrimonia, & caliditate altius ſeſe adigunt ad meſaræum,& iecur,unde bilioſa ducũt, differunt inter ſe purgandi facilitate,ac difficultate. Diſputant nonnulli cur ex orno,& fraxino prodeat arborea, ex aliis arboribus non emanet,ex quibus alii contendunt eas arbores naturæ ſimilitudine pluuium mel imbibere, æſtu uerò incaleſcẽtes effundere, alij rheſinam earum arborum propriam arbitrantur,ſicut terebinthina,laricina,& abetina quod mihi profecto magis probatur, cum illa proprietas uicinis etiam arboribus non denegetur. cœlum quidẽ certè,cui ſubiecti ſoli natura accepta fertur.cum totum ſit (ut ita dixerim) manneum plantarum quoque ſuccos dulcedinis participes efficit;ꝙ tamen ab orno prodeat, id omni naturæ. ſicut etiam terebintho tribuo, itaque ſtatuere poſſumus ex arborea manna aliam orneam, aliam fraxineã eſſe. Fraxini figuram,& mannæ differentias hic pingi in ſtudioſorum gratiam curauimus.

E

MANNA FRAXINEA.



F

DOSIS eius) Nos maiorem mannæ menſuram exhibemus,ſiue orientalem,ſeu Italicam propinemus.datur enim paſsim ab.℥.i.ad.℥.iii.&.iiii.abſq; ulla noxa,uel quod ignea uirtus in illa exoleuit,in hac ſuapte natura imbecillior eſt, uel quòd utraq; fertur adulterata, uel quòd noſtrorum hominum inteſtina robuſtiora ſint.

G

MANARDVS, De Manna.

Hanc quoq; repoſuit Auerrois inter medicinas à Galeno non ſcriptas,ego tamen mentionem eius habuiſſe arbitror libro Alimẽtorum tertio ſub nomine mellis aerei,uel roridi,de quo ſcribit plurimum colligi in monte Libano, æſtate media, nocte ſerena, uariaſque uires à uariis ſuper quas cadit plantis acquirere,quæ ita quadrant uocatæ nũc Mannæ,ut ambigi non poſsit,eſſe eandẽ rẽ. Eſt æquãs.) Auerrois calidam facit & humidam,in primo ordine. Galenus autem miſcuit ipſam cum Scammonea.) Melli quidem inuenio Galenum miſcuiſſe Scammonium,Mãnę nequaquam. EDVCIT choleram cum facilitate.) Auerrois faciliorem dixit eſſe inter omnia,quę purgandi uim habẽt

De ſero lactis. Cap. 9.

H

SErum lactis calidum ſiccum gradu primo uſq; ad ſecundum.lauat,tenuat, nitroſa ſua ſubſtantia obſtructa aperit,terget,purgat clementer, & ſine morſu bilem flauam & uſtos humores,ob hæc maniæ, melancholiæ, impetigini,pruritui,lepræ,ulceribus malignis, & cæteris cutis uitiis,morbis omnibus obſtructiones ſequentibus, ut hydropi,ictero,febribus à bile putridis, lienis tumori. ſerum optimum eſt lactis caprarum nimirum nigrarum, bonis pabulis nutritarum,recens fœtarum, recens, iucundi odoris & ſaporis,& ſui non alieni,non corruptum, ſecundum in bonitate eſt ouinum.

Eo fere medicamenta alia maceramus, eſt innoxium, ſed cum ſit imbecillum ad purgandum, cum melle & lupiſalictarii germinibus, uel floribus, ſanguinem potentius purgat,bile flaua & humoribus aduſtis, præterea cum myrobalanis,rhabarbaro, tamarindis, caſia fiſtulari,fumariæ ſucco,aut ſemine roſarum,aut uiolarum ſucco. Cum myrobalanis,cepulis,hyſſopo,thymo, agarico,bilem & pituitam

SY. Aue Parc calo 3.ali gidi &,h dũ'l ſimp Vim duce aluũ lactis buit ſco. Gal. men. ſimp. Hæc tribu Diof

tam uacuat. cum myro.Indis,epithymo, polypodio, melancholiam & alios humores uſtos.Cum aſaro,iride,aquas ſeroſas educit,addita ſemper ſpica ipſius actionẽ intendente,ſed cum cichorio agreſti,intybo,caſſutha, lingua arietis,uolubili,ſpica,rhabarbaro,abſinthio,eupatorio,aſaro, fumaria,apio,fœniculo,amygdalis amaris, ſcolopendrio, ſeminibus quatuor,& aliis etiã diureticis, obſtructiones potentius aperit.Fit autem ex lacte ebutyrato, ſeu à quo eſt pingue innatans ſecretum,quando lubricitatis cauſam ex partibus excretorijs afferre uolumus,ex lacte non ebutyrato,cum partes eas lenire magis & lubricare ſtudium eſt.Datur ab unciis ſex ad libram unam.

A

Hemina io.ſexta uno, eris, ob. ui-, Pan-

De aqua lactis. Cap. 9.

NT.

AQua[a] lactis eſt materia infuſionũ, & eſt ipſa per ſe medicina bona carens nocumento.

ELECTIO. Melior eſt ſumpta ex lacte iuuenum caprarum & nigrarum & boni paſtus, & recenter fœtarum.Poſt iſtam in bonitate eſt quæ ſumitur ex ouibus & laudatur conſiderata in ſe, ſi recens, ſi boni odoris, & boni ſaporis,& proprij & non extranei, et in qua nulla accidit corruptio.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS.†[b] Eſt calidæ cõplexionis & ſiccæ in primo,uſque ad ſecundum, & eſt ſubtiliatiua,lauatiua,abſterſiua,per nitroſitatẽ ſuam,& ſolutiua ſine mordicatione,& oppilationum aperitiua.

RECTIFICATIO. Fundamẽtum eſt infuſionum, & eſt per ſe debilis ſolutionis.† Mel quoq; uigorat operationẽ eius. Et uigorata cum lupulo,& flore eius mundificat ſanguinẽ. Myrobalani quoq;,& rhabarbarum & ſuccus roſæ & uiolæ & tamarindi & caſiafiſtula, & flores fumiterræ & ſemẽ eius addunt operationi eius & ſoluit choleram rubeam, & humores aduſtos.Et uigoratur cum chebulis,& hyſſopo,& al haſce & agarico,& educit choleram & phlegma, & cũ myrobalanis indis,& epithymo,& polypodio.Solutione melancholiam educit,& humores aduſtos, & cum aſſaro & iride ſoluit aquam citrinam,& non prætermittatur quin in potionibus eius cadat ſpica, qm̃ eius operationem magnificat. Et taraſſacon quidem,& endiuia,& cuſcute, & lingua arietis,& uolubilis,& ſpica,& rhabarbarum,& abſinthium, & eupatorium,& aſſarum,& fumoterræ,& apium, & fœniculus,amygdalæ amaræ,& ſemina quatuor, & ſcolopendria, & alia, & de diureticis nota addunt ei ad oppilationum apertionem.[c]Et datur quandoq; extracto ab ea butyro quã do oportet cauſa lenitatis à membris expulſionem abſcindere.Et datur non extracto butyro,quãdo lenitatem in eis acquirere oportet.

B

† POSSE. Solutione educit choleram & humores aduſtos cum facilitate,& confert manię & melancholiæ,& confert omnibus oppilationibus & morbis oppilationum ſicut hydropiſi & icteritiæ & craſsitiei ſplenis, & confert febribus cholericis,& febribus oppilationum.Et eſt medicina bona infectionum cutis quarum materia eſt cholera, & humor aduſtus ſicut eſt impetigo, & ſerpigo ſicca, & puſtulæ, & pruritus,& ulcera mala ſicca,& lepra & ſimilia.

C

[d] DOSIS eius eſt ab.℥.vi.uſque ad lib.i.

ANDREAS MARINVS.

De aqua lactis.

NVLLAM hic figuram affiximus, quoniam lac omnes homines ab ineunte ætate nouerũt,atq; guſtarunt,ipſoque nomine ad eius cognitionem ducuntur, porrò uaccas, capraſue,aut oues,mulgenteſq; mulierculas pingi noluimus ꝙ ſtudioſis medicinæ,nõ pueris iſthæc ſcriberemus. [a]Aqua lactis eſt materia infuſionum) uſum ſeri communem hic docet Meſues;de quo ſupra in cap.de mirabolanis ſatis,ſuperq́; diximus;eſt enim liquor multis ſimplicibus medicamentis macerandis ualdè opportunus,modo rectè paretur præterquam ꝙ ipſum pro ſe laxatorium eſt medicamentum quamuis imbecillum, [b] Eſt calidæ complexionis) & ſi Galenus frigidum,humidumq́; ſerum conſtituit, quoniam tamen alibi aliter ſtatuit quippè alicubi caloris particeps ipſum conſtituit,cogor cum Meſue noſtro ſentire,qui calidũ ſiccum ordine primo ſerum exiſtimauit: auget hanc opinionem ratio ipſa,uis enim ſoluendi,atq; aperiendi calore nititur non frigore,& abſterſio ſicco inhæret, haudquaquam

D

humido.huc accedit,quòd ſi frigidum, humidumq́; ſerum eſſet,rebus macerandis non eſſet magis quàm aqua appoſitum,cum tamen experimento conſtet, eo ſimplicia multa commodè madefieri,idq́; ob calorem,partiumq́; tenuitatẽ, uel igitur eterogeneum corpus eſt ſerum, atq; ita diuerſis partibus uaria ſortitur temperamenta, uel cum Meſue ſtatuendum calidum,ſiccumq́; ordine primo. [c]Et datur quandoq; extracto butyro) non uno modo ſerum à lacte ſeiungi ex hoc loco poſſumus quidem colligere, uerum Meſue diligentiam non poſſum non deſiderare qui ſeparandi rationes medicis non oſtenderit, quippè qui quòd parare neſciant,ab ipſius purgatione quàm ſæpiſsimè fruſtrantur. Docuit Dioſcorides,eumque ſequutus Aetius elegantem modum ſeri è lacte eximendi,quos medici pro re nota conſulere debent. [d]Doſis eius ab.℥.vi.ad.lib.i.) Dioſcorides quinas heminas exhibet per interualla, quæ menſura mihi magis arridet,cum Meſue doſis me ſæpè deceperit.

MANARDVS. De aqua lactis.

Galenus dicit antiquos ſero ad inferioris uentris ſubductionem uſos:& Dioſcorides ijs dari, quibus abſq; acredine uentris,excretionem uolumus prouocare. EST calidæ & ſiccæ complexionis in primo uſque ad ſecundum.) Gal. libro quarto ſimp.med.capitu. ſextodecimo dicit frigidam & humidam.alicuius tamen caloris participem eſſe, ait libro tertio de alim. MEL uigorat eius operationem.) Galenus tantum mellis addendum iubet,quantum delectare poſſit,non uentriculum ſubuertere, quoque magis ſubducere uentrem uolueris,plures ſales adijciendos, modos guſtui non ſint moleſti. POSSE ſolutione educit choleram.) Iuuare dixit Dioſcorides lepræ,elephãtiaſi,epilepſiæ, & exãthematibus.Bubulum uero ſerum conferre ſcripſit orthopnœcis,id eſt,his qui,non niſi erecti ſpirant.Doſis ab uncijs ſex,uſq; ad lib.i.) Dioſcorides bibi heminis per interualla ſingulis,uſq; ad quinas. Paulus Aegineta dari uiris iubet ſextar.ij.pueris unum. Ex eo autem Dioſcoridis loco natus uideri poteſt modus,qui nunc in communi uſu eſt, bibendi medicatas aquas,quæ balnearum dicuntur.

De roſis. Cap. 10.

SYL.

ROſa eſt frigida,primo gradu, ſicca ſecundo, ex ſubſtantiis diuerſis ét ſeparabilibus compoſita, aquea quidem mediocri & terrea, & adſtringẽte, materiã ei multam præbente,aerea uero dulci & aromatica, ignea deniq; tenui,à qua eſt amaritudo,rubor,perfectior,& forma.Igneæ tamen ſubſtantiæ uis, quæ ruborem & ſpeciem impreſsit,ualentior fuit,quàm quæ amaritudinem. Ob id hæc ſola ſiccatione perditur, illis adhuc permanentibus, quæ ſi perierint,non magis roſa fuerit, quàm homo mortuus eſt homo,recentes tamen ſunt amaræ magis,quàm adſtringentes.Ob eamq; amaritudinem roſæ recentes ſucco præſertim purgant,ſiccatæ uero reſoluta caliditate amaritudinem excitant, ſubſtantiam ſtypticam & conſtipantem oſtendunt.Succus autem roſarum calidus eſt prope ad primum gradum quia eſt à ſubſtantia terreſtri & frigida ſecretus,purgat,reſoluit,aperit,terget.Sicca uero roſa eſt frigidior,& magis ſtyptica,& ea magis,quæ non fuit perfecta, & alba magis quàm rubra.Roſa præterea reſoluit,intemperies calidas extinguit,partes cogẽdo & conſtipando roborat, id autem ſemine & pilis in calicis medio inuentis maxime.Cum autem roſæ ſint rubræ & albæ, & ambæ foliorũ multorum uel paucorum,criſporum uel planorum, in utroque genere eſt præſtantior, cui color genuinus eſt perfectior,& folia adſunt pauca & plana. Albæ nihil aut minimum purgant,potentius adſtringunt & roborant, quam rubræ.Succus completarũ eſt melior,idemq; & aqua, in qua ipſæ recentes & perfectæ ſunt maceratæ, purgat bile flaua ſanguinem uenarum,& arteriarum,cõfert ictero,quia obſtructiones ventriculi & hepatis aperit & expurgat. Cor, ventriculum,hepar roborat,cordis tremorem ſanat, vacuata eius cauſa.Febribus bilioſis confert. Eaſdem partes roborat oleum roſatum & aqua ſublimando ex roſis educta. Cogendo ſubſtantiam ipſarum laxam,facultatem retentricem roborant,inflammationem omnem extinguunt, & ab ea dolorem ſedant,ſomnum conciliant,coryzam tamen & ſternutationem excitant,catarrhis obſunt,uuam ſtringunt &

Vnguentum roſatum ſoluit aluum Dioſco.

Experimur roſas bilem & aquas purgare, etiam ſi ueteres id tacuerit.

Roſæ partes Pli. folia, flores, pars lutea. caput foliorum partes cãdidæ ungues dicũtur. florũ ſemen, capillus sũt partes capitis caput,calix.

& guttur,& roborant ea,crapulam auferunt. Rosa cum sit medicamentum benignū,sed ad purgandum imbecillum, adminiculis quibusdā eget,ut sero lactis,melle,succi enim rosarum.ʒ.i.cum seri lactis.ʒ.ij.aut.iij.& pauca spica, commode vacuat.foliorum quoque sero lactis infusorum, cum pauco melle expressum,sine molestia purgat.Syrupus quo que ex succo rosarum, & rosis ipsis est clementer purgatorius.Oleum uero rosatum ualentium medicamentorum,ut scammonij,euphorbij,acrimoniam potu obtundit,& noxā siccitatem myrobalanorum corrigit,ut oleum uiolatum, amygdalarum dulcium,sesaminum,omphacinū. Rosæ mel-
Mel rosatum. le conditæ tergent;purgant,roborant,saccharo autem, minus tergent,magis roborant,& adstringunt.Aqua cui infusæ sunt rosæ,muadum facit,terget, purgat,per sublimationem uero facta,multum roborat,non purgat, quia subtilis eius caliditas igni est dissoluta. Acetum rosatum inflammationes omnes sedat,incidit,purgat,roborat.Rosæ, præsertim recētes,coctionem nullam sustinent,facultas enim earum tergens & purgatoria, mox igni resoluitur, remanet adstringens iam manifestior. Succus autem earum mediocriter coquendo fit tenuior,& potentius terget. Oleū præ sertim omphacinum cum rosis imperfectis insolatum, ualē tius refrigerat & adstringit. Oleum uero dulce ex maturis oliuis expressum,uel sesaminum cum rosis perfectis insolatum,potentius resoluit. Datur rosarū succus ab uncia una ad uncias duas, syrupus autem cum succo earum factus, ab uncijs duabus ad uncias quinque.

ROSA.

De rosis. Cap. 10.

ROsa est ex medicinis benedictis,in qua est uirtus cō fortationem faciens,& solutionem malæ qualitatis permutationē.et est ex ea rubea,& alba,& de utrisque.alia est multorum foliorum densorum & crisporū, & alia paucorum & planorum.

Electio. Melior est rubea uerę rubedinis paucorum foliorum & planorum.Et ex albis melior est habens similiter.Et melior est succus, cuius mater est rosa completa, ficca quoq; melior est in qua nondum cecidit corruptio.

Complexio et proprietas. Frigida est in primo gradu,ficca in secundo.Diuersarum autem naturarum substantiæ conposuerūt rosam,inter quas potest cadere separatio distinguens. † Componitur enim ex terreis partibus, & aqueis mediocribus, dantibus eis stipticitatem & substantiam.[a] Et ex partibus aeris propter quas est in ea de dulcedine aliquid & aromaticitas. [b] Et ex partibus igneis subtilibus in quibus consistit perfectio & species dantibus ei amaritudinem & ruborem. Virtus autem faciens roborem eius plus impresit quàm amaritudinem faciens. Propter quod in abscisiōe amaritudinis ipsius quæ remouetur per solam exiccationem eius non resoluitur species. † [c] In abscisione uero rubedinis nō plus est rosa quàm homo mortuus.Amaritudo autem in ea quæ recens est plus est stipticitate ipsius. [d] Et prima operatio eius est pp amaritudinē suam,propter quod rosa recens & proprie succus eius soluit.Cum autem resoluitur caliditas dans ei amaritudinem propter siccitatem eius manifestatur substantia stiptica, cō stipationem faciens.Est autem succus eius calidus fere usq; ad primum gradum, propter exclusionem eius à re terrestri & frigida.Est autem rosa resolutiua conueniens extinctiua inflammationum,confortatiua membrorum, coadunantia partium & constrictiua. Et semē eius in hoc est for tius, & similiter pili eius qui sunt in medio ipsius. Et succus eius oppilationum aperitiuus,& resolutiuus, & absterssiuus,& solutiuus.Et ficca quidem est magis stiptica, & frigida [e] & quæ non est completa est frigidior, & stipticior, [f] & alba in frigiditate,& stipticitate plus est quàm rubea.

Rectificatio. Nō est in ea malitia,sed est ex debiliter soluentibus. Vigorat tamen eius operationem aqua casei, &.n. succi rosarum.ʒ.i.misceatur cum aqua casei & pauca spica,est solutiuum conueniens,& similiter infusio foliorū rosarum in aqua casei cū pauco melle soluit sine molestia. Et syrupus factus ex succo eius lenis est solutionis. Et ingreditur succus rosæ,& ipsa rosa,& similiter oleum eius in emendatione medicinarum solutiuarum acutarum, sicut est scamonea,& euphorbiū & similia.Et in siccis, ut in mirobalanis est addendum oleum amygdalinum,aut rosaceū, aut uiolaceum,aut sesaminum,aut omphacinum. Rosæ autem conditæ cum melle abstergunt mundificant & confortant,& conditæ cum zuccharo minoris sunt absterssionis,& maioris confortationis & stipticitatis. [g] Et aqua earū quę fit per infusionem est mundificatiua,absterssiua,& solutiua. & ea quæ fit per sublimationem est multæ confortationis, neq; est soluciua propter resolutionē subtilis caliditatis eius,in decoctione eius.Acetum autem infusionis earū est medicina bona omnium inflammationum, & est diuisiuum solutiuum,confortatiuum. † [h] Per albas uero non fit solutio aliqua,de qua sit curandum. Et est in eis de stipticitate plusquam sit in rubea.Neque adhuc sunt similes in confortatione eis.Et scito quòd rosæ non sustinent de decoctione aliquid omnino, & proprie recentes. Resoluitur enim ab eis uirtus sigillans absterssionem eius,& solutionē eius, & deoccultatur uirtus earum stiptica faciens constrictionem.† Succus uero eius sustinet de decoctione aliquid mediocriter & acquirit ei subtilitatem & bonitatem absterssionis.Oleum quoque factum ex rosis nondum completis est maioris infrigidationis,& stipticitatis cuius melius fundamentum est oleum sumptum ex oliuis non perfectis.Et factum ex rosis in quibus iam aduenit perfectio est maioris resolutionis conuenienter, & minoris infrigidationis cuius melius fundamentum est oleum oliuarum mediocrium in maturatione aut sesaminum.

[i] Posse Succus eius,et aqua infusionis recentium,& completarum solutione educit cholerā, & mūdificat sanguinem ab ea,& uenas,& arterias,et confert icteritiæ, et aperit oppilationes hepatis, et stomachi, et mundificat et confortat ea. Et confortat cor,et confert tremori eius et educit materiam causantem eum. Et confert cholericis febribus.Rosa uero et oleum eius,et aqua ipsius per sublimationem facta confortant cor,stomachum & hepar. Et coadunant partes laxas membrorum, & cōfortant retentionē & sedant dolores calidos mira sedatione, & extinguūt & permutant malitias inflammationum, & sedant eas. [k] Et sunt ex medicinis dormire facientibus. Faciunt tamen coryzam & sternutationem.Et obsunt catarrhis, [l] et stringūt uuulam et guttur,et confortant ea,et auferunt crapulam.

Dosis. Potio succi rosarum est ab.ʒ.i. usq; ad.ii.cū zucchāro.Et potio syrupi facti cum succo earum est ab.ʒ.i. usque ad.v.

Andreas Marinvs.

[a] Et ex partibus aereis,) quas sublimādo seiūgunt chymistæ, & aquam rosaceam uulgò nuncupatam ad sanitatis & deliciarū usum conficiunt,de qua postea loquemur. [b] Et ex partibus igneis) quas macerando extrahimus, dilutumque ad aluum deiiciendam paramus. [c] In abscisione uero rubedinis non plus est rosa, quam homo mortuus) tandiu homo dicitur, & est,quandiu operatur,pereuntibus autem operationibus cadauer est hominis: ita rosa rubea eatenus rosa rubea est,quatenus ruborem habet, quo amisso rubeæ rosæ cadauer est;ac sicuti hominis operatio non est anima,sed animæ opus,& testimonium, ita rubor non est rosæ forma,sed formæ opus proprium, quo remoto fermā una periisse liquidò constat. peccat autem Manardi argumentum, quia quod uni rubeæ rosæ conuenit, id omni rosæ adscribit. quæ ē fallacia à secundum quid,ad simpliciter, ut logici uocāt. [d] Et prima operatio eius est propter amaritudinem) succus rosarum, dilutum, & ipsa rosa recens deuorata aluo excrementa deiiciunt, non quidem soluendo, sed tergendo,terget autem amarus sapor, quam rem, ipsa ductus ueritate aduersus posita principia dixit Mesues, qui formæ specificę omnium medicamētorū laxatoriam uim tribuit,ut suo loco dictum à nobis est. [e] Et quæ non est completa est frigidior) sicuti reliqua immatura,& acerba. [f] Et alba in stipticitate) rubeus color in rubea rosa ignis copiā significat,albus uerò eiusdem inopiam.plus igitur aquæ, ac terræ alba habet, quam rubea,quare magis quidem refrigerat,& adstringit,sed minus odora est,ac minus laxat. [g] Et aqua earum quę fit per infusionem) aquæ uox Arabum medicorum interpretibus latissimè accipitur,nam & decocta, ἀποζέματα græcis dicta,& diluta quæ macerando siunt,& succos, atque cremores, nec non & stillatitios liquores, qui sublimando è rebus stillant, aquas nuncupant,id quod lubens monui ne forte iuuenes uocum similitudine decipiantur;dilutum igitur (infusionem uocat) quod sæpius maceratis rosis efficitur,tergendo bliosa excrementa uacuat, quocirca syrupum ex eo cum saccharo medici parant ad eū usum, quod medicamentum est planè diuinum,quanquam desunt, qui solo diluto interdum ad eā rem utantur. Quæ uero fit per sublimationem aqua rosacea uocitata,non modo saluti, sed etiam deliciis inseruit,elicitur autem stillatitius & nobilis hic liquor uariis modis, quos humana excogitauit industria, horum tamen præcipui sunt duo,unus qui dem ui ignis absque ullo medio operatur, alter uero aquæ calidæ feruore,aut uapore. prior diuersis uasorum & fornacum formis accommodatur;quorum usitatiores sunt plumbeus,& uitreus alembicus, diuersos etiam gradus ignis nanciscitur. alii etenim carbonibus,alii aridissimis lignis ignem accendunt, porro autem ignis aquæ quod balneum Mariæ chymistarum uulgus appellat, uariis uasibus aptatur,quorum formas apud chymistas ipsos reperies,qui profectò ab elegantioribus medicis pro destillatione, maceratione,coctione,cæterisq; medicamentorū pręparationibus sæpè sunt consulendi. Vnum ego præ aliis summopere probō,cuius exemplum ostendit mihi Akatius regius pharmacopæus, uir integerrimus,cum forte ex Austria rediens cœnipontum diuertisse,quod ego cum ad hanc usque diem in memoria,(ni fallor) retinuerim nolui studiosis denegare. Erat in cubiculo fornax parieti adhęrens, crudis opinor lateribus cōstructa,q̄ æneum uas satis amplū capiebat, cui uasculum aliud minus inserebatur, ita ut ambo unum uas constituerent; maius aquam,minus uerò res distillandas capiebat,uisus sum mihi tunc uerum antiquorum diploma uidere, minoris nasculi ori,alembicus æneus insere batur,cuius itidem labris exterius ueluti paropsis aduersa aquæ frigidissimę plena hærebat,qua alembici frigiditas fo ueretur, uestiebat autem non solum alembicum,sed eius ét gutturnium,quem nasum appellant;ne aquæ sublimatæ æstus aliquid paterentur. Infra furnulus erat carbonibus accommodatus,quibus aquam calefaciebat. Erant quoque in proximo pariete duo uasa occulta,alterum e regione diplomatis aqua calida refertum, quæ eodem igni a furnulo ad uas per cæcos testaceos tubulos delato incalescebat, cuius usus erat uas magnum per fistulam,ne aqua calida deficeret replere,à qua calor uniformis conseruaretur,alterum uerò ex aduerso summi alembici aquæ frigidissimæ plenum à quo in paropsidem alembici stillabat,cum prior iam feruida in phialam per clauiculam, quæ fistulæ alembici nasum circundanti infixa erat,exiuisset cuius uasis imago, nisi me fallit memoria, hæc est.

BALNEVM MARIAE.



a.b.c. alembicus describitur d.e.f.g. paropsis alembi cum uestiens h. nasus i.clauicula k. phiala stillatitium liquorem excipiens l. clauicula fistulæ nasum circundantis m. uasculum aquam paropsidis iam tepidam accipiens n.o.p. uas aquæ calidæ magnum q. patella perficiens diploma r. furnulus ignis s. testacei tubuli parieti infixi t. uas muro impositum,in quo feruet aqua u.x.y. uas aquæ frigidissimę z. clauicula aquam in paropsidē laxans.excellere autem debet uasculum minus id,in quo est,quatuor saltem digitis ne feruidi uapores ad alembicum repente ferantur, ita tamen,ut utrunque uas committatur,adeò ut unum esse uideantur, in lamina uerò ænea utrunque committente sit foramen,aquam calidam ex aduerso uase; quod in parietē est accipiens. Eius uasis prestantia hæc est, quod rosæ, & quælibet res distillandæ elixantur ab aqueo tepore,non assantur, itaque aereę partes,in quibus odor consistit,absque resolutione exhalant,deinde uerò uapores in alembicum collecti non modo coguntur celerius in aquam, sed etiam ab ustione & fumido nidore præseruantur,qui à calfacto alembico stillatitiis hisce liquoribus imprimi solet, nam aqua frigidissima alembici frigiditatem conseruat,à qua nō possūt uapores incalescere. extrahebat Akatius amicus noster liquores ex multis simplicibus cum aliquius saporis,multi uerò odoris conseruatione, quod aliis ferè uasorum formis pharmacopæi præstare nequeunt, quo fit ut aqueum tantū clementum è rebus eliciant, quod phlegma,chimistæ uocant,in quo sola refrigerandi uis inhæret,siue frigidū seu calidum

tidũ ſimplex illud fuerit, ſtillatitius etenim abſinthii liquor, & betonicę, quæ calida ſunt medicaméta, non modo nõ cal facit, ſed refrigerat potius, nihil tamẽ ab aqua ſimplici differt, ſi ſapori credimus, quare ſi ex liquoribus illis ſimpliciũ è quibus eliciunt facultates medici requirũt, toto mea qui dẽ ſententia errãt cœlo, ſi uero ſyrupos diſſoluere liquore aliquo, minus quam aqua ſimplex corruptibili inſtituunt, minus errant, gratior tamen eſſet, (ut ego quidem opinor) aqua ſimplex eadem arte diſtillata, remouetur enim quicquid eam prompte corrumpere poſſet, præterquam quòd dulcem ſaporem retinet. quòd ſi ſimplicium uires aliquas deſtillando cupiunt conſeruare, uel hoc uaſe utantur, uel alio conſimili, ualentiora tamẽ ſunt decocta, quamuis liquores ij guſtui ſint gratiores, conficitur autem uas illud totũ ex ęre, quanquam pars interior ſtanno oblinitur, quę materia, & ſi uitro ac ſigulina terra deterior, quia metallum eſt cenſetur, non ob id tamen eſt aſpernenda, quippè tali calore, nihil è ſtanno, nedum ex ære corraſum liquores accipiũt ſtillatitij. hæc obiter de aquis ſublimatis. [h] Per albas ue rò non fit ſolutio) quoniam partim ignis & amaritudinis habent, multum uerò aquæ, ac terræ. loquitur autem de roſa alba uulgò uocata, nõ de moſchata, ſeu damaſcena, quæ ſpecie à roſis longè differt, ſiue floris figuram, odoremque ſeu arbuſti imaginem, quæ à uulgaribus roſis omnino diuerſa eſt, reſpicias, id quod pro Manardo dictum uolui, qui etiam in hoc cauillatur. [i] Poſſe ſuccus eius) ſucci ac diluti roſacei amaritudo, & calor tam obſcura ſunt, uix ut naturam ſtimulent ad expulſionem, natura autem leuiter irritata humor prodit tenuis & motu facilis, qualem eſſe bilem omnes norunt, neq; hanc ipſam à toto corpore trahit roſa ſed per eductũ humoris ſucceſsionem, quippè non habet, quo ad intima penetret, uehementẽ caloré, neq; acrimoniam, reliqui autem effectus, quos Meſues huic tribuit, bilis uacuationem ſequuntur, roſæq; ſtipticitatem. [k] Et ſunt ex medicamentis dormire facientibus) humiditas enim aquea, aereaq; odoris ui ad cerebrum delata ipſum magis humectat: omnis præterea odor calidus eſt, quare humiditas liqueſcit, quæ ſi ad cerebri uentriculos fertur, ſomnum, ſi uerò ad nares, coryzam gignere poteſt, id quod de uiolis ſuo loco dicetur. [l] Et ſtringunt uuulam, & guttur) puluis earũ procidentem uuulam ſua ſtipticitate reſtituit.

MANARDVS, De Roſis.

Roſam nõ uideo à Græcis, neque ab Auerroe inter purgatoria medicamina reponi, experientia tamen ipſa, collocari inter ea debere oſtendit, cui etiam Dioſcorides conſentire uidetur, roſaceum unguentum uires habere dicens ad ſoluendam aluum conducentes: quas uires nõ alia re habere poteſt, præterquam à roſis. COMPONITVR ex terreis partibus.) Gal. conſtare dixit ex aqua, ea ſubſtantia calida cui qualitas adſtringens & amara coniuncta eſt. IN abſciſſione rubedinis non plus eſt roſa, quàm homo mortuus.)

Hoc dictum ualde mihi eſt ambiguum, neq; enim ex rubore ſpeciem habet roſa: alioquin alba roſa, roſa non eſſet, colore etiam deperdito, ſeruari odorẽ adhuc uidemus, & adſtringendi uim. Vſum uero roſæ Plinius diuidit in folia, flores, & capita. Foliorum partes candidæ, ungues uocantur. In flore aliud ſemen, aliud capillus: in capite aliud caput, aliud calix. Florem luteum, illud intraneum intellige, quod magis reliquis partibus exiccare & adſtringere dicit Galenus et Dioſcorides, facere ad gingiuarũ defluxus. Plinius dat in poſca ad mulierum fluxiones, maxime albas, & ſanguinis excreationes, & ad uentriculi dolores cũ uino. Vinum in quo folia ficca cocta ſint, laudat Dioſc. in dolore capitis, oculorum, aurium, gingiuarum, pudẽdi, ani, uteri, ſi eo membra illa abluantur, nullam autem roſæ partem, præter capita, præbet bibendam. PER albas non fit ſolutio aliqua.) Apertus hoc loco error deprehenditur, albę enim de ſeni uocatæ, & uulgo apud nos Damaſcenæ, cum albiſſimæ ſint cæteras in purgando excellunt. SVCCVS uero eius.) Succum non reponit Dioſcorides ad alium, quàm ad oculorum uſum.

De uiolis. Cap. xx.

VIola recẽs, eſt frigida, humida, ordine primo, ſicca minus tum frigida, tum humida. In recẽte enim excrementoſa in ſuperficie humiditas purgatrix lubricando caliditatem obtundit, perfectionis ipſius & formæ cauſam. Hæc autem ſiccando reſoluta cum eſt, caliditas prius obruta emicat, & ab ea ſapor amarus, ſitque trahendo purgatrix. Viola recens refrigerat, narcoticorum ritu dolores calidos ſedat, inflammationes omnes extinguit, aſperam arteriam & thoracem lenit, & purgat bilem flauam & ab ea calorem extinguit, & cephalagiam à cauſa calida. ſomniferæ ſunt, conferunt uuæ, cynanchę, præter cætera uero pleuritidi, & cæteris tumoribus thoracis, phlegmonem hepatis, obſtructionem eius ſiccam, icterum, ualde iuuant, & febres ſymptomaticas ſeu inflammatorias, ſitim ſedant, ſed coryzam excitant. Melior eſt uiola matutina, cuius uirtutem neque Solis calor reſoluit, neque pluuia diſſipauit Cum imbecilliter purgent, additur à quibuſdam uiolarum parti dimidiam turbith, ab alijs ſcammonium & finguntur trochiſci. Violæ & oleum uiolatum, ut medicamentorũ uehementiam obtundant, ipſis adduntur. Succus uiolarum, & ſyrupus leniendo ſoluit. Violæ melle conditæ magis tergente, minus refrigerant, cum ſaccharo contra. Nec uiolę, nec harum ſuccus, multam coctionem ſuſtinent. Acetũ uiolatum, febrium ardorem mire ſedat. Oleum ſit omphacinũ, aut amygdalinum, ex quo oleum uiolatum fiet. Dantur potu expreſſo ab uncijs quatuor ad uncias octo. Succus ab uncia una ad uncias duas. Syrupus uiolatus ab uncijs duabus, uſq; ad uncias quatuor. Conditum uiolarum, ab uncia una & ſemiſſe ad uncias tres.

Violarum deſcriptio ex Dioſcoride.

VIOLA purpurea folium habet hedera minus, tenuius ac nigrius, nec multò diſſimile, cauliculus è radice medius rodit, in quo floſculus ſuauiſsimè olens, purpureus, opacis, & aſperis naſcitur.

VIOLAE



De

De uiolis. Cap. xxi

VIolæ ſunt medicina temperata conueniens, & fit per eam malæ qualitatis permutatio, & naturæ ſolutio.

ELECTIO. Melior eſt quæcunque eſt ex primis, quã non inuenit calor reſoluens uirtutem, aut pluuia diſſipans.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Frigida & humida in primo gradu. Et quæ eſt ficca eſt minus frigida & minus humida. Eſt enim in recente ſuperflua humiditas ſupergrediens caliditatem eius, à qua eſt perfectio ipſius & ſpecies. cum autem exiccatur & reſoluitur humidum ſuperficiale ipſius manifeſtatur amaritudo eius quæ eſt propter caliditatem quæ fuerat ſepulta, & eſt tũc calida plus & humida minus. [a] Eſt enim in recẽte humiditas ſuperflua propter quod quæ recens eſt, ſolutione educit per uentrem labificando. Quæ uero eſt ficca educit diſſoluendo. [b] Et ipſa quidem eſt infrigidatiua, narcotica, ſedatiua dolorum) carpit Meſuẽ Manardus, q̃ uiolas dixerit narcoticas, quæ ipſomet authore, frigidæ, atque humidæ ſunt ordine primo, qui gradus non eſt ſtupefactiuus. qua in re interpres potius, quàm Meſues reprehendendus erat, qui pro anodyna narcoticam fortaſſe reddidit, authorem enim anodynum medicamentum, uiolas eſſe uoluiſſe, declarant ea uerba, ſedatiua dolorum, neq; tam ſtupidum uirum hunc fuiſſe cenſeo, ut in re tam aperta ſit hallucinatus. Sedat autem dolores leniente humiditate ſubtili, cum tenui calore. [c] Et quidam addunt quantitati earum) Ex uiolis duo trochiſcorum genera conficiuntur à noſtris, quorum utrunque recipit turbith, alterum uerò etiam ſcammonium, frequentiſsimo in uſu eſt apud nos, quod ſcamonium non habet, quorum deſcriptionem in capit. de turbith Meſues tradit, ſicuti aliorum in capit. de aſthmate. crediderim tamen non uiolarum uim à turbith augeri, ſed contra potius eius prauitatem a uiolis infringi, ac corrigi uel ipſomet authore, qui uiolis medicinas acutas emẽdari paulò ante dixerat. [d] Et ſcito q̃ uiolæ) humidum aereum ob eam, quam cum aere habet analogiam paruo ad

A hibito igni exhalat, quare nihil mirum, ſi leniter bulliendo è uiolis euaporat, quæ humore tenui redundant. [e] Et corroboratur acetum) impropria ſanè locutio hæc eſt; neque enim roboratur acetum, ſed eius potius acrimonia retunditur uiolarum diluto. quare longè melius interpretatur, Syluius præceptor olim meus, qui à uiolarum diluto acetum febribus opportunum reddi aſſerit, quippè refrigerat; & ſiccat, ideò putredinem corrigit abſque acrimoniæ calfactione. [f] Solutione educunt choleram) at trochiſci de uiolis abſq; ſcamonio pituitam educunt, ex quo facilè colligitur uiolas corrigere turbith prauitatem, non contra ab eo uiolarum uim augeri, pòrrò ſiccæ bilem ducunt, ob igneas partes, quæ ab ſumpta humiditate dominantur, humidæ refrigerant, atque humẽctant, ideo bilem infringunt, & craſſam reddunt, quibus qualitatibus reliquis affectibus medentur, quos Meſues commemorat. [g] Sunt ſomniferæ) uiolarum frigiditas, & humiditas ſomnum conciliare profectò non poſſent, niſi odor accederet, qui ſicut in roſa dictũ eſt, ſomnum, & coryzam efficere poteſt.

B MANARDVS. De Violis.

Nec violam inuenio apud Græcos purgare: credi tamẽ poteſt, ſi magnã quantitate ſumatur, uentrem lenire. Et ipſa quidem eſt narcotica.) Quando narcotica, ſi frigida eſt tantum in primo ordine, ut tu ſuperius ſcripſiſti? Poſſe.) Folia uel per ſe, uel cum polenta, facere ad uentriculi exuſtiones, oculorum inflammationes, & ſedis caſus, ſcribit Dioſcorides quoſdam; afferere, partem floris purpuream anginæ, & puerorum comitiali morbo conferre.

De Abſinthio. Cap. xii.

C ABſinthium cum ſit multiplex, Romanum eligimus, foliis albis, leuibus & planis, non aſperis, odore iucundo, abſinthium marinum nihil imitante, lectum in terra libera, calidum ordine primo, ſiccum † ſecundo, in quoto etiam calet flos. Conſtat ſubſtantia duplici vna calida amara, nitroſa, purgante, obſtructa liberante, altera terrea ſtyptica, partes cogendo roborante, largiore præſertim ſiccatum. Cum autem ſubſtantia eius calida ſit ſi perficiaria, ubi ſumptum eſt abſinthiũ, ab ea prior fit actio, à terrea ſtyptica poſterior, per quam comprimendo uentrẽ ſoluere nonnulli male ſunt opinati. Bilem enim flauam, & aquas à uentriculo, inteſtinis, hepate, uenis, uacuat, etiam interdum per urinas. Pituitam uero aut non uacuat, aut maximè paucam, licet phlegmagogum quoque ipſum Auẽzoar cenſuerit. Abſinthium à putredine uindicat, præcipue potũ quotidiano unciæ unius, uel duarum, uini aut aquæ, cui infuſum uel incoctum fuerit, uel aquæ ex eo ſublimatæ. Siccum idem panis interpoſitum à tineis & uermibus uindicat, & tutos reddit. Partibus attritis, aut contuſis, præcipuè cum melle aut uino, & pauco cymino calfactum, & appoſitum mire confert. Si uino item, aut aqua, aut oleo, cui abſinthium & radix cucumer agreſtis incocta fuerint, ſpongia merſa & expreſſa temporibus alligatur, hemicraniam ſanat. Auris quoque ſuffita uino aut aqua, cui incoctum ſit abſinthium, dolore, tinnitu, ſurditate liberatur.

Acetum item aut uinum, cui incoctum ſit abſinthium cũ cortice citri, oris fœtorem à gingiuarum & dentium, uel materiarum in uentriculo, putredine emendat. Idem præſtat aqua eius diſtillata. Succus abſinthii cum nucleis perſicorum, uermes aurium, & aliarum partium enecat & educit, ſed maxime hoc electario lumbricos enecat, abſinthii, ʒ.ii. euphorbii. ʒ.i. & dimidia, cornu cerui uſti. ʒ. dimidia, mellis quantum ſufficit. Ex abſinthio, fumaria, paſsis uuis purgatis, myrobalanis citreis, potio fit commoda cõtra pruritum & ſcabiem. Abſinthium uentriculum & hepar roborat, appetentiam excitat, obſtructiones tollit, & inde natos affectus, ut icterum, hydropem, febribus putridis etiam diu turnis confert. Abſinthium innocenter ſumitur, ſucco tamen lædit uentriculum ob nitroſum ſaporem. Quia autem imbecilliter ſoluit, roſæ, fumaria, ſerum lactis, ſpica, uuæ paſſæ purgatæ, illi miſcentur, vt melius & tutius purget. Colligitur uere, & ſuccus ex eo, uere medio præſertim, extractus, ſole uel calidis cineribus in uaſe uitreo ſiccatur, ut aloe, aqua ex eo ut roſis & aliis ſublimando deſtillatur eodem uere, flos uero ætatis principio legendus mediocretn ſuſtinet

SYL. Abſinthiũ ponticũ, ſeu cappadocium Dioſc. [f] & Galeno dicitur Meſuæ Romanũ, ut noſtris ſimp. probauimus.

† Tertio Gal. Cholagogam vi Dioſ. & Ga. tribuunt.

Capitis dolorem facit Dio.

Deſtillanda calore uaporis aquoſe feruẽtis, vt odorem, ſapo-

rem, uires retineat, non ignis primo.

ſuſtinet decoctionem. Abſinthii decoctum uel infuſum bibitur ab ʒ.v.ad ʒ.viii.ſuccus a 3.tribus ad 3.quatuor, puluis à drach.duabus ad drach.tres.

SYLVII ADNOTATIO.

Semen drach.ſex cum marinæ aquæ ſextario purgationis gratia antiquos dediſſe, teſtatur Plinius. Dioſcorides thoracem purgat cum iride, & icterum, inappetentiamq; ſanat.

ABSINTHIVM.

De Abſinthio. Cap. 12.

ANT. ABſinthium multiplex eſt. † Sed illud quod intendimus nunc eſt [a] abſinthium romanum.

ELECTIO. Melius eſt quod eſt remotum ab odore maris. Et quod oritur in terris liberis & habet folia alba lenia & plana. Aſperum uero eſt malum, & melius tempus collectionis eſt uer, & operationis ſucci ipſius ſimiliter, ſimiliter aqua eius. Et melius tempus collectionis florum eſt principium æſtatis.

COMPLEXIO & proprietas. [b] Calidum eſt in primo & ſiccum in ſecundo. & ſuccus eius, flos eius eſt calidior accedens ad ſecundum. eſt autem abſinthium compoſitum [c] ex ſubſtantia calida dante amaritudinem & nitroſitatem, & faciente ipſum aperitiuum oppilationum, & ſolutiuum naturæ. Et ex ſubſtantia terrea ſtiptica, per quam acquiritur ei, H ut ſit membrorum confortatiuum, & partium laxarum aggregatiuum. [d] Sed ſtipticitas quidem plus eſt amaritudine ſua. Et adhuc eſt plus in eo quod eſt exiccatum. Sed ſubſtantia calida magis eſt in ſuperficie dominans, [e] propter quod ſua prima operatio qua obuiat corpori, eſt ſuper ueſtigia caliditatis quæ ſciuiſti. Et ſecunda ſua operatio eſt ueſtigia ex ſubſtantia ſtiptica prodeuntia imprimere. & dixerunt quidam quod educit per uentrem comprimendo, & receſſerunt.

RECTIFICATIO. Non eſt in eo nocumentum apparens. [f] Succus tamen eius nocet ſtomacho propter bauracitatem ſuam. Et eſt debilis ſolutionis. Et ex rebus adiungendis ei meliorantibus illud eſt roſa. Et ex uigorantibus eius operationem eſt fumus terræ, & aqua caſei, & ſpica addit ei bonitates notas, & paſſulæ enucleatæ emendant conditiones eius.

E MODVS Operationis ſucci eius. Exprime ſucci eius quantum uis, & proprie in medio ueris, & purifica illud ſecundum modos notos. & fac ſiccari in ſole uel cinere calido in uaſe uitreato, ſicut ſiccatur aloes. † Aqua autem ſublimationis eius fit ſicut aqua roſata, & ſimilia quæ fiunt in uaſis ſublimationum, Abſinthium autem ſuſtinet de decoctione mediocriter.

POSSE † [g] Solutione educit choleram à ſtomacho, & inteſtinis, & hepate. Et extenditur operatio eius ad uenas & mundificat eas ab humore cholerico & aquoſo, & interdum educit ipſum per uiam urinæ. † Et dixit Auenzoar. [h] Solutione etiam phlegma educit. [i] Et dixerunt alii non imprimit operationem in phlegmate, de qua ſit curandum. Et eſt quaſi uerius. Abſinthium quoque præſeruat à putrefactione, & proprie potus infuſionis eius in uino, aut decoctionis ſingulis diebus circiter ʒ.i.aut.ii. & aquæ ſublimationis eius ſimiliter. Et prohibet pannos à tineis & uermibus. Et confert iuuamentum magnum contritioni, & contuſioni membrorum, & proprie cum melle, aut calefactũ F cum uino, & pauco cimino. Et ſi in uino aut aqua decoctionis eius, et radicum cucumeris aſinini infundatur ſpongia, et exprimatur et ligetur comprimendo ſuper tempora, cõfert hemicraneæ. Et oleum ex eis factum ſimiliter, et uaporatur auris ex aqua decoctionis eius, aut uino, et cõfert dolori auris et tinnitui, et ſurditati. Et cum abluitur cum aceto decoctiõis eius remouet fœtorem oris à putrefactione gingiuarum et partium eius, et uinum decoctionis eius et corticum citri. [k] et aqua ſublimationis ipſius confert fœtori oris propter rem putridam quæ eſt in ſtomacho. Succus autem eius cum nucleis perſici interficit uermes in aure. Ex abſinthio quoque & fumoterræ & paſſulis ſine interioribus, & myrobalanis citrinis, fit potio bona ad pruritũ & ſcabiem. [l] Ipſum quoque ſtomachum & hepar corroborat. [m] Appetitum mortuum excitat. [n] Oppilationes aperit, & morbos oppilationum curat, ſicut icteritia, & hydropiſis. Vermes interficit, & educit, & proprie electarium factum ex eo in hunc modum. Accipe abſinthii ʒ.ii. euphorbii drach.i. & ſ. cornu ceruini adufti ʒ.s. mellis quantũ ſufficit. Confert etiam abſinthium iuuamentum magnum G febribus longi temporis, & febribus oppilationum.

DOSIS Quoque ipſius decoctũ aut infuſi. Potio eſt ab. ʒ.v.vſq; ad viii. & pulueris eius à ʒ.ii.vſque ad iii. & ſucci. a ʒ.iii.vſque ad.iiii.

ANDREAS MARINVS.

[a] Abſinthium Romanum) Reprehendit Meſuem Manardus etiam in hoc, q abſinthium romanum cæteris præpoſuerit, cum Dioſcorides unà cum reliquis græcis ponticum, & cappadocum magis commendauerit, qui, ſi error eſt, utinã non haberemus in arabica medicina longè maiores, & magis periculoſos. Quid ſi romanum omnibus præpoſuit, quę ipſe nouerit, ponticum autem & cappadocum nunquam uiderit? Quid ſi interpretis inſcitia pro pontico romanum conuerterit? certè eaſdem romano facultates Meſues tribuit, quas græci ſuo pontico adſcripſere, quod firmiſſimum eſt inditium de græcorum põtico Meſuem ſcribere, in qua ſententia Iacobus Syluius fuit, cui cum tota ars medica, tũ præſertim Meſues ipſe multum debet. [b] Calidum eſt in primo, & ſiccum in ſecundo) Galenus ſiccum in tertio ſtatuit neq; tamen magna eſt diſſenſio, cum finis ſecundi, & initiũ tertii adeò uicina ſint, ut alterum pro altero abſque erroris ſuſpicione accipi poſsit, ſed & Galenum ipſum ſæpe in hoc errore deprehẽdes, ſi modo error eſt exiſtimãdus, ut quod in ſecundo calidum alicubi dixit, idipſum alibi calidum in tertio ſcribat. [c] Ex ſubſtantia calida dante amaritudinem, & nitroſitatem) quibus qualitatibus ualẽter abſtergit, ſordes à uẽtriculo, & inteſtinis, aluoq; ſubducit, quare obſtructa aperit, & farctu liberat. [d] Sed ſtipticitas quidem plus eſt amaritudine ſua) ſoli pontico Galenus id adſcribit, nam in aliis generibus adſtrictionem ſuperat amaritudo, quæ cã eſt, cur ſtomacho maxime noxia cenſeantur, cum tamen põticum eidem ſit admodum gratum. [e] Propter quod ſua prima operatio, qua obuiat corpori eſt ſuper ueſtigia caliditatis) et ſi plus terræ quã ignis ponticum habet, ideoq; plus adſtringit quam calefaciat celerius tamen hoc, quàm illud

præſtat, non ſolum q ignis in ſuperficie poſitus ſit, ſed etiã quia maxime actiuus. hoc idem de aloe, ac rheo dici poteſt quorum caliditas prius aperit, laxatq; quàm acerbitas adſtringat. utrunque tamen commodè præſtant uariis cũ corporis locis, tum temporis ſpaciis. [f] Succus tamen eius nocet ſtomacho propter bauracitatem) amara, ſalſa, & nitroſa quatenus talia, ſtomacho aduerſari alibi diximus, & à Galeno ſæpè repetitur. ſi igitur põticum abſinthium, quod minus amarum, ac nitroſum aliis eſt, ſtomachum nitroſitate lædit, quanto magis uulgare noſtrum amariſsimum cum ſit uentriculum ſubuertet? diſcant ergo medici ab uſu uulgaris, abſinthii temperare in iis præſertim affectibus, quibus põticum conuenire Galenus docuit, quod ſi tamẽ eo uti uelint, deſinant ſaltem mirari, ſi eoſdem effectus, quos Galenus ipſe pollicetur, non ad ſequantur. [g] Solutione educit choleram à ſtomacho, & inteſtinis, & hepate.) bilẽ expurgat, (inquit Dioſcorides) quæ & ſtomacho, & uentri inhæſit, urinam cit. cui etiam Galenus ſubſcribit. quod autem hepatis, aut uenarum habitus bilem expurget, neque ueteres græci dixere, neque ego adducor ut credam, cum calidi B tas exigua ſit, multaq; adſtrictio, quare ſuſpicor illud haud omnino uerum eſſe quod ſequitur. (Et extenditur operatio eius ad uenas) niſi de ea purgatione intelligat, quæ fit per urinas. [h] Solutione etiam phlegma educit) ſi de pituita aquoſa loquitur, quæ in uentriculo & inteſtinis ad magnos naturæ uſus continetur haud ex toto falſum dixit Auẽzoar, deterget enim amarus ſapor obuium quemque humorem. ſi uerò de ea pituita loquitur, quæ in uenis, aut in capite colligitur, longè abeſt à ueritate, neque enim tantum caloris habet abſinthium, & acrimoniæ, quantum humoris craſſi, ac uiſcidi purgatio requirit. [i] Et dixerunt alii nõ im primit operationem in phlegmate) unus ex his fuit Galenus, qui in v.ſimpl. ne eam quidem quæ in uentre eſt pituitam ab eo moueri putauit. [k] Et aqua ſublimationis ipſius) uſum uocis aquæ ſarracenis medicis multiplicem eſſe docuimus ſupra in cap. de roſis, nunc illud addimus binas tantum aquas ſublimatas toto hoc uolumine Meſuem numerare, & eas quidem addita ſublimatæ uoce, quod indiciũ eſt non ſolum alibi paſsim per aquã ſuccum, dilutum, aut de C coctum accepiſſe, uerum etiam ſublimatas iſtas aquas, non tanti æſtimaſſe, quanti eas poſteritas æſtimauit. Nam ſi quæ ſunt, quæ odorem eius rei, à qua ſtillant retinere uideantur, quæ paucæ ſunt, ſaporem perfectò uix ulla retinet perſpicuũ quacũq; tandem eliciatur arte, ſeu aquæ tepidæ uapore, ut Manardus docuit, ſiue ut alii, balnei, aut cinerum, aut arenæ, aut carbonum lignorumve calore: ſciungitur enim hac arte aqueum elementum, & uapor aereus, in quibus non conſiſtit ſapor, terreum ubi inhæret relinquitur. ingenioſius ex abſinthio, cæteriſque ſimplicibus medicamentis aridis, tuſis, atq; cribratis aquam chymiſtæ quidam eliciunt, aqua uitæ, uel uino, uel etiam aqua ſimplici madefacientes prius, balneiq; aut cinerum igni committentes, ſeruatur. n. ita rerum ſapor aliquis, iſq; non obſcurus, & cum eo uis medicamentoſa educitur. hac arte ex abſinthio eductam aquã ad oris fœtorem à noſtro Meſue uſurpari non abſq; ratione arbitror, nam ſi abſinthii amaritudo putrediuem corrigit, aqua profecto è recenti adhuc herba deſtillata id minime præſtabit, ob eam, quam antea diximus cauſam. Hos ego diſtillandi modos omnes expertus in eam tandem ſententiam ueni, ut putem græcorum apozemata, uel expreſſos ſuccos, uel diluta artificioſis hiſce liquoribus uſu medico eſſe præferenda, quamuis delicatioribus palatis ingrata eſſe uideantur, quibus dum medici conſulunt, ſi modo medicorum nomine digni ſunt, ueterem, ac germanam medẽdi rationem ſubuertunt. [l] Ipſum quoque ſtomachum, & hepar corroboratur) uerum id eſt, ſi de pontico loquaris, uel romano, in quo adſtrictio amarorem ſuperat, nam uulgare, cuius amaritudo excellit, & odor eſt fœdus ſtomacho aduerſatur. [m] Appetitum mortuum excitat.) ponticũ quia laxum uentrem adſtringit, atque cogit promptum eum reddit ad appetendum, & coquendum, contra uerò uulgare abſinthium amaritudine, & graui odore facultates ventriculi delet. [n] Oppilationes aperit) ita hæc præſtat abſinthiũ, quouis modo ſumptum, ut longo eius uſu malum habitum cũ utriuſq; hypocondrii maxima duritie, atque adeo etiam hydropem ſanari ſæpe uiderim, præſtat tamen ſuccum tunc exhibere.

MANARDVS, De Abſinthio.

Dioſcorides, Plinius, Galenus inter purgatoria medicamina numerauere. SED illud quod intendimus nunc, eſt abſinthium Romanum.) Neſcio ubi ſomniauerint Arabes abſinthium hoc Romanum. Dioſcorides, Plinius, Galenus laudant Ponticum, quod flore & folio minore quàm cætera dicit Galenus 2. curat mech. odoræq; non modo non in ſuaui, uerum aromatum quid præſe ferente. Tale ego in Pãnonia & uidi, & guſtaui. Cappadocum etiam Dioſ. Romanum ne nominauit quidem. SICVMin ſecundo.) Intertio dicit Gal. SVCCVS nocet ſtomacho.) Adde ex Dioſ. quod dolorem facit capitis: & ex Plin. quod decoctum eſt ſtomacho ſaluberrimum, & ex eodem Dioſ. quod valet ad inflationes, ſtomachiq; ac uentris dolores, ſi cum ſeſeli bibatur: & quod crapulæ reſiſtit, & menſes citat. SOLVTIONE educit choleram.) Educit bilioſa ſtomacho & uentri inhærentia, Dioſcoride teſte ET dixit Auenzoar, ſolutione etiam phlegma educit.) Hoc aperte negauit Galenus ET aquæ ſublimationis eius.) Si hæc aqua communi modo fuerit parata, exiguas certe uires habebit. Nos autem ſcimus, & alibi docuimus modum eliciendi aquam, quæ odorem & ſaporem eius retinet, & cum his, ut conſentaneũ rationi eſt, etiam alias uires. POTVS infuſionis.) Curat etiam inappetentiam atque arquatum morbum, ut ſcribit Dioſcorides & thoracem purgat cum iride. Seminis drac. ſex dabant antiqui, cum marinæ aquæ ſextario, purgationis gratia, ſecundum Plinium.

STOECHAS.

De Stœchade. Cap. 13.

SYL. Eſt etiam gallica ex inſulis ſtœchadibus ad maſſiliam, Græcis laudata facultate tamen

STœchas laudatior Arabica, eſt herba foliis tenuibus, oblongis, ſtipite gracili, cinericio, cubitali, flore ſpicarum filiginis æmulo, breuiore, ſine ſemine, calida receſſu primo, ſicca ſecundo, duabus conſtans ſubſtantiis, una terrea, frigida, ſtyptica & ea pauca, altera ignea, tenui, modice amara, acri multum, tenuat, terget, purgat, reſolUit, aperit hepatis & lienis, & aliorum uiſcerum obſtructa.

purgatrice ab his omissa.

Tenuat terget obstructa aperit, menses ciet, uiscera omnia, & corpus reliquum roborat, thoracis dolores et alios affectus leuat hyssopi mõ Plin. Gal.

putredinem prohibet, omnes internas partium intemperies, præsertim cum materia, corrigit, cerebrum, neruos, cor, & alia viscera, partesque omnes internas ui pauca adstringente roborat. Purgat autem bilem atram & pituitã etiam ex cerebro, neruis, & sensuum instrumẽtis easq; partes roborat, omnibus frigidis affectibus est salubre, fotu, lauacro, potu. Oleum quoq; stœchados cerebrum & neruos calfaciendo, ceu vitam illis restituit. Sumpta stœchas cum scilla vel aceto scillite, epilepsiam & vertiginem iuuat. Cũ lapide Cyaneo, aut sale Indo, aut aliis ualentibus, confert melancholicis affectibus, quibus timor & mœror comes adest. Cum succo autem buglossi, aut pomorum dulcium, affectus cordis melancholicos iuuat, dolorem neruorum, iuncturarum, musculorum, sedat, quouis modo adhibita, suffitu obstructionẽ expedit. Syrupo, vel alia forma stœchas sumpta, quartanis & reliquis diuturnis febribus, præsertim pituosis succurrit. Calidis, siccis, biliosis, præsertim quibus multa bilis flaua in uentriculo redundat, est noxia, quia turbat uentriculum, & sitim, uomitum, ardorem molestum excitat. Quia imbecilliter purgat, ipsi additur pars sexta salis, & salis gemmæ, additur & myrobalanus nigra aut cepula, ut ualentior eius fiat actio, & scilla præcipue in capitis affectibus, item in sero lactis macerata, vel cocta, fit potentior, cum uuis autem passis purgatis succo pomorum dulcium cocta, innocentior. Oleum uetus cũ stœchade & pauca spica factum, est efficax. Pars stœchados potior est flos, paucam decoctionem sustinens, longiorem uero, eius folia floribus ignobiliora. Potatur stœchados decoctum ab unciis quinque ad uncias septem, puluis autem a drach. iii. à drach. v.

De Stœchade. Cap. 13.

ANT. STœchas quod medici laudant est stœchas arabicum, [b] † & est planta foliorum subtilium oblõgorum habẽs stipitem subtilem cineritium, cuius eleuatio super terram est in mensura cubiti, & habet flores assimilantes spicis siliginum, sed sunt breuiores sine semine.

Electio. Melius est arabicum & melior pars plãtæ eius est flos, post hunc folia.

G Complexio et proprietas. [c]Calidum est in primo & siccum in secundo. [d] Et est compositum ex partibus terreis frigidis dantibus ei stipticitatem paucã, & ex partibus igneis subtilibus à quibus insunt ei acuitas & amaritudo. Sed acuitas plus est amaritudine sua, & amaritudo plus est stipticitate ipsius propter quod est subtiliatiuum, resolutiuum, aperitiuum oppilationum, abstersiuum, [e]& naturæ solutiuum, & est præseruatiuum à putrefactioue prohibens, & est ex parte stipticitatis paucæ in eo confortatiuum cordis, & cerebri & neruorum & uiscerum, & hoc est esse & proprietas eius.

Rectificatio. Prohibendum est habentibus cholerã in stomacho. Conturbat enim eos inducens sitim & uomitum & æstuationem laboriosam. Nocet etiam calidam & siccam complexionem habentibus & qui sunt in potestate choleræ. Ipsum quoq; est ex debiliter soluentibus, propter quod recte miscendum est ei salgemma & myrobalani nigri cum eo, aut chebuli, magnificãt enim operationẽ eius. Et similiter scilla, & proprie in ęgritudinibus capitis. Et infusum quidem in aqua casei melioratur in conditionibus suis. H Et passulæ sine interioribus suis sunt ex his similiter quæ emendant. Similiter sal & sal gemma rectificat illud & proprie ad omnem partem eius sextuplum ipsius, & succus pomorum dulcium in decoctionibus eius uerificat illud. & fit ex eo & pauca spica & oleo ueteri oleum bonum iuuamenti noti. & flores quidem eius decoctionem parum sustinent, plus quoq; folia.

Posse. [f] Solutione educit choleram nigram & phlegma [g] Mundificat cerebrum & neruos & membra sensuum & confortat ea & confert iuuamentum magnum ægritudinibus frigidis in ipsis sm omnem modum usus eius siue in potibus siue in fomentis & lauacris. & oleum ipsius confortat cerebrũ et neruos et calefacit eos et uiuificat. et in medicinis stœchados, si iungatur scilla uel acetum eius est medicina bona epilepsiæ et uertigini, Et cum lapide lazuli aut sale indo aut alijs ualentibus ad eam, confert melãcho-

E liæ, & ægritudinibus timoris, & miscetur ei buglossa, & succus eius aut succus pomorum dulcium ad ægritudines cordis melãcholicas. et uaporatio decoctionis eius aperit oppilationes nariũ, et est medicina bona oppilationibus splenis et hepatis et uiscerum, et est sedatiuum dolorũ qui sunt in neruis et instrumentis iuncturarum et lacertorum secũdum omnem modum administrationis eius, et cõfortat interiora omnia quæ à frigiditate sunt læsa et proprie materiali, et prohibet à putrefactione. Et ipsius syrupus et alij modi administrationis eius sunt medicina bona quartanę, et febribus longi temporis et proprie phlegmatis.

Dosis. Decoctionis eius potio est ab. ℥. v. usq; ad. vij. et pulueris eius à. ʒ. iij. usq; ad. v.

Andreas Marinus.

[a]Stoechas arabicum.) mordet hic quoque Mesuem infestissimus Manardus, quòd arabicum dixerit, Gallicum scribente Dioscoride, qua in re quantum sit hallucinatus norunt ipsi quoque mercatores, qui arabicam stœchadem ex Alexandria aduectam pluris uendunt, quàm gallicam, F uocantq; gallicam ipsam sæpè, ut emptoribus imponant, arabicam. Nasci igitur stœchadem, & eam quidem selectissimam in Arabia certius est, quam ut Manardi, ad id, testimonio indigeamus. Ioannes Ruellius unus ex iis, qui ueterum placita mordicus tenent, cæteraq; uera esse putãt, quatenus ab illis uel scribuntur, uel æstimantur, arabicam stœchadem inter origani genera sub onitide comprehendi suspicatur, ea maxime ductus coniectura, quod uerisimile non arbitratur Dioscoridem hanc herbam subticuisse. quã coniecturam falsam esse ostendit onitidis semen, a stœchadis semine longè diuersum, illud enim ueluti coniũctos corymbos habet, hoc uerò uix refert seminis figuram, ut non absque ratione carere eam semine Mesues dixerit, quippe minutissimum est, & ueluti imperceptibile. [b]Et est planta foliorum subtilium) festucas tenues Dioscorides, & folium longum, noster Mesues utranq; conditionem folio tribuit, & meritò quidẽ nec festucas negligit sub stipitis nomine, quem cum Dioscoride subtilem dicit, colorem insuper cineritium, plantæ altitudinem, ac flores addit, quæ omnia G Dioscorides prætermisit, ut in huius herbæ descriptione noster Mesues Dioscoridi sit præferendus. [c]Calidum est in primo, & siccum in secundo) Galenus gradus caloris, aut siccitatis non præscripsit, ex facultatibus tamen, quas illi tribuit colligi potest in eadem cum Mesue sententia fuisse. [d]Et est compositum) hanc compositionem totam uidetur ex Galeno ad uerbum sumpsisse. [e] Et naturæ solutiuum) cum neq; ueteres græci, qui stœchadem optimè norunt, purgatoriam uim ei adscripserint, nec nos unquam experti tidimus, uel admodum imbecillam id eã inesse facultatẽ, uel certè uiridem id præstare arbitramur, nec alia de causa, nisi propter amaritudinem, ac leuem acrimoniam, quibus aperire, atq; extergere potest. [f] Solutione educit choleram nigram, & phlegma) tribuit hanc facultatem Dioscorides origano heracleotico acetabuli mensura epoto. quod mihi suspicionem aliquando iniecit Mesuem herbarum similitudine deceptum, origani facultates stœchadi adscribere, atque aliena fretum authoritate herbarum species confundere, qui error cunctis arabibus ferè est familiaris. quòd si H tamen eos humores ducit, non aliunde certè potest euacuare, quam ipsis ex uisceribus, quæ exterget. [g]Mundificat cerebrum, & neruos) ex accidenti, non per se, & ab iis partibus trahendo, sed ob uacuati humoris successionem. [h] Et est medicina bona oppilationibus) commodissime hæc omnia præstat, quia aperit, extenuat, & exterget, itaque diuturnis febribus opitulatur, morbisq; uniuersis medetur, qui ab obstructione proficiscuntur.

Manardus. De Stœcade.

Stœchas græcè dicitur, nec inter purgantes medicinas ab ea gente computatur: quod Auicenna quoq; confirmauit. Stichados Arabicum.) Non arabicum, sed potius Gallicum; nam teste Dios. et Plinio in insula eiusdem nominis generatur, quæ Massiliæ opposita est. Et est planta foliorum subtilium.) Non foliorum subtilium, ait Dioscorides sed leptocarphon, quasi dixeris, tenuium festucarum. Hermolaus cirrulas interpretatur, longiorum foliorum,

rum, comamque habere Thymi. Plinius hyssopi, et odoratam, eiusque decoctum facere ad thoracis passiones, sicuti hyssopus, tenuare quoque & abstergere. Plinius leuare pectoris dolores, menses ciere, & antidotis misceri. Gale. uiscera omnia roborare, & uniuersi corporis habitum, atque obstructiones aperire.

De Fumaria. Cap. 14.

YL. FVmaria in superficie calida est, in profundo frigidior non absolute frigida cum quibusdam, sicca ordine secundo. Ab illa autem substãtia calida (quæ semini maior inest) est amara & subacris, purgatoria, attenuans, penetrans, obstructa aperiens. A frigida autem stiptica constringendo, uentriculum, hepar, & cætera uiscera laxiora & molliora roborat. Quapropter ad actionem nullo externo eget auxilio, cum per se purget ac roboret. Purgat uero bilem & ustos humores, etiam ex uenis, clarum ob id & purum sanguinem efficit. Ob id mire prodest morbis omnibus hos humores sequentibus lepræ, scabiei, pruritui, impetigini, serpigini, & similibus cutis uitijs. Quia item obstructa liberat, morbos omnes inde natos sanat, ut febres biliosas putridas. Herba est innocens, quia tamen magna ubiq; copia luxuriat, uilescit. Flore est nunc subalbo, cinericio, nunc pallido, uiolaceo. Optima est uiridis, tenera, folijs teneris, planis, non crispis, flore subuiolaceo. Herba & succus eius initio ueris sunt efficacissima, semen ueris exitu. Quoniã uero imbecillius purgat, fortior euadet cum myrobalanis, senna, sero lactis, passis uuis semine carentibus melle ex his passis. Succus extrahitur ut succus absinthij, in uase uitreo diu seruari potest oleo superfuso. succus datur ab. ℥. dimidia ad. ℥. ij. puluis à. ʒ. iij. ad ʒ. quinq; decoctũ ab uncijs decem ad uncias quindecim.

mara, a / is, acer- / purga- / ix: Gal. / holago / & Pli. / etica / iosc. & / al.

Fumariæ descriptio ex Dioscoride.

Fumaria fruticosa herbula est, prætenera, coriãdro similis, foliis candidioribus, undiq; numerosis, cineracei coloris, flore purpureo.

FVMARIA.

De fumoterræ. Cap. 14.

INT. FVmusterræ est ex medicinis benedictis. [c] uerum exuberantia eius exemit eum à numero medicinarũ pretiosarum. Est enim cum hoc quod est solutiuus natu-

A ræ confortatiuus, & est coadunatiuus partium laxarum & præparatiuus. nec est in eo nocumentum apparens. [b]Et est ex eo alius cuius flos est subalbidus cineritius, & alius cuius color est pallens uiolaceus.

Electio. Melior est cuius herba est uiridis tenera & cuius folia sunt plana & tenera & cuius flos est subuiolaceus. Crispus uero non est bonus. Et melius tempus collectionis herbæ eius & operationis succi ipsius est principiũ ueris, & seminis eius, ipsius finis.

Complexio et proprietas. † Dixerũt quidam quod est frigidus, & dixerunt quidam aliud. Sed secundum ueritatẽ declinat modicum ad latus caliditatis, quia uirtus calida in eo licet sit minor frigiditate ipsius, tamen est in superficie dominans. Et est siccus in secundo & semen eius calidum est. Inest enim à substantia calida in ipso amaritudo & acuitas pauca, quare factus est subtiliatiuus, & penetratiuus, & aperitiuus oppilationum, & solutiuus naturæ. Et à substantia frigida stipticitas, aggregatio & cõfortatio. Sed stipticitas est plus amaritudine sua [c] propter quod magnifi- B cata est operatio sua parum egens externis solutiuis, simul factus & confortatiuus.

Rectificatio. Non est in eo nocumentum manifestũ sed uigorari indiget in operatione sua. Et ex rebus [illegible]cientibus sunt myrobalani, & sene, & aqua casei. & ex emẽdantibus operationem eius sunt kesmes, & passulæ sine interioribus, & mel earum. Operatio autẽ succi eius est sicut diximus de succo absinthij. Et impleantur ex succo eius uasa uitreata cum superinstillatione olei. conseruatur tẽpore extenso ad usus ubi oportet.

Posse. Solutionem facit facilem, † & educit cholerã & humores adustos, [d] & uirtus eius extenditur ad uenas, & mundificat sanguinem, & clarificat ipsum. Et est medicina solennis secundum omnem modũ administrationis eius ægritudinibus & infectionibus choleræ & humores adusti sicut est lepra pruritus, & scabies, & impetigo, serpigo, & similia. et est similiter medicina bona oppilationum omniũ & ægritudinum quarum mater est oppilatio. Et confortat stomachũ & hepar & uiscera, & coadunat partes à quibus C aduenit mollificatio. † Confert etiam febribus cholericis & febribus oppilationum.

[e]Dosis. † Potio succi ipsius ab ℥. s. usque ad. ij. & decoctionis eius ab. ℥. x. usque ad. xv. & pulueris eius ab. ʒ. iij. usque ad. v.

Andreas Marinus.

[a]Verum exuberantia eius) non solum fumariæ id euenit, sed rebus ferè omnibus, quorum copia parit inopiam. ita. n. natura comparatum est, ut quæ passim ante oculos sunt, quamuis pretiosa, contemnamus, longè uerò petita, & quæ pluris uenerunt, licet inutilia, complectamur. De medicinis loquar, ut cætera in præsens omittam. Quotusquisq; uel mediocriter in re medica uersatus non intelligit nulli orbis terrarum regioni sua medicamẽta deesse, & quidem propria, quæ cum soli, & ambientis aeris ratione eius regionis naturis magis analoga sunt, tum uerò etiam quòd recentia colligi, ad usumq; reponi singulis annis commodè possunt, neq; mercatorum imposturis locus ullus relinquitur, quin facilè deprehendant. Nam siue alterare, aperire, D detergere, roborare, seu purgare animus est sexcenta regio quæq; gignit medicamenta, quibus eadem non minus commodè, quàm uel græci, uel arabes efficere possis. Atq; ut reliqua taceam, quæ cunctis nota sunt, ubi nam locorum phlegmagôga, cholagôga, atramq; bilem purgãtia, aquasue ducentia desunt medicamenta? Nonne si lenia, & blanda requiris fumariã, lupum salictiarium, epithymum, hyssopum pruna, absinthium, uiolas, πολυχρυσους rosas, amygdalarum cremorem, serum, & alia multa passim reperias? Iam uerò ubi nõ nascitur elleborum, (si purgantia uelis) peplus, agaricũ, tithimallorum genera omnia, persicorum, & rosarũ damascenarum folia, gratiola, & multa quæ prætereo? quorum uitia, si eadem, qua sua ueteres consolabantur, artem corrigas non minores usus præstabunt. uerum actum sentio me agere. quod uulgus insanum decipi gaudeat, nec leges medicorum ignauiam, atq; impostutas deprehendere satis possunt. His itaq; in præsens omissis ad Mesuem redeo, cu-

E ius experimento bilem,exustosq; alios humores fumaria clementer educi è corpore obseruatum est, quanquam prę copia ferè negligitur. [b]Et est ex eo alius) uidetur duas fumariæ species Mesues facere,cum tamen unà sit floris colore pro situs ratione uario,huius autem speciei plantas præfert,uirides,teneras,folio molli,planoq; & flore purpureo præditas,scribũt fumariam alterã recẽtiores herbarij,quos consules si uoles. [c]Propter quod magnificata est operatio sua parũ egens externis solutiuis) uerum quidem illud esse deprehendit experientia,si rectè paretur, iustaq; mensura exhibeatur.non uidetur tamen sibi Mesues constare cum paulo post ita scribat, sed uigorari indiget in operatione sua.[d]Et uirtus eius extenditur ad uenas,& mundificat sanguinem) in hoc differt à Galeno,qui lenire aluum fumariã putauit,neque eius uim horum humorum purgatoriam cognouit,aut si cognouit,certè illam contempsit. [e]Dosis) siue succus,siue decoctum,seu dilutum fumariæ semel exhibeatur haud multum purgat,sed repetita potio eos humores, non quidem ex uenoso genere,sed ex ipsis uisceribus perstrenuè uacuat.augenda tamen succi mensura, nam quæ à F Mesue præscribitur infirma omnino est.

MANARDVS. De Fumo terræ.

Capnion Græci uocant,Latini fumariam. Lenire uentrem tradit Galenus experimento cuiusdam idiotæ,siccum subductionis gratia cum melicrato exhibentis. DIXERVNT quidam quòd est frigidum.) Auicenna frigidum facit in primo ordine, & siccum in secundo. Galenus uidetur fecisse calidum,acri simul & amara dicens participare qualitate, nec carere acerba:qui loquendi modus,uincere in eo caliditatem demonstrat. ET ducit choleram. Dioscorides & Galenus per urinam.Plinius absolute dixit, quòd detrahit bilem. CONFERT etiam febribus.) Aetius dari tuto ait etiã his qui febriunt. Prætermisit autem Mesue præcipuas eius uires,à quibus & nomen accepit, quòd lachrymas scilicet instar fumi educit,uisũ acuit,renasci euulsas palpebras prohibet,vt Dioscorides Plinius Galenusq; testantur. POTIO succi est ab uncia media ad duas.) Vix puto esse tam mollẽ uentrẽ,qui ea quantitate leniatur.Auicenna usq; ad uncias octo præbet.Multos ego noui qui Auicennæ etiam modũ G longe excedunt.

EVPATORIVM.



De eupatorio. Cap. 15. SY

EVpatorium herba est cubitalis,eximiæ amaritudinis folijs centaurij parui,uiridibus,asperis,incisis,caule tenui,quæ siccata flauescit,floribus subluteis oblongis.Quibusdam herba pulicum dicta, ob lentorem ei adhęrentem,calida est gradu primo,sicca secũdo,duplici quoque constans substantia calida tenui, qua bilem & pituitã facile purgat,tenuat,incidit,terget,expurgat, putredinem prohibet,resoluit sine attractione,obstructiones tollit, & morbos ab his natos sanat,febribus diuturnis mire subuenit.Altera est terrea adstringens,qua uentriculum, hepar, & cætera uiscera cogendo roborat. Cum sero lactis efficacius purgat,per se enim est imbecillum.Herba colligitur. succus exprimitur,ut ex absinthio,sine ueris. Decoctũ eius datur ab.℥.quatuor ad.℥.vi.puluis à.ʒ.ij.ad.ʒ.tres. Eius penuria absinthij & asari ana pondus dimidium.

De Eupatorio. Cap. 15. AN

EVpatorium est herba longitudinis cubiti, amaritudinis multæ, cuius folia sunt sicut centaureæ minoris viridia, sed sunt aspera & incisa,& stipes eius est subtilis.Et quando exiccatur citrinescit. Et eleuantur super eum flores qui sunt sicut subcitrini,longitudinis paucæ. Et sunt quidam qui dixerunt, ꝙ eupatorium est herba pulicũ, in qua est uiscositas adhærens.

ELECTIO. Melius tempus collectionis eius est finis ueris,& operationis succi eius similiter.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calidum est in primo gradu,& siccum in secundo, & est compositum ex substantia calida subtili,quare est subtiliatiuum,incisiuum,abstersiuum,mundificatiuum, & præseruatiuum à putrefactione, & resolutiuum conueniens sine attractione,& ex partibus terreis,quare est in ipso de stipticitate aliquid propter qđ est confortatiuum & coadunatiuum.

RECTIFICATIO. Debilis est solutionis sed confortatur uirtus eius cũ aqua casei.Et modus operationis succi eius est sicut diximus de absinthio.

POSSE. [c] † Solutione educit choleram & phlegma facile. [d]Et confortat stomachum,hepar,& viscera, & confert doloribus eorum.Et est medicina solemnis oppilationum omnium, & ægritudinum ab ea factarum.Febribus autẽ lõgi temporis mire subuenit.

DOSIS. Decoctionis eius potio est ab.℥.iiij. usq; ad .vi. & pulueris eius ab.ʒ.ij.usq; ad.iij.Loco eius ponitur in defectu ipsius absinthii,& assari ana medietas põderis ipsius.

ANDREAS MARINVS.

[a]EVPATORIVM est herba longitudinis cubiti) Eupatorium herba ἡπατώριον græcis dicta ab insigni commodo, quod iecori præstat,nomen sortita est,eam descripsit Dioscorides satis apertè,in ea tamen mutatione quam à gręcis ad sarracenos traducta medicina fecit,nescio quo fato euenerit,ut à uera eupatorio,quam uulgus nunc agrimoniam uocat,ad alias plantas nomen trãslatum fuerit. opinor ego prauos græcorum interpretes huius erroris,multorumque aliorum fuisse in causa. Nam Auicenna herbam ostendit agrimoniæ notis quibusdam insignitam, non tamen omnibus,aliam Mesues descripsit ab utraq; longè diuersam, quæ omnes,& si hepati insigniter conferunt,quoniam tamen di- H uersa id efficiunt ratione, diligenter distinguendæ sunt à pharmacopæis,ualentius enim aperit,deterget, calfacitq; sarracenorum utrunq; eupatorium,quàm uulgaris agrimonia,Mesuæ præterea eupatorium aluo subducit biliosa, pituitosaq; excrementa,quod aliæ non præstant, quæ cognitio iis,qui pharmaca conficiũt magno usui esse potest,quippè in græcorum omnium compositionibus agrimonia utentur,in iis uerò quæ uel Auicẽna,uel Mesues scripta reliquerunt,cuiusque suo, hoc uno præcepto seruato, ut in hisce compositionibus,quas sarraceni à græcis acceperunt, quæ multæ sunt,græcorum itidem eupatorium adhibeant, quæ res non uulgarem postulat eruditionem,iudiciũq;. Harum plantarum imagines pingi diligenter iussit P. Andreas Mathiolus rei herbariæ uir peritissimus, deq; medica materia adeò benemeritus,ut ueteres facilè æquauerit, recentiores uerò longo interuallo superauerit,eupatorium quidem græcorum,& Auicennæ in cap.de eupatorio Dioscoridis,

Tertium

Tertium uerò Mesuæ in cap.de agerato,in quo (si liberè li- A cet iudicium in medium adferre) ueram quidem Mesuæ eupatorium pinxit,nullam enim hactenus plantam herbarij ostenderunt,quæ authoris notis æquè responderet, atq; ea quæ Italis uulgò herba Iulia nuncupatur, id quod absq; inuidia rem perpendenti apertè innotescet. Cæterum hanc ipsam herbam Dioscoridis ageratũ esse uix adducor,ut credam.Nam insignem amaritudinem,quæ cuiuis uel imperito herbario prima occurrit,(nemo enim est,qui obuia quæque simplicia statim non degustet) nullo modo Dioscorides,alioqui diligentissimus tacuisset,quæ tamen in hac plãta adeo insignis est,ut ob hanc ipsam maximè, præ cæteris notis ad eupatorium Mesuæ sit referenda. folia præterea non sunt origano,sed centaurio potius minori similia, quæ folia quantum inter se differant omnes norunt.Adhæc urinam ciere,uuluæq; durities molire ageraton Dioscorides est author,quorum effectuum ne meminit quidem Mesues, qui ab eodem Dioscoride multa diligenter sumpsit. Huc accedit,ꝙ ageraton,Galeno authore,uim habet digerendi, & quadantenus phlegmone liberandi,quod tamẽ Mesues B non scripsit.adde,si placet,quod nullum caloris,aut siccitatis gradum ei Galenus adscribit, cum Mesues calidum in primo,siccum in secundo constituat, quæ res tanti fuere apud me momenti,ut ab eruditiss.Mathioli sententia quamuis inuitum recedere coegerint,interim dum ab eo meliora super eo capite,ut spero edentur,quod ut facilius facere possit,aliam herbam hic pingi iussimus, quam Petr. Antonius Michaelius patritius Venetus harum rerum diligentissimus indagator pro agerato habet,cuius profectò opinioni non possum non assentiri,cum uideam notas omnes agerati huic plantę mirum in modum conuenire, siquid tamen uel Mathiolus ipse,uel alii præstantes in re herbaria uiri aduersus eam opinionem habuerint lubens eorum iudicium,& censuram subibo.

AGERATON.

Porrò explosa ab eodem Mathiolo Valerij Cordi sententia mihi quoq; summopere improbatur,hæc enim facilè aluum subducit;ac tardè,illa magno cum labore, atq; impetu,ùt cætera in præsens omittam:medici Veneti huius herbæ succo ad ea utuntur,quę Mesues scribit felici successu,aperit enim obstructiones,eos humores,sæpius exhibitus facilè purgat,durities uiscerum,& scirrhosos affectus dissoluit,febribus contumacibus mirandum in modum auxiliatur,quæ sunt aperta indicia hãc esse ueram Mesuæ eupatorium.Quòd uerò folia interdum euarient,id locorum naturæ non herbarum speciei est adscribendũ. [b]Solutione educit choleram,& phlegma) non ui purgatoria,sed extergendo,atq; extenuando,neq; ex uenis habitus,sed ipsis ex uisceribus, si modo uera sunt, quæ initio diximus. [c]Et confortat stomachum) leui adstrictione.

MANARDVS. De Eupatorio.

Non facile fuerit diuinare, quamnam herbam hoc loco pingat:vera enim Eupatorium à Dios. & Plinio descripta tantum ab hac differt,quantum centaurii tenuis folia à cannabinis. CALIDVM est in primo.) Obscurissimam esse eius caliditatem, scripsit Galen.& quòd mundat absque calefactione. SOLVTIONE educit choleram.) Neminem legi (quod meminerim) vel Græcum vel Arabem, purgandi uim huic herbæ adscribentem,imo de ea scripsit Dioscorides cum uino potam valere dysenteriæ.

De Epithymo. Cap. 16. SYL.

EPithymum thymo, thimbræ, cuidam speciei origani,supercrescit cassuthæ modo,duplex id est, Creticum,idemq; præstantius,præcipue capitulis florulẽtis,subrufum,acre etiam,odoratu absolutum graue. Alterum Syriacum,minus rufum,ignobilius,vt etiam pallidum & subcitrinum,calidum,siccum secundo ordine, Galenus tertio.Duplici substantia compositum,terrea pauca,parum adstringente,& ignea acri,melancholiam præter cætera,tanquam prærogatiua quadam,facile & citra molestiam purgante (ac etiam pituitæ aliquid quorundam sententia. Humores quoque adustos paulo uidetur uacuare,sed falso, non enim eos ab hoc vacuari inueni) ob id affectus melancholicos,potissimum capitis melancholiam,epilepsiam,desipientiam,timorem,uertiginem, cephalalgiam melancholicam,syncopem quoq; cardiacam,cordis tremorem,& affectus alios cordis melancholicos.Obstructionem lienis, & morbos inde ortos sanat,& melancholiam hypocondriacã, C obstructiones renum,cancrum,lepram,vlcera nigra, quartanam,usu multo sanat,nam teneat,resoluit, obstructiones aperit,viscera roborat.In calidis & siccis naturis non utendum quia calorẽ immodice auget,ac inde sitim excitat.imbecillius, & tardius purgat,nisi largius sumatur, aut cum myrob.Indis,aut pauco helleboro nigro,aut mulsa, cũ pauco sale,aut vuarum passarum decocto, cum sale præsertim gemmeo,uel Indo uel Naphthico,aut sero lactis caprini, uel pipere aliquo,zingibere,uel alio acri, sic enim citò ac facile purgat. Sumendum autem omnino est,uel cum oleo amygdalarum dulcium,uel decocto uuarum passarum purgatarum, ut leniendo aluum magis subducat,& ne substantia nitrosa partes lædat quas permeat.Parum diu coqui sustinet.Datur decocto à ʒ.v.ad ʒ.xx. puluere à ʒ. tribus ad ʒ.septem,cauendo æstatem.

De Epithymo. Cap. 16. ANT.

EPithymum est ex herbis supercrescentibus aliis herbis, † & est simile cuscutæ. Plantæ autem quibus superexcrescit sunt alkil † & alhasce & quędam species origani. † Eius autem aliud est cretense & aliud est D syrium.

ELECTIO Melius est quod est subrufum cretense acuti odoris. Quod nascitur in syria est post id, sed est minus rufum,& adhuc melius est,quod est completum, ponderosum.Et meliores partes eius sunt extremitates eius crassæ, quæ sunt sicut flores. Subcitrinum autem & pallidum est minus bonum.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Est calidæ complexionis & siccæ in secundo,& dixit Gale. ꝙ est calidum in tertio.& est compositum ex partibus igneis, à quibus inest ei acuitas.Et ex terreis subtilibus à quibus sibi inest stipticitas pauca,& ipsum quidem est subtiliatiuum, resolutiuum,aperitiuum oppilationum,confortatiuum uiscerum.

RECTIFICATIO. Facit sitim, † & generat æstuationem in corporibus calidis.Et est ex debiliter & tarde soluentibus.Quapropter est prohibendum sub dominio cali-

dicatis,& siccitatis positis.Confortatur autem operatio eius multiplicatione quantitatis ipsius, & associatione rei cum eo magnificantis effectum eius,sicut sunt myroba. nigri & Indi proprie. Aut hellebori nigri quantitas parua. † Aqua uerò mellis cum pauco sale, aut aqua decoctionis passularum cum sale,similiter. Aut aqua lactis ex capris sumpti vigorat ipsius operationem.Sal gemma uero,aut sal indus,aut sal napticus sunt ex rebus quæ additæ sibi addunt uirtuti ipsius.Citam autem & facilem facit operationem ipsius si ei aliquid acutum uirtute misceatur,sicut piper & piper longum & zingiber & similia.Et nõ prætermittas quin cadat in potibus eius oleum amygdalarum dulcium,quo in uoluatur & in decoctione ipsius passulæ sine interioribus, quoniam addunt ei ad bonitatem, leniendo quod timetur ex nitrositate ipsius.Et ne ignores quod epithymum de coctione modicum sustinet,quare oportet ut fiat illud secundum legem.

Posse.Prærogatiuam habet educere super omnibus solutione educentibus melancholiam.Educit enim sine molestia & facile. † & quidam dicunt quod educit de phlegmate aliquid. † Et dixit Paulus,quod solutione educit humores adustos,& declinauit ab eo quod comprehẽdit veritas. Et ego non inueni quod fieret illud. Potestas autem eius super humore melancholico & ægritudinibus eius, est magna,& proprie in ægritudinibus capitis,sicut est melancholia & epilepsia,& alguenguem,& timor,et uertigo, & dolor capitis,quorum materia est melancholia. Valet etiam ad tremòrem cordis, & sincopin & ægritudines melancholicas in eo. Et est magna medicina oppilationis splenis, & ægritudinum in eo,& confert ægritudini hypocundriæ, & oppilationibus renum,& frequens vsus potionis eius est medicina solennis cancro,& lepræ,& uulneribus nigris,& soluit quartanam.

† Dosis.Potio eius in decoctione est à 3.v.usq; ad xx. Et pulueris eius a 3.iii.vsq; ad vii. Is autem qui sumit ipsum uitet acceptionem eius in æstate.

EPITHYMVM.

Epithymi descriptio ex Dioscoride.

Epithymvm flos est thymi durioris,& thymbri similis capitula habet tenuia, & leuia, & in eis caudiculas quasi capillamenta.

Andreas Marinvs.

Epithymvm est ex herbis,) describit epithymum quo passim utimur,cassuthæ simile.Quæstio fuit inter medicos, recẽtiores græcisne,& mauritanis idem esset epithymum, quam quoniam Mathiolus luculenter satis, & doctè discussit,nihil est q̃p in ea amplius laboremus.tantum monitos lectores uolui,ut si quid dubitent, Mathioli super epithymo doctam enarrationem perlegant,recentiores magni nominis herbarij editis haud ita pridem de re herbaria sentẽtijs, & libellus seriò affirmant epithymum thymi speciem esse, quæ in Illyria nascitur:quod mihi quidem uix possum persuadere,cum Dioscoridis uerba aliud omninò significare uideantur. ἐπίθυμον (inquit) θύμου ἐστιν ἄνθος τῦ σκληροτέρου, καὶ θύμβρᾳ ὁμοιότατος. hoc est epithymum flos est thymi durioris,& thymbræ similis. si durioris thymi flos est, quo pacto inter plantas poterit recenseri ? obscuritas ex uerbo ἄνθος tota manauit, quæ uox non solum florem græcis hominibus significat, sed etiam quicquid rebus supercurrit, quare & colorem & capillum canum significare aliquando deprehendirur. Dioscoridi autem hoc loco non florem, sed id quod Thymo duriori floris instar super currit significat, quæ interpretatio tollit omnem ambiguitatem, & quæstionem. dicitur enim ἄνθος παρὰ τὸ ἄνω θεῖν καὶ τρέχειν ἐντῶ ἄυξεσθαι. quòd rebus crescendo desuper currat.id quod uulgaris epithymi proprium esse uidetur, quod,mea quidem sententia Mesuæ, ac Dioscoridi idem prorsus est,easdemq; facultates habet. cætera quæ adnotanda erant in hoc capite,uel Manardus diligenter persequitur,uel ex iis quæ antea diximus lumen accipere possunt.

Manardvs, De Epithymo,

Durioris Thymi florem,& Satureiæ similis, esse epithymum scribit Dioscorides,habereq; capita tenuia, leuia, caudiculas ueluti capillos. Plinius postquam eadem fere dixit quæ Dioscorides addit,Quidam aliter Epithymũ tradunt sine radice nasci, tenui similitudine Pallioli rubens. Videtur autem Epithymum hoc Mesuæ ad secundum Plinii referri : sicuti & id quod in usu nunc est,& uel ex Apulia,uel ex Orientalib.locis affertur. Est simile cuscutæ.)

Res nota est sub hoc nomine cuscutæ,nec alia re à uocato Epithymo uidetur differre,nisi quod passim cum lino nascitur,illudq; quasi strangulat atque hoc argumento aliud nomen inuenit,ut podagra uidelicet lini dicatur. alail & Halasce.) Thymbram, & Thymũ intellige. eivs aliud est Cretense,aliud est Syrium.) In Cappadocia & Pamphylia plurimum generari scribit Dioscorides. et dixit Galenus est calidum in tertio.Adde & siccum,& simile thymo uirtute,sed in omni re fortius. et generat æstuationem.) Stomacho minus utile, dixit Plinius,& uomitiones mouere, aqva uero mellis cum pauco sale.Dioscorides & Plinius cum melle,& sale,& pauco aceto. et quidã dicunt.) Si legisses Dioscoridem scires ipsum scripsisse, quòd cum melle potum purgat per inferiora bilem nigram,& pituitã et dixit Paulus.)Optimum esse ait Paul.in euacuanda melancholia: nec uideo quo pacto posset esse magna medicina in morbis qui à Mesue ipso enumerantur,nisi atram bilẽ exustam,quæ proprie melancholia dicitur. expurgaret Dosis potionis eis usq; ad uiginti : & reliqua.) Nimis creuit hæc dosis,siquidem Dioscorides quatuor, Paulus quinque Plinius sex,ad summum concedunt.

De Thymo. Cap. 17.

Thymus quibusdam hyssopus hortensis uidetur, aliis origani species.Plãta est multis caulibus,gracilibus semicubitum altis,foliis origani,minoribus, in summo minutis in capitula quædam subpurpurea coeuntibus. Flore calaminthes in rubrum inclinante, cui epithymum innascitur.Calidus siccus recessu secundo, aut potius tertio cum * Galeno. Calfacit,tenuat,incidit,resoluit,obstructa aperit,flatus etiam crassos dissipat. Pituitam clemẽter educit,&* ut quibusdam placet,etiam melancholiam, sed imbecilliter & cum salgemmeo uel Indo. illam uero pituitam etiam crassam,& lentam,potissimum à thoracis partibus & respiratoriis euocãt,& à cerebro. Ob id harum partium & neruorum affectibus frigidis & pituitosis mire succurrit, ut asthmati,tussi,dolentibus à frigido pulmonibus, præsertim ex ipso syrupus,uel decoctum,vel oleum ex eius flore incocto factum,quod etiam visum acuit,& sanitatem conseruat.Partes neruosas calore suo roborat. Suffitu autem dolorem auris & tinnitum flatuosum sanat. Saluberrimus est fenibus,& contra hyemis frigidæ humidæ iniuriã, appetentiam excitat,coctionem iuuat,cum nitro & melle lubricos necat,menses ac urinas mouet,rigori febrili prodest.Caliditas eius uehemens aliorum mistione obtunditur siue coquatur cum passis uuis, siue aceto infundatur, siue mulsæ cum pauco sale gemmeo purgationem eius augente.Decocto eius mannæ.3.vii.dissolutæ, clementer & quantũ satis est,subducunt.Coctionem & trituram mediocrem sustinet.Quod si tenuis pulueretur, penetrat magis & urinas largiores monet, deiectionem uero minorem. Datur decocto à drach.v.ad drach.x.pulueru autem à drach.ij.ad drach.iiij.

Hasce hoc est thymi descriptio ex Dioscoride.

Thymvm ab omnibus cognoscitur, surculosus frutex, exilibus foliis,multis,& angustis circundatus, capitulis in cacumine flore purpurascente refertis,gracili solo, & peroso prouenit.

THYMVM.



a De Hasce, ideſt Thymo. Cap. 17.

Dicunt † quidam quod est hyssopus hortensis. Et dicunt alij quòd est vna ex speciebus origani. Et est planta plurium stipitum subtilium cui expanduntur & eleuãtur super radicem sicut est medietas cubiti, & sunt eius folia minora foliis origani & eleuantur & colligũtur super extremitatem stipitum sicut nodus foliorum declinãtium ad purpureitatem & minorantur folia in extensione stipitis, & multiplicantur in capitibus & extremitatibus crassis,& eius sicut flos calamenti ad rubedinem declinãs & planta eius vt dictum est,est mater epithymi.

Complexio et proprietas. Calidæ complexionis est & siccæ in secundo, † & dixit Dioſc.quòd est in principio tertii,& est quasi uerius.Est enim resolutiua incisiua, calefactiua,oppilationum aperitiua,carminatiua uentositatis, & hoc est propter dominium partium calidarum in ipsa.

Rectificatio. Est inde acuitate aliquid sed non superfluens.Et fortasse frangitur in permixtione ipsius cum aliis,& frangitur in infusione ipsius in aceto permixta & emendatur etiam cum passulis & aqua mellis cum pauco sale,& adiuuans ipsum ad soluendum,dans ei ad sufficientiã est sal gemma,& decoctioni eius iunguntur mannæ circiter aur.vii.& soluit sufficienter & est medicina bona. Et fit ex floribus eius & oleo ueteri oleum quod dicitur hasce,& est iuuamentorum multorum. [c] Hasce quoque decoctionem sustinet in qua est mediocritas,& in eius contritione, si nimium elaboretur,acquiritur ei ut sit res magis penetrativa & repat uirtus eius & penetret ad uias urinæ.& multiplicatur eius prouocatio aquositatis plus, & minoratur solutio.

Posse. Solutionem efficit facilẽ & educit phlegma. Et dixerunt quidam quòd educit melancholiam,& uidetur quod fiat illud debiliter & confortatur ad hoc tamen cum sale gemma & sale Indo quando oportet. Verum de operatione eius contra phlegma manifestum est,& proprie de eo quod est in partibus pectoris & pulmonis & uiarũ anhelitus & † ualet ad ægritudines cerebri & neruorum phlegmaticas,& confortat ipsum & neruos & proprie syrupus ipsius.Et omnis usus administrationis eius & oleum quod diximus de hasce calefactum confortat neruos, & confert ægritudinibus eorum frigidis, & usus eius est conseruans sanitatem & uirtutem usus,& aufert eius debilitatem & uaporatio decoctionis eius remouet dolorem auris & tinnitum uentosum.Pectus autem & pulmonem secundum omnem modum administrationis eius mundificat, & proprie pectora senum & eorum proprie quorum pectora sunt posita sub dominio phlegmatis crassi & uiscosi, & est medicina bona asthmaticis & tussi sedatiua doloris pulmonis & confert usus eius senibus & eis quos hyems lædit,& syrupus eius & alii modi administrationis eius,& conferunt paucitati appetitus & malitiæ digestionis,resoluit usus eius uentositates crassas,& carminat,expellit,& educit & proprie cũ baurach & melle uermes,& est ex eis quæ educunt menstrua & urinam prouocant,& syrupus & decoctio ipsius cõfert rigori febrium.

Dosis. Decoctionis eius est à.3.v.usq; ad.x.& pulueris ipsius à 3.ii.usq; ad.iiii.

Andreas Marinvs.

[a] De Hasce) ita habet codex meus uetustissimus manu scriptus,quæ lectio tollit obscuritatem,quam parit uulgata capitis inscriptio,quæ est,de hyssopo,quod uocatur hasce. cum enim de thymo loquatur,quid est quod hyssopum nominet,præsertim cum capita subsequẽtia de hyssopo inscribantur.Innuere uidetur hic error hyssopum thymi, & hyssopi specierum genus esse,quod est omnino falsum. [b] Et plãta eius,ut dictum est,est mater epithimi) Hinc facilè colligere licet intellexisse Mesuem nostrum,quam plantam scriberet,contra quam Manardus sentiat, nam prẽterquam q̃ proprijs eam notis circunscribit,supraq; epithymum dixerit ei plantæ innasci,quæ alhasce uocatur, hic etiam asseris epithymi matrem esse,quod quid aliud est,quàm thymum significare,& illud quidem thymbroides?aliorum uerò opiniones adfert quidem Mesues,non tamen probat.

[c] Hasce quoq; decoctionem sustinet) quod hoc loco studiosos pharmacopœos monere uolui,id in omnibus simplicibus Mesues facit magno legentium usu,quoniam enim singulæ simplicium species pro substantiæ diuersitate uarias præparationes requirunt,ob eam causam quam decoctionẽ trituratiõẽq; singula sustineant prudenter monet. quod quanti referat experti norunt pharmacopæi. Huic porrò notitiæ incumbant etiam medicinæ tyrones, nedum seplasiariis medicamenta præscribunt,ridiculi euadãt,dura mollibus æqualiter coquendo,& rara densis æqualiter terendo nulla rerum distinctione adhibita,neq; enim satis est uniuersalem methodum,ut imprudentes iactitant nouisse, nisi in singulis exercitium adhibitas.

Manardvs De Hyssopo quod uocatur Asce.

Dicvnt quidam quod sit hyssopus hortensis,dicunt alii esse unã ex speciebus Origani.) Nomen ipsum moduſq;

loquendi ostendunt ignorasse Mes. de qua re scriberet. Tu autem scias uoluisse eum loqui de thymo, re non obscura, utpote quam dicit Dioscorides ab omnibus cognosci. SICVT nodus foliorum.) Intellige ex Dioscor. thymi capitula. Et eius flos est sicut calamenti.) Non hoc Dioscorides ex quo reliqua iste sumpsisse uidetur. Plinius duo genera facit: candidum, radice lignosa, quod & præfertur, alterum nigrius, florisq; nigri. Semen deprehendi non posse sed flore fato enasci. ET dixit Dioscorides quod est in principio tertii.) Cum Dioscorides nunquam meminerit graduum, liquet hunc uirum Dioscoruerum non habuisse, sed nec Gale. & Paulum bene legisse, hi enim fuere, qui calidum & siccum in tertio ordine posuere. VALET ad ægritudines cerebri.) Valet comitialibus secundum Plinium, uisus obscuritati, secundum Dioscoridem discutit œdemata, dissoluit coagulatum sanguinem, tollit uerrucas, & cum uino ac polenta iuuat coxendice laborantes.

HYSSOPVS.



De Hyssopo. Cap. 18.

SYL. HYssopus duplex, hortensis & montanus, ille semicubitalis, caulibus & ramis paucioribus, quam thymus foliis thymi, sed maioribus, flore purpureo: Hic brevior & foliis minoribus. Hyssopus est calidus siccus ordine secundo, uel potius tertio. Pituitam etiã crassam & putrem purgat, sed minus quàm thymus. Thoracem & pulmones parteq; alias respiratorias pituita eadem, & humoribus aliis puribus & pure expurgat, & tenuãdo, ac incidendo, tergendoq; sputum facile reddit. Ob hæc asthmati, tusi a materiis prædictis est salubre, & epilepsiæ pituitosę, cęterisq; cerebri affectibus pituitosis, præsertim sumptus syrupo uel decocto cum oxymelite scillitico, & cum origano, etiam in omni ætate expertus, coctionem quoq; iuuat, propter hæc respirationem leuat, & cutis colorem floridũ efficit. Coctus cum uino, hepatis, & lienis, & aliorum uiscerum tumores resoluit sumptus, & cum ficubus, & iride, & nitro admotus, lumbricos necat, cum ficubus coctus, cũ aceto autem uel oxymelite, dolorem dentium sedat, suffitu autem aurium tinnitum dissipat. Nam tenuat, terget, digerit, flatus dissipat. Odore & sapore acerrimo est præstãtior præsertim qui habilior est, & quo tempore florere incipit, quando etiam colligendus.

Imbecilliter purgat, nisi cardamomum & ius misceatur, aut cum manna, uel melle, uel uuis passis purgatis, uel scilla coquatur. Mediocrem sustinet coctionem & trituram, ut thymus. Datur decocto à drach. vi. ad drac. decem, puluere à drachmis tribus usq; ad drachmas septem.

De hyssopo. Cap. 18.

HYssopus duorum est modorum. Est enim ex ea quædam hortensis, cuius eleuatio super terram est circiter medium cubitum, & non multiplicatur in stipitibus & ramis sicut hasce, & folia ipsius sunt maiora quam in hasce, & flos eius est purpureus. & ex ea est montana, cuius folia sunt minora plura, & stipites non sunt tantæ eleuationis.

ELECTIO. Cuius odor & sapor sunt acutiores melior est & ex duabus speciebus melior est magna, & melius tẽpus collectionis eius est, quando incipit florere.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Calidus & siccus est in secundo. & species eius magna est calidior: ita ut dicatur conuenientius quòd sit in tertio, & est in ea secundum omnem dispositionem eius caliditas subtilis dominans, faciens eam subtiliatiuam, abstersiuam, resolutiuam, & extenuatiuam ventositatum.

RECTIFICATIO. Est ex debiliter soluentibus quòd si misceatur ei cordumeni & iris additur ei ad solutionem. Et si militer manna addita decoctioni ipsius confortat eius solutionem & fit solutiuum sufficiens, & similiter additæ ei ad solutionẽ mel & passulæ sine interioribus, & scilla magnificat eius operationem. De decoctione autem & contritione sustinet mediocriter, sicut hasce.

POSSE. [a] Solutione educit phlegma tamẽ minus quã hasce, & est similiter medicina bona pectoris & pulmonis & membrorum anhelitus mundificans ea à phlegmate crasso & humoribus putridis & subtiliat sputum crassum sanio sum faciens ipsum facilis expulsionis & confert asthmati & tussi ab humoribus crasis & putridis iuuamentum sufficiens, & colorem efficit bonum & illud propter iuuamentum quod efficit in spiritualibus, & illud per iuuamentum quod efficit in re digestionis & quia per ipsam acquirit facilitas, & bonitas, & subtilitas in spiritu, & eius iuuamentum in ægritudinibus cerebri, & phlegmaticis magnum est proprie in epilepsia. Inquit Humain. iuuamentum hyssopi & proprie syrupi decoctionis eius, & aliorum modorũ ad ministrationis ipsius & proprie cũ oxymelle scillitico magnũ est in epilepsia et proprie cuius materia est phlegmatica, & nos experti sumus illud in omni ætate, & originũ iunctum decoctioni ipsius fortificat ad illud. & decoctio eius cum vino resoluit apostemata dura & proprie splenis, & viscerum, & similiter emplastrũ ex ea cum ficubus ireo, & baurach. & decoctio ipsius educit vermes cum decoquitur cum ficubus. & vaporatio auris confert tinnitui & sibilo. Et decoctio ipsius cum aceto & oxymelle sedat dolorem dentis.

DOSIS. Decoctionis eius potio est à. 3. vi. vsque ad. x. & puluer is eius à. 3. iiii. vsq; ad. vii.

ANDREAS MARINVS.

[a] DE Hyssopo montana) perperam hic montanæ uocẽ addi indicat codex manuscriptus, in quo non extat, & res ipsa postulat, quippè non montanæ, cuius folia sunt minora, sed hortensis, cuius maiora sunt, uires persequitur. [b] Solutione educit phlegma) caliditate enim cum tenui substantia pituitam crassam incidit, & extenuat, amaritudine, ac nitrositate eã exterget, terget autem ex iis partibus, ad quas ptingit amarus sapor hoc est ipsis ex uisceribus, extenuat uerò crassa, etiam in pectore, locisq; aliis, ad quæ caliditas eius peruenit. uerum id quoq; unum est ex iis medicamentis, quæ tergendo potius, quàm purgando aluum subducũt, atq; id muneris præstat admodũ imbecilliter, ob eas partes quæ naturæ sunt gratæ, est enim medicamen cibale, & ad acetaria usurpatur. extenuandis uerò crasis humoribus apprimè est opportunum, præsertim in superioribus corporis partibus, ut capite, ac pectore ob tenuitatem partiũ, quæ

quæ coquendo promptè ascendunt. quare & epilepticis, & asthmaticis commodum est medicamentum. Iisopus est duorum modorum) stupidus est, qui ut credat hyssopum uulgare ueterum historiæ consentire, Mathioli argumentis non mouetur, quibus qui non assentitur euidentia negat. montanum autem, & hortense nouit etiam Dioscorides. quoniã tamen specie non differunt, sed situs ratione, quæ maiora, aut minora gignit folia, hortensis tantum figuram pingi curauimus.

MANARDVS. De Hyssopo montano.

De vulgari hoc capite Hyssopo loquitur. Electio.) Dioscorides præfert Ciliciam, Hippo. & Pli. in Tauro monte natam & post eam Pamphyliam & Smyrneam. Calida & sicca in secundo.) Galenus in tertio. Solutione educit phlegma.) Cũ oxymelite & sale trahit pituitas, inquit Plinius crassos humores. Dioscorides etiam ait cum ficis ad aluum subducendam, fortiusque purgare mixto cardamomo, aut Iride, aut Erysimo: aliqui tamẽ pro cardamomo legunt cardamum. Et tussi.) Cum ficis, aqua, melle, & ruta, peripneumonicis, asthmati, tussi antiquæ, catarrho, si cum melle lingaturait Dioscorides esseq; optimum gargarisma anginæ cum ficis. Cum uino resoluit apostemata dura.) Phlegmones, ait Dioscorides Dosis vsq; ad. 3. x.) Manipulum integrum Plinius. Ego maiorem longe quantitatẽ posse tuto dari arbitror.

PRVNA.

De prunis. Cap. 19.

SYL. PRuna aluum subducunt, & alterant, sed alba, flaua, rubra, minus sunt medicamentosa, quam nigra, quorum quæ μέσα, idest dulcacida sunt, alterant magis. Dulcia verò soluunt largius, tamen vtraq; alterant & soluunt magis scilicet & minus. Damascena vero, & Armena, vtrũque præter cætera præstant, humida tamen potius quam sicca, quæ etiam in ventriculo promptius quàm sicca, corrumpũtur. Dulcia calido frigido temperata, aut paulo frigidiora, humida ordine secundo, μέσα, id est, dulcacida frigida, principio secundi. Omnia tamen lauant, leniunt, refrigerãt bilem educunt, ob hæc duo biliosis tum febribus, tum morbis aliis sunt salubria, stomacho nocent. pauci sunt aliméti, quia imbecilliter soluunt, eis adduntur præsertim infusione, Tamarindi, casiafistula, manna violæ conditæ. Ex horũ succo fit syrupus, & ex carnibus electarium in eadem salubre. Armeni truncum pruni arboris locis duobus uel tribus palmæ vnius interuallo tenuiter perforant, immissoq; scammonio lutant, pruna ob id purgantiora euadunt. Dantur succo seu decocto cum saccharo ad libram vnam.

De prunis. Cap. 19.

PRuna dantur ad alterandum, & ad soluendum.

ELECTIO. [a] Quæcunq; ex eis alba, aut citrina, aut rubea sunt minus cõpetẽtia operationi medicinę quã nigra, & sunt quædam ex eis quæ sunt muza quæ conferunt ad alterandum magis, & sunt ex eis quædam dulcia, quæ sunt ad soluendum magis ventrem, & vtraq; alterant & solutionem faciunt plus tamen & minus. † [b] Damascena vero & armena in casibus illis sunt fortiora, quãuis alii dicant aliud & humida secundum quosdam plus illud faciunt quàm sicca, minus corrumpuntur in stomacho quàm humida. Sunt enim humida praua, ad putrefactionem conuertibilia.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Dulcia sunt inter frigiditatem & caliditatem, declinant tamen ad latus frigiditatis.] & sunt humida in secundo. Muza vero sunt frigida in principio secundi. Et omnia quidem sunt lauatiua, refrigeratiua, & lenitiua.

RECTIFICATIO. Rectius cum quo miscentur & addit in operatione eorum, sunt tamarindi, & proprie cum modis infusionis notis, & casiafistula, & tereniabin, & violæ conditæ, & similia, & fit ex aqua eorum syrupus iuuamenti nomei & ex carnibus eorum fit electarium bonum. [d] Armeni quoq; arborem prunorum distanter circiter longitudinẽ palmæ in duabus vel tribus partibus subtiliter perforant, & intromittũt frusta scamoneæ, et sigillant luto. et sunt fructus arboris illius solutiui sufficienter, et faciunt sophisticatione alias in arboribus aliis.

POSSE. Solutione educunt choleram, et dantur in ægritudinibus cholericis: et alterant malitiam earum, et soluũt materiam à qua fiunt, [e] nocent stomacho tamen, et sunt pauci nutrimenti.

DOSIS. Aquæ eorum potio est circiter libr. una cum zuccaro.

ANDREAS MARINVS.

[a] QVAECVNQVE ex eis alba) prunorum differentias innumeras cum natura, tum ars effecerunt, ita ut in eo fructuum genere luxuriari natura uideatur, quæ tamẽ ad duo genera referri possunt, quædam enim præcocia sunt, quæ æstatis initio matures cunt, quædam uerò sub initium autumni colliguntur. ex his præcocia facilè corrumpuntur in uentriculo, sicut præcocia reliqua, itaq; ipsum lædunt, & aluum molliunt, ac turbant, magis tamen, minusq; pro loci, ubi nascuntur, & anni constitutionis natura; autumnalia quæ augustana uulgò dicuntur minus illa quidem facilè corrumpũntur exuberante tamen ipsa quoq; humore uentrem laxant, atq; perturbant. Dioscorides in duo alia genera pruna distinxit, uiridia scilicet, & sicca, quæ à superioribus complectuntur. uiridia uentri inutilia sunt, arida uerò eidem utilia, uentrem illa molliunt, hæc adstringunt. quanquam in eo Galenus Dioscoridem carpit, q̃ experimento constet pruna ficca aluum deiicere, quorum discordiam Mesues dirimit, cum utrunq; uerum asserat, nam & alterant, & laxant omnia, dulcacida quidem magis alterant, & adstringunt, quàm laxent, dulcia magis laxant, quàm alterent, vtrunque tamen omnia præstant. dulcacida quidem leniendo, & cõprimendo, dulcia uerò leniendo tantum aluum mouent.

[b] Damascena uerò & armena) Humana industria non modo damascena, & armena in Italia passim inseruit, sed multa alia genera arte paruit, & excoluit. Ex Pannonia, & Trãsyluania, quod quispiam forte miretur magna dulcium prunorum uis in Austriam finitimasq; regiones alias aduehitur, quæ damascenis nihilo sunt inferiores, siue alterare, siue lenire cupias. [c] Armeni quoq; arborem prunorum) nõ solum id genus miracula doctus agricola, sed etiam longè maiora efficere potest, pro quibus rei rusticæ scriptores elegans medicus interdum consulet, discent enim inde (ni fallor) blandius, ac tutius mederi quàm exhibitis ingratissimis

mis pharmacis.bilem flauam clementer purgabunt pruna tria,quatuorue guſtui gratiſsima, quę ex pruno ſcamonio infecto oriantur; quam ſcamonium ipſum quauis etiam arte paratum haud ſine magna noxa purgabit,eadem eſt cę terorum ratio. [d]Nocet ſtomacho tamen) Dioſcorides cõtra ſicca ſtomacho utilia facit,quod experientia falſum eſſe deprehenditur,nocent autem excrementitia,& lenta humiditate,qua etiam laxant.neq; enim alia ratione bilem euacuant, neq; aliunde quàm ex communibus ductibus euocant,perinde atq; lenientia reliqua.

Prunorum occaſione uſum eſt nobis non inutile ſtudio ſis fore,neq; ingratum,ſi MYXORVM (Sebeſten arabes uocant) plantam ad uiuam effigiem expreſſam oſtenderemus, quàm nemo hactenus,quod equidem ſciã,monſtrauit, eius nobis,ſicut & aliorum multorum copiam fecit inſignis uir probitate ac meritis P.Antonius Michaelius, quem antea ſæpè nominauimus.Horum porrò fructuum atq; plantæ hi ſtoriam diligẽter ſatis Iſaac Eben Amram ſectæ ſarracenicæ medicus haud obſcurus hoc ſenſu tradidit. Myxa ſunt fructus arbuſti cuius plantę ferè arboreſcentis ligno cortex albus,ramis uirens,folio rotundo,amplo,fructus auellanæ nucis,quam ponticam uocant magnitudine, in racemo dulcis dum matureſcit potiſsimum palleſcens, candido lentore plenus,cum interiore nucleo quaſi oliuæ ſiccatur, quo priuatim utimur in medicina.eſt enim medicamen temperatura in calido,& frigido ſymmetrum febrientium uentrẽ laxat,pectus lenit,tuſsim à caliditate,ac frigiditate adiuuat catharro etiam calido tenuiq; ob inſitã humiditatem auxiliatur,urinæ ardori à flauæ bilis acrimonia mordacitateve circa ueſicam,& renes medetur,uentris lumbricos pellit, illi enim ob innatam dulcedinem libenter adhęrent. eius arboris imago hæc eſt.

SEBESTEN.



MANARDVS. De prunis.

Cocymelia uocant Græci,vel κοκκυμῆλα. DAMASCENA & Armena.) Damaſcena iampridem,inquit Plinius in Italia naſcuntur,grandiore ligno,& exiliore carne, nec unquam in rugas ſiccata,quando ſolet ſui deſunt. Galenus magis adſtringentia ait eſſe Damaſcena,Hiberica dulciora,miratur tamen Dioſcorides dixiſſe Damaſcena ſicca uentrem ſiſtere,optima uero eſſe inter eadem quæ ſint mediocriter adſtringentia,magna ac laxa. DVLCIA ſunt inter caliditatẽ & frigiditatem.) Mediocriter humectant & infrigidant, ait Galenus. Decocta in melicrato plus mellis habente,vẽtrem molliunt,magiſq; ſi melicraton ſuperbibatur, dehinc uinum dulce,& prandium differatur. Adſtringunt ſylueſtria pariterq; domeſticorum folia. Gummi lapidem frangit.

De pſyllio. Cap. 20.

PSyllium purgat leniendo,alterat. Eſt uel album uel nigrum, uel ſubpurpureum,duabus ſubſtantiis compoſitum, medulla.ſ.interiore,calida ſicca ordine quarto acri admodum,incidente,rubrificante,ulcerante, uenenoſa,cortice uero frigido multum, rufus autem frigido humido ad gradum tertium, uel potius cum Dioſcoride ad ſecundum.Nam res frigida ſimul, & humida,ſecundum gradum non tranſcendit,ut inquit Hippocrates in epidemiis.Vbi & Galenus ait rem humidam non tranſire metam quam hominis uictus aſſequitur. Ob id humidum per ſe nõ eſt doloreficum, ſed tantum copia diſtendente,& continuitatem ſoluente. Aqua frigida maceratum & agitatum eſt cholagogum,ob id febribus biliоſis eſt ſalubre, & inflammationibus thoracis.Thoracem quoque lenit, ſitim extinguit.Cum aceto autem agitatum,phlegmonas,eryſipelata, herperas,& cæteros tumores calidos extinguit, & harum doloreſedat,præſertim cataplaſmate impoſitum.Sic & cephalalgiam calidam mitigat.Frixum uero,& (ut dixi) conquaſſatum, fluorem biliоſum,dyſentericum, à medicamento acri, ut ſcamonio, excitatum, ſedat cum oleo roſaceo ſumptum uel in tectum. Et pſyllio ſic macerato cum aqua fontana frigida,& quaſſato,muccoſa potio, præcipue cum oleo violato,aut ſyrupo violato aluum ſubducit.Deligendum maturum,magnum,graue,& quod aqua mergatur.Datur in potu à.ʒ.i.uſq; ad.ʒ.tres.Non ſumendum autem quibus viſcera ſunt imbecilla, neq; etiam tritum.Nam ſic ſumptum ſubſtantia medullari detecta ulcerat,& excoriat.

PSYLLION.

Pſyllij deſcriptio ex Dioſcoride.

PSYLLION foliis eſt coronopo non diſsimilibus, hirſutis,longioribus,ſarmentoſa fæni modo in totum herbula, ramis dodruntalibus,coma è medio caule exoritur duobus tribuſue cõuolutis in cacumine capitulis,in his ſemine duro, nigro pulium ſimile,unde & nomen,in acruis, & incultis naſcitur.

De pſyllio. Cap. 20.

T. PSyllium eſt de alterantibus complexionem & ſolutionem facientibus,[a] & eius ſolutio proprie fit labificando.eius autem aliud album,aliud ſubnigrum, aliud ad purpureitatem declinans.

ELECTIO. Melius eſt quod eſt completum & craſſum & eſt grauius & ſubmergitur in aqua.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Compoſitum eſt ex duabus ſubſtantijs,quæ ſeparari poſſunt, inter quas cortex eſt ſeparatus.Eſt enim in eo ſubſtantia interior medullaris,& eſt in eo ſubſtantia expanſa ſuper corticem ipſius.† [b]Subſtantia autem eius interior medullaris calida eſt & ſicca in quarto gradu, & eſt acuta vehemẽter inciſiua rubificatiua ulceratiua,& eſt de genere veneni. Subſtantia autem exterior expanſa ſuper corticem eſt ex multum infrigidãtibus, & dixit Rufus.† Eſt frigida & humida in tertio,& exceſſu. [4]& dixit Dioſcorides quòd eſt in ſecundo,& eſt verius. In quit enim Hipp.in epidimijs.Non eleuatur res frigida iuncta cum humiditate vltra ſecundum gradum. & dixit Gale. Humida res non tranſgreditur metam,vſq; ad quam poteſt regimen hominis extendi, propter quod non inuenimus humidum eſſe cauſam doloris inquantum humidum,ſed inquantum poteſt eſſe materia quæ quantitate ſua mouetur ad continuitatis ſolutionem.

RECTIFICATIO. † Quod ex eo conquaſſatum eſt cum aqua fontium frigida,& ſit mucillaginoſum,[e]& bibitur ſicut eſt,& proprie cum oleo violaceo aut ſyrupo violato ſoluit ventrem.Quod autem ex eo eſt frixum: & conquaſſatũ cũ oleo roſaceo eſt medicina fluxus ventris & dyſenteriæ.Cõtritum autem potui nullo modo propinandum eſt. [f]Deocculat enim contritio eius ſubſtantiam medullarem ulcerationem,& excoriationem.

POSSE. Conquaſſatum cum aqua frigida ſicut diximus ſolutione educit choleram.Et confert febribus inflammationis multæ,& ſiti vehementi calidæ, & ſedat inflammationes ſpiritualium:& lenit pectus.†conquaſſatum cum aceto confert apoſtematibus calidis & heryſipelati & formicæ,& ſedat inflammationes omnes & dolores inflãmationum & proprie ſuper cataplaſmatum. Et ſimiliter ſodam calidam vehementem. Frixum vero & conquaſſatum ſicut diximus,confert fluxui cholerico & dyſenterico & fluxui medicinali,& proprie poſt potum ſcammoneæ, & medici. acutarum.

DOSIS.) [h]Ipſius potio eſt à.ʒ.i.uſq; ad. iij. Timeat autẽ ipſum habens debilitatem viſcerum.

ANDREAS MARINVS.

[a]PSYLLIVM)de Pſyllij ſemine loquitur hoc loco Meſues,non de planta,cuius etiam uires perpendit. [b]Et eius ſolutio proprie fit lambificando) habet enim lentam humiditatem,qua retentricem ſaltem facultatem obtundẽdo expultrici uim addit. [c]Subſtantia autem exterior) quæ aqua calida macerando,& agitando muccaginem reddit ad eos uſus,quos Meſues refert apprimè opportunam. [d] Et dixit Dioſcorides ꝙ eſt in ſecũdo) uel alium,ab Anazarbeo, quã nos legimus,Dioſcoridem nactus eſt Meſues,qui non modo,ut ille,herbarum imagines,uiresq;,ſed gradus etiam earum deſcripſerit,uel certè eius interpres in eo nomine hallucinatur, quoniam tamen herbarum gradus Dioſcoridi hic noſter ſæpiſsimè adſcribit, authorem aliquem Dioſcoridis nomine inſignitum ad eius manus peruenisſe ſuſpicari poſſumus, niſi forte in centonem aliquem ex uarijs authoribus concinnatum inciderit, in quo Dioſcoridis herbarũ deſcriptioni addita fuerit Galeni eadem de re, ſententia, eius ſuppreſſo tamen nomine,quod multi,cum græci, tum arabes fecere.ſic multa Hippocrati,& Galeno accepta refert,quæ ne ſomniarunt quidem,ueriſimile etiam eſt multa uolumina auaros græculos ſub magnorum uirorum nominibus uendidiſſe,quo tempore medicina uertit ſolum, quæ ab obſcuris authoribus conſcripta eſſent.in ſumma non poſſum perſuaderi,ut putem, uirum probum hæc ſibi nomina confixiſſe.credo equidem depravata Galeni, & aliorũ græcorum exemplaria,& ea paruam in ſuam linguam cõuerſa nactum fuiſſe,atq; adeò,quæ rectè ſenſit, ſcripſitue de re medica ingenij potius acumini,quàm bonorum authorum lectioni tribuenda cenſeo.atq; ut error hic ſit, certè nõ eſt perniciоſus. [e]Et bibitur ſicut eſt) ſiue ſola,ſiue cum oleo, ſeu cum ſyrupo violaceo epota pſyllij muccago aluum lenit pſtrenue, atq; obuia excreméta detrudit.quod cum medici intelligant,mirum cur à caſsiæ uſu cariſsimo aliquando non temperent,præſertim in pauperculis. [f]Deocculat enim contritio eius) debemus hanc notitiam ſarracenis medicis,nam græci eò non penetrarunt. [g] Solutione educit choleram) manat hic error ex principio malè poſito,ruit que cum principij fundamentis,lenit enim aluum, ac bilẽ, fæcesq; ſubducit,non ſoluit eũ.cætera ſequuntur bilis uacuationem,& muccaginis refrigerium.Ipſius potio eſt a.ʒ. i.uſq; ad.iii.) cum ſit frigidum admodum medicamentum, lentæq; ſubſtantiæ cautè omnino moderateq; eſt adhibendum,præcipuè iis qui pentriculũ habent, atq; inteſtina imbecillia.ſolet enim corpori toti frigus,& torporẽ, cum exolutione,& mœrore quodam adferre,ita ut animum deſpõdeant,Dioſcoride authore.

MANARDVS, De Pſyllio.

Græci pſyllium,Latini à Græci nomis ſignificato non recedentes, pulicarem herbam vocant, nec per os,niſi raro,aut hi, aut illi præbent, quoniam inter venena numerant: ſed exterius tantum ad molliendum,adſtringendum & infrigidandum adhibent. SVBSTANTIA autem eius interior medullaris,calida eſt & ſicca in quarto gradu,& eſt de genere veneni.) Venenum eſſe pſyllium dicunt Græci,non medullæ ratione,quæ ſit,vt iſte ſcripſit,in quarto ordine calida,ſed ex frigore potius,quod in tota oſtendit ſubſtãtia: Secutus autẽ eſt Meſues in hac re,ſicut in alijs multis,Auicenna libro ſecundo capite primo. Damocrates porrò,authore Gal.libro ſecundo de Antid. iubet plurimum conteri in compoſitione cuiuſdam antidoti, Eſt frigidum & humidum in tertio exceſſu.) Galenus frigidum in ſecũdo, medium in alia ſcribit contrarietate, nec alicui, vt diximus, eius parti calorem attribuit. QVOD ex eo conquaſſatum eſt,cum aquæ frigidæ ſolutione educit choleram.) hoc ſic in aqua tuſo.Dioſcorides vtitur ad infrigidandum. ET conquaſſatum cum aceto confert apoſtematibus calidis. Cum roſaceo aceto vel aqua,valere articulorum doloribus, tumoribus poſt aures,pãnis,ramicibus, vmbilico procidenti,& eryſipelati,ſcripſit Dioſcorides. Et dixit Dioſcorides quòd eſt in ſecundo:& verius,inquit enim Hippocrates in Epidemijs non eleuatur res frigida, iuncta cum humiditate vltra ſecundum gradum.) Quomodo hæc dixerunt Dioſcorides & Hippocrates qui gradus vel ordines in medicinis non agnouerunt? Paulus frigidum in ſecundo, medium inter humectantia dixit & ſiccantia, quemadmodum & Galenus.

De Adianto. Cap. 21.

SYL. Adiantũ albũ uulgo capillus ueneris.

ADiantum album,capillus Veneris, uel hominis ne moralis,uel fontium,uel coriandrum putei dicitur, foliis eſt coriandri uiridibus,tenuibus,cauliculis ſemicubitalibus,ſetarum porcinarum modo tenuibus colore ex rubro nigreſcente, præſertim circa radicem, & ubi iam adoleuerunt,ſine flore,in puteis,fontibus,& aquoſis.temperatus eſt,aut temperato proximus,conſtat ſubſtãtia aquea & terrea,ſed tenui modice,eaq; ſtyptica, altera uero ſuperficiaria calida,tenui admodum, ob quam uirtus eius facile reſoluitur. Quia uirtus imbecilla à ſubiecto imbecillo prompte diſſipatur.Hæc autem tenuant, obſtructa aperiunt,digerunt,uentrem ſoluunt, præſertim recentes, ſicci enim conſtringendo fluxum ſiſtunt,bilem uero flauam & pituitam uentre toto & hepate,humoreſq; craſſos quam uis imbibitos etiam ex thorace & pulmone ſcreatu educũt reſpirationem ob id liberiorem reddunt, ſanguinem clarũ reddunt,& inde colorem commendant, & partium prædictarum dolorem leniunt, obſtructiones hepatis,lienis,tollunt,ob id ictero & morbis omnibus obſtructionem ſequẽtibus infuſi,præſertim aqua apii,& intybi, aut decocto cicerum nigrorum,aut ſeminum quatuor,aut ſero lactis. Cum olco

Græci nullam uim purgatoriam tribuunt.

oleo autem chamæmeli ſtrumas delet. Syrupus ex his, pleuritidi, peripneumoniæ prodeſt, urinam mouet. Decoctum eorum calculum frangit, purgat uterum à partu. Parte uero ſtyptica fluxiones cohibet, † ſanguinem ſiſtit, uentriculum & uentrem reliquum roborat, ne excremẽta prompte recipiant, roborat etiam capillorum radices, ob id eorum defluuium ſiſtit, quin etiam pilis partem replet, præſertim cum oleo myrtino, aut oleo ladani, & uino ſtyptico. Idem præſtat puluis eorum uſtorum, cinis ipſorum uel decoctum ex uino furfures abigit lotione, ſiſtulas lachrymantes ſanat. Imbecillitatem eorum purgando corrigunt uiolæ, caſsiafiſtula, manna, ſerum lactis, paruam ſuſtinent decoctionem. Meliores ſunt bene habiti, foliis uirentibus, ſtrigoſi enim & flaueſcentibus foliis inutiles. Dantur decocto ad aluum ſubducendam lib. 1.

† Sputum ſanguin. Dioſc. potea ex uino uentriculum roborat eidem ac horas. ideſt tineam cũ liquio ſanat Dioſ.

ADIANTON.



ANT.

De capillis Veneris. Cap. 21.

CApillus Veneris dicitur apud quoſdam capillus fontium, & dicitur capillus hominis nemoralis, & ab aliis dicitur coriãdrum putei, & eſt herba cuius folia ſunt ſimilia foliis coriandri, uiridia, & tenuia. Cuius ſtipes eſt in longitudine circiter medium cubitum, & ſunt ſicut pili porcini, & ſunt in colore intra rubedinem & nigredinem, ſed magis declinant ad nigredinem, & proprie iuxta radicem eorum, & quanto magis procedunt, ad nigredinem declinant, & ſunt ſine floribus, & eorum ortus eſt in puteis, & fontibus & locis aquarum.

ELECTIO.) Meliores ſunt qui uiridia habent folia qui uberiores ſunt ſecundum omnes partes plantæ ipſorum.

[a] Subtiles uero & graciles & declinantes ad citrinitatem

[b] Non habent ſpiritum.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS.) Dixit Gal. iuxta temperamentum eſt eorum complexio. ſunt autem compoſiti ex partibus aqueis & terreis, & ſubtilibus mediocriter, à quibus ineſt eis ſtipticitas. [c] Et ex partibus ualde ſubtilibus calidis propter quod uirtus eorum cito reſoluitur. Debilis. n. uirtus in debili ſubiecto cito tollitur. Sed adhuc etiam calidæ partes ſunt poſitæ in ſuperficie, quare uehementius ſit illud quod uidetur oſtendere complexiones ipſorum declinare ad latus caliditatis, quamuis dicat Gal. ipſos eſſe æquales. Et ineſt eis ex partibus calidis in ipſis, ut ſint reſolutiui ſubtiliatiui, aperitiui oppilationum, † & ſolutiui uentris, & proprie qui ex eis ſunt recentes. [d] Sicci uero ſunt conſtrictiui, & prohibitiui fluxuum.

RECTIFICATIO.) Non eſt in eis malitia. [e] Debiliter tamen purgant, ſed confortant operationem eorum uiolæ. ſ. & caſsiafiſtula, & tereniabin, & infuſio eorum in aqua caſei nigorat eos in ſoluendo. De decoctione autem modicum ſuſtinent.

POSSE.) [f] Solutione educunt choleram & phlegma & humores craſſos, & imbibitos, & mundificat pectus & pulmonem, & educunt materias contentas in eis, & mundificant ſanguinem, & clarificant eum, & clarificant colorem, & faciunt acquirere bonitatem anhelitus, & mundificant ſtomachum, uentrem & hepar, & confortant dolori eorum & ſunt medicina bona oppilationum hepatis & ſplenis, & ictericiæ, & proprie ægritudinum omnium oppilationum, & proprie infuſio eorũ in aqua apii & endiuiæ aut in aqua cicerum nigrorum, aut in aqua ſeminum quatuor, aut in aqua lactis proprie, & delent cum oleo chamæmillino ſcrofulas. Et ualet ſyrupus eorum pleureſi, & peripleumoniæ, & ſunt prouocatiui urinæ. Et uſus decoctionis eorum frangit lapidem. Et purgat matrices fœtarum. Et hoc eſt de poſſe eorum, & de eo quod pertinet ad eos partibus calidis. Sed ex parte ſtipticitatis prohibent curſum materierum & abſcindunt ſanguinem & confortant ſtomachum & uentrẽ ne recipiant ſuperfluitates. Et prohibent caſum capillorũ, & confortant radices eorum. Immo faciunt eos creſcere & multiplicare eos in locis ubi oportet, & proprie cũ oleo myrtino, aut oleo laudani & uino ſtyptico, & puluis eorũ adſtorum etiam facit ſimiliter. Et abluitur etiam ex decoctione ipſorũ cum uino caput † & abſcindit furfures, & ſimile ſit ex cinere ipſorum, & cinis ipſorum ſanat ſiſtulas lachrimales.

DOSIS) Potio decoctionis ipſorum quando quæritur per ipſos ſolutio per uentrem, eſt circiter libra una.

ANDREAS MARINVS

[a] Subtiles uero & graciles) tales ſunt fere qui ad nos uariis ex locis comportantur, ut minime mirum ſit, eas facultates in iis à medicis non deprehendi, quas Meſues ſcribit.

[b] Non habent ſpiritũ) qui operationũ auctor eſt omnium, nulla enim qualitas corporea, deficiente ſpiritu, agit qui rebus omnibus ueluti ſubſtantiæ fundamentum ineſt. [c] Et ex partibus ſubtilibus ualdè calidis) ſic habet exemplar noſtrum; eſtque genuina auctoris lectio, qua uindicatur à cõtradictione, neque enim aduerbium ualdè uoci calidis addi debet, ſed ſubtilibus, quãquam ne ſic quidem perſpicuus eſt ſenſus, qui tamen tranſpoſitis uocibus admodũ apertus redditur, ut ſit ex partibus calidis ualde ſubtilibus. [d] Sicci uerò ſunt conſtrictiui.) aduertant hoc, qui medicamentis ſub ducentibus aridos imponunt, ut diſcant uel uirides emere, uel ſiccos negligere, nedum probi uideri uolũt, improbi re ipſa euadant. [e] Debiliter tamen purgant) adeò debiliter, ut nulla ſit eorum per aluum purgatio. Nam quæ à Meſue adduntur ipſa per ſe ſubducunt, atq; adeo (mea quidem ſententia) ualentius ſola, quam ſi cum capillis ueneris exhibeãtur. [f] Solutione educunt choleram, & phlegma, & humores groſſos.) in hoc quoque poſitis principiis aduerſatur, ſi enim temperatura ſymmetrum eſt hoc medicamẽ, quo pacto purgabit? qua ui humores craſſos extenuabit, educetque? poteſt quidem partium ſubtilitate craſſa peruadere, atque ita ad expellendum apta reddere, quod Galenus docuit, uerum eadem expurgare aluoq; ſubducere, neque Galenus ipſe uoluit, neque ulla ratio ſuadet.

MANARDVS. De capillis Veneris.

Adiãton à Græcis dicitur, quia ut Theophraſtus, & poſt eum Plinius ſcripſit, aquas reſpuit perfuſum merſumq;. Dicitur Gallice trichõ vel Polytrichõ, ab effectu (ut ait Pli.) quia capillos tingit & pulchros reddit. Theophraſtus & recentiores duo eius genera faciunt album & nigrum. SVNT autem compoſiti ex partibus aqueis & terreis & ſubtilibus mediocriter, à quibus ineſt eis ſtypticitas, & ex partibus ſubtilibus calidis ualde.) Niſi aduerbium, ualde iunxeris uoci, uoci, ſubtilibus error erit in hoc loco manifeſtus, etiam ipſomet Meſue teſte, qui ex Galeni ſententia uix excedere eos temperamentum dixit. Sed forte melius eſt addere negationem, & legere, non ualde. ET ſoluitui uentris.) Authoritas, ratio, experimentum, falſum eſſe hoc comprobãt: ſiccat enim adianton, attenuat, diſcutit, inquiunt Galenus & Paulus. Auer. ait Gal. dixiſſe, quòd aluum adſtringit, nos medicos quòd purgat Dioſcorides ipſe aperte dixit q̃ aluum ſiſtit. Mundificat pectus.) Per ſcreatum dixit Galenus. ET abſcindit furfures.) Dioſcorides addit, & achorei cum lixiuio. Frangit lapidem.) Præcipue nigrum, inquit Plinius eaque de cauſa dici ſaxifragum. Et delet cum oleo chamæmelino ſcrofulas.) Non addit Dioſcorides oleum: ſed dixit abſolute, quòd ſtrumas diſcutit: quod etiam pariter ſcripſit Galenus. abſcindunt ſanguinem.) Sanguinis ſcreatum ait Dioſcorides. Et confortant ſtomachum.) Dioſcorides, poti cum uino.

De aſaro. Cap. 22.

ASarum herba montana, foliis ut hedera anguloſis, † floribus hyoſcyami. Tota planta eſt aromatica, & guſtum mordens. Radice præcipua, præſertim magna odore tenui, ſapore acri, & parum ſtiptico. Calida ſicca ordine tertio, vel potius cum Dioſcoride calida ſecundo, ſicca tertio. Tenuat, reſoluit, obſtructa aperit, hepatis, lienis, & horum duritiem ſoluit, & affectus alios inde natos: febres putridas & diuturnas, icterum, hydropem, præſertim uino infuſum. Purgat uomitu & deiectione, & urinis bilem, ſed pituitam manifeſtius, etiam ex ilibus, iſchio, & alijs articulis, ob id harum partium dolores mitigat, præſertim infuſum, uel aliter exhibitum. Oleum aſari cum lada no ſpinæ illitum ſudores mouet, & rigorem febrilem inhibet. Urinas mouet, ſemen auget. Valentius agit cum ſero lactis, ſpica, & hydromelite. Muſtum his radicibus conditũ poſt tertium menſem hydropes, & ſplenem ſanat. Mediocriter coqui & teri poteſt: & quo tenuius eſt tritum, eo magis urinas mouet, minus autem aluum ducit. Datur infuſo ab aureis duobus ad drach. iiij. puluere autem ad drac. i. ad. aureos duos.

Validiorem aſarum aceto calido, ſicco gradu tertio Gale. ſcribit.

ASARVM.



Aſari deſcriptio ex Dioſcoride.

ASARVM, quam ſylueſtrem nardum aliqui uocant, herba eſt odorata coronaria, foliis hederæ, maioribus multo, rotundioribusq; floribus cytino hyoſcyami ſimilibus, purpureis, inter folia proxime radicem emicantibus, odoratis in quibus ſemen acinoſum: radices ſubſunt numeroſæ, geniculatæ, tenues, obliquæ gramini perſimiles, longè tamen graciliores, odoratæ, calfacientes, & quæ linguæ uehementer mordent.

De aſaro. Cap. 22. ANT.

ASarum eſt radix herbæ montanę cuius folia ſunt angularia: † ſicut folia hederę, & flores eius ſunt † ſicut flores hyoſcyami, & eſt tota planta eius aromatica & mordicat guſtum.

ELECTIO.) † Melior pars plantæ eſt radix, & melior radix eſt, quæ eſt craſſa, ſpiſſa, & cuius odor eſt ſubtilis: & ſapor acutus cum ſtipticitate modica.

† COMPLEXIO ET PROPRIETAS.) Calidæ complexionis eſt, & ſiccæ in tertio. & dixit Dioſco. eſt in ſecundo calidũ, ſiccum in tertio, et eſt quaſi uerius, et eſt ſubtiliatiuum, aperitiuum oppilationum, reſolutiuum, prouocatiuum, & in ipſo eſt ſtipticitas modica.

RECTIFICATIO.) Melius cum quo miſceatur ad ſolutionem faciendam eſt aqua caſei cum ſpica, & aqua mellis † & quidam infundunt ex eo aliquid in muſto, & conſeruant in uaſe per tres menſes: & eſt illud uinum medicina ad hydropiſim & ſplenem. Suſtinet autem aſarum de decoctione & contritione rem modiocrem, & laboratio in contritione ipſius facit magis prouocatiuum quàm ſolutiuum.

† POSSE.) [b] Eſt ex rebus facientibus uomitũ & educentibus per uentrem, & cum hoc etiam eſt prouocatiuum uri næ, & [c] educit choleram & phlegma. Sed de eius operatione in phlegmate eſt manifeſtus, & educit ex anchis & iuncturis materias & confert doloribus earum: & proprie infuſio eius, & etiam alii modi adminiſtrations ipſius. Et eſt ex bonis rebus in quibus eſt ſpes iuuamentorum ad oppilationes hepatis, & ſplenis, & duritiem eorum & morbos oppilationum, ſicut eſt hydropiſis, & hicteritia, & durities ſplenis, & proprie uinum infuſionis eius quod dixi. & confert iuuamentum magnum febribus oppilationum, & febribus antiquis, & inungitur dorſum & ſpina ex oleo ipſius cum ſudano, & facit ſudare. Confert horripilationi febrium & prouocare urinam, & in ſpermate augmentum efficit.

† DOSIS. Eius infuſi potio eſt ab aur. ij. vſq; ad. ʒ. iiii. & pulueris eius à. ʒ. i. vſq; ad aur. ii.

ANDREAS MARINVS.

[a] ASARVM eſt radix) herba quæ officinis uulgò baccharis nuncupatur uerum eſt Dioſcoridis, & Meſuæ Aſarum, ſicuti autem uulgare ideſt, & nuſquam non cognitum, ita uera baccharis rara. [b] Eſt ex rebus facientibus uomitum) non has (opinor) facultates Galenus in aſaro agnouit, cũ dixerit in hieræ compoſitione præter aloen nihil habere vim purgatoriam; experti tamen nos id ſumus poſt Dioſcoridem, & Plinium, in colico affectu eas radices ex iure uel uino deglutitas cruciatum celerrime ſuſtuliſſe, eiectis uomitu, atque ſeceſſu quamplurimis excrementis omnis generis. Vidimus etiam interdum aſſumptas hieræ uocatas ſpecies uomitum uehementiſs. irritaſſe, aluumq; ſummopere turbaſſe, quæ ſymptomata ab aloe proficiſci non conſueuerunt. Quid igitur in hoc ſit dicendum, aliorum iudicium expecto, & expeto. [c] Educit choleram, & phlegma) communi (ut ego quidem arbitror) excellenter purgantiũ ratione, naturam enim grauiter lædit cum primis, tum ſecundis qualitatibus, eſtque inter laborioſe ſoluentia pharmaca numerandum, perinde atque elleborum album.

MANARDVS, De Aſaro.

Aſaron ideo uocatum uidetur, quia in coronas non adderetur. Dioſco. herbam coronariam dicit, errore, ut credo, Scioli cuiuſpiam librarii, baccharem Aſaro miſcentis, quod nunc etiam uulgus facit. SICVT folia hederæ.) Adde ſed minora & rotundiora, ex Dioſ. SICVT flores hyoſcyami.) Sicut cytini, non ſicut flores, ait Dioſcorides in medio foliorum apud radicẽ purpurei, odorati, ſemen in floribus acinoſum,

acinoſum:foliculi angulati,ſubaſperi:radices multę, geniculatæ,tenues,obliquæ,gramini,ſimiles, multo tamen tenuiores,odore cinnamomum referentes. Electio.) Optimum naſci ait Pli.in ponto,proximum in phrygia,tertium in illirico Gal.ſolam radicem vtilem eſſe dicit. Complexio.) Dioſ.vt ſæpe dixi,gradus in medicinis non diſtinxit Gal.huic medicinæ non adſcribit: ſed cum dicat eaſdem acoro vires habere,ſed fortiores quam poſuit calidam & ſiccam in tertio ordine,ſequitur hanc quoq; vel ſaltem in tertio ordine collocandam. Qvidam infundunt ex eo aliquid in muſtum.) Dioſcorides miſcet vncias tres in heminis muſti duodecim,& dat ad locium,intercutem,coxendicem & icterum. Posse eſt ex rebus facientibus vomitum.) Cratevas Dioſcorides & Plinius purgare,aiunt,eius radices,hellebori albi inſtar.Multas quoque alias vires ei adſcribunt.

Dosis eius vſque ad drachmas quatuor.) Dioſco.dat pondus drach.vii.

SYL. Ius gallorum aluū ſubducit, gallinarū adſtringit Gal.

De iure gallorum. Cap. 23.

GAllorum & gallinarum iuuenum mediocriter pinguium caro,alimenti eſt inter aues optimi,quia facile in ſanguinem vertitur,& parum excremētoſa eſt. Caro autem gallinarum eſt melior quam gallarum,niſi ſint caſtrati.Nigrarum quoq; , & quæ nondum perperunt, eſt melior & leuior,vt gallorum qui nondum coierūt. Decrepitorum autem præcipue gallorum caro nitroſa & ſalſa,cibo inepta,medicamentoſa eſt iure ſuo maxime, potiſsimū vero gallorum ruforum,qui ad motum ſint alacres,ad coitum ardentes,ad dimicandum fortes, obeſorum & macrorum,mediis quoque vetuſtiores,eo magis ſunt medicamētoſis Galeno.Id ius ob nitroſam & ſalſam ſubſtantiam calidum eſt,lauat,terget,tenuat,flatus diſsipat,cū ſemine anethi,vel dauci,& polypodio,& ſale gemmæ coctum,& dolorem ventriculi,coli,ilium, renum, à flatibus ortum ſedat, obſtructa aperit.Purgat pituitam quidem cum turbith, & cnico,ob id confert arthriticis doloribus ex hac natis. Melancholiam vero cum epithymo & polypodio, & cum iiſdem atq; thymo,hyſſopo,anetho & ſalegemmæ, & arthriticis confert.Gallus autem furfure à Galeno nutritus,aliis etiam melle & pauco ſale,plurimum fatigetur vel à nobis venantibus,vel potius dimicando decapitatus,& exenteratus cum ſale gemmæ,igne lento, aqua† ſufficiēte coquatur ad duarum aquæ partium conſumptionem,aliis atq; aliis ſimul incoctis pro variis medicorū ſcopis. Potatur eius decoctum ad lib.ii.

† Sextariis. 20. Dioſcor. congiis. 3 Pli. reducatur ad tres cotilas lib.i.

ANT.

De iure gallorum. Cap. 23.

GAllorum & gallinarū iuuenū mediocriter pinguiū nutrimentum cæterarum auium nutrimento præponitur.Sunt enim propinquæ conuerſionis in ſanguinem & paucarum ſuperfluitatum. Sed caro gallinarum eſt melior carne gallorū niſi caſtratorum, & nigriores ex eis ſunt meliores,& leuiores,& ex gallinis melior eſt quæ nōdum peperit,& ex gallis qui nondum calcauit. Decrepiti autem ac ouantiū carnes malæ ſunt. Acquirunt enim nitroſitatem,& ſalſuginem,& proprie gallorum,& non competūt in re ciborum,ſed potius in re medicinæ & proprie ius gallorum,& eſt illud quod hic conſideramus.

Electio.) Melior gallus ad hūc vſum eſt ſicut dixit Gale.qui eſt rufus antiquus.immo quanto antiquior tanto melior,& qui eſt velox ad motum,& ardens ad coitum & fortis ad dimicandum in quo ſit mediocritas inter macredinē & pinguedinem.

Complexio et proprietas.) Ius galli antiqui eſt calidum propter nitroſitatem & ſalſuginem.Et eſt lauatiuū, abſterſiuum,aperitiuum, ventoſitatum extenuatiuum, & prouocatiuum,& ſolutiuum naturæ.

Rectificatio.) Operatio iuris gallorum ſecundum quòd Gale.docuit eſt in hunc modum. oportet vt cibetur gallus furfure.Alkanzi dixit,& melle,& pauco ſale, poſt illud fatigetur fatigatione ducente ad laſsitudinem. Et dixit etiam Alkanzi quòd melius eſt vt fatigetur dimicando. Deinde abſcindatur caput eius & euiſceretur,& ſaliatur ſale,aut ſalegemma, & decoquatur in aqua ſufficienti cum facilitate vſq; ad conſumptionem duarum partium aquæ. Et ſunt quidam qui ponunt in decoctione eius alia ſecundum diuerſas intentiones.

Posse.a † Miſcetur decoctioni eius turbith carthamus & ſolutione educit phlegma. Cum polypodio vero melancholiam educit,& ſimiliter cum epithymo.Et cum ſemine anethi excludit,& carminat vētoſitates.Et coctum cum ſalegemma,& dauco, & aneto,& polypodio, confert dolori ſtomachi,& colicæ,& iliacæ,& dolori renali. Et cōfert doloribus iuncturarum.Et valet ſimiliter ad eadem etiam coctum cum carthamo,aneto,& ſal gemma,& confert aſthmati.Aut cum haſce,& hyſſopo,& valet ſimiliter.

Dosis. Potio ipſius eſt circiter lib.ii.

Andreas Marinvs.

De Iure gallorum.

Gallinarvm ius ſimplex (inquit Galenus) ἐπικρατητικῆς ἐστὶ δυνάμεως hoc eſt facultatē habet ſiſtendi, ſicut gallorum ius ὑπακτικῆς ideſt ſubducendi. cum quo de gallorū iure Meſues conuenit, uerum adſtrictoriam uim gallinarū iuri ſicut Galenus non adſcribit,ſed promptā,celeremq; coctionem, atque in alimentum conuerſionem, quod facilè coquatur earum caro, & excrementis careat. cuius rei certiſsimum argumentum eſt ſapor dulcis,guſtuiq; gratiſſimus. quod ut uerum eſt,ita Galeni ſententia dubitatione non uacat, nam per Deos,cur aluum ſiſtat ſuauiſsimum pullorum ius,quod nulla vi, (ſi guſtui credimus) adſtrictoria præditum eſt,niſi fortaſſe illud ex accidenti efficiat,quippe natiuum calorem auget,ac roborat,& acres humores, unde fluxiones irritantur attemperat. uerum non conſueuit Galenus eas ſimplicium medicamentorum facultates, quæ ex accidenti conſequuntur ita ſimpliciter, & abſque diſtinctione, ſed quæ per ſe, & ex ſua natura proſunt eo præſertim libro deſcribere. itaque ueritus aliquando ſum eo loci mendum ſubeſſe,ut ſcilicet pro ἐπικρατητικῆς legendum ſit ἐπικερασικῆς δυνάμεως. hoc eſt attemperātis facultatis:quā lectionem probarunt etiam doctiſsimi recentiores*, inter quos præcipuus fuit Io.Bap.Montanus Veronenſis præceptor meus,uir ſummi ingenii, multiplicis eruditionis ,& acerrimi iudicii. habet enim uim pulli ius acres humores attemperandi, optimumq; eſt τῆς ἐπικράσεως inſtrumentū, qua ui poteſt etiam aluum ſiſtere,cum ſcilicet uel ob pharmaci calidioris,uel ob humoris acrimoniam nimium fluit, in qua ſententia uidetur fuiſſe Dioſcorides, qui poſt deiectionē ab aqua marina gallinæ, aut piſcium ad frangendam morſus acrimoniam ius exhiberi docuit. confirmat hanc noſtram coniecturam græcum Dioſcoridis exemplar uetuſtiſsimum,in quo iunioris galli ius non ſiſtendi, ſed potius contemperandi uim habere ſcribit,cuius uerba libuit in ſtudioſorum gratiam adſcribere. ſic enim ait. ὁ δὲ ζωμὸς τοῦ νόσακος μάλιστα δίδοται ἐπικράσεως χάριν φαυλοτήτων, καὶ ἐπὶ τῶν στόμαχον πυρουμένων λιτῶς σκευασθείς. ideſt iunioris galli iuſculum datur maxime ad contemperandos uitioſos humores,& in ardoribus ſtomachi ſimpliciter paratum, cum igitur ἐπικράσεως gratia propinetur, ueriſimile eſt ἐπικερασικῆς δυνάμεως legi apud Galenum debere. id quod quamuis obiter hoc loco dictum ſit,non tamen fortaſſe abſque aliquo ſtudioſorum commodo. Poſſe,miſcetur decoctioni eius turbith.) Ius galli ſua nitroſitate ualenter abſtergit obuios quoſque humores ex locis iis,ad quos pertingit, cęterum ad uenas eius facultas uix permeat,quare cnicum, polypodium,epithymum ad pituitam & utramq; bile purgandam iuri addunt, ſicut anethum,& alia flatus diſcutientia cum doloribus à flatu medentur. itaque materia potius excipiendis medicamentis apta eſt ius galli ſicuti ſerū quàm medicamentum purgans, exiſtimari poteſt.

Manardvs. De Iure.

Gallorum ius ventrem laxat gallinarum adſtringit, ait Galenus ἐπικρατητικῆς δυνάμεώς ἐστι. Marcellus tamen in Dioſcori.aliter interpretatur.Decoquatur in aqua ſufficienti.) In ſextariis.xx.vt Dioſcorides vel tribus congiis, vt Plinius & reducatur ad tres cotylas. Miscetvr decoctioni eius Turbith.) Quidam (dicit Dioſcorides) Braſsicam marinam coquunt,aut Mercurialem,aut Cartamum, aut Polypodium,educitque humores craſſos,crudos, tenaces,nigros,& valet febribus antiquis.Plinius præclare medetur venenis ſerpentem, torpentibus membris, tremuliſque

liſque capitis doloribus,epiphoris, inflammationibus faſtidiis,incipienti tenaſmo,iocinori,renibus,veſicæ, cruditati,ſuſpiriis.

De volubili. Cap. 24.

VOlubilis multæ ſunt ſpecies.Vna enim eſt magna lactaria,funis arborū dicta,flore albo campanæ ęmulo.Dioſcoridi eſt temperata,vel paulo calidior, ſicca ordine ſecundo,reſoluit,maturat,terget, ſoluit, aperit orificia vaſorum,ob id datur cum tragacantho, maſtiche, ſpica nardi,ſero lactis obſtructionem venarum meſeraicarum,& hepatis liberat,ob id ſanat icterum cum ſucco apii & intybi,vel ſero lactis bilem vſtam clementer purgat, ob id febres putridas,præſertim bilioſas diuturnas, thoracem & pulmonem excrementis repurgat,ob id aſthmati cōfert phlegmonem hepatis externam iuuat,præſertim cum polēta,& oleo roſaceo,& aceto.Cephalalgiam antiquam,præſertim cum oleo roſato aut chamæmelino & aceto, ſuccus eius aurium vlcera ſanat.Secunda eſt parua, foliis & floribus minor, ſuper terram & aliarum plantarum ramos ſerpit.Tertia etiam lactaria,foliis ſubalbis,lanuginoſa,immodice calida,incidit,vlcerat, & ita ſoluendo ſanguinem educit.Ob id prorſus vitanda,tanquàm venenoſa. Quarta eſt foliis citreoli modo aſperis,flore foliaceo ſquammatim cōpacto§quod ſicut ampullæ adhærentes, malè vertit interpres.§Lupulus vocatur tēperatus,vel potius frigidus principio ordinis primi.Sanguinem flaua modice purgat,cumque clarum reddit,& ſedato eius calore temperat, præſertim ſero lactis infuſa,icterum ſyrupus ex eo ſanat, febribuſque bilioſis & ſanguineis prodeſt. Ipſa quoque, & ſuccus eius cum hordei polenta cephalalgiam calidam ſanat, & ventriculi, & hepatis intemperiem calidam.Cumque tam ſit efficax medicamentum mirari ſubit,cur à noſtræ tempeſtatis medicis in vſu tam raro habeatur. Quinta eſt radice brioniæ,aut maiore cucurbitulæ magnæ inſtar, caule bicubitali,foliis anguſtis,paruis, ſagittæ pennatæ in modum figuratis,leui cauſa deciduis,lactis præter cæteras fœcunda, quo fit ſcammonium,ob id domina lactariarum vocatur,calida ſicca ordine ſecūdo,vel potius cum Galeno tertii principio,in eiuſdem vero fine ſuccus ipſius lacteus, idemque acer & mordax magis,quā cæteræ ipſius partes,minus quā tertia,tergetque ac reſoluit,vt mox in ſcammonio audies. Hæc & magna cæteri prefertur,præſertim ſi ex locis ſint tēperatis.Huius deniq; radice cum oleo roſato, vel chamæmelino emplaſtrum,cephalalgiam frigidam, & antiquā ac hemicraniam ſanat.Decocti primę dantur.℥.iiii.infuſi autē in ſero lacti libra vna.

Volubilis deſcriptiones ex Dioſcoride & Ruellio.

Helxine (quæ Meſuæ prima eſt uolubilis ſpecies) cognomento ciſſampelos foliis hederæ, minoribus, ramulis exilibus,quibus complectitur quodcunq; contingit adminiculum.naſcitur in ſepibus,uinetis,& ſegetibus.(Huic ſpecies altera minor quàm ſimillima eſt, nec quicquam differt niſi foliorum,florumq; paruitate, & caulis breuitate, nam humiliores plantas hæc circunuoluit, ſicuti illa arbuſta,& arbores ipſas aſcendit,unde Itali uiluchio maggiore illam,hanc uerò uiluchio minore ſolent uocitare.(Elatine uero.(quæ tertia uolubilis ſpecies eſt ni fallor,quamuis nobis hactenus ignota) folia habet helxine ſimilia,minora, rotundiora,piloſa tenuibus & dodrantalibus ramulis, quinis ſeniſue,à radice folioſis,guſtu adſtringentibus. Naſcitur in ſegetibus,& cultis.(porrò uolubilis quartam ſpeciem quæ lupulus uulgò dicitur, ſic deſcribit Ioannes Ruellius.) Lupus ſalictarius,officinis lupulus,caulibus aculeatis, longiſſimiſq;,in uepribus,& ſalictis reptat,foliis uitis albæ,hiſpidis & nigrioribus,flore cinereo,ac multis exilibus folliculis ſquammante compactili, caulis ei ſpinis horret, cacuminibus tani,& corrudę modo in torulos turbinatis.flores habet foliaceos,candicantes,qui ferè allium,uinumq; ſuboleant. Quintam autem ſpeciem, quæ eſt ſcamonea deſcriptam,& pictam reperies initio libri hunc ſubſequētis.

HELXINE.



LVPVLVS.



De

De volubili. Cap. 24.

ANT. VOlubilis [a] plures sunt species. [b] Est enim quædam quæ dicitur funis arborum, cuius flos est albus, & est sicut tub, & habet lac, & vocatur volubilis magna. [c] Et est alia cuius rami repunt super terram, & super ramos plantarum cuius folia & flores sunt minores, & dicitur volubilis minor. [d] Et est alia habens folia subalbida, lanuginosa, & habet lac, & est species tertia, [e] & est habens folia aspera sicut folia citruli [f] cuius flos est sicut ampullæ adhærentes, & vocatur lupulus [g] & est quinta species eius cuius radix est sicut feliresin, & magis crassa, immo est crassitudo eius in modum cucurbitæ maioris, & eius stipes elevatur super radicem suã circiter cubitos duos & folia eius sunt stricta parua in modum sagittæ alatæ quæ ex leui causa fluunt, & habet lac, & vocatur dominus lacticiniorũ ex ea fit scamonea.

Al. rob pallidus.

Adhærẽtes uel ampullę ardẽtes.

ELECTIO. [h] Melior duarum specierum est magna, & habens folia in modum sagittæ alatæ, & melior est quæ nascitur in locis temperatis remotis ab excessu.

† COMPLEXIO ET PROPRIETAS. [k] Inquit Dioſc. Magna est æqualis, declinat tamen ad caliditatem quandam & est sicca in secundo, & est resolutiua, maturatiua, aperitiua, abstersiua, solutiua. [l] Lanuginosa vero est calida in excessu vltimo ceratiua incisiua. [m] Sagittalis vero calida est & sicca in secundo, & dixit Gal. est in principio tertii, & est resolutiua. Lac vero eius est in fine ipsius. Et est acris [n] & eius acrimonia non est in vehementia lacticinii maioris & est in qualibet parte plantæ eius acuitas, & serositas, [o] sed plus in lacte ipsius, & est in ea absterſio, resolutio, vt nos loquemur, de scamonea in capitulo suo. [p] † Lupulus vero [q] est æqualis ad frigiditatẽ declinãs. Et dicitur [q] est in principio primi, & est verius. est autem sedatiuus dolorum calidorum, extinctiuus inflammationum & lenitiuus.

RECTIFICATIO. [r] Magna aperit orificia venarũ propter quod miscendum est cum ea aliquid ex tragacantho & mastice, & rectius quod vigorat operationem eius est aqua casei cum spica & mastice, ex sagittali autem non propinatur ad soluendum nisi coagulum eius, & est scamonea. Lanuginosa vero prorsus vitãda est. Solutione enim educit sanguinem, & est sicut venenum.

POSSE. Lanuginosa, sanguiné educit excoriando. Aspera vero & est lupulus [s] educit de cholera citrina rem aliquã & mundificat sanguinem ab ea, & clarificat ipsum, & sedat ipsius inflammationem, & affert ei iuuamentum magnum infusio eius in aqua casei. Et syrupus eius remouet hictericiam. Et ò quàm parum vtuntur medici nostri temporis ad ministratione cum sit medicina bona. Et ipsa quidẽ & succus eius cum sauich hordei sedat dolorem capitis calidum & cõfert calefactioni stomachi & hepatis, & syrupus eius confert febribus cholericis & sanguineis valde. Magna vero, solutione educit choleram adustam cum facilitate, & aperit oppilationes hepatis, & meseraicarum confert hictericiæ cum succo apii, & endiuiæ, aut cum aqua casei. Cõfert hepatis apostemati calido extrinseco, & proprie cum sauich & oleo rosaceo, & acero, & sedat sodam antiquam & proprie cum oleo rosaceo, & aceto aut chamæmilino, & succus eius ex eis est quæ sanat vlcera in aure, & est ex medicinis pectoris & pulmonis, mundificans ea à superfluitatibus, & confert asthmati valde & confert febribus longi temporis, & proprie febribus oppilationum & eis quarũ materia est cholera citrina. ex radice vero sagittalis fit emplastrum & oleo rosaceo, aut chamæmilino, & sedat sodã frigidam antiquam & curat hæmicraneam.

DOSIS. Potio decoctionis magnæ est circiter. ʒ. iiii. & infusionis eius in aqua casei potio est circiter lib. i.

ANDREAS MARINVS.

[a] VOLVBILIS plures sunt species) rectè dixit plures, nam si diligenter eas inquiras, quamplurimas inuenies, nõ modò has quinq; quas autem author hic intelligat, & si difficile admodum est ex ipsius uerbis diuinare, reipsa tamen, & doctissimorum uirorum coniecturis ducti, de iis, quas ex Dioscoride, ac Ruellio attulimus, eũ scribere suspicamur, liberum interim unicuiq; iudicium relinquentes, ut quod quisq; uelit, sentiat, modo tenuem hanc nostram coniecturam non contemnat. [b] Est enim quædam quæ dicitur funis arborum) Helxinem maiorem intelligit quam tenuem scandi. monetam recentiores cum Plinio existimant cuius facultates, ac figuram æmulatur, quamuis lac huic tribuat, quod neque Dioscorides agnouit, nec nos sedulò tentantes inuenimus, nisi forte lac appellet aquosum, & candicantem succũ, aut certè in fœcundioribus locis natura hoc ipsum in lac cogat. [c] Et est alia cuius rami) de minore loquitur, quæ maiori omninò similis est. [d] Et est alia habẽs folia subalbida.) suspicamur Elatinem hoc loco intelligi debere, quæ helxinæ similia habet folia, & pilosa. cum q volubilis species sit, tum uerò q lanuginosa habere folia Mesues dixerit. [e] Et est habens folia aspera) loquitur de lupulo. [f] Cuius flos est sicut ampullæ) & si multiplex huius loci lectio est, omnes tamen sunt depraua tæ, Itaq; Syluius eum melius interpretatus uideri possit. [g] Et est quinta species eius) scamoneam describit. [h] Melior duarum specierum) confert maiorem, L. tonia minoremq; helxinẽ, maiorem autem præfereuidetur. præterea nescio quo pacto, aut cui scammoneam, quæ folia in modum sagitæ alatæ habet præferat, nec uideo quem sequatur authorem. [i] Et melior est) loquitur, & hic de scamonea. [k] Inquit Dioscorides magna est æqualis) Anazarbeus hoc non scripsit, sicuti nec secundas illas qualitates, tantum dixit foliorum succum potu aluum deiicere. [l] Lanuginosa uerò est calida in excessu) neque hoc nouit Dioscorides in Elatine, sed in clematide altera, quæ causa fuit, ut Manardus tertiam uolubilis speciem ad clematidẽ referri debere existimauerit. [m] Sagittalis uerò calida est, & sicca in secũdo) loquitur de scamonea, de cuius caliditate non sibi semper constat. Nam in capitulo subsequenti scamonium in tertio caloris gradu constituit, eius uerò plantam, quæ scamonea dicitur, & est, magis calidam, & acutam esse contendit, quam ipsam hoc loco in secũdo excessu collocat. si quis uerò obiiceret cum Galeno, qui in tertio reponit, Mesuem de scamonio sentire, attentè legat, quæ sequũtur deinceps, lac enim in fine tertij statuit, quo adhuc plantam esse caliorem est opinatus, quæ hac ipsa ratione in quarto ordine erit reponenda, cum tamen hic in secundo constituat. [n] Et eius acrimonia non est in uehementia lacticinij maioris) apertus hic error est, uel authoris ipsius, uel, quod facilius crediderim, interpretis. Nam quid aliud est scamoneæ acrimoniam lacticinij maioris acrimonia inferiorem esse, quàm scamoneam ipsam seipsa minus acrem esse, cum lacticinium maius ipsa sit scamonea? [o] Sed plus in lacte ipsius) contrarium tamen scribit infra eodem capite de scamonea minus enim acre scamonium, hoc est lac eius plantæ, quàm plantam ipsam esse asseruit, causamq; reddidit, q ars acrimoniam adimit. [p] Lupulus uerò) cuius unius gratia caput cẽdum hoc est legendum, reliqua cum sint ferè inutilia. [q] Est æqua enen-lijs. lis ad frigiditatem declinans) de herba fortasse illud uerum uideri possit. Cæterum florum grauis odor caliditatis suspicionem iniicit non mediocrem, quàm etiam auget syrupi ex eo parati facultas laxatiua. [r] Magna aperit orificia uenarum) si est æqualis, aut uix primum caloris gradum attingit, (ut tu opinaris) qua ui oscula uenarum aperiet? in ea certè, quæ apud nos oritur nulla est qualitas prima, aut se- nnis li- or & cunda, quæ id efficere possit. [s] Educit de cholera citrina cus pla rem aliquam) leniter abstergit tenuiorem bilem, quæ in ſt ualẽ cauitatibus intestinorum occurrit. t.

MANARDVS, De Volubili.

Inuenio apud Dioscoridem Galenum Paulum cap. de Helxine, quæ uidetur prima species hic posita, apud nos frequens, sicuti et secunda. Tertia, ut puto, est Clematides. Quartam speciem videtur Plin. lib. vigesimo primo capite decimoquinto vocare Lupum. Legitur Lupi huius uel Lupuli nomen, tertio libro de locis affectis, qui liber vulgo de interioribus inscribitur. Sed litera corrupta est, probato uel rubo, lupulum habens: sicuti & libro quarto Therapeutices, vt nouæ eius libri interpretationes manifestãt Græcorum vulgus Bryon nunc uocat, nostri Luuertitium quasi lupum uertitium. Complexio & proprietas. Non id dixit Dioscorides quod hic ei adscribit sed de triplici scripsit. Smilace leni uidelicet, aspera, & hortulana. Itẽ de duplici clematide, & scamonio, quæ omnia ab hac se circũuoluendi proximis rebus proprietati dici Conuoluoli, uel uolubiles possunt, Helxinen porrò, uim habere uentris purgatiuã, tradit idem Dioscorides. Lupulus est æqualis.) Vires florum quas in cerusa ostendunt, satis calidos & sicos attestãtur, quibus rebus grauitas etiam odoris consentit. Videant igitur medici, qui Lupulos tantopere commẽdant, cui fundamento innitant.

DE MEDICAMENTIS VIOLENTER ET MOLESTE PVRGANTIBVS IISDEMQVE deleterijs.

De scamonio. Cap. 1.

SCamonium est medicamentorum purgantium maximum, vt purgatorij nomine simpliciter pronunciato, per antonomasiã, scamonium intelligatur, vt ait Democritus. Est autem lacteus ipse succus, postremæ volubilis natæ in Antiochia, Armenia, regione Scenitarum, Arabia, Turchia. Plurima etiam apud nos nascitur, sed praua, loci (opinior) natura, & colendi modo, & arte conficiendi. Quibus tribus euadit hæc bona, alia mala. Fit autem multis modis. Primo, cum primum radix super terram exiterit, pars eius nõ euulsæ, quæ terræ supereminet, incisa, succum quendam gummeum quotidie remittit qui siccatus seruatur. Deinde radix omnino euulsa inciditur, lacq; inde profluens siccatur, vel igne lento, vel sole, & in offas quasdam formatur, & obsignatur. Colore autẽ est subalbo, vel vario. Postea taleolæ radicum tritæ exprimuntur & succus, vt dixi, siccatur, sigillo notatur. Nunc autem bonitatis fides per sigilla hæc perit, est autem hæc crassa, nigra, grauis. Sunt etiam qui ex folijs & caulibus tritis succũ extrahunt, & quo dixi modo siccat, & coguntque, sed hic ex nigro virescit, estque odoris terri. Præstantissimum est Antiochenum, præcipue quod primum summa radice incisa exudat, reliqua hoc inferiora, viride pessimum. Secundas tenet Armenium. Nostras vero, & q ager Scenitarum mittit, omnino prauum est, etiam quod primum profluit.

† Taurino glutini simillimum, splendens, nitidum, decorum, rarum, fungosum, tenuissimis fitulis, spongiosum, Dioſco. Plin. quam leuiſſ. cito liquescens, uirus redolens Plin. lingua, & cum diluitur albescens, sed linguam non urens, quod tithymali succo adulteratum facit.

† Sit autem clarum gummis modo, aut subalbum, aut uarium, præcipue quod primum effluxit. Idem fractum, saliue aut aquæ attractu lactescit. Sit præterea tenerum, & friabile, puluerabũq; facile, leui pondere, odoris proprij, sed boni, non tetri. A quibus notis quanto magis recedit scamonium, tanto est deterius. Viginti annos seruatur, sed quo antiquius, eo imbecillius. Calidum est ac siccum ordine tertio, acre, minus tamen quam planta ipsa, acrimoniæ, opinor parte per artem fracta, & obtusa. Est etiam amarum, incidit, terget, purgat, bilem flauam ex sanguine attrahendo ẽt à remotissimis partibus, tanta eius est ceu furiosi uehementia. Cor, uentriculum, hepar, intestina lædit: reliquaq; uisce ra conturbat, uentriculum subuertit, appetentiam deiicit, nauseam mouet, sitim excitat. Ex scamonio autem myrrha, costo, croco, omphacio, opio pauco, cum uino austero fiant trochisci drach. unius pondere. Quibus ex uitello oui & aceto forti solutis, & illitis, fronti quidem ac temporibus, cephalalgia frigida uetus, & hemicrania solutu contumax sanatur, denti uero, eius dolor & rosio cessat, strumis autẽ, præsertim cum succo apii uel dauci, eas discutit, occipiti denique cum succo sisymbrii & aceto caron, & lethargum magnopere iuuat, si opii loco habuerint castorium. Scamonium item cum lana subditum menses mouet, & abortum facit. Scorpionis ictum cum succo menthæ aut uino illitum sanat. Non sumendum igitur calidis & siccis naturis, & febricitare paratis. Sumpto autẽ eo, frigus, æstus, fructus præsertim frigidi, aqua frigidior, somnus longior, exercitatio, ira, & cæteri uehementes animi affectus, uitentur. Nostris corporibus ualde noxium est scamonium, quod flatu mordaci uentriculum subuertit ad nauseam, & molestè turbat. Id quod ne contingat, coquitur in pomo, præsertim cum dauco, galanga, semine apii, fœniculi, & similibus. Iis enim coquitur uapor eius flatulentus, serransq; & mordens dissipatur, & noxæ præterea eius aliæ mitescunt. Deinde quod calore uehementi corpus accendit, & febres in eo si ad eas est paratum, accendit, sitimq; in expletani. Ea autem noxa tollitur mistis coquendo refrigerantibus, & acrimoniam eius, flammeamq; caliditatem frangẽtibus, muccagine psyllii, succo & carne prunorum, succo & aqua rosarum, & uiolarum recentium, cydoniorum acido dulcium, rhois, spodio, oleo quoque rosato, aut uiolato, ante coctionem eadẽ ratione inuoluendum. Tertio loco uehementer attrahendo uenarum ora immodice dilatat, unde fluxus uentris fere fit immoderatior. Quod incommodum uitamus mixtis coquendo, quæ partiũ harum uires tuentur, & laxam substantiam cogendo roborant, qualia sunt styptica. quæ præterea scamonii, acrimoniam superficiariam tollunt, tenuitatẽ & penetrandi facultatem reprimunt, ut mastiche, succus & caro cydoniorum, cydonium ipsum, myrobalani citreæ aloe. Quarto dolores punctorios uisceribus rodendo adfert, ac intestinis rodendo excoriatis, dysenteriam uel tinesmum excitat. Hæc ne fiant medicamenta illi miscemus, quæ tũ cito ac clementer ipsum uelut furiosum deturbent, & corpore expellant, tum uirtutem eius serrantem & acrem obtundant. Prioris generis sunt lubricantia, ut muccago psyllii, caro prunorum, adstringentia, ut mastiche, cydonia post ipsum sumpta, præsertim ubi iam purgare cœpit ipsum, id celeriter decendere ac egredi compellunt. Aqua quoque calida pota aliquandiu post ipsum sumptum, furiosam eius uehementiam frangit. Idem psyllii muccago cum aqua calente, extracta cum oleo rosato sumpta horis quatuor uel quinque post scamonium, efficacissimè præstat Rufo auctore, addito horis post duabus myrobalanorum infuso, hæ enim ipsum cito deturbant. Secundi generis sunt humida, pinguia, & lenta, ut tragacanthum, bdellium, oleum rosatũ, & amygdalinum, & similia. Postremo substantiæ suæ totius proprietate lædit cor, uentriculum, hepar, facultatum quarundam nos gubernantium ceu fontes quosdam. Quibus noxis per quædam proprietate & facultate contraria resistimus. Quæ incommoda cum sint maxima iis accurate resistimus, miscendo quæ medicamenti actionem efficiunt tutiorem, & partes dictas facultatesque in his sitas roborant qualia sunt medicamenta cardiaca, stomachica, hepatica, tã calida, quàm frigida. In hanc quoque rem commodat non parũ eius per artem præparatio, quæ Rufo sic perficitur. Scamonium oleo uiolato, aut rosato, aut amygdalarum dulcium toto prope die inuoluit, identidem reuoluendo: postea tritum inuoluit infuso myrobalanorum citrearum ex succo cydoniorum facto donecq; siccetur, in scutellam reuoluit, tunc in malo cydonio coquit, formatque trochiscos quarta parte drachmæ unius graues, quorum singuli citra molestiam purgant. Vel seminis apii, fœniculi, dauci, ana drachmæ duæ succo cydoniorum igni lento incoquuntur, & colantur. Hocq; succo scamonium, ut dictum prius est, in uoluitur, & siccatur. Post in malo cydonio cum myrobalanorum citrearum prope dimidio coquitur eidem Rufo, non solum minuenti, sed etiam augenti, uel mutanti uires scamonii pro scopis uariis, si affectus postulat, & res patitur. Galenus autem mannæ sextuplo, & succi rosarum triplo, scamonium in malo cydonio probe coctũ miscuit, quo parandi modo multa eius nocumenta sustulit, interdũ muc caginem psyllii, aliquando cardiaca, aliquando alia, pro uariis scopis. Hamech uero ex scamonii parte una, foliorum uiolarum partibus duabus, glycyrrhizæ parte dimidia oleo rosato inuolutis, format trochiscos drachmæ unius pondere, è quibus unum exhibet. Humain quoque scamonium in oleo amygdalino cum pauco mastiche dissolutum in sole bi duo agitat, oleum paulatim & sæpe affundendo: deinde in aqua rosarum, in qua bdellium fuit dissolutum, biduo similiter agitat, & siccat, polt in malo cydonio coquit, & cum tertia parte myrobalanorum citrinarum, format trochiscos. Dantur hi drach. dimidia. Paulus autem zingiber, piper lõ-

gum,anisum scamonio miscens,coquendo in pomó acido, uel austero,innocentius efficit.Nos autem frustra scamonii amygdalis purgatis,& tritis inuoluta, foliis quoq; quibusdam tegimus,& sub cinere calido coquimus,amygdalis deinde abiectis,scamonium in aqua cydoniorum acidorum (cui spica,anisum,& alia quædam tum aromata, tum semina odorata fuerint incocta) dissoluimus:post siccamus, & cum mastiche,& bdellio decoquimus in cydonio, uel pomo austero maza circundato.Deinde trochiscos cum æquali portione rhois,& quarta parte spodii formamus,ut priores longe optimos pondere scripturi unius. Dantur singuli & purgant innoxie.Idem scamonium postquam oleo rosato,aut amygdalino est inuolutum,cũ octupla miua, & pauca spica in pomo etiam coquimus.Aloe item scamonii uolentiam frangit, & myrobalani præter cætera.Coctum etiã in succo portulacæ, uel muccaginis seminis eius, noxas multas exuit.Coquatur autem clementi calore : nam calor repentinus malignitatem eius auget, & parum diu teratur quia triturã longiorem non sustinet. Datur per se à granis.v.ad xii.

SYLVII ANNOTATIO.

Vltra duodecim grana & etiam scripturlũ,sine noxa quidam dederunt obolis duobus,aluum soluit Dioscor. interdũ tribus,etiam duobus hellebori obolis,& drac.j.aloes, cum largius purgandum,aut ipsius per se drach.i.

[a]CAPITVLA MEDICINARVM LABORIOSE SOLVENTIVM, IN QVIBVS est uenenositas.

ANDREAS MARINVS.

[a]CAPITVLA medicinarum laboriosè soluentium.) superiori libro tria medicamẽtorũ genera Mesu. expediuit, quæ leniendo,comprimendo,absstergendo, atq; aperiendo aluum subducunt, uocauitq; medicinas benedictas. restat nunc quartum genus quod propriè excellenterq; purgantia complectitur, cp.s.naturam insigniter lædãt cum acrimonia uehementi,tum uerò etiam graui nidore,de quorum tota natura latius in procemio libri superioris actum est à nobis,ut nihil nunc supersit amplius dicendum.

Scamoniæ descriptio ex Dioscoride.

SCAMONIA ramos ab una radice emittit triũ cubitorum multos,pingues,& qui nonnihil crasitudinis præ se ferunt,foljs helxinę,aut hederaceis,mollioribus tamen, hirsutis & triangulis,flore candido,rotundo, in calathi modũ cauo,graueolente,radice prælonga, crasitudine cubitali, candida,graui odore,succo grauida,&c.

De Scamonea. Cap. i.

ANT.

[b]CAMONEA est solutiuum magnum & dixit Democritus quod est soluti uũ antonomasice,& quod est genus solutiuorum,& generalius super omnia solutiua.Fit autem scamonea ex succo cuiusdam speciei uolubilis, † cuius folia sunt ad modum sagitæ alatæ. Nascitur autem in Antiochia & Armenia, & Corasceni,& in partibus Arabiæ,& Turchiæ, & plurimum nascitur in terra nostra,& est mala, & credo quod dispositio loci,& modus culturæ, & ars in faciendo auxiliatur ut bona fiat bona,& mala fiat mala. Modi autem operationis eius sunt quatuor.†Primus est cum manifestatur radix ipsius à terra præterquam euellatur,& fiunt incisiones in eo quod apparet ex ea super terram & inuenitur quod egreditur de eo post diem,& diem res sicut gummi & dimittitur exiccari,& conseruatur.Secundus est ut extirpentur post illud taliter radices,& incidantur,& colligitur lac earum fluẽs, & decoquitur cum facilitate uel exiccatur soli, & fiunt in- de formæ,& sigillantur, & huiusmodi scamoneæ color est subalbidus aut uarius.Tertius est. Teruntur adhuc radices post illud & extrahitur succus,& fit sicut diximus de decoctione, & aliis,& sigillatur aliquo sigillo. Nunc autem fides sigillorũ periit,& hæc scamonea est crassa, & nigra, & ponderosa.Quartus est.Teruntur folia eius & stipites, & extrahitur ab eis succus, & similiter,& hæc est scamonea nigra attinens uiriditati,& est grauis odoris.

SCAMONEA.



ELECTIO. † [c]Melior est antiochena, & Armena est post hanc.† Quæ uero fit in partibus nostris,& Corasceni, est mala prorsus,& melior adhuc quæ est primæ formæ, & quæ est secundæ est post istam,& aliæ sunt malæ,& deterior est uiridis. Adhuc autem qui laudauerunt scamoneam in v.proprietatibus laudauerunt eam. Prima est,vt sit in colore clara sicut gemma,& proprie species eius prima, aut sub albida aut uaria.Secunda ut si tangatur confractum eius aqua uel saliua fiat sicut lac.Tertia ut sit tenera, multæ facilitatis ad frangendum,& puluerizandum. Quarta ut sit ponderе leuis.Quinta vt sit boni odoris proprii non grauis, Remota uero ab his proprietatibus non est bona. Conseruatur quoque per annos xx. sed quanto antiquior, tanto debilior.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS.) Calidę complexionis est in tertio gradu,& siccæ ad ipsum, & est in ea de acuitate minus quam in plãta sua,& credo quod ars in faciendo ipsam frangit in ea de acuitate aliquid,& in ipsa quidem est amaritudo,& ipsa quidem est absterſiua, resolutiua,incisiua cũ attractione multa, cuius attractio extenditur usq; ad remota multum.

RECTIFICATIO. †Quinque sunt ei familiaria,quæ in corporibus imprimunt magnitudinem nocumentorum. Est enim in ea uentositas mordicatiua in stomacho,faciens subuersionem nauseam & turbationem laborioſam. Secundum est,quoniam insunt in ea caliditas & acuitas habiles inflammari,& propter quod est facile faciens cadere in febrem,& sitim:& proprie quando inuenit patientem præparatum. Tertium est quoniam fit per ipsam attractio uehemens, & uehemens dilatio orificiorum uenarum,quare facit cadere in immoderatos fluxus. Quartum est, quoniam in ea est serositas operans ad excoriationem uiscerum,qua re generat dolores acutos pungitiuos,& facit cadere in dysenteriam, & tenesmum. Quintum est proprietas & operatio sua,à quibus fit impressio nocumenti in membra quæ sunt minerę uirtutum,quæ sunt sicut cor,& hepar, & stomachus,& similia eis.Auxiliamur uero eis cum rebus cum quibus proprietate & uirtute nocumenta tolluntur, sicut v.g. Obuiamus ei quod diximus primo adiuuando, ut resoluatur uapor eius turbidus, & mordicatiuus faciens subuersionem & laborem.Et ad hoc auxiliatur nobis decoctio eius in pomo.Digerit enim,maturat, & resoluit,& excludit uapores eius & aufert serositatem eius. Et miscere in decoctione ipsius : quæ uentositates resoluunt, & carminant, & adiuuant ad illud sicut daucus proprie,& galanga, & semẽ fœniculi,& apii,& similia.Et dico quod decoctio est generaliter præparatio eius auferens plura ex nocumentis quæ diximus. Et obuiamus ei quod diximus in secundo miscendo ei in decoctione aliquid uirtutis refrigerationum : & operando, ut frangatur acumen & inflammatio eius. Et adhoc auxiliatur nobis octio cumeis quæ extinguunt & leniunt,sicut est mucilago psyllii,&aqua, & carnes prunorum,succus rosarum,& aqua uiolarũ,& uiolæ recentes.Et inuoluere ipsam ante decoctionem eius in oleo rosato aut uiolato aufert hoc nocumentum ab ea.Et succus citoniorum muzorũ,& sumach,& spodiũ similiter.Et obuiamus ei quod diximus tertio miscendo ei in decoctione quæ adiuuant uirtutes membrorũ.Et auxiliantur in aggregatione & corroboratione partium laxarum. Ad hoc aũt auxiliãtur nobis maxime res stipticitatem habentes,& omnia quę auferunt superficiem acuminis eius,& reprimunt subtilitatem & uirtutem penetrationis ipsius,sicut est mastix & cytonium,& succus eius. Sunt enim rectificatiuum bonum. Myrobalani quoq; citrini sunt mirabiles in hac intentione & aloe similiter.Et obuiamus ei quod diximus quarto miscendo cum ea quæ aggregant duas intentiones. Prima est acquirere ei facilem egressum,& hoc cum rebus cito expellentibus audaciam eius,& facientibus eam descendere.Ad hoc autem auxiliatur ei administratio eius cum rebus lubricantibus sicut est mucilago psyllii & carnes prunorum. Et sciuisti quod compressiua sicut citonia & mastix sumpta post medicinam & proprie postquam incepit educere, festinam faciunt eius egressionem,& sciuisti quòd aqua calida post medicinam transmittit audaciam eius,debilitat uirtutem ipsius. & dixit Rufus.& qui sumpsit scamoneam de melioribus rebus est ad expellendum audaciam eius ut post quatuor uel quinque horas postquam sumpsit eam psyllium conquassatum cum aqua tepida & oleo rosato sumat, post duas horas infusionem myrabalanorum ei tribue.Sic enim non rimentur nocumenta eius. Secunda est reprimere ei uirtutem serositatis,& acuitatis,& hoc faciemus cum auxilio rerum humidarum & unctuosarum sicut est tragacanthũ & bdellium & oleum rosatum & amygdalinum, & similia. & obuiamus ei quod diximus in quinto quod est thesaurus totius operationis,& illud est acquirere ei bonitatem cum medicinis membra & uirtutes quarum sunt domicilia confortantibus,& adhoc auxiliantur nobis medicinę cordiales calidæ & frigidæ,& medicinæ stomatichæ & hepaticæ, & auxiliantur etiam ars & præparationum modi sicut iam diximus.Modus rectificationis eius secundum quod narrauit Rufus. Decoquatur scamonea in citonio post inuolutionem eius & reuolutionem eius fere per diem unum cum oleo uiolato aut rosato aut amygdalino, & post illud teratur faciliter & uoluatur,& resoluatur in scutella uitrea usq; dũ siccetur cum infusione myrobalanorum citrinorum facta in succo citoniorum,tunc fac trochiscos ex ea quartæ.ʒ.i. & sit dosis eius trochiscus vnus.Solutionem enim facit sine molestia. Modus autem alius secundum eundem satis bonus.Decoquatur scamonea secundum priorem doctrinam, & adiunge ei myrobalanos citrinos supra tertiam partem eius. Deinde accipe seminis apii fœniculi dauci ana.ʒ.ii. decoque cum succo cytoniorum cum facilitate, & cola, & & utere inuolutione,& exiccatione sicut de huiusmodi proxime diximus. Inquit Rufus. Sit tua intentio addere minuere,& mutare secundum quod exigit dispositio,& res patitur. [d]Inquit Gal. Miscui scamoneam cum sexcuplo ipsius mannæ & triplo eius succi rosati post bonitatem coctionis eius in pomo,& inueni ex modis præparationis ipsius hunc modum satis laudabiliter emendantem plura ex nocumentis quæ timentur per ipsam, & aliquando miscui cum eis sexcuplum ipsius glutini psyllii & feci bonum, & aliquando miscui medicinas cordiales, & aliquando miscui alias,sicut res exigebat.Inquit Hamech. Accipe duplum eius foliorum uiolarum medium ponderis ipsius liquiritiæ, inuolue oleo rosaceo & fac trochiscos drach.i. & fit dosis .i. Et inquit Humain. dissoluatur in oleo amygdalino cum pauco mastice, & per diem & diem agitetur in sole cum administratione paulatim olei sicut oportet & post hoc etiam agitetur per diem & diem cum aqua rosata, in qua fuerit resolutum bdellium deinde exiccetur. Deinde coquatur in citonio. Post hoc cum tertia eius parte myrobalanorum citrinorum fiant trochisci, & sit dosis. ʒ. s. Inquit Paulus zingiber & piper longum, & anisum admixta decoctioni ipsius & proprie in pomo acetoso aut ponti eo remouent nocumenta ipsius. Modus rectificationis eius ex intentione nostra.Decoquantur frusta eius intra amygdalas tritas multas post purgationem eorum intra folia, fepeliendo ea in cinere calido,& post diem adiectionis amygdalarum dissoluatur in aqua citoniorum acetoforum: in qua bullierint spica anisum & aliqua ex speciebus & seminibus redolentibus, & exiccentur.Deinde cum pauco mastice & bdellio decoquantur in citonio aut pomo inuoluto in massa.Deinde fiant trochisci tertiæ. ʒ.i.& sit dosis.i. & operatur enim sine nocumento. Modus autem præparationis prædictæ.Misceatur tantum quãtum ipsa est de sumach. & quartam ponderis eius spodii,& fiant inde trochisci sicut priores:sunt enim ultimi.Et si dissoluatur scamonea in octuplo eius miuæ,& pauca spica post inuolutionem eius in oleo rosato aut amygdalino & decoquatur cum facilitate, emendatur à sua malitia. Et sciuisti quod aloe frangit malitiam eius & myrobalani magnificant eam. Et decoctio eius in succo portulacæ aut in aqua seminis ipsius aufert pura ex nocumentis eius.Et medicinæ cordiales & stomaticę calidæ aut frigidę secundum quod res exigit frangunt malitiam eius.Et oportet ut fiat eius decoctio cum facilitate, impetuositas enim in decoctione addit ei ad malitiam. Et ipsa quidem sicut sciuisti de triturationе modicum sustinet quapropter oportet quod in eius contritione non nimium insistatur.ex rebus autem facientibus facilem & uelocem ipsius egressus à corpore,sunt citonia quando in confectionibus & electariis simul miscentur,& similiter myrobalani, ipsi enim sunt ex cito eam deponentibus, & similiter si super eam post spacium bibatur. & sciuisti quod aqua calida expedit audaciam eius & alia similiter, sicut diximus in canone.

POSSE. † [e]Solutione educit choleram cum fortitudine & attrahit eam à sanguine,& uenis uehementer, & eius operatio est sicut operatio furiosi. [f]Et est ipsa inimica cordi,& stomacho,& hepati,& intestinis.Et est ex facientibus nauseam,& conturbantibus uiscera & ex subuertentibus ea,Et facit sitim,& deiicit appetitus cibi.Et ex ea & myrrha,& costo,& croco,& succo agrestæ,& pauco opio fiunt trochisci cum uino pontico,& proprie aur.i.& fit linimentum ex uno eorum super frontem & tempora comprimendo,& proprie cum uitello oui & aceto forti sanat sodam frigidam antiquam,& hemicraneam difficilem,& si linitur super dentem remouetur dolor eius & corrosio. Et si super scrophulas,& proprie cum succo apii aut dauci delet eas. Et fit linimentum cum uno eorum cum succo sisimbrij & aceto,sed loco apii ponatur castoreum,& liniatur in posteriori parte capitis,est magni iuuamenti ad subeth, & lithargiam.Et quando scamonea supponitur cum lana educit mẽstrua,& facit aborsum.Et ipsa quidem facta curat scorpionũ morsus,& proprie desuper linita cum succo menthæ, aut cũ uino. † Viter autem eius acceptionem qui calidæ & siccæ complexionis est & naturæ,aut paratus cadere in febres. ‖Is autem qui sumit ipsam timeat frigus,& æstum,& abhorreat fructus & proprie frigidos,& aqua ueri frigoris & so-

manum prolixum ſupra eam,& exercitium, & ſuperbiã animi.Conſeruatur autem ſcamonea per annos xii.

Dosis eius eſt granis v.vſque ad xii.

ANDREAS MARINVS.

SCAMONIAE imaginem nullus hactenus ex herbariis, quod equidem ſciam,pictam tradidit.Nobis autem hãc Bizantio adlatam dono dedit Georgius liberalis pictor egregius,& mihi perfamiliaris,quæ Dioſcoridis hiſtoriæ omni ex parte conſentire uidetur,conſimilem quoq; oſtendit P. Antonius Michaelius patritius Venetus,uir cum prudẽtia, & uitæ probitate tum etiam rei herbariæ peritia clarus, ut mihi amplius non ſit uerendum hanc propriam eſſe ſcamoniæ figuram, cuius uolui rei herbariæ ſtudioſis copiam facere. [b]Scamonia eſt ſolutiuum magnum) non mirentur homines,ſi quos ueterum medicorum præſcriptiones effectus pollicentur haud ita ſtrenuè præſtant, quum iis medicamentis,quibus ipſi utebantur,aut omninò careamus, aut pro ueris uitiata,& falſa ad nos perferantur. Nam ut cætera in præſens omittam,quotuſquiſq; uel medicus, uel pharmacopœus ſcamonium uidit antiochenum,armenumue, id que lacteum,& notis aliis præditum,quas illi Dioſcori. ac Meſues adſcripſere? Neq; tamen auaritiam hominum accuſandam,ſed noſtrorum potius temporum conditionem deplorandam cẽſeo,cum enim ob religionis diuerſitatem homines illi,à quibus pharmaca colliguntur,uenunturq; ſanctiſsimum putent ſe facinus efficere cum chriſtianos decipiunt, nihil mirum ſi cuncta perferuntur ferè fictitia, & falſa,ut interim taceam locorum diſtantiam;quæ cauſa eſt,cur uetuſta,& cariosa aduehantur.quapropter tutius ego ſemper putaui à peregrinis medicamentis in totum abſtinere, præſertim autem ſoluentibus,è quibus præcipuè ſcamoniũ uitandum conſulo,quum etiam optimum multis periculis non uacet.Non deſunt purgantia pharmaca noſtris regionibus,quæ ſi rectè dignoſcantur, parenturq́ue longè quàm ſcamonium aut ignotum turbith felicius purgabunt. Nec ueriſimile eſt humanæ uitæ neceſſaria nobis naturam denegaſſe,quæ rerum,opportunitatumq; omnium prouida eſt mater,uerum medicorum ſocordia eo rem medicam adduxit, ut aliorum dictis, atq; inuentis proinde ac legiſlatorũ placitis aquieſcamus nihil præterea quærentes, Hippocraticum illud contemnẽtes nihil eſſe in medicina perpetuũ. [c]Melior eſt antiochena) Scamoneæ figuram, differentias, atq; attributa quædam longè melius Dioſcorides quã Meſues docuit, cætera fuſius, & luculentius hic noſter tradidit,quare utriuſq; lucubrationes attentè ſunt legendæ. [d]Inquit Galenus miſcui ſcamoneã) Galenus pergamenus hoc profectò non dixit, niſi fortaſſe alius quiſpiam fuerit eius nominis medicus ætate inferior,neq; enim unquam is mannam ad purgandam accõmodauit;uerum id quod Galeno Meſues acceptum refert,ueriſimum eſſe experimento fuit comprobatum,nam electuarium roſatum deſcriptione Meſuæ,quod cum manna ſcamonium accipit, abſq; ulla noxa,ut ſi quod aliud medicamentum bilem expurgat. [e]Solutione educit choleram,) quia acerrimum eſt, & praui nidoris,quibus naturam impellit ad primum quemq; humorem expellendum,talis occurrit tenuiſsima bilis. [f]Et eſt ipſa inimica cordi,& ſtomacho,& hepati,& inteſtinis)ſi optimum ſcamoniũ(de eo etenim loquitur Meſues) humanæ naturæ adeò aduerſatur, ut uitæ fontes mirum in modum lædat,quid,rogo,peſsimum faciet,quale iudaicum eſt,arabicũ,& turcicum quibus nos frequẽtiſsimè utimur? [g]Is autem qui ſumit ipſam timeat frigus,& æſtum.) frigus enim meatus anguſtos reddit,quos in corporibus purgandis fluidos eſſe oportet,humoresq; ad motum reddit ineptos.æſtus uerò innatum calorem diſſipat. Itaq; & à pharmaco,& ab ambientis æſtu diſtrahitur.eſt autem præceptũ commune purgatoriis medicamentis omnibus, nedum ſcamonio,quod ex Hippocratis coi obſeruationib. manauit. is enim ſub canem,& anticanem medicationes,ob eas cauſas difficiles eſſe animaduertit.dubitant nonnulli ex Meſuę obſcura ſcribendi ratione aliam eſſe ſarracenorum ſcamoneam,ab ea quam Dioſcorides ſcriptam reliquit.quis tunc demum deſinent dubitare, ſi eius temporis hominum deplorandam conditionem ad memoriam reuocauerint, Nã ſcamoneæ nomen planta hactenus retinuit, quæ, quamuis ineptè deſcribatur à Meſuę Dioſcoridis tamen hiſtorię omni ex parte reſpondet,ſuccumque exhibet ex quo ſcamonium conficitur.

MANARDVS. De Scamonio.

Scamonia proprie dicitur ipſa planta, Scamonium ſucus,vtrunq; tamen Scamonium quandoq; vocatur:& quia cæteris præſtat id quod in Colophone gignitur ideo & Colophonium nominatur. CVIVS folia ſunt ad modum fagittæ alatæ.)Helxinæ ſimilia inquit Dioſcorides,vel Hederę molliora,trianguli figura,flores albi,rotundi,concaui forma calathi. PRIMVS eſt cum manifeſtatur radix.) Clarius Dioſcorides reſecatur caput à radice, radixq; ipſa ita fit cõcaua,ut ſuccum colligere confluentem poſsit: quidam terram circunfodiunt,nuciſq; iuglandis foliis obtecta fouea, ſuccum effundunt,hunc autem ſecundum modum, prætermiſit Meſue. ELECTIO melior eſt Anthiocena.) Id quod ex Myſia Aſiæ præponit Dioſcorides, Colophonium Plin. & poſt ipſum Prienenſe. QVAE uero fit in partibus noſtris,& Coraſceni,eſt mala.) Syriacum & Iudaicum peſsimum eſſe,dicit Dioſcorides denſum exiſtens & graue. Clara ſicut Gummi.) Dioſcorides & Plinius taurino glutini quàm ſimillimum,ſplendens,nitidum,decorum,rarum,fungoſum,tenuiſsimis fiſtulis,ſpongioſum.Sit põdere leuis.) Plinius quàm leuiſsimum.Tenera.)Cito liqueſcẽs ait Plinius.Boni odoris proprij.)Virtus redolẽs, inquit Plinius. Si tangitur confractum eius aqua uel ſaliua.) Plinius lingua,& cum diluitur, albeſcens. Dioſ. huic indicio docet non fidendum,quoniam mixto Tithymali ſucco, idem fit: ſed attendendum alijs indicijs,& ne linguã deurat. Quinque ſunt ei familiaria, quæ in corporibus imprimunt magnitudinem nocumentorum.) Nocere ſtomacho plus quã oia purgatoria medicamina dixit Paulus, miſcetque ei ſal aut piper,aut zingiber, aut rem aliam quæ ſit bona ſtomacho,formæ etiam inde catapotia cum melle.inquit Galenus,miſcui cum ſexcuplo ipſius Mannę.) Neſcio ubi hoc dixerit Galenus.Illud autem ſcio,quòd Manna apud eũ Thuris tenuiorem puluiſculum ſignificat,nõ rem Saccharo noſtro dulcore & colore ſimilem,quę nunc paſsim Manna uocatur,& à Meſue intelligitur. In eius contritione non nimium inſiſtatur.)Contrarium nonnulli ſentiunt: quod uerius eſſe alio loco eſt demonſtratum. SOLVTIONE educit choleram.)Dioſcorides addit & phlegma.Paulus,purgat ut Elleborum,& magis bilem. VITET eius acceptionem, qui calidæ & ſiccæ complexionis eſt.) Docet Paulus dandũ his qui boni ſunt ſtomachi,& febre carent.Doſis à quinque granis ad duodecim.)Dioſcorides dare drachmam in tegram non uereturſufficere tamen ad ſoluendam aluum dicit duos obolos. Si uero placeat abundantius purgari, tribus obolis addi debere duos Ellebori obolos, & Aloes drachmam.Paulus dat obolos quatuor. Ego licet nunquã ſim auſus tantum dare,duodecim tamen grana tranſcendere non ſum ueritus,ſcioque quoſdam ſcrupulum integrum hauſiſſe ſine noxa.

De turbith. Cap. 2.

TVrbith radix eſt herbæ lactariæ,folia ferulæ, ſed minora habentis.Eſt autẽ turbith quoddam hortenſe, alterum ſyluestre,& in his magnum & paruum, & album,flauum,nigrum.In locis ſiccioribus,quia lacte eſt craſſiore,gummoſius euadit, & melius. Laudatur enim gummoſum,album,vacuum,arundinoſum, cortice cineritio & plano,recens mediocriter,fractu facile: non gummoſum autem imbecillum eſt,ac uentrem conturbat. malum quoque eſt flauum & nigrum, craſsum & gracile, cortice criſpo,& dum frãgitur intus ceu neruoſo,quod eſt ſyluestre. Recens etiam minus uiſcera conturbat, ac euertit, uetus imbecillum eſt. Corticibus extremis liquato gummi illitis ipſum quidam mentiuntur,quod ſi frangatur,intus gummoſum haudquaquàm erit. Calidum eſt ordine tertio, purgat trahendo mediocriter,flatus excitat, uentriculum ad nauſeam euertentes,ſiccat quoque excrementis etiã tenuibus vacuatis.Correctum enim turbith,pituitam,craſſam, & lẽtam,& putrem,à uentriculo,thorace,neruis,etiam à remotis tis,præcipue iũcturis educit.Ob id ad dolores arthriticos uſus eius eſt,à pſora,lepra,baras,& aliis uitijs pituitoſis,tũ cutis,tum aliarum partium,& pituitoſis febribus, aut præſeruat, aut uindicat.Hoc autem ſumpto,uitabis auſtrum,& uiſum piſcium. Purgat tarde & imbecilliter, & ſtomachũ ad nauſeam ſubuertit,& uſu crebro corpus extenuat. Ob id cortex eius ad album uſque abradendus eſt. Acribus autem,ut zingibere,ſic eius actio intenditur, ut proprietate quadam mirabili per id cumulatum:etiam à iũcturis & his remotiſsimis,& profundiſsimis pituitam craſſam & lẽtam extrahat,cum per ſe ſolam tenuem pituitam educat, idque tarde.Ne uero ſtomachum exagitet,ac euertat,medicamẽta ſtomatica miſcentur,& odorata agitationem eius placatura,ut maſtiche,zingiber,piper longum,gallia, & aromatica alia.Ne denique corpus emaciet,oleum amygdalinum,uel amygdala,uel ſaccharum ei miſcenda ſunt, uel cũ Rupho piſtacia.Iudæus autem turbith partem unam,zingiberis partem dimidiam,amygdalarum duplum, cum condito,uel ſiccato ſucco cydoniorum miſcet, tanquam purgatorium ſalubre.Hamech uero turbith partem unam, foliorũ uiolarum partes.ij.zingiberis partem dimidiam miſcet in trochiſcos,citra moleſtiam purgantes. Ioannitius autẽ dactylorum aceto dies duos infuſum, partes centum, penidiorum partes quinquaginta,amygdalarum purgatarũ partes triginta,turbith partes trigintaquinque, ſcamonii partes duodecim,zingiberis,piperis longi, foliorum rutæ ſiccorum,ana partes quatuor,miſcet cum melle deſpumato, medicamentum fit mirabile. Sed filius Zezar,turbith partes decem,zingiberis partes quinque, ſacchari partes uiginti,interdum maſtiches drachmas tres,alias alia miſcuit pro uariis indicationibus,ad morbos hoc remedio egẽtes. Idem quoque turbith à raſo cortice purgatum ſucco cucumeris agreſtis horas uigintiquatuor macerat & ſiccat.Fitque ſic ualentiſsimum ad articulares affectus. Si quã in corpore noxam reliquit,rota mulſa calente,aut quæ ſaccharo rubro eſt dulcorata,aqua calida,eã profligabis. Coctionẽ & trituram mediocrẽ ſuſtinet.Datur puluere à.ʒ.i.ad.ʒ.ii. decocto autem à.ʒ.ii.ad.ʒ.iiii.

SYLVII ANNOTATIO.

Turbith Serapionis eſt Dioſcori. tripolium folio ſatidis. Pityuſa autem Dioſcor.turpet dicta folio pini, vulgare uero turbith,eſt radix tithymali myrtitæ à Myrtaceo folio.Meſue autem turbith folio ferulę quid ſit,hodie parum eſt compertum.

Turbith hoc eſt græcorum Thapſiæ hiſtoria ex Dioſcoride.

TAPSIA nomen ideò accepit, quòd in Thapſo eiuſdẽ nominis inſula primum inuenta ſit.tota uerò natura ferulæ ſimilis eſt,graciliore caule,foliis fœniculi, umbella anethi in cacuminibus à ſingulis furculis erũpente, flore luteo, ſemen quale ferulæ,latiuſculum, ſed aliquanto minus, radix foris nigra,intus cãdida,lõga,acris,craſsiore libro ueſtita.

De turbith. Cap. 2.

TVrbith [a] eſt radix herbæ cuius folia ſunt ſicut folia ferulæ,minora tamen.[b]Et eſt ex habentibus lac.[c]Et eſt ex eo ſilueſtre & domeſticum. Et ex eo etiam eſt magnum,& paruum.Et adhuc ex eo aliud album,aliud citrinum,& aliud nigrum.

ELECTIO. Quod in locis naſcitur ſiccioribus ſit gummoſius propter ſpiſsitudinem lactis eius. Contrarium eſt econtra.Et declinat à proprietatibus bonis,quæ ſunt ſeptẽ ſecundum quòd ſapientes ſcripſerunt ſcilicet propriè. [d]Vt ſit album & uacuum,& arundinoſum, & gummoſum, & ſit cortex eius cinericius & planus,& ſit recens,& facile frangibile.Citrinum uero malum eſt,& nigrũ peius. [e]Craſſum eſt non bonum.Et ſubtile tenue ſimiliter.eſt enim debile, & antiquum eſt malum,& quod eſt criſpi corticis,& habẽs interius,dum frangitur ſicut neruus eſt ſilueſtrẽ & malũ. & quod non eſt gummoſum eſt debile,& uentris conturbatiuum, & tua quidem intereſt ut cognoſcas adulteratũ ex eo. Quod quidem fit cum ſuper lenitione in extremitatibus eius ex gummi diſſoluto,& cognoſcitur ex eo quòd in confractis ſuis eſt ſine eo.& nimis quidem recens eſt conturbatiuum,& ſubuerſiuum uiſcerum. Antiquũ uero eſt debile,mediocritatem tamen habens eſt illud quod eligitur.

TVRBITH.



COMPLEXIO ET PROPRIETAS.† Calidum eſt in tertio, & eſt ſolutiuum cum attractione mediocriter,generans uẽtoſitatem, cauſans ſubuerſionem & nauſeam. Et acquiritur ex uſu eius exiccatio in corpore. euacuat enim humiditates ſubtiles.

RECTIFICATIO. Tria ſunt corrigibilia in ipſo. Eſt enim debilis operationis & tardæ.& nocet ſtomacho faciẽs ſubuerſionem & nauſeam. Et acquirit uſus eius corpori extenuationem.†Rectificatores autem in primis abradi iuſſerũt corticem eius donec album eius appareat. Et corrigũt quod de eo dictum eſt,primo admiſcendo ei aliquid uirtute acutum uigorans ipſum in operãdo.[f] Et ex magis ipſum confortantibus eſt zingiber.Ipſum enim ſigillat ei proprietatem mirabilem.Et eſt ut educat humorem craſſum & uiſcoſum, etiam à remotis cum facilitate, ita quòd à iuncturis & anchis,& locis profundis,& diſtantibus.Per ſe uero non facit illud,immo educit de phlegmate quod eſt ſubtile & derelinquit quod craſſum,& operatur hoc tarde. Et corrigunt quod ſecundo dictum eſt,admiſcendo ei de medicinis ſtomatichis,& redolentibus, & ſedantibus agitationẽ in eo per ipſum,ſicut eſt maſtix,& gallia, & aromatica, & proprie zingiber,& piper longum,& ſimilia.Et emendant quod ultimo de eo dictum eſt,ſicut dixit Alkanzi.ut miſcetur ei oleum amygdalinum,aut coniunguntur cum amygdalis aut zucchаro. Et dixit Ruffus. Adminiſtratio eius cũ ſiſticis remouet hoc nocumentum ab eo. Et dixit Iudæus. Ipſum cum confecto de coctanis, aut rob ipſius cum medio ponderis eius ex zingibere,& duplo ponderis ipſius ex amygdalis,eſt ſolutiuum bonum.Inquit Hamech.Fiũt trochiſci ex eo, & duplo ponderis eius ex foliis uiolarum & medio ponderis ipſius ex zingibere & ſit ſoluriuũ ſine moleſtia.Inquit Ioannitius. Accipe dactylorum infuſorum in aceto die ac nocte partes cẽtum. Penidiarum partes quinquaginta.Amygdalarum purgatarum partes triginta.Turbith partes trigintaquinque.Scamoneæ partes duodecim, zingiberis, piperis longi,foliorum rutæ ſiccorum ana par

tes quatuor.Fiat eorum permixtio bona,& confice cũ melle deſpumato.Eſt enim medicina mirabilis.inquit filius Zezar.Medicamen de turbith quod elegi in ægritudinibus in quibus uſus eius eſt neceſſarius.Accipe turbith partes decem,zingiberis partes.v.zucchari partes,xx. & quãdoque addidi maſticis.ʒ. iii. & quandoque alia ſecundum intentiones alias,& dixit iterum.Infundatur turbith in ſucco cucumeris aſinini die ac nocte poſtquam raſus fuerit cortex ei & exiccetur.Eſt enim ultimum ad ægritudines iuncturarum.Turbith autẽ de trituratione & coctione ſuſtinet omne quod mediocre eſt.Nocumenta autem eius expellit aqua mellis calida,& aqua zucchari rubei ſimiliter calida cũ oleo amygdalino .

Posse. [g] Turbith confortatum,ſolutione educit humores phlegmaticos craſſos & uiſcoſos,& à remotis, & iũcturis proprie,& ipſum quidem mundificat ſtomachum, & expellit ab eo ſuperfluitates adhærentes in uillis eius,& mũdificat pectus à phlegmate craſſo & putrido,& educit à iũcturis,& locis neruoſis, & anchis humorem craſſum & uiſcoſum, & eſt medicina ad dolores iũcturarum & uſus eius preſeruat à lepra,& ab infectionibus phlegmaticis ſicut eſt morphea,& baras.Eſt enim medicina bona febrium phlegmaticarum [h] Is autem qui ſunt ipſum timeat Auſtrũ & abhorreat piſces .

Dosis. Eius contriti potio eſt à.ʒ.i.vſq; ad.ij.& eius decoctio eſt à.ʒ.ii.uſq; ad.iiii.

Andreas Marinvs.

[a]Tvrbith eſt radix herbæ cuius folia ſunt ſicut folia ferulæ minora tamen.)hoc totum non à cornea , ſed ab eburnea porta manauit,audiuit enim ab apulis ſiculiſq; mercatoribus,qui diu ſub nomine turbith, tapſiæ ſuæ radicẽ uẽdidere,eam eſſe plantæ imaginem:ſicuti nos poſt Manardũ à quodam mercatore perſa accepimus folium myrthi eam gerere.uocant enim eam plantam ad hanc uſq; diem apuli & ſiculi,turbith, nomine ab impoſtore aliquo excogitato. uerum & ſi in eius plantæ hiſtoria alieno mendacio deceptus Meſues hallucinatur,in eius tamen radicis , quam uulgus medicorum pro turbith uero hactenus uſurpauit,notis ac facultatibus edocendis eum falli nemo ſuſpicatur , quo nomine caput hoc haud quaquam eſt contemnendum,quin potius accuratè perlegendum, dandaq; interim opera eſt ſedulò,ut uera plantæ,cuius radix eſt noſtrum turbith, imago cognoſcatur,quod nos à mercatoris perſæ liberalitate aliquando ſperamus,qui cum radice unà etiam folia ex patria ſeſe adlaturum promiſit. Nam de radice,ꝙ ſit uerum turbith non eſt quod dubitemus , cum & notas omnes habeat à ueteribus traditas,& eos effectus,quos ipſi pollicentur ſtrenuè præſtet,ſiue igitur tripolion ſit à Serapione ſub nomine turbith deſcriptum,ſiue radix pityuſæ quam Actuarius turpeton uocat,ſeu radix alypiæ,quod candidum turpeton idem appellauit,ſiue cum Manardo eſulæ myrthites ſiue cum apulis, ſiculiſq; , & cum Meſue ipſo thapſiæ radix noſtrum turbith eſſe cenſeatur,nihil (mea quidem ſententia) refert,modo radix,quæ ſub hoc nomine paſsim uenditur,ſuis notis optimè dignoſcatur,fideliterq; à ſeplaſiariis tractetur. [b]Et eſt ex habentibus lac) thapſiæ ſuccum Dioſcorides quoq; lacteũ uocat,ut non ſit mirũ, ſi hic noſter inter lactarias herbas collocauerit. [c]Et eſt ex eo ſylueſtre,& domeſticum) docet radicum differentias, ut optima eligatur. [d]Vt ſit album) omnes hæ notæ optimo turbith noſtro conueniunt. [e]Craſſum eſt non bonum) has notas cum haberet turbith apulum,hoc eſt thapſiæ radix,detecta tãdem aliquãdo impoſtura ab uſu reiectum fuit,atq; exploſum. nam & ſi pituitam,ſicuti uerum turbith, expurgat , illud tamen efficit uiolenter,& magna membrorum principalium noxa. [f]Et ex magis confortationibus ipſum eſt zingiber) quod uim extenuandi,extergendi,ac penetrandi auget , non occulta proprietate,ut ineptè quidam uoluiſſe uidentur , ſed acri calore. [g]Turbith confortatum ſolutione educit humores phlegmaticos groſſos)cum zingibere , nam abſq; eo aqueam,tenuemq; pituitam expurgat , idq; à partibus haud multum remotis . is autem qui ſumit ipſum timeat auſtrũ , & abhorreat piſces) auſter enim , & piſcium eſus copiam auget pituitæ.

Manardvs. De Turbith.

Difficile eſt diuinare,quam rẽ hoc loco pingere uoluerit:nõ enim deſcribit Turbit, Serapionis,ſeu,quod idẽ eſt, Dioſcoridis tripolium,non radicem Pityuſæ,quę à Dioſcoride uocatur Turpet:ſiquidem folio hæc Pini , illud Iſatidis,non ferulæ conſtat.Sed nec eam qua nunc utuntur medici,quoniam(ut audio)folio eſt Myrti , quali Dioſcoridi ſecunda Tithymalli ſpecies eſt,quam uocant fœminam:Fatẽdum igitur errorem eſſe in nomine ferulæ,cum nulla res Turbit uocata,ferulæ ſimilis extet. Calidvm eſt in tertio.) Si eſt radix alicuius ſpeciei Tithymalli, ſuccus eius erit in quarto ordine calidus,radix paulo minus , ex Galeni ſententia.Auicenna radices calidas eſſe dicit in ſecundo uſque ad tertium,Si eſt Turbit Serapionis,& ut ſequens eſt Tripolium Dioſco.& Gal.erit tertij ordinis. Vires quidem quas huic ſuo Turbit Meſ.adſcribit manifeſte oſtendunt eum intellexiſſe de uocato ab Auicenna & Serapione Turbit: licet neuter ipſorum cognouiſſe herbam eius uideatur, alio qui non erant miraculum tacituri quod recitat Dioſcorides & ex eius ſentẽtia Serapion flores uidelicet ter in uno die colorem mutare . Erunt igitur tres uel forte quatuor res,nomen Turbit ſuſcipientes , radix uidelicet Tripolii , de qua tractat Serapion ſub Turbit nomine;radix Pityuſæ quam libro quarto Dioſcorides dixit appellari Turbet:radix Tithymalli fœminæ Myrtites uocatæ,qua nunc paſsim ſub Turbit nomine utuntur medici:& quartum demũ, niſi penitus ſomnium eſt,quod folio ferulæ conſtare dixit Meſue . Aperiant igitur oculos medici eo uſuri. Et declinat à proprietatibus bonis quæ ſunt ſeptem.) Hæc à Serapione capite de Turbit. Rectificatores in primis abradi iuſſerunt.)Et hoc à Serapione.

De agarico. Cap. 3.

Agaricus medicamentum efficax oritur in truncis arborum magnarum,uetuſtate iam putreſcentium & eroſarum,tanquam earum uel apoſtema, uel fungus.eſt autem is duplex,mas,& fœmina.Mas eſt malus,pręſertim qui longus,niger,durus,denſus,grauis,& in fragmẽtis ceu uillos neruorum oſtendit.Fœmina ſi rotundior, alba poroſa,& rara ualde,& frangi facilis,leuis,dulcis primo guſtatu,mox amara & ſtiptica,eſt melior,pręcipue ſumma corporis ſui parte.Nã ſtipes quòd ligni putrefacti aliquid præferat,malus eſt,ut eroſus agaricus . Calidus eſt ordine primo,ſiccus ſecundo,conſtatq; ſubſtãtia duplici,aerea ſuperficie,dulci primo guſtatu percepta , & terrea ſtyptica , ſed tenui ob uincentem in hac igneam ſubſtantiam, amaritudinis affectricem,quibus incidit,tenuat, terget , obſtructa omnia liberat,flatus diſsipat, purgat . Pituitam autem craſſam,lentam,putrem,& bilem flauam , & atram purgat Galeno,à cerebro,neruis,muſculis, ſenſorijs , ſpina dorſi , thorace,pulmone, uentriculo, hepate, liene,renibus,utero,iuncturis . Ob hæc medicamentum familiæ Democrito eſt dictum,quòd ad omnes omnium partium internarum affectiones,præcipue cephalalgiam ueterem epilepſiam,uertiginem,maniam,melancholiam,& alios cerebri ac neruorum affectus etiam cum tumore coniunctos,ad aſthma itẽ & ſpirandi difficultatem,& thoracis,aut pulmonis vlcera, ad affectus uentriculi,& uaſorum aliorum.Ad icterum, hydropem,lienis duritiem,& dolorum,& tumorem, tum ipſius,tum hepatis,& renum,& reliquos morbos obſtructioni ſuccedentes. Vrinam quoq; mouet,ac menſes uterumq; expurgat.Cutis colorem floridum reddit,lũbricos necat , iſchiadi,& cæterorum articulorum doloribus confert , & febribus diuturnis ex materia varia natis,eaſq; ad typũ aliquem reducit,præſertim potus cum idoneis illi materiæ aliis medicamentis.Viſcera reddit imbecilla, ob id tergentibus miſcetur,ne in ea uirtus eius altius penetret.

Tarde quoque & imbecilliter uacuat Dioſcori.niſi cum tertia parte ſalis gemmæ,& manna in trochiſcos cogatur. Per ſe tam eidem ſaluber dicitur ob ſubſtantiam , & dulcẽ & ſtypticam legitima portione miſtam. Humain uero,mulſa ei uires & celeritatem addit. Haly autem ex agarici parte una,liguſtici uel dauci parte ſexta,ſalis gẽmæ parte quarta,cum polypodii recentis muccagine trochiſcos uirtutis mirę facit,quando eſt eo opus.Iudęus oxymelite ſcillitico uires eius auget,& acribus alijs.Gale. puluerem eius uino (cui infuſum eſt zingiber) macerat , & cogit in trochiſcos efficaces multum . Aditur earum ratione & ſpica , & ſerũ lactis,præcipue caprini.Coctionem & trituram mediocrẽ ſuſtinet.Datur pulue.à.ʒ.i.ad.ʒ.duas , decocto à.ʒ.duabus ad.ʒ.quinq;,ſeruatur annos quatuor .

Ster. Hos trochiſcos apud Gal. nondũ legi. Paul. dat.ʒ.ii.cũ mulſa.Dioſco. Variũ põdus pro affectuum uarietate.

Sylvii annotatio.

Agaricus aut radix eſt cũ Galeno,aut uelut fungus quidam candidus,odoratus,nocte lucens,truncis ilicum & aliorum arborum glandiferarum truncis innatus .

Andreas Marinvs
De Agarico.

Agarici deſcriptionem nihil eſt quòd aliunde petamus,ſiquidem Meſues,quàm ueteres longè melius ipſum cognouit atq; deſcripſit.nos in Tridentinis noſtris montibus ſæpe,& uidimus optimum,& collegimus.uocant illud ruſtici noſtrates non agaricum,ſed laricis fungum:innaſcitur enim laricibus uetuſtiſsimis,& carioſis.quod ſequens figura declarabit.

AGARICVS.



ANT.

De agarico. Cap. 3.

Agaricus eſt ex medicinis magni iuuamenti , cuius ortus eſt ſecus arbores magnas,quibus iam accidit corroſio & putrefactio . Et eius generatio eſt ſicut generatio fungorum.propter quod quidam exiſtimauerũt quòd ſit fungus, & uideatur quòd ſic . & quidam dixerunt ꝙ eſt ſicut apoſtema factum per modum putrefactionis .

Electio.) [a]Alius eſt maſculus,Et alius eſt fœmina. †Maſculus uero eſt malus,& eſt ille proprie qui eſt longus & niger,& grauis,†& habens in cõfractis ſuis ſicut fila neruorum,& eſt durus & denſus.Agaricus autem quem ſapientes laudauerunt eſt fœmina , & eſt habens proprietates.v. bonas ,& proprie ut ſit albus,& leuis, & uelociter frangibilis,& prorſus,& rarus ualde.† Et ut appareat , dulcis in primo guſtu eius.Deinde ſuccedat ei amaritudo & ſtipticitas. [b]Et melior pars totius corporis eius eſt ſuperior pars ipſius,& ſtipes eius non eſt bonus habens quaſi ſemitas ligni putrefacti.Et corroſum ex eo eſt malum

Complexio et proprietas.) † Eſt calidus in primo,& ſiccus in ſecundo. † Et eſt compoſitus ex ſubſtantia aerea poſita in ſuperficie ipſius,à qua primo guſtu ſentitur dulcis,& ex partibus terreis ſubtilibus dantibus ei ſtipticitatem,in quibus adhuc dominantibus igneis eſt in eo de amaritudine aliquid.†Et ipſe quidem eſt ſubtiliatiuus inciſiuus,& ſolutiuus naturæ , & carminatiuus uentoſitatum craſſarum,& aperitiuus oppilationum omnium.

[c]Rectificatio.) Pauci nocumenti dixerunt illum niſi quia imprimit læſionem in uiſceribus debilitans ea,quare indiget permixtione abſtergentium cum ipſo , ut non profundetur eius uirtus in ipſis totaliter ſicut dixerũt ſapientes.Verum eſt debilis, & tardans operationes ſuas. †Inquit Dioſcorides . Tarda eſt & debilis eius operatio , ſed incolumis,propterea ꝙ in ipſo ex dulcedine & ſtipticitate aggregantur partes conuenienter. [d]Verum uigoratur eius operatio ſi addatur ei tertium ipſius ſal gemmæ & fiãt ex eis trochiſci cum ſecaniabin.Et dixit Humain.Mellicratum iunctũ ei uigorat operationem ſuam , & dixit Haly. Si ex eo &.vi.parte ipſius ex keyſim,aut dauci,& quarta ipſius ſal gemmæ fiant trochiſci cum uiſcoſitate polypodij recentis fit mirabilis conſecutio operationis ipſius ad ea quę oportet.Et dixit Iudæus cum oxymelle ſcillitico magnificatur operatio eius.& dixit adhuc . Aliquid uirtute acutũ admixtum ei eſt ex addentibus uirtuti ipſius.† Et Gale.dixit. Fiant trochiſci ex eo cum uino infuſionis zingiberis in quo puluis ipſius ſæpe ſubmergatur,& fiet operatio eius completa. Et ex rebus ſibi additis uigorantibus ipſum eſt ſpica,& aqua caſei,& proprie ſumpta ex capris , & ſcito ꝙ de decoctione,& trituratione rem ſuſtinet mediocrem.

Posse.) [e]Solutione educit phlegma craſſum & choleram rubeam.& dixit Gal.Solutione educit utranq; choleram & phlegma,& humores uiſcoſos,craſſos , & putridos. & eius proprietas eſt mundificare cerebrum,& neruos, & membra ſenſuum,& lacertos,& educere materias quę ſunt in nucha & finibus eius,Et mundificare pulmonem , & pectus ab humoribus uiſcoſis & putridis. Et mundificare ſtomachum,& hepar,& ſplenem,& renes,& matrices mulierum.Et educere materias à iuncturis. propter quod uocauit Democritus agaricum medicinam familiæ , quia ad ſingularum partium corporis commoditatem habet. Et ualet ad omnes dolores intrinſecos corporis.Et eſt medicina mirabilis ad ſodam antiquam & epilepſiam & uertiginẽ proprie.Et confert etiam maniæ & melancholiæ & ægritudinibus neruorum,& apoſtematibus cerebri.Et eſt ex medicinis bonis,aſthmati & difficultati anhelitus , & ulceribus pulmonis,& pectoris,& ſanat dolores ſtomachi , & uiſcerum,Et eſt medicina oppilationum , & ægritudinum omnium quarum mater eſt oppilatio , ſicut eſt hicteritia proprie,& hydropiſis,& craſsities ſplenis . Et confert dolori hepatis iuuamentum manifeſtum & ſplenis ſimiliter & renum.Et curat apoſtemata eorum . Et prouocat urinam , & menſtrua & mundificat matricem.Et uſus eius aufert fœditatem coloris cutis acquirens ei colorem bonum, & eſt ex medicinis educentibus uermes,& confert etiam ſciaticæ , & doloribus iuncturarum & eius quidem iuuamentum ad febres antiquas diuerſarum materiarum & ad typum earũ magnum eſt & proprie cum eo quòd conuenit ex potibus.

†Dosis.) Eius contriti potio eſt à drach.i. vſque ad ii.& in decoctione à drac.ii.vſq; ad.v.Conſeruatur autem per annos quatuor.

Andreas Marinvs.

[a]Alius eſt muſculus)hoc totum ex Dioſcoride ſumptum eſt,quod diligenter examinauit Manardus,ſicut & alia multa,quo fit ut minus in hoc laboris mihi ſuperſit. [b]Et melior pars)ſiquis hanc periodum ſupinus leget,plantam aliquam agaricum eſſe ſuſpicabitur,cum ſuperioris partis,ac ſtipitis faciat mentionem, ſuperiorem igitur partem uocat fungi apicem,ſtipitem uerò eam,quà larici inhæret. probãt pharmacopolę agaricum uetus,& ideo craſsiore fungo, leuiſſimum,friabile,minimè lignoſum,candidiſsimum . Naſcitur in Tridentinis montibus optimum, & in Norico atq; locis aliis finitimis. adfertur etiam ex Africa,ſed illud fungo eſt craſsiſſimo,ad rubeum uergente,ac minus leue , ualentius præterea purgat , & maiore quàm noſtrum cum labore .

adulteratur autem optimi agarici contriti puluere, deprehenditur tamen adulterium si frangatur. ᶜRectificatio)nō meminit Mesues agaricum maximè uomitū mouere, quod tamen est notatu dignum, ac perneceſſarium. nam siue solum,seu aliis admiſtum medicamentis uomitum facile prouocat, quippè ἐπιπολάζεται propter magnam aeris ſummū eius ambientis copiam.neq; ſolum in uentriculo rebus reliquis,ſed etiam in mortario, ſi cum aliis teratur in aliquo liquore ppeuò ſupernatat. ᵈVerum uigoratur eius operatio)ſal gemmæ agarico,Meſuæ ſeculo fœliciter fortaſſe adhibebatur,nunc tamen abſque magna uentriculi noxa adiici non poteſt,opinor q eo,& quidem uero,careamus ſale, in cuius locum gengibere commodius utimur,nec minus cōmodè cum oxymelite paratur,atq; in trochiſcos effingitur. Seiungitur etiam oleoſus quidam ſuccus aqua tepida macerando,qui ut clementer purgat,ita guſtui non eſt adeò ,ut integrum agaricum,ingratum, pruni mediocriter maturi, aut tamarindorum ſaporem referens. ᵉSolutione educit phlegma groſſum)quia cum acrimonia inſignem amaritudinem coniunctam habet,purgat autem præſertim à capite,q ad id eius nidor perfacile aſcendit.

MANARDVS. De Agarico.

GLANDIFERAE arbores,inquit Plinius,maxime Agaricū ferunt: eſt autem fungus candidus,odoratus nocte relucēs. Galenus radicem uocat,& Premno dicit innaſci,ho eſt,ilici.Dioſcorides aliquos putaſſe radicem,alios fungorū modo in truncis arborum naſci,& eſſe Laſerpitio ſimilem. MASCVLVS eſt malus, & ille proprie qui eſt longus.) Maremotundum ait Dioſcorides & undequaque ſibi coalitum. ET habens in conſtractis ſuis fila neruorum) Fœminam dicit Dioſcorides curſu uenarum recto conſtare, mariſq; præferendam. ET ut apparet dulcis in primo geſtu.) Nō hoc peculiariter adſcribit Dioſcorides bono, ſed mari pariter & fœminæ facit commune.Galenus amaritudini in tempore ſuccedere apparentiam quandam acredinis dicit, & modicæ ſtypſeos.Paul.eligendum albiſsimum, quod facillime frangatur,nec ſit ualde liguoſum,aut perforatum EST calidum in primo) Auerrois dixit Galenus in nullum ordinē redegiſſe:ei autem uideri calidum in primo,ſiccum in fine ſecundi. ET eſt compoſitus ex ſubſtantia aerea.) Adde ex Galeno & terreſtri,quæ à calore attenuata eſt minimum aquoſæ particeps. ET ipſe quidem eſt ſubtiliatiuus.) Diſcutit craſſos humores diuidit,obſtructiones uiſcerum repurgat,inquit Galenus. Inquit,Dioſcorides.) Non leguntur hæc apud Dioſcoridem,ſed Paulus Aegineta ſimilem habere uim ait Colocynthidi,tarde tamen agentem, nec ualde uentriculo moleſtam. ET Galenus dixit, fiant trochiſci.) Nec hoc legi apud Gal.Et ducit materias ex iuncturis.Dioſcorides dat in coxendicis & aliorum artuum doloribus cū oxymelite.Ad omnes dolores intrinſecos.) Ad omnes internos affectus,ait Dioſcorides. Vlceribus pulmonis.) Phthiſicis cum defruto, ait Dioſcorides. Et ſanat dolores ſtomachi.) Per ſeipſum,ſi edatur,inquit Dioſcorides,ualereque etiam torminibus,cruditati,& acido ructui.Mundificat matricem.) Confert præfocationi uteri,eodem Dioſcoride teſte:inflationi quoque,fracturis,caſibus, dyſenteriæ, & ſanguinis excreatui:ualet & ferarum morſibus qui infrigidando ſunt,ſiue potum ſiue exterius appoſitum, ſecundū Galeni ſententiam. DOSIS eius contriti potio eſt à drach. una uſque ad duas.) Dioſcorides obolorum duorum pondere dat ad rupta,cōuulſa,tormina,& cruditates: drachmę pondere hepaticis,aſthmaticis,dyſenteriæ:tres obolos ſanguinis excreatui & comitialibus,ad aluum purgandam unicam,uel duas drachmas. Paulus drachmas duas dat cum melicrato.

Doſis agarici.

De colocyntide. Cap. 4.

SYL. COLOCYNTHIS eſt cucurbitæ ſyluestris fructus & planta,fel terræ etiam quibuſdam dicta,& Arabibus plantarum mors,quod herbas alias ſibi uicinas uenenī modo interficit,ut uicina illi terra aduſta uideat. Foliis,ſarmentis ſuper terram ſerpentibus fructu licet minoribus,cucurbitam imitatur.In ea mas eſt,foris lanuginoſus,nigricans,ſubaſper,durus, grauis, & fœmina præſtantior præſertim ſi eſt magna,exacte matura,alba,lenis,rara, leuis, uti eius interior medulla albiſsima,rara, lenis & leuis,quoque leuior,eo melior,ſitq; ex agro laxo, arenoſo,libero,Autumno lecta,cum langueſcente uirore cœperit in luteum colorem mutari.Immatura, & his notis deſtituta, mala,flatus torminoſos et moleſtiſsimos excitat,immodice purgat,ut etiam ſanguinem educat,& ſæpe mortem afferat. Peſsima eſt etiam ac uenenoſa,quam produxit unicam tota una planta.Quę planta ſi loco illo eſt unica,multo perniciоſiorem fructum parit,præſertim ſi locus ille eſt uliginoſus,uel puluerulentus,uel thermis propinquus,uel ſerpentibus abundet.Calida eſt ac ſicca ordine tertio, ignea ſubſtantia & terrea per uſtionem tenuata ſeximie amara conſtat.Pituitam et alios humores craſſos, & glutinoſos, magis ex profundis partibus et diſtantibus,ut cerebro,neruis, muſculis,iuncturis,pulmone,thorace,quam ex uenis attractos,ut cenſet Dioſ.purgat,ac etiam bilem flauam, ut uoluit Humain.Quapropter dictarum partium morbis mire ſubuenit,cephalalgiæ antiquæ,dolori cranii totius, hemicraniæ contumaci,epilepſiæ,apoplexiæ, uertigini, aquoſæ fluxioni in oculum,podagrę frigidæ,iſchiadi maxime,ac reliquis neruorum iuncturarumq; affectibus, aſthmati item, ac tuſsi antiquæ,dyſpnoeæ ex thoracis repleti auguſtia. Ac præterea ſumme omnium prodeſt colico dolori tam pituita,quam flatibus,& hydropi. Omnia autem hæc ſiue ſumpta,ſiue clyſtere,aut balano inteſtinis immiſſa præſtat, utero autem impoſita,fœtum necat.Eadem cum aceto forti africta,alphos,lepram ſ pſoram ſ elephantiam ſanat. Oleum denique ſuper cineres calidos incoctum cortici eius inanito,capillos illitu nigrat,eoſq; ne cadant firmat, canitiem tardat.Idem auri inſtillatum eius dolorem ac tinnitum ſanat.Acetum autem ſimiliter incoctum collutione dolorem dentium ſanat,incidit enim tenuat,terget,digerit. Ne autē cordi,uentriculo,hepati,& cæteris uiſceribus noceat turbādo,ſubuertendo,uiolenter trahendo,miſcenda ei ſunt dictas partes roborantia,ut maſtiche,gallia,& ſimilia, uti mi ſcentur glutinoſa,lubricando citius deturbantia, acrimoniam mordacem obtundentia,ut gummi tragacantha, bdel lium,maſtiche,& ſimilia,ne amplius uias ulceret ſper quas ferturſ & ora uenarum adeo uehementer aperiat, ut inde ſanguis manet.Filius Serapionis colocynthidem muſa cui incocta fuerat ruta macerabat,ſiccabat,leuiſsime terebat, ex muſa prædicta dabat. Græcus quidam colocynthidem roſato oleo fricabat,& cum æquali portione ladani in catapotia formabat, utilia prædictis affectibus. Ego autem eam minutiſsime forpicibus incido,glutino,& muccagine tragacanthi aut bdellii perlino,ſicco,tenuiſsime tero, cum ladano,vel muſa,uel maſtiche oleo roſato diſſoluta, in paſtillos cogo citra moleſtia purgatorios. Quod ſi noxā corpori impreſſerit,muſa,uel uuarum paſſarum decoctum, cū oleo amygdalino,uel oleo nucum,eam abolet. Longam decoctionem ſuſtinet, eſtq; ut mihi cum Serapionis filio uidetur contra filii Zezar ſententiam,puluerandа tenuiſsime ut eius facultas malefica, permixta illi exquiſite alia plenius obtundatur,utq; uiſcera celerius permeet, neq; in ipſis ob partium minus tritarum craſsitiem ceſſet, quàm fortaſſe fit,ut in uiſceribus pigra retineatur,eaq; ulceret, præſertim cum ſenſu perceptibiles fuerint eius particulæ. Datur à ſiliquis ſex ad decem,frigus & æſtum uitantibus.

Colocynthidis hyſtoria ex Dioſcoride.

COLOCYNTHIS ſarmenta, foliaque ſatiui cucumeris emittit per terram repentia,diuiſa,fructum in ſpeciem mediocris pilæ conglomeratum uehementer amarum, quem legere oportet,cum cœperit in pallidum coloré permutari.

De colocynthide. Cap. 4.

COLOCYNTHIS eſt quam Perſæ uocant cucurbitā deſerti,quæ naſcitur in planta quam etiam fel terræ uocant,eo quod in toto ambitu eius interficit herbas,& eſt ſicut uenenum eis.Vnde uocant eam Arabes necem plantarum & eius folia ſunt ampla piloſa & extenduntur rami eius ſuper faciem terræ ſicut extenditur cucurbita.Et terra ſuper quam iacet uidetur ſicut aduſta.

ELECTIO. Duorum eſt modorum maſculus, ſcilicet & fœmina,ex eis eſt maſculus ſuper quem naſcitur ſicut lanugo,& eſt grauis cum duritie,& aſperitati attinens,& nigredini

gredini.Et laudatur ex eis fœmina & proprie habens proprietates has bonas. Vt ſit,ſcilicet craſſa & lenis, & quanto leuior melior,& ſit laxa,& alba,& lenis, & completæ maturitatis,& cuius pars interior eſt pulpoſa,& laxa, & lenis & alba uehementis albedinis. Verum quæ non eſt completa in maturitate mala eſt. Conturbat enim ſuſcipientem eā & uentoſitatem cum difficultate facit,& ſoluit ſuperabundanter,& ſolutione educit ſanguinem, ᵃ & fortaſſe interficit, ᵇ& cum ſigillatur cum toto germine plantę ut naſcatur colocynthis una,eſt illa mala pernitioſa imo eſt uenenum, & cum in tota regione non eſt niſi planta eius una per ſe naſcens,eſt mala.Et quæ naſcitur in terris fortibus & puluerulēris,aut iuxta loca reptilium aut in locis thermarum colocynthidas facit minores.Et ſunt ſimiliter malæ. Quæ autem naſcitur in terris laxis & arenoſis, & liberis eſt quæ eligitur.Et cum extrahitur pulpa eius tempus debilitat eā. Tempus autem collectionis eius eſt autumnus, & proprie dum iam citrineſcit,& remouetur uiriditas ipſius.

COLOCYNTHIS.



COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Eſt calidæ complexionis & ſiccæ in tertio gradu, & eſt compoſita ex partibus igneis,& partibus terreis aduſtis,& eſt ſolutiua,& attractiua ſuperfluitatum, & eius attractio eſt multum à remotis, & eſt reſolutiua,inciſiua,& abſterſiua.

RECTIFICATIO. Quatuor ſunt corrigibilia in ipſa: Nocet enim ſtomacho cordi & hepati,& eſt conturbatiua,ſub uerſiua uiſcerum,faciens operationes difficiles,& ᵈ aperit orificia uenarum apertione ſanguinem fluere faciente,ᶜ& operatur illud uehementius quàm aloe & uelocius.Et excoriat uias.Emendatur autem primum & ſecundum nocumentum contingens ex ea,commiſcendo,cum ipſa ex medicinis cordialibus, & ſtomachicis,& hepaticis quæ melio rare poſſunt conditionem eius ſicut additur ei proprie maſtix,& gallia,& ſimilia.emendatur autem tertium & quartum nocumentum ex ea cum rebus acquirentibus ei uiſcoſitatem & glutinationem,& remouentibus ab ea ſeroſitatē & cito lubricare eam facientibus:ſicut eſt tragacanthum proprie,& bdellium,& gummi,& maſtix,& ſimilia. Et dixit Græcus.ſiunt ex ea & laudano partes ſumendo æquales

poſt fricationē eius cum oleo roſato,& pilulæ, & ſunt bonæ ſine ad ea,quæ oportet.Modus rectificationis eius ſecū dū quod narrauit filius Serapionis. Infundatur pulpa eius in aqua mellis, & proprie decoctionis rutæ, & exiccetur poſt illud,& teratur ultima contritione, & adminiſtretur cum aqua mellis prædicta.Modus rectificationis eius ex intentione noſtra.Incidatur minutiſsime cnm inciſorio, inuolatur ſubtili inuolutione cum glutino tragacanthi aut bdellij,& exiccetur,& conteratur poſt illud ultima contritione,& fiāt trochiſci cum pauco maſtice reſoluto in oleo roſato,uel cum laudano,uel cū aqua mellis. Hæc enim ars illam facit ſine moleſtia. Et ſcias quod de decoctione rem completam ſuſtinet.Et dixit filius Zezar. nō oportet enim ut multum conteratur. Vltima enim eius puluerizatio excoriat uias & uenas.& dixit filius Serapionis.ᶠOportet ut peruеniatur ad ultimum puluerizationis eius. aliter enim ulcerat uiſcera,& mihi quidē uidetur quod in ultimo puluerizata confrangitur uirtus à permixtione adiunctorū ei, & pertranſit loca uiſcerum abſq; impreſſione nocumentorum in ipſis,& forſitan in ea in qua non exquiſite fit illud, pars ſenſata ex ea adhærens in uijs & inuolutionibus apoſtemat & ulcerat.Expellit autem nocumenta ipſius à corpore aqua paſſularum cū oleo amygdalino,uel oleo nucū, aut aqua mellis cum oleis prædictis.

POSSE. ET Solutione educit phlegma & humores uiſcoſos attrahens ipſos à profunditate membrorum, & dixit Humain.Solutione etiam educit choleram citrinam, & eius operatio ad neruos & iuncturas extenditur, † & dixit Dioſcorides.Non efficit operationem in materiis quę ſunt in uenis,de qua ſit curandum,niſi in materiis quæ ſunt in locis profundis diſtantibus,& eius poſſe eſt magnum in mundificatione cerebri & neruorum,& lacertorum,& pulmonis & pectoris,& eſt magna medicina ægritudinum eorū, ſicut eſt dolor capitis antiquus,& dolor cranei, & hemicraneæ difficilis,& epilepſiæ,& apoplexiæ,& confert ægritudinibus neruorum omnibus,& uertigini, & deſcenſui aquæ ad oculum,& eſt res magni iuuamenti ad aſthma, † & antiquam tuſsim,& ad dilatationem anhelitus, & eſt eius operatio uirtuoſa ad dolores iuncturarum, & podagram frigidam,& ſciaticam proprie ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius etiam in clyſteribus, & collyriis, & confert etiam colicæ phlegmaticæ & inflatiuæ iuuamentū ultimum,& hydropiſi.& ſi ſupponatur in matrice occidit fœtum,& ſi ex ea cum aceto forti fricetur morphea, ſanat eam,& ſimiliter lepram & elephantiaſim. Et ſi euacuetur quod eſt in teſta eius & impleatur oleo & bulliat in cinere calido,& inungantur capilli,denigrat eos, & tardat caniciem,& prohibet caſum eorum,& ſi diſtilletur ex ea in aurem,ſanat dolorem eius,& confert ſonitui in ea. Et ſi impleatur aceto forti,& colluatur ex eo os poſt bullitionem ipſius ſanat dolorem dentis.

DOSIS. Ipſius eſt à karactis.vi.uſq; ad.x. Is autem qui ſumit eam,timeat frigus & æſtum.

ANDREAS MARINVS.

COLOCYNTHIS, qua utimur(ut à mercatoribus accepi)ex Cypro inſula aduehitur,ubi copioſa naſcitur. ᵃEt fortaſſe interficit) antiqui ſarracenorum interpretes, adnerbio fortaſſe uſi ſunt,pro quandoq; , frequentiſsimum id eſt in uaſto Auicennæ uolumine,nec non & in Meſue noſtro,ſicut etiam hoc loco, colocynthis enim imprudenter ſumpta ſanguinem prouocat,& procul dubio enecat.

ᵇEt cum ſigillatur cum toto germine plantæ) ſi hæc uera ſunt,ut par eſt credere ei præſertim qui colocynthidem ſæpè uidit,exhibuitq;,nihil mirum,ſi eius uſus longè periculoſior nobis eſſe uideatur quā ſarracenis, qui quòd magno eam ſtudio,ac diligentia colligerent, tutius utebantur.

ᶜImò eſt uenenum) unicam cucurbitam uni plantæ innatā uenenoſam eſſe mihi quidem non uidetur abſurdum, & ſi Dioſcorides id non animaduertit,longè enim calidior eſt, quæ plus alimenti à plantæ radice accepit, plus autem unica,quàm plures attrahit, cum uniuerſum plantæ alimentū ſola uſurpet.itaq; ſi colocynthidis natura communis tertiū caliditatis ordinem integrum attingit,quæ in ea ſpecie cæteras excellit proxime ad quartum profectò accedet, qui dubio

dubio procul est uenenosus,& exitialis, exurit enim spiritum innatum,& sanguinem uacuat uitæ fontem,atq; natiui caloris thesaurum.quod cum ita sit prudenter mihi facere uidebūtur ij,qui ab eius medicamenti usu in totum abstinēdum esse præcipiunt. [d]Aperit orificia uenarum apertione sanguinem fluere faciente) adde ut plurimum immedicabili,non enim ἀναστόμωσιν,ut aloe,sed erosionem osculorum facit præsertim uasorum , mesaræi,idq; quia exactam, aliisq; saporibus impermistam habet amaritudinem acriter extergentem,atq; exarentem.noui ego mercatoris uxorē,quæ assumptis ex colocynthide cataporiis imperiti circulatoris cuiusdam suasu mesaraicarum apertionem , indeque sanguinis quotidianum profluuium quatuor iam annis patitur, nullo adhuc auxiliante remedio. [e]Et operatur illud uehementius quàm aloes,& uelocius) quia cum amaritudine neq; adstrictionem,neq; substantiam emplasticam , sicuti aloe,adiunctam habet,sed ut dixi , sola amaritudo in tenuissima substantia effrenis est . ex quo loco licet colligere aloen sicut i colocynthis , oscula uenarum amaritudine recludere. [f]Oportet ut perueniatur ad ultimum pulnerizationis eius) pręter ea mala,quæ ab effreni amaritudine proficiscuntur.si praua etiam accedat præparatio, cur non enecet colocynthis?pessimè autem paratur, nisi diligentissime teratur atque in tenuissimum pollinem redigatur , in quo facillime imperitus pharmacopæus,uel certè laboris impatiens,labi potest. [g]Solutione educit phlegma,& humores uiscosos attrahens ipsos à profunditate membrorū)quia insigniter,amara est,& partium tenuissimarum,id enim ad intima ducit,illud uehementer exterget.

MANARDVS, De colocynthide.

Colocynthis græcè , latinè agrestis Cucurbita dicitur . EIVS folia sunt ampla,pilosa.) Ramulos & folia ait Dioscorides per terram sterni,esseq; satiuo cucumeri similia, quibusdam diuisuris scissa. VERVM quæ non est completa, mala est,& reliqua.) Si hæc uera sunt,nunquam erit tutus colocynthidis usus,non enim scire possumus , quo solo genita , an in unica planta unica,uel in una regione unica planta . Et proprie dum iam citrinescit.) Colligendam docet Dioscorides cum in pallidiorem colorē mutari occeperit. EST calidæ complexionis & siccæ in tertio.) Amaram dicit Galenus non posse tamen id efficere, quod alia faciunt amara dum bibitur ob uehementem purgandi uim.Ex quibus uerbis monstrat,nō ita calidam putasse,ut Mesue:licet sub quo ordine calida esset,non expresserit.Modus rectificādi eius secundum quod narrauit filius Serapionis,& reliqua.) Nō hoc præcipit Serapion,sed Paulus, drachmā unam in duobus melicrati cyathis coquens cum Ruta.Et dixit filius Serapionis oportet ut perueniatur ad ultimum pulnerizationis.) Non hoc dicit Serapion,sed contrarium,non esse uidelicet multum terendam.Paulus autem & Auicenna quē est Mesue secutus,plurimum teri iubent : quoniam (ut inquit Paulus) asperæ eius partes interioribus hærentes, ulcera faciunt quibus nerui cōpatiuntur . SOLVTIONE educit phlegma.) Bilem etiam & strigmenta , dicit Dioscorides . Et dixit Dioscorides,non efficit operationem in materijs quæ sunt in uenis, & reliqua.) Non hæc Dioscorides , sed Paulus,cuius hæc sunt uerba : Interiora colocynthidis uacuant præcipue bilem,& mucos,non à sanguine ut Elleborus & scamonium,sed à neruis & neruosis membris. SICVT est dolor capitis antiquus.) Paulus,danda his quibus caput est læsum,aut interior uel exterior eius membrana : illam piam matrem,hanc circumossalem uocāt,aut uertiginosis, hemicranicis,comitialibus,attonitis cynico spasmo , asthmaticis,& non nisi recta ceruice spirantibus . DESCENSVI aquæ ad oculum.) Paulus,diuturnis oculorū fluxionibus . AD antiquam tussim.) Docet Plinius aquam mulsam in ea coqui ad dimidias,& sic tussientibus infundi obolis quatuor.Multæ eius uires sunt prætermissæ,ut quod secundum Paulum ualet his,qui circa renes & uesicam patiūtur.Iuxta Plinium in morbo regio utiliter semina insumuntur, & protinus aqua mulsa,& quod cum oleo si infricetur,spinæ, lumborum,& coxarum dolores sanat , & succus eius uiridis perfricatus,iuuat coxēdice laborātes,authoribus Dio. & Gal.& quod utiliter clystere pilæ eius inijciuntur, coxē

Colocynthis quatenus terenda.

Pia mater circumossalis. Colocynthidis facultates à Mesue prętermissæ.

E dici,paralysi,& uitijs coli,ut testatur Dios.Dosis decē ceratia.) Paulus drachmam integram dare non ueretur, quæ secundum eum pendit ceratia octodecim .

De polypodio. Cap. 5.

POlypodium radix est plantæ , lapidibus & arboribus increscentis,quam δενδροπτέριν .i. arborum filicem , Græci uocant.Quod lapidibus innascitur, humiditate excrementosa,cruda,flatulenta,uētriculum ad nauseam euertente abundat:Præstantius quod arboribus,presertim glandiferis innascitur,præsertim si † magnum est , recens , solidum,nodosum , foris ex nigro rubescens , colore intus herbaceo,ut pistacium,sapore dulci , austero tandem subamaro,nonnihil aromatico. Diosco.calidum est tertio gradu,siccum secundo,humores crassos,& lentos terget, digerit,siccat bilem atram , & pituitam uel crassam uel lentam purgat etiam à iuncturis. Affectibus ob hæc melancholicis prodest,ut quartanis,præsertim cum mulsa,epithymo, sale indo,colico etiam dolori,& splenis duritiei quouis modo usurpatum.Contra rimas,quæ inter digitos fiunt, trita illinitur. Corpora.n.extenuat & siccat.Ne uero uentriculum F ad nauseā euertat, utque citius uacuet, datur ex mulsa,uel aqua hordei, uel uuarū passarum, uel ex iusculo gallorū & gallinarū, ut suasit Hamech, coctū, uel sero lactis. Bibitur utiliss. permistis seminibus odoris, uel aliis aromaticis,ut dauco,aniso,fœniculo,zingibere,uel simili animā & facultatē ueutriculi naturalem corroborante.Longam satis coctionem sustinet.Datur à.ʒ.ii.ad aur.quatuor .

SYLVII ADNOTATIO.

Diosco.etiam cum beta uel malua coquit, uel aridū mulsæ inspergit . Vncia una nostratis uacuat parum , & sine molestia .

Polypodij descriptio ex Dioscoride

POLYPODIVM, latini Filiculam nominant , nascitur in muscosis petris,uetustis arborum caudicibus,præsertim quercuum,palmi altitudine filice similis,subhirsuta,non tenui perinde diuisura.radix pilosa , in qua continentur cirri,ceu polyporum,crassitudine digitì minimi,coloris intus herbacei,austera aliquantum,& gustu subdulcis.

SYL. Trūcis arborū præcipue roborum,& lapidibus muscosis Dios. † Digiti minimi crassitudine . Dios. Pl. Cū multi potest ꝙ colocynthis paul. bilem trahit , & pituitā Dio. sine graduum mētione etiā Gal. dicitē qualitates mitius calfacere ostendunt gra 2. aut temperatū Auer. Clemēter purgat sine morsu , siccat securius epithymo Auer. Mi dīc perse multi sine stomachi subuersione:stomachum tamen ab eo offendi scribit Plin.

G POLYPODIVM.



De

De polypodio. Cap. 5.

ANT. POlypodium † est radix , cuius plantæ est † ortus super arbores,† & super lapides : & uocauit eā Græcus filicem arborum .

ELECTIO . quod nascitur in lapidibus humiditatem habet superfluam,indigestam,causantem uentositatem & subuersionem,& nauseam . Verum melius ex eo est arborum & proprie quod nascitur super arborem ferentem glandes,& quod est cum proprietatibus octo bonis , † & proprie quod est crassum & solidum & nodosum, & cuius color secundum aliquid participat nigredinem & rubedinē : sed parum, † & cuius confractum est sicut color phistici, † & in quo est ex aromaticitate aliquid , et in cuius sapore est dulcedo cum stipticitate derelinquens in gustu ex amaritudine aliquid ultimo & quod est recens.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Dixit Discor. Calidum est in tertio, siccum in secundo.Et dixit Haly. calidum est & siccum in secundo.Et est resolutiuum , humiditatum uiscosarum & crassarum.Et est exiccatiuum, & abstersiuum , & solutiuum.

RECTIFICATIO.) † Est ex maxime extenuantibus,& desiccantibus corpora,& facit subuersionem, & nauseam , & est eius operatio debilis & tarda , & tollitur ab eo nocumentum primum administrando illud cum aqua mellis aut cum aqua passularum,aut aqua hordei. † Inquit Hamech , coquitur cum iure gallorum & gallinarum, & fit solutiuū bonum,& similiter cum aqua casei fit solutiuum conueniēs & aufertur ab eo nocumentum secundum , si admisceatur ei aliquid ex sedantibus animam sicut sunt semina redolentia,& species,sicut daucus proprie,& anisum,& semen fœniculi,& zingiber & similia . De decoctione autem sufficienter sustinet .

POSSE.) † Solutione educit choleram nigram cum facilitate,& phlegma crassum,& mucilaginosum , & materias iuncturarum,& confert colicæ secundum omnem modum administrationis eius , & duriciei splenis , & proprie cum epithymo,& sale indo,& confert ad melancholicas febres, & proprie cum aqua mellis,& sanat scissuras , quæ fiunt in manibus .

DOSIS) † eius est à drach.ii.usq; ad aur.iiii.

ANDREAS MARINVS.

NIHIL est in hoc capite notatu dignum quod Io.Manardus prætermiserit. Mathiolus Senensis polypodium alterum inuenit,pro quo ipsum consules.

MANARDVS, De Polypodio.

Polypodium nostri Filiculam uocant,inquit Plinius: similis est filici. Est radix.) Adde ex Dioscoride pilosa, cirros polyporum modo habens . ORTVS eius super arbores.) Dioscorides in arborum truncis,præcipuè roborum. Et super lapides.) Adde ex Dioscoride muscosos. ET proprie quod est grossum.) Minimi digiti crassitudine , Dioscorides & Plinius. ET proprie quod est grossum.) Minimi digiti crassitudine,Dioscorides & Plinius. ET cuius confractum est coloris fistici.) Coloris herbacei , Plinius & Dioscorides.Et in quo est ex aromaticitate aliquid , & in cuius sapore est dulcedo cum stypticitate,relinquens in gustu &c.) Obscurè,nec conformiter bonis authoribus. Dios.enim sapore dicit in acerbo subdulci . Galenus dulcē simul & austeram habere qualitatem dominantem. DIXIT Dioscorides calidum est in tertio.) Dioscorides nunquam Galenum in hoc non meminit gradum , sed cum exiccare dicat absq; morsu,nec aliam qualitatem præ se ferre,quàm dulcem & acerbam,non est tam calidum putandum:& propterea magis credendum Auerroi,quasi temperatum dicēti,quàm Auicennæ,qui dixit calidum in secundo , nedū his qui in tertio ordine statuerunt. EST ex maximè extenuātibus & siccantibus corpora,& facit subuersionem & nauseam.) Nescio quo pacto maxime possit corpora extenuare,cum leuiter purget,nec excellēti aliqua (ut dictum est) polleat qualitate.Scio autem quod per se exhibitum , nec subuersionem,nec nauseam facit . Et propterea in hac etiā parte,magis credo Auerroi dicenti, quod est secura medicina,& melior Epithymo quam uel huic uiro , uel etiam Plinio stomachum offendi ab eo asserentibus. INQVIT Ha

Polypodium nec extenuat corpora , nec nauseam inducit.

A mech,coquitur cū iure gallorum & gallinarum.) Coquit Dioscorides cum gallinaceo,uel pisce uel beta, uel malua, uel aridum inspergit in aquam mulsam. Plin. Exprimitur, inquit,succus aqua madefacti,& ipsum concisum inspergitur oleri,& betæ vel Maluæ,& salsamento,uel cum pulticula coquitur. SOLVTIONE educit choleram nigram.Dioscorides & Plinius bilem absolutè,& pituitam. Paulus radicem contritam cum melicrato,idem dicit agere colocynthidi.Dosis usq; ad aureos quatuor.) Exhibui ego sæpe unciam integram,parumq;,& id quidē sine molestia , eduxit .

De scilla. Cap. 6.

SCILLA authore Galeno bifariam utilis , tum quod humores expelli apparat,tum quod apparatos uacuat. Melior est,quæ alteri connexa eruitur (sola enim & singularis,ut etiam prope thermas orta,est uenenosa)sapore dulci,acri,amaro,laminis splendentibus , ex agro libero,calida ordine tertio,sicca prope tertium . Substantiam habet superficiariam,igneam,acrem admodum,ac terream adustione amaram,acriam denique mediocrem, eamq; dul- B cem.Humores crassos ac lentes , & bilem atram incidendo,tenuando,tergendo,ut promptius expellantur apparat & maxime oxymelli ex ea scillites,& eosdem ipsa purgat. Quapropter capitis affectibus (cephalalgiæ,cephaleæ,epilepsiæ,uertigini,scotomati) neruorum,& iuncturarum,pulmonis & thoracis,præsertim electarium ex succo ipsius & melle sumptum lambendo,cōfert.Idem uocem claram reddit,& oxymel scillites,& acetum scillites . Eadem splenis obstructionem & tumorem sanant,putredinem in corpore prohibent,ob id sanitatem tuentur,iuuenile corpus diu seruant,sed emaciant.Gingiuas quoque laxas sanat,dentes cōmotus ore colluto acetum scillites firmat,oris fætorem tollit,& halitum reddit odoriferum,dolorem uētriculi sedat , coctionem iuuat,corporis colorem commendat , corpus molle & laxum confirmat,quouis modo usurpatum , scilla enim tenuat incidit,terget,foras trahit,resoluit materiam crassam lentore partibus adhærentem, à putredine vindicat,vlcerat,vrit.Assata scilla facilius soluit,immissa autem aceto humores crassos,lentos,altius mersos expelli prom- C ptos reddit,laminæ autem ipsius maza separatim inuolutæ sub cinere calido quantum sufficit,coquuntur,exoluuntur, in usum ueniunt, uel ipsæ laminæ uase luteo uitreato , sursum stricto , operculato,pergameno includuntur. Dies xl. per æstiuos dies insolantur uase identidem uerso , ut ex æquo undiq; caleat,extracta usurpetur,uel cum æquali farina orobi fiant trochisci,quando opus est, utendi.Ex his sic assatis etiam fit acetum scillites,uel cum paulo mox ubi à scilla exemptæ sunt laminæ,aceto mersæ,insolentur in uase simili à Veris initio ad Aestatis finem,post usurpetur . Datur autem potio à.ʒ.v.ad ʒ.xii.oxymeli autem scillites ab aur.vi.ad.℥.iii.trochisci autem à.ʒ.ii.ad.ʒ.iiii. Mediocrem ferre coctionem potest scilla.

Scyllę historia ex Ruellio.

SCYLLAE radix cepæ modo multipliciter tunicata,corticosaq;,ex qua prius caulis per se prosilit , tum ex eo flos emergens insidit,qui cum senuerit, folia demum emicant , lata,nullo nixa pediculo,cepitia quadam specie, terni florum prouentus spectantur singulis singulas sementes denūciantibus (& paucis interiectis uerbis.) Duo (inquit) scyl- D læ genera,masculus albis foliis,fœmina nigris.tertium genus est cibis gratum,& esu tenerum, epimenidia scylla uocatur,ab usu nuncupationem sortita,angustius folio, ac minus aspero,seminis plurimum.

SYL. Id in Gal. nondū legi. Id in canonib' demōstrauit. cādidissimā . Pl. utilissimā addit albā Ga.in Therape. Cal. secundo gradu Ga. Tussi antiq & asthmati,trib. obolis sūpta eclegmate prodest Dio. urinā ciet. ičterū, hydropē eodem pondere iuuat Idem. Vredinē qualis ab urtica sit , in partibus mollibus excitat , quā oleū sanat, Ga. li.2.simpl. cap.5.non autē causticū uult. De his trochiscis, & farinæ mēsura in trochiscis scillinis dicetur. Acetū scillites . Vni scillæ parti octo salis partibus additis choclear.j.vel duo dat Diosc. ad aluum leniendam.

De scilla. 6.

ANT. SCILLAE † sicut dixit Gal. duplex est iuuamentum . Solutione enim educit materias & pręparat ad soluendum .

ELECTIO.) Melior est habens parem. † Sola enim sicut dicitur,est uenenosa, † & adhuc est melior quæ saporē habet compositum ex dulcedine,& acuitate,& amaritudine & quæ splendorem habet in laminis suis , & quæ nascitur in locis liberis.orta enim in locis thermarum , aut orta singularis,est mala.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS . † Calida est in tertio, sicca ad ipsum.Est autem composita ex partibus igneis po

sitis

ſitis in ſuperficie ipſius dantibus ei acuitatis uehementiam & ex partibus terreis aduſtis dantibus ei amaritudinem,& partibus aereis mediocribus.quare eſt in ea de dulcedine aliquid.Eſt enim inciſiua, † ulceratiua , aduſtiua , reſolutiua,& attractiua materierum ad exteriora,ſubtiliatiua partium craſſarum & uiſcoſarum fixarum & adhærentiũ & cõſeruatiua à putrefactione.

SCILLA.

Rectificatio.) Aſtatio acquirit ei facilitatem in ſoluẽdo, & præparatio ipſius in aceto ponit materias craſſas adhærentes,& ſubmerſas,faciles ad expellendum.Modus autem operationis eius in aſſatione.Accipiuntur laminæ ipſius & ſeparatim inuoluuntur in paſta,& ſepeliuntur in cinere calido,donec coquantur ſufficienter,poſtea extrahuntur paſta,& adminiſtrentur ubi oportet. Modus alius aſſationis ipſius.Ponatur in uaſe luteo uitreato ſtricti orificii & ſigilletur ligatione forti cum pergameno & dimittatur diebus xl.& proprie diebus maioris æſtus & moueatur uas & mutetur uiciſsim omni hora ita quòd æqualiter in ſingulis partibus calefiat.Deinde extrahatur ſcilla,& adminiſtretur ubi oportet,& quandoq; admiſcetur ei poſt aſſationem tantundem farinæ orobi quantum ipſa eſt, & fiunt inde trochiſci & conſeruantur ubi oportet. Secundum aliquos hic ponitur modus præparationis aceti ſcillitici qui etiam in antidotario late inuenitur. & dicit Paulus. Laminæ eius ſicut ſunt ponantur in aceto in principio ueris uſque ad finem æſtatis in uaſe uitreato ſigillato & expoſito ſoli & poſt illud adminiſtretur ubi oportet. Et ſcire debes ꝗ ſcilla de decoctione rem ſuſtinet mediocrem.

Posse. † Solutione educit humores craſſos & uiſcoſos & dixit Haly. Etiam cum hoc ſolutione educit choleram nigram & eius iuuamentum eſt magnum ad ægritudines capitis ſicut cephalea,& epilepſia,& proprie ſecundũ omnem modum adminiſtrationis eius & uertigo & ſcotomia & oxymel eius ponit materias uiſcoſas faciles ad expellẽdum,& ſubtiliat humorum craſsitudinem. Et ipſa quidem ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius, confert iuuamentum magnum ægritudinibus iuncturarum,† & eſt medicina bona pulmonis & pectoris,& ægritudinũ in eis,

E proprie electarium ex ſucco eius & melle, ſumptum lambendo clarificat uocem,& ſimiliter oxymel eius.& acetum ipſius,& eſt ex medicinis bonis ſpleni & craſsitiei eius, eſt ex rebus præſeruantibus corpus à putrefactione, & conſeruantibus ipſum in ſanitate ſua,& acquirit uſus eius maciem corpori,& conſeruat in iuuentute, & acetum eius excitat & confortat gingiuam laxam & putridam, & confirmat dentes motos collutio ex eo, & ſimiliter potio ipſius eſt medicina magna fœtori oris,faciens ipſum odoriferũ, & ſanat dolorem ſtomachi,& adiuuat ad digerendum, & uſus eius ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius confortat corpus cui accidit laxitas & mollificatio,& colorem efficit bonum.

Dosis potio eius aceti eſt à drach.v.vſq; ad xii.& oximelis eius ab aur.vi.vſq; ad ℥.iii.& trochiſcorum eius à dr. ii.uſque ad iiii.

Andreas Marinvs.

Melior eſt habens paré)quod de colocynthide quoque dictum fuit.quod ſi uerum eſt, quomodo non erit eius F uſus ualdè periculoſus,cum qui ea utuntur, uix colligant, ſed ab aliis accipiant?reliqua Manardus perſequitur.unum illud ego addam,ſoluentium medicamentorum numerum ſcilla facilè carere poſſe,cum quòd ad hunc uſum uix uſurpatur.tum uerò quòd uera caremus ſcilla, rubea enim utimur,quæ uenenoſa eſt,pro alba atq; ſubdulci, quæ ad hanc diem naſcitur in creta,& cephalenia inſulis, & ad ciborum delicias uſurpa͠t.id quod peritiſs.Auguillarius obſeruauit.

Manardvs, De Scilla.

Scillarum,inquit Plinius alba eſt quæ maſculus, fœminæ nigræ tertium genus eſt cibis gratum. Epimenidum uocatur,anguſtius folio,ac minus aſperum. Panocratium ẽt inter ſcillas numerat Dioſcorides & pullam ſcillam uocari dicit, eaſdemque uires alteri habere,ſed imbecilliores. scillae, ſicut dicit Galenus duplex eſt iuuamentum, ſolutione enim educit materias, & præparat ad ſoluendum.) Non memini me uſpiam hæc legiſſe apud Galenum. sola, (ſicut dicitur) eſt uenenoſa. Si hoc uerum eſt, nemo ſcilla tuto utetur,niſi qui præſens fuerit dum effoderetur. Et adG huc melior eſt quæ ſaporem,& reliqua.) Adde his ex Plinio,quæ candidiſsima fuerit,eam eſſe vtiliſsimam. calida eſt in tertio.) Galenus uirtutis dicit eſſe ſatis incidentis, non tamen uehementer calidæ,ſed in ſecũdo ordine, quod etiam confirmauit Auerrois. vlcerat, urit.) Nimis hoc eſt,ſatis erat acrem dixiſſe, uehementius enim calida ſint neceſſe eſt, quæ urendi uim habent.Aſſatio acquirit ei facilitatem in ſoluendo.Multi uſus fieri per aſſationem,ait Dioſcorides & Galeno teſte,elixatio & aſſatio eius uehementiam reprimunt.docetq; Galenus pro puero epileptico,quomodo in diebus canicularibus optimè eius ſuccus eliciatur.Et quandoque admiſcetur ei poſt aſſationem tantundem farinæ orobi.) Sic parantur artiſci uocati ſcilletici Theriacem ingredientes. Paulus tamen non æqualiter, ſed media parte farinam orobi miſcet. Galenus ex Andromachi ſententia,ſeſquialteram uult eſſe ſcillam farinæ, et orobos albos. posse, ſolutione educit humores groſſos & uiſcoſos.) Datur toſta cum ſale,ita ut uni parti octo ſalis adiiciantur,cochlearis unius uel duorum menſura, ad H aluum leniendam ex Dioſcoridis ſententia. est medicina bona pulmoni & pectori.) Antiquæ tuſsi utilem ſcribit Dioſcorides tribus obolis ſumptam in eclegmate,et etiam aſthmaticis.Eodem pondere etiam ualet ad urinam ciendam,ad morbum regium,ad aquam intercutem, ad ſtomachicos,et quibus innatet cibus.

Scilletici arthiſcii Theriaci.

De hermodactylis. Cap. 7.

SYL. De hoc noſtris pl. Sec. Aui. leg. tur.

Hermodactylus eſt radix herbæ cuiuſdam montanæ, et ea uel digitum longa,uel rotunda, ac eadem præſtantior,ſi multum eſt alba,intus et foris magna, mediocriter dura,altera ſcillæ aut raphano proxima, ſi creuit,ſi uere lecta eſt,et menſes deinde ſex ſiccata eſt.Rubra autem et nigra mala eſt,et quæ in loco pingui et humido prouenit,quod inde humor eius inflans, et excrementoſus ei largior inſit.Rara uero laxa,leuis, eſt imbecillior. Calidus eſt ac ſiccus ordinis ſecundi,initio cum humiditate tamen excrementoſa, flatulenta, nauſeabunda, qua uentri-

Alexād.

ANT.

Trallianus Paulo malus eſt ſtõ, decocto radix purgat peculiariter articicos in ipſis fluxionibus. Caſtigatio.

ventriculo nocet, præſertim quando in eum ex partibus A aliis excrementa confluunt. Pituitam craſſam, præſertim à iuncturis trahit,ob id podagræ,& aliis arthritidis differẽtiis confert,non ſumptus modo,ſed etiam cataplaſmate admotus, præſertim cum uitellis ouorum, & farina hordei, uel mica panis.Impinguat,ſperma auget,ulceribus cõfert, quia terget ſordem eorum,& carnem in his putrem conſumit.Cuminum,zingiber,piper longum,libyſticum, menta ſtrum,maſtiche miſta,hermodactylum prohibét,ne ſuo humore excrementoſo & flatulento lædat vẽtriculum, neve flatus craſſos & nauſeabundos in eo excitet, aut multa in ipſo excrementa colligat.Si vero hermodactylus cum pauco zingibere,& ſucco raphani,uel cum ſcilla aſſata,aut ſcillæ ſucco,& zingibere,& pauca ſpica, in trochiſcos, fingatur,purgat celerius & plenius,(per ſe enim tarde & imbecilliter vacuat.)Myrobalani quoq; roborando ſtomachum hermodactylos cito deturbant, & humorum in uentriculum affluxum prohibent.Datur ab aur.uno ad aur.duos,annos tres ſeruatur.

Alkanſi.

Sylvii adnotatio.

Meſue agit de hermodactylo,radice etiam Paulo diuerſa,ab vtroque ephemero,quorum Colchicum uenenoſum radice rotunda quamuis ſit,tamen id nõ eſt Meſuæ hermodactylus optatior,vt nec Pauli ephemerum uero abſolute dictum,aliter iris agreſtis,foliis & caule lilii aut ſatyrii,radice una digitali craſsitudine longa,licet à Dioſc.Pli.Gal. inter medicinas recẽſetur,tamen id Meſues & Paulus hermodactyli nomine non accipiunt.

Colchici,qui Meſuæ hermodactylus dicitur, hiſtoria ex Dioſcoride.

Colchicvm, aliqui ephemeron, ſunt qui agreſtem bulbum uocant.Autumni exitu florem edit croci,candicãtem, ab eo tempore folia bulbi ſed pinguiora:caulem palmo altum,ferentem rufum ſemen: radicem foris è nigra ruſeſcentem,quæ delibrata, candida & mollis ſpectatur, lacteo ſucco madet,atq; guſtatu dulcis iuenitur, bulbus eius mediam habet rimam,fiſſuramq;,qua flos erumpit,plurimũ in meſſenia, & colchis naſcitur.

HERMODACTYLI.



De hermodactylo. Cap. 7.

Hermodactylus eſt radix herbæ montanæ [a] & eius alius eſt longus ſicut digitus,[b] alius rotundus.

Electio.[c] Ille de quo hic loquimur eſt rotundus,[d] & eius alius eſt albus,alius rubeus, alius niger. Melior ex his eſt habẽs proprietates tres bonas ſcilicet qui eſt albus & ueræ albedinis intus & extra,& qui eſt craſſus, & qui eſt duritiei mediocris. Rarus vero & laxus & leuis eſt debilis.Rubeus vero & niger ambo mali ſunt:Cuius ortus eſt in locis pinguibus aut humidis,eſt malus, [e] propterea, quòd additur ei ad humiditatem ſuperfluam & inflatiuam. [f] Et ortus eius in uicinitate ſcillæ, meliorat in conditionibus ſuis,& ſimiliter in uicinitate raphani. Melius uero tẽpus collectionis eſt ver. [g] & meliores ſunt in quibus iam præteriit medius annus poſt bonam eorum exiccationem.

Complexio et proprietas. Calidus eſt & ſiccus in principio ſecundi,& in ipſo eſt humiditas ſuperflua, cauſa ad inflationem & uentoſitatem,& nauſeam, quare eſt malus ſtomacho & reumatizantibus ad ipſum ſuperfluitates B ex aliis membris.

Rectificatio Tria ſunt corrigibila in eo. Primum eſt nocumentum quod diximus quod imprimit in ſtomachum ſecundum eſt quod generat uẽtoſitatem,cauſam ad ſubuerſionem & nauſeam,tertium eſt quoniam eſt debilis & tardus in ſoluendo.†Et dixit Alexãder. Inimicatur ſtomacho aggregans in ipſo ſuperfluitates plurimas & generans in eo uentoſitates craſſas,& tollitur hoc nocumentum ab eo in permiſcendo cum eo ciminum & maſticem & zingiber & ſimiliter piper longum cum eo, & mentaſtrum, & keiſim remouent hoc nocumentum ab eo.Et dicit Alkanzi. ſi ex eo & pauco zingibere, & fiant trochiſci cum ſucco raphani,vigoratur in operationibus ſuis. Et ex eis quæ magnificant illud & meliorant conditionem eius eſt ſcilla, & proprie ſi ex ea aſſata aut ſucco eius fiant trochiſci & proprie cum pauca ſpica & zingibere. Et ex rebus ſibi additis prohibentibus diſcurſum materiei ad ſtomachum per ipſum ſunt myrobalani eo quòd aggregant & confortant ſtoC machum,& faciunt citum deſcenſum eius cum ſit ex tarde deſcendentibus.

Posse. †[h] Solutione educit phlegma craſſum à iuncturis proprie. †[i] Et eſt medicina arteticæ magna & podagrę ſumptus,& etiam cataplaſmatus, & proprie cũ farina hordei,uitellis ouorũ,aut cum mica panis pinguis, & uitellis oui,[k] & uſus eius impinguat corpus.[l] Et augmentum efficit in ſpermate.Et eſt medicina bona uulneribus. Abſtergit enim ſordes eorum,& conſumit carnes putridas in eis.

Dosis eius eſt ab aur.i.vſq; ad duos. Conſeruatur autẽ per annos tres.

Andreas Marinvs.

Hermodactylvs, quo uulgò utimur,eas habet noeas,& facultates,quas Meſues ſuo tribuit,neq; à Dioſcoridis colchico differt,niſi,quod fungorum more ſtrangulando non enecat,quæ res non aliam herbæ ſpeciem cõſtituit, ſed uſus alium modum indicat. colchicon enim recens nimia,& flatuoſa humiditate ſtrangulando iugulat, qua temporis,& artis auxilio reſiccata non modo non enecat, ſed purgandæ pituitæ remedium eſt ſalutare.cum autem ad nos D non perferantur radices niſi probè exſiccatæ prius fuerint, nulli mirum uideri debet, ſi abſq; ſtrangulationis periculo ad uſus medicos uſurpatur. Quicquid igitur hermodactyli nomine ueteres ſignificauerint,nobis ſatis eſt intelligere, eas radices,quibus utimur à Meſue noſtro hermodactylos nuncupari,eaſdemq; ſub colchico Dioſcoridem comprehendere. cuius hiſtoriam ob eam cauſam huc libuit tranſferre. [a]Et eius alius longus ſicut digitus) Ephemerum intelligit Dioſcoridis,cuius radix eſt digitali craſsitudine,lõga &c. [b]Alius rotundus) colchicum indicat. [c]Ille de quo hic loquimur eſt rotũdus) de colchico ſermonem inſtituit, nam ephemeram purgatoriam uim non habet. [d] Et cuius alius eſt albus,alius rubeus,alius niger) eiuſdem tamen omnes ſpeciei,ſed ſitus natura differentes. [e]Propterea quòd additur ei ad humiditatem ſuperfluam & inflatiuam) à qua omne ipſius hermodactyli uitium proficiſcitur, præſertim autem ſtrangulatus. [f]Et ortus in uicinitate ſcyllæ) ſcylla.n.

&

& raphanus acrimoniam impertiunt, quæ superfluam corri E
git humiditatem, & flatus discutit. [g]Et meliores sunt in
quibus iam præteriit medius annus) recentes enim strangu
lant, sicuti bene resiccati commodè purgant. [h]Solutione
educit phlegma grossum) quia exterget, maximeq; naturã
perturbat agitatq;. [i]Et est medicina artheticæ) cum qp pi
tuitam expurget, tum qp à iuncturis euocet. [k]Et usus eius
impinguat corpus) qp pituitam extenuet, quæ in probum
sanguinem membrorumq; alimentum conuertitur, nam
quatenus purgat, certè non impinguat. [l]Et augmentum ef
ficit in spermate) eadem ipsa ratione, qua etiam impinguat.
Ex ijs (ni fallor) colligi potest, hermodactyli usum non es-
se tam detestandum, ut medici quidam ab aliena fide pen-
dentes iactitant. cui sententiæ quotidiana quoq; consentit
experientia, nemo enim (opinor) est, qui hermodactylis
cum res postulat, non utatur, atq; id quidem felici succesſu.

MANARDVS, De Hermodactylis.

Vt notissima radix nunc ea est, quam officinæ Hermoda F
ctylum uocant, ita ignotum obscurumq; est, quo nomine sit
apud antiquos uocitata, & quam rem uoluerint ipsi Her-
modactyli uoce significare. Paul. siquidem breue caput de
Hermodactylo, his ferè verbis scribit: Radix, atq; eius de-
coctum purgandi uim habet. datur peculiariter arthriticis
in ipsis fluxionibus: stomacho autem est satis mala. Sera-
pion vero sub Hermodactyli voce, vno & eodem capite,
Colchicon & Ephemeron Dioscoridis, necnõ Pauli Her-
modactylum comprehendit. Auicenna Serapionem in vir-
tutibus secutus, in historia maxime lapsus est, aperiri eam
dicens, cum aperiuntur flores: scribente Dios. & Serapio.
ex eius sententia, exitu autumni, post florem, scisso bulbo,
folia erumpere. Sera. & Aui. veluti suos duces secutus Me
sue alium longum, alium rotundum esse Hermodactylum
scripsit, seq; de rotundo, quasi meliore, sermonem habiturũ
aperte Galeno repugnans, qui de Ephemero scribens, non
de eo quod Colchicon alio nomine dicitur, uenenumque
est, & radicem habet rotundam, scripturum se dicit: sed de
eo quod Iris syluestris vocatur, foliaq; & caulem habet li- G
lio similia, radicem longam, non rotundam: imitatus Dio-
scoridem qui cum de Colchico tanquam de ueneno scrip-
sisset, de Ephemero scribit, quod radicem habet unam
digitali crassitudine, & longam. Sed & Plinius libro xxv.
Ephemerum eodem ferè quo Dioscor. modo describens,
inter medicinas enumerat: & similiter libro vigesimo sex-
to. In vigesimo autem octauo, Colchicon inter uenena re-
ponit. Non vsq; adeo tũ nominibus fidendũ, vt Cholchici
nomine uenenũ, nomine Ephemeri rẽ bonã sæpe intelliga
mus, nã apud Nicandrũ in alexipharmacis, & plerosq; anti
quos. Ephemeri tanquã veneni sit mentio, & Gal. vtrunq;
Ephemerõ videlicet & Colchicõ, eodẽ noie Ephemerũ vo
cauit. Nostrũ hoc, quod Hermodactylũ vocamus notas ha-
bet eius Colchici quod inter venena numeratur. Ephemerum me nunquam in Italia vidisse memini. in Pannonia (ni fallor) frequens est, cuius ego foliis deceptus, Satyrion, donec effossa radice differẽtiam cognoscerem, semper exi-
stimaui. Hæc si vera sunt, patet non tutum esse Hermoda- Non tutũ hermoda-ctyli huius nostri usum: nisi forte dicamus, eum tantum esse venenũ qui in Colcho natus est. Securius tamen est ab eo H
penitus abstinere, præsertim quia non est ea radix, quæ ab
antiquis in articularibus morbis tantopere commendatur,
siquidẽ Paul. seorsum de ea sub Hermodactyli nomine scri
bit, cum de vtroque Ephemero propria scribat capita. Idẽ
feciſſe Gale. præter hoc, quod ferè Paul. nihil de simplici
aliquo medicamento scribit, quod ab eo non acceperit, te-
stimonio etiam Serapionis probatur, verba eius recitãtis.
In communibus tamen Galeni exemplaribus Græcis La-
tinisve, caput de Hermodactylis non legitur. Et dixit
Alexander.) Paulus satis malum stomacho esse dicit. SO-
LVTIONE educit phlegma grossum.) Paulus decoctum
eius esse ait potentiæ purgatiuæ. Et est medicina arthe-
ticæ magna.) Paul. dari proprie dixit arthriticis, in ipsis
fluxionibus.

De Iride. Cap. 8.

IRis radix est herbæ, quam crinode, id est, lilialem vocat Ireos
autor Græcus, cuius flos vel cœruleus, ac uersicolor, pallid
vt iris arcus cœlestis, vnde illi nomen, vel albus. Alte- luteos
rius radix optima est, si magna, dura, densa, crebro genicu- purpu
lata, ex albo rubescens, odore ceu viola aromatico, sapore ruleos
acri & mordente, Veris initio collecta. Secundum bonita Dios
tis rationẽ flos obtinet, cœruleus præsertim, albus enim bit,
ad omnia est imbecillior. Radix est calida sicca ordine cis,
tertio, acris, terget, coquit, resoluit, lenit, aperit obstructa, rum
sedat dolores, pituitam crassam, & mistam illi bilem pur- re
gat, ac præter hæc aquas serosas, idque clementer. Materiã guit.
crassam, lentam, hærentem in thorace, ac pulmone coquit, Op
tenuat, ac prompte educit, viscera que omnia expurgat. He Dio
patis quoque ac lienis, & vicinarum partium tollit obstru- lyrici
ctiones, affectus ab ea excitatos. hydropem, dolorem tumo fa, fi
rem, duritiem, & similes sanat, aut lenit. Omnes quoque tu tilla, fi
mores etiam duros, & strumas digerit, præsertim neruorũ gi c
& iuncturarum, maxime cum betæ uel brasicæ succo, uel max
uino, & melle, & oleo chamæmelino. Cephalalgiam vete- brusſ
rem sanat, præsertim cataplasmate imposita, & succo eius de n
in nares attracto. Hic enim sternutamentum mouet, & per ta ſte
nares detrahit uim maximam excrementorum in partes a- tamq
lias, per meatus occultos alioqui defluxurorum. Succus au mon
tem ex ea vt absinthio extrahitur. Cum sapa autem tussim fran
veterem ab humore crasso, lento factam, multum iuuat, & gũſtã
ab eodem spirandi difficultatem. Vterum præterea expur- ra.
gat. Pesso quoque suppositæ nel emplastro admota, uteri Ra
dolores sedat, menses euocat, aborsum facit. Vlcera anti- colli
qua, sordida, putrida, purgat, terget, carne proba implet. incip
quale etiam ossa nuda uestit. Ischiadi salubriter aut clyste- folio
re iniicitur, aut emplastro imponitur. Os si colluitur aceto flum
cui incocta fuerit, dentium dolorem sanat, & rheumatismũ cce D
sistit, suppositæ item hæmorrhoidas aperit. Inuitam seminis Ter
uacuationem sumpta cohibet. Succus eius cum farina faba terge
rum & cinerum illitus, faciem expurgat, eiusque maculas quit.
deterget. Oleum deniq; irinum neruos & iuncturas firmat Cũ
spasmum ex repletione, cephalalgiam, dolorem hepatis, pon
splenis, renum, uteri, iuncturarũ, thoracis & podagrę, pleu mi
ritidem, peripneumoniam oblitum iuuat, catarrhum co- ro
quit, somnum conciliat temporibus inunctum, aurium do- ceo
lorem instillatum auri, narium graueolentiam ipsis iniectũ ta,
corrigit. Fit autem ex floribus iridis, & radicum dimidio, capi
ut rosacum oleum & uiolatum. Ne uentriculum lædat, su- fert
matur ex mulsa & pauca spica, uel cum sero lactis, melle, Cũ
mastiche, ad affectus autem thoracis, & pulmonis, cum sa- ro
pa, ut dixi, propinatur. Teri, & coqui mediocriter potest. du
Datur à drachmis duabus ad. 3. sexannos duos seruatur. lis D
Dios. dat dr. 7. cum mulsa. Paul. obolos octo, dicit agari-
ci modo purgare, modo non sit antiqua, nec perforata.

Iridis historia ex Dioscoride.

IRIS à cœlestis arcus similitudine nomen accepit, folia
fert gladioli, sed maiora, latiora, & pinguiora. flores in sum
mitate cuiusq; caulis, æqualibus inter se spatijs, distant, in-
curui, uarij, siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut
cærulei conspiciuntur, qua diuersi coloris specie quædam
cœlestis arcus imago repræsentari uidetur. radices subiacẽt
geniculatæ, solidæ, odoratæ, quæ frustatim dissectæ in um-
bra siccantur, & traiectæ lino recondũtur, melior est illy-
rica, & macedonica, & inter eas laudatissima quę mutila fe
rè, & densa constat radice, frangenti contumax, subrufo co
lore, gustu amaro, odore perquam grato, & syncero, ita ut
nullum prorsus situm redoleat, quæ dum tunditur sternuta
menta mouet. secundum locum habet Africana, candicans
gustuq; amara, teredines in uetustate sentiunt, tunc tamen
odoratiores reddi solent.

De iride. Cap. 7.

IRis. Inquit Græcus, Est radix herbæ qui dicitur lilialis,
† cuius duæ sunt species. Est enim quæ florẽ habet pur-
pureum habentem gradationes diuersitatis in purpurei
tate, sicut habet arcus terroris, & est iris, & propter hoc no
catus est iris. Et est alius cuius flos est albus.

Electio.

IRIS.



IRIS SYLVESTRIS.



ELECTIO. Habens florem albũ debilior est in omni re. † Et est ex eis melior, cuius radix est alba participans rube dine secundum aliquid, & crassa & dura & spissa, & in qua est aromaticitas sicut odor violarum proprie & † cuius sa-

A por est acutus, mordicatiuus propter acrimoniam ipsius, & habens nodos breues collectos. Melior pars plantæ est ra-dix, post illam, flos. [a]† Et melius tempus collectionis ip-sius, est principium ueris.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Calidæ complexionis & siccæ est in tertio. Et in ipso est acredo & acuitas. Et est ab stersiuus, maturatiuus, resolutiuus, lenitiuus, aperitiuus, op pilationũ sedatiuus, mundificatiuus, & solutiuus naturæ, & prouocatiuus. Florẽ uero habens albũ calidus est & siccus in secũdo. Et est resolutiuus absterſiuus cũ æqualitate & est subtilioris substantiæ. propter quod & oleum eius est subti lius & maioris penetrationis.

RECTIFICATIO. nocet stomacho, propter quod propi-natur cum aqua mellis, & panca spica. Et emendatur in cõ ditionibus suis similiter cum aqua casei & melle pauco ma stice ad causas pectoris, & etiam pulmonis cum rob. Ope-ratio olei. Rx. ex floribus ipsius quantitatem quam uolueris & ex radice mediũ ipsius & exequere de operatione illud
B quod diximus de oleo rosato, & uiolato. Operatio autẽ suc ci, eius est sicut operatio succi absinthij. De contritione au tem & decoctione sustinet mediocriter.

POSSE. Solutione educit phlegma crassum & cholerã permixtam. Et educit etiam aquam citrinam cum facili-tate, & eius aspectus est proprie & maxime ad pulmonem & pectus, & est maturans subtilians & educens ab eis ma-terias cum facilitate, & proprie crassas & uiscosas & adhæ rentes. & est alius aspectus eius ad hepar & membra uicina ei, & ad splenem remouens oppilationes eorum & curans morbos oppilationum in ipsis, & educens materias ab eis sicut est hydropisis proprie, & est ex bene resoluẽtibus du-ritiem eorum & apostemata & dolores ipsorum, & est me-dicina bona lenitiua & resolutiua omnis duritiei, & pro-prie iuncturarum & neruorum & apostematum durorum & scrophularum, & proprie coctum cũ aqua ficlæ aut cau-lium, aut cum uino & permixtum cum melle & oleo cha-mæmillę. † Et confert dolori capitis antiquo & proprie em plastro facto ex eo & caputpurgio facto ex succo ipsius, & cõmouet sternutationem & educit per uiam nasi superflui
C tates plurimas ex cerebro, pronas fluere ad partes corpo-ris occultas. & eius administratio proprie cum rob cõfert iuuamentum manifestum tussi antiquæ, cuius causa est hu-miditas crassa & uiscosa & difficultati anhelitus, & mundi ficat uiscera & matricẽ, & confert suppositus & emplastra tus doloribus eorum & educit menstrua, & facit aborsum. Et est medicina magna uulnerum antiquorum & putrido-rum mundificans ea, & generans in eis carnem laudabilẽ, immo etiam ossa nuda uestiens carne. Et emplastratio & clysterizatio facta ex eo confert sciaticæ, & colluitur os ex aceto decoctionis ipsius, & remouet dolorem dentis, & se dat reumatismum eius. & suppositio facta ex eo aperit ori-ficia hæmorrhoidarum, & confert usus eius ei qui effundit semen suum inuoluntarie, & fit ex succo ipsius & farina fa-barum & cicerum linimẽtum bonum mundificans faciem & abstergens maculas eius. Oleum uero eius confortat ner uos & iuncturas, & confert spasmo humido & confert do-lori pectoris, & pleuresi & peripneumoniæ, & confert di-stillatio eius in aurem dolori eius, & distillatur ad fœto-
D rem nasi, & remouet eum, & inunctio eius in temporibus facit dormire, & † confert dolori capitis & maturat catar-rhum, & confert inunctio eius dolori hepatis & splenis & renum & cõfert dolori matricis & iuncturarũ & podagræ.

DOSIS eius est à drac. ij. usque ad. vi. & conseruatur per annos duos.

ANDREAS MARINVS.

ET si sub Iridis uoce ueram iridem, unaq; album lilium complectitur Mesues: unius tamen iridis uires persequitur in hoc capite. [a]Et melius tempus collectionis ipsius est principium ueris.) Apertum errorem hunc esse Manardus uoluit, quippe cum Dioscoridis præcepto radices autumno colligantur. quod tamen in Ari radice non animaduertit, quæ sub ueris initium effoditur, nec alio anni tempore usui est accommodata. dicendum igitur pro Mesue radices ma gna ex parte autumno quidem recondi, nonnullas tamen quæ solo uere sunt uegetæ eo tempore colligi, quas Mesues

sigillatim

figillatim adnotauit, ex ijs una est iridis radix, præsertim cũ succus exequitur.

MANARDVS, De Ireos.

CVIVS duæ sunt species.) Variare in Iride flores scribit Dioscorides, alios enim candidos, alios pallidos, alios luteos, alios purpureos, alios cyaneos esse. Non tamen ex his scę florum coloribus species eius distinguit, sed potius ex radicis colore quem in Illirica dicit esse subrufum: quale quandoque ex Illyrio delatum uidimus, in Lybica candidum qualis est quæ pasim inuenitur. ET ex his est melior.) Secũdum Dioscoridem optima est Illyrica, Macedonicaque: & in his optima, cuius radix densa, submutila, frangi contumax, subrufa, ualde odorata, sternutamenta mouẽs dum perfringitur. ET cuius sapor est acutus.) Dioscorides gustu amara. ET melius tempus collectionis est uer.) Apertus est hoc loco error. incipiente enim foliorum defluuio, colligendas radices docet Dioscorides. Et est absterſiuus, Dioscorides attenuare dicit. Paulus tenuium esse partium, tergere & concoquere. Ad splenem.) Dioscorides pota cum aceto. ET confert dolori capitis.) Dioscorides cum aceto rosaceo. Et fit ex succo ipsius & farina fabarum.) Dioscorides cum elleboro albo, & mellis duabus partibus. DOSIS à drachmis duabus usque ad sex.) Dioscorides ad drachmas septem cum aqua mulsa. Paulus uero octo obolos ait purgare, ut Agaricum, modo nõ sit antiqua aut perforata.

SYL. Cucumer asininꝰ Elaterius succus ex huius fructu quo traha tur Dios. docet amarus extreme Gal.

De cucumere agresti. Cap. 9.

CVcumer agrestis foliis satiui cucumeris, sed asperioribus, fructu eiusdem, sed paruo, asperrimo, amarissimo, cuius perfecti, ac præcipue ex eo succi laus est præcipua, secũda radicis. Idem fructus iam absolutus si maturitate pallescat, uiridisque esse desierit, & amaritudine sit eximia, succumque remittat album, & subpinguem, est calidior. Imperfectus autem tam est noxius, ut sanguinem educat. Succus autem exeunte Aestate accipitur, radix fine Veris colligitur. Eadem in medicamenta multum efficacia & celebria recipitur. Calidus est ac siccus ordine tertio, substantia ignea & terrea usta constat. Purgat potenter pituitam uomitu & deiectione, & interdum bilem, si uacuari parata est, serosum quoque excrementum, etiam eulsu contumax, atque adeo à iuncturis mirifice trahit, præsertim succo & radice. ob id earum dolores sanat, ischiadem etiã iuuat aperte cataplasmate impositus, uel clysture iniectus. Vim nanque purgatricem scammonio proximam ei tributt Ioannitius. Si enim uacuet, immodice etiam sanguinem trahit.

Quibꝰ iuncum elateriũ nũc uomitum, nunc deiectionẽ faciat, docet Dios. Paudicit uacuare ut scamoniũ tribus obolis tricum cum lactis cotyla, bilem & pituitam trahit & egre spirantibꝰ prodest Dios. Hoc fussꝰ Dioscor.

Radices item eius cum absinthio in aqua, & oleo percoctæ, hemicraniam molestam, & curatu difficilem sanant, si ipso decocto tempora foueantur, & iisdem radices eædem & herbæ tritæ cataplasmate applicentur. Succus quoque ipsius naribus iniectus cum pauco lacte idem efficit. Excrementa enim cerebri euocat, & nasi fœtorem ab horum putredine ortum persanat, cephalalgiam quoque ueterem & epilepsiam. Idem cataplasma, præsertim si stercus caprinũ addatur, tumores magnos & duros, & strumas resoluit. Succus quoque & decoctum tum fructus, tum radicis hydropem iuuat potu (ualenter enim aquas serosas uacuat) & icterum, & obstructionem hepatis & lienis. Puluis radicis cum melle cicatricem fœdam tenuat, ecchymomata contusionibus succedentia dissipat. Succus radicis cum farina fabarum, sordem faciei & fœditatem cutis illitus terget. Radix ex aceto forti alphis affricta, eos delet, & lentigines. Resoluit enim, tenuat, terget, siccat, soluit molestę & tarde, aperit obstructa, & ora uenarum. Ne ora uenarum aperiat, & ulceret hic succus, & cum torminibus, & anxia molestia uacuet, datur cum bdellio uel tragacantho, uel lacte dulci recenter multo, aut mulsa & sale, promptius autem purgat cum pauco sale gemmæ, & aromatibus. Succus autem ex fructibus per maturitatem pallentibus clementer sine compressione multa extractus siccatur, ut scamonium, & aloe. Nonnulli inter siccandum ei immergunt aromata nodulo ligata, quem extrahunt, dum siccando cogi incipit, alii alia immittunt, pro scopis variis. Triennio seruatur, post sex menses utendus. Noxam autem ab eo corpori impressam delent aqua hordei, mulsa, uinum, oleum. Datur succus à granis decem ad drach. unius partem tertiam, puluis radicis à granis quindecim ad drach. semissem. Decoctum ab unciis duabus ad uncias quatuor.

SYLVII ADNOTATIO.

Abimatu ad decennium purgationi est aptum Dios. Attrimatu incipere, & nullum ex medicamentis longiore æuo durare, & quo uetustius, eo melius, scribit Pli. & ducentis annis seruatum, testatur Theoph.

Cucumeris syluestris uel asinini, historia ex Dioscoride.

CVCVMIS syluestris fructu solo distat à satiuo cucumere, quem longè minorem parit, oblongis glandibus non dissimilem, folia atq; sarmenta satiui refert, radice candida, magna, nascitur in sabuletis, & ruderibus, frutice in totum amaro.

CVCVMER SYLVESTRIS.



De cucumere asinino. Cap. 9.

VCVMER asininus est fructus sicut cucumer paruus asperitatis plurimæ & amaritudinis ueræ, & eius planta habet folia similia foliis cucumeris, tamen asperiora.

ELECTIO. Melior pars plantæ eius est fructus ipsius, & proprie eius completi succus, & post ipsum radix. Et calidior fructus eius est citrinus complexus, expoliatus tamẽ à uiriditate, & qui est † amaritudinis ueræ, † & cuius succus est albus habens sicut de pinguedine aliquid. Incompletus uero est maius, educens sanguinem solutione, & radix eius ingreditur in medicinis multarum utilitatum, [a] & melius tempus operationis succi eius est finis æstatis & collectionis radicis eius est finis ueris.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calidæ complexionis est, & siccæ in tertio. Est autem compositus ex partibus ignеis & partibus terreis adustis, est autem resolutiuus, subtiliatiuus, aperitiuus oppilationum, & orificiorum uenarum, absterſiuus, extenuatiuus, exiccatiuus & solutiuus.

RECTIFICATIO. Excoriat & aperit orificia uenarum, quare generat tortiones faciens cum solutione angustiam & est tardæ operationis, & emendatur nocumentum primum, si in operatione succi eius adiungatur ex bdellio aliquid

quid aut ex tragacantho, aut si propinetur cum lacte dulci recenter mulso, aut cum aqua mellis & sale, & uigoratur & facilitatur eius operatio si in operatione succi ipsius misceatur salis gemmæ quantitas aliqua, & scito quod species alefanginæ addunt uirtuti ipsius. Operatio succi eius. Accipe ex succo eorum quantitatem quam uolueris, † & proprie quando citrinescunt, & sunt maturitatis compleræ, & fiat extractio succi cum facilitate, non cum compressione laboriosa & exiccetur, sicut exiccatur scamonea & aloe. Et quidam accipiũt aliquas ex speciebus aromaticis, & ligant in pãno, & suspendunt in eo donec incipiat inspissari, & postea remouent. Et aliqui ponunt alia secundum alias intẽtiones alias. Expellit autem nocumentum eius à corpore aqua hordei mellea & similiter uinum & oleum.

POSSE. † Dixit Ioannitius. Soluit sicut scamonea, & secundum ueritatem rei [b] educit phlegma cum uirtute & per uomitum, & per uentrem, & interdum [c] choleram, & proprie si inueniatur ei præparatio, & educit mirabiliter aquositates a partibus difficilis eradicationis earum, † [d] & educit materias quæ sunt in iuncturis, & curat dolores earum, & proprie succus eius, & etiam radix ipsius cum aceto cataplasmata, & si decoquantur radices eius cum absinthio in aqua & oleo usque dum sint bene excoctę, & embrocentur tempora, & ex ea aqua eorum calida, & ex oleo, & fiat ex fæce emplastrum stringendo circa tempora & resoluitur hemicranea laboriosa difficilis. Et caput purgium ex succo eius ualet similiter, & proprie cum succo, & lacte pauco. Educit enim ex uia nasi superfluitates cerebri plurimas, & ualet ad fœtorem nasi. Et ad dolorem capitis antiquum & epilepsiam. Et modus emplastrationis quem diximus resoluit apostemata crassa & dura, & scrophulas, & proprie permiscendo ei aliquid ex stercore caprarum cum melle. [e] Succus uero eius, & succus radicis ipsius est medicina bona hydropisi. Extrahit enim aquam citrinam cũ fortitudine, & similiter decoctio radicis ipsius. Et confert hicteritiæ, & oppilationi hepatis, & plenis, & confert sciaticæ iuuamentum manifestum emplastratus & clysterizatus. Puluis uero radicis eius cum melle attenuat cicatricem fœdam, & remouet uestigia magna quæ remanent post pustiones. Et fit ex succo radicum ipsius & farina fabarum linimentum bonum abstergens sordiciem faciei, & fœdita tem cutis. Et fricatur morphea cum radice eius, & aceto forti, & aufert eam. Et similiter ualet ad lentigines. Et scito quod solutio ex eo quando superflua est educit sanguinem. † Conseruatur succus eius triennio. Et est administrandus post sex menses.

† DOSIS. Succi eius à x. granis usque ad ʒ.i. tertiam, puleris radicis eius à granis.xv. usq; ad.ʒ.s. Se. & aqua decoctionis radicis eius ab.ʒ.ij. usque ad 4.

ANDREAS MARINVS, De cucumere syluestri.

[a] ET melius tẽpus operationis succi eius) putat & hoc loco Manardus errorem subesse, q̃ sub finem ueris cucumeris syluestris radices colligi Mesues dicat, eadem (opinor) qua in iride ductus ratione, cui eodem modo respondi potest, præterquam quòd planta hæc, sicuti cucumeres alii, & cucurbitæ autumno exolescũt, & nullius ferè sunt usus, in fine autem ueris radices succi plenæ sunt, & ueluti prægnãtes. [b] Educit phlegma) igneis partibus pituitam extenuat, unãq; cum graui nidore naturam ad expulsionem irritat, amaritudine autem uehementissima detergeat, qua uenarum quoq; oscula recludit, & sanguinem euocat. Nam omnia insigniter amara oscula uenarum aperire possunt uehementer abstergendo, ut in aloe dictum est abundè. [c] Et interdum choleram) mediocri acrimonia; diximus autem alibi nullum esse uel simplex, uel compositum medicamẽtum, quod humorem syncerum educat, quippè omnia naturam stimulant, quæ extenuatos, & obuios quosq; humores pellit, qui in corpore nullibi reperiri possunt syncери, & si uspiam sunt, antequam expellantur, omnino permiscentur. Itaq; ab iectis excrementis non tam facilè medicamenti facultas, quàm ab euentis æstimatur. [d] Et educit materias, quæ sunt in iuncturis) adde, & ab omnibus partibus, quò pharmaci acumen, ac nidor pertingit, quibus expultricem facultatem exagitat. [e] Succus uerò eius) de succo, quod e-

laterium uocant, lege Dioscoridem, qui latius illius conficiendi modum, atq; usum tradidit.

MANARDVS, De cucumere syluestri.

Sicyn agrion Græci, Latini Cucumerem anguinum, uel erraticum, uel syluestrem uocant. Elaterium utrique medi camen ex fructu factum. Sicut Cucumer partius.) Solo fructu a satiuo differt, ait Dioscorides, quem minorem multo habet, & glandibus oblongis similem, folia & uiticulas domestico similes, radicem albam & magnam. AMARITVDINIS ueræ.) Omnes eius partes amaræ sunt ex Dioscoride, & Elaterium extreme amarum secundum Galenum. CVIVS succus est albus.) Notæ boni Elaterii ex Dioscoride sunt, ut sit album, parum humescens, læuorem habens, & leuitatem, amarissimum & quod facile accẽditur. Malum est quod uirescit, asperumq; & turbidum est, medio colore inter Eruum & cinerem, ac ponderosum. CALIDAE complexionis, & siccæ in tertio.) Galenus parum calidum dicit in secundo ordine. ET proprie quando citrinescunt.) Tempestiuos esse dicit Dioscorides cum solo tactu succũ effundunt. Plinius autumno. Puto errorem quoque esse, ubi dicit, radices colligendas in fine ueris. Modum faciendi Elaterium late Dioscorides explicuit, quem ab eo facile discere potes, nam modus Mesuę concisus nimis est & mancus. Educit per uomitum, & per uentrem.) Dioscorides. Si uolueris purgare per inferiora, duplum salis misceto, & Antimonii quantum sat fit, pilulasq; erui magnitudine ex aqua formato, quas ubi deglutieris, aquæ tepidæ cyathum superhibito. Si per superiora, aqua Elaterium resolutio, & penna in eo madente, loca infra linguam quantum maxime potes, intima attingito. Quod si ad uomitum difficilis sit qui curatur, oleo, uel Irino unguento. Elaterium resoluito. DIXIT Ioannitius.) Nescio an dixerit Ioannitius, scio autem Paulum scripsisse, quòd uacuat ut scamonium, quantitate trium obolorum tritum cum lactis coyla. & Dioscorides quòd trahit bilem & pituitam. EDVCIT materias quæ sunt in iuncturis.) Non erat prætermittendum, ualere difficulter spirantibus, ut scripsit Dioscorides. Resoluit apostemata.) Radicem ait Galenus abstergere, discutere, mollire, & Dioscorides ueteres tumores cum polenta discutere. & cum Terebinthina panos rumpere. CONSERVATVR succus eius triennio.) Nullum ex medicamentis longiore æuo durare ait Plinius incipereq; à trimatu. Dioscorides à bimatu ad decennium esse purgationi aptum. Theophrastus ducentis annis seruatum testatur quo uero uetustius, eo esse melius, dixit Plinius. DOSIS eius succi, à decem granis, & reliqua.) Distinctus Dioscorides integram mensuram dicens esse obolum minimam semiobolum, infantibus era duo sufficere, hoc est, dicalchon, pondus uidelicet quatuor granorum, maiore copia esse periculosum. Paulus dat tres obolos.

De centaurio. Cap. 10.

SYL. centauriũ maius est uulgo rha põticum. Ani ʒ. Gaordiné nõ signauit.

CEntaurium est maius & minus, notis plurimis distinguuntur, ad omnia minus est præstantius, idque suis floribus pallidis, & citreis, ac semine. Colligitur Aestatis initio. Calfacit, siccat ordine † secundo, uel cum Rufo tertii initio, constans rerrea substantia ob ustionem ualde amara, & alia terrea non adusta, aquosæ mista, qua modice adstringit, & aerea parum dulci, & ignea subacri sine morsu. Ob hæc, ulcera & uulnera efficaciſsime curat & glutinat. Terget enim, siccat, excrementa consumit, aluum soluit aliquando tam uiolenter, ut aperiat ora uenarum; quibus sanguis emanet. Qua de re dubitauit Hermes præsertim cum uulnera cõglutinet & sanet, & Alkindi sententia, sanguinis sputo conferat, ipsum sistendo & apertam uasis partem glutinando. Sed ambiguitatem hãc soluit substantiarum in eo præcipuarum contrarietas, amaræ, scilicet & hac largioris stypticæ, quæ prima cogendo agit, quod à dominante substantia hæc facultas sit ad agendum promptior. Post longam autem eius actionem calor mordax ex acri substantia excitatus, corpus agitat, & noxas prędictas affert, non semper tamen, sed quando immodice purgat. † Purgat autem centaurium præsertim minus, pituitã crudam, & bilem flauam, & materias alias etiam à neruis & iuncturis, & hæc tarde. Ob id harum partium effectibus

†Hic modus loquẽdi innuit, hactenꝰ de

utroque lo cutum, & utrunq; pituitam & bilem uacuare, sed minus magis cui soli uis hæc à Dio. G. Pa. tribuit non ẽt magno, & sãguinẽ uacuare, si clystere in ischiadei niicit Ga. minori tribuit, ad rupta, & conuulsa dat maius Dio sc. & G. Cũ cõtusõ maiori cẽtaurio coctæ carnes coalescũt Dio sco.

confert,ut etiam ischiadi, clystere iniectum, uel cataplas- E
mate impositum. Musculis item attritis, sed cum panis mi-
ca,sale pauco,& melle,uel oleo. Obstructionem hepatis &
lienis sanat,colico dolori & uentris prodest,lumbricos ne
cat,& uacuat,menses mouet,uteri dolorem sanat, fœtum
educit. Styptica uero substantia sputum sanguinis sistit, uul
nera glutinat,ulcera etiam dysepulotica glutinat præser-
tim puluere per se uel in unguentum coacto, ac etiam po-
tu decocti ipsius fistulas & ulcera cacoethe sanat. Ambitio
se autem quidam ab eo carnibus diuisis incocto eas gluti-
nari aiunt. Cum mulsa,uel oxymelite,& sale pauco, uel de
cocto amens mellito & salem gemmæ habenti promptius
purgat & clementius. Mastiche autem addita, uenas ab eo
aperiri prohibet. Coctionem & trituram perfectã sustinet.
Datur à tertia parte ℥. unius usq; ad sescunciã. Decocto au
tem ab uncia una ad uncias tres.

SYLVII ANNOTATIO.

Maius ad drach. duas datur Dioscori. & Gale. minus ad
drach. unam & dimidiam coctum ad dimidias in aquæ co- F
tyl. paul.

Centaurij minoris historia ex Dioscoride.

Centavrivm minus limnesiũ aliqui uocauere, quo-
niam rigua amet loca, herba origano, aut hyperico similis,
caule anguloso, palmum excedente, flore lychnidis è puni-
ceo in purpuram uergente, folijs rutæ, prælongis, & paruis
fructu tritico simili, radice pusilla, læui, & superuacua, quæ
gustanti amaritudinem adfert.

De centaurea. Cap. 10.

ANT. Centaurea.[a] † Alia maior. Alia minor. Inter quas di-
stinguuntur proprietates notæ.

Electio. † Minor melior est in omni re,† cu-
ius flores & crura colorem habent citrinum palearẽ, † &
melior pars plantę sunt flores, & semina ipsius.† Et melius
tempus collectionis ipsius est principium æstatis.

CENTAVRIVM MAIVS.

CENTAVRIVM MINVS.

Complexio et proprietas. † Calidæ com-
plexionis est & siccæ in secundo. Et dixit Rufus. Est in
G principio tertij,†[b]& est composita ex partibus terreis adu
stis in parte dantibus ei amaritudinem, & ex partibus non
adustis, cum permixtione aquositatis, a quibus in est ei sti-
pticitas. Et est in ea de dulcedine aliquid à partibus aereis
& in ipsa est ex acredine aliquid à partibus igneis. Et ama
ritudo in ea plus est stipticitate ipsius, & stipticitas plus
dulcedine & acredine, & acredo in ipsa ẽ remissa sine mor-
dicatione. [c] Quare est ex maxime curantibus vulnera im-
mo sigillantibus ea. Imo est ipsa abstersiua, exiccatiua con-
sumptiua superfluitatum,[d] & solutiua uentris.[e]Et quando
superfluit, purgatio ex ea solutione educit sanguinem. Ape
rit enim orificia uenarum apertione sanguinem manare fa
ciente.[f] Dubitauit enim Hermes in ea de eo quod dicitur
quòd est aperitiua uenarum, & effusiua sanguinis, cum sit
sigillatiua uulnerum,& sanatiua. Adhuc autem dixit Alkin
dus. Confert sputo sanguinis, & aggregat ad retentionem
eius, & sigillationem loci manationis ipsius. Inquit Heben
Mes. Satis facit inquisitioni perscrutatio compositionis ip
sius, &.n. in ea amaritudo & stipticitas sunt sicut dominans,
H quæ sunt ad aggregandum magis, & fit prima consecutio
operationis per ipsas. A dominante enim uirtus prõptior.
Cum autem suscitatur caliditas ipsius & acrimonia post lõ
gam eius actionem, cum agitatione in corpore, fit consecu
tio operationis à uirtute substantiæ acutæ ipsius, & calidæ,
quare operatur quod diximus, & non semper, sed illud pro
prie quando ex ea purgatio superfluit.

Rectificatio. Est ex facientibus solutionem tar
dam & est cõturbatiua & aperitiua orificiorum uenarum.
Confortatur autem eius operatio cum aqua mellis, & oxy
melle, & pauco sale. Vel cum aqua decoctionis ameos mel
lita proprie, & salgemma, & remouetur cum hoc eodem
nocumentum secundum & remouetur tertium administrã
do aliquid de mastice cum ea. Coctionem autem & contri
tionem ad plenum sustinet.

Posse [g] † Solutione educit phlegma crudum, & pro-
prie minor, [h] & choleram citrinam, & materias à iunctu-
ris,

A uis, & mundificat neruos, & confert doloribus eorum, † &
confert ischiaticis iuuamentum magnum emplastrata, &
clysterizata. Et similiter emplastratio confert dolori ner-
uorum, & contritioni lacertorum & proprie cum mica pa-
nis, & sale pauco & melle uel oleo. [k]† Et est medicina op
pilationum hepatis, † & splenis, & prouocat menstrua,
† & sanat dolorem matricis, & educit fœtum. Et confert
colicæ, & dolori uentris, [l] &interficit uermes, & solutio-
ne educit eos, [m] iuuamenta autem ex re stipticitatis eius
sunt, quoniam † abscindit sputum sanguinis, † & sanat vul-
nera,† & mundificata, & consolidat, & proprie difficilis
consolidationis † & proprie puluis eius. Et vnguentum fa-
ctum ex ea & uinum decoctionis ipsius est potus ad hoc,
† & proprie ad fistulas & ulcera maligna [n] † & quidam di-
xerunt superstitiose. quoniam si coquitur cum carnibus con
solidat eius partes diuisas.

Dosis. Eius est à tertia ℥.i. vsque ad ℥.i.& s. & in deco-
ctionibus ab.℥,i. vsq; ad iii.

Andreas Marinvs.

B [a]Centavrea alia maior) Et si utriusq; centaurij Me
sues meminit, unius tamen minoris uires explicat. suspicor
autem huic uiro maius centaurium uerum ignotum fuisse,
neq; enim possum adduci, ut credam eum utrumq; tam ine
ptè confundere. fuit is in eorum hæresi (ut ego quidem opi
nor) qui maius centaurium esse putant, quod pinguiore so-
lo exortum, eiusdem tamen est cum minore speciei, sola
magnitudine differens. quo circa utrunq; conferens minus
præfert, utpote quod omnibus qualitatibus maius excellit
in eadem specie. [b]Et est composita ex partibus ʒ qui ueri-
tatem ex ueterum græcorum iudicio, non ex rebus ipsis æ-
stimãt, inter quos præcipui sunt Manardus, & Fuchsius, hoc
loco Mesuem miris modis lacerant, quasi utriusq; centaurij
uires confuderit, quas calumnias depulsas iri speramus, cũ
ostenderimus, minus centaurium, quo de loquitur, has om-
nes, quas illi tribuit, facultates habere, calidum igitur, sic-
cumq; in fine ordinis secundi, amarum, stipticum, subdulce,
atq; subacre cẽtaurium minus esse, partibus diuersis notius
est quàm ut interpretatione indigeat, gustu id effectibusq;
C apertè attestantibus. Quod si Galenus harum qualitatum
quasdam maiori, cæteras minori adscribit, non omnes uni,
nihil me mouet, quando fieri posse intelligo, ut non omnia
ille prosequatur, quę posteriores medici magna diligentia,
diuturnoq; rerum experimento compererunt. his igitur
qualitatibus omnia præstare posse centaurium, quæ noster
Mesues scribit, quilibet Galeni methodo instructus pote-
rit iudicare. [c] Quare est ex maximè curantibus uulnera)
quia terget amaritudine, siccatq;, atq; urit stipticitate.
[d]Et solutiua uentris) quod fatentur etiam græci, idq; pro-
pter acrimoniam, atq; amaritudinem, quæ extenuat, abster
git, atq; naturam impellit ad expulsionem. [e] Et quando su
perfluit purgatio) hoc est quando nimium abstergit, uel co
pia, uel eius usus frequentia aperit oscula uenarum, unde
sanguis effluit. [f]Dubitauit enim Hermes) nõ possũm equi
dem satis Mesuæ detractores mirari, ꝙ hunc locum unde
omnis illius defensio proficiscitur, non animaduerterint, ac
perpenderint, aut si id fecerunt, ambitionem uehementer
accuso, quippè luce meridiana clarius apparet uni minori
D centaurio adstringendi, atq; aperiendi contrarias faculta-
tes tribuisse, non utrunq; centaurium (ut ipsi uolunt) confu
disse, neq; id absq; magnis rationibus. si enim ijs qualitati-
bus, quas antea diximus, centaurium minus præditum est,
quid prohibet contrarios effectus edere illud posse pro ap-
paratu cum innati caloris, tum uerò artis ipsius uario? satis-
facit (inquit Mesues) inquisitioni perscrutatio compositio-
nis, ab amaritudinẽ, & stipticitate uincentibus fit ulcerum
exsiccatio, superante uerò acrimonia, quæ ab interno nati-
uo calore excitatur tractu temporis aperit, à dominante.n.
(inquit) uirtus est promptior. hoc idem de rheo, aloe, ab-
sinthio, cæterisq; medicamentis adduci potest, quæ partiũ
diuersitate uarios effectus pariunt, perpetuò etenim uerũ
illud est, ab uno unum manare, sed quatenus unum. simplex
autem medicamentum, & si numero unum est, ex partibus
tamen eterogeneis componitur, quarum singulæ opus suũ
præstant, uerum hæc lippis etiam nota sunt. Est ex facien-

tibus solutionem tardam) hydromel, atq; oxymel cum sale
centaurio addita uires eius, hoc est abstersionem augent,
quæ è nutritoriis membris muccos expurgat. [g]Solutione
educit phlegma crudum) quod in quauis corporis partem
ex incoctis alimentis ab imbecillo calore gignitur, quam-
uis præcipua sedes ueraque pituitæ metropolis cerebrum
est (authore Hippocrate) trahit autem humorem hunc
crudum centaurium minus, cum quòd feruido calore pene
trat, attenuatq;, & amarore deterget, tum uerò acrimonia
membrorum naturas lædit, atq; ad expulsionem impellit.
[h]Et choleram citrinam) si leuiora pharmaca, hoc est minus
calida, & acria bilem ab hepate, & uentriculo uicinis par-
tibus detrahunt, nulli mirum uideri, debet si centaurium
unà cum pituita bilem quoque educat, id quod non formæ
specificæ, sed primis, & secundis qualitatibus acceptum est
referendum, alioqui ratione superius dicta non posset uter
que humor detrahi ab eodem medicamento. [i]Et similiter
emplastratio confert dolori neruorum) adstrictoria nanq;
ui, & caliditate natiuum calorem excitat, augetq;, qui est
dolorum, morborumq; planè omnium medela. [k]Et est me
dicina oppilationum hepatis.) calor enim aperit, acrimo-
nia extenuat, amaritudo deterget, quæ omnia obstructionũ
præcipua sunt remedia, eadem menses cient, & fœtum ex-
cutiũt. [l]Interficit uermes) amaritudine insigni. [m]Iuuamẽ
ta autem ex re stipticitatis eius sunt) puluis minoris centau
rij terrena siccitate, ac stypsi sanguinis sputum supprimit, &
ulceribus cicatricem obducit. [n]Et quidam dixerunt super
stitiosè.) benè dixit superstitiosè, est enim ab omni fide a-
alienum, & magicum potius præstigium sapit, quàm medi-
cinam, ex his (ni fallor) apparet Fuchsij aduersus Mesuem
calumnias non modo παραδόξα esse (ut ipse appellat) sed
fortasse etiã παραλόγους, ab uno enim fonte omnes profici
scuntur. quem à Manardo accepit, probanda scilicet esse
sarracenorum inuenta, quatenus à græcis pendent; damnan
da, quæ ipsi per se inuenerint. quod si uerum est, medicinam
iam pridem perfectam, atq; omnibus numeris absolutam es
se confitendum erit, quod tamen ne Galenus quidem ipse,
aut Hippocrates bonorum omnium author in arte medica
asse reret, æstimanda sunt, quæ à sarracenis, cæterisq; medi-
cis omnibus scribuntur, non ad hominis cuiuspiam authori
tatem, sed ad rationis trutinam perpendenda, quod nos pro
uirili, in hoc saltem capite præstare conati sumus rei natu-
ram, non hominum nomina insequentes.

Manardvs, De centaurea.

Centaurium hoc à Chirone Centauro nomen accepit,
à quo etiam Chironium dictum est, quum solo nomine cũ
minore conueniat. Imperiti (ut Plinii uerbo utar) inuicẽ
utrunque confundunt, quod & fecisse Mesuen facile est ui-
dere, cum de utroque eodem capite scripserit, & uires u-
triusque indiscriminatim commiscuerit, secutus in hoc, si-
cuti in plerisque aliis, Auicennam. centavrea alia ma-
ior, alia minor.) Maiorem nostri seculi herbarii ignoran-
tes, minorem quæ humectiore simul & pinguiore loco na-
ta in maiorem longitudinem adoleuerit, pro ea imperitis
uenditant. Alii paulo solertiores, herbam pro ea monstrãt
foliis per interualla binis, interna parte uirentibus, exter-
na candicantibus, salice maioribus, flore luteo. Si quis ta-
men bene considerauerit notas, quas Dioscorides & Pli-
nius maiori Centaurio adscribunt, eas ita quadrare cogno
scet uocato nunc à uulgo Rheupontico, ut nulli rei magis.
Tertium est pręter hæc genus cognomine Triorchis, quod
ni fallor, fuit olim mihi è Liguria allatum, minori non mul
tum absimile, sed longe magis aluum soluens. minor me
lior est in omni re.) Falsum est hoc, alia enim in re vtroq;
melior. cvivs flores & crura colorem habent citrinum
palearem.) Falsum esse hoc, & res ipsa ostendit, & Diosco
ridis authoritas: flore enim constat in punico purpureum
referente, qualis est Lychnidis flos. melior pars plantæ
sunt flores.) Radicem inutilem dicunt Dioscorides & Ga
lenus, ramos uero, magisq; folia & flores, utilissima. et
melius tempus collectionis est principium æstatis.) Dio-
scorides uidetur distinctius locutus, dicens, exprimitur cũ
prægnans est semine. Auicenna dicit nasci utrunque in fine
ueris, quod si est uerum, non uideo quo modo in principio

ætatis perfectæ esse possint. CALIDAE complexionis est & siccæ in secundo. Nec Galenus nec Serapion eas repo nunt in ullo ordine, Auicenna in tertio. Si quis uero rectè naturam utriusq; examinauerit, dicet minorem esse calidio rem, non usquequaquè tamen, ut ad tertium ordinem ascendat. ET est composita ex partibus terreis adustis, dantibus ei amaritudinem: & ex non adustis, cum permixtione aquositatis, quibus ineſt ei stypticitas, & est in ea de dulcedine.) Confundi hic utriusque qualitates, consideranti res ipsas, & legenti Gale. facilè constat: de maiori enim ita loquitur Galenus: Radix sicuti in gustu contrarias qualitates ita in usu contrarias ostēdit operationes: gustui enim acris simul & adstringens, cum exili quadam dulcedine se offert. De minore uerò, quòd dominatur in ea amara qualitas, quæ exiguæ cuiusdam stypseos, id est, adstringentis saporis est particeps. SOLVTIONE educit phlegma crudum, proprie minor, & choleram citrinam.) Modus loquendi innuit de utraq; hactenus locutum, & hanc ipsam uim, pituitæ scilicet & bilis purgandæ, utrique conuenire, licet mino ri magis: cum tamen Galenus & Dioscorides minori tantū hoc adscribant, & Paulus purgare bilem, & mucos dicat. ET confert sciaticæ.) Hoc etiam priuilegium minoris est solum, de ea enim scribit Galenus ferè his uerbis. Decoctum herbæ nonnulli clystere iniiciunt ischiadicis, hoc est, his qui coxendice laborant, ut bilioſa & crassa educant. Quando autem adeò uehementer operatur, ut sanguinem uacuet, tunc magis iuuat. Et contritionī lacertorum.) De maiore scribunt Dioscorides & Galenus, quòd datur ad rupta & conuulsa. ET est medicina oppilationum hepatis.) Succum minoris in hoc esse optimū scribit Galenus. Spleni.) De eodem minoris succo dicit Galenus, bonum esse durato spleni, & potum, & extrinsecus applicitum. Et prouocat menstrua, & educit fœtum.) Eidem succo hoc adscribit Galenus, quòd suppositus menses educit & fœtum: de radice uerò maioris, quòd menses prouocat, mortuos fœtus extrahit, uiuos corrumpit & deiicit. Et Dioscorides, q radix maioris ad collyrii tenuitatem erasa, si subditur, menses & partus euocat. SANAT dolorem matricis.) De radice maioris scribit Dioscorides, quòd pondere duarum drachmarum, pota, uuluarum doloribus cōfert. Valet colicæ, & dolori ventris.) De maiore scribit Dioscorides, q torminibus pota medetur. ABSCINDIT sputū sanguinis.) De maiore scribit Dioscorides, quòd pota in aqua, si febris adsit: si non adsit, in uno sanat cruentas excreationes. ET sanat uulnera.) Vtraque huius uirtutis est particeps. De maiore enim ait Galenus, manifestari adstringentis eius qualitatis opera, in uulnerū glutinatione. Et Dioscorides utilè dicit uulneribus, & quòd in eum usum recens tunditur. De minore idem Dioscorides quòd tusa uireps uulnera cōglutinat: & Gal. quòd magna uulnera ea sanātur adhuc uiridi. ET mundificat ea & consolidat, & propriè difficilis consolidationis.) Hæc uidentur de minore intelligenda, de qua sic ad literā scribit Dioscorides: Repurgat ulcera antiqua, & ad cicatricem adducit, & Galenus: antiqua, & ad cicatricē difficilimè euntia ulcera, per eam ad cicatricem adducū tur. ET propriè puluis eius.) Non sic Galenus, sed quòd herba adhuc recens: & eodem modo Dioscorides, ET quidam dixerunt.) De magna hoc scribit Dioscorides, quòd coalescunt ea carnes, si cum contusa simul coquantur. ET propriè ad fistulas & ulcera magna.) De minore dixit Galenus quòd exiccata, exiccantibus, & glutinantibus miscetur, quæ sinus & fistulas sanare possunt, ac maligna ulcera, duritiesque emollire, nulla de potu facta tunc mentione. Dari tamen ait succum à quibusdam in neruorum passionibus bibendum, ceu siccantem simul, & absque molestia uacuantem. Eūdem cum melle illini oculis: purgat enim vt inquit Dioscorides) ea, quæ obstant luminis claritati. Maiorē præterea ualere ad spirandi difficultatem, & antiquā tussim tradunt Galenus & Dioscorides: additq; hic lateris dolores. Dosis.) Dioscorides & Galenus dant duas drachmas maioris, Paul. drachmam unam feminis minoris, in cotyla aquæ ad medietatis consumptionem cocti.

De Cnico. Cap. xv.

CNicus est agrestis (nam quem Indicum addunt, & nil uocant, cnicus non est) & satiuus, idemque melior semine, præsertim & eo albo magno, inæquali plano, pleno medullæ pinguis, cortice tenui. Nec inutilis est flos croci pilorum effigie. Calfacit ordine primo, siccat secundo, agrestis calidior, siccior, minus flos. Pituitam & aquas uomitu, & deiectione uacuat sumptus, & clystere iniectus. Ob id morbis inde natis, ut colico affectui, & similibus confert. Thoracem quoque & pulmonem expurgat, præsertim eclegmate sequente, & oleo suo, unde & uocem claram reddit: sperma quoque usu auget, sed alimentum est prauum. Stomacho ualde noxium, in eoque & mammis lac dicitur cogere, fastidiendum ac nauseabūdum est, ac cō turbans. Facultate est lactariarum plantarum, sed remissa: terget, aperit, etiam flore cum mulsa icterum sanante. Ne uentriculum lædat, ei misce stomachica, anisum, galangam, mastichen: acria uero, ut cardamomum, zingiber, sal pamæ, addita, actionē ipsius celerant, & intestinorum noxam prohibent. Sic medullæ eius ʒ.x. cum cardamomi aureo uno in catapotia cicerum magnitudine ʒ.v. sufficienter purgat Paulo authore. Eadem medulla panno ligata, oxymeliti præcipue scillitico dū coquitur mersa, purgatorium id facit. Medullæ eiusdem aurei duodecim, pe nidiorum aurei quatuor, cardamomi, zingiberis, ana aur. v. num, cum melle forma bolos nucis magnitudine. Da unam uel.ii. Medulla eadem ex iure galli, uel gallinæ cum speciebus prædictis cocta idem præstat Galen. Vel medullæ eius drach. tres, amygd. ʒ.i. stробylorum. ʒ. semis, cum melle cocto & succo scillæ fac eclegma mirificum in thoracis affectibus. Oleum ex eo semine, ut amygdalis & balano myrepsica, extrahitur. Datur à drach. iiii. ad aur. quinque. Flos à ʒ.i. ad aureos duos.

Cnici, quem Carthamum uulgus uocat, historia ex Dioscoride.

CNICVS folijs constat oblongis, per ambitum diuisis, asperis, spinosis, caule sesquipedali, capitulo magnitudine grandis oliuæ, flore croci, semine candido, alioqui rufo, longo, anguloso.

CARTHAMVS.

De

De Carthamo. Cap. xi.

CArthamus duorum modorum est. Est enim domesticus: & siluestris, & dixerunt quidam quod nil est ex speciebus carthami, & elongati sunt.

ELECTIO. Carthamus de quo loquimur est domesticus, & melior pars plantæ eius, est semen eius. Post illud flos eius, & melius semen est, quod est album, & planum crassum, & plenum: cuius medulla est unctuosa pinguis, & cortex est tenuis. Et melior flos est qui est sicut pili croci.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calidæ est in primo, & siccæ in secundo: & flos eius est minus calidus & siluestris est calidior & siccior: est enim in eo uirtus lacticiniorum remissa: est autem carthamus absterſiuus, aperitiuus, & conturbatiuus, & faciens nauseam: & ineſt ei uirtus educendi per uomitum, & per uentrem, & eius nutrimentum est prauum, & multum nocens stomacho, & dicitur quod caseat lac in mammilla, & stomacho.

RECTIFICATIO.) † Nocet stomacho faciens fastidium & est tardæ & debilis solutionis † & dimittit uestigia lenitatis in uisceribus. Emendatur autem primum nocumentum ex eo permiscendo ei aliquid ex medicinis stomatichis, sicut anisum proprie & galanga, & mastix, & similia, & confortatur ei solutio & emendatur nocumētum quod imprimit in intestinis permiscendo cum eo aliquid ex medicinis acutis: sicut cordumeni proprie & zingibere & salpanis, & sal gemmæ, & similia. Inquit Paulus. Accipe medullæ eius. ʒ.x. cordumeni aureum. i. fac ex eis grana sicut cicer: & da. ʒ.v. Soluit enim sufficienter. † Dixit etiam. Liga ex medulla eius quantitatem sufficientem in panno: & ſuspende in oxymelle quando coquitur, & erit solutiuum, & proprie si fuerit oxymel scilliticum. Inquit Alkanzi. Accipe medullæ ipsius aur. xii. penidiarum aur. iiii. cordumeni: zingib. ana aur. i. aggregentur omnia cum melle. & fiant formæ sicut nuces & da ubi oportet vnam vel duas.

† Et dixit Gale. Decoquatur medulla eius in iure galli, vel gallinarum cum speciebus, & propinetur ubi oportet: & dixit etiam ex medulla eius, & tertia ponderis ipsius ex amygdalis, & sexta ex pineis: & aggregentur omnia cum melle cocto, & succo scillæ, & fit looch iuuamenti mirabilis ad ea, quæ dicemus. Extrahitur ab ea oleum iuuamento rum mulcorum, & eius operatio est sicut operatio olei de ben & olei amygdalarum.

POSSE Solutione educit phlegma per uentrem & uomitum, & similiter aquositates, & ualet ad ægritudines ex eis: sicut est colica: & clysterizatus ualet similiter, & mundificat pectus & pulmonem, & proprie looch prædictum, & alii modi administrationis eius, & clarificat uocem, & similiter oleum ipsius, & usus ipsius in spermate augmentum efficit. † Flos uero eius cum aqua mellis, remouet icteritiam.

DOSIS eius est à ʒ.iiii. usque ad aureos quinque, & floris eius à ʒ.i. usque ad aur. ii.

MANARDVS, De Carthamo.

Cnicum uocant Græci, & Latini, Carthamus iam cœpit, dici. DVORVM modorum est.) Dioscori. de unico loquitur. Theophrastus duo facit genera, syluestre, & satiuū. CALIDVM est in primo, siccum in secundo.) Sic Auicenna præceptor huius. Galenus autem & Paulus calefacere dicunt in tertio, siquis extrinsecus utatur. NOCET stomacho.) Laudat eum ualde Auerrois, nobiliorem esse dicens omnibus medicinis purgātibus, & quod pituitam euacuat absque timore. Sed, & Galenus libro 5. salubrium, præfert Cnicum Aloe in soluenda aluo senum, per triduum adstricta. DIMITTIT uestigia lenitatis in uisceribus.) Galenus loco supra allato, potius uidetur contrarium dicere. INQVIT Paulus.) Paulus coquit drachmas quinque, cum ptisana & paucis salibus, ut educat aquam, nec meminit Cardamomi. ET dixit Galenus.) Nescio ubi dixerit Galenus: scio autem Dioscoridem dixisse, contundi eius grana, & dari cum aqua mulsa, aut gallinacei iure. ET dixit etiā.) Dioscorides sic describit: Cnici albi sextarium, amygdalæ thapsiæ tostæ, & expurgatæ cyathos 3. anisi tantundem, ut Cnici, aphronitri drachmam, ficuum siccarum numero tri-

ginta, interiorem carnem. Galenus Caricas & Cnicum mi scet æquo pondere.

De Balano myrepsica. Cap. xii.

BAlanus myrepsica, ideſt, glans unguentaria, fructus est magnus quidem nucis auellanæ magnitudine, triā gulus. Paruus uero ciceri similis, malus: uterque tamen medullā leni, & unctuosa. Magnus est præstantior, præsertim si uetus est, cortice est albo, leui, tenui, medulla intus alba, leni, pingui, paruus, si ex nigro albescit, & medulla est alba, leni, pingui, & uetus, est innocentior. Calfacit maior initio ordinis tertii, siccat secundo. Humiditatem habet excrementosam & acrem, qua uentriculum subuertit, nauseam excitat, uiscera conturbat. Pituitā crassam & lentam uomitu & deiectione purgat: quare confert colico affectui pituitoso, & flatulento, sumptus, balano, clystere iniectus, cataplasmate ex ipsius medulla, hordei farina, & melle appositus, & calore suo neruorum frigidis affectibus, spasmo, tetano, contractioni. Tumores quoq; duros, strumas, nodos resoluit cum melle. Hepati autem, aut lieni obstructo, uel durato cum farina lupinorum, & spica confert imposita. Ad hęc autem fructus minor, & eius oleū efficacius admouentur. Idem oleum auri infusum, tinnitui, sibilo, surditati auxiliatur, cicatrices fœdas, lentigines, alphos, & cætera cutis uitia emendat. Incidit enim, tenuat, terget, expurgat, aperit obstructa. Paruus autem ad omnia est ualentior, molestę purgat, uires deiicit, sudorem q; frigidum mouet. Ob id non utendus etiam oleo, nisi emplastro, unctione, cataplasmate. Magnus ne uentriculo noceat, facit assatio, ut in canonibus diximus. Ea enim humiditatē excremētosam, & acrem horum symptomatum causam coquit, & resoluit: tuncque solum deiectione purgat. Addūtur præterea ipsi, præsertim coquendo, semen anisi, & fœniculi. Ex huius autem ita cocti medulla cum dimidio ponderis amygdalarum dulcium, & melle uuarum passarum formæ fiunt auellanarum effigie. Ipsi autem fructus integri, uel potius horum medullæ multum tritæ aromatibus aliquibus, uel anisi, & fœniculi semine adiecto, inuoluuntur papyro, & maza, post coquuntur sub cinere calido.

Oleum autem ex his extrahitur, ut ex amygdalis. Datur à ʒ.s. ad ʒ.i. & semissem.

Ben hoc est glandis unguentariæ historia ex Dioscoride.

GLANS unguentaria fructus est arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis. cuius nucleus amigdalarū amararum more tritus, humorē reddit, quo ad pretiosa unguenta pro oleo utuntur. Nascitur in AEthiopia, AEgypto Arabia, & Petra oppido secus Iudæam.

De Ben. Cap. xii.

BEn est granum almesus, & eius aliud magnum, aliud paruum. Magnum autem est in magnitudine fructus auellanæ † triangulatum. Paruum uero est sicut cicer, & utrunq; habet medullam unctuosam lenem, & albam.

ELECTIO. Maius incolume est. Paruum uero malignum est. Magnum autem melius est, cuius cortex est albus, planus, tenuis, & cuius medulla est alba, lenis, multæ unctuositatis, b† & quod est antiquum melius est recenti. & paruum melius est subnigrum declinans ad albedinem, & cuius medulla est unctuosa, alba, & lenis, & antiquū melius est recenti acuto.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Magnum calidū est in principio tertii: siccū in secundo & in ipso est humiditas superflua cum acredine, † & est incisiuum, absterſiuum, mundificatiuum, & aperitiuum oppilationum, subuersiuum, uiscerum conturbatiuum propter humiditatem eius superfluam præparans ad uomitum, & minus fortius est in omni re faciens operationes difficiles & laboriosas perducentes ad casum uirtutis & sudorem frigidum.

RECTIFICATIO. Parui prohibenda est administratio nisi in emplastris, & fricationibus, & olei ipsius similiter nisi in unctionibus. Magni autem malitia est corrigibilis. Et sunt hæc corrigibilia in ipso. † Nocet. n. stomacho faciens in eo subuersionem, & est laboriosæ solutionis & tardæ. Et nos quidem diximus in canone, quòd assatio eius resoluit

ab ea, & maturat humiditatem ſuperfluam & acrẽ cauſam ad ſubuerſionem & nauſeam,& dimittit ei,ut ſit ſolutiuum per uentrem tantum. Semen autem fœniculi: & aniſi cum eo rectificat nocumentum primum,& proprie mixta decoctioni ipſius.

BEN ALBVM.



Et fiunt ex medulla eius poſt coctionem ipſius,& medio ponderis ex amygdalis dulcibus, & melle paſſularum formæ ſicut auellanæ, & ſunt iuuamenti magni ubi oportet. Operatio decoctionis eius.Accipe ex eis integris quantitatem quam uolueris & inuolue in paſta, & coque in cinere calido,uel extrahe medullam eorum & contere contritione multa,& pone ex ſeminibus & ſpeciebus aliquas, & inuolue papyro,& deſuper inuolue paſtã,& fac ſicut ſuperius diximus.† [d] Oleum autem eius extrahitur ſicut oleum de amygdalis.

Posse. [e] † Per uomitum, & uentrem educit phlegma crudum, & craſſum, & eſt mirabilis medicina ad colicam phlegmaticam & uentoſam,& etiam clyſterizatum,& ſuppoſitum. Et fit emplaſtrum ex medulla eius, & farina hordei,& melle & reſoluit apoſtemata,& ſcrophulas.†Et emplaſtratur ſuper hepar, & ſplenem, & proprie cum farina lupinorum & ſpica,& confert duritiei, & oppilationi eorum.Ben autem paruum emplaſtratum ægritudinibus iam dictis eſt uirtuoſius,& ſimiliter oleum eius: † & cum melle tantum,ualet ſimiliter ad ægritudines neruorum frigidas,ſicut eſt contractio & ſpaſmus.Calefacit enim eos, & lenit duritiem eorum,& nodoſitatem. † Oleum autẽ de bẽ notum confert ueſtigiis ulcerum, & lentiginibus & fœditati cutis,& morpheæ.Et diſtillatum in aurem confert dolori eius, & ſonitui in ipſa,& ſurditati,& ſibilo.

Dosis eius eſt à.ʒ.s.vſq; ad.ʒ.i.& s.

Andreas Marinvs

De folio arboris non conueniunt ueteres,Dioſcorides enim myricæ,Teophraſtus myrthi, Plinius uerò heliotropij folio perſimile eſſe affirmat.nos ueram imaginem arboris P.Antonij Michaelij liberalitate nacti Theophraſti lectionem probamus,mendumq; in Dioſcoride fuiſſe ſuſpicamur,neq; Plinij ſimilitudo, qui heliotropio confert mihi ſanè diſplicet,eſt enim reuera eius arboris folium myrthi, ſeu heliotropij folijs haud abſimile,ſicuti cum myrica nihil

E ſimile habet.ſed & arbor eſt procera,quæ unguentariã fert glandem,non ut myrica arbuſtum. [a] Ben eſt granum) uocant arabes ben illius arboris fructum,græci βάλανον μυρεψικὴν.hoc eſt glandem unguentariam appellarunt,Plinius, & Aetius myrobalanum nominauerunt, atq; illud quidem tam lepidè, quàm ineptè alij pruna indica myrobalanos nuncuparunt. [b] Et quod eſt antiquum melius eſt recenti) recens plus humoris quàm antiquum reddit, ideò à Dioſcoride præfertur recens,antiqua uerò,utpote quæ minus habet excrementoſæ humiditatis,qua uentrem ſubuertat, uſu medico magis expetitur quàm recens,uideturq; non abſq; ratione Meſues noſter antiquam præferre,quàmuis aduerſarij in hoc quoq; cauillentur. [c] Et antiquum melius eſt recenti.) hæc periodus uidetur ſuperflua, cum idem paulo ante dixerit in uetuſtiſsimo codice noſtro additur in fine uox, acuto, quaſi acrimonia glandis uetuſtate remittat, ſicuti humiditas ſuperuacua reſiccatur, quæ lectio Meſues rationem illuſtrat. [d] Oleum autem eius extrahitur ſicuti oleum de amigdalis)ex quarum nucleo abiectis putaminibus elicitur paſsim uulgò, quanquam Manardus,quòd F aliter ſcriptum inuenerit apud Theophraſtrum, & Pliniũ, unde nam oleum hoc extrahatur dubitet primum, deinde uerò cum Hermolao aſſerat ex cortice potius exprimi, quod quid aliud eſt,quàm euidentia obſcuris præferre?ſicuti enim nemo neſcit ex nucleo oleum prodire,ita uix reperias qui ex cortice extorqueat,niſi forte diligentiſsimus aliquis chymiſta ex eo,ſicut ex rebus aliis aridis oleum igne ſublimet.quod tamen Manardus non eſt opinatus.Per uomitum,& uentrem educit phlegma crudum.) quia incidit & ualenter abſtergit.poſſumus tamen abſq; magno artis dãno etiam hoc pharmaco carere,in quo plus eſt incommodi quàm commodi, nec deſunt, quæ hoc ipſum commodius præſtent.

Manardvs, De Ben.

Græci balanum myrepſicam,Latini unguentariam glandem uocant.Plinius & Aetius myrobalanum nominarunt, diuerſa quidem uoce,ſed eodem ſignificato:quod ſcilicet, ut etiam Martialis ait,ex unguento conſtet, & ex balano, G res: ut olim celebris, ita paucos ante annos ferè ignota, nunc autem unguentariis ad odorum materiam notiſsima, & (ut audio) in Hiſpania frequens.Quo tẽpore hanc epiſtolam ſcripſi,ignota erat, nunc cœpit eſſe notiſsima. Eſt autem fructus,ut ait Dioſc.arboris Myricæ ſimilis.Plinius Heliotropij. Theophraſtus myrti folio conſtare dicit eius aliud magnum, aliud paruum.) Non uidi quempiam magnitudine ſpecies huius fructus diſtinguentem,ſed Dioſcorides & Plinius abſolutè magnitudine auellanæ definiunt.Theophraſtus Capparis quãtitate & figura. Plinius ex uarietate regionum,in quibus naſcuntur, genera diſtinguit. triangvlatvm.) Sanè hoc intellige,triangulum.n. æquilaterum in baſe habet,ſupra quem pyramis ſurgit triãgula & ipſa, ſed cum quadam ueluti circulari extuberantia qualem in nonnullis auellanis & capparibus inſpicimus, quibus ſimilis ab authoribus dicitur. electio.) Illam eligit Dioſcorides,quæ eſt plena,candida,& quæ ſuo cortice facilè ſpoliatur.Plinius petream optimam eſſe dicit nigro cortice,& candido nucleo. et, quod eſt antiquum, me- H lius eſt recenti.) Totum contrarium ſcribit Dioſcorides, recentem uidelicet eſſe meliorem. magnvm calidum eſt in principio tertii.) Galenus ſuccum carnis calidum eſſe dicit,ſed non quo in ordine.Ego ex his,quæ probati de ea authores ſcribunt,non adeò calidam puto. Et eſt inciſiuum abſterſiuum.) De fœcali parte ſcribit Galenus,quòd abſtergit & incidit:de toto fructu idem,addens quod adſtringit. Nocet ſtomacho.) Dioſcorides addit,ualde. Olevm autẽ eius.) Dubium eſt ex quanam parte elici oleum debeat. Prima Dioſcoridis Græca æditio,ex interiore:ſecunda ex quanam parte elici debeat, non meminit Hermolaus ex cortice,quod ego magis probo, ceu conſonum Theophraſto & Plinio. Succo carnis eius uti unguentarios,ait Gal. Vnguentarios autem propterea eos uocabant olim,qui unguenta odorata parabant. per uomitum & uentrem educit phlegma.) Galenus:ſi quis carnis biberit drachmæ pondus cum aqua mulſa,uomitorium experietur pharmacum, quod

quod plerunque etiam per inferiorem uentrem copioſe educit. et cum melle tantum ualet ſimiliter ad ægritudines neruorum frigidas.) Dioſcorides cum aqua mulſa imponit podagricis. et emplaſtratur ſuper hepar & ſplenem, proprie cum farina lupinorum.) Pro ſplene farinam orobinã, uel foliaceã miſcet Galenus. Bibitur etiam cum oxycrato ad expurganda uiſcera, præſertim hepar & lienem, quem etiam conſumit ſecundum Dioſcoridem pota drachmæ põdere. Olevm autem de Ben confert ueſtigiis ulcerum: & reliqua.) Dioſcorides totam ipſam glandem,Galenus fœculentam partem cum aceto,ad ſcabies & lepras apponũt. Dioſcorides addito nitro, ad uitiligines, & cicatrices nigras:& cum urina ad lentigines,uaros,& ephelidas.

De lapide Armeno. Cap. 13.

SYL. Alb' Alex. apud quẽ ualẽtiorla pide Cyaneo non legitur. Lotus au tẽ nec calidus, nec ſiccus ual de uti nec amarus, nec inſua uis. Alexan. Alexãder quinquagies Aeti' grammaria. 4 ioboloſ oẽo Alexan. illoti ſcriptula tra uel quatuor, loti quinque, uel ex præbet.

Apis Armenus atram bilem purgat tutius,quam elleborus,& ualentius,quam lapis Cyaneus,autore Alexandro Tralliano. Eligendus colore inter uiridem & obſcurum terreum,Indumque,medio maculis tum uiridibus,tum nigris diſtinctus,tactu lenis, aſperitatis expers, lapidea nondum duritie,ſed facile friabilis, & pulu erabi- B lis.Calfacit,ſiccat principio ſecundi ordinis,atram bilẽ uacuat etiam ex cerebro.Proinde melancholicis affectibus, melancholiæ morbo,maniæ,epilepſiæ,uertigini, cephalalgiæ,mœrori,timori ſine cauſa manifeſta,quartanis,cãcro, lepræ,lienis denique malis ſuccurrit,quia etiam terget, ac reſoluit.Sed quoniam non ſolum deiectione purgat nõ lotus,ſed etiam uomitu, uentriculum turbando, & euertendo,& angendo:lotus eſt dandus,quod is ſolum deiectione purget,& citra moleſtiam.Tritus autem lauetur aqua dulci,tricies mutata.Deinde aqua roſarum, uel potius bugloſſi cum Alchindo,decies mutata,ut eis uis quædam mira ad affectus melancholicos acquiratur. Datur non lotus à.ʒ.s. ad ſeſquidrac.lotus autem à.ʒ.i.ad drachmas duas.

De lapide armeno. Cap. 13.

Apis armenus, † inquit Alex. à uerificatoribus eſt inuentus prærogatiuam habere in educendo nigrã choleram, cuius operatio eſt incolumior elleboro nigro † & uirtuoſior lapide lazuli.

ANT.

Electio. † Melior eſt habens colorem medium inter C uiridem & obſcurum,terreum & indum. Et habet macularum diſtinctiones uirides & nigras. Et qui non eſt in lapidis termino,immo eſt facile diſſolubilis,& pulu erizabilis: & qui eſt tactus lenis carens aſperitate.

Complexio et proprietas. † Calidæ complexionis eſt in principio ſecundi,& ſiccæ in ipſo, †& eſt reſolutiuus abſterſiuus,& eſt ex conturbantibus, & ſubuertentibus ſtomachum,& educit per uomitum,& per uentrem.

Rectificatio. Nocet ſtomacho generans ſubuerſionẽ & faciens cum anguſtia ſolutiones.Et dixit Alex.Non lotus per uomitum ſoluit & per uentrem,& cum labore.Lotus autem ſoluit per uentrem,& ſine moleſtia. Ars autem in lauando ipſum eſt hæc. Teratur cum facilitate in uaſe lapideo: deinde fundatur ſuper ipſum aqua dulcis & lauatur ſicut terendo, & fiat illud trigeſies,ſemper innouando aquam & adhuc decies poſt illud lauetur aqua roſata.Et dixit Alchindus. Lauetur cum aqua bugloſſæ poſt purgationem eius.Acquiritur enim ei mirabilis proprietas ex hoc ad ægritudines melancholicas. D

Posse [a] † Solutione educit choleram nigram,& cũ uirtute mundificat cerebrum ab ea:& ualet ad ægritudines eius melancholicas,ſicut eſt mania & melancholia,& uertigo,& dolor capitis [b], & epilepſia, & ad ægritudines timoris & ſuſpitionis,& ad lepram,& ad ægritudines ſplenis,& ad cancrũ,& ad morpheã nigram,& melãcholicas febres.

† Dosis Non loti potio eſt ante.ʒ.s.vſq; ad.ʒ.i.s.Et loti potio à.i.uſq; ad.ii.

Andreas Marinvs.

De lapide Armeno.

Nescio qua ductus ratione Meſues lapides, ac ſales plantis interpoſuerit,deinde & gummi, quæ omnia alium ordinem poſtulabant,prius enim plantarum purgantium uires,deinde gummi,poſtremò metallorum facultates Galeni ſaltem exemplo erãt explicandæ.in quo tamen non tam Meſuem accuſo,quàm librariorum incuriam, & ſuperioris

A ſæculi conditionem.Solutione [a] educit choleram nigrã) quia naturam uehementer lædit,ac ſtimulat, ualenter trahit præ calore,reſoluit acrimonia,abſtergit amaro ſapore. quòd ſi atram bilem à remotis partibus attrahit hiſce qualitatibus,bilem,& pituitam,quæ promptius cedunt longè facilius educit. [b] Et epilepſia) quæ magna ex parte à pituita oritur,& ſpiritu pituitoſo, quam quam ab humore melancholico,eiuſue acerrimo ſpiritu interdum oriri cõſueuit.

Manardvs. De lapide Armeno.

Armenicum Galenus libro nono, Plinius Armeniũ uocat,dicitque eſſe Chryſocollæ modo infectum. inqvit Alexander,& reliqua.) Alexander Trallianus, ubi reliqua non contulerint,hunc lapidem melancholicis præbet, quẽ præſtare dicit Elleboro albo non ſolum quia efficacior: ſed etiam quia abſque moleſtia,& periculo operatur: & ideo legendum in Meſue pro Elleboro nigro album. virtvosior lapide lazuli.) Hoc non lego apud Alexandrum. melior eſt habens colorem medium inter uiridem, & obſcurum: & reliqua.) Dioſcorides probat eum in quo læuor eſt & cę- B ruleus color cum æqualitate magna, illapidoſusque eſt, & facilè frangitur.Plinius optimum eſſe dicit Armeniũ quod maxime uiride eſt,communicato colore cum cæruleo. calidae eſt complexionis in principio ſecundæ, & ſiccæ in ipſo.) De loto ait Alexander,quod neque calefaciendi, neque ſiccandi uim ualidam habet,ſicuti nec amaritudinem, aut inſuauem aliam qualitatem. et eſt reſolutiuus, abſterſiuus.) Galenus abſtergit cum pauca acredine,& minima ſtypſi.Ars autem in lauando.) Alexander uult,ut lauetur quinquageſies.Tutius uerò iuxta Galeni ſententiam,toties abluere, aquamque tandiu mutare, donec aqua ipſa pura ab omni ſorde uideatur, omnique ſapore medicamẽti careat. Docuit autem hoc Galenus non peculiariter de hoc lapide,ſed in uniuerſum de quauis re lapidoſa, quæ ſit abluẽda. ſolvtione educit choleram nigram.(Aetius purgat atram bilem,& quicquid craſſum & tenax commixtum ſanguini eſt.Quare datur his qui atra bile uexantur, elephantioſis, nephriticis, aſthmaticis. Dioſcorides,poteſt omnia, quæ Chryſocolla,ſed imbecillius.Plinius uerò Chryſocollã dat C in angina & his qui non niſi recta ceruice bene ſpirãt.Quare ſequitur,ut etiam hic lapis in eiſdẽ morbis bibi poſsit. Ophtalmicis quoque miſcetur,& pilos auget palpebrarũ. dosis.) Aetius grammaria quatuor, quæ faciunt obolos octo.Alexander illoti,uel quatuor ſcrupulos,loti quinque, uel ſex præbet.

Modus lauandi lapides ſecundum Galenum.

De lapide Cyaneo. Cap. 14.

ANT. Lapis ſtellatus, & lazuli cœruleus Latinis Marchaſita Arabum,pyrites Græcorũ eſſe quibuſdã uidet.Cyaneus acer purgat diſcutit cũ quadã adſtrictione Gal. reprimit, exedit modice cruſtã efficit,& exulcerat Dioſcor.ſ.admotus.

Apis Cyaneus marmoris ſpecies, uulgo etiam ſtellatus dicitur, quod maculas quaſdam aureas ſtellarum modo radiantes habet,colore ex uiride, cœruleo,ſplendente,purus,grauis.Qui uero albus eſt, impurus,marchaſitæ miſtus. Marchaſita item dictus,macularum expers,leuis,improbatur. Calfacit ordine ſecundo,ſiccat tertio,uel etiam tertio calfacit Humain. acer eſt cum pauca ſtipticitate.Purgat melancholiam, & vſtos humores,hiſq; uenas ſanguinemq; expurgat. Ob id affectibus melancholicis magnopere confert, melancholiæ morbo, maniæ,epilepſiæ: mœrori, & timori ſine cauſa manifeſta à lepra præſeruat,quartanas,ſanat, tremori cordis, ſynco- D pi prodeſt.Cor enim roborat,eius noxas aufert, animam exhilarat,corpus floridum diu tuetur, uitam reddit beatam, thoracem & pulmonem craſsis & lentis humoribus expurgat.Ob id confert aſthmati ab his naſcenti,ſplenis affectibus remedio eſt.Menſes ſuppoſitus educit,hęmorrhoidibus recentibus uſu prodeſt. Acrimonia urit, ulcerat, putrefacit, terget,incidit:non lotus quoque pilos radit, lotus eoſdem ſeruat, productiores reddit,& in palpebris nouos gignit.

Noxas habet cum lapide Armeno communes, ob id eſt, ut ille abluendus,diutiuſque teri ſuſtinet quam Armenus. Nonnulli eius loti drach.octo miſcuerunt uni libræ confectionum lætificantium,& dederunt cum ſucco bugloſsi depurato,& uino tenui antiquo,contra cordis affectus melancholicos, animumq; ita recrearunt, & gaudii ceu minerã quandam effecerunt, & nos hoc modo utimur. Serici cocco baphica tincti libr.una mergatur hora una, ſucci pomo-

rum dulcium & aquæ roſarum ana lib.una dimidia,poſt mo dice coquatur,donec aqua rubeat extracto tunc ſerico,reliquum ad mellis ſpiſsitudinem percoquitur cum ſacchari albiſſ.lib.una & dimidia.Ab igne depoſito,& adhuc calenti iniice ambræ crudæ fruſtatim conciſæ drach.ſex : qua liquata,ſuper da puluerem ſequenti: ligni aloes crudi & cinnamomi,ana drach.quatuor,lapidis Cyanei loti & præparati drach.duodecim , margaritarum drach. duas , auri boni drach.unam & tertiam,miſce prædictis.Remedium eſt præſtantiſsimum ad cordis tremorem,ſyncopen,deſipientiam, triſtitiam ſine cauſa,animamque mirum in modum roborat.Datur à drachma una ad drach.duas & dimidiam.

De lapide ſtellato. Cap. 14.

ANT. LApis ſtellatus eſt lapis de genere marmorum habens maculas ex auro,& eſt aliis albus,& dicitur marchaſita. [b] † Alius uiridis , clarus,cœleſtis,& uocatur lapis lazuli,& quandoque minera fert utrunq; ſimul.

ELECTIO. Melior eſt cuius color eſt uiridior in colore lazulini,& habet maculas aureas,& mixta cum marchaſita eſt non bonus , & non maculatus eſt non bonus , & ſimiliter leuis.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Eſt calidus in ſecundo , & ſiccus in tertio,& dixit Humain : eſt in utroque,in tertio, † & eſt in ipſo acuitas non uacuata ſtipticitate aliqua, [c] & eſt ex parte acuitatis eius adueſtiuus,ulceratiuus,putrefactiuus,abſterſiuus,& inciſiuus. [d] Et in non loto eſt proprietas radendi pilos . Lotus autem conſeruat & prolongat eos,& generat pilos [e] in palpebris.

RECTIFICATIO. Sunt in eo nocumenta,quæ diximus in lapide armeno,& expedit tollere nocumenta eius ſimiliter cum ablutione ſicut diximus ſuperius . De triturationeautem ſuſtinet pluſquam lapis armenus.Quidam autem ex ſapientibus poſuerunt ipſum poſt eius ablutionem in confectionibus letitiæ,& proprie.3.viii.ex eo ad lib. unam ex confectione, & dabant cum ſucco bugloſſæ depurato & uino ſubtili antiquo,& eſt medicina ſolennis ad ægritudines cordis melancholicas,dilatat enim animam & facit in ea mineram gaudii .

Confectio lapidis lazuli ex inuentione noſtra . Accipe ex ſeta tincta ex kermes lib.i.Submerge eam in ſucco pomorum dulciũ & aqua roſarũ,an.lib.i.& ſ.dimitte die una. Deinde fac modicum bullire uſq; dum aqua rubeat,deinde extrahe ab ea ſeram,& pone zucchari tabarzeth.3.cl. & coque uſquedum habeat ſpiſsitudinem mellis & remoue ab igne,& proiice in eo calido ambræ crudæ fruſtatim in ciſæ 3.vi.& dimitte liquefieri in eo.Deinde proiice ſuper eum puluerem rerum harum.Accipe ligni aloes crudi,& darſeni,ana.3.iiii.lapidis lazuli loti & præparati.3.xii. margaritarum.3.ii.[f] auri boni.3.i.& tertiam cõfice cum prædictis . Eſt enim hæc medicina maximi iuuamenti ad pulſum cordis,& ſyncopim,& algueſgues & triſtitiã ſine cauſa . Et eſt ex rebus animam confortantibus confortatione mirabili .

POSSE. ℊ † Solutione educit melancholiam [h] & humores aduſtos,& mundificat uenas,& ſanguinem ab eis,& nõ lotus educit per uomitum,& per uentrẽ humores craſſos , & melancholicos,& confert ad egritudines cerebri & cordis,ſicut eſt epilepſia,& mania,& melancholia,quarum eſt materia humor melancholicus, & confert iuuamentum ſublime ægritudinibus timoris & tremori cordis, & ſyncopi & confortat cor,& aufert nocumenta eius , & dilatat animam,& mundificat pectus,& pulmonem,& confert aſmati ab humoribus craſsis, & ægritudinibus ſplenis,& eſt ex rebus conſeruantibus iuuentutem,& beatificantibus uitã, & ipſe quidem preſeruat à lepra,& ſuppoſitus educit mẽſtrua & datur patientibus febres melancholicas,& curat eas,[i] et confert uſus eius ad hæmorrhoidas recentes .

[k] DOSIS eius eſt à.3.i.uſq; ad.3.ii.& ſ.

ANDREAS MARINVS.

De lapide ſtellato .

[a] LAPIS ſtellatus) quicquid ſit lapis ſtellatus,in hoc certè capitulo Meſues cyanei uires tradit,quem ſtellati ſpeciẽ conſtituit.opinor autem ego(ſiquid coniectura ualeo) ſtellatum lapidem Meſuem uocare græcorum pyriten, quippè unà cum pyrite cyaneum perpetuò ferè commixtum in auri fodinis inuenias. [b] Alius uiridis) antiquus codex meus habet (alius uerò) quæ lectio, mea ſententia, melior eſt , quippè cœleſtem colorem lapis cyaneus,non uiridem refert.armenum,& cyaneum lapides confuſos , mixtosq; ferunt Germanię auri,& argẽti fodinę,qui, & ſi uiribus ſunt orientalibus inferiores,notas tamen eaſdem habet , neq; ſpecie differunt,id genus fruſta ſæpè miſit ad nos Martinus Guidotus Tridentinus pharmacopæus peritiſsimus, medicæq; materiæ ſtudioſiſsimus. [c] Et eſt ex parte acuitatis eius aduſtiuus,ulceratiuus,putrefactiuus.) Leonardus Fuchſius uir multæ lectionis,& multi laboris hoc loco in Meſuẽ inuehitur,qui hunc lapidem melancholicis exhibeat , quem ipſe ulceratiuum,& putrefactiuũ aſſerit, magno enim mortalium periculo,ac damno,& ſine ulla ueterum græcorum authoritate id fieri contendit, neque ſepticam uim lotioni bus multis corrigi poſſe concedit , quem uirum quoniam experientia quotidiana mouere non potuit, (nemo enim eſt tam rudis,qui hoc lapide bene præparato atram bilem ſine periculo purgari non nouerit) operæ pretium erit rationibus perſuadere:Nam cum negat lotione ſeptică uim corrigi poſſe,quoniam abſq; ulla ratione id facit, quempiã mouere non debet.experimẽto enim compertũ eſt igneas partes ex quouis medicamento elui poſſe , atq; acrimoniã infringi,cuius opus eſt ulcerare,ac putrefacere , quãuis id ad ignotam aliquam cauſam Fuchſius referre uideatur . cũ lotione acrimoniam quidem remitti fatetur,putrefactionẽ uerò non magis eluendo tolli poſſe,quàm à coruo nigritiẽ aſſerit,quaſi uerò putrefactio unius formæ ſit,non qualitatis acerrimæ, eſſentiæ tenuioris,& morſus exigui.Qui autem miratur mauritanos putrefacientia,eſcharoticaq; medicamenta ægris propinare,qua potiſsimum ratione ducãtur profectò non uideo,multa enim eius generis etiã à græcis medicis exhibentur,atq; adeò pharmacã lethalia , cantharides ſcilicet,elleborum,uiperarum caro , & id genus ſexcenta,quæ uario apparatu,& miſtione adhibita ad uſus humanos accommodantur.adde q; nõ omnia,quæ exterius appoſita urunt,ac putrefaciunt,eadem intus aſſumpta hoc ipſum efficiunt , quippè internarum partium calor longè quàm externarum eſt robuſtior , reactionemq; molitur in medicamenta ualentiorem,teſtimonio ſunt ſinapi,cæpe,naſturtium,& conſimilia,quæ appoſita urunt , deuorata uerò tantum abeſt ut uentriculum oblædant , ut coctionem etiã iuuent. [d] Et in non loto eſt proprietas radendi pilos) clamat & hic Fuchſius pugnantia dicere medicos arabas , cũ eundem lapidem pilos extirpare,conſeruare , atq; augere omnes uno ore confirment,id quod non minus quàm cætera (quod pace tanti uiri dixerim) ineptum uidetur. mirari poſſet meritò ſi unum,idemq; medicamentum ſimplex , & quatenus unum contrarios effectus ederet . cæterũ ſimplex medicamentum uariis facultatibus præditum eſſe, quarum nũc hæ ſuperant, nũc uerò illæ uincunt pro apparatu uario uel circulatoribus notum eſſe opinor.quocirca,noſter Meſues non loto uim pſilothram tribuit,loto uerò contrariã, neq; id iniuria,ablutio enim (ut ſæpè diximus) igneas partes frangit.quare ſtipticitas exurgit, quæ pilos firmare poteſt,reliquum uerò caloris,atq; acrimoniæ prauos abſumit humores,quibus depaſtis in bonum naturæ habitum perducitur,cuius munus eſt,præter cætera,pilos gignere, producere,atq; conſeruare. [e] In palpebris) non modo in palpebris (opinor) uerum etiam in alijs corporis locis , quorum natura gignendis pilis eſt apta. [f] Auri boni.3.j.) ex chymiſtarum ſchola uſus auri in medicinam proculdubio , unà cũ multis alijs ineptijs,quæ iam exoleſcunt,irrepſit, quas quoniã reiicere lõgum eſtet,tantum dicam auri quidẽ copiã in ecumena cordis ſpiritus exhilarare,ipſum uerò ore ſumptũ ac deuoratum,neq; alterari,neq; diſtribui poſſe,quòd nullam cum humido naturali habeat analogiam,nec ulli cedat igni,tantum abeſt,ut tepido hominis calori , poterunt igitur medici,abſq; ullo ægrotantium damno ab auri uſu abſtinere,tantiſper dum chymiſtæ philoſophicum ſuum aurũ, quod ab omni æternitate machinantur omninò perficiant, quod erit omnium languidorum corporum(ut aiunt)medicina. [g] Solutione educit melancholiam) arabum, & recentiorum experimento,nam quòd quidam Galenum putant purgatoriam uim huic lapidi tribuiſſe libr. ix . ſimpli . ubi τὴν καθαρτικὴν δύναμιν ineſſe ſcribit, (meo quidem iudicio) falluntur.καθαρτικὰ enim medicamenta Galeno dicuntur,quæ ſuperficiẽ ſolã detrahunt,& hyperſarcoſin abſumunt,non quæ aluum deiiciunt,quæ καθαρτικὰ uocantur haud quaquam καθαιρετικὰ.Galeno ipſo authore. [h] Et humores aduſtos) qui niſi à medicamento maximè naturam afflictante,acerrimoq; agitari,atq; à longinquo attrahi poſſunt,ut ſuperiori capite docuimus. [i] Et confert uſus eius ad hæmorrhoidas recentes.)codex meus manuſcriptus habet hæmorrhoidas retentas,quæ lectio mihi magis conſonarationi uidetur,ſuppreſſus nanq; hæmorrhoidum cõſuetus fluxus,melancholicos morbos parit, quibus cyaneus lapis,eos humores purgando auxiliatur. quæ ſint autem recẽtes hæmorrhoides,aut quo pacto hic lapis illis conferat,nõ poſſum equidem diuinare. [k] Doſis eius eſt à.3.j.) antiquus codex habet.3.ii.vtraq; tamen lectio ſuſpicione non uacat,nam ſi armeni,qui non eſt tam uehemens , ut cyaneus , doſis minor eſt, longè inferior cyanei menſura eſſe deberet.verum hæc prudentis, atq; exercitati medici conſilio , ac iudicio æſtimanda relinquuntur.

MANARDVS, De lapide ſtellato.

Magnum hic certè chaos . After enim qui per ſtellatum lapidem hoc loco uidetur intelligi , Dioſcoridi , Galeno , Græci omnibus,Samiæ terræ ſpecies eſt,& pariter Plinio. At quod Marcaſitam Arabes Græci Pyriten lapidem uocant:& quod illi Mazulum,hi Cyaneum, Latini Cæruleũ. Eſſe autem tria hæc,aſtera uideliter,pyriten , & cyaneum , res diuerſas,adeò eſt clarum,ut probationem non deſyderet.Meminerunt Græci ac Plinius rei uocatæ Sil, cuius unum genus lucidum eſt , aliud marmoroſum , in argenti & auri metallis inuenta,ſed coloris eſſe lutei dicunt . Quare difficile eſt iudicare,quas iſte res intellexerit:elici hoc tantum ex dictis eius poteſt,quòd lapidem ſtellatum genus facit,& ſub eo Marcaſitam & Lazulum ueluti ſpecies reponit.Auicenna libro ſuæ medicinæ tertio , capite de Sputo ſanguinis,lutum Samium,ſtellam terræ, & Taclum pro eadem re habet. ALIVS uiridis,clarus,cœleſtis,& uocatur lapis Lazuli.) Cœrulei coloris eſt, quod præter nomen,res etiam indicat,& tam Græci quam Latini teſtantur. Theophraſtus tamẽ,dum teritur,in quatuor mutari colores ſcribit,candidiorem,nigriorem , craſsiorem , tenuiorem : De Armenio uerò ſcribit Plinius,quòd optimus eſt,qui maximè uiridis eſt,communicato colore cum cœruleo,ut ſuprà in Armenio dictum eſt.HABENS maculas ex auro.) Cyaneus cuius nunc uſus,aliquando punctis aureis interſtinctus inuenitur,aliquando abſconditum intra ſe aurum tegit,quod arte quadam ab eo elicitur : quod mirandum non eſt,cũ in metallis auri gignatur. ET eſt in ipſo acuitas.) De Cyaneo dicit Galenus,acris purgatoriæ & diſcuſsiuæ facultatis eſt cum quadam ſtypſi.Dioſcorides,reprimit , modicè ex eſt , cruſtam elicit,& exulcerat.Omnia autem hæc intelligenda dum foris adhibetur. SOLVTIONE educit melancholiã. Græci nullam talem uim ei adſcribunt:ſed uidentur hæ uires ab Armenio deriuatæ.Arabes enim utrunque confundunt:Serapion quidem,& Auerrois,ſub Lazuli nomine de Armenio tractantes.Auicenna de Azulo ſcribens, ferè ei omnes uires attribuit,quas Græci utrique . De Armenio uerò ea ſcribit,quæ Græci,ſolum addens,quòd atram bilem magis purgat,quàm Cyaneus.Quæ omni licet uera ſint non tamẽ ego his acceſſerim, qui non ſecus ac perniciоſiſsimum uenenum hunc formidant.Experientia enim certa ſcio,quòd ſi bene abluatur,multum iuuat,& uel nihil,uel parũ lædit.

De ſenna. Cap. 15.

SYL. SEnna eſt folliculus plantæ Perſis dictæ abalzemer , orobi modo naſcentis : ſatiua eſt,& agreſtis . Folliculo quam foliis eſt efficacior , præſertim ſi is ex uiridi nigricat,modice amarus,ſubaſtringit abſolutus , recens , in quo ſemen amplum compreſſum, uetuſtate enim examinatur,ſubalbidus & imperfectus improbatur . Folia autẽ uiridia ſunt præſtantiora ſubalbidis & tenuibus : ſurculis eſt inutilibus. Calfacit initio ſecundi ordinis, ſiccat primo,folia etiam primo calfaciunt.Terget , expurgat , digerit,purgat clementer melancholiam & bilem uſtam à cere

bro,ſenſoriis,pulmone,corde,hepate,liene. Profunde mor bis dictarum partium ab humore huiuſmodi proficiſcentibus ſuccurrit,ut melancholicis febribus & antiquis , gaudium gignit ablato humore ſine cauſa externa triſtante : & floridum corpus efficit,obſtructiones uiſcerum aperit.Foliorum huius & chamæmeli decoctum lotione cerebrum , neruos roborat.Eadem quouis modo uſurpata,uiſum & auditum firmat.Eius purgationem tardam & imbecillam celerant & intendunt miſta acria,ut zingiber , ſal gemmeus , ſal Indus: ne uero ſtomachum lædat,cardiaca,& ſtomachica ſunt miſcenda.Ob id Galeni decreto coquenda larga põdere ex iure galli,gallinæ,uel aliarum carnium,ut citra mo leſtiam purget:uel ſero lactis infula,cum ſpica, deinde parum diu feruefacta,uel puluis eius ex lacte dulci ſumendus eſt.Vino muſteo albo miſcebat quidam uim magnam ſennæ,poſt tres menſes potandum dabat, ficq; purgabat cerebrum,& ſenſoria,& gaudium augebat . Sunt qui decocto eius cum prunis,& ſpica faciliter purgant. Mediocrem autem coctionem ſuſtinet.Infunditur ab aureis tribus ad unciam unam .

ficca. 2. ſaluer.

Græci huius nõ meminere , empetron ſic Dioſc. coquit, & nos ſennã & facile purgat.

Senæ hiſtoria ex P. Andreæ Mathioli in Dioſcoridem,Commentarijs.

SENA foliis conſtat glycyrrhizæ,craſſis,ſubpinguibus, fabarum ſapore,caule cubitali,à quo ramuli exeunt, in lori modum flexibiles.Flores emicant aurei,ueluti braſicæ,pur pureis intercurſantibus venulis,quibus ſuccedunt folliculi falcati, adeoq; natura compreſsi,ut ſuperior membrana inferiori cohæreat, in quibus ſemen continetur in nigro ſubuireſcens, ſuarum vinaceis uſq; adeò ſimile,vt non faciè primo oculorum intuitu alterum ab altero diſcernatur, folliculi è ramuſculis prominent , tenui pediculo appenſi, quò fit vt matureſcentes paruo ventorum flatu facilè decutiantur.planta eſt frigoris impatiens,ob idq; ſeri vult maio,nec vltra autumnum perdurat,ſiquidem prius ſata facilè frigore deperditur , ſerius verò hyemen ſimiliter non tolerat .

SENA.

De

De Sene. Cap. 15.

SYL. SEne eſt folliculus plantæ, quam uocant Perſæ abalzemer, & eius ortus eſt ſecundum ſemitam orobi, & inuenitur ex eo [b] domeſticum & ſylueſtre.

ELECTIO. [c] † Melior pars plantæ eius eſt folliculus, dein de folia. Sed tamen in eis eſt uirtus debilis ualde, & melior folliculus eſt cuius color accedit ad uiriditatem, & ſub nigredinem quandam, & in quo eſt de amaritudine res modica cum ſtipticitate, & qui eſt magis completus, & in quo ſunt ſemina ampla compreſſa. Subalbidus autem non eſt bonus, & cõpletus ſimiliter. [d] Et meliora folia ſunt uiridia. Subalbida vero & tenuia non bona, & antiquum ex eo eſt ſine ſpiritu, & ſtipites eius ſunt inutiles.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Calidum eſt in principio ſecundi, ſiccum in primo, & folia ſunt in primo calida, & eſt abſterſiuum mundificatiuũ conuenienter & reſolutiuũ.

RECTIFICATIO. Eſt ſolutionis debilis, & tardæ, † & debilitat ſtomachum. Verum confortatur eius operatio in pmiſcendo cum eo aliquid ex rebus acutis ſicut zingiber proprie, [e] & ſal gemma, & ſal indus, & medicinæ cordiales cũ eo, & ſtomachicæ felicitant opus eius. [f] † Et dixit Gale. decoquatur cum iuribus gallorum aut gallinarum, aut carniũ & ſoluit ſine moleſtia, [g] ſed oportet ut eius quantitas ſit multa, & ſi infundatur in aqua caſei cum ſpica. [h] Deinde coquatur ebullitione aliqua, & eſt medicamen bonum, & ſi propinetur puluis eius in lacte dulci fiet medicamen bonum. Similiter præcepit quidam ut quantitas eius ſubmergatur in muſto, & fit muſtum album, & poſt tres mẽſes propinetur ubi oportet, eſt enim uinum ſolutiuum mundificans cerebrum & ſenſus, & generans lætitiam. Et ſunt qui propinant decoctionem eius, & prunorum & ſpicæ cũ eis, & fit ſolutiuum bonum. De decoctione autem ſuſtinet mediocriter.

POSSE. [i] † Solutione educit cum facilitate melancholiã, & choleram aduſtam. Et mundificat cerebrum cor, & hepar, & ſplenem, & membra ſenſuum, & pulmonem, & confert ægritudinibus eorum, & aperit oppilationes uiſcerũ, & confortat utentem eo in iuuẽtute, & generat gaudium. Cauſam autem triſtitiæ amputat. Et ponuntur folia eius in lauacris ad caput, & proprie cum chamæmilla, & confortat cerebrum, & neruos, & ſecundum omnem adminiſtrationem eius addit in uiſum, & corroborat auditum, & eſt medicina bona febrium melancholicarum & antiquarum.

[k] DOSIS eius infuſi potio eſt ab aureis. iij. vſq; ad. 3. i.

ANDREAS MARINVS.

SI Mathioli hiſtoria uera eſt, (ut ego quidem opinor, & mercatores teſtantur) perit Ioannis Ruellij uiri alioqui doctiſsimi opinio, quòd ſcilicet ſena ſit Theophraſti coluteæ arbor. qua de re Mathiolus ipſe loco opportuno latius diſputauit. [a] Sene eſt folliculus plantæ) plantam quam arabes ſene uocant, recẽtiores ſenam, & ſennam appellarunt, uidetur autem Meſues audita potius, quàm uiſa referre de hac planta, ſicuti de aliis multis, quo fit ut eo libentius ex aliis authoribus ſimplicium hiſtorias huc tranſtulerim, ſenæ folliculum nomine plantæ uocat, quod eſt indicium ætate ſua tam frequenti in uſu folliculũ fuiſſe, quàm noſtro hoc ſeculo folia. [b] Domeſticum & ſylueſtre) ſatiuum, & ſponte in agris enaſcens. [c] Melior pars plantæ eſt folliculus) nõ meliorem medici noſtrates experiuntur, ſed uiribus paré, modo immaturus colligatur, in umbraque ſiccetur, alioqui non modo melior, ſed foliis longè eſt inferior; ac nullius ferè uſus. quoniam uerò vix ad nos feruntur tales, ſed potius qui ſponte decidunt, tutior eſt foliorum uſus. [d] Et meliora folia ſunt uiridia) mercatores noſtri folia uiridia ipſi quoq; pluris æſtimant, oblonga, duriuſcula, oliuæ foliorum in morem. Naſcitur optima in AEgypto ad Mecham, urbem, quamuis pluribus italiæ locis, præſertim in Hetruſia excolitur ad eoſdem uſus non inutilis. vitiant eam auari mercatores memphiticam admiſcentes, quàm incolæ farfaram appellant, cuius folia triangularia ſunt notiſsimæ noſtræ farfaræ ſimilia, licet minora, mollia, & quæ celeriter in puluerem conteruntur, minus præterea viridia ſunt, odore, guſtuq; mechinis longè inferiora, ut interim taceam, quòd imbecillius purgant, & magis laborioſè. Hetruſca memphi

E ticæ ſane haud eſt abſimilis, & ſi folio maiore conſtat; præſtantius ſoluit, ſed uentriculum non mediocriter perturbat hetruſcam medici itali negligunt, eius tamen copia magna ad germanos mittitur, quos minus lædit. [e] Et ſal gemma, & ſal indus.) experimento comprobatum eſt ſenam ſuapte natura uentriculum minimè lædere, niſi ſuperflua, aut rancida ſcateat humiditate poſtquam ſales iſti à peritis medicis cæpere negligi, tantum enim abeſt, ut corrigerent, aut quidpiam adderent vt noxam potius augerent, quare zingiber, & cinamomum, & paſſulæ eorum ſalium loco nunc admiſcentur ad augendam potius, aut dirigendam ſenæ facultatem, quàm corrigendam. [f] Et dixit Galenus) Nemo hactenus apud Galenum ſenam legere potuit, utpotè quæ arabum eſt inuentum, vera tamen nihilominus ea ſunt, quæ Meſues Galeno adſcribit, feliciter enim operatur iure madefacta, uel incocta. [g] Sed oportet, vt quantitas eius ſit multa) ætatis noſtræ medici certam foliorum menſuram ſtatuerunt, nam eorum ſummum uncia iure, uel ſero, uel aqua etiã ipſa madefacta quoduis corpus expurgat, itaq; à ſemuncia F ad integram unciam maceratur. [g] Deinde coquatur ebullitione aliqua) longè melius, clementiuſque ſenæ dilutum quàm decoctum purgat, tenues enim, atq; igneæ partes, quæ macerando educuntur, coquendo exhalant, rerum magiſtra experientia id atteſtante. [i] Solutione educit) experiuntur medici quotidie ſenam purgare, non modo utranq; bilem, ſed etiam pituitam. authoritas autem Actuarij huc non pertinet, quippè defructu quodam ſena uocato, non de arabum ſena herbacea loquitur, ubi pituitam, atramq; bilem ab eo dixit expurgari, quis autem ſit fructus ille nemo hactenus (quod ſciam) indicauit, neq; ipſe fortaſſe Actuarius vnquam vidit. Suſpicatus ſum aliquando ſemen fuiſſe arboris coluteæ à Theophraſto deſcriptæ, nihil tamen certi habeo; illud interim ſilentio nõ ẽ prætereundum ſenæ uires paulo ſupra meſaræi venas aſcendere, neq; à toto habitu purgare ob caloris imbecillitatem. itaq; minus fortaſſe rectè à noſtro Meſue inter laborioſe purgantia numeratur. k Doſis eius infuſi) de folliculo loquitur, nam foliorum macerandorum menſuram nullam certam ſtatuit, vt antea G oſtendimus.

MANARDVS, De Sena.

Auerrois hanc quoq; reponit inter medicinas nouas. Auicenna de ea non ſcribit ex profeſſo, meminit tamẽ eius in fine capitis de fumo terræ, & capite de quintana. Scribit Serapion, ſed non affert (vt ferè aljs in medicinis conſueuit) Dioſcoridi vel Gale. de ea verba. Quidam Delphinion, alij Pelecinon, Iſacius Peplion. Ego aliquando dubitaui an eſſet Empetron, aliquando Analypon. Parum autem refert ſcire, quo nomine à veteribus ſit nuncupata, modo eius vires non ignoremus, quæ certe nobiles ſunt & efficaces. MELIOR pars plantæ eſt folliculus.) Experientia ipſa oſtendit, folia in purgandi vi eſſe potentiora. Naſcitur in Apulia: ſed præſtantior eſt quæ ex Aegypto affertur. Calida eſt in principio ſecundi, ſicca in primo.) Auerrois dicit ſiccam in ſecundo: Serapion paucæ caliditatis & ſiccitatis, cui ego credo. ET debilitat ſtomachum.) Experientia contrarium oſtendit, ſaporq; ſubamarus & adſtringens, ſed nec illud dixit Serapion. ET dixit Gale.) H Vrinam dixiſſes quo loco, & ſub quo nomine, ſed puto te hic, ſicuti & alibi plerunque hallucinatum. DECOQVATVR cum iuribus gallorum.) De empetro dixit Dioſcorides decoquẽdum in iure uel aqua dulci, & nos ſcimus, ius in quo vulgaris hæc bullierit, uel per noctem maduerit, facile purgare: Serapion decoctam plus conferre ait, quàm contritam. SOLVTIONE educit cum facilitate melancholiam, & choleram aduſtam.) Bilem abſolute dixit Serapion, non addendo uſtam: & quòd ualet melancholicæ, rhagadis, neruorum quaſſationibus, capillorum defluuio, dolori capitis antiquo, ſcabiei, & morbo comitiali. Dioſcori. de Empetro, quod purgat pituitam, bilem & aquoſa. Auerrois negat Senam poſſe purgare pituitam. Ego experientia didici, quòd poteſt: & quòd multum ualet in morbo Gallico uocato. DOSIS eius infuſi potio uſque ad unciam unã.) Serapiõ dat tritæ 3. i. decoctæ quinq;. Ego ſcio utranq; decoctã excedi tuto poſſe, unciãq; decocti ex aqua mediocriter purgare.

De

De ſalis generibus. Cap. 16.

SYL. SAlis ſpecies ſunt memorabiles quatuor, ſal panis, ſalgemmæ, ſal naphthicus, ſal Indus. Sal panis, uel foſsitius eſt, idemque durior, & amarior, uel marinus eſt, & hic aqua facile ſoluitur. Sal gemmæ cryſtalli modo ſcinditur. Sal naphthicus eſt ſubniger, naptæ odore. Sal Indus, uel ſubniger, uel ſubruffus obſcurus, omnibus fortior, & ſubruber, melior ſubnigro, & ſubniger eſt fortior. & horũ quiuis quanto eſt amarior, tanto ualentior. Poſt ſunt ſal naphthicus poſt hunc ſalgemma, cui proximus eſt foſsitius, marino omnium maximè imbecillo fortior. Sal eſt calidus, ſiccus ordine ſecundo, & quo eſt amarior, eo calidior eſt, & ſiccior. Sal conſtat ſubſtantia terrea per aduſtionem amara, & aquea inſipida, quæ ambæ ſi ſint æquales, ſaporem ſalſum perficiũt, ſi terrea uincit, amarior euadit, ſi aquea, ſalſugo eſt mitior. Sal liquat, incidit, tenuat, mordet, purgat, denſant, adſtringit, ſiccat à putredine ob hæc uindicat, uentriculum euertit, turbat ad uomitum incitat, purgat humores craſſos, lentos, ipſos uiſu aliquando, poſtea ſtringendo B Sal panis purgat clementiſsime, appetentiam excitat profligato cibi faſtidio, purgantibus additus actionem eorum iuuat, clyſtere iniectus pituitam uitream & lentam educit. Puluis ex ſale uſto & portione æquali uaſorum de ſeni fractorum, uel cum ſmiride lapide lapides alios incidẽtes, uel uitro fracto, dentifricium fit optimum. Nam dentes purgat, firmat ad hæc gingiuas laxas. Cui addunt nonnulli cyperum, ſpumam maris, maſſacumiam, cornu cerui, & ſimilia Oleum cui is ſal incoctus eſt, tepidum, ambuſtis illitum, ue ſicas gigni prohibet, neruos firmat, puncturam nerui occultam, adiecta terebithina à phlegmone & ſpaſmo uindicat, phlebotomiæ cæcæ eſt remedio. Idem ſal cum furfure & melle attritis neruis, contuſis, lapſis, aurium dolori prodeſt ſugillata cum oleo & melle diſcutit. Omnis ſal oculi maculas, pãnos, ungues, carnem putrem, & ſimilia conſumit, cynanchæ confert, uuæ productioni, linguæ ob humiditatem largam molliori & ſolutæ, uentriculum euertit. uomitoriũ eſt, ſperma minuit, ſcabiem gignit. Salgemma pituitam quoque uitream educit & humores alios euellit difficiles, C ſenſoria expurgat, uertiginem iuuat, præſertim cum agarico, & tribus myrobalanis, terget thoracem, uentriculũ expurgat, & dolorem eius ſoluit, dentifricio quoq; eſt aptus. Naphthicus & Indus aliis ſunt ad omnia ualẽtiores, & ambo melancholiam ualenter educunt, & pituitam, corpuſq; à putredine præſeruant, & à lepra, & cæteris affectibus melancholicis. Per ſe tamen non uſurpantur, ſed aliis miſcentur in catapotiis, confactionibus, ęnemantibus, collyrijs, et cæteris remediorum formis. Sal ut alimentum non eſt: ſed condimentum, ſic purgatoria baſis non eſt, ſed aliis miſtus uigorem addit, ac ſtimulos omnibus medicamentis tarde ac imbecilliter purgantibus. Salis autem acrimoniã & morſum præter cætera tollunt myrobalani, & cætera adſtringẽtia, ac etiam inſipida.

Sales Qui ſal lignis it, nigrit, rubet Memphi, fuſus circa Oxum, Gẽturipis purpure.

Hĩmonia ũ præfert Dioſco.

Ad laſsitudines, hydropẽ, podagræ præcautionẽ, Dio. Paul. Sal cũ aceto, oleo, melle, cynanchẽ iuuat. Sal cũ melle ſugillata delet, cũ aceto & oleo prope ignẽ inunctus, pruritũ, impetiginem, ſcabiẽ, ſedat, ſacros igres & herpetas cum aceto, ut corporib⁹ totis nihil ſale, & ſole utilius dixerit Pl.

De ſpeciebus ſalis. Cap. 16.

ANT. SAlis [a] famoſæ ſpecies ſunt quatuor. Sal panis, ſal gemma, ſal napticus, & ſal indus. [b] Sal panis, [c] alius eſt mineralis durior, & amarior. Alius marinus, quem ſi aqua inueniat facile diſſoluit. † [d] Salgemma uero, eſt ſicut chryſtallus ſcindibilis. [e] Sal indus † [f] alius ſubniger, alius D ſubrufus obſcurus. [g] Sal napticus quoque niger eſt habens odorem naphtæ.

ELECTIO. [h] Mineralis fortior eſt marino, [i] & ſalgemma eius, [k] & ſal napticus illis. [l] Indus autem omnibus, & ſubrubeus melior eſt ſubnigro, & ſubniger eſt fortior, & omnis quanto amarior tanto fortior.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Calidus eſt, & ſiccus in ſecundo, & quanto amarior tãto calidior eſt & ſiccior. Eſt autem compoſitus ex partibus terreis aduſtis & amaris, & ex partibus aqueis ſine ſapore, quæ ſi ſint æquales ſalſus ſapor perficitur. Dominantibus autem terreis ad amaritudinem pronior. Aqueus uero in ſalſedine remiſsior. [m] † Eſt autem ſal liquefactiuus, inciſiuus, ſubtiliatiuus, & inſpiſſatiuus, ſolutiuus, conſtrictiuus, & preſeruatiuus à putrefactione, exiccatiuus, mordicatiuus, & ſubuerſiuus ſtomachi & conturbatiuus, præparans ad uomitum.

A RECTIFICATIO. [n] Sal non eſt ſicut radix in re medicinæ, ſed nec in cibis quanquàm ex ſe ſit ſolutiuus, ſed ponitur ſicut res dans uigorem radici. Confortat enim medicinas omnes tarde & debiliter ſolutionem facientes: tamen ex miſcilibus cum eo meliorantibus conditionem eius, nõ eſt æquiualens ad remouendum ſeroſitatem ipſius, ſicut myrobalani, & illud propter operationem ſubſtantiarum inuicem. Res etiam inſipidæ ſimiliter faciunt, & ſimiliter inſpiſſant.

POSSE. [o] Omnis ſal ſolutione educit craſſos humores uiſcoſos, & eius ſolutio eſt liquefaciẽdo quod inuenit ex humiditatibus, & poſt illud ſtringit. Et ſal panis facilè efficit ſuperfluitatum egreſsionem, & remouet faſtidium ciborũ, & excitat appetitum, & clyſterizatus reducit phlegma uitreum & phlegma uiſcoſum. Et mixtus cum aliis medicinis ſolutiuis confortat eas in ſoluendo.

Quod autem ex eo toſtum eſt cum tanto ponderis uaſorum fractorum de Seni quantum ipſum eſt, fit dentifriciũ bonum mundificans dentes & auferens fœtiditatem, & cõ B firmans gingiuam laxam, & miſcetur cum† eo lapis, quo alii lapides inciduntur, & fit dentifricium bonum ad ea, quæ diximus, & ſimiliter fracturæ uitri. Et ſunt qui miſcent eis ciperum, & ſpumam maris, maſſacumiam & cornu ceruinũ & ſimilia. † Et ſal bullitus cum oleo ponitur tepidus ſuper combuſtionem ignis, & prohibet à ueſicatione, & inũctus ſuper neruos confortat eos, & ſimiliter coctus cũ oleo, & pauca terebenthina ponitur ſuper puncturam nerui cœcã, & prohibet ab apoſtemate & ſpaſmo. Et ſimiliter ſuper phlebotomiam cœcam. Et ſimiliter mixtus cum furfure, & melle ualet contritioni neruorum, & caſui ſuper membrum & dolori auris. † Et ſal mixtus cum oleo & melle remouet ueſtigia percuſsionum nigra, & omnes quidem ſpecies ſalis conſumunt, & auferunt additiones in oculis ſicut eſt pannus, & ungula, & caro putrida, & ſimilia. † Et conferunt ſynanchiæ, & caſui uuæ, & mollificationi lingue, & omnes faciunt ſubuerſionem, & uomitum, & diminuunt ſperma, & eorum uſus generat ſcabiem. Salgemma quoq; educit ſolutione phlegma uitreum, & expellit humores quorũ C eradicatio eſt difficilis. Et mundificat inſtrumẽta ſenſuum, & ualet ad uertiginem, & proprie mixtus cum agarico, & tribus myrobalanis, & abſtergit pectus, & mundificat ſtomachum, & confert dolori eius, & fit ex eo dentifriciũ bonum mundificans dentes.

Napticus uero & ſal indus fortiores ſunt illis in omni re, [p] & educunt ambo melancholiam fortiter & phlegma, & præſeruant corpora à putrefactione, & ualent ad leprã, & ad ægritudines melancholicas. Verum non adminiſtrantur per ſe, ſed ponuntur in confectionibus propter illud quod diximus, & pilulis, & ęnemantibus, & collyriis, & aliis modis adminiſtrationum.

ANDREAS MARINVS.

De Salibus.

SALIS & nitri naturam, genera, & differentias, ſiquis exquiſitè cupit intelligere, is legat Georgij Agricolæ philoſophi eminentiſſimi lib. iij. de natura foſſiliũ, in quo ſcriptores omnes (meo quidem iudicio) qui hactenus ea de re aliquid ſunt comentati longo interuallo ſuperauit. potuiſſem ex eo ad hunc locum multa opportunè transferre, quę lubens prætermiſi, ne librum alienis laboribus augerem. huius tamen rei ſtudioſis nomen authoris, & locum, ſi qui forte ſunt, qui ignorent uolui indicare, quem profectò neminem legiſſe pigebit. [a] Salis famoſæ ſpecies.) alias enim quæ multæ ſunt, & ab Agricola declaratæ, philoſophis conſiderandas relinquit. [b] Sal panis) ſic appellat ſalẽ, quo uulgò utimur ad condienda cibaria, nomine a forma, quam artifices, dum ſales excoquunt, inducere ſolẽt ſumpto, ſicuti vulgus noſtrũ ſacchari panem uocat. [c] Alius eſt mineralis) durior foſſilis eſt dominante ſubſtantia terrea, itemq; magis amarus, contrà qui ex aqua marina, vel fluuiali, vel fontana vel lacuſtri excoquitur ſuauior eſt ob aquæ miſtionẽ æqualem. [d] Sal gemma verò eſt ſicut cryſtallus) à cuius ſimilitudine (vt opinor) nomen accepit. Sarmatia, & Dacia id genus plurimum gignit, qui non modo vehementer eſt ſalſus, verum etiam inſigniter amarus, & acris, adeò vt linguam

exurere

exurere videntur. [e]Sal indus) huius vocis ambiguitas apud arabum interpretes magnos errores in medicinam induxit. nam salis indi, quo sæpè caremus, loco saccharum candum substituebant, cum ea vox Auicennæ, & Paulo, vel potius eorum interpretibus id ipsum significaret. qui error quantus sit, intelligent ij, qui sacchari, & salis naturas optimè norunt, cęterum alij ante nos hunc nodum explicuerũt. Sal indus, & ipse fossilis, atq; acerrimus non modo vehementer salsus, & amarus. [f]Alius subniger, alius subrufus obscurus) & nigrum, & candidum, & croceum, omnis deni que coloris salem effodi, & excoqui notum est ijs, qui multas salium fodinas adiuere. In cappadocia fossilis est croceus, rufus apud Bactros circa oxum, rubeus Dacicus, inter dum & in AEgypto memphi. In Hispania purpureus est, verumtamen cum teritur albescit. similiter purpureus est centuripis in Sicilia, & niger in India, atq; rufus, niger ẽt in Sarmatia reperitur. [g]Sal napticus) oritur hic in Iudęæ lacu asphaltite dum æstuat, vocaturque sal sodomenus. [h]Mineralis fortior est marino) est enim magis quàm cæteri compactus, & durus, ob id crassiores habet partes, & saporem magis amarum. marinus verò minus ferè est compactus, & durus, iccircò minus etiam partes habet crassas, minusq; est amarus. [i]Et sal gemma eis) alijs scilicet fossilib. & marino. [k]Et sal napticus illis) est enim sodomenus cæteris magis amarus. [l]Indus autem omnibus) vtpote qui cum amaritudine vehementem habeat acrimoniam coniũctam. [m]Est autem sal liquefactiuus) omnis sal siccat humanum corpus, verum mistas habet facultates, abstergit enim & adstringit, atq; quo quisq; magis abstergit, eo minus adstringit, & contrà quo magis adstringit, eo minus abstergit. Omnis pręterea sal leuiter adstringit, comparatus cum reliquis adstringentibus, qualia sunt in hoc genere alumẽ, & atramentum sutorium, eiq; cognata. differunt sales hac parte plurimum inter se, nam fossiles plusquam cæteri adstringũt, marini, lacustres, & ex salsa excocti minus. quidam verò fossiles, lacustres, & facticij magis abstergũt, quàm adstringant. [n]Sal non est sicut radix in medicina) datur tamẽ drachmæ pondere ex vino ad emolliendam aluum, cui vsui præcipuè inseruit sarmaticus niger. verum humoribus purgandis nullus sal propinatur solus, esset enim medicamen valdè ingratum, neq; natura illius vehementiam, quæ primo statim occursu detegitur facile ferret. [o]Omnis sal solutione educit) salsedine, atq; amaritudine abstergendo, acrimonia irritando, atq; extenuando. [p]Et educunt ambo melancholiam & phlegma) ob insignem, quam habent, præ cæteris salibus, amaritudinem, & acrimoniam.

MANARDVS, De speciebus Salis.

SALIS famosæ species sunt quatuor.) Tres tantum enumerasse species Dioscorides uidetur, & alias, atque aliter quam Mesue. Diuidit enim salem primò in marinum & fossilem, & hunc in communem & ammoniacum. Cum tamen inter communes eligat candidum, lucidum, illapidosum, densum, & æqualem, eum intellexisse uidetur quem ob perspicuitatem, luciditatemq;, salem gemmam uocat. Huius nonnullas glebas olim ego ex Pannonia adeò splendentes portaui, ut ueram crystallum, quotquot videbant, putarẽt. Sal naphthicus. Huius non meminit Dioscorides. Galenus libro quarto & nono de simpl. med. salem uocatum Sodominum, fieri dicit in mari Palestinæ Syriæ, mortuo uocato in quo etiam plurima Asphaltus gignitur, id est, bitumen. Est autem Naphtha bituminis species, a qua Naphthicus sal. Plinius quoque libro trigesimoprimo in Babylone fieri sal dicit, detracto prius bitumine. ET sal Indus.) Quid per salem Indum intelligant Arabes non facilè quispiam iudicauerit. Auicenna libro secundo connumerat reliquis, colore nigrum esse dicens, propria nigredine, non acquisititia; ut Naphthicus. Libro uero quarto Paulum secutus, dicit esse in colore salis, & dulcedine mellis: ita, ut clare cognosci, possit multiplicem esse apud eum eius uocis significationem. Plinius meminit salis, qui in India ex Oromeno monte exciditur. Nunc uendunt officinæ pro sale Indo, metæ forma, nigricantis in albo, salis glebulas. SALGEMMA est sicuti crystallus scissilis.) Hoc adscribit Dioscorides ammoniaco, dicens quod est facilis scindi scissuris rectis.

E Plinius uerò similem colore dicit alumini scissili, longis glebis, neque perlucidis. ALIVS subniger, alius subrufus obscurus. Plinius quicunque lignis conficitur, nigrũ esse dicit: & quod rubens est Memphi, rufus circa Oxum, Centuripis purpureus. Qui pro ammoniaco nunc habetur, non res naturæ est, sed arte paratur, in vsum argentariorũ magis quàm medicorum. Indus est fortior omnibus.) Dioscorides præfert ammoniacum. EST autem sal liquefactiuus: & reliqua.) Dioscorides, adstringit, tergit, expurgat, diffundit, reprimit, attenuat, crustas sicut ea, quæ vrunt facit. LAPIS quo alii lapides inciduntur.) Intellige Smyridem: de quo cum scribat Serapion sub nomine Adamantis, multis occasionem errandi Præstitit. ET sal bullitus cum oleo.) Valet eodem modo ad lassitudines, & aquam inter cutem, secundum Dioscoridem & secundum Paulũ vt podagra caueatur. ET sal mixtus cum oleo & melle delet vestigia nigra.) Dioscori. sugillata cum melle, & cum oleo & aceto prope ignem inunctus, pruritum, impetiginem, & scabiem sedat. ET conferunt Synanchiæ.) Dioscorides cum aceto, oleo, & melle. Et cum solo melle F tostus, ad tonsillas & aphthas: cum eodem melle & farina, luxatis. Sacros ignes & herpetas, cum aceto. Multas quoque particulares uires habet, quas ex Dioscor. licet ediscere: & Plinius, qui demum ait, totis corporibus nihil esse utilius sale & sole: & propterea cornea uideri piscatorum corpora. Salire quoque ob eam causam mox natos infantes, & consueuisse antiquos, docent sacræ literæ, & Galenus iubet primo libro salubrium.

De Nitro. Cap. 17.

NItrum aliud minerale, aliud artificiale. Minerale im mittit Armenia, Africa, Aegyptus, Roma. Optimũ in his est laminosum, fragile in fracturis, lucidum, leue, spongiosum, ex rubro & purpureo, album, salsum, mordax: ualentius Armenum, Aegyptio, & id Africo, & Romano. Artificiale imbecillius naturali, spuma nitri dicitur, alba, leuis, salsa, mordax: Alterum artificiale, flos parietis, uel salis dicitur, nitro ualentius. Calidum initio tertii gradus, siccum tertio, salsum maxima sui parte, sub adG stringens, terget, siccat, incidit, humores crassos, purgat ẽt vomitu præsertim cum melle, pituitam crudam, crassam, lẽtam, partibus ualenter impactam, ob id colico affectui pituitoso, & flatulento prodest, uermes necat, & uacuat. Vsurpatur cum melle & aliis sumptus, uel balano suppositus, uel clystere iniectus, præsertim ex rutæ decocto, & oleo rutaceo. Idem emplastro cum ficis & stercore mulæ prodest hydropi, dolori splenis & stomachi frigido. Medicamentorum basis non est, ut nec sal, ob id de hoc idem quod de sale statuendum est.

De Baurach. Cap. 17.

BAurach † aliud minerale Aliud artificiale Minerale, † Aliud Armenum Aliud Africanum. Aliud Romanum, Aliud Aegyptium. Armenum uero est laminosum, albam habens permixtionem rubedinis & aliquid pureitatis, & est salsum mordicatiuum. Aliæ uero species in his proprietatibus sunt remissiores, & debiliores. † Artificiale autem sicut dicitur est spuma nitri, † quæ est alba, leuis, salsa & mordicatiua, & est aliud sicut artificiale, quod H est flos parietum, & est sicut flos salis.

ELECTIO. Minerale est fortius artificiali, & armenum est fortius Aegyptio, & Aegyptium Africano & Romano, & melius ex eis est quod habet proprietates. vii. scilicet, quod est laminosum, quod est frangibile, quod habet in fracturis suis luciditatem: quod est leue & spongiosum, quod est album, habens permixtionem rubedinis, & quod est salsum & mordicatiuum, & ex artificiali melius est flos parietis, & quod est nitro fortius.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Calidum est in principio tertii & siccum in ipso, & est in ipso salsedo secundum plurimum, & de stipticitate aliquid, quare est conueniens sua abstersio, est autem exiccatiuum, incisiuum, materierum crassarum, resolutiuum, abstersiuum, mundificatiuum.

RECTIFICATIO. Non est medicinis, quæ sunt sicut fundamentum in confectionibus, sed est sicut hic proxime de sale diximus.

Posse

POSSE. Administratur in confectionibus & medicinis, A & clysteribus, & suppositoriis, & solutione educit phlegma crudum & uiscosum à partibus difficilis eradicationis eius, & administratur cum melle, & educit ipsum per uomitum, & confert dolori stomachi, & interficit vermes, & educit eos, & confert secundum omnem modum administrationis eius colicæ phlegmaticæ, & uentosę, & proprie clystere ex eo cum aqua & oleo rutaceo uel aqua decoctionis rutæ, & confert emplastrum cum ficubus, & stercore mulæ proprie hydropisi & dolori splenis & stomachi frigido.

ANDREAS MARINVS.

De baurach, hoc est nitro.

DE nitro, ἀφρῦ νίτρυ, & ἀφρονίτρυ quoniam in desuetudinem medicis abiere nihil habeo certi quod scribam. siquis tamen de iis plura scire volet, ad eiusdem Agricolæ locum citatum recurrat.

MANARDVS, De Baurach.

Nitrum appellant Græci & Latini, rem olim quotidiani usus in balneis & escis, nunc fere incognitam. ALIVD B minerale, aliud artificiale.) Sal nitrum nunc uocatũ, quod ex terra paratur, incognitum antiquis (ut reor) fuit: utinã & nũc esset, ad subitam tantum hominum necem, missilib. igne tormentis, quas Bombardas uocant, quæsitum. Alia arte olim suum in Aegypto parabant, antiqui quam ex Pli. licet cognoscere: sed & ex quercu cremata, eodem auctore. ALIVD Armenum.) Apud Medos exiguum fiebat, ait Plin. quod uocabant Halmigara minus: in Thracia iuxta Philippos, quod appellabant Agrion optimum copiosumque in Clitis Macedoniæ, quod uocabatur Calestricum. ARTIFICIALE sicut dicitur est spuma Nitri.) Res naturæ est Nitri spuma, tenuissima uidelicet pars, non arte parata ut ex Dioscor. & cæteris constat. QVAE est alba, lenis & salsa.) Optimum esse Aphronitrum dicit Diosco. quod sit leuissimum, crustaceum, ad frangendum facile, sub purpureum, spumeum, & mordens Plin. præfert Lydium. Et melius ex eis est, quod habet proprietates septem. Dios. in 3. laudat, scilicet, ut sit leue, rosei coloris, uel candidi, formiC nulentum, ut spongia: taleq; esse dicit quod ex Bunis affertur. Addit Pli. quod sit purum, syncerum, tenuissimum, & facilè resoluatur. Videtur autem Mesue Aphronitri boni notas, his, quæ sunt Nitri commiscere. ET mordicatiuum.) Id quod est adulteratum, pungere ait Pli. Calidum est in principio tertii.) Auicenna, in fine secundi. Diosco. uires habent. Nitrum & Nitri spuma similes sali. Et de stypticitate aliquid.) In Aphronitro adesse stypsin, negat Gale. Auicenna in capitis initio stypticitatem Nitro, quod Baurach uocat, ait non inesse: infra uerò eodem capite, dicit in eo esse paucam stypticitatem. Est autem exiccatiuũ, incisiuum, & reliqua.) Plinius, calefacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, exulcerat, euocat, discutit. Confert secundum omnem modum administrationis colicæ.) Tritum cum Cymino, & potum ex aqua mulsa, uel sapa, uel aliquo ex his, quæ inflationes possunt discutere, ualet strophis. i. torminibus, ait Dios. & ante suspectas accessiones prodest inunctum. Et Plinius, facere ad papulas, pustulas, oculorũ cicatrices, & argemata, & ungues, ad dentium dolores, capitis animalia, lendes, aures purulentas, albas uitiligines. D Multa quoque alia potest, quæ legenti Plinium & Dioscoridem patebunt.

De Sarcocolla. Cap. 18.

SYL. SArcocolla est arboris fruticosæ, spinosæ, ramis nodosis arbori appressis, gummi album, thuris modo, uel pallidum, idque amarius, & ob id ualentius. Calfacit ordine secundo, siccat minus, coquit, terget, aperit, digerit, uulnera etiam uetera putrida terget, carne implet, glutinat, {unde illi nomen.} Purgat pituitam crudam, & humores alios crassos, præcipue à cerebro, neruis, iuncturis, ut ischio, pulmonibus. Ob id senibus pituitosis, asthmaticis, tussientibus prodest, sed caluitium accersit, corpus impinguat, sperma auget Dioscoridi. Ophthalmiam & lippitudinem, & alios oculorum morbos, mire iuuat nutrita in uase uitreo dies quinque in lacte asinæ, nouo quotidiæ affuso. Aurium ulceri putrido, & sanioso utiliter imponitur

Hoc nõ lego in Dio. Ophthalmias discute exper

linimentum mulsa mersum, & puluere huius inspersum. Datur cum zingibere & cardamomo, ut citius & ualentius agat, uel his catapotiis Haly senis, sarcocollæ drach. iii. turbith drach. iiii. medullæ colocynthidis, zingiberis, an. drac. unã & dimidiam, salis gemmæ drac. unã, sarcocolla in aqua rosarum soluta, fiant pilulæ in dicta opera efficacissimæ. Ventriculo calido & biloso est nocentissima sarcocolla: ob id uitanda picrocholis est, aliis datur à drachm. una ad drachm. duas.

tus est Manard. ubi hæ constituerunt, linitio enim cum uino fluxiones oculorum sistit Dios. & Pli.

ANDREAS. MARINVS.

De Sarcocolla.

DE Sarcocollæ arboris persicæ gummi vocatum sarcocollã ferentis historia nemo hactenus ex antiquis, vel recẽtioribus scriptoribus certi quicquam scriptum reliquit. id quod nobis veniam à studiosis impetrare deberet, si neq; huius, neq; duarum subsequentium plantarum imagines exhiberemus, aut si minus certas, & ab imperitis acceptas ostenderemus. Nam ne vacuum figuræ locũ relinqueremus dedimus sarcocollæ arboris imaginem à diligenti mercatore Persa acceptam, quæ haud absimilis ei videtur, quam Mesues describit, siquis notas diligenter conferat, præterquàm quòd gummi sarcocollam vocatum, quod persę ad nos deferunt, eodem mercatore referente gignit. liberum tamen vnicuiq; relinquimus uerioris indagandę studium.

SARCOCOLLA.



De Sarcocolla. Cap. 18.

ANT. SArcocolla est gumma arboris, quæ est sicut frutex, & est spinosa, cuius rami sunt nodosi, collecti ad arborem & colligitur ex ea gummi, & est eius aliud album sicut thus, & aliud subcitrinum.

ELECTIO. † Fortius est subcitrinum albo, & quod est amarius melius.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calida est secundo. Et eius siccitas est minor caliditate sua, & est maturatiua & abstersiua, & resolutiua, & aperitiua, & est in ea uirtus sigillatiua uulnerum & conglutinatiua, & mundificatiua, & incarnatiua.

RECTIFICATIO. Tardæ solutionis est & debilis: & conturbat eum in cuius stomacho dominatur cholera. quare

oportet

oportet ne ei in cuius stomacho dominatur caliditas: & in quo est cholera propinetur. Vigorat autem eius operationem zingib. & cordumeni. Confectio pilularum de sarcocolla quas fecit Haly senex ℞. sarcocollæ. ʒ. iii. turbith. ℥. iiii. interioris colocynthidis. ʒ. i. s. zingi. tantundem salis gēmæ. ʒ. i. Dissolue sarcocollam in aqua rosata & confice: & fac pilulas. Sunt enim mirabiles ad ea, quæ dicemus. Nūtritur autem sarcocolla in lacte asinæ, omni die lac infundēdo super eam in scutella uitreata per quinque dies. † Et est medicamen bonum ægritudinum oculorum.

POSSE. [a] † Solutione educit phlegma crudum & humores crassos & proprie quod est in iuncturis & anchis: & mūdificat cerebrum, & neruos, & pulmonem, & confert tussi, & asthmati, & est ex rebus conferentibus senibus & proprie phlegmaticis. [b] Vsus tamen eius generat caluicium. † Inquit Diosco. [c] Vsus eius impinguat corpus, [d] & augmētum efficit in spermate. † Et ipsa est medicina sublimis ophthalmiæ, & lippitudini, & proprie nutrita sicut diximus. Et confert ulceribus putridis in aure & saniosis & proprie lychino inuncto in mellicrato: & inuoluto in puluere eius & posito in aure est uirtuosa ad illud & est medicina sublimis omnium uulnerum recentium, & putridorum antiquorum & mundificat ea: & generat carnem in ipsis & consolidat. Et hæc est proprie uirtus.

DOSIS eius est à ʒ. i. usque ad ii.

ANDREAS MARINVS.

QVATVOR hæc gummi purgatoriam vim habere arabum experimento est exploratum, cum superiores medici illud antea non animaduerterint. verum hisce cum multis alijs peregrinis medicamentis absq; magno mortalium dāno ars medica potest carere; præsertim cum vix ad nos perferantur syncera, sed ferè adulterata, & praua. [a] Solutione educit phlegma &c.) quia insigniter abstergit, & extenuat, hos effectus omnes edere potest sarcocolla. [b] Vsus tñ eius generat caluicium) frequēs istius vsus quia cerebrum egregiè siccat cum vacuando, tum calefaciendo caluicium facit, cuius ortus siccitati adscribitur. [c] Vsus eius impinguat corpus) non de suo id dixit Mesues, verū Dioscoridi suo acceptū refert, qui, cuias fuerit, adhuc ignoratur, vtrū autem verum hoc sit, è ratione petendum. non impinguat autē qua siccat, aut purgat, quæ præcipuæ sunt illius facultates, sed quatenus succos unit & adglutinat. sæpè verò illud à nobis libenter repetitur, idem medicamentum contrarios, partibus varijs, effectus edere, ne nos aduersariorum Mesuæ authoritas seducat. [d] Et augmentum efficit in spermate) dum succos pituitosos excalfaciens eos vertit in sanguinem, potest enim etiam id suo calore ordinem secundū haud excellere, quæ ratio est seminis augendi, si Galeno credimus.

MANARDVS, De Sarcocolla.

Nomen inuenit apud Græcos, & seruauit apud Latinos ex eo quod carnes glutinat. Est autem gummi arboris eiusdem nominis in Perside nascentis. FORTIVS est subcitrinum albo.) Dioscorides colore esse ait subrufo. Plinius candidam meliorem esse dicit, quàm rufam, & uetustate nigrescere. CALIDĀ est in secundo.) Galenus non meminit in quo ordine calefaciat, sed ex his, quæ dicit innui uidetur non esse adeò calidam, mixtam enim habere dicit uim ex emplastica quadam substantia, & exigua amaritudine, & propterea sine morsu exiccare ac uulnera glutinare. Plinius cum quadam acrimonia esse dulcem dicit, & Diosco. subamaram: quæ qualitates non ualde calere ostendunt. SOLVTIONE educit phlegma.) Inuentum hoc Arabum. Græci. n. ea non nisi extrorsum utebantur. An uero purget & si purgat, quo id faciat, cum expertus non sim, dicere nō audeo. INQVIT Dioscorides, usus eius impinguat corpora.) Non hoc Dioscor. nec uideo quo pacto non pugnet cum his, quæ dicta sunt: si enim purgat, & stomachum, ut dixisti, turbat, quomodo pinguescere facit corpora, & semen auget? nisi humores purgare fortè dixeris, qui nutriri corpus prohibebant. Sed quare alia, quæ purgant, non idē possunt? quod tamen alteri pharmaco non adscribis. EST medicina sublimis ophthalmiæ.) Experientia ipsa sæpius cognoui eius iuuamen in ophthalmia discutienda.

Dioscorides dixit, quòd oculorum sistit fluxiones: & Plinius, quod cum uino sistit fluxiones. Sanè tamen hoc intelligendum, præsertim in oculorum inflammationibus: non enim ab initio fluxionum ea utendum, sed ubi iam discutiendi surgit intentio.

De sagapeno. Cap. 19.

SAgapenum est liquor fruticis ferulacei oleandro montano similis, bonum quidem, colore ex albo subrubēte, odore porri, substantia crassa, sed in aqua facile solubili, leue, improbum uero notis his destitutum, ac præterea edore sylphii persici uiroso (assam fœtidam uocant) aut galbani, quo est adulteratum. Calidum ordine tertio, siccum secundo, amarum, & porri modo acre, substantiæ tenuis & igneæ plus, quàm terreæ complexum. Purgat pituitam crassam, & alios humores lentos, & aquas à uentriculo intestinis, cerebro, neruis, thorace, pulmone, iuncturis etiā longinquis & profundis. Morbis harum partium & aliarū frigidis inde natis succurrit quouis modo usurpatum, ut cephalalgiæ antiquæ, hemicraniæ contumaci, epilepsiæ, paralysi, uertigini, spasmo cynico, tremori, dolori uentriculi, aut coli pituitoso, aut flatulento, cum succo rutæ & aceto dictis partibus illitum, & attritis musculis, uel cum liquore idoneo sumptum & clystere iniectum, cum aqua rutæ uero aut hellenij nutritum & potum, crassa & lenta ex pulmonibus & thorace potenter educit. Illitum quoque tussi antiquæ, difficultati spirandi, dolori laterum prodest. Cum duplo item myrobalanorum citreorū in hydrope aquas serosas mire extrahit. Splenis quoque duritiem & inflationem dissipat potum, & cum succo capparis, & aceto illitum, itē chæradas, nodos, & alios tumores duros. Nutritum quoq; cum succo rutæ, aut fœniculi, & felle auis alicuius rapacis, uisum clariorem reddit. Fluxionem in oculum præcipue factum ab ea cohol sanat, hordeolum ex aceto illitum delet. Menses quoque potum & suppositum euocat, fœtum necat: dolori uteri, & præfocationi prodest, quoniā tenuat resoluit, dissipat, prouocat, soluit. Quod autem uentriculo & hepati noceat, cum stypticis, mastiche, spica, & similibus sumitur. cum enula quoque proprietate quadam mira perficit. Si colocynthis seminibus tantum abiectis, aqua cū pauca spica, & mastiche impleta sub cinere calido ad tertiæ partis consumptionem coquatur, & hac aqua paulatim sæpe affusa nutriatur sagapenum, ex eoque siccato trochisci fiant, magnarum sunt uirium ad iuncturarum affectus, & aquas serosas uacuandas. Potest nutriri aqua macerationis myrobalanorum citreatum, uel succi enulæ non purgati. ℥. xvii. cum mastiches & spicæ nardi, ana drach. iii. coctis ad dimidii consumptionem, & colati. Datur a drach. semisse ad drach. i.

ANDREAS MARINVS. De Sagapeno.

IMAGINEM sagapeni impetrauit mihi ab eodem mercatore Persa Lucas Caratonius familiaris meus, quæ, & si Mesuæ descriptioni non respondet, similis tamen ei est, quam Galenus author grauis describit, est enim Panaci Asclepio persimilis.

De Sagapeno. Cap. 19.

SAgapenum est gummi alhasce hundeg, † & est arbor similis oleandro montano.

ELECTIO. † Melius est cuius color est inter subrubeum, & subalbidum, † & quod habet odorem porrorum† & quod est facile resolubile in aqua, & quod est clarum cū spissa substantia, & quod ex eo est leuius est melius, & † ꝗ non est in vehementia odoris assæ, nec habet odorem chalbani. Ipsum enim est sic adulteratum.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Minus est siccum quàm calidum, & eius caliditas est in tertio. Siccitas vero est in secūdo, & in ipso est amaritudo cum acuitate, sicut acuitas porrorum. Et est compositum ex substantia subtili lignea, & terrea. Sed substantia subtilis est dominans, & † est resolutiuum, carminatiuum ventositatum crassarum: subtiliatiuum, extenuatiuum, solutiuum: & prouocatiuum.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho & hepati. Verum tollunt nocumenta eius aliquæ ex medicinis stipticitatem habentes sicut mastix proprie & spica. Enula quoque sigillat ei proprietatem mirabilem ad ea, quæ oportet. Et narrauit Mes. modos præparationis eius duos satis bonos. Primus perforetur colocynthis, & abijciantur grana eius tantum, & impleatur aqua cum pauca spica, & mastice, & bulliat in cinere calido vsque ad consumptionem tertiæ ipsius. Deinde nutriatur sagapenum cum hac aqua semper, aut modicum infundendo usq; dum pinguescat. Deinde exiccetur, & fiant trochisci, sunt enim vltimi ad ægritudines iuncturarum, & aquam citrinā. Et alius modus est proximus huic, & fit permutatio ab aqua colocynthidis ad aquam myrobalanorum tantum.

SAGAPENVM.



Modus alius ex inuentione nostra. Accipe succi enulæ sicut est. ℥. xvij. & infunde in ea spicæ, & masticis, ana. ʒ. iij. & bulliant vsq; ad cōsumptionem medietatis, post illud coletur, & nutriatur sagapenum cum eo sicut diximus. Nutritur etiam propter ægritudines oculorum cum succo rutæ, aut fœniculi, & aliquo ex fellibus & proprie auium rapacium, & fit medicamen sublime ad ea, quæ oportet.

POSSE. † Solutione educit humores viscosos, & phlegma crassum & aquam citrinam, & eius proprietas est mundificare cerebrum, & neruos, & educere materias eorum, † & conferre ægritudinibus eorum frigidis, & proprie secundum omnem modum administrationis ipsius: quæ sunt dolor capitis antiquus, & hemicranea difficilis, & epilepsia, & vertigo, & paralysis, & tortura, & tremor. Et fit linimentum ex eo & succo rutæ & aceto, & confert similiter ægritudinibus nunc dictis & contritioni lacertorum, Et est ex rebus valde bonis ad mundificandum materias, quę sunt in pectore, & proprie nutritum cum aqua rutæ, aut cum aqua enulæ proprie, & confert dolori eius bibitum, & linitum dolori laterum, & tussi antiquæ & difficultati anhelitus, & est ex medicinis magnis hydropisi. Extrahit enim aquam citrinam & proprie cum duplo ponderis eius ex myrobalanis citrinis, & modi nutricationis eius prædicti sunt ad hoc mirabiles, & confert duritiei splenis, & resoluit inflationem eius sumptum in potu & superlinitum cum succo capparis & aceto, & resoluit scrophulas, & durities, & nodositates membrorum, & nutritum cum succo rutæ, & fellibus sicut diximus† confert obscuritati visus. Et est medicina magna descensui aquæ ad oculum, & proprie alchol factum ex eo. Et linitur cum aceto super hordeolum, & delet ipsum, & confert secundum omnem modum administrationis eius doloribus iuncturarum, & est potens in eradicando materias eorum: ita quòd ex anchis, & profundis iuncturis, & clysterizatum valet similiter & bibitum & clysterizatum confert colicæ frigidæ, & ventosæ, & dolori ventris, † & bibitum & suppositum† prouocat menstrua, & interficit fœtum & confert dolori matricis, † & præfocationi ipsius.

DOSIS eius est à. ʒ. s. vsque ad aur. i.

MANARDVS. De Serapino.

Sagapenum græci, & latini vocant: sunt & qui Sacopenium. Ferulaceæ plantæ succus est, in Media nascentis: vel potius planta ipsa, vt tradit Gal. Sed quia inutilis alioqui planta est: ideo succo ipsi nomen reliquit. ET est arbor similis oleandro.) Similem Panaci scribit Gale. in libro de antidotis. MELIVS est cuius color inter subrubeum & subalbidum, & reliqua.) Excellit teste Dioscoride splendidum, exterius rufum, interius albū, gustu acre. QVOD habet odorem porrorum.) Nescio vbi Mesue olfecerit, præsertim cum ipsemet scribat paulò posterius hæc verba, ET quòd non est in vehementia odoris assæ, nec habet odorem Galbani.) Quæ verba licet non bene ex Dioscor. accepta sint, scribente, odore esse medio inter Sylphium, & Chalbanen. Nec mirum est si odorem habet Chalbanes, quum adeo propinquæ naturæ sint, vt Chalbane mutetur in Sagapenum, sicuti scribit Galenus eodem de antidotis libro. ET, quòd est facile resolubile in aqua.) Verum Sagapenum ibidem scribit Galenus, aqua infusum, aut vino, statim dissolui. ET eius caliditas est in tertio. Galenus dicit calidum & tenuium partium, sicut alij opi, idest, succi, nec dicit in quo ordine, sed cum dicat Chalbanen esse calidum in fine secundi, vel principio tertij, idem de hoc pariter sentiendum. EST resolutiuum.) Galenus tenuium esse partium, & habere quid dixit abstersiuum. SOLVTIONE educit humores viscosos.) Inuentum & hoc Arabum: non enim purgatoriam ei vim adscribunt Græci. Purgatiuam vim cū dico, per inferiorem ventrem intelligo; scribit siquidem Diosc. quòd crassos humores ex pulmone expurgat. ET conferre ægritudinibus eorum. s. cerebri & neruorum.) Conferre opisthotonicis scribit Dioscorides, idest, rigori, quo caput ad scapulas trahitur: ad rupta quoque & conuulsa. BIBITVM prouocat menstrua.) Cum aqua dulci, scribit Dioscor. ET præfocationi matricis.) Si cum aceto illud mulier odoretur, ait Diosc. CONFERT obscuritati visus.) Cicatrices quoq; oculorum secundum Gal. attenuat & expurgat. Dimitti autem Mesue vim qua præcipuè excellit, in his quos serpentes momorderint.

De euphorbio. Cap. 20.

EVphorbium liquor est arboris in deserto frequentis hispidæ, foliis item prioribus hirsutis, quibus delapsis succedunt alia polio marino similia. Id esse debet leue, fragile, clarum, colore pallido, acerrimum sapore & odore: recens & annotinum est uenenosum, igneum calidū siccum ordine quarto, omnium lachrymarum calidiss. tenuiss. urit, rubrificat, ulcerat, penetrat, terget, tam uiolēter agit, ut præ angustia & labore syncopen & sudorem frigidum acersat. Purgat autem præter cætera pituitam crassam & lentam, quantūuis impactam etiam à neruis & iuncturis remotis & profundis sumptum, sed ut mox dicam, emendatum. Idem ex oleo leucoii lutei solutum, affectibus neruorum frigidis paralysi, stupori, tremori, spasmo: spasmo cynico, nodis, illitu mire conducit, hepatis quoque ac lienis tumoribus, & dolori ab intemperie frigida, & flatu, & ei qui per iuncturas & partes alias turget, occurrit. Puluis eius ex aceto alphis ualenter affrictus eos delet, idem sternutamentum ualentissime ciet. Cum oleo de spica illitum occipiti: lethargicæ obliuioni prodest, aquas quoq; uacuat. Ventriculo & hepati nocet suæ actionis uehementia, ob id parum tenuiter est terendum, & miscendum acrimoniam obtundentibus, calorem flammeum extinguentibus, lubricantibus, & horum omnium tanta copia, ut superficies eius undique tegatur, & uestiatur. Alçanzi quoque euphorbii grana

SYL. Splēdidū, ut sarcocolla, acre orui magnitudine uitreo in uentib. ouium collecto prefert Diosc. Pli. lacteū Gal. recēs album, uetus flauū scribit esse. Si cum odorata potiōe bibat, ischiadi madet Diosco.

Euphorbium cum mastiche, & tragacātho coctū in pane dedit ī morbo Italico Manardus & sine manifesta noxa iuuit.

grana oleo amygdalino inuoluta mergit mali citrei diuisi succo acido,& malum maza circundatum coquit. Sic obtusa acrimonia fit innocentius,uel oleo amygdalino inuoluta,deinde cum succo glycyrrhizę,uel manna,uel sapa ex larga stypticorum copia soluto,in catapotia formentur, danda quibus opus est.Humain quoque euphorbium propinat cum mulsa,& aromatibus quibusdam, & mastiche, spica, communibus aliorum medicamentorum ualentium epicerasticis. Aqua hordei autem, & alia lubricantia cum oleo amygdal.sæpe post euphorbium potanda,ut calorem extinguant,& leniendo celeriter ex corpore deturbent. Aureo uno sumptū necat Dios. Datur à siliqua una ad siliquas tres quo sumpto frigus uitandum est. Anno primo est uenenosum,ad annum usq; quartum est ualidum, præsertim cū initio,uel lentibus,uel fabis seruatur.

Id in Dio. non legi, sed drach. tribus necare scribunt, thazes, Sera, Auic.

SYLVII ADNOTATIO.

Euphorbium liquor ferulaceæ arboris Dio.herbæ foliis acanthinis in monte Athlante,Pli.in Tmolo Mauritanię. Diosco.à Iuba rege inuentum, ab Euphorbio suo Medico Antonij Musæ fratre,uocatum.Paul.dat siliquas quinque, uel septem:immo drach.unam cum melle cocto,ad pituitā & aquam ducendam,ad.3.unā accedit Dios.Aui. tres obo. Serapion duos. Cætera de hoc, & alijs ex nostris simplicibus locupletare potes.

ANDREAS MARINVS.

De Euphorbio.

NOMEN arboris,& eius succi Euphorbium est, cuius arboris sicuti succus notissimus est,ita imago hactenus fuit ignota,quamuis eam nos à sarraceno quodam mercatore fide digno haud ita pridē accepimus, ex Africa (vt audio) adlatam,atq; in studiosorum gratiam pingi iussimus. consentit porrò hæc figura cum Dioscoridis historia quippè arbor est ferulacea.

EVPHORBIVM.

ANT. De Euphorbio. Cap. 20.

EVphorbium est gummi,† excedens omnia genera gūmi in calefaciendo & subtiliando. Est enim ex rubificantibus & exiccantibus.† Et est ex arbore desertorum locorum hispidorum cuius folia in primis cum eleuā-

E tur sunt sicut lanugines: deinde cadunt, & nascuntur folia similia polio marino.

ELECTIO. †Melius est leue frangibile habens colorem palearem & clarum & quod est uehementis acredinis, & odoris ualde acuti,& quod est recens super quod iā præteriit annus.Recens uero anni sui, est sicut uenenum & ignis.Et est ex gummis,quę dissoluuntur in oleo & proprie quod est recens.Antiquum uero fortassis non dissoluitur.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Calidum est & siccum in quarto,& est calidius: & subtilius omni eo quod calefacit ex gummis, & est in eo uirtus† adustionem faciens & rubificationem,& est penetratiuum, abstersiuum, excoriatiuum, & est ex facientibus operationem cum labore,& angustia uehementi perducente ad syncopim, & sudorem frigidum.

RECTIFICATIO. Est inimicum hepati,& stomacho propter uehementiam uirtutis suæ,quoniam est acutum uehementer,serrosum,& inflammabile.oportet ergo uirtutem eius frangere:& proprie cum rebus obtundentibus acumē
F eius,& extinguentibus inflammationem,& acquirentibus ei lubricitatem,& oportet,ut sit earum quantitas multa uestiens & tegens superficiem eius, & oportet, ut non multū teratur.† Dixit Alkanzi.Accipiantur frusta citri, & sepeliantur grana eius prius inuoluta in oleo amygdalino in acetositate ipsius. Deinde inuoluantur pasta & decoquantur. Rectificatur autem ex hac arte,& remouetur acumen eius.Modus alius uirtutem eius frangēs sicut narrauit Hamech.Inuoluatur in oleo amygdalino deinde sepeliatur in succo liquiritiæ, aut tereniabin dissoluta, aut in aliquo ex robub dissolutis stipticis, & sit eorum quantitas multa, & fiant ex eis pilulæ & propinentur ubi oportet. † Et dixit Humain.Propinetur cum aqua mellis,& aliquibus speciebus alefanginis.Mastix autē & spica sunt ex rectificantibus communibus emendantibus quæcunque ex acuitate medicinarum timentur. Audaciam autem eius expellunt medicinæ lubricatiuæ,& extinctiuæ,sicut est aqua hordei proprie cum oleo amygdalino,& fiat exhibitio post exhibitionem frequens.

G POSSE Solutione † educit phlegma uiscosum, & crassū à locis profundis corporis mundificans iuncturarum uacuitatem ab humoribus crassis difficilis eradicationis. Nec est ei res similis ad hoc,& est ex rebus mundificantibus neruos,& consumentibus humiditates imbibitas in eis. Et dissoluitur in oleo de cheiri, & inungitur cum eo, & confert ægritudinibus neruorum frigidis,sicut est paralysis, & stupor,& tremor:& tortura,& spasmus,& est res mirabilis ad illud.Et inungitur super hepar,& splenem,& confert doloribus eorum frigidis,& uentosis,& fricatur puluis eius super morpheam cum aceto fricatione forti, & delet eā. Et sumptum in potu secundum modum emendationis eius,est medicina magna doloribus nodosis,qui uadunt & ueniunt per iuncturas, & est ex rebus, quæ faciunt sternutationem cum fortitudine,& est medicina bona lethargo,obliuioni, & proprie inunctio ex eo cum oleo de spica in occipitio. † Et est ex medicinis educentibus aquam citrinā. Et dixit Diosc.Aureus unus ex eo interficit.

DOSIS Eius est ad chirat.i.usq; ad.iii.Conseruatur autē
H quadriennio.Recens autem anni sui est pernitiosum. Is autem qui sumit ipsum timeat frigus.Conseruatur autē ne cito senescat in milio,uel fabis,uel lentibus.

MANARDVS, De Euphorbio.

Euphorbion græcè & latinè dicitur,apud quosdam Græcos Eupholbion Arbor est secundum Dioscoridem:secundum Plinium herba:secundum utrūque ferulacea. Plinius foliis acanthinis,in monte Atlāte.Dioscorides mōte Tmolo Mauritaniæ:opo plena acerrimo. EXCEDENS omnia genera gummi.) Non inter gūmi,sed inter opos reponit Ga. Dios.abundare dicit Euphorbium arborem opo acerrimo adeò,ut sine metu colligi non possit. EST ex arbore desertorum locorum.) Nec apud Græcorum,nec apud Arabum quenquam legi,qualis sit hæc planta. Plinius tantum foliis esse acanthinis Euphorbium,& à Iuba rege inuentum, ac nomine sui medici Euphorbium uocatum. Fuit enim Euphorbius medicus Iubæ,& frater Antonii Musæ. MELIVS est

est leue frangibile.) Eligendum secundum Dioscoridē id, A quod splendidum est & acre:esse enim eius duo genera,alterum splendidum,ut Sarcocolla, erui magnitudine: alterum quod in auium uentribus colligitur,uitreo colore.Plinius lacteum succum commendat, & habere dicit thuris effigiem:adulterari hœdino lacte, sed discerni igne: quoniā id quod syncerum non est,fastidiēdum odorem habet. Dioscorides adulterari Sarcocolla & glutino. Galenus libro secundo de medica.compo.secundum loca circa finem, id quod recēs est,albissimum esse, antiquius ad flauius uergere. ADVSTIONEM faciens.) Galenus causticæ esse uirtutis dicit,& tenuium partium. DIXIT Alcanzi.) Iussi aliquando,ut in pane coqueretur, addens mastichen & gummi ex Tragacātha,eoque usus sum in Gallicis artuum doloribus & sine manifesto nocumēto iuuit.ET dixit Humain.) Dioscorides cum melle absolute,Paulus cum melle cocto præbet. EDVCIT phlegma uiscosum.) Paulus simpliciter pituitam.A locis profundis corporis.) Si cum odorata potione bibatur,coxendicis doloribus mederi scribit Dioscorides.
B EST ex medicinis educentibus aquam.) Paulu seducere magis aquam quàm pituitam dicit, datq; adhuc affectum siliquas quinque uel septem.ET dixit Dioscorides, aureus unus ex eo interficit.) Non hoc dixit Dioscori. sed Paulus quidem dat drachmam unam cum melle cocto,ad pituitam & aquam educendam. Rasis,Serapion, & Auicenna dicūt tres drachmas interficere. Discutit etiam suffusiones, & squammas ossium resoluit, secundum Dioscoridem. DOSIS eius est Chirat.i. usque ad tres.) Ad drachmam usque accedit Dioscori.superius diximus.) Auicenna dat tres analosat,id est,obolos.Serapion duo: secundo practicæ excedit aureum.

SYL. Panacis herculei liquor om... dici... tamen ...cipuum ...anax hic ...otius de...cribi co...noscesex ...riusque ...otis Dio...co. expres...

De opopanace. Cap. 21.

OPopanax est liquor plantæ similis ferulæ,caulæ cubitali,uel bicubitali pallido,foliis ferulæ, sed minoribus,floribus anethi modo in umbella dispositis, odoris, flauis.Secto autem caule digitis duobus, aut circiter supra radicem liquor effluit. Flauus, qui coagulatus est opopanax optimus,si intus albus est,foris flauus, amarus,fragilis,in aqua mox solubilis,odoris boni, sed sui. A-
C dulterant ammoniaco, intectis, scilicet ex ipso granis opopanace uero.Dolum prodit odor & albedo in fracturis.Radice etiam planta hæc utilis est,calida sicca tantum ordine secundo,tertio autem,opopanax utrunque terget,digerit, tenuat,flatus dissipat crassos,lenit,expurgat. Purgat pituitam crassam,& lentam clam à remotis partibus, cerebro, neruis,sensoriis,iuncturis, thorace. Ob id prodest harum partium affectibus frigidis inde natis, uisui imbecillo,tussi antiquæ,difficultati,spirandi,ischiatidi,gonagræ,podagræ. Vino musteo incoctum post tres menses potu hydropem leuat,& lienis tumorem.Ex mulsa calente potum,stranguriam,sanat,menses mouet,abortum facit,alioqui ab utero præfocationi, & frigidis uteri affectibus saluber. Stomacho idem nocet,sitimque excitat, tarde purgat,corrigitur, ut sagapenum.Idem aceto solutum collutionis dētium dolorem & erosionem sanat.Potum cum aceto hora una ante accessionem,& cum succo apii,& oleo anethino spinæ illitum,& rigorem febrilem prohibet.Ex ipso autem, & suc-
D co apii,& aceto bono emplastr.lieni impositum ipsius duritiem dissipat.Datur à drachma una ad drachmas duas. Nodos,strumas emplastro dissipat, & resoluit, & ischiadem, gonagram,podagram & aliorum articulorum dolores quouis modo usurpatum,hoc est,sumptum, clystere iniectum, admotum præsertim cum succo brassicæ, melle,pauco sale. Vlcera fistulosa, antiqua, putrida, cacoethea, dysepulotica expurgat,carne implet etiā super ossa nuda (quod opus illi est peculiare) & cicatrice tergit,si(Ebengezar ait)opopanacis.℥.i,rasuræ panni antiqui tenuis,mundi, uncia dimidia cum uino & melle,& oleo rosato paulatim alternis affuso,teratur in mortario,donec fiat unguētum. Huic tamē posteriores addiderunt lithargyri,aloes,myrrhæ, sarcocollæ,ana drachmas duas.

Panacis heraclei,ex quo opopanax colligitur, historia ex Dioscoride.

PANACES nonnullis heracleum dicitur: ex quo opo-
A ponax colligi solet.Plurimum in Bæotia & in Phocide Arcadiæ nascitur:ibiq; compendij,& quæstus, qui ex eo liquore factitatur,gratia,studiosè colitur.Folijs est asperis,ī terra iacētibus,herbacei coloris,multum ad ferulacea accedētibus in ambitu quinq; partito diuisis:caule, ut ferulæ, altissimo,qui lanugine quadam incanescit,folijs etiam minutioribus obsitus:muscarij,ceu anethi,in cacumine,flore luteo, & semine odorato,ferueteq;.radices habet multas ab origine una,candidas,graueolentes,crassi corticis,& subamari gustus.Nascitur in cyrene libyæ,& Macedonia.

PANACES.



De opopanace. Cap. 21.

OPopanax est gummi plantæ similis ferulæ† cuius stipes eleuatur super terram circiter cubitum unū uel duos, † & folia eius sunt minora foliis ferulæ. ANT.
Et eius thyrsus est palearis in colore, & eleuantur super eum flores odoris boni coloris auri, & sunt † secundum semitam florum anethi. † Et faciunt cultores eius incisiones paruas inter radicem & eleuationē thyrsi eius circiter palmum medium,† & egreditur humiditas aurea, quę coagulatur & fit opopanax.

ELECTIO. † Melius ex eo est quod est citrinum extra, & subalbidum intus, † & quod est amarum & quod facile frangitur, & facile dissoluitur in aqua: † & quod est odoris boni proprii.Et sunt ex hominibus,qui adulterāt ipsum cum ammoniaco proprie, supercolorando grana minuta ex eo,† sed odor,& albedo fracturę deoccultānt fallaciam. Et melior pars plantæ eius est gummi eius,& radix ipsius.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calidum est & siccum in tertio, & radix eius est in secundo, & est resolutiuum, carminatiuum uentositatum crassarum, subtiliatiuum, lenitiuū,mūdificatiuū, & abstersiuū & similiter radix ipsius.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho faciens sitim. Et est operationis tardæ. De rectificatione autem fac quod in sagapeno diximus.

POSSE. † Solutione educit phlegma crassum & uiscosum à partibus remotis,& iuncturis proprie, & mundificat cerebrum,& neruos,& confert ægritudinibus eorum frigidis,& est ex rebus addentibus in uisu proprie secundum

omnem modum administrationis ipsius,& mundificat pectus,† & cõfert tussi antiquæ,& difficultati anhelitus,similiter & radix eius. Et fit emplastrũ ex eo & succo apii,& aceto bono super splenem resoluens duritiẽ eius. Et dixit quidã. Ponitur pars aliqua ex eo in musto, & administratur post tres menses,& confert hydropisi, & magnitudini splenis.† Et emplastratur super nodositates membrorum,& super scrophulas, & resoluit eas. Et colluitur os cum aceto decoctionis ipsius,& confert dolori dentium, & corrosioni eorum,& bibitur cum aqua mellis calida,† & confert guttationi urinæ,& prouocat ipsam,& menstrua, † & facit aborsum. Et est medicamen bonum† & præfocationi matricis: & ægritudinibus ipsius frigidis, & est medicina magna doloribus iuncturarum,& podagræ, & dolori genuum, & fortis† ischiaticæ,& proprie secundum omnem modum administrationis ipsius,etiam linitum & emplastratũ & proprie cum succo caulis,& melle & sale pauco. Et est ex medicinis bonis expertorum iuuamentorum† uulneribus antiquis, & putridis, & eis,quæ sunt difficilis consolidationis. Facit enim in eis nasci carnem,† & uestit ossa nuda, & est ei proprietas in hoc. Et narrauit Ebengezar, quòd si ex eo & medio ponderis ipsius & rasura panni antiqui subtilis, mundi, & uino, & melle, & oleo rosaceo, fiat unguentum sic terendo in mortario,nunc oleum, nunc uinum infundendo:illud fit mirabile ad implẽda uulnera carne,& proprie in quibus uidetur difficilis incarnatio. Et posteriores addiderunt ex lithargyrio,& aloe, & myrrha, & sarcocolla,sicut ana quartam partem quantitatis opopanaci, & fit mendicamen mirabile sanans fistulas, & ulcera fraudulenta. Et est medicamen expertum rigori febrium, & proprie bibitum cum aceto ante horam paroxysmi, & linitum in spina dorsi dissolutum cum succo apii, & oleo anethino.

Dosis eius à.3.i.vsq; ad.ii.

ANDREAS MATTHINVS.

HANC historiam ex Dioscoride petiuimus, quoniam Mesuæ descriptio admodũ confusa uidetur, ut doctissimus Manardus ante adnotauit. Nam dum panacem Herculeũ, unde hic succus omnium consensu effluit describere instituit,in Asclepij historiam labitur. cætera Manardus persequitur.

MANARDVS, De Opopanace.

Opopanacem Græci & Latini uocant liquorem Panacis Herculei: triplicem enim Panacem tradũt, Herculeũ, Asclepium,& Chironium. Videtur tamen non Herculeũ, sed Asclepium potius describere,dum ait: Gummi plantæ similis ferulæ & reliqua. De Herculeo siquidẽ scribit Dioscorides,quod caulem habet & umbellam, non quod planta sit similis ferulæ. Sed nec ex duobus reliquis generibus, ullum ferulaceum facit. CVIVS stipes eleuatur super terram, circiter cubitum unum uel duos.) Herculei caulem dicit Dioscorides esse altissimum, Asclepii tenuem & cubitalem. ET folia eius sunt minora foliis ferulæ.) Hoc nullo pacto potest Herculeo congruere, quem folia habere dicit Dioscorides sico similia,in quinque partes per ambitum diuisa: sed respondet potius asclepio, quem folio fœniculi constare dicit,sed maiore. Quod etiam de ferulea dixit Mesuæ, Flores odoris boni, coloris auri, hæc ferè sunt Dioscoridis uerba de Asclepii floribus. Herculei vero flores,dicit esse melinos,hoc est,luteos. SECVNDVM semitam florem Anethi.) Hoc utrique potest aptari. De Herculeo tamẽ peculiariter scripsit Dioscorides quod umbellã anethi habet. Ex his igitur patet, Asclepium potius hic describi,quam Herculeum: cum tamen omnes medicinæ authores, ex Herculeo, non ex Asclepio fieri opopanacem scribant. ET faciunt cultores eius incisiones paruas, inter radicem & eleuationem thyrsi, circiter palmum medium.) Radicem ipsam scindi scribit Dioscorides germinantibus caulibus,caules uerò messis tempore. ET egreditur humiditas aurea.) Egredi liquorem candidum scribit Dioscorides,sed ubi inaruerit,croci colorem exterius acquirere. MELIVS ex eo quod est citrinum extra, & subalbidum intus.) Laudat Dioscorides eum qui sit interius candidus uel subrufus,exterius croceus. ET quod est amarum.) Amarissimum dicit Dioscorides. ET quod est odoris boni.) Grauis odoris esse debet secundum Dioscoridem & præterea pinguis,friabilis dissolui facilis, ac læuis. Nigrum & mollem esse malum dicit. ODOR & albedo fracturæ deoccultant fallaciam.) Dioscor. verus digitis in aqua contritus,diluitur & lacteſcit. CALIDVM & siccus in tertio.) Galenus calidum in tertio,siccum in secundo. Et est resolutiuum: & reliqua.) Galenus calefacit,mollit, discutit: radix uero abstergit,siccat: & quia non uehementer calefacit,ideo carnem generat. SOLVTIONE educit phlegma.) Nec Dioscorides nec Galenus uim ei purgandi adscribunt. EST ex rebus addentibus in uisu.) Dioscorides ad claritatem oculorum inungitur. CONFERT tussi antiquæ.) Dioscorides ualet ad lateris dolores & tusses cum aqua mulsa,aut uino sumptus,& ad rupta ac conuulsa. ET emplastratur super nodositates membrorum, & super scrofulas.) Durities inquit Dioscorides uteri, & inflationes discutit,cum melle solutus. Confert guttationi urinæ.) Dioscorides ad strangurias, & ueticæ scabies ac tormina cum aqua mulsa,aut uino. ET facit aborsum.) Dioscori des cum melle dissolutus fœtus occidit. Et de radice, ait ꝙ abrasa & supposita,educit fœtum. PRAEFOCATIONI matricis.) Defructu hoc scribit Dioscor. si cum uino bibatur. Et podagræ.) Cum nua passa linitus, ait Dioscorides. SCIATICAE secundum omnem modum administrationis.) Dioscorides inunctum. Vulneribus antiquis.) De radice hoc ait Dioscorides, Galenus quod ualet ad ulcera mali moris,atque in eis generat carnem. VESTIT ossa nuda.) De radice hoc quoque scribunt Dioscorides & Galenus, tanquam de minus calida, quàm opos. Adde ex Dioscori. quod acopis & capitis medicinis miscetur, ac canis dentiũ dum dolent: Carbunculos rumpit: & pici mixtum,est contra morsum rabidi canis optimum emplastrum.

De Thymælea. Cap. 22.

THymælea (quæ Persis *mezereon,id est,rapiens uitam,aliis faciens uiduas,multis leo terræ uocatur) planta est lactariarum maxima, caule bicubitali: foliis oliuæ,sed † maioribus, fructu nigro: myrtarum magnitudine, eaq; multiplex,una foliis magnis,tenuibus, altera foliis quidem paruis oliuæ modo, sed multo spissioribus,alia foliis crispis,asperis. Ex his item quædam foliis virentibus,alia nigricantibus,colorem pauonis referentibus. Præstantior est,quæ foliis est magnis,tenuibus, uirentibus,in loco libero nata prope alias speciei eiusdem. Quę uero sola in magno agri ambitu oritur,pernicioſa est,uti et quæ prope thermas,& quæ foliis est paruis & spissis, item, quæ crispis,asperis,itemq; nigricantibus. Calida est ac ficca ordine quarto potius,quam tertio, ut filius Zezar censuit. Vis enim ei ineſt ualenter acris, ignea, ulcerans, mordens, inflammans,consumens,virtutes dissoluens. Aquas serosas ualenter purgat,melancholiam quoque, ut ait Alexander,si melanogoga miscentur,pituitam,si phlegmagoga,bilem flauam, si cholagoga,ut absinthium duplum, aut myrobalani,hydropem ob id mire iuuat aquis ex uentre eductis. Lumbricos & animalia alia interranea necat, pelliteq;. Sed hepati,cæterisque partibus nutritoriis nocet. Ad quartanam commendatur à Ioannitio. Turunda ex ea & melle ulcera fistulosa cacoethea,id est,maligna curat. Acetum cui hæc incocta est,collutione dentium dolori & erosioni,gingiuarum cruentarum mollitiei medetur. Eadẽ cum aceto, oleo, cera, unguentum est ad scabiem utile, cum aceto autem forti, melle,& sulphure,alphos,leucem, lentiginem delet. Quin & folia ex aceto forti iis affricta idem possunt. Quoniam autem id partibus principibus facultatum nos gubernantium; ceu fontibus ueneni modo nocet, eas deiiciens ac dissoluens,eius uis acerrima & maligna frangatur contrariis, acrimoniam & calorem flammeum obtundentibus & extinguentibus, qualia sunt olea frigida,& adstringentia. Muccago psyllii,succus portulacæ,& magis intybi,aut halicacabi, aut solani humidi, aut sonchi, aut aqua oxyacanthæ,myrobalani quoque, absinthium duplum authore Zezar,acetum item uno die tradita sibi thymæleam corrigit Dios. Idem acetum cui incocta uel infusa fuerit in syrupo acetoso coctum, magnarum & expertarum est uirium,melius si eodem aceto ante macerata fuerint cydonia,uel maciana,uel uua oxyacanthæ. Folia quoque eius lacte,uel asinino,uel caprino,dulci uel acido, uel sero lactis infundantur,uel igni lento coquantur despumando, & coletur. Tuto id propinatur malitia eius sic ablata. Syrupus rosatus antequam sit percoctus,si eo maceretur aliquantisper thymelea: saluber est ac securus Galen. Idem ius galli antiqui si in eo macerata sit,pollicetur. Oleũ quoque thymeleæ aliis mistum uirtutem ipsius frangentibus est efficacissimum. Fit autem sic. Foliorum thymeleæ uncias quinque,macera horas uigintiquatuor aquæ dulcis libris tribus,coque igni lento ad dimidias,colato ad de olei amygdalarum dulcium ʒ.vii. percoque ad aquæ consumptionem. Foliorum coque horum unc. duæ cado magno musti impositæ, post tres menses uinum id ad hydropem efficaciss. reddunt authore Rufo,expulsis ab eos citra noxam serosis excrementis. Ad eundem hydropem benedictum confecimus medicamentum ex foliorum thymeleæ præparatorum ʒ.x. carnium cydoniorum ex aceto coctorum sacch. albiss. ana drach. septuaginta, mannæ drach. quadraginta, seri lactis cui infusus sit agaricus drach. triginta,olei thymeleæ prædicti drach. duodecim, saccharum & manna infero illo soluantur,carni cydoniorum misceatur, coque igni lento ad mellis spissitudinem. Puluis foliorum oleo dicto inuoluatur,& misce omnia. Catapotia idem ualenter & tuto præstantia recipiunt foliorum præparatorũ drac. quinque,myrobalan. citrearum drac. quatuor,cepularum drach. tres,misce cum manna uel tamarindis aqua intybi solutis. Mediocriter coqui potest,multa tritura uis eius uanescit. Aqua hordei & uuarum passarum noxas eius in corpora abolent, aqua autem intybi & sonchi calorem ab eo in nobis relictum extinguunt. Styptica quoque medicamenta depellunt ex corpore, & frangunt uiolentiam acrium. Datur decocta à drach. semiss. ad drach. unam, pul. autem à siliquis duabus ad siliquas quinque.

SYLVII ADNOTATIO.

Thymeleam coquit Dioſc. ad tertiæ partis uini consumptionem, chameleam Serapion ad duarum ex tribus partium,quæ utraq; coctio multa dici potest.

Mezereon hoc est Chameleæ, Thymeleæ, historia ex Dioscoride.

CHAMELAEA surculosa fruticat,ramis dodrantalibus, folia oleæ similitudinem habent,tenuiora,& amara,quę gustata linguam mordent,& arteriam eradunt. Thimelæa (verò) est ex qua granum Gnidium,quod est semen ipsius, colligitur,hoc syri apolinum uocant. quoniam satiui lini frutex suapte natura similitudinem referat,uirgas edit pulchras,multas,tenues,binum cubitorum, foliis chamelææ, angustioribus,& pinguioribus,uiscosis, gummosisq; si mordeantur, flore candido,fructu myrthi in modum rotundo, qui inter initia uiret,& tandem rubescit. Inuolucrum fructus durum,foris nigrum,intus album.

De mezereon. Cap. 22.

MEzereon [a] est planta uocata apud Persas rapiens uitam,& à quibusdam faciens uiduas, & à plurib. leo terræ uocatur,& est planta cuius stipes† eleuatur super terram circiter cubitos duos,† & folia eius sunt similia foliis oliuæ,sed maiora, † & producit grana nigra in magnitudine fructus myrti,& est planta lacticiniorum maiorum† [b] cuius species sunt plures. † Est enim quædam magna habens folia,& subtilia, † est parua habens folia sicut folia oliuæ,& spissa nimis,† & est habens folia crispa & aspera, & ex eis aliud est habens colorem viridem, & aliud habẽs colorem subnigrum producentem colorem pauonis.

ELECTIO. † Melius est habens magna folia tenuia & viridia,& quod oritur in locis liberis,& in uicinitate plantarum speciei eius. [c] Et quando oritur ex eo planta una in toto ambitu loci est mortalis. [d] Et quæ oritur in locis thermarum est sicut venenum,& parua habens folia, & spissa, est malum. Et similiter habens crispa,& aspera,& quod est subnigrum similiter.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calidum est & siccum in iiij. & dixit filius Zezar est in fine tertij. Sed non verificatur illud,est enim in eo virtus acuta, ignea, & acrimonia uehemens,& est excoriatiuum ulceratiuum,serosum, & in flammabile,& est consumptiuum,& dissolutiuũ virtutis.

CHAMELAEA.

THYMELAEA.

RECTIFICATIO. † Est proximum ueneno,nocens membris quæ sunt mineræ virtutum, debilitans, & dissoluens

eas.Conandum est igitur frangere malitiam & acuitatem eius,† & hoc faciemus cum auxilio rerum frangentium ea, & permutantium inflammationem,& ferrositatem eius sicut sunt olea frigida,& proprie res extinctiuæ,sicut est mucilago psyllij,& succus portulacæ,& succus endiuiæ, proprie.Est enim mirabile,& aqua alkekengi, & aqua solatri humidi,& altarasacon,& aqua berberorum. Et frangunt adhuc acuitatem eius res inspissatiuæ,& ponticitatem habentes,sicut sunt myrobalani.Sunt enim sublimes ad illud. Et dixit filius Zezar. † Duplum ipsius ex absinthio iunctũ cum eo emendat malitiam eius. Inquit Diosco. infundantur folia eius in aceto die una & exiccentur & frangitur cũ arte hac uirtus ipsius ferrosa, & inflammabilis. Et dico ꝙ si in aceto coquantur aut infundantur citonia, aut maciana aut berberi erit melius & sigillatur almezereon bonitas ex hoc ad ea quæ oportet, & si ex aceto infusionis eius, aut decoctionis ipsius fiat syrupus acetosus,inuenitur experto rum iuuamentorum ubi oportet.Et ex rebus adhuc emendantibus & remouentibus malitiam eius est ut iufundantur folia eius in lacte dulci aut acetoso, & proprie sumpto ex asina aut capris. Et quandoque ponuntur folia almezereon in aqua lactis,& bulliunt cum facilitate, & aufertur spuma eius, & colatur & propinatur cum securitate, † & dixit Gal.Infundantur folia eius in syrupo rosarum parũ antequam terminetur coctio ipsius & propinetur syrupus ubi oportet. Non est enim in eo timor. Et dixit iterum. Decoquatur in iure gallorum antiquorum & est sine nocumento, & quandoque oleum almezereon administratur cum permixtione aliarum medicinarum uirtutem eius fractiuam habentium, & eius operatio est talis.Accipe foliorum eius ʒ.xl.& super ea proiice aquæ dulcis lib.iii. & dimitte die ac nocte, deinde fac bullire lento igne donec redeat ad lib.unam & mediam, & in colatura eius ponatur olei sumpti ex amygdalis dulcibus. vnc.viii. & bulliat faciliter usque ad aquæ consumptionem, & si ponatur oleũ cum foliis & aqua, & bulliant simul ad aquæ consumptionem erit in uirtute fortius. † Et dixit Rufus. Submergatur in aqua ex foliis eius † circiter ℥.ii.in cado magno musti,& dimittatur mensibus tribus & erit res mirabilis ad hydropisim, expellit enim sine nocumento aquam citrinam. Confectio almezereon ex inuentione nostra. Accipe foliorum almezereõ pręparatorũ partes.x. carniũ citoniorũ lixatorũ in aceto uini, & zucc.tabarzet ana partes lxx.tereniabin partes xl.aquæ casei infusionis agarici partes xxx.olei almezereon partes xii.Dissoluatur zuccharũ & tereniabin in aqua casei prædicta,& misceatur cũ carne citoniorũ & coquatur cum facilitate usque ad mellis spissitudinem & inuoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iam dicto,& conficiatur cum eis.Est enim medicamen benedictum ad hydropisim.Confectio pilularum almezereon ualentium similiter ad hydropisim. Confectio pilularum almezereon ualentium similiter ad hydropisim, & ad expellendum aquam citrinam cum fortitudine sine timore ℞.foliorum præparatorum drach.v.myrobalanorum citrinorũ drach.iiii.chebulorum drach. iii. confice cum tereniabin uel tamarindis dissolutis in aqua endiuiæ. † Et scito quod almezereon de decoctione modicum sustinet,& contritio laboriosa uirtutem eius destruit, expellunt autem nocumẽta eius à corpore aqua hordei, & aqua passularum.Verum aqua endiuiæ,& altarasacon auferunt inflammationem relictam ab eo in corpore. Et sciuisti quod medicinæ compressiuæ audaciam medicinarum expellunt.

Posse. † Solutione educit aquam citrinam cum fortitudine uehementi.Et dixit Alex.Iuncta cum rebus educentibus melancholiam, educit eam, & cum rebus educentibus phlegma,educit ipsum. Et absinthium duplicatum ei aut myrobalani addunt ei bonitates notas, & faciunt educere choleram.Maius autem iuuamentum quod ex eo expectatur, est ad hydropisim. Aquam enim educit aggregatam in uentre.Nocet tamen hepati,immo omnibus membris nutritiuis. † Et interficit lumbricos,& uermes, & solutione educit eos,& serpentes uiscerum. † Et si fiant tentæ ex eo & melle curat fistulas & ulcera fraudulenta, & fit collutio ex aceto decoctionis ipsius. † Et confert dolori dentium,& corrosioni eorum, & gingiuæ sanguineæ, & mollificatæ. † Et fit unguentum ex eo, & aceto & oleo & cera ad scabiem bonum, † & fit ex eo linimentum cum sulphure & melle & aceto forti ad morpheam, & albaras, & lentiginem,& delet eas.Et quandoq; fit confricatio super morpheam & baras cum foliis eius,& aceto forti & est ultimum.Et dixit Ioannitius. Valet ad quartanam.

† Dosis eius est à ʒ.s.usque ad ʒ.i. Et hoc in coctionibus & pulueris à karactis.ii.usq; ad v.

ANDREAS MARINVS.

[a]Mezereon est planta) in hoc capite Mesues noster (quod pace uiri docti dixerim) cœlum terræ miscuit, nec quicquam docet,quod tutò sequamur,id quod cum acutissimus Manardus antea luculenter ostenderit,nihil est quòd in eo amplius laboremus, tantum studiosos monitos uolui,ut à Dioscoride harum plantarum notas, ac uires Mesue relicto,accipiant. [b]Cuius species sunt plures) multiplex hic error est,ni fallor,primum quidem Thymelæam in species quinq; distribuit, cum una sit proprio nomine ita nũcupata,deinde uerò inter lacticinias & hanc, & alias species,quæ lacte carent,collocat, postremò Thymelææ omnes facultates tribuit,quæ Thymelææ,Chamelææ,aliisq; ignotis plantis conueniunt. [c]Et quando oritur ex eo) idipsum de colocynthide cur dictum fuerit, declaratum est supra. [d]Et quæ oritur in locis thermarum) plantæ quæ suapte natura alioqui sunt calidissimæ,apud thermas longè calidiores exoriuntur,terra enim metallo participat.uerum nõ uidetur absolutè pronunciandum de thermis, quippè non omnes sulphureæ sunt,nitrosæ aut, uno uerbo, calidæ, sed quædam etiam frigidæ,ut ferreæ, argenteæ, aureæ, & aluminosæ,à quibus frãgitur potius thymelææ calor,& exoluendi facultas,quàm augeatur,præsertim à ferro,argento, & chalybe,id quod de esula dici potest, cuius ortum apud thermas Mesues detestatur, nisi forte sulphur suspectum habeat,cuius participes sunt omnes thermæ, ac metallorũ fodinæ. [e]Duplum ipsius ex absinthio) Dioscorides id folijs chamelææ tribuit,& alias uires,quas Mesues uni Mezereon,ille thymelææ,chamelææ,& chamęleonti nigro adscribit,quod profectò ipsius Mesuæ uitium est insigne, ac detestabile,ut dictum est antea,nisi dixerimus eius uiri experimento has facultates omnes unam thymelæam habere fortasse compertum esse,quod mihi creditu sane uidetur ꝑdifficile. illud interim non prætermittam de harum plantarum usu,quod de scamonio antea diximus, aut ab eo esse omninò abstinendum,aut certè magna cum cautela, & correctione,idq; in temperamentis robustissimis utendum.

MANARDVS, De Mezereon.

Mezereon Serapionis,est absq; dubio Chamælea Dios. ab hoc autem scriptore describitur Thymælea,atque,ut sequens est,aliud Mezereon,si hoc Mezereõ est, quam quod à Serap. Elevatvr à terra circiter cubitos duos.) De Thymælea scribit Diosc. quod ab ea surgunt rami tenues, speciosi,binum cubitorum,de Chamælea vero quod dodrãtales,id est,duodecim digitorum longitudine. Et folia eius sunt similia foliis oliuæ,sed maiora.) Hic est error manifestus.De thymælea siquidem scribit Dios.quod folia habet Chamęleæ similia,sed angustiora, de Chamælea uero quod similia oliuæ,sed tenuiora, ex quibus sequitur, non posse.Thymæleam habere folia maiora absolute quam oliua,secundum Dioscor. Et producit grana nigra in magnitudine fructus Myrti.) Quod magnitudine Myrti fructum ferat,congruit Dios.Thymæleæ in colore dissidet: siquidem dicit Dioscor.quod in initio viridis,dehinc rubẽs, operimentoq; tegitur duro & nigro exterius,intus candido. cvivs species sunt plures.) Licet uoluisse uisus sit describere Thymæleam,per hæc tamen uerba putare uidetur Mezereon esse genus ad Thymæleam,& Chamæleam, & quod magis absurdum est,ad album & nigrum Chamæleonta,diuersas omnino ab is plantas, quod etiam peccauit Auicenna in quarto,& aliquatenus in secũdo, maxime ubi uires enumerat. Est enim quædam magna habens folia, & subtilia.) Hic uidetur tangere Chamæleam. Et est parua,habens folia sicut folia oliuæ,& spissa nimis.) Hic tangit Thymæleam,de qua dicit Diosc.quod folia habet

bet angustiora,& pinguiora. Et est habens folia crispa & aspera.) Hic tangit Chamæleonta,neutra enim illarum (Thymæleam dico & Chamæleam) folia habet crispa uel aspera,sed oliuæ similia. Et ex eis est habens colorem uiridem.) Album designat Chamæleonta. Et aliud habens colorem subnigrum.) Nigrum hic innuit Chamæleonta,nomen enim habet à ueritate foliorum, secundum Dioscoridem quæ ualde uiridia interdum, modo cyanea, modo subalba,modo rubra,iuxta locorum differentias,uisuntur. Melivs est habens magna folia.) Hic uidetur eligere Chamæleam,sequutus Auicennam. Calidvm est & siccum in quarto.) Licet Galenus Chamæleam non reponat in ordine,non uidetur tamen adeo calidam putasse dominantem enim amaram habere qualitatem dicit, & sordida ulcera curare,quæ non uidentur rebus iam impense calidis conuenire.Thymæleæ autem causticam uim tribuit Paulus & Dioscorides eius grana urere fauces dicit, folia gustum mordere, & fauces scarificare, qui tamen effectus in aliis quoque rebus inueniuntur,quæ non sunt in summo calidæ. Est proximum ueneno, nocens membris, quæ sunt mineræ uirtutum.) Nec de Chamælea, nec de Thymælea lego,quod sit proxima ueneno,sed de Chamæleonte nigra,scribit enim de ea Galenus,quod radix eius habet quid venenosi:de Thymælea Dioscorides quod nocet stomacho. Et hoc faciemus cum auxilio rerum frangentiũ ea.) De foliis Thymæleæ,quæ dicit uocari Cneorum, unde(ut puto) deriuata est uox Mezereon,de eius, inquam, foliis ait Dioscorides quod tundenda sunt,ab eis omnes fibræ separandæ,& si minorem uolumus fieri purgationem, elixas,& lenti uel concisis oleribus admixtas, dare debemus. Dvplvm eius ex absinthio.) Hoc dicit Dioscorides de foliis Chamæleæ,factis ex eis catapotiis cum dulci aqua. Inquit Dioscorides infundantur folia eius in aceto die una.Hoc non legitur apud Dioscoridem,sed apud Auicennam. Et dixit Galenus,infundantur folia eius in syrupo rosarum.) Non memini me aliquod horum apud Galenum legisse,alioqui neque syrupi rosacei uspiam meminit Galenus. Et dixit Rufus.) Nescio an id dixerit Rufus: scio autẽ Dioscoridem docuisse modum parandi uinũ Thymæleite & Chamæleite. Circiter vnciæ duæ in cado magno.) Dioscorides ponit drachmas triginta Thymæleæ coliculorũ,foliorum & seminis,in congios. 3. & coqui iubet donec remaneant duo:& ex Chamælea simili quidem proportione,sed nõ coquit, uerum bullire sinit mustũ duobus mensibus.Et scito quòd Mezereon de decoctione modicum sustinet.Dioscorides(ut supra diximus)coquit Thymæleam donec tertia pars uini sit consumpta.Serapio Chamelæam,donec duæ partes ex tribus. Vtraque autem multa dici potest,non modica decoctio. Solvtione educit aquam.) Chamælea secundum Dioscoridem ducit per aluũ pituitam & bilem. Paulus ad aquam intercutem dat Chamelæam cum æquali ære & aniso.Dioscori. Thymæleæ folia messis tempore collecta & in umbra exiccata.Semẽ uero, quòd coccum,uel granum Cnidium uocat, euacuare dicit per aluum bilem,& pituitam,& aquam. Et interficit lũbricos & uermes & serpentes uiscerum.) De Chamęleõte albo scribit Dioscorides quòd pondere oxybaphi educit uermem latum:nullam talem uim Chamæleæ, aut Thymęleæ adscribens: ueri tamen simile est, quòd & ipsæ possint uermes interficere. Et si fiant tentæ ex eo & melle, curat fistulas, & ulcera fradulenta.) De Chamælea scribunt Dioscorides,& Galenus quòd cum melle purgat sordida ulcera & crustosa:de Chamæleonte uero nigra, ait idem Dios. quòd ualet phagedænicis comedentibus,& feris ulceribus. Et confert dolori dentium.) De Chamæleonte nigra scribit Dio.quòd eius decocto utiliter dolentes colluntur dẽtes,& quòd dolentem dentem cum graphio imposita confringit.Capite uerò de Chamælea,& Thymælea,nulla dentium mentio. Fit unguentum ex eo & aceto & oleo & cera,ad scabiem.) De Chamæleonte nigra scribit Dios.quòd curat scabiem cum chalcantho,cedria, & axungia: non de aliqua illarum. Et fit ex eo linimentum ex sulphure & melle.) Admixto sulphure & alumine ait Dioscori. ualere eandem Chamæleonta contra impetigines,si ex aceto coquatur,& inũgatur.Et cum sulphure solo,ad uitiligines & ephelides. Dosis in decoctione à ʒ.media, ad.ʒ.i.in puluere à 2.ceratiis ad. 5. Paulus dat quatuor drachmas Chamęleæ in aquæ mulsæ cotylis duabus coctas,donec quarta pars supersit,quosdãq; cõficere catapotia, x. duabus absinthii partibus & unica Chamæleæ,purgareq; dicit,ut elleborũ.Cnida uerò grana,à uiginti usque ad triginta.

De esula. Cap. 23.

ESula herbarum lactarium species,rusticorum purgatorium.Huius una est magna,radicibus rotundis,magnis, densis,& graui cortice intectis.

SYL. Alsebran. hęc pityusæ Dio.in quibusdã inuẽtæ uidentur cõuenire. Malam Sera.& Aui. etiã dicũt. Lac radice ualentius, & semen ex Ga.doctrina uidet. Lactariorũ liquor calet ordine quarto sed radix minus calida est lacte ipso.

Altera parua,radiculis exiguis,cortice tenui intectis.

Maior uiscera ulcerat,ob id perniciosa. Parua est præstantior,præsertim cortice radicis tenui,leui fragili, subrubro casiæ modo,ante sex menses collecto.Nam recẽs quo mẽse collecta mala est,uti & niger,& orta loco aliquo prope thermas.Colligenda est Veris initio. Lac autem quòd calidius,acrius,ac ualentius fine Veris.Calida & sicca principio tertii gradus,substantia constat tenui,ignea acri, incidente,tenuante,fundente,siccante, aperiente, & terrea styptica etiam siccante materias altius immersas:purgat ualenter pituitam, aquas, atram bilem etiam a iuncturis, ob id harum doloribus confert,& hydropi insigniter, sed nocet cordi,stomacho,hepati,uiscera excoriat, uenarum ora disrumpit,corpus immodice siccat, semen absumit, febres inflammando excitat,lacte suo maxime. Ob id miscenda ei sunt cardiaca,stomachica,hepatica,ad hæc glutinosa,cogẽtia, & adstringentia,glutinantia,ut gummi,tragacanthum, bdellium,muccago psyllij,succus portulacæ. Postremo refrigerantia,& calorem illum extinguentia.Infundatur ergo in acetum præsertim quo cydonia sunt macerata,aut decocta,& succum intybi,uel sonchi,uel portulacæ, uel solani,additis autem myrobalanis,absinthio,aloe, præstantior euadit.Iudæus infundendo in acetum,aut lac sæpe mutando,& siccando corrigebat. Si te autem immodice purgat, sede in aqua frigida ex Rufi consilio.Frigus enim ambiens & medicamenti uirtutem in unum cogit, ipsumque roborat,& per accidens iuuat,protrusis à se materijs ad meatus per quos sunt uacuandæ,succurrendumque est, ut in canonibus diximus. Catapotia ex ea facta idem possunt. recipiunt autem esulæ præparatæ,myrobalanorum citrearum, ana.drachm.quatuor, aloes drachmas quinque cum succo fœniculi, aut intybi misce dantur à drachma una & dimidia ad.ʒ.iii.Quidam ex lacte eius,& farina faciunt oblatas purgatorias. Alii ex lacte, aceto,saccharo, alii carne cydoniorum & mastiche. Datur autem cortex radicis à siliquis duabus usque ad siliquas septem, lac uero à siliqua una usque ad tres.

Auicẽ. & Pau.idem consulũt.

SYLVII ANNOTATIO.

Radicis pityusæ drachmas duas,fructus unam,foliorum tres,succi cochlear dat Diosco.

Alsebran hoc est Pityusæ, & cyparissiæ historia ex Dioscoride.

Pytivsam (quam alsebran magnum Mesues vocat) specie à cyparissia differre constat, & si tithimalorum generi,assignetur.caulis supra cubiti altitudinem assurgit,geniculatus,folijs picræ,acutis,exilibus,flore paruo ueluti purpureo,semine instar lenticulæ lato,radice crassa, candida, succo referta,quibusdam in locis frutex hic prægrandis inuenitur. Cyparissias uerò,(quam alsebrã minus appellat) in caulem exit dodrantalem,uel maiorem, subrubrum, ex quo folia pini similitudine exoriuntur,molliora tamen, & tenuiora,& in totum nascentem pinum æmulatur,unde nomen traxit,candido succo madet.cui eadem uis,(quæ alijs tithymalibus superioribus.)

De alsebran. Cap. 23.

ALsebran [a] † est species lacticiniorum, & est solutiuum rusticorum. [b] Et eius † aliud est magnum habens radices rotundas,& crassas,& spissi corticis, & densi & ponderosi. Et aliud est paruum habens radices subtiles,& est tenuis corticis.

PITIVSA.



CYPARISSIA.



ELECTIO. †Magnum est malum abscindens uiscera. Parum uero est illud quod eligitur. † Et melior pars plantæ est cortex radicis eius, & lac eius est acutius, & fortius. Et melior radix ipsius est habens proprietates, v. bonas scilicet. Cuius cortex est utilior & leuior, & facile frangitur, & est habens de rubedine aliquid sicut casia propria, & super quam iam præteriit medium anni. Recens uero mensis sui tantum est mala. Niger uero est pernitiosa. Et orta in locis thermarum similiter. & melius tempus collectionis radicis ipsius est principium ueris & lactis eius in fine ipsius.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Calidæ complexionis est, & siccæ in principio tertii, & lac eius calidius, & est cõpositum ex substantia ignea acuta, & subtili, & ex substãtia terrea stiptica, & est incisiuum, subtiliatiuum, exiccatiuum materierum submersarum, liquefactiuum, & aperitiuũ disrumptiuum orificiorum uenarum.

RECTIFICATIO. Nocet cordi hepati, & stomacho & disrumpit uenas, & excoriat uiscera, derelinquit inflammationes facientes cadere in febres. Et emendatur primum nocumentum quod ex eo timetur permiscendo ei aliquas ex medicinis cordialibus & stomatichis, & hepaticis cum eo, & secundum & tertium nocumentum corrigitur acquirendo ei bonitatem cum medicinis conglutinatiuis, & coadunantibus & consolidantibus: sicut est tragacanthum proprie: & gummi, & bdellium, & mucilago psyllii, & succus portulacæ & similia. Et quartum nocumentum eius tollitur permiscendo ei ex rebus refrigerantibus, & extinguentibus aliquas. Et ex hoc facientibus apud me est, ut infundatur in succo altarasacon: aut in succo endiuiæ & pauco aceto, aut in succo portulacæ, aut solatri, & aceto. Et si fuerit acetum decoctionis, aut infusionis citoniorum erit melius. Myrobalani quoque figillant ei bonitates notas, & absinthium similiter, & aloe, & dixit Iudæus. Infundatur in lacte dulci, aut aceto, & renouetur in eo lac multotiẽs exicetur. Reprimitur enim sic à sua malitia. Et dicit Rufus. Si solutio per ipsum superfluit, aut laborioſe fiat, sedeat solutus in aqua frigida. [c] † Mihi quoque uidetur uerbum inconueniens. Circunstans enim frigidum includit & coadunat uirtutem medicinæ & corroborat eam necnon & medicinas adiuuans ad uias expulsionum repellit materias sicut te scire fecimus. Succurrendum est igitur tunc sicut in canone diximus. Confectio pilularum de alsebran conferentium hydropisi. Accipe eius præparati partes. iiii. myrobalanorum citrinorum partes. iiii. aloes partes. v. confice cũ succo fœniculi, aut endiuiæ, & est dosis earum à. 3. i. & s. usque ad. iii. † Et quidam ex lacte eius & farina faciũt oblatas & soluunt cum eis. Et quidam faciunt cum aceto, & zuccharo, & lacte ipsius, & quidam cum carne citoniorum, & mastice faciunt solutiuum bonum.

POSSE. [d] Solutione educit phlegma uehementer, & aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias à iuncturis, & confert doloribus eorum. Et est ex medicinis magnis ad hydropisim. Veruntamen nocet hepati & desiccat corpus utentis ipso. Et cõsumit sperma, & lac eius hoc uehementius facit. Et facit cadere in febres.

† DOSIS corticis radicis eius est à caractis. ii. vsq; ad. .i. & lactis eius à charactο. i. usq; ad. iii.

ANDREAS MARINVS

[a] ALSEBRAN est species lacticiniorum) tã obscurè Mesues has plantas describit, ut si uel lynceos oculos habeas, quæ sint, haudquaquam intelligas, nisi sarracenos alios medicos, hoc est Serapionem, & Auicennam consulueris, qui, quàm hic noster, à Dioscoride longè melius harum, multarumq; aliarum historias sumpsere. qua de re cum ante nos Doctiss. medici abunde satis disputauerint, nihil est quod addamus: unum illud tamen non præteribo, duo tantum tithymali genera Mesuem nouisse, cum tamen sex Dioscorides describerit, ex quo suspicari licet eum Dioscoridis exẽplar mutilum habuisse, quod aliunde etiam possem confirmare. [b] Et eius aliud est magnum) Pityusam Diosc. maius cẽ Alsebran, cyparissiã uerò minus cũ Manardo, & Mathiolo consentio, ob idq; utriusq; figuram, atq; historiam apposui. [c] Mihi quoq; uidetur uerbum inconueniens) particula quoq; orationem reddit. paulò obscuriorem. melius igitur pro ea, uel autem, uel sed (meo quidem iudicio) legeretur, id quod sequens ætiologia apertè postulare uidetur, quanquam Iacobus Syluius uir doctissimus hanc periodum aliter conuertat. eam enim causam Rufi consilio, non Mesuæ opinioni reddit, id quod mihi non minus absurdum uidetur quam Rufi consilium ipsi Mesuæ. [d] Solutione educit phlegma) quæ sequuntur, quàm sit harum plantarum usus, tutus, ac salutaris indicãt, ut mihi ea de re ad dicẽdũ nihil supsit.

MANARDVS, De Alsebran.

In hac quoque planta, quam & Alsebram & Esulam uocant, non omnino conueniunt Arabes. Serapion enim absque dubio intellexit uocatam à Dioscoride, Pityusam. Auicẽna licet in ea describenda à Dioscoride, & ab ipso etiam Serapion. discordet, eandem tamen rem intellexit. Mesue potius in ſpecies distinguit, quàm ostendat qualis sit. Nescio autem an Cyparissiam speciem quandam Tithymalli hic intellexerit, uel Paralium: satis enim tres hę plãtæ inui cẽ conueniũt, Pityusa uidelicet, Cyparissia, & Paraliõ. Paraliõ. n. lini folio, Cyparissiã Piceæ, sed tenuiore graciliore que, & similiter Pityusam describit Dioscorides satisque suspicor, ne quæ nũc Esula uulgo uocatur, Paralios potius sit quam Pityusa, folio enim lini constare uocatam Esulã nostri affirmãt herbarii. EST species lacticiniorum.) Si Paralios uel Cyparissia est, uera species est Lactariæ. Si Pityusa, genus per se, secundum Dioscoridem & Galenum licet inter lactarias, ob succi similitudinẽ & purgandi uim enumeretur. ALIVD est magnum, habens radices rotundas & crassas.) Dioscorides postquam Pityusam descripsit, eamque habere dixit radicem candidam, crassam, lacteo liquore manantem, subdit: Inuenitur quibusdam in locis grãdis hic frutex. Non igitur putasse uidetur aliam esse tenuibus, aliam crasis radicibus ut dicit Mesue. MAGNVM est malum.) Non hoc Græci, sed Serapion, authoritate cuiusdam Abix uocati, & secutus eum Aui. Et melior pars plantæ est cortex radicis eius.) Nec hoc dicunt aperte Græci, sed cum maiorem quantitatem præbeat Dioscori. radicis quàm seminis, uidetur minus potentem existimasse, & folia debiliora radice eadem ratione, quia scilicet plus eorum dat, quam radicum uel seminum. Lac uero an putauerit fortius, incertum ita est, sicuti incerta est cochlearis mẽsura. Gal. enim septimo Artis curatiuæ, duplicis meminit cochlearis, maioris uidelicet & minoris. Quicquid autem alii senserint, Galenus hunc ordinem ponit inter Lactarias rum partes, ut opon fortissimum, radicem debilissimam semen & folia in medio reponat. CALIDAE cõplexionis est, & siccæ in principio tertii.) Gale. Pityusam in ordine non redigit, sed cum ui similem dicat lactariis, quorum succos calidos posuit in quarto ordine, uidetur quoq; Pityusæ succum in eodem ordine statuisse, MIHI quoque uidetur uerbum inconueniens.) An id dixerit Rufus, nescio, scio autem scripsisse Auicennam, quòd sedere in aqua frigida, supersluam eius abscindit purgationem, Paulus uidetur cum Mesue sentire. Forte dici posset, ex parua mora fluxũ augeri, ex longa tolli, frigoris ui ad intima attingente, & ueluti stuporem inferente. ET quidam ex lacte & farina faciunt oblatas.) De Pityusa scribit Dioscorides ex eius succo cum farina fieri catapotia. DOSIS corticis radicis eius à ceratiis duobus usq; ad septẽ, & lactis ab uno ad tres.) Exigua certe est quantitas. Dioscorides siquidẽ radicis pityusæ drachmas duas, fructus unã, succi cochlearium, foliorũ ternas drachmas exhibet.

SYL. Luf à Syris dicitur lupha dio Arus Pli. radice nigra Dios. alba.

De dracunculo. Cap. 24.

DRacunculus (collum draconis dicta à quibusdam) duplex, unus foliis planis, radice foris nigricante, intus alba, alter est foliis crispis, radice foris cinericia, intus alba pallescente. Caulis utriusque maculis ceu serpentis est uariegatus. Radice ualet, magna perfecta, in loci liberis nata, legenda Vere, aut Aestatis initio. Crispa Dioscoridi calidior, quàm plana. Nam Ruffo illa est calida secundo gradu, hæc primo, seu potius cum Galeno crispa, calida in fine secundi gradus, plana in principio eiusdem, substantia constat ignea, calida, acri, superficiaria, terrea largiore. Terget, incidit, tenuat humores crassos & lentore hærentes, aperit, penetrat, sed crispa potentius, quàm plana. Pituitam tenuem & crassam purgat, etiam à thorace & pulmonibus, ob id asthmati & tussi humidæ confert, præsertim ex flegmate ex succo eius & melle, & sapa, uel data cum ouis, renes roborat, urinas mouet, uenerem excitat. Vterque hæmorrhoidum dolores & flatus uel suppositus, uel emplastro admotus, uel quouis alio modo usurpatus, mire sedat Democrito, id quod experti sumus. Humorem quoque crudum uentriculi, & renum mire iuuat. Tumores etiam duros splenis & aliarum partium resoluit, carnem supercrescentem in ulceribus fistulosis, & malignis, & naribus consumit, rosionemque ac caucrum in eis nasci prohibet. Succus eiusdem cum melle in aurem instillatus tinnitum, surditatem, dolorem auris sanat, terget eius sordem, & ulcera in ea siccat, faciem uterq; terget, & cutim expurgat, lentigines, pannum, alphos, præsertim cum melle delet.

Cum melle item & stercore caprarum podagram, & cõtusionem neruorum & dolorem emplastro sanat. Pessũ mẽses trahit, & abortum facit. Fugare etiam serpentes, uiperas, uermes uenenosas dicitur. Vterque dracunculus nocet acrimonia sua uentriculo, & hepati imbecillis, morsuq; suo ex uicinis partibus in uentriculum fluxionem allicit. Priorem noxam periti prohibent, miscendo sapam, aut mel uuatum, & aromata, secundam additis stomachicis adstringentibus, ut mastiche, cydonijs, trochiscis quoque diarhodon post dracunculum sumptis. Hamech uero ex radice crispæ in uino lota, cocta, si imbecillius uis medicamentum non cocta, si ualentius, trita ad libras duas, cum sapæ libris sex, uel mellis, & sapæ ana libris tribus, & piperis, cinnamomi, zingiberis, macis, caryophyl. ana drachmis sex facit electarium dandum à drachmis tribus ad drach. sex, quod certissime humorem crudum & ab eo flatus in uentriculo, partibusq; alijs nutritionis & renibus resoluit, & inde natum harum partium dolorem mitigat, hæmorrhoidas sanat, uentrem excitat. Ex eadem radice Hermes hieram describit efficacem ad cephalalgiam, hemicraniam, uertiginem, epilepsiam, paralysim, tremorem, torturam. Humores enim crassos, lentos, & tenues educit à capite, neruis, uentriculo, iuncturis, & corpore reliquo. Ob id natis inde dolorib. renum, iuncturarum, uteri, mire subuenit. Recipit autem aloes unciam unam, pulpæ colocynthidis drach. octo, radicis utriusq; dracunculi siccæ, ireos, turbith, agarici, sagapeni, myrobalanorum, citrearum, cepularum, indarum ana drach. unam & semissem, zingiberis, cinnamomi, mastiches ellebori nigri, euphorbij, asari, casiæ lignea, salis indi, croci, castorij, apij, libystici, seminis thymelææ, stœchados, ana drachmam unam, scillæ assatæ. 3. ij. & semiss. scammonij. 3. ij.

Omnia curiosè terantur, & succo cucumeris comprehẽdantur, siccentur, iterum eodem comprehendantur, & pauco nucum oleo iterũ siccentur, & melle despumato excipiãtur in mazæ crasitiem. Post sextum mensem detur à. 3. i. ad 3. ij. Magrius ex radice plani, recenti, munda, pertrita curiose cum equali farina tritici tortellas formet, & panis modo coquit, & dat quotidie ad hæmorrhoidas delendas. Vterq; dracunculus perfectam coctionem suſtinet.

Vtriusq; Luf hoc est Dracunculi, & Ari historia ex Dioscoride.

DRACVNCVLVS (Mesuæ luf crispa) folio constat hederaceo, magno, cãdidis notis insigni, caule recto, bicubitali, uersicolore, maculis resperso purpureis, ita ut anguẽ planè referat, baculi crasitudine, fructus summa caule racematim cohæret, colore primum herbaceo, & cum ematuruit, croceo, gustu feruens, mordaxq;, radice aliquantulum rotũda, bulbosa, Aro non absimili, tenui obducta cortice. Nascitur in sepibus umbrosis (& in fine) Radix messibus effoditur, lotaq; frustatim conciditur, & lino traiecta siccatur in umbra, & ita reconditur. Aron uerò (Mesuæ luf plana) apud syros lupha uocitatum, folia emittit dracunculi, sed longiora, & paucioribus districta maculis, caulem sub purpureum dodrantalem, pistilli specie, à quo croceum semen exit radice ad dracunculum collata, candida.

De Luf. Cap. 24.

LVF [a] ideſt serpentaria est planta quæ † dicitur collum draconis, & ex ea alia est plana habens folia. Alia crispa, & radix plantæ est ad nigredinem attineus exterius, interius uero alba est. † Crispæ uero exterius cineri-

tia, interius uero alba, & ad citrinitatem declinat†, & ſuper utriuſque radicem eleuantur thyrſi habentes maculas ad modum ſerpentis.

DRACVNCVLVS MINOR.
ideſt Luf Criſpa.



ARON HOC EST LVF PLANA.



[b]Electio. Melior pars totius plantæ eſt radix. Et melior radix eſt craſſa, completa, & orta ĩ locis liberis. † Et melius tempus collectionis eſt uer, & principium æſtatis.

Complexio et proprietas. † Inquit Dioſc. Criſpa calidior eſt quàm plana. Et dixit Rufus. Plana calida eſt in primo gradu. Criſpa in ſecundo. † Et dixit Gale. Plana calida eſt in principio ſecundi. Criſpa in fine eius. Et eſt quaſi uerius & eſt in utraq; caliditas & acuitas, quæ poſita in ſuperficie cum ſubſtantia terrea eſt uincens plus. Et utraq; eſt abſterſiua inciſiua penetratiua & aperitiua ſub tiliatiua humorum craſſorum, & uiſcoſorum adhærentium. Criſpa autem ad hæc omnia eſt fortior.

Rectificatio. [c]† Nocet utraq; acuitate ſua, & ſtomacho & hepati debilibus faciens reumatizationem, & mordicationem. Et reumatizat ad ſtomachum materias à uicinis membris. Et illud quod magis ſapientes elegerunt ad corrigendum primum nocumentum in ea eſt, ut propinetur cum rob, aut cum melle paſſularum & ſpeciebus alexãginis. Et tollitur ſecundum nocumentum eius permiſcendo ei aliquid ex rebus ſtomatichis ſtipticis ſicut eſt maſtix, & citonia, & propinare trochiſcos diarhodon poſt eius exhibitionem, tollit enim ſecundum nocumentum ipſius. Electarium quod ſibi comparat Hamech ſuper iuuamento cuius nõ eſt dubitatio in reſoluendo humorem crudum in ſtomacho, & membris nutritiuis & renibus, & ſanat hæmorrhoidas, & reſoluit ventoſitates earum & confert dolori earum, & doloribus renum & excitat coitum, cuius per mixtio hæc eſt. Mundetur radix criſpæ, & lauetur in uino. Deinde coquatur in aqua, & quandoque non coquitur, & eſt fortius, & teratur, & ſint eius li.ii.rob.lib.vi. Et alibi habetur Mellis & rob.ana.lib.iii. piperis cinnamomi zingib. mac.gar.ana.ʒ.vi.

Dosis. Eius eſt à drach.iii. uſque ad drach. vi. Confectio hieræ luf deſcriptione Hermetis ſuper quam expectatur fiducia expertorum iuuamentorum ad dolorem capitis, & hemicraneam, & uertiginem & epilepſiam & tremorẽ, & torturam, & paralyſim. Et educit ſuperfluitates humorum uiſcoſorum & craſſorum & ſubtilium à capite & neruis, à ſtomacho & iuncturis, & à toto corpore. Et confert iuuamentum magnum doloribus iuncturarum, & doloribus renum & doloribus matricis, cuius hæc eſt permixtio. ℞. aloes vnc.i. Interioris colocynt. drach. viii. Radicis utriuſque luf ſiccæ, ireos, turbith, agarici, ſagapeni, myrobal. citrin. chebulorum indorum ana ʒ.i.s. & zingi. cinnamo. maſti. ellebori nigri, euphorbii, aſari, caſſiæ li. ſalis indi, croci, caſtorei, apii, cheiſim, ſeminis mezereon, ſtœcados an. drach.i. ſcillæ aſſatæ. drac.ii. & s. ſcamo. ʒ.ii. Fiat omnium contritio bona, & inuoluatur puluis in ſucco cucumeris aſinini, quantitate qua bene inuoluatur. Deinde ſiccetur, & iterum denuo inuoluatur in prædicto ſucco & oleo pauco nucum, deinde ſiccetur & inuoluatur melle deſpumato, quantitate qua fiat totum ſicut paſta, & propinetur poſt ſex menſes, & ſit doſis eius à drach.i. uſque ad ii. † Dixit Philagrius, fiant tortellæ ex radice planæ recentis, & mundæ & tritæ ultima contritione, cum ponderi ſui de farina tritici, & coquatur ſicut panis, & propinetur omni mane habentibus hæmorrhoidas & delet eas.

Vtraque autem luf de decoctione ſuſtinet ad plenum.

Posse. [d]† Solutione educit phlegma ſubtile & craſſum & mundificat, & confortat renes. Et† [e] prouocat urinam & excitat coitum. [f] Et† eſt ex rebus mundificantibus pectus & pulmonem, & confert eis ſuper quibus timetur frequentia aſthmatis & tuſsis, propter exuberantiam humoris uiſcoſi in eis & proprie loch, ex ſucco eius cum melle & rob quandoque adminiſtratur cum ouis, & ualet ſimiliter Dixit Demo. Iuuamentum utriuſque ſpeciei eius eſt magnum omnibus doloribus hæmorrhoidarum & uentoſitatibus earum ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius, etiam ſuppoſitum, & emplaſtratum, & nos experti ſumus. Et eſt magni iuuamenti ſuper crudum humorem qui eſt in ſtomacho, & renibus. Et dixit Gal. Reſoluit apoſtemata dura, & duritiem ſplenis & aliorum membrorum. Et confert ulceribus fraudulentis & fiſtulis conſumit additiones carnium in eis, & conſumit additiones carnium in naribus, prohibet corroſionem fieri in eis & cancrum.

†Succus autem eius cum melle diſtillatur in aurem, & confert tinnitui, & ſurditati, & dolori auris, & abſtergit ſordities eius & exiccat ulcera ipſius. Vtraque ipſius ſpecies eſt ex rebus quæ mundificat faciem & abſtergit fœditatem cutis & delet pannum & lentigines & morpheam & proprie cum melle. † Et fiat emplaſtrum ex ea cum melle & ſtercore caprarum ſuper podagram & contuſionem neruorum, & cõfert doloribus eorũ. Suppoſitio facta ex ea educit mẽſtrua, † & facit aborſum, & dicitur quod fugat ſerpentes & uiperas & uermes uenenoſas.

Andreas Marinvs.

[a]Luf ideſt ſerpentaria) & ſi ex Meſuæ uerbis, quas plantas deſcribat, difficile admodum eſt diuinare, ſuſpicari tamen aliquo modo poſſumus ex ijs authoribus, unde iſta deprompſit, dracunculum minorem uulgò iam uocatum, & Arum hoc loco intelligi, præſertim uerò ex Auicenna, quẽ hic authorem libenter ſequitur, is enim ſub nomine luf binas plantas collocat, quarum notæ, ſi attentè eas perpenderis, Aro, & dracunculo mirum in modum conueniunt. huc accedit, quòd Dioſcorides, quem ſequitur Auicenna unũ habet dracunculum, quem deinceps Aron ſubſequitur, quibus eaſdem facultates adſcribit, nec ab eo diſſentit uniuerſa græcorum, & arabum familia, quamuis recentiores alterius dracunculi imaginem ſibi ſponte confixerint, cuius hiſtoriam Dioſcoridi addidere. Hanc opinionem confirmare uidetur Galenus pergamenus, qui Arum ſcripſit terrena eſſentia conſtare, ſed calida, proinde extergendi uim poſſidere, uerum non ualentem ſicuti dracontium, quem ſequutus Auicenna, ita ad uerbam tranſtulit, & in plana quidem eſt terreitas plurima, quapropter minoratur eius abſterſio ab abſterſione criſpæ, & ſi ambæ ſunt abſtergentes. ex quibus colligi poteſt luf planam ſarracenis uocatam, à græcorum Aro nihil planè differre, quod quibuſdam nimis acutis ingeniis uiſum eſt aliquando obſcurum. Porrò Arum Syris luphã uocari dixit Dioſc. Meſues uerò nationẽ Syrus non ſolum Arum, ſed etiam dracunculum eo nomine ſignificari hoc loco teſtatur. [b]Electio) harum plantarum notas, delectum, & temperamenta Dioſcorides, & Galenus longè melius, perfectiusq;, quàm Meſues tradidere, quare ſtudioſos rei herbariæ, ad eos authores ut recurrant, conſulo, quędam tũ quæ à poſterioribus medicis experimẽto cõprobata in hunc locum à Meſue collata fuere, haud erit omnino inutile examinare. [c]Nocet utraq; acuitate ſua, & ſtomacho, & hepati) opinatur Ioan. Manardus ne hoc quidem uerum eſſe, quippè à Galeno quodammodo diſſentire uidetur. Nos uerò Meſuæ ſententiam experimento confirmauimus, exhibita Ari radice aſthmaticis, & purulentis, magnã enim pituitæ, ac puris uim eduximus quidem, non ſine magno tamen ægrotantium labore, & eorum membrorum, quæ Meſues recenſet, aliqua noxa. Editur autem alicubi, ſicut in ea fame, quæ nuper deſæuuit in Dalmatia, multiſque locis aliis cõtigiſſe, audio, ubi pauperes ſola Ari radice uitam ſuſtinuerunt. uerũ gutturis ardorem, & ſitim excitauit, quę diu poſtea perſeuerauit, quãuis elixa comederetur ignẽ enim paſſa uix eos effectus edit, quos Meſues narrat. [d]Solutione educit phlegma) ſi Manardus tãtum ueteribus medicis tribuiſſet, quãtum ſuadet experimentum, & ratio, intellixiſſet profectò Ari, & dracunculi radices (ut antea dixi) pituitam purgare, neq; Galeni ſenſa forte fortuna per uertiſſet, qui hanc ipſam purgandi facultatem iis radicibus adſcribit. [e]prouocat urinã) & ſi de minore, hoc eſt de Aro, id Dioſcorides dixerit, (ut Manardus interpretatur) eaſdẽ tamen cum maiore uires habere alibi idem aſſeuerat. [f]Et eſt ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem.) Nullum effectum tam efficaciter præſtat Ari, & dracunculi radix, quàm hunc ipſum, pus ſcilicet è pectore educendi, quod egò felici ſucceſſu nec ſemel, ſum expertus.

Manardvs, De luf.

De tribus plantis ſcribunt Græci, magnam inter ſe affinitatem habentibus Dracontio uidelicet maiore, & minore, & Aro, magnæ (ut inquit Plinius) cum Dracunculolitis. Theophraſtus Arum genus putauit, diuerſas ſub ſe ſpecies continentem: hunc Syri, teſte Dioſc. Lupha uocant. Serapion ſub Luf nomine, eodem capite de Aro ſcribit, & minore dracontio, & ſimiliter Auicenna, ſed dracontium appellat Luf criſpam, Aron planam: in remediis tamen utrunque miſcet dracontium. Meſ. Auicennam (vt fere ſolet) ſecutus eſt. Dicitvr collum draconis.) Dracontion dicitur, uel dracunculus. Radix plantæ eſt, ad nigredinem attinens exterius, interius alba.) Aron dicit Dioſcorides habere radicem albam, ſimilem Dracontio, Plinius nigram. Criſpae vero exterius cineritia, interius uero alba, & ad citrinitatem declinat.) Dioſcorides radicem maioris dracontii dicit candidam, rotundam, cum tenui cortice. Minoris, bulboſam, raphano ſimilem adeo autem albam dracontii radicem putauit Hippocrates, ut abſoluto ſermone radicem candidam cum dicit, eam intelligat'. Et ſuper utriuſque radicem eleuantur thyrſi, habentes maculas ad modum ſerpentis.) De maiore dracontio ait Dioſcorides quod caulis colore eſt adeo uario, ut ſit ſimilis draconi. De minore quod uarium habet caulem, ſerpenti ſimilem, cum purpureis lituris. De Aro, quod in purpuram tendit. Et melius tempus collectionis eſt uer, & principium æſtatis.) Radicem utriuſq; dracontii meſsibus colligendam, docet Dioſcorides. Inqvit Dioſcorides.) Dicit Dioſcorides quòd minorem acrimoniam oſtendit Aron, dum manditur, quàm dracontium, & Galenus quòd dracontium acrius amariuſq; eſt, & propter hoc tenuium magis partium, & calidus Aro. Et dixit Galen. plana eſt calida in principio ſecundi.) Galenus Aron dicit calidam, & ſiccam in primo. Dracontium uero non ponit in aliquo ordine, ſed dicit calidius Aro. Nocet utraque acuitate ſua, & ſtomacho & hepati.) Ratione adſtringentis uirtutis quæ amarę & acri coniungitur, eſt inter efficacia, & præcipua medicamina ſecundum Galenum reponenda, nec uidetur multum poſſe nocere, cum ſcribat Dioſcorides, quod radix minoris cruda & cocta, more olerum à ſanis eſtur, noſq; uidimus homines foliis libenter ueſci, & abſque noxa Galenus etiam inter ea quæ ueſcenda ſunt, Ari & dracontii radices in libro de eſcis enumerat. Dixit Philagrius.) Plinius dixit Cleophantum dediſſe purulenta excreantibus, farina permixtum, in pane cocto. & Diſcorides quod in Balearibus inſulis parantur placentæ ex radicibus minoris, cum multo melle, & in conuiuiis dantur. Solvtione educit phlegma.) Græci non uidentur uim ei purgandi per inferiora uel ſuperiora adſcribere: Galenus ſiquidem & Paulus eum ſequens, expurgari ab eo uiſcera dicentes, non uidentur de ea purgatione locuti, quam habent medicamenta cathartica uocata, ſed de obſtructionis reſeratione intellexiſſe, quod patere poteſt per uerba Galeni dicentis, craſſos præcipue & tenaces attenuans humores. Plinius tamen dixit folia ex ſale & aceto ſumpta, aluũ inanire. Provocat urinam & excitat coitum.) De minore ſcribit Dioſcorides quod urinam & uenerem excitat, radix pota in uino. De maiore tantum quod uenerem. Et eſt ex rebus mundificantibus pectus & pulmonem.) De utroq; hoc ſcribit Dioſcorides. Et confert ulceribus fraudulentis.) De utroq; etiam ſcribit Dioſcorides, Galenus uero ait ſemine curari Cancrum & Polypum. Et fiſtulis.) Collyriis factis cum melle, ait Dioſcorides. Svccvs autem eius cum melle deſtillatus in aurem.) Cum oleo dicunt Dioſcorides & Plinius & loquuntur de ſucco ſeminis. Et fit emplaſtrum ex ea, cum melle & ſtercore caprarum ad podagram.) De Aro ſcribit Dioſcorides q; priuatim podagris illinitur. Plinius, folia cum ſale recentia uel ſicca articulis podagricis. Et facit aborſum.) ſolus odor radicis ſecundum Dioſcor. Multas alias uires potes è Pli. & Dioſc. colligere, ex quib. unam tantum addam, quod in peſtilentia ſalutaris eſt radix in cibis.

De Bryonia. Cap. 25.

SYL. Hæc radice foris nigra intus buxea pio ſco. uiti albæ ad omnia ſimili, ſed

Bryonia eſt planta, quam uitem albam uocant, radice foris terrei coloris, intus alba, ex qua pullulant ſtipites arboribus aliis plexu multiplici inuoluti ſoliti, & in his racemi uuis ſimiles, quos uuas lupinas uocant. Alia eſt uitis nigra radice foris cineritia, intus alba, minus tamẽ quàm prior, quæ reptilium cucurbita dicitur. Minus item calida, & ad omnia imbecillior quam alba, quod in ea plus ſit

fit ſubſtantiæ terreæ amaræ,quâ igneæ acris. Bryonia enim E
Dioſcoridi calida ſicca ordine tertio, conſtans ſubſtantia
terrea,pauca aduſta,ob id amara,multa autem ignea,acri,
mordente. † Galen. autem incidit,tenuat,terget, rubrifi-
cat,ſubadſtringit. Vtriuſq; radix, ac præcipue ſuccus,pitui-
ta etiam putri cerebrum,neruos,partes reſpiratorias pur-
gat,obſtructiones uiſcerum,renum aperit, urinas mouet.
Quapropter epilepſiæ,uertigini,& cæteris ℈ cerebri, & ℈
neruorum affectibus frigidis confert aperte,ac etiam tuſsi
& aſthmati,præſertim lambendo ſumptum, & laterum do-
lori. Turiones eius cum primum creſcunt, educuntur præ-
cipue cum aromatibus,oriſque odorem tetrum emendant
præſertim quem humorum in uentriculo corruptio exci-
tat. Spiritus tamen in cerebro miſcere dicitur uſu crebro.
Tumores duros etiam ſplenis reſoluit, præſertim cum ui-
no,& ficis emplaſtri modo poſita radix, & oxymelite ex
hac facto & ſumpto. Paronychiam cum uino ſanat, cõfert
ulceribus malignis, fragmenta oſsium extrahit, & ſpinas,
& ligna,præſertim cum uino & melle,ſorbitio ex ſucco ℈
ius,frumento cocto,& melle,lac auget, bene coctum ute-
rum purgat,aborſum facit ſumptus & ſuppoſitus. Tã radix
quàm ipſius ſuccus faciem terget, & cutis reliqua fœdita-
tem,panum,uulnerum ueſtigia,præſertim cum farina cice
rum,& fabarum,coctumque cum oleo ſugillata delet. Fiũt
inde trochiſci faciem claram reddentes, fœditatem cutis
tergentes,colorem bonum ac roſeum ſeu rubro permiſtũ
facientes. accipe farinæ puræ,tritici,hordei,ciceris albi,fa
barum,amygdalarum dulcium, tragacanthi ana drachmas
duas,radicis bryoniæ ſiccæ drachmam unam & dimidiam,
cum albumine oui fac trochiſcos, line cum decocto hor-
dei,& poſt duas horas ablue decocto furfuris. Ex ſucco au-
tem bryoniæ nigræ melle & uino præſertim ana, fit potio
ad ſtrumas & experta,& emplaſtrũ ex ipſius radice & mel-
le eaſdem delet. Confert morſibus animalium uenenoſorũ.
Corrigitur ut dracunculus,ob id illi mox hâc ſubiecimus.
Ex bryonia medicamentum à Democrito compoſitũ aper
te efficax,ad epilepſiam,paralyſim,uertiginem, & cæteros
affectus frigidos cerebri,ſpinalis medullæ, & ortorũ utrin
que neruorum,accipit radicis bryoniæ mundatæ & tritæ, G
libram dimidiam,ſapæ,uuarum paſſarum libras quatuor,
ſcillæ aſſatæ,ſtrobylorum purgatorum ana.℥.i.& ſemiſſem,
nucis moſchatæ,cardamomi,macis,zingiberis ana.ʒ.ii.ca-
ryophyllorum,piperis longi,ſtœchados an.ʒi.& ſemiſſem
ſeſeleos ſalis gẽmæ, galliæ ana.ʒ.i.ſpicæ drach.dimidiam,
agarici.ʒ.iii. Datur poſt ſex menſes à.ʒ.ii.ad.ʒ.v. Idem ac-
cipit ſucci bryoniæ.℥.v. aceti ſcillitici lib.i. aquæ coctionis
origani,hyſſopi ficci,libyſtici,ſeſeleos,cardamomi,ſtœcha
dos ana.ʒ.i.ſapæ,uuarum paſſarum lib.dimidiam,mellis li.
Fiat ſyrupus idem pollens,quod prior compoſitio, ſi detur
ʒ.ii. Ex ſucco eiuſdem & ſapa uuarum paſſarum eclegma
ad tuſsim & aſthma efficax, filius Zezar componit. Datur
autem radix bryoniæ,& uitis nigræ ſimiliter ab aureo uno
ad aureos duos,ſuccus autem à ʒ.i.ad ʒ.ii.

Vitis albæ,& nigræ, quas Feſceras Meſues uocat,
hiſtoria ex Dioſcoride.

VITEM albam aliqui bryoniam uocant,foliis,uiticulis,
pampiniſq; ſatiuam uitem imitatur,ſed hirſutiora ſunt om
nia. Ea quos propè ſe nacta ſit frutices ſuis cauliculis com-
plectitur. At nigra uitis,quam aliqui nigram bryoniam uo-
cant folia fert hederæ,ſmilaceis proxima,ſed maiora, cau-
les etiam cognatos capreolis ſuis arbores quaſi adminicu-
la comprehendit, fructus racematim cohærent, qui inter
principia uirent,& poſt maturitatem nigreſcunt. radix fo-
ris nigra,intus buxeo colore nitet.

De alfeſcera. Cap. 25.

ANT. FEſcera eſt planta quam uocant uitem albam, † cuius
radix eſt terrei coloris exterius. Interius uero alba,
& eleuantur ſuper radicem eius ſtipites multarum in
uolutionũm ſuper alias arbores & naſcuntur ſuper ea
botri ſicut botri uuarum,& uocantur lupinæ, † & eſt ſpe-
cies eius feſcereſin cuius radix eſt cineritia exterius & in-
terius alba non albedine prioris & uocatur cucurbita re-
ptilium.

VITIS ALBA.

VITIS NIGRA.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Feſcera inquit Dioſco. calida eſt & ſicca in tertio, † & eſt compoſita ex partibus igneis cum partibus terreis aduſtis, & igneitas eſt dominans

nans. quare eſt acris, mordicatiua cum amaritudine pauca. A
† Et dixit Gal. eſt in ea de ſtipticitate aliquid, & eſt inciſi-
ua, rubificatiua, ſubtiliatiua, & abſterſiua. Feſcereſin uero
eſt minus calida & pars terrea in ea eſt maior igneitate e-
ius. propter quod eſt cum amaritudine uincente ſuper acre
dinem ipſius, & eſt in omnibus debilior quam feſcera.

RECTIFICATIO. De rectificatione autem eius ſit ſecun
dum quod diximus in luſ, propter quod pars iſta continua-
tur illi. Confectio alfeſcera, quã ſcribit Democri. mundifi-
cans cerebrum & neruos, & nucam & eſt afferens iuuamẽ
tum manifeſtum epilepſiæ & uertigini & paralyſi, & ægri-
tudinibus neruorum frigidis, cuius hæc eſt permixtio. Ac-
cipe radicis alfeſceræ mundatę, & contritæ lib.s. mellis paſ
ſularum lib.iiii. ſcillæ aſſatæ, pinearum mundatarum an.℥.i.
& s. nucis muſcatæ, cordumeni, macis zingiberis ana ʒ.ii.
caryo. piper. long. an.ʒ.i. & s. ſeſeleos, ſalis gemmæ, galliæ
ana ʒ.i. ſpicæ.ʒ.s. agarici.ʒ.i. ſtœcados ʒ.i.s. Doſis eſt à ʒ.ii.
uſque ad v. Datur poſt ſex menſes. Inquit idem. Accipe ſuc
ci eius.℥.v. aceti ſcillitici lib.i. aquæ coctionis origani, hyſ-
ſopi ſiccæ, leuiſt. ſeſeleos, cordumeni, ſtœcados, lib.i. mel- B
lis paſſul. lib.s. mellis lib.ii. fiat ſyrupus ualens ad ea quæ di-
ximus, & eſt doſis eius ℥.ii. Dixit filius zezar. Fiat ex ſucco
eius & melle paſſularum looch bonũ ad aſthma & tuſsim.

POSSE. utriuſque radix & proprie ſuccus eius [a] ſolutio
ne educit phlegma, [b] & prouocat urinam, & [c] mundificat
cerebrum & neruos, & membra anhelitus à ſuperfluitatibus
phlegmatis & putredinis, [d] & aperit oppilationes uiſce-
rum & renum, & confert ſecundum omnem modum admi-
niſtrationis eius [e] epilepſiæ, & uertigini & ægritudinibus
neruorum frigidis, & affert iuuamẽtum manifeſtum tuſsi,
& aſthmati, & proprie ſumptum lambendo, & confert do-
lori laterum, & comeditur talus eius in primis cũ creſcit,
& proprie cũ ſpeciebus, & confert fœtori oris, & proprie
corruptioni ſtomachi. [f] Veruntamen permiſcet ſpiritus in
cerebro ſicut dicitur eius uſus frequens, & eſt ex reſoluen-
tibus apoſtemata dura, & apoſtemata ſplenis, & ſpprie em
plaſtrum factum ex eo cum ficubus & uino, & ſimiliter oxi
mel eius ſumptum continue, & abſcindit cum uino panari-
tium, & confert ulceribus malis, extrahit fracturas oſsiũ, C
& ſpinas, & ligna, & proprie cum uino & melle. [g] Sorbi-
tiones factæ ex ſucco eius & frumento decocto & melle fa
ciunt exuberare lac, & ſedere in coctione eius mundificat
matricem & facit aborſum, & etiam ſuppoſitum & come-
ſtum. Radix quoque eius & ſuccus eius abſtergit faciem, &
fœditatem cutis, & pannum & ueſtigia, quæ remanſerunt
poſt uulnera, & proprie cum farina cicerum & fabarum, et
coctum cum oleo aufert occultationem ſanguinis. Confec-
tio trochiſcorum clarificantium faciem & abſtergentium
fœditatem cutis, & facientium colorem bonũ cum permi-
xtione rubedinis. Accipe farinæ ſimilaginis farinæ hordei,
ciceris albi, farinæ fabarum, amygdalarum dulcium traga-
canthi omnium an.ʒ.ij. radicis feſceræ ſiccæ.ʒ.i.ſ. fac tro-
chiſcos cum albumine oui, & lini cum aqua hordei, & poſt
duas horas ablue cum aqua furfuris. Ex ſucco autem feſce-
raſin, melle & uino, et proprie partibus æqualibus fit potio
ad ſcrophulas, et eſt expertum, & ſimiliter fit emplaſtrum
ex ipſius radice & melle, & delet eas. Confert autem morſi
bus animalium uenenoſorum.

DOSIS autem radicis feſceræ eſt ab aure.i.uſq; ad aur. D
ij. & ſucci eſt à.ʒ.i.uſque ad.ij. & ſimiliter feſcereſin.

ANDREAS MARINVS.

SI reſtituatur Meſ. textus ad ueterem lectionem, ſicuti
nos ex uetuſtiſsimo noſtro exẽplari fecimus, utriuſq; bryo
niæ albæ ſcilicet, & nigræ uires proculdubio docere uide-
bitur, quarum albam uocat feſceram, nigram uerò feſcere-
ſin. erat autem mendum ubi ſcribit. Et eſt ſpecies eius fe-
ſcereſin. Electio, eius radix &c. habet enim antiquus manu-
ſcriptus periodum continuam, quam nos reſtituimus.

[a] Solutione educit phlegma) non iniuria pituitam à remo-
tioribus partibus educit, caliditas enim tertij ordinis à lon
ginquo trahit, acrimonia uerò inſignis intima quæq; pene-
trat, ac permeat, craſſa incidit, amaritudiniq; uiam ſternit,
quę pituitam ipſam deterget, atq; extenuat. mordacitas præ
terea naturam impellit ad uehementem expulſionem.

[b] Prouocat urinam) ſicuti calida omnia aperientia, & ab-
ſtergentia, eliquantiaq; medicamenta. [c] mundificat cere-
brum) hoc uidetur ſuperfluum, cum antea dixerit pituitam
ab eius ſucco expurgari, cuius præcipua ſedes, & domici-
lium cerebrum eſt, & neruoſa corpora (Hippocrate autho
re) in quorum uſum natura excrementum illud è prima co-
ctione machinatur. educitur autem illa unde eſt. porrò ſum
pta hæc omnia ex Dioſcoride uideri poſſunt. [d] Et aperit
oppilationes) pauca amaritudine, cuius proprium eſt deter
gere proxima quæq;. [e] Epilepſiæ) non modo epilepſiæ, ue-
rum etiam aliis morbis uniuerſis, qui à pituita originẽ tra-
hunt, auxiliari hac ratione poſſet pituitam educendo.

[f] Veruntamen permiſcet ſpiritus in cerebro ſicut dicitur)
an uerò rectè dicatur iudicent alij, nam ſi hoc uerum eſſet
haud ſcio an epilepſiæ atq; uertigini conferret, quamuis pi
tuitam uacuaret, cuius cauſa frequentior eſt ſpiritus com-
motio, quàm pituitæ copia. Eſt autem à Dioſcoride ſumptũ
qui mentem ab ea interdum ait ſubturbari. [g] Sorbitiones
factæ ex ſucco eius) id quoq; ſicuti pleraq; omnia, ex Dio-
ſcoride ſumptum eſt, quod ſi uerum eſt, frumento, & melli
acceptum eſt referendum, quæ amarorem, & acrimoniam
lentore, ac dulcedine frangunt, quibus pituitam potius pur
gare, quàm lac gignere poteſt, eodem Meſue authore.

MANARDVS. De Alfeſcera.

Græci Ampeloleucen, & Bryoniam, & Pſilotrum uo-
cant, Latini Vitem albam. CVIVS radix eſt terrei coloris
exterius, interius uero alba,) Dioſ. radicis colorem non ex
preſſit. Plinius albam dixit & grandem. Et eſt ſpecies eius
feſcereſin.) Videtur hic loqui de nigra quam Græci Ampe
lomelan uocant, Latini iuuam Taminiam, Tamnum uel Ta
non. ETVS radix eſt cineritia exterius, & interius alba, non
albedine prioris.) Loquitur de ea quam uocant feſcereſin
Arabes, & Latini Tamnum. De cuius tamẽ radice ait Dio
ſcorides, quòd foris eſt nigra, intus buxei coloris. FESCE-
RA inquit Dioſcorides calida & ſicca in tertio.) Hic eſt ma
nifeſtus error, ſiquidem (ut alias ſæpius diximus) de medi-
cinarum gradibus non eſt locutus Dioſcorides. Galenus ra
dicem dixit moderate calidam. Noſter Meſue ſecutus eſt
Auicennam; qui tamen male ſibi conſtat. Nam cum dixiſſet
calidam in tertio, paulo poſt dixit, quòd temperate cale-
facit. ET eſt compoſita ex partibus igneis, cum partibus
terreis aduſtis, & & igneitas eſt dominans.) Nec hoc dixit
Dioſcorides, ſed quòd folia, fructus, & radices acria ſunt.
Et dixit Galenus, eſt in ea de ſtypticitate aliquid, & reli-
qua.) De Aſparagis huius plantæ dixit Galenus quod boni
ſtomacho ſunt ob ſtypſin, quam ſubamaram & debiliter a-
crem habent. De radibus uero, quòd abſtergunt, ſiccant, &
tenuium partium ſunt. FESCERESCIN uero eſt nimis cali-
da.) Lege minus, non nimis, nihil enim de ea ſcribit Gale.
niſi quòd albæ in omnibus eſt ſimilis, uerũ debilior. VTRI-
VSQVE radix, & proprie ſuccus eius, ſolutiõe educit phleg
ma.) De alba dixit Dioſcorides, quòd ſuccus radicis uere
exprimitur, bibiturque cum muſſa aqua, & pituitam educit
EPILEPSIAE.) Drachmæ pondere anno integro radix pota
datur comitialibus, ait Dioſcorides. ET comeditur talus
eius in primis cum creſcit.) Intellige primæua ueris germi
na, quæ elixa aluum & urinas mouent, ſi manduntur, ſecun
dum Dioſcoridem & ſecundum Galenum ob ſtypſin, quod
& ſuperius dixi, ſunt bona ſtomacho. Plures tamen uirtu-
tes adſcribit Dioſcorides aſparagis nigræ quàm albæ, ſcili-
cet quòd meſes mouent, lienes minuunt, comitialibus, uer
tiginoſis & reſolutis ſunt utiles. VERVNTAMEN permiſcent
ſpiritus.) Dioſcorides ubi multiplices radicis uitis albæ u-
ſus oſtendit in comitialibus attonitis, uertiginoſis, ſerpen-
tem morſibus, aborſibus: ſubdit, mentem interdum pertur-
bat. EST ex reſoluentibus apoſtemata dura.) Non duros tu
mores, ſed phlegmonas diſcutere ex uino, emplaſtri modo
impoſitam, & abſceſſus rumpere, dicit Dioſcorides. ET a-
poſtemata ſplenis.) Lienem, inquit Dioſcorides de alba lo-
quẽs, liquat, trium obolorum pondere per dies triginta cũ
aceto pota. Poſtea ſubdit: Ad eundem cum ſico utiliter illi
nitur. Galenus: pota, & extrinſecus cum ficis ad mota. ET
abſcindit cum uino panaritium.) Cũ oleo donec colliques-
ſcat excocta, delet pterygia, ſecundum Dioſcoridem, de al-
ba

UNIVERSITAT DE VALÈNCIA

ba loquentem,& sugillata. Et confert ulceribus malis.) De eadem alba inquit Dioscorides, folia semen & radix acrem habent uirtutem: unde cum sale ad chironia, gangræ-
nica, phagedænica, & cum putredine crurum ulcera, faciũt
imposita. Et trahit fracturas ossium & spinas & ligna. Dio-
scorides de ossibus tantum scribit. Quod si radix albæ trita
emplastri modo imponatur, ossa educit. Sorbitiones factę
ex succo eius, & frumento decocto, & melle.) Dioscorides
non apponit mel, sed dicit, si succus cum triticeis granis de
coctis bibatur, exuperare lac facit. Radix quoq; eius & suc
cus eius abstergit faciem, & reliqua. Et subdit, & propriè
cum farina cicerum & fabarum.) Dioscorides cum eruo
ephelides, ionthos, lentigines ac nigras cicatrices. Cõfert
morsibus animalium uenenosorum.) Cõtra uiperæ morsus
ait Dioscorides pota duarum.3.pondere.

SYL. Panis porcin. † Parũlata ẽ, & nigra Caule digitorum quatuor nudo Dioſco. Flos roſaceus quidẽ, & ad purpurã uergẽs ſed forma violę nigræ, altera aũt eiꝰ ſpẽs flore cãdido, radice muci li nulla multitudi nis mẽtio ne Dioſc. Gal.

De Cyclamino. Cap. 25.

CYclaminus panis dictus, his fauni, aliis porci, maior inuenitur, & minor. Maioris radix rapæ modo † rotunda, foris terra & nigra, intus alba, à qua folia & flores uiolæ nigræ similes, subalbi, sine caule. Minoris radix sub terra plurima auellanæ & cicerum forma, uterque est medicatorius, calidus siccus initio tertii ordinis. incidit tenuat, resolvit, terget, expurgat, obstructiones aperit, sudorẽ copiosum mouet, cutem fœditate eius ablata omniũ maxime expurgat. Pituitam lentam & crassam sumptus, & suppositus, atque adeo femori, ilibus, & uicinis partibus illicus purgat. Obstructiones uiscerum, præcipue splenis aperit, maximeque ex oxymellite, & sumptus, & emplastri modo admotus colicum dolorem à pituita, aut stercore suppresso sanat, caput & oculos insigniter expurgat, præsertim errhyno ex ipso in nares recepto, præsertim post purgationem per hieram, aut Theodoricon, aut catapotia fœtida, aut similia. Quapropter uisui imbecillo, & aquis in ipsum ruentibus, hemicraniæ cephalalgiæ, torturæ, paralysi & cęteris cerebri affectibus frigidis confert, errhino ut dixi, attractus. Icterum sanat experientia certa, præsertim succo cũ oxymellite, uel œnomellite sumpto, & operto deinde diligenter corpore. Nam sic sudore largo materia etiã in uaporem uersa bilioso excremento exonerabitur. Duro lieni confert quouis utendi modo, & tumoribus aliis, ut etiam strumas iuuet. Menses mouet, sumptus & suppositus hæmorrhoidas potentissime aperit. Eius radix collo mulieris appensa conceptum prohibere dicitur sedis procidẽ tiam illitu iuuat. Corrigitur ut dracunculus, & bryonia. succi huius.3.iiii. cum saccharo solutas, & ad tertiam coctas, mane sumptas, icterum sanare certissimum & expertissimum affirmat filius Serapionis. Idem præstare succum eũ cum equali portione oxymellitis, uel œnomellitis, ut prius coctum, & sumptum Græcus testatur. Vnguentum præterea est Alexandri ex cyclamino, quod uentri, femori, ilibus inunctum, aluum deiectione purgat, stomacho autem uomitu uacuat aquas serosas, idoneum hydropicis, & à me dicamento abhorrentibus. recipit autem succi cyclamini lib.tres, succi cucumeris agresti is lib.i. olei irini lib.ii. butyri uaccini lib.unam, euphorbii unciam unam, pulpæ colocynthidos vnc.tres, polypodij vnc.sex, trita, quæ teri possunt, succi octo dies mergantur in uase uitreo angustioris, obstructo probe, post hos semel feruefiat, coletur, colato adde sagapeni aureos quinque, myrrhæ aureos tres in aceto prius dissolutos, quanto est opus, coque semper rudicula mouendo, donec succus prope omnis cõsumptus erit, tunc adde ceræ vnc.quinque, fellis vaccini aur. quinque, coque donec cera erit liquata, tunc adde scammonii, aloes, cocci gnidii, colocynthidos, turbith, ana aur.v. salis gemmæ aur.tres, euphorbii, piperis longi, zingiberis, chamæmeli, cinnamomi, an.aur.duos, puluerizata in mortario permisceantur. Vnguentum quoque alterum ex cyclamino fit ad resoluendam duritiem splenis etiam lapidosam, & strumas, recipit, succi cyclamini, humoris lenti ex radice ficicis emulcti, ana lib.unam succi extremorum tamaricis surculorum vnc. duas, olei irini libras duas, œsypi vnc. quindecim, aceti unc. duas, ammoniaci, bdellii ana vnc. vnam & semissem, ceræ flauæ vnc.sex, fac ut prius. Cyclaminus coctionem sufficientem sustinet. Datur præsertim succo ab aureis duobus ad aur.quatuor.

Arthanitæ ideſt cyclamini hiſtoria ex Dioſc.

Cyclaminvs folia habet hederæ, purpurea, uaria, in quibus suprà infraq; albicant maculæ, caule nudo, quaternos digitos æquante, floribus in eo purpureis, rosarum effigie radix nigra, & aliquantum lata, ut rapum uideri possit. (Et in fine capitis.) Nascitur in umbrosis, maximè sub aquoribus.

CYCLAMINVS.



De arthanita. Cap. 25.

ARthanita est panis alcurith, & ab aliis dicitur panis fauni, & ab aliis panis porcinus & ab aliis cyclamen. Et inuenitur ex eo magnũ & paruum. † Magni autem radix est in modum rapæ rotundæ, † cuius pars exterior est terrea nigra. Interior uero alba. Et eleuãtur super radices frondes, † & flores secundum semitã uiolarum subalbidarum sine eleuatione stipitis super eius radicem. † Paruũ uero habet radices subterraneas, plurimas in modum auellanæ & cicerum.

Electio. utrunque bonum est, & competit usui medicinæ.

Complexio et proprietas. † Calidæ complexionis est & siccæ in principio tertii. Et est † incisiuum, subtiliatiuum, calefactiuum, resoluciuum, absterſiuum, mundificatiuum, aperitiuum oppilationum. Et est ex rebus sudorẽ exuberare faciẽtibus. Et est ex maxime mundificantibus cutim & ex remouentibus fœtiditatem eius.

Rectificatio. Recipit de rectificatione hoc idẽ, quod diximus in capitulo de lusu, & in capitulo de alfescera. † Dixit filius Serapionis. Accipe succi eius.3.iiii. & dissolue cũ zuccharo, & coque usque ad tertiam, & propineturin mane, & est medicina certa & experta ad icteritiã. Et dicit Græcus. Succus eius cum mellicrato, aut secaniabin, & proprie de quolibet partes æquales sumptæ & coctæ secundũ superiorem doctrinam est medicina experta ad icteritiam citrinam. Vnguentum arthanicę ex inuentione Alex. quo ungitur uenter, & femur, & ilia, & soluit solutione cataracti.

ci. Et propinandum est non ualentibus sumere medicinã. Et si linitur super stomachum facit uomitum. Et confert hydropisi, & solutione educit aquam citrinam. Cuius hæc est permixtio. Accipe succi arthanitæ lib.iii. succi cucumeris asini.lib.i. olei irini.lib.ii. butyri uaccini lib.i. pulpæ Colocynthidis. ʒ. iii. polypodii. ʒ. vi. euphorbii. ʒ. i. Quæ terenda sunt tere & submerge in succis & pone in uase uitreo stricti orificii, & stringe caput eius, & dimitte per. viii. dies. Deinde bulliat totum bullitione una, & coletur, & pone super colaturam ſagapeni aur.v. myrrhæ aur. iii. ita quòd resoluantur prius in aceto uini quantitate sufficienti. Aggrega omnia simul, & bulliant semper agitando cum fuste usque ad succorum ferè consumptionem, Tũc ponantur ceræ. ʒ.v. fellis uaccini aur.v. & teruean̄t donec liquefiat cera, tunc accipe scamon. aloes, mezereon, colocynthidis an. aur.v. euphorbii aur.ii. salis gẽmæ aur.iii. turbith aur.v. piperis lõ. zingib. chamæmillæ, cina. omnium an. aur. ii. Puluerizentur & misce cum eis simul terendo in mortario donec perficiatur. Vnguentum aliud arthanitæ, & est resoluens aposthemata dura splenis, & lapideitatem ipsius, & scrophulas. Cuius hæc est permixtio. Accipe succi eius & uiscositatis, quę mulgetur ex radice filicis ana lib.i. succi extremitatum tamaricis. ʒ.ii. olei irini lib.ii. hyssopi humidæ ana ʒ.xv. aceti. ʒ.ii. ammoniaci bdellii. ʒ.i. &. s. ceræ citrinæ. ʒ. vi. fiat sicut superius diximus. Arthanita de decoctione rem sufficientem sustinet.

Posse. † Solutione educit phlegma mucilaginosum sumptum & suppositum † & etiam linitum super femur, & ilia, & partes adiacentes ei. Et aperit oppilationes uiscerum, † & maxime splenis, & proprie sumptum cum oxymelle, & similiter emplastratum, & confert colicæ phlegmaticæ & ei quæ fit ex retentione fœcis, & est ex rebus mũdificantibus caput & oculos. † & proprie caputpurgium factum ex eo, & abscindit hemicraneam frigidam & sodã, & confert torturæ, & paralysi, & ad ægritudines cerebri phlegmaticas, & proprie si fiat caputpurgium post assumptionem hieræ aut theodoricon aut pilularum fœtidarum & similium, † & confert caputpurgium ex eo factum debilitati uisus, & aquæ quæ descendit ad oculum. Et est experta res ad icteritiam conuertens in uaporem & fumum & sudorem materiam eius & proprie succus eius cum secaniabin, aut mellicrato, & oportet ut sumens cooperiatur multum ut sudet sudore uehementi citrino, † & secundum omnem modum administrationis eius cõfert duritiei splenis, & aliorum aposthematum & scrophulis, & tam bibitum quàm suppositum pronocat menstrua, & est ex maxime apertientibus orificia hæmorrhoidarum, & dicitur quòd si suspendatur in collo mulieris radix eius non concipit & linitur ex eo anus & confert exitui eius.

Dosis, eius ab aur.ii. usque ad drach.iiii. & proprie succi eius.

Andreas Marinvs.

Et inuenitur ex eo magnum, & paruum) quæ tamen inter se sola ætate differunt, quamuis doctissimi recentiores duas se uidisse species asserant in montibus Tridentinis, nam folia, flores radicum figura, & facultas eadem sunt utriusq;, solaq; discrepant magnitudine. Nam coloris in floribus uarietas, aut odor maior, minorq; speciem non euariãt. Dioscorides duo, & ipse cyclamini genera nouit, quorum prius uulgò est notissimum, alterum ne peritioribus quidẽ herbarijs hactenus innotuit.

Manardvs, De Arthanita.

Cyclaminon Græci, Latini Rapum uel umbilicũ terræ: aliqui orbicularem uocant. Magni radix est in modũ rapi rotundi.) Dioscorides parum latam dicit, & res ipsa idem ostendit. Cvius pars exterior est terrea, nigra, interior alba.) Dioscorides absolute nigram dicit. Et eleuantur super radices frondes. & parum infra, sine eleuatione stipitis.) Error est hic manifestus, caulem enim, Dioſco. & re ipsa teste, fert quatuor digitorum, sed nudum. Flores secundum semitam uiolarum subalbidarum.) Error & hic: flores enim communis Cyclaminis rosacei sunt, & ad purpuram uergentes. Altera uero & secũda species, florem fert candidum: sed de ea nondum loqui cœpit. Parvm uero habet radices subterraneas plurimas.) Nescio ubi hæc inuenerit iste homo. Dioscori. & Gale. radice esse aiunt inutili nulla de hac pluralitate habita mentione. Calidae cõplexionis est & siccæ in tertio.) Gradum ei nec Galenus determinat nec Auicenna. Et est incisiuum, & reliqua.) Addit & aliã uim Gal. quòd attrahit. Dixit filius Serapionis, accipe succi eius drach.iiii.) Trium drach. pondere, ait Dioscorides cũ passo aut mellicrato aquoso bibatur radix, in morbo arquato. Solvtione educit phlegma mucilaginosum.) Pota, inquit Dioscorides cum hydromellite, pituitam educit & aquam. Et etiam linitum super femur.) Succus illius umbilico, pectini & coxendicibus, dicit Dioscorides, aluũ mollit, & aborsum facit. Et maxime splenis.) De altera Cyclamino scribit Dioscorides quòd denario acinorum eius in uini albi cyathis duobus, per quadraginta dies poto, lien emittitur per aluũ & urinam. Et proprie Caputpurgiũ.) Succus cum melle ait Dioscori. Et confert Caputpurgiũ ex eo factum debilitati uisus, & reliqua.) Non immissum naribus hoc facere scribit Dioscorides sed inungi oculis suffusis & hebetibus eius succum cum melle. Et secundum omnem modum administrationis confert duritiei splenis, & aliorum aposthematum & scrofulis.) Miscetur, inquit Galenus, his quæ tubercula, strumas, omnesque durities discutiunt. Multa quoque alia potest, sed hoc præcipue, quòd cum uino bibitur contra uenena omnia, secundum Dioscoridem.

De aristolochia. Cap. 27.

SYL. Lõga mas rotunda, fœmina Dio. Aui. non Dio. sũt hi gręcas.

ARistolochiæ † tres sunt species, † longa rotunda, & clematitis, id est, sarmentaria dicta, quòd radices uitis sarmentorum similes spargat. Omnes calidæ sunt Dioſc. in principio ordinis tertii, siccæ secundo, lõga tamen calidior uidetur quamuis terræ in ea substantiæ plus sit, quam in rotunda, quæ ob id tenuioris est substantiæ & ad omnia efficacior. Vtraque tamen obstructiones aperit, resoluit, attrahit, spinas extrahit, & lignorum fragmenta carni infixa, tenuat, sed hæc omnia rotunda magis ob dictam prius causam, pituitam purgat, & quorundam sententia etiam bilem, thoracem quoque & pulmones pituita ẽt putri expurgat insigniter. quapropter tusi humidæ, & asthmati etiam antiquo maxime prodest quouis usus modo, ut etiam si sufflitu uaporem per infundibulum æger inspiret, horum præsertim trochiscorum accipientium aristolochię rotundæ, arsenici pares portiones comprehendendas oui uitello in trochiscum aut auellanæ formam fingẽdas, unius fumum certis interuallis, ut dixi, per infundibulum inspiret æger. Aristolochia quoque præsertim rotunda cerebrũ expurgat, ob id epilepsiæ confert, stomachum etiam eadẽ iuuat, singultu à flatibus conflictatum. Hos enim non modo à stomacho, sed liene, & aliis uisceribus dissipat, horumque obstructiones liberat, & natos inde dolores sedat, præsertim cum oxymellite radicato. Omnis autem aristolochiæ uterum à partu † expurgat, menses mouet, aborsum facit, Rotunda præter hæc ulcera maligna, fistulas mire iuuat, quia terget, & carne implet. Podagram quoque & musculos contusos cum melle & pauco sale emplastri modo admota iuuat, cum hydromellite uero curat aurium ulcera & auditum roborat. Acetum deniq; cui incocta est, gingiuas adstringit, & putredinem ab his aufert, dentes quoque cõfricatu deterget. Rigori etiam febrili remedium est singulare. Purgando non nocet, sed uisceribus confert. Quod ad alia attinet, ut dracunculus corrigenda. Coqui teriq; plurimum potest. Datur à.ʒ.i. ad aur.i.

† Cũ pipere & myrrha pota & pessũ subdita Dioſc. de lõga. Rotunda cũ aquapota ualet rigori dioſ.

Aristolochiæ historia ex Dioscoride.

Aristolochia nomen ex eo sibi adoptauit, quòd existimetur optimè puerperis opitulari. Tria eius genera traduntur. Rotunda, quæ fœmina uocatur, foliis hederaceis, præstanti odore cum acrimonia, mollibus, subrotundis, multis ab una radice germinibus, prælongisq; palmitibus, floribus candidis, pilei similitudine, in quibus quod rubrum est, grauiter olet. Longa mascula appellatur, nonnullis dactylitis, longiore, quàm rotunda, folio, cenuibus ramulis, dodrantalibus, flore purpureo, grauiter olente, qui marcescens in pyri similitudinem turbinatur. Radix rotunda in orbem conglobata, rapi modo, longæ uerò digiti crassitudinem

situdinem,& dodrantis longitudinem implet, nonnunquã E
paulò maiorem.Ambæ colore intus buxeo, gustu amaro,
& graui. Est etiam tertia longa, quæ clematitis uocatur,
ramulos habens tenues, refertos foliis subrotundis mi-
nori semperuiuo similibus,flores rutæ: radices longiores,
tenues,crasso cortice,odoratoq; uestitas,priuatim unguen
torum spissamentis conuenientes.

De aristolochia. Cap. 27.

ANT. ARistolochiæ† tres sunt species,scilicet†longa,rotũ
da,†& alia cuius radix currit secundum semitã pal
mitum uitis.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. Inquit Dioscorides.
Omnes calidæ sunt in principio tertii,siccæ in secundo,†et
uidetur quòd lõga sit calidior,† quamuis terreitas eius uin
cat super terreitatem rotũdæ,& uidetur ex hoc quòd rotũ
da sit subtilior,quare ad omnes operationes pr̃optior,† &
est utraq; aperitiua oppilationum,resolutiua,attractiua†et
extrahẽs spinas & fracturas lignorum infixas carni. & utra
que est subtiliatiua,sed rotunda magis propter id quod di-
ximus. Alia uero species eius in omnibus his est debilior F
propter illud non est famosa.

RECTIFICATIO. Soluendo non nocet,immo confert ui-
sceribus,& exigit in aliis de rectificatione secundum quòd
diximus in lus. & de decoctione, & triturationc rem ple-
nam sustinet.

POSSE. Solutione educit humiditates phlegmaticas,&
dixerunt aliqui quod etiam cholericas, & est ex rebus ma-
ximè mundificantibus pulmonem & pectus à phlegmate
& putredinibus,& confert iuuamentum manifestum† asth
mati & tussi, secundum omnem modum administrationis
eius,& etiam suffumigatio ex eo administrata per embotũ.
Confectio formarum quarum iuuamentum magnificatum
est ad asthma antiquum,& tussim humidam & proprie quã
do recipitur suffumigatio per interualla ex una earum per
traiectorium.Accipe aristol.rotundæ, arsenici citrini par-
tes æquales. Aggrega cum uitello oui, & fiant formæ sicut
auellanæ.Adhuc autem aristo.est ex rebus mundificãtibus
cerebrum,& est conferens epilepsiæ,& proprie rotunda. G

ARISTOLOCHIA LONGA.

ARISTOLOCHIA ROTVNDA.



Confert etiam stomacho,remouens singultum uentosum,
& sedat dolores omnes à uentositate in uisceribus, & au-
fert oppilationes splenis,& uentositates in ipso & proprie
rotunda,& hoc cum oxymelle radicum,†& omnes quidem
species eius mundificant matrices fœtarum & prouocant
menstrua,& faciunt aborsum,& rotunda quidem est ex me
dicinis magnis ad ulcera mala fraudulenta, & est mundifi-
cans fistulas,& generans carnem in ipsis,& emplastratio ip
sius cum melle & sale pauco confert podagræ, & contusio-
ni lacertorum.

Cum hydromelle autem curat ulcera aurium & corro-
borat auditum.Acetum autem coctionis ipsius stringit gin
giuas, & remouet putredines ab eis, & si cum fricantur
cum ea dentes abstergit eos, † & est medicina bona rigo-
ri febrium.

DOSIS. eius est à.3.i.usq; ad aur.i.

ANDREAS MARINVS.

ARISTOLOCHIAE tres sunt species) longa, rotunda,
& clematitis à Dioscoride descriptæ, pro quibus acriter di
sputant recentiores herbarij,quos studiosus quisque leget.
nos clarissimum Mathiolum,in hac re,sicut in plærisque a-
liis sequimur.Solutione educit humiditates) ex tertio pur-
gantium genere est Aristolochia,quippè tergendo, atque
aperiendo purgat, nec membris ullam imprimit noxam.
Itaq; rectius fortasse inter mitia,& benedicta, quàm inter
laboriosè purgantia reponi posset,quemadmodũ & sena.

MANARDVS, De Aristolochia.

Aristolochia apud Græcos hoc nomẽ adepta é, q̃ ad ea q̃
in puerperis desiderant, optimè faciat, Latini ferè eodem
noie appellãt:sunt tũ qui malũ terræ,siue erraticũ uocent.
ARISTOLOCHIAE tres sunt species.) Addunt nõnulli quar
tam quam Pistolochiam nominant,uel à radicum multitu-
dine,Polyrrhizon. Longa.)Marem hanc uocat Dioscori-
des. ET rotunda.)Et hanc fœminam. ET alia,cuius radix
currit secundum similitudinem uitis.) Clematitis hæc dici
tur,quasi sarmentariam diceres, ramulos tenues habens,
& folia modice rotũda,minori sẽperuiuo similia. INQVIT
Dioscorides, omnes calidæ sunt in principio tertij.) Hic
est error,sicuti & alibi plerunq; : non.n.hoc Dioscorides, H
sed

sed Auicenna. ET uidetur q̃ longa sit calidior.) Galenus di A
xit longam non minus calefacere,sed fortè magis.QVAMVIS
terreitatis ipsius uincat terreitatem rotundę.)Minus tenu
ium partium est,inquit Galenus, quàm rotũda. EST utraq;
aperitiua,& reliqua.) Galenus absoluto sermone dixit radi
cem utilissimam esse ad medicinam, cum sit amara & sub-
acris. De longa uerò dixit q̃ abstergit & discutit, sed mi-
nus quàm rotunda:& ideo utilior est,ubi opus est moderatè
abstergere,sicuti in generanda carne,in ulceribus & ute
ri fomentis. EXTRAHENS spinas.) Rotundæ hanc uim ad-
scribunt Dioscorid. & Galenus. Paulus sesquidrachmam
Clematitis educere ait,ut Colocynthim. Aetius drach.ij.
fructus sicci,purgare bilẽ & pituitam. ASTHMATI & tussi)
Rotundam dixit Galenus auxiliari asthmaticis,singultien-
tibus,epilepticis,podagricis,si cum aqua bibatur. Ruptis
quoq; & uulsis,atq; his doloribus qui obstructiones sequũ
tur,aut incocti spiritus crassitiem;sanare putredines, sor-
dida ulcera expurgare, dentes ac gingiuas limpidare. ET
omnes quidem species eius mũdificant matrices fœtarũ.)
Cum pipere & myrrha pota,ait Dioscorides de longa: ea- B
demq; posse subditum ex ea pessulum. ET medicina bona
rigori febrium)Rotundam ait Dioscorid. cum aqua potã
ualere rigori:& Galenus Clematiten cum oleo, aut suillo
adipe inunctam:suffumigio uero graues ad febres.

De Ricino. Cap. 28.

SYL. RIcinus granum regium est duplex,† paruus & ma-
†Magnus gnus(q̃ kerua Mauris dicitur) uterq; medicamẽtis
est palma aptus,sed magnus magis,ob id eligẽdus. Calidus sic
Christi, cus gradu tertio Dios.Hamech autem in principio tertij.
uulgo: la- Pituitam ac interdum bilem uiolenter purgat deiectione
thyris : & uomitu,materias quoq; & aquam serosam à iuncturis at
uulgo ca- trahit dantur autem grana eius cocta & trita in iure galli
taputia, é antiqui,conferuntq; colico dolori,& iuncturarum, ut po-
paruus. dragæ,ischiadi,aut coquuntur in aqua casei, aut lac capri-
num super ea mulgetur & colatur,& datur hydropicis uti-
liter.Oleum autem cicinum seu ricinum colico dolori à pi
tuita & flatibus confert. Corrigitur ut balanus mirepsica.
Ex utroq; oleum attrahitur,ut ex amygdalis. Datur à gra-
nis quinq; ad grana septem, alterius à granis septẽ ad gra- C
na† quindecim.

Oleum id ad lucer-nas est uti lissimũ re mitij par-tis, & ca-lidũ quã cõmune. †Alij duo decim.

Ricini,(quæ est sarracenorum cherua, & lathy-
ridis quod est minus albemesuch,uulgò ca-
taputia uocatum) historiæ ex Dios.

CICI, aut croton nomen accepit à ricini animalis si-
militudine,Arbor prouenit paruę ficus altitudine,folio pla
tani,maiore,lęuiore,& nigriore:ramis,caudicibusq; cauis,
in arundinis morem:semine in uuis asperis, quod corticibus exutum ricinum animal repræsentat. ex quo oleum no
mine cicinum exprimitur,cibis fœdum, lucernis, empla-
strisque utile. Lathyris(uerò) quam aliqui tithymalum ap-
pellant,eamq; tithymalorum numero adscribunt, caulem
emittit cubiti altitudine,& digitali crassitudinem, inanẽ,
gignuntur in cacumine alæ,& folia in caule oblonga amig
dalinis proxima,latiora,& lęuiora,quę autem in summis ra
mulis exierunt minora conspiciuntur,aristolochiæ, aut ob
longę hederæ figura, in cacumine fructum summis surcu-
lis gerit,triplici loculamento,insignem,rotundum ceu cap
parin, in quo grana,intercursantibus membranis, inter se D
distincta continentur,eruis maiora,rotunda, quæ dum cor
ticibus exuitur, candida sunt,& gustu dulcia. Nullus radi-
cis usus,totus fructus lacteo succo turget,uti tithymalus.

De albemesuch. Cap. 28.

ANT. ALbemesuch dicitur proprie granum regum, & est
ex eo† aliud magnum, aliud paruum, & dicitur q̃
magnum est kerua.

ELECTIO. Magnum & paruum competunt usui medici-
næ,sed magis magnum,quapropter eligitur.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Dixit Dio. Calidę com
plexionis est,& siccæ in tertio,& dixit Hamech. est in prin
cipio tertij.

RECTIFICATIO. Meretur de rectificatione hoc quod di-
ximus in capi.de ben. Oleum autem utriusq; extrahitur si-
cut oleum de amygdalis.

RICINVS.



LATHYRIS.

POSSE. † Facit uomitum & solutionem laboriosam, &
educit phlegma uehementer,& aliquando cholerã, & ma-
terias à iuncturis,& aquam citrinam, † & coquuntur grana
eius

eius & proprie contrita in iure galli antiqui, & confert colicæ, & doloribus iuncturarum, & podagræ, & dolori sciaticæ, & coquuntur cum aqua casei, aut mulgetur super ea lac caprinum & tollatur & confert hydropisi.

† Oleum autē de kerua cōfert colicæ phlegmaticæ uētosæ. DOSIS. † Sumuntur ex herua à granis .v. usq; ad .vij. & ulterius à granis .vij. usq; ad .xv.

ANDREAS MARINVS.

VTRIVSQVE grana deglutita magna naturæ agitatione, ac noxa purgant, itaq; robustissimis rusticorum corporibus sunt admouenda, atque id acri adhibito iudicio.

MANARDVS, De albemesude, id est, Cherua.

Cici uel Crotoma, Dioscorides & Græci, Ricinum Latini primam eius speciem uocant. Nota satis planta. Mirasolem uulgò apud nos uocant, & ad decorem solum in hortis serunt, nescientes non exiguum ex ea quæstum facile haberi posse, parato ex semine oleo ad lucernas utili. ALIVD magnum, aliud paruum.) Magnum iam diximus esse Ricinum: paruum Lathyriden Græci, uulgò Cataputiam nomimant. DICIT Dioscorides, Calidæ complexionis & siccę.) F Hoc non dixit Doscorides, sed nec cuius sit temperaturę. Galenus uim habere discutiendi & abstergendi dicit Ciceon, oleumq; ex fructu factum, calidius esse, tenuiorumq; partium, quàm commune. Lathyridē uerò similem, quo ad uim Tithymalis. FACIT uomitum & solutionem laboriosam.) Educunt triginta eius grana, ait Dioscorides, per uētrem pituitam, bilem, & aquam, & uomitum mouent. Valde tamen insuauis est, & laboriosa talis purgatio, stomachū uehementer peruertens. De Lathyride uerò ait ꝙ eadem, id est, aquam, pituitam & bilem, purgāt grana eius septem uel octo deglutita uel pota. Galenus uerò de Ricini folijs, quòd abstergunt, discutiunt, & purgant, minus tamen omnia hæc faciunt, quam fructus. ET coquuntur grana eius, & propriè contrita in iure galli antiqui.) De folijs Lathyridis ait Dioscorides, ꝙ cum gallinaceo aut oleribus cocta, eandem habent seminibus operationem. OLEVM autem confert colicæ.) Purgare hoc oleum aquam dicit Diosc. & ualere lumbricis alui, scabiei, ulceribus capitis, sedis inflammationibus, & uteri præfocationibus. Sumuntur ex Cherua à granis quinque, usq; ad septem, & alterius à granis septem, usq; ad duodecim.) G Dioscorides ut superius tetigimus, Ciceos quidem exhibet grana triginta, Lathyridis septem uel octo cum caricis, aut dactylis, aqua frigida superbibita Paul. usq; ad quindecim, ita ut robusti, & qui pluri egent purgatione, ea mādant. Debiliores & qui malo sunt stomacho, syncera deglutiāt. Plinius uicena grana cū aqua pura aut mulsa, purgare ait facilè bilem & aquam, si munda sumantur: si cum folliculis uehementius purgare, & stomachum lædere.

SYL. Myrica tamen Latinis est tamarix. † phaseoli semina & surculorum succus strenue trahitur Gal.

De genista, seù sparto. Cap. 29.

SPartum, genista Latinis & myrica, est arborum capistrum, est autem arbor montana, cuius rami desinunt in uirgas multas rectas, flexiles, fractu cōtumaces, quibus, uites & alia ligantur, flores habet flauos, lunata figura, siliquas † orobinis similes, & semina in his lenti similia, interuallis distincta. Vltramarina & orientalis est melior, calida sicca ordine secundo Dios. Semen uero calidius, floribus & ramulis humiditas inest incidens sed excrementosa, & ob id uomitoria. Quin planta hæc omnibus suis partibus conturbat † prouocat, incidit, tenuat. Pituitam & materiam à iuncturis uiolenter purgat uomitu & deiectione, renes omnibus excrementis perpurgat, urinas ualenter mouet calculum frangit in renibus, atq; adeo in uesica, nec in his materias figi, ac in calculum durescere sinit. Flores quoque huius cum melle rosato aut ouo, strumas resoluūt. Oxymel itē ex his uel seminibus, tumores lienis resoluit. Vomitus quoq; cum his frequens ischiadi, podagræ, & renum doloribus prodest. Nocet stomacho & cordi, ob id cū melle rosato sumi uult Philagrius, ut his partibus nocere desinat, & eadem ratione cum rosis & mastiche. Semen uero eius cum aqua mellis rosati sumendum est, anisum quoque, & fœniculi, uel dauci semen eius noxas castigant, flos modicum coqui potest, semē, diutius. Datur, præsertim flore, à .ʒ .ii. usq; ad .ʒ .v. semine autem à .ʒ .ii. ad .ʒ .iiii.

E Spartij uel genistæ historia ex Dioscoride.

SPARTION frutex est longas ferens uirgas, sine folijs, firmas, fractu contumaces, quibus uires uinciuntur: semen lenticulæ, in folliculis phasiolorum modo nascens: florem ut albę uiolæ, luteum.

SPARTION.



De albrahin siue albrahunc & est genestra. Cap. 29.

ALbrahin est capistrum arborum. Et est arbor montana super cuius stipite eleuatur † densitas fustiū multæ rectitudinis, & dum plicantur non patiuntur fracturas, unde ligantur ex eis arbores. Et producunt † flores figuræ lunaris citrinitatis multæ. Et proferunt folliculos secundum semitam orobi habentes semina distincta sicut lentes. Sed in lingua latina genestra siue mirica appellatur.

ELECTIO. Vltramarina est melior & omnes quæ in partibus orientalibus oriuntur.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Inquit Diosc. Calidæ & siccæ est complexionis in secundo, & semen eius est calidius. † Et in flore eius & stipitibus ipsius est humiditas superflua cum uirtute incisiua, quare multiplicat uomitum. H Et sunt omnes partes eius conturbatiuæ, incisiuæ, subtiliatiuæ, & prouocatiuæ.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho & cordi. Et dixit Philagrius. Cum melle rosato tollitur nocumentum eius. Et similiter cū rosis & mastice. Semen autem eius propinādum est cum aqua mellis ros. Anisum autem & semen fœnic. & daucus & similia auferunt nocumentum ipsius. Flos autem eius de decoctione sustinet modum. Semen uero eius plus.

POSSE. † Per uomitum & per uentrem educit flegma cū fortitudine uehementi, & materias quæ sunt in iuncturis, & mundificat renes ab omnibus superfluitatibus. Et prouocat urinam fortiter, & frangit lapidem in renibus & uesica, & non permittit materias figi in eis & densari in lapidem, & quando flores eius contriti propinantur cum melle rosato, aut cum ouo resoluunt scrophulas. Et oxymel ex eis, aut ex seminibus ipsius resoluunt apostemata splenis.

Et

A Et si frequentetur eis uomitus confert ischiaticæ, & podagrę, & dolori renum.

† Dosis Eius & proprie florum est à .ʒ .ij. usq; ad .v. Et seminis à ʒ .ij. usq; ad .iiij.

ANDREAS MARINVS.

ET si duo genistæ genera, hoc est spartium, & genistam Hispania gignit, ut Mathiolus author est, quoniam tamen, & figura, & facultatibus, aut nihil, aut certè parū differūt, spartij historiam ex Dioscoride ad hunc locum transtulimus, cuius flores, & semina eandem ferè uim habent, quam genistæ à Mesue descriptæ. Per uomitum, & per uentrem educit phlegma) atq; id quidem uiolenter. credunt superstitiosæ mulierculæ genistæ flores maleficia uomitu expellere, in diesq; ad eum usum uulgò exhibentur nulla distinctione adhibita, quæ res multos ad interitum perduxit.

MANARDVS, De Albrachin.

Spartion Dioscorides uocat, Galenus Spartum, Latini Genistam. Vtinam omnia æque cognouisset, & descripsisset hic uir: non tamen facere potuit ut errorem omnino effugeret, pro Phaselo Orobum scribēs. DENSITAS fustiū.) B Dioscorides uirgas longas habet, absq; folijs, solidas, ac frāgendū difficiles. FLORES lunares.) Dioscorides Leucoij. INQVIT Dioscorides calidum & siccum in secundo.) Nihil de hoc Dioscorides. ET in flore eius & stipitibus est humiditas superflua.) Nec hoc lego apud Dioscoridem uel Galenum, sed ait Galenus, semina & surculorum succum attrahere non ingenerose. PER uomitum & per uentrem educit phlegma cum fortitudine.) Semen & flores, cum melicrato pota, si ne periculo purgant per superiora, sicuti Elleborus, inquit Dioscorides. ET per uentrem.) Semen purgat per inferiora, ait Diosc. ramis uerò in aqua madefactis extractus succus, in ieiuno cyathi quantitate potus, coxendice & angina laborantibus est utilis. Plinius macerat pluribus diebus in aceto pro coxendicis dolore, perungique eodem succo docet cum oleo. Sunt tamen inquit Dioscorides qui macerent muria, aut marina aqua, & clysterē imponant his, qui coxendice laborant, educūtq; cruenta, atq; strigmenta. Quidam ad stranguriam utūtur semine, ut Plinius testatur, qui etiam sanari genua dolentia Genista, ait, C tusa cum axungia, DOSIS eius & propriè florum.) Dioscorides ex semine & floribus dat quinq; obolos. Plinius drachmam & dimidiam.

SYL. De elleboro. Cap. 30.

ELleborus duplex, albus & niger, idemq; salubrior albo, quin & albus symptomata terribilia minatur, niger autem corpus incolume, & uelut iuuenile tuetur. Eligendus in eo genere est sapore acri, gustantem mordente, colore asari, fragilis, medius ampli & gracilis, recentis & uetusti, grauis & leuis, aut potius leuior quàm grauior, leuis autem ac sine asperitate. Radix eius est præstantior, & in ea fibrarum ac radicularum cortices. Vere, aut AEstate colligatur. Albus autem minus est, tum acer, tum mordax, neque mox acrimonia eius apparet, si amarior est nigro. Cætera nigro facultate est similis, nisi quod diutius seruari pōt. Niger est calidus siccus ordine tertio, tenuat, terget, resoluit, carnem ulceribus supercrescentem exedit. Adde, quod si is ad arboris alicuius radices crescat, fructus ipsius purgatorios reddit. Albus autem calidus siccus in D medio tertij, similiter terget, mordet, sed uomitu multo purgat, & sternutamenta uiolenter mouet. Vitandus autē hic est, quod strangulet. Niger autem omnium consensu sumendus, præsertim castigatus natura & arte, solis robustis & animosis dandus, & uere ipso. Datus autem, & quādo & cui conuenit, temperamentum facit melius, ob id mores quoque probatiores reddit, & corpus incolume, ac uelut iuuenile efficit. Hæc enim propria ipsius sunt opera, Hippocrate autore. Corpus enim totum excrementis corruptis expurgat, clemēter ac sine molestia uacuat bilem utrāque, & pituitam, sanguinem proinde puriorem reddit, attrahendo scilicet excrementa in uenis sanguini mista, nō à solis cauitatibus partium, sed à toto corpore, ac etiam remotis partibus, & cute ipsa. Ad cerebrum quoque purgandum, & caput totum, & sensuum instrumenta, & neruos, & uiscera, & uesicam, & uterum, est efficacissimus, cerebriq; affectibus, ut cephalalgiæ, hemicraniæ, maniæ, melancholiæ, uertigini, epilepsiæ, paralysi, aquarum in oculos defluxui aperte confert, iuncturarum quoque morbis, ut nodis, & tumoribus scirrhosis, alijs strumis etiam. In summa, est uelut theriaca & per antonomasiam medicina elephantiæ, cancri, herpetis, erysipelatis, † exanthematum, phagedænarum. Puluis quoque tenuissimus ellebori nigri uisum roborat. Acetum quoque cum hoc decoctum, auri instillatum, tinnitui cōfert, & auditum roborat. Idem acetum si os colluat, dentium dolori confert, præterea splenis affectibus febribus diuturnis, quartanæ biliosæ, reliquis affectibus, melancholicis sanatu contumacibus, urinam, & menses mouet, corporis colorem, & odorem bonum efficit, ac etiam oris, cutis affectus, † alphos utrosq; quouis utēdi modo sanat, ex aceto affrictus cuti, eius fœditatem, & panos delet. Albus autem uomitu immodico & uiolento symptomata excitat terenda, foris autem affrictus cutis uitia, scabiem, impetigines, lentigines ualenter iuuat. Vterq; autem fistulis & ulceribus putridis ac malignis medetur. B Albus igitur quia huius tempestatis corporibus est molestus, quin & uelut & uenenum præsertim suffocās, uitetur. Nigri autem uirtus ad nostra usque tempora est tolerabilis, licet etiam difficilis. Sanis enim corporibus elleborus est molestus, inquit Hippocrates, arte autem & industria nostra castigatum, quando & cui oportet, recte propinamus, agitque salubriter. Filius autem Zezar manna melli simili tepida quātitatem corticis radicularum ellebori aptā horis octo macerat, colatum dat in quo uirtus est ellebori. Idem fit in melle uuato, aut iure gallinarum uel carnium, aut oxymellite, aut uino dulci, aut condito, aut syrupo, aut sapa aliqua, superaddentes polentam uel orizam, aut pultē, & sorbitioni per se datur. Sūt qui in radicem rhaphani perforatam ellebori fibras immittunt die uno, postridie fibris ablatis, dant rhaphanum uires hellebori habentem. Daucus item & piper longum, anisum petroselinum, hyssopus, succus calaminthæ, origanum, opus cyreniacus, efficaciorē ipsum reddunt, & præter hæc, epithymus, polypodium, sal Indus, & similia, se enim hæc confirmant. Ex hoc item cata C potia formauit Haly ad affectus melancholicos, elephātiā alphos nigros cōtumaces efficacissima, quæ recipiūt hierę picræ .ʒ .xii. ellebori nigri, polypodii. ana. ʒ .v. epithymi, stœchados, an. ʒ .vii. agarici lapidis cyanei, salis Indi, colocynthidos, an. ʒ .tres. Datur tuto à .ʒ .i. aur. ii. Vtriusque uero ellebori uirtutem ex corpore deturbat mulsa, decoctū uuarum passarum, aut hordei, aut gallorum, aut gallinarum cum oleo nucum, uel amygdalarum dulcium, uel simili, puluerem uero ellebori sumere tutum non est. Datur autem à siliquis sex ad tertiam. ʒ .i. uel usq; ad. ʒ .i.

catapotia elleborj

SYLVII ANNOTATIO.

Radiculæ graciles, & breues, & uelut decurtatæ ex ceposo uelut capite procedentes, in usum solæ ueniunt Diosc. nec hæ totæ, sed harum cortex deligendus, carnosus, speciosus, medullosam intus partem, quæ eximenda est, habēs tenuem: gustu acer & feruidus, asperis tumulis & locis siccis, qualis Anticyra est, natus, in frangendo puluerem emittens Pli. Semen tamen à quibusdam purgationibus adhibetur. summa quoq; radix, quæ uelut cæpe canibus datur purgationis causa. Messibus albi radices leguntur Dioscor. & Pli. Albus amarior est, & minus acer nigro Gal. Albus eligendus gustu feruens, non tamen uehementer, sed saliuam particulatim, non simul mouens, mediocriter extentus, cādidus, fragilis, carnosus, non acuminatus aut iunceus, nec dum frangitur, puluerulentus, medullam interiorem habēs exilem, qualis Cyrenaicus, improbatur Galatius, Cappadocius, Italus, albior, & magis puluerulentus. Pauli tempore utebantur elleborismo per album, & nunc quoque, si enim bonus est, uenenosus non fuerit. Quin ellebori nomine apud Hippo. & Gal. albus uenit, ut Apho. 1. lib. 5. Apud Arabes contra. Hellebori nigri cum aliis misti usus non est difficilis, sępe magno successu in melācholia morbo sum usus syrupo Saporis, largo satis helleboro nigro incocto, & Manard. non difficilem eius usum expertus est, & drachmam integram solam potam parum profecisse. Paulus infundit aqua dies quinq;, ℥ .ii. ergo multus satis, mannæ, uel melli,

uel aliis incoquatur. Si in radicē raphani immitteatur albus helleborus,helleborisimi modus simplicior est paulo.

Albus datur per se,& cum sesamo,aut thapsiæ succo, aut alica,aut mulsa,aut pulte,aut lenticula,aut sorbitione alia. Niger autem coquitur cum lente,aut iure aliquo Dios.Nigrum cum scammonio & sal dat idem. Album debilius cū succo ptissanæ,aut alicæ,aut alio simili,Paulus.

Niger pituitam & bilem inferne purgat Dioscо. Bilem maxime flauam, Paul. Albus autem uomitu purgat res uarii coloris Dios. Rem uisu terribilem in uarijs coloribus uomitionum Plin.Helleborus bonus ad exanthemata,impetigines,lepras,herpetas,erysipelata,icterum,Paulus.Albus oculorum collyriis contra caligines imponitur Dios. Oculorum caliginē sotu discutit Plin. Niger auri inditur, & post biduum aut triduum eximitur in difficili auditu. Albus & niger menses ciet, & fœtū occidit suppositus Dios. uel appositus.Niger scabiem curat cum thure,aut cera, & pice,& cedrino oleo iunctus:cum aceto uitiliginem, impetiginem & lepras Dioscori. albi puluis suffocationem facit,ob id incidendus in formas sesamorum magnitudine. F Quibus uero per os accepisse suspectum est,ii. drach.decoctū clystere injiciatur, & balanus ex eo & melle facta paulo supponitur,& Dioscо. cum aceto facta balanus. Niger appositus si triduo maneat: fistulas purgat Dioscо. Nigri obolos tres,aut drach.i.dat Dios. adiecto etiam scammonio.Manardus quoq; drac. i. dedit cū granis duobus scammonij in malo cydonio assi,minusq; & leuius purgat quam iusta dosis pilularum,quam aggregatiuas uocant. albi.The misson dabat drach.ii. sequentes quatuor antiquorum utitiū cognoscentes,qui ob metum parcius dabant, cum celerius erumpat, quo largius sumitur. Vetant tamen dari senibus & pueris,& mollibus, ac fœmineis corporibus.Paulus dat à drach.i.ad drac.ii.debilioribus in succo alicæ, aut ptissanæ,fortioribus in aqua calida aut mellicrato,sectum tamē: non in puluerem tritum,ut ante monuimus .albo non est usus Manard.ex Italis tamen robustos ferre posse putat, non dandum tamen nisi in diuturnis & ualentibus morbis, per alia remedia non sanatis ut hydropi,cachexia, elephanto,paralysi,epilepsia,podagra morbo Italico,qui pessimus G esse consueuit, & auxilia communia uelut contemnere. Cum præter simplicia medicamenta ad aluum ciendam à Io.Mes.scripta alia nonnulla apud medicinæ autores inuenerim: ea annotationibus hisce nostris præmittere uisum est non inutile.Ea sunt:Myxa.i.sebesten, Cynocrābe, hoc est,Canna brassica,pulegium,bdellium arabicum, parthenium,id est matricaria,tragoriganum, iuli nucis iuglādis, catuli uocati,fœx uini,tartarum dicta,atriplex, malua, asphodeli radix,allium,beta,blitum, Cestri.i. betonicæ folia brassica semicocta.aqua stillans à cucurbita in fornace excocta.Chamæpitys,dicta Iua. Lapathō, uulgo rumex uocatum,Lac præcipue asininum,butyrum. Lentis primū ius. Semen cornicularis, & spumei papaueris. Resina pini piceæ & laricis, quæ uulgo putatur & uocatur terminitina. Item uera,quæ nunc adfertur ex terebinto, terebinthina, urtica,Sesamoides maius & minus.peplis,peplos,chamæsice,Lappago,clematidis semen,picnocomon, apios, id est sylueſtris raphanus,alipon, empetion, heliotropion, magnes,cortex radicis capparis,thlaspi,flos eris,squama eris: H mandragoræ succus, daphnoides,quæ & laureola: sambucus,ebulus,lac,& cymæ ficus,filicis fœminæ folia,peponis & cucumeris radix,lactuca sylueſtris,radix peucedani,staphis agria,thapsiæ succus androsæmos, ascyros, hippophaes,hippophestos,lactariæ mulæ species, mercurialis struthion,id est,radicula,uel condes.

Horum historiam & uires ex ipsis autoribus licet edisceremihi satis sit hoc loco nomina conscripsisse.

Ellebori historia ex Dioscoride.

Ellebori album latini ueratrum album uocant, fert folia plantaginis,aut betæ sylueſtris similia,sed breuiora,& nigriora rubescentia,caulem cauum, quadrantalem, tunicis conualidum, quas abdicat,cum arescere incipit, radicibus nititur multis,tenuibus,ab oblongo, & exiguo capite ceparum modo exeuntibus. Nascitur in montibus, & asperis,&c.Elleborum(uerò) nigrum appellatur melanpodion,quoniam caprarum pastor nomine melampus furentes in se Prætidas primus purgasse, & sanasse fertur. Folia ei uiridia,plarani similia,minora, foliis spondilij proxima, subaspera,nigriora,pluribus diuisuris incisa: caulis asper: flores in purupura albicantes,racematim cohærentes:semē cnici,quod in Anticyra sesamoides uocatur: quo deiectiones molliuntur.radicibus cohæret nigris,tenuibus,à capitulo cepæ simili confibratis,quarum est usus.in collibus,asperis,& sitientibus locis enascitur.

De helleboro. Cap. 30.

HElleborus ē barba alsugi.Et eius duæ sunt species: A Nam alius albus,& alius niger.

Electio. † Niger uero incolumior est albo,immo minatur albus accidentia terroris. Niger uero acquirit iuuenescentiam & incolumitatem. † Et quod ex eo magis eligitur proprie est cuius sapor est acutus mordicans gustum,& habens colorem sicut asarum proprie, & quod est frāgibile,& medium inter subtile & crassum, & mediū inter recentem,& antiquum,& medium inter pōderosum & leuem.Immo plus leuis est quàm ponderosus. Et qui est leuis carēs asperitate,† Et melior pars totius plantæ est radix ipsius.† Melior pars radicis sunt fustes, & melior pars eorum est cutis ipsorum. † Et melius tempus collectionis eius est uer, & æstas. † Albus uero † maioris est acuitatis, & mordicationis, & eius mordacitas non est apparens subito, & est maioris amaritudinis quàm niger. In aliis autem proprietates nigri habet,sed plus de antiquitate quàm niger patitur.

Complexio et proprietas. Niger est calidus,& siccus in tertio.Et est subtiliatiuus, absterſiuus,resolutiuus, & corposiuus additionū carnium quæ fiunt in uulneribus, & dicitur quando nascitur apud radices arboris, quòd sunt fructus eius solutiui.Albus uero calidus ē, & siccus in medio tertii. Et similiter absterſiuus & mordicatiuus multiplicans uomitum & faciens sternutationem cum fortitudine.

ELLEBORVS ALBVS.



Elle-

ELLEBORVS NIGER.

Rectificatio. b † Albus corporibus nostri temporis est molestus, immo est ei sicut uenenū proprie præfocās. † Nigri autem usque ad tempora nostra uirtus tolerabilis est,c licet adhuc difficilis.Inquit enim Hippo.Molestus est helleborus eis quorum sana sunt corpora.Ars autem & sollicitudo est in rectificando, & propinando quando & cui oportet.Facit enim tunc operationem incolumem. † Inquit filius Zezar.Fit tereniabin sicut mel & submerguntur in eo tepido ex festiculis nigri partes conuenientes circiter horas viii.& extrahuntur ab eo,& tunc propinetur alte reniabin,quoniam est habens uirtutē hellebori.Et confimile fit de melle passularum d Et quandoque submerguntur in iure gallinarum,aut carnium & sic similiter. † Et aliqui perforant radicem raphani,& intromittunt frustum hellebori per diem,& post auferunt,& propinant raphanum habentem uirtutem hellebori. † Et quandoque infunduntur in oxymelle,& similiter fit.Et quandoque fit in uino dulci & quandoque in condito,aut aliquo ex syrupo,aut robub, & quando infunditur in iure gallorum, aut carnium & coquitur in iure, & postmodum addunt arte chist, aut hordeum fractum,aut rizum. Et quādoque sorbetur ius solum per se.† Daucus autem & piper longum & anisum,petroselinum,& hyssopus sicca,& calamentum,& origanum, & af D se significant operationem eius.† Bene autem miscetur cū epithymo,& polypodio,& sale indo,& similibus. Confortant enim sese.Confectio pilularum quas scripsit Haly.quarum iuuamentum est ultimum ad ægritudines melancholicas,& cancrum,& lepram,& morpheam nigram difficilē, quarū hæc est permixtio. ℞.hieræ picræ.3.xii.hellebori nigri,& polypodii ana 3.v.epithymi, stœchados. ana.3.vii. agarici lapidis lazuli salis indi,colocynchidis ana.3.iii.Dosis earum est à.3.i.usq; ad aur.ii.& sunt sanæ & expertæ. Expellit enim uirtutē utriusq; à corpore aqua mellis, & aqua passularum,& aqua hordei,& ius gallorum, & gallinarum cum oleis aut nucum,aut amygdalarum & similium.e † Puluerem tamen hellebori sumere non tutum est.

Posse. Diximus uitari album,quia præfocatiuus est.Nigrum autem debere sumi,sicut concordant omnes & proprie rectificatum,secundum artem & legem,& non conuenit,nisi robustis,& animosis corporibus, & proprie tempore ueris.Datus quidem quando & cui conuenit facit acquirere iuuenescentiam & incolumitatem, & mores laudabiles & complexiones bonas.Hæc enim est proprietas ipsius sicut dixit Hippo.Et ipse quidem mundificat totum corpus à superfluitatibus membrorum corruptis, f & solutione educit cum facilitate choleram permixtā crassam, & phlegma,& choleram nigram cum uirtute sine molestia.Et mundificat sanguinem. g Et attrahit à uenis superfluitates mixtas sanguini,imò à toto corpore, & concauitatibus membrorum & partibus remotis & cute. Et est ex rebus solemnibus in mundificando cerebrum, & caput totum & instrumenta sensuum & neruos,& uiscera,& uesicam, & matricem. Et confert iuuamentum manifestum ægritudinibus eorum sicut est soda proprie,& hemicranea,mania, & melancholia,uertigo,epilepsia,& paralysis, & aquæ ad oculū descendenti.Et confert ægritudinibus iuncturarum, & duritiei,& apostematibus eorum & scrophulis & est sicut theriaca,& medicina antonomasicè ad lepram cancrum & spe B cies herpetis,& bothor,& qui se comedunt. †Et quādo ponitur niger helleborus in alcohol confortat uisum.† Et de stillatur acetum decoctionis eius in aurem. Et confert tinnitui & sibilo,&corroborat auditum. Et si colluitur os cū aceto prædicto confert dolori dentium.Et confert ægritudini splenis & febribus antiquis longis,& quartanæ cholericæ,& ęgritudinibus melancholiæ difficilis eradicationis. Et prouocat urinam & menstrua. Vsus autem eius colorē efficit bonum & acquirit corpori odorem bonum,& ori similiter,† & remouet ægritudinem cutis sicut est morphea, & bara secūdum omnem modum administrationis eius, & fricatur cum aceto similiter,& remouet fœditatem cutis, & pānum. † Albus uero difficulter & fortiter uomere facit cum accidentibus terroris. Et confert fricatio ex eo ad ægritudines cutis,& confert cum uirtute. Et curat scabiem & impetiginem,& lentigines.†Et cōfert uterq; helleborus fistulis & uulneribus putridis & fraudulentis.

Dosis †Eius est à characteris.vi.usque ad tertiam.3.i.uel usque ad.3.i.

Andreas Marinvs.

a Nam alius albus,alius niger) Nigri autem tres adhuc species recentiores herbarij statuerunt flore duntaxat distinctas,quarum facultates sunt longè dissimiles,sicut enim prima species notissima uehementer admodum purgat, ita reliquæ duæ imbecilliter aluum subducunt. b Albus corporibus nostri temporis est molestus) id ego potius ad situs, ubi exoritur,naturam,uel ad prauam eiusdem præparationem referendum censeo.corpora enim nostratia, quæ, eadem de causa,qua Mesues monetur imbecilliora esse debe rent,eius medicamenti uim leuiter ferunt, atq; à pestiferis morbis sanantur,adeò ut seplasiis non minus album, quàm nigrum ueratrum iam sit familiare. c Licet adhuc difficilis) apud Syros illud fortasse uerum fuit, apud nos certè opportunè exhibitum adeò mite est,ut inter laboriosè soluentia ipsum uix numerare queas. d Et quandoq; submerguntur in iure gallinarum,aut carniū &c.)sic soleo in quartanis,& aliis plerisq; melancholicis affectionibus paratū, repetitis uicibus feliciter propinare. e Puluerem tamen ellebori sumere non est tutum!) cum enim corrosiuus, intestinorum tunicis, atq; uenarum osculis diutius adhęrens excoriat, & exulcerat, præterquam quòd superfluè expurgat. f Et solutione educit cum facilitate choleram permixtam,crassam,& phlegma,& choleram nigram cum uirtute sine molestia.) quæ si uera sunt, ut res ipsa indicat, quo pacto sibi constabit Mesues noster,qui paulò ante modo difficilem,modò molestam ellebori purgationem appellauit? g Et attrahit à uenis &c.) quia calidus in tertio. Trahit autem pituitā,quia extenuat prius,abstergitq;, bilē aūt flauā quia acris, atram uerò quia extenuat, atq; acriter mordet, impellitq; naturam ad excernendum. Itaque non iniuria κατ'ἀντονομασίαν purgans medicamentum dici debet,quippè omnib.prauis succis sanguinem absq; ulla molestia syncerum reddere potest.Hæc sunt,quæ superiori æstate succi siuis temporibus in aureum hunc Mesuæ ¦libellum adnotaui,cum ut Valgrisio Typographo diligentissimo,& uiro

optimo id à me ſummopere exquirenti ſatisfaciam, tum uerò, ut ſtudioſi adoleſcentibus commodarem, quibus ſi gratum hunc noſtrum laborem fuiſſe ſenſero, dabo operam, ut & plura, & meliora in hunc ipſum Meſuem ali quando à nobis edantur.

MANARDVS, De Elleboro.

Latini Veratrum, Græci Elleborum: ſunt & qui nigrum Melampodion uocent. Hippo. Ectomon. NIGER incolumior eſt albo, imò minatur albus accidentia terroris.) Quondam, ait Plinius terribile fuit, poſtea tam promiſcuũ ut pleriq; ſtudiorum cauſa ſumpſerint. Idem tamẽ Plinius album multo terribilius eſſe, ait, nigro. ET quòd ex eo magis eligitur.) Dioſcorides eligit carnoſum, ſpecioſum, interiorem partem tenuem habens, guſtuque acre & feruidum aſperis tumulis & ſiccit locis (qualis eſt Anticyra) natũ, in frangendo puluerem emittens, ait Plinius. ET melior pars totius plantę eſt radix ipſius.) Solas radices in uſum uenire ait Dioſcorides, à quibuſdam tamen ſemen purgationibus adhiberi. MELIOR pars radicis ſunt fuſtes.) Intellige radiculas graciles, ex cepoſo ueluti capite præcedentes: has enim in uſum ſolas uenire dicit Dioſco. & ſimiliter Plinius, qui eligi dicit tenuiſſimas radices breues, & ueluti decurtatas: ſummam, quæ eſt ueluti cępe, dari carnibus, purgationis cauſa. ET melior pars earum eſt cutis.) Eximitur ex utroque ſecundum Dioſcoridem interior medulla. ET melius tempus collectionis eſt uer & æſtas.) Meſsium tempore colligendas albi radices, docent Dioſcorides & Plinius. ALBVS *minoris eſt acuitatis.) Galenus amariorẽ & minus acrem eſſe dixit album, quàm nigrum. ET eſt eius mordacitas non apparens ſubito.) Videntur hæc ſumpta ex Dioſcoride in electione albi: inter reliqua enim eligẽdum docet, id quod guſtu quidem feruens eſt, non uehementer tamen, ſed ſaltuam non ſimul, ſed particulam mouet. Addit etiam ut ſit mediocriter extentum, candidum, fragile, carnoſum non acuminatum aut iunceum, nec dum frangitur puluerulentum, ſed interiorem medullam exilem habens: laudarique maximè Cyrenaicum, periculoſius eſſe Galatium, Cappadocium, & Italicum, quæ & albiora & magis purulenta. ALBVS corporibus noſtri temporis eſt moleſtus imò eſt eis ſicut uenenum.) Pauli tempore utebantur Elleboriſmo per album, & hoc etiam tempore, eum qui bonus ſit, non puto eſſe uenenoſum. NIGRI autem uſque ad tẽpora noſtra uirtus tolerabilis eſt, licet adhuc difficilis: inquit enim Hippoc. moleſtus eſt Elleborus eis quorum ſana ſunt corpora.) Experientia certa didici, operationem eius non eſſe difficilem: neque aphoriſmus propoſitum probat, ſiquidem alia quoque purgatoria medicamina ſanos offendunt iuxta eundem Hippocratem in alio aphoriſmo & ſecũdum Galenum. Cum Elleborum abſolutè dicimus, album intelligimus. INQVIT filius Zezar, ſit Tereniabin ſicut mel.) Bonam eſſe oportebit Ellebori quantitatem, alioqui parũ proficies: ſiquidem drachma integra ſola pota, parum operatur. Paulus infundit aquæ uncias duas, per dies quinque. ET aliqui perforãt radicem Raphani.) Modum hunc eſſe Elleboriſmi ſimpliciorem dicit Paulus, ſi fiat cum Elleboro albo. Et quandoque infunditur in iure gallorum.) Dioſcorides de albo, inquit datur per ſe, & cum Seſamo, aut Thapſiæ ſucco, aut alica, aut mulſa aqua, aut pulte, aut lenticula, aut ſorbitione alia. De nigro uerò, quod coquitur cũ lente, aut aliquo iure. DAVCVS aũt & piper. Miſcent aliqui (ait Paulus) Pulegium, Thymbrã, uel aliud ſimile. BENE autem miſcetur.) Cum Scammonio & ſale, dat Dioſcorides nigrum, Paulus album dat debilibus cum ſucco ptiſanæ, aut alicæ, aliove ſimili. PVLVEREM tamen Ellebori ſumere non eſt tutum.) Paulus ualde nocere ait album in puluere potũ & ſuffocatione facere: nigrũ uerò tritũ, dat cum melicrato. ET ſolutione educit cum facilitate cholerã permixtã groſſam, & phlegma.) De nigro ait Dioſcorides, per inferiora purgat bilẽ & pituitã. Paulus bilem maximè flauã. Album uerò, inquit Dioſcorides, purgare per ſuperiora uarij coloris. Et Plin. rem terribilẽ niſu in uariis colorib. uomitionũ. AD Lepram Cancrum, & ſpecies Herpetis.) Paulus Elleborum dicit bonum eſſe his qui exãthemata, impetigines, lepras, herpetas, eryſipelataq; patiuntur, & iectericis. Et quandoq; ponitur Elleborus in alchohol. cõfortat uiſum.) De albo ait Dioſc. quod apponitur oculorum collirijs contra caligines. Plinius, oculorum caliginem fotu diſcutit. ET deſtillatur acetum decoctionis eius in aurem.) Indi auri dicit Dioſcorides, & poſt biduum triduumue eximi, ad difficilem auditum: loquens de nigro. Prouocat urinam & mẽſtrua.) De albo ait Dioſcorides menſes educit, & fœtus occidit ſuppoſitus. De nigro appoſitus menſes agit, & fœtus occidit. ET remouet ægritudines cutis.) De nigro dicit Dioſcorides quod ſcabiem curat, cum thure, aut cera, & pice, & cedrino oleo inunctus: cum aceto uitiliginem, impetiginem, & lepras. ALBVS difficulter uomere facit cum accidentib. terroris.) Illum qui ſit puluerulentus, ait Paulus ſuffocationes facere: incidi propterea debere in formas ſeſamorum magnitudine. In quibus uero ſuſpecta ſit acceptio per os, clyſmate infundit decoctum duarum drachmarum, Antylus medicus. Supponitur & balanus ex eo facta cum melle, ſecundum Paulum. Dioſcorides cum aceto balanum format. ET confert uterq; Elleborus fiſtulis.) Dioſcorides nigrum ait appoſitũ, ſi triduo maneat fiſtulas purgare. DOSIS eius à ceratijs ſex ad drac. tertiam, uel drac i.) Dioſcorides dat nigrum trium obolorum, aut drachmæ pondere, adiecto etiam Scammonio, quod & nos aliquando experti ſumus, drachmæ grana duo Scammonij aſsi in cotoneo malo adijcientes, minorq; & leuior ſecuta eſt purgatio, quam ex pilularum, quas aggergatiuas uocant, æqua quantitate ſequi cõſueuerit. Albi autem (ut refert Plinius) Themiſon binas drach. dabat: ſequentes quadernas dedere, antiquorum uitium cognoſcentes, qui propter metum parcius dabant, cum celerius erumpat, quo largius ſumitur. Vetant tamen dari ſenibus & pueris, item mollibus ac fœmineis corporibus. Paulus dat drach. ij. ad ſummum, ad minus, drach. i. debilioribus in ſucco ptiſanæ, aut alicæ: robuſtioribus cum calida aut mellicrato: ſectum tamen, non in puluerem redactum, ut ſupra etiam notatum eſt. Ego albo nunquam uſus ſum: puto tamen homines regionis noſtræ robuſtos ferre eum poſſe. Non dandum tamen niſi in diuturnis & fortibus morbis, & qui per alia auxilia nõ ſunt ſanati, ut Hydrope, Cachexia, Elephanto, Paralyſi, Epilepſia, Podagra (ut Paulus teſtatur) quibus ego adijcio morbum qui Gallicus nuncupatur, quoniam & peſsimus, & lõgiſsimus eſt, communiaq; auxilia ueluti contemnit. Hæc ſunt quæ in Pannonia olim margini ſimplicium medicamẽ torum cuiuſdam mei, enchiridij forma, Meſue, ad propriũ potius quam communem uſum annotaui: quæ quum iuueni bus profutura cognoſcerem, quibus alio módo nunc prodeſſe, ob bellicos tumultus non poteram, publicandam cõceſsi. Quòd ſi fortè in manus doctiorum uenerint, æqui rogo boniq; conſulant, & amice, quando nihil melius agunt, legant: & ſi quid non probant, ſcripto potius quàm uerbis corrigant. Vos uero bonæ mẽtis iuuenes, à Deo opt. max. uotis & precib. bonum pontificem expetite, qui pacem, quam moriturus nobis reliquit, mundo reddat, ut pacatiore animo, & quieta mente, prout uobis deſpondi, utilitati ueſtræ ualeam inſeruire. Valete. Ferrarię, Nonis Decemb. M. D. XXI. poſtridie eius diei, qua ad nos delatũ per ocyſsimos tabellarios fuerat, Leonem decimum eius nominis Pontificem maximum attonito morbo ſubito corruiſſe.

*alia litera maioris.

Simplicia quædam medicamenta aluum purgantia ex aliis ſcriptoribus ſumpta nec à Meſue deſcripta.

CVm præter ſimplicia medicamẽta ad aluum cienda, à Ioanne Meſue ſcripta, alia nonnulla apud medicinæ authores inuenerim ea annotationibus hiſce noſtris præmittere, uiſum eſt non inutile. Ea ſunt: Myxa, id eſt, Sebeſten: Cynocrambe, hoc eſt, Canina braſsica: Pulegium, Bdellium Arabicum, Parthenium, id eſt, Matricaria: Tragoriganum: Iuli nucis iuglandis, catuli uocati: Fex uini, Tartarum dicta: Atriplex, Malua, Aſpodeli radix, Alliũ, Beta, Blitum, Ceſtri, id eſt, Veronicæ folia. Braſsica ſemicocta. Aqua ſtillans à cucurbita in fornace excocta. Chamepytis, dicta Iua. Lapathon uulgò Rumex uocatum. Lac, præcipuè

cipuè aſininum, Butyrum. Lentis primum ius. Semen cornicularis, & ſpumei papaueris, Reſina pini piceæ, & Larcis, quæ uulgo putatur & uocatur Termentina. Item uera quæ nũc adfertur ex Terebintho, terebinthina. Vrtica Seſamoides maius & minus. peplis, peplos, Chamæſyce, Lappago, Clematidis ſemen. picnocomon. Apios, id eſt, ſylueſtris raphanus, Alipon Empetron, Heliotropion, Magnes, Cortex radicis capparis, Thlaſpi, flos æris, Squamma æris, Mandragoræ ſuccus, Daphnoides, quæ & laureola. Sãbucus. Ebulus, Lac, & Cimæ ficus, Filicis fœminæ folia, peponis & Cucumeris radix, Lactuca ſylueſtris, radix peucedani, Staphis agria: Tapſiæ ſuccus, Androſemos, Aſyros, Hippophaes, Hippophæſtos, Lactariæ multę ſpecies, Mercurialis, Struthion, id eſt, Radicula uel Condes. Horum hiſtoriam & uires, ex ipſis autorib. licet ediſcere: mihi ſatis ſit hoc loco nomina conſcripſiſſe.

IO. MESVAE GRABADIN.

Quod eſt aggregatio, uel Antidotarium electariorum & confectionum: & aliarum medicinarum compoſitarum.

IACOBI SYLVII INTERPRETATIO.

VM in commentarios noſtros quædam à nobis experta cõmemoratione digna coniecisſemus, nobis uiſum eſt hæc in opus unum ordine idoneo cogere, cui titulum Grabadin, ſeu de antidotis fecimus: in quo medicamenta experta, & ſecretiora, tum à nobis inuenta, tum ab his accepta, qui artis medicæ arcana perſcrutati ſunt, compendio tradere dignum exiſtimauimus. Hoc autem opus totũ in libros duos diuiſimus. Priore medicamenta deſcribimus compoſita aliis celebriora. Altero ſingularum corporis partium morbos propriis cuiq; remedijs curare edocemus. Priorem uero in ſectiones duodecim diuiſimus, docuimuſq;, harum Prima condita. Secunda, ſapas, iulepos, ſyrupos. Tertia, eclegmata, ſeu linctus. Quarta, decocta & infuſa. Quinta, antidota, quæ electaria uocant. Sexta, catapotia, ſeu pilulas. Septima, trochiſcos. Octaua, pulueres. Nona, oleа. Decima, unguenta. Vndecima, cærata. Duodecima, emplaſtra.

IACOBI SYLVII ANNOTATIONES.

Gal. initio lib. de Antido.

ANtidotarium eſt uocatum, quòd contineat deſcriptiones antidotorum, hoc eſt, medicamentorum, quę non foris admota corpori, ſed in corpus recepta, affectibus medentur. Antidotus autem hæc, uel hoc antidotũ Græcis dicitur contra affectus datum, unde Gal. lib. de hac materia ſcriptum, *περὶ ἀντιδότων*, ideſt, de antidotis uocant: noſtrates uerò libros hac de re ſcriptos, Antidotarium inſcripſerunt, etiam ſi non ſola antidota, quæ omnino ſumũtur, ſed etiam admouenda, olea, unguenta, cerata, emplaſtra, ex æquo continerent. Quæ duo cauſarum ſalubrium materias præcipuè comprehendunt, quanquam educenda, & facienda ipſarum reliqua duo genera magni etiam momenti ſunt in multis morbis. De ſumendis igitur tantum & admouendis Meſ. ſcribit, & illa tanquam præſtantiora, plura, uſu frequentiora, & ferè priora præponit: quibus etiam educendorum ratio quædam complicatur. Hæc propter poſitas rationes poſtponit: in ipſorum tamen utriſq; quorundam ordinem cur mutarim, paucis accipe. Inter ſumenda ſtatui prima omnium condita, quòd hæc parte ſua plurima ſint alimenta, non oino medicamenta. Vt igitur à re nobis familiari magis incipiat oratio, hæc in prima acie locaui. Poſt hæc aũt iulepos, & ſyrup. natura, ppè tota, uiribus, cõſiſtentia, parandi modo conditis proximos (niſi ſi qui in his ſint medicamentoſi magis & compoſiti) ut omittam ſyrupo ſuo condita ſeruari. Sunt item ſyrupi ſuccorum & aliorum quorundam uelut condituræ, ad ſaporis gratiam, & cuſtodiæ diuturnitatem. Quoniam uero in ſyrupis pleriq; ſunt thoracici & pulmonici, præſertim quos deſcripſimus poſtremos: ob id eclegmata uiribus his affinia propè omnia ſubiunximus ſectione tertia. Sectione autem quarta deſcripſi decocta atque infuſa his conſiſtentia proxima, & quibuſdam ſyrupis aluum ſoluentibus facultate affinia: ut alicunde inciperet antidotorum propriè appellatorum tractatio. Quanquam & infuſiones & decoctiones ſyrupi ſint neceſſariæ, ſed aliæ multo quàm quæ his Meſ. decoctis, & infuſis, uel purgatoriis, uel ſaltem eccoproticis, & ſtercus deiicientibus deſcribuntur. Sectione quinta antidota concluſi, tum quæ electaria uulgus uocat, tum alia: ſed in his priora, quæ ſapore ſunt iucundo, poſt hæc amara, & hiera, & alia purgatoria. Sectione ſexta deſcripſi catapotia purgatoriis his, proxima uiribus, neq; iucunda, & conſiſtentia non multo duriora. Septima ſectione trochiſcos multo his duriores ac ſicciores. Octaua autem pulueres quoſdam omnium ſiccisſimos. In admouendis præterea ordinem mutandum cenſui, ac olea, cæterorũ materiã, oiumq; liquidiſsima, & ferè ſimpliciſsima, uſu frequẽtiſsima, uſu prima, nõ poſtrema ſcripſi cũ Meſ. ſed reliquis ſpoſui ſect. nona. Decima uerò, his conſiſtentia & uiribus propinqua unguenta, adeò ut ſæpe olea uocentur. Vndecima autem ſectione cerata ex præcedentibus, & cera conſtantia, ac magna ex parte emplaſtrorum materiam. Poſtrema deſcripſimus emplaſtra, tanquam maxime compoſita & duriſsima. Habes rationem ordinis in hoc Antidotario à nobis parum mutati, non modò in ſectionum ordine, ſed in pleriſq; etiam ſectionum ſingularum cõpoſitis, ut lectio te docebit: qua autem ratione id fecerim, facilè tu ipſe coniectabis, ut cur ex fine ſyruporum condita quædam incondita retulerimus: in ſyrupis, cur calidos, thoracios, iunximus: in eclegmatis, cur uiribus finitima: & in cæteris ſimiliter. Ea tamẽ cautione prædicta mutaui, ut nullam omnino Meſ. compoſitionem omiſerim, aut truncauerim: ſed omnes integras, uerbis tamen non paulò puriori bus deſcripſerim, licet interdum coactus Barbaras quaſdã uoces retinui. Ipſas item libri totius particulas breuiores, quam ut libri nomen mererentur, ſectiones appellauimus, Hip. in epidemijs, & Ariſtotelis in problematis *τμήματα*, hoc eſt (ut Gaza in Ariſto. uertit) ſectiones, imitati. An uero probem omnes ſcriptas hoc lib. compoſitiones, ſiue à Meſ. inuentas, ſiue ex aliis corrogatas, dicere malo cum Gal. illas me ut antiquas, & multorum experientia probatas, recipere, & Galen. conſilio fatius eſſe multo uſu expertas, & confirmatas compoſitiones ſequi, quàm nouas effingere: cum præſertim methodo ſumma ſiquis alcius expendat, plurimas Arabum compoſitiones conſcriptas iudicaturus ſit: quas uerò paucas damnare conaberis. Si pauca quædam Arabibus certiſsima receperis, in illorum ſententiam omnino abibis, nullamq; improbandam iudicabis. Quanquam enim harum multæ exciderint, uitioſæ ob id exiſtimandæ non ſunt, aut Hippoc. ſuum pemplium & elleborum nigrum uitio uerteris, medicamenta illi etiam in morb. acutis ad corpus purgandum conſuetiſsima, quæ obtiolentiam actionem hodie attingit nemo. Et quot purgatoria medicamenta, antidota, emplaſtra, unguenta, trochiſci, malagmata, acopa, myracopa, & id genus alia, Dioſcor. Gal. aliiſq; celebribus medicis magno in pretio habita, nunc omninò uſurpari deſierunt. Vt rerum quæ uerborũ, conditio quædam ſimilis & uiciſsitudo ſit. Quomodo enim de uerbis cecinit ille, ſic nos de remedijs pronunciare poſſumus, quòd ſcilicet.

Lib. 2. rat. vic. acut.

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Vſurpata modò medicamina, ſi uolet uſus
Et ratio, Medicis duo præſtantiſsima doctis
Inſtrumenta, quibus quærunt, carpuntq;, docentq;.

Quæ uiciſsitudo in iis Meſ. compoſitionibus ubi contigerit, notas propè ſingulis adſcriptas à nobis mutare cuiuis licebit. Adſcripſimus autem, opinor, non temerè notas huiuſmodi, ne ſcilicet in obſoletis hodie multam operam collocet bonus lector, quibus arithmeticorum neotericorum

rum circulum nullius per ſe numeri indicem cernet præpoſitam:in reliquis eſſet diligentior,præſertim celebrioribus & uſu frequentioribus quas aſteriſco & ſtellula quadam illuſtrauimus:uti quæ mediam horum conditionem ſuſtinent,cruce ſignauimus:ne uerba hæc uſitatum,inuſitatũ, toties mihi eſſent repetenda:utq; (quod nuper dixi) bonus lector in ſcripturis hodie conſuetioribus operæ plus ponat,quàm in diſſuetis. Quas ob id ueru uel obeliſco cõfodiendas non cenſui,quòd non improbarem:quòdq; harũ nonnullæ fortè fortuna haud ita multò poſt aſteriſcos aliis rapient. Tempeſtiuum mihi iam uidetur pauca quædam de menſuris & ponderibus Meſue conſuetis dicere, ne quorundam nouitas inaudita lectori adhuc rudi aut imponat, aut ſit remoramento. Menſuris ad modum paucis utitur Meſues, ut libra menſuralis, ſextario, quem κιστ pro ξεστ interpres uocabat,mina. Ponderibus utitur fere Græcis, κερατίῳ,οὐγγιᾳ,δραχμῃ,γραμμῇ autẽid eſt,ſcriptulo, raro: gaudet namque parua pondera exprimere per drach.unius partes tres,quatuor,5.6. uel partem tertiã quartam,quintam,ſextam:utimur & aureo. Κεράτιον autẽ, id eſt, corniculum:κερατ apocope interpreti uocabatur, ut Actuarius καῤῥούβιον appellat: quo nomine etiam hodie uulgus & Meſues ſiliquam ipſam appellat, grana circiter tria lupinis ſimilia,ſed minora in carne lignoſa & dulci cõtinentem. Horum granorum quodque grana hordei quatuor pendit:octo autem lentis etiam κεράτιον Græcis, Meſuæ κερατ quod in eo põderum aliorum more per apocopẽ ſcriptum eſt, Latinis ſiliqua dicitur. Κιστ autem pro ξεστ corruptum ab interprete puto,quod, etiam apocope pronuntiatur uocis Græce:ξέστης enim Græcis dicitur, Latina uoce ſextarius:in hanc detorta,ut λίτρα ex libra iiſdem detorta eſt.οὐγκία uero integrum eſt. Sextarius autem Italicus vt Galeno,ſic Meſuæ uſurpari uidetur, qui duas cotylas ſeu heminas,ſeu libras menſurabiles,ideſt, uncias uigintiquatuor implet.Sed uarium pondus efficit, ob rerum metiendarum naturam:uini enim ſextarius capit unc. menſurales uigintiquatuor.Pendit autem libram & beſſem, ſeu unc.uiginti mellis:ſextarius duas lib.& ſemiſſem: olei ſextarius uncias octodecim pendit.Vnius drachmę partes duę ſcilicet ex tribus,ſunt ſcriptula duo:partes uerò tres,ſcililicet ex quatuor ſunt ſcriptula duo,& grana quinq;,ſeu grana quadraginta quinque,quæ ſunt partes tres granorũ ſexaginta,quot ſunt in drac. Quantum autem pondus drach.tribuat,& quot drac.unciæ impertiat, & quod uncias libræ, non perinde compertum eſt. Drachmam autem ipſi pondus minus aureo, apertum eſt ex locis non paucis in ſimpl. & in Antid.ubi elect. pſyllæ dat à 3. tribus ad aureos tres, Elect.Hamech à 3.duabus ad aureos duos:& in catapotiis ſæpe à 3.una ad aureum unum, hoc eſt ſeſquidrachmam ut quibuſdam uidetur,ut aliis pondus granis quinque aut ſex, drachma grauius,quale eſt noſtri aurei ſolaris.Idem põdus etiam ſolidus,& cum Actuario ἐξάγιον dicitur, Aureum autem ſcribit Meſues in hiera Archigenis à Paulo deſcripta: ubi tamen Paulus ſemper habet drachmã: id quod in aliis ex Paulo ſumptis obſeruare licet.Quid quod Serapioni in probanda theriaca,aureus eſt pondus duorum lupinorum, & Auicenna in curando aſcite dat catapotiorum quorundam aureum unum debili:drachmam unam forti? Aliis aureus in compoſitionibus purgatoriis eſt pars ſeptima unciæ:in aliis eſt ſeſquidrachma. Vnciæ autem drachmas octo cum Græcis non uidetur tribuere:Nam in hiera Ruffi ſcribit drachm.octo,ubi ſcribere potuit unciam unam,ſi illi dr. octo tribueret. In apozemate adianti albi ſectione quarta fumariæ unciam unam:mox addit,lupuli,uiolarum ſiccarũ, ana drach.octo:cum ſcribere potuiſſet,ut alibi ſemel fecit, tantundem, uel omnibus ſimul connumeratis ſubſcribere ana,id eſt, æqualiter particulam Galeno frequentem. In elect.Hamech,ſennæ & aliorum unciam unam, polypodii drac.ſexdecim,cum ſcribere potuiſſet uncias duas. In tryphera uerò Perſica myrob.flauarum unc.unam & dimidiã: cepul. Indiana unciam unam: belleric. emblic. ana drachmas quatuor: hic pro unc.dimidia uidetur accepiſſe,ut pro portione quadam pondus diminuat. Neq; unciam drachmarum nouem Meſue eſſe potes conuincere: cum in hiera

E ſua ſcribat drachmas nouem,ubi dicere potuit unciam unã ſi unciæ drach. nouem tribueret. Mallem tamen cum alia Galeni pondera & menſuras ſequatur,etiam cum Galeno unciæ huius drachmas octo tribuere: non autem nouem cum imperitis quibuſdam pharmacopœis,nulla eius autoritate,nec ratione probantibus. Pondera autem drachma minora uitauit,ſcriptulo tamen uſus in Antidoto ex cocco baphica,& Antidoto aromatico Gabrielis:alias dra. unius partes duas,tres,quatuor,quinque,ſex,dicere maluit,ut ante diximus.

ANTIQVA VERSIO.

SCripſimus in libris explanationum noſtrarum ex his quę experti ſumus quædam adhuc rememoratione digna.Ex quarum aggregatione ſummam conteximus, quod Grabadin F noſtrum uocamus, quod eſt compendium ſecretorum,in quo expertas & præclaras medicinas ex his quæ acquiſiuimus: & inuenimus ab eis qui medicinæ artis arcana ſcire faciunt, tradere dignũ duximus.Et ponimus totam latitudinem operis huius ſummas duas.In prima famoſas & ſolẽnes medicinas compoſitas tradimus.In ſecunda uero medicinas ſingulorum membrorum ægritudinibus appropriatas diſtinguimus. In prima uero diſtinctiones ordinamus duodecim.

Prima eſt de electariis. Secunda de medicinis opiatis.Tertia de medicinis ſolutiuis.Quarta de conditis. Quinta de ſpeciebus loch. Sexta de ſyrupis & robub. Septima de decoctionibus.Octaua de trochiſcis. Nona de pilulis.Decima de ſuffuf,& pulueribus. Vndecima de unguentis,& emplaſtris. Duodecima de oleis.

G Prima diſtinctio,quæ eſt electariorum, ſubdiuiſionem habet:quædam enim ex eis delectabilia ſunt,quædam uero amara.Et utraque ſunt ſolemnia.Prius tamẽ ex eis electaria quorum eſt delectationem facere cum titulis utilitatum ſuarum tradimus, & poſt de aliis loquemur,ſicut deo placuerit.

CHRISTOPHORI GEORGII de Honeſtis Florentini, ſuper antidotarium Meſ. expoſitio.

HOc opus utile proſiliendo aggrediar, Eiſque qui practicam medicinæ deſiderant curabo breui,& apto ſermone antidotarium Meſ. uniuerſaliter declarare. Vt ergo uſualium deſcriptionis medicinarum plena habeatur notitia, & certus conuenienſq; modus operatio- H nis,& uſus earum cum doſibus limitatis, procedam declarando ſimplicia componẽtia quantum ad complexiones ipſorum,& uocabula græca, & uniuerſaliter quocunq; modo deſcripta,ne intellectus noſter deficiat in obſcuris. Sed quia omne datum optimum,& omne donum perfectũ deſurſum eſt,deſcendens à patre luminum, congruum eſſe diſcerno ad ipſum pia mente recurrere cum uerbis pſalmiſtæ,auxilium petendo proclamans. Cor mundũ crea in me Deus,& ſpiritum rectũ innoua in uiſceribus meis,ut principium huius operis medium ac finis ſit ad eius laudẽ, gloriam,& honorem,& ad utilitatẽ cuiuslibet, qui hoc opus inſpexerit.Sic ergo diuino auxilio inuocato,trãſeo ad principium huius libri,cum inquit. In nomine Dei miſericordis.Totus iſte liber diuiditur in quatuor partes.Nã in prima parte determinat de canonibus generalibus pertinentibus ad rectificationem medicinarum ſimplicium ſolutiuarum, ac etiam non ſolutiuarum, & maximę circa debitum modum

modum rectificationis,& adminiſtrationis earũ. & in hac parte ponitur etiam modus ſuccurrendi nocumentis ſi ex eis proueniant.Et ſuper hac prima parte Dynus de Florẽtia medicinæ dilucidator ſcripſit ad plenum.In ſecũda parte determinat de electione medicinarum ſimplicium quocunq; modo ſoluentium, ponendo illarum doſes complexiones & poſſe circa humores ad quos habent aſpectum. ac etiam ponit modum correctionis earum, & de hac parte aliquid ſuccinte notabo cum de ſimplicibus medicinis faciam mentionem. In tertia parte principali (quam nunc tentamus exponere) determinabit de medicinis compoſitis ſolutiuis, & non ſolutiuis ſub diuerſis modis & formis ac diuerſimode præparatis, ut legendo patebit, ponẽdo cuiuslibet determinatam deſcriptionem,utilitatem, & doſes,& uerum modum compoſitionis earum: licet doſes earum in pluribus diſpoſitionibus uarientur, ut in quibuſdam addendum,& in quibuſdam minuendum ſit de doſi. In paucis autem ut ſcriptæ ſunt æqualiter permanẽdo.In quarta autem & ultima parte determinato de curis particularium ægritudinum cuiuslibet membri uſq; ad ægritudines cordis,omiſsis earum ſignis & cauſis, ut ibidem apparet, additiones curatiuæ,uſq; ad extrema corporis concernentes,fuerunt à Petro ebano æqualiter compilatæ. Nomen autoris præſentis operis,ut ſcribitur eſt Ioãnes filius Meſ. natus de ſtirpe regia de Damaſco in orientalibus partibus.A multis autem aſſeritur ipſum fuiſſe ſanctum Ioannem Cryſoſtomum, uel Ioannem Damaſcenum, ſed ego hoc aliter non affirmo.Aſſume ergo, & aggrediar tertiam partem principalem,& ſic incipiam iuxta poſſe declarando promiſſum.

SCRIPSIMVS in libris explanationum &c. Hæc tota tertia pars ſuæ Grabadin:ſiue Gradin:ſiue Grabatin, quę his tribus uocabulis nominata reperitur in ſcriptis, ideſt Antidotarium inuentum ex gratia Dei,ut in Græco profertur, principali diuiſione diuiditur in partes duodecim. *Huius libri diuiſio.* In prima enim ponit confectiones, & electaria ordinate diſtincta. In ſecunda ponit ſeu determinat de medicinis opiatis. In tertia determinat de medicinis ſolutiuis. In quarta de conditis. In quinta de ſpeciebus loch. In ſexta de ſyrupis & rob. In ſeptima de decoctionibus. In octaua de trochiſcis. In nona de diuerſis ſpeciebus ſuffuf. In decima de pilulis. In undecima de emplaſtris & unguentis. In duodecima de oleis. Prima pars habet partes.ij.nã in prima parte determinat de electariis delectabilibus ad guſtum. In ſecunda de electariis ſeu confectionibus amaris.ſecunda ibi.Theriaca diateſſeron. Prima pars iterum diuiditur in duas partes:nam in prima parte remittendo nos ad alium librum ponit nomen huic tertiæ parti:& ordinat ſe ad dicenda oſtendendo modum ſui proceſſus.In ſecunda parte ipſe particulariter proſequitur tractando de unoquoque electario.ſecũda pars incipit ibi. Electarium de aromatibus. Sententia totius primi cap. eſt,ꝙ ipſe iam ſcripſerat in quodam ſuo libro multas & diuerſas medicinas quas ipſe expertus fuerat in diuerſis diſpoſitionibus. Et hic intendit rememorare illas medicinas quæ maxime conueniunt,& ſunt magis efficaces,& memoriæ commendandæ. Et ſubſequenter diuidit hanc tertiam partem quam uocat gradin:ſeu grabatin,ſeu grabadin.ideſt Antidotarium datum ex gratia Dei in partes .xii. ut ſuperius deſignaui.Ecce literam.

Scripſimus in libro explanationum.i.collectionum cum apta & clara locutione curationes omnium ægritudinum cum cauſis & ſignis earum. Qui liber totus diuiſionis erat in plures libros,utpote ſicut eſt liber totus Auicen. ipſum tamen penes nos non habemus,nec reperitur,ut dicitur, ſed ex illo autore prædicta extracta inuenta & experta ſunt omnia utiliora,quæ ponuntur in illo libro.

Præterea notandum antequam procedatis pro declaratione dictorum ac etiam dicendorum, quòd Antidotarium idem eſt quod liber includens diuerſas deſcriptiones medicinarum ad diuerſas & uarias diſpoſitiones, uel paſsiones. Et inde dicitur antidotum ideſt contra uitium datum

A quia contra ægritudines principaliter: & ſic quælibet medicina,ut ſic compoſita poteſt antidotum nominari.

Secundo notandum ꝙ gradin,ſiue grabatin, ſiue grabadin:idem eſt quod antidotarium ex gratia Dei datum.

Tertio intelligendum quòd Nicolaus qui etiam duo antidotaria compoſuit magnum & paruum utili ſermone quę ambo communiter habemus in uſu,fuit medicus diu exercitatus in practica & in naturali ingenio,natione Salernitanus,plenus diuitiis, & ex nobili ſanguine procreatus, fuit autem temporibus ſuis primus,& ſic ſucceſsit non eſt longum tempus elapſum,in dicta ciuitate Salerni digna ac clamoſa fama per orbem,in ipſa uigebat fons ſcientiæ, & maxime practicæ medicinæ,ibi enim florebat ſtudium principaliter ſequendo ſcientiam Gale.tanquam principis medicorum,eius libros legendo & utiliter declarando, licet hodie fugiantur.

Quarto notandum ꝙ canon idem eſt quod regula ſeu breuis concluſio dicenda ſiue iam dicta,ut in canonib. principii huius libri aperte monſtratur.

B Quinto notandum quòd medicina tripliciter accipitur, communiter,proprie,& magis proprie,communiter accipitur pro omni opere medici in corpore humano, ſiue ſit opus conſeruatiuum,ſiue præſeruatiuum, ſiue curatiuum, &c.quocunque inſtrumento operetur, proprie accipitur pro actu curationis qui ſolum debetur corpori ægro cum quocunque inſtrumento, magis proprie ſolum accipitur pro modo curationis,qui debetur corporibus ægris ſolum in medicina ſolutiua. Et hic ulterius eſt notandum quòd ſolutio uentris fit cum medicina ſolutiua uirtualiter attrahente humorem ad quem principaliter habet aſpectum cũ ſua proprietate,ſicut de ſcamonea & reubarbaro quod purgat choleram,& de colocynthide & turbith quòd euacuat phlegma,& de lapide lazuli & epithymo, qui euacuat melancholiam,& omnes prædictæ medicinæ, & conſimiles dicuntur exoluendo euacuare. Quandoque fit ſolutio uentris cum medicina attractiua,quæ dicitur compreſsiua,quare comprimendo euacuat ſeu extrahendo humorem extractum ad ipſa inteſtina,ſicut dicitur de myrobalanis, qui aſ- C pectum habent ad particulares humores,illos attrahendo, & per conſequens euacuat comprimendo. Quandoque fit ſolutio uentris cum medicina lenitiua, quæ magis proprie dicitur lenitio uentris,ſicut cum manna,uel caſsia. & licet in eis,& in qualibet de per ſe ſit etiam aliqualis uirtus attractiua humoris cholerici,unde adminiſtrantur in purificando ſanguinem ab ipſo humore cholerico, plus tamen eis dominatur lenitio pura.Quandoque fit lenitio uentris cum medicina lubrificatiua,quæ ſolum lubricando humores ſeu egeſtiones repertos in ſtomacho, & inteſtinis euacuat,ſicut fit cum iure pulli,& aliis pinguibus unctuoſis & mucilaginibus. Et ſimiliter fit ſolutio uentris cum medicina labificatiua,quæ proprius dicitur abſterſiua, ſicut quandoque cum aqua hordei,& puluere zucchari,materies educimus de ſtomacho & inteſtinis. Et his quinque modis de medicina ſolutiua loquendo fit ſolutio uentris, ut inferius apparebit, proprie tamen illa dicitur medicina ſolutiua, quæ priucipaliter attrahendo,ac etiam exoluendo euacuat ut in præcedentibus dictum eſt. Diuerſimode tamen, & D diuerſis modis & formis utimur medicinis ſupradictis, ut quandoq; in forma potabili,quandoq; in forma pulueris, quandoq; in forma dactyli,quandoq; in forma electarii, & illa omnia inferius apparebunt.

Sexto notandum quòd confectio, ut inferius apparebit eſt nomen commune ad electaria, quæ ad formam ſolidiorem reducuntur.Iſto modo confectio idem eſt, quod compoſitio. Differt autem electarium à confectione. Primo quia electarium poteſt confici cum zuccharo,uel cum melle,& ſic ſæpe conficitur,uel cum utroq; ſimul. Confectio non niſi cum zuccharo,ſed ſi debet diutius conſeruari proprie loquendo,ut communiter præparatur. Secũdo differt, quia confectio in ſolidiorem formam reducitur per ulteriorem cocturam quam fiat electarium, quod non tanto decoquitur tempore,& ſic diacitonites, & zenzeuerataquę, cum melle conficitur,ad formam ſolidiſsimam reducuntur, ac quia diutius conſeruata ex ultimata decoctura dicitur e-

uenire, tamen ſemper conſiſtunt cum mollitie quadã uiſcoſa, quod in natura confectionis cum zuccharo non contingit, ut diacitonitem. & aliæ nunc dictæ proprie confectiones eſſe dicuntur. Alia deſcribitur differentia eo, quòd ad conſtructionem electarii ſpecies, quæ ad compoſitionem ipſius ingrediuntur duplicantur in pondere. In confectione autem minuuntur: ut delectatio confectionis ſit maior in guſtu, & diſplicentia minor, & largo modo loquẽdo trochiſci poſſunt poni ſub nomine confectionis: unde confectio aliquãdo idem eſt quod plurium rerum compoſitio.

Nedicina opiata. Septimo notandum, quòd medicina opiata, ſeu electarium opiatum, eſt illud in quo ingreditur opium, uel mandragora, uel cõſimilis medicina: uirtute cuius tollitur ſenſus à membro, & ſpiritus incraſſantur, & ipſorum trãſitus, ad membra prohibetur: ab eis enim eſt omnino cauendum niſi caſus magnæ neceſſitatis occurrat.

Condita. Octauo notandum, quòd condita ſunt illa, quæ cum mele & zuccharo conſtituuntur, ſeu conficiuntur cum leui de coctione ad ignem, ſeu poſitione ad ſolem, ut humiditas ſuperflua rei conſeruandæ aliqualiter exiccetur, unde conditum cum melle, uel cum zuccharo conſeruatur & illo modo præparatur, & fiunt zingiber conditum cum zuccha. nuces recentes cum melle, & uiolæ cum zuccharo: uel cũ mele, & ſimiliter roſæ, & plura alia inferius declaranda tã de floribus quàm de fructibus herbarum, & radicibus.

Loch. Nono notãdum quòd loch eſt electarium in liquida forma reductum cum zuccharo, uel cum melle, & cum tenacitate aliquali, ut in deſcenſu eius ad ſtomachum moram contrahat in meri, & adhærentiam aliqualem, tam diu quandiu uirtus eius tranſeat ad partes pectoris, & pulmonis, & contiguitatem, quæ eſt inter cannam, & ipſum meri: unde loch dicitur lambendo ideſt paulatim deſcendendo, & uſus ipſorum eſt ſolummodo in paſsionibus pectoris, & pulmonis, ut inferius apparebit. fiunt autem de ipſis diuerſæ deſcriptiones.

Decimo notandum, quòd ſyrupi diuerſimode formantur in operationibus ſuis ex componentibus ipſos: & ut ſic diuerſas operationes efficiunt: fiunt autem & operantur in forma potabili cum aquis diſtillatis, ſeu decoctionibus aliis, aut cum ſimplici aqua, ut ipſorum uirtus, atque ſubiecta tranſeant facilius ad loca profunda, ut etiam uigoretur uirtus in eorum operationibus. Iuleb autem differt à ſyrupis compoſitis. Primo, quia ſyrupus longe plus decoquitur quàm Iuleb: unde non ſic ad tenacitatem reducitur. Differẽtia iter Iuleb & ſyrupũ. Secundo quia Iuleb abſque admixtione alicuius decoctionis componitur, non ſic ſyrupus, ut exemplo patet de Iuleb roſato, uel uiolato.

Syrupus autem acetoſus ſimplex, locum medium tenet inter uerum Iuleb, & ueros ſyrupos compoſitos: quia non ſic decoquitur Iuleb.

Robub & rob. Robub autem eſt ſuccus herbarum, uel fructuum inſpiſſatus ad ignem, uel ſolem, quandoque permixtus cum zuccharo: uel plurimum ſine ipſo: large tamen omnis ſuccus poteſt dici robub. Sed proprie ſuccus fructuum à medicis robub uocatur. Rob abſolute prolatum eſt idem, quod ſapa.

Decoctio. Vndecimo notandum, ℔ decoctiones non ſunt aliud, quàm decoctio rerum medicinaliũ in aquis diſtillatis, uel in aqua ſimplici, ut communiter præparantur pro diſtemperatione ſyruporum, uel pro clyſteriis cõſtruendis, diuerſifi cantur autem ſecundum diuerſam admixtionem: & aquarũ & rerum cum quibus decoquitur, & ſecundum leuem, uel multam decoctionem ad ignem, poteſt etiam decoctio cõſtrui cum uino, ſed raro. Etiã quandoquẽ decoctione ſumũtur colatæ per ſe permixtæ cum zuccharo, uel ſine ipſo uice ſyrupi. Infuſio. Infuſiones autem ſiunt rerũ quæ in aquis, uel uino ſeu ſyrupis: uel in alio quocũque liquore ponuntur per ſpacium aliquod, abſque ulla decoctione ad ignem: uel cũ leuiſſima decoctione ad ignem cum expreſsione rerum infuſarum, & tamen in liquoribus, ut nucum uiridium & talium, & tali expreſsione, uel colatura utimur in medicinis, ſicut communiter fit, cum infunditur agaricus: uel turbith: uel aliæ conſimiles medicinæ.

Trochiſcus. Duodecimo notandum, ℔ trochiſcus idem eſt, quod confectio rotunda, ſeu confectio facta ad ſimilitudinem lupini rem, ſeu pedonem, quæ in ſcachis habetur. diuerſi autẽ trochiſci ex diuerſis pulueribus componuntur, cum aliquo bono liquore, & ſic diu conſeruãtur, & tempore neceſſitatis ægritudinibus in quibus conueniunt, puluerizati tribuũtur uel cum electariis admiſcentur, quorum compoſitiones ab authoribus deſcribũtur, ſicut ſunt trochiſci de thiro, & plures alii in deſcriptione theriacæ deſcripti.

Suffu. Tertiodecimo notandum, quòd ſuffuſ idem eſt, quod puluis ſubtiliſsimus redactus ad ſimilitudinem atomorum, qui in radiis ſolaribus demonſtrantur, ex pluribus rebus compoſitus, & maximè aromaticis, & ſic in forma puluris deglutitur cum uino, uel alio liquore, ſecundum exigentiam diſpoſitionis pro qua exhibetur. Puluis abſolute prolatus differt à ſuffuſ, uel quia eſt ſimplex non permixtus ex pluribus rebus, uel quia nõ ſic tamẽ eodẽ modo aſſumitur.

Pilule. Quarto decimo notandum, quòd pilulæ generaliter õm nes, uel ſaltem plures ex his, quæ habentur in uſu euacuant exoluendo: fiunt autem in forma rotunda: ut de facili pertranſeant meri. Fuerunt autem pilulæ adinuentę duplici cauſa. Primo cum ipſæ communiter componuntur ex robub amaris: ne ipſarum amaritudo (ſi in forma potabili acciperentur) percipiatur in guſtu. Et ex hoc multi faciunt ipſas ſolijs auri cooperiri, uel cum melle, uel cum alio liquore. Et quidam eas aſſumunt cum uino, uel cum aqua.

Non autem debent aſſumi cum grano uuæ: uel cum ſimili re alia: quæ non diſſoluatur in ſtomacho, unde pilulæ exeant nulla operatione ipſarum facta. Secundo adinuẽtæ fuerunt, ut diu trahant moram in ſtomacho, propter quòd melius attrahant à remotis: & ideo plus conferunt ægritudinibus capitis & membrorum remotorum à ſtomacho, quã potiones, immo una ſola pilula craſſa eiuſdem ponderis ex eiſdem rebus conſtructa, multo plus operatur & ſoluit, quã ſeptem pilulæ eiuſdem ponderis cum ſolutiuo, quia diutius moratur in ſtomacho, cum tardius diſſoluatur. Communiter autem ex pondere. 3. i. vii. pilulæ conficiuntur, & ſic, ut plurimum eſt doſis earum. Nec habenda eſt cura de ipſarum numero pari, uel impari, niſi ſecundum uoluntatẽ recipientis, ſolum autem eſt aſpiciendum ad pondus ipſarum, ut non ſit exceſſus earum: conſeruantur autẽ diu magdaleones, & eſt illa permixtio cum quadam longa rotundi tate, & craſsitie, ex quibus pilulæ conſtruuntur quando non uiter aſſumuntur, licet multis alijs modis poſsint diſtincte conſeruari, ut in forma puluerisſit admixti: & in pyxide reſeruari. Quando autem ſit tempus aſſumptionis earum, & quomodo, & pro quibus diſpoſitionibus, inferius parebit.

Emplaſtra ſiue. Quintodecimo notandum, ℔ emplaſtra communiter fiunt abſque ceræ admixtione, ex farinis, pulueribus, uel alijs conſimilibus: & cum herbis, & radicibus commixtis cum aqua, uel lixiuio, quandoque cum aliis liquoribus ſimilibus iſtis, ut cum pinguedinibus, & cum oleis, & quandoque mucilagines immiſcendo, & quandoque ſine, & quãdoque ſine oleis componuntur in quibus res non multum conteruntur, ſicut fit in unguentis, & ex hoc non ita cito penetrant cum ipſorum uirtute ad membra profunda, ſicut unguenta, quæ uelocius operantur, uirtus autẽ emplaſtrorum eſt magis perdurans in mẽbro cui approximatur, nec ſic cito reſoluitur ut ab unguẽtis, uel aliis unctionibus abſque cera. Vnguentum autẽ cõponitur ex cera & oleo, & Vngẽ ſi aliquando pulueres ſubtiliſsimi addantur, dummodo ſit cera & oleum. Cerotum autem licet, ut plurimum fiat cum cera & oleo, & tamen quia per coctionem ad ſolidiorem formam reducitur, non uocatur unguentum, & quia communiter extenditur ſuper corio, & ſic alicui membro particulari approximatur. Olea autem ſunt communiter nota: ideo non aliter hic de eis pro longo ſermone: ſed ulterius tranſeo dicẽdum, pro quibus omnia ſupradicta erũt ſumme utiliter declarata. Vnde ſunt memoriæ commendã da: nec cum ipſo poteſt locus inungi, ſicut communiter cum unguentis.

ANNOTATIO SYLVII.

Electarium qua forma antidotarium dicitur, compoſitio ſcilicet electa aliquod ſimplicia medicamenta comprehendens

dens: id quod licet medicamentis omnibus compoſitis cõmune eſt (omnia enim delectis ſumma diligentia ſimplicibus pefectiſsimis componi debent, non adulteratis, aut alter uitiatis & imperfectis) tamen, ut antidotorum genui duplex contractum eſt uſu neotericorum. Alterum ſolidũ & durum, reliquum molle, non tamen liquidum. Fit utrumque ex pulueribus maximè, iiſq; uel ſaccharo, uel melle, uel utroque comprehenſis, addito etiam mele aereo, n onnunquàm penidiis, quandoque miua, ſapa. Quæ quidem iis miſcentur, non modo, ut pulueres per illa comprehenſi facilius deuorentur, ſed etiam diutius efficaces ſeruentur, & ut dulcorentur, præſertim qui ſunt guſtu ingratiores, Qui enim grati ſunt, iuſculis inſpergi & condimento poſſunt, & ſalis uice ſumi, qualia ſunt Galeno, diatrionpepereon, diacalaminthes, & quæ Meſues prima ſcribit Poſſunt tamen hæc etiam iiſdem autoribus melle deſpumato excipi, uel etiam Arabum, & neotericorum more, ſaccharo in aqua rei propoſitæ idonea diſſoluto, & ad iuſtam craſsitiẽ cocto comprehendi, mox complanari, & in tabellas ſolidas, nunc quadratas, nunc quadrangulas, ſed oblongas, B nunc rhomboides ſecari quas uulgus lozengas uocat, ut oblongas manum Chriſti, à digitorum longitudinis forma. Qui uerò pulueres ſapore ſunt ingrato magis, melle omnino, uel ſaccharo, uel penidiis, uel miua, uel ſimili ſunt dulcorandi, ſiue ſolidum, ſiue molle faciendum ſit electarium, quamuis mel, & miua mollibus ſint ferè deſtinata, ut ſaccharum, & penidia duris. Sic, ut pro unciis tribus puueris aromatum, & aliarum ſpecierum tritarum & cretarum miſceatur libra una, uel mellis, uel ſacchari, uel utriuſque ana ſelibra. Quo autem plus horum habet dulcium, minus eſt efficax, ſed delicatius: ob id libra ſacchari, ut loquuntur, ſyrupizati, & perfectè cocti, hodiè unciam tantum unam puluueris ſpecierum tenuiſsimè triti, & creti comprehendunt: alii etiam ſemunciam, ſunt qui tantum drachmas tres, uel etiam duas, quando delicatiſsimis hominibus ſcilicet tabellas ſolidas paramus. Creti addo propter amygdalas & ſemina alia gummi, quæ cum cribrari nequeant, non æſtimantur: ob id in diatragacantho Nicolai, quia pauca ſunt creta, uncias tres puluueris miſcemus uni libræ ſacchari, licet gummi aqua uiolarũ, uel alia ſcopo idonea melius diſſoluatur. Quæ uerò electaria mollia tam grata palato, quam ingrata paramus, mellis deſpumati libra una, & puC ueris ſpecierum tribus unciis, omnino temperamus apud Meſuen & alios, niſi in alicuius gratiam, aut mel augemus, aut puluerem etiã uncia una minuimus, cuius quanto plus habet medicamentum, tanto eſt ualentius, cum uis eius omnis à puluere pendeat, cuius parua quantitas mellis, aut ſacchari copia obtunditur. Molle autem ſicco eſt efficacius, quia puluueris plus capit, melius feruet, ægre expirat, promptius in corpus diſtribuitur. Quapropter uini libræ ſacchari parum coctæ ſunt, qui miſcent hodie rhabarbari puluueris uel alterius uncias quatuor, quinque, ſex, palati uoluptate utcunq; neglecta. quando parum diu ſeruare libet, ac paucis tabellis magis medicamentoſis æger gaudet potius, quã multis minus efficacibus. Id quod in electariis quoq; mollibus quidam hodie etiam factitant. Nec fortaſſe alienum à ratione eſt, quòd hodie ſicco electario, quàm humido minus puluerum miſcemus, quòd in ſubiecto ſicco ualentioD res appareant, præſertim cũ maxima ex parte potentia ſint calidi. Sunt autem, qui puluueres electariis utriuſq; parcius miſceant, non de palato ægrorum ſolliciti, ſed ſumptum fugientes, præcipuè cum puluis precioſus eſt, ut in electariis cardiacis. Quam rem à medicis animaduerti, quàm diligentiſsimè uellem. Alii precioſa medicamenta pondere medico appendunt, alia uiliora pondere (quod medicũ quoque, ſed graſſum uocant) tam graui tamen, ut unciis ſuis duode cim (quot libra medica complectitur) æquet pondus unciarum ſexdecim, quot libra mercatoria & negociatoria continet. Nec deſunt, qui drac. nouem ʒ. habet: & octo his precioſa, illis uilia appendentes, hoc ſe modo compoſitioni ſatis feciſſe rati. Quam uerò differentiam Arabiſtarum uulgus inter confectionem, hoc eſt, compoſitionem, omni compoſito medicamento conuenientem, & electarium ſunt commenti non ſeruant ipſi perpetuò, ut illa ſolum ſit electariũ ſolidum: electarium uerò latius pateat, & etiam molle cõprehendat. Quam nominum confuſionem planè indicabat Meſuæ interpres, ſcribens confectionem de baccis lauri, confectionem alkermes, confectionem pilularum talium & talium, & alibi ſæpe. Sed hæc nominum portenta ex Meſue de induſtria ſuſtulimus, ut facie paulò terſiore lectorẽ magis alliciat & contentum reddat. Nec tantum dulcia, & amara ſunt electaria, ſed etiam acida, ut diaprunum, diatamarindorum Nicolai, & quouis ſapore prædita inuenium tur. Sed ad hos ſapores duos, dulcem & amaram, tanquam ad gratum, & ingratum Meſues reduxit, quomodo & odorum ſpecies omnes, (quæ Galeno tot ſunt, quot ſaporum, ſed non omnes nominatæ) ad ſuaueolens, & graueolens, ſeu odorem gratum, & ingratum reduxerunt maiores noſtri. Nec omittendum eſt, quod cæteris paribus electarium molle eſt, ualentius eſt ficco: hoc eſt, ſi pondus idem ſpecierum libra mellis ad mole, libra ſacchari ad durum acceperit, potentius aget molle, quàm ſiccum, etiam ſi mox à componendo utrunque ſumatur. Qua de cauſa hieram mellitiã potentius purgare cenſuit Gal. lib. ſeptimo methodi. Sed, B ſi utrunque ſeruetur, quod diximus apparebit euidentius, nam electaria ſicca initio ſunt ualentiora, & quo diutius ſeruantur, quia uis eorum promptius exhalat ex corpore tabellarum tenui, eò imbecilliora euadunt. Mollia contrà tempore in ſe mutuo agentibus ipſis ſimplicibus, & patientibus à ſuo calore natiuo, tandem coquuntur illa ſua uelut fermentatione, tantarum uirium, ut medicamentum uires acquirat, non modo his quas recens habebat contrarias, ſed à ſimplicium omnium uiribus diuerſas, unam ſcilicet ue lut ſpecificam formam nouam adeptum: id quod theriace & opiata multa alia medicamenta Sole clarius oſtendunt, quæ mox, ut ſunt cõpoſita, tã ualẽtes habent opii, & aliorũ refrigerantiũ uires, ut ſtupefaciẽt, & tanquã partes mortifi cẽt, ubi uerò poſt mẽſes, aut annos coctionẽ acceperũt, nũc celeriorem, ut ſi optimum recipit cinnamomum theriace, nunc tardiorem, ſi deterius: iam calefaciunt, & quo diutius ſeruata ſunt uiribus integris, eò calidiora euadunt, & ſuam uelut florentem ætatem oſtentant. Tuncq; non modo C calefaciunt pro ſimplicium ſuorum ratione, ſed etiam ualẽtius, & facultatem fortiuntur à forma acquiſititia nouam, ut cum ex maza feruendo euaſit fermentum, tũres à maza diuerſas omnino nanciſcitur, & ex uino acetum, & ex uino nouo uinum idem uetus, id quod Galenus in theriaca abũdè docuit, & in Antidoto Philonis libro methodi medẽdi. Vt molle item electuarium ſicco ſit præſtantius, niſi quãdo potentius ſiccandum, non mediocriter facit promptior ipſius in corpus diſtributio. Vt enim potu, quàm cibo impleri eſt facilius, ſic medicamenta quantò leuius trita ſunt & liquidiora, tantò celerius in corpus rapiuntur: tamẽ pro cuiuſque palato nunc illud, nunc hoc ſumendum eſt, niſi aliud intercedat, quod unum altero reddat utilius. Electaria autem tam ſolida, quàm mollia non purgatoria, ſumantur horis duabus ante cibum, ſi apparare humores expulſioni, obſtructiones liberare, urinas, aut menſes, aut ſudores mouere, crudos in corporis habitu ſuccos coquere debent: horis quoque duabus ante cœnam ſumi poſſunt: quæ uerò coctionem iuuant, partes nutritorias roborant, aut etiam cor, illa mox antè, uel pòſt, uel etiam inter epulas ſumi poſſunt, uti & analeptica inter cibos ferè ſumuntur. Quæ alimẽti in corpus diſtributionẽ iuuant, abſoluta in uentriculo coctione. Id quod ex cibi ingeſti quantitate, qualitate, & tpe coniectabis, adhęc uẽtriculi coctricis robore, aut imbecillitate conſueta adhæc ructu nullam alimenti prioris qualitatem referente, uentriculi tumore iam ſubmiſſo, & noui alimenti appetentia. Quæ cerebrum roborant mox à cibo uti, quæ os uentriculi reſpiciunt, ſimul enim cum uapore ex alimentis elato, uis medicamenti ſurſum tolletur. Cerebrum autem roborantia quidam exhibent horis duabus à cœna: quæ appetentiam inuitant, paulò ante cibum: quæ flatus diſſipant, cruditates & obſtructiones corrigunt, uentriculo uacuo tribus, aut quatuor horis ante cibum: quæ coctionem iuuant, etiam inter epulas, & paulò ante, aut paulò poſt cibum, aut etiam mox à cibo, ſed cardiaca ore tenenda. Quæ item hypnotica ſunt, paulò poſt cœnam, hora ſcilicet

Iceat qua æger per ſanitatem dormire conſueuit, ſumenda ſunt eadem ſtupefacientia ſi ad dolorem ſedandum: aut ſanguinem ſiſtendum, datur horis quatuor, quinque ante cibũ ſtomacho uacuo. Purgãtia uerò manè horis duabus, tribus quatuor ante cibum, pro medicamenti uiribus tardis, celeribus, & corporis humore multo, pauco, craſſo, tenui, lento, liquido, pleni natura & morbi temperie. Ad annum ſeruari poſſunt: ſed electarium quo utũtur Reges, ad dies tantùm uiginti, aut triginta: nam ranceſcit facilè. Pulueres autem miſcendi melli, uel ſaccharo modicè refrigeratis, non autem multùm adhuc calentibus, nam aromatum uires calor diſſipat.

PRIMA PARS. DISTINCTIONIS primæ, de Electarijs delectabilibus. xxxvi.

SYL. *Electarium de aromatibus Galeno adſcriptum, ad vẽ triculi, & hepatis affectus frigidos, ex pituita craſſa & flatibus efficax: flatus enim diſſipat, coctionem iuuat. ob id acidos ructus, nauſeam cibi faſtidiũ compeſcit, colorem cutis floridum affert, canitiem tardat, oris et ſudoris odorem commendat: ſed hepar & renes immodice calfacit, ac inde ſemen & uentrem promouet. Recipit autem ligni aloes crudi, roſarum, ana aur. xij. calami aromatici aureos quatuor, galliæ muſchatæ, macis, doronici, piperis longi, nucis moſchatæ, menthæ ſiccæ, ſpicæ nardi, caſſiæ, maſtiches, cinnamomi, caryophyllorum, aſari ana aur. iii. croci, cardamomi maioris & minoris, trium ſantalorum, rhabarbari, coſti, cubebarum, zingiberis, ſeminis fœniculi, & aniſi, & liguſtici, ana aur. ii. ſacchari unc. ſex, miuæ, aromaticæ unc. xij. mellis deſpumati, quantum ſufficit. Datur à drach. duas uſque ad aureos ſex.*

SYLVII ADNOTATIO.

Hoc medicamentum ex aromatum catalogo commiſtũ (unde nomen habet) ualenter calfacit, leniter adſtringit: in uſu eſſe deſiit: neque ignauum fuerit etiam ſi componatur abſque cinnamomo, uel calamo aromatico, cardamomo, ſemine libiſtici, ſimplicibus etiam hodie in Gallia deſideratis atq; etiam ſine reliquorum bona parte, quando ſingula pro pe idem pollent: calfaciunt enim, tenuãt, incidunt, tergent: quædam ad hæc leniter adſtringendo roborant. Hoc antidotum non eſſe Galeni apertè declarant galliæ moſchatæ, nux moſchata, macis, doronicum, caryophylla, ſantala, rhabarbarum, cubebæ, miua aromatica, omnia Galeno ignota, & ſacchari uſus infrequens, ẽt ſi non id modo, ſed alia non pauca tam ſimplicia, quam compoſita Galeno, uel ignota, uel indicta Meſues ex Galeno citet, niſi fortaſſe antidotarium aliquod falſo Galeni titulo circumlatum uiderit Meſues, & præter eum Auicennas, & Nicolaus medicus Salernitanus in Antidotario ſuo, tum magno, tum paruo Galenum perſæpe citantes autorem compoſitionum ipſi indictarum. Quanquam certum eſſe magnum aliquod Antidotarium à Galeno ſcriptum, nondum tamen Latinitate donatum affirmet Chriſtophorus Georgius Florentinus: quod falſum eſſe præter dicta facilè conuincit, quòd eius nuſquã Galenus meminit, nec in numero, nec in ordine librorum ſuorum, nec in libris duobus de Antidotis, homo alias eius rei ſtudioſus maximè. Rhabarbarum huic ineſt parcius, quã ut purgare poſſit.

ANT. Electarium de aromatibus, quod ſcripſit Gale. expertorum iuuamentorũ ad cauſas ſtomachi, & hepatis, & ægritudines in eis factas, ex phlegmate craſſo, & uentoſitate, digeſtionem confortat, inflationem remouet, & morbos ex ea factos curat, retardat canos, colorem efficit bonum, & oris, & ſudoris odorem. Renes quoque calefacit, & coitum excitat. Acidos ructus curat. Et faſtidium & abominationem remouet. Cuius hęc eſt permixtio. Accipe ligni aloes crudi, roſarum, ana. aur. xii. gallię muſcatę, macis, doronici, piperis longi, nucis muſcatæ, mẽthæ ſiccæ, ſpicæ, caſsiæ, maſticis, cinnamomi, caryophyl. aſari, ana aur. iii. calami aromatici: aur. iiii, croci, cardamomi maioris & minoris, trium ſandalorum, rhabarbari, coſti, cubebæ, zingiberis, ſeminis fœniculi, & anib. cheiſin, ana aur. ii. zucchari. unc. vi. miuę aromaticæ. unc. xii. mellis diſpumati quantum ſufficit, doſis eius à drac. ii. uſque ad aur. iii.

Electarium de aromatibus, quod ſcripſit Gale. in præſenti cap. poſtquam poſuit & declarauit diuiſionem, & modum ſecundum quẽ intendit procedere in hac tertia parte, imponendo ſibi nomen Grabatin, & remittendo nos ad alium locum, exequitur & incipit declarare de electariis delectabilibus, quia res amaræ in ipſis non ponuntur ex intentione primaria, & ponit ipſorũ multas, & diuerſas ſpecies habentium multas, & diuerſas operationes efficere in diuerſis diſpoſitionibus, ac etiam in diuerſis & uariis membris & in toto corpore, ut inferius patebit. Et diuiditur hæc tota pars in partes. xxxvi. ſicut triginta & ſex electaria delectabilia ponit. Secunda pars incipit ibi. Electarium de gemmis. Et ultima pars incipit ibi. Electarium de ſorbis; Aliæ partes omnes intermediæ legendo patebunt. Iſtud electarium de aromatibus eſt primum in ordine, quod ponit in præſenti antidotario: quod dicit fuiſſe inuentum à Gal. non tamen reperitur lib. in quo ipſum poſuerit ſeu ſcripſit. Certum tamen eſt, quod Gale. magnum antidotarium compoſuit, quod translatum penes nos nõ habemus: ſed ipſum uidit & habuit hic autor. Auicen. Nico. & alijs autores, qui ipſum approbant & allegant. Hoc præſens electarium non reperitur præparatum in apothecis aromatariorum: quia communiter à medicis non habetur in uſu. Si quis tamen uellet ipſo magiſtraliter uti, poſſet, & in ipſo reperiret utilitates multas, maxime ad ægritudines frigidas ſtomachi & quam plurima alia iuuamenta, quæ aperte ponuntur in litera. Et doſis eius eſt uſq; ad. 3. iii. & licet iſtud electarium non ſit in uſu, tamen aliqua ſimplicia ipſum componentia breuiter declarabo. Et primo lignum aloes. Ipſum enim eſt quoddam lignum odoriferum, quod huc portatur à partibus Indiæ. Nam quandoque ſophiſticatur à prauis hominibus: & coquitur in aqua, ut uirtus eius abſtrahatur ab ipſo qua artificioſe utuntur in lotionibus odoriferis, & in rebus alijs occurrentibus illis. Complexio autem eius, uirtus & operatio ad plenum dicũtur inferius in cap. de diamuſco. Et gallia muſcata eſt quædam confectio facta ex pluribus aromatibus, poſita à Nicolao in ſuo antidotario reducta ad modum trochiſcorum. Doronici ſunt quædam radices paruæ ſaporis dulci, ſimilis calamo aromatico, & etiam aſportantur de orientalibus partibus. Caſsia, ſemper cum profertur caſsia abſolute: intelligenda eſt caſsia lignea. Aſſarũ, aut baccara herba eſt nota. cheiſim: aut leuiſticum. Alia autem poſita in hac deſcriptione nota ſunt, & licet in ea ponatur rhabarbarum, non propter hoc redditur ſenſibiliter ſolutiuum: quia quantitas eius eſt adeo parua per comparationem ad alia, quæ ponuntur, q eius uirtus faciliter obumbratur in doſi determinata, quæ ex ipſo aſſumitur.

Vlterius notandum, ut habeatur conueniens modus cõſtructionis cuiuslibet electarii, tam ſolutiui, quàm non ſoluti, & ſimiliter cuiuslibet ueræ confectionis tendentis ad formam ſolidiorem per ulteriorem decoctionem, quam in electariis non facimus, ſiue fiant cum zucchаro, ſiue cum melle conuenienter, & ſicut conſuetum erat antiquitus quòd ad quamlibet libram mellis, uel zucchari apponatur, ſicut, & debent. iii. ʒ. aromatum ingredientium compoſitionem talis electarij, uel confectionis: licet, ut eſt ſuperius dictum minor quantitas aromatum requiratur ad compoſitionem confectionis, quàm electarii: hodiernis autem tẽporibus ſolum. ʒ. ii. ponuntur aromatum: & minor quantitas in confectionibus propter complacentiam infirmorũ, quærendo potius delectationem in guſtu, quàm utilitatem infirmi, & ſalutem ipſius, propter defectum eorum, qui ipſa de nouo conſtruunt & conficiunt, & ex hoc nec electaria, nec confectiones uirtualiter operantur ſicut ab auctoribus deſcribuntur. Circa hoc autem eſt habenda diligentia magna, & maxime in electariis: nam operationes fortificantur: ac etiam minuuntur, ſecundum quòd additur, aut minuitur in aromatibus. quæ ponuntur ab. ʒ. ii. uſque ad. iii. cum lib. mellis, uel zucchari.

Vlterius generaliter eſt notandum, quòd omnia electaria non ſolutiua, de quibus ad præſens eſt ſermo, ſiue ſint cum zucchаro ſiue cum melle, regulariter debent aſſumi ante alicuius cibi, uel potus aſſumptionem per duas horas ad minus: immo etiam facilius & melius operantur ſi mundificato ſtomacho aſſumantur, à ſuperfluitatibus, quæ multi plicantur in ipſo, à cibo prius aſſumpto. Nec eſt inconueniens ſi quandoque ſumantur mane, uel veſpere, cum accelerare uolumus operationem, & eodem modo eſt inſequẽdum: ſi ad formam ſolidæ confectionis reducantur, & fiant, quæ cum ſolo zucchаro conſtruuntur. Electaria autem, quę habẽt inducere ſomnum: & generaliter omnia ſomnifera ſunt per horam ſumenda poſt cibum: ut facilius, & melius cum uirtute euaporent ad caput, ad ſomnum prouocandũ, & ſimiliter eſt ſumendus ſyrupus de papauere, ut inferius patebit. Electaria autem ſolutiua ante cibum ſunt præmittẽda: immo cibus, uel potus nullatenus eſt aſſumendus poſt aſſumptionem electarii ſolutiui, uel alterius conſimiles medicinæ in quacunque forma exhibitæ, ſiue in forma dactyli aſſumatur, ſiue in forma potionis, niſi ubi totalis ipſius operatio ſit completa de uentris ſolutione, ut notabiliter inferius declarabitur. Communiter autem confectiones confortatiuę uirtutis, ſicut eſt confectio de margaritis, & ſimiles, poſſunt conuenienter ſimul aſſumi cum cibo, & ante, & poſt, ad placitum ægrotantis: aliæ autem confectiones ſunt præmittendæ, ut de electariis dictum eſt.

MANARDVS, In electarium de aromatibus.

Ab odoratis rebus nomen accepit, ex quibus componitur: uſpiam tamen quod norim, paratum inuenitur. QVOD ſcripſit Galenus.) Cum ingrediantur Sandali, non poteſt eſſe Galeni: ſiquidem apud eum, aut antiquos alios, de his nulla mentio. LIGNI aloes.) Agallochon Græci uocant. CRVDI.) Quia ſi coquatur, ut quidam excipiendi odoris gratia faciunt, uim amittit. GALLIAE muſchatæ.) Compoſitio eſt, quam habes infra inter trochiſcos. CASSIAE.) Intellige quod nunc cinnamomum uocant. MACIS.) Cortex eſt nucis moſchatæ interior: duplici enim tegitur. Græci macerem, Plinius macirem uocat, niſi in libris ſit menda. DORONICI.) Doronicum uocant, ſunt radices odoratę paſsim cognitæ. SPICAE.) Nardum intellige. CINNAMOMI.) Verum ad nos nunc non adfertur, pro eo accipe uulgare duplo põdere. Calami aromatici.) Et hoc caremus radicem enim, non calamum officinæ oſtendunt: atque alterius rei, non ipſius calami. CARDAMOMI maioris & minoris.) Quod Græci cardamomum, id Arabes Cordumeni uocant. Plinius quatuor ſpecies cardamomi enumerat. Vidi ego tres res, quæ nunc cardamomum dicũtur, inter quas neſcio an una ſit, quæ uerum ſit cardamomum. CHEISIN.) Ligyſticon Græci uocant, pro quo herbam aliam oſtendũt officinæ, quæ non eſt uerum Ligyſticon: ueruntamen nunc cœpit agnoſci.

Electarium ex Gemmis ad frigidos affectus cerebri, cordis, uentriculi, hepatis, uteri, efficaciſſimum, nam melancholicos ſine cauſa manifeſta triſtes, timidos, ſolitarios iuuat, exhilarat, ad mores probos inuitat, emendat cordis tremorem, ſincopen, uentriculum a frigida intemperie imbecillum roborat & coctione tum eius, tum hepatis meliore reddita, corpus bene coloratum, & odoratum efficit, ob ſumptum, Regibus & magnatibus magis in uſu eſt.

Accipit uerò margaritarum albarum drachmas duas, ſaphiri, hyacinthi, ſardinis, granatorum, ſmaragdi fragmẽtorum, ana drachmam unam & dimidiam zedoariæ, doronici, corticum citri, macis ſeminis ozymi caryophyllati, aa drachmas duas, coralli rubri, electri, limaturæ eboris, ana drach. unius partes duas: ben albi & rubri, caryophyl lorum, zingiber. piperis longi, ſpicæ nardi, folii, croci, cardæ momi, ana drach. unam, trochiſcorum diarhodon, ligni aloes, ana drach. quinque, cinnamomi, galangæ, zurumbet, ana drach. unam & dimidiam: auri, argenti foliorum, ana aure. dimidium, moſchi boni drach. dimidium, ambræ drac. duas. Confice cum melle emblicato, & melle roſato colato, ana, uel etiam ſaccharo roſato ſi ſolidum facturus es, nõ molle. Datur ab aurei ſemiſſe ad aurum unum cum aqua bugloſſi, & uino odoro.

ANNOTATIO SYLVII.

Sic parandum eſt hoc electarium ad frigidos dictarum partium affectus ſalubre: ad calidos uero, & cum febre coniunctos ablatis aromatibus componendum eſt, niſi datur, ut lib. 12. meth. Virium calidum, odorum, tenuium partium in ſyncope etiam ex febre, & à bile flaua ſtomachũ mordente: ubi uerò ſuccis & ſpiritibus ob tenuitatem, corporis raritatem facilè & multum diffiatis ſit ſyncope, uti nec uinum tenue, ſic neque hoc electarium conuenit, niſi ablatis aromatibus. Rarum eſt in tabernis, & ſi gemmis his facultas aliqua dictis partibus roborandis apta inſit: optimæ gemmæ ſunt læuigandæ, non fragmenta, & raſuræ quædam ueris gemmis ſolo colore affines, & earum, uel purgamentum, uel ſi gignuntur in terra, & aluntur gemmæ metallorũ modo (ut chymiſtis placet) gemmarum ſunt uelut rudimentum à natura excoli cœptum, nondum abſolutum. Quamuis ár hos gemmarũ pulueres Græci ueteres non ſumpſerint: tamen eſſe efficaces Arabum experiẽtia probauit nec à Græcorum placitis abhorret, eum etiam integrum iaſpidem uiridem è regione ſtomachi appenſum, roborare ipſum affirmet Galenus lib. ix. ſimp. & margaritæ, & corallii uiribus non obſcuris ualent. Auri uero & argenti folia, an ad decorem addantur tantum, & ſumptum, oſtentationemque, an uires præterea aliquas medicaméto, ut Meſues uult afferant, docui in ſimplicibus zurumbet à zedoaria hic ſepa rat: id cum deſideretur, zedoariæ illi facultate ſimilis duplũ eſt miſcendum. Cum emblicas recentes habere non poſſumus, quarum ſucco puluere excipias, ut quidam legunt (ut in ſimplicibus dictum eſt, & poſt in conditis) ex ſiccis uino, uel aqua probe maceratis ſuccum exprime. Id electarium ſiccum & puluere Parrhiſiis hodie ſeruatur, poteſt tamen cum ſaccharo in aqua bugloſſi (cui infuſę ſint myrobalani emblicæ) ſoluto percoqui in formam ſiccam, & ſiccati in offas quadrangulas, uel rhomboides, uti cum melle in electarium molle.

ANT. Electarium de gemmis cuius iuuamentum eſt magnum ad ægritudines cerebri, cordis, & ſtomachi hepatis & matricis frigidas. Et nos ſumus experti bonitatem eius ad tremorem cordis, & ſyncopim, & debilitatem ſtomachi. Et quando aliquis triſtatur, & neſcit radicem, & ei qui diligit ſolitudinem. Et ſunt eo uſi reges, & magnates: trahit enim eos in conſequentiam bonorum morum, nobilium, dilatat ànimã, & facit corporis odorem, & colorem bonum. Cuius permixtio hęc eſt. Reci. albarum margaritarum, † drac. ij. fragmentorum ſaphyri, & hyacinthi, ſardinis, & granatorum, feruzegi. i. ſmaragdi. ana drach. i. &. s. zedoariæ, doronici, corticum citri, macis, ſeminis alfeleniemic. ana drach. ii. corallorum rubeorum, charabę, limaturæ eboris, ana drach. i. partes. ii. been albi, & rubei, caryophyllorum, zingiberis, piperis longi, ſpicæ, folii, croci, heyl, ana drach. i. trochiſcorum diarodon, ligni aloes ana drach. v. cinnamomi, galangæ, zurumbet, ana drac. i, &. s. foliorum auri, & argenti, ana aure. iii. muſci boni drach. s. ambræ drach. ii. conſide cum melle emblicorũ, & colaturæ geleniabin de roſis, partibus æqualibus, quan-

† drac. iiij.

Alfeniemic. i. oziẽmi caryophyllati.

quantum ſufficit. Doſis eius eſt ab aur.s.uſque aur.i. cum aqua bugloſſæ,& uino odorifero.

Sũma medi. preſentis electarii eſt res. xxx iiii.

Iſtud eſt ſecundum electarium quod ſecundum primam deſcriptionem non eſt in uſu:nec præparatum reperitur: dicitur de gemmis propter lapides præcioſos qui ingrediuntur compoſitionem ipſius.Ex illo autem electario trahitur iſta confectio cordialis qua communiter utuntur in debilitate uirtutis quam inferius ordinate deſcribam, remouendo autem aromata calida,quæ in illo electario conſignantur:& non debet fieri confectio maximè cum febricitantibus exhibetur.

Non eſt ergo de ipſo aliter declarandum : quia ex toto propoſui de electariis, ſeu confectionibus , ſeu quibuſdam aliis medicinis compoſitis,quæ non ſunt in uſu nullatenus prolongare ſermonem.

Additio.

Præſens electarium quod hic Meſ. deſcribit interdũ habetur in uſu ſub diuerſis tamen formis; quia nonnulli eo ali quando utuntur remouendo aromata calida , aliquando ẽt nihil remouendo nec addendo. Primo utuntur pro febricitantibus & in cauſa calida. Secundo modo in cauſa frigida, & ualet ad ea,quæ ſcribuntur in textu , & dicitur electariũ de gemmis à gemmis in ipſo intrantibus,& dicuntur gemmæ lapides præcioſi. Iſidorus cap.de gemmis ait poſt marmorum genera gemmæ ſequuntur,quæ multum auro decorem tribuunt uenuſtate colorum,primordia earum à cauſa tali fabulæ . Prometheum primum ferunt fragmenta ſaxi eiuſdẽ incluſiſſe ferro ac digito . Plinius naturalis hyſtoriæ lib.xxxvij. genera gemmarum innumerabilia eſſe tradũtur: in præſenti tamen electario intrant margaritæ,& fragmenta quinq; lapidum preciоſiorum in medicina communium .ſſaphyri , hyacinthi,ſardinis,granatorum, feruzegi.i.ſmaragdi,his quinque ſæpe utuntur medici , uirtutes quorum ſcire ſi cupis uade ad Mattheum ſyluaticum de quibus ſatis ample tractat. Vnum tamen notabimus pro euitatione cuiuſdam erroris, fere ab omnibus aromatariis commiſsi. Eſt enim,quòd zurumbeth cum h . & zurũbet ſine.h. reperitur ſcriptum apud bonos autores,& eſt zurumbeth per.h. ſcriptum radix ſimilis cypero eandem habens uirtutem ſicut & zedoaria. Sed zurumbet ſine.h.eſt illud,quòd dicit Serapio ex ſpeciebus.ſ.odoriferis iu uirtute ſua ſimile caſsiæ lignea & cubebis,quod etiam ponitur, ut uult Poſsidonius loco cinnamomi , & iſtud zurumbet intellexit hic Meſ. & non aliud,cum ſit ſimile zedoarię.propter quod errant aromatarii ponentes loco zurumbet radicem illam rotundam ſed melius faceret ponendo loco zurumbet caſsiam ligneã uel cubebas in eodem pondere,ut ſatis patet per Serapionem cui magis credendum eſt,quàm multis aliis .

Documẽtũ ad aromatarios.

MANARDVS, In Electarium de gemmis .

Nec hoc in tabernis inuenietur,alioqui & eo poſſunt carere homines.Gemmis enim in antidotis non ſunt uſi anti qui:nec ego libenter utor:ſiquidem,quę eis contritis ad cõfortandum uis?Et ſiqua etiam ſit,bonas perfringere oporteret,non ramentis quibuſdam uti,quibus nulla præterquã coloris cum ueris gemmis conformitas. Similiter argenti & auri folia non niſi ad decorem & oſtentationem puto conducere. MARGARITAS.) Non in totum ſperno, ſicuti Corallium. HYACINTHI.) Auicenna prima parte libro quinto ex eo & granata medicamentũ parat. SARDINIS.) Sardinum lapidem eum puto,qui nũc Corneolus dicitur. ZEDOARIAE.) Radix nunc uulgò nota,antiquis, uel incognita,uel ſub alio nomine ſcripta. Doronigi.) Doronicum uocant etiam antiquis non notum. ALFELENIEMISEK.) Id eſt,ocimum. CARABE.) Succinum latinè dicitur . BEEN album & rubrum.)Radices de quibus Arabes,olim ex Armenia ferebantur,nunc in Italia inuentæ,ſed,uel aliæ , uel non æquè bonæ. HEVL.) Cardamomi ſpecies. FOLII.) Et hoc caremus: Græci malabathrum vocant. TROCHISCI diarhodon.)Horum compoſitionem habes infra. GALANGAE.) Radix,ut nunc notiſsima,ita priſcis ignota. Zurumbet.)Satis non conſtat apud Arabes . Quidam faciunt ſpeciem Zedoariæ,aliqui arborem,ut uideri poteſt apud Serap.Auicen.herbam . AMBRA.) Res noua , quam non tanti facio quanti æſtimatur.Medici poſt Gale. Ambar uocant , de qua latius inferius agam, ubi Diambram declarabo : ſicuti & de moſcho in diamuſcho . SVCCVM emblicorum.) Cum recentes habere non ualeamus , poterunt qui parare uoluerint,ex ſiccis,bene uino,uel aqua maceratis, ſuccum exprimere. GELENIABIN.) Roſaceum uel mel,uel ſaccharum intellige.

Electarium ex Granis tinctorijs ad cordis palpitationẽ ſyncopem,mentis alienationem,ſeu deſipientiam , mœrorẽ ſine cauſa manifeſta,facultates enim noſtrum corpus diſpẽſantes mirificè roborat . Accipit ſerici ſucco granorum tinctoriorum recenter tincti libram unam: ſucci pomorum dulcium,& aquæ roſarum,ana libram unam, et dimidiam viginti quatuor horis macerandam,deinde pauliſper his in coquendam,donec liquores iſti rubeant.Quos expreſſo,& abiecto ſerico coque cum ſachari optimi libra una & dimidia ad mellis craſſitudinem:ab igne depoſitis,ſed adhuc calentibus miſce ambræ crudæ minutim conciſæ drachmas quatuor,qua liquata,injce puluerem ſequẽtem, ligni aloes crudi cinnamomi craſſi , ana drachmas ſex , lapidis cianei loti & præparati , margaritarum albarum , ana drach. ij.auri boni foliorum drachmam vnam, moſchi laudatiſſimi ſcriptulum vnum . Datur ab aureo vno ad aur. ij. & dimidium .

ANNOTATIO SYLVII.

In ſimplicibus eadem hæc compoſitio in lapide cyaneo à Meſue deſcribitur , ponderibus errore librariorum non parum deprauatis . Efficaciſsima multorum etiam Regum ac Reginarum in Gallia teſtimonio eſt probata , maximè in quibus,uel longo morbo feſsis,& iam moribundis , uel ab eo reualeſcentibus , natura languet etiam ſi quibuſdam maximè improbari audiam,dicentibus coccum baphicam ſolum adſtringere, & ſuo colore rubro ſanguinem, & ſpiritum ſimilitudinis ratione magis ad ſe diſtrahere,& diſsipare,quàm cogendo firmare: præterea lapidem cyaneum uomitu,& deiectione purgatorium naturam turbare tantum & humores melancholicos exagitare,ob quantitatem tam exiguam non uacuare.Quæ obiectio momenti non eſt maioris,quàm de rhabarbaro in electario præcedenti . utrunque enim largiore copia ſumptum eſt purgatorium,parcioꝛe uerò , alia ſua ſubſtantia roborat , purgatrice imbecilla ne mouet quidem corpus,uel tãtillum. Rationabilius obiicerẽt hæc purgatoria,cum inferiora ſint ob paucitatem , uerti in humorem eum quem attrahere nata ſunt . Sed id uerum eſt,ubi ſola ſumuntur,non caſtigata aliorum hãc noxã prohibentiũ miſtione, *διὰ κοκκῶν βαφικῶν* , id eſt,ex granis tinctoriis dici poteſt.Sericum autem rufum & crudum tingitur ſucco ex granis tinctoriis recentiſsimis extracto : id triduo ſiccatum maceratur uno die aquæ roſarum ſolius lib.tribus,uel aquæ roſarum & ſucci pomorum dulciũ, ana lib.una & dimidia,calfactumq; modicè in uaſe duplici lauatur, exprimitur,expreſſus liquor cum ſacchari lib.una &ſdi midia percoquitur ad mellis craſsitiem,aufertur igni,& calido adduntur,quæ Meſues docet.Siccum idem medicamẽtum uſurpari hodie uideo.

ANT.

CONfectio alchermes, & ſunt grana tinctorum , maximi iuuamenti ad pulſum cordis , & ſyncopim , & † algueſgues , & triſtitiam ſine cauſa, & eſt ex rebus confortantibus animam confortatione mirabili. Cuius permixtio hæc eſt . Accipe † ſetam tinctam ex chermes circiter lib.i. proprie cuius tinctura non præterijt ſpacium extenſum : & ſubmerge eam in ſucco pomorum dulcium,& aquę roſa.an.lib.i.&.s. & dimitte die una . Deinde fac modicum bullire donec aqua rubeat. Deinde extrahe ab ea ſetam,& exprime eam,& pone in ipſa zucchari tabarzeth.drac. cl. & coque uſquedum habeat ſpiſsitudinem mellis,& remoue ab igne,& proijce in eo calido ambræ crudæ minutim

tim inciſæ.drach.iiij.& dimitte in eo liquefieri. Dein de proijce ſuper ipſum puluerem harum rerum, Accipe ligni aloes crudi , & darſeni , ana . drachm. vi. lapidis lazuli loti et præparati † drachm.ij.albarum margaritarum drach. ij.auri boni drac.i.muſci boni. dra.i. tertiam. Confice et ſit doſis ab aur.i.ad.ii.et.s.et eſt bonum et expertum .

drac.xii. Sũma medicinarũ præſentis electarii. eſt res. xi.

Cõfectio alchermes:& ſunt grana tinctorum ligna odorifera cum quibus tinguntur panni ſericini: non eſt in uſu, nec præparata reperitur, debet autem cum dicit confectio intelligi compoſitio : nam ad formam electarij reducitur , & non eſt uere confectio : ut apparet in eius deſcriptione .

Additio.

Hanc confectionem iterum ſcripſit Meſ. in ſuis ſimplicibus cap.de lapide ſtellato,quam appellat illiẽ confectionẽ de lapide lazuli & hic confectionem alchermes . In aliquibus tamen differentes:quia in præſenti ponuntur tantum. 3.ii.lapidis lazuli.in altera uero. 3 . xii. quod factum fuiſſe credo errore ſcriptoris potius,quam alia ratione : nã ambabus iidem effectus ſiue utilitates attribuuntur : niſi quis uellet dicere,quòd illa,quæ in ſimplicibus deſcribitur confectio lazuli denominatur , quia in ea magna quantitas de lapide lazuli ingreditur : & in iſta non : ideo confectio alchermes dicitur:tamen credo potius errore ſcriptoris factum eſſe , quàm alia ratione . Quo ad alia etiam differunt iſtæ duæ deſcrip.quia in ſcripta in ſimplicibus ponuntur.3. vi.ambræ.hic uero.3.iiij.& ligni aloes : & darſeni , ana.3. iiii.In præſenti uero ſcribitur, ana. 3 . vi. quod factum credas potius errore:quàm alia ratione.Preſenti confectione utuntur interdum nonnulli magiſtraliter.

MANARDVS. de Confectione Alchermes.

In hac quoque nunquam iactarem pecunias:nam,neque in ſerico uocato,neq; in cocco , uel baphico , uel chermes nuncupato,agnoſco uim niſi conſtringentem: coloriſq; rubri ratione,lædere potius uidetur cor quàm iuuare , ſpiritus & ſanguinem trahendo,propter ſimilitudinem.Cyanei uerò ratione, uomitum & ſeceſſum citabit , quæ præ exigua eius quantitate perficere non ualens , lædet magis , quàm iuuabit. ALGVESGVES.) Deſipientiam uocant Arabes. SETAM.)Bombyx latinè dicitur.Darſeni.) Cinnamomi genus intellexit

SYL. *Electarium xyloaloes morbos cordis,ventriculi, hepatis frigidos ſanat,& partes ipſas roborat. Ob id cordis palpitationem,ſyncopem ſanat,exhilarat, coctionem iuuat , ac inde & odore ſuo halitum oris commendat: accipit autem ligni aloes crudi,roſarum rub.ana.drach.octo:caryophyllorum,ſpicæ nardi,macis,nucis moſchatæ, galliæ moſcatæ, cubebæ,cardamomi vtriuſque,maſtiches,cinnamomi , cyperi,ſchœnus anthos,zedoariæ,beben albi & rub. folij,ſerici crudi,margaritarum,coralli rub.ſuccini,citri corticum & foliorum,ozymi caryophyllati,ſiſymbrij aquatici, menthæ ſiccæ,piperis longi,zingiberis , ana drach. iiij. ambræ drachm.vnam & dimid.moſch.ſcrip.vnum: excipe melle emblicarum & minua aromatizata. Datur à drach.vna ad drach.tres.*

ANT.

CONfectio xyloaloes,quę eſt medicina magna ad ægritudines cordis,ſtomachi, & hepatis , frigidas, & ſanat ſyncopim,& pulſum cordis & confortat ſtomachum,& procurat digeſtionem , & facit odorem oris bonum , & generat gaudium . Accipe ligni aloes crudi & roſæ ana drach.viij.caryophyllorũ , ſpicæ nardi,macis,nucis muſcatæ,galliæ muſcatæ , cubebæ,cardamomi,& heyl,maſticis,cinnamomi, cyperi,ſchœnanthi,zedoariæ,been albi & rubei , folij , ſetę crudæ,margaritarum,corallorum rubeorum,charabę, foliorum citri & corticum eius,& alfelengemiſce,ſanſuci,ſiſymbrij, menthæ ſiccæ , piperis longi,zing. ana.

drach.iiii.muſci boni.drach.i.tertiam, ambræ , drach. i.&.s.Et confice cum melle emblicorum , & † minua aromatizata,& ſit doſis eius à drach.i.uſq; ad drach.iij.

Alfelengemiſce.ocimum caryophyllæ tum. Siſymbrini ideſt mẽtha aquatica ſiue balſamina.

Confectio de xyloaloe:id eſt compoſitio de ligno aloes quæ etiam ad formã electarii reducitur, nec eſt in uſu nec præparata reperitur:magiſtraliter tamen quandoq; utuntur ea propter efficaciam ſuæ operationis in paſsionibus , quæ ſcribuntur in textu.

Additio.

Apud Auicen.quinto cano.habetur una alia deſcriptio. & ſimiliter apud Raſim in diuiſionibus , quæ non ſunt eædem cum præſenti deſcriptione , Nulla tamen illarum niſi raro habetur in uſu.ſi quis tamen eis uoluerit magiſtraliter uti,poterit:uidi aliquando nonnullos ex modernis uti illa, quam deſcribit Auic.in quinto cano.

Sũma medicinarũ ẽ xxxiiii. res.

MANARDVS, De confectione Xyloaloes.

De cubebis non conſtant inter ſe Arabes : nam Serapiõ putauit eſſe oxymyrſinem, & ſic eſſet Ruſcus . Auicenna Carpeſion,& ſic eſſent feſtucæ quædam,non ſemina. Quibus uerò nunc utimur,ſemina aromatica ſunt,quæ ſatis hic congruere uidentur.SQVINANTI.) Floris uidelicet ſchœni. Afferuntur autem nunc non flores,ſed ipſa abſque floribus planta . MIVA.) Ex cotoneorum ſucco confecta , de qua inferius.

SYL.

Electarium lætificans . Hamech filij Zachariæ ad affectus cordis,uentriculi,hepatis,quas partes etiam roborat, palpitationem cordis emendat,valenter exhilarat,coctionem iuuat:proindeq; oris,& corporis reliqui odorem cõmendat,coloremq; iuuidum facit: accipit uero roſarum,ligni aloes,ana drachmas ſex. macis , nucis moſcatæ , galliæ moſcatæ,cardamomi utriuſque, ana drach.ii.cinnamomi , croci,ana drach.duas & ſemiſſ.cyperi drac.quinq; : caryophyl.maſtiches,ſpicæ nardi,aſari,ana drachmas tres. Excipe melle emblicarum:aromatiza moſchi granis quindecim. Datur a drachma una ad drachmas tres .

ANNOTATIO SYLVII.

Lætificans compoſitio hæc apud Raſim (quem Hamech filium Zachariæ uocatum quidam uolunt) eſt lib. 5 . continentis,quibuſdam tamen mutatis: alia eidem lib. 9 . ad Almanſ.cap.de melancholia,multò præſtantior iſta etiã Meſ. cap.de melancholia:alia Meſ.& Nicolao ex Gale.(quo tamen lib.nondum legi) citata:alia denique Nicolao Salernitano uſu frequens.Hic uerò deſcripta, quanquàm in uſu non ſit,tamen ad ea,quæ pollicetur eſt efficax : harum omnium loco frequentius uſu eſt elect.lætificans Conciliatoris differentia.196.

ANT.

REſcriptio electarij ſarbotheng. & eſt lętificans deſcriptione Hamech, filij Zacharię , ſuper quo eſt fiducia iuuamenti ad ægritudines cordis,ſtomachi hepatis , & confortat ea , & confert pulſui cordis:& ducit utentem eo in conſequentiam gaudij continuę iocunditatis , & attrahit digeſtionem bonam . Et facit oris & corporis totius odorem bonum:& calorem facit iuuidum. Et modus eius eſt. Accipe roſarum,ligni aloes,ana drachmas ſex:macis, nucis muſcatæ,galliæ moſcatæ,cardamomi,heyl,an.drach. ii. cinnamomi,croci,ana drach.ii.&.s.cyperi.drach.v.caryophyllorum,maſticis,ſpicæ,aſari,ana drach.iii. Fiat omnium trituratio bona,& confice cum melle emblicorum:& aromatiza ipſum cum muſci.drac.i. quarta , & ſit doſis,ana drac.i.uſq; ad.iii,

Sũma medicinarũ ẽ xvi.res.

Non eſt in uſu:ſed bene quandoque utuntur ſecundum deſcriptionem Nicolai in ſuo antidotario,quod ipſe ponit ibi ſub nomine electarii lætificantis:medici enim Salernitani utuntur eo ſpiſsime:nos uero rariſsime ,

Additio.

Præſẽs electariũ deſcribit hic Meſ.autorithate Hamech filii Zachariæ,ideſt Raſis,quam deſcribit.v.continentis parum tamen ab hac differentem.Item Raſis.ix. ad Almanſo-

rem

rem cap.de melancholia ponit unam aliam descriptionem electarii lætificantis, quæ est nobilior ista. similiter Nicolaus in proprio antidotario unam etiam habet descriptionem quã uocauit lætitiam Galeni,de qua inferius dicetur. utuntur interdum moderni loco harum descriptionem electario lætificante conciliatoris,quã ponit differẽtia. cxcvi. quam forasse describemus inferius.

MANARDVS, In electarium Sarbotheng.

Hæc compositio satis conferre uidetur ad ea,quæ laudatur,& nihil est in ea obscuri,præter duo cardamomi genera:quæ esto,ut quomodo apud antiquos uocentur, nescimus,tamen ea quibus uulgò utimur,& per se bona sunt, & satis hic congruentia. Aliam eiusdem lætificantis compositionem habes ab ipsomet Mes. cap.de Melancholia: aliam à Rasi, & Nicolao & aliis. Fertur & alia sub Gal.nomine, quam tamen nondum apud illum legi.

Electa.ex Citro, cor & uentriculum roborat, coctionem iuuat, oris halitum commendat, flatus crassos dissipat: accipit autem corticum citri aur.xx. caryophy. ligni aloes,cinnamomi,macis,galangæ,ana drach.ij. cardamomi,zingiberis,ana drach.i.moschi drach.quinque: melle excipitur. Datur ad uncias quinque.

SYLVII ANNOTATIO.

In usu non est,sed cortex citri saccharo tum liquido, tũ sicco conditus,ad cordis & uentriculi robur,& coctionem probiorem diligenter manditur per se,uel aliis mistus:odore.n.aromatico & calore mediocri, & tota sua substantia dictis partibus confert:huncq; sicci loco miscere præsenti compositioni,ut sit suauior, nec minus efficax, præstiterit Moschi largior quantitas hic est: suffecerit. n. scrip. dimid. Adhęc in dosi pro unc.v.legerent drach.5.

MOdus electarii de citro ex inuentione nostra, confortans stomachum, & procurans digestionem:& odorem oris facit bonum, crassas uentositates expellit, & confortat cor. Accipe corticum citrorum aure.xx. caryophyllorum, ligni aloes, cinnamomi, macis, † galangę, ana drach. ii .musci drac.s.cardamomi,zingiberis,ana drac.i. confice cum melle. Dosis eius est,unc.s.

Non est in usu:nec præparatum reperitur: utuntur tamẽ multum ad stomachum frigidum in confectionibus magistralibus,corticibus mollificatis in zuccharo, & minutim incisis,propter ipsorum aromaticitatem, & propter aspectum quem habent ad cor,& alia membra principalia.

MANRDVS, In electarium de Citro.

Placet mihi hoc commixtum:cui si apponerentur circa condita,suauius esset,nec minus utile. GALANGA.) Est radix nunc notissima,quam,ut supra quoque dictum est,apud Græcos nondum euidenter inueni.

Electa.dulce ex Moscho,ad frigidos cerebri affectus sine febre,melancholiam & ei connatam tristitiam sine causa manifesta,vertiginem,epilepsiam,paralysin,oris torturam,seu spasmum cnicon, cordis palpitationem, pulmonis affectus,& spirandi difficultatem. Accipit autem croci, doronici,zedoariæ,ligni aloes,macis,ana drach. duas: margaritarum alb.serici crudi vsti,electri,coralliy rubri, ana drach.duas & semiss. gallię moschatæ,ozimi, citrati, ana drach.duas & semiß.been albi & rubri,follij,spicæ nardi, caryophyllorum,ana drach.vnam: zingiberis,cubebæ,piperis longi,ana drachmam vnam & dimid.moschi Scrup. duos. Excipe mellis crudi quadruplo, vase vitreo conde: datur à drach.vna ad drach.duas. Amara autem fiet,atque ad prædicta efficacior, & præterea uentriculi humores etiam putres potentius absumet, si addantur absinthij, rosarum,ana drach.tres,aloes lotæ drach. quatuor,casto: vij,liguslici,ana drach.i.cinnamomi drach.i.& semis.

SILVII ANNOTATIO.

Electarium diamoschu dulce,multis in usu est, amarum, ob saporis ingratitudinem, nulli: humores ac spiritus tenuat,atque purgat,principesq; partes roborat. Margaritarum,non albarum,sed ambarum quidam legũt:scilicet crassarum,& minutarum,uel integrarum,& perforatarum,quarum crassæ,& integræ præstantiores sunt. Datur autem mane horis duabus ante cibum. affectibus quoque cerebri pulmonisque pituitosis confert,uertigini,paralysi,apoplesię,epilepsiæ,asthmati. Secunda Actuarii cõpositio diamoschu uiribus eadem cũ ista,licet simplicibus multis uariet, ut aliorum diamoschu. Iisdem prope simpl. constat elect. ex xylaloe,& idem promittit. Mel quadruplum erit, si pul. Creti unc.tres lib. mellis singulis misceantur. sit autem id mel purum,aut despumetur. Hodie autem elect. fit solidum ex saccha. cocti lib.i.& pul.unc.i. Confect. testiculorum uulpis incondita reiecimus.

CONfectio de musco dulcis, faciens ad pulsum cordis,& ægritudines melancholicas,& ad eum qui tristatur sine causa, & confert ad ægritudines cerebri,sicut est uertigo,& epilepsia,& tortura, & paralysis,& ad ægritudines pulmonis & difficultati anhelitus,cuius permixtio est hæc. Accipe croci,doronigi,zedoariæ,ligni aloes,macis,ana drachm.ii. albarum margaritarum,setæ crudæ adustæ,charabæ, coralli rubei,ana drach.ii.&.s.gallię,ocymi citrati omnium, ana †drach.ii.&.s.been albi & rubei,folii,spicæ,caryophilorum,ana drach.i.zingiberis, cubebæ, piperis longi. ana drachm.i.&.s.musci drach.i.partes.ii.confice cum melle crudo,quod sit quadruplum ponderis omnium, & pone in uase uitreo. Et sit dosis eius à drach.i. usque ad.ii. Si autem hanc confectionem amaram facere uolueris,ualẽtior efficietur ad ea,quæ diximus, & ad exicandum humiditates stomachi & putrefactiones eius, & proprie si addatur in permixtione eius absinthij, & rosæ,ana drac.iii.aloes optimi abluti drac.iiii. castorei, cheisin,ana drac.i.cinnamomi drac.i.&.s.aloes drac.i. &.s.alias drach.ii.&.s.

Confectio de musco.i. compositio de musco dulc.denominatur autem à musco propter muscum qui ingreditur compositionem ipsius:& dicitur diamuscum dulce, quãdo est sine additione rerum amararũ, quæ ponuntur in fine huius descriptionis, & dicitur diamuscum amarum quando aloe,& alia amara ponuntur in ipso: sed non præparatur cũ tali,uel illa additione propter eius displicentiam: licet magistraliter sic posset præparari. Istud est septimum electarium secundum ordinem scriptum in litera: tamen est primum quod generaliter habemus in usu: & sic in apothecis præparatum cõmuniter reperitur: uidelicet sub descriptiõe diamusci dulcis: non autem sub descriptione amari licet ut prius dictum est magistraliter possit præparari, & ipsius esset efficacia maior. est enim istud electarium conferens debilitati cordis: & ad omnes ægritudines melancholicas absque febre subtiliando spiritus cordis & cerebri, exacũdo sensus intrinsecos, principaliter cerebrum confortãdo unde summe confert omnibus passionibus frigidis cerebri & neruorum, & plura habet alia iuuamenta, quæ ponuntur in litera. Dosis autem eius est à.ʒ.i.usq; ad. ii. secundum quòd corpora sunt debilia,uel robusta, de mane ante cibum ad minus per duas horas,stomacho bene uacuato à superfluitatibus quanto plus est possibile. In omnibus operationibus supradictis efficacior est diamuscus amarus, quàm dulcis,sed dimittitur propter displicentiam eius in gustu:& tempus assumptionis eius:& dosis eius esse eadẽ sicut de diamusco dulci, uel minus. Restat descriptionem eius legendo uerificari particulariter, declarando quæcunque sunt simplicia componentia ipsum,& primo. ℞. croci, est calidæ complexionis in secundo gradu, & siccæ in primo, & est medicina ualde cordialis prouocans risum. Doronigi est radicula parua,saporis dulcis,& est calidæ,& siccæ complexionis in tertio gradu: portatur ad nos de partibus orientalibus. Lignũ aloes. Istud est lignum odoriferũ quod portatur ad nos de partibus Indiæ, proprietatem magnam habet ad stomachum frigidum,& ad cerebrum,& est calidæ, & siccæ cõplexionis in secundo gradu, licet siccitas sit maior caliditate eius. Sophisticatur,& adulteratur uel altera tur per decoctionẽ eius in aqua,& sic tollitur uirtus eius: ideo studium est de crudo habendo, quia crudum est melius cocto.& ideo mirandum est,quòd Auicẽ. non facit de ipso capitulum in secundo cano. ubi de simplicibus tractat. Macis multi dicunt, quòd est cortex exterior nucis muscatæ:alij quibus plus creditur dicũt, quod est cortex alterius arboris producentis alium fructum,& asportatur de partibus Indiæ,medicina est aromatica, stomachalis, iuuans ad digestionem cibi,& ad eius retentionem. est calidæ cõplexionis, & siccæ in secundo gradu: sed siccitas eius superat cum uirtute stiptica. Ambarum margaritarum scilicet crassarum,& minutarum. crassæ tamen omnimode sunt & meliores,& perfectiores:aliter, & melius scilicet perforatarum,& nõ perforatarũ: artificialiter autem perforantur,& efficiuntur magis paruæ,& claræ,ex eis etiam reperiuntur aliquæ perforatæ: quas puto tamen ex artificio perforatas fuisse. Non perforatæ complexionis sunt frigidæ, & siccæ uersus primum gradum cum uirtute aliqualiter abstersiua. Sed perforatæ participant plus de uirtute stiptica, quàm non perforatæ:quia in perforatione & practica resoluitur plus,si qua humiditas est in eis,sicut præcise euenit de gallis quercus perforatis:quia perforatæ sunt magis siccæ cum maiori stipticitate, omnes margaritæ à proprietate sunt cordiales,resistentes corruptioni sanguinis circa cor. Conferunt etiam tremori cordis, & superfluæ calefactioni eius ideo communiter ponuntur in confectionibus febricitantium,& debilium in uirtute, portantur de ultramarinis partibus,& ibidem iuxta litora maris reperiuntur. Quidã tamen dicunt quòd inueniuntur in quibusdam piscibus iuxta litora maris,quod non credo. Setæ crudæ adustæ, dixit crudę quia uirtus eius extrahitur per decoctionem in aqua sicut dictum est de ligno aloes,demum utuntur illa aqua cũ uirtute sua. Vnde cruda est melior, & non adusta est maioris efficaciæ si cum artificio subtiliter teratur, ut minutim ipsam incidendo,demum pistando ipsam cum margaritis, sicut dicit Serapio in suo de simplicibus in cap. de seta,ipsa est calidæ complexionis,& siccæ in primo gradu: est medicina cordialis purificãs spiritum & sanguinem & ipsos clarificans,& unit uirtutem: & à proprietate confortat, producitur à quibusdam uermiculis,qui pascũtur de foliis moris celsi. Charabe gummi est cuiusdam arboris nominatæ ibex romana coloris citrini cum aliquali rubedine congelatum,& fiunt ex ea pater nostер,uirtutem, & proprietatẽ habet ad se attrahẽdi paleas, & festucam, sicut magnas attrahit ferrum, unde in arabico tantum est dicere charabe quantum rapiens paleas in latino,est calidæ complexionis ad primum gradum, siccæ in secundo secundum Auic. confortat stomachum prohibendo uomitum, & nauseam, & prohibendo humiditates malas congregatas in eo,& a proprietate confert cardiacæ, & tremori cordis. Coralli rubei:tres sunt species ipsorum,rubei,albi,& nigri,& sunt radices, & rami cuiusdam arboris nascentis in fundo maris,in partibus Africæ,efficiuntur nodosi ab aqua marina, & cum exeunt ad aerem indurantur: immo petrificantur: meliores sunt rubei, qui communiter habentur in usu, & sunt frigidæ complexionis in primo gradu,& siccæ infra secundum: à proprietate confortant stomachum,& remouẽt mala accidentia ipsius: immo sola ipsius suspensio ad collũ ex directo super stomachum curat dolores ipsius,& prohibet uomitum,& nauseam,sicut suspensio ligni crucis,etiam curat epilepsiam.& hæc sunt uerba Gale. autoritate Auic. secundo cano.cap.de corallo, & ex hoc mouentur matronæ bene doctæ ad suspendendum corallum rubeum ad collum infantium, ad prohibendum uomitum lactis ipsorum qui plurimum uenit ex dolore uentoso, uel alio in eorum stomachis generato, confert etiam febrientibus prohibendo resolutionẽ spirituũ, & cor mirifice confortando, unde in confectionibus recentibus communiter apponuntur. Galliæ muscatæ, hæc est quædam medicina composita cuius descriptio sub nomine confectionis galliæ muscatæ: potitur à Nicolao in suo antidotario, reducitur tamen ad formam trochiscorum, & sic conseruatur, raro tamen habetur in usu per se sola, sed ingreditur confectiones pretiosas,& antidota magna,& componitur ex gallis,& aromatibus aliis, & musco. unde denominatur à gallis, & musco. uirtus autem,& complexio,quæ resultat in ea est calida in primo: sicca in secundo gradu, mirabiles operationes habet in confortando principalia membra, & plura alia posita à Nicolao in suo antidotario. Fiunt autem trochisci aliquando de gallia muscata: quorum descriptio ponitur. ix. Almansoris capitulo de prouocatione menstruorum, & ad educendum partus, quorum dosis in puluere albo subtili accipienda est usque ad drach.i. & ego iam diu uidi in his certam, & ueram experientiam in facilitando partum difficilem,& ipsum absque nocumento fœtus,uel mulieris accelerando:immo etiam in educendo fœtum mortuum,& secundinam. Ozini.i.basiliconis caryophyllati tendentis ad aliqualem citrinitatem, & illa est expositio uera: nam ozimum idem est,quod basilicon citrinum id est caryophyllatum cum aliquali citrinitate habens odorem caryophyllorum, & uirtutem. Est enim duplex ozimum habens flores nigros,& caryophyllatum,quod etiam in multis locis reperitur. unde citrinati conuenienter posset exponi.i.de illa contrata ubi nascitur basilicon caryophyllatum habens folia, & flores recentes ad aliqualem citrinitatem. & est calidæ complexionis in secundo gradu, & est magis conueniens,quàm ozimũ caryophyllatum. iuuat uero ad digestionẽ cibi crasi. & est difficilis ad digerẽdum. Confortatiuum est cordis, & aperitiuum oppilationum hepatis, fumme confortat cerebrum, desiccando superfluitates phlegmaticas multiplicatas in eo,sed principaliter iuuat ad aperiendum oppilationes factas à phlegmate in carunculis,uel in naso solo odoratu, uel quomodolibet aliter præparato, ut attrahendo eius aquam distillatam per nares, uel eius succum, sicut fit communiter de aqua maioranæ. Been alb.& rub. radices sunt, quæ portantur de India,& de eis sunt albæ, & rubeæ: rubeæ tamen sunt magis cordiales, quàm albæ,utreque sunt calidæ complexionis,& humidæ in secundo gradu, sed quando desiccantur diminuuntur ipsarum humiditates, & recentes comestæ,uel conditæ cum zuccharo,uel cum melle augmentant sperma. Et hæc memorandum, quòd behen scriptum per h,& per duo ee,est radix alba,& rubea, de qua nunc dictũ est,sed ben scriptum solum cum una litera e, absque h, est semen cataputiæ,quod est medicina solutiua, de qua dicetur inferius. Folii sunt eius duæ species, scilicet aquosum quod nascitur in aqueis locis,uel in aquis dulcibus absque radice in aqua,sicut lenticula aquæ,& est aliud arboreum, quod nascitur ex arbore quadam in partibus Indiæ extra aquas. similitudinem in uirtute habet cum spica nardi, & istud folium arboreum est illud quo utimur in medicinis nostris, quia laudabilius est alio, & est calidæ complexionis,& siccæ in secundo gradu. odorem habet aromaticum, & uirtutem habet confortatiuam membrorum principalium in omnibus operationibus ipsorum à proprietate, conseruat pannos à corrosione tinearum tempore æstiuo, dicunt tamen aliqui, quod folium non est aliud nisi folia plantæ producentis caryophyllos. Spicæ: duplex reperitur,scilicet spica nardi, & spica celtica seu spica inda, quæ idem est cum spica nardi, spica romana, quæ idem est cum spica celtica. utraque est aromatica cum odore acuto, calida est in primo gradu, sicca in secundo. confortat stomachum frigidum, & efficit odorem bonum, & confortat cerebrum, & prohibet descensum reumatis ad partes pectoris, uel pulmonis: aperit oppilationes hepatis, & stomachi, & plura alia habet iuuamenta, quæ uide ab Auicen.secundo cano.capitulo de spica. Quando autem spica absolute profertur, intellige semper de spica nardi: seu spica inda, quæ est idem cum illa: quia magis aromatica: & quia omnes operationes habet perfectiores, quam spca celtica, uel romana: quæ pro eadem assumitur.

Caryophyllorum noti sunt, caryophylli deferuntur ex. India & sunt calidæ complexionis: & siccæ in secundo gradu. Frustra autem caryophyllorum satis desiciunt

De ozymo.

Been.

Folii spe cies duæ.

Spicæ.

Caryo.

ciunt à uirtute, & operatione ipſorum: ipſi ſunt principaliter ſtomachi confortatiui uirtutis digeſtiuæ, & hepatis, & ſtomachum, & cerebrum confortant, maſticati, & retenti in ore odorem oris, & totius corporis efficiunt bonum. Zingiber, radix eſt cuiuſdam plantæ, quæ affertur de partibus Indiæ, calidæ complexionis in ſecundo gradu: humidæ in primo duñ eſt recens: ſed poſt collectionem continue priuatur humiditate, & efficitur ſiccæ complexionis in primo gradu: & tunc caliditas eius augetur æqualiter in ipſo ad tertium gradum: zingiber autem conditum cum melle ſiccius efficitur ſiccitate mellis: non ſic autem conditum cum zuccharo. diuerſificantur autem radices zingiberis ſecundum diuerſitatem loci in quo oriuntur: non tamen ſpecie differunt: quia ubique eadem eſt planta producens zingiber: & eſt optima medicina ad calefaciendum ſtomachum, cerebrum, nucam, & omnia membra neruoſa: & mire confert omnibus doloribus uentoſis, & factis à materia phlegmatica poſt euacuationem. uelociter, & à proprietate uigorat operationem turbith: ut inferius apparebit. Conditum autem cum zuccharo confert paralyticis & ſtomacho debili. Cubebæ ſunt fructus cuiuſdam arboris ſeu grana quædam, ſimilia piperi nigro, quæ afferuntur de partibus Indiæ, & ſunt calidæ complexionis: & ſiccæ in ſecundo gradu confortatiuæ multum omnium uirtutum cerebri, & maxime maſticatæ, & diu in ore ſeruatæ, ſpiritus claros faciunt: ſunt ualde potentes in aperiendo oppilationes hepatis, & ipſum mire confortant. Piperis longi fructus eſt arboris, qui afferunt à terra multum remota in India, calidæ, & ſiccæ complexionis ultra tertium gradum: ſed caliditas eius ſuperat ſiccitatem. Reperiuntur autem tres maneries piperis: licet ab eadem arbore producantur: eſt enim piper longum, quod colligitur quando incipit maturari, eſt ulterius piper nigrum cum eſt perfecte, & ultimè maturum: denigratur autem ex forti incendio ſolis in partibus illis: nam in partibus orientalibus oritur. Eſt etiã piper album, quod eſt medium inter piper longum, & nigrum ex parte maturitatis ipſorum. Nam ſic euenit de pipere longo in exemplo loquendo, ſicut de borachiis ſciſſmorum, qui elongantur poſt ipſorum natiuitatem ex humiditate ſuperfluа. Eſt autem piper nigrum calidius, & ſiccius albo, & album calidius, & ſiccius longo: & in longo eſt maior ſtipticitas. omnis maneries eius calefacit ſumme ſtomachum, muſculos, & omnia membra neruoſa, oppilationes aperiendo, & humiditates ſuperfluas phlegmaticas deſiccando, & maſticatum cum paſſulis attrahit phlegma partibus cerebri: & uocem raucam clarificat maſticatum, & retentum in ore. Muſci. eſt enim res odorifera multum, quæ recluſa reperitur in quodam folliculo in quo oritur: & ſic extrahitur à quodam animali aſſimilato gazelo in partibus Indiæ, & eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu, licet caliditas ſuperet ſiccitatem: mirabiliter ſubleuat uirtutes cordis, & cerebri proſtratas, portando etiam uirtutes aliarum medicinarum ad membra ipſa, & ab ipſo denominatur præſens electarium: quoniam ſenſibilis quantitas ingreditur compoſitionem eius. Eſt enim muſcus theriaca uenenorum, & maxime Napelli. Cõfice cum melle crudo: & fit quadruplum ponderis omnium, ſcilicet ſupradictorum aromatum, unde ad libram mellis ponantur tres unciæ de ſupradictis aromatibus proportionabiliter ſecundum deſcriptionem; pondera particulariter ſuppoſita in litera: quam per teipſum lege: quia clara eſt: & hic ſpecificatiue ponitur quantum mellis requiritur ad hoc electarium conficiendum: quod non facit in aliis electariis ſubſequentibus, ſed ſuperius quantum fuit expediens declarauí. Mellis autem, quod mel apum uocatur: quia ab eis producitur cum depaſcuntur ex rore ſuper floribus melliſluis adhærente, & eſt calidæ complexionis, & ſiccæ in fine ſecundi gradus: licet caliditas ſuperet ſiccitatem. In iuuenibus autem conuertitur in choleram: ſi eo ſuperflue utuntur, & in ſenibus in benignũ ſanguinem. Inſuper habet uirtutem fortiter abſterſiuam maxime phlegmatum, & aliarum ſuperfluitatum contentarum in ſtomacho, eſt etiam oppilationum aperitiuum, & maxime cum ſit crudum. Nã per decoctionem uiſcoſitatem aliqualem acquirit, & eſt cõueniens ei qui fungos uenenoſos comederit, & ei, qui oppium ſumpſerit, per ſe ſolum non eſt ſæpe uſus eius bonus: ponitur autem ad componendum aromata, & ad ipſa dulcorandum in electariis quibus communiter admiſcetur, ut delectabiliora reddantur in guſtu ad faciendum alias operationes dictas ſuperius cum uirtute ſua. Doſis autem dicti electarii eſt uſque ad drach. ii. de quibus diſpoſitionibus dictum eſt ſuperius in principio declarationis huius electarii, & ſi militer dictum eſt in uno notabili antepoſito tempus & h ora aſſumptionis. Eſt autem drachm. ix. pars unc. Complexio autem dicti electarii reſultans ex ſuis ſimplicibus componentibus ipſum eſt calida, & ſicca, & eam primum operatur, licet etiam à proprietate plura alia faciat iuuamenta. Reſtat tranſire ad declarandum ſimplicia, quę ingrediuntur in additione huius electarii diamuſci poſita in fine capituli ab autore. Sed uocatur diamuſcus amarus, ſicut ſuperior uocatur diamuſcus dulcis. Et cum dicit abſinthii, diuerſificatur abſinthium ſecundum diuerſitatem loci, & proprie in quibus oritur. Et ideo denominatur abſinthium romanum, & iſtud eſt melius aliis, una tamen & eadem eſt ſpecies; quod autem in montibus, & in locis ſaxoſis oritur eſt melius, quàm paludoſum, uel quàm id, quod naſcitur prope mare; herba eſt nota ſatis, quæ ſuo acuto odore, uel amaro ſapore cognoſcitur, calidæ complexionis eſt iuxta ſecundum gradum & in ſiccitate ipſum tranſcendit cũ ſtipticitate. quidam tamen ponunt ipſum calidum in primo gradu, quia in fine primi gradus, & quidam in ſecũdo, quia in principio ſecundi gradus, & ſic etiam dicunt ipſum eſſe ſiccum in ſecundo gradu, quia in fine ſecundi gradus, quidã in tertio quia in principio tertii gradus, habent enim gradus medicinarum latitudinem magnam, & ſic poteſt diſcordia autorum diuerſimodè gradus medicinarum accipiendo faciliter declarari. Nam declarandum eſt modo iam dicto, utilis, & efficax medicina eſt abſinthium in reducendo appetitum proſtratum, & in confortando uirtutem digeſtiuam ſtomachi hepatis, & membrorum, oppilationes aperit meſeraicarũ, colorem corporis bonũ efficit & mire ſubuenit cacexiæ, & habitudini malæ cum qua eſt æqualis admixtio coloris citrini cum albo. uirtutem leuem habet in ſoluẽdo cholerã ſubtilem cum phlegmate aquoſo permixtũ à ſtomacho inteſtinis, & hepate non tamen ulterius extenditur uirtus eius. Et doſis eius in infuſiõe ſeu in decoctione eius quatuor ℈. eſt uſque ad. viii. in puluere autem ab una drac. uſq; ad. ii. & in ſucco a duabus. ℈. uſq; ad tres. Et omnibus prædictis modis cum adeſt doſis debita leuis fit ſolutio uentris, rariſsime tamen utimur eo ſolo ſecũdum aliquem prædictorum modorum: admixto autem ſæpe utimur ipſo, non in quantitate, uel pondere quo ſenſibiliter ſoluat ſicut in additione præſentis electarii ponitur. Poſſe tamen omnino aſſumi, & ſumme confert, & confortat in diſpoſitionibus dictis ſi non eſſet eius diſplicentia in ſapore & etiam in odore Roſæ. Roſa eſt ex medicinis benedictis in operationibus ſuis, & cordialis, & odorifera. Sunt autem ex eis albæ, & rubeæ, planæ, & criſpæ in foliis ſuis. rubeæ, & planæ ſunt meliores albis, & criſpis, & magis odoriferæ, & cõplexio omnium ipſarum eſt in primo gradu frigiditatis modicum ipſum aſcendens in gradu ſtipticitatis, & maxime dum ſunt ſiccæ, quia recentes in dictis gradibus remittuntur. Rubeæ tamen minus, quàm albæ ſunt frigidæ, & in ſiccitate remittuntur. Coniungitur etiam in eis manifeſta ſtipticitas, & aliqualis caliditas propter ipſam amaritudinem cum dulcedine quadam. Vnde diuerſæ operationes poſſunt ab ipſis prouenire: tamen operatio ipſarum principalis eſt remittere caliditatem ſuperfluam cordis, & hepatis, prohibere reſolutionem ſpirituum in membris principalibus, & quæcunque membra principalia relaxata confortare & maxime ſtomachum. Reprimunt undique uapores aſcendentes ad caput, uirtutem ſolutiuam leuiſsimam habet ſuccus recentium, uel ipſarum decoctio, quia à ſiccis tollitur omnis uirtus ſolutiua, quæ eſt in eis. & doſis ſucci earum eſt ab. ℈. i. uſque ad. ii. admixti cum zuccharo, & doſis decoctionis earum recentium eſt ab. ℈. ii. uſque ad. iiii. ſed his duobus modis raro utuntur eis pro ſolutione faciẽda, quia leuiſsima eſt earum ſolutio cum diſplicentia aliqua

quali in ipſarum ſapore. & quia non ſemper roſæ recentes reperiuntur, loco autem ſucci, uel decoctionis earum utimur caſsia, uel tamarindis, uel manna, quia illarum copiam magnam habemus. Soluit autem ſuccus, uel earum decoctio materiam cholericam ſanguinem purificando ab eo, & ipſum aquoſum remittendo à colore ſuperfluo, utimur ſæpe aqua ex roſis diſtillata, quæ aqua roſata uocatur in epithimatibus cordis, & heparis: & aliis complexionibus calidis, oculorum, & omnium aliorum membrorum. Ac etiam utimur ſæpe roſis conditis cum zuccharo minutim incisis, quæ mixtura uocatur zuccharum roſatum, & confert aduſtionibus oris, & linguæ, & ſtomacho calido, & aliquando aliis membris cum aqua hordei colluendo, uel gargarizando, uel quomodolibet aliter aſſumendo, & aliquando ſæpiſsime. Vtimur roſis conditis cum melle minutim incisis, uel cum zuccharo, & melle ſimul admixtis ad ſolem poſitis, & parum decoctis, quæ mixtura uocatur mel roſatum cum foliis, uel colatum, & huius mellis roſati uſus eſt ualde cõmunis, & conueniens ab abſtergendum, & exiccandas materias phlegmatis putridas contentas in ſtomacho ac etiã inteſtinis. Calefacit uirtute mellis. Et infrigidat aliqualiter uirtute roſarum, ſed omni modo deſiccat, uincit autem apparenter caliditas eius frigiditatem, & nõ tranſit uirtus eius ultra regiones hepatis aſſumptus in forma electarii nũc dicta. Sed ſi aſſumatur cũ decoctione aliqua, aut aquis diſtillatis inferius declarandis cum uirtute ſua uſque ad regiones uenarum pertranſit, & illo modo doſis eſt uſque ad unc. ii. ſed raro per ſe ſolummodo ſumitur: licet cũ alio ſyrupo permixtus in eodem pondere & menſura, ſicut apparet in cura phlegmaticæ febris, uel tertianæ nothæ, quibus in principio mel roſatum eſt ſumme conueniens, diuerſis tamen modis, & potionibus, ut alibi eſt uidere, non tamen minus conſtringit, deſiccat, & calefacit ſtomachum, iſto modo præparatum, quàm cum roſis incisis, uel cum zuccharo admixtum, immo plus, cum eius uirtus tranſeat ad profunda & ſic generaliter eſt in uſu ubiq; locorum ab ipſis, qui practicam inſequuntur. Et geleniabin. i. mel roſatum uocatum ab omnibus autoribus medicinæ.

Vtimur etiam roſis ſiccis in lotionibus, ſacellis, embrocationibus, in electariis, pilulis, & pulueribus, & aliis, quæ mirabilem operationem efficiũt cum ſuis qualitatibus primis, & ipſarum ſtipticitate. Sed magis operantur etiam à forma ſpecifica, membra principalia confortando, & ſpiritus cum ſuis odoribus ſuauibus, & amenis. Et fit etiam ex roſis recentibus oleum roſatum, nam fit, ut plurimum cum oleo oliuarum perfecte maturarum, & iſtud communiter eſt in uſu ad repercutiendum uirtute roſarum materias fluentes, ſi ex ipſo inungantur, & uirtute olei aliqua liter reſoluendo, unde in principio contuſionum eſt optima medicina.

Fit etiam oleum roſatum ex oliuis immaturis, uel non perfecte maturis, quod uocatur oleum omphacinum, & iſtud eſt magis repercuſsiuum, frigidum, ſiccum, & ſtipticum, quàm aliud dictum. Non tamen niſi magiſtraliter præparatur ab aliquo. Fit tertio oleum roſatum ex oliuis complete maturis admixtum cum roſis, & aliquantulum ſalis, & iſtud eſt fortius in deſiccando, & etiam in reſoluendo cum uirtute leniter compreſsiua: & iſta de roſis ſufficiant qualitercunque paratis ſeu adminiſtratis, & ſi hic prolongari ſermonem breuitate utemur in poſterum cum in mixtis de roſis faciam mentionem.

Aloes optimi, id eſt ſuccotrini, inter omnes alias ſpecies aloes ſucco trinum eſt melius. Abluti, id eſt loti cum aqua endiuiæ, uel aqua pluuiali, ſicut communiter fit ad remouẽdum acuitatem ipſius & nocumenta, quæ ex ipſo accidere poſſunt, maxime de fractura ſeu apertura uenarum, ſed ex lotione ipſius frangitur, & debilitatur ſatis uirtus eius ſolutiua, ſed additur eius uirtus in confortando uirtutes membrorum intrinſecorum, & maxime ſtomachi. Eius autem potentia ſoluendo non tranſit ultra regiones hepatis niſi cum aliis medicinis ſolutiuis admixtum: uel cum aliis uigorantibus eius operationem. Non ablutum autem uigoroſius ſoluit, minus tamen membra confortat. Et ideo cum ponitur in iſto electario, eſt abluendum cum aqua pluuiali, ut eius acuitas & ſolutio remittantur, licet quantitas eius, quæ ingreditur in additione eius electarii nõ ſit potens ad ſoluendum etiam ſi ablutum nõ eſſet, conſiderata doſi, quæ ipſius debet aſſumi aſsignata ſuperius. Et notandum, quòd de aloe uarii uarie dicunt. Eſt enim quorundam opinio, quòd aloe tripliciter uariatur ſolum in nomine, & in ſuis partibus per decoctionem ad ignem, dicunt enim quidam ipſum eſſe ſuccum cuiuſdam herbæ in ultramarinis partibus adinuentæ, qui ad ignem tam diu decoquitur, quòd ad ſolidam formam reducitur, & quòd eius pars ſuperior in decoctione eſt aloe, ſuccotrinum, & illud eſt purius, & melius aliis. pars autem media eſt aloe hepaticum, & iſtud ſequitur in bonitate poſt ſuccotrinum, ultima eſt pars infirma, quæ dicitur aloe caballinum, & iſtud eſt minoris bonitatis aliis ſupradictis. Et hæc opinio à pluribus creditur: & pro firmo tenetur, non tamen traditur à doctoribus medicinæ aperto ſermone. Alii autem dicunt, & affirmant prædictam opinionem clariſsimis rationibus impugnando, quòd aloe eſt (ut dicitur) ſuccus inſpiſſatus ad ignem, uel ad ſolem tempore æſtiuo diuerſarum herbarum, non tamen aliter adinuicem differunt niſi ſecundum, quòd diuerſitas eſt in uuis, & conſequenter in uinis, dicunt enim, quòd herba ex cuius ſucco fit aloes hepaticum in bonitate perfecta eſt, poſt aloe ſuccotrinum, & ultimo in bonitate eſt herba ex cuius ſucco fit aloe caballinum, ſicut enim uua, & uina multum differunt in ſapore, & in bonitate ipſorum, non tamen adinuicem differunt genere: & ut ſic quilibet ſuccus prædictarum herbarum ad perfectionem decoquitur de per ſe, & huic opinioni eſt plus adhærendum. Vnde alii dicunt, quòd prædictæ tres herbæ diuerſificantur ſecundum diuerſitatem loci, uel patriæ in quibus oriuntur, uel creſcunt, & ſic ſubſequenter diuerſificantur ſpecies aloes, ſicut contingit in diuerſitate uuarum: & uini ſecundum diuerſitatem ſitus, & loci in quibus uuæ oriuntur, & fiunt, ut patet de uinis collectis in partibus uallis Armenię inferioris, & etiam de uinis collectis in uallibus, ſecus, quæ ſunt media in prędictis. Et hæc opinio non diſcrepat in prædictis à recto tramite ueritatis, quælibet tamen ſpecies aloes eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu, licet ſiccitas ſuperet caliditatem, quia aſcendit ad tertium gradum. Aloe autem per ſe ſolum non aſſumitur, propter pericula, quæ exinde accidere poſſunt. Eſt enim principaliter ſolutiuum materiei cholericæ contentæ in ſtomacho, & meſeraicis, ac etiã in inteſtinis, multum tardatur eius operatio, ut à. xii. horis, ut plurimum uſque ad. xxiiii. horas, & doſis eſt uſque ad drachmas. ii. &. ſ. ſecundum potentias corporum aſſumentium ipſum. Sed non conſulo uſum eius, niſi aliis medicinis admiſceatur, habet inſuper uirtutem deſiccatiuam humiditatum, & putredinum ſtomachi, ac etiam inteſtinorum, ſed prouocat hæmorrhoidas, ideo ad eas diſpoſiti non aſſumãt, & aliquando eſt abſtinendum ab ipſo tempore frigido, ac etiam multum calido, ſicut Meſu. expreſſe declarat in capitulo proprio. In omnibus operationibus autem in quibuſcunque aloe ſuccotrinum eſt potentius, & uigoroſius aliis, & maxime in ſoluendo. Cum autem aloe in [illegible] aqua deſcriptione abſolute profertur, intel[illegible] contingendum eſt de aloe ſuccotrino tanquã de meliori [illegible] & magis profecto. Castorei, eſt animal pinguedo inuoluta in quodã folliculo iuxta teſticulos cuiuſdam animalis, & in meridionalibus partibus reperitur & eſt calidæ complexionis in tertio gradu: ſiccæ in ſecũdo gradu, uirtutem habet calefactiuam, & confortatiuam neruorum cum manifeſta reſolutione materiarum contentarum in eis. Et ideo confert ſpaſmo humido repletionali ſi membrum ſpaſmatum ex eo liniatur. Cõfert etiam ſuperfluo pruritui puerorum, ac etiam epilepſiæ, ipſum mire poteſt ſubuenire, ſi collum, & nuca ungantur, eaſdem operationes efficit manifeſte ſi abluatur, & ſumatur uſq; ad. ℈. ii. ſed non uſitatur à medicis de per ſe niſi admixtum cum aliis medicinis compoſiti. keiſin, ideſt leuiſtici planta eſt ſatis nota, naſcitur iuxta tumulos ſæpe, & eſt calidæ complexionis, & ſiccæ in ſecundo gradu: utimur in omnibus medicinis eius ſemine, non foliis, uel radice, quia efficacius eſt: habet. n. uirtutem aperitiuam oppilationum, & deſiccatiuam humiditatum contentarum in ſtoma-

Diuerſæ opiniones de aloe.

Aloes per ſe ſolũ aſſumi non debet.

Castoreum.

Mirabiles epilepſia.

De Keiſin.

cho,& resolutiuam uentositatum crassarum, & fortificatiuam digestiuę uirtutis cum caliditate & aromaticitate sua.

Mirabile i uermibus

Et si ipsius seminis puluerizati exhibeatur alicui in ætate perfecta usq; ad.3.i.cum aqua graminis,uel absinthii,mire educit uermes & ascarides, tamen quantitas prædicta debet minui in pueris.In febrientibus autem febre cholerica non sic secure cōceditur.

De cinnamomo.

Cinnamomi,duæ sunt eius manieres,est enim cinnamomum,quod est subtile multum, longum,perforatum,aromaticum ualde, & cum multo sapore. Est enim cortex interior cuiusdam arboris odoriferi ualde,& istud uocatur proprie cannella, perforatum eũ,& tale est perfectius in omnibus operationibus suis. Est aliud,quod uocatur cinnamomum, quod est crassum & est cortex exterior arboris in partibus Indiæ,utrunque est calidæ complexionis,& siccæ in secundo gradu, sed caliditas eius superat siccitatem. prærogatiuam habet super omnia aromata ad confortandum uirtutem digestiuam in stomacho,& ad exiccandum & prohibendum putrefactiones in eo, ac etiam ad aperiendum oppilationes hepatis, & aliorum membrorum.confortat cerebrum & alia principalia membra,& est multæ prouocationis, & maxime menstruorum,odorem oris efficit bonum, & totum corpus redolere facit,& hæc est declaratio descriptionis præsentis electarii,cui de melle crudo ad ipsum confortandum proportionaliter addi debet secundum,quòd in hac additione aromatum factum est supra.

Additio.

Auicenna quinto cano.habet plures descriptio. diamusci,sed non sunt in usu.Similiter Haliabbas, & Serapio in propriis antidotariis habent descriptio.diamusci dulcis,& amari,parum ab ista differentes.Rasis etiam.ix. ad Almansorem,& in diuisionibus ponit diuersas descript. diamusci, quæ non sunt in usu,quia ista, quæ est Mesuę uidetur aliis nobilior, ideo apud omnes plus in usu habetur, & dulcis plus,quàm amara,quamuis sit maioris efficaciæ ad ea, quæ describuntur,tamen propter eius malum gustum à modernis relinquitur.

Ozymum citratum quid.

Errauit commentator circa illa,quæ hic dicit de ozimo nam per ozimum citratum intelligere debemus melissam & non duas res scilicet per ozimum basiliconem,& per citratum ozymum caryophyllorum: nam quando reperitur ozymum caryophyllatum non intelligimus ozymum & caryophyllos,& quando reperitur ozymum carminum non intelligimus ozymum & ciminum. Similiter nec per ozymum citratum debemus intelligere duas res,ut iam dictum est.Sed debemus considerare omnes species ozymi, & per illud,quod habet odorem citri, debemus capere per ozymo citrato,quod est melissa,ut iam dictum est,quia si fricemus folia melissæ habebunt odorem citri.Præterea uide Simonem Ianuensem,qui dicit circa expositionem istius uocabuli turungen,quòd arabice est idem, quod citraria, est autem citraria melissa,aut ozymum citratum quod habet odorem citri. Auicenna etiam loco iam allegato in sua descriptio.habet ozymum citratum, & sic bene considera errorem multorum.

SYL. *Diasatyrion anale[...]ticum & renutritorium phthisicis, hecticis,uel aliter consumptis & ema[...]ciatis, semen auget, ueneremque incitat. Accipe radicum satyrij plenarum, & recentium libram unam,tere,coque exacte in lacte ouino dulci quantum satis esse uidebitur, ad lactis consumptionem. Postea tere pistillo ligneo cum uncijs tribus olei recentis amygdalarum dulcium. Deinde syrupum ex succi buglossi cocti, & despumati libris duabus, succi pomorum dulcium uncias duodecim cum sacchari optimi libris tribus coctum superfunde, misce percoquendo. Postremo ab igni deposito inijci cinnamomi drachmas quinque, been albi, & rubei ana drachmas duas, ligni aloes drachmas tres,croci,santali flaui, tragacanthi, gummi arabici, ozimi caryophillati, cubebæ, macis, ana drachmam unam & dimidiam: repone in uase uitreo. Da ab aureis tribus ad aureos quinque.*

SYLVII ADNOTATIO.

Hoc inter electaria confectionem de testiculis uulpis appellabat Mesues.Raro in usu est:nec salubre hecticis,aut alia febre laborantibus, nisi aromata tollas: quæ condito præcedenti etiam addi possunt ad uenerem plenius augendam.Venerem uero,quæ excitant, humida sunt ad secundũ ordinem,calida temperata,& flatulenta. Vult autem Mesues eam radicem sumi,quæ superior est ac plenior,non eã, quæ flaccida est,& uetustior alterius ceu parens.Quantum autem utriusque uires differant, leges in Dioscoridis cynosorchi:ad renutriendum autẽ,datur unc.semissem mane horis duabus,aut tribus ante cibum:ad uenerem uero,dormituris,aut etiam ante cœnam.

Modus confectionis testiculi uulpis,& est satyrion bona phthisicis,hecticis, & consumptis, est medicina impinguatiua bona, & multiplicat coitum.Et modus operationis eius est talis. Accipe satyrionum,qui abscinduntur à patre suo lib.i.& terantur,& coquantur cum lacte ouino dulci in quantitate sufficienti super prunas, usque dum decocti sint, & sit consumptum lac, & tunc funde super eos olei amygdalarum dulcium unc.iii.& agitetur sic conterendo cum ligno,& postea funde super totum syrupũ cuius modus est.accipe succi buglossæ cocti,& despumati lib.ii.succi pomorum dulcium unc.xii.zucchari boni albi lib.iii.Misceantur agitando cum prædictis usquedum fiat eis competens decoctio, & deponatur ab igne,& proiiciatur super ea cinnamomi subtilis, & electi drach.v.been albi,& rubei,ana drach. ii. ligni aloes drac.iii.croci,sandali, citrini, tragacanthi,gummi arabici.alfelengemisc. cucubæ, macis, ana drach.i.&.s.confice & pone in uase uitreo, & sit dosis eius ab aur.iii.usque ad.v.

Istud est electarium octauum in præsenti libro descriptum,licet secundum in ordine de his, quæ magistraliter habentur in usu, raro tamen in apothecis præparatum reperitur.Ipsius tamen duæ descriptiones quas sub eodem titulo describuntur,quæ in modo compositionis & uirtute aliqualiter uariantur. Est enim illa prima descriptio,quę hic ponitur maioris efficaciæ,& uirtutis, corporibus consumptis, & exiccatis,& phthisicis, & hecticis, & similibus si absque febre consistant, maxime talia corpora humectando,cum hoc etiam iuuat ad coitum multiplicandum,& incitandum.descriptio autem subsequens est maioris potentiæ in faciendo uirilis membri erectionem, & appetitum ad coitum incitandum & multiplicandum, & semen spermaticum augendum,& est,quod magis habetur in usu, & præparatum reperitur. Notandum, quod ambæ descriptiones nomen accipiunt à radice cuiusdam herbæ,quæ uulgari nomine testiculus uulpis appellatur, & est herba in nostris partibus satis nota,habet radices ad similitudinem testiculorum uulpis, & in compositione huius electarii magna eius pars ingreditur in primo, uidelicet de his duobus, sed secundum electarium est magis delectabile ad gustum,& licet cum zuccharo componatur, & hoc posset ad formam [...]eræ confectionis reduci, tamen sub forma electarii præparatur, quia melius conseruatur propter succos & lac, quæ ibi ingrediuntur, & sic efficacius etiam operatur.communiter in apothecis præparatum reperitur & sic etiam magis habetur in usu, & pro coitu incitando. Dico ergo,modus confectionis,idest compositionis,& reductionis ad formam electarii testiculi uulpis, id est satyrionis quia sic denominatur.Conuenit istud electarium hecticis,& consumptis,si absque febre consistant, exiccationem corporis prohibendo sua uirtute humectatiua,aliquali leui infrigidatione, & fortificatione resolutæ uirtutis, multiplicatiuum est coitus,& hæc est eius principalis operatio, propter quod habetur in usu, generando uentositatem in uasis seminalibus, uel adiuuando uirtutem digestiuam in eis ob conuersionem sanguinis in materia seminis

nis:unde fit augmẽtum in semine, & in uirilis membri erectione,ut prius dictum est.Sequitur eius descriptio.

Testiculus uulpis.

Testiculorum uulpis. Scinduntur à patre suo, hoc est à stipite suo,hæc radix dicta testiculus uulpis est calidæ complexionis,& humidæ circa secundum gradum multiplicans uentositatem & pruritum in genitalibus membris, unde est causa erectionis uirgæ,& à proprietate incitans ad libidinem etiam secundum omnem usum ipsius. Terantur, & coquantur cum lacte ouino scilicet dictæ radices testiculorum vulpis,est enim lac frigidæ complexionis, & humidæ in primo gradu,licet humiditas superet frigiditatem ipsius & ideo conuenit hecticis:& consumptis, diuersificatur tamen lac secundum diuersitatum specierũ animalium,à quibus emulgetur,non tamen, quòd exeat extra latitudinem dictæ complexionis,nisi extra ubera diu moram contrahat & inde acetositatem acquirat,ex quo efficitur frigidius cũ siccitate aliquali.Lac enim muliebre siue humanum est medium inter omnia genera lactis, plus appropinquans temperamento complexionis,& post ipsum immediate sequitur lac caprinum:lac autem ouinum,& uaccinũ de frigiditate,& aquositate minus participant. Sed asininum lac frigidius est & humidius omni alio lacte:& ideo non ita conforme ponitur humanæ naturæ.Et potest faciliter separari omne lac in tres substantias complexionum diuersarum.

Tres lactis substantię diuersarũ sunt complexionũ.

Est enim in eo pars casealis, quæ est frigidæ complexionis,& siccæ,& est pars butyriosa, quæ est temperatæ complexionis attingens circa primum gradum caliditatis, & ad primum attingens humiditatis, est ultima pars serosa, quæ est frigidæ complexionis,& humidæ, licet Mes. ipsam ponat calidæ complexionis propter uirtutem solutiuam, quæ est in ea Gal.autem.iiii.de simplici medicina di.iii.capitulo ultimo ponit hanc,scilicet serosam partem esse frigidæ complexionis expressæ,sed illorum concordia faciliter habetur,nam Mes. solum considerauit quasdam partes ipsius aquositatis nitrosas,& salsas quibus mediantibus uirtutem habet aliqualiter solutiuam,& sanguinis purificatiuã, & illæ sunt calidæ Galen. autem alias partes considerauit aquosas,quæ sunt manifeste alterãtes ad frigidum,quæ sunt multo plures partibus prædictis nitrosis, & salsis, unde tota eius complexio resultans ex dictis frigida: & humida prædominatur in ipsa serositate iam dicta: tollitur autem illa nitrositas,si de nocte teneatur ad aerem.

Amigdalę

Olei amygdalini dulcis,amygdalæ dulces,calidæ sunt complexionis uersus primum gradum,sed amaræ sunt calidioris complexionis,transeuntes primum gradum siccitatis, & sic olea,quæ fiunt ex his appropinquant complexionibus earum in caliditate, & humiditate in dulcibus,& caliditate, & siccitate in amaris.

Buglossa.

Succi buglossæ,id est linguæ bouis, herba est nota, quæ lingua bouina vulgariter dicitur,& est calidæ complexionis uersus primum gradũ,& in humiditate appropinquans uersus gradum secundum,& est medicina cordialis conferens asperitati gutturis, & cannę pulmonis.

Poma.

Succi pomorum dulcium,hæc poma,ut appiola, & similia sunt multum cordialia,frigidæ complexionis uersus primum gradum,& humidæ circa secundum.

De zuccharo.

Zucchari boni albi,quod alio nomine mel cannæ uocatur, ipsum est calidæ complexionis uersus primum gradum, humidæ etiam in eodem,dum est recens,& dum antiquatur, gradum primum siccitatis acquirit, & eius humiditas exiccatur.unde per seipsum assumptum in stomachis calidis, & cholericis ac febre acuta febrientibus conuertitur in choleram,& maxime quando cum uino lauatur,ut ipsum præparari faciũt medici ignorantes.Cinnamomi subtilis, & electi,de ipso dictum est in diamusco,beẽ albi,& rubei,dictum est in diamusco:croci,dictum ibidem.

De sandalo

Sandali citrini, sunt tres species sandalorum,alborum,rubeorum,& citrinorum, asportantur de partibus Indiæ. Et sunt ligna cuiusdam arboris, quæ in quodam flumine capiuntur cum ex multitudine aquæ superflue augetur, & crescit, & quælibet sandalorum species de prædictis est frigidæ complexionis in secundo, siccæ in primo,tamen secundum Gale.frigiditas sandalorũ rubeorum est maior,quàm alborum,& citrinorum,& sic in omnibus operationibus magis collaudantur,sunt enim medicina cordialis & aromatica,conueniens superfluæ calefactioni cordis,& ipsius debilitati & resolutioni.& ideo ipsis multum utimur ĩ epithematibus cordis,& maxime citrinis & rubeis:Dosis huius electarii est usq; ad quatuor aureos.

Quid sit aureus.

Et hic nota,quòd aureus est aliquantulum plusquam drac. sicut florenus nouus est maioris ponderis, quàm florenus antiquus sæpissime numeratus, qui floreni ponuntur in sigillo.

De mõ exhibẽdi pręsens electarium.

Vlterius est notandum quòd cum quærimus humectationem in corporibus exiccatis,debemus istud electarium exhibere de mane in dosi prædicta,cum conditionibus obseruatis absque alia conditione superius antedictis,& quãdoque cum pulpa caponis, quandoque cum carne testudinis,ut superius dictum est. Cum autem quærimus augmentum in coitu,& uirilis membri erectionem ipsum exhibere debemus uespere ante cœnam, & cum modico uini subtilis,& odoriferi.prędicti autem electarii simul compositi,& fermentati complexio, quæ resultat:est temperata inter calidum,frigidum,humida tamen,ad secundum gradum attingens.

Nota historiam.

Et hic solatiose recito, quod iam uidi tempore Thomæ de Garbo Magistri mei,& fuit de mense Maii dum generaliter fiunt purgationes sanitatis præseruatiuę.Quidam ciuis antiquus ætate, plenus diuitiis, debens uno sero iuuenem, & robustam ducere, quæsiuit uno sero consilium quomodo posset ad perfectionem coitus deuenire cum uirgæ erectione,unde fuit ordinatum electarium ante dictum de quo pluribus diebus assumpserat.Illo autem sero quo duxit uxorem ex errore aromatarii:quandam medicinam solutiuam assumpsit,unde tota nocte cum fluxu uentris & uomitu cum sua sponsa processit,& sic deceptus ad coitum deuenire non potuit:sed cum sui uituperio de mane surexit,& fuit manifestatum totum à sua sponsa prædicta. Alius autem iuuenis electarium pro prædicto sene ordinatum assumpsit: qui assumere debebat medicinam solutiuam prædictam quam senex ille assumpsit: cui non expediens aliquod auxilium ad uirgæ erectionem, ultra solitum tamen per totam noctem ad libidinem incitatus pollutiones habuit, & non fluxum uentris,& de mane expectabat decolatione, & iam decocto capone hora tertiarum transacta conquęstus cum medico,qui medicinam ordinauerat,ibi inuenit prędictum senem,qui fortius cum ipso condolebat. Et sic uocato aromatario manifestatus fuit error ipsius de uariatione medicinarum prædictarum,absque aduertentia prædicti aromatarii. unde semper aduertendum est cum medicinas solutiuas exhibemus ad manus aromatarii, ne error contingat in earum præparatione exhibitione, quia tunc finaliter ad uituperium,uel in honorem medici imputatur, & sic etiã possibile esset ad alias medicinas non solutiuas, & est finaliter aduertendum ne similis error contingere posit.

SYL. *Diasatyrion alterum semen auget ac promouet, venerẽque arrecto valenter pudendo concitat. Accipit autem li.i.radicum eryngij in aqua cicerum secunda coctorum, quæ cum radicum satyrij plenarum, & recentium vnc.viij. racis raphani domestici vnc.iij.radicis draconti vnc.ij.terantur, & adiectis olei sesemini, & butyri vaccini, ana vncijs quatuor exacte igni lento coquantur,in lactis vaccini, vel ouini quantitate sufficienti ad iustam crassitiem: tunc adde mellis despumati lib.sex,succi cœpæ libram vnam, & semissem.perfecte coctum ubi erit, ab igne deposito adde hunc puluerem,scinci caudarum & lumborum drach.viij.seminis erucæ,nasturtij,pastinacæ,napi,asparagi,zingiberis,cinnamomi,piperis longi, † linguæ auis, ana drac.iiij.cum prædictis misce. Postremo adde strobylorum depellatorum libram vnam, & dimidiam, pistaciorum depellatorum vncias decem cerebrorum passerum vncias duas, misce omnia probe, aromatiza drachma una moschi boni. Datur ab vnciæ semisse ad vnciam vnam cum vino generoso & puro,sed pauco.*

† Semẽ est fraxini.

SYLVII ANNOTATIO.

Mista hæc conditura,quæ promittit,potenter præstat:nā calidis humidis flatuosis ferè constat , qualia maximè sunt idonea Galeno libro quinto simplicium, ad semen non solum augendum,sed etiam promouendum . Cicerum autem decoctum secundum miscetur,quod flatu iuuet,& cum uretica sint,cætera ducunt ad partes genitiuas. Pro succo autē cœpæ,mallem miscere succum bulborū,qui flatulenti sunt, & uenerem excitant Gale.lib.vj.simplicium:quod & Martialis innuit hoc disticho .

Cum sit anus coniux,cum sint tibi mortua membra;
Nil aliud bulbis,quàm satur esse potes.

Vel radices solæ ex aqua,aut lacte coctæ , melle deinde condiuntur:radices enim primò melle uix percoquantur, & mel coctione tam longa uteretur.

ANT.

Confectio alia testiculorum uulpis,& est diasatirion faciens erectionem virgæ , & multiplicans sperma,& desiderium coeundi: Accipe † secacul albi,mūdi,elixati in aqua cicerum , quorum eiecta fuit aqua prima lib.i.† testiculorum vulpis vnc.viii. † radicis raphani vnc.iii.luf plani vnc.ii. Terantur & infundatur super ea lactis vaccini, aut ouini quantitas , quæ supereminea radicibus duobus digitis,& olei sesamini,& butiri vaccini recentis,ana vnc.iiij. & excoquantur cum facilitate usq; ad spissitudinem ,& si adhuc radices non bene decoctæ sint,fundatur super eas ex lacte, & oleo & butyro usq; dum perfecte decoctæ sint , & post hoc funde super hoc totum mellis boni , & dispumati lib.v.succi cœpæ humidæ lib.i.&.s. Decoque omnia simul vsque ad perfectam decoctionem , tunc enim depone ab igne,& proiice super eam puluerem , cuius permixtio hæc est.accipe caudarum scinci, cum renibus,& sumine umblici drach.viii. seminis erucæ , zingibe.beē albi & rubei,† linguæ auis,seminis nasturcij,cinnamomi , piperis longi , bauciæ , † seminis napi asparagi,ana drach.iiij. & conficiantur cum eis . Vltimo vero ponatur in medicamine pinearum mundatarum,lib.i.&.s. fisticorum mandatorum vnc.x.cerebrorum passerum.vnc.ij.conficiantur omnia bene, & aromatizentur cum drach.i. boni musci . Sit dosis eius ab vnc.s.vsq; ad vnc.i.cum bono uino puro,& pauco .

† Sinapi.

Sūma medi. ē xxvi. res.

Istud est nouum electarium licet sit tertium de his , quæ habentur in usu , & est illud , quod communiter reperitur præparatum.Nam ipsum est efficax & mirabilis operationis ad multiplicandum coitum,faciens uirgæ erectionem , uentositatem generans , & pruritum in genitalibus membris.Et hæc est principalis eius operatio:assumitur de sero per duas horas ante cœnam cum uino calido licet etiam conuenienter assumatur, & melius de sero cum itur dormitum cum pauco uino.Eius dosis est usq; ad.ʒ.vi.sed, ut efficacius operetur debet assumi tribus diebus continuis hora & modo prædictis.Et sumatur iterato si expedit,sed in ultimis senibus & habentibus calidum naturale ualde debile , frustra assumitur . Dicit ergo confectio ,id est compositio quia ad formam electarii reducitur. Testiculorum alia uulpis & est diasatyrion. Reci.secacul , id est eryngii & est radix calcadrappe,supra quam oritur fungus,qui dicitur caldarella,& est calidæ complexionis in primo, ad secundum gradum in humiditate ascendens.Istæ radices per se solę assumptæ propter ipsarum dulcedinem & etiam conditæ cū melle sunt multum delectabiles efficaciter operantes ad coitum incitandum.Et sic à multis habentur in usu,& multo fortius operantur si cum aromatibus quibusdam condiātur sicut communiter fit & præparant corticen aromatarii , habent tamen prædictæ radices alias operationes efficere,elixatæ in aqua cicerū,quorū eiecta fuit prima aqua . De ciceribus, quædam sunt alba, quædam rubea , & quædā nigra , & sunt calidæ complexionis & siccæ in primo gradu,licet nigra & rubea sint calidiora aliis, & siluestria calidiora domesticis.Cicera uero recentia dum sunt in follicu

Dosis.

Eryngiū.

Tres cicerum colores.

E lo suo ad maturitatem attingentia , non in gradu siccitatis alicuius , sed humiditatis ab auctoribus reponuntur . Debent tamen prædicta cicera multum decoqui , ut talis humiditas sit multum uentosa , & inflatiua , & cum hoc portatiua aliarum medicinarum ad genitalia membra . Nam quando parum decoquūtur ipsa est abstersiua prohibens inflationem & uentositatem generari.Aqua simplex est frigidæ & humidæ complexionis in secundo gradu.Testiculorū uulpis,dictum est in præcedenti electario. Radix raphani est calidæ complexionis,in secundo,humidæ in primo, sed eius semen est calidæ complexionis in secundo,siccæ in secundo,& est radix multū nota prouocatiua uomitus . Luf plani,id est serpentariæ,uel dracontex,& est herba nota calidæ,& siccæ complexionis uersus tertium gradum , infundatur super ea. Lactis, de ipso dictum est in præcedenti electario.Olei sesamini,id est de granis sesami, arbor est cuius semen est calidæ complexionis in primo,& humidæ in primo similiter gradu,licet eius humiditas superet eius caliditatem.Butyri uaccini recentis est calidæ complexionis,seu F temperatæ,humidæ tamen in primo gradu. Mellis boni dispumati de ipso dictum est in electario diamusco.Succi cœpæ humidæ.i.recentis,& sunt calidæ complexionis, & humidæ in secundo gradu , multiplicatiuæ uentositatis in genitalibus membris,& ad coitum faciunt. Caudarum scinci cum renibus & sumine. Scincus est quoddam animal simile lacertæ,degens in ripis aquarū iuxta flumen Nili , & est calidæ complexionis & humidæ in primo gradu, habet autem usus ipsius proprietatem mirabilem ad coitum incitādum , ideo saraceni multum utuntur ipso . Seminis erucæ est calidæ complexionis , & humidæ in secundo , dum est recens . In sicco autem semine est siccitas uersus primū . Linguæ auis.i.seminis & est semen diliagresis, quod est calidæ complexionis,& humidæ in secundo gradu licet humiditas superet caliditatem . Cinnamomi , dictum est in diamusco.Piperis longi,dictum est in eodem.Bauciæ.i. pastinacæ,& assumitur semen ipsorum, quòd est calidæ complexionis,& humidæ in secundo gradu : licet humiditas superet caliditatem.Asparagi supple seminis, & est calidæ comG plexionis uersus primum gradum, siccæ tamen in ipso. Pinearum mundatarum, sunt etiam calidæ complexionis in primo gradu. Fisticorum mundatorum,sunt etiam calidæ complexionis in primo gradu. Cerebrorum passerum , licet communiter omne cerebrum per comparationem ad alia membra reponatur in complexione frigidum , & humidum:tamen cerebrum passerum est calidæ complexionis in primo in humiditate uincens caliditatem primi gradus,animal est calidissimum, ideo non mirum si eius cerebrum est calidum.Musci dictum ē in diamusco . Dosis eius est usque ad drac. vi. cum bono uino odorifero & subtili . Vinum antiquum est calidæ complexionis in primo,& humidæ in illo , diuersificatur autem complexio uini caliditate & siccitate propter diuersitatem uinorum, & antiquitatem , uel nouitatem ipsorum , & diuersitatem patriæ in qua nascuntur.

Sisa...

Scinc...

Vini cōplem... tia.

Additio.

Nicolaus in proprio antidotario habet unam aliam descriptionem diasatyrionis, quam secundum plurimum diH spensant aromatarii Galliæ.In præsenti electario ingreditur secacul de qua radice qualis sit , diuersæ , & discordes sunt opiniones doctorum. Nam præsens commentator dicit in præsenti commento,quòd secacul est eryngium, contra quam opinionem est Lumen aromatariorum,& Luminare maius,& alij moderni,qui dicunt , quòd secacul est sigillum sanctæ mariæ: & quòd non sit eryngium , probat Serap.qui diuersa facit capitula in suis simplicibus de secacul, & eryngo.Serap. & Auic.in proprijs antidotarijs de conditis dicunt , quòd secacul sunt radices sicut zingiber, & asportantur ex India:& sic ex eis ingiba. i. conditum cum ē recens in loco suo,& est sublime ualde:& dicūt ultra:apud nos uero fit secundum hunc modum . Madefit in primis in aqua calida donec mollificatur , &c. per quæ uerba satis intelligere possumus, ꝙ carent illis , & ꝙ solum reperiuntur in India quemadmodum zingiber,& myrobalani , & sic de aliis . Similiter credo,quòd in istis partibus similiter non repe-

reperiuntur : sed loco earum accipiunt communiter moderni sigillum Sanctæ Mariæ,& non eryngi ; cum sint frigidi,tamen Arnaldus de Villa noua in tabulis, quæ medicum informant,cum ignoratur ægritudo exponit,quod sunt radices quas prouinciales girolas uocant , & galli Excreuissem quas potius acciperem,quàm sigillum Sanctæ Mariæ , fac sicut uis , quia secundum rei ueritatem illis, scilicet secacul caremus.

MANARDVS, De confectione testiculi uulpis.

Hæc est,quæ in communem usum parata inuenitur . SECACVL.) Non est Eryngion,ut multi putant: sed est radix , quam geniculam uulgò uocant,à multitudine geniculorū . Herbam uero eius fraxinellam,quoniam fraxini folio cōstat,ego puto esse quam Polygonaton uocat Dioscorides. TESTICVLI uulpis.) Orchis scilicet. RADIX Raphani.) Domestici potius,quàm syluestris. Luf plani.) Dracontium maius,uidetur ad hoc aptius. LINGVA auis.) Non una lingua loquuntur arabes,Serapion enim linguam passerum,auium uidelicet salacissimarum in hunc usum adhibet. Auicenna medullis adnumerat.Recentiores rem quādam in fraxino reperiunt.

SYL.

Electa.Diagalanga,uentriculi, & hepatis intemperiem frigidam sanat,ob id decoctionem iuuat,ructus acidos compescit: & flatus crassos potenter dissipat,atque ab eis natas inflationes: oris halitum commendat , ac gigni prohibet , accipit autem galangæ,ligni aloes,ana drac.vi.caryophy. macis,ligustici,ana drac.ij.zingiberis,macropiperis , piperis albi,cinnamomi,calami aromatici,ana drachmam unā & semissem calaminthes siccæ,menthæ siccæ :cardamomi, semi.apij,fœniculi,carui,ana drachmam unam:sacchа.albi unc.decem mellis despumati.q.s.Datur à drach.duabus ad aureos duos.

SYLVII ANNOTATIO.

Nunc fere cum solo saccharo componitur,aut sicca seruatur,per se,aut cum uino decoctionis galangæ horis duabus ante cibum datur : inflationemque potenter depellit. Vitandæ æstate , & calidis naturis, ac morbis. Etiam radix sola hyeme in regione frigida commansa,idem præstabit.

ANT.

Confectio de galanga contra morbos uentositatum crassarum,& acetosam eructationem,medicina experta,& ad malitiam digestionis,& bonificat operationes stomachi:& hepatis frigidi,immo emendat defectionem ipsorum. Accipe galangæ , ligni aloes,ana drach.vi. caryophyllorum,macis,Keisin,ana drach.ii.zingiberis,macropiperis,cinnamomi,piperis albi,ana drac.i.&.s.calamenti siccæ, menthæ siccæ,ana drach.i.heyl,spicæ,semi.apii,fœniculi,carui, anisi , ana drach.i.†calami aromatici.ʒ. i.&.s. zucchari tabarzet, unc.x.†mellis despumati quantum sufficit , dosis eius est à drach.ii.usq; ad aur.ii.

Sūma medi.est.xx. res.

Hoc est decimum electarium hic descriptū licet sit quartum electarium de his,quæ habentur in usu,& ubique præparatum reperitur,uocatur diagalanga ab ipsa radice galā- D gæ,quæ compositionem ipsius ingreditur: & in forma electarii fit,ideo exponitur confectio.i.compositio magnæ efficaciæ contra materias phlegmaticas in stomacho contentas,& in aliis membris nutritiuis , uentositates crassas resoluit,digestionem confortat, calidum naturale uiuificando:& eructationes acetosas consumit:& oris odorem bonum efficit:& dosis eius est de mane ieiuno stomacho, usq; ad.ʒ.iii.cum modico uino odorifero,ac etiam sine ipso: debet assumi per duas horas minus ante cibum.

Galanga.

Et hic notandum : quòd solum radix galangæ de mane masticata,& in ore retenta humiditatem salíualem , & catarrhalem summe desiccat,cerebrum confortat,calidum naturale uiuificat,& omnem fœtorem oris prohibet,& obtūdit,ideo usus eius solius multum confert in regionibus frigidis tempore hyemis, iuuat etiam diminutam digestionē in hepate. Recipe galangæ , radix est herbæ calidæ com-

A plexionis,& siccæ in tertio gradu. Ligni aloes dictum est de eo in diamusco.Macis dictum est.keisin,id est leuistici iā dictum est in diamusco. Zingiber dictum est . Macropiperis dictum est. Calamenti sicci : quia siccum est, siccioris complexionis,quàm recens.Reperitur autem calamentum montanum & calamentum fluuiale,utrunque est calidæ complexionis in tertio gradu , siccæ uersus secundum , sed montanum est calidius,& siccius fluuiali. Est autem alia species calamenti,quæ nepita uocatur,habens folia minora,quàm calamentum,& est eiusdem complexionis cum calamento prædicto , & maxime cum montano. Mirabilem habet operationem calamentum contusum & emplastratum ad sedandum dolorem ischiaticum præmissis euacuationibus necessariis : & uersus declinationem ipsius : succus eius interficit lumbricos & uermes qualitercunque administretur. Mentæ siccæ intellige de menta domestica,quæ conceditur,quæ non transit secundum gradum caliditatis,& est siccæ complexionis in primo , quando non est recens:ideo dixit siccæ,quia recens in humiditate super B fluit. Heyl idest cardamomum,uel species eius, & sic reuera est.Alii dicunt, quòd est quoddam aliud granum , quod est simile meleghetæ aromaticum , est calidæ complexionis in secundo gradu,& siccæ uersus prædictum gradum : portatur etiam de partibus Indiæ. Spicæ dictum est in diamusco. Seminis apii herba est nota in partibus nostris & est domesticum & siluestre.domesticum autem est magis in usu,licet siluestre sit potentius,habēs in se plures species ut ponit Serap.in suis de simplicibus,maior est uirtus in semine,quàm in foliis,stipite,uel radice,& sic , ut plurimum & generaliter in semine cuiuslibet herbæ maior est uirtus, & est calidæ complexionis & siccæ in tertio gradu. Fœniculi scilicet seminis,& est domesticum , & siluestre , quod est magis acutum,& est illud,quod ponitur in medicinis complexionis in tertio,siccæ in primo.Fœniculus autē domesticus,qui communiter comeditur , recens , & siccus est minoris caliditatis,& siccitatis: immo est cum dulcedine quadam,siluestris autem cum acuitate,& mordicatione. Anisi scilicet seminis,quod est notum,& est calidæ compleC xionis,& siccæ in tertio gradu . Calami aromatici nascitur in India, & est calidę complexionis in principio secundi gradus,siccæ in fine secundi.

calamentum.

Menta.

Apium.

Feniculi.

Zucchari tabarzet idest albi secundum , quòd in cannis nascitur in quadam contrata in partibus Damasci, Babyloniæ,& Indiæ,& ideo,quòd hic in partibus nostris de nouo conficitur,licet sit albissimum,tamen non est bonum , neq; conueniens,& de compositione eius dictum est superius , & est calidæ complexionis ad primum gradum attingens , humidę uersus principium dum est recens,sed dum antiquatur ita,quòd transeat annum,gradum siccitatis acquirit resoluta humiditate ipsius:nominăt etiam ipsum quidam mel cannæ,quia in cannulis nascitur,quæ similitudinem habent cum cannulis,quæ serginam producunt , & nascitur etiam zuccharum in partibus Apuliæ:sed in bonitate aliis non adhæret. Damascenum autem est longe melius aliis. Et notandum,quòd zuccharum est prohibendum febrientibus , & in corporibus multum calidis, quía de facili inflammat . Mellis despumati quantum sufficit , & de ipso dictum est D in diamusco.

zucchari.

Additio.

Hæc confectio similiter conscribitur ab Auicenna quinto cano.tractatu sexto,summæ secundæ , sed non est similis isti.etiam Ioannes Anglicus in capitulo de passionibus stomachi,habet unam descriptionem,quæ similiter ab ista differt,unde dicit uersificator. Confortat stomachum diagalanga meum.

MANARDVS, De confectione galangæ.

Laudo hanc,communiter enim paratur . Cauendum tamen puto in æstate,& in ualde biliosa temperatura. CALAMVS aromaticus.) Ad nos hoc tempore,ut supra etiam dixi,non defertur,sed eius loco radix quædam uenditur, quā non credo eius cannæ esse, nec ex India adferri , siquidem & recens multum aliquando uidetur,& exiguo nimis uenditur. MELLIS.) Nunc cum solo saccharo conficitur, magnaq; ui inflationem pellit.

SYL. *Elect.Diarbodon commune,ventriculum,et hepar roborat,coctionem ob id iuuat, & dolorem horum à calenti & acri,ac mordente bile mitigat, accipit rosarum rub. ʒ. triginta:trochiscorum diarbodi,trochisco. ex spodio, glycyrrhizæ,ana unc. 5. caryophyllorum,trium santalorum, galliæ moschatæ,ana drach.iii.spodii,croci,mastiches, ligni aloes,ana drach.ii.asari,spicæ nardi indicæ, macis cardamomi,semi.portulacæ lactucæ,sereos,scariolæ, cucumeris, cucurbitæ,melonis,citrulli,margaritarum alba.ozimi caryophyllati,rasuræ eboris:tragacanthi, gummi ara. ana dra. i.caphuræ drac.i. & semiss.moschi scrip.dimid. excipe syr. rosato,& aqua rosarum.datur ad unc.dimid.*

SYLVII ANNOTATIO.

Gentili de Fulgineo, & eius discipulo Thomæ de Garbo usurpatis. Alterum est diarhodon Abbatis à Nicolao descriptum,aliis in usu. Elect. molle hoc fingere potes solidũ pro uario sumentis palato. Sunt, qui hoc releuatis à febribus biliosis,ut tertianis nothis,esse saluberrimũ dicãt, quia totum uentrem inferiorem,atque adeò renes ipsos roborat obstructa liberat,intemperiem calidam tollit, appetentiam excitat,& sumitur cum aquis destillatis cichorii,eupatorii, &c.pro uario scopo. Si uerò magis est refrigerandũ, recẽs cõponatur,& aromata,uel tollant,uel multum minuãtur ut cũ elect.triũ santal. facultate multum cõueniat:hic autẽ syr. seu iulep.rosatus fit ex sacch. clarificato ĩ aqua infusionis rosarũ,& aqua rosata:& deinde percocto ad aquarum cõsumptionem,tuncq; reliqua sunt addenda, & fiat compositio, uel liquida,uel in bucellas.De hoc syru.antè actum est.Alii lib.quinque aquæ rosarum feruentibus lib.ii.rosarum recẽtium macerant,manibus exprimunt: idem opus iterum & tertio repetunt: deinde cum sacchari clarificati libris quatuor aquam hanc percoquunt in syrupum.

ANT. DIarodon descriptione cõi, conferens ad dolorẽ stomachi,et hepatis,et puncturam in eis,à caliditate et acuitate choleræ citrinę, faciẽs digerere cibum,et est ex conferentibus stomacho et hepati debilibus. Cuius hæc est permixtio. Accipe foliorum rosarum rubearum. † drachm.xxx. † trochiscorum diarodon,trochiscorum de spodio,liquiritiæ an.ʒ.iiii.caryophyllorum,galliæ muscatæ ana. ʒ. iii. spodii, croci, masticis † ligni aloes.ana.ʒ.ii.trium sandalorum an.ʒ. iii.asari,spicæ indæ,macis cardamomi,portulacæ, lactucæ,† scariolæ,seminis citrulli,melonis,cucumeris cucurbitæ,albarum margaritarum alfelengemisc,rasuræ eboris,tragacanthi,gummi arabici ana. ʒ.i.camphoræ.† ʒ. i.et.s.musci.ʒ.i. sextam. confice cum syrupo de rosis. † et aqua rosata.Dosis eius est unc.s.

† drac.xx. † Berberorum. A. † cinnamomi. † drach.s. † Ex. Sũma medi. ẽ. xxxiiii. res.

De illo enim ponuntur duæ descriptiones, una ponitur à Nicolao in suo antidotario, quam uocat diarodon Abbatis,dicitur autem diarodon à rosis quæ ingrediuntur compositionem ipsius,Abbatis denominatur à quodam Abbate in Romana curia,qui fuit ipsius inuentor, uel quia ad eius petitionem talis descriptio facta fuit, & secundum illam descriptionem Nicolai,illud electarium generaliter præparatur,& sic communiter habetur in usu. Sed secũdum præsentem descriptionem Mes. magister Thomas de Garbo suauis practicæ declarator hoc electario utebatur,ipsumq; pręparari faciebat. asserens, quòd idem faciebat Gentilis de fulgineo magister suus,& hæ duæ descriptiones uirtualiter in operationibus suis,quasi in idem redeunt, quia in componentibus modicum uariantur.& mihi etiam hęc descrip. Mes.plus placet,ut eius quasi secutor ad uerificationem ipsius,& licet ad formam solidæ confectionis possit reduci, quia cum zuccharo præparatur,tamẽ in forma electarii generaliter ab omnibus cõficitur,& sic in usu habetur. In hoc tamen consideretur displicentia multa,uel complacentia assumentis in forma plus confectionis quàm electarii, licet

E maior operatio uel efficacior ut plurimum fit ab electario quàm confectione præparata. Primo propter meliorẽ fermentationem aromatum,quæ fit in electariis,quæ fieri non potest in confectione. Secundo quia de aromatibus plus poni debet in electario construendo,quàm in confectione quæ de nouo conficitur,& sic communiter fit. Tertio quia melius & facilius operatur uel euaporat, & transit uirtus electarii ad membra remota quàm uirtus confectionis assumptæ,ut in passionibus pectoris & cerebri satis est clarũ. Et hoc uerificari potest in omnibus confectionibus & electariis.Istud electarium est multum efficax ad confortandũ membra debilia relaxata ac debilitata,ex ægritudine calida & cholerica quæ præcessit, & maxime nutritiua, ut hepar & stomachum,cum in ipso remanent punctiones à cholera mordicanti.Est insuper oppilationum aperitiuum,malæ cõplexionis calidæ remotiuum,sitis extinctiuum, ad digestionem iuuatiuum,& appetitus incitatiuum. Et sic etiam confert debilitati renum,& ipsorum doloribus pungitiuis. Et dosis ipsius est usque ad.ʒ.iiii.cum diuersis aquis distillatis,
F & secundum exigentiam dispositionis pro qua exhibetur obseruata regula de modo,tempore,& hora assumptionis, dicta superius in uno notabili,capitulo de electario de aromatibus quod scripsit Gal.quod fuit primum positum in pręsenti antidotario,quod non solum in hoc,sed in omni electario non solutiuo quod assumitur est obseruãdum,& ideo præ omnibus memoriæ commendandum. huius autem descriptio est.℞.foliorum rosarum rubearum.ʒ.xxx. dictũ est in declaratione diamusci.Trochiscorum diarodõ.ʒ.iiii. trochiscorum de spodio.ʒ.iiii,ponuntur inferius octaua distinctiõe de trochiscis.& sic ibi declarabitur.Liquiritiæ.ʒ. iiii. radix est satis nota cum dulcedine multa. colligitur & conseruatur,& satis in complexione ad æqualitatem tendit, licet sit aliqualis caliditatis,propter eius dulcedinem, quæ in ipsa dominatur cum leui humiditate caryophyllorum.ʒ.iii. dictũ est in diamusco:galliæ muscatæ.ʒ.iii.dictum est in diamusco.Spodii.ʒ.ii. est spica seu radix cuiusdam plantæ habens similitudinem cum radicibus paruis cannæ,est frigidæ & siccæ complexionis in secundo gradu, licet frigiditas superet
G siccitatem.Croci.ʒ.ii.dictum est in diamusco. Masticis.ʒ.ii.gummi est cuiusdam arboris calidæ complexionis, & siccæ in secundo gradu,siccitas tamen superat eius caliditatem.Ligni aloes.ʒ.ii.dictum est in diamusco. Trium sandalorum,scilicet alborum,rubeorum,& citrinorum,ana.ʒ. iii.dictum est de eis in diasatyrion.Assara baccara. ʒ.i. herba est nota sub dicto nomine baccara in partibus nostris, & est calidę complexionis & siccæ in secundo gradu, licet siccitas superet eius caliditatem.Spicæ indæ.i.nardi.ʒ.i.dictũ est in diamusco.Macis.ʒ.i.dictum est in diamusco.Cardamomi.ʒ.i. duæ sunt eius species maius & minus, quod uocatur heyl,& sunt semina diuersarum plantarum, & utrunque est calidæ & siccæ complexionis uersus tertium gradum.Est tamen maius cardamomũ delectabilius, & utilius in usu quã cardamomum minus. Portulacæ supple seminis.ʒ.i. Lactucæ sunt duæ species,scilicet domestica & siluestris.Et hic intenditur de semine domesticæ,quod est frigidę complexionis & humidæ in primo gradu.Scariolæ supple seminis.ʒ.i. & est lactuca siluestris & licet eius semen sit frigidum uer-
H sus primũ gradum,tñ in se habet aliquã siccitatẽ.Seminis citruli. ʒ.i. Istud semen est frigidum & humidum in primo gradu habens in se superficie sui aliquas leues partes nitrosas,& ideo non absoluitur à uirtute solutiua, & urinæ prouocatiua. Melonum, scilicet seminis. ʒ.i. Istud semen est consimile in uirtute & operatione cum semine citrulli, sed est semen minus frigidum & humidum quàm illud.Cucumeris.ʒ.i.In omnibus est conforme & in complexione cum semine citrulli,licet aliquantulum sit frigidius & humidius illo. Albarum margaritarum dictum est in diamusco, quia sunt meliores citrinis. Alphelengemisc.i.ozymi. basiliconis, caryophyllari. ʒ. i. habentis flores nigros, licet aliter exponant,quòd est species cinnamomi uel grana citri. sed non est ita,de ipso dictum est in diamusco. Rasuræ eboris. drach.i.& est frigidæ complexionis uersus primum gradum siccæ plusquam in primo. habet autem à proprietate multum cor confortare iuuat secundum omnem modum admini-

Tragacanthi. Gummi arabi. Caphoræ. Liq. Spo. Mast. Asar. Cardamomum. Lact. spẽs duæ.

strationis eius mulieres, quæ cum difficultate imprægnantur. Tragacãthi liquor est qui emanat à radice cuiusdam arboris, quando scinditur in tempore calido in ultra marinis partibus nascens,condensatur autem caliditate aeris & solis,& ideo similitudinem habet cum gummis aliis, & est frigidæ complexionis ultra primum gradum humidæ ultra primum. Gummi arabici.ʒ.i. quod nos uulgariter uocamus lonchico magna quantitas eius reperitur in partibus Arabiæ.ideo dicitur gummi arabicum, & est remissæ frigiditatis tendens ad primum gradum siccitatis. Camphoræ.ʒ.i.&.s.gummi ex arboris,quod colligitur in extremis Indiæ.sublimatur tamen & dealbatur,& est frigidæ cõplexionis,& siccæ in tertio gradu licet frigiditas eius superet siccitatem eius.Musci.ʒ.i.sextam partem dictum est in diamusco.Confice cum syrupo idest iuleb rosato & aqua rosata,& de rosis iam dictum est in diamusco,ac etiam de zuccharo,ex quibus iuleb rosatum conficitur.

Vlterius aduertendum,quòd isto electario multum utebatur Thomas de Garbo in corporibus conualescentium ab ægritudinibus calidis, & maxime à tertianis nothis, in
B quibus remanserat aliqua complexio mala calida in nutritiuis membris,cum ipsorum debilitate & oppilatione maxime in hepate, & renibus, & cum quærebat alterationem maiorem ad frigidum,ipsum de nouo construi faciebat minuendo de aromatibus calidis,quæ ingrediuntur compositionem ipsius,& tunc ipsum uocabat diarodon sine aromatibus. Tenebat enim aromatarius suus aromata cuiuslibet electarii,quod penes eum erat in usu, unde omni hora poterat,& subito omne electarium conficere. Quando autem sine aromatibus illo modo conficitur tunc similitudinẽ habet cum electario de triasandalis, & satis conuenit cum operationibus illius.

MANARDVS, In diarhodon descriptione communi.

Hæc non paratur,sed alia cum Abbatis cognomine, quã Nicolaus describit. TROCHISC.) Hos inuenies inferius. Spodii.) De hoc scribam inferius, atq; pariter de Berberis. SCARIOLA.) Species est(ut puto)sonchi minus spinosa.Per citrullum ego intelligo cucumeris speciem,quæ co
C lore,& forma circum æmulatur.

SYL. *Elect.aromaticum rosatum,cor,uentriculum roborat, appetentiam excitat,coctionem iuuat,nauseam, & uomitum sedat,uiscerum humiditatem excrementosam absumit,accipit autem rosarum rubrarum drachm.i.& dimidiam ligni aloes,macis, galangæ, caryophyll. zingiberis trochischorum diarbodon,nucis moschatæ, galliæ moschatæ,ana drach.ij.& dimidiam,glycyrrhizæ rasæ unc.unam cinnamomi drach.iij.cardamomi,spicæ nardi,ana drach.i. syrupi rosati,& syru.corticum citri quantum sufficit.Sunt qui aromatizant moschi scrip.dimid.Datur à drach. iij.ad drach.quinque.*

SYLVII ANNOTATIO.

In usu non est, licet intemperaturas frigidas efficacius sanat,quam quod sequitur usu frequentissimum.

ANT. ARomaticum rosatum,stomachum & cor confortat.Humiditatem uiscerum exiccat, appetitum excitat,& digestionem confortat.Vomitũ
D & nauseam sedat.Cuius permixtio hæc est.Accipe foliorum rosarum rubearum † drac.i.&.s.ligni aloes macis, caryophyllorum trochiscorum diarhodon galliæ moscatæ,ana † drac.ii.&.s.& liquiritiæ mundatæ drach. viii.cinnamomi subtilis & electi drac.iii.galangæ:zingi.nucis moscatæ,ana † drac.ii.&.s.heyl.spicę,ana drac. i.syrupi rosati,syrupi corticum citri. q.s. Dosis eius est à drach.iii.usq; ad.v.Et sunt qui aromatizant illud cũ drach.unius sexta musci.

† unc.i.s. † drac.i.s. † drac.i.s.

Istud est duodecimum conditum, quod ponitur in præsenti antidotario cuius descriptio non est in usu,nec ipsum præparatum reperitur,ideo non aliter uado ad declarationem illius,sed transeo ad illud,quod generaliter est in usu posset tamen si quis uellet ipso magistraliter uti,& eius uir-
A tus,& operatio est quasi similis cum illo, quod immediate sequitur.

MANARDVS, In aromaticum rosatum.

In mala temperatura frigida magis hoc mihi probatur, quàm sequens: non tñ in cõi usu est, sicut id quod sequitur.

SYL. *Electarium rosatum Gabrielis,cerebrum, cor uentriculum,atque adeo totum uentrem inferiorem roborat, appetentiam excitat,coctionem iuuat uentriculi humiditatem excrementosam,& ab ea putredinem omnem corrigit, ob hæc reualescentibus,& imbecillis mire subuenit:accipit uero rosarum rubrarum drach.quindecim,glycyrrhizæ rasæ drach. septem: ligni aloes, santalorum citreorum, ana drach.iij.cinnamomi drac. v.macis caryophyllorum, ana drac.ii.& semissem,gummi arabici,tragacanthi, an.drac. duas & scriptula duo,nucis moscha.cardamomi, galangæ, ana drach.unam:spicæ nardi drac.ij.ambræ scriptula duo moschi scrip.i.syrupi rosati, & syrupi corticum citri quã-*
B *tum sufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Omnes nutritorias partes,cor,cerebrum roborat,uẽtriculi totius & stomachi imbecillitatem ab humidite multa, & ab ea putredinem corrigit,appetentiam excitat,coctionem iuuat,conualescentibus & debilibus mire subuenit. Idem prope pollent apud eundem Mesuem descripta,aromaticum minus,stomachicum rosatum, aromaticum moscatum,aromaticum caryophyllatum,aromaticum nardinũ & aromaticum Galeno à Mesue adscriptum.In usu est frequentissimo,parum calet aere calido, & temperatura calida,tutius est prædicto,sed fere cum saccharo in aqua rosarum soluto,forma solida coquitur,sicq; magis calet, ac siccat:delectat tamen,ac iuuat.Melle autem exceptum terget quidem magis,sed etiam fit calidius.

ANT. ARomaticum rosatum descriptione Gabrielis, ualet contra stomachi defectionem, & omnia nutritionis membra confortat,& est contra sto-
C machi humiditatem & mollificationem medicamen expertum,& omnem putrefactionem in eo corrigit. Cerebrum & cor confortat,appetitum excitat, digestionem procurat, conualescentibus & debilibus mire subuenit.Cuius permixtio hæc est. Accipe foliorũ rosarum.ʒ.xv.liquiritiæ rasæ mũdatæ.ʒ.vii. ligni aloes boni sandalorum machazari,ana.ʒ.iii. cinnamomi boni & electi. ʒ.v. macis,caryophyllorum ana.ʒ. ii. et. s. gummi arabici,tragacanthi an.ʒ.ii.& partes.ii.alterius drachmæ,nucis musca.cardamomi, galangæ, ana.ʒ.i. spicæ † drac.ii.musci scrup.i.ambræ scrup.ii.† syru.rosati,et syrupi corticum citri quantum sufficit. † scrup.ii.

Istud est famosum,& efficax, & præciosum electarium, quod generaliter est in usu,& ubiq; præparatum reperitur secundum istam descrip.& est tertiumdecimum hic descriptum,licet sit quintum secundum communem usum,posset etiam ad formam confectionis reduci, cum zuccharo con-
D struendo,& aqua rosata, sicut in forma electarii hic describitur ꝙ construatur cum iuleb rosato, & utroq; modo hac descriptione utimur,licet in forma electarii fortius operetur propter causas superius assignatas in diarodon prædicto,ualet principaliter istud electarium contra debilitatẽ uirtutis digestiuæ stomachi,& eius defectionem,omnia mẽbra nutritiua confortat,illa uigorando & confortando in operationibus suis.Est insuper optimum medicamen & expertum contra superfluam mollificationem stomachi, exiccando humiditates corruptas & putridas contentas in eo, & est confortatiuum uirtutum cordis, & cerebri, excitat appetitum sopitum & maxime in conualescentibus talia corpora subleuando,& ad ueram sanitatem reducendo, & est satis temperatæ complexionis, licet caliditas, & siccitas prædominentur in eo,& dosis ipsius est à.ʒ. ii. usque ad tres obseruato semper cano.& notabili superius posito in primo electario de aromatibus, de tempore & hora assum-

ptionis cuiuslibet electarii non ſolutiui, & ideo ibi eſt recurrendum. Si quis autem uellet iſtud electarium cū melle componere, & nō cum zuccharo, poſſet, & tunc eſſet maioris calefactionis & abſterſionis, ſed cum ipſo non componitur, nec habetur in uſu. Nunc tranſeo ad eius deſcriptionem, ut litera iacet. Cuius permixtio.i.compoſitio.℞. foliorum roſarum, ſupple rubearum, quia ſunt magis aromaticæ quàm albæ, & de eis dictū eſt in diamuſco. Liquiritiæ dictum eſt in diarodon. Lignum aloes dictum eſt in diamuſco. Sandali machazari.i.ſandali citrini, quia ſunt magis aromatici. & de his dictum eſt in diamuſco. Cinnamomi boni & electi, dictum eſt in diamuſco. Macis, dictum eſt in diamuſco. Caryophyllorum dictum eſt in diamuſco. Gummi arabici, dictum eſt in diarodon. Tragacanthi dictum eſt in diarodon. Nucis muſcatæ, fructus eſt cuiuſdam arboris naſcentis in India, & eſt calidæ complexionis & ſiccæ in ſecūdo gradu. Cardamomi, intelligitur de maiori, & de ipſo dictum eſt in diarodon. Galangæ dictum eſt in diarodon. Spicæ.ſ.nardi, quia magis aromatica dictum eſt in diarodon. Ambræ communiter tenetur quòd ſit ſemen, uidelicet ſperma cetæ.i.balenæ quod reperitur in mari maiori iuxta litora eius. Serapio tamen uidetur uelle quòd naſcitur in fundo maris, ut fungus in terra, & cum mare eſt in magna fortuna, aſcendit & tranſmittitur adhærens lapidibus ad prædicta litora maris, & ibi colligitur in partibus Indiæ. & utrunq; dictum poteſt bene ſatis ſaluari, & eius complexio eſt calida in ſecundo gradu. & ſicca. tamen modicum infra ipſum: Muſci dictum eſt in diamuſco, ſyrupi roſati.i.iuleb roſati, & aqua roſata loco prædicti iuleb.

(Nucis muſca.) (Ambra.)

MANARDVS, In Aromaticum Roſatum, deſcriptione Gabrielis.

Parum calidum, ideoque ſecurius in temperatura & hora calida dari poteſt, quàm præcedens. SYRVPI roſati.) Paratur & abſque his ſolidiora forma, cum ſolo ſaccharo, ſimulq; & delectat & iuuat.

SYL. *Electarium Roſatum minus, cor, & uentriculum roborat, & eorum flatus: & ab his inflationes diſſipat, recipit enim roſarum rubrarum drach.x. ligni aloes, ſantalorum citreorum, ana drac.ij. cinnamomi unc.dimi. maſtiches ſcriptula quatuor ambræ ſcrip.duo. moſchi ſcriptu.unum, ſyru.roſati quantum ſufficit.*

ANT. (Summa medic.eſt res.8.) AROmaticum roſatum minus, ſtomachum & cor confortans, & eorum inflationes ſedās. Et eius permixtio eſt hæc. Reci. roſarum rubrarum.ʒ.x. ligni aloes, ſandalorum machazari ana.ʒ.ii. cinnamomi electi.ʒ.iiii. maſticis.ʒ.i.& ſcrup.i. ambræ ſcrup.ii. muſci ſcrup.i. ſyrupi roſati quantum ſufficit.

Dicitur minus reſpectu præcedentis, quia pauciora ingrediuntur compoſitionem ipſius, & eſt quartumdecimum electarium, quod non eſt in uſu, nec præparatum reperitur ingrediuntur tamen in eius deſcript. ſandali machazari, ideſt ſandali citrini, & alia nota ſunt.

MANARDVS, In aromaticum Roſatum minus.

Hoc quoq; parum calidum, præcipue ſi teneamus ſandalos tales eſſe, quales ſcribuntur. Nullibi tamē ꝙ ſciā parat̄.

SYL. *Electarium Aromaticum moſchatum cerebrum, cor, uentriculum roborat, ob id confert epilepſiæ, palpitationi cordis, & ſincopæ, ſuffocationi quoque ab utero, oris odorē commendat. Recipit ligni aloes drach. vii. cinnamomi craſſi drach.x. ambræ drach.iii. moſchi ſcriptu.duo, ſyrupi roſati quantum ſufficit.*

ANT. (Summa medic.eſt res.5.) AROmaticum muſcatum, confert ſyncopi, & tremori cordis, & confortat cerebrum, & cor, & confert epilepſiæ, & præfocationi matricis, & facit oris odorem bonum. Rec. ligni aloes.ʒ.vii.† darſeni electi.ʒ.x. ambræ crudæ.ʒ.iii. muſci boni & electi ſcrup.ii. ſyru.roſa. quantum ſufficit.

Hoc eſt quintumdecimum electarium, quod etiam non eſt in uſu, nec præparatum reperitur, & quia eius compoſitionem non ingrediuntur roſæ, ſed alia aromata, ideo uoca-

E tur ſtomatichum & non dicitur roſatum ſicut de aliis ſuperioribus dictum eſt. ingreditur ipſius compoſitionem Darſeni.i.cinnamomum craſſum, electum. alia ſunt nota.

MANARDVS, In aromaticum muſcatum.

Quo pacto conueniat præfocationi, cum eximio ſuo odore uterum ſurſum trahat, non uideo, niſi exigua admodū quantitate. DARSENI electi.) Secundum Serap. eſt cinnamomum. Sed mirum eſt ꝙ hactenus dixerit cinnamomum, nunc utatur, alio nomine. Ego potius intelligerem Aſpalathum, quem Arabes uocant Darſiſahan.

SYL. *Electarium Aromaticum caryophyllatum, cor, uentriculum, & reliquum uentrem inferiorem roborat, nauſeā, & uomitum ſedat, flatus diſsipat, putredinem humorum in uentrriculo arcet, recipit caryophyllorum drac.ſeptem, macis, zedoariæ, galangæ, ſantali citrei, trochiſcorum diarhodon, cinnamomi, ligni aloes, ſpicæ nardi, piperis longi, cardamomi, ana drach.i. roſarum unc.dimi. glycyrhizzæ, galliæ moſchatæ, ana drac.ij. folii, cubebæ ana ſcript. duo, ambræ drach.i. moſchi ſcriptu.dimid. Syr. de citro quantū ſufficit. Datur à drac.iii. ad drac.v.*

F

ANNOTATIO SYLVII.

Quibuſdam in uſu eſt, proximum uiribus aromatico Gabrielis prædicto, ſed eo calidius: utendum uerò præcipuè cocta & uacuata putrida, aut frigi ex dictis partibus materia. Quidam cum ſaccharo in aqua roſarum diſſoluto electarium formant ſolidius.

ANT. (Sūma medi.eſt res.) AROmaticum caryophyllatum, ſtomachum, & cor cōfortat. Nauſeam et uomitum ſedat, et ualet contra putrefactionē in partibus ſtomachi. Membra uero nutritionis calefacit, et uentoſitates diſſoluit et carminat, cuius hæc eſt permixtio. Rec. caryophyllorum.ʒ.vii. macis, zedoariæ, galangæ, ſantāli, machazari, trochiſcorum diarodon, cinnamo. ligni aloes, ſpicæ indæ, piperis longi, heyl ana.ʒ.i. roſarum.ʒ.iiii. liquiritiæ, galliæ muſcatæ ana.ʒ.ii. folii cubebæ ana partes.iii.ʒ.i. ſyrupi citrini quantum ſufficit, ambræ.ʒ.i. muſci ſcrup.ſ. Doſis eſt à.ʒ.iii. uſq; ad.v.

G

Hoc electarium quod eſt ſextumdecimum deſcriptum in præſenti antidotario, generaliter eſt in uſu, & præparatum reperitur, ſatis conformatum reperitur in operationibus & uirtute cum aromatico roſato deſcriptione Gabrielis ſuperius poſito, ſed eſt calidius illo, propter caryophyllos multos qui ingrediuntur compoſitionem ipſius à quo ſic denominatur, & etiā propter plura alia calida quæ ponuntur in ipſo. ideo plus confert frigiditas paſsionibus ſtomachi, cordis, & cerebri, deſiccando materias putridas, & etiam catarrhales, malam complexionem frigidam remouendo à membris prædictis, & alia plura iuuamenta habet quæ ponuntur in litera.

Vſus tamen ipſius eſt magis poſt digeſtionem humorum conueniens & præcipue frigidorum, & ipſorum euacuationem à dictis membris quanto plus eſt poſsibile. Et doſis ipſius eſt à.ʒ.ii. uſque ad.iiii. obſeruata tamen regula de tempore & modo aſſumptionis cuiuſlibet electarii non ſolutiui ſuperius poſita in uno notabili de electario, de aromatibus quod ſcripſit Gal.

H

Huius electarii deſcriptio talis eſt. ℞. caryophyllorum dictum eſt in diamuſco. Zedoariæ, dictum eſt in diamuſco. Galangæ dictum eſt in diagalanga. Sandali machazari ideſt citrini, dictum eſt de ſandalis in prima deſcriptione de diaſatyrion. Trochiſcorum diarodon, de eis dictum eſt, uel dicetur inferius in octaua deſcriptione diſtinctione de trochiſcis, qui noti ſunt, & multum habentur in uſu. Cinnamomi, dictum eſt in diamuſco. Cubebæ, ſemen eſt cuiuſdam plantæ quod portatur de partibus ultramarinis habens ſimilitudinem cum pipere albo, calidæ complexionis, & ſiccæ in ore retentum. Syrupi citrini quantum ſufficit ad compoſitionem ipſius electarii.i.iuleb roſati quod ſolum conficitur ex zuccharo & aqua roſata, & de roſis, dictum eſt in diarodon. De zuccharo autem dictum eſt in prima deſcri-

(Cubeb)

ptione

ptione ſatyrion, ſed loco prædicti iuleb. Iſtud electuariū cōficitur cum zuccharo & aqua roſata deſcriptione Gabrielis. Muſci dictum eſt in diamuſco.

MANARDVS, in Aromaticum Garyophyllatum.

Difficile eſt hoc præparare, quia caremus folio: elegans tamen eſſet, ſi bene pararetur.

SYL. *Electarium Aromaticum Nardinum, cor, ventriculū, hepar, renes, & cætera viſcera roborat, & veſicam, coctionem iuuat, ob id oris, et ſudoris odorem commendat, flatus diſſipat. tamen veneris appetitum excitat, reſpirationem facit liberiorem. Recipit autem ſpicæ nardi drach. ij. roſarum rubrarum vnciam dimidiam, cubebæ, ligni aloes, macis, caryophyllorum, cinnamomi, folij indi, aniſi, corticum citri, trochiſcorum diarhodon, & galliæ Sebellinæ ana ſcriptula quatuor, ſtrobylorum, amygdalarum excorticatorū ana.ʒ.v. gummi Arabici, tragacanthi an.ʒ.ij. moſchi ſcriptu.dimidium, ſyrupi roſati.q.ſ.*

ANT. AROmaticum Nardinum, ſtomachum & hepar & uiſcera confortat, & renes, & ueſicam. Et addit deſiderium coeundi. Oris & ſudoris odorē bonum facit, & confortat anhelitum, & facit digeſtionem cibi & reſoluit uentoſitates, cuius permixtio hęc eſt. Accipe ſpicæ indæ.ʒ.ii. roſarum.ʒ.iiii. liquiritiæ.ʒ.ii.&.ſ.† galliæ ſebelliæ, cubebæ, ligni aloes, macis, caryophyllo. cinnamomi, folii indi, aniſi, corticum citri, trochiſcorum diarhodon ana.ʒ.i.&.iii. alterius, pinearum purgatarum, amygdalarum purgatarum à corticibus ſuis ana drach. v. gūmi Arabici tragacanthi an. drach.ii. muſci ſcru.ſ. confice cum ſyrupo roſato quātum ſufficit. B

(Sūma medicinarū eſt.xx. res)

Aromaticum nardinum.i.de ſpica nardi. Iſtud eſt electarium decimum ſeptimū non eſt tamē in uſu, nec præparatū reperit̄, ideo non aliter ipſum declarabo gratia breuitatis.

Additio.

Galliæ ſebelliæ eſt quædam confectio poſita inferius in diſtinctione trochiſcorum. C

MANARDVS, in Aromaticum Nardinum.

Hoc quoq; uidetur non bene poſſe parari. GALLIAE ſebellinæ.) Quare hanc inferius.

SYL. *Elect. Diacyminon, uentriculum, & viſcera reliqua calefacit, coctionem iuuat, flatus in dictis uiſceribus natos diſſipat. recipit autem cymini pridie in aceto macerati & ſiccati drach.x. zingiberis, cinnamomi ana vnc.dimidiam, caryophyllorum, ligni aloes, macis ana drach.ij. & dimid. galangæ, piperis lōgi, cardamomi ana drach. ii. moſchi ſcrip. dimid. mellis deſpumati.q.ſ.*

SYLVII ANNOTATIO.

Diacyminon Nicolai minoris conſtat, & uſu frequens eſt, præſertim cum ſaccharo forma ſolida, quia gratius quā cum melle forma molli, licet inefficacius. Vtrunq; flatus à pituita craſſa aut frigiditate natos diſsipat, ob id colicos leuat, & ſingultum præfocantem ex plenitudine, præſertim flatuum craſſorū, ructū acidum emendat, obſtructa liberat. D

ANT. DIaciminum bonum ualet contra ſtomachi & uiſcerum uentoſitatem, digeſtionem procurat ſtomachum & uiſcera calefacit. Recipe cimini pridie in aceto infuſi & exiccati. drac.x. zingiberis cinamomi ana.ʒ.iiii. caryophyllorum, ligni aloes, macis an.ʒ.ii.&.ſ. galangæ, piperis longi, cardamomi ana.ʒ.ii. muſchi ſcru.ſ. mellis deſpumati, quantum ſufficit.

(Sūma medi.ē xi.res)

Iſtud electarium ſecundum iſtam deſcriptionem nō eſt in uſu, nec præparatum reperitur, ſed generaliter præparatur, & fit ſecundum deſcriptionem Nicolai poſitam in ſuo antidotario quam ibi ad plenum declarabo. Communis autē uſus diacimini eſt in forma ſolidæ confectionis propter minorem diſplicētiam, & tunc cum zuccharo præparatur, ſed non eſt tantæ efficaciæ & uirtutis, quantæ eſt quando cum melle conficitur, ſicut ponitur hic, ac etiam à Nicolao

A ut ibi patebit in eius deſcriptione, & dicitur diaciminum à cimino quod ingreditur compoſitionem ipſius.

Additio.

Diaciminum dicitur à cimino quod plus recipit quàm de aliis diuerſæ reperiuntur deſcrip. apud diuerſos auctores. nam Aui. quinto can. plures habet deſcrip. quæ nō ſunt eædem cum iſta, Similiter Serapio in proprio antidotario duas habet deſcrip. quæ etiam ab iſta differunt. Item Raſis nono ad Almanſorem cap. de his quæ confortāt ſtomachū; habet unam deſcrip. diacimini quæ etiam ab iſta differt, ipſe etiam Meſ. inferius habet unā aliam deſcrip. de qua infra dicetur. Iſtud electarium ſecundum præſentem deſcrip. raro habetur in uſu, ſed ut plurimum diſpenſatur ſecundum deſcrip. Nicolai quam deſcribit in proprio antidotario.

MANARDVS, in Diacyminum bonum.

Satis inflationi mederetur, ſed pauperes tanti non faciunt inflationis redemptionem, præſertim cum aliud minoris emere poſsint, quòd ex Nicolao parant: ſed & aliud quod ipſe Meſue inferius ſcribit.

B *Electarium Dianiſon, intemperiem frigidam ventriculi à pituita cruda, uel etiam flatibus ſanat, & tuſsim diuturnam à frigida cauſa genitam, recipit aniſi drac.uiginti, glycyrhizæ, maſtiches ana unc.i. fœniculi, cari, macis, galangæ, zingiberis, cinnamomi ana. drach.v. trium piperum, calaminthes, pyrethri, caſiæ ana drac.ii. cardamomi, caryophyllorum, cubebarum, croci, ſpicæ nardi ana drach.i. et dimidiam, ſacchari unc.ii. mellis deſpumati.q.ſ.* SYL.

DIaniſum ualet craſſæ uentoſitati ſtomachi, & frigiditati, & abundantię phlegmatis crudi in ipſo & tuſsi diuturnæ. Accipe aniſi.ʒ.xx. liquiritiæ, maſticis ana.ʒ.viii.† carui, macis, galangæ, ziugibe. fœniculi, cinamo. ana.ʒ.v. trium piperum, calamenti, pyrethri, caſiæ ana.ʒ.ii. heyl, caryophyllorum, cubebæ, croci, ſpicæ an.ʒ.i.ſ. zucchari. unc.ii. mellis deſpumati, quantum ſufficit. ANT.

(Sūma medi.ē. xxij. res.)

C Hoc electarium non eſt in uſu, nec præparatū reperitur. habet tamen uirtutē ſimilē diacimino, ſed eſt calidius illo.

Additio.

Dianiſum ab aniſo dicitur, eo ꝙ plus de eo intrat cōpoſitionem, quod ſæpe apud multos habetur in uſu, quia ualde confert ad craſſas uentoſitates ſtomachi.

MANARDVS, De Dianiſon.

Hoc non minus utile ſt quàm præcedēs, & minoris emitur. CARVI.) Caros uocatur à Dioſcoride.

Electarium Diambra, cerebrum, cor, uentriculum, ac uentrem reliquum inferiorem calfacit, & roborat, exhilalarat, coctionē iuuat, affectibus uterinis, & omnibus aliis frigidis prodeſt, ſenibus ob id ac mulieribus ſalubre. recipit uero cinnamomi, doronici, caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, folii, galangæ ana drach.iii. ſpicæ nardi, cardamomi vtriuſque ana drach.i. zingiberis drach.i. & dimidiam, ſantali citrei, ligni aloes, piperis longi ana drach.ii. ambræ aureum vnum: moſchi drachmam dimidiam, excipitur ſyrupo roſato, & aqua roſarum, datur aureis tribus aut quatuor. SYL. D

SYLVII ANNOTATIO.

Vel cum ſacchari libra una in aqua roſarum ſoluta, & pulueris ℥.i. fiat electarium ſolidum uel ſiccum, ut ferè fit. Forma etiam ſolida cum ſaccharo in aqua roſarum ſoluto paratur, precioſum eſt, ac efficaciſsimum: ſpiritus & multos, & puros efficit: calorem natiuum ſenibus auget: mulieres ob intemperiem frigidam humidam, ſteriles reddit fœcūdas.

DIambra eſt medicina ſublimis cerebrum & cor confortans, & ſtomachum, & omnia membra, digeſtionem procurat, & utentē eo lætificat, et membra nutritionis calefacit. Senibus quoque conuenit & frigidis, nam & mulieribus & ægritudinibus matricum. Cuius hæc eſt permixtio. Recip. cinnamomi, ANT.

doronigi,

doronigi,caryophyllorum,macis,nucis muſcatę, foli galangæ ana.ʒ.iii.ſpicę,cardamomi maioris et minoris ana.ʒ.i.zingiberis.ʒ.i.et.s.ſandali citrini, ligni aloes,piperis longi ana.ʒ.ii.ambræ aur.i.muſci ʒ.s.confice cum ſyrupo roſato, et aqua roſata. Doſis eius eſt drach.iij.

Sũma medicinarũ ſunt.xviii.

Iſtud eſt electarium precioſum & ſublime, quod generaliter eſt in uſu, & ubiq; præparatum reperitur.Et licet conficiatur cum iuleb.roſa. uel cum zuccharo,tamẽ ſemper reducitur ad formam electarij, licet etiam confici poſſet in forma confectionis, & ipſum eſt ſumme confortans uirtutes cordis,cerebri & ſtomachi, ſpiritus clarificando, & illos multiplicando,& malas complexiones frigidas ab ipſis remouendo,triſtes & mente captos ſumme lętificat, digeſtionem confortat & procurat, calidum naturale in ſenibus uiuificando auget, & confert mulieribus ſuperflue frigidis & humidis.iuuat etiam ad impręgnãdum.Et eius doſis eſt à.ʒ.iij.ad.ʒ.iiii. de mane ieiuno ſtomacho & uacuo, cum aliis conditionibus obſeruandis dictis ſuperius in notabili de electario de aromatibus.poſſet etiam aſſumi de ſero, tamen conditionibus obſeruatis prædictis in notabili prædicto.cuius hæc eſt permixtio.℞. Cinnamomi,dictũ eſt in diamuſco,Doronigi,dictũ eſt in diamuſco,Caryophyllorũ dictũ eſt in diamuſco. Macis dictũ eſt in diamuſco.Galãgæ.dictũ eſt in diagalanga.Spicę.dictũ eſt diamuſco.Cardamomi maioris & minoris,dictũ eſt ĩ diarhodõ,Zingiber. dictum eſt in diamuſco. Sandali citrini. dictũ eſt in diamuſco,Ligni aloes.dictum eſt in diamuſco. Piperis longi. dictum eſt in diamuſco,Ambræ.dictum eſt in aromatico roſato.Muſci.dictum eſt in diamuſco. Confice cum ſyrupo roſato,id eſt iuleb roſato & aqua roſata.Componimus tamen quandoq; cum zuccharo & aqua roſata, & in idem redit ſi fiat cum zuccharo bono & electo, & de roſis dictum eſt in diamuſco.De zuccharo autem, dictum eſt in prima deſcriptione diaſatyrion.

Additio.

Diambra dicitur ab ambra ingrediente in bona quantitate,præſens electarium eſt multum in uſu ſecundum præſentem deſcrip.Meſ.multæ deſcrip.apud diuerſos reperiuntur auctores.nam Auic.in v.cano.habet unam deſcrip. quo electario ſecundum ipſum fuerunt uſi Reges gręciæ, quod tamen non fit ſecundum eum.item Serapio in ſuo antidotario habet duas deſcriptio. diambræ differentes ab iſta Meſuæ,quæ etiam non præparantur.

MANARDVS, De Diambra.

Præclara eſt hæc cõpoſitio, ſi bene præparetur, ſed precioſa,ego ea ſæpe utor prę ſertim in mulieribus & ſenibus.

SYL. *Electarium de Cinnamomo coctionem iuuat, etiam pituitæ putredinem prohibet,diſtributionem alimẽti in corpus promouet,recipit cinnamomi ſubtilis drach. x.v. cinnamomi craſſi,cymini, enulæ campanæ ana vnciam dimidiam,galangæ drac.vij.caryophyllorum,piperis longi, cardamomi vtriuſq;, zingiberis,macis,nucis moſchatæ, ligni aloes ana drach.iij.croci drach.i.ſacchari vnc.v. mellis deſpumati.q.ſ.vel ſacchari læuiſſime triti duplo ad pulueres tenuiſſimos pondere excipiunt, & ſiccum ſeruant. Quidã moſchi ſcrip. duo miſcent puluerando, vt cerebrũ & cor magis roboret.Datur à drach.i.ad drach.ij.*

ANNOTATIO SYLVII.

Electarium de cinnamomo dulcem pituitam in uentriculo,& primis uenis coquens,& appetentiam excitans eſt inuſitatum.Dignum tamen in uſu recipi,præſertim ſi puluere illo ſaccharato eſcæ ſpecierum uocatarũ loco cõdiãtur.

ANT. CОnfectio de Cinnamomo, quæ eſt medicina ſana et experta ad humoroſitatem ſtomachi, et putrefactionem in eo,phlegma digerit, et digeſtionem attrahit.Cuius permixtio hæc eſt.Rec.cinnamomi ſubtilis et electi drac.xv.† darſeni, cimini, † enulæ ana.ʒ.iiii.galangæ.ʒ.vii.caryophyllorum. piperis longi.cardamomi.zingiberis,heyl. macis, nucis muſcha-

E tæ,ligni aloes.ana.ʒ.iii.croci.ʒ.i.zucchari tabarzet. vnc.v.Confice cum melle deſpumato. † Et quandoq; ponitur in eo duplum ponderis medicinarum de zucchato puluerizato ſine melle, et accipit ſicut ſuffuf.Et alij addunt in eo muſci.ʒ.i.partes duas,et puluerizatur cum eo.Doſis eius eſt à ʒ.i.uſq; ad.ii.

Al. Sũma di.eſt. res.

Licet iſtud electarium non ſit in uſu, nec præparatum reperiatur, tamen quia eius deſcriptio eſt multum magiſtralis,& Gentilis ponit eius uirtutes illarum uerificando, dicitur confectio, id eſt compoſitio de cinnamomo propter cinnamomum quod principaliter compoſitionem ipſius ingreditur,ualet principaliter, ac etiam eſt medicina ſana & experta ad omnem debilitatem ſtomachi, conſumit & remouet omnem limoſitatem & putrefactionem contentam in eo.phlegma digerit,digeſtiuam confortat,& appetitum attrahit.doſis eius eſt uſq; ad.ʒ.ii. obſeruata tamen ſemper regula de modo, & tempore aſſumptionis ipſius poſita & declarata in electario de aromatibus ſecundum deſcriptio F nem ipſius Gal.& poteſt conſtrui cum ſolo zuccharo,& ſic poſſet ad formam ſolidæ confectionis reduci,ſed efficacius & melius operatur ſi ad formam electarii reducatur, quia compoſitionem ipſius ingreditur mel & plura aromata in pondere poni poſſunt quæ in confectione commode non ponuntur,cuius hæc eſt permixtio uel compoſitio.℞.cinnamomi ſubtilis & electi.dictum eſt in diamuſco.Darſeni dictum eſt in diamuſco.Cimini. eſt quoddam ſemen ſatis notum calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu. Enulæ utimur ſolum radice ipſius,eſt acuti ſaporis, & eſt calidæ complexionis & humidæ in ſecundo gradu. Caryophyllorum dictum eſt in diamuſco. Piperis longi dictum eſt in diamuſco.Cardamomi.dictum eſt in diamuſco. Zingiberis dictum eſt in diamuſco. Heyl. communiter exponitur ꝙ eſt ſpecies cardamomi, & dictum eſt in diamuſco. Sed hic exponitur pro quibuſdam granis quæ uocantur melligethe,alias grana paradiſi quæ ſunt calidę & ſiccæ complexionis in tertio gradu, portantur de partibus Indiæ, & ſunt nota aromatariis.Macis.dictum eſt in diamuſco.Nucis muſcatæ.dictum eſt in aromatico roſato. G Ligni aloes dictum eſt in diamuſco.Zucchari tabarzet,id eſt albi,dictum eſt in prima deſcrip.diaſatyrion. Confice cum melle deſpumato. dictum eſt in diamuſco, & quandoque ponitur in eo duplũ põderis medicinarum dictarum,ſuperius dicitur zuccharo puluerizato ſicut ſuffuf, id eſt ſicut puluis ſubtiliſsimus, & quidam addunt in eo muſci.& de ipſo dictum eſt in diamuſco.& hoc faciunt ad confortationem cerebri & cordis.

Heyl. ſit.

Additio.

Auicen.quinto can.habet unam aliam deſcrip. electarii de cinamomo,quæ non eſt eadem cum iſta.

MANRDVS, in Confectione de Cinnamomo.

DARSENI.) Ecce ꝙ darſenum non eſt cinnamomum, ideo expone ut ſupra. ENVLAE.) Id eſt,helenii,accipiendæ radices ut Dioſcorides docet, exiccatæ. ET quandoque.) Si hoc modo cum ſaccharo miſceatur,erit multi uſus ad eſcas condiendas,ſpecierum uocatarum loco.

SYL. *Electarium de Baccis myrti,ventriculum & hepar firmat,eorumq; coctionem iuuat, ob id lienteriæ & dyſenteriæ hepaticæ confert, recipit autem baccarum myrti tenuiſsime tritarum lib.i.myrobalanorum nigrarum,* H *bellericarum,emblicarum in aqua cydoniorum, & vino odorifero ſemel ferueſactarum ana drach.vii. ſeminum aniſi, cymini,apii aceto horis vigintiquatuor maceratorum, & ſiccatorum ana drach.v. Additur id totum electario de aromatibus,excipitur miua aromatizata. Datur cum ſyrupo decoctionis cydoniorum.*

ANT. ELectarium de Granis myrti confortans ſtomachum et hepar,et conferens ſolutioni et lubricitati uiſcerum propter malitiam digeſtionis. Et modus eius eſt ut in confectione de aromatibus adiungatur granorum myrti tritorum ſicut alcohol drach. centum myrobalanorum nigrorum, belliricorum, et emblico

emblicorum,ſuper quos iam præterijt ebullitio vna in aqua citoniorum et vino odorifero ana. ʒ. vii. carui, aniſi,cimini,ſeminis apii, infuſorum in aceto vini die ac nocte et exiccatorum ana et caſtorei drach.v.Cõfice cum miua aromatizata,et da cum ſyrupo decoctionis de citonijs.

Iſtud electarium non eſt in uſu nec prȩparatũ reperitur.

Additio.

Iſtud electarium de granis. i. de ſeminibus myrti etiam deſcribitur et perfectius à Serapione in proprio antidotario.

MANARDVS, in Electarium de granis myrti.

Vtile quidem eſſet,non tamen in uſu eſt.

SYL. *Electarium Diacalaminthe Galeni,humores craſſos & lentos tenuat,flatus etiam craſſos diſſipat, ſingultum inde natum vehementem ſoluit, coctionem et alimenti in hepar & corpus reliquum diſtributionem peculiariter iuuat,affectus partium ventris inferioris frigidos ſanat, & rigores febrium,ſpinæ illita, vrinas & menſes mouet.Recipit autẽ calaminthes fluuialis & montanæ, ſeſeleos, petroſelini, liguſtici ana drach.vi.zingiberis drach.iii.ſeminis apii, ſummitatum thymi ana drach.ii. piperis nigri vnc.i. & dimidiam,melle deſpumato excipe,da ad drachmam vnam.*

SILVII ANNOTATIO.

Hoc etiam Auicenna. 5. canones ex Gal. ſumptum deſcribit,idem cum Meſue,niſi ꝙ pro thymo miſcet xylobalſamum,ſed uterq; à Galeni diacalaminthe receſsit non modo pondere,ſed etiam ꝙ hic pro pulegio,calaminthem fluuialem communi Arabum errore ſcribit, & zingiber addit,cætera Galeno cõſentit, uſui eſt interdũ Italis. Quod uero Nicolaus deſcribit,hodie magis eſt in uſu.

Li.4.ſani. tuen.

ANT. DIacalamentum deſcriptione Gal. conferens ad ægritudines frigidas membrorum nutritionis, et ad malitiam digeſtionis et facit penetrare cibum, qui non poteſt penetrare ad hepar et ad corpus reliquum, et hęc eſt eius proprietas, et confert rigori febrium,et emplaſtratum et inunctum in ſpina. Et eſt ex maxime ſubtiliantibus humiditates craſſas et uiſcoſas,et ex reſoluentibus ventoſitates, et confert ſingultui vehementi frigido et ventoſo,cuius difficilis eſt reſolutio,et prouocat urinam et menſtrua. Rec.† calamenti fluuialis et montani, † ſeſeleos, et † petroſelini ana.ʒ.vi.zingiberis. ʒ. iii. ſeminis apii, extremitatum † alhaſce.ana.ʒ.ii.† cheiſin.ʒ.vi.† piperis.ʒ. xii. mellis deſpumati quantum ſufficit.Potio eius eſt.ʒ.i.

Sũma medi.eſt.xiii. res.

Iſtud electarium deſcriptione Gale. non ponitur ſicut Galenus ipſum deſcribebat in.4.de tuenda ſanitate, nec in uſu neque præparatum reperitur, ſed ſecundum deſcriptionem Nicolai præparatum multum habemus in uſu.

Additio.

Gal. quarto regiminis ſanitatis deſcribit iſtud diacalamentum, quamuis parum diſcordare uideatur in pondere ſimplicium ab iſto. hanc eandem deſcrip.ponit Auic. v. cano.etiam auctoritate ipſius Gal. ſecundum præſentem deſcript.raro habetur in uſu,ſed ſecundum deſcript. Nicolai. Calamentum fluuiale,id eſt mentaſtrum, calamentum mõtanum,id eſt nepita.alhaſce,id eſt thymi.Seſeleos, id eſt ſiler montanum.

MANARDVS, in Diacalamentum deſcriptione Galeni. CALAMENTI fluuialis.) Id eſt pulegij, errore communi Arabum.Galenus non ponit zingiber. SISELEOS.) Seſeli. PETROSELINVM.) Verum ad nos nõ portatur: id uero quod ſub eo nomine uulgo uenditur,imbecille ſatis eſt:ego loco ueri utor oluſatri ſemine. ALHASCE.) Id eſt, Thymi. CHEISIN.) Id eſt,Ligyſtici.PIPERIS.) Adde & longi piperis,& auge pondus,ad drachmas uidelicet uiginti quatuor.

SYL. *Electarium diatrion pepereon commune, ſtomachum & uentrem calfacit,calore ſuo coctionem iuuat,ob id ru-* A *ctus acidos curat, & compeſcit dolores ventriculi à pituita multa craſſa, cruda, recipit trium piperum ana aureos quinq;, zingiberis,thymi, aniſi ana aureos duos,ſpicæ nardi,amomi ana aureum vnum,caſiæ,aſari,enulæ,ſiccæ,ſeminis apii & ſeminis ſeſeleos,ana aureum dimidium,melle deſpumato excipe. Datur à drach.i.ad drach.ij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hæc compoſitio ponderibus & multis ſimplicibus adiectis,quam damnat Gal.à Galenica differt.In uſu eſt frequẽti quibuſdã,purgato prius corpore, calida ſicca eſt ad gradum tertium, pituitam crudam & flatus ab ea craſſos uacuat,& gigni prohibet.Electaria de cydoniis,pomis:perſicis,fructibus ad condita hinc tranſtulimus. Anti. diacalaminthe Gal.libr. quarto ſanitatis tuendæ,coctionem imbecillam iuuat, & alimenti in corpus diſtributionem, craſſa tenuat,lenta incidit & terget, ciet menſes & urinas, flatus diſsipat,rigores febrium arcet ſpinæ illitum. Recipit calaminthes Cretenſis aut ex regionibus editis pulegij Cretici, B petroſelini Macedonici, ſeſeleos Maſsilieñs ana vnc. ii. ſem.apij, cacuminum thymi Cretici uel ex regione alta & ſicca ana vnc.iiij. libyſtici vnc. xvi. piperis granis vnc. xx. octo.Quod lignoſum eſt ac durum,ex herbis abijce, & folia tenuiſsima & uirentiſsima,& in ſummis herbis nata accipe.Flores item, & cum his feſtucas herbarum minutiſsimas,omnia ſimul tundantur, cribrentur tenui cribro,ut in totum corporis habitum maxime digerantur, & citiſsime ſiccũ repone,& ſalis uice utere ĩ obſoniis, ptiſſana & aliis uice piperis,uel melle optimo curioſe deſpumato excipe. Meſues ac Nicolaus paucis mutatis uel adiectis Galenum ſequuntur ſuo diacalamento, & Actuarius, niſi quòd põdera multum immutat.Ant.dia trion pipereon, Gal lib.quarto ſanitatis tuendæ dandum eis, qui male coxerunt,ob recens uẽtris frigus, & ſuccum pituitoſum,ac cruditatem in primis uenis habentibus, recipit autẽ trion pepereon ana drac.quinquaginta,aniſi Cretici, thymi Attici, zingiberis non pertuſi ana drach.viii.Hoc eſt ſimpliciſsimũ minimumque medicamentoſum ac ex parum uariis compoſitum: ſimplicius adhuc,ſi tollas Zingiber:compoſitum magis, ſi aniſi,thymi,Zingiberis ana drach.xvi.miſceas. C Actuarius pondera mutat ſemen lini addit,melle excipit: Alterum medicamentoſius ad fluxiones à capite in pectus, recipit ammi, ſeſeli,libyſcicum,enulam,ſpicã nardi, caſiam. Qualis propemodum eſt Meſuæ deſcriptio, niſi amomum, cinnamomum,aſarum,apii ſemen reciperet, & ponderibus uariaret:melle deſpumato idem excipit.Galenus mellis nõ meminit. Eo adhuc paulo medicamentoſius eſt apud Nicolaum,ob additum melanopiper,leucopiper, macropiper, maratrum,hyſſopum,crocum,trochiſcos hedicroos,bethonicam,rutam, ut interim ponderum uarietatem omittam.

Li.4.ſani. tuen.

Diacalaminthe

Diatriõpĩpereon.

ANT. DIatrion pipereon deſcriptione communi, quod calefacit ſtomachum et vẽtrem,et remouet dolorem eius ex humiditate phlegmatica multa et cruda, et mundificat eum ab ipſis, et ualet contra acidos ructus,et digeſtionem procurat Rec. trium piperum ana aur.v.zingi.haſce.aniſi ana.aur. ii.ſpicæ † amomi.ana.aure.i.caſiæ,ſeminis apii, ſeſelos, aſſari, enulæ D ſiccæ.ana.aure.s.confice cum melle deſpumato.Doſis eius eſt à † drach.i.vſq; ad.ij.

† ameos Sũma medicinarũ ẽ xiii. res. † vnc.i.

Iſtud electarium ſecundum deſcriptionem præſentem communiter eſt in uſu,& ubiq; præparatum reperitur, eſt enim magnæ efficaciæ in calefaciendo ſtomachum, & omnia nutritiua ab eis malam complexionem frigidam quantumcunq; ſuperfluentem deficcat, & maxime humiditates putridas in ſtomacho,digeſtionem uigorat, & prohibet generationem phlegmatis crudi, & confert in mundificando uentrem,& uentoſitates diſſoluit craſſas, & ipſas prohibet generari. Immo dolorẽ in ſtomacho à phlegmate uel craſſa uentoſitate ſubito reſoluit. præmiſſa tamen uniuerſali euacuatione, ut in ægritudinibus materialibus eſt conueniẽs.& obſeruata regula de modo,hora, & tempore aſſumptionis ipſius,ut aliorum electariorum non ſoluentium,poſita

ſita ſuperius in uno notabili in electario de aromatibus ſecundum deſcriptio. Gal. & doſis eius eſt uſque ad. ʒ. ii. Eius autem complexio quæ reſultat ex componentibus ipſum eſt calida & ſicca in tertio gradu. deſcriptio autē huius eſt, ℞. trium piperum, ſcilicet albi, nigri, & longi, & de eis dictum eſt in diamuſco. Zingiberis dictū eſt in diamuſco. Haſce, id eſt thymi. herba eſt nota calidæ & ſiccæ complexionis in tertio gradu. Amomi eſt ſemen ualde minutim aromaticum, calidę & ſiccæ complexionis in tertio gradu, & portatur de partibus Indię. Caſiæ, id eſt ligneæ. ipſa eſt radix cuiuſdam plantæ odoriferæ calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu. Eſt hic notandum, quòd quando in libris auctorum caſia reperitur abſolute prolata, debet tunc talis deſcriptio medicinæ in qua ipſa ingreditur conſiderari, & ſi ſit medicina ſolutiua ſiue lenitiua, tunc debemus intelligere de caſia fiſtula quæ lenitiua eſt, & ipſam cum diligentia ſuo loco declarabo. Si autem non eſt medicina ſolutiua ſeu lenitiua, tunc debemus intelligere de caſia lignea, de qua dictum eſt ad præſens, & eſt medicina multum prouocatiua urinæ, & menſtruorum & omnium oppilationum aperitiua, & maxime hepatis. Seminis apii dictum eſt in diagalanga. Seſeleos, id eſt ſiler montanum, & accipitur ſemen eius, herba producens ipſum eſt ualde nota, & eſt calidæ & ſiccę complexionis in ſecūdo gradu. Iſta herba ſecundum communem modum adminiſtrationis eius, & ipſius uſum, multum iuuat ad impręgnandum. ſuffumgium autem factum ex illa herba uel ex ſemine ponitur conferre ad matricem, de ſiccando humiditates concurrentes in ea, oppilationes aperiendo, remouendo, & ipſam calefaciendo, per experientiam pluries uiſum eſt, quòd facit impręgnari, ſi poſtea rationalis coitus ſubſequatur. Et hic nota ut recitat. Aui. cap. de ſeſeleos, & Serapio in ſuo de ſimplicibus eodem capitulo. quòd homines & alia animalia quærentia impręgnari hanc herbam perquirunt, & ipſam comedunt, & poſt eius comeſtionem poſt uſum animalis ſibi conformis in coitu impręgnantur. Aſſari, id eſt baccari. dictum eſt in diarodō. Enulæ ſiccæ. dictum eſt in confectione de cinamomo. & dicitur ſiccæ, quia eſt maioris deſiccationis, quàm quando eſt recens. immo in recenti enula aliqua eſt humiditas tenax & uiſcoſa. confice cum melle deſpumato, & de ipſo dictum eſt in diamuſco, & ſic non niſi ad formam electarii reducitur talis compoſitio.

Additio.

Diatrionpipereō dicitur à tribus generibus piperis quæ ingrediuntur compoſitionem ipſius, hoc electarium non eſt multum in uſu. Aui. in. v. cano. habet unam deſcript. quæ uidetur quaſi eſſe eadem cum iſta. Meſ. habet haſce. Aui. uero non. Auicen. habet. x. lobaiſami. Meſues non, in reliquis concordant in ſimplicibus eius. Nonnulli tamen addunt ali qua ſimplicia, & habet talem ordinem. ℞. ſpicæ, ameos, amomi, cinamomi, & ſic addunt duo ſimplicia ſcilicet ameos & cinamomum, quæ hic non ponuntur, quia credo fuere addita ultra auctoris intentionem. Gal. iiii. de regimi. ſanita. habet unam aliam deſcriptionem, parum tamen ab hac differentem, quæ non eſt in uſu.

MANARDVS, in Diatrionpipereon.

Galenus, trium piperum. ʒ. ſo. thymi, aniſi, zingiberis dr. octo. AMOMO.) Caremus, quia ℔ pro eo uendunt, nihil habet commune cum Amomo, quod tamen non apponit Galenus, ſicuti nec reliqua quæ ſequuntur.

SYL. *Alterum electarium Diacyminum ad eadem, ſed inefficacius, accipit cymini pridie aceto macerati, & ſiccati dra. xx. zingiberis, thymi ana dra. iii. piperis, cinnamomi an. ʒ. ii. ameos dra. i. & dimid. foliorū rutæ ſiccorum nitri rubri an. unc. dimid. excipe melle deſpumato.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc affine eſt dioſpolitico Galeni, quòd coctionem iuuat, flatus diſſipat: hypochōdria trugida & inflata cruditate & flatu liberat, ſi oīa tenuiſſime trita ſint & cribrata recipit cymini Aethiopici in aceto maxime acri macerati, poſt modice frixi in uaſe fictili probe cocto. rutę modice ſiccatę piperis longi, ueri, & integri uel albi an. nitri dimidium, trita miſce: ſiccis utere, uel melli curioſe deſpumato miſce. Si uero nitri pars aliis pōdus accepit, & craſsius teritur, aluī ſubducit. Dioſpolites quaſi Iouis ciuē dicas, uocaē Paul. li. 7.

Iaciminum ualens ad dolorem ſtomachi & uentris, factum à frigiditate, aut à craſſa uētoſitate, aut ex phlegmate craſſo coadunato, & ad dolorem colicæ, & ſingultum prę focatiuum à repletione factum, aut à uētoſitate craſſa eructuationem acetoſam, uentoſitates quoque diſpergit, oppilationes aperit, & membra nutritionis calefacit. Accipe cimini carmeni pridie in aceto infuſi & exiccati ʒ. xx. zingi. alhaſce ana. ʒ. iii. piperis, cinnamomi, an. ʒ. ii. ameos. ʒ. i. & ſ. foliorum rutæ ſiccorum, † baurach rubei ana. ʒ. iiii. Confice cum melle deſpumato.

Diaciminum. deſcriptio huius electarii hic poſiti nō eſt in uſu, nec ſecundum eam præparatum reperitur. ſed deſcriptio quæ eſt in uſu eſt illa quæ ponitur à Nicolao in ſuo antidotario quam ibi ad plenū declarabimus, ut in alia deſcriptione alterius diacimini ſuperius poſita dictum eſt.

Additio.

Iſtud electarium eſt ſimile diaſpolitico quem ſcribit Ga. in. 4. de tuenda ſanitate, differt tamen in quibuſdam.

MANARDVS, in Diacyminum.

Dioſpoliticon nō ualde differt à diacymino: cōſtat enim ex pari portiōe, piperis lōgi, cymini, rutæ, nitri. BAYRACH.) Id eſt nitrum, quod nunc ad nos non adfertur, ſed loco eius habemus copiam factitii, à quo & ſalſedinem per artem remouent, ut ſit ad tormenta habilius.

Electarium De ſeminibus coctionem iuuat, obſtructiones aperit, ob hæc lienteriam ſanat, & dolores uiſcerum à flatibus excitatos placat, recipit ſeminum cymini, aniſi, fœniculi, cari, dauci, ameos, apii amomi, aceto horis uiginti quatuor maceratorum & ſiccatorum, ana dra. vi. cinnamomi, zingiberis, macropiperis, ſeſeleos, galangæ, ana drac. v. cardamomi, ſpicæ nardi, caryophyl. ana drach. iiii. libyſtici drach. iii. melle deſpumato excipiuntur, uel duplo ſaccharo adiecto puluis fit læuiſſimus.

SYLVII ANNOTATIO.

Omnia loco ſpecierum uulgo dictarum uſurpantur, ſimile uirib. diacymino, ſed calidius, obſtructaq; ualentius aperit: eſt enim efficaciſsimum, & quibuſdā in uſu. Quod à Serapione in Antidotario deſcribitur, parum ab hoc differt: plurimum autem quod Auicennas deſcribit quinto canone uti & quod Gal. & cæteri Græci uocant *διασπερμάτων*. Electariū de prunis ut cætera de fructibus, ī cōdita reiecimus.

Onfectio de ſeminibus ſedans dolores uiſcerum à uentoſitate factos. Oppilationes aderit. Lubricitatem à malitia digeſtiōis curat. Cuius permixtio hæc eſt. Rec. cimini, ſeminis fœniculi, carui, aniſi dauci, ameos, ſemis apii, amomi infuſorū die ac nocte in aceto & exiccatorum, ana. ʒ. vi. cinamomi, ʒ. v. cheiſin. ʒ. iii. cardamomi, ſpicæ, caryophyllorum ana. ʒ. iiii. zingiberis, macropiperis, ſeſeleos, galangæ an. ʒ. v. mel lis deſpumati, quantum ſufficit. Et quādoque ponitur in eo zucchari duplum pōderis omniū, & † fit ſicut ſuffuſ. & eſt ſanum & expertum.

Iſta confectio quæ ad formam electarij reducitur, uocatur de ſeminibus propter diuerſas ſpecies ſeminum quæ ingrediuntur compoſitionem illius, & confert paſsionibus quibus confert diaci. iam dictum. ſed eſt magis calefaciens, & oppilationum aperitiuum quam diaci. & quia non eſt in uſu iſtud electarium nec præparatum reperitur, ideo ad ipſum prædeclarādum non proſequor. Compoſitio tamē eius eſt ualde utilis & bona, ita quòd ſiquis uellet magiſtraliter ipſo uti, poſſet, eius utilitatis iuuamenta apparent in litera, & eius deſcriptio per ſeipſam eſt nota. nam omnia eius ſimplicia ſuperius ſunt declarata. Additio.

Secundum Matth. ſiluaticum confectio de ſeminibus, id eſt, diaſpermaton. Nicolaus florentinus lib. v. tractatu quarto cap. de complexione ſtomachi non pura in generali inquit diaſpermaton, id eſt electariū de ſeminibus quod deſcribitur in antido. Meluæ & ſic eſt &c, ſed raro in uſu habetur, aliqui tamen eo utuntur magiſtraliter. Serapio in proprio antido. habet unum electariū de ſeminibus quod tamen parum ab iſto differt, ſimiliter Auic. in. v. cano. habet confectionem ynam de ſeminibus multum differentem ab iſta.

MANARDVS, in confectione de ſeminibus.

Alia hæc eſt ab ea, quam Diaſpermaton Græci uocant. FAC ſicut ſuffuſ.) Redigenda uidelicet omnia in tenuem puluerem, quo uti poteris eo modo, quem in confectione de cinnamomo docuimus.

SYL. *Diacydonium aliud ventriculum firmat, coctionem iuuat vomitum bilioſum & pituitoſum ſiſtit, colorem corporis floridum efficit, recipit autem carnis cydoniorum in uino coctorum, & mellis deſpumati ana lib. ij. percoque igne lento, tunc adde cinnamomi, caryophyllorum, cardamomi, galangæ, ana drach. i. cinnamomi craſſi drach. iij. zingiberis, piperis longi, macis, ana drach. iiii. Si autem affectus eſt calidus, coquenda ſunt cydonia cum aceti parte tertia uel dimidia, addito interdum ſucco malorum granatorum acidorum pondere cydoniorum dimidio, interdum etiam ſucco citri quarta parte ponderis ipſorum addito. Idq; uel ſine ſpeciebus, uel cum ſpodii, oxyacchantes, roſarū rubrarum, trium ſantalorum, ſeminis oxalidis ana portione æquali, uel etiam cum aliis pro uario medicorum ſcopo. Aromatizant interdum moſcho, interdū caphura, aliquando utroq; conditurq; nunc ſaccharo, nunc melle.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc duplex diacydonium ex electariis huc iure optimo tranſtuliſſe mihi uideor, hodie ſuccum hunc coctione & ſaccharo miſto coguat, uocantq; gelatinam rem perluci dam pulcherrimam, & gratiſsimam. Idem uarie purgatorium ſit ab eodem in electariis, hoc modo.

ANT. Confectio de citonijs bona, confortans ſtomachum, & faciens digeſtionem, & retinēs fluxum ventris, & uomitum cholericum & phlegmaticum, & facit colorem uentris eſſe bonum. Accipe carnium citoniorum coctorum in uino lib. iii. mellis boni deſpumati tantundem, decoque cum facilitate, & poſtquam coctum fuerit proiice ſuper ipſum, cinnamomi, caryophyllorum, cardamomi, galangæ ana. ʒ. i. darſeni. ʒ. iij. zingiberis, piperis longi, macis, ana. ʒ. iiij. & quandoq; inuitat neceſsitas ut coquantur citonia in aceto ad cauſas calidas. Et quandoq; permiſcetur eis aceti tertia pars eorum aut media. Et quandoque permiſcetur eis ſuccus granatorum acetoſorū in medio ponderis eorum. Et quandoq; ſuccus citri in quarta parte ponderis eorum. Et quandoq; ſit ſine ſpeciebus. Et quandoq; cum ſpeciebus prædictis. Et quādoque cum puluere iſto accipe ſpodij, berberis, ſeminis acetoſæ, trium ſandalorum, roſarum rubearum partes æquales. Et quandoq; ponuntur alia ſecundum intentiones phyſicorum. Et quandoq; aromatizatur cum muſco, aut camphora, aut utroq;. Et quandoque fit cum zucchar o, & quandoq; cum melle.

Iſtud electarium non eſt in uſu, nec præparatum reperitur ſecundum præſentem deſcriptionem, licet præparetur & fiat compoſitio ſolida ſicut aromatarii faciunt, & uocatur infra diacitoniten cum aromatibus, & tunc fit in forma ſolida propter multam decoctionem ad ignem. & uſus ipſius eſt communiter circa feſtum omnium ſanctorum, & maxime à corporibus ſanis, & ut ſic non debet præparari cum additionibus, quæ fiunt in proceſſu capituli, ſed cum illis aromatibus quæ ponuntur in principio deſcriptionis, & ſic habet ſtomachum maxime confortare in omnibus uirtutibus eius, colorem corporis bonum efficit. Et iſta talis compoſitio fit cum melle. Fit etiam diacitonitē ſine aro matibus cum ſolo zuccharo & pulpa citoniorum in forma ſolidæ confectionis ut in ſequenti deſcriptione notatur, & tale maxime eſt conueniens cuilibet fluxui uentris, ut dyſenterię, diarrhiæ ſuperfluæ, & lyenteriæ, ſi ante cibum aſſumatur uſq; ad quantitatem. ʒ. iii. & quanto plus antiquatur, tanto plus confert, & ſi à pueris uel aliis propter eius duritiem & ſoliditatem maſticari non poſſet, conueniente poſſet mollificari ſiue in mortario cōteri cum uino ſim plici uel cum iuleb roſato, ut in forma electarii reducatur, & fortius operetur. Et huius compoſitio eſt. ℞. carnium, id eſt pulparum citoniorum, quia medullarum intrinſecarum ſine cortice & ſine granis, citonia poma ſic ſunt uocata frigidæ complexionis & ſiccæ in primo gradu, cum uirtute ſtiptica & odore aromatico unde aliqualis caliditas uiget in eis, maxime cum ſunt perfectè matura. Coctorum in uino, quia plus habent ſtomachum confortare licet cōmuniter decoquantur in aqua, & de uino dictū eſt in diamuſco. Aqua autem eſt elementum ſimplex frigidæ complexionis & humidæ, in qua frigiditas ſuperat humiditatē. Mellis boni deſpumati, dictū eſt in diamuſco. Cinnamomi, dictū eſt in diamuſco. Cordumeni, dictum eſt in diarhodon. Caryophyllorum dictū eſt in dianuſco. Darſeni, id eſt cinnamomi craſsi. dictum eſt in diamuſco. zingibe. in diamuſco. In hac deſcriptione non eſt ulterius procedendum in additionibus eius, & quandoque inuitat neceſsitas.

In quolibet fluxu uentris.

Additio.

Hanc confectionem de citoniis deſcribunt Auic. quinto cano. & Serapio in proprio antidota. parum tamen ab iſta differentem, quæ interdum ſine ſpeciebus fit & nonnun quam cum ſpeciebus, ſecundum intentiones diuerſas.

SYL. *Diacydonium factum cum ſucco cydoniorum appetentiam languentem excitat, uentriculum et hepar roborat, coctionem iuuat & retentionem, eam adſtringendo, recipit ſucci cydoniorum & mellis deſpumati ana lib. iii. aceti boni, puri, lib. ii. coque igni lento continenter deſpumando ad mellis craſsitudinem. Tunc inſperge piperis longi, zingiberis, cinnamomi ana unc. i. caryophyllorum ligni aloes ana unciam dimidiam, moſchi drach. i. partem tertiā. Fit interdum etiam cum aliis aromatibus, interdum ſine aromatibus, pro uaria utentium neceſsitate. Fit etiam cum ſaccharo, alii quoque aliter parant.*

ANT. Confectio de citonijs facta cum ſucco citoniorum, excitans appetitum mortuum, & confortat ſtomachum & hepar & digeſtionem, & facit ad retentionem, & ſtringit naturam. Cuius permixtio hæc eſt. Rec. ſucci citoniorum & mellis, ana lib. iii. ita quod ſit mel deſpumatum, acceti boni puri lib. ij. Decoquantur cum facilitate & continue auferatur ſpuma eius & ſæpe, & cum mellis ſpiſsitudinem habuerit pulueriz etur ſuper ipſam, pip eris longi, zingiberis, cinnamomi ana, † vnc. i. caryophyllorum, ligni aloes, ana. vnc. s. muſci. ʒ. i. tertiam. Et quandoque fit ſine ſpeciebus & quandoque cum ſpeciebus aliis, ſicut neceſsitas conducit. & quandoq; fit cum zuccharo. Et quandoq; uariatur aliis modis.

† drach. i.

Sūma medi. ſunt. xix. res.

Confectio de citoniis, id eſt compoſitio facta cum ſucco citoniorum non eſt in uſu, nec præparata reperitur ſecundum modum quem hic deſcribit.

Additio.

Hæc deſcriptio confectionis de citoniis facta cum ſucco ſimiliter ab Auic. in quinto cano. & à Serapione in proprio antido. deſcribitur & uocatur ab ipſo Serapione ibidem electarium cum aqua citoniorum, quæ raro habetur in uſu.

MANARDVS, in Confectione de Cytoniis.

Hanc nunc etiam mulierculæ parant, coroneatam uocātes. Medici uero Diacytonitem uocant.

SYL. *Diacydonium cholagogum colico dolori, & aliis partiū nutritoriarum morbis ſalubre, accipit ſucci cydoniorum* libras.

libras tres,mellis albi.lib.ij.ſcammonij unc.i.& dimidiam galliæ bonæ caryophyllorum,zingiberis,maſtiches,piperis longi,cinnamomi,nucis moſchatæ , ana drach.iij.miſce ſimul omnia.Da ab aureo uno ad tres,ſi facere uis chologogum ſimul & phlegmagogum , miſce ſcammonij drach.v. turbith drach.xij.ſi ſolum,phlegmagogum , abiecto ſcammonio,miſce turbith drac. xxv. cnici excorticati , pondus ſcammonij,ſi bilem atram uis uacuare , prædictorum loco miſce elleborum nigrum,uel epithymum. Quidam cum ſaccharo coquunt,alij quoque cum carnibus tantum,alij cum ſucco tantum,alij cum ambobus.

ANNOTATIO SYLVII.

Diacydonium huic ſimile habet Nicolaus Salernitanus in uſu frequentius,quam hoc,quod nonnulli quoq; parãt,ſine aromatibus tamen potius.Diacydoniũ præter dicta Meſuæ eſt quadruplex in ſyrupis,& conditum cydoniorũ, ſeu miua aromatica,hoc eſt,ſuccus ad mellis conſiſtentiam coctus,& multis aromatibus conditus,hoc modo.

SYL. *Conditum alterum de pomis ſalubre ad cordis, & ſtomachi imbecillitatem,coctionemque iuuandam,recipit carnium pomorum dulcium , & redolentium,intus , & foris purgatorum,& in fruſtra inciſorum libras ſex,ſacchari albi boni,libras quinque,aquæ roſatæ libras duas, ligni aloes drachmas quinque,ſantali flaui drac. tres , caryophyllorũ drach.iiij.cinnamo.drac.iiij.&.s.ambræ dra.duas, moſchi drac.unius partem tertiam.Eodem modo condiuntur poma acida & parua,& aromatica,& dulcia . Sunt præterea ex pomis ſyrupi quatuor,& ſuccus pomorum , ut cæt. ſiccatus,ut in ſyrupis dicemus .*

SYLVII ANNOTATIO.

Saccharo etiam condimus hodie ceraſa,corna, uuam oxyacanthæ,uuam ribes noſtratis,& ex his ut ex cydoniis , & fructibus aliis gelatinam,ut uocant,coquimus , ex ribes uero omnium gratiſsimam ſanis & febricitantibus.

ANT. Electarium de pomis bonum ad debilitatem cordis & ſtomachi,& confortat digeſtionem. Recipe carnium pomorum dulcium & redolentium mundatorum & inciſorum per fruſta lib. vi. zucchari albi boni lib.v.aquæ roſatæ libras duas,ligni aloes dra. v.ſandali citrini drac.iii.caryophyllorum drac.iiii.cinnamomi electi drac.iiii.&.s.ambræ drac.ii.muſci drachmam unius tertiam.Hoc etiam modo fit electarium de pomis acetoſis & electarium de pomis paruis & aromaticis & dulcibus. (Sũma medi.ẽ ix.res)

Iſtud electarium non eſt in uſu,nec reperitur præparatũ ſed magiſtraliter utendo confert debilitati cordis, & melãcholicis,& his qui triſtantur ſine cauſa manifeſta,ſed poſſet magiſtraliter præparari.

MANARDVS, in electarium de pomis.

Arabum inuentum eſt mala adeo cordi congruere,quod certe uix credo,maxime ubi hoc modo parentur , quo hic uir iubet, quid enim habent cordi congruens præter odorem ? quem certe deponunt cum à cortice ſeparantur , & multum coquuntur.

SYL. *Conditum ex perſicis uentriculi ardorem mitigando ipſum roborat,ſitim extinguit, tetrum oris halitum emendat , accipit perſicorum propemodum maturorum intus & foris purgatorum,& ſucci perſicorum aliorum ana libras tres,ſacchari albi libras duas,tere perſica in medullæ conſiſtentiam , coque cum ſyrupo , ut in condito ex cydoniis diximus.Vbi coctum erit,pulueriza ſuper ipſum ligni aloes,ſantali flaui ana drac.ij.cinnamomi,cubebæ, macis,ana drac.iiij.moſchi ſcriptulum dimidium. Et cum fit ſine aromatibus,ſalubre eſt ac expertum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vt ſitim extinguat,& aliter refrigeret,humectet , tollenda ſunt aromata.

E ANT. Electarium de perſicis confortans ſtomachum,ſitim extinguens,& ardorem ſtomachi mitigans , & oris fœtorem amputans.Accipe carnium perſicorum mediocrium inter maturitatem & acerbitatem & mundatorum à corticibus ſuis,& ſucci eorum ana libras tres,zucchari tabarzeth libras duas . Terantur perſica ut ſint ſicut medulla,& exerceas in eis decoctionẽ cum ſyrupo ſicut diximus in confectione de citoniis . Et cum coctum fuerit pulnerizetur ſuper ipſum ligni aloes drach.duas,cinnamomi,cubebæ,macis ana drac. quatuor,ſandali citrini drac.duas,muſchi drach .i. ſextam.Et quandoque fit ſine ſpeciebus , & eſt ſanum , & expertum . (Sũma dicta eſt ii.)

Non eſt in uſu,nec præparatum reperitur.

MANARDVS, In electarium de perſicis.

Neſcio quomodo ſitim extinguat , ſi tot aromata apponantur .

F SY. *Electarium Regium,cerebrum,cor, thoracem , uentriculum roborat,ſtrobylorum excorticatorum uncias octo, amygdalarum ſimiliter purgatarum uncias ſex , ſacchari libras quatuor,aquæ roſatæ libram unam , & dimidiam, olei amygdalarum dulcium recentis,& roſati , ana uncias tres,cinnamomi drac.viii.& ſemiſſem,caryophyllo.& ſantali citrei ana drac.iij.ligni aloes drac.iiij.ambræ drach.i. moſchi ſcriptulum dimidium.*

ANNOTATIO SYLVII.

Ab hoc tolle oleum,ne ſit uomitorium ſi uti libet.

AN. Electarium quo utuntur reges & prælati.Recipe pinearum mundatarum unc . viii . amygdalarum mundatarum unc.vi.zucchari albi libr.iiii. aquæ roſatæ.lib.i.&.s.olei roſati,amygdalæ recentis , & dulcis ana unc.iii.cinnamomi electiſsimi drach.viii . & .s. caryophyllorum drach.iii.ligni aloes drach.iiii.ſandalorum citrinorum drac.iii.ambræ bonæ drac.i. muſci.ʒ. unius ſextam.Et eſt bonum & expertum .Et confortat ſtomachum,cor,pectus,& cerebrum. (G) (Sũma dicta res.)

Non eſt in uſu,nec præparatum reperitur.

MANARDVS, in electarium,quo utuntur Reges.

Ego utroq; horum uſus plerunque ſum,ſed à primo amoui oleum,ne uomitum moueret,& a ſecundo ſandalos, qui multis non placent,quandoq; addens cucurbitæ,& peponũ ſemina,aromata etiam,prout mihi uiſum,moderans.

SY. *Electarium regium alterum,idem pollet, nam ipſum cõplent ſtrobylorum excorticatorum unciæ ſex , amygdalarum dulcium etiam delibratarum uncias quatuor , aquæ roſarum libra una & dimidia,roſarum rubrarum uncia.i. & dimidia,ſantalorum citreorum drachmæ tres,& dimidia,ſacchari libræ quatuor,ambræ drachma una , moſchi ſcript.ſemiſſ.*

SYLVII ANNOTATIO.

H Vſui eſſe poteſt ſublatis ſantalis fere ingratis,aromatib. etiam diminutis,& in eorum locum ſemine cucurbitæ , & melonum addito,uel alio,pro uariis ſcopis.

AN. Electarium ſecundum quo utuntur reges ualens ſicut primum.Recipe pinearum mundatarum uncias ſex,amygdalarum mundatarum dulcium uncias quatuor,zucchari albi lib.iiii. aquæ roſatæ libram unam &.s.foliorum roſarum rubea.unciam unam &.s. ſandalorum citrinorum drac.iii.&.s.ambræ drac.i.muſci drac.unam unius ſextam. (Sũma dicta ſunt)

Non eſt in uſu,nec præparatum reperitur.

Conditum ex fructibus appetentiam excitat , & bilem flauam ex uentriculo deturbat,eiuſque intemperiem calidam corrigit,accipit carnis cydoniorum , & pirorum auſterorum,& malorum acidorum ana lib.i. coque ex aceto forti,in quo rhus uigintiquatuor horis maceratus fuerit deinde addita lib.i.omphacij ex acinis cum ſeminibus multum diuq; tritis expreſſi, & carnis ſorborum immaturorũ unc.v.omnia cum ſacchari lib.iiij.coquuntur ad mellis craſſitudinem , tunc adduntur ſucci baccarum , oxyachanthæ unc.ij. ſpodij , ſeminis oxalidis ana unc.i. percoctum conde uaſe uitreo.Datur à drachm. duabus ad drachm.tres, cum aqua frigida , & ſucco citri , aut ſucco ribes, aut alio eiuſdem naturæ . (A)

SYLVII ANNOTATIO.

Efficax eſt ac iucundum:dari autem poteſt ab unc.i.ad ſeſcunciam,cum nullius in eo ſimplicis uires ſint formidandæ.

ANT. Electarium de fructibus magni iuuamenti ad ſolutionem uentris cum ſignificationibus caliditatis, & abundantiæ cholerae , & eſt medicina magna ad appetitum confortandum qui proſtratus eſt , cuius permixtio hæc eſt Accipe carnium citoniorum,et†pirorum ponticorum , et malorum acidorum , quorum ſingulum elixatum fuerit in aceto uini fortis in quo infuſum fuerit†ſumach die ac nocte , et ſucci acreſtæ ſuper cuius trituratione elaborandum eſt uſq; ad cõſumptionem ultimam granorum,ana lib.i. carnium ſorbarum immaturarum,unc.v.zuccha.li.iiii. Coque ad ſpiſſitudinem mellis.Deinde pone ſuper ipſum ſuc.berberis†drach.ii.ſpodii,ſeminis acetoſæ,ana drach.i.Repone poſtquam confectum eſt in uaſe uitreo,et à drac. ii. uſq; ad dra.iii.cum aqua frigida,rob. citri,aut ribes,aut aliquo talium. (B) (ſal. vnc.) (Summa medi.ẽ. 8. res.)

In uſu non habetur,nec præparatum reperitur, efficax tamen eſt & iucundum .

MANARDVS, in Electarium de fructibus.

Efficax eſt,neq; inſuaue, ſi bene præparetur. SVMACH.) Græci Rhun Syriacum uocant.PYRORVM ponticorum.) Id eſt,ſaporis adſtringentis & acerbi.

C *Electarium de oxalide Galeno adſcriptum ad intemperaturam calidam totius,ut in febre æſtuoſa, uel ſolius uentriculi aut hepatis,ſyncopen,cordis palpitationem,ebrietatem,recipit xyloaloes,cubebæ ana unciam dimidiam, roſarum rubrarum,coralli rubri,margaritarum albarum, ſantali citrei,auellanæ Indicæ,ana drach.ij.baccarum oxyacãthæ,ſeminis citreoli,ſeminis cucurbitæ, ſemin. cucumeris, ana unc.ſemiſſ.ſeminis oxalidis,ſeminis portulacæ , & bugloſſi,ana drach.iii.& ſemiſſem,ſpodii,electri, gummi arabici,tragacanthi ana drach.iii.boli Armeni drach.i. & ſemiſſem,caphuræ drach.i. excipe ſucco citri aut omphacii coctione inſpiſſato,datur à drach.ii.ad unciam dimidiam cum aqua frigida .*

SYLVII ANNOTATIO.

Galeno id male tribui indicãt ſantala & caphura, & auellana Indica,cubebæ,ſpodium Arabum,id eſt,ebur uſtũ (nã Græcorum ſpodium,id eſt,cinerula,metallicũ eſt excremẽtum pompholygi congener in corpus non recipiendum) margaritę nuſquã quod ſciã,Galeno appellatæ uel uſurpatę. (D)

Confectio alia Gale.& eſt confectio de acetoſis faciens ad tremorem cordis, & ſtomachi caliditatem,& æſtuationem,& ad feruorem ſtomachi & ſitim, & fumoſam eructuationem, & oris ardorem , & ad hepar inflammatum,& febrem, & ſyncopim & ebrietatẽ. Cuius permixtio hæc eſt. Reci.xyloaloes , cubebæ,ana.ʒ.iiii.roſæ,coralli rub. margaritarum albarũ ſandali citrini,fauſel.an. ʒ.ii.herberis,ſeminis cucumeris,cucurbitæ,citruli,ana.ʒ.iiii.ſpodii,carabæ,gummi, tragacanthi,an.ʒ.iii.boli armeni.†ʒ.i.et.s.ſeminis acetoſæ,drach.iiii.ſeminis portulacæ,bugloſſæ ana drach. iii.et.s.cãphoræ.dr.i.Cõfice cũ rob.citri, aut rob. aceſtæ.Doſis eius eſt à.ʒ.ii.uſq; ad.ʒ.iiii.cũ aqua frigida. (ſal. drac. ij.) (Sũma medi.ẽ.xxi. res.)

A Confectio,id eſt compoſitio alia Gal.non reperitur ubi ponatur à Gal.Non eſt in uſu nec præparata reperitur .

Additio .

Fauſel ſecundum Serapionem eſt auellana indica , arbor cuius emittit cannulas in quibus eſt fauſel ſicut dactylus, & arbor iſta non eſt in terris arabum . poſtea dicit auctoritate Iſaac benaram.ꝙ defertur ex ſiz,& eſt frigida & fortiter ſtipticitat,& fortificat membra , & uirtus eius eſt ſicut uirtus ſandalorũ rubeo.quæ quãdo nõ reperitur,ponitur loco eius ex ſand.rub.& medietas põderis eius ex coriandro recenti. (Fauſel.)

MANARDVS, de Confectione alia Galeni.

Non eſſe Galeni,Cãphora & Sandali oſtendut.FAVSEL.) Fructus quidam adſtringẽs,antiquis incognitus, nunc auellanam Indam uocant.Bolo armeno caremus,falſum apothecarii paſsim habent.Cœpit aliud fieri ex orientali plaga,qđ nec ipſum eſſe uerum Armenicum puto .

SYL. *Conditum ex prunis ventriculi ardorem , & inde natã ſitim extinguit, febres mitigat , aluum ſoluit , accipit carnium,prunorum nigrorum,oblongorum,mediorum,ſubdulcium,elixatorum in aqua,cui partulaca incocta fuit lib.ii. ſacchari albi lib.i.aquæ uiolarum lib.ii.coque igni lento ad craſſitudinem, reconde uitreo uaſe . Da ab aureis quatuor ad ſex aureos .* (B)

ANT. Confectio de prunis conferens ad ardorẽ ſtomachi et ſitim,et ſoluit naturam, et datur in feb. et ſedat eas.Recipe carnium prunorum nigrorum oblongorum et † muzorum accedentium ad dulcedinem,et elixatorum in aqua in qua portulaca elixata fuerit lib.ii.zucchari albi lib.i.aquæ uiolarum lib.ii.Decoque cum cum facilitate uſq; ad ſpiſsitudinem. Recõde in uaſe uitri,et da aur.iiii.uel.vi. (Sũma me. di.ẽ.v.res)

Non reperitur ſecundum hanc deſcriptionem præparata nec habetur in uſu,licet magiſtraliter poſsit etiam uſus eius præparari,& eſſet idem electarium ualde delectabile , ideo nota ipſum ſecundum quod deſcribitur in litera.

MANARDVS, in confectione de prunis .

C Non diſplicet,modo ſtomachus non ſit ualde debilis. MVZORVM.) Id eſt,quæ dulcacida ſunt .

SYL. *Conditum ex ſorbis uentriculum roborat , immodicam purgationem ſiſtit,accipit carnis ſorborum propemodum maturorum coctorum in aqua, cui roſæ prius incoctæ fuerint,& cortices granatorum,lib .iiii. mellis,aut ſacchari li. ii.& dimidiam , coque ad craſſitudinem , & reconde uaſe , da unc.i.*

SYLVII ANNOTATIO.

Fluorem alui immodicum ſiſtit ante epulas ſumptũ,præſertim cum ſaccharo conditum.malicorii unc.ii.aut tres, roſarum unciæ quatuor aquæ prius incoctæ fuerint.Ex meſpilis utriſq;,& ſimilibus fructibus idem fieri poteſt .

D Electarium de ſorbis confortans ſtomachum , et ſedans ſolutionem fortem. Accipe carnem ſorbarum immaturarum , et uicinarum maturitati et elixarum in qua roſæ prius decoctæ fuerint , et corticum granatorum lib.iiii. mellis aut zucchari lib.ii et.s. Coquatur uſque ad ſpiſsitudinem,et reconde ipſum in uaſe.Et da unc.i. (Sũma medi. præſentis ele. eſt v.res.)

Iſta eſt ultima confectio ſeu compoſitio , ſeu electarium quæ ponitur in hac prima ſumma de confectionibus delectabilibus ad guſtum,& licet non ſit in uſu,nec præparata reperiatur,poſſet tamẽ magiſtraliter uti & præparari.Et ideo ſæpe utebatur ea Thomas de garbo in fluxibus uentris ſuperfluis , ante cibum aſſumpto eo in quantitate caſtaneæ craſſæ . præparatur tamen cum zuccharo & non cum melle in forma electarii loco diacitoniten ſine aromatibus, & efficacius operabitur quàm ipſum . Sorbæ autem ſunt frigidæ complexionis & ſiccæ in primo gradu , quando non ſunt maturæ . Et ſic eſt finis primæ ſummæ de electariis delectabilibus .

Manar-

MANARDVS, in Electarium de Sorbis.

Vehementer adstringunt, & ad eum usum communiter paratur, id facturum uehementius, si pro sorbis mespila accipiemus.

SECVNDA PARS PRIMAE distinctionis. De antidotis amaris magnis.

SYL. *THeriaca antidotus diatessaron, ideſt ex quatuor, ad affectus frigidos, tum cerebri, vt epilepſiam, paralyſin, ſpaſmum cynicum, id eſt oris torturam, tum uentriculi, ut inflationem, & ab eo dolorem, tardam coctionem, tum deniq; hepatis, ut hydropem, cacexia, obſtructionem, præterea morſui ſcorpionis, & potioni ueneni cõſert. Recipit autem gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorum portionem æqualem, trita curioſe omnia melle † deſpumato excipiuntur. Datur ab aureo dimidio ad aureum vnum.*

† Mel fit quadruplum ad ſpẽs hic & in ſimilib.

SYLVII ANNOTATIO.

Theriaca dicitur, quia ualet ad morſus ferarum, addito ebore diapente faciunt Abſyrtus & Vegetius mulomedici iumentis ſeruandis ſaluberrimum, à circũforaneis pro magna theriaca paſsim uenditur.

ANT. THeriaca diateſſaron, iuuamenta cuius magna ſunt ad ægritudines cerebri frigidas, ſicut eſt epilepſia, tortura, & paralyſis, & ſtomachi, ſicut é dolor & inflatio, & malitia digeſtionis, et hepatis, ſicut eſt cacexia, hydropiſis, & oppilatio. Et confert morſui ſcorpionis, & potui ueneni. Cuius hæc é permixtio. Rec. gentianæ, baccarum lauri, † myrrhæ, ariſtolochiæ rotundæ ana. Confice cũ † melle deſpumato. Doſis eius eſt ab aur. s. uſq; ad aur. i.

Summa medi. eſt 4. res excepto melle.

Hæc eſt ſecunda pars principalis primæ ſummæ, in qua auctor determinat de antidotis. i. de medicinis compoſitis, ſeu conuenientibus diuerſis ægritudinibus, his tamen reductis ad formam electarii, uel ſolidæ confectionis. Et primo incipit à famoſo electario quod dicitur Theriaca. Reperiuntur enim theriacæ duæ famoſæ deſcriptiones, & aliæ quam plures, nõ ſic famoſæ. Prima eſt quæ dicitur fuiſſe Galeni, quã ponit Nicolaus in ſuo antidotario, & Auic. v. cano. tractatu primo. & denominatur ab eis, quia ipſi fuerunt inuentores illarum deſcriptionum, commendatur & præparatur, & ſic plus generaliter habetur in uſu theriaca Andromachi quam theriaca Gale. licet in ſimplicibus componentibus eas parua ſit differentia. Ponit autẽ Auic. loco iam dicto laudes, operationes, proprietates, & uirtutes, per longa uerba dictæ theriacæ Andromachi, uerificando particulariter quæcunque ſimplicia ipſam componentia, adquem locum recurrendum eſt pro eius notitia. dicitur autem theriaca ſublimior medicinarum propter eius excellentiam. dicitur etiam theriaca à thero ſerpente propter trochiſcos theri, qui ingrediũtur compoſitionẽ eius, ponuntur autem dicti trochiſci in quinto cano. Auicen. & habet inſuper theriaca prædicta diuerſas operationes efficere, ſecundum diuerſitatem ſuæ ætatis, ſeu ſuæ confectionis & conſtructionis. Declarat autem Auicen. loco iam dicto quod theriaca habet diuerſas ætates, ſicut & quæcunq; compoſita, & ſic diuerſimode operatur ſecundum diuerſitatem illarum ætatum, habet enim primo infantiam. ſecundo pubertatem. tertio adoleſcentiam. quarto ſenectutem & ultimo decrepitam. In infantia autem quæ eſt ætas eius incipiendo à die ſuæ conſtructionis, & nouæ compoſitionis perdurans uſq; ad annos tres, eſt iſta, ſtupefactiua mortificatiua caliditatis innatæ, & quanto plus appropinquat ſuo principio, tanto plus habet ſuas operationes efficere, in ætate autem pubertatis iã incipit habere uirtutes principaliter contra uenena calida & frigida, & contra morſus animalium uenenoſorum, & contra quã plures alias diſpoſitiones & ægritudines, de quibus Auic. loco iam dicto & alii auctores de ipſa loquentes aſſerunt & affirmant, & talis ætas pubertatis eſt à tertio anno uſque ad nonum uel decimum, uel ſecundum quod ab antiquis deſcribitur à quinto anno uſq; ad quintumdecimum. In ætate autem ſenectutis, completas habet ac perfectas operationes ſuas. & tunc eſt in potiſſimo ſuo eſſe cum mirabilibus ſuis operationibus. de quibus Auic. mentionẽ facit loco ſuperius allegato & talis ætas eſt à uigeſimo anno uſque ad trigeſimum. Poſt ſequitur mors ipſa quę eſt ætas decrepita quę & ſi rationabiliter poteſt nuncupari in qua eſt ablatio cuiuslibet operationis ipſius. Et licet Aui. in cano. prædicto loco & cap. allegato longiores ponat ætates theriacæ prædictę, quia plura aromata ponebantur in ea quàm Archigenis tẽporibus fiebat, nunc tamen dictæ ætates ſunt ei magis conuenientes, & congruæ & modernis medicis practicãtibus magis conformes & uſuales. Et hic nota quòd ſiquis diligẽter aſpiciat mentem Auicen. Galen. & aliorum omniũ antiquorum auctorum theriaca Andromachi ac etiam theriaca Galen. & quælibet alia theriaca compoſita efficaciores & potentiores habebat operationes ipſorum temporibus, & etiam Archigenis quàm habeat modo, uel aliqua ex prędictis habeat temporibus noſtris. Et hoc idem euenit electariis omnibus propter defectum quantitatis aromatum in conſtructione ipſarum & electariorum. Nã ad libr. mellis ipſorum temporibus in theriaca, & ſic in quolibet alio electario poni faciebant drachmas tres aromatum. Nunc autem ne aſſumentes ipſam abhorreant ſolũ poni facimus drachmas duas aromatum. & ut minus expendant, & ideo non eſt tantæ efficaciæ, nec laudes ſuæ ex ipſa ſequũtur ut eorum temporibus ſequebantur. Operatur autem theriaca cum eſt fermentata perfectè poſt annum quintum ſuæ conſtructionis, quia ante dictum tempus uſus eius non eſt niſi ad ſomnum prouocandum, cum complexione ſua calida & ſicca, quæ ultra ſecundum gradum modicum aſcendit, quæ reſultat & ſimplicium commixtionem componentiũ eam. uincit tamẽ ſiccitas caliditatem ipſius. Operatur etiã à forma ſpecifica, aut à proprietate ſuæ ſpecificæ formæ in ſequentis mixtionem ſimplicium componentium eam, & cuilibet de per ſe, qua complexione calor naturalis uigoratur & ſpiritus. Vnde prædicta theriaca generaliter omnibus paſsionibus noſtris, immo quibuſcunque diſpoſitionibus noſtris in corporibus, in quibus non eſt ſuperfluus exceſſus caliditatis eſt utilis, & conueniens. licet plus frigidis quam calidis temporibus, quantitate conuenienter exhibeatur, & maxime in declinatione ægritudinum materialium, & poſt ipſarum digeſtionem, ut in fine feb. phlegmaticæ regulariter exhibetur, uacuo tamen ſtomacho à ſuperfluitatibus, & à cibo, & corpore mundificato diligẽter. Sic etiam poſt eius aſſumptionem non eſt cibus uel potus, uel aliquid aliud aſſumendum, niſi tranſactis ad minus quinque horis, & illis elapſis poteſt tamen conuenienter exhiberi theriaca, & ſimilia cum aliquo paruo potu, ut uino uel aqua de ſtœchados uel maioranæ in paſsionibus frigidis capitis, ut uirtus eo citius euaporetur ad caput. & ſic etiã cum aliquibus liquoribus frigidis temperatis, ut cũ aqua bugloſſæ ſeu meliſſæ in paſsionibus cordis uenenoſis. ſed tutius eſt ſine aliquo potu ipſam aſſumere. Vltimo pro laudibus & operationibus eius & modo, & tempore recurrẽdum eſt ad Auicen. loco ſuperius allegato, quo diffuſe tractat omnia ſuperius allegata prædicta, & maxime circa theriacam Andromachi quæ omnia intelligenda ſunt eſſe de theriaca Galen. Inſuper notandum quòd theriaca non ſolum eſt ægritudinum curatiua, ſed etiam eſt ſanitatis præſeruatiua, & etiam illius conſeruatiua, & doſis eius cõmuniter in prouectis ætate erat quantitas lupini quæ erat põdus. 3. i. Et hæc erat & eſſet quando theriaca eſſet conſtructa cum lib. mellis. ℥. iii. aromatum. ſed hodiernis temporibus doſis eius eſt. 3. i. uſq; ad. 3. i. s. propter defectũ & diminutionem aromatũ ingredientiũ compoſitionẽ ipſius, ut ſuperius dictũ eſt. Et quia deſcriptio theriacæ Andromachi quæ ultra omnes alias eſt in uſu ſolũ ponitur ab Auic. v. cano. ut iã dictum eſt, & illam pluribus libris corrupte repertitur. Ipſam deſcribam complete abſq; defectu ſicut Thomas

Duæ theriacæ deſcriptiões famoſæ.

Theriacę ætates.

Theriacę doſis.

Theriacę deſcriptio.

de Garbo. ipſam conſtrui faciebat, & ut recte debeant reperiri ſimplicia componentia ipſam aliqualiter declarabo, & eius deſcriptio eſt. ℞. trochiſcorum ſcillæ aur. xlviii. trochiſcorum uiperæ aur. xxiiii. trochiſcorum andaracãõ drach. vi. prædictæ deſcriptiones ponuntur à Nicolao in ſuo antidotario, & ab Auice. in prædicto cano. tractatu theriacæ, piperis nigri dictum eſt in diamuſco. opii. an. drac. vi. opiũ eſt ſuccus papaueris nigri artificialiter facti & inſpiſſati, & eſt frigidæ & ſiccæ complexionis in quarto gradu, licet frigiditas ſuperet ſiccitatem. operatur autem uigoroſus ſtuporem inducendo, ſpiritus incraſſando, & ipſorum tranſitus prohibendo ad membra ſenſitiua & motiua. unde ſomnum faciliter profundum inducit cum ſua proprietate & forma ſpecifica nobis occulta potius quam cum ſuis qualitatibus primis, ſuperius dictis, licet etiam frigiditas eius aliqualem ſtuporem inducat. cauendum eſt ergo ab uſu ipſius ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius & in quacunque doſi, immo cauendum eſt ab omni medicina in qua ipſum ingrediatur niſi in caſu magnæ neceſsitatis poſito ab Auic. & auctoribus medicinæ, & tunc cum opio thebaico, quia factum & collectum à thebis, quia idem melius & perfectius operatur quocunque alio opio ubicunq; collecto, & ſic eſt minoris periculi & timoris uſus ipſius. Cinamomi in diamuſco, ſeminis napi, accipitur ſemen eius & eſt complexionis cali. & ſiccæ in tertio gradu. Scordeon ideſt alleorum ſilueſtrium & ſunt cali. complexionis uſque ad quartum gradum. In alleo autem domeſtico non eſt tanta caliditas neq; etiam ſiccitas. Nocet multum habentibus corpus repletum malis humoribus, & caput debile: quia multum ſunt uaporoſa. Roſarum rubearum in diamuſco. Ireos, ideſt lilii cœleſtis. quare &c.

Opium.

Additio.

Hæc theriaca dicitur theriaca diateſſaron. i. de quatuor rebus, nam theſſaron græce eſt idem quod de quatuor rebus. hæc deſcriptio apud multos reperitur. Nam Auice. in v. cano. ſimiliter Raſis. viii. ad Almanſorem. Item Haly. x. practicæ, eandem habent deſcrip. quæ tamen raro in uſu hẽ.

MANARDVS, in theriaca diateſſaron.

Theriaca dicitur, quia ad morſus ualet ferarum διατέσσαρων, quia ex quatuor, præter mel componitur. Antiqua eſt, & ualde utilis. Mulomedici addunt ebur, & uocãt διαπέντε ſublimeq; eſſe dicunt ad præſeruanda curandaq; iumenta, ut uidere potes apud Abſyrtum, & Vegetium. MYRRHAM) Hoc tempore apud nos reperire bonam, eſt difficile. MEL ſit quadruplum ſpecierum, ut in hac, ſicut in aliis ſimilibus) Trypheræ omnes hæ ab Arabibus uidentur inuentæ: nam fere myrobalanos recipiunt, quæ antiquis erant uel ignotæ uel non adeo aſſuetæ.

SYL. *Tryphera antidotus Sarracenica magna coctionem uentriculi & hepatis ſuo calore iuuat, ob id flatus diſſipat, humores in uentriculo, & aliis uiſceribus putres abſumit, oris & corporis reliqui odorem & colorem commendat, laſſitudinem tollit, ſanitatem præſentem tuetur, & morborũ generationem prohibet, uentrem auget, hæmorrhoidas ſanat. Recipit autem myrobalanorum cepularum, indarum, embli. bellericarum, citrearum ana dra. v. cinnamomi, triũ piperum, eryngij, folij, ſpicæ nardi, cardamomi utriuſque, caſiæ, lepidi, cyperi, apij, linguæ auis, caryophyllorum, behen utriuſque, zingibe. ana drac. ij. nucis moſchatæ, macis, ſeſami excorticati ana drac. iij. amygdalarum ambarum, ana drac. v. ligni aloes, maſtiches, rhabarbari, ſemi. fœniculi, ana drachm. ij. ozimi, menthæ ſiccæ, origani, perſici ana drach. i. & ſemiſſem. Myrobalani frigentur cum butyro recenti, cæteræ ſpecies cum oleo amygdalino, melle excipiũtur omnia, datur aſſequidrachma ad drach. iij. addunt aliqui turbith drach. v. moſchi drachm. i. partem quartam, ſeu grana quindecim.*

SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Tryphera Sarracenica Nicolai Gallis eſt uſitatior. Trypheræ autem. i. delicatæ dictæ uidentur per antiphraſim: ſunt. n. ob amaritudinem ingratæ. Arabum inuentum eſſe oſtendunt myrobalani, & alia quædam: alii hominem iuuenem reddentes interpretantur. Annos duos ſeruant, poſſunt cum ſacchari lib. i. in unciam ſolidum fieri electarium.

ANT. TRypheraſ Sarracenica magna, expertum iuuamẽ torum, corpora in ſanitate conſeruat, et ne in ægritudinem incidant, adiuuat. Membrorum laſſitudinem tollit. Ventoſitatem reſoluit, dolorem et in dignationem ſtomachi tollit. Oris odorem, et totius corporis bonum facit. Hæmorrhoidas ſanat. Colorem corporis efficit bonum. Et multiplicat coitum, humoroſitatem ſtomachi deſiccat, putrefactionem uiſcerũ tollit. Rec. chebulorum indorum, bellirico. emblico. et citrini. ana. 3. v. cinnamomi, trium piperum, ſecacul folii, ſpicæ, cardamomi maioris et minoris, caſiæ, †ſetaragi indi. cyperi, apii, linguæ auis, caryophyllorum, heben albi et rubei. zingiberis, ana. 3. ii. ſpicæ, nucis muſcatæ, macis, ſeſami excorticati, ana. 3. iii. amygdalarum dulcium et amararum, ana. 3. v. ligni aloes rhabarbari, ſeminis fœniculi, maſticis, ana. 3. iii. alfelengemiſc, mentha ſiccæ, origani perſici, ana. 3. i. et. s. Frigentur myrobalani cum butyro uaccino, et cæteræ ſpecies cum oleo amygdalino, et confice cum melle quantum ſufficit. Doſis eius eſt a. 3. i. et. s. uſq; ad. iii. Et ſunt qui addunt in confectione turbith. 3. xv. Et ſunt qui aromatizant iſta cum muſci. 3. i. quarta.

Sũma medicinarũ é xxxiii. res.

Additio.

Tryphera græce é dicta delicata latine, ſaracenica, quia à ſaracenis inuenta. Nicolaus in proprio antido. unam aliã habet deſcrip. differentem multum ab iſta, quæ in gallia magis in uſu habetur quam iſta Meſue. Setaragi quid ſit uide apud Serap. proprio cap. ubi dicit auctoritate Gale. quod uirtus eius & ſapor & odor ſunt ſimilia uirtuti ſapori & odori naſturcii, niſi quia eſt minus deſiccatum. & ſic loco ſetaragi indi poſſumus ponere ſemen naſturcii.

MANARDVS, in tryphera Sarracenica.

Tryphera quaſi delicioſa uel uoluptuaria.) Setaragi indi.) Eſt Lepidium dicit Auicenna, quod indum eſt, fruſta parua ſubtiliaq; ligni.

SYL. *Tryphera antid. moſchata eadem promittit, quæ prior, ſed imbecillius, recipit uero myrobalanorum cepularum, nigrarum, embl. bell. piperis nigri & longi, zingiberis, caſiæ, ſpicæ nardi, ana drach. v. ſeminis anethi, ſeminis porri, ana drach. ij. ſeminis dauci, roſarum rubrarum, cinnamomi, nucis moſchatæ, caryophyllorum, ana drach. i. & dimidiam, macis, cardamomi maioris, galangæ, ligni aloes, moſchi, ana drach. i. ſeminis naſturcij drach. x. excipitur melle deſpumato, datur à drach. ij. ad drac. iiij. adduntur interdum ſcoriæ ferri nutritæ drach. ii.*

ANT. TRyphera muſcata quam fecit Alcanzi, experta mirabiliter ad mollificationes, et uentoſitates ſtomachi et uiſcerum hæmorrhoidarum, et ad corruptionem complexionis et fœditatem coloris cutis, et addit in coitu. Cuius permixtio. Rec. myrobalanorum chebulorum, nigrorum, emb. bell. piperis, macroperis, zing. cyperi, caſiæ, ſpicæ, indæ, an. 3. v. ſe. anethi, ſe. porri, ana. 3. ii. ſem. †bauciæ, roſarum, cinnamo. nucis muſc. caryophyllo. ana. 3. i. s. macis, heyl. galangæ ligni aloes crudi. muſci. ana. 3. i. granorum naſtur. 3. x. Confice cum melle deſpuma. et da. 3. ii. uſq; ad. iiii. Et quandoq; ponuntur in ea ſcoriæ ferri nutritæ †. 3. ii.

Sũma uę. é. xxxiiii. res. †unc. ii.

Additio.

Tryphera muſcata dicitur quia recipit muſcum, ualet ad ea quæ dicuntur in textu, maxime cum additione, apud Mediolanenſes interdum in uſu habetur.

MANARDVS, in Tryphera muſchata.

BAVCIA.) Eſt paſtinaca domeſtica.

SYL. *Tryphera anti.Gale.eadem omnino promittit, recipit omnium myrobalanorum ana drach.x.zingibe. & maſtichis,cinnamomi,caryophyllorum,ana drach. vij.galangæ, ſpicæ nardi,aſari,croci,ſemi.fœniculi,aniſi,apij, ameos ana unc.dimid.coſti,piperis nigri & longi,caſiæ ana drach. iij. nucis moſcatæ,cardamomi utriuſque,macis,calami aromati,ligni aloes ana drac.ij.†behen albi & rubri rad. piperis, cyperi ana drach.iij.& ſemiſſ.ambræ drac.i.moſchi ſcrip.i.frigentur myrobalani cum oleo amygdala.dulcium,melle deſpumato omnia excipiuntur.Scoria ferri in aceto nutrita aliquando additur à Gale.ad menſuram omnium, uel dimidij. Datur à drach.i.ad.ij.*

†alii ſantali.

SYLVII ANNOTATIO.

Non eſſe Galeni,indicant ſimplicia Galeno indicta, & incognita,myrobalani,ambra,moſchus,galanga,caryophylla,nux moſchata,macis.

ANT. TRyphera Gale.confortans ſtomachum & calefacit ipſum.Et confert ad uentoſitates & hæmorrhoidas,& humorem crudum, & adiuuat deſiderium coitus.Et clarificat colorem, & calefacit renes, & confert ad uentoſitates matricis & fluxum qui per hæmorrhoidas. Cuius permixtio hæc eſt. Re.omnium myrobalanorum ana.ʒ.x.zingi. maſticis, cinnamomi, caryophyllorum.ana.ʒ.vii.galangæ,maratri,aniſi, apii, ameos ſpicæ, aſari,croci,ana.ʒ.iiii.coſti, pipe.nigri & longi,caſiæ,ana.ʒ.iii.nucis muſcatæ,macis, cardamomi maioris & minoris,calami aromati.ligni aloes, ana ʒ.ii.heben albi & rubei,†alufulfumen cyperi.ana.ʒ.iii.&.s.ambræ.ʒ.i.muſci.ʒ.i.partes.ii.Frigentur myrobalani cum oleo amygdalarum dulcium.Et confice omnia cum melle deſpumato. Et Gal. quidem quandoq; addit ſcoriam ferri nutritam in aceto uini ſecundũ menſuram medicinarum omnium,Et quandoq; medietatẽ earum. Doſis eius eſt à.ʒ.i.ad.ii.

Loco alufulfumen pone piper nigrũ.

Sũma medi. ẽ xxxiiii.res.

Additio.

Iſta tryphera Gale.raro habetur in uſu quæ differens apud diuerſos reperitur ſecundum aliqua ſimplicia.Nã quidam habent loco heben album & rubeum ſanda. album & rubeum.Nonnulli habent loco heben &c.tuderi album & rub.ſed præſens melior uidetur.

MANARDVS, in Tryphera Galeni.

Non credo eſſe Galeni,cum neq; behen,neq; ambram, neq; moſchum agnouiſſe uideatur. ALVFVLFVMEN.) Difficile eſt de his barbaris diuinare dictionibus,potes tamẽ ſumere ocimum.Interpres Auic.exponit radicem piperis. Quidam textus non habent hanc dictionem.

SYL. *Tryphera antid. minor Phœnonis, uentriculum hepar, renes,ueſicam roborat,ob id fluorem alui,hæmorrhoidum menſium immodicum cohibet,ſanguinis corruptionem, & cruditates,& in uentriculo putredines humorum emendat colorem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ uitium redimit,accipit autem myrobalanorum cep.ind.beller.embli.nucis moſcatæ,ana drac.v.naſturcij,aſari,origani perſici,piperis,thuris,ameos,zingi. fructus tamaricis, ſpicæ nardi,ſchœnu anthus,cyperi ana unc.dimidiam,ſcoriæ ferri diebus quinque in aceto nutritæ drach. xx.myrobalani aſſentur in butyro uaccino,& cætera inuoluantur oleo amygdalarum dulcium,aromatizentur moſchi drac.i. melle deſpumato excipiantur.Poſt ſex menſes datur à drach.i. ad drach.iij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Ex his omnib. ſola ferri ſcoria & fructus tamaricis aperte adſtringunt,ſpica nardi,& alia quædam imbecilliter.Eademq; multo plus calore ſuo,& eſſentiæ tenuitate menſes ac hæmorrhoidas promouerint,quàm adſtrictione leui ſteterint:ob id in hos affectus duos ea omnia tollerem,uel horum partem bonam,neq; ſolum pondus minuerem. Ad affectus alios frigiditati ſuccedentes,& menſes,ut uocant, albos eſſe poſsit ſalubris non autem ad eos qui calorẽ ſequũtur,nam putredo humorum & formæ corruptio, qualis in elephãticis,calorem fere ſequitur,rarius caloris,imbecillitatem:licet ac miſtione integra mirifice ualere ad menſium corruptionem & fluorem eorum,ac hæmorrhoidum immodicum uſu ſuorum affirmet autor Luminaris maioris. Scoria aũt in aceto nutritur,dum eo diu maceratur, aliquoties mouendo,ut docemus in nutritione lib.2.pharmacopœiæ.

ANT. TRyphera minor ex arte Phenonis,ad corruptionem & exuberationem menſtruorum,& hæmorrhoidarum,& ad corruptionem formę, & debilitatem ſtomachi,& deſtruit humorem crudum. & clarificat colorem.& confortat ueſicam, & abſcindit fluxum uentris.Cuius permixtio hęc eſt. Reci.myrobalanorum chebulorum,indorum,bell.emblic. nucis muſcatę.ana.ʒ.v.naſturcij,aſari,origani perſici.piperis,olibani,ameos. zingibe.†carmezit,ſpicę,ſchœnanthi, cyperi.ana.ʒ.iiii.ſcoriæ ferri nutritę in aceto diebus.v.& aſſatę.ʒ.xx.Myrobalani aſſentur cum butyro uaccino & inuoluantur,cętera cum oleo amygdal.dulcium, & aromatizentur cum muſci.ʒ.i. Et confice cum melle deſpumato.& da poſt ſex menſes. Doſis eius eſt à.ʒ.i. uſq; ad.iii.Eſt enim expertum & efficax & proprie ad humoroſitatem ſtomachi & putrefactionẽ in ipſo.

Camez i. tamariſci.

Sũma eſt. xi. res.

Additio.

Tryphera minor ex arte Phenonis interdum habetur in uſu quæ mirabiliter ualet ad corruptionem formæ, & exuberationem menſtruorum & hæmorrhoidarum.

MANARDVS, in tryphera minori ex arte phenonis.

Carmezit.) Eſt fructus tamariſci: magnam uim habet in adſtringendo,quæ hoc deſiderant,& præcipue mulierum redundantes menſes.

SY. *Tryphera alia minor uentriculum & hepar firmat,liẽteriæ confert & hæmorrhoidibus malignis,& formæ corruptæ.Fit ex myrobal.cæpular.indarum,beller.emb.ſingularum portione pari, hæ butyro uaccino inuolutæ frigentur,melle emblicarum excipiantur,aromatizetur moſcho. Addunt alij,cyperi,thuris,aſari,ſem.apij & naſturcij,ana ſcrip.i.ſcoriæ ferri nutritæ partes tres.*

ANT. TRyphera minor deſcriptione cognita confortãs ſtomachum & hepar & confert molitiei ſtomachi,& malitię hęmorrohidarum, & corruptioni formę.Cuius permixtio hęc eſt.Rec.myrobal. chebu. indorum.belli.embli.ana partes ęquales. Inuoluantur butyro uaccino,& frigentur,& conficiantur cum melle emblicorum,& aromatizentur cuuu muſco.Et in deſcriptione alia cyperi,olibani,ſem.apii,naſturcii, aſari, ana ſextam partem.ʒ.i.Et apud alios ſcorię ferri nutritę partes.iii.& eſt bonum & expertum.

Non ſunt in uſu nec inueniuntur.

Additio.

Tryphera minor deſcriptione cognita non habetur in uſu.Summa medicinarum ſecundum omnes additiones eſt xiii.res.

MANARDVS, in tryphera minori.

Efficacior uidetur ſcoria ferri addita, quæ nutrire dicitur,quando in aceto madet longo tempore.

SY. *Diacurcuma magna, uentriculi, hepatis, lienis, morbos frigidos,ob id diuturnos, ſanat, & quæ his ſuccedunt ſymptomata,obſtructiones,hydropen,cachexiam,colorem corporis fœdum, humorum in uentriculo corruptelam, à flatibus craſſis inflationem,dolorem quoq; renum & ueſicæ à cauſa frigida,uel obſtructione mitigat,urinamq; prouocat.Recipit autem croci,aſari,ſeminum petroſelini, dauci,aniſi,apij,ana unc.dimid.rhabarbari,mei, ſpicæ nardi, ana drach.vi.coſti,myrrhæ,caſiæ,ſchœnu anthus, carpobalſami,rubiæ,ſucci abſinthij,ſucci eupatorij,olei balſami. ana drac.ij. calami aromatici,cinnamomi,ana drac.i. & ſemiſſ.ſcordii,ſcolopẽdrij,ſucci,glycyrrhizæ, ana drac.ij. & dimid.tragacanthi drach.i.melle deſpumato excipitur. Datur à drac.i.ad drach.iij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Διὲρυθροδάνου Græcis poteſt uocari:nam curcuma eſt arabicus, ἐρυθρόδανον, ideſt, rubea: aliis placet curcuma eſſe chelidonium,à cuius colore flauo huic antidoto fit nomen uel corrupte pro διὰ κρόκου,quem capit largiorem.

ANT. DIacurcuma magna conferens ad ægritudines antiquas,& cacexiam,& hydropiſim iuuamentum manifeſtum,& eradicat ægritudines hepatis & ſplenis chronicas,quæ iam induratæ ſunt. Et confert ad fœditatem coloris,& corruptionem ſtomachi,& humiditatem frigidam,& uentoſitates craſſas in eis,& dolori renum & ueſicæ,& urinam prouocat. Cuius permixtio hæc eſt.Rec.croci,aſari,petroſelini,dauci,aniſi ſemi. apii,ana drac.iiii.rauedſceni,phu,meu,ſpicæ, ana ʒ.vi.coſti,myrrhę,caſiæ,ſchœnanti,carpobalſami, rubeæ tinctorum,ſucci abſinthii,ſucci eupatorii,olei balſami.ana.ʒ.ii.calami aromatici,cinnamomi,ana.ʒ.i.& s.ſcordeon,ſcolopendriæ,ſucci liquiritiæ, an.ʒ.ii.&.s. tragacanthi.ʒ.i.confice cum melle deſpumato. Doſis eius eſt à.ʒ.i.uſq; ad.iii.

Iſtud eſt electarium magnum, & expertum quod generaliter ab omnibus habetur in uſu. & ubique præparatum reperitur ſecundum poſſentem deſcriptionem. Et denominatur diacurcuma à quadam radice quæ nominatur rubea tinctorum. Et à quibuſdam dicitur quod curcuma eſt ſpecies chelidoniæ,ſed hic ſumitur pro rubea tinctorum ualet principaliter ad omnes ægritudines frigidas antiquas, factas à materia frigida,& maxime hepatis & ſplenis cũ quibus coniungitur debilitas uirtutis digeſtiuæ ſeu ſanguificę cum oppilatione ipſius,aperit enim oppilationes ipſius, & hepar calefacit & uirtutem digeſtiuam corroborat, colorẽ totius bonum efficit & mortificatum bene uiuificat. unde eius principaliter operatio eſt in corporibus cacexeticis .i.ad hydropiſim præparatis.& ſic in tali diſpoſitione principaliter communiter utimur. ualet etiam paſsionibus renum & ueſicæ frigidis,& etiam ſtomacho, & aliis in litera poſitis.Cacexia enim eſt diſpoſitio prima ad hydropiſim,in qua color corporis incipit dealbari, & aliqualiter citrinari & ſubſtantia corporis mollificari.Et doſis eius eſt a.ʒ.i.uſq; ad.ʒ.iii.Et poteſt ſimul aſſumi cum modico uini ſubtilis, uel cum aquis aperitiuis calidis conuenientibus hepati de quibus inferius mentionem faciemus. Et uſus eius poteſt eſſe continuis diebus pluribus,niſi in tempore magni feruoris, & in corporibus quàmplurimis febrientibus, niſi cũ eo adminiſtretur electarium minus calidum uel frigidum, ut cum diarodon abbatis,uel cum triaſandalis, & aſſumendum eſſet cum aquis temperatis, uel frigidis, ut cum aquis radichii ſeu lupulorum,uel endiuiæ, ſeu ſeminum communium,uel cum uino aqua limphato. Cuius hæc eſt deſcriptio.℞.croci,aſari,petroſelini.ſ.ſeminis,dauci.ſ.ſemi. aniſi. apii.ſ.ſemi.ana.ʒ.iiii.rauedſceni.i.rhabarb.meu.i. anethi ſilueſtris,ſpicæ.ſ.nardi,ana.ʒ.vi.coſti,myrrhæ, caſiæ.ſ.ligneæ ſchœnanti,carpobalſami.ſ.ſemi.balſami, rubeæ tinctorum, ſucci abſinthii,ſucci eupatorii, herba eſt nota conferens multum malæ complexioni frigidæ hepatis & oppilationi eius,ſecundum omnem modum adminiſtrationis, & maxime in aqua diſtillata,& ſic habetur plus in uſu. & eſt calidæ complexionis in primo, ſiccæ in ſecundo. olei balſami. ana ʒ.ii.calami aromatici,cinnamomi .ſ. craſsi.ana.ʒ. i.s. ſcordeon,ſcolopendriæ.i.linguæ ceruinæ. herba eſt nota quæ multum ualet in paſsionibus frigidis ipſius ſplenis, & oppilationi & duritiei eius.& eſt calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo.ſucci liquiritiæ ana.ʒ.ii.s. tragacanthi.ʒ.i. mellis deſpumati quantum ſufficit.Et nota ꝙ licet reubarbarũ ingrediatur huiuſmodi compoſitionem, non tamen efficitur ſolutiuum propter paruam eius quantitatem quæ ingreditur & leuem doſim quæ aſſumitur ex toto compoſito.

Curcuma

Sũma medicinarũ ẽ xxv.res.

Additio.

Diacurcuma dicitur ſecundum aliquos à dia quod eſt p, & curcuma,quia in calore fit ſicut curcuma quæ eſt ſpẽs celidoniæ uel ſecũdum alios dicitur diacurcuma à croco quẽ recipit in bona quantitate,& tunc melius diceretur a diacrocoma. Auic.in.v.cano.duas habet deſcrip.ſ.maiorem & minorem.ſimiliter Serapio in proprio antidot. differentes tamen ab iſtis,quãuis eiiſdem effectibus attribuantur.

MANARDVS, de Diacurcuma.

Melius eſt hanc dimittere, quia non bene conficitur, ſi quis tñ conficere eã uelit,uideat ut habeat uerũ eupatoriũ: nam quo paſsim utuntur,mendax eſt.Sed & uerum & meõ & ſcordium agnoſcat,ut oleum balſami taceam.Scolopendrium eſt,quam uulgo citrach appellant.

SYL. *Diacurcuma minor idem pollet, ſed imbecillius. recipit ſpicæ nardi,myrrhæ,caſiæ,croci,ſcœnu anthus,coſti, cinnamo.ana,melle deſpumato excipiuntur.*

ANNOTATIO SYLVII.

Hæc ab uſu receſsit,& quæ maior,& minor, tam Auic. v.cano.quàm Serapioni in antidotario ſcribitur.

ANT. DIacurcuma minor ualens ad ea ſicut maior.Reci.ſpicæ,myrrhæ,caſiæ,croci, floris ſchœnãthi, coſti,cinnamomi,ana.confice cum melle deſpumato,& eſt bona,& experta.

Sũma medi.eſt.viii res.

Non eſt in uſu,nec præparata reperitur.

MANARDVS, de Diacurcuma minori.

Minorem hanc quiuis parare poteſt: non multum enim errabit qui herbam ſchœni,pro flore receperit.

SYL. *Diamoruſia præſtat quæ diacurcuma, nam effectus uentriculi,hepatis,lienis frigidos, proindeq; chronicos ſanat, hydropen,frigidam uentriculi intemperiem,ac inde natam crudorum ſuccorum copiam & dolorem,recipit autẽ croci,acori,ana drach.ij.myrrhæ, drachm.iij.bacarum lauri, drach.ij.& dimid.dauci,cinnamomi,caſiæ,cymini, carmeni,carpobalſami,ſchœnu anthus,ſe.apij,aniſi, cardamomi, ſpicæ nardi,menthæ ſiccæ,marrubij,ameos,ana drac.i. coſti,trium piperum,ana drac.i.melle deſpumato excipitur. Datur à drac.i.ad drac.iij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Electarium hamoruſia dicitur Auic.5.can,& Serapio in Antidotario.

ANT. DIamoruſia eſt medicina multarum utilitatum, ſicut diacurcuma magna,& experta,& efficax nimis, & proprie ad dolorem ſtomachi propter frigiditatem factum,& humorem crudum,& ad ægritudines ſplenis & hepatis chronicas factas in ipſis propter hydropiſim. Accipe croci,†acori,ana.ʒ.ii.myrrhæ ʒ.iii.baccarum lauri drac.ii.&.s.† dauci, cinnamomi, caſiæ,cimini carmeni, carpobalſami,florum ſchœnãthi,ſeminis apii,aniſi,cordumeni,ſpicæ,menthæ ſiccæ, †marmacur ameos,ana.d.i.coſti,trium piperum, ana† drach.i.confice cum melle deſpumato,doſis eius eſt à drac.i.uſque ad.ii.

†drach.ſ.

Non eſt in uſu,nec præparata reperitur,magiſtraliter tamen poſſet uti,& ualet in omnibus diſpoſitionibus quæ ponuntur in litera,& eſt efficax & experta.

Additio.

Diamoruſia raro in uſu habetur. hæc deſcriptio uidetur concordare cum illis quas deſcribunt Auic.in.v.can.& Serapio in proprio antidotario,& appellatur apud iſtos iſtud electarium hamoruſia.

MANARDVS, de diamoruſia.

Daucus eſt trium ſpecierum.) Eligendus eſt Creticus, cuius

MANARDVS, in Tryphera muschata.

BAVCIA.) Est pastinaca domestica.

SYL. *Tryphera anti. Gale. eadem omnino promittit, recipit omnium myrobalanorum ana drach.x.zingibe. & mastichis, cinnamomi, caryophyllorum, ana drach. vij. galangæ, spicæ nardi, asari, croci, semi. fœniculi, anisi, apij, ameos ana unc.dimid. costi, piperis nigri & longi, casiæ ana drach. iij. nucis moscatæ, cardamomi utriusque, macis, calami aromati, ligni aloes ana drac.ij.†behen albi & rubri rad. piperis, cyperi ana drach.iij.& semiss. ambræ drac.i. moschi scrip. i. frigentur myrobalani cum oleo amygdala. dulcium, melle despumato omnia excipiuntur. Scoria ferri in aceto nutrita aliquando additur à Gale. ad mensuram omnium, uel dimidij. Datur à drach.i.ad.ij.*

†alii santali.

SYLVII ANNOTATIO.

Non esse Galeni, indicant simplicia Galeno indicta, & incognita, myrobalani, ambra, moschus, galanga, caryophylla, nux moschata, macis.

ANT. TRyphera Gale. confortans stomachum & calefacit ipsum. Et confert ad uentositates & hæmorrhoidas, & humorem crudum, & adiuuat desiderium coitus. Et clarificat colorem, & calefacit renes, & confert ad uentositates matricis & fluxum qui per hæmorrhoidas. Cuius permixtio hæc est. Re. omnium myrobalanorum ana.ʒ.x. zingi. masticis, cinnamomi, caryophyllorum. ana.ʒ.vii. galangæ, maratri, anisi, apii, ameos spicæ, asari, croci, ana.ʒ.iiii. costi, pipe. nigri & longi, casiæ, ana.ʒ.iii. nucis muscatæ, macis, cardamomi maioris & minoris, calami aromati. ligni aloes, ana ʒ.ii. heben albi & rubei, †alufulfumen cyperi. ana.ʒ.iii. &.s. ambræ.ʒ.i. musci.ʒ.i. partes.ii. Frigentur myrobalani cum oleo amygdalarum dulcium. Et confice omnia cum melle despumato. Et Gal. quidem quandoq; addit scoriam ferri nutritam in aceto uini secundū mēsuram medicinarum omnium, Et quandoq; mēdietatē earum. Dosis eius est à.ʒ.i.ad.ii.

Loco alufulfumen pone piper nigrū.

Sūma medi. ē xxxiiii. res.

Additio.

Ista tryphera Gale. raro habetur in usu quæ differens apud diuersos reperitur secundum aliqua simplicia. Nā quidam habent loco heben album & rubeum sanda. album & rubeum. Nonnulli habent loco heben &c. tuderi album & rub. sed præsens melior uidetur.

MANARDVS, in Tryphera Galeni.

Non credo esse Galeni, cum neq; behen, neq; ambram, neq; moschum agnouisse uideatur. ALVFVLFVMEN.) Difficile est de his barbaris diuinare dictiōibus, potes tamē sumere ocimum. Interpres Auic. exponit radicem piperis. Quidam textus non habent hanc dictionem.

SYL. *Tryphera antid. minor* Phœnonis, *uentriculum hepar, renes, uesicam roborat, ob id fluorem alui, hæmorrhoidum mensium immodicum cohibet, sanguinis corruptionem, & cruditates, & in uentriculo putredines humorum emendat colorem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ uitium redimit, accipit autem myrobalanorum cep. ind. beller. embli. nucis moscatæ, ana drac.v. nasturcij, asari, origani persici, piperis, thuris, ameos, zingi. fructus tamaricis, spicæ nardi, schœnu anthus, cyperi ana unc. dimidiam, scoriæ ferri diebus quinque in aceto nutritæ drach. xx. myrobalani assentur in butyro uaccino, & cætera inuoluantur oleo amygdalarum dulcium, aromatizentur moschi drac.i. melle despumato excipiantur. Post sex menses datur à drach.i. ad drach.iij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Ex his omnib. sola ferri scoria & fructus tamaricis aperte adstringunt, spica nardi, & alia quædam imbecilliter. Eademq; multo plus calore suo, & essentiæ tenuitate menses ac hæmorrhoidas promouerint, quàm adstrictione leui steterint: ob id in hos affectus duos ea omnia tollerem, uel horum partem bonam, neq; solum pondus minuerem. Ad affectus alios frigiditati succedentes, & menses, ut uocant, albos esse posset salubris non autem ad eos qui calorē sequūtur, nam putredo humorum & formæ corruptio, qualis in elephāticis, calorem fere sequitur, rarius caloris, imbecillitatem: licet ac mistione integra mirifice ualere ad mensium corruptionem & fluorem eorum, ac hæmorrhoidum immodicum usu suorum affirmet autor Luminaris maioris. Scoria aūt in aceto nutritur, dum eo diu maceratur, aliquoties mouendo, ut docemus in nutritione lib.2. pharmacopœiæ.

TRyphera minor ex arte Phenonis, ad corruptionem & exuberationem menstruorum, & hæmorrhoidarum, & ad corruptionem formę, & debilitatem stomachi, & destruit humorem crudum. & clarificat colorem. & confortat uesicam, & abscindit fluxum uentris. Cuius permixtio hęc est. Reci. myrobalanorum chebulorum, indorum, bell. emblic. nucis muscatę. ana.ʒ.v. nasturcij, asari, origani persici. piperis, olibani, ameos. zingibe. †carmezit, spicę, schœnanthi, cyperi. ana.ʒ.iiii. scoriæ ferri nutritę in aceto diebus.v.& assatę.ʒ.xx. Myrobalani assentur cum butyro uaccino & inuoluantur, cętera cum oleo amygdal. dulcium, & aromatizentur cum musci.ʒ.i. Et confice cum melle despumato. & da post sex menses. Dosis eius est à.ʒ.i. usq; ad.iii. Est enim expertum & efficax & proprie ad humorositatem stomachi & putrefactionē in ipso.

Additio.

Tryphera minor ex arte Phenonis interdum habetur in usu quæ mirabiliter ualet ad corruptionem formæ, & exuberationem menstruorum & hæmorrhoidarum.

MANARDVS, in tryphera minori ex arte phenonis.

Carmezit.) Est fructus tamarisci: magnam uim habet in adstringendo, quæ hoc desiderant, & præcipue mulierum redundantes menses.

Trypherā alia minor uentriculum & hepar firmat, liēteriæ confert & hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ. Fit ex myrobal. cœpular. indarum, beller. emb. singularum portione pari, hæ butyro uaccino inuolutæ frigentur, melle emblicarum excipiantur, aromatizetur moscho. Addunt alij, cyperi, thuris, asari, sem. apij & nasturcij, ana scrip.i. scoriæ ferri nutritæ partes tres.

TRyphera minor descriptione cognita confortās stomachum & hepar & confert molitiei stomachi, & malitię hęmorrohidarum, & corruptioni formę. Cuius permixtio hęc est. Rec. myrobal. chebu. indorum. belli. embli. ana partes ęquales. Inuoluantur butyro uaccino, & frigentur, & conficiantur cum melle emblicorum, & aromatizentur cuuu musco. Et in descriptione alia cyperi, olibani, sem. apii, nasturcii, asari, ana sextam partem.ʒ.i. Et apud alios scorię ferri nutritę partes.iii.& est bonum & expertum.

Non sunt in usu nec inueniuntur.

Additio.

Tryphera minor descriptione cognita non habetur in usu. Summa medicinarum secundum omnes additiones est xiii. res.

MANARDVS, in tryphera minori.

Efficacior uidetur scoria ferri addita, quæ nutrire dicitur, quando in aceto madet longo tempore.

Diacurcuma magna, uentriculi, hepatis, lienis, morbos frigidos, ob id diuturnos, sanat, & quæ his succedunt symptomata, obstructiones, hydropen, cachexiam, colorem corporis fœdum, humorum in uentriculo corruptelam, à flatibus crassis inflationem, dolorem quoq; renum & uesicæ à causa frigida, uel obstructione mitigat, urinamq; prouocat. Recipit autem croci, asari, seminum petroselini, dauci, anisi, apij, ana unc. dimid. rhabarbari, mei, spicæ nardi, ana drach.vi. costi, myrrhæ, casiæ, schœnu anthus, carpobalsami, rubiæ, succi absinthij, succi eupatorij, olei balsami. ana drac.ij. calami aromatici, cinnamomi, ana drac.i. & semiss. scordii, scolopēdrij, succi, glycyrrhizæ, ana drac.ij. & dimid. tragacanthi drach.i. melle despumato excipitur. Datur à drac.i.ad drach.iij.

SYLVII ANNOTATIO.

Διὰ ἐρυθροδάνου Græcis potest uocari: nam curcuma est arabicus, ἐρυθρόδανον, idest, rubea: aliis placet curcuma esse chelidonium, à cuius colore flauo huic antidoto fit nomen uel corrupte pro διὰ κρόκου, quem capit largiorem.

ANT. DIacurcuma magna conferens ad ægritudines antiquas, & cacexiam, & hydropisim iuuamentum manifestum, & eradicat ægritudines hepatis & splenis chronicas, quæ iam induratæ sunt. Et confert ad fæditatem coloris, & corruptionem stomachi, & humiditatem frigidam, & uentositates crassas in eis, & dolori renum & uesicæ, & urinam prouocat. Cuius permixtio hæc est. Rec. croci, asari, petroselini, dauci, anisi semi. apii, ana drac.iiii. rauedsceni, phu, meu, spicæ, ana ʒ.vi. costi, myrrhę, casiæ, schœnanti, carpobalsami, rubeæ tinctorum, succi absinthii, succi eupatorii, olei balsami. ana.ʒ.ii. calami aromatici, cinnamomi, ana.ʒ.i & s. scordeon, scolopendriæ, succi liquiritiæ, an.ʒ.ii.&.s. tragacanthi.ʒ.i. confice cum melle despumato. Dosis eius est à.ʒ.i. usq; ad.iii.

Istud est electarium magnum, & expertum quod generaliter ab omnibus habetur in usu. & ubique præparatum reperitur secundum possentem descriptionem. Et denominatur diacurcuma à quadam radice quæ nominatur rubea tinctorum. Et à quibusdam dicitur quod curcuma est species chelidoniæ, sed hic sumitur pro rubea tinctorum ualet principaliter ad omnes ægritudines frigidas antiquas, factas à materia frigida, & maxime hepatis & splenis cū quibus coniungitur debilitas uirtutis digestiuæ seu sanguificę cum oppilatione ipsius, aperit enim oppilationes ipsius, & hepar calefacit & uirtutem digestiuam corroborat, colorē totius bonum efficit & mortificatum bene uiuificat. unde eius principaliter operatio est in corporibus cacexeticis .i. ad hydropisim præparatis. & sic in tali dispositione principaliter communiter utimur. ualet etiam passionibus renum & uesicæ frigidis, & etiam stomacho, & aliis in litera positis. Cacexia enim est dispositio prima ad hydropisim, in qua color corporis incipit dealbari, & aliqualiter citrinari & substantia corporis mollificari. Et dosis eius est a.ʒ.i. usq; ad.ʒ.iii. Et potest simul assumi cum modico uini subtilis, uel cum aquis aperitiuis calidis conuenientibus hepati de quibus inferius mentionem faciemus. Et usus eius potest esse continuis diebus pluribus, nisi in tempore magni feruoris, & in corporibus quàmplurimis febrientibus, nisi cū eo administretur electarium minus calidum uel frigidum, ut cum diarodon abbatis, uel cum triasandalis, & assumendum esset cum aquis temperatis, uel frigidis, ut cum aquis radichii seu lupulorum, uel endiuiæ, seu seminum communium, uel cum uino aqua limphato. Cuius hæc est descriptio. ℞. croci, asari, petroselini. s. seminis, dauci. s. semi. anisi. apii. s. semi. ana.ʒ.iiii. rauedsceni. i. rhabarb. meu. i. anethi siluestris, spicæ. s. nardi, ana.ʒ.vi. costi, myrrhæ, casiæ. s. ligneæ schœnanti, carpobalsami. s. semi. balsami. rubeæ tinctorum, succi absinthii, succi eupatorii, herba est nota conferens multum malæ complexioni frigidæ hepatis & oppilationi eius, secundum omnem modum administrationis, & maxime in aqua distillata, & sic habetur plus in usu. & est calidæ complexionis in primo, siccæ in secundo. olei balsami. ana ʒ.ii. calami aromatici, cinnamomi. s. crassi. ana.ʒ.i.s. scordeon, scolopendriæ. i. linguæ ceruinæ. herba est nota quæ multum ualet in passionibus frigidis ipsius splenis, & oppilationi & duritiei eius. & est calidæ & siccæ complexionis in secundo. succi liquiritiæ ana.ʒ.ii.s. tragacanthi.ʒ.i. mellis despumati quantum sufficit. Et nota φ licet reubarbarū ingrediatur huiusmodi compositionem, non tamen efficitur solutiuum propter paruam eius quantitatem quæ ingreditur & leuem dosim quæ assumitur ex toto composito.

Curcuma

Sūma medicinarūē xxv. res.

Additio.

Diacurcuma dicitur secundum aliquos à dia quod est p, & curcuma, quia in calore sit sicut curcuma quæ est spēs celidoniæ uel secūdum alios dicitur diacurcuma à croco quē recipit in bona quantitate, & tunc melius diceretur a diacrocoma. Auic. in.v. cano. duas habet descrip. s. maiorem & minorem. similiter Serapio in proprio antidot. differentes tamen ab istis, quāuis eiisdem effectibus attribuantur.

MANARDVS, de Diacurcuma.

Melius est hanc dimittere, quia non bene conficitur, si quis tū conficere eā uelit, uideat ut habeat uerū eupatoriū: nam quo passim utuntur, mendax est. Sed & uerum & meō & scordium agnoscat, ut oleum balsami taceam. Scolopendrium est, quam uulgo citrach appellant.

SYL. *Diacurcuma minor idem pollet, sed imbecillius. recipit spicæ nardi, myrrhæ, casiæ, croci, scœnu anthus, costi, cinnamo. ana, melle despumato excipiuntur.*

ANNOTATIO SYLVII.

Hæc ab usu recessit, & quæ maior, & minor, tam Auic. v. cano. quàm Serapioni in antidotario scribitur.

ANT. DIacurcuma minor ualens ad ea sicut maior. Reci. spicæ, myrrhæ, casiæ, croci, floris schœnāthi, costi, cinnamomi, ana. confice cum melle despumato, & est bona, & experta.

Sūma medi. est. viii. res.

Non est in usu, nec præparata reperitur.

MANARDVS, de Diacurcuma minori.

Minorem hanc quiuis parare potest: non multum enim errabit qui herbam schœni, pro flore receperit.

SYL. *Diamorusia præstat quæ diacurcuma, nam effectus uentriculi, hepatis, lienis frigidos, proindeq; chronicos sanat, hydropen, frigidam uentriculi intemperiem, ac inde natam crudorum succorum copiam & dolorem, recipit autē croci, acori, ana drach.ij. myrrhæ, drachm.iij. bacarum lauri, drach.ij.& dimid. dauci, cinnamomi, casiæ, cymini, carmeni, carpobalsami, schœnu anthus, se. apij, anisi, cardamomi, spicæ nardi, menthæ siccæ, marrubij, ameos, ana drac.i. costi, trium piperum, ana drac.i. melle despumato excipitur. Datur à drac.i. ad drac.iij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Electarium hamorusia dicitur Auic.5.can, & Serapio in Antidotario.

ANT. DIamorusia est medicina multarum utilitatum, sicut diacurcuma magna, & experta, & efficax nimis, & proprie ad dolorem stomachi propter frigiditatem factum, & humorem crudum, & ad ægritudines splenis & hepatis chronicas factas in ipsis propter hydropisim. Accipe croci, †acori, ana.ʒ.ii. myrrhæ ʒ.iii. baccarum lauri drac.ii.&.s. † dauci, cinnamomi, casiæ, cimini carmeni, carpobalsami, florum schœnāthi, seminis apii, anisi, cordumeni, spicæ, menthæ siccæ, †marmacur ameos, ana.d.i. costi, trium piperum, ana † drach.i. confice cum melle despumato, dosis eius est à drac.i. usque ad.ii.

†drach.s.

Non est in usu, nec præparata reperitur, magistraliter tamen posset uti, & ualet in omnibus dispositionibus quæ ponuntur in litera, & est efficax & experta.

Additio.

Diamorusia raro in usu habetur. hæc descriptio uidetur concordare cum illis quas describunt Auic. in.v. can. & Serapio in proprio antidotario, & appellatur apud istos istud electarium hamorusia.

MANARDVS, de diamorusia.

Daucus est trium specierum.) Eligendus est Creticus, cuius

cuius flores & semina alba. Acort.) De hoc quid sentiam, infra notabo. Marmacvr.) Id est Melissophyllon.

SYL. *Dialacca magna uentriculum & hepar roborat, hepatis obstructiones aperit, eius schirrum dissoluit, & ex his nascentem cacexiam & hydropem sanat, urinas mouet, lapidemq; renum & uesicæ frangit, recipit laccæ lotæ, rhabarb. ana drac. ij. spicæ nardi, mastiches, schœnu anthus costi, myrrhæ, croci, cinamo. bdellij, seminum apij, anisi, ameos, fœniculi, succi eupatorii, sabinæ, asari, aristolochiæ, gentianæ, hyssopi siccæ amygdalarum amararum, rubiæ, ana drach. i. & dimid. piperis nigri, zingiberis, ana. ʒ. i. amygdalarum & bdellium uino infunde, cætera tere, omnia melle despumato excipe. Dabis ad aur. i. ad aur. ij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Διαπαγκαμὸν Græcis diceretur: id gummi sæpe adulteratur, eoq; infectores pasim utuntur, sericum colore kermesino tinsturi. Hæc tutior est, quàm diacurcuma. Lauanda autem hic lacca decocto schœnu anthus, & aristolochiæ, ut essentiæ tenuitate assumpta ualentius aperiat, calida pr. gr. sicca secundo. Cymas, seu summitates schœnu sustuli, quòd hæ cum floribus sumantur, quibus sunt inferiores.

ANT. Dialacca magna, conferens ad debilitatem stomachi, & hepatis, & ægritudines factas in eis. Oppilationes hepatis aperit, & omnem duritiem resoluit. Lapidem renum & uesicæ frangit. urinam prouocat, & est ad hydropisim & cacexiam medicina subli

drac. iii, mis. Cuius hæc est permixtio. Recip. laccæ, ablutæ, rauedsceni ana ʒ drach. ii. spicæ aromaticæ, masticis, sem. apii, schœnanthi, absinthii, succi eupatorii, ameos, sauinæ, amygdalarum amararum, costi, myrrhæ, rubeæ tinctorum, se. fœniculi, anisi, asari, aristolochiæ, gentianæ, croci, cinamomi. hyssopi, siccæ, casiæ, cimarũ schœnanthi, bdellii, ana. drach. i. & s. piperis, zing. ana dra. i. Infunde myrrham, & bdellium in uino, & cætera tere, & confice cum melle despumato, dos. eius est ab aure. i. usque ad. ii.

Dialacca maior est efficax & experta, ut ponit Mes. & licet non multum sit in usu, quia tamen alicubi præparata reperitur, ideo declaro eius descriptionem. Est enim efficax & quasi consimilis operationis cum diacurcuma maiore sed magis & plus appropriatur passionibus renum & uesicæ &

Dialacca unde. lapides frangit per uias urinæ educens. Et dicitur dialacca à quodam gummi quod uocatur lacca, quæ ingreditur eius compositionem. Et modus assumptionis eius & tempus, est secundum regulam datam in electario de aromatibus secundum descriptionem Ga. Et dosis eius est sicut dictum est de diacurcuma, cuius dialaccæ hæc est permixtio. Rx. laccę ablu

Gummi. tæ. Gummi est quod adportatur de arabia, & est calidum in primo, siccum in secũdo, coloris citrini rubei, & cum ea tingitur sericum quantum ad colorem cremusi. Abluitur autẽ

Laccæ ablutioquales. secundum quod hic conuenit cum decoctione, schœnanthi & aristolochiæ per quam ablutionem acquirit subtilitatem & apertionem maiorem. Rauedsceni. i. rhabarbari an. ʒ. iii. non tamen propter rhabarbarum redditur solutiuum consiH derata dosi eius. Spicæ aromaticæ, id est nardi, quia magis aromatica masticis, seminis apii, schœnanthi, absinthii, succi

Sauina. eupatorii. Ameos. Sauinæ. Arbor est nota calida & ficca uersus tertium gradum, & est multæ apertionis & prouocationis. Amygdalarum amararum. Costi. Myrrhæ rubeæ tinctorum. Seminis fœniculi, anisi, asari, baccarę, aristolochię, gentianæ, croci, cinamomi, hyssopi, siccæ ad differentiam humidæ quæ humida est. & pinguedo quæ extrahitur quando lana succida lauatur uel abluitur, calida in primo & humida in secundo. Hyssopus autem ficca est herba nota calida & ficca uersus tertium. Casiæ scilicet lignea. cimarũ schę nanthi, id est extremitatum schœnanthi. Bdellii, gummi est arboris in terra arabum, & est calidum & siccum in primo cum uirtute mollificatiua & resolutiua, & est bdellium syria

Bdellii. cum. i. de Syria, & est iudaicum, & melius ana, ʒ. i. s. Piperis nigri, zingi. aur. ʒ. i. Infunde bdellium & myrrhã in uino, cõfice cum melle despumato. Et dosis eius est usque ad. ʒ. ii.

Additio.

Dialacca magna dicitur quia in compositione ipsius plura simplicia ingrediuntur quàm in minore. uel quia maiorẽ habet efficaciam quàm minor. Auic. in. v. cano. similiter Serapio in proprio antidotario, & item Haly. x. practicæ habent similiter duas descrip. quę nõ sunt eædem, sed ista Mes. est illa qua utimur.

Manardvs, in Dialacca magna.

Hac tutius utimur quàm Diacurcuma: omnia quæ in ea ponuntur, nota sunt, solum attẽdendum, ut lacca sit quòd dicunt Græci κάγκαμον, quia arte alia paratur, qua pasim infectores utuntur.

Dialacca minor, eadem potest, sed inefficacius. fit ex lac cæ lotæ, croci, costi, schœnu anthus, rubiæ, aristolochiæ longæ, glycyrrhizæ, piperis ana drachm. i. & dimid. rhabarb. dr. tribus, myrrhæ, bdellij, ana dr. una mistis ut in priore. SY

Actuario describitur διὰ λαγχὰν duplex, ex his duabus fere sumpta: ut hę, & aliorum aliæ, ab usu recesserunt. F

Dialacca minor de intentione dialaccæ maioris. Rec. laccæ ablutæ, croci, costi, florum schœnanthi, rubeæ tinctorum, aristol. longe, liquiritiæ piperis an. ʒ. i. & s. rauedsceni. ʒ. iii. myrrhæ, bdellii an. ʒ. i. confice sicut primum.

Non est in usu, ned præparata reperitur.

Manardvs, in Dialacca minor.

Hęc quoq; bona est, & facilius quàm prima parari potest.

Electa. ex Rhabarbaro, obstructiones potenter aperit, & inde natos affectus, ictĕrum, febres putridas etiam inueteratas, formæ corruptionẽ sanat. Recipit rhabarbari, succi eupatorij, succi absinthii, ana. ʒ. v. myrrhæ, croci, ana. ʒ. i. spicæ nardi, asari, casiæ, schœnu anthus, sumariæ, sem. anisi apij, amygdal. amararum excorticatarum, ana drac. dimidiam, melle despumato.

Confectio de rauedsceni cõferens ad febres antiquas, & ad febres oppilationum, & ad corruptionem formæ, & ad icteritiam. Cuius hæc est permixtio. Rec. rauedsceni, succi eupatorii, succi absinthii an. ʒ. v. fumiterræ spicæ anisi, cimarum schœnanthi, seminis apii, asari, casiæ, amygdalarum amararum excorti catarum, ana. ʒ. s. myrrhæ, croci an. ʒ. unam confice cũ melle despumato.

Non est in usu, Additio.

Confectio de rauedsceni raro habetur in usu, nec præparata reperitur, hanc confectionem describit Serapio in proprio antido. quam nominat confectionem diafaraficon.

Manardvs, in Confectione de Rauedsceni.

Placet mihi & hæc si bene paratur: multum enim in mulieribus ualet, quibus ob malam hepatis temperaturam ad frigidum retinentur menses.

Elect. diacostum, obstructa uiscera liberat, & inde natum dolorem mitigat, hydropem gigni cœptũ, perfici prohibet. Recipit costi amari, casiæ, cinamomi, ana drachm. v. asari, drach. iiii. rhabarbari, schœnu anthus, sem. apii, anisi, ana drach. iii. croci, aristolochiæ, myrrhæ, ana drac. duas, mellis despumati. q. s.

Diacostum ualens ad dolorem uiscerum, & oppilationem in eis, & principiũ hydropisis. Rec. costi amari, casiæ, cinnamomi ana. ʒ. v. seminis apii anisi, cimarum schœnanthi, & rauedsceni, ana. ʒ. iii. asari. ʒ. iiii. croci, aristolochiæ, myrrhæ ana. ʒ. ii. mellis quantum sufficit.

Similiter non est in usu. Additio.

Diacostum dicitur à costo quod recipit in plus quod raro in usu habetur Auicenna in quinto cano. similiter & Serapio in proprio antidotario habet unam descriptio. quæ fere est similis huic.

Manardus.

Manardvs, in Diacostum.

Potens hoc est in quauis temperatura frigida, & humida, & in obstructione: procurandum tamen ut uerum costum habeamus.

SYL. *Electarium à nobis inuentum, uentriculum & cæt. uiscera roborat, & calfacit, ob id lienteriam, diarrhœam, dysenteriam hepaticam, & alios dictarum partium affectus frigidos sanat, & immodicam medicamenti purgantis uacuationem sistit, & hæmorrhoidas, flatus quoque discutit recipit ligni aloes, gallię moscatæ, spicæ nardi, cyperi, calami aromatici, ana drach. ij. cymini carmeni aceto uigintiquatuor horis infusi & assati, drachmas. iij. seminis porri torrefacti drach. i. & dimidiam, emblicarum & bellir. succo intybi infusarum & tostarum, nucis moschatæ ana drachmas. ij. & semissem, seminũ nasturtij tostorum drac. vi. seminis uuarum drach. v. seminis myrti tenuissime tritorũ drach. xxvi. balaustij, concharum ustarum, thuris, fructus tamaricis, ana drac. ij. & semiss. ameos drac. iij. Tere omnia & frige in uino odorato, & sicca, frige iterum aqua cydoniorum, aut baccarum myrti, & sicca, iterum tere subtilissime, excipe miua aromatica, dantur drac. iij. cum syr. cydoniorum, aut myrtino.* B

ANT. Confectio electarii ex inuentione nostra, quod confortat stomachum & uiscera, & aufert molli ficationem eorum, & lubricitatẽ propter indigestionem factam. Et abscindit fluxum uentris assiduũ cum significationibus frigiditatis, & eum qui fit propter exuberantiam operationis catartici, & confortat uiscera, & calefacit ea. uentositates quoque dissoluit & fluxum hęmorrhoidarum sistit. Cuius hæc est permixtio. Recipe ligni aloes, spicæ, gallię muscatæ, cyperi, calami aromatici. ana drachmas duas, cimini carmeni infusi in aceto die ac nocte & assati drachm. iii. semin. porri torrefacti. drach. i. & semin. emblicorum, & belliricorum infusorum in succo citonior. & tostorum, nucis muscatæ, ana drachm. ii. & s. granorum nasturcii tostorum drachm. vi. granorum passularum. drachmas quinque, granorum myrti tritorum sicut alcohol. dra. xxvi. balaustiæ, concularum adustarum, olibani, fructus tamarisci, ana drachmas duas, & s. ameos. drachm. tres. Tere omnia, & frigentur in uino odorifero. Deinde exiccentur, & frigentur iterum in aqua citoniorum: aut aqua granorum myrti, & exiccentur. Deinde dimitte siccari super uase uitreo, & iterum terantur sicut alcohol, & inuoluantur in miua aromatica, & fit dosis. drac. iii. cum syrupo de citoniis, aut myrtino. C

Non est in usu, nec præparatum reperitur.

Additio.

Confectio electarii ex inuentione nostra, non est in usu, poterit tamen quis ea magistraliter uti. & ualet ad ea, quæ dicuntur in textu, maxime ad fluxum uentris cum significa D tionibus frigiditatis.

Manardvs, Confectio elect. ex inuentione nostra. Sicut Alcohol.) In tenuissimum puluerem. Per conchulas adustas, intellige coopercula paruarum conchularum, qualia apud nos multa, ut quæ piperatia uocant, & similia, quanquam meliora essent, quæ blattas byzantias uocant, & græci onychas, hoc est, ungues.

SYL. *Electarium alterum confirmans, uentriculum, & uiscera alia roborat, fluorem alui à causa calida, uel medicamento nimis purgante sistit, appetentiam excitat: recipit nucleorum myrti læuissime tritorum unciam unam & dimidiam, rosarum, spodij, rhu, triumpiperum, santali, balaustij, gummi assi, ana drach. unam, & dimid. granorum granatorum assatorum drach. septem; coriandri infusi in aceto, & assati unc. semiss. seminis rosarum, semi. oxalidis, semi. plantaginis, ana drachm. duas, trita probe omnia frigantur ex omphacio, uel succo myrti, & aceto, siccenturq;, excipiantur deinde miua acetosa. Dantur drac. duæ, uel tres cum syru. cydoniorum acidorum.* A

ANT. Electarium confortans stomachum & uiscera, & abscindens fluxum uentris, de significationibus caliditatis, & conferens ei cuius uenter soluitur superflue ab operatione catartici, & auget appetitum cibi. Cuius permixtio hęc est. Recipe granorum myrti tritorum sicut alcohol. drachmas septem, rosarum, spodii, sumach, trium piperum, sandali, balaustiæ, gummi assi, ana drach. i. & s. granorum granatorum assatorum, drach. vii. coriandri infusi in aceto et assati. drac. quatuor. seminis acetosę seminis plantaginis, seminis rosarum, ana drach. ii. Fiat omnium contritio bona, et fricentur cum succo acrestæ, uel succo myrti, et aceti, et siccentur. Deinde inuoluantur in miua acetosa. Et sit dosis eius drach. ii. uel. iii. cum syrupo acetosorum citoniorum.

Non est in usu, nec præparatum reperitur.

Additio.

Istud electa. non est in usu, ualet ad ea, quæ dicuntur in textu, & maxime ad fluxum uentris cum intentionibus caliditatis, & ideo poterit quis eo uti magistraliter.

Manardvs, Electarium Confortans.

Magnam uim habere adstringendi, si bene pararetur. Seminis rosarum.) Quid sit, uide in nostris epistolis.

SYL. *Electarium Alcanzi, uentriculum, & hepar calfacit, & roborat, ob id appetentiam excitat coctionem iuuat, flatus dissipat, uomitum pituitosum, & ab eo uirium dissolutionem emendat: recipit autem rosarum, costi, spicæ, ana unciam dimidiam, florum granati syluestris unc. unam nucis moscatæ, calami aromatici, caryophyllorum, macis, cardamomi, ana drach. iij. & semiss. zingibe. drach. ij. myrobala. indorum, embli. bell. ana drach. sex: granorum myrti lib. unam: balaustij: thuris, corticum citri, fructus tamarici, ana unc. semiss. Feruefiant semel omnia in uino generoso antiquo, post siccentur: feruefiant deinde semel in succo cydoniorum, exiccenturque in uase terreo uitrato, tereantur tenuissi. miua excipiantur. Dantur drac. tres cum syrupo cydoniorum.* C

ANT. Modus confectionis Alcanzi conferens ad solutionem naturæ, et uomitum ex phlegmate, et malitiam digestionis, et confortat stomachum debilem, et hepar, calefacit ea, et procurat appetitum, et spargit uentositates. Cuius permixtio hæc est. Recipe rosarum, costi, spicæ, ana drach. quatuor. florum alchelin. uncia una. nucis moscatæ: calami aromatici, caryophyllorum, macis, cardamomi, ana drach. iii. et. s. cyperi, drachm. xii. trium piperum, ana drachm. iii. et. s. zingiberis drach. ii. myrobalani indi, emblici, bellirici, ana drach. vi. granorum myrti. lib. i. balaustiæ thuris, corticum citri, fructus tamarisci, ana drach. iiii. bulliant cum bono uino antiquo bullitione una, et exiccentur. Deinde bulliant cum succo citoniorum ebullitione alia, et exicca in uase terreo uitreato, et tere omnia sicut alcohol. et confice cum miua. et da † drac. iii. cum syrupo citoniorum. D

Alchelil. i. flores rosarum.

† drac. ʒ

Non est in usu, nec præparatum reperitur.

Additio.

Confectio alcanzi non est in usu, nec præparata reperitur Auic. v. cano. similiter & Serapio in proprio antidotario habent alias descriptiones electarii alcanzi, quæ non sunt eædem cum ista.

MANARDVS, Confectio Alcanzi.

Florum alcheil.) Credo legendum esse alkilil, quod uocant Arabes granatum sylueſtre.

SYL. *Elect. ex lasere ad febres antiquas, & circuitu repetentes, ut quartanas quotidianas, somnum grauem, tremorē, uenenosos morsus, recipit liquoris Cyrenaici, piperis, mirrhæ, foliorum rutæ siccorum, ana unc. dimid. melle despumato excipe. Datur à drach. i. ad aureum unum in febre cum oximelite per horam ante accessionem contra uenenū cum uino calido.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vtile est hoc electarium in declinatione uniuersali quartanæ, horis duabus ante accessionem, ad drachmam unam, & dimidiam cum uino tenui calido, Malo opum Cyrenaicum uulgo, assam aromaticam (quam dictum beniouin quidam putant) miscere, si proba habetur, quàm Medicam, uel Parthicam uirus olentem, ob id assam fœtidam uulgo dictam. Proba autem fuerit subrubra, splendida, myrrham referens odore, non porrum, & solutu facilis in album colorem.

ANT. CONfectio de Asa. quæ confert febribus antiquis & periodis: somno, & tremori: & quartanæ, & morsibus uenenosis. Recipe asæ, piperis, myrrhæ foliorum rutæ siccorum, ana drachmas quatuor. confice cum melle despumato. Et est dosis eius a drachm. i. usque ad aur. i. & proprie cum oxymelle in febre per unam horam ante periodum. Et uenenosis morsibus cū uino calido.

Istud electarium licet sit in usu: tamen utebatur eo quidam magnus practicus, & bonus experimentator uersus declinationem uniuersalem febris quartanæ periodicæ. dabat enim de ipso ante principium paroxismi per horas duas usque ad drach. i. s. cum uino subtili pauco & calido tribus uicibus subsequenter in die quietis exhibebat de omnibus myrobalanis puluerizatis usque ad drachm. iii. cum uino subtili, & quandoque cum melle in forma dactyli de mane ante diem, fricatis tamen prius dictis myrobalanis sic puluerizatis cum oleo amygdalino dulci pro ipsorum rectificatione, ut dictum est supra. soluit enim uentrem comprimendo, & euacuat principaliter materiam melancholicam, & subsequenter cholericam, & phlegmaticam, & generaliter omnem materiam adustam leuiter tamen. Est tamen electarium displicibile multum, plus ratione fœtoris a se quam ratione saporis, ualet etiam à proprietate morsibus animalium uenenosorum, si assumatur in dosi prædicta eodem modo quo dictum est. Recipe asæ. ſ. fœtidæ, & est gummi cuiusdam arboris in partibus indiæ calidum, & siccum in tertio cum multo fœtore. Piperis: myrrhæ, foliorū siccorum rutæ, ana. ʒ. iiii. Confice cum melle. Quidam autem dicunt quòd asa est succus herbæ inspissatus, & in illis met partibus adinuentus.

Additio.

Confectio de asa fœtida non est in usu quamuis aliqui interdum ea utantur magistraliter. Auicen. in quinto cano. similiter & Serapio in proprio antidotario, & Hali. x. practicæ unam aliam habent descriptionem quæ eadem est cū ista Mesuæ.

MANARDVS, In Confectionem de Asa.

Laser, uel opos Cyrenaicus Dioscorides est res quam Arabes uocant asam, non defertur ad nos nisi fœtida: Optimum est subrubeum, splendidum, myrrham referens nō porrum, & quòd facile dissoluitur in colorem album. Sūt qui putent benzoin nunc uocatum esse uerum laser.

SYL. Cōfectio anacardina. *Electarium Anacardinum ad uentris totius inferioris, & cerebri affectus frigidos, sanguinem reddit puriorem. & inde spiritu animali reddito purgatorie, & tenuiore, sensus omnes, apprehensionem, intellectum, & memoriam iuuat, coloremque uiuidum corpori tribuit. Recipit autem piperis nigri, & longi, myrobalanorum, cepularum, embl. belli. indarum, castorii, ana drach. duas: costi, anacardi, melanthij, sacchari boni, ana drachm. sex; cyperi drachmas quatuor: tere anacardos per se: deinde alia excipe butyro uaccino, & melle simul coctis portione æquali. Datur post sex menses ad drachm. duas cum aqua fœniculi & apij: quo sumpto, uitabis laborem, iram, coitum, ebrietatem.*

SYLVII ANNOTATIO.

Et cætera immodice calfacientia & uacuantia, quia caliditatis. est solisq; multum frigidis securum. Nam spiritibus accensis, febres excitat diarias, à quibus sæpe transitur in putridas, uel hecticas; fere autem usurpatur ad febrem excitandam in morbis frigidioribus. Datur autem post sex mēses, cum scilicet uis anacardorum feruendo expirauit, ante nanque uti est periculosum. Ant. dianacardon Act. ad uertiginosos, comitiales, difficulter spirantes, & ileosos, menses pellit, incipientem hydropem, & cachexiam sanat: recipit anacardiorum, epithymi, acori, piperis, saxifragæ, mastiches, iridis, myrobalani, singulorum quadrandem: croci, casiæ, folii, spicæ nardi, mei, agarici, iunci odori, rhei, singulorum sescuncium: aloes sextantem, caryophyllorum unciam unam: mellis quantum erit satis. Mel uero anacardinū, ideſt, cui incocti sunt anacardi recētes, & relicti, usu frequens est, in compositionibus præsertim, ut post leges.

CONfectio anacardina, & est confectio sapientiū, & eorum, qui desiderant scire: acuit enim intellectū, & subtiliat sensum, & memoriam reparat, & confert dolori stomachi, & uentris a frigiditate facto. Et clarificat sanguinem, & colorem bonum facit. Cuius permixtio. Recipe piperis: macropiperis, myrobalanorum, chebulorum embli. belliri. indorum. & iūde† beduster, ana drachmas duas, costi, anacardi, zuccharī tabarzet, †burungi, baccarum lauri: ana drachm. vi. cyperi. drachmas quatuor. Tere anacardos per se, deinde medicinas alias, & confice cum butyro uaccino & melle quantitate æquali bullitorum prius, & da post sex menses. Dosis eius est drach. ii. cum aqua fœniculi & appii. Et caueat sumens à labore, ira, coitu, & ebrietate.

Istud electarium in aliquibus apothecis reperitur præparatum: sed rarissime habetur in usu, propter excessiuam eius caliditatem, & dicitur, quod est confectio sapientum exacuens intellectum, memoriam reparans, superfluitates maxime in stomacho, & cerebro repertas consumendo. Conueniret corporibus frigidissimis in complexione, & quando quæreremus aliquam inflammationem in spiritibus cum calore febrili, & dosis eius est à drac. i. ad drac. i. & s. cum aqua fœniculi, uel cum modico uini albi. sumentē tamen se oportet summe cauere à labore, ira, coitu, & ebrietate, & similibus, sed tutius est ipsum non assumere quā uelle febrem inducere propter timorem aduentus putridæ ubi quæreremus solum ephimeram. Recipe piperis scilicet nigri, macropiperis. ſ. longi, myrobalanorum, chebulorum, emblicorum, belliricorum, indorum, iunde beduster, ideſt castorei, ana. ʒ. ii. costi, anacardi, sunt enim fructus cuiusdam arboris calidæ & siccæ complexionis in quarto, qui fructus habent similitudinem cum corde auium paruarum habentes intra se rubedinem quandam ad similitudinē sanguinis, & nascuntur in Sicilia in montibus igneis, qui quotidie comburuntur, & ab ipsis denominatur hæc confectio anacardina. Et hic no. quòd isti fructus dum sunt recentes condiuntur cum melle, quia ponuntur in ipso post liquefactionem ipsius, & sic diu morantes in eo. Illud tale mel uocatur anacardinum mel. & habetur in usu absque dictis anacardis, quia ingreditur in aliquibus electariis, ut inferius apparebit, & illud tale mel intensiorem gradum caliditatis acquirit, & siccitatis quam esset in ipso simplici melle zucchari tabarzet. i. albi. burungi. i. nigellæ est semen minutum & paruum, & reperitur in partibus nostris, & est calidæ, & siccæ complexionis uersus tertium gradum, baccarum lauri, ana drac. vi. Cyperi drach. iiii. Vltimo ponit modum compositionis ipsius cum butyro propter myrobalanos, & cum melle, ana partes æquales, & usus ipsius non est conueniens ante sex menses, ut malitia anacardorum remoueatur propter fermentationem, & debet assumi cum aqua fœniculi, uel apii.

Additio.

Confectio anacardina à multis auctoribus describitur, diuersis tamen modis. Nam Auicen. in. v. cano. tres habet descript. ab ista differentes. similiter Serapio, & Haly. x. practicæ unam habent descrip. quæ etiam ab ista est multū differens, idem Mes. cap. de ægritudinibus neruorum habet unam aliam descrip. Vnum tamen notabis, quòd multi aromatarii falsò dixerunt, quod debemus hic dicere uinum debeduſt duas res intelligentes per ista duo uocabula falsa tamen est eorum opinio, nam Auicen. in præsenti confectione habet loco iunde beduſt castoreum. similiter & Serapio, & Haly, habent iunde beduſter. i. testiculi castorei, & sic boni auctores uolunt, quòd per iunde beduſt intelligamus castorei. Circa burungi dicemus quòd aliqui uolunt dicere, quòd sunt cubebę, ut uoluit Luminare maius reprehēdens lumen aromatariorum, qui dicebat quòd burungi. i. sem. nigellæ. eadem tamen ratione probabimus, quòd sit nigella qua probauit, quòd debemus dicere iunde beduſt. nam Aui. Serapio Haly. habent in præsenti descrip. semi. nigellæ, & non cubebas.

MANARDVS, De confectione Anacardina.

Hac perrarò utimur, nisi ad febrem in frigidioribus morbis prouocandam. BEDVST.) Intellige castorium. BVRVNGI.) Pro hoc pone Melissophyllon, uel Eryſimon. Aliqui tamen intelligunt eurucam agrestem. De Anacardo non uideo Græcos inter simplicia medicamēta scripsisse: inuenio tamen eis usos, & uocare Anacardia. Auerroes reponit inter noua medicamina. Paulus describit Theodoreton, quā per Anacardia uocat.

DISTINCTIO SECVNDA

De Medicinis opiatis.

SEcunda distinctio est de medicinis opiatis, quæ ad formam electarii reducūtur, & dicuntur opiatæ, quia in eis ingreditur opium, uel aliæ medicinæ stupefactiuæ præsentes in uirtute similitudinem cum opio, uel cum eis insimul ingreditur opium, ponuntur etiam cum istis aliæ medicinæ multum calidæ, quæ habent corrigere malitiā opii, & aliarum similium. Et hæc est secunda pars principalis superius diuisa, in qua determinat de electariis opiatis, quorum usus non est conueniens nisi in casu magnæ necessitatis, & cum cautela, ut dictum est supra in expositione theriacæ Andromachi. profequor ergo literam cum dicit.

MANARDVS, De medicinis opiatis.

Vsus horum admodum prudentem desyderat medicū, nō audeò audacem, ut ubi opus non est, eis utatur: nec adeò timidū, ut quoties urget necessitas, eorum usum reformidet.

SYL. *Antidotus Philonis efficacissima, & expertissima ad sedandos uehementes, & lethales partium dolores, ventriculi, cœli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, uteri excitatos à crudis humoribus, aut flatu crasso, aut amborū causa intemperie frigida: ualet etiam ad suffocationis periculū singultum uehementem, urinæ difficultatem: ob hæc à morte impendente uindicat. Recipit autem piperis albi hyoscyami albi, ana dra. uiginti, opij drachmas decem, croci dr. quinque: spicæ, pirethri, castorij, ana dra. unam: mellis despumati quadruplo omnium excipe: addunt aliqui moschi scripti lum unum. Datur quantitas ciceris, aut fabæ paruæ, cum liquore aliquo conuenienti.*

SYLVII ANNOTATIO.

Sic Philo Medicus Tharsensis præstātissimus scripsit ele-

giaco carmine eleganti, sed ænigmatibus de industriā obscurato, apud Galenum libro nono comp. phar. secundum partes: nisi quòd euphorbium habet, Mesues uerò castorium: in cæteris & ponderibus idem sunt. Hoc fere primum anodynorum antidotorum celebre extitit. Huic autem quidam ademerunt, alij addiderunt, nonnulli etiam ponderibus euariantes, magnum fecerunt numerum antidotorum anodynorum principalium, quæ etiam antidoti colicæ uocantur, ab affectu maximos dolores experiente. Ex aromaticis tamen dictis medicamentis Philo solam nardum imposuit. Qui uerò illius ætate extiterunt, alius aliud, nonnulli plura adiecerunt, ut schœnu anthos, casiam, cinnamomum, amomum, costum: alij loco croci crudos humores, & dispositiones crudas coquentes, alia etiam coquenda, myrrham, castorium, iniecerunt: alii etiam semina hæc, sese, eos, apij, anisi, cumini, dauci, petroselini, ameos, ut medicamenti amari suauitatem obtunderent, utque medicamentum facilius distribueret, & urinas moueret, & humores crassos, si essent, tenuaret. Hoc Philonis medicamentum, & similia, post annum à compositione sumenda sunt, ad annum usque decimū ad quo usque tempus stupefaciendo sensum partis, dolorem tollunt efficaciter, post languidis sunt uiribus. Gale. lib. 12. meth. Dosis est adultis, auellanæ magnitudo: minoribus, fabæ: pueris, ciceris: cum potione conuenienti. Quidam addunt moschi scru. unum. Aetius, Paulus, Oribasius, Actuarius, Mesues, sic ut Philo componunt: nisi quòd Paulus, & Actuarius, & Mesues piperis albi iniiciunt drach. uiginti: Oribasius uigintiquinque: hyoscyami autem drach. uiginti Mesues & Oribasius, sed Paulus drach. octo: & Mesues castorium pro euphorbio miscet: excipitque mellis despumati lib. duabus. Philonus medicamentum aliud facit Mesues in opere medico, ca. de sputo sanguinis longè ab hoc diuersum, quod Persicum appellat. Hæc antidotus frigiditate immodica neruorum spiracula (per quæ spiritus animalis sentiendi, & mouendi uim tranferens distribuitur) contrahit, & densat: ob idque illi spiritui uiam præcludit, quomodo cō, pressio uiolenta, & diuturna neruorum à uinculo, sessione innixu, tumore aliquo præter naturam. Vbi uero partes sentire desinunt, dolere non possunt, cum citra sensum tactus dolor non fiat, ut docet Hippocrates in lib. de Natu. humana: & Gal. lib. de elemētis. Hac ratione dolores omnes sedare opium, & ex eo composita, dicitur, abusuè scilicet loquētibus, cum propriè anodynum sit nequaquam. Hi uero dolores: præsertim colici, sæpe tam sunt uehementes, ut quosdā syncope sustulerint: alios ad consciscendam sibi mortem impulerint: ob id Philonius antidotus à morte liberare dicitur. Opiata, & ob opium stupefacientia medicamenta ante sextum mensem non utenda, post sex annos imbecilla sunt. De usu recto huius, & similium Galenus abundè lib. 12. methodi, & apho. 31. lib. 6. Dolores oculorum &c. & nos lib. 3. nostræ methodi. Quamuis dolores hos à causa frigida procedentes iuuet Philonis antidotus, tamen quia dispositionem horum causam auget, parū tuta est in his affectibus: nec adhibenda: nisi summa necessitate: in calidis uerò dispositionibus dolores tutius sedat, & horum sæpe causas unà abigit. Cum multis ex causis ex spirandi difficultate adueniat suffocationis periculum, id cui esse remedio hæc antidotus scribitur, uidetur esse, quod à cordis, aut pulmonis incendio prodit: ut æger scilicet efflare magis, quàm expirare cogatur, & citò multum inspirare. Nec singultum ab intemperie frigida sedare uidetur, sed eum quem mordax, & calidus humor, uel piper, uel aliud excitauit, præsertim quibus os uentriculi est magis sensibile, qualem singultum Galenus sæpe se expertum ait. Vrinæ difficultatem intellige, quæ ob lotii mordacem multum acrimoniam fit, siue ea sit à pure, seu bile, seu arenulis, seu pituita salsa, seu calculo uesicæ, seu qualitate alia lotii mordente. Dum enim sensum uesicæ stupefacit, non doletur, sed periculosus est usus, quia, ut uirium aliquid retineat, quando ad uesicam uentum erit, sumi uehemens, aut largum, & partibus quas permeat noxium, oportuit: nisi per meatum urinarium injicias. Sed neque in his dispositionē sanat: sed datur, ut quiescēte interim dolore uires omnes multum prosternente per apprehensionē, spiritus animales conquiescant, & somno etiam conciliā

to inſtaurẽtur.Quibus iam confirmatis, nec aliis diſsipatis æger poſsit diſpoſitionis remedia ſuſtinere. Eadem ratione in ardentibus,& mordentibus urinis ſemen papaueris, hyoſcyami,& ſimilia hodie miſcent apozematis, conditis, & aliis horum remediis. Alterum eſt Philonicum antidotum Meſuæ in ſputo ſanguinis,quod Perſicum uocat,fortè quòd in Perſide ſit inuentum:quomodo Nicolaus ſuũ Philonium uocauit Romanum, quòd Romæ in uſu celeberrimo fuerit.Præter dicta Philonii huius medicamenti opera,hæmorrhagiam omnem potenter ſiſtit,ſiue ſputo fiat, ſiue uomitu,ſiue ex utero,uel hæmorrhidibus. Somnum itẽ conciliat,& per ſe refrigerando, & per accidens ſopito dolore ſomnum interrumpente. Vtendum uero non eſt Philonium,nec aliud opiatum ante menſes à cõpoſitione ſex, & horis quinque ante cibum eſt ſumendum; uacuo ſcilicet omnino uentriculo, & factis prius totius uacuationibus idoneis.Caſtorium omittit Gale.Vide lib.9.compo. ph.local.Pueris datur ciceris quantitas:debilibus, fabæ paruæ, grandioribus & robuſtis,auellanæ.

ANT. Confectio Philonij ex†inuentione propria, manifeſtorum iuuamentorum et expertorum in ſedatione dolorum,et ſeparatione à caſibus mortis,et proprie dolori ſtomachi a frigiditate facto, aut humore crudo,aut à uentoſitate craſſa extendente, et ſedat dolorem colicæ,et uiſcerum,et dolorem renum, matricum,et dolorem laterum, et præfocationem anhelitus,et difficultatem urinæ,et ſingultum uehementem.Cuius hæc eſt permixtio.Recipe piperis albi, hyoſcyami albi,ana.ʒ.xx.opii,ʒ.x.croci.ʒ.v.ſpicæ, pyrethri,†caſtorei,ana.ʒ.i.Confice cum melle deſpumato, quod ſit quadruplum ponderis omnium. Doſis eius eſt ſicut cicer,aut faba parua, cum eo, quod conuenit ex potibus. Et ſunt qui ponunt muſchi, drach. unius tertiam.

Sũma medi.eſt.viii res.

Non eſt in uſu.

Notandum, quòd duæ famoſæ deſcriptiones ponuntur ab authoribus de Philonio,& ubique generaliter præparãtur una ipſarum ponitur à Nicolao, quam uocat Philonium Romanum,& eam ponit Auicen.quinto cano. qui ipſam deſcribit,& adducit auctoritatem Gale.in lib. x.tractatuum.ubi tale Philonium Romanum ſumme commendat, & fuit inuentum à Philone medico Romæ, & principaliter conuenit ad ſomnum inducendum,& ad ſedandum acutiſsimos dolores, & magnos, & plura alia iuuamenta habet,quæ ponit Nicolaus. Ibi ergo cum ipſum exponemus prædictam deſcriptionem aperte declarabimus. Alia famoſa deſcriptio,quæ multum habetur in uſu, ponitur à Meſue inferius capit.de ſputo ſanguinis à pectore, & uocat ipſum Philonium Perſicum,quia inuentum fuit à Perſis, & quia in expoſitione illius literæ non procedam,& hoc Philoniũ eſt multæ uirtutis,& excellentis utilitatis, & principaliter ad omnem fluxum ſanguinis undecunque emanet,& maxime à pectore,uel a matrice,uel ab hæmorrhoidibus, eſt ẽt ſedatiuum dolorum intrinſecorum,& ſomni prouocatiuũ, licet non tantum quantum Philonium Romanum, & uſus eius debet eſſe ad minus tranſactis ſex menſibus a die conſtructionis:nam ante eſſet timor de opio, & aliis medicinis ſtupefactiuis,& hæc fuit una regula generalis in qualibet medicina opiata,& inueterata ultra quatuor annos nõ ſic uigoroſe operatur. Doſis autem dicit Philonij Perſici,& ſimiliter Romani,eſt ſicut cicer de ſero poſt cœnam una hora tranſacta cum modico uini,uel ſine ipſo cum quærimus ſomnum prouocare. Cum autem intendimus ſedare dolores ſeu fluxum ſanguinis prohibere, niſi uacuo ſtomacho a cibo,& ſuperfluitatibus eſt exhibendum, neque poſt quinq; horas eſt cibus aſſumendus, ut de theriaca dictum eſt. Inſuper multum laudo, quòd Philonium non exhibeatur niſi poſt uniuerſales euacuationes, & iſte eſt canon regularis,& uerus in qualibet medicina ſtupefactiua, cuius Philonii Perſici hæc deſcriptio.Recip.papaueris albi,alias piperis albi,& eſt melior litera; & de pipere dictũ

E eſt. Sed papaueris tres ſunt ſpecies, eſt enim papauer album.ſ.quod habet ſemen album, quod eſt domeſticum, & hortulanum frigidæ,& ſiccæ complexionis in ſecundo gradu.Et eſt aliud,quod habet ſemen nigrum frigidæ, & ſiccæ complexionis in tertio gradu ex ſucco cuius papaueris nigri,qui colligitur per inciſionem eorum capitum, dum talia papauera ſunt recentia,fit opium,qui ſuccus eſt frigidæ, & ſiccę complexionis in quarto,ſicut eſt ipſum opium.Eſt, & aliud papauer,quod habet ſemen rubeum ſimiliter,quod attinet alicui caliditati: ſed eſt ſiccum in tertio, & tale ſemen non eſt in uſu. Hyoſcyami tres ſunt ſpecies. ſ.ſeminis.Nam quædam ſunt ſemina alba,quædam rubea, & quædam nigra,ſed ſpecies rubei, & nigri ſunt omnino fugiendæ tanquam uenenoſæ,& non ſunt in uſu medicinæ,& ſunt frigidæ,& ſiccæ complexionis in fine tertii, licet rubeum ſit minus frigidum. Qui uero facit ſemen album eſt in uſu medicinæ,& eſt frigidæ,& ſiccæ cõplexionis in tertii principio,eſt ualde notum uulgo dens caballinus uocatur.

Tres papaueris. Tres hyoſcyami ſpecies.

Terræ ſigillatæ opii,ana.ʒ.xi.ſetaragi.i.thapſiæ, croci, ana ʒ.v.caſtorei:ſpicæ.ſ.nardi,euphorbii, gummi eſt cuiuſdam F arboris in partibus profundis Inditur,& eſt calidum, & ſiccum in quarto:ita,quod eſt calidius,& ſiccius quolibet alio gummi.& uſus ipſius per ſe eſt magni periculi: quia eſt medicina uenenoſa,ſoluit tamen phlegma à membris remotis & doſis eius eſt chirath unum, quod eſt pondus granorum quatuor,& non adminiſtratur niſi cum medicinis corrigentibus,ut ſi per noctem infundantur in ſucco citri, aut aqua hordei ſibi admiſcendo quartam partem maſticis,pyrethri, radix eſt herbæ notæ,calidæ, & ſiccæ complexionis in tertio,quæ radix in ore retenta attrahit phlegma à capite, & mordicat linguam,& palatum. Margaritarum non perforatarum,charabæ,ramich,ana.ʒ.i. Ramich eſt compoſitio facta ex gallis quercus, & paſſulis, ut ponit Serapio in ſuis ſimplicibus capitu.de ramich, & galliæ ſunt notæ, & ſunt frigidæ,& ſiccæ in ſecundo cum multa ſtipticitate, paſſulæ pariter ſunt notæ,& ſunt calidæ in ſecundo, & humidæ in fine primi.Camphoræ.℈.i.mellis cocti,quantum ſufficit.Et quando aſſumitur pro conſtrictione ſanguinis debet aſſumi G in doſi ſupraſcripta cum aqua plantaginis, uel eius ſucco,uel cum aqua roſata,ſeu aqua portulacæ ſeu ſucco acreſtæ, uel cum uino pontico.Iſta ſunt de prædicto Philonio dicta,&c.

Ramich.

MANARDVS, De confectione Philonii.

Vtere hoc tanquam uero Philonis medicamine, & dimitte alia. INVENTIONE propria.) Scilicet Philonis. CASTORIVM.) Galenus non ponit. Doſis eius, ut cicer conuenit pueris:ut faba parua,debilibus:ut auellana, prouectoribus ac robuſtis.

Alia Philonia antidotus deſcripta ab Hamech filio Zachariæ,earundem uirium:recipit melanthij,caſtorij, piperis,ameos,baccharum lauri,cymini, foliorum rutæ, calaminthes,opij,hyoſcyami,cortic.rad. mandragoræ, partes æquales,melle excipe. Alij ſcribunt opij partes duas, croci partem unam.Datur a drac.ij.ad aureos duos.

SYLVII ANNOTATIO.

Videtur in hac deſcriptione crocus deſiderari,nam con- H iecturam,& ſuſpitionem ingerit alia lectio: & certè ſi crocum,& alia habet æqualia,eſt præſtantior.Priorem uerò latius ſum perſecutus, quòd hæ antidoti opiatæ medicũ deſiderant prudentem,non autem temerariũ in dãdo,ubi opus eſt,neq; formidoloſum,ſi eius utẽdæ neceſsitas contigerit.

Confectio Philonii deſcriptione Hamech filii Zachariæ, et eſt multæ experientiæ in ſedatione dolorum,et ægritudinum quas diximus. Cuius permixtio hæc eſt.Recipe†nigellæ,caſtorei, piperis: ameos:baccarum lauri,cimini,foliorum rutæ, calamenti,opii,hyoſcyami,corticum, mandragorę, ana partes æquales.†In alio opii partes duas, croci partem unam. confice cum melle deſpumato. Doſis eius eſt à drac.ii. uſq; ad aureos duos.

Sũma medi.eſt.xi res.

Non eſt in uſu.

Additio.

Additio.

Plures deſcriptiones Philonii à diuerſis deſcribuntur auctoribus. Meſ. hic habet duas famoſas deſcrip. unam etiam aliam habet in ſua practica,ut dictum eſt in commento prædicto. Aui.in.v.cano.ſimiliter & Serapio in proprio antidotario duas habent deſcrip.quarum prima eſt fere ſimilis primæ deſcriptioni in Meſue. Secunda uero omnino differens ab iſta.

MANARDVS, De confectione Philonii Hamech.

NIGELLA.) Melantion, Git. Non tamen, quòd uulgò ſic uocant,id enim eſt melampyron:ſed ſemen odoratum. Placet,ut apponatur crocus,& ſint omnia ęqualia. IN alio.) Nã duo aurei opii plus eſſent,quàm ſit opus.

SYL. *Zazenea frigidam intemperiem ſanat,flatus diſsipat, & ſedat inde natos dolores ventriculi,coli,uteri,dentium:urinæ item difficultati medetur,& fœcundas facit mulieres,potum,& peſſo cum lana,& oleo liliorum collo vteri impoſitum.Recipit caſtorii,opii,piperis,macropiperis,galbani,coſti,cinnamomi,phu,mei,dauci,aſari,croci, æquales partes: excipitur melle deſpumato,aliis ſapa.Datur aureus vnus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Purgato corpore,& cocta quadantenus materia, dẽti dolenti imponi poteſt ter quater die,ſed non diu, ut per horã tantum,citraq; deglutitionem,ne opium ſimul deuoretur. In ſterilibus etiam ob uteri intemperiem frigidam, quæ ſemen extinguit,aphoriſ. 62.lib. 5. Peſſo inditur ſemel in die per horas tres,aut quatuor,& aliis diebus aliquot ſequentibus idem.Nam nouaſſe periculum eſt propter opium,cuius uim calida in partes deducũt: frangere omnino nõ poſſunt niſi tempore longo. Ob id tutius,id eſt ab anno poſt compoſitionem ſecundo ad ſeptimum: ſed in dolore dentium à ſexto menſe uſurpari poteſt ad ſenſum obtundendum. Manardus hoc ſæpe uſum ſe contra hanc ſterilitatem ſcribit nõ inſeliciter.Alii Azaranii antidotum:alii egeteam:alii ſegeneam uocant.

ANT. Zazenea experta ad dolorem ſtomachi à frigiditate factum, & omnes dolores factos ex ſimili cauſa,& à uentoſitate craſſa, & ad dolorem colicæ,& difficultatẽ urinæ,& dolorẽ dentiũ,& ad uentoſitates matricũ.Et cõfert iuuamentũ maxime ad ſterilitatẽ bibitũ,& ſuppoſitũ cũ lana,& oleo de lilio. Cuius permixtio hæc eſt.℞.caſtorei,myrrhæ,opij, piperis,macropiperis,chalbani,coſti,cinnamomi,fu.meu.dauci,aſari, croci an. partes æquales.Confice cũ melle deſpumato: doſis eius eſt aur.i.Et ſunt qui conficiunt†cum rob.

Sũma medicinarũ xiiii.res.

Licet iſtud electarium non ſit in uſu, magiſtraliter tamẽ poteſt præparari, & ego laudo eius uſum in doloribus ex materia catarrhali frigida, & humida tenendo ſuper dentẽ quantum eſt granum fabæ illius electarii ſemel, aut bis in die,tenendo deglutionem eius propter opium, præmiſſa tamen digeſtione, & uniuerſali euacuatione illius materiei. habet inſuper ſedare dolorem ſtomachi,& renum, & ueſicę & inteſtinorum factum à uentoſitate craſſa, uel à materia phlegmatica,& ſumme confert colicę uentoſę in qua phlegma multum in inteſtinis continetur,euacuatione tamẽ ſemper præmiſſa. Et mirabiliter confert mulieri ſterili,& quæ cum difficultate imprægnatur bibitum, & ſuppoſitũ in matrice cum lana in forma craſsi ſtili, & cum oleo de lilio, nõ tamen ultra tres horas teneri debet, nec ſæpe continuari, nec innouari,timore opii à quo eſt fugiendum, niſi in caſu magnæ neceſsitatis, ut ſæpe dictum eſt. Et licet medicinæ exceſsiuæ caliditatis ingrediantur in deſcriptione omnium in quibus ingreditur opium: uirtus tamen opii longo tempore durat, & uiget eius potentia cum uirtute exceſsiua ſuæ complexionis frigidæ cum eius occulta proprietate: & in ſui malitia aliqualiter remittitur à uirtute medicinarum, qua uirtute deducitur ad membra,& loca, ad quæ per ſe ſolum tranſire non poſſet.uſus autem huius electarii non debet eſſe niſi poſt duos annos,ſcilicet elapſos poſt eius conſtructionem uſque ad ſeptem annos in diſpoſitionibus ante dictis. In dolore autem dentium conuenit poſt ſex menſes

Mirabile ĩ ſterilitate

A ad obtundendum aliqualiter ſenſum,qui eſt in radice dẽtis, & ad exiccandum materiam illam: doſis eſt uſq; ad aureum unum,qui eſt aliquantulum plus,quàm.ʒ. Cuius deſcriptio eſt hæc.℞.caſtorei,myrrhæ,opii,piperis nigri, macropiperis,chalbani,coſti,cinnamomi,fu,me. dauci,aſari,croci,an. partes æquales,mellis quantum ſufficit.

Additio.

Zazenea ſecundum intentionem Meſ.eſt ſagenea.Auicẽ. in.v.cano.habet duas deſcrip.maiorem,& minorem: quarũ prima eadem uidetur eſſe cum iſta Meſ. ſimiliter Serapio in proprio antidotario habet unam deſcrip.fere huic ſimilẽ. Albucaſis autem tertia particula azaranij inquit antidotum quod arabice ſagenea maior,& antiqua nominatur,quæ ab antiquis multum experta fuit,& dicitur, quòd ſagenea infinitis confert paſsionibus. ibi habet ſuam deſcrip. quæ fere eadem eſt cum iſta.

MANARDVS, De Zazenea.

Ego multoties hac uſus ſum preſertim in uteri affectibus & ſatis profeci. CVM rob.) Per hanc diſtinctionem ſignifi- B cant Arabes omnem ſuccum craſsiorem factum: cum uerò ſimpliciter proferunt,rob uini intelligunt.

SYL. *Athanaſia magna,obſtructionem hepatis, & lienis liberat,dolorem ſedat,tum dictarum partium, tum uentriculi, renum,hæmorrhoidum, quomodo Philonium antidotum, Thoracem pulmonesq; expurgat,ob id aſthma & antiquã tuſsim iuuat,hæmorrhagiam, dirrhœam, lienteriam antiquam,dyſenteriam cohibet. Hepar autem lupi, quod tota ſua ſubſtantia morbos hepatis iuuat,huic miſtum Gale.uoluit.Nam recipit hepatis lupi,eupatorij,croci,myrrhæ,caſtorij,coſti,cardamomi,ſpicæ nardi, opij, papaueris nigri, hyoſcyami albi,cornu dextri capræ,uel(ut alij legunt) cerui,portiones æquales:terenda terantur,et alia in uino liquefiãt:excipe omnia melle deſpumato, & poſt ſex menſes utere ab aureo dimidio ad aureum unum,cum uino dulci, & grato,aut cum ſapa & ſucco intybi,& apij.*

SYLVII ANNOTATIO.

C Electa antidoto Athanaſiæ contraria tribuit Meſues, utĩ theriacæ,& aliis opiatis medicamẽtis.Nam,quæ obſtructionem liberant,hæmorrhagiam, & uacuationes alias ſiſtentibus ſunt contraria.Item ſenſu ſtupefacto dolorem ſedare,& craſſa lentaq; ex thorace expectorare,cauſis pugnant. Illud enim frigidi cogentis opus eſt,hoc calidi dilatantis,accedẽte ui tenuante incidente, tergente. Sed id facilè recipies, ubi medicamentum hoc,ut alia eius generis multa animaliũ more tẽperiem per ætates mutare didiceris,ſed contrario illis modo. Nam animalia primò calida ſunt:poſtremo, frigida.Hæc uero medicamenta primò frigida, deinde calida euadunt. Effecta igitur frigoris efficit à ſexto menſe ad annos tres,cum aqua plantaginis,intybi,roſarum,ab anno tertio,ad decimum: uicta iam frigidorum ui à calidis: ſumpta cũ uino dulci,ſapa,ſucco apii.Athanaſiæ antidoti,& ambroſiæ,paſsim meminit Galenus in libro ſanitatis tuendę,& methodo:in quibus theriacæ eas cõparat:ſed non deſcribit, niſi ꝙ Mithridatis athanaſiam,antidotum ab hac multum diuer- D ſam,ſine hoc hepate deſcribit lib.2.Antidotorũ ob id, an hepar lupi athanaſiæ miſceri uoluerit,compertum non habeo. Quid autem de hepate lupi cenſuerit, Galenus in hepatis affectibus,in noſtris ſimplicibus abundè expreſsimus.

Cornu cerui & capræ uſta,& ſi opus eſt, lota idem pollere docet Galenus lib.undecimo ſimpli.& lib.quarto c.ph.p. Athanaſia autem.i.immortalis,dicitur, uel quod longo tempore efficax perduret,uel potius,quòd homines à morte,ex uenenoſorum ictu,morſu,uel cauſa alia malefica uindicet, quæ uis eſt præcipua Athanaſiæ Mitridatis,de qua,uel ſimili iſta uideri poteſt denominata, quæ magna quoq; dicitur, ꝙ pluribus conſtet ſimplicibus,quàm parua Serapioni & Haly etiam deſcripta, & Auicennæ, ex quo hæc deſcripta eſt. Quæ autem à Nicolao deſcribitur,eſt adſtringentior, & cõſuetior.In Athanaſia Pauli ex Oribaſio ſumpta, cornu nulla eſt mentio.Superſtitioſum autem eſt dextrum potius,quàm ſiniſtrum imponere.

Athanaſia

ANT. Thanasia magna confert ad dolorem hepatis, et splenis, et oppilationi in eis, et ad dolorẽ stomachi, et ad asthma, et ad tussim antiquam, et mundificat pectus, et ad fluxum uentris antiquum, et ad dysenteriam, et ad fluxum sanguinis. Et est in sedatione dolorum sicut Philonium. Et confert ad dolorẽ renum et hemorrhoidarum. Et Gale. quidem præcepit misceri in cõfectione hac hepar †adib. ualet enim sua proprietate ad morbos hepatis. Cuius hæc ẽ permixtio. Recip. croci, opii, myrrhæ, castorei, hyoscyami albi, costi, cordumeni, seminis papaueris nigri, spicæ, eupatorii, hepatis, adib. et cornu dextrum † de cornibus capræ, et in alio de cornibus cerui, de singulis, ana partes æquales, et tere quæ terenda sunt, et alia liquefac in uino, et confice cum melle despumato, da post sex menses. Dosis eius est ab aure. s. usq, ad. i. cum uino suaui, et dulci, aut cum rob, et succo endiuiæ et apij.

Sũma medicinarũ est iii. res.

Licet non sit in usu secundum præsentem descriptionẽ, magistraliter tamen uti potest secundum præsentem descriptionem quam breuissime declarabo. dicitur athanasia quia compositio talis hominem à morte præseruat, nam curat, & confert multum dispositionibus quas auctor ponit in litera. Et licet istæ descriptiones adinuicem comparatæ diuersificentur: secundum tamen diuersa tempora suæ constructionis. s. principium processum, & finem omnibus cõfert sicut dictum est de theriaca. Nam transactis sex mensibus usq; ad annos tres confert fluxui sanguinis maxime exhibita cum succo plantaginis, aqua endiuiæ, & similibus, quando autem pertransit tertium annum confert oppilationibus, hepatis, asthmati, tussi, & similibus dispositionibus, & cum uino dulci, & aqua apii, & similibus, & maxime quando plus antiquatur usque ad. x. annos suæ constructionis. Et dosis eius est usque ad drach. i. sicut dictum est de Philonio. Restat nunc declarare alia simplicia, reliqua sunt superius declarata. primum ẽ hepar adib. i. lupi, quod est calidum & humidum uersus secundum. ualet à proprietate in passionibus hepatis. & maxime in oppilationibus secundum quia asserit Gale. quem allegat Mesue in hoc cap. Cornu dextrum capræ alias cerui, & est melius, quod est frigidæ complexionis in primo, & siccæ in secundo, & etiã à proprietate operatur in passionibus supradictis, licet ẽt conferat sua stipticitate cuilibet fluxui sanguinis, & maxime menstruorum. Rob. i. sapa. & est calidæ, & humidæ cõplexionis in primo gradu. Endiuia uero est cuius complexio dũ est recens, est frigida in primo, & humida infra primum. cum uero est sicca, est frigida infra primum, & sicca in eodem. habet insuper uirtutes diuersas frigidas, & calidas, quibus mediantibus operatur in diuersis materiis, licet frigiditas superet eius caliditatem, quæ est remissa. Cõficitur cum melle despumato, reliqua sunt nota.

De hepate lupi.

Additio.

Athanasia autem dicitur magna respectu minoris in qua pauciora simplicia ingrediuntur, tamen Mesue non describit nisi magnam. Auic. in. v. cano. similiter Serapio, & Haly. x. practicæ describunt magnam non differentem ab ista Mesuæ, & paruam. Nicolaus in suo antidotario habet athanasiam, de qua ibi.

MANARDVS, De Athanasia magna.

ADIP.) Lupi. DE cornibus capræ.) Sic, & Auicẽna cuius hæc est descriptio. alias habes à Paul. & Oribasio, sed & à Nicolao, quæ parata cõmuniter inuenitur: & est in adstringendo longè, quàm hæc efficacior. A Paulo etiam alia scribitur, quæ Oribasij esse dicitur, nullibi tamen cornu mentio: alioqui nemo nisi superstitiosus, dextrum potius quam sinistrum apponeret.

SYL. *Diasulphur confert febribus diuturnis, vt melancholicis phlegmaticis, thoracem ac pulmones purgat pituita crassa, lenta, pure: ob id tußim autiquam, & difficultatem spirandi inde natam leuat. Splenis duritiem minuit, & inde natum hydropem: urinas mouet, calculum frangit: morsibus uenenatis, et poto iam ueneno prodest. Recipit autem piperis albi & longi, ana drach. sex: sulphuris flaui, thuris, mei, hyoscyami albi, myrrhæ, styracis, cardamomi, ana drach. octo: rutæ, costi, caßia, ana drach. quinque: opij, mandragoræ, ana drach. tres: croci, drach. duas, & dimidiam: melle despumato excipe: post sex menses vtere.*

SYLVII ANNOTATIO.

Fuerit hec antidotus efficacissima ad ea, quæ pollicetur. Sulphur uiuum autem ubiq; Galenus prædicat: hic citreum, seu flauum, quod ignem expertum uidetur: quemadmodum & uiride, pallidum, & cineritium in cannas coniectum, & ab his formatũ. Optimum existimarim, quod chymistæ sublimando (ut loquuntur) purgant, & tenuant, odorisq; & saporis insuauitate exuũt. Opera prope omnia hic adscripta sulphur solum præstat, ut uires eius legenti in nostris simplicibus patebit. Tamen, quæ illi adduntur, actiones eius reddunt meliores, quorum plurima uenenis resistunt. Sunt & in eo stupefacientia quædam mista potius, ut aliorum ualenter calẽtium uehementiam frangant quàm, ut stupefaciant: ita, ut uis eorum paucorũ sexto mense fracta, multis calentibus elanguerit. Magnam uerò uim habet in dolore renum, & spirandi difficultate.

ANT. Diasulphur confert febribus antiquis, & melancholicis, et phlegmaticis, et constrictioni anhelitus, et antiquæ tussi, et ei, qui habet pectus saniosum, et confert iuuamentum manifestum ad duritiem splenis, et hydropisim, et prouocat urinam: frangit lapidem, et confert morsui uenenoso, et ei super quo timetur potasse uenenum: cuius permixtio hęc est. Rec. piperis albi, et longi, ana drac. vi. sulphuris citrini, thuris, meu, hyoscyami albi, myrrhæ, styracis, cordumeni, ana. ℥. viii. rutæ, costi, ana drach. v. opij, mandragoræ, ana drach. iij. croci, ℥. ii. et. s. casiæ. † ℥. v. confice cum melle despumato, et utere post sex menses.

† drac. Sũma di. & res.

Non est in usu, nec preparatum reperitur.

Additio.

Hæc confectio raro in usu habetur, potest tamen quis ea magistraliter uti Auic. v. cano. Haly. x. practicæ, similiter & Serapio habent unam aliam descriptionem, ab ista tamen parum differentem.

MANARDVS, De Diasulphure.

Magnam uim habet in dolore renum, & spirandi difficultate in quibus locis paratur: nec difficile esset ubiq; parare: quæcunque enim in eo ponenda, nota sunt. Sunt, qui hoc pacto patent: Sulphuris ignem non experti, hyoscyami, cardamomi, styracis, opii, myrrhæ costi, rutæ, ana drac. x. croci, piperis, ana drac. iii. casiæ drach. xii. libystici drac. iii. mellis quantum sat sit.

SYL. *Cõfectio ex Styrace, alui immodicum fluorem biliosum, aut pituitosum sistit: tinesmum à causa frigida natum sanat. Recipit styracis liquidi, opij, asari, hyoscyami albi, castorij, croci, myrrhæ, thuris, partes æquales: melle sufficienti comprehenduntur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Per styracem liquidum à Mesue intelligi miscellam quã dam grauem, & somniferã putat Manardus ex Dioscorid. & Galen. antidotis.

ANT. Confectio de Styrace, conferens, ad superabundantem fluxum uentris cholericum, & phlegmaticum, et ad tinesmum factum à frigiditate. Reci. styracis liquidæ, opii, asari, se. hyoscyami albi, castorei, croci, myrrhæ, olibani, ana partes æquales, mellis quantum sufficit.

Sũma dicit. & iii.

Similiter non est in usu.

Additio.

Hæc confectio de styrace interdum in usu habetur. Rasis. ix. ad. Almansorem capi. de fluxu uentris habet unam aliam descrip. non differentem ab ista Mesuę, nisi in una re. s. in croco. quia Mesue habet hic crocum: Rasis autem nõ.

MANARDVS, De confectione Storacis.

Styrax uerus lachryma est, humiditatem non remittens nisi dum manibus attrectatur. Fit uerò arte quædam miscella, quæ grauis est, & somnum faciens, quam hic puto Mesuen intellexisse, & esse quam liquidam uocant. Vide Dioscoridem: si tamen hoc melius intelligere uelis, lege Galenum in libro de antidotis.

DISTINCTIO TERTIA
De Medicinis solutiuis.

SYL. *Medicamenta purgantia sunt quædam aloe, alia colocynthide, alia turbith, nonnulla scammonio, alia alijs. De quibus ordine nobis dicendum est, primũ de hieris.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quædam non ab uno tantum simplici purgatorio purgandi uim obtinẽt, sed à pluribus. Quæ uero simplicia sint Mesuæ purgatoria, libro ipsius secundo docuimus.

ANT. Tertia distinctio est de medicinis solutiuis, & sunt quędam ex eis aloeticę. Aliæ colocynthiacæ. Aliæ turbiticæ. Aliæ scammoniacæ. Et aliæ ab aliis denominationem sumentes, de quibus loquemur per ordinem, & primo de hieris.

Tertia distinctio de medicinis solutiuis, quarum quædam conficiuntur cum aloe, quædam cum colocynthide, quædam cum turbith, quædam cum scammonea, & quædã cum aliis medicinis solutiuis fortibus, quædam cum pluribus ex eis, sicut inferius per ordinem apparebit. & sic incipit.

SYL. *Hiera picra, id est, amara Galeni, facultatibus multi insignibus efficax. Siquidem calfacit, tenuat incidit, tergets siccat, obstructiones aperit: humores, ac flatus prauos, crassos, lentos, poros corporis tanquam spongiæ cauernulis imbibitos separat: digerit, expurgat commode. Magis autẽ purgatrix est cum aloe illota, sed minus roboratrix: cõtra vero, quæ cum aloe lota paratur, minus aluum subducit, magis ventrem roborat: affectibus capitis, ventriculi, hepatis, renum, vteri, iuncturarum, & cæterarum partium frigidis, mire confert, humorem ab his partibus frigidum, aut putrem vacuando. Recipit cinnamomi, masticbes, asari, spicæ nardi, carpobalsami, croci, xyloaloes, caßiæ, partes æquales: aloes duplum pondus omnium. Quidam addũt schœnu anthos: alij absinthium: alij alia. Quidam melle excipiunt: alii sine melle in trochiscos fingunt cũ aqua bdellii, & tragacanthi.*

Gal. libr. vii. meth.

SYLVII ANNOTATIO.

Antidotus hiera, id est, sacra ab operibus diuinis, & mirabilibus, picra, id est, amara, ob aloen, unde & hiera dialoes etiam dicta est, Galeno describitur libro sexto sanit. tuendæ: libro septi. meth. & lib. secundo, & octauo cõpo. ph. p. ad purgandum maximè ex uentriculo, intestinis, uenis meseraicis bilem flauam, & pituicam non modò tenuẽ, tunicis uentriculi altius infarctam: sed promptius eã, quæ in eius spatio innatat. Cum autem uis eius purgatrix hepar non superet, qua ratione affectibus frigidis capitis, & aliarum partium tamen remotarum cum Mesue conferet? Vt phlebotome à toto corpore uacuat, non primo, sed succedente in locum uacuati sanguinis alio sanguine ex reliquo corpore, sic uacuato per hieram uentre inferiore, successione quadam aliarum partium excrementa, aut mole sua ruere, aut ut partium expultrice mitti uidẽtur: nec alienum fuerit ab hiera, si non ualenter, saltem leniter trahi, ut momento uacuandi semel accepto, ferri in uentrẽ perseuerent: quod in clysteribus paulò acrioribus sæpe fieri probauit Galenus. Quæ res tibi si non ad plenum satisfacit, in memoriam reuoca uentriculi actionem toti corpori communem. In quo si multa est excremẽtosa materia, ea chylo mista, in corporis dictas partes cum sanguine tandem distribuitur, & partes ipsas tali excremento onerat. Si uerò cõtrà excremẽtis omnibus his biliosis, pituitosis, putribus omnino uacuus uẽtriculus, & perfectius coquet, & alimentum in corpus purum trãsmittet. Quo partes singulæ uelut recreatæ, & meliores redditæ, quod in se habẽt excrementosum coquent, si coqui habile est: aut si tota sua substantia est ab alendo iam alienum, excernẽt. Omitto uẽtriculi cum cerebro consensum maximum, & oculis. Vis igitur hieræ huius à Gal. non inuentæ (nam multis ante ipsum annis celebrata est, ut ex lib. c. ph. p. colligere potes) sed usu crebro celebratæ, est maxima. Sicq; Romæ Gale. tẽpore parabatur: Cinnamomi, xylobalsami, asari, spicæ nardi, croci, mastiches Chiæ, ana drach. sex: aloes drach. centũ. Sed centum drachmę ipsius, magna nimis mensura est uisa Galeno aliorum proportione lib. 2. comp. ph. p. Ob id præstantius medicamentum feceris, si minus aloes iniicias, ut drach. nonaginta, qua tanquàm optima, se usum Gale. asserit. Interdum drachmas octoginta miscebat, cum gratiorẽ, sed calidiorem uolebat: interdum contra etiam centum & uiginti, compurgantem magis. Aloe autem nõ lota, magis uacuat: lota, magis roborat, uentrem minus uacuat. Crocũ item parcius misceri uult Galenus, ut drachmas quinque: præsertim quibus medicamento utentibus crocũ caput ferit odore, uti nobis ante mistionem. His etiam suffecerint croci drac. quatuor. Sex uerò croci drachmas Galenus miscebat mulieribus malè per menses purgatis, & aloes drac. octoginta, & carpesiũ loco asari interdum utrunque. Vtebaturq; non in his solis quibus dolet caput per consensum stomachi ab humore bilioso morsi, sed etiam in his, qui suffusionum phantasmata, & symptomata patiuntur ex simili stomachi affectu, & quibus aluus supprimitur, & quibus ructus est fumosus. Cinnamomi penuria iniice optimæ cassię duplum, quę nihil uirtute ab inualido cinnamomo abest, à generoso multùm superatur. Quidam carpobalsamum loco xylobalsami: alii utrunq;, alij etiã xylaloen, casiã, schœnu anthus addunt. Dosis summa est drach. unius cum aquæ cyathis tribus, minima est semidrac. aliis in medio pro ætate, corporis magnitudine, consuetudine: seu minima est unius cochlearis parui, mediocris, duorum paruorum: maxima, duorum cochlearium magnorum cum aquæ temperatæ cyathis duobus, aut tribus: aut in catapotia fingitur. Dat Act. à drach. una ad drach. duas. Hodie eius siccæ (quæ utilior est) etiam vnc. dimid. cum drac. una diaphœnici ex hydromelite ẽt mulieri innoxiè propinari uidimus. Gal. item, uel siccum puluerem exhibet, uel melle exceptum, ut gratior, durantior, purgantior: licet tunc uentrem minus roboret, quia mel stomacho malum est, & roborantiũ uim dissoluit. Mes. puluerem tacuit, trochiscos expressit: alii quoque in catapotia fingunt, quòd propter multam aloes amaritudinem ęgrè puluis ex uino, uel iure pulli, uel aqua hordei, uel alio liquore deuorari queat: nec multò facilius cum melle excepta est hiera hęc, siue bolis deglutienda sit, siue liquore (ut puluis solet) dissoluta. Adde, quòd catapotia ex hiera ob moram in uentriculo longiorem à remotis partibus trahere magis possunt: minimum, si potu deuoratur. Nam sic à uentriculo celerrimè, & effluit, & expellitur. Si bolo autem sumitur, ut consistentia, sic mora in uentriculo, & uiribus in uacuando est media. In hac antidoto autem sola est aloe purgatrix, & tã imbecilliter, ut uix hora post duodecima uacuare incipiat, duretq; eius uacuatio interdum ad horas uiginti quatuor. Quæ consuetudo est tardius, & imbecillius uacuantium, cum ualentia mox uires suas exerant, & non multò pòst terminent, nisi quantitate immodica hypercatharsin moliãtur. Cum autem Gal. hiera ad cinnamomi, mastiches, asari, spicæ nardi, croci, xylobalsami, ana drach. sex addat aloes drach. centum, drach. una sicca probè purgat, cũ uulgaris officinarum hiera hæc sicca drac. una & dimid. parum sit efficax, quòd aloẽ ad omnia simplicia simul sumpta duplam tantùm misceant: cum apud Gale. ferè sit tripla: nam pro aliorum sex: ana drach. sex, quę sunt triginta sex, miscet Gale. aloes drac. centum, &

Li. 7. met.

Li. 4. loc. aff. cap. 1. Li. 1. loc. aff.

Li. 2. cõp. ph. p. li. 7. mentho.

& interdum centum uiginti. Quæ uero Gal. hiera melle excepta est, unc. una mediocriter purgat, in qua sunt pulueris ʒ. duæ. Cum enim tribus pulueris unciis miscenda sit li. una mellis, in tribus autẽ unciis drachmæ sunt uiginti quatuor: in libra, unc. xii. sequitur, ut in qualibet hieræ mellitæ uncia sint propè pulueris. ʒ. ii. Addidi propè, quòd pulueres ipsi cum melle iuncti pondus augent.

Cur autẽ mellita Galeno purgatoria magis dicitur, quã sicca leuiter attigi in Mesuæ aloe libro secundo.

Ab hac autem hiera uelut antiquissima incœpit. In quã xylaloen & cassiam inuexit; & pro xylobalsamo, carpobalsamum. Actuarius autem pro spica, xylocassiam. Mel uerò quantum species, ut unc. iii. Huic hieræ, & aliis medicamentis, quorum aloe est basis, miscendum quidam contendunt, & hieram Iulio, aut Iunio, faciendam, in hordeoq; sepeliendam uolunt per sex menses, ut fermententur. Aestas alioqui uires ei adimit, nec utendam ante hanc fermentationem seruariq; integras oẽs hieras à sex mensibus ad annos quatuor.

Hiera Andromachi initio lib. 8. c. ph. p.

Schœnu anthus, xylobalsami, mastiches, croci, nardi Indici, asari, cinnamomi, singulorum drac. vi. aloes lotæ drac. centum: simul læuigata reponito, datoque ieiuno à cochleario uno ad duo, cum aquæ frigidæ, aut calidæ cyathis à duobus ad quatuor alii singulorum, & sex. drach. octo miscent: alii aloes drach. octoginta: multi præter illa sex etiam schœnu anthus addunt. Asclepiades Andromacho consentit, nisi quòd aloes simpliciter scribit, & horum simpli. unc. unam, id est, drach. octo, uel drach. septem & semissem miscet, & oxobalsamum pro xylobalsamo, & schœnu anthus omittit. Aloen quidam cum Andromacho lotam, alii illotã ponunt: cum lota minus aluum subducat, quia multum uirtutis medicamentosę lauando deponit, sed tunc conueniet magis febri non ualida, sed admodum remissa laborantibus qui bus etiam hieram ex aloe illota citra euidẽtem noxam multi dederunt, in aliis febribus noxam maximam ex ea sunt experti. Nam aloe etiam lota est maximè aduersa his, qui intemperie calida & sicca laborant sine prauis humoribus: deinde his qui sicca & frigida: in totum his, qui ex solis qualitatibus partẽ aliquam habent uitiatam. Nam intemperies cum humoribus medicamentis illos uacuantibus indigent, quæ sine humoribus sunt medicamentis illos uacuantibus indigent, quæ sine humoribus sunt, à medicamento ex aloe in marcorem omnino perueniunt. Vbi igitur humiditas praua uentriculi tunicas irrigat, picra ex aloe utilis est, humiditatem uacuans prauam, quæ nauseam maiorem, aut minorẽ excitat. Eam autem noxiam humiditatem sola aloe uacuat sua ui purgatoria non ualẽte, sed quæ ex uentriculi regione quæ attingit, uacuare possit: si tamen largior sit exhibita, ad iecoris partes péruenit: non tamen uacuat totum corpus aloe. Hiera quoque ipsa ualet ad purgandum uentriculũ prauis humoribus, præcipuè tenuibus & biliosis, & coctionem impedientibus, iuuat etiam uentriculum intemperie humida citra humorem laxatum, ut ligamenta, seu nerui colligantes articulorum laxantur: omnium autem præstantiss. est remedium his qui bilem altius inter tunicas uentriculi receptam habent. Datur etiam tutò phlegmone uentriculi iã cocta, post declinationem scilicet, nullo autem phlegmonis tẽpore. Hieram picram alii habent siccam, alii melle non cocto modicè exceptam, lib. 5. sani tuend.

ANT. Hierapicra Gal. nomen habet amaritudinis, et est medicina sublimis: in qua aggregantur uirtutes, et operationes nobiles. Est enim subtiliatiua, † et resolutiua materierum malarum, crassarum, et uiscosarum, et exiccatiua earum, quę imbibitæ sunt in poris, et angustationibus, sicut imbibitur in spongia: & perficitur ab ea solutio bona et conueniens: et est calefactiua, et aperitiua oppilationum, et abstersiua. Et illa in qua proiicitur aloe lotus, confortatior est. Et si non sit lotus, efficitur plus solutiua, et minus confortatiua Et quidam conficiunt hanc medicinam cum melle. Et quidam sine eo, immo faciunt trochiscos cũ aqua bdellii, et traga. Et uirtus quidem huius medicinæ affert iuuamenta multa experta ad ægritudines, capitis, et stomachi, et hepatis, et iuncturarum, et renum, et matricẽ et membrorum frigidas et educit humiditates generatas in eis et putredines. Cuius permixtio. Reci. cinnamomi, masticis, asari, spicæ, carpobalsami, croci, † xyloaloes, cassiæ, ana partes æquales, & quidam addiderũt florum schœnanthi partem .i. Et quidam addiderunt absinthium, & alii alia. † Aloes autem sit duplum ponderis omnium.

† Xylobalsami. Summa dictionis ix. res.

Hierapicra dicta.

Hierapicra nomen habet amaritudinis, quia ipsam principaliter ingreditur aloe, & dicitũ hierapicra, à hiera quod est sacra, & picra, quod est amara, & huiusmodi hieræ Galeni, duæ reperiuntur descriptiones positæ, & inuentæ à Galeno, quæ ambæ in idem redeunt. una ponitur therapeuticę cap. xii, quod sic incipit. oportet igitur habere. alia ponitur vi. de regimine sanitatis ca. penul. Est. n. hæc hiera magni iuuamenti in passionibus stomachi principaliter quibus abundat humor cholericus subtilis imbibitus in porositatibus stomachi cum admixtione phlegmatis aquosi. habet etiam multas alias utilitates efficere quas auctor ponit in litera, & Gale. locis allegatis. Vsus autem eius, & modus præparationis est triplex. Primo solum in forma pulueris, & tunc assumitur cum uino, uel iure pulli, uel cum aqua mentę, uel hordei, uel alio liquore conueniẽte, & in tali forma ipsam describit: & eo utebatur Gale. quia efficacius operatur. Secundo in forma pilulari, & sic communiter practicantes generaliter utuntur. Et iste modus adinuentus fuit, cum propter amaritudinem pulueris, tum, ut maiorem moram in stomacho contrahens, à remotis magis attrahat. Tertio in forma electarii cum melle, & sic describitur hic à Mesue, sed non est in usu. & in hac hiera picra Galeni non ingreditur aliud solutiuum: nisi aloe non lotum, de quo diffuse dictum est in diamusco, & qualitercunque præparetur in debita dosi, tardat solutionem à. xii. horis usque ad. xxiiii. Nũc transeo ad descriptionem hierępicræ Galeni positæ septimo therapeuticæ, quæ est illa, quæ communiter habetur in usu, & est quasi consimilis cum illa, quæ ponitur sexto de ingenio sanitatis derelinquendo pręsentem hic positam à Mesue, quia satis ab illis uariatur, & isto modo non habetur in usu. Recip. cinnamomi, masticis, asari, spicæ scilicei nardi croci, xylobalsami, ana. ʒ. vi. aloes. ʒ. centum. Et illa est uera descriptio pul. hieræpicræ Gal. secundum, quòd ipse ponit in locis allegatis. Medici autem & aromatarii hodiernis tẽporibus de aloe ponunt solum duplum ponderis aliorum aromatum, & non plus, cum hanc hieram conficiunt. Et mouentur maxime propter hanc descriptionem ibi positam à Mesue, quam ipsi reducunt ad formam pilularem: ideo minus soluunt. Et dosi hieræ Gale. in locis allegatis est usque ad. ʒ. i. Dosis autem eius, quæ hodiernis temporibus præparatur est usque ad. drach. i. &. s. & si sit in forma electarii, ut ponitur hic dosis eius est usque ad. ℥. i. sed illo modo non habetur in usu.

Hierapicra triplex.

Additio.

Hiera. i. sacra picra. i. amara, inde hierapicra. i. confectio amara sacra Auicen. in. v. cano. Haly. x. practicæ, & Serapio in proprio antidotario eandem habent descriptionem, differentẽ tñ in uno, quia Mes. habet hic xyloaloes, alii uero carpobalsami. Vnũ tamẽ notabis, quòd hæc descrip. hieræpicræ quam dicit Mes. fuisse Gal. non reperitur in aliquibus libris Gal. ad nos translatis, licet Aui. & alii affirment Gal.

MANARDVS, De medicinis solutiuis Hieræ Picræ.

Ab hac cœpit ueluti ab antiquiore, & à qua reliquæ nomẽ acceperũt, cuius permixtio tpe Galeni Romæ uocabatur Picra. Galenus accipit solũ sex res, dimittens xyloaloen & cassiam, & pro carpobalsamo ponit xylobalsamon: & auget aloen: pro sex. n. ʒ. aliorum, uel centum, uel 120 aloes apponit. ET est resolutiua materiarum malarum grossarũ.) Has tamen oportet attenuasse & dissecuisse. ALOE autem sit duplũ pondere.) Ferme triplum esse debet, quia pro 36. ʒ. illorum, centum Aloes, uel cxx. adiiciendæ sunt.

SYL. *Hiera Hermetis cum dracunculo maximarum & certiss. est uirium ad cephalalgiam, hemicraniam, uertiginem, paralysin, epilepsiam, tremorem, spasmum cynicum, dolorem colicum, nephriticum, uterinum, arthriticum. Vacuat enim humores tam tenues, quam crassos, & lentos à capite, ventriculo, neruis, iuncturis, & reliquis partibus.*

Recipit autem aloes vnc. i. trochiscorum Alandhal aureos octo: turbith, agarici, dracunculi vtriusq; sicci, iridis, sagapeni, myrobalanorum cepularum, citrearum, Indarũ, *ana sesquidrachmam: zingiberis, cinnamomi, mastiches, bdellii, ellebori nigri, euphorbii, asari, cassiæ ligneæ, salis Indi, castorii, croci, apii, ligustici, cocci gnidii, stœchados, ana drac. i. scillæ assatæ drach. ii. & dimid. scãmonii drac. ii. Curiose omnia terantur: gummi & succi uino odoro dissoluantur: pulueres succo cucumeris agrestis comprehendantur. Siccentur iterum, eodẽ succo & pauco nucũ oleo excipiantur, & siccentur: postremo melle despumato omnia comprehendantur. Datur post sex menses a drach. i. ad drach. ii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Descripta etiam Mesue in simplicib. cap. de dracunculo. Potentissimum, & efficacissimum est medicamentum, ubi remediis aliis mala hæc contumacia non cesserunt. Trochischi Alandhal inter trochiscos describentur, quos tamẽ tempore Hermetis nõdum compositos scribit Manardus, sed sine testimonio. Hi autem colocynthidis loco in cõpositiones ueniunt tutius, quàm ipsa colocynthis, nisi hæc mistis probe castigetur.

ANT. Hiera Hermetis, et est cum hiera luf. super qua ex pectatur fiducia iuuamentorum multorum, et expertorum, et proprie ad dolorem capitis, et hemicraneam, et uertiginem, et paralysim, et epilepsiã, et tremorem, et torturam, et educit superfluitates, et proprie humorum crassorum, er uiscosorum, et subtilium à capite, et neruis, et iuncturis, et stomacho, et toto corpore. Et cõfert iuuamentum manifestum doloribus iuncturarum, et renum, et colicæ difficili, et dolori matricum. Cuius hæc est permixtio. Reci. Aloes. vnc. i. trochiscorum † alandhal, aur. viij. turbith, agarici. † luf. vtriusque siccæ, ireos, sagapeni, myrobalanorum citrinorum chebulorum et indorum, ana drach. i. et. s. zingib. cinnamomi, masticis, bdellii, hellebori, nigri, euphorbii, asari, cassiæ ligneæ, salis indi, castorei, croci, apii, cheisin, † seminis mezereon, stœchados, ana drach. i. scillę assatę drachm. ii. et. s. scammoneæ bonæ drach. ii. fiat omnium contritio bona. Gummi autem ponantur in uino odorifero, et inuoluatur puluis in succo cucumeris asinini, quantitate qua bene inuoluatur, et exiccetur, et iterum denuo inuoluatur in prædicto succo, et pauco oleo nucum, et iterum siccetur, et conficiatur totum cum melle despumato, quantitate qua fiat totum, sicut pasta, et detur post. vi. menses. Dosis eius est a drach. i. usq; ad drach. ii.

Non est in usu, sed rogo legentes, ut ipsam considerent propter uirtutes multas impositas à Mesue.

Additio.

Hiera hermetis secundum intentionem Mesuę est hiera luf, & dicitur Hermetis a cõpositore. Aui. in, v. can. habet duas descriptiones huius confectionis, sed non concordãt cum illa Mesue. Illa uero Mesue est illa qua utimur, quam etiam describit superius in capi. de luf. i. de serpentaria.

MANARDVS de Hiera Hermetis.

ALANDAL.) Hos habes infra ab ipso Mesue descriptos, qui tamen Hermetis tempore non componebantur. LVF.) Dracontium. SEMINIS mezereon.) Id est, cocci gnidii, chamæleæ uidelicet.

SYL. *Hiera Archigenis omnibus descripta, confert affectibus melancholicis, & ex pituita crassa natis, & vertigini, epilepsiæ, spasmo, hypochisi incipienti, uoci ob humiditatẽ multam raucæ, dolenti asperæ arteriæ, difficultati spirandi, psoræ, lepræ, & cæteris tuberculis a crassa materia nascentibus, aut seroso excremento, uentriculo, intestinis, mesaræo, utero à flatu dolentibus, aut prædictis humoribus. Datur aliquando potui cum rutæ decocto, adiecto etiam castorio ad siliquas tres. Dolentibus autem spinæ, renibus, ilibus, inguinibus cum decocto apii, ad ischiadem, & similes articulorum affectus cum aqua centaurii, adiecto etiã elaterio, idest, cucumeris agrestis succo, & colocynthidis pulpa, ad siliq. quatuor. Morsus denique a cane rabido, ab hydrophobia, id est aquis formidatis securos reddit. datur cũ aqua abrotoni: præcipue adiecta drac. una pulueris cãcrorum fluuialium ustorum. Recipit autem pulpæ colocynthidos dra. duas prasii, stœchados, ellebori nigri, chamædryos, scammonii, leucopiperis, macropip. ana drac. duas: scillæ assatæ, euphorbii, aloes, croci, gentianæ, petroselini, hammoniaci, opopanacis, ana drach. i. polii, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ nardi, scœnu anthus, calaminthes montanæ, aristolochiæ rotundæ. ana drac. ii. melle sufficienti excipiãtur omnia. Datur ad aure. iiii. cum decocto epithymi, & vuarum passarum mundatarum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hiera hæc ad uerbum ex Auicenna descripta longè est pręstantissima: multo autem ualẽtior fiet, si colocynthidis pulpæ vnc. ij. aut drachmæ uiginti duæ misceantur, ut quidam codices habent. Quod ad hydrophobiam symptoma perniciosissimum eorum, qui à cane rabido sunt morsi, attinet, lege Gal. in libro de commodis theriacis. De puluere autẽ cancrorum fluuialium ustorum mira Gal. lib. 11. simp. prædicat ex Aeschrione. Magni præterea est faciẽda decoctorum ratio uaria pro uario affectu, ex quibus hieram propinat. His uerò affectibus omnibus ualẽter opitulari hãc hieram nemo inficiabitur, qui simplicium & plurimorum, & efficacissimorum eius naturam perpenderit. Doses tamen minuerem, quòd his ferendis nostratium corpora sint imparia. Valet igitur ad congestam, uel fluentem pituitã, aut melancholiam, & affectus omnes inde natos in quauis corporis parte, auribus, dentibus, collo, &c. Eius loco quidam utuntur hodie hiera Logadii, quam Paulus, Aetius, Nicolaus, & alii plerique describunt. Ante tamen tutum harum hierarum tam potentium usum, apparãda est materia, hoc est tenuanda, incidenda, tergenda, fluxilis reddẽda, & meatus sunt aperiendi, per quos est uacuandum: in summa corpus fluidum est faciendum, quod tutò & salubriter purgandum est.

ANT. Confectio hieræ Archigenis descriptione uniuersali, quæ confert ægritudini generatæ ex phlegmate crudo, & melancholia, & facit ad uertiginem, & ad epilepsiam. Et ualet ad inceptionem ægritudinum uisus, & raucedinem humidam, & dolorẽ gutturis, & difficultatem anhelitus, & spasmum, & exituris ex materiis crassis, & confert ad aquam citrinam & scabiem. Et quandoque datur in potu propter dolorẽ stomachi, & uentris, & matricis cũ decoctione rutę, & quandoque ponitur in ea parum castorei usq; ad siliquas. iii, & ad dolores dorsi, & renum, & inguinum, cũ decoctione apii, & ad uenam ischiaticam, & ab his similia cum aqua centaureæ, & permiscetur cum ea etiã succus cucumeris asinini, & colocynthidis siliquas. iiii. in aqua abrotani, datur in potum ad morsum canis rabidi, & facit securitatem ad timorem aquę, & pręcipue cum pondere. ʒ. vnius de adustione cancri fluuialis. Cuius permixtio hæc est. Recip. pulpę colocynthidis † drach. ij. prasij, stœchados, hellebori nigri, chamędryos, scammoneę, leucopiperis, macropiperis omnium, ana † ʒ. ii. cępe † muris assati, euphorbij, aloes, croci gentianę, petroselini, armoniaci, opopanacis: omnium,

† dra. xxii.
† vnc. iii.

nium,ana.vnc.i.polij,cinnamo,sagapeni,myr.spi. schananthi calamenti montani:aristolochię rotun. omniū, ana. ʒ. ii.mellis quantum sufficit, & fit dosis aur. iiij. cum decoctione epithymi,& passularum mundatarū.

Sūma medicinarū est xxv. res.

Non est in usu:sed hieralogodion est illa, quæ multū habetur in usu,ab omnibus sic præparatur, & eius descriptio ponitur a Nicolao,etiam est alia hiera picra Gale. quæ ibi dem ponitur à Nicolao in suo antido.quæ est multum differens a hiera Galeni posita septimo.therapenticæ, nec reperitur ubi Gal.eam describit,& tamen illa est, quæ generaliter habetur in usu, & sic ubiq; secundū illam descriptionē habetur in usu,& fit in forma electarii,secundum, q̄ ibi describitur: quidam tamen reducunt ad formam pilularem, quæ aliquo loco non sunt scriptæ,& dosis earum est a . ʒ.i. usq; ad drac.i.&.s.Et dosis hieræ picræ Gal, reductæ in forma electarii,ut communiter fit,quia usque ad.ʒ.i. de mane digesta materia.Et cum illæ pilulæ de hierapicra Gal. quæ a Nicolao describitur summæ conueniunt omnibus dispositionibus capitis , uel passionibus dependentibus a materia frigida,& doloribus aurium,oculorum, & dentiū.Conuenit insuper descensui catarrhi & passionibus frigidis stomachi,& omnium nutritiuorum,& etiam passionibus matricis , & etiam multis aliis consimilibus quas ibi lege . Et motus propter eius utilitates,& iuuamenta non obstante, quòd etiam ibi declarabo in antidotario Nicolai, nunc ponam eius descriptionem.Rec.cinnamomi,spicæ nardi,croci,schœnanthi,asari,casiæ ligneæ,xylobalsami, carpobalsami uiolarum,absinthij,epithymi,agarici,rosarū,turbith , colocynthidis,masticis,ana.ʒ.iiii.alias.ʒ.viii. mellis quantum sufficit pro compositione electarii,siue uini pro cōpositione pilularum . Sunt autem solutiua , quæ ingrediuntur compositionem huius hieræ picræ ac hieræ Archigenis ac hieralogodion,non obstante,quòd aliqua ex eis fuerint superius declarata,& alia quædam sint declaranda, Colocynthis est medicina multum effrenitās in soluendo , amari saporis, indigens multa rectificatione , secundum quòd ponit Mesue , est enim solutiuum pomum plātæ uenenosæ ad magnitudinem pomi aranzii subalbidi iuxta quam plātam nulla oritur herba , &'est calidæ complexionis ultra tertiū gradum,& siccæ in fine secundi. Soluit phlegma principaliter attrahendo à remotis membris,non tamen per se sola exhibenda quantuncunq; correcta. Et dosis eius , quæ ponitur a Mesue capitulo proprio est chirath. vi. usque ad.x. Chirath autem est pondus quatuor granorum hordei . Sed illa est nimis magna dosis hodiernis temporibus qualitercunque assumeretur. Epithymum est flos , uel radix cuiusdam herbæ calidæ , & siccæ in secundo, Soluit humorē melancholicum principaliter, & licet non sit in usu ipsum per se solum accipere , tamen eius dosis est a ʒ. iii. usque ad . ʒ.vij.decoctionis autem a.ʒ. v.usq; ad . ʒ. xx. quia est leuis solutionis.Absinthium est herba nota leuissimæ solutionis, calidæ complexionis in primo, siccæ in secundo , soluit leuissime choleram subtilem & aquosam ab intestinis meseraicis, & ab hepate, & assumitur a quibusdam succus eius , qui est amarus ualde & horribilis . Et dosis eius est á . ʒ.ii. usq; ad.iii.Et in decoctione seu infusione cū aliqua expressione.ab.ʒ.v.usq; ad.ʒ.viii.

Colocynthis.

Quid sit chirath.

Epithymum.

Absinthium.

Scammonea est succus cuiusdam herbę inspissatus in forma lupinorum reducitur, & ab India & Antiochia sic transportatur, & eius usus per se solum non est conueniēs propter eius uenenositatem & potentiam in soluendo: nec cū aliis medicinis admiscetur nisi post debitā eius correctionem cum pomo citonii , uel caulibus in pasta , ut præcipit Mesue,& sic correcta uocatur diagridium,& est calidæ, & siccæ complexionis in tertio, soluit principaliter cholerā , sed nocet stomacho & hepati , non correcta . Et dosis eius cum est correcta, est a granis quinq; hordei usq; ad duodecim. Et ipsius solius administrationem omnes prohibent , Et consulo , quòd medicinā in quā ingreditur retardetur quantum est possibile . Turbith est radix cuiusdam plantæ in partibus Indiæ,calidæ, & siccæ complexionis in tertio : soluit principaliter phlegma,& est multum in usu,maxime in passionibus iuncturarum,& assumitur communiter cum

Scammonea.

Diagridium.

turbith.

zuccharo, & zingibere in forma pulueris secundum illam descriptionem.Rec.turbith albi,& gummo.ʒ.i. uel usq; ad ʒ.i.s.zingibe.ℨ.i.zucchari.ʒ.s.& in mane assumatur cum iure pulli , uel galli, uel aliquo liquore conueniente . Et hic nota,quòd zingib. est correctiuum, uel uelocitat eius operationem,quoniā de se est tardi motus.Et eius dosis subsūtia est a.ʒ.i.usque ad.ii.ut ponit Mesue,& in decoctione à. ʒ.ii.usq; ad iiij. Sed istę doses tēporibus præsentibus sunt nimis magnæ,& eius assumptio est abominabilis, & debilitat stomachum.Agaricus est fungus quidam adhærens cuidam arbori maximæ.Et multum nascens in Pedemontium & est calidæ complexionis in primo , siccæ in secundo,soluit principaliter phlegma crassum , & choleram rubeam à cerebro & à membris neruosis : ac etiam a pectore . usus tamen eius per se solum non est multum cōueniens,sed admixtus cum aliis medicinis,ut in electarijs,& pilulis,ut cō muniter fit . Dosis tamen eius in subsūtantia est a . ʒ. i. usque ad.ʒ.i.s.In decoctione uero siue infusione est usq; ad.ʒ.iii. Et nota,q̄ agaricus qualitercunq; assumptus inducit uomitum,sed longe minus in decoctione,uel infusione , quia nō sic adhæret parietibus,& uiis stomachi, uel uillis inducens nauseam,& corrigatur cum mastice,& sal gemmę,ut præcipit Mesue.Sagapenum est gummi calidum in tertio, & sic cum in secundo,soluit humores uiscosos , & phlegma crudum trahit a longinquis membris, non tamen per se solum utimur eo . Et dosis eius est a.ʒ.s.usque ad aur. i. Euphorbium secundum rei ueritatem est gummi calidum , & siccū in quarto,& per se solum nō est cōueniens,& soluit phlegma crassum. Et eius dosis est a granis quatuor, usq; ad duodecim.Aristolochia rotunda est perfectior,& potentior ló ga in soluendo,& utraque est calida in tertio,& sicca in secundo,& soluit superfluitates phlegmaticas , & per se solum usus earum non est conueniens . Helleborus unus est albus,omnino fugiendus,quia a tota specie est mortiferus, alter est niger qui per se solum non est in usu,sed admixtus cum aliis medicinis,principaliter soluit melancholiam, & choleram crassam,& phlegma uiscosum fortiter attrahens à remotis , est tamen multum prouocans uomitum , & est calidæ,& siccæ complexionis in tertio.Et dosis est a. ℨ.i.usque ad.ℨ.ii.sed melius est , ut fugiatur nisi correctus & admixtus cum aliis medicinis.Restat nunc alia declarare,quę non sunt solutiua posita in descriptione hieræ Archigenis. Et primo per exituras apostemata intelligit , quæ ueniunt ad sanieni.Cæpe muris.i.cæpe scillæ.Vltimo est memorandum,quòd usus prædictæ hieræ Gal. qualitercunq; assumatur debet esse præmissa aliquali digestione,seu præparatione humorum in stomacho cum assumptione mellis rosarū colati,usque ad quantitatem unius.ʒ.pro uice , duobus,uel tribus diebus ad minus,uel cum alio leui digestiuo. Similiter & ante assumptionem hieræ picrę Gal.in qua ingrediūtur plura solutiua, & fortia,ut eam describit Nicolaus , ēt est præueniendum digestiuo appropriato secundum,quòd expedit.Et dosis huius hieræ Archigenis descriptiōe Pauli,quia est melior usq; ad aur. iiii.& Archigenis descriptione uniuersali est usque ad. vi. & confert multis & diuersis passionibus,ut dicit Mesue: quas tu ipse legendo cōsidera.

Agar.

Sagapenum.

Aristolochia.

Hiera.

MANARDVS de Hiera Archigenis.

H Ex Auicenna ad uerbum.Pulpæ coloquinthidos drachmas.ii.Aliqui libri habent drachm.xxii. alii. vnc. ij. cepæ, MVRIS assatæ) Id est scillæ.

SYL. *Hiera Archigenis Paulo aliter descripta,recipit prasii, agarici,chamedryos,pulpæ colocynthidos,stœchados , ana aureos decē:opopanacis,sagapeni,petroselini , aristolochiæ rotundæ,piperis albi,ana aureos quinque: cinnamomi,spicæ nardi,polij,croci,ana aureos quatuor. Sicca terantur, liquores frangantur , hydromelite infundantur , & omnia melle excipiantur.Datur ad aureos quatuor cum salis triti drachma vna, & aqua mulsa .*

SYLVII ANNOTATIO.

Aureos decem pro quinque scripsi, q̄ Paulus drachmas decem habet : Auicennas uiginti . Absurdum item esset in prima simplicium classe aureos quinque scribere, & in secūda

da similiter aureos quinque.Omnia enim illa simplicia si eo dem pondere conuenirent,una classe concluderentur.Paul.prę terea spicę nardi subscribit myrrham à Mes.omissam.Addit Paul.arida simul tundenda & incernenda, sed opopanacem & sagapenum (quæ gummi malè ab interprete Mesuæ uocantur,ut in simplicibus docemus,)& myrrham cōtusa per noctem unam mulsa in pila macerat. Postea læuigat , & siccis miscet . Melle deinde optimo excepta omnia , uase uitreo,uel plumbeo reponuntur . Hæc ratio omnium hierarū est communis,summus ipsarum modus est,denārii duo cum salis denario uno,& mellis heminis duabus: & aqua quanta satis est. Si uehemētiores uis,quibus scammoniū non inest: iniicietur,& his singulis obulus . Hæc Paulus . Quæ Pauli uerba me mouerunt,ut dictioni Mesuæ liquorum in hydromelite infusionem adderem .

ANT. Hiera Archigenis descriptione Pauli.Recip.prassii agarici, chamædryos , pulpæ , colocynthidis : stœchados‡omnium,ana‡aure.v.opopanacis sagapeni,petroselini,aristolochiæ rotūdæ,piperis al. om nium , ana aure.v.cinnamomi , spicæ , polii,croci , ana aureos.iiii.Tere ex medicinis,quæ siccæ sunt, & gummi conquassati , & † infunde in melle ,& permisce . Et sit dosis aure.iiii.cum salis triti pondere drach.i. † cum aqua mellis .

Non est in usu. Additio.

Confectio hieræ Archigenis descriptione uniuersali, & descriptione Pauli non sunt in usu. Auic. tamen in.v.cano. Haly.x.practicæ & Serapio in proprio antido. habent easdem descriptiones.Summa medicinarum hierę Archigenis descriptione Pauli est.xvi.res.

MANARDVS, de Hiera Archigenis descriptione Pauli.

OMNIVM an.aur.v.) Auicenna.xx . Paulus x.Post polium Paulus addit,myrrhæ. INFVNDE in melle.) Paulus in melicrato per noctem unam,& sicca . COMPONE eam cum aqua mellis .) Paul.cum melle optimo , & repone in uase uitri,uel plumbi.Et modus hic est omnibus hieris communis.Addatur salis drachma una,& si uis,ut magis purget,ad de scammonium .

SYL. *Hiera Diacolocynthidos à Rufo inuenta,caput , ventriculum,& corpus reliquum purgat humore crasso & lento, & atra bile.Ob id maniæ,melancholiæ,epilepsiæ,paralysi, spasmo cynico,uertigini confert,ac ulceribus malignis, fistulosis,cancro,elephantiæ:flatus quoque discutit : uentriculū roborat:coctionem firmat.Recipit autem stœchados,agarici,chamedryos,ana drach.decem,colocynthidos dra.uiginti(alij legunt colocynthidos,trochiscorum alandahal,an.ʒ. viginti quinque :) sagapeni, opopanacis , ana drach. octo , petroselini,aristolochiæ rotundæ,piperis albi,ana.ʒ.v.casiæ.ʒ. vii.cinnamomi , croci, spicæ nardi, myrrhæ,polii.ʒ. quatuor.Myrrham uino infunde,cætera tere , & melle despumato excipe .*

SYLVII ANNOTATIO.

Stœchadem,agaricum,opopanacem,in hiera Rufi Ephesii medici præstantissimi,quæ etiam colocynthidem recipit Paulus omisit,ponderibus præterea cum Mesue non cōsentit:multum autem in cæteris similes sunt hieræ Rufi à Mesue,Auicenna,& Paulo descriptæ. Hieram diacolocynthidos Nicolai quidam parāt:ego autem hieram dia colocyndos Antiochi,Pacci,à Scribonio descriptam,& mirè celebratam,& post eum à Galeno in li.c.ph.p.compono,& omnibus componēdam suadeo:cuius uires sunt à Paccio,Scribonio,& aliis probatæ.Ad lateris dolorem,epilepsiam,maniam,melancholiam morbum,scotoma,cephalæan,suspiriū uocis absscisionē,subitas præfocationes,incubum,tetanum spasmum cynicum,contusum corpus ex ictu,lapsu, tremorē paralysin,arthritidas,dolores spinæ , mammarum duritias , cancrosque earum,& ulcera in his cacoethea,stomachi imbecillitatem,ructum acidum , inflationem , tormina , nauseam,stomachi saliuam,colicum dolorem , menses suppressos ex decocto artemisiæ,aut dictamni.Has eius uires Scribonius ex Paccii lib.ad Tiberium Cæsarem scripto descripsit,& probauit.Constat autem stœchados,marrubii , chamædryos,agarici, & colocynthidos , singulorum drach.decem:opopanacis,sagapeni,petroselini , aristolochiæ rotundæ,piperis albi,singulorum drach.quinque:cinnamomi,spicæ nardi,myrrhæ,folii croci,singulorum drachm. quatuor : opopanax,& sagapenum mortario teruntur, adiecto melle tenui,id est,quam liquidissimo:trita cætera,& cribrata melle ad comprehendendum sufficienti cum his excipiantur , uase uitreo reponantur. Vbi autem affectus sunt curatu difficiliores,aut natura sua,aut ex diuturnitate , adde prædicto ponderi colocynthidis drachm.uiginti:opopanacis,& sagapeni singulorum drachm. tres. Hoc autem medicamentum non solum non nocet stomacho , sed etiam reficit eum , ac confirmat supra omnem opinionem:hæc Scribonius.Datur puluis ex liquore aliquo,uel in catapotiis à scrup. dimidio ad scrup.duos:cum melle uerò à drachm. duabus ad drachmas quinque.Hæc eadem est cum ipsa Rufi à Mesue scripta nisi quòd polium pro folio, & casiam pro marrubio habet & ponderibus nonnihil uariat . Hi trochisci Rufo incogniti fuerunt,uti & Galeno,qui eo longè fuit posterior : ob id eorum loco sunt, qui elaterium misceant . Hiera Legadij plus alij bilem atram trahit:recipit myrrhæ,spicę,scillæ tor refactę,euphorbii,hāmoniaci,bdellii,zingiberis,aloes stœchados,hyperici,chamedryos.singulorum unciam , epithymi unc.duas . cinnamomi uncias tres , ueratri nigri sescunciam:petroselini femunciam.scrup.duos:ammomi , folii Indici,casiæ,piperis triplicis,castorei,opopanacis, medullæ colocynthidis : sagapeni , singulorum semunciam : aristolochiæ drachmam unam:mellis modum , qui tibi uidebitur . Actuarius.Huic multum affini, est hiera Logadii scripta sic ab Aetio,pulpæ,colocynthidis drachm.uiginti : scillæ assatæ,agarici, hammoniaci,scāmonii, corticis ellebori nigri , hyperici , singulorum drachma una : epithymi , polypodii aridi , bdellii,aloes , chamædryos,casiæ marrubii, singulorum drachmæ octo, myrrhæ Troglodyticæ , piperis albi & nigri,cinnamomi,croci,opopanacis,sagapeni, castorei,petroselini,aristolochiæ,singulorum drach.quatuor, melle excipe:datur à drachmis duabus ad drachmas quatuor. Huic eandem facit Aetius hieram Galeni,nisi ponderibus differret,& præterea haberet stœchadem,& piper longum: recipit enim pulpæ,colocynthidis drachm.octo : scillæ,assatæ , agarici , hammoniaci, scammonii , corticis ellebori nigri, † stœchados,hyperici,ana drachmas sexdecim , epithymi , polypodii siccis,bdellii,aloes , chamædryos , marrubii,casiæ , ana drachmas octo,in alio uncias duas myrrhæ Troglodyticæ,sagapeni,croci , aristolochiæ,piperis albi longi, & nigri,cinnamomi,opopanacis , castorei,petroselini,an.drachmas quatuor:mellis quod sufficit.Huic Aetii descriptioni si adieceris polii , gentianæ,pulegii,spicæ nardi, iunci odorati,ana drach.quatuor: aut ex hiera Galen. ab Actuario descripta, aristolochiam longam , & zingiber sustuleris , & pro aiuga stœchadem : pro porro,prasium,id est, marrubiū scripseris : medicamentum habebis celebre triginta duobus constans simplicibus,ad contumaces morbos omnes efficacissimum,& tutissimum:ex hieris alis Rufi,Anthiochi , Iusti,Legadii,Archigenis,à Galeno excerptum, cuius meminit lib.8.c.ph.p.& lib.metho.12.Ab eo autem non fuisse descriptam miror,cùm præsertim hieram dialoes. lib.2. &. 8.c. ph. p. describat , & utrobique hieræ diacolocynthidos meminerit: nisi forte descripsit in li.de cōp. ph. purgātium, quē aliquoties in opere prędicto pollicetur,nondū tū usus nobis est,aristolochiam tamē rotundam, & longā habet hiera Iusti. Aliæ unicā ex tribus,& hiera Rufi Aetio habet chamæpityn;huius rei dum hæc scriberem,me admonuit Sigismundus medicus Romæ doctissimus & diligentissimus .

Hiera Logadiō corrupte Nicolao dicētur , &alter , quæ hic describitur.

†Euphorbii alij.

ANT. Hiera diacolocynthidos inuentione Rufi , quæ mundificat caput , & stomachum, & totum corpus ab humoribus crassis & uiscosis, & solutione educit choleram nigram , & confert maniæ , & melancholiæ,& epilepsiæ,& uertigini,& torturæ, & paralysi. Ventositates dissoluit . Stomachum & digestionem confortat : & est medicina bona fistulis , & ulceribus

tribus malis, & cancro, & lepræ: cuius permixtio. Recipe ſtœchados agarici, chamedryos, ana drachm. x. colocynthidis bonę et electę. ʒ. xx. Et in loco alio colocynth.† trochiſcorum alandabal, ana. ʒ. xxv. ſagapeni.† opopa. ana. ʒ. viij. petroſelini, ariſtolochię rotun. piperis ana. ʒ. v. caſsię drach. vij. cinnam. croci, ſpicę, myrrhę, polij, ana drac. iiij. Myrrham in vino infunde. Medicinas tere, et confice cum melle deſpumato.

Sūma medicinarū eſt. xv. res.

Hiera diacolocynthidos ſecundum hanc deſcriptionem raro habetur in uſu, ſed ſolum ſecundum illam, quæ ponitur à Nicolao. Additio.

Hanc hieram diacolocynthidos inuentione Ruffi deſcr. Meſue, deſcribunt Auicen. in. v. cano. Haly. x. practicę, & Serapio in proprio antidotario.

MANARDVS de Hiera coloquinthidos.

Et multum ſimilis hieræ Rufi, ab Auicenna, & Paulo poſitæ. TROCH. Alundal.) Paul. Sicyoniæ, id eſt, elaterij: certum enim eſt hoſce trochiſcos Rufo non fuiſſe cognitos. OPOPANACI.) Hoc non apponit Paulus.

SYL. *Hiera nobis inuenta purgat vtranq; bilem, & pituitā, flatus craſſos cerebri, & ventriculi, & corporis reliqui diſsipat: ob hæc uiſioni imbecillæ confert, ac cæteris affectibus cauſas illas ſequentibus. Recipit aloes drach. xv. epithymi, coſti, ana drach. v. euphorbij, croci, ſpicæ nardi, chamædryos, ana drach. ſex, agarici drach. ix. caryophyllorū drach. ii. calami aromatici, maſtiches, caſsiæ, ana drac. vij. xylobalſami (alij xylaloes) drach. iiij. piperis albi & nigri: gentianæ, amomi, ana drach. i. ſcammonij in malo cydonio cocti drac. ij. mellis quantum ſufficit. Datur aureo. i.*

ANT. HIera inuentione noſtra conferens obſcuritati viſus, et ventoſitati craſſæ dominanti ſuper caput, et ſtomachum, et totum corpus. Et educit ſuperfluitates. ſ. vtriuſque cholerę, et phlegmatis. Cuius permixtio. Recī. aloes boni drach. xv. epithymi,† coſti, ana drachm. v. euphorbij, croci, ſpicę, camedryos, ana drach. vi. agarici, drach. ix.† caryophyllorum drac. ij. calami aromatici, maſticis, caſsię, ana † ʒ. vii. xylobalſami, et in alio xyloaloes. ʒ. iiij. piperis albi, et nigri, gentianę, amomi, an. ʒ. i. ſcammoneę coctę in pomo. ʒ. ii. mellis quantum ſufficit. Doſis eius eſt aureus vnus. Hiera ex inuētione mea: nō eſt in uſu: nec ꝓparata reperiť.

†dra. viii.

Sūma medicinarū eſt. xviii. res.

MANARDVS de Hiera ex inuentione noſtra.

Hæc inter magnas connumerāda eſt, & multi uſus, licet nullibi parata inueniatur. ALSERACHOSTVM.) per alſerachoſt Arabes intelligunt ſpeciem mānæ. Tamarindorum.) De his licet nulla apud antiquos mentio, utiles tamen ſunt in bile coercenda. Foliorum lupuli.) Hic puto ſubeſſe errorem, intelligendoſq; aſparagos eius potius, quàm folia. Seminum communium.) Hæc dici ſolent maiora.

SYL. *Diamāna nobis deſcripta celebris, præſertim ad febres acutas & multum ardentes. Nam cordis, ventriculi, hepatis, ſanguinis intemperiem calidam, & feruorem, & ſitim extinguit. Recipit mannæ bonæ, & recentis, caſsiæ, ana unc. iiij. tamar Indorum immaturorum vnc. ſex: medullæ caſsiæ, ſacchari uiolati vnc. xvi. ſucci intybi, apij, malorum dulcium, acidorum, & acido dulcium, ſucci acidi citrorū, ana vnc.† iii. In quibus purgatis prædicta tria diſſolue, cola, ut munda ſint omnia. Præter hæc accipe radicum intybi, apii, ana vnc. iii. foliorum lupuli, adianti albi, ana vnc. ii. pruna paſſa centum: uiolarum unciam vnam, & ſemiſsem: roſarum vnc. i. ſpicæ nardi drach. tres, coque hæc libris tribus aquæ fontanæ ad dimidias: colato adde ſacchari libras tres: aceti boni libram. i. ſemel feruefiant. Adde colatum prius, & percoque ad mellis craſsitudinem: poſtremo adde ſantalorum citreorum, roſarum, ſpodij, ſuccini, oxycāthæ, ſe. portulacæ, ſe. oxalidis, ſe. melonum, citreoli, cucurbitæ, cucumeris, ana drach. iii. ligni aloes drach. iiij. cubebarum drach. v. caphuræ drac. i. repone uaſe uitreo. Datur Aeſtate cum aqua frigida ab vnc. i. ad. vnc. ij.*

†alij quatuor.

Operoſa hæc cōpoſitio, & quæ pauciorib⁹ idem præſtare poſſet: cui calida pauca miſcentur, ut frigidis in corpus ſpargendis uiam parent. Pro folijs lupuli ſume ipſius aſparagos, & prima germina, uel ſumma cacumina. Valentius fiet ſi in libras ſingulas acceperit ſcammonii ſemunciam.

ALſiracoſtum deſcriptione noſtra, quę eſt medicina benedicta, & maxime in acutis febribus multæ caliditatis. Sitim extinguit, ebullitionem ſanguinis ſiſtit: & inflammationem cordis, ſtomachi, & hepatis, & omnem inflāmationem ſedat. Cuius hęc eſt permixtio. Recip. alſiracoſt boni & recentis, drac. iiij. tamarindorum cheyrō vnc. vi. medullę caſsię vnc. iiij. zucchari violati vnc. xvi. ſucci endiuię, ſucci apij, ſucci malorum dulcium, & aceto ſorum, & muzorum, ſucci acetoſitatum citri, ana vnc. iii. Diſſoluantur alſiracoſt & tamarindi, & caſsia fiſtula in liquoribus iam dictis, prius tamen depuratis. Deinde cola & munda à ſcoſis. Deinde accipe radicum endiuię, apii, ana vnc. iij. foliorum lupuli, capillorum ueneris, ana vnc. ij. prunorum ſiccorum numero. c. violarum vnc. i. et. s. roſarum vnc. i. ſpicę drach. iij. Decoquantur hęc omnia in. iij. libris aquę fontis vſq; ad li. i. et. s. et proijce in ea zucchari tabarzet lib. iij. aceti boni li. i. et coque ebullitione vna. Deinde proijce ſuper illud colaturam priorum, et coque dum mellis habeat ſpiſsitudinem. Vltimo vero proijce in medicamine, ſandalorum citrinorum, roſarum, ſpodij, charabe, berberis, ſe. portulacę, ſe. acetoſę, ſeminum communium. ſ. melonis, citruli, cucumeris, cucurbitę, ana. ʒ. iii. ligni aloes. ʒ. iiij. cubebę. ʒ. v. cāphorę. ʒ. i. Repone in uaſe vitr. Eſt enim medicamen nobile, doſis eius ab. vnc. i. vſq; ad. ij. cū aqua frigida, et hoc in ęſtate ęſtiua.

Siracoſt deſcriptione Irani non eſt in uſu. Additio.

Confectio alia mannæ domini Meſue quam appellat alſiracoſtum, quæ non præparatur ſecundum præſentem deſcriptionem, ſed ſecundum præcedentem diuerſæ opiniones reperiuntur circa nominationem præſentis confectionis: nam quidam nominant eam ſiracoſt & deſcriptione Irani. Alij uocant Irani Conſtātini: ſed credo, & melius, quod debeat uocari alſiracoſtum ab alſiracoſt, quod eſt ſpecies mannæ, quod plus ingreditur.

Tryphera Perſica, quod apud Perſas experta ſit contra febres acutas, intemperiem calidam ventriculi, hepatis, Morbis omnibus ex humorum vſtione natis confert, in Aeſtate peſtilenti, & Autumno: ſitim ſedat: iterum calidum ex obſtructione ſanat, hypochyſim à vaporibus bilioſis viſui incommodantem diſcutit. Recipit autem ſuccorum ſolani, intybi, apii, lupuli, purgatorū, ana libras duas. Quibus immitte violarum recentium, aut ſiccarum libram vnam: folliculorū ſennæ, vncias duas: agarici vnciā vnā: pruna Diamaſcena, quinquaginta: caſſiuthæ, ſemunciam: myrobalanorum, cepularum, citrearum, Indarum, ſingulorum in oleo violato, aut amygdalarum dulcium, ana drac. duas: ſpicæ nardi drachm. tres: coque igni prunarum lento, donec libra vnica ſuperſit: cui iniice epithymi drachmas quadraginta. Myrobalani autem oleo amygdalarum dulcium merſæ ſemel feruefiant: tollantur ab igne, collentur. In parte colati diſſolue tamar Indorum recentium vncias tres: mannæ ſeſcunciam, pulpæ caſsiæ vncias quatuor ſacchari violati vncias duodecim: cola, vt munda ſint a ſeminibus, & aliis: in parte reliqua, & aceti libra una coq; igniſſeto, ſacchari albiſſimi libras tres. Adde, quod prius in ſuccis

SYLVII ANNOTATIO.

Hæc antidotus tryphera. i. delicata, uſu rara eſt, opinor, q; ſimplicibus multo pauciorib⁹ nobis licet affectum idē aſſequi: præter quàm quòd componendi modus, & longus eſt, & negocij plenus. Præterea myrobalanis recentibus carens, à quibus uis plurima medicamenti expectatur: quāquam & ſimplicia alia quāmplurima recipiat, quæ bilem utranque, & præcipue atram, aut expulſioni apparent, aut ēt trahant, & uacuant, ut interim taceam miſta. refrigerantia non pauca, & quædā partibus principib. robur afferentia.

ANT. TRyphera Perſica experta apud Perſas, & confert febribus acutis, & inflammationi ſtomachi, & hepatis. Hictericis calidis de oppilatione incolumitatem acquirit. Viſum à fumis cholericis deperditum reparat: ſitim mitigat. Morbos aduſtionis prohibet, & eſt medicina magna in æſtate peſtilentiali & autumno. Cuius hæc eſt permixtio. Reci. ſucci ſolatri, endiuiæ apii, depuratorum, ana lib. ii. ſucci lupulorum,†& proiiciantur ſuper eos uiolarum ſiccarum. aut uiridium †li. i. folliculorum ſenæ, unc. ii. agarici unc. i. prunorum da maſcenorum pinguium numero†. l. cuſcutæ, unc. s. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum, fricatorum in oleo uiolato, aut oleo amygdalino dulci, ana †drach. ii. ſpicæ aromaticæ. ʒ. iii. Bulliant ſuper prunas cum facilitate uſque dum remaneat†lib. i. & proiiciantur ſuper illa epithymi boni mundi. ʒ. xl. & inuoluantur myrobalani in oleo amygdalarum dulcium, & bulliant ebullitione una, & deponantur ab igne, & colentur, & diſſoluantur in una parte iſtius colaturę, tamarindorum bonorum, & recentium unc. iii. mannæ, unc. i. & dimid. pulpæ caſsiæ, un. iiii. zucchari uiolati, unc. xii. colentur, & mundentur à granis ſcoſis: & in alia parte aquæ proiiciantur zucchari tabarzeth lib. iii. aceti uini lib. i. Coquantur cum facilitate. Deinde proiiciantur ſuper illud, quod diſſolutum ſit in ſuccis, & aggregentur ſimul in unum, & coquantur uſque ad mellis ſpiſſitudinem. Vltimo vero puluerizentur ſuper illud rauedoni, unc. ii. myrobalanorum citrinorum, unc. i. & ſemi. chebulorum, indorum, ana unc. i. belliricorum emblicorum, ana drach. iiii. granorum fumiterræ, trochiſcorum diarodon, macis, maſticis, cubebæ, ſpodii, ſandali citrini. ana† drachmas duas et dimid. quatuor ſemi num, ana drach. ii. et. s. aniſi drach. iiii. ſpicæ drac. ii. Inuoluantur in oleo uiola. et repone in uaſe uitreo: et da cum aqua frigida, et ſucco endi. aut ſuc. ſolatri. Doſis eius eſt unc. i.

ſlib. i. †& roſarum ana dra. iii.

junc. ii.

ſlib. ii.

Non eſt in uſu, & eſt ſolutiua, ut in eius diſcrimine reperitur, & apparet, ſed illa, quæ non eſt ſolutiua poſita in ſecūdo de appropriatis cap. de ſputo ſang. cum tuſsi, eſt quæ generaliter habetur in uſu, & ſic ubiq; præparatur.

Additio.

Tryphera dicitur quia delicata, & perſica quia perſis inuenta fuit, uel dicitur perſica, quia in illis partibus inuenta fuit, hæc interdum ab aliquibus in uſu habetur.

MANARDVS, de Tryphera Perſica.

Cuſcuta.) Amplexicaulis herba eſt, quæ linum amplectitur, & uidetur eſſe quam ſinoderam Theophraſtus uocat licet apud græcos in medicorum uſum (quod quidem meminerim) uenire non conſueuerit. Eſt autem magnæ ſimilitudinis cum uocato nunc epithymo.

Electarium Alharif ſaporis iucundi, in æſtate faciendum: purgat uentriculum, hepar, & corpus reliquum: uſu corpus uiuidum & iuuenile reddit, & ſeruat. Recipit uero myrobalanorum citrearum, cepulla. indarum partes æquales: tere (cribra) oleum amygdalarum dulcium ſuperfunde quantum ſufficit in ſola tridao: frica ſæpe manibus, oleum nouum ſuffice quantum abſumitur. Iterum eadē tri duo conuenienter tere in aqua fontana, in qua ſacchari partem decimam diſſolueris, affuſa idētidem pauca aqua. Hoc fac, donec myrobalanorum ſapor ingratus auferatur, poſt ſicca in umbra. Accipe relictæ huius maſſæ drach. quindecim, turbith drach. ſex, aniſi, maſtiches, ana drachm. duas, ſpicæ nardi, ſemi. apij, ana drachmam unam & dimidiam, uiolarum ſiccarum drach. vii. ſacchari albi, & candefacti, ana drach. x. Excipe melle deſpumato. Datur drach. tribus cum aqua calida. SYL.

Vide caput de myrobalanis

CONfectio electarii alharif. & eſt electarium boni ſaporis, quod expoſuimus nos, et fit in tempore æſtatis, quod educit ſuperfluitates à toto corpore, ſtomacho, et hepate. Et conſeruat utentem eo in iuuentute. Rec. myrobalanorum citrinorum, et chebulorum indorum, ana partes æquales. Tere et cribella, et accipe olei amygdalarum quantum ſufficit, et infunde ſuper ipſos, et frica manibus, et hoc facias tribus diebus in ſole. et dum iugiter oleum exiccatur, ſemper ſuperinfunde oleum. Deinde quantitatem zucchari albi ſufficientem in decuplo ipſius aquæ fontium, diſſolue cum aqua per tres dies mixturam prædictam, continue triduo tere ſemper in ea parum de oleo infundendo, et hoc facias uſque dum myrobala. amaritudo ceſſet. Deinde fac in umbra ficcari. deinde accipe de hoc tuto drac. xv. turbith boni drac. vi. aniſi, maſticis, ana. ʒ. ii. ſpicæ. ʒ. i. et. s. uiolæ ſiccæ. ʒ. vii. ſeminis apii.† drach. i. et dimi. nabeth zucchari albi, ana drach. x. Confice cum melle deſpumato. Et ſit doſis eius drach. iii. cum aqua calida. ANT.

Nabeth ē zucchārū candi. †drac. iii.

Sūma medicinarū eſt. xiiii. res.

Non eſt in uſu uide ulterius.

Additio.

Confectio electarii alharif, & eſt electarium boni ſaporis quod raro in uſu habetur.

MANARDVS, in confectione electarii alharif.

Confectio alia.) Neutra harum, neque ego uſus ſum, nec uidi medicum utentem. NABETH.) Quidam intelligunt zuccharum, quod candum uocāt. Sed uidetur alia res apud ipſum Meſuen infra de conditis. Alii potum ex ficis, dactylis, & ſaccharo.

Alterum elect. Alharif eorundem uirium, præterea uētriculum roborat, & c. partes nutritorias frigidas, appetentiam excitat, coctionem iuuat, propter hæc colorem corporis, & odorem commendat, iuuentutem tuetur, canos remouet, & ſpiritibus tenuatis, & purgatis uiſum & reliquū ſenſum omnem & cogitationem exacuit, uenerem excitat. Recipit myrobalanorum, cepul. nigrarum, citrearum, anæ partes duas, emblic. belleric. ana partem unam & dimidiā, tere, cribra, ut nuper dixi præpara. De hac maſſa accipe drach. xiiii. turbith drac. vii. zingiberis, cardamomi, maſtiches, cimamomi, ligni aloes, caryophyllorum, piperis, cubebarum, galangæ, macis, ſemin. apij, ana ſeſquidrach. ſpicæ nardi ſcriptula duo ſtrobylorum, ſacchari albi, & candefacti, ana drach. xij. excipe melle deſpumato. Datur drach. iij. cum aqua calida. SYL.

ANT. Confectio alia electarij alharif boni saporis, quod etiam exposuimus nos,& fit in tempore æstatis,& educit superfluitates à toto corpore,stomacho,& hepate. Et confortat stomachum, et uiscera mollificata. Et ualet ad debilitatem digestionis, et frigus membrorum nutrimenti. Et facit appetere cibum Et facit colorem & odorem bonum utentis. Et subtiliat sensum et cogitationem,et conseruat in iuuentute et addit in uisu,et retardat canos,et addit in desiderio coeundi. Cuius hæc est permixtio. Rec.myrobalanorũ chebulorum,& nigrorum,ana partes.†ii.emblicorum, belliricorum,ana partem.i.&.s.citrinorum partes.ii. Tere.cribella,et iuxta modum superioris doctrinæ in eorum rectificatione opus est obseruandum. Deinde accipe ex hoc toto † drac.xiiii.turbith albi & mundi. ʒ.vii.zingibe.heyl,masticis,cinnamomi boni, ligni aloes,caryophyllorum,piperis,cubebæ,galangæ, macis, seminis apii,ana.ʒ.i.et.s.spicæ drac.vnius partes. ii.pinearum mundatarum,zucchari tabarzet,et†nabeth,an. ʒ.xii. Confice cum melle despumato. Et sit dosis eius. ʒ.iii.cum aqua calida.

[Margin: †tres. †dr.xviii. Sũma medi.est.xii.res.]

Non est in usu.

SYL. *Electarium Indum maius, purgat uentrem totum inferiorem,atque adeo iuncturas,pituita etiam putri, flatusq; dissipat,& affectibus inde natis,dolori colico, & nephritico,& uentriculi,& aliorum uiscerum. Recipit cinnamomi, caryophyllorum spicæ nardi,rosarum,†cassiæ,macis,ciperi ana drach.iiii.santalorum citreorum drach.ii.& dimid.ligni aloes,nucis moschatæ,ana drach.ij.turbith boni, albi, gummosi,arundinacei,drach.l.sacchari, penidiorum, ana unc.xx.galangæ,cardamomi utriusque, asari, mastiches, ana sesquidrachmam: scammonij boni, & in malo cydonio decocti drach.xij.omnia cum oleo amygdalino frizentur. Post succi cydoniorum,& granatorum,& apij, & fœnic. ana lib.dimi. coque cum melle ad spissitudinem ideoneam, & misce aromata. Datur ad aur.iii.*

[Margin: Cassia fistula intelligit quia elec.ẽ purgatoriũ lenitiue aliquon digens]

SYLVII ANNOTATIO.

Potentius est diaphœnico, si neutrum acceperit scammonium,aut si utrunq; ęqualiter acceperit,idemq; coctum ambo,uel crudum. Grandioribus dari potest unc.i.pueris uero Mesuæ dosis. Huius drach.vi.cassiæ drach. tres, simul dabat Manardus ad renes expurgandos. Penidia miscent purgantibus uentriculum intestina,uenas magnas,ut huic, & diaphœnico: non autem his, quæ a remotis partibus attrahunt.

ANT. Confectio electarii indi maioris, solutione educens humorum superfluitates, et proprie phlegmaticorum et putridorum,à stomacho, et à mẽbris nutritionis,et uentositatem crassam in eis resoluit et morbos factos ab eorum exuberantia curat,sicut est dolor stomachi,et uiscerum,et colica,et dolores renũ, et educit,quæ sunt in iuncturis materias. Et confert iuuamentum manifestum doloribus eorum. Cuius hæc est permixtio. Rec.cinnamomi caryophyllorum,spicæ rosarum,cassiæ,macis,ciperi,ana drac.iiii. sandalorum citrinorum drach.ii et.s.ligni aloes,nucis muscatæ ana drac. ii. turbith boni albi, et gummosi, et harundinei, drachm.l.zucchari, et penidiarum,ana unc.xx.galangæ;heyl,cardamomi,asari,masticis, ana.ʒ.i.et.s. scammo.bonæ decoctæ in pomo drach. Omnia cum oleo amygda.frizentur. Deinde accipe succi citoniorum et granatorum,succi apii et fœniculi,ana lib. s. Decoque cum melle ad spissitudinem,et confice cum speciebus. †Dosis est ab aur.iii.

[Margin: Sũma medicinarũ est. xxv. tes.]

Istud electarium est famosum, quod generaliter ab omnibus,& secundum præsentem descriptionem præparatur, ponit subsequenter descriptio electarii indi minoris,quod multo plus habetur in usu. Et hoc electarium indum minus est magnæ efficaciæ,& utilitatis in soluendo uentrem à superfluitatibus phlegmaticis putridis corruptis,& maxime à membris nutritiuis à iuncturis, ac etiam in soluendo similiter materias cholericas,licet sit maioris potentiæ, & plus conueniat in soluendo phlegma quàm choleram. Est etiam conueniens in resoluendo & subtiliando uentositates crassas,unde multum confert doloribus stomachi,colicis, & renalibus,oppilationes aperiendo. habet & alias uirtutes, quæ ponuntur in litera. Sed hic notandum, quòd quidam aromatarii reducunt tam descriptionem electarii indi maioris,quam minoris, ad formam solidæ confectionis cum zuccharo ultimate decoquendo. Et dosis confectionis solidæ indi minoris est usque ad.ʒ.iiii. descriptio indi maioris est hæc. Rec.cinnamomi,cassiæ,scilicet ligneæ turbith arũdinei,idest perforati ad modum arundinis subtilis, penidii fiunt ex solo zuccharo ultimate decocto:& ex longa agitatione continue dealbantur,& sunt cali.& sic.complexionis in primo gradu. Heyl.est species cardamomi, & secundum quosdam est cardamomum maius,& secundum alios est me liget aquæ sunt quædam grana aromatica ca.& sic.complexionis in tertio,& portantur ex india. Succi citoniorum. Citonia nota sunt,& sunt frigi. & sic. complexionis in fine primi,& ex ipsis fit uinum per eorum expressionem, quod est ualde constrictiuum cuiuslibet fluxus uentris, & maxime cholerici,decoquitur tale uinum cum zucc.& fit iuleb, quod uocatur miua simplex,quod lymphatum cum aqua calibeata,assumptũ de mane,similiter dictis fluxibus confert. Adduntur etiam quædam aromata huic iuleb,quando decoquitur,& aromatizatum uocatur miua aromatica, quæ confert debilitati stomachi,& maxime uirtuti digestiuæ eius, & contentiuæ,fit etiam ex eorum pulpa decocta cum zuccharo quędam confectio solida, quæ uocatur diacitoniten sine aromatibus,cuius.℥.i.assumpta ante cibum confert cuilibet fluxui stomachi,& intestinali,& uomitui,& confert si post cibum assumatur,sed cum difficultate masticatur, põt pistari,& præparari cum miua simplici,& sic assumi in pondere dicto. Etiam ex pulpa citoniorum fit diacitoniten cũ quibusdam aromatibus calidis,ut zingib.pipere, cinnamomo,& aliis cum melle,quod à sanis comeditur tempore natiuitatis domini nostri Iesu Christi. Succi granatorum quædam.n.sunt dulcia,& ista sunt frigida & humida in primo cum aliquali leui caliditate ratione dulcedinis, acetosa uero & muza sunt frigidæ complexionis ultra primum,flores eorum qui dicuntur balaustiæ sunt frig. cõplexionis in primo,& sic.in secundo,est.n.uinum dulce granatorum multũ in usu,decoquitur cũ melle ad electarium construendũ. Et dosis huius electarii indi maioris per se solum est usq; ad.ʒ. vi.distemperatũ cũ decoctione cõi,ut dicetur inferius, uel cum aqua fœ.uel apii,uel cum aliquo liquore conuenienti uel in forma dactyli assumpti cum zuccha.& sæpe admiscemus hoc electarium indum maius,siue indum minus cũ cassia,uel manna,ad uelocitãdũ operationẽ cassiæ,uel mãnæ, v.g.Cum in principio aliquarum ægritudinum quærimus aliqualiter mouere materiam absq; hoc,ꝙ tota sit cõmota, exhibemus de cassia.℥.i.s.de electario indo, & maxime de minori.ʒ.iii.Cassia licet sit principaliter purificatiua sanguinis,etiam euacuat phlegma,& talẽ medicinã distẽperamus cũ decoctione cõi,uel cũ aqua hordei,uel alio liquore cõueniẽti,& si ipsum in dicto põdere admiscemus cũ manna,de ipso manna accipimus usq; ad.℥.ii. Vlterius est notandum,ꝙ licet Mesue ponat dosim huius electarii indi maioris esse usq; ad aur.iii.hoc ueritatem haberet,quando ad libram mellis ponerentur.℥.iii.aromatum,sed quia temporibus ponuntur ad lib.mellis.℥.ii.solum aromatum. ideo potest augeri dosis usque ad quantitatem superius dictam.

[Margin: Penidia. Vinum cuiuslibet fluxus citris cõstrictiuum. Balaustiæ]

Vltimo,soluo hoc dubium,diceret aliquis,in indo maiori est maior potentia scammoneæ in soluẽdo cholerã quàm turbith in soluẽdo phlegma,cõsideratis utriusq; põderibus & eorum potentia,& tamen dictum est,ꝙ indũ maius à prędominio soluit phlegma:hoc idem dici posset de indo minore, licet quantitas turbith amplietur in eo,& tamen non additur quantitas scammoneæ dicendum quòd scammonea non solum euacuat choleram,sed etiam adiuuando operationem turbith & illam uelocitando,euacuat phlegma.turbith autem non sic est adiuuans, & uelocitans operationẽ scammoneæ,& est principaliter turbith phlegmatis purgatiuum,& solutiuum,& sic apparet solutio ad dubium nõ obstante,quòd potentia scammoneæ sit maior in indo maiori quæ potentia turbith multiplicatur,uel duplicatur, & non additur quantitas scammoneæ.unde ad dubium facilius respondetur,& per consequens apparet quòd indum minus est uigorosius ad soluendum materiam phlegmaticam, & magis conuenit in dispositionibus frigidis,quàm electariũ indum maius,& ut sic habetur in usu minus. & cum à medicis absolute profertur electarium indum, docti & experti aromatarii intelligunt indum minus.

Additio.

Istud elect.indum maius magis in usu habetur,quam paruum,& ideo quando simpliciter scribitur electarium indũ, de maiori est intelligendum.

MANARDVS, in confectione electa. indi maioris.

Est minus potens ad purgandum,quàm diaphœnicon, si in diaphœnicon non sit scammonium,per coctionem castigatum,& in hoc sit. Si utrobique,hoc erit efficacius. Dosis eius est aur.iii.) Illa dosis exigua est, uix puero sufficiens: grandioribus enim ac robustis potest integra uncia dari. Ego in expurgandis renibus eo utor,cum cassiæ succo,ita, ut huius sex,illius.iii.drachmæ misceantur.

SYL. *Electarium indum minus eadem promittit, recipit turbith,sacchari,ana drach.c.macis,piperis,zingiberis,caryophyllo.cinnamomi,cardamomi,nucis moschatæ, ana drac. vii.scammonii drachmas duodecim, misce cum melle despumato. Datur ad aureos tres.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc minus est calidum, & simplicius, sed est ualentius ad purgandam pituitam,ac etiam bilem flauam, utrunque uacuat. Quamuis enim turbith phlegmagogus in hoc largior phlegmagogum hoc electarium magis faciat, tamen, & maius etiam est phlegmagogum turbith adiuto à scammonio bilem primo & per se purgante, sed etiam pituitæ uacuationem iuuante. Ob id electarium indum si absolute scribitur,hoc minus,quia efficacius, & tam delicatum etiã sine melle,ut eius puluis posit cum iure sorberi, à multis intelligitur,estq; in usu frequentiore,quia efficacius pituitam expulsioni paratam,& bilem mistam purgat, & minus calefacit. Ob id salubre in quotidianis febribus, nothis à mista bile. Potest dari ad.ʒ.iiii.uel etiam.v.minus,ut maius ad drachmas sex,non solum aureos tres cum Mesue. Nam hic singulis mellis libris miscet pulueris un.iii. nos tantum duas:quod si quis uncias tres misceat,ut hodie fit,dosis Mesue placet. Fere miscetur cassiæ,mannæ,& aliis imbecilliter uacuantibus,ad actionem earum celerandam, & augendam. Manardus in affectibus renum sex drac. Indi maioris, & drach.iii.cassiæ exhibet:ac robustis dat unciam integrã & dosim Mesuæ uix pueris sufficere ait. Si autem diu ante usum est seruandum,misce scammonium,si autem mox utendum,diagredium,quod uocant.

[Margin: Phlegmagogũ ob turbith ẽ magis quã ob alia chologogum.]

ANT. Electarium indum minus habens intentionem maioris. Cuius hæc est permixtio. Rec.turbith. drachmas centum:zucchari tantundem,macis,piperis,zingibe.caryophyll.cinnamomi,heyl, nucis muscatæ,ana drac.septem:scammoneæ, drachmas duodecim. Confice cum melle despumato. Dosis eius est aure.iii.

Hoc electarium est magis in usu,quã indum maius, quia minoris caliditatis,& maioris efficaciæ in soluendo phlegma,quam indum maius,& per consequens est ualde conueniens febrientibus febre phlegmatica cum aliquali admixtione choleræ,semper supposita digestione materiæ,& cõfert omnibus dispositionibus quibus confert indum maius. Et dosis eius per se solum est usque ad.ʒ.v. Cuius hæc est permixtio. Rec.turbith,zingiber.cinnamomi,hyel, & omnia simplicia,quæ hic ponuntur sunt superius declarata, cõficitur cum melle.

Additio.

Istud electarium indum dicitur minus,quia pauciora simplicia ingrediuntur,quam in maiori secundum Mes. minorem habens intentionem. Aui.in.v.cano.habet eandem descrip.uel saltem ab ista parum differentem,quam uocat elerium indum faciens ad colicam.

MANARDVS, in electarium indum minus.

Minus hoc à maioribus nostris neglectum est,cum tamẽ satis efficax sit,& adeo delicatum, vt possit sine melle in pulueris forma cum iure sorberi.

SYL. *Elect.diaphœnicum à filio Zezar descriptum,purgat clementer,& tuto humorem crudum & bilem. Ob hæc conuenit febribus complexis & diuturnis,dolori uentriculi, & colico intemperaturæ harum partium frigidæ. Reci.autem phœnicon cyrron.i.dactylorum fuluorum,aceto per triduũ maceratorum.ʒ.c.penidiorum hordeatorum.ʒ. quinquaginta,amygdalarum purgatarũ.ʒ.xxx.turbith.ʒ.xxxv. scammonii.ʒ.xii.zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum,cinnamomi,macis,ligni aloes,anisi,fœniculi,dauci,galangæ,ana.ʒ.duas & dimidiam. Tere omnia probe, melle despumato sufficienti excipe. Datur ab aureis tribus ad septem.*

SYLVII ANNOTATIO.

φοινικὰς κίῤῥους lego, idest dactylos fuluos, quo colore sunt immaturi,ut maturi flauiores, aut iam nigricantes. Hác autem græcam uocem an recte diuinem à Mesue usurpatam,& ab interprete corruptam, lectoris candido iudicio committo. Neque interpretatio Arabicæ familiæ mihi repugnat:cheyron enim (sic nanque scribunt) immaturos aiunt significari,& ob id adstringentes magis. Sic tamen tamar indorum cheyron.i.immaturorum, ut interpretantur: qui licet sint species dactylorum syluestrium, tamen dum sunt immaturi,& acerbiores,quales ad nos afferuntur colore fuluo,non sunt,ut uinum κίῤῥον,idest,fuluum,igneũ, medium Hippocrati,& Galeno dicitur,sed nigricant. Id põt uocari diaturbith,quanquam est aliud diaturbith in simpli. cap.de turbith,multo hoc ualentius & periculosius,pręsertim si turbith horis uigintiquatuor maceratum sit succo cucumeris agrestis,& scammonium acceperit. Viribus conuenit cum electario indo maiore,sed clementius purgat & bilem magis per scammonium:sed etiam non ignauiter pituitam per turbith,ob id febribus complexis, ut tertianæ nothæ ex bile flaua & pituita conuenit. Datur ad.ʒ.iiii.per se. Frequenter cum cassia & manna. Quidam diaphœnicon minus uocant,cui immittuntur scammonii.ʒ.xi.uel.xii. maius autem,cui induntur. ʒ. eiusdem tres & uiginti,uel quatuor & uiginti. Descripta erat prius in simplicibus ex Zezar cap.de turbith(basis enim eius est turbith, & scammonium) eadem omnino nisi, quod uno tantum die dactylos ibi macerat,& zingiberis,piperis longi,foliorum rutæ siccorum,ana.ʒ.iiii.scribit,aucta horum trium dosi, & omissis simplicibus reliquis. Penidia autem & dactyli hic, & in aliis purgantibus miscentur,ut lentore suo purgantia retineant,ne in longinqua prompte ferantur. Adde quòd ibi penidiorum tantum scribitur,non ut hic penidiorum hordeatorum,quod interpretantur,ex saccharo albo, & optimo cum aqua decoctionis hordei sex horas infuso & cocto ad iustam consistentiam. Drachmas scripsi, ubi Mesues ponebat partes,quod ita facilior intellectu esset descriptio, neque res mutatur:quanquam & Galenus ueterum plerique pondus, aut mensuram nomine partium indefinitam quandoq; scripserunt,contenti singulorum simplicium proportione. Potesq; pro.ʒ.semũciam,uel unciam,uel selibrã, uel libram,uel pondus aliud quoduis, sed unicum sumere. Magna ratione autem dactyli, & in aliis adstringentia alia scammonio in uariis purgantibus miscentur: sic enim rhu succum, carnem mali cydonii, carnem palmularum, seu phœnicum myrta mastichem, & similia scammonio, & aliis multis purgantibus adiecerunt, quæ stomachum adstringendo roborarent, & grato sapore medicamenti abominabi-

minabilem qualitatem tegerẽt: effecto autem quid poſſent purgantia monſtrarent. In his enim ſubſtantia purgatrix exigua, ſed ualidis prædita uiribus, miſta alteri ſubſtantiæ plurimæ, ſed imbecillæ, ſumpta guſtu non percipitur: agit tamen efficacius pauca hæc, quam plurima alia li. 3. ſimp. capit. decimoquarto. Sic cydoniis ſcammonium rectè miſceri docet libro primo alimentorum. Crudum autem miſcendum hic, quia per dactylos, & aromata ſatis caſtigatur, & non impeditum, uaporibus longè tranſmiſsis à longinquis trahit: quanquam etiam penidia ſuo lentore turbith, & ſcãmonii ſubſtantiam in corpus diſtribui prohibent. Sauonarolæ tamen uapores ab his eadem uirtute præditos omnino non prohibent. E

ANT. Confectio de dactylis, & eſt diaphœnicon, quã ſcripſit filius zezar, conferens ad febres cõpoſitas & chronicas. Et eſt medicina ſecuritatis. Et cõfert ad colicã, & dolorem uentris, & humorem crudũ & frigora. Et eſt ſolutiuũ facile & cõueniens. Cuius permixtio. Rec. dactylorum cheyron infuſorum in aceto tribus diebus & noctibus partes. c. penidiarũ ſahiri partes. l. amygdalarũ mundatarum partes. xxx. turbith partes xxxv. ſcammoneæ partes. xii. zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ ſiccorum, cinnamomi, macis, ligni aloes, aniſi, fœniculi, dauci, galangæ, an. partes ii. & . s. Et fiat omnium contritio bona, & confice cum melle deſpumato quantum ſufficit. Eſt enim medicina mirabilis. Doſis eius eſt ab aur. iii. uſq; ad. vii. F

Confectio de dactylis & eſt diaphœnicon ſolutiuum & dicitur talis propter dactylos qui ingrediuntur, & debet addi ſolutiuum ad differentiam diaphœniconis inferius deſcripti, quod eſt emplaſtrum conſtrictiuum uentris fluxus, & hoc electarium generaliter ab omnibus habetur in uſu, & ſecundum poſſentem deſcriptionem ubiq; præparatũ reperitur, & in operationibus ſuis aliqualiter conuenit cum electario indo maiori, ſed iſtud plus confert febribus compoſitis, chronicis, & de materia mixta, & uſus eius eſt maioris ſecuritatis. G Euacuat enim materiam cholericã, & phlegmaticam uirtute turbith & ſcammoneæ, & alias operationes habet efficere, quas autor ponit in litera, & potentius ſoluit materiam cholericam quàm indũ maius, uel minus, licet etiam ſatis potenter euacuet materiam phlegmaticã & eius doſis eſt uſque ad. ʒ. iiii. per ſe ſolum, & poteſt etiam cum caſsia uel manna admiſceri in doſi dicta in electario indo, cuius hæc eſt deſcriptio. Rec. dactylorum infuſorum in aceto, dactyli ſunt calidæ complexionis in fine primi gradus, & humidæ in principio primi gradus, dum ſunt recentes & dum exiccantur, primum gradum ſiccitatis acquirũt conueniunt maxime pectoris diſpoſitionibus ſicut & ficus ſiccæ. reliqua uero ſimplicia ſunt declarata ſuperius.

Additio.

Diaphœnicon dicitur a dia, quod eſt confectio, & ph œnicon græce. i. dactylus, inde cõfectio de dactylis. i. diaphœnicon. Cuius deſcriptio uaria reperitur: nam in aliquibus habetur ſcammoneæ partes. xxii. alii partes. xxiii. Alii habent ſcammoneæ partes. xi. nonnulli partes. xii. ut habetur H in deſcriptione ipſius Meſ. poſita ſupra cap. de turbith ſecũdum quam communiter & melius diſpenſatur, & uocatur apud nonnullos diaphœnicon minus, & aliud in quo intrãt partes. xxii. & . xxiiii. diaphœnicon maius. Auicen. v. cano. habet tres deſcripti. diaphœniconis multum ab iſta differẽtes: item Serapio unum habet electariũ de dactylis, ab iſto tamen multum differens.

MANARDVS, In confectionem de dactylis Diaphœnicõ.

Benigna ſatis eſt & tuta per hanc purgatio. Galenus tertio ſimpliciũ med. miſceri ait purgatoria medicamina cum dactylis, & aliis adſtringentibus, ut occultetur ſapor tollatur abominatio, & faſtidium ſtomachi. Ego ponerem ſcammonium non coctum, quia per dactylos, & aromata ſatis caſtigatur. Nec credendũ his, qui dicũt, quod per dactylos uetatur, ne à longinquo humores trahat: ſiquidem cũ uapores ad caput mittant, ſimul etiam purgatoriam uim adferunt.

Electarium ex pſyllio cholagogum, ob id febribus ſolutu contumacibus, acutis, & ardentibus & cephalalgiæ, ac uertigini à bilis uapore naſcenti, & ictero, & intemperiei calidæ hepatis confert. Recipit autem ſucci bugloßi domeſtici & ſylueſtris, intybi, apii, coquendo deſpumatorum: an. lib. ii. quibus miſce uigintiquatuor horis caſſuthæ, aniſi, folliculorum ſennæ, ana unc. ſemiſſ. adianti albi manipul. unum, ſucci fumariæ unc. iii. aſari unc. iiii. ſpicæ nardi drach. ii. ſemel ferueſiant. Præterea adde uiolarum uiridium, uel ſiccarum unc. iii. epithymi unc. ii. & ſemel quoque ferueſiãt cola, exprime, colato pſyllii unc. iii. macera. xxiiii. horis, in ſingulas rudicula agitando, poſt exprime totam muccaginem, in cuius lib. iiii. coque igni lento ſaccha. lib. ii. & dimi. ſcammonii in male cydonio cocti unc. iii. & dimidiam. Coctis omnibus his adde pul. trochiſcorum diarhodon, & de ſpodio, & de rhabarbaro ana unc. i. trochiſcorum oxyacanthæ unc. dimi. Datur à. ʒ. iii. uſque ad aur. iii. Hamech hoc electarium de trochiſcis appellat. Addunt aliqui aceti li. i. & dimid. alii. uiolarum lib. i.

SYLVII ANNOTATIO.

Seminis pſyllii drachm. trium muccago ſumpta ſoluit bilem lubricando, & calorem eius obtundit, & ſuum, frigida ſua ſubſtantia, ut ipſi uolunt licet Dioſcoridi & Galeno tãtum refrigerare dicatur. Scammonium crudum quidam miſcent, quia coquendum, quòd ſi coctum, iterum coquendum miſces, leniet tantum medicamentum, non etiam ſoluet. Dari tuto poteſt ad unc. i.

Modus electarii de pſyllio ſolutione educẽs choleram citrinam. Et confert ad febres difficiles & uehemẽtes, & ad ſodam, & uertiginem, quæ fiunt à fumis cholericis. Et confert calefactioni hepatis & hicteritiæ. Cuius permixtio hęc eſt. Rec. ſucci bugloſſæ domeſticæ & ſylueſtris, & ſucci endiuiæ & ſucci apii, coctorum et deſpumatorum ana lib. ii. et proiice ſuper ipſos cuſcutæ, aniſi, folliculorum ſenæ. unc. s. capillorum ueneris. M. i. ſucci fumiterræ unc. iii. aſari †unc. iiii. ſpicæ. ʒ. ii. et dimitte die ac nocte, et bulliat ebullitione una. Et proiiciantur ſuper ea uiolarum uiridium uel ſiccarum. unc. iii. epithymi unc. ii. et bulliãt adhuc alia ebullitione parua. Deinde coletur et exprimatur, et in colatura ponatur pſyllii unc. iii. et dimittatur per diem ac noctem, omni hora tamen agitando illud cum ſpatula. Deinde exprimatur uiſcoſitas eius tota. Deinde †accipiantur huius uiſcoſitatis li. iiii. et proiiciãtur ſuper eam zucchari albi li. ii. et. s. ſcãmoneę coctæ in pomo unc. iii. et. s. et coquatur cum facilitate. Poſtquam coctum fuerit proijciatur ſuper ipſum pulueris trochiſcorum diarhodon, et de ſpodio, et rauedſceni ana unc. i. trochiſcorum de berberis unç. s. † Doſis eius eſt à. ʒ. iii. uſq; ad aur. iii. et uocauit Hamech cõfectionem hanc, electarium trochiſcorum. Sunt alii qui addunt aceti. li. i. et. s. Alii addunt ſucci uiolarũ li. i. et eſt medicamen nobile.

Iſtud electarium licet non ſit in uſu, tamen quia eſt multæ uirtutis & efficaciæ magiſtraliter poſſumus eo uti, ſoluit enim cum facilitate choleram citrinam, & confert ad febres difficilis eradicationis cum malitia & uehementia caloris, & ualet ad ſodam & uertiginem quæ fiunt ex fumis cholericis & prauis, & confert calefactioni hepatis & hicteritiæ, & dicitur de pſyllio propter pſyllium ingrediens compoſitionem quod quidem pſyllium eſt ſemen minutum cuiuſdam plantæ, & habet partes diuerſas. nam eius pars intrinſeca eſt ualde praua, calidæ & ſiccæ complexionis in quarto, habens in ſe uirtutem uenenoſam occultam. Sed eius pars medullaris & media ac etiam corticalis extrinſeca, eſt frigidæ, & humidæ complexionis in ſecundo gradu,

gradu, & iſtæ ſunt multæ & ſenſibilis quantitatis. unde totius complexio quæ reſultat eſt frigida & humida iuxta ſecundum gradum, & per admixtionem aliarum partium adinuicem remouetur uenenoſitas & illa ſuperflua caliditas ſoluit enim pſyllium lubricando, ideſt lubricum principaliter faciendo, & humorem cholericum cum ſua frigiditate refrenat, licet uſus eius per ſe ſolum non ſit conueniens, nec uſitetur ab aliquo. Et doſis eius pſyllii per ſe ſolum eſt uſque ad. ʒ. iii. aſſumpta ſolum ipſius mucilaginoſa expreſſione. Sequitur eius deſcriptio declarando quæ non ſunt declarata. Cuſcute. Reci. cuſcute, eſt enim herba quædam adhærens ſuper linum, & eſt multum nota quæ alio nomine uocatur podagra lini, calidæ complexionis in primo, ſiccæ in ſecundo. Scenę & folliculi eius ſunt qui habentur in uſu, eſt enim cali. & ſic. complexionis in fine primi. Soluit enim cholerã aduſtam. Et doſis eius in puluere eſt uſque ad. ʒ. i. & . s. in infuſione à. ʒ. iiii. uſque ad. vi. Sed ab aſſumptione eius caueat habens caliditatem renum, & paratus ad excoriationem ueſicæ. Capil. ueneris. Capillus ueneris, herba eſt nota, naſcens iuxta fontes aquarum, iuxta etiam puteos ſatis temperatæ complexionis, tamen alicuius caliditatis & ſiccitatis eſt uerſus primum, uirtutem habet aperitiuam, purificatiuam ſanguinis ſoluendo choleram à ſtomacho & inteſtinis, ſed per ſe ſolã non habetur in uſu, quia minimum doſis eius requireretur uſque ad lib. i. Sed in decoctionibus cum quibus aliæ medicinæ diſtemperantur confert. Et ſic habetur in uſu, & eius aqua diſtillata multum confert paſsionibus pectoris calidis & frigidis. De fumo terræ. Et fumiterrę, eſt frigida uerſus primum gradum cum admixtione caliditatis quæ eſt herba in ſuperficie foliorum eius qua mediante ſoluit. Eſt autem ſiccæ complexionis uerſus ſecundum. Soluit leuiter choleram & humores aduſtos, purificando ſanguinem. Confert ſcabioſis à phlegmate ſalſo, & maxime ſyrupus & aqua & ſuccus eius, & ſyrupus eius magis habetur in uſu, & doſis ſucci eſt uſq; ad. ℥. ii. & doſis decoctionis eius eſt uſque ad. ʒ. x. & doſis pulueris eſt uſque ad. ʒ. iiii. ſed non eſt in uſu, niſi in ſucco, uel in ſyrupo, uel in aqua diſtillata, quæ cum ſyrupo admiſcetur, & ſic non ſoluit. Reliqua ſimplicia ingredientia cõpoſitionem huius electarii ſunt ſuperius declarata. Et doſis huius electarii eſt uſq; ad. ʒ. iiii. obſeruata regula poſita in electario de aromatibus Gal.

Additio.

Iſtud electarium de pſyllio apud aliquos habetur in uſu maxime ſecundum iſtam deſcrip. Meſ. quia Nicolaus in ſuo antidotario habet unum aliud, quod uocat electarium pſylliticum, quod non ſit, nec habetur in uſu. Poſt electarium de pſyllio ponitur quoddam electarium quo utebatur Gẽtilis propter ſingularia eius iuuamenta in podagricis, & generaliter in omnibus doloribus iuncturarum, & debet ſumi in mane. Et eius doſis eſt uſque ad. ʒ. viii. cum uino lymphato, uel aliquo liquore conuenienti, uel in forma ſolida dactyli quod melius eſt. & poteſt ſumi ſemel in hebdomada. Cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. turbith boni. ℥. i. & . s. hermodactylorum. ℥. i. & ſunt cali. & ſic. complexionis in principio ſecundi gradus cum aliquali humiditate uiſcoſa dum ſunt recentes, ſed ſic non habentur in uſu. Soluunt phlegma craſſum, maxime à iuncturis. & ideo ſumme conueniũt podagricis & doloribus iuncturarum. Et doſis eorum eſt à ʒ. i. uſque ad. ii. cum eorum correctione ſibi admiſcendo tertiam partem doſis, ſed per ſe ſolum non habetur in uſu. zingib. ℥. i. Eſulæ quæ ab Auicen. uocatur ſcebram, & à Meſue aſcebram. ʒ. iii. herba eſt nota in partibus noſtris fortiter ſoluens, ſed per ſe ſolum non habetur in uſu. ſed ſolum radix eius præparatur in medicinis, & à ruſticis comeditur cum quærunt ſolutionem, & non curantes de quantitate aſſumptionis ipſius, quandoq; moriuntur, eſt etiam uomitus prouocatiua, & eſt calidæ & ſiccæ complexionis in tertio. Soluit principaliter à iuncturis humores craſſos, & etiam à cerebro, & à neruis, & doſis eius eſt uſque ad ſcrup. i. zucchari lib. i. & reducatur ad formam electarii uel ſolidæ confectionis. Si quis tamen uellet, ut uigoroſius ſoluat, & maxime materiam cholericam, addat ſcamoneæ correctæ. ʒ. i. Et tunc doſis eſſet uſque ad. ʒ. vi. qualitercunque pręparetur & ſine alio potu.

MANARDVS, in electarium de pſyllio.

Recipe ſucci bugloſſæ.) Boraginis uidelicet & bugloſſi uulgarium. Accipiatur eius uiſcoſitatis.) Ideſt, eorum ſuccorum in quibus ſuccus hic pſyllii per diem & noctẽ remanſit. Hæc enim eſt uiſcoſitas, de qua uult pro ſingulis. 4. lib. apponi, ſacchari lib. ii. s. Doſis.) Potes integram nũc tuto dari.

SYL. *Elect. epiſcopi excrementa flatuſq; corpore toto educit ob id dolorem colicum hypochond. iuncturarum leuat, renes & ueſicam purgat, uenerem excitat. Rec. ſcammonii antiocheni, turbith albi, ana. ʒ. vi. caryophyll. cinnamo. zingi. nucis moſchatæ, emblico. polypo. ʒ. ii. & dimid. ſacchari unc. vi. excipe melle deſpumato. Datur ab aur. ii. ad tres.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc elect. epiſcopi pro eleſcoph cum Auicennæ interprete appellauimus, à quo tamen cardamomum, & piper huic deſcriptioni adduntur: cætera ſimilis eſt. Vacuat bilẽ ſcammonio, & pituitam turbith. Quidam eo utuntur ad purganda corpora in lue Hiſpanica, in omnibus corporib. licet melancholicis minus conueniat, quàm electarium Hamech. In hoc. ℥. vi. mellis cũ æquali ſaccharo cocti ſufficiũt. Si autem ſaccharum pulueratum uis inſpergere, largiore tum melle opus eſſet, ac doſi etiam ampliore. Ex his ſpeciebus, & ſaccharo confectæ placentæ nihil purgat, interdum uſtis ſcilicet ſpeciebus, eſt quando immodice purgant, iiſdem ſimul male commiſtis. Poteſt tuto dari largius quam ſcribat Meſues.

ANT. Electarium eleſcoph, quod educit ſuperfluitates à toto corpore, et expellit uentoſitatem, & ualet ad iuncturarum dolorem, & laterum & colicam. Et mũdificat renes, & ueſicam, & addit in coitu. Cuius hæc eſt permixtio. Rec. ſcammoneæ antiochenæ bonę turbith al. ana. ʒ. vi. caryophyll. cinnamo. zingi. emblicorum, nucis muſcatæ, polypodii, an. ʒ. ii. & . s. zucchari albi. unc. vi. Confice cum melle deſpumato. doſis eius eſt ab aur. ii. uſq; ad. †iii. Sũma medicinarũ é x. res.

Non eſt in uſu, poſſet tamen conuenienter & magiſtraliter præparari, & ſumme conueniret ad ſoluendũ materiã cholericã & phlegmaticam, & ad multas & diuerſas paſſiones quas ponit in litera, & doſis eſt uſq; ad. ʒ. iiii. per ſcammoneam antiochenã intelligit de illa contrata quæ eſt melior oĩbus aliis. Reliqua ſimplicia ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Elect. eleſcoph. i. epiſcopi. iſtud electarium etiam deſcribitur ab Auic. v. cano. parum ab iſto tamen differens, quia Auicen. addit ultrą Meſ. cardamomum & piper, & non aliud, in reliquis non differunt.

MANARDVS, in electarium eleſcoph.

Scribitur ab Auic. ferme eodem modo, & uocatur epiſcopi. Cõficiũtur & ex his ſpeciebus placentæ cum ſaccharo, quæ aliquando nihil, aliquando nimium purgat, uel quia. ſ. aliqñ uruntur, uel non bene inuicem miſcentur ſpecies. Doſis ab aur. ii. uſq; ad. iii. Potes & hanc excedere.

SYL. *Electarium Hamech purgat bilem utranq;, & pituitã ſalſam, ob id affectibus inde natis, impetigini, pſoræ, lepræ, cancro exedenti, & ſimilibus mire confert. Recipit myrobalano. citrearum unc. iiii. cepularum, & nigrarum, rhabarbari, ana unc. ii. agarici, colocynthidos, polypodii, ana drachmas. † xvi. abſinthii, thymi, ſennæ, ana unc. i. (in alio drachm. vi.) uiolarum drachmas. xv. epithymi unc. ii. aniſi, roſarum, fœniculi, ana drach. vi. ſucci fumariæ lib. i. pruna ſexaginta, uuarum paſſarum mundatarum unc. vi. Macera dies quinque ſero lactis † ſufficiente in uaſe uitreo ſtricti oris, & obturati, ſemel deinde ferueſiant, manibus fricentur, & colentur. Colato adde caſſiæ fiſtulæ purgatæ unc. iiii. tamar indorum unc. v. mannæ unc. duas. Frica manibus, cola, percoque ad mellis craſſitiem cum ſacchari lib. i. & dimidia, ſcammonii uncia. i. & dimidia. Po-*

†dr. xviii.

† Caprini in ſereno acrimonia exuti.

ſtremo adde myrobalanorum citrearum,cepul.ind.ana un ciam dimid.belleri.embl.rhabarbari,ſeminis fumariæ, ana drac.iii.aniſi,ſpicæ nardi,ana drac.ii.Datur à drac.ii. uſq; ad aureos duos.

SYLVII ANNOTATIO.

Conſuetiſsimum eſt hoc medicamentum in affectibus me lancholicis,mania,melancholia,alphis nigris,cancro , elephantia,& cutis uitiis,pſωra,lepra,impetigine , quæ effecta Meſ.peculiariter tribuit electario ſequenti.Tuto datur un cia Manardo ad pruritum,maniam,melancholiam morbũ, elephantiam,pſωram,lepram.Scammonium hic craſsius tri tum quidam uolunt,ut coctionem aliquam ſuſtineat ad malitiam eius caſtigandam. Si autem coctum eſſet (quod δακρύδιον quaſi lachrymulam græci recentiores appellant, Arabes corrupte diagredion)non coqueretur,ne uim purgatoriam perderet.Eodem modo in elect.roſato, in his.n. crudum ſcammonium miſcetur, quia coquendo corrigitur & his quæ diu ſeruantur ante uſum, in cæteris ſcammoniũ coctum ponatur.

ANT. Confectio medicaminis quod ſcripſit Hamech, et ualet omni paſsioni quæ fit ex cholera et phlegmate ſalſo,et proprie quæ eſt ſicut impetigo et ſcabies,lepra,cancer corrodens,et ſimilia. et eſt medicina ſublimis iuuamenti. Cuius hæc eſt permixtio. Recipe myrobalanorum citrinorum unc.iiii. chebulorum,et nigrorum,rhabarbari boni ana unc. ii. agarici, colocynthidis,polypodii.ana.drac.xviii.abſinthii, haſcæ,ſenæ,ana.†drach.i.in alio uiolarum†drach.xv.epithymi.unc.ii. aniſi,roſarum,fœniculi ana drac.vi.ſucci fumiterræ lib.i.prunorum numero.lx.paſſularum enucleatarum un.vi.Infundantur omnia in aqua caſei quãtitate ſufficienti, et ponantur in uaſe uitreató ſtricti orificii,et obturetur os eius,et dimittatur per dies quinque. Demum bulliant ebullitione una.Poſtmodũ coletur,et in tali colatura ponatur caſſiæfiſtulæ mundæ.unc.iiii.tamarindorum unc.v. tereniabin unc.iii. Fricentur manibus,et colentur, et proiiciatur ſuper illud zucchari boni albi lib.i.et ſeminis ſcamoneæ unc. una et dimidia. et coquantur uſque dum habeant ſpiſsitudinem mellis. Deinde puluerizentur ſuper illud myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum. ana uncia dimidia, bellericorum, emblicorum, rhabarbari,ſeminis fumiterræ ana drachmæ tres. aniſi,ſpicæ,ana drach.ii.Doſis eius eſt à drach.ii. uſque ad aureos duos.

† drac.vi. † drac.i.s.

Sũma medicinarũ ẽ xx.res.

Iſtud electarium habetur in uſu, & præparatum reperitur ſub hoc nomine,& conuenit omnibus paſsionibus,quę ſunt ex cholera uel ex phlegmate ſalſo.Et ex quibuſcunque humoribus aduſtis, unde eſt ſolutiuum conueniens & conferẽs ad omnem ſcabiem & pruritum,materiam illius euacuando.Confert etiam lepræ & cancro, & cuiuslibet fœditati cutis prouenienti à materia calida uel aduſta. Et eius doſis eſt uſque ad. ʒ.iii. Quoniam autem doſis ſecundum quòd deſcribit Meſ.erat uſque ad.ʒ.iii. quando aromatizatur in maiori portione ponebatur.Cuius hęc eſt deſcriptio ℞.myrobalanorum,polypodii,radix eſt herbæ notæ, & eſt calidæ complexionis in tertio,& ſiccæ in ſecundo, ſolutiua eſt humoris melancholici,& phlegmatici,& mucilaginoſi, & maxime à iuncturis.Et doſis eius eſt uſq; ad. ʒ.iii.ſed per ſe ſolum non habetur in uſu,pruna numero ſexaginta. ſunt enim nata frigidæ complexionis uerſus principium ſecundi, & humidæ in ſecundo,leniter comprimendo euacuant choleram quæ in inteſtinis reperitur. Et doſis ipſorum eſt uſque ad.℥.vi.Infundatur in aqua caſei, & de ipſa dictũ eſt in prima deſcriptione ſatyrion. ubi de lacte diſcuſsimus. Caſsiafiſtula,ipſa eſt medicina quæ leniendo euacuat principaliter choleram,& ſubſequenter phlegma, ſanguinẽ purificat à materiebus aduſtis, & per ſe ſola multum habetur in uſu generaliter ubique locorum, quia ſine nocumento

Caſſia.

operatur,ita quòd pueris & pregnantibus dari poſsit,eſt calidæ complexionis uerſus primum gradum, & humidæ in primo.Et doſis eius diſtemperatæ cum decoctione communi,eſt uſque ad.unc.ii.uel cum aliquo liquore conuenienti præparetur,& in forma dactyli, ſeu electarii, & doſis eius eſt uſque ad unc.i.s.& non requiritur digeſtiuum in aſſumptione eius,& ſæpe datur in principio ægritudinum materierum cholericarum ad aliqualem minorationem materiæ.Tamarindorum ſimilitudinem habent cũ prunis & ſunt frigidæ & ſiccæ cõplexionis uerſus ſecundum.comprimendo euacuant,ſicut pruna,& doſis eorũ eſt uſque ad unc.iiii. ſed per ſe ſolum nõ habetur in uſu. Tereniabin ſunt ſpecies mannæ quæ non reperiuntur. ſed loco ipſarum accipimus manna, & eſt ros qui de nocte cadit in ægypto ſuper frondes aliquarum arborum, & eſt calidæ & ſiccæ cõplexionis, & humidæ in primo, leniẽdo euacuat cholerã purificando ſanguinẽ, & doſis eius in forma potabili uel ſolida ẽ uſq; ad unc.iii.uſque ad beneplacitum aſſumentis ipſum, & damus aliquando ſicut dictum eſt de electario indo. Reliqua ſimplicia ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Confectio Hamech dicitur ab illo qui eam compoſuit. hęc prima deſcriptio eſt illa quę ut plurimũ in uſu habetur.

MANARDVS, de Confectione medicaminis Hamech.

Prima hæc compoſitio communiter paratur, licet non omnes eam bene parent. Vbi bene parata ſit,utrãq; bilem & pituitam facile purgat,præcipue ſi maiori quantitate detur q̃ iubet Meſue: uncia enĩ abſq; periculo exhiberi põt.

Elect.alterum Hamech.purgat melãcholiam, & uſtos humores alios,ob id confert maniæ,melancholiæ, uertigini,obliuioni,& vitiis cutis,qualia ſunt pſωra.i.ſcabies, lepra,alphi.i.morphea,cancer,elephãtia, impetigo. Recipit myrobalanorum nigrarum, cepularum, epithymi, ana drach.quinquaginta,fumariæ,abſinthij,ana drac.xx.thymi,calamĩthes,polypodij,agarici,glycyrrhizæ,bugloßian. drach.x.ſtœchados,chamæpityos,ſpinæ albæ,aniſi,an.ʒ.v. pruna,zizypha,myxa, ana ſeptuaginta, vuarum paſſarũ mund.li.i. coque in aqua ſufficienti ad partem tertiam, in qua igni lento ad mellis craßitiem percoque ſapæ li.ii. mellis lib.i.ſcammonii vnc.ii. Datur à drach.iii.ad.ʒ.vi.

SILVII ANNOTATIO.

Alii legunt à drach.ii.ad drach.v. Indæ myrobal. nigris addebantur, cum tamen eædem ſint Meſuæ in ſimpl. ob id ſuſtulimus.Hoc in uſu non eſt:tamen eſſe poſsit loco ſuperioris, quo maxime utimur hodie ad luem Hiſpanicam. ἄκανθα λευκὴν Dioſcori.& Gal.id eſt, ſpinam albam cum omnibus Arabũ interpretibus,in locũ bedegar ſuffecimus.

ANT. Confectio alia Hamech experta conferens ægritudinibus de cholera nigra et humore aduſto, ſicut maniæ,melãcholiæ,uertigini,et obliuioni, et ægritudinibus cutis,ſicut ſcabies, morphea, lepra, cancer,elephãtia,et impetigo. Cuius permixtio. Rec. mirobalanorum nigrorum, chebulorum, indorum, epithymi.ana.ʒ.l.fumiterræ,abſinthij,ana.ʒ.xx.haſcę, calamenti,polypodij,agarici,liquiritiæ, bugloſſæ ana. ʒ.x.ſtœchados,chamædryos, chamæpityos, bedegar, aniſi ana.ʒ.v.prunorum † iubebæ,ſebeſten.ana. numero. lxx. paſſularum enucleatarum lib. i. coquantur in aqua ſufficienti uſq; ad tertiam partem, et pone, in ea † rob lib.ii.mellis lib.i.ſcammoneæ.vnc.ii.coquantur cum facilitate uſq; ad mellis ſpiſsitudinem. Doſ. eius eſt à.ʒ.ij.uſq; ad.vi.

Sũma me dic. xxiiii.

Confectio alia quam ſcribit Hamech non præparatur nec eſt in uſu ſicut prima, magiſtraliter tamen poteſt confici, & confert hoc electarium omnibus diſpoſitionibus quibus conuenit primum, & eſt ſolutiuum materierum magis cholericarum & aduſtarum quã prædictũ,quia abſq; additione in iſto additur ſcamonea.Et doſis eius eſt à.ʒ.ii. uſque ad.ʒ.v.hæc eſt deſcriptio.℞. myrobalanorum haſce. i.thymi,

i.thymi,bedeguar.i.ſpinæ albæ & eſt cal.& ſic. complexionis in primo gradu,naſcitur in ſepibus cum aculeis ualde pungentibus, & eſt multum prouocatiua lactis ſecundum omnem modum aſſumptionis ipſius.Sebeſten eſt fructus arboris paruę habens corticem exterius,& nucleum interius & eſt æqualis in actiuis,ſed in paſsiuis eſt humidæ complexionis in primo,& ingreditur in decoctione communi, & pectorali.Iuiubarum ſunt notæ,calidæ & humidæ in primo gradu & ſunt pectorales,& pone in ea rob.i.ſapæ, & de ipſa dictum eſt in athanaſia,reliqua ſunt nota.

Additio.

Iſta ſecunda confectio hamech non eſt in uſu,utũntur tamen ea aliqui magiſtraliter,mirandum eſt tamen ꝙ Meſ. in præſenti confectione habeat myrobalanos nigros & indos cum idem ſint,nam cap.dę myrobala.dicit nigri & ſunt illi qui nominantur indi,ſed credo ꝙ ſit error ſcriptoris.

MANARDVS, In confectionem aliam hamech.

Hanc nunquam uidi parari.Bedagar.Dioſcorides ἄκανθαν λευκὴν,ideſt ſpinam albam uocat. Iuiubæ.) Ideſt,zezipa.Sebeſten Myxa. Rob.lib.ii.) Intellige ſapam.

SYL. *Electarium roſatum cholagogum clemens,ob id ſalubre bilioſis affectibus,arthritidi calidæ,cephalalgiæ calidæ,uertigini,oculorum dolori,ictero.Recipit autem ſucci roſarum rubrarum perfectarum lib.iij.ſacchari lib.i.& dimidiam mannæ puræ & recentis unc.i.ſcammonij Antiocheni unc. i.& dimidiam.Coque flamma lenta ad mellis craßitudinẽ adde tunc trochiſc.ſpodij unc.i.galliæ, croci, ana drach.ij. trochiſc.oxyacanthæ drach.iij.repone uitreo uaſe. Datur ad drach.v.*

SYLVII ANNOTATIO.

Eo in formandis catapotiis(quæ aggregatiua uocant,& de hermodactylis minora, & à Meſue inuenta) utendũ eſt, non elect.de ſucco roſarum,alias in uſu eſt raro,ut Nicolai electarium de ſucco roſarum eſt uſu frequentiſsimum.Hoc tamen celebre eſt,ac delicatum. Diarhodon Alexandri Tralliani cholagogum citra moleſtiam cephalalgiã,arthritidem,uertiginem,oculorum dolores,icterum, & cæteros affectus calidos & biloſos mire leuat. Succi roſarum rub. lib.i.ſcammonii.℥.i.agarici ſemuncia,piperis.ʒ.i. Mellis.℥. vi.cum ſucco coque ad craſsitiem:tunc prædicta cætera læuiganda.Alterum eiuſdem ex ſucci roſarum.℥. iii. ſcammonii.℥.i.lactis tithymali.ʒ.iiii.mellis Attici lib.i.ac podragricis,ictericis,tertianariis,oculorũ doloribus tuto dari,quia citra angorem purgęt,prædicat.Aliud ex Nicolao & Meſ, deſcriptum nobis ad dictos affectus,coque ſacchari lib.i.& dimid.in ſucci roſarum rub.lib.iii.ad mellis craſsitiem: tũc adde ſcammonii.℥.i.trium ſantalorum ana ſemunciam: galliæ moſcha.trochiſco.oxyacanthæ ana.ʒ.iii.mannæ.℥.vi.caphuræ.϶.i.forma teſſellas,aut cum melle ſacchari loco coque & ſerua.Rhodomeli catharticum Actuarii ex ſucco roſarum,ſcammonio,agarico,melle.

De ſucco roſarum.

ANT. Modus electarii roſati,ſolutione educens choleram ſine moleſtia. Et ualet ad ægritudines ex ea factas,& ad ægritudines iuncturarum calidas,& ad ſodam calidam & uertiginem, & oculorum dolores,& hicteritiam citrinam,& eſt ſanum & expertum.Cuius permixtio. Reci. ſucci roſarum rubearum completarum lib.iiii.zucchari tabarzet lib.i.&.s. tereniabin puri & recentis.unc.vi. ſcamoneæ antiochenæ. unc.i.&.s.Coquantur omnia cum facilitate ſuper ignẽ qui ſit ſicut candelæ,uſque dum mellis habeat ſpiſsitudinem,deinde proiicę ſuper illud trochiſcorum de ſpodio.unc.i.galliæ,croci,ana.drachmas duas, trochiſcor. de berberis dra.iiii.Repone in uaſe uitreo. Doſis eius eſt drach.v.

Sũma medic. viii

Hoc electarium ab omnibus ſub hoc nomine præparatur non tamen ſub hac deſcriptione Meſ.Sed ſecundum deſcriptionem Nicolai poſitam in ſuo antido. & ego ibidem ad plenum declarabo ſi Deo placuerit, & eſt principaliter euacuatiuum materierum calidarum & aduſtarum.

Addicio.

Iſtud elect.roſarum Meſ.apud multos habetur in uſu, & maxime apud italos.Gale.in capi.de medicinis Zenonis in ſuis experimentorum libris habet electarium roſarum, ſed non eſt in uſu.Nicolaus in proprio antid.habet electarium de ſucco roſarum quod eſt in uſu.

MANARDVS, de modis electarii roſati.

Hoc carere non poſſunt qui pilulas aggregatiuas modo Meſue parare uolunt,precioſumq; eſt & delicatum. Aliud modo Nicolai communiter ab omnibus paratur,& ſub nomine elect.de ſucco roſ.agnoſcitur.

SYL. *Electarium diabryonias Democriti,cerebrum & neruos purgat excrementis,ob id epilepſiæ,paralyſi,uertigini, & aliis cerebri & neruorum frigidis affectibus medetur. Recipit radicis bryoniæ purgatæ & tritæ lib.dimid. ſapæ, uuarum paſſarum lib. iiij. ſcillæ aſſatæ,ſtrobyllorum depellatorum, ana ſeſcunc. nucis moſcatæ, cardamomi, macis, zingiberis,ana drac.ij.caryophyllo.piperis longi, ſtæchados,ana drach.i.& dimid.ſeſeleos,ſalis gemmæ,galliæ,ana drac.ſemis,agarici drach.iij.Datur poſt ſex menſes à dra. ij.ad drac.iiij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Prius deſcripſit omnino ſimiliter in cap.de alpheſcera.i. uite alba,ſeu bryonia,ubi doſim.ʒ.v.ſcribit,quamuis etiam ʒ.ſex eſſe poſsit. Diaturbith Meſuæ idem promittens, hic non repetitur. Potes tamen ſi utendum tibi eſt, ex ſimplicibus requirere.

ANT. Confectio alpheſera quam ſcripſit Demo.mundificans cerebrum & neruos,conferens iuuamentum magnum epilepſiæ,& uertigini, paralyſi, & ægritudinibus neruorum frigidis. Cuius hæc eſt permixtio. Rec.radicis alpheſeræ mundatæ & contritæ lib.s. mellis paſſularum lib.iiii.ſcillæ aſſatæ,pinearum mundatarum ana unc.i.et.s.nucis muſcatæ,cordumeni, macis,zingibe.ana.ʒ.ii.caryophyllorum,piperis longi,an. ʒ.i.et.s.ſeſeleos,ſalis gemmæ,galliæ,ana.ʒ.i.ſpicæ.ʒ.s. agraci.ʒ.iii.ſtœchados.ʒ.i. et.s.† Doſis eius eſt à.ʒ.ii. uſque ad.iiii.Da poſt ſex menſes.

Sũma medicinarũ ẽ xvi.res.

Non eſt in uſu nec præparata reperitur.

Additio.

Confectio de alpheſera non eſt in uſu;ipſe Meſ.ſuperius cap.de alpheſera habet eandem deſcriptionem,& eſt alpheſera,uitis alba.

MANARDVS, de confectione alfeſera.

Radix alfeſera.i.uitis albæ,ueluti oſtẽſum eſt capite proprio in annotationibus ſupra ſimplicia, ubi iiſdem uerbis hæc ſcribitur præparatio. Doſis eius à duabus drach.uſque ad.iiii.) Vſq; ad.v.ſcripſit ipſemet,ſed potes etiam tuto plus exhibere.

SYL. *Elect.aliud mannæ Gal.inuentũ,cholagogum, benignũ, & delicatum,ob id morbis omnibus bilioſis ſalubre,Recip. mannæ thuris & recentis lib.i.in lib.i.ſucci roſa.rub.diſſoluendam & coquendam ſufficienter igni lento, tunc adde ſcammonij unc.i.maſtiches.ʒ.iii. Datur unc.dimi. compoſitum hoc celebre medicamentum(inquit Gale.)ex ſimplicibus temperatura,& proprietate maxime idoneis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Scammonium hic caſtigatum miſceri quidam uolunt. Datur à.ʒ.iiii.ad.ʒ.vi.ubi à Gale.ſcribatur,non legi.Si tamen legeris,mel aerium uocat,quod Meſues mannam. Nã ei,ut Dioſcoridi manna thuris aliud eſt.Meminit huius Meſues in ſimplicibus de manna.

ANT. Confectio mannæ ex inuentione Gale.et eſt medicina nobilis operationis et bonæ.Solutionem enim efficit facilem, et educit choleram citrinã ſine moleſtia.Et ualet ad ægritudines factas ex ea,et eſt medicina delectabilis boni ſaporis. Cuius permixtio. Rec.mannę puræ et recentis lib.i. ſcamo. antiochenæ unc.i,Diſſoluatur manna cum ſucco roſ. rubearum,et

fit ſucci quantitas conueniens circiter lib. i. Et coquatur cum facilitate, donec habuerit ſufficiẽtem conem. Deinde pone ſuper illud maſticis. ʒ. iiii. da unc. s. Inquit Gal. Oſtendit compoſitio huius medicinæ nobilitatẽ eius, Eſt enim compoſita ex partibus conuenientibus complexione & proprietate.

Sũma medi. ẽ. v. res

Confectio de manna inuentione Gal. quod uocatur diamanna. Iſtud eſt famoſum electarium quod eſt multũ in uſu, & ſub iſta deſcriptione & titulo ubique præparatur, non tamen reperitur ubi Gal. ipſum deſcribat. Eſt enim principaliter ſolutiuum choleræ citrinæ cum facilitate & ſine moleſtia, & eſt mirabilis operationis etiam à proprietate, & ad guſtum etiam eſt delectabilis ualde. Confert etiam habentibus hepar calidum, renes uel alia membra cum dominio humoris cholerici uel adu ſti, & doſis eius eſt à ʒ. iiii. uſq; ad vi. poteſt etiam permiſceri cum caſſia uel cum mãna, ut. ʒ. i. s. caſſiæ uel. ʒ. ii. mannæ. Et hoc eſt electar. ſecundum uirtutem aſſumentis, cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. mannæ puræ. ſcamoneæ antiochenæ, tamen corrigi debet, & uocatur diagridiũ, reliqua uero ſunt nota.

Manardvs, de Confectione mannæ ex inuentione Galeni.

Ego hanc apud Gal. non reperii, ſi tamen Galeni eſt, per mannam intellige aereum mel, ſic enim ipſe nominat lib. ʒ. Aliment. Manna autem apud eum eſt thuris puluiſculus.

SYL. *Electarium diacoccu gnidiu hydragogum, in hydrope efficaciſsimum, recipit foliorum thymeleæ præparatorum partes decem, carnis cydoniorum in aceto coctorum, & ſaccharı, ana partes octoginta, mannæ partes quadraginta, olei ex cocco gnidio partes duodecim, ſaccharum & manna diſſoluantur in ſero lactis, cui infuſus erit agaricus, partibus triginta, miſce carnem cydoniorum, coque igni lento ad mellis craſsitudinem. Puluis foliorum thymeleæ miſtus præ dicto oleo reliquis addatur. Dantur drach. iiii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Violentum medicamentum in aſcite uirorum robuſtorum tantum experiundum. Oleum hoc prius deſcriptũ eſt, atque hoc electarium in ſimp. cap. de thymælea, præparanda autem folia ut in cap. eodem docuit, & poſtea docebit in alkekengi. Cydoniorum partes ſeptuaginta in ſimplicibus ſcripſit, & mannę partes ſexaginta. Hoc autem cõtigit ob notas uel ablatas, uel luxatas, uel trãſpoſitas. Nam lxxx. id eſt, octoginta, ſi unum. x. tollas, manẽt ſeptuaginta, & xl. id eſt, quadraginta ſi tranſponas. lx. id eſt, ſexaginta fient. Vtrobiq; igitur ſimile pondus eſt ſcribendum.

ANT. COnfectio almezereõ ex inuẽtione noſtra, quod eſt medicamen benedictum ad hydropiſim, ſolutione enim educit aquam citrinam cum fortitudine. Cuius hæc eſt permixtio. Recipe† foliorum almezereon præparatorum partes. x. †carnium citoniorum elixatorum in aceto uini, et zucchari tabarzet ana. partes. lxxx. aquæ caſei infuſionis agarici partes. xxx. tereniabin partes. xl. olei almezereon partes. xii. Diſſoluatur zuccharum et tereniabin in aqua caſei prædicta, et miſceantur cum carne citoniorum, et coquantur cum facilitate uſque dum mellis habeat ſpiſsitudinem. Et inuoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iã dicto et conficiantur cum eis. Et ſit doſis eius, ʒ. iiii.

Sãma medi. ẽ. vi. res

Confectio almezereon. i. laureolæ. hoc electarium non eſt in uſu, magiſtraliter tamen poteſt præparari, & eſt medicamen benedictum ad hydropiſim aquoſam quæ uocatur aſcites. educit enim aquam citrinam cum fortitudine, ipſum tamen cum magna cautela eſt exhibendum, & ſolum robuſtis & fortibus, & doſis eius eſt uſque ad ʒ. iiii. minor autẽ poſſet debilioribus exhiberi. Cuius hæc eſt permixtio. ℞. foliorum almezereon, id eſt laureolæ herba nota in partibus noſtris, & eſt ſpecies lacticinii calidæ & ſiccæ complexionis in quarto, ſolutione educit choleram citrinam. Oleũ almezereon fit ſicut oleum chamæmilinum. reliqua ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Hæc confectio raro habetur in uſu, ipſe Meſ. in ca. de mezereon habet eandem confectionem. Serapio in proprio antidotario habet unam aliam deſcriptionem confectionis mezereon, quæ non eſt eadem cum iſta Meſ. Mezereon ſecundum Dioſ. eſt chamælea uel cocognidion. & eſt planta habens folia ſicut oliua, laureola uero habet folia ſimilia foliis lauri.

Manardvs, in Confectionem Almezereon.

Scis quid intelligendum per mezereon, ex iis quæ à me alibi adnotata ſunt. Foliorvm Almezereõ preparatorũ.) Eo ſcilicet modo ipſe docuit ca. proprio. Carnivm cyto niorum elixorũ in aceto uini & zuccharo ana partes. lxxx.) Supra dixit lxx. Tereniabin xl.) Supra dixit lx. Nos hoc tẽpore multum ueremur mezereum & quæ ex eo componuntur, & propterea hanc non parant ſpeciarii, non inutilem futuram his qui aqua intercute laborant.

SYL. *Electar. Alſebram pituitam & melancholiam purgat, & aquas recipit alſebram boni, myrobalanorum citrearum, ana unc. ij. & trita & creta mergantur ſucco fœniculi, & inſolentur dies quinq; affundendo ſæpe ſuccum nouum, ſiccatum repone uaſe uitreo. Datur à ʒ. ii. ad. ʒ. ij. cum ſaccharo & aqua calida.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hanc attigit in ſimp. cap. de alſebram, id eſt, eſula, ubi ſuc cum intybi, uel portulacæ, uel ſimiliter frigidum expetit, ut hoc loco legendũ non eſſe fœnieuli ſuſpitio ſit uehemens.

MOdus confectiones alſebran, ſolutione educẽs choleram nigram, et phlegma et aquam citrinam. Cuius permixtio. Recipe alſebran boni et electi† myrobalanorum citrinorum † ana unc. ii. pul uerizentur et cribellentur, et proiiciatur ſuper eorum ſummam † ſucci fœni. humidi quantitas quæ cooperiat et pone in ſole diebus. v. ſemper innouando modice ſtillationem ſucci ſuper eos, deinde dimitte ſiccari, et repone in uaſe uitreo. et eſt doſis. ʒ. i. uſq; ad. ii. cũ zuc. et aqua calida.

Modus confectionis alſebram, non eſt in uſu.

Additio.

Hæc confectio non eſt in uſu. Serapio in proprio antidotario habet eandem deſcrip. confectionis alſebram, quam uocat medi. ſol. quæ fit cum ſebram, alſebram, id eſt eſula de qua ſuperius Meſ. fecit. unum capitulum, in quo ſatis tetigit hanc confectionem.

Manardvs, de Modis Confect. Alſebram.

Quid ſit alſebram, uide proprio capite inter ſimplicia, nunc plantam pro ea accipiunt lino ſimilem, quam eſulã uocant. Svcc fœniculi.) Vereor ne hic ſit menda, ſiquidem ubi de hac planta inter ſimplicia agit, ſuccum aliquem frigidum ſecum miſceri iubet, ut portulacæ uel intybi.

SYL. *Electarium de Eupatorio, ad icterum & hydropem incipientem, recipit ſucci eupatorij, rhabarbari, ana drac. iiij. croci drach. ij. laccæ, ſeminis caſſutæ cacuminum ſchœnu anthus, ſem. citreoli, cucumeris, portulacæ, ſucci abſinthij, an. drach. iij. ſcammonij in cydonio cocti drach. ij. & dimid. tere curioſe. Datur aureo uno cum lacte camelarũ, aut aqua caſei alcherigi. Quod ſi calor adeſt, ſucco ſolani, aut intybi aut volubilis, reprime.*

Sylvii annotatio.

Per uolubilem, lupum ſalictarium, id eſt, lupulum intelligę, aliæ enim uolubilis ſpecies nimis calent. Eupatoriũ eſt agrimonium, poteſt dari etiam maior menſura: ſemen caſſuthæ non colligitur, an colligi poſsit, obſerua.

MOdus confectionis de eupatorio mirabilis ad hicteritiã, et initium hydropiſis. Cuius permixtio. Rec. ſucci eupatorii, raued boni an. ʒ. iiii. croci. ʒ. ii. laccæ, † ſe. cuſcutæ, an. ʒ. iii. cimarũ ſchœnanthi

thi, ſe. citruli, cucu. portulacę, ſucci abſin. ana. † ʒ. iiij. ſcacoctæ in citonijs. ʒ. ij. &. s. Fiat omnium contritio bona. Et ſit doſis eius aure. i. cum lacte camelarũ, aut aqua caſei alcherigi. Et ſi eſt illic caliditas reprime cum ſucco ſolatri & endiuiæ, † & volubilis.

Modus confectionis de eupatorio etiam non eſt in uſu.

Additio.

Confectio de eupatorio non eſt in uſu. Galen. in ſuis experimentis habet electarium de gaſit. i. de eupatorio quod non eſt ſimile huic, ſimiliter Serapio in proprio antidotario habet hanc eandem deſcript. confectionis de eupatorio, parum tamen ab iſta differentem, quæ ſic incipit. Alia ad hicteritiam & inceptionem hydropiſis.

Manardvs, de Modis Confect. de Eupatorio.

Eupatorium accipe, non quod uulgo ſic uocant, ſed quã apud nos agrimonium nuncupant. Poſſes dare pluſquã aureum, ſi conficeretur. seminis cuſcutę.) Neſcio an ſemẽ colligi poſsit, ſcio tamen non colligi. et uolubilis.) Lupũ ſalictarium intellige, quem lupulum uocant, aliæ enim uolubiles uocatæ impenſius calent.

SYL. *Diaphyſalidon, efficaciſs. ad hydropem & cacexiam & affectus hepatis, lienis, iunctur arum, lubricitatem partium nutritoriarum, formæ corruptionem, hæmorrhoidas. Recipit ſuccorum lupi ſalictarii, intybi, apij purgatorum, ana. lib. iiij. In quibus myrob. citrearum, cepul. ana drach. xij. embli. drac. quinquaginta, Indarum, bell. ana drach. viij. agarici, ireos, ana drach. x. abſinthij, caſſuthæ, rad. apij, fœniculi, aniſi ana drach. iiii. uuarum paſſarum mundatarũ drach. octoginta, coquantur igni lento ad conſumptionem dimidii ſuccorum, frica probe manibus, cola. Vni huius parti adde tamar Indorum, cheyron, & caſſiæ ſiſtulæ an. vnc. viii. mannæ vnc. iii. cola, & munda. Alteri ſuccorum parti adde penidiorum hordeatorum lib. iiii. miſce omnia ſimul, bis ferueſiant, tunc adde olei ſeſamini recentis vnc. xv. per coque ad mellis craſsitudinem ab igne depoſitis adde tro. diarhod. troch. de eupat. troch. de abſint. troch. de rhabar. ana vnc. i. & dimid. ireos vn. i. agarici, foliorum thymeleæ nutritorum in aceto ana. aur. viii. ſcammonii, ſucci eupatorii, ſucci abſinthii, croci, laccæ lotæ, myrobal. citrearum, cepularum, ana aur. iiii. belleric. embli. Ind. ana aureos. iii. ſpicæ, aniſi, ana aureos. ii. turbith. vnc. vi. cum olei thymeleæ. iii. vnc. omnia prius inuoluta prædictis miſcẽtur. Datur à drach. tribus ad drach. iiii. cum aqua intybi.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quibuſdã in uſu eſt ad aſcitem, & corporis colorem cineritium, & plumbeum & hepatis, cachexiam, quæ hydropis eſt initium. Hic per uolubilem potius cum Manardo intellige lupulum, quàm eam, quæ uitibus circumplexa fert campanulas, lactariam & purgatricem, quam Meſuæ interpres intelligit. Cum ſaccharo uel melle confici poteſt, bis in menſe ſumpta, multos hydropicos ſanauit. Trochiſci diaphyſalidon Pauli ſeptimo ab hac cõpoſitione diuerſiſsimi.

NT. ALchelengi eſt medicamen magnorum iuuamẽtorum expertorum ad hydropiſim & cacexiã, & ægritudines hepatis & ſplenis, & ad mollificationem membrorum nutritionis, & corruptionẽ formæ. & confert hęmorrhoidibus, & ad ægritudines iuncturarum. Cuius permixtio. † Accipe ſucci uolubilis. ſucci endiuię; ſucci apij purgatorum ana. li. iiij. proijce ſuper eos myrobalanorum citrinorum chebulorum ana. ʒ. xij. embli. ʒ. i. indorum, bellericorum an. ʒ. viij. agarici. ʒ. x. abſinthij, cuſcutæ, radicis apij, fœniculi. aniſi ana. ʒ. iiij. ireos. ʒ. x. paſſularum enuclea. ʒ. lxxx. Bulliant cum facilitate uſq; ad medietatem ſuccorũ. Deinde colentur poſtquam omnia fuerint manibus bene fricata, & proijciantur ſuper partem unam, ſuccorum tamarindorum, cheyrõ. ʒ. viij. tereniabin. vnc. iij. caſiæ ſiſtulæ. vnc. viij. Deinde colentur à ſcoſis, & in alia parte aquæ proijciantur penidiarum, ſahiri. lib. iiij. Deinde miſce omnia ſimul, et bulliant ebullitionibus duabus, tunc uero proijce ſuper illud olei ſeſamini recentis. vnc. xv. et agitentur omnia ſimul. Deinde coquantur uſque ad mellis ſpiſsitudinem. tunc uero deponatur ab igne & puluerizentur ſuper illud trochiſcorum diarodon, trochiſcorum de eupatorio, trochiſcorum de abſinthio, et trochiſcorum de rhabarbaro. ana. vnc. i. ireos. vnc. i. agarici, foliorum almezereon nutritorũ in aceto ana aur. viij. ſcammoneæ, ſucci eupato. ſucci abſinthij, croci, laccæ ablutæ, myrobalanorũ citri. chebu. ana aur. iiij. belliricorum, emblico. indorũ ana. aur. iij. ſpicæ aniſi ana. aur. ii. turbith boni. vnc. vi. inuoluãtur omnia prius cum olei almezereon. vnc. iij. et miſce antur cum prædictis et bene incorporentur. Et ſit doſis eius à. ʒ. iii. uſq; ad. iiij. cum aqua endi. Sũma medicinarũ ẽ xxxviii. res.

Alchelengi eſt medicamen magnum propter compoſitionem multorum ſimplicium, & propter eius efficaciã & eſt electarium quod eſt in uſu & præparatum reperitur. Eſt enim conueniens ad hydropiſim aſcitem, & ad cacexiã quę eſt prima diſpoſitio ad hydropiſim, & ad ægritudines hepatis & ſplenis factas à phlegmate aquoſo. Soluit enim potẽter aquoſitatem & phlegma. Confert etiam mollificationi membrorum, & rectificat deprauatum colorem, & fœdum uerſus cineritium & citrinum, ſoluendo etiam aquoſitatẽ citrinam. Et alias uirtutes magnas habet efficere, ſed eſt ſolutiuum, quare cum magna cuſtodia debet exhiberi propter eius potentiam in ſoluendo. Et doſis eius eſt uſq; ad. ʒ. iii. cum aqua endiuiæ ad temperandum caliditatem uel ſine ipſa, uel cum alio liquore conuenienti. Cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. ſucci uolubilis, & eſt herba quæ multum adhęret arboribus & maxime uitibus, habet lacticinium faciens campanellas albas, & eſt calidæ & ſiccæ complexionis in primo habet uirtutem leuiſsimam in ſoluendo aquo ſitatem propter lacticinium eius Ireos. Et hic utiliter eſt notandum quod ſuccus ireos, dum eſt recens, aſſumptus in pondere. ʒ. iiii. à corporibus fortibus, uel quantum media teſta oui capere poſsit, mirabiliter educit aquam in hydrope, & permiſcendo cum zuccharo leuiſsime bulliat, uel cũ melle, ſecundum quod expedit, & cum aſſumptione ipſius ſolius modo iam dicto uidi plurimos curatos ſumendo his quolibet menſe cum regula ſuperius dicta de tali ſucco. Tamarindorum cheyron, id eſt de illa contrata. Tereniabin, olei ſeſamini recentis, & ſi tale oleum non habes, pone oleum de amyg. dulcibus, quia fere eiuſdem eſt uirtutis & cõplexionis. Et in hac deſcriptione multos trochiſcos ponit, quos inferius declarabo diſtinctione quinta. reliqua ex ſupraſcriptis ſunt nota

Medicamen optimũ ad hydropicos.

Additio.

Alchelengi eſt medicamen magnorum iuuamentorum non eſt in uſu, quod medicamẽ uidetur cõforme illi in multis quod Auicen. in quinto cano. nominat alchelchelengi, quæ eſt confectio ſecundum eum plurimorum iuuamentorum.

Manardvs, in Alchechengi medicamen.

Trochiſcos hoſce omnes habes infra loco ſuo. accipe ſuccum uolubilis.) Intellige & hic lupulum uocatum. Eſſe medicamen uehemens, ſed non conficitur.

SYL. *Electarium Dyacydonites cholagogum & phlegmagogum, colicos affectus, & alios partium nutritoriarum iuuat, recipit ſucci cydoniorum lib. iii. mellis lib. ii. ſcammonii teſcunciam, gallię, caryophyllorum, zingi. maſtiches, piperis longi, cinnamomi, nucis, muſchatæ, ana drac. iii. miſce. Datur ab aur. i. ad aur. iii. Si uis chalogogum fieri & phlegmagogum, adde ſcammonii drac. xv. turbith. drac. xii. Si uis tantum eſſe phlegmagogum, omiſſo ſcammonio miſce turbith. drach. xxv. cnici excorticati drac. xv. Si bilem atram uis eo uacuare, prædictorum loco miſce ellebo-*

rum

rum nigrum epithymum,aut polypodium.melle uel saccha ro excipitur,fit cum cydoniorum nunc succo, nũc carnibus nunc ambobus simul.

SYLVII ANNOTATIO.

ANT. Id non est in usu,sed quod à Nicolao scribitur. Electarium Indum utrũque,& diaphœnicum phlegmagoga, sunt etiam in feb.clementia.Diamanna, & electarium de succo rosarum Nicolai etiam in febribus sunt cholagoga idonea.

COnfectio electarii diacitonitem conferens colicæ,& ægritudinibus membrorum nutritionis. Et educit solutione cholerã. Accipe succi citoriorum lib.iii.mell.tabarzet lib.ii.scam.unc.i.&.s. gal liæ bonæ caryophyllorum zingi.masticis,piperis longi cinnamo.nucis muscatæ,ana.ʒ.iii.cõfice omnia simul.

℥dr.xii.s. Et sit dosis eius ab aur.i.usque ad.iii.Si autem uolueris ut solutione educat choleram & phlegma,ponantur in medicamine scammoneæ.ʒ.ũ.turbith.℥ʒ.xii.Si autem uolueris ut solum phlegma educat,abiecta scamonea, ponatur turbith.ʒ.xxv. carthami excorticati pondus scamoneæ.Et si uolueris ut choleram nigram educat, ponatur loco prædictorum helleborus niger, aut epithymum,aut polypodium.Et apud plures fit hæc medi

Sũma med..ẽ.x.res. intẽtioné cina cum melle.Et apud plures cum zuccharo. Et quã doque fit cum succo citoniorum. Et aliquando cum carnibus & succo ipsorum,& aliquando cum carnibus tantum.

Electaria materierũ frigidarũ solutiua. Non præparatur.nec est in usu secundum possentem descriptionem sed bene est in usu secundum descriptionem positam à Nicolao in suo antidotario.Et hic ultimo notandum quòd inter omnia electaria solutiua superius dicta illa quæ magis goneraliter sunt in usu cõuenientia materiebus phlegmaticis seu frigidis febrientibus uel non febriẽtibus sunt,electarium Indum maius,& minus,quod plus cõuenit & electarium diaphœnicon solutiuum,& de istis dictũ est, & de dosi & modo assumptionis. Electaria uero solutiua materiei calidæ seu cholericæ quæ etiam febrientibus & non febrientibus conueniunt, & quæ principaliter sunt in usu, sunt solum duo scilicet electarium quod dicitur diamã na superius positum & declaratum. & aliud est electarium de succo rosarum positum a Nicolao quæ duo satis conueniunt in modo solutionis & dosis, & possunt prædicta electaria omnia per se sola assumi,uel in forma boli cũ zuccha ro uel admixta cum cassia & manna in dosi debita secundũ exigentiam, uel cum aquis distillatis appropriatis uel cum decoctionibus communibus uel aliis dicendis inferius.

Electaria materierũ calidarũ solutiua.

Additio.

Istud electarium interdum ab aliquibus in usu habetur saltem sine speciebus cum carnibus citoniorum & scamonea,tamen Mesue docet hic facere laxatiuũ ad omnes humores quo poterit quis uti ad libitum.Aui.in.v. can. habet duas descriptio.electarii diacitoniten laxatiui. Serapio uero in proprio antidotario habet unam.

MANARDVS, in Confectionem electarii Diacytoniten.

Græci aliter cõficiebant,ut apud Paulum licet agnoscere. Mellis Tabarzet.) Ita genus quoddam sacchari Arabes uocant.

SYL. *Diacassia recipit succorum uiolæ,betæ,mercurialis mal uæ,muralis herbæ ana quartarium unum, succi absinthii pontici unc.ii.coque cum mellis quantitate sufficienti ad ius stam crassitiem,tunc adde medullæ cassiæ li.i. Vtile cathar ticum pauperibus, etiam diuitum clysteribus percommo dum.Ex succis autem componi malo quàm harum planta rum decocto.*

SYLVII ANNOTATIO.

Diacassia triplex pro enematibus in Dispensario,sine au tore certo.

QVARTA DISTINCTIO DE CONDITIS.

COndituntur plantarum nunc radices,nunc surculi, et similia,nunc flores, nunc deniq; fructus. De quibus omnibus ordine nobis dicendum est.Primo autẽ qui bus modis radices uarie condiri debeant.

ANNOTATIO SYLVII.

Condire est sapidum & palato iucundum reddere,idque alimentis maximè conuenit,ad medicamenta uero trãsfertur,ambo autem saccharo uel melle,uel utroque condiũtur & dulcorantur,ut gulæ & stomacho sint grata, & diu seruari possint integra, & recentibus proxima, non ut uires eis nouas quæramus,nisi quas saccharum,aut mel & coctio affe runt præterquam dum etiam aromata conditis ipsis admisce mus.Condiuntur autem radices,teneri caules, surculi,germina,flores,fructus quarundam plantarum,semina quoque non pauca, & cortices non modo fructuum, sed lignorum etiam.Quæ uero condienda sunt, si ampliora sint, quàm ut uis condimẽti coquẽdo,ad intima usq; penetret, uel si quid intus alienum continent,in frusta prius secantur,& purgan tur intus,& si est opus,etiam foris, minora uero quãta sunt condiuntur.Condita uero hæc nouisse ad medicum pertinere præter Mesuen,abunde ex Gal.lib.alimentorum colli gere licet,atq; etiam ex lib.c.ph.p.Illic enim obsonandi,& obsonia parandi artem medico necessariam ait,hic fructuũ aut potius ex his succorum uariorum condituram docet, quod magni sit momenti alimenta uel medicamenta condimentis ægro iucunda facere,nihil aut parum minuta ipsorum facultate.Condiendi uero,seu ut uulgo loquimur, con ficiẽdi uocabulum latius nobis patet,ut etiam quæ igni clementer coquantur,& quę sale & aceto seruentur,confici dicamus.Contra itẽ conditi nomen neotericis medicis in an gustũ,sic est coactum,ut illius appellatione ea ueniant sola, quæ conseruis(ut uulgo uocamus) pulueribus cordialibus, saccharo multo miscentur in grumos exiguos & semiliccos Quæ consistentia ægris est gratior,quàm conseruarum per se,quàm siccorum per se.Cur autem condita hæc prima statuerim,ac in his,ut sequentibus permultis,ordinem Mesuę nonnihil immutarim, rationem in præfatione antidotarii abundi docui.

Varta distinctio ẽ de cõditis, et cadit hæc operatio, quandoque in fructibus, quandoq; in radicibus plantarũ quandoq; in ramis et talibus q̃nq; in florib.et nos loquemur de eis,et primo de diuersis modis cõdiẽdi fructꝰ.

In præsenti parte prosequitur Mesue ad determinandũ de conditis,& de his quæ conseruantur,siue in conserua tenentur cum zuccharo uel melle,sicut sunt radices quædam herbarum & fructus arborũ, ac etiam flores & rami & cor tices & similia.Et incipit à fructibus.

MANARDVS, De Conditis.

Nunc omnia melius condiuntur quã docuerit Mesues, uel sciuerint antiqui.

H *Cepulæ myrobalani conditæ stomachum & uentriculũ firmant, appetentiam inuitant, coctionem promouent, rationalem animæ partem negetam reddunt & sensificam, quapropter usum quoque clariorem, & usu crebro iuuentutem diu tuentur. Accipiendæ uero sunt quodlibet humidæ & recentes si harum est potestas, uel saltem ar te & industria idonea humectatæ, quæ stylo passim com punctæ coquantur ex aqua igni lento donec tenerescant. His'in asserem immissis aqua exprimatur. Deinde biduo hydromelite mergantur. Deinde igni lento clementer co quantur,uase vitreo recondantur,ac melle cui incoctæ fue rint,mergantur. Dantur post sex menses. Arte autem sic humectantur.Infunde his aquam plurimam, in sola dies octo,deinde separatim obrue arena humida † quarto quo que de nouanda,aqua sæpe superfusa, donec tumescant, & humo*

humectentur,idq; uel in dolio,aut alio uase magno fiat,uel in fossa quadam subterranea magna & loco humido.

SYLVII ANNOTATIO.

Cepulæ ex Aegypto conditæ in Italiã afferuntur, quia uero calsiam olẽt, speciarii aqua madefactas rursus saccharo condiunt.Humectatio autem earum, quam docet Mesues,suspitionem quandam ingerit, recentes non fuisse Da masci tunc temporis, nisi dicas Mesuen addidisse hanc humectandi rationem,ut etiam exteris cõsuleret, siccas fere recipientibus.Hac autem arte posit fructus quoque alios ficciores recentibus similes reddere. Quin etiã pruna passa modice cocta,compuncta, in aquam frigidam mox conjecta,tumere multum uidimus,nec minus si quis ea passim puncta sine coctione aqua frigida biduo maceret, quod & uuæ passæ,& fructus alii,atq; adeo pisces ipsi uerum testãtur. Hydromeli autem cui incoctæ sunt,his exemptis percoquẽdum est ad aquæ consumptionem, post eo melle mer gantur,ut in cerasis,& fructibus aliis quos condimus,integros facimus, eos enim quantum sufficit coctos eximimus ne urantur,aut distabescant. Humorem deinde per se percoquimus cum saccharo in syrupi consistentiam, & fructibus uasi ad repositionẽ impositis superfundimus, sic enim fructus integriores manent, & cocto probe syrupo fideliter seruantur.Vna mane ieiuno dari potest singulis aliquot diebus,Placent enim sapore austero & per conditurã dulci,& nonnihil aromatico. Quæ autem recentes sunt conditæ,sunt præstantiores:ac diutius seruantur, quàm post humectationem conditæ. Ventriculum roborant ut austera reliqua, appetentiam inuicant sucto stomacho, ut cætera adstringentia,& contracto: coctionem iuuant per uentriculi roborationem,& suo calore modico, quem aromatica qualitas indicat,& saccharum,coctioq; acquisiuit, facul tatem animalem per siccatum uentriculum syncerioré red dit,ob id uegetiorem. Nam lux sicca, anima prudentissima. Ventriculi autem maximus est cum cerebro cõsensus, & affectus suos hę partes inuicem communes faciunt. Proba autem coctione prima,si reliquæ non errẽt, corpus belle nutritur,& iuuenili simile diu perseuerat, neq; humoribus excrementosis est obnoxium, nec inde oriẽtibus morbis. Vt enim siccitates aeris imbribus in totum sunt salubriores, sic corpora ficca sunt à morbis ex putredine ortis tutiora,quam humida,ut docet Gal. lib.p. feb. temper. & lib.metho.8.Ex his patet,quæ prius diximus, eas in pretio maiori apud medicos haberi,quam sint meritæ, cum ex nostris fructibus non pauci, ut oliuæ Colymbades, ut nuces conditæ,ut persica Corboliana,ut cydonia condita,ut pruna Damascena,& Iorrana,& Dactylia quæ uocamus,si condiantur, eadem præstare possint. Quibus si quid exiguum desit,ut qualitas aromatica in his myrobalanis sane quãexigua,per rosas, per poma dulcia & odora,& alia prope infinita,impertiri prompte poterit.

NT. CHebuli † conditi stomachum confortant, & appetitum prouocant, & digestionem procurant, sensus & rationem uigorant, usum clarificant, utentes eis in iuuentute conseruant.Et modus condiẽ di est ut accipias ex eis humidis, si haberi possunt, uel saltem humectatis secũdum artem qua humectari possunt quãtitatem quam uolueris, & cum stilo pũge eos undique & decoque eos in aqua cum facilitate usque dum tenerescant. Post hæc dimitte ipsos super tabulã, & exprime aquã illorum,& submerge illos in aqua mel lis,& dimitte eos per duos dies,tũc uero decoque eos cum igni lento cum facilitate, & post quam decocti fuerint,reconde eos in uase uitreo, & submerge eos in melle decoctionis eorum,& da post sex menses. † Ars autem auxiliatur ipsos in humectando hoc modo. Infundantur in aqua plurima,& exponantur radiis solari bus per dies.viij. deinde accipe uas magnum sicut dolium,uel saltem fiat fouea magna sub terra in loco humido,ubi inter multam arenam humidã pone, in qua

D disiunctim sepeliantur,sæpe ac sæpe aquam superinfun deudo, & innouando arenam de quarto in quartum diem,usq; dum tumefiant & humectentur.

Chebuli, scilicet myrobalani conditi, maxime dũ sunt recentes,ut diutius & melius conseruentur, sunt enim fructus cuiusdam arboris nascentis in India uirtutis & complexionis ut dictum est superius,habent insuper & alias uirtutes ultra prædictas, incitant enim appetitum prostratũ, iuuant digestionem, clarificant sensus intrinsecos, acuunt usum,& corpus in iuuentute & sanitate,conseruant,& materiam phlegmaticam primo, secundo cholericam leuiter experimendo euacuant. Et communiter dosis est unus de mane ieiuno stomacho, & possunt continuari singulo mane ad beneplacitum assumẽtis, sunt enim satis in gustu placibiles cum dulcedine & aromatica põticitate, & modus condiendi clare ponitur in litera,quare per teipsum lege.

Additio.

Ponit hic Mesue modos condiendi myrobalanos qui ẽt apud Auic. quinto cano. & Halya. x. practicæ & similiter B apud Serapionem in proprio antidotario habetur.

MANARDVS, Chebuli. Ex Aegypto adferuntur conditi: sed quia calsiam redolent, ideo diligẽtiores speciarii aqua madefactos cum saccharo iterum condiunt. ARS autem.) Hac arte potes quaslibet res aridas, quasi recentes facere.

Emblicæ myrobalani conditæ uentriculum roborant, SYL. *eius substantiam & facultatem contrahendo, & intemperiem humidam corrigendo. Hæ autem aqua affusa soli exponendæ donec tenerescant,& humectentur, tunc expressæ,ut priores,hydromelite biduo macerantur, post igni lẽto coquuntur,coctæ ubi parum refrixerũt,mellis albi quar ta parte adiecta reconduntur. Sunt qui præterea condiant aromatibus,cinnamomo,xylaloe, cardamomo, croco mo scho,gallia,& similibus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Datur una semel tota diebus aliquot,ut superior. Hæ autẽ duæ species quia sunt amplæ, ad condiendum sunt aptæ, & item flauæ. Ob id etiam conditæ afferuntur, raro belleri cæ, & nigræ recentes conditæ afferuntur, & uires habent à Mes. adscriptas, ipsæ recentes aut illis proximę, non autẽ quæ ligno aut uerius lapidi siccitate & duritie per similes in officinis habentur. Vide igitur ne opinione magis quã ueritate adductus has myrobalanos tanti facias, & ægros quantumuis opulentos sumptu parum necessario, ne dicã noxio,ipse oneres. Quam sim uerus,iudicare possunt, qui usu harum multo,parum admodum profecerunt. His autẽ si utendum sit,mallem contusas accurate probare,quam dẽtibus parum probe commansas deuorare, ne sua dura substantia uentriculum lædant, & coctioni sui diutius resistãt adeo,ut ne horis quidem quatuor (quantum tempus harũ coctioni tribuere solẽne est) percoqui possint,& forsã uix semicoqui. Nuces myristicæ,hoc est,unguentariæ, uulgo moschatæ cũ nullam moschi qualitatem olfactui præferãt, recẽtes conditæ ad nos Lusitanorũ nauigationibus ex India cõuehũtur,nostris iuglãdibus amplioribus persimiles, cortice uiridi,carnoso, & alio lignoso; inter quos est macis,& sub lignoso ipsa nux moschata nobis usu frequens ad uentriculi robur & intẽperiẽ frigidam: cõditam integram dono mihi iucundissimo dedit Bertrandus in summo Parrhisiensi senatu Præses consultissimus pariter ac æquissimus.

ANT, EMblici conditi stomachum confortant, & humiditatem ipsius abscindunt, & præparant ipsum præparatione qua partes & uirtutes eius aggregentur in ipsa, & modus condiendi eos est. Accipe ex eis quantitatem quam uolueris, & infunde super eos aquam,& expone soli quousq; tumescant & humectẽtur,& post exprime, & pone in aqua mellis, & dimitte per.vii.dies, deinde coque cum facilitate. Postquam cocti fuerint dimitte eos infrigidari & adde cum melle tabarzet.ſ.cum quarta parte totius,& reconde.

Quidam

Quidam uero semper condiunt cum speciebus aromaticis,sicut est cinnamomum,& gallia, & cardamomum crocus,& muscus,& similia .

Emblici scilicet myrobalani conditi, hæc est alia species myrobalanorum uirtutis & complexionis superius dictæ in tryphera feracenica , qui leuiter comprimendo simul enacuant choleram & phlegma, habent etiam plures alias uirtutes,& maximè circa stomachum quas tu ipse lege.Et dosis ipsorum est unus . Vlterius est aduertendum,quòd sicut istæ duæ species myrobalanorum condiuntur , ita & aliæ possent condiri, & haberent operationes suas proprias efficere. Additio.

Modus condiendi myrobalanos emblicos ponitur hic à Mes.qui etiam habetur ab Aui.v.can.ab Haly.x. practicę , & à Serapione in proprio antidotario.

MANARDVS, de Emblicis. Modus hic ostẽdit,quòd neque in Damasco habeantur recentes.Cytonia & alia poma , si bene condiantur , sicuti & saporem & odorem seruant,ita & uim.

SYL. *Cydonia condita fluorem alui uomitumque sistunt,uentriculum roborant, ob id & coctionem iuuant. Sic autem condiuntur. Cydonia ampla,nulla putredine uitiata, depelata , intus purgata , in frusta idonea secta coque in iulepo multum aquoso , postridie in iulepo alio propemodum perfecte cocto percoque,aromatiza musco , uase uitreo repone,eo iulepo cui incocta sunt superdato . Sunt qui ex mel le coquunt,alij ex sapa,alij præterea condiunt aromatibus alii aliter.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cydonia utraque intus & foris purgata , quadripartito diuisa,sacchar o diuitibus hodie condiuntur,odorem,saporem,& uim cydoniorum prope totam retinentia . Eadem quadripartico secta,diutius cocta ex aqua donec tabuerint postea per linteum colata sine compressione,deinde cũ sacchar o percocta in cerati consistentiam,faciunt gelatinã cydoniorum,quod est reliquum,uiolentius comprimenti cochleari cretum , & cum sacchar o percoctum , ad emplastri prope consistentiam,cydoniatum uile constituit. Si autem tam clarum illud quàm crassum simul cernantur , cum sacchar o ut prius percoquantur,Cydoniatum fit, quod omnibus in usu est,quodq; ante epulas ad ʒ.i. sumptum alu ũ sistit,post epulas uero soluit , & uapores ad caput ex uẽtriculo attolli prohibet.Quæ uirtus est etiam ualẽtior cydoniis & aliorum austerorum sub cineribus coctorum,sine sacchar o sumptorum.Quorum ratio est initio lib.i.& ad finem li.2.alime.& lib.simp.cap.5. & lib.6. sani. tuen . ubi diacydonium cydoniis conditis uiribus affine describitur.Nam appetentiam excitat,quibus ea languet, coctionem iuuat parum feliciter coquentibus . In summa uentris robur conciliat,& uiscerum in eo omnium,ob id uomitum & fluorem alui cedat,sic autem fit.Accipe succi malorum cotoneorũ dulciorũ,& minus acerborum,ac maiorũ (quę Asiatici strutia uocant , Galli cotonea fœminina) & mellis optimi ana sextarios Romanos duos,aceti sextarium unũ & semissem . Hæc cum super prunas modice coxeris & despumaueris , immitte zingiberis unc.iii.piperis albi unc. ii. Deinde rursus in simili igne recoques ad mellis crassitudinem stomachicis medicamentis debitam. Datur mediocris mystri mẽsura horis duabus aut tribus ante cibũ,uel aliquandiu post, uel ante cœnam.Piper ad unc.iii.uel &.ii.semissem,zingiber autem ad unc.iiii.si frigida intemperie laborat uentriculus tolles omnino utrunq;,si calida,si neutra adsit , piperis.unc.i.zingiberis unc.i.& dimidia sufficiet,in qua media mensura componere satius est,in ipso autem usu si opus est aliquid utriusque adiicies,ualentius idem adstringit ex succo cotoneorum,quæ parua rotunda sunt, & absolute cotonea nobis dicũtur.Διὰ μήλων seu διὰ μήλου idem dicitur Galeno lib.6.c.ph.p.hoc est,ex malis scilicet cydoniis, quæ absolute μῆλα dicuntur,unde oleum μήλινον id est,cydoniorũ & emplastra μήλινα,quæ colorem mali cydonii referunt ex ærugine usta lib.2.c.ph.g.Malo cydonio mistum scammonium efficit ipsum cholagogum Galeno libro primo alimẽ torum.unde,opinor,Arabum consuetudo emersit,scammonium in malo cydonio ut miteſcat coquẽtium , & inde etiã cydoniatum Lugdunense scammoniatum.

CYtonia condita fluxum uentris & uomitum sistunt,Stomachum uero confortant & digestionem. Accipe citonia magna , munda à putrefactione.& mundentur à cortice suo & granis interioribus.incidantur in frusta conuenientia,& decoquãtur cum iuleb multæ aquositatis,& post diem unum decoquantur cum alio iuleb.quod est uicinum perfectæ coctioni,usquedũ perficiatur in eis decoctio,deinde aromatizentur cum musco,& ponantur in uase uitreo , & sepelliantur cum iulep,in quo decocta fuerunt, & qui dam decoquũt cum melle,& quidam cum uino cocto, et quidam semper condiunt cum speciebus aromaticis,et alii faciunt alia .

Citonia condita . ipsa enim principaliter constringunt uel conueniunt relaxationi stomachi & intestinorum . resistunt fluxui uentris condita cum zuccharo & assumpta ante cibum,uomitum autem & ascẽsum uaporum ad caput prohibent assumpta post cibum . Et dosis eius est usque ad ʒ.i. Complexio autem citoniorum & uirtutes dictæ sunt superius in confectione de citoniis,& in electario indo maiori. Et modus condiendi ista, ut longo tempore conseruentur ponitur hic in litera quæ est clara .

Additio .

Describit hic Mes. modus condiendi citonia , qui etiam habentur ab Auic.v.can.ab Haly.x.practicæ.Similiter à Serapione in proprio antidotario.

Pira condita,cor,& uentriculum roborant,condiuntur ut cydonia .

SYLVII ANNOTATIO.

Pyrorum uel aliorum quoque fructuum magna est differentia,non in generibus solum,sed etiam eadem in specie, qua saporibus distingues,ex hisq; facultates iudicabis,ut li.4.simp.docuit Gal.Ex pyris præsertim acerbis, aut acidis, & fructibus similibus tot compositionum genera fieri possunt,quot ex cydoniis dicta,& ea cum sacchar o,uel melle, cum,uel sine aromatibus. Ex his quoque iulep. & syrupus fieri potest , & succus horum liquidus & siccus seruari potest,eodem modo in fructibus prope reliquis atq; adeo in herbis ipsis facere possis.Est præter hæc syrupus de pyris, succus pyrorum sole uel igni siccatus ut in syrupis leges.

PIra condita cor ẽt stomachum confortant, et modus condiendi ea est sicut citonia .

Pira debent eligi quæ sunt magis aromatica, & cum zuccharo cõdita,stomachum & cor confortant.diuersificantur autem in complexione ipsorum secundum completam maturitatem,mediam,& acerbitatem.Acerba enim sunt frigidæ complexionis & siccæ uersus secundum. perfecte matura sunt frigida & humida uersus primum cum aliquali caliditate & siccitate.Medie uero matura sunt frigidæ & siccæ in primo cum aquosa & corruptibili humiditate. Ideo non condita sunt fugienda. Condiuntur autem sicut citonia cũ zuccharo uel cũ melle. & condita cum melle acquirũt gradum caliditatis & siccitatis,cum zuccharo autem minorem gradum caliditatis cum aliquali humiditate,& tempus assũmendi est ad beneplacitum. Additio .

Modus condiendi pira habetur hic à Mes. Similiter ab Aui.in.v.can.& à Serapione in proprio antidotario .

Poma condita cor firmant, syncopen & cordis palpitationem sedant,condiuntur ut cydonia.

SYLVII ANNOTATIO.

Poma condienda sunt odora,hæc uero condita sacchar o partium principaliũ intemperiẽ calidam siccam emendant refrigerante uisua & humectante, odore autem etiam uitalem spiritum instaurant . Quam ergo syncopen & palpitationem emendent,ex his patet , quanquam depositio cortice & coctione odoris magnam partem deponant.

Poma

ANT. POma condita confortant cor, syncopim & pulsum cordis sedant. & modus condiendi ea , est sicut citoniorum.

Poma condita,& debent eligi odorifera & condiuntur sicut citonia , tamen sunt complexionis frigidæ & humidæ in primo licet in complexione diuersificentur , sicut,& pira cum sint in maturitate uel acerbitate ipsorum , & dum condiuntur cum melle uel zuccharo , sunt enim alteratiua superfluæ caliditatis & siccitatis in stomacho, hepate, corde,& renibus, sed sunt duræ digestionis & mali nutrimenti,& maxime cruda & non condita.

Additio .

Modus condiendi poma ponitur hic à Mes. similiter ab Haly.x. practicę ab Auicen. v. can. & à Serapione in proprio antidotario.

SYL. *Persica condita uentriculum,calidum & cor firmant , sitim sedant,oris fœtorem emẽdant,condiũtur vt cydonia .*

SYLVII ANNOTATIO.

Hæc quòd frigida humida odorata sint , imbecillas partes has ab intemperie calida sicca roborant , sitim extingũt à calida,uel sicca,uel utraq; causa nasci solitã,ut lib. i. simp. cap. 30.præcipue cum sacchar o condita, ut li.7. simpl. cap. de melle,odore præterea cor ipsum,spiritumq; uitalem recreant, & oris odorem tetrum præcipue ex putribus in uẽ triculo humoribus procedentem regunt.

ANT. PErsica condita stomachum calidum & cor cõfortant,sitim reprimunt,Oris fœtorem abscindunt , & modus condiendi est sicut citoniorum .

Persica condita sunt frigidę complexionis in fine primi, & humidæ in secundo , & condiuntur sicut citonia , sed nõ habentur in usu, stomachum tamen calidum & cor confortant,malam complexionem ab eis remouendo,& sitim extinguunt si cum zuccharo condiuntur.

SYL. *Citra condita ventriculum corq; roborant,coctionẽ iuuant,oris halitum commendant .Cortices citrorum tã magnorum , quam uola manus capere potest , carne purgatilixiuio claro mergantur dies nouem,mutato ad diem quintum, post merge aqua clara , donec amaritudine deposita dulcescant,tunc uase mundo, aqua fontis plurima coquantur,donec tenerescant, aquosa deinde substantia ab his expressa in uase lapideo mergantur uigintiquatuor horas, iulepo sufficienti ex sacchar o albo & aqua tripla constante, post coquantur igni lento , ad penidiorum consistentiã . Extracti ex iulepo cortices, uase uitreo reponantur. Super fuso singulis uicissim uelut incrustandis iulepo rosato ad mediocrem, seu sacchari candefacti crassitiem cocto . Sunt qui ambra & moscho aromatizant. Datur post mensem .*

SYLVII ANNOTATIO.

Conditi cortices hi in compositiones cardiacas ob id recipiuntur, quia cor roborant , & calefaciunt . Conditur ẽt caro quibusdam idem pollẽs , sed refrigerat,ut ambo simul condita sint temperata.Eodem modo condiuntur cortices aranciorum & limonum, quos uocant , quinetiam ipsi fructus parui toti condiuntur interdum , uti uirentes multum nuces,& amygdalæ ,& alia pleraq; .

CItra condita stomachum & cor confortant , & digestionem faciunt bonam , & oris odorem. Accipe corticum citri mundatorum à carnibus suis,& proprie magnorum sicut sunt uolæ manus,quãtitatem quam uolueris, & fundatur super eo lixiuij clari quãtitas in qua submergantur. & mutetur super eos usq; ad . ix . dies semel deinde post illud mittatur sup eos aqua clara,tantum donec dulcescant , & abscindatur amaritudo eorum , tunc uero elixẽtur in aqua fontium plurima in uase mundo , usquedum tenerescant . deinde exprimantur donec fluat aquositas eorũ . Post illud infundatur super illos in uase lapideo iuleb quantitas aliqua qua submergantur. & sic dimittantur per diem & noctem, & sit iuleb ex zuccharo albo in aqua quæ sit triplum ipsius. Deinde coquantur cum facilitate usq; ad modum penidiorum tunc uero separentur cortices citri à zuccharo,& recõdantur in uase uitreo, & condiantur cum iuleb rosato.cuius decoctio sit, † sicut nabet.ita quod una superficies sit laminarum citri, & alia iuleb.& reconde,& da post mẽsem . Et sunt qui aromatizant cum ambra & musco.

Citra condita stomachum & cor confortant,& digestionem bonam faciunt,& oris odorem. habent tamẽ diuersas complexiones secundum diuersitatem partium eorũ.Nam cortex exterius est calidæ complexionis in fine primi. Caro autem eius est frigida uersus primum, & humida in primo. pars uero eius magis intrinseca acetosa & acris est frigidæ complexionis in fine secundi gradus , & siccæ in primo.Grana autem eius sunt calida in primo, sicca autem in secundo.Et eius complexio resultans ex omnibus partibus est frigida & sicca in primo licet frigiditas superet siccitatem,condiuntur autem cortices cum zuccharo uel cũ melle.& sic calefaciunt & confortant principaliter digestionẽ stomachi,ac etiam cor . Ponuntur etiam minute incisi quãdo sunt mollificati seu conditi cum zuccharo in confectionibus cordialibus ut inferius apparebit.Sic etiam condiũtur cortices aranciorum solum cum melle, & illo modo calefaciunt stomachum,& deiccant humiditates in eo ipsum confortando in uirtutibus suis.& isto modo multum habetur in usu, & maxime à monialibus tẽpore quadragesimę , & cortices aranciorum attinent alicui caliditati & siccitati,sed minori quam cortices citri . Condiuntur etiam partes carnosæ , de qua etiam fiunt confectiones delectabiles in diuersis formis & etiam in compositis.

Additio.

Modus condiendi citra habetur hic à Mes. Similiter ab Auic.in.v.cano.ab Haly.x.practicæ,& à Serapione in proprio antidotario.

MANARDVS, de Citris . Cortices uel soli condiuntur,pulpa abiecta,& calidi sunt,uel sola pulpa, extimo abscisso cortice,& frigidi,uel utrunq; , & fere tẽperati.sicvt habet.) Ad mediocrem uidelicet crasitiem .

SYL. *Eringium conditum renes calfacit,venerem excitat,flatus tamen ventriculi dissipat,sic autem conditur . Radices eius amplæ,albæ, teneræ a cortice cineritio & ligno interno purgatæ,in frusta pollicaris magnitudinis sectæ,uno caryophyllo humectato & particula zingiberis humectati (vt mox in zingibere condito dicam) fartæ intus, unde lignosa portio execta est , coquantur in æquali pondere sacchari, & duplo † melle uel melle solo, sed triplo,coctis addatur aromatum põdus iustum.Datur ab vnc.i. ad.vnc.ij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cur sim secacul Mesuæ interpretatus eryngium, lege in nostris annotationibus in Antidotarium.Quę uero aromata,& quanto pondere addi possint , ex sequentibus conditis colliges,quanuis & sine his solo melle aut sacchar o, aut utroque condita hæc radix sit odorata Dioscoridi, & gustu aromatico.Datur dormituris,mox etiam à cibo,& ante cibum tuto sumi potest etiam largiore mensura. Radices cynosorchis & serapiadis,& utriusque satyrij similiter in eundem usum hodie condiuntur . Nam hæ omnes etiam Dioscoridi ad uenerem proniores reddunt. Mesues autem has radices hoc modo condit .

SEcacul conditum renes calefacit.Et coitum excitat.Ventositates stomachi dissoluit,et modus operationis eius est . Accipe radices eius albas crassas et teneras et radatur cortex eius cineritius, et elixentur , et mundentur à uenis interioribus , et incidantur in frustra sicut est mensura pollicis , & ponatur in eius uacuitatibus arundinosis frustrum zingiberis humectati.sicut dicemus in capitulo de zingibere condito ; et caryophyllus unus humectatus et accipiatur ad omne pondus

ANT.

pondus eorum mellis pondera. iii. et alii ponunt mellis pondera duo, et zucchari pondus unum. et postquã fuerit coctum cum facilitate proijciantur super illud specierum alefanginarum partes conuenientes. et dosis eius est vnc.i.vel.ii.

Secacul. Secacul est radix calcatrapæ de qua dictum est supra. conditum ergo cum zucchаro uel cum melle principaliter renes calefacit multiplicat sperma, ad coitum incitat. & uirgæ erectionem facit s̃m omnem modũ administrationis ipsius, & modus condiendi, elare ponitur in litera.

Additio.

Modus condiendi secacul habetur ab Auic. in. v. cano. ab Haly. x. practicæ, & à Serapione in proprio antidotario, quid sit secacul dictum est in diasatyrion. Serapio & similiter Auic. locis præallegatis dicunt quod secacul sunt radices sicut zingiber & asportantur ex india & fit ex eis conditum cum sint recentes in loco suo, & est sublime ualde. etiam uide ibi. si uis ergo non est calcatrapa, nec sigillum sanctæ Mariæ.

MANARDVS, de Secacul.

Dixi supra quid esset, uideri tamen potest ex modo loquendi Mesue, quòd ipse aliam rem intellexerit. Nostri pro eo condiunt eryngium.

SYL. *Zingiber conditum intemperiem ventriculi frigidam & humidam sanat, & ab ea tardam & deprauatam coctionem quæ cibus in acidam cruditatem corrumpat. Viscerum lubricitatem corrigit, flatus dißipat, alimẽti in hepar & corpus reliquum distributionem celerat, sic autem fit. Zingiberis recentis, si haberi poteſt, sin minus, saltẽ arte humectati pars una. coquitur, vt eryngium cum mellis partibus tribus, & sacchari parte vna. Sunt qui zingiberis humectati, & eryngii portionem æqualem simul condiunt, fitq; delicatius. Quidam præterea condiunt aromatibus, alii aliter. Humectandum autem zingiber album, purum, recens, aqua affusa primum, deinde arena obrutum, vt in cepulis myrobalanis mox dicam.*

SILVII ANNOTATIO

Zingiber uiride, nobis etiam uulgo dicitur, quia recẽs saccharo conditum, ob hæc delicatius affertur ex loco natali Arabia, & troglodytica in Aegyptum, & inde ad nos, Hyeme, & seni est, & aliter frigidis salubre, calidis natura aut morbo, & æstate, est noxium.

ANT. ZIngiber † conditum confert ad frigiditatem et mollificationem stomachi, et malitiam digestionis et corruptionẽ ipsius, et acetosam eructuationem et lenitatem uiscerum, et multitudinem uentositatum faciens cibum cito penetrare ad hepar, et corpus, et eius modus est. Rec. zingiberis recentis si haberi potest, uel saltem humectati per artem partẽ. i. mellis partes. iii. et zucchari partem. † i. Coquatur sicut secacul. et quidam accipiunt secacul, et zingiberis humectati ana partem. i. et fit delicatius. Et quidam supercondiunt cum speciebus alefanginis. et quidam faciunt alia. Modus autem humectationis eius est sicut diximus de chebulis, et proprie ut infundatur in aqua. deinde sepeliatur in arena. et fit zingiber albũ et mundum et recens.

† s.

Zingiber conditum, habet enim cum non est conditum quandam humiditatem ultra suam naturalem siccitatem, & ideo conditur & præseruatur. Et conditum confert ad corruptionem stomachi & uiscerum factam à phlegmate & ad malitiam & corruptionem digestionis & acetosam eructuationem, & multitudinem uentositatum faciens cito cibum penetrare ad hepar & ad corpus totum. Cõditur autem cum zucchаro solo, cum est uiride præparatur & fit in partibus orientalibus, & illud est melius, licet etiam præparetur & condiatur dum est siccum, sed nõ est sic delectabile nec iuuatiuum. Et usus eius est magis conueniens in hyeme quam in æstate, & magis senibus quàm iuuenibus, & ab ipso caueant febrientes, & habentes renes & caput calidum.

Additio.

Conditum, id est præparatum de zingibere. Aui. in. v. cano, Haly. x. practicæ, & Serapio in proprio antidotario docent modum condiendi zingiber. & dicunt quòd zingiber est uena de uentre terræ sicut uenæ tinctoris.

MANARDVS, de Zingibere condito.

Zingiber cõditũ ex Aegypto adfertur, & uiride uocãt.

SYL. *Diazingiber idem pollens quod zingiber conditum sic fit. Sacchari albi partes octo, mellis albi partes quatuor. Saccharum aqua & melle solutum coquatur quantum necesse, tunc zingiberis boni, albi, leuissime puluerati partes tres curiose misceantur.*

SILVII ANNOTATIO.

Electarium hoc fuerit, ut uocat, tamen ob rei affinitatẽ & uirium conditis iunxit. Potes etiam saccharo in aqua soluto & cocto puluerem hunc comprehendere, & in offas aut tabellas, ut uocant, formare, idq; uentriculo frigido fuerit salubre, & inflationi discutiendæ.

ANT. COnfectio de zingibere ualens sicut diximus superius. Accipe zuhccari albi partes viii. mellis tabarzet partes. iiii. zingiberis boni albi puluerizati pulverizatione ultima sicut alcohol partes. iii. aquæ infusionis † zucchari quantum sufficit. Distẽperetur zuccharum cum aqua et melle et coquatur usq; dum sufficit. Deinde proiiciatur super illud puluis zingiberis, et agitetur, et ĩcorporetur cũ eo, et administretur.

Confectio de zingibere. ponit incidenter quoddam electarium de zingibere, quod tamen non est in usu.

MANARDVS, de Confectione Zingiberis.

Vidi ex puluere aridi & saccharo parari ueluti offas, efficaces in calefaciẽdo uentriculo, & inflatione discutiẽda.

SYL. *Radix pastinacæ idem potest quod radix eryngii, & similiter conditur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Conditur etiam ex melle & aceto elixa, sicq; in mensas non inutiliter uenit, alii quoque aliter. Radices etiam dauci, cari, sesari, raphani, panacis hortẽsis, apii, & similiter calidæ, in pituitosis hominibus idem præstant etiam tantum frixę, uel ex iure carniũ, aut cũ butyro largo coctæ. Quin & raparum & naporum radices ex paucis aromatibus conditæ & sumptæ, uiribus sunt proximis, ari, dracontij, assatorum, bryoniæ, iridos, hermodactylorum, gentianę, asphodeli, pæoniæ utriusque radices conditæ fuerint efficacissimę. Elenii autem radix saccharo aut melle condita, partes nutritorias roborat, obstructa liberat, pesti resistit. Hactenus radices domesticæ quas uires conditæ habeant dictum est, nunc exoticæ sunt dicendæ.

ANT. BAuciæ conditæ ualent sicut secacul. et eius modus est sicut secacul.

Additio.

Bauciæ conditæ ualent sicut secacul, & eius modus condiendi est sicut secacul; qui habetur etiam ab Auic. in. v. cano. à Serapione in proprio antidotario.

MANARDVS, de Bauciis conditis.

σαφυλίνος græcè, pastinaca latinè. Condiuntur etiam elixa cum melle & aceto, & non inutiliter ad mensas uenit.

SYL. *Acorus cõditus cerebri & neruorum affectibus cõfert, conditur vt eryngium. Quin & singulis eius partibus duæ eryngii boni adduntur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Acorus Indicus iam notior, & galanga maior dictus sumatur, non nostras palustris. Frigidis cerebri & neruorum affectibus saluber est sumptus, & ore diu retentus, qualis usus est rectus eorum quæ his capitis affectibus prodesse uolumus, ut inde uapor in cerebrum prompte tollatur. Idẽ pollet electarium diacorum à Mesue descriptum in sua practica, xi, capite de affectibus neruorum. Nostrum tamen acorum officinæ conditum habent, sed inutilem omnino cẽsemus ad neruorum & cerebri frigidos affectus. Quapropter damnandus est atq; abiiciẽdus, ne posthac medici parum periti halluciẽntur, & eius usu ægros prodant, ac in sumptum nõ necessarium coniiciant.

SYL. ACorus conditus ualet ægritudinibus cerebri et neruorum, et eius modus est sicut secacul conditum. Addũtur tamen ad omnem partem eius secacul boni partes. ii.

Acorus conditus cõfert multum in ægritudinibus frigidis neruorum & cerebri & paralysi & similibus, & modus condiendi est sicut dictum est. fit tamẽ ex acoro electarium pretiosũ quod uocatur diacorus. cuius descriptio ponitur à Mesue in parte de appropriatis, summa. iiii. ca. i. de ægritudinibus neruorũ, ubi pro eius descriptione uirtutibus & operationibus nunc est recurrẽdum, & illud electarium est multũ in usu, & ualet multum mollificationi linguæ diu in ore recẽtum, sicut debet fieri in omni electario quod assumitur pro passionibus capitis ut fumi & uapores possint cõmode euaporare ad cerebrum.

Additio.

Modus cõdiendi acorũ est sicut secacul. Reperitur etiã una cõfectio conditi acori ad ægritudines neruorum frigidas mirabilis quã ipse describit summa quarta de ægritudinibus neruorum, & est confectio dyacori.

MANARDVS, de Acoris conditis.

Acorus uulgaris nõ est uerus acorus, sed radix xyris, ut constat ex pictura utriusque apud Dioscoridem quãdoque suspicatus sum radicẽ quæ à speciariis calamus aromaticus dicitur esse ueram acorum.

SYL. *Lactucarum, buglossi, cirsii, braßicæ, asparagorum, & aliarum herbarum multarum teneri adhuc caules, à multis hodie codiuntur saccharo, & iucundißime eduntur.*

Semina quoque non pauca, si magna sint, interdum depellata, si parua, qualia tulit natura, saccharo ad syrupi cõsistentiam cocto his manu subinde motis succußis, confricatis paulatim cochleari affuso incrustantur, & ceu tectorio quodam uestiuntur, quo modo citri corticem Mesues postea uestiet, succussa tamen solum pelui, non etiam manibus uersatum, & nos arancii corticem minutim sectum, & cinnamomi uulgaris integimus, & caryophyllum, uocamusque saccharum aranciatum, uel cannellatum. Idem in cortice cucurbitæ fit, carbassatumque uocant. Inter semina uero fere incrustantur amygdalæ frequentius dulces cum furfure parum terendo siccatæ, pistacia, strobyli, nuclei persicorum, prunorum, cerasorum, bombacis, coriandrum, anisum anethum, fœniculum, carum, cuminum, ami, semen agni, cannabis, amomum, cardamomum, cardamum, cardamine eruca, erysimum, sinapi, urticæ, cucumeris, cucurbitæ, melonis citreoli semina, papaueris albi semen, absinthij marini semen, quod barbotinam uocant, et semen contra lumbricos. Sed ex his minora manibus subiguntur, maiora pelui succussa integuntur, saccharo primum, ut dixi, cocto, ad postremum paulo crudiore, ut læues, & polita sint facie.

Fructus aut saccharo, aut melle, aut ambobus condiuntur, interdum integri & cum seminibus, sed ferę imperfectis, interdum seminibus purgati.

SYLVII ANNOTATIO.

Ex fructibus siliquæ nõ paucæ adhuc teneræ & uirides, ac molles, nondum ob siccitatem lignosæ & exuccæ cõdiuntur, sic ceratium, cassiã Arabum, siliquam rhaphani, erucæ, sinapis, leucoii omnis, erysimi, cardamomi cuiusdam, à quibusdam cõdiri uidemus, ut gratiora sint, & uiribus imbecilliora, quòd ante maturitatem decerpuntur, sic & siliquastrũ pyramidale dum uiret, quidam cõdiunt, non expectata maturitate, per quam rubet semine plano, flauo iura crocãte, feruidissimo turgida, uẽtriculo frigido saluberrima, zingiberis cõditi uice. Fructu uero alii quibus est plus carnis, frequentius cõdiuntur ut ab exteris sic à nobis. Externorum autem prius cõdituram declarabo, quòd pauci sint, & quorum declaratio lucẽ afferet necessariam zingiberis condiẽdi prædictæ humectationi. De myrobalanis ergo cõditis dicẽdũ est, post ad fructus nostrates trãsibimus, in quibus sermo & prolixior, & nobis multo utilior est futurus. Nã myrobalani conditæ maioris, quẽ pro merito fieri hodie uidẽtur, quasi pars pretii sit eas è lõginquo uenisse, & ob raritatẽ apud magnates magis in pretio sunt, quàm ob singularẽ aliquam facultatem, cum nihil aliud quàm ualenter adstringere deprehendãtur, ut taceam, quòd alioqui coctu sint difficiles, ut nescias an uẽtriculo coquendi sui difficultate plus obsint, quàm adstrictione roborando prosint. Nõ addo, plurima ex adstringẽtibus, imo uerius omnia quatenus adstringunt, & proinde siccat, nõnullas uentriculi imbecillitates, ut quæ ab intemperie siccat proueniunt, lædere, ut Gal. li. met. 7. demonstrat. Qua limitatione adhibita, sunt uera quę à Mesue describuntur, scilicet.

SYL. *Saccharum rosatum, uentriculum, & cor, & uiscera reliqua firmat, ipsorumq; intemperiem humidam emendat, fit autem sic. Folia rosarum albarum uel rubrarum nondũ perfectarum in umbra siccãtur, donec ipsorum humiditas excrementosa resoluatur, teruntur tunc in mortario lapideo, additur sacchari albi triplum, reponuntur uase uitreo aut uitrato pergamena operculato, mensibus tribus insolãtur, in die sæpe agitantur, soli auferuntur, seruantur. Sunt qui rosas omnino imperfectas condiunt, ut valẽtius adstringant. Sunt item qui rosas non terunt, sed forficibus incisas cum saccharo manibus curiose confricant, post insolant.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cum agat hoc loco Mesues de floribus saccharo aut melle conditis ad dulcorationem & conseruationem, rectius, rosas saccharatas aut mellitas appellauerit, & eodem modo uiolas, & flores buglossi, & rorismarini saccharatos aut mellitos, uel ut hodie omnes appellamus, conseruam rosarum, uiolarum, buglossi, rorismarini, quàm saccharum: aut mel rosarum, uiolatum, buglossatum, rorismarinatũ. Quin & hodie aliter nobis fit horum sic appellatorum unũquodque. Nam rosis tantum rubris exunguatis recentibus tritis in mortario lapideo duplum sacchari hodie miscemus, mox citra insolatũ reponimus, uase tamen nõ ad cumulum repleto, ut feruenti sit locus, nec foras exiliat. Saccharum rosatũ fit saccharo soluto in aqua æquali rosarum albarum, uel melius in succo rosarum rubrarum exũguatarum, & cocto ad iustam crassitiem. Id uero postremum uires quasdam aluũ mouẽdi retinet. Sunt qui saccharum in aqua infusionis aut coctionis rosarum rubrarum siccarum solutum coquũt, sed hoc ut præcedens rubrum est, & tanto præstãtius eo, quod ex aqua rosarum fit album, quanto rosæ rubræ etiam à Mes. albis præferũntur. Intemperiem calidam emẽdat, & partes spiritusq; à calore dissolui periclinantes cogendo firmat, præsertim recens, & sitim extinguit. Ob hæc febribus biliosis iam coctis prodest ad sescunciam, cum aquæ frigidæ triplo, initio autem obstructionum & cruda adhuc materia, nocet. Antiquatum uero sanguine sputo & sequenti hoc sputum phthisi prodest, ut mulier quædam largo huius usu à phthisi persanata narretur quorũdam testimonio. Idẽ aqua hordei dissolutum disenterias lenit. Rosis tum siccis, tum recentibus, tum harum succo & aqua, ambarum quoque decocto uel infuso uarie utimur, ut in syrupis præcipue audies. Rosas autem rubras intellige, nam albis non utimur nisi distillatis, dum recentes sunt, quòd siccæ nihil oleant, contra quàm rubræ. Sunt præterea qui rosarum & aliorum florum conseruam faciant ex foliis florum purgatis non tritis, saccharo optimo & siccissimo puluerato alternatim instratis, deinde insolatis, eoque gratissimam, quòd tritura floribus odorem fere aufert, uel saltem minuit.

ZVccarum rosatum stomachum et cor confortat, et omnia uiscera, et confert ad mollificationem eorum, et eius modus. Recipe foliorum rosarum albarum aut rubearum quantitatem quã uolueris,

uolueris, et expandantur super tabulas in umbra usq; dum superfluum humiditatis ipsarum resoluatur, & sint rosæ habentes medietatem inter complemẽtum & acerbitatẽ, & terantur in uase lapideo. Deinde proijciatur super eas zucchari tabarzet triplum ponderis earum, & reponantur in uase uitreato, & obturetur os eius cum pergameno, & opponatur soli mensibus tribus, omni die sæpe agitando illud. deinde remoueatur à sole & seruetur. & quidam faciunt illud cum rosis non habentibus aliquid de completione, & inueniuntur magis stipticum, & sunt qui non terũt rosas sed incidunt cum forficibus, & fricant manibus fricatione ultima rosas & zuccharum. Deinde exponunt soli.

zuccarũ rosatum dupliciter pręparat.

Zuccharum rosatum confortat stomachum & cor calefactum & omnia alia uiscera, potest tamen dupliciter præparari, uel cum rosis minutim, incisis, uel cum succo ipsarũ expresso ab eis. Est tamẽ multum in usu in processu febriũ acutarum de materia subtili cholerica permixtum cũ aqua frigida. prohibet enim uehemens incendium in eis, sitim extinguit. & resolutionem spirituum prohibet maxime dũ est recens. Non est autem conueniens ut quidam practicãtes ignorantes ipsum exhibent, in principio febrium stantibus oppilationibus & materia cruda. Et dosis eius esse potest usq; ad.ʒ.i.s. cum uno cyatho aquæ frigidæ tempore cõgruo. Et antiquatum confert phthisicis, sanguinem & saniẽ reijcientibus uel expuentibus in quacunque summa & põdere ut recitat Auic. x. tertij autoritate Gal. de quadã muliere quæ cũ solo zuccharo rosato ex phthisi curata fuit, dicens q; ipsa assumpsit pondus incredibile, & distemperatũ cum aqua hordei confert fluxui dysenterico & similibus passionibus.

Nõ cõuenit prĩcipio febrium stãtibus sed post.

Additio.

Zuccharum rosatum siue conditum rosatum siue conserua rosarum, idem est. Nicolaus in suo antidotario ait rodozacchara, id est zuccharũ rosatum, sed nõ fit sicut dicit Mes.

Manardvs in Zuccharum Rosatum.

Nunc sunt alii modi faciendi zuccharum rosatum, pulchrius enim & suauius fit ex succo rosarum in formam placentarum saccharo redacto, quod & uim quandam retinet ciendæ alui, amouendi tamen semper sunt à rosis ungues.

SYL. *Saccharum uiolatum bilis incendium sitimque extinguit, aluum subducit, fit ut rosatum, nisi quod uiolæ paulo diutius, & in umbra siccandæ, & cum saccharo insolandæ.*

sylvii annotatio.

Violarum humiditatem excrementosam siccando uult absumi, ut in simplicibus docuit, quanquam sunt qui putãt ob id quòd uim earum facilem resolui iudicant, minus diu siccandas in umbra, & insolandas. Valentius refrigerat quã rosatum, sed ingratius. Fauces item & asperam arteriã lenit & dilatat, ob id bilioſæ cynanchæ & pleuritidi salubre est, si per se paulatim lambatur, uel eius uncia una cũ aqua hordei paulatim sumatur. Horum uiolæ nigræ seu purpureæ florum usus est etiam in melle uiolato, & syrupo uiolato multiplici. Flores uiolæ nigræ recentes cauda & uiridi ceu caliculo purgati in mortario lapideo triti duplo saccharo miscentur, mox ut conserua rosarum reponuntur, aut cũ Mesue triplo saccharo aut melle. Efficacius fit saccharum & mel uiolatum ex uiolarum recentium succo, aut infusio ne multiplici.

ANT. Zvccharum uiolatum inflammationem choleræ, & sitim extinguit, uentrem lubricat, & eius modus est sicut zuccharum rosatum. † Indigẽt tamen uiolæ expansione lõgiori, & expansione in sole.

Zuccharum uiolatum est magis infrigidatiuum & extinctiuum sitis & caliditatis quàm rosatum. sed non est sic delectabile & præparatur ut rosatum, ualet etiam asperitati & siccitati gutturis & cannæ pulmonis, linit enim & alterat & aperit uias illas unde confert in synanchia cholerica & in pleuresi & similibus passionibus. Et dosis eius est usque ad.ʒ.i. cum aqua hordei uel sume ipsum paulatim lambendo. Vbi utiliter est notandum quod sicut tã rosæ quàm uiolæ, condiuntur cum zuccharo ut apparet in litera sic ẽt & multo magis cum melle. & sic habent diuersas operationes efficere sicut mel à zuccharo differt in complexione. utitur autem melle rosato sicut dictum est superius in diamusco, sed melle uiolato tantum in dysenteriis ad alterandum, & abstergendum phlegma cum aliis quæ ponuntur ut inferius patebit & apparebit.

Manardvs in Zuccharum Violatum.

Indigent tamen uiolæ &c.) Dubium est mihi hoc, siquidem uis earum facile resoluitur, quare puto addendam negationem, ut scilicet intelligamus, non esse soli exponendas, uel longo tempore adseruandas.

Saccharum buglossatum cor ipsum roborat, eiusq; tremorem & syncopen sanat, maniachos & melancholicos iuuat, fit vt violatum.

sylvii annotatio.

Datur ad unciam unam per se, miscetur autem sępe alijs cardiacis, ut saccharo rosaco, margaritis, coralliis, & similibus. Similiter fit ex floribus boraginis etiam recentibus, & capitello cui inseruntur purgatis, in mortario lapideo tritis, addito sacchari duplo, aut cum Mesue triplo.

Zvccharum buglossatum confortat cor. Maniacis & melancholicis confert. Et syncopim & tremorem cordis aufert. Et modus eius est sicut zuccharum uiolatum.

Zuccharum buglossatum, accipiuntur flores & conditur cum zuccharo, & est multum in usu tale zuccharum. Est enim multum conueniens debilitati cordis & ipsius tremori & omnibus passionibus melancholicis resistens superfluæ resolutioni & calefactioni, maxime permixtum cũ zuccharo rosato margaritis corallis & aliis cordialibꝰ medicinis de quibus dicetur inferius. Et dosis eius est usq; ad vnc.i. Et eodem modo præparari poterit zuccharum melliſatum, & ualet sicut illud, sed non est sic in usu.

Manardvs in Zuccharum Buglossatum.

Vera buglossus dicitur, quam nostri uulgo boraginem uocant, quæ tamẽ in antiquo herbario Apuleio adscripto, corago uocabatur.

Saccharum rosmarinatum, cor, ventriculum, cerebrum roborat, flatus pellit, fit vt rosatum.

Sylvii annotatio.

Fit ex floribus rorismarini, & harum partium intemperies frigidas suo calore corrigit, quo etiam flatus dissipat. Saccharum quoque cichoriatum fit seu conserua florum cichorii recentium ad partium nutritoriarum intemperiem calidam, & obstructiones. Fit item ex floribus perfici chalogoga & hydragoga, ex floribus saluiæ ad frigidos affectus cerebri & neruorum, ex floribus geniſtæ nostratis ad obstructiones renum. In his sacchari cõdituris, & in sequẽtibus ex melle his respondentibus, singulis libris sacchari aut mellis adduntur rosarum, uiolarum, & aliorum florum unciæ quatuor, ut triplum sit saccharum, & mel, hodie autẽ fere duplum tantum miscent, ut sit ualẽtius, licet ingratius. Quinetiam flores capparis sale conditi seruantur, & flores geniſtæ nondum aperti aceto & sale seruati primis epulis capparũ loco sumũtur magno succesſu, nec ingrato sapore.

Zvccharum alchilil, stomachum, cerebrum, & cor confortat. Ventositates fugat. Et eius operatio est sicut zuccharum rosatum.

Zuccharum alchilil, id est boraginatum, quia factum cũ floribus boraginis est multum in usu. Et ualet sicut zuccharum buglossatum. Et istorum duorum sæpius fit admixtio simul. Et sic habetur in usu, & maxime in passionibus suprascriptis in zuccharo buglossato. Et dosis eius est eadem cum illa.

Additio.

Zuccharum alchilil, id est zuccharum quod fit ex floribus rorismarini quæ alio nomine corona montis uocatur. Simon ianuensis in suis synonymis dicit Alkelilgebel. i. rosmarinum & est species libanotidis.

Manardus

Manardvs, in zuccharum alchilil.

Lege alchilebel, & est rosmarinus. Appellant autem confectionẽ quæ ex floribus eius paratur, dianthos. Solẽt tũ aliud parare, sicuti Nicolaũ, cui aromata multa adduntur.

SYL. *Mel rosatum sic fit, foliorum rosarum, ut dictum est, in umbra siccatorum partes duæ in mellis boni partibus sex coquantur clementer quantum oportet. Sunt qui foliorum loco succi eorum, & mellis portionem æqualem coquant. Alij foliorum, & succi ana partem unam, & dimidiam, mellis partes tres.*

sylvii annotatio.

Folia rosarum & uiolæ flores, & buglosſi, & rorismarini ut saccharo, sic melle condiri diximus, ut delicatiora sint, & seruari queant. Viribus autem tantum differunt, quantum mel & saccharum. Porro id mel rosatum non modo hac cõseruæ seu electarii mollis, aut eclegmatis forma seruatur rosis tusis, sed etiam syrupi, cum scilicet colatum est. Primum genus mellis rosati Mesuæ, sunt qui appellant mel rosatum cum foliis, seu non colatum, secundum ex succo scilicet ac melle, mel rosatum colatum, tertium uero ex ambobus mistum. Hic autem mel rosatum ex tritis rosarum foliis recentibus facimus. Id uero postea igni liquatum, linteoque percolatum, mel colatum uocamus. Rectius ex infusionis multiplicis rosarum recentium, & mellis pari mensura in syrupi consistentiam mel rosatum colatum coquunt & quo plures sunt infusiones, eo ualentius, ex rosarum autem siccarum infusione non fiat, nisi medicus imperet. Secundam mellis rosati speciem non ex æquali succo & melle cum Mesue coquit Aetius, sed succum rosarum exunguatarum melli triplum miscet, ac insolat, aut colatum coquit, cui affine est Dioscori. ex succo rosarum, & melle rhodomeli, quanquam quomodo fiat, & qua utriusque mensura, non addat, nec dissimile est Pauli rhodostactum ex duabus succi rosarum exunguatarum partibus, & una mellis coctis simul despumando ad partis quartæ consumptionẽ. Id mel rosatum colatum ex largiore succo, ut triplo, aut multiplici infusione cum pauco melle liquidius & potabile, fluxiones calidas, & febres ardentes etiam in accessionis uigore datum larga copia, tempestiue, & cocto iam morbo febres acutas sæpe extemplo soluit sudore, aut acrium, & calidorum succorum per aluum deiectione. Coquit mel rosatum utrunque in partibus nutritoriis pituitam, & terget (non enim hepar transcendit eius facultas) coctionemque suo calore modico iuuat, affectibus autem solũ biliosis insalubre est, ut mel. Idem sex matutinis à quibusdam datur uere ipso cum decocto ex uuarum passarum, anisi, glycyrrhizæ, adianti albi, ana unc. i. mastich es granis sex. ut pituitam probe apparet purgationi in sanis, sed ægrotare timentibus, aut etiã tum ægrotantibus.

ANT. Mel rosatum sic fit. Recipe foliorum rosarum præparatorum sicut diximus superius, & sint eius partes duæ, mellis boni partes. vi. Coquatur cũ facilitate sicut oportet. † Et sunt qui ponunt mellis, & succi rosarum partes æquales. Et non ponunt aliquid ex foliis omnino, sunt qui ponunt foliorũ † partem. i. & ℈.i. ℈.s. succi partem. i. & .s. mellis partes. iii.

Mel rosatum est calidæ complexionis, & est multum in usu. Et licet superius de ipso dictum sit, tamen hic etiam utiliter replicabo. fit enim ipsum cum substantia rosarum, quandoque cum solo succo ipsarum. Et his duobus modis ad formam electarii reducitur cum delectatione multa in eius assumptione. quandoque colatur & ad formam syrupi reducitur. Et his modis est multum in usu qualitercunque præparetur. Nam uirtutes efficaciſsimas habet. Est enim digestiuum materierum phlegmaticarum contentarum in stomacho & meseraicis, ac etiam in intestinis abstersiuum illarum, confortatiuum uirtutis digestiuæ stomachi calefaciendo ipsum. & eius uirtus non transcendit regionem hepatis, & utimur eo maxime cum syrupo simplici acetoso, uel composito in principio febrium phlegmaticarum cum aqua fœniculi, uel endiuiæ secundum quod cum phlegmate ẽ multa, uel nulla admixtio choleræ dãdo in dosi. ʒ.i. utriuſ-

A que syrupi, non tamen conueniret in febre pure cholerica. Et eius dosis in forma solida est. ʒ.i. & .s. siue sit cum substantia rosarum, siue cum succo, & ipsius colati dosis per se solũ est usque ad. ʒ.ii. si expedit cum aqua simplici actualiter frigida seu calida secundum tempus anni. Et hic notandum quod tempore ueris utile digestiuum materierum phlegmaticarum, ac etiam ab ægritudine præseruatiuum & sanitatis conseruatiuum corporibus impotentibus, & aliis qui buscunq; quærentibus purgari. ut illo tempore communiter fit, est mel rosatum sex diebus assumptum de mane in aurora cum hac decoctione. ℞. passularum, anisi, liquiritiæ, capillorum ueneris ana. ʒ.i. masticis gra. vi. fiat decoctio, uel cum decoctione ex radice apii, fœniculi & petroselini. Et hoc erit maioris prouocationis, & aperitionis, sed prima plus utebatur Thomas summus practicus.

Materierũ phlegmaticarũ digestionẽ sublime tempore ueris.

Manardvs, in mel rosatum.

Dicitur hoc primum, mel rosatum cum foliis. Et sunt qui ponunt, mellis, & succi rosarum.) Hoc dicitur mel rosatum colatum.

B *Mel uiolatum, buglossatum, rosmarinatum, fit ut rosatũ nisi quod rosmarinato sunt qui aromata adjciant.* SYL.

sylvii annotatio.

Mellis uiolati usus est frequens clysteribus, quoties abstergendum, refrigerandum, lubricandum, reliqua duo sunt rara, frequens tamen florum buglosſi utriusq;, & rorismarini conserua, quam prius saccharum buglossatum & rosmarinatum Mesuæ uocari diximus, pro floribus buglosſi, & rorismarini, saccharatis seu saccharo conditis. Mel passulatum quod uocant, quod ex uuis passis calente aqua maceratis, coctis, colatis, ad mellis crasitiem recoctis fit, est frequẽs in Mesuæ compositionibus, ut eclegmate pineo, electuario diabryonias, id nos inter sapas reiecimus, mel item emblicarum, scilicet myrobalanorum, hoc est, quo hæ sunt conditæ, & seruantur.

MEl uero uiolatum eodem modo fit sicut rosatum ut similiter buglossatũ & mel alchilil. Sed in melle alchilil sunt qui ponunt species alefangine notæ. ANT.

C Mel uiolatum est etiam multum in usu, & solum utimur eo in clysteriis cum oleo & decoctione herbarum, uel cum aqua hordei & aliis ad leniendum & alterandum & aliqua liter ad abstergendum, & maxime acute febrientibus, & de ipso ponimus usq; ad. ʒ.ii. cum casia uel puluere de zuccharo, quãdoq; cũ benedicta, qnq; cũ hierapicra usq; ad. ʒ.s. ſm exigentiam. Et modus condiendi est sicut de melle rosato.

Vces conditæ dũ sunt uirides, & acerbæ sunt frigidæ & siccæ cõplexionis in primo. Cũ autem ad cõpletã maturitatem peruenĩũt caliditatẽ acutã acquirũt in secundo, & siccitatẽ in primo cũ nitrositate quadã, linguã ulcerante & vnctuositate multa. Et modus, & tempus præparationis earũ, & condiendi eas est dũ sunt uirides, quia non aliter condiuntur quàm pira & poma vt in litera ponitur aperte, & aromatarii sint bene docti in præparando eas cũ melle, caryophillis, & aliis aromatibus. & ualent ad stomachum confortandum. ita quòd tempore quadragesimæ à iejunantibus multum habentur in usu. sic amygdalæ recentes. & arancia parua præparantur ab aromatariis peritis.

D

Additio.

Serapio in proprio antidot. habet conditum nucũ quod apud multos habetur in usu ad ea quæ dicũtur in textu.

Vltimo hic describam quoddam electarium mirabile de nucibus, & à quibusdam practicantibus multum habetur in usu. ualet enim principaliter debilitati ac frigiditati renum & relaxationi matricis & superfluæ humiditati eius. Confert etiam fluxui antiquo menstruorum, immo est eius curatiuum aliquali euacuatione præmissa, & confert cuilibet dolori ventoso frigido in nutritiuis. iuuat etiam ad digestionem cibi in stomacho. Et dosis eius est de mane uacuo stomacho à superfluitatibus cibi usq; ad. ʒ.iiii. Cuius descriptio est hæc. ℞. florum nucis. ʒ.ℨ.anisi. ʒ.i. seminum agni casti, foliorum rutæ, calamenti, ciperi, cimini an. ʒ.i.ſ.

Iuuamen tapulchra

Conditũ de nucibus descriptio.

Lignũ aloes,macis,caryophyllorum ana.ʒ.i.carui, ameos. ana.ʒ.s.roſarum rubearum,ſeminum lactucæ,ſemi.portulacæ,balauſtiarum,ana.ʒ.i.s.ſandalorum alborum, & rubeorum,nenufaris ana.ʒ.i.myrobalanorum chebulorum & emblicorum ana.ʒ.s.zucchari quantum ſufficit. Agnus caſtus eſt arbor nota non faciens fructum calidæ complexionis in primo.ſiccæ in ſecundo.habet mirabilem proprietatem ad deſiccandum ſperma,prohibens deſiderium ad coitum, & uirgæ erectionem,& ad ſuffumigationem eius ad matricẽ tollit omnes eius appetitus.Et ſi rami eius ſternantur in lecto iuxta renes omnino prohibet pollutionem. Nenufare. utimur ſolum floribus eius,naſcitur in paludibus, & aquis dulcibus ſtagnorum & ſunt frigidæ & humidæ complexionis in ſecundo,multum confert ad ſomnum prouocandum ſecundum omnem modum adminiſtrationis. Reliqua uero ſimplicia ſunt ſuperius declarata.

Agnus caſtus.

Nenufar.

QVINTA DISTINCTIO DE SPECIEBVS LOCH.

SYL. *Eclegmatum quædam ſunt iucunda, alia ſumentibus ingrata. In utroq; genere deſcribam ordine celebriora, ut ſalubriora in particulariũ morborũ curatione.*

SYLVII ANNOTATIO.

Eclegma,ideſt, linctus, thoracicum, & pulmonicum eſt præſidium,ex medicamentis fere dulcibus,& tergentibus, ac etiam glutinoſis,interdum amaris & acribus(quæ ualida ſunt)parcius coctis,quàm electario liquido uel ſolido conueniat. Hæc autem humore multo in rem præſentem idoneo ſunt diluenda:præſertim cum craſſum & lentum pus, aut pituita ſimilis ex thorace, aut pulmonibus educẽda eſt. Qua enim conſiſtentia ſiunt, ut aſperæ arteriæ affectibus quibuſdam conuenire poſſunt, ita craſſa, & lenta thocacis, & pulmonis excrementa magis morentur,quàm promoueant.

ANT. QVinta diſtinctio ẽ de ſpeciebus loch, de quibus ſunt aliquæ quæ fiunt ex delectabilibus, & quædam quæ fiũt ex horribilibus, de quibus per ordinẽ tractabimus, & ſcribemus in hac parte ex eis tantum famoſiora. In particularibus etenim ſcribemus nõ famoſa, ſed ualde utilia ſi deus uoluerit.

Hæc eſt quinta pars principalis in qua Meſ. determinat de loch quod ſimilitudinem quandam habet in modo ſubſtantiæ cum electariis,de quorum numero quædam ſunt delectabilia, & quædam ad guſtum horribilia, & quare dictum ſit loch,dictum eſt ſuperius. Pro cuius intellectu eſt aduertendum quod una & eadem deſcriptio poteſt reduci & præparari ſi fiat cum zucchar̃o in forma confectionis, in forma electarii,& in forma loch,differunt tamen in modo ſubſtantiæ.Et quodam modo in modo operationis.Nã per ulteriorem uel minorem decoctionem, & admixtionem quorundam uiſcoſorum fit in eis uariatio ſenſibilis, & manifeſta. Requiritur enim ad confectionem conſtruendam maior coctura zucchari,ut per ipſum induretur, ad electarium uero minor.ad loch autem multum minor omnibus, ſed in ipſo loch ut plurimum quædam uiſcoſa ingrediuntur,ut adhærẽtiam faciant in ipſo meri. Sed coquitur qui dem loch modicũ plus quã iuleb,& minus quã electarium. utimur enim loch ſolum in paſſionibus pectoris & pulmonis,& in his quę ſunt in meri. Confectionibus autẽ & electariis generaliter utimur, in quibuſcunque paſſionibus, & in quibuſcunq; membris exiſtant ſut declaratum eſt ſuperius. Plura autem loch fiũt cum melle quam cũ zucch. quia fortius abſtergit,aperit,adhæret,& calefacit.

SYL. *Eclegma ex pineis nucleis, tuſſim antiquam, ſputum glutinoſum, aſthma, & ſpirandi, ex partium ſpiritalium anguſtia difficultatem iuuat, recipit uero nucleorum pineorum drachmas triginta, amygdalarum dulcium, auellanarum aſſatarum, tragacanthi, gummi arabici, glycyrrhizæ, & ſucci ipſius amyli, adianti albi, radices ireos, ana drachmas quatuor, carnis dactylorum ſuluorum drachmas trigintaquinque, amygdalarum amararum drachmas tres, ſapæ, uuarum paſſarum, ſacchari albi, butyri recentis ana drac. quatuor, mellis quantum ſufficit, ſume uelut lambendo unc. unam.*

SYLVII ANNOTATIO.

Eius eclegmatis ſemuncia ore contenta, paulatim deglutita, portione ſui liquidiore in pulmones deerat, pituitamque multam, craſſam, lentam incidit, tenuat, terget, ob id habilem expui reddit, ac etiam pus. Quapropter pulmonis & thoracis affectus ab illorum quantitate, uel qualitate natos curat, ut empyema, aſthma, ſpirandi difficultatem ob plenas pure uel pituita aſperas arterias, & pulmonis carnes, peripneumoniam quoque & pleuritidem iuuat declinante iam febre, calfacit enim ad primum gradum, & ſiccat. Præſtantius autem multo fiet (ut dixi) ſi apozemate thoracico diluatur, uel ptiſſana uulgari, aut decocto ordei, uel braſicæ, uel ſimili, uel hydromelite, uel oxymelite, niſi ulcus aut tuſsi adſit. Mel tabarzet album potius, quàm cum Manard. ſuccus ipſe, ex quo per coctũram fit ſaccharum, quod ſi album eſt, tabarzet quoque uocant. Serapio cõficit cum mel le. Farina etiam ſeminis lini torrefacti, uel non toſti, cum melle, optimam eſt eclegma tuſsi puerorum.

Hæc eclegmata quæ etiam inuicem miſceri poſſunt, proſcopis medici uariis, hodie magna parte interciderunt. & ex hypoglottide alba: ſaccharo Cando, electario diatragacãthi, & ſyrupus pulmonicis, & thoracis è re nata ſiunt à medicis, forte, quòd antiquata hæc uires ſuas & ſaporis gratiã amittunt, uel quòd compoſitis nõ fidunt. Eclegma de aliis, braſsica, radice ari, dracunculi, ireos, & aliis multis fieri poſſunt, quorum quædam in Nicolai antidotis poſtea deſcribimus.

LOch de pino conferens ad tuſsim antiquam, & ad aſthma, & ſputi uiſcoſitatem, & conſtrictionem anhelitus. R ci. granorum pini. † drach. xxx. amygdalarum dulcium, auellanarum aſſatarum, tragacanthi, gummi arabici, liquiritiæ, & ſucci eius, amyli, capillorum ueneris, radicum lilij cœleſtis, ana drach. iiii. carnium dactylorum, cheyron drach. xxxv. amygdalarum amararum, drachmas tres † mellis paſſularum, † zucchari tabarzet & butyri recentis ana † drach. quatuor, † mellis tabarzet. q.ſ. † Sumatur ex eo quaſi lambendo unciam unam.

Loch de pino eſt multum in uſu, & ubiq; præparatum reperitur conferens ſecundũ præſentem deſcriptionẽ ſenibus & antiquis tuſsiẽtibus, & aliis in quibus materia phlegmatica continetur in pectore & pulmone. Eſt enim conueniens ad uiſcoſitatem ſputi, & ad difficultatem anhelitus ſeu aſthma factum ex materia cruda, & debet in ore pro cura illarum paſsionum teneri, & paulatim lambẽdo deglutiri, & maxime ieiuno ſtomacho, & doſis eius eſt pro qualibet uice. ʒ. iiii. & eius complexio eſt calida uerſus primum, cum pauca ſiccitate. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. granorum pini, auellanorum aſſatorum, reperiuntur domeſticæ & ſilueſtres, domeſticæ tamen ſunt meliores & ſunt calidæ & ſiccæ in primo cum uentoſitate quadam, aſſatæ autem ſunt ſicciores, tragacanthi, amyli, & eſt ſuccus frumenti inſpiſſatus non bene maturi & eſt calidæ & humidę complexionis uerſus primum. Capillorum ueneris, radicum lilii cœleſtis, & eſt Ireos. Carnium dactylorum cheyron, id eſt de illa ſpecie uel contrata. Mellis paſſularum. i. in quo ſteterunt paſſulæ amotis nucleis earum. zucch. tabarzet, ana. q.ſ. ad loch conſtruendum.

Additio.

Iſtud loch habetur in uſu. Aui. in. v. cano. tracta. iii. de auris dolore, habet unam aliam deſcrip. ſed non eſt eadem cũ iſta. item Haly. x. practicæ, ſimiliter Serap. in proprio antidot. habet unam aliam deſcrip. quæ etiam differt ab iſta. Summa medicinarum eſt. xvi. res.

Manardus

MANARDVS, in Loch de Pino.

Hoc apud omnes paratur. MELLIS paſſularum.) Id eſt, in quo bullierint paſſulæ uſq; ad liquationem. SVMATVR quaſi lambendo ʒ. una.) Errant noſtri medici, exiguũ quid iubentes homines horum deuorare. ZVCCHARI tabarzet.) & paulo poſt, mellis tabarzet.) Dubitari ergo poteſt in quo differant. Dicendum per mel intelligi ſuccum ipſum, ex quo per coctũram fit ſaccharum, quod tamen nondum exiccatum ſit. Zuccharũ uero, id quod iam plene exiccatũ eſt: Serapion conficit cum melle.

SYL. *Eclegma papauerinum iuuat tuſsim, & gutturis aſperitatem à catharro calido tenui (quem ſputum liquidum indicat) eum enim coquit, & craſſat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi. Recipit autem papaueris albi. ʒ. uigintiquinq; amygdalarum dulcium depellatarum, nucleorum pineorum, gummi Arabici, tragacanthi, ſucci glycyrrhizæ ana drachmas decem, amyli, ſeminũ portulacæ, lactucæ, cydoniorum ana. ʒ. quatuor, croci drachmam unam, penidiorum alborum uncias quatuor, ſyrupi papaueris, præſertim albi, & nigri cum ſemine lactucæ, & uiolis facti, quantum ſufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

In catarrho calido tenui (qualis eſt ſalſus, & amarus, & acer) in pulmones procumbenti, & tuſsi inde ſicca eſt efficax multum. Nam craſſara ab eo materia expui poteſt, quæ prius ob tenuitatem tuſſes eludebat, nec ſpuebatur, prohibetque nouam affluere: ſomnum item conciliat, tum refrigerando, tũ in febribus calidos uapores in caput tolli prohibendo: frigidum enim humidum eſt ad primum gradum. Sumitur lambendo ad drachmas quatuor, hora una, aut circiter, à cœna, ſi ſomnus quæritur, ſi uero materia tenuis in capite contenta eſt craſſanda etiam hora una poſt prandiũ ad prædictos uero affectus, horis quibuslibet; ante cibum tamen rectius ſumitur, dicta prius quantitate, nec admodũ ſæpe, ne uentriculum offendat, præſertim frigidum humidum. Cum ſyrupo papaueris fit hodie, non cum iſto a Meſue hic obiter deſcripto.

ANT. LOch de papauere & eſt diapapauer conferens ad tuſsim calidam, & pectoris aſperitatem, & cuius ſputum eſt tenue, & indiget maturatione, & incraſſatione, Et confert ad febrem calidam, & dolorem pectoris & pleureſim. Cuius hæc eſt permixtio. Recip. papaueris albi. ʒ. xxv. amygdalarum dulcium excortica tarum, granorum pini, gummi arabici, tragacanthi, ſucci liquiritiæ ana drachm. x. amyli drachm. iiii. ſeminis portulacæ, ſeminis lactucæ, ſeminis citoniorum ana drach. iiii. croci drachm. i. penidiorum alborum drac. iiii. ſyrupi de papauere quantum ſufficit † Et ſit proprie ſyrupus ex capitibus papaueris albi & nigri, & ſemine lactucæ, & uiol.

Loch de papauere. eſt enim diapapauer & ſic nominatur. & eſt multum in uſu, & præparatum reperitur. Eſt enim multæ utilitatis & efficaciæ in materiebus calidis & ſubtilibus catarrhoſis, & maxime ſalſis, & acutis, quæ à capite fluunt ad guttur & ad pulmonem, inducendo aſperitatẽ cannæ & caliditatem in ea, & ſumme confert tuſsi ſiccæ ex dictis cauſis, lenit enim partes illas materias incraſſando, unde prohibet fluxum earum ad pectus, eſt etiam ſomni prouocatiuum, unde uirtus confortatur, prohibet enim aſcẽſum uaporum acutorum ad caput in febribus, unde multum conuenit eis, & doſis eius eſt uſque ad. ʒ. iiii. omni tempore paulatim lambendo, ſed melius uacuo ſtomacho. Saluo cum quærimus ſomnum prouocare, uel materiam ſubtilem in capite contentam incraſſare. In his enim duobus cauſibus, rectum eſt aſſumere de ſero una hora poſt cibum, & eodem modo de mane ſumpto prandio. Et eius complexio eſt frigida uerſus primum, & humida in ipſo. Simplicia autem ipſum componentia ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Loch de papauere ſecundum intentionem Meſ. eſt diapapauer. ſed ſecundum intentionem medicorum, aliud eſt diapapauer. & aliud loch de papauere, tamen unum pro alio poteſt dari, ipſe Meſ. in ſua practica habet plures deſcriptiones loch de papauere quæ non ſunt in uſu. Alia eſt deſcriptio ſecundum Nicolaũ in proprio antidotario quæ habetur in uſu. Auicen. in. v. cano. habet unam aliam deſcriptionem loch de papauere Haly. in. x. practicæ, ſimiliter Serapio in proprio antidotario habent plures deſcriptiones. Loch de papauere, quæ apud nos non ſunt in uſu. Sũma medicinarum eſt. xiiii. res.

varie loch de papauere deſcriptiones.

MANARDVS, Loch de Papauere.

Hoc quoque ſolet ab omnibus componi. ET ſit proprie.) Non ex hoc componunt, ſed ex eo qui inter ſyrupos nominatur.

SYL. *Diacodyon Galeni ſimplex catharrum à cerebro in pulmones tenuem, & inde natam tuſsim, & inſomniam iuuat. Sic paratur. capita decem papaueris magnitudine mediocri, & humidorum ac ſiccorum media in aquæ † pluuiæ ſextario uno macera ʒ. ad biduum ʒ. Si autem ſint ſicciora, diutius, ſi humidiora, horas uigintiquatuor, poſt coque ad ipſorum diſſolutionem, ſeu ad duarum aquæ partium cũ ſumptionem, cola, & cum ſapæ dimidio prunis percoque, ſi catarrhus tenuis in aſperam arteriam, pulmones, thoracem, impetum minatur & inſomniam. Tunc enim mel quia ſua acri ſubſtantia tenuat materias, noxium eſt, cum hæ ſint nimis tenues. Cum uero materia largior in pulmone, uel thorace collecta, eſt tergenda, & tenuanda, & habilis ad expuitionem reddenda, mel miſcendum, quod prædicta præſtat, & præterea dormire facit, ſi ambo ſcopi concurrant, mel, & ſapa miſcenda. Datur autem drachma una, aut plus minus, ſi affectus poſtulat, ore retinetur, & quantum eius eſt, ſaliua ſolutum cum ea paulatim deglutitur. Si autem per id naturæ impetum uis ſiſtere, & ſanguinis reiectionem à uiſceribus thoracis cuique huius libræ miſcebis, acaciæ rubræ, hypociſtibidos, myrrhæ, croci, balauſtij ana drachmam unam, † ramich drachmas quatuor, utere. Sunt qui diacodyum ſimplex loco mellis coquunt cum penidijs, alij cum ſaccharo. Vbi autem affectus magnopere calidus eſt, ac mordax, fit ex capitibus papaueris nigri ad quinquaginta, interdum ex albo ſimul & nigro, addendo tunc loco mellis penidia, aut ſaccharum.*

SYL.

† uel fontanæ per cubos pluuios non defluẽtis.

† ramich ſ trochiſcis.

SYLVII ANNOTATIO.

Eclegma hoc uiribus, & utendi modo conuenit cum papauerino. Eſt autem ſcriptum à Galeno lib. 7. c. ph. p. inter arteriacas antidotos, ubi uarias eius compoſitiones etiam ab eodem factas deſcribit ad ſcopos uarios, aliqui enim diacodyum ſimplex componunt ex capitibus papaueris uiridibus ſolis aquæ pluuiæ inditis, & donec intabuerint, coctis: quibus abiectis mel Atticum ſolum immiſcent, percoquũque ad ſpiſsitudinem mediocrem, quæ lingi poſsit: quantũ autem aquæ, capitum, mellis, poſt dicetur. Alii addunt crocum Cilicium, ſuccum hypociſthid. & acaciam.

Capitibus papaueris centum uiginti, quidam aquæ ſextarios uiginti infundunt: ut quiſque ſextarius capita ſex habeat. Alii, ut Crito, capitibus octingentis, ſextarios octoginta, ut quiſque ſextarius capita decem habeat. Alii ſextario capita octo tradunt. Alii ſextariis tribus capita neſcio quomodo incoquunt octingenta. Alii, ut Heras, his tribus ſextariis capita centum uiginti. Galeno autem aqua hæc parcior tam multis capitibus iudicatur. Capita præterea papaueris uiridia Andromachus & Heras iniiciunt: capita uerò papauerũ ſylueſtrium octingenta aquæ ſextariis octoginta Crito coquit ad tertias, exprimit, addit mellis libras decem. Quod ſi uarium magis placet, croci, myrrhę hypociſthidos, acaciæ, ana drach. duodecim. thuris drachmas ſex adde cum Critone, quorum nullum addebat Galenus. Heras conjectã capita in uas fictile aqua pluuia triduo macerat cum croci drac. una nodulo ligata, coquit ad ter-

tias,tollit ab igne,exprimit, percolat, addit mellis sextariū unum,coquit in duplici uase ad spissitudinem : tunc addit acaciæ rufæ,succi hypocisthidos,ana drachmam unam. Addunt alii myrrhæ in passo solutæ drachmam unam, Galeno placet aqua simplicissima,sicque parat,nullo alio addito. Soranus capitibus centum quinquaginta addit aquæ sextarios uiginti,sine maceratione coquit ad dimidias, exprimit reliquias abiicit, addit mellis sextarium unum, & croci, myrrhæ,hypocisthidos,acaciæ,ana drachmam unam, obolos tres,quæ linteolo ligata suspendit in lebete cum melle coquenda.Damocrates papaueris syluatici,& quod non seritur,capita uiridia(quæ κώδυας uocat)semen rubens, nondum nigrum habentia,iustæ magnitudinis,centum uiginti in ollam nouam oris lati indita aquę pluuiæ sextariis tribus uigintiquatuor horas macerat,igne leni coquit,multum exprimit,addit mellis Attici libras tres, rursus coquit igne lenioris ad mellis Attici non liquidi spissitudinem, refrigeratum uase uitreo reponitur.Datur mystri mensura sub noctem,aut die ore continetur, donec liquescat tunc sensim deuoretur.Galenus autem,ut sequitur, composito à se frequenter probato utendum censet. Capita papauerum mediocria decem(nam si grandiora essent, pauciora iniici oportet: si minora,plura)in aquæ pluuiæ,uel simplicis sextarium unum,ut Crito: aut capita quindecim in aquæ sextarios duos,ut Soranus:aut modo inter utrunque medio, capitu.octo,uel nouem in sextarium unum coniice,macera,si humidiora & molliora sunt,horas uigintiquatuor:si duriora & sicciora,diutius uno die,etiam ad triduum, quod tempus Heræ est perpetuum. Multum autem sicca, quia succi modicum habent,reiice, ac etiam multum humida, præcipue ex locis humidis & palustribus:quoniam licet multum habent succum,quia tamen crudus est,atque aquosus,inualidus iudicatur.Finis autem coctionis sit, non tertiam, aut quartam,aut talem aliquam partem relinqui, sed cum primum omnino intabuerint, ut eorum succum exprimere possis,superfluum enim est amplius coquere. Miscebis uero mellis Attici mensuram dimidiam, & coques igni fumi experti ad mellis Attici consistentiam.Aquam pluuiam quidam deligunt,quia in putridam qualitatem non mutatur:tibi abunde sit fontana,si pluuialis deest,eaque pura, & omnis permistionis expers. Fugienda uero, quæ per canales plumbeos defertur,fæces enim aliqua plumbi,& uitia in ea resident,unde,& qui sedimentum ipsius biberint, dysenterici fiunt.Datur dormituris in catarrho acri, & tenui ex capite in asperam arteriam, tusses excitante somnum prohibentes.Ad quem conciliandum non modo diacodion, sed etiam medicamenta,quæ opio constant,sępe coacti damus. Sed tunc diacodyon cum sapa,idest, uino cocto mellis loco,aut cum uino dulci, aut potius Thereo Creticoue coquendum,& aqua,donec ad dimidias peruenerit. Miscebis etiam glycyrrhizam,aut si desideratur, eius succū ex Creta delatum.Mel autem fugiendum est,quia cum sit naturæ tenuantis,fluxiones ipsas admodum tenues intendit. Si uero multus humor in pulmonem fluxerit, ut is prompte sputo excernatur,diacodyon cum melle utilius est. Si autem & somnus conciliandus, & sputum æque prouocandum est, ambo æqualiter miscenda. Si alterum præpolleat,& maiore auxilio ob id egeat,plus eius,quod requirit, miscēdum. Mensura uero mediocris est duorum cochlearium iustę magnitudinis,augendo,aut minuendo pro corporis sumpturi magnitudine,ætate,parte anni,regione:calidioribus,augēdo:pro frigidioribus,minuendo. Hæc paulo fusius ex Gale.lib.7.composi.ph.h.tradidi, ut lector intelligat tum uariam rationem componendi diacodyon medicis ueteribus fuisse,tum quàm fideliter,& compendiose ex Galeni sententia hanc compositionem,uariam eius condituram, uires, quantitatem,utendi tempus,Mesues sit mutuatus.

ANT. Modus confectionis de iacur secundum intentionem Galen. & est diacodion purum conferens eis quibus ex capite ad pectus, & ad pulmonem subtiles catarrhi defluunt,& sunt causa tussis, & insomnietatis.†Rec.x. papauera in quibus sit mediocritas inter paruitatem,& magnitudinem, & humiditatem,& exiccationem,et proiiciatur super ea†aquæ sextarium unum.†et sit aqua pluuialis. Et si sint humida plus,quàm sicca,dimittantur die ac nocte. si sint sicciora dimittantur plus.†Tunc coque ea usquedum biscocta sint,†et aquæ duæ partes sint consumptæ. Tunc uero cola succum eius, et restat post illud duplex consideratio. Quoniam si catarrhus subtilis fuerit,et timetur fluxus eius ad pectus,et pulmonem, et cannam, et timētur uigiliæ oportet tunc,ut misceatur ex rob quātitas quæ sit medietas aquæ,et coquatur super ignem, in quo non sit flamma,neque fumus : sed super prunas tantum.†Et non conuenit in hac intentione mel,quoniam mel est ex habentibus acumen, quare est subtiliatiuum:& est præter hoc quod intendimus. Et quoniā est materia subtilis ualde, & mel est ex subtiliantibus. Cum autem plenitudo continetur in thorace, & pulmone,†& uelis medicamen fieri abstersiuum,tunc mel conuenientius est,quoniam dormire facit,& materias, quæ sunt in pectore ad expellendum habilitat,†& quandoque fit medicamen ex utrisque, quando cadunt in occupatione duplicis intentionis. Et est† dosis eius drachm.i.& plus, & minus, secundum quòd exigit dispositio,& oportet,ut teneat eam patiens in ore suo & traiiciatur inde modicum, quod dissoluitur ex ea in saliua.†Si autem uelis, ut sit retentiuum naturæ, & eruptionis sanguinis à locis,qui sunt super diaphragma, & ab aliis locis manationis, & a partibus uiscerum, tunc ad unamquamque li. ipsius proiiciantur acaciæ rubeę, †hypocysthidos,croci,myrrhæ,†balaustiæ.ana drach.i. & ramich drach.iiii. & administretur, & sunt qui ponunt inde iacur purum, loco mellis penidias, & sunt qui ponunt zuccharum. Et quandoque exigit dispositio ægritudinis, quæ est multæ caliditatis, & acuitatis,ut fiat medicamen ex papauere nigro, & sint eius capita usque.l.Et quandoque ex albo & nigro.Et loco mellis ponitur zuccharum,aut penidiæ.

Modus confectionis,id est compositionis de iacur secundum intentionem Galeni, & uocatur diacodion, quia sic denominatur.Istud est tertium loch,quod multum habetur in usu. & ubique secundum hanc descriptionem præparatum reperitur, licet non reperiatur ubi Galenus eam descripsit.dicitur autem iacur, quod græce idem est, quod papauer. nam magna pars papaueris ingreditur. Et habet quasi easdem uirtutes, & operationes quas habet suprascriptum loch dictum diapapauer. & eodem modo & tempore debet sumi sicut illud, principaliter tamen confert his qui insomnietatem, & uigiliarum instantias patiuntur, & catarrhi descensum subtilis, & acuti ad partes pulmonis. Et conuenit tussi siccæ extenuatis, & consumptis, & eius complexio est frigida uersus primum, & sicca infra primum cum stipticitate manifesta. Cuius hæc est descriptio. Recipe decem capita papaueris, & aquæ sextarium unum, & est pondus libr.duas & dimid.iii.libr, in medicina. quandoque reperitur sextarium olei,& est pondus lib. .i. quandoque reperitur sextarium mellis, & est pondus lib.iii.rob.i. sapæ. Et prohibet eius confectionem cum melle, sed uult cum zuccharo, quia mel multum calefacit & subtiliat, & plus acuendo materiam fluere facit. Ramich acaciæ, & est succus prunorum immaturorum. Hypocisthidos,& est succus barbæ hircinæ. Et reliqua simplicia sunt declarata.

Additio.

Mes.inquit,q̄ cōfectio de iacur secundū intentionē Ga. est diacodion purū,& sic est sm ueritatem, ipse uero Gale. tractatu septimo myamir habet diacodion,& ibi docet cōficere secundū uarias intentiones,ut docet hic.Mes.ipse tamen capitulo de phthisi, quasi in fine habet confectionem de Iacur:sed multum differt ab ista:nec est in usu. Nicolaus in suo antidotario habet diacodium, quod similiter in usu non est.Auicenna tertio cano.fen.x.capitul. de tussi habet descriptionem medicaminis diacacur. Alexander similiter iatros in secundo libro habet confectionem diacodion. itē Serapio in proprio antidotario habet descriptionem diacodion simplicis,& compositi,quę non differunt ab ista Mesue nec a descriptione Galeni posita loco supradicto. Mesues tamen in additionibus præsentis descriptionis de iacur habet rubeam per quam intelligere debemus rubeam tinctorum:habet etiam heufistidos siue haufistidos & est succus plantæ,quæ dicitur barba hircina:ergo est hypocistidos habet etiam Ramich,& est quędam confectio,quę fit in trochiscis.descriptionem cuius describit Mesues infra.

MANARDVS, de modo confectionis iacur, secundum inuentionem Galeni.

Recipe decem papauera.) Melius est recipere ea, quæ nondum dura sunt,nec tamen ualde mollia,quę enim sicciora sunt,parum habent succi,quæ humidiora, multum quidē sed incoctum,propterea & quæ in locis humidioribus orta,sunt repudiāda. Sint autem magnitudine mediocri:si enim maiora sint,aqua erit augenda,si minora, capitum numerus. AQVAE sextar.) Idest ξέστην. ET sit aqua pluuialis.) Galenus,uel fontis,non per plumbeos canales defluētibus. TVNC decoque ea usque dum discocta sint.) Galenus ueluti marcida. ET aquæ duæ partes. Hæc uerba sunt supperaddita. Oportet autem,ut misceatur ex rob quantitas.) Siræo,uel uino cocto,uel dulci. ET non conuenit in hac intentione mel.) Galenus, misceri autem oportet, huic pharmaco dum coquitur glycyrrhizam uel succū eius. ET si uelis medicamen abstergens, tunc mel est conuenientius.) Adde ex Galeno,sicut enim his, qui somno egent melius est ea, quæ fit per syræum,ita his quos oportet expuere,ea, quæ per mel optima, quoniam materias, quæ sunt in pectore,ad expellendum habilitat. dabis autem alteram earum cui opus esse cognoueris. ET quandoque fit medicamen ex utrisque.) Ex eo scilicet, quod per mel, & ex eo,quod per siræon paratum est.Adde ex Galeno & si æquales fuerint intentiones,æqualiter miscebis:si inæquales,inæqualiter. DOSIS eius drachmam unam.) Galenus duo cochlearia magna,uel plus,uel minus, iuxta ætatem, horam.Si omnia ad frigidum uergent,dabis minus:si ad calidum plus.Respicies quoque destillationis quantitatem, & qualitatem. SI autem uelis.) Hæc Crito. Beufistidos.) Lege hypocisthidos. Balaustiæ.)& Ramich.) Non hæc Crito.

SYL. *Diamoron phlegmonas oris partium, ut columellæ, faucium, & eas à quibus impendet suffocationis periculum, sanat. Fit autem hoc modo succi mororum domesticorum, & † batinorum, ana libra una, & dimidia, cum sapæ, & mellis, ana libra una, igni lento coquuntur ad mellis spissitudinem, reponuntur. Simplex hoc fit à quibusdam, ab aliis, præsertim necessitate magna coactis, adduntur aluminis, myrrhæ, croci, omphacii, ana portiones æquales.*

†Mora rubi in simplici. nostris. Succus per se incipienti phlegmonæ est melior, quia tūc repellendum a liis eius tēporibus melle melior, ut ēt digerat.

SYLVII ANNOTATIO.

Diamoron Nicolai usu est frequētius,hoc rarius,in gargarizatu cum aqua hordei, uel plantaginis, uel rosarum, uel alia ad oris phlegmonas.De Diamoro Galeni abunde egimus libro quarto nostræ meth.Phlegmonæ uero suffocatoriæ sunt,cynanchæ præsertim, & quæ fauces occupant. Galenus quintam partem mellis miscet mediocri, ut sint succi libras quinque,mellis libra una:croci,& myrrhæ, ana drachma una,& dimidia,omphacii drachma una. Myrrha, crocus coquunt,præterea crocus repellit,ut rhus, alumen, omphacium,balaustium,malicorium,flos rosarum,galla, & alia adstringentia,quæ interdum miscet Galenus initio, ut in fine,ad cocta dissoluendum,sapa,nitrum,sulphur.

ANT. Modus confectionis de moris, et est diamoron conueniens ad apostemata gutturis, et uuæ,et ad omnia genera præfocationum. Recipe expressionis mororum dulcium,† quæ currūt secundum semitam ficus,†et mororum de sceni,ana libra una, et dimid.†rob,†et mellis,†ana lib.i. coquantur cum facilitatę usque ad mellis spissitudinem,et reconde,et sunt qui faciunt medicamen illud simplex, et sunt qui addunt, et proprie quando maior uocat necessitas † aluis, myrrhæ, croci, † succi agrestæ, † ana partes æquales.

Modus confectionis, id est compositionis de moris, & uocatur diamoron.Et secundum presentem descriptionem nec præparatur,nec habetur in usu,sed solum illa,quæ ponitur à Nicolao in suo antidotario,quæ ad similitudinem syrupi reducitur,& sic habetur in usu ad gargarizandum in passionibus gutturis cum aqua hordei,uel alia decoctione conuenienti.

Additio.

Ista confectio quam describit hic Mes.ut plurimum uocatur diamoron secundum pręsentem descript.non præparatur,nec habetur in usu:sed illa,quæ describitur a Nicolao in proprio antidotario.item Mes.in practica cap. de synanche habet unam aliam descriptionē ex authoritate Alexā. sed non est in usu,& in eodem capit.habet unam aliam descriptionem quam dicit diamoron, quam Gale. composuit sed similiter non est in usu.Gale. uero tracta.vi.myamir,describit duas descrip.quarum unam ipse composuit,alteram composuit Andromacus:sed non sunt usuales. Haly.x.practicæ,similiter Serapio in proprio autidotario sub descriptio.rob describunt præcipue Serapio illam quam describit Mes. hic. Summa medicinarum sine additione est res iiii.cum additione res.viii.

MANARDVS in confectione de moris.

Huius communis usus,& uulgaribus quoque notus est. QVAE currunt secundum semitam.) Quia scilicet dicūtur sycamina,quasi fico mora. ET mororum de seni.) Id est, rubi. Galenus facit ex his,uel ex illis, & dicit, quòd ex his est melius. ROB.) Non ponit Galenus. ET mellis.) Galenus.Succus per se melior est phlegmone incipiente quia scilicet tunc intentio medici est solum ad repellendum. Sed quia toto anno conseruari non potest, ideo mel miscetur.In sequentibus enim phlegmones temporibus utilior est compositio cum melle,dum scilicet mixta est intentio ad repellendum, & resoluendum. ANA libram unam.) Galenus quintam partem mellis miscet in mediocri. MYRRHAE.) Qui composuit pharmacum,miscuit & crocum, & myrrham. Crocus enim stypticus est myrrha uerò discutit, & ad profundum meat. Aluminis succi agrestæ.) Galen.Ego in principio aliquando misceo rhun,idest,sumachum,aliquando omphacium, & si hæc nō adsunt, uel flores rosarum,uel rosas siccas, uel balaustias, uel citinos, uel gallam,uel corticem granatorum, piceæ, uel thuris,uel hypocisthidos,uel lentisci succum, uel, ut in summa dicatur,aliquid adstringens,quod nō sit δηλητήριον. Vt uero hæc congruunt in principio,ita postea nō egemus aliquo horum, sed ad concoquendum sat est addere myrrham,crocumque. Vbi uero concocta fuerit, miscendum quid discutiens,ut aphronitrum,uel nitrum, uel sulphur, uel siræon,incocto origano,uel hyssopo, uel pulegio, uel thymo,uel aliquo tali. ANA partes æquales.) Placet Gale.ut sint mellis lib.i.succi lib.5.croci, & myrrhæ,an.ʒ. i.s.omphacii.ʒ.i.

SYL. *Διακάρυον, id est nucibus, à Græcis dictum, medicamentum est efficax ad catarrhum acrem, & tenuem à capite in asperam arteriam, pulmones, thoracem, à quo phlegmone, suffocatio, mors, impendent. Libræ quatuor succi ex corticibus nucum uiridium, diebus canicularibus extracti, semel feruefiunt, tunc mellis libris duabus additis, coquuntur ad mellis crassitiem, idque medicamentum pueris, mulieribus, & natura humidis salubre est.*

Quod si phlegmones initium, adstringentium aliquid mi-
scendum est, ut rosa, balaustium, si in statu, crocus, & myr-
rha, si in declinatione, nitrum, & sal hammoniacus, & si-
milia.

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc diacaryon Galeni inuentum, uires habet easdē cum diamoro ad omnes oris phlegmonas, & cynanchas, sed efficaciores, ut ex Galeno docui lib. 4. nostra meth. in antidotis stomaticis.

ANT. MOdus confectionis de succis nucum, & uocatur græce diacaridion, conferens eis quibus a capite ad pectus catarrhus acutus, & subtilis †defluit, & ad cannam pulmonis, & est causa apostematum, & præfocationum, & mortis, & est ad hoc medicamen sublime. Et eius modus est. Accipe succi exteriorum corticum nucum in diebus canicularibus libras quatuor. Decoque ipsum bullitione una. Deinde adde ei mellis libr. ii. & decoque donec impinguetur & fiat sicut mel, & post illud nobis occurrent intētiones quatuor. Nam pro pueris & mulieribus, † & humidis natura sufficit medicamen sic factum. Et quando morbus est in principio, aliquid de stipticitate habentibus misceri oportet, sicut sunt rosæ, & balaustiæ. & quando in statu est ægritudo, crocus, & myrrha miscenda sunt. In declinatione uero baurach, & sal hammoniacus, & similia. est enim medicamen sublime, & expertum.

Modus confectionis, id est compositionis nucum non est in usu.

Additio.

Hæc confectio de succis nucum secundum intentionem domini Mesue quæ à græcis uocatur diacaridion, habetur in usu. Alexander capitulo de synanchæ habet hanc eandem descriptionem. Haly. x. practicæ, similiter Serapio in proprio antidotario habent hanc eandem descriptio. sed sub nomine rob. Summa medicinarum sine additionibus G est duæ res.

MANARDVS, in modo confect. de succis nucum.

Hoc inuenit Galenus & dicit habere uim multum excellentem reliqua σωματικὰ pharmaca. DEFLVIT & ad cannam pulmonis.) Copula, & abolenda est. ET humidis natura.) Debilibus mente, ait Galenus.

SYL. *Eclegma de scilla, materiam crassam, lentam, coctu difficilem in partibus respirationis: expelli facilem strenue reddit, & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat: recipit succi scillæ, mellis despumati partes conuenientes, coquendas ad eclegmatis consistentiam. Vtere lambendo.*

SYLVII ANNOTATIO.

In fine li. 7. c. ph. p. Huic simile est eclegma Antonii Musę ex Asclepiade, ad crassa, & lenta ex pulmonibus uacuāda, pleuriticis, empyis asthmaticis, senibus salubre. Scillæ crudæ succum expressum cum mellis Attici eadem mensura prunis incoque. Da mystri mensura ante, & post cibum. Sed Mesues melli despumato miscet. Id eclegma calidum siccum ad secundum gradum, incidens, tenuans, tergens potenter, asthmaticis: senibus, & cæteris pituitæ crassæ, lentæ, uel etiam puris copiam in pulmone, uel thoracis spatio habentibus. Calidis autem natura, uel ex febre nocet. Datur ad. ʒ. ii. ieiunis.

ANT. LOch de scilla est medicamen iuuamenti magni eis quibus materia crassa est, uiscosa, & difficilis maturationis exuberat in membris anhelitus reddens eam facilem ad expellendum, & confert difficulta ti anhelitus, & dolori pectoris & laterum. Recip. succi scillæ mellis despumati partes conuenientes, decoquātur in substantia loch, et accipiatur sic lambendo.

Istud loch est multum in usu, & præparatum reperitur, E quod denominatur à scilla, quæ principaliter ingreditur eius descriptionem, uel compositionem. Et eius utilitas, & iuuamenta maxime sunt senibus, & decrepitis, in quibus abundat materia crassa phlegmatica, & uiscosa contenta in pectore, facit enim eos facile expuere, subtiliando, incidendo, desiccando, & oppilationes uiarum aperiendo, & alias utilitates habet, quas author ponit in litera, & cōfert asthmati & difficultati anhelitus. Et eius complexio est calida & ficca, ultra secundum gradum. Ideo cauēdus est eius usus in iuuenibus, & acute febrientibus, & in passionibus calidis. Et dosis eius est usque ad drac. ii. uacuo stomacho, & omnia simplicia ingredientia eius compositionem sunt superius declarata, quare respice pro eis inueniendis tabulam inferius descriptam.

Additio.

Idē Mes. habet aliam descri. in cap. de tussi humida, quæ eadem est cum ista Aui. in. v. cano. similiter Serapio in proprio antidotario habent etiam eandem descriptionem.

MANARDVS in Loch de squilla.

F Communiter conficitur, & est ualde efficax ad crassam materiam, & tenacem.

Eclegma ex radice bryoniæ idem pollet, eodemque mo- SYL
do paratur.

SYLVII ANNOTATIO.

Eius compositio est in simplicibus capi. de Bryonia antè descripta, & quamuis in usu non sit, digna tamen recipi, præsertim quibus Galliæ partibus scilla desideratur. Nos etiā sæpe ex ari radice, & etiam dracunculi simile eclegma paramus, ualentissimum ad hos affectus, ut etiam in simplicibus docet Galenus.

LOch alfescera ualet sicut loch de scilla, et eius ANT modus est, sicut in illo, et est medicamen expertum.

Loch alfescera, id est uitis albæ, quæ brionia dicitur non est in usu.

Additio.

Loch de alfescera nō est in usu, & est alfescera, ut iam dictum est uitis alba. idem Mes. cap. de alfescera habet hanc eandem descriptionem.

MANARDVS in Loc de alfescera.

Et hoc cum sit ualde potens, non paratur quandoq; ego confici iussi & uix inueni qui uoluerit, uel potuerit uim eius ferre. Alfescera, intellige uitis albæ radicem.

Eclegma sanum, & expertum inuenimus ad tussim rau- SYL
cedinem à frigore, uel pituita crassa, thorace, aut pulmone
comprehensa, recipit cinnamomi, hyssopi siccæ, glycyrrhi-
zæ, ana ʒ. s. ziz ypha, myxa, ana triginta. uuarum passarū
à semine purgatarum, ficuum passarum siccarum, dactylo-
rum pinguium, ana unc. duas, fœnugræci. ʒ. v. adianti albi
manipu. unum, seminum anisi, fœniculi, lini, ireos, calamin
thes, ana, drac. iiij. coque omnia in † aqua ad librarum dua † lib. ii.
rum consumptionem colatum coque cum penidiorū libris
duabus ad mellis crassitudinem, tunc adde nucleorum pi-
neorum depellatorum drachm. v. amygdalarum mundata
rum, glycyrrhizæ, tragacanthi, gummi arabici, amyli, ana
drach. iij. ireos drach. ij. Misce omnia probe, donec album
fiat medicamentum. Datur a drach. v. ad drach. x. & lam
bendo sumitur.

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc eclegma idem potest, quod ex scilla, & pino: sed potentius incidit, tenuat, terget: est etiam gratius, minusq; calidum, & siccum est, ut in fine primi gradus. Has autē uires habet à substantiæ tenuitate adianti, ficuum, & etiam calidorum, cinnamomi, hyssopi, ireos, sed à frigidis, uel temperatis fractorum. Ad. ʒ. iiii. dedisse sufficit, si febris abest, & cœli caliditas, nec sumpturus calido sit temperamento.

LOch sanum et expertum, et est ex inuentione nostra conferens ad tussim, et ad raucedinem uocis quæ est propter frigiditatem, et phlegma crassum, quod continetur in pectore, et pulmone. Accipe cinnamomi, hyssopi siccæ, liquiritiæ, ana. ʒ. s. iuiubæ, se A beste. ana numero. xxx. passularum enucleatarum, ficuum siccarum, & dactylorum pinguium, ana unc. ii. fœnugræci. ʒ. v. capillorum ueneris. M. i. anisi. fœniculi, ireos, calamenti seminis lini, ana. ʒ. iii. hæc omnia coquantur in lib. iiii. aquæ usquedum remaneant lib. ii. & proiiciantur super ea penidiarum lib. ii. & coquantur, & impinguentur usque ad spissitudinem mellis. deinde proiiciantur super ea pincarum mundatarum. ʒ. v. amygdalarum mundatarum, liquiritiæ, tragacanthi. gummi arabici, amyli, ana. ʒ. iii. ireos. ʒ. ii. Misceantur omnia, & agitentur usquedum medicamen maceretur, & album fiat, dosis eius est à. ʒ. v. usque ad. x. et sumatur lambendo.

Loch sanum, & expertum sub hoc nomine multum habetur in usu, & ubique præparatum reperitur: habet enim utilitates, & iuuamenta principaliter ad tussim antiquam, & B raucedinem uocis, quæ proueniunt a phlegmate crasso, uiscoso contento in stomacho in pectore, uel in canna, & est melioris potentiæ in incidendo, & subtiliādo materias crassas, & uiscosas, quàm loch de scilla sicut dictum est, licet ponat alias uirtutes, & utilitates quas tu ipse lege in litera. Et dosis eius est usque ad. ʒ. iiii. & eius complexio est calida, ficca ultra primum. Est enim mirabile in suis operationibus. Recī. cinnamomi, ficuum siccarum, & est eius complexio calida in fine primi, & ficca in principio eiusdem. habet enim uirtutem absterſuam cum nitrositate quadam, & prouocatione, & apertione, & caueatur ab ipsarum usu quia multiplicant pediculos, & scabiem, & addit in eis fœnugræci. Semen eius notum est, quod est in usu. Et est calidæ complexionis in fine primi, & siccæ in principio eiusdem. Semi nis lini notum est calidæ complexionis in primo, & humidæ uersus ipsum tendens satis ad æqualitatem in siccitate, & humiditate. Reliqua simplicia declarata sunt supra. Summa medicinarum est. xxiii. res.

MANARDVS, in Loch sanum & expertum.

Hoc paratum ubique inuenies: & calidius, & potentius C eo, quod de pino, minusque insuaue, & propterea ego eo libentius, quàm illo utor.

SYL. *Eclegma ad gutturis intemperiem calidam, & asperitatem, & inde natam tussim, recipit glycyrrhizæ. ʒ. xv. pas-*
sarum pinguium purgatarum uncias duas, ziz ypha, myxa,
ana vigintiquinque, coque igni lento in aquæ lib. iiii. ad li-
brarum trium consumptionem, adde cassiæ fistulæ unciam
unam: colatum, & seminibus ac membranis purgatum per
coque cum penidiorum libra dimidia, sapæ unciis. iiii. ad
iustam crassitiem. tunc misce farina fabarum uncias duas
lambe, ut alia.

SYLVII ANNOTATIO.

Huius loco eclegma papauerinum usurpetur, uel tragacanthi à Nicolao scriptum.

ANT. LOch ad caliditatem, & asperitatem pectoris, & ad tussim calidam. Accipe radicis liquiritiæ. ʒ. D
xv. † chesmes pinguium unc. ii. † sebesten, iuiubæ, ana † xxv. deco quantur cum facilitate cum. iiii. lib. aquę usque ad libram unam, & proiiciatur super ipsum cassiæ fistulæ unc. i. Deinde colentur † a scosis, & proiiciantur super illud rob. ʒ. iiii. penidiarum lib. s. Deinde coquantur donec impinguentur. Deinde misceantur cū eis farinæ fabarum, unc. ii. & lambatur ex eo.

Loch ad caliditatem, & asperitatem pectoris non est in usu nec præparatur: sed loco eius assumitur Loch de diatragacantho positum a Nicolao, uel loch de papaue. de quo dictum est superius. Summa med. est res octo.

MANARDVS In loch ad caliditatem.

Non est in usu apud nostros. CHESMES pinguium.) Id est, passulas. SEBESTEN.) Ideſt, myxa: græcè μυξὰ. Cassiæ fistulæ.) eius scilicet qua recentiores utuntur ad aluum le- niendam. ASCOFIS.) A seminibus uidelicet, & his, quæ inter ea mediant.

Aliud nostrum idem promittens, recipit seminis papa- SYL.
ueris. ʒ. x. glycyrrhizæ. ʒ. vij. myxa viginti, seminum psyl-
lij, & cydoniorum, ana. ʒ. v. coque lib. iij. aquæ ad dimidij
consumptionem, colatum percoque cum sapæ, & penidio-
rum, ana unc. iiij. ad iustam crassitudinem, deinde misce tra
gacanthi, gummi, ana. ʒ. v. papaueris albi, trium grano-
rum, ana. ʒ. ij.

SYLVII ANNOTATIO.

Tria semina, melonum, citrulli, cucumeris, ut in tyrphera Persica. 4. semi. hæc tria, & semen cucurbitæ intellexit.

LOch aliud nostrum in intentione hac. Accipe se- ANT.
minis papaueris. ʒ. x. radicis liquiritiæ. ʒ. vii. sebesten. xx. psylliit granatorum citoniorum, ana. ʒ. † granorū
v. coquantur cum tribus libris aquæ usq; ad unam, & mediam, & colentur & proiiciantur super illud rob, & penidiarum, ana unc. iiii. et iterum coquantur donec impinguentur. Deinde misceantur cum eis tragacanthi, et gummi, ana. ʒ. v. papaueris albi, et trium granorum, ana. ʒ. ii.

Loch nostrum aliud non est in usu, nec præparatur magistraliter: tamen eius usus esset conueniens in quibus conuenit loch de papauere, & etiam plus.

Additio.

Per tria grana secundum quosdam intelliguntur tria semina ex seminibus quatuor maioribus frigidis. s. semina melonum citrulli, & cucumeris, ut est in tryphera persica superius descripta.

MANARDVS de loch aliud nostrum.

Valeret hoc in calidis destillationibus, suaueq; esset, quā uis non conficiatur.

Eclegma phthisicis saluberrimum, sed etiam hecticis et SYL.
aliter consumptis, pure & sanie pulmones purgat, & tus-
sim lenit. Rec. autem seminis papaue. albi, seminis lini tor-
refacti, spodij, croci, amygdalarum dulcium, ana. ʒ. iij. amy
li, tragacanthi, gummi, seminis cydoniorum, semin. citrulli,
ana. ʒ. vi. seminis nasturtij torrefacti, amygdala. amararū,
fabarum, ana. ʒ. i. & s. penidiorum. ʒ. lx. Hæ aqua fontana
dissolutæ coquantur deinde cætera misceantur. Dantur. ʒ.
ij, cum hydromelite.

SYLVII ANNOTATIO.

Vellem nasturtium, & amygdalas amaras tolli, si hectica adest, & hydromeli ualde aquosum propinari.

LOch bonum conferens hecticis, et consumptis, ANT.
et phthisicis maxime, et expellit saniem de pectore, et mundificat pectus, et pulmonem, et tussim lenit. Rec. papaueris albi, spodii, seminis lini torrefacti croci, amygdala. dulciū, an. ʒ. iii. amyli traga. gummi, semi. citonio. se. citrulli. an. ʒ. vi. granorū nastur. † coctū
† coctū amygdalarum amararum fabarum, ana. ʒ. i. et. s. penidia
rum †. ʒ. lx. dissoluantur penidia in aqua fontium, et co † dra. lxx.
quantur, et consiciantur cum eis cætera. Dosis est. ʒ. ii. cum aqua mellis.

Loch bonum conferens non est in usu, sed magistraliter conuenit sicut loch de scilla.

Additio.

Istud loch interdum habetur in usu, quod etiam describit Serapio in proprio antidotario. Summa medicinarum est. xvi. res.

MANARDVS in loch bonum.

Nec hoc confectum inuenies, scio tamen nōnullos usos.

Eclegma ad asthma, & tussim antiquam, humorem. n. SYL.
crassum tenuat, recipit scillæ assatæ drac. iiij. radicis ireos
drac. ij. hyssopi, prassi, ana drac. i. myrrhæ, croci, ana drac.
ʒ. melle excipe.

SYLVII ANNOTATIO.

Validissimum est,sed etiã ingratissimum,quia amaris & acribus propè omnibus constat,ob quæ multum etiã calet. Multò adhuc fieret ualentius,si radicem ari, aut dracontii reciperet, & mellis loco terebinthinam. Validum item & ingratum,ex radice bryoniæ, quod quædam Mesue exemplaria hoc loco etiam habent.

ANT. LOch ad asthma bonum, & ad constrictionem anhelitus,et ad tussim antiquam,& subtiliat humorem crassum.Rec.scillæ assatæ† ʒ. iiii. radicis lilii cœlestis.ʒ.ii.hyssopi,prassii,ana.ʒ.i.myrrhæ,croci,ana.ʒ.s.confice cum melle.

†drac. iii.

Loch ad asthma,non est in usu nec præparatur.

Additio.

Istud loch apud aliquos in usu habetur.Idem Mes. ca.de asthmate habet unam aliam descrip.ex authoritate Io.Serapionis,quam ipse Io.describit in proprio antidotario. Sũma medicinarum est.vii.res.

MANARDVS, de Loch ad asthma.

Multum potens,& à nonnullis conficitur.

SYL. *Eclegma de amygdalis ad intemperiem multum siccam pulmonis,& thoracis & tussim inde siccam.recipit amygdalarum dulcium,& amararum,seminis lini torrefacti,nucleorum pineorum,anisi,tragacanthi,gummi Arabici sicci.& radicis glycyrrhizæ,ana drach.i.& .s.sacchari,penidiorum,ana dra.tres,excipe mellis, & succi fœniculi simul coctorum quantitate sufficienti.*

ANT. LOch de amygdalis conferens ad tussim, & uehementiam siccitatis pectoris,& pulmonis.Recip. amygdalarum dulcium,& amararum,seminis lini torrefacti,†granorum pini,anisi,tragacanthi gũmi arabici,succi liquiritiæ & radicis eius an.ʒ.i.&.s. zucchari penidiorum,ana.ʒ.iii.Confice cum melle, & succo fœniculi bullitorum.q.s.

Loch de amygdalis non est in usu nec pręparatur.

Canõ practicus de exhibitione loch.

Vltimo nota,quòd ista prædicta loch superius posita, & illa,quæ etiam ponuntur a Nicolao pussunt, & deberent ad inuicem permisceri,aut aliqua ex eis, & sic ab expertis practicantibus sępissime fit,propter diuersas intentiones quas habet curando perficere.v.g. quando fit permixtio loch de pino,uel loch sani,quæ duo loch sunt calidæ, & siccæ complexionis habendo respectum ad materiam crassam phlegmaticam cum loch de diatragacantho,& diapapauere,quæ sunt frigidæ,& humidæ complexionis:cum habemus intentionem ad materiam calidam, & subtilem exasperantem cãnam,& guttur.immo etiam ipsa permiscemus cum zuccharo uiolato cum quærimus alterationem maiorem ad frigidam,& prædicta loch omnia sunt solutiua.Et de eis hæc sufficiant reseruando,quæ dicentur in antidotario Nicolai.

Additio.

Istud loch interdum habetur in usu.Summa medicinarũ est.xii.res.

MANARDVS, in Loch de amygdalis.

GRANORVM uini.) Lege pini: nec hoc paratur,licet utile sit.

DISTINCTIO SEXTA

De Syrupis & robub.

SYL. *SYrupus,aut simplex est,ut iuleporũ species,uel ex multis compositus,ob effecta,& plurima,& maxima. Itẽ syruporum aliqui sunt species oxymelitis, alij etiam aromata recipiunt.*

SYLVII ANNOTATIO.

Primum iulepa Mesuæ describam, quòd conditis rosarum,& uiolarum sint affinia.Deinde syrupos ex succis fructuum conditis quibusdã fructuum consistentia, & uiribus multum similes. Postea syrupos ex succis herbarũ,post eos qui magis sunt compositi. Syruporum autem simplicium, præsertim ex succis fructuum typus & imago quædam à

E Galeno delineata lib.6.c.ph.p.ubi succum mororum, batinorum,pyrorum agrestium,cydoniorum,uini musti ex melle coquit,& item potiones quædam Græcis ἡδέα,ὠφέλιμα, προπόματα, id est suauia, utilia,propotiones dictæ, & alia quædam mox dicenda.Genus iuleporum,una est simpliciũ syruporũ differentia,alia syruporũ simpliciũ nomẽ usurpãt.

ANT. SYruporum alii sunt simplices, sicut species iuleb: aliquæ extensæ compositionis propter arduitatem, & multitudinem beneficiorum ipsorum. Et sunt qui ex speciebus secaniabin.Et sunt qui condiuntur cum speciebus.Robub autẽ spẽs ex succis fiunt tantũ de operatione nihil aliud merẽtibus, nisi inspissationem solã.

Hæc est sexta pars principalis huius antidotarii in qua autor determinat de diuersis speciebus syruporum Iuleb. & succorum.Est enim syrupus nomen arabicum, & græce, F idem est quod potio,potiones autem multum diuersificantur adinuicem,Et primo in modo substantiæ penes crassitiem & subtilitatem. Secundo in modo compositionis, & simplicitatis earum:nam differentia est inter syrupũ:iuleb, rob,robub,aquam,succum,& decoctiones, quæ omnia includuntur sub nomine potionis. Etiam de syrupis quidã est simplex,& quidam compositus. Et iterum quidam ex pluribus,quidam ex paucioribus,iuleb autem est simplex,diuersificatur etiam syrupus per ulteriorem decoctionem, quæ plus requiritur in construendo iuleb, quàm syrupum, differunt etiam quia syrupi indifferẽter possunt componi, uel cum zuccharo, uel cum melle. Iuleb autem frequentius: immo quasi semper ex solo zuccharo. Et hic notandum,quòd in qualibet libra iuleb, dum est perfecte coctum non remanet unc.i.liquoris aquæ,uel succi; sed in lib. syrupi remanent unc.ii.uel circa liquoris; uel decoctionis, & hoc quia non tanto tempore syrupus decoquitur quanto iulep.Ex quo fit quòd in lymphando syrupum, minor quantitas aquæ requiritur,quàm in lymphando iuleb,cũ sit crassioris G & tenacioris substantiæ ipso syrupo.Rob autem proprie est succus uuarum ultimate decoctus, sicut uinum coctum,uel melius sapa,quandoque tamen corrupte sumitur rob pro succo alicuius plantæ, uel fructus. Robub proprie est succus inspissatus à sole,uel igne alicuius plantæ,uel fructus, uel alterius rei à qua succus exprimi potest, dummodo spissetur,ut dictum est. Aqua proprie est distillatura subtilis alicuius herbæ fructus, aut floris, aut alterius rei, si fiat in alembico, uel alio simili modo,uirtute ignis, uel solis,unde sic etiam aqua,quæ pluit distillatur in aere,& aqua quæ fluit etiam ab arboribus, & maxime à uiribus. Nam uirtute solis non multum superfluentis principaliter egreditur talis liquor.

Decoctio autem est aqua simplex, uel aqua distillata in qua radices plãtarum,flores,frondes,fructus,herbæ, & aromata,& quæcũque aliæ res separatæ,uel mixtæ per aliquod spacium decoquuntur,post quarum colaturam aqua illa dicitur decoctio.Dicitur etiam potio omnis medicina distẽperata,quæcunque sit illa cum quocũque liquore decoctio H ne aqua,uel uino,unde decoctiones etiam commode cum uino construi possunt sicut cum aliis liquoribus, secundum exigentiam curandæ dispositionis.Construitur etiam medicinale uinum ex herbis, & aromatibus, quod etiam potio nominatur.Principalis autem operatio cuiuscunque syrupi est materiam malam crassam adhærentem separare,& imbibitam ad superficiem attrahere & sic ipsam ad expulsionẽ præparare.Subsequenter etiam ipsorum operatio est alterare complexionem ad contrarium eius ad quod est altera ta præternaturam a materia faciente morbum.

Iuleb aũt nõ solũ habet materias digerere,sed & caliditatẽ extinguere & sitim remittere,& somnũ prouocare,& maxime rõne admixtionis simplicis aquæ cũ eis admixtæ, alias ẽt utilitates hẽt pficere quas suo loco dicemus,& maxime iuleb rosatũ,de limonib.de citro, uel uiolatũ, q̃ plus cõueniũt dispõnibus calidis nõ pẽdentibus à materia. Et licet iuleb posset cũ quibusdam aquis distillatis lymphari sm̃ necessi-

necessitatem & exigentiam, tamen communior usus ipsorum,& modus lymphandi est cum aqua communi proportione quadrupla ad iuleb. Et ulterius nota, quod aliquando non minus bene est permiscere syrupos cum aqua simplici,aut aliqua decoctione,quàm cũ aquis distillatis propter earum saporem, & odorem horribilem, & hoc dico, quando cum illis aquis possumus complere intentionem nostram.Præterea aduerte, quòd stante repletione cibi, aut potus in stomacho,nõ debemus dare syrupũ, timentes ne cibus ducatur indigestus ad hepar, & causet oppilationem, & pariter stante repletione malorum humorum in stomacho non debemus exhibere syrupum ualde aperitiuum,timendo de transitu eorum ad hepar, quare in casu illo præueniendum est regulariter operãdo cum lenitiuis.

Cuius oppositum agunt sine ratione operantes præ plenitudine humorum sentientes grauedinem in stomacho, currunt ad maluaticum,& sic faciunt,quòd materiæ indigestæ subtiliatæ à uino portentur ad hepar.Et in similibus casibus cauendũ est ab assumptione theriacæ,uel alterius rei, uel electarii calidi aperitiui, &c. In hac ergo sexta distinctione primo incipit a iulep,secũdo a syrupis simplicibus. & subsequenter continuat, tertio & ultimo a succis quos ipse uocat robub,& partes in legende patebunt.

MANARDVS in syrupos,& robub,& iuleb.

Magna pars eorum,quæ in hac distinctione scribuntur, sub his potionibus contineri uidentur,quæ Græci ἡδέα καὶ ὠφέλιμα, suauia uidelicet,& utilia uocant. Sed & ad προπόματα hoc est,uerbum uerbo,præpotiones.

SYL. *Iulepum rosatum,febrium,thoracis,& uentriculi incẽdium, caloremq; flammeum extinguit, sitim inexpletam sedat:recipit aquæ in qua rosæ sunt maceratæ lib. v. igni lento coquendas cum saccha.libr. quatuor: Datur cum aqua frigida.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc iulepum refrigerat ordine primo,& leniter siccat, & adstringit:ob id uentriculum,& hepar, & cor ignita, & à calore dissoluta roborat,tum refrigerando, ad tẽperieq; reducendo, tum substantiam harum partium triplicem in unum cogendo.Idem etiam putredini febres gignenti resistit,siccitate subamara,& aromatica qualitate. Propterea in febribus pestilentibus est longè pręstantius uiolato, ut quod uenenis, aerisq; corruptelæ sua qualitate aromatica resistit. In febribus quoque somnum conciliat, tam per se refrigerando,& humectando(nam cum aqua quadrupla sumitur,)quàm per accidens,dum uapores calidos, acres,ab humoribus putrentibus ad caput elatos, insomnia excitare solitos,adstringendo,& per frigus cogendo meatus prohibet.Quanquam & refrigerando putredinem in præsens remittat, eiq;,ut dixi,aromatica qualitate resistat:sitim eadem ex causa sedare certissimum est,tum à calido, tũ à sicco,tum à calido & sicco simul natam,quia rosis,& aqua refrigerat,& humectat aqua: nec solum sitim animalẽ in ore uentriculi sedat, sed etiam naturalem in singulis corporis partibus calfactis,& siccatis,& inanitis, quam actionẽ saccharum essentiæ tenuitatẽ iuuat,& dulci sapore hepati iucundo. Quomodo uinum, uel acetum aquæ mistum sitim magis,& citius extinguit,quàm horũ trium per se quodq;, ut abundè probat Galen.lib.i.simpl. capi. 30.& alijs. Hoc iulepum ex rosarum rubr. siccarum infusione aliquando in usu est, frequentius tamen ex infusione rosarum recentiũ, sed nomine syrupi,non iulepi:de quo mox.Hydrorosatum Paulus ex coctis libris quatuor rosarum in aquæ sextariis quinq;,& duobus mellis componit. Aqua uerò sit optima, qualem Galenus describit primo sanitatis tuendæ, & ea(si ualenter est refrigerandum)prius calfacta, pòst niue, uel aliter refrigerata,ut idem docet libro methodi.7. uel eius loco aqua destillata tuo proposito idonea. Potentius fiet hoc iulepum ex succo rosarum recentium,uel etiam earundem infusione multiplici,& sacchari libris duabus.

ANT. MOdus operationis iuleb, conferens adustioni febrium,& uehementiæ sitis, & inflammationi stomachi,& pectoris. Rec. aquæ infusionis A rosarum libras quinque,zucchari libras quatuor. Coquantur cum facilitate, & administrentur cum aqua frigida.

Modus operationis.i. modus cõpositionis iuleb, conferens adustioni febrium,duæ sunt famosæ maneries. Prima est iuleb rosati, quod est conueniens ad extinguendum sitim febrientibus acute, & ad remittendum caliditates in eis,non tamen hoc est operans principaliter ex eius complexione,sed ex complexione aquæ simplicis,cum ipsa adhibeatur in quadrupla portione, ut superius dictum est. Et tale iuleb est frigidæ complexionis uersus primum, attinens alicui siccitati cum stipticitate quadam ratione rosarum, unde est confortatiuum stomachi relaxati & hepatis supercalefacti,ac etiam cordis,resistens putredini faciẽti febrem, & ideo tempore pestilentiæ longæ plus conuenit,quam iuleb uiolatum:nam ipsum est aromaticum, resistens uenenositati,& corruptioni aeris, habet etiam somnum prouocare, prohibendo sua stipticitate fumos acutos B ad caput ascendere.Et eius dosis est usque ad.℥.ii.cum proportione quadruplici aquæ frigidæ.Et modus compositionis eius est duplex unus cum aqua infusionis rosarum secũdum quod in litera ponitur, & talis modus non est in usu. Alius modus est cum succo extracto ex rosis, dum sunt recentes,uel cum ipsis rosis recentibus, uel cum aqua rosata, & sic generaliter est in usu:quia sic clarius perficitur. Hic autem est aduertendum,quod aqua frigida, quæ iuleb permiscetur,si sit ex fonte uiuo, uel ex cisterna. i. perfecte colata,uel ex puteo abundante cum uenis aquarum, & fundo arenoso,non debet decoqui.si autem sit mala crassa & palustris,rationabiliter est decoquenda antequam cum iuleb permisceatur iuxta sentẽtiam Aui.ii.fen.primi.c. de aqua. Notandum,quod oleum oliuarum,& dulce, ponitur quandoque in parua quantitate in ampullis quarundam aquarũ, & in decoctiõe,& aliis uinis & liquoribus, ut in uino granatorum & citoniorum,ut natans, & permanens in superficie eorum cum sua uiscositate melius,& diutius cõseruetur,ne aer exteriori ingredi possit, & ne uirtus eorum faciliter exhalare possit.Et sic docet hic author pro cõseruatione C decoctionis rosarum & uiolarum.

Iulebrosæ cõpõ duplex.

Additio.

Istud iuleb est multum in usu, sed nõ sub nomine iuleb', sed sub nomine syrupi rosati ex infusione rosarum.

MANARDVS de modo operationis iuleb.

Iuleb recentiores Græci zulapon uocant. Primum hoc iuleb ex infusione rosarum.Paulus hydrorosatum parat,coctis li.iiii.rosarum,in sextarijs v.aquæ,& duobus mellis.

SYL. *Iulepum uiolatum febres,phlegmonas, pleuritidem, asperitatem gutturis,& thoracis,tussim mitigat:fit ut iulepum rosatum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Violæ enim siccæ aqua macerantur cui saccharum incoquitur,ut uiolarum unc.sint tres,aquæ sextariis tribus, horis 24.macerentur,colatum coquitur cum sacchari lib. tribus,uel aquæ ex uiolis recentibus destillatæ,uel infusionis uiolarum siccarum,aut potius recentium li.3.saccha.li. tãtum duabus,non tribus, quorundã more percoquitur ἰοζουλάπιον D Græcis recẽtioribus dicitˀ, & ἰοσάχαρ Actuario, quod est ἴων, id est,uiolarum succus saccharatus. Paruarũ autem est uirium ex aqua uiolarum destillata, quod tamẽ à plurimis hodie paratur, & coquitur: minus, quàm syrupus refrigerat,humectat primo gradu,febribus acutis,tussi siccæ,affectibus calidis siccis partium thoracis, & uẽtris inferioris salubrius & somniferum magis, quàm rosatum.

ANT. MOdus iuleb uiolati ad febrem, et inflammationem,et asperitatem pectoris,et tussim,et pleuresi.Et eius operatio est sicut iuleb rosati.

Modus iuleb uiolati fit eodem modo sicut rosati ante dictum,primo cum uiolis siccis infusis, & madefactis cum aqua simplici,sicut de rosis ipse describit: talis modus non est in usu nisi cogente necessitate: Alio modo cum uiolis expressis dum sunt recentes, uel decoctis in aqua, & isto modo etiam non est in usu, Tertio modo cum aqua uiola-

ta

ta diſtillata,& cum zuccharo, & iſte modus generaliter ab omnibus eſt in uſu,& tale iuleb eſt frigidæ,& humidæ complexionis uerſus primum,& ideo plus conueniens acute febrientibus,& habentibus hepar calefactum,& cor,& aſperitati cannæ,& gutturis,& pleureſi,& tuſsi ſiccæ, quam iuleb roſatum:ſicut etiam de perſe, & propria ſua cõplexione eſt magis ſomni prouocatiuum.Et eius doſis eſt.ʒ. ii. cũ quadruplici proportione aquæ ſimplicis.

MANARDVS de Modo iuleb uiolati.

Græci iozulapon uocant,atque in hũc modum conficiũt Viol.ʒ.iii.in tribus ſextariis aquæ per diem macerant,exco latæq; aquæ lib.iii.ſacchari adiiciunt.

SYL. *Infuſio roſarum, & uiolarum hoc fit modo, foliorum roſarum, & uiolarum recentium libr.æ ſex horis octo macerentur libris quindecim aquæ calfactæ in uaſe terreo uitrato,ſtricti oris operculato,poſtea colantur. Eidem aquæ iterum calfactæ, roſarum & uiolarum recentium tantundem immittitur, tandiu maceratur, colatur, id ſi uelis ſeruare, oleo affuſo, & uaſe eodem bene operculato dies quadraginta inſola, uocaturque id mucharum roſarum, aut uiolarum.*

SILVII ANNOTATIO.

Ex hac infuſione fit ſyrupus roſatus, & uiolatus ex infuſione roſarum,& uiolarum.Infuſiones uerò iſtæ ſeorſum faciẽdæ ſunt: quãuis ſimul breuioris ſermonis cauſa docẽtur. Poſſunt tamen ſimul infundi ana;ut ambarum uires miſtas habeat. Si uerò quinquies roſæ,uel uiolæ mutentur,aut êt frequentius,& addito ſaccharo percoquantur, ſyrupus fiet roſatus,uel uiolarus purgatorius: & eò magis, quò plures factæ fuerint infuſiones uiolarum, uel roſarum omnium: maxime tamen purgatorias experimur quotanis,quas uulgus incarnatas à carnis per cutim colore, quæ omniũ ſunt odoratiſsimæ dum recentes ſunt: citò enim odorem amittũt,& ſyrupus ex his purgatorius magis eſt recens:poſt mẽſem uerò ſextum paruarum eſt uirium. Eius ex infuſionibus quinque ſunt,qui dant unc.ſex, nos ex nouem infuſionibus ab unc.duabus ad tres.Si autem ex una infuſione,uel duabus fiat ſyrupus, eſt roſatus, aut uiolatus, abſolutè dictus.Poſt expreſſas autem roſas,& uiolas,magna abiiciendum eſt,& aliæ recentes quoque ſunt immittendæ. Frequẽtius autem ne corrumpantur,eius infuſi libræ quinq; cũ ſachari libris quatuor per albumina clarificatis,igni lento coquuntur ad ſyrupi conſiſtentiam.Quòd ſi infuſionis, & ſacchari ana lib.quatuor cum Nicolao ſumantur, citius percoquetur.In febribus calorem extinguit,ob id ſitim ſedat, & uentriculum roborat.Huic affine eſt Aerii, & Pauli hydro roſatum ex roſarum exunguatarum libris quatuor in aquæ ſextariis quinque, & mellis ſextariis duobus coctis ad tertiæ partis conſumptionem, aut inſolatis, ſed citò corrumpitur,niſi loco frigidiſsimo ſeruetur. ὑδρορόδατον Actuarii doſibus ab hoc parùm uariat.Alii ſyrupum uiolatum, ut & roſatum ex ſucci uiolarum libris tribus coctis igni lento, cum ſacchari libris duabus,ut iuleb:antè ſcriptum componunt cæteris efficaciorem.Alii huius ſucci uncias 4.6.8.12 cum ſacchari libra una coquunt, ut in ſaccharo uiolato & roſato ex uiolis,& roſis integris.Alii penuria recentiũ uiolarum,aridas infundunt,aut coquũt,aut aquam ex uiolis deſtillatam coquunt,ut ex omni iulepo ſyrupum faciãt,maiore tamen coctione adhibita. Qui uerò ſyrupus fit ex aqua deſtillata,uel infuſione uiolarum,& roſarum ſiccarũ, parua rum eſt uirium.Contrà uerò ex infuſionibus multis recentium uiolarum,uel roſarum albarum, rubrarum, præcipuè autem(ut dixit)incarnatarum,aquas & bilem purgat,æſtate ſalubriter ab unciis duabus ad uncias quatuor: ſunt qui ad uncias ſex,pauco aniſi, aut fœniculi,aut cinnamomi addito,ne flatus in uentre moueat,& liquore idoneo. Præſtãtior autem multò eſt hic ſyrupus roſatus purgatorius, quã qui ab Auicenna componitur ex ſucci roſarum libris duabus,mellis libris quatuor,ſcammonij toſti uncia una,coctis ad ſpiſsitudinem.Si autẽ libræ infuſionis dimidiæ incoquatur libra una ſacchari, minimum ſoluit noſter ſyrupus:ſi libra libræ,mediocriter:ſi infuſi libræ uni, & dimidiæ ſacchari libra una incoquatur,mirè ſoluit.Coqui etiam cum melle in hyemem poteſt.Qui uerò ex ſucco roſarum clarificato coquitur cum æqua portione ſacchari,unciis tribus etiã aluum comprimendo ſoluit,ſed multò clementius, quã qui ex multis infuſionibus roſarum recentium. Qui deniq; ex infuſionibus tribus roſarum ſiccarum fit ſyrupus,ſic,ut roſarum unc.iiii.ſingulis aquæ colandæ libris iniiciantur,ualenter adſtringit,& uentriculũ roborat,à neotericis inuentus, & ſyrupus roſarum ſiccarum appellatus.

Purgatorius quoque aquarum,& bilioſi ſucci fit ſyrupus ex.4.5.6.infuſionibus florum recẽtium perſici. idemq; odorus,ſaporis iucundi,modicè calidus. Ex ijſdem floribus ſaccharatis,ſeu cum ſaccharo contuſis conſerua,ut uocant, eo dẽ modo purgatoria eſt, præſertim recens.Vis enim ignea, & purgatrix ab his omnibus facilè uaneſcit.

OPeratio infuſionis roſarum,et uiolarum. Accipe foliorum roſarum, et uiolarum recentium, libr. vi. ponantur in uaſe uitreato terreo ſtricti orificij,et fundantur ſuper eas aquæ calidæ lib.xv.ſtringatur orificium uaſis,et dimittatur per horas.viii.tunc denuo colentur, et in uaſe iterum tantundem foliorum roſarum recentium, aut uiolarum mittatur, et de nuo eadem aqua calefacta ſuper ea mittatur, et ſtringatur orificium ſimiliter per. viii. horas. deinde colatur, et ſi conſeruare uoluerís, ponatur in uaſe uitreato ſtricti orificii, et diſtilletur oleum in orificio eius, et ſtringatur caput eius, et exponatur ſoli diebus. xl. et dicitur iſtud mucharus roſarum, uel uiolarum.

Operatio infuſionis roſarum,& uiolarum:hic docet præparare roſas,& uiolas,ſicca eas in aqua infundendo ad hoc, ut illa infuſio ſit conueniens ad conſtruendum iuleb uiolatum, uel roſatum:licet ponat modum infuſionis de ambabus ſimul.Et iſte modus eſſet conueniens quando earum aquæ non poſſent reperiri.Et ſi quis uellet,poſſet iſtos duos iuleb ſimul componere.

Additio.

Hæc operatio infuſionis roſarũ, aut uiolarum eſt illa de qua fit ſyrupus roſatus ex infuſione roſarum,etiam illo modo fit infuſio uiolarum pro faciendo ſyrupum uiolatum ex infuſione uiolarum.Et quando prædicta infuſio eſt completa,poteſt conſeruari in uaſe uitreo, & non in uaſe terreo, quia putrefit,& in hac infuſione zuccharo diſſoluto, & cocto ſecundum artem, poſſunt fieri confectiones & alia, ut diarhodon deſcrip.communi,& ita de aliis.

MANARDVS de operatione infuſionis roſarum.

Si quinquies roſæ mutẽtur,addito ſaccharo, fiet ſyrupus quem nunc roſatum ſolutiuum uocant noſtri, Bononienſes mucarum.

Iulepum alterũ roſatum ſit ex aquæ roſarum libris tribus,ſacchari libris duabus.

SYLVII ANNOTATIO.

Id iulepũ eſt hodie uſu frequentiſsimo in feb.& ſiti aquę quadruplo miſtum,quia ſuauiſsimum,paratu facilius,& clarius,quàm præcedens.Id quia REGI NOSTRO FRANCISCO in uſu eſt frequẽti,iulepum Regium à medicis Parrhiſienſibus appellari cœptum eſt:idq: ſolum medici hodie in ſuis placitis abſolutè requirunt. Veteribus ignotum, rhodoſtagma,ſeu aquam roſarum,& hunc ſacchari uſum neſciẽtibus. Quibuſdam uerò uni libræ ſacchari in aqua communi clarificatæ addũtur aquæ roſarũ.ʒ.ii.ut ſit ex aqua roſarũ pauca, & multa communi compoſitum,ſed id inefficacius.

IVleb aliud roſarum.Accipe aquæ roſaruũ li.iii. zucchari lib.duas fiat,ut ſupra.

Iuleb aliud roſatum.℞.ſucci.i.aquæ roſatæ,&c.& iſte modus eſt uſitatus,& conueniens ſm quem iuleb roſatum conficitur,& habet uirtutes ſuperius dictas. Additio.

Iuleb, quod fit ex diſtillatione roſarum eſt illud quo ſæpe utimur,quod ab Auic.in.v.can. duobus modis deſcribitur,uno modo zuccharo clarificato cum aqua cõmuni addunt pro omni li.zucchari ſic clarificati.ʒ.ii.aquæ roſarum. quem modum etiam poſuit Serapio in proprio antid. Et hoc modo factum non habet tantas utilitates.Secundo modo deſcribitur ab Auic. ut hic deſcribitur qui modus eſt uſualis.

MANARDVS de Iuleb roſato.

Hoc eſt in uſu, & dicitur iuleb roſarum,ex quo aquæ cẽmixto fit ſuauiſsimus potus,ad calorem, & ſitim amouendam maximè idoneus: quo tamen antiqui non utebantur, quia nec aquam roſatam notant,nec hunc ſacchari uſum.

SYL. *Iulepum de ſucco uiolarum ſit ex ſucci uiolarum li. tribus,coctis cum ſacchari li. ij.ſimiliter fieri poteſt ex ſucco roſarum,eſtq; purgatorium.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id iulepum ex ſucco uiolarum & roſarum,& cæterorum eſt præſtantiſsimum,quod plantarum ſuccus ipſarum uelut quidam ſanguis eſt. Iucundus eſt ex florum infuſione, minus efficax,niſi multiplex fiat infuſio, & flores recẽtes ſint: iucundiſsimum,& maximè imbecillum ex aqua deſtillata: in febre ardenti,æſtu ſtomachi,aut thoracis, ſiti inexpleta. Ad idem ualet Actuario ioſachar, id eſt, ſuccus uiolarum cum ſaccharo coctus,bilis acrimoniam obtundens, idemq; ob lentorem thoracis uitiis eſt aptum, & aqua cum ſaccharo cocta,& aqua floribus nymphææ, & ſaccharo cocta,bilis ardorem mire frangit,& refrigerat.

IVleb de ſucco uiolarum. Accipe ſucci uiolarum li. iii.zucchari li.ii.fiat,ut ſupra.Et ſimili modo poteſt fieri de ſucco roſarum,& eſt laxatiuum.

Iuleb de ſucco.i. aqua uiolarum, & eſt modus uſitatus & bonus ſecundum quem fit.

Additio.

Iuleb de ſucco uiolarum non habetur in uſu,ſed illud, quòd fit ex aqua uiolarũ,ſimiliter nec illud quod fit ex ſucco roſarum.

MANARDVS in Iuleb de ſucco uiolarum.

In communi uſu eſt id,quo multi, parum conſyderãtes, in uentris fluxibus,quaſi adſtringente aluum,utuntur: cum tamen contrarium potius operetur: quod ex ſucco roſarũ fit,& ſyrupus roſatus dicitur.

SYL. *Iulepus ziziphorum aſperitatem gutturis, & tuſſim iuuat, ſputum tenue,quia incraſſat, facilius expelli facit, ob id raucitati,& pleuritidi confert:fit ex zizyphis magnis,& pinguibus centum coctis in lib. iiij. aquæ ad dimidias,quæ li.ij. reliquæ cum ſacchari lib. i. percoquuntur in ſyrupum,id eſt,iulepum ſimplex.*

ANNOTATIO SYLVII.

Non eſt in uſu,quamuis in hos affectus fuerit efficaciſs. cum aqua hordei,uel adianti,uel cõmuni. Eius loco in uſu eſt ſyrupus zizyphorum poſt dicendus.Syrupus zizyphorũ ſimplex ad catarrhum tenuem in pectus,ad ſputũ liquidius incraſſandum modicè, fit ex zizyphis cẽtum coctis in aquæ pluuialis lib.iiij.ad dimidias: colatum percoquitur in ſyrupo cum ſacchari lib.i.poſtea compoſitus ſcribetur ualẽtior.

ANT. IVleb iuiubinum ualet ad aſperitatem pectoris, ad tuſsim, & incraſſat ſputũ ſubtile, & facit facilẽ eius expulſionem,& confert raucedini,& pleureſi. Accipe iuiubarum magnarum & pinguium numero.cc. & decoque in lib. iiii. aquæ uſquedum remaneant lib. ii.& cum lib.i.zucchari fiat ſyrupus.

Iuleb iuiubinum.i.de iuiubis non eſt in uſu, & ſecundũ hanc deſcri.in forma iuleb,ſed bene in forma ſyrupi,ut dicetur inferius:magiſtraliter tamen poſſet præparari in forma iuleb,& haberet uirtutes,& operationes in litera poſitas:dicit fiat ſyrupus.i.iuleb ſimplex: ſicut iuleb quod lymphari debet cum aqua hordei,uel capilli ueneris: uel cum aqua ſimplici clara ſecundum exigentiam diſpoſitionis,cũ exhibetur in doſi conuenienti, & condecenti.

MANARDVS de Iuleb iuiubino.

Zizipha græcè & latine dicitur,& ſorica: Gale. nihil fecit:recentiores in uſu habent ficca, nec ego ea in totum re ſpuenda puto.

SYL. *Syrupus de pomis cor imbecillum roborat, ob id ſyncopen, & cordis tremorem ſanat,ſit ex pomorum dulciũ & acidorum ſucci,ana li.v.coquendis ad dimidij conſumptionem, deinde biduo reſidere permittendis donec clareſcãt, Tunc colentur,& cum libris tribus ſacchari fiat ſyrupus. Quidam huic ſucco nondum per reſidentiam purgato immergunt ſericum crudum,cocco baphica recenti tinctum, donec is rubeſcat & cocci ac ſerici facultatem receperit, iſq; eſt præſtantior.*

SYLVII ANNOTATIO.

Syrupus de pomis ſimplex quibuſdam in uſu, aliis compoſitus poſt dicendus,magis. Efficacior erit, ſi poma dulcia augeas, quod illa odore cor magis roborant, ut Pauli hydromelum ex cydoniis odoris, & aliud ex ſolis dulcibus pomis oſtendunt, ut contrà Serapio ex ſolis pomis acidis: acida enim putredinem prohibent, appetentiam inuitant, ſitim ſedant,uentriculum poſt uomitum bilioſum roborãt. Ne autem accipe ſericum pannum ab infectoribus tinctum in chermes cum alumine,& aliis, quòd illud chermes à ſuco baphicæ cocci ſit diuerſiſsimum, ut dicemus in ſyrupo corticis citri.Hæ compoſitiones ex fructibus ſyrupi ſunt, quia minus coquuntur iulepis,aut affines, quia ſimplices, minus tamen claræ.

ANT. SYrupus de pomis cõfortat cor debile,& ſanat ſyncopin,& tremorem cordis. Accipe ſucci pomorũ dulcium,& acetoſorum,ana li.v. Coquatur ſuccus uſq; ad cõſumptionem medietatis ipſius,& dimittatur per dies duos uſquedum clareſcat. Deinde coletur, & cum.iij.li.zucch.fiat ſyrupus, & ſunt qui ſubmergũt in ſucco ſetam tinctam ex *cheſmes ante ſucci depuratio nem uſquedum rubeat,& recipiat uirtutẽ tinctũræ, & excellentior eſt. * chermes.

Syrupus de pomis non eſt in uſu nec præparatur.Ponit hic multos ſyrupos ſimplices, qui multitudinem quandam habent cum iuleb, non ratione decoctionis, & claritatis, ſed ratione ſimplicitatis componentium ſolum.

Additio.

Hic ſyrupus de pomis ſimplex interdum habetur apud aliquos in uſu, & dicitur ſyrupus de ſucco pomorum, uel ſyrupus de pomis ſimplex ad differentiam cõpoſiti: de quo inferius Meſ.inquit in fine,quòd ſunt aliqui qui ſubmergũt ſetam tinctam ex chermes in iſto ſyrupo, & eſt excellẽtior ſed raro iſto modo fit apud aromatarios. Serapio in proprio antid.habet ſyrupum de pomis, qui fit ex ſucco ſolo aceroſorum, & ideo habet alias intentiones, quàm iſte. Aui.ſimiliter in proprio antid. habet unam deſcrip. de pomis,quæ fere eadem eſt cum iſta.

MANARDVS in Syrup.de pomis.

Scis,quid ſuprà ſcripſerim de malis.Paul.ex dulcibus parat,& uocat hydromalum.

SYL. *Syrupus de piris uentriculum roborat, & cibum in eo continet,ſit ut ſyrupus de pomis.*

SILVII ANNOTATIO.

Pro uaria pyrorum natura uariæ ſunt eius uires:in hunc autem adſtringentia pyra,non tamen acerba,ſed ſolum auſtera,aut ſubauſtera Meſues acceperit, quæ refrigerando, & adſtringendo uentriculum à calore imbecillum, ut in febribus,roborat,& cum cibi tenax non ſit, ſed pomitu, aut deiectione mox excernat firmata retentrice, & oſculo uentriculi utroque adſtricto cohibet.In uſu non eſt, tamen ſaluberrimus fuerit.

ANT. SYrupus de piris cõfortat ſtomachum, & ſtringit materiam, & eius modus eſt ſicut ſyrupus de pomis.

Syrupus de piris non eſt in uſu nec præparatur.

Additio.

Iuleb

Additio.

Iste syrupus de piris raro habetur in usu. Auicenn. in.v. cano. habet unam alia descrip. quæ eadem est cum ista. idē in quarto can. fen. prima cap. de cura morbillorum laudat ipsum sub nomine syrupi de altelea, & sunt altelea pira ut exponitur in suis synonymis.

MANARDVS in Syrup. de piris.

Licet non sit in communi usu, efficaciam tamen haberet si ex congruis piris pararetur, in his, quæ Mesues dicit.

SYL. *Syrupus de cydonijs idem pollet, & eodem fit modo.*

SYLVII ANNOTATIO.

Dysenteriam hepaticam mirè sanat, modicè per cassiā, aut mannam uacuato corpore.

Sed ualentior est ex succo cydoniorum paruorum, quæ mascula uocamus, & quæ acerbiora sunt, quàm ex succo struthiorum seu prægrandium, quæ fœminæ uulgò dicuntur. Hoc recētiores quidā μηλοζέλαπον & κυδωνίων χύλισμα uocant. Aliis miua cydoniorū simplex dicitur, licet postea Mesue scribatur miua sine speciebus & cū speciebus. Paulus etiam hunc hydromelum uocat.

ANT. Syrupus de citoniis ualet sicut syrupus de piris, & est idem modus utriusq;.

Iuleb optimum, licet non sit in usu nec præparetur, tamē quia mirabiliter operatur in constringendo omnem fluxū uentris hepaticum. Et ego iam uidi multos curatos cū eo præmissa iam leui mundificatione cum casia, uel manna, præsupposito regimine cibi, & potus, & aliorum, ut expedit. Rec. succi granatorum, &c. quæ ingrediuntur compositionem ipsius sunt nota & declarata superius & debet assumi in dosi conuenienti cum aqua extinctionis calibis semper stomacho uacuo. Et sufficit, quòd aqua sit dupla ad ipsum iuleb.

Additio.

Istius syrupi modus est, ut uult Mes. talis, qualis est syrupi de piris, & uocatur iste syrupus de succo citoniorum: tamen apud quosdam est miua citoniorum simplex, tamen idem Mes. iterum ponit descri. miuæ citoniorum, quæ pōt fieri cum speciebus & sine speciebus. Aui. in.v. cano. habet syrupum de citoniis, & dicit quod est miua, quidam tamen sapientes dixerunt, quòd si necessitas fuerit in operando, loco syrupi de succo citoniorum potest dari miua.

MANARDVS in Syru. de Cytoniis.

Et hunc uocat Paulus, hydromalon. Recentiores quidā factum ex malis, malozulapon, hoc κυδωνίων γλύκισμα.

SYL. *Syrupus de persicis intemperiem calidam ventriculi, & inde natam sitim compescit, orisq; fœtorem: fit, vt syrupus de pomis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Syrupus ex succo persicorum præsertim minus humidorum (qualia nos Corboliana uocamus, quòd in Corbolii territorio, & plurima, & præstantissima proueniant) profectò fuerit præstantissimus, & multo utilior, non minus iucundus, quam persica ipsa condita, refrigerat, humectat, ob id intemperiem calidā sedat, & sitim, & odore iucundo tetrum oris odorem tegit, & epicrasim emēdat, eum. s. qui à corruptis in uentriculo humoribus, uel ulceribus excitatur, non eum qui à putredine humorum, uel partium in pulmonibus, faucibus, ore toto, naribus prouenit, quia uel in has partes nō fertur, uel in his uix momento manet. adde, quòd qualitate aromatica putredini resistit.

ANT. Syrupus de persicis confert calefactioni stomachi, & siti, & fœtori oris. Et eius modus est sicut syrupus de pomis.

Syrupus de persicis non est in usu nec preparatur ab aliquo.

MANARDVS in Syrup. de Persicis.

Et hic non inutiliter parari potest.

SYL. *Syrupus ex succo oxalidis febribus biliosis, & pestilentibus saluber est, cordis, & ventriculi flammeum calorem extinguit, ipsaq; roborat, fit vt syrupus violarum.*

E SYLVII ANNOTATIO.

Syrupus item ex intybi succo ad hepatis intemperiem calidam, & obstructionem, accipit succi intybi purgati lib. viii. saccha. albi li.v. & dimidiā, coque in syrupum. Sic fiat syrupus ex succo cichoriorū, lactucę, portulacæ, betæ, brassicæ, buglossi utriusque, eupatorij, absinthii, fumariæ, hyssopi, menthæ, marrubii, arthemisiæ, & similium herbarum tā frigidarum, quàm calidarum, & temperatarum. Possis etiā sacchari quantitatem succo æqualem in aqua aquali prunis liquare, & per pannum laneum colare, mox percoquere, etiam ultra aquæ consumptionem, ad consistentiam. s. penidiorum, quæ uocant, aut sacchari rosati, mox à prunis deposito saccharo sic percocto, succos huiusmodi residendo, puros paulatim miscere, parum coquere, & seruare. Potes ēt succos parum coctos, residendo purgatos colatos simul cū saccharo, uel iam clarificato, uel simul clarificādo, sine aqua coquere in syrupum: sed coctione tam longa uis succorum, præsertim refrigerantium, propè tota corrumpitur, quod priori modo non ita accidit. Quando autem in syrupū succus est coquendus, modo posteriore prius residendo est F purgādus: deinde ouorum albuminibus, posteà cum melle, aut sacch. coquendus ad mellis crassitiem, aut circiter, ut seruari possit.

ANT. Syrupus de succo acetosæ confert febribus cholericis, inflammationi stomachi, et confortat cor calidum, et stomachum, et est conueniens febribus pestilentialibus. Et eius modus est sicut syrupus de succo uiolarum.

Syrupus acetosæ, uel de succo acetosę non est in usu.

Additio.

Syrupus de succo acetosę apud nos habetur in usu.

MANARDVS in Syrup. de succo acetosæ.

Auicenna uocat omnem lapathon acetosam. Videtur autem apud Dioscoridem sola illa lapathi species quam uocant oxalyda.

SYL. *Syrupus ex succo cucurbitæ febres ardentes biliosasque reliquas, gutturis asperitatem, pleuritidem emendat, cu-* G *curbitam magnam maza inuolutam clibano coque eius expressi succi li.v. cum sacchari li.iij. percoque.*

SYLVII ANNOTATIO.

Nobilis quidam nostras, in peregrinatione Hierosolymitana Ioppe ardentissima febre correptus, à medico Iudeo est confestim hoc syrupo persanatus: id obiter addendum putaui, ut lector intelligat multa in Mesue præstātissima medicamenta uelut neglecta iacere, quorum usus est saluberrimus. Hic ergo sitim, & uehementem febrium ardorem potenter extinguit magna frigiditate, & humiditate. Gutturis hæc asperitas calidam, & siccam expirationē per febres ardentes sequitur. pleuritis ab omni humore fit, frequentissimè tamen à bile, ut apho. 33. li. 6. ob id biliosis, & calidissimis morbis pleuritidem biliosam tanquam acutissimam, & calidissimam hic commemorat.

ANT. Syrupus de succo cucurbitæ ualet contra febrem cholericam multæ inflammationis, et asperitatem pectoris, et pleuresim. Accipe cucurbitam magnā H et inuoluatur pasta, et decoquatur in furno et accipe expresionis eius li.v. zucchari li.iii. Fiat, ut supra.

Syrupus de succo cucurbitæ etiam non est in usu.

Additio.

Iste syrupus interdum habetur in usu, qui apud multos describitur.

MANARDVS in Syrupum de succo cucurbitæ.

Magnas uires hic habet in siti, & magno incendio extinguendo.

SYL. *Syrupus de prunis ualet idem, quod syrupus de uiolis, & similiter fit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Eius syrupi, ut prunorum, uaria est natura: si enim dulcia sint, aluum subducit: eius autem loco Diaprunon simplex usurpamus: si austera sint, aluum cohibet, nisi summis epulis sumptus, firmatis partibus uentriculi superioribus, deorsum pellat. Si acida sint, refrigerat, humectat incidit, A tenuat, appetentiam excitat. Dulcacida uerò Mesues uidetur intelligere, quæ parùm aluum subducant, & magis refrigerent modo uiolarum.

ANT. Syrupus de prunis, ualet sicut syrupus de uiolis, et fit sicut ipse.

Syrupus de prunis etiam non est in usu. Additio.

Iste syrupus interdum habetur in usu. Auicē. in.v. cano. habet similem descri. Serapio & similiter Haly, eum describunt sub nomine rob.

MANARDVS in Syrupum de Prunis.

Hic præter hoc quod infrigidat, aluum etiam lenit: loco eius utimur diaprunon simplici, sicuti & duobus de granatis. Paulus rhoiton parat ex par. iii. succi, & una mellis. Sūt qui immergunt setam, quia uidelicet putant habere magnā uim in roborando corde.

SYL. *Syrupus de granatis acidis febres biliosas, & quæ ex pituitosis flammam multam inuehunt, iuuat.*

SYLVII ANNOTATIO

Ex succo purificato granatorum acidodulcium, uel acidorum simul & dulcium, uel acidorum tantum, aut acidorū maiori portione, cum saccharo fit hic syrupus, ut præcedentes, quia refrigerat, humectat, & obstructa nonnihil liberat essentiæ tenuitate biliosis febribus est efficax, sed etiam pituitosis (quia sapor acidus etiam incidit) & præcipuè multum inflammatis. Nam, ut ligna uiridia ægrè incenduntur, sic pituita putrendo uix uritur: ubi autem accensa omnino est, modo aliarum ardet: quod & Hippocrausus pituitosus, & hybernus declarat. Syrupus ex succo omnis oxalidis, id pollet, ut pōst leges. Paulus ῥοϊτὸν parat ex partibus tribus succi granatorum, & una mellis. Sunt, qui sericum mergant putantes id magnam uim habere roborandi cordis.

ANT. Syrupus de granatis acetosis, ualet contra febres cholericas, et phlegmaticas multæ inflammationis et fit, ut supra.

Syrupus de granatis acetosis etiam non est in usu.

Additio.

Syrupus de granatis quo utimur frequentius est illo qui fit ex muzis quem describit Serapio in proprio antidotario, & fit, ut plurimum ex dulcibus, & acetosis simul mixtis uel fit ex mucis.

SYL. *Syrupus de granatis dulcibus, sitim, tussim, pleuritidem iuuat, fit ut prior, præstantior euadit, si succo maceraris sericum cocco baphica tinctum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Sitim à sicco sedat humectando, minus eam, quæ à calido est, quòd dulcia in uentriculo calido promptè in bilem flauam uertantur, & sitim inde excitent: si uidelicet exactè dulcia sunt, ut mel: aliud aūt sentiendū de minus dulcibus. Sunt. n. in dulci sapore alii ceu gradus quidam maioris, & minoris ratione distincti, ut pituita dulcis in. i. sit gradu, lac in. 2. glycyrrhiza in. 3. mel, & sāguis dulcissi. in. 4. ob id mel quia summè est dulce, à calore, uel suo, uel alio promptè amarescit, glycyrrhiza autem recēs etiam diu coqui potest citra periculum adustionis, unde & ipsa Græcis ἄδιψος dicitur quòd sitim sedat: lac coqui diutius potest, pituita diutissimè. Quatenus autem dulcia tergent, hic syrupus asperitatem gutturis lenit, si ab humore siccato inæquale est, & humectando, si à siccitate exasperatum est. Qm̄ item dulcia tergendo sputa promouent, in omni autem pleuritide facilè spuere est saluberrimum, & quò citius, & largius spuitur eò breuior, & tutior est pleuritis. Cor præterea roborabit hic syrupus, si succo huic sericum crudum grano tinctorio, (κέρμες, Mauri uocant) infectum immisceris, donec succus ruber euadat. Nam utrunque, sericum inquam & coccus baphica uim cordis roborādi habere creditur. Posset eadem ratione cęteris huius generis syrupis hoc ipsum misceri, nō huic, & syrupo de pomis tantum.

ANT. Syrupus de granatis dulcibus ualet ad tussim, et pleuresim, et sitim, et fit, ut supra. Et sunt qui immergunt in succo setam tinctam ex * chesmes, et est excellentior.

* chermes

Syrupus de granatis dulcibus etiam non est in usu.

SYL. *Syrupus ex corticibus citri stomachū firmat, et oris gratiam commendat. Corticum citri lib. i. in aquæ fontis lib. v. coquitur ad duarum librarum consumptionem, & cum sacchari lib. i. percoquitur in syrupum cōdiendum moschi granis quatuor. Alij corticum quantitatem istam in iulepum probe coctum proijciunt, & fit delectabile. Quod si aqua cui cortices citri sint incocti, sericum cocco baphica tinctū maceraris, præstantior euadet.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cerebrum, cor, stomachum, & reliquum etiam uentriculum, si frigida intemperie laborant, calore aromatico roborat iste syrupus, & cortex conditus, siue humidus, siue siccatus, diligenter mansus, & ore contentus, uel deglutitus. Nobis, ut dixi, citrorum desiderio non paratur, sed eius loco sæpe utimur eo syrupo, in quo ipsi cortices citro B rum conditi seruantur. Quia uerò est odore iucundo, tetrum oris halitum tegit, & obtundit, præsertim qui à corruptis in uentriculo humoribus effertur. Nam a partibus aliis oris uicinis odorem fœdum, nec multum, nec diu dissimulat. In idem uitium cortex citri conditus est efficacissimus, siue ore contineatur, siue etiam præmansus deuoretur, præsertim aere frigido, aut temperato, & in uentriculi intemperie frigida potius, quam alia quauis: nam manifeste calfacit. Odorem uerò huius syrupi aromaticū moscho addito auget, ut etiam partes principes ualentius roboret. Quamuis autem calidus sit, tamen pestilentibus morbis, & ueneno resistit, partes principes roborando. Ne autem accipe panum sericum tinctum in chermes, rem à nostra natura, & cocci alienam, non solum per se, sed ob aluminis, & aliorum tincturæ panni huius necessariorum mistam malignitatem. Misceatur hic syrupus sæpe aliis compositionib. ad cerebrum, cor, stomachum roborandum. Idem pollet cōditura corticum citri liquida. Nam sicca minus est efficax. quæ fit corticibus in saccharum propè percoctum iniectis. C Fieri similiter potest syrupus, & conditura ex corticibus limonum & aranciorum, sed postremi, quòd amariores sunt, aqua macerando sunt antè dulcorandi.

ANT. Syrupus de corticibus citri confortat stomachum, et facit oris odorem bonum. Accipe corticum pomorum citri recentium lib. i. decoque cum aqua fontium lib. v. usque ad consumptionem duarum partium et cum zucchari * li. i. fiat syrupus et condiatur cū musci granis. iiii. Et sunt qui iuleb proiiciunt ex corticibus citrorum partes conuenientes, et proprie quando uicinatur cōplexioni cocturæ eius, et est delectabilis. Et quando submergitur in aqua decoctionis citri seta tincta ex † chesmes: tunc est excellentior.

*lib. ii.

† chermes

Syrupus de corticibus citri non est in usu nec præparatus reperitur. Et hic no. quia in præsenti syrupus fit mentio de seta tincta in chermes idest in grana. reperitur etiam in quibusdā aliis descriptionibus chesmes scripta per. s. & D non per. r. & sunt passulæ sine nucleis: omnia autem alia, quæ ponuntur in eis, si quis uellet ipsis magistraliter uti per se ipsa sunt clara, & modus assumptionis, & dosis iam apparet ex dictis, cum quibus autem aquis lymphari debeant, perito medico relinquo secundum exigentiam dispositionis curandæ.

Nota chesmes.

Additio.

Iste syrupus apud nos est in usu. Aui. in.v. cano. ipsum describit sub nomine syrupi delectabilis. item Serapio in proprio antid. similiter Haly. quarto practicæ.

MANARDVS in Syrupum de corticibus citri.

Cum bene paratur, cerebrum etiam & cor confortat, si intemperie frigida laborant.

SYL. *Syrupus ex succo citri acido bilis flauæ, & febrium ab ea, aut uiscerum phlegmone ortarum, ardorem flammeum potenter extinguit, ac sitim uehementem, ebrie-*

cati

tati resistit, vertiginem iuuat, febribus denique pestilentibus, præsertim constitutione æstatis venenosa, & pestilentiæ opitulatur: sic fit: Succi citrorum acidi li. xij. in uase vitrato coque igni prunarum lento ad tertiæ partis consumptionem, cola, residere donec clarescat permitte. Clari succi li. vij. percoque ad iustā crassitudinem cum iulepi clari, & purgati li. v. Aut si æstas est, in sola donec aquosa eius substantia consumetur.

SYLVII ANNOTATIO.

Sapor acidus refrigerando uehementiam bilis potēter obtundit, præsertim mistus aquæ frigidæ, cum qua dupla huius syrupi unciæ duæ propinātur, uel eius loco aqua buglossi, intybi, melissophyli, uel alia pro scopis uariis: cor, uentriculum; & partes alias ab intemperie calida imbecillas firmat, & dum spiritus calore immodico tenuatos resolui prohibet, ac ipsorum putredini, & humorum; & aeris tota sua substantia resistit, per accidens naturam roborat, febresq; pestilentes, aut gigni prohibet, aut genitas emendat. Refrigerando item ac humectādo (nam per se frigidus ac modicè humidus, duplo autem aquæ assumpto utranque qualitatem intendit) febrium maximè biliosarum incendium compescit, & sitim ac somnum conciliat. Quoniam postremò uapores minuit extincto calore uaporem causam effectricem ebrietatis poto iam uinò potente, & uaporoso reprimit frigiditate. Qua de causa nonnulli cum uinum meracius bibere cogantur, ob uentriculi imbecillitatem, ab eo ne caput uaporibus calidis tentetur, aquam superbibūt: alii pomum, aut pyrum, aut aliquid simile postremum ingerunt: alii ore tantùm ea continent: alii ore aperto respirāt, ut uaporum a uino calidorum pars magna cum expiratione foras exhalet; nō deferatur in caput, ubi spiritibus mista pro suo impetu, errabundo motu spiritus ipsos animales dimoueant, ut inde nobis appareant communia ebriorū symptomata: Inter, quæ unum quoque est uertigo, cum scilicet omnia circumagi uidentur. Cui syrupus iste etiam succurrit, & uisis, quæ uapor nunc biliosus, nunc alius à uentriculo, uel etiam toto corpore elatus in caput, & spiritui uisorio permistus nobis mentitur. Qualia multa ieiunis quibusdam, omnibus uerò febrem deposituris crisi per uomitum, aut hæmorrhagiā narium accidunt. Citrea mala septētrionalis Gallia cum desideret, hunc syrupum ex Prouincia, & Gallia Narbonensi coemit. Possis tamen ex succo limonum (quos plurimos, & integerrimos prædictæ regiones quotannis transmittunt) isto non multò inferiorē: magis tamen refrigerantem, & penetrantem coquere, ambo præterea cor, & stomachum roborant, & spiritus resolui prohibent, nec malus fuerit ex succo aranciorum indidem magna copia huc anno prope toto delatorum.

Celsus. Paulus. — Li. 3. pro. & criseō.

Syrupus item acetosus simplex, & de granatis acidis, facultate refrigeratoria huic est affinis, uiribus aliis longè inferior. Iulep clarum est saccharum aqua dissolutum, coctū cum albuminibus clarificatum, uel iulepum accipe cū succo citri factum, aut rosatum. Potes etiam sacch. lib. duas in aquę triplo ad penidiorum consistentiam coctas illi syrupo incoquere, post insolare dies. 40. ut diutius seruetur. Si cōtra bilem sumitur manè dentur eius vnc. ii. cū dupla aqua: si ad sitim & calorem febrilem, longè à cibo frequenter die sumitur unc. ii. cum aquæ quadruplo.

ANT. Syrupus acetositatis citri: cuius iuuamētum est magnum in extinguendo inflammationes choleræ rubeæ, & febres inflammatiuas uehementes, & febres pestilentiæ, & proprie, quæ fiunt in æstate uenenosa.† Et conferunt ebrietati, uertigini, & siti uehemēti. Rec. succi acetositatis citri lib. xij. Decoque in uase uitreato super prunas cum facilitate usquedum cōsumatur tertia pars ipsius. Deinde coletur, et dimittatur, donec clarificetur. Et accipe ex eo, quod clarum est li. vii. et funde super ipsum ex iuleb claro, et depurato lib. v. et coquatur donec inspissetur. Si autem æstas fuerit, dimittatū in sole, donec eius aquositas cōsumetū.

E Iste syrupus est multum in usu, & secundum hanc descri. præparatus reperitur, & præparatur, & maxime tempore pestilentiæ, & aliis feb. malæ qualitatis: nam resistit corruptioni aeris, & uenenositati aeris sua complexione, & proprietate, confortat stomachum debilem, & supercalefactū, & cor prohibendo resolutionem spirituum, & infectionē ipsorum, & remittit incendium superfluæ caliditatis humorum extinguit sitim, & sic somnum mire prouocat, & eius complexio principalis est frigida ultra primum cum leuissima siccitate, & aliquali humectatione, quæ longe maior efficitur ex permixtione aquæ frigidæ purę in duplici quātitate. Sic ergo apparet, quod ipse est principaliter digestiuus materiei cholericæ, & subtilis, superfluæ caliditatis, sicut etiā syrupus acetosus simplex. Cōfert insuper ebriis, & habentibus uertiginem prohibendo ascensum uaporum ad caput: habet, & alias operationes quas tuipse discerne. Reci. succi acetositatis citri, &c. Et infunde super ipsum de iuleb claro, & depurato .i. de zuccharo liquefacto claro & præparato cum claris ouorum, ut faciunt aromatarii, uel aliter ex iuleb claro & depurato, id est ex iuleb rosato, per

F fecte completo lib. ii. & utraq; expositio est bona. reliqua, quæ ponuntur in litera, sunt clara. Et eius dosis communiter fit usque ad ℥. ii. cum aqua frigida, uel aquis cordialibus buglossę melissæ, uel endiuiæ, & hoc, uel plus, uel minus de una, uel altera illarum: secundum, quòd quærimus maiorem, uel minorem extinctionem, aut confortationem uirtutis. Et si sumatur talis syrupus pro digestione humorum semel tantum in die sumitur cū proportione duplici aquæ. Si autem sumitur pro extinctione sitis, & caloris febrilis sic potest sumi pluries in die stomacho ieiuno, & uacuo, & celebrata digestione cum proportione quadrupli aquæ.

Additio.

Nota, quod pauci sunt aromatarii, qui sciant facere istū syrupum immo omnes facientes hunc syrupum, diu in forma syrupi non possunt conseruare: sed cōgelatur tanquam gelea, & hoc aduenit imperitia facientium. Sic igitur est faciendum, accipiatur illud in quo acetositas reperitur citri, & ipsam petia subtili leniter exprimas, & non uiolēter,

G exhibit liquor clarus non mucilaginosus. Accipe igitur de dicto liquore quantitatem dictam, zucchari albi bene clarificati, & debito modo cocti quantitatem, ut supra, & cum eo pone acetositatem, & Soli exponat. Sol enim consumet paruo tempore humiditatem superfluam acetositatis citri, & remanebit clarum tanquam aqua, hoc enim modo faciūt Cypriani.

Nota. mani.

MANARDVS, de Syrupis acetositatis citri.

Paraui instar huius ex limonibus, & inueni placidū ac utilem. ET confert ebrietati, uertigini.) Biliosæ.

SYL. *Syrupus de Omphacio ventriculum roborat, etiā prægnātium, ne aliarum partium excrementa facile recipiat, ob id choleræ morbo medetur, intemperiem calidam ventriculi, febres biliosas, sitim vehementem extinguit: uenenis resistit. Fit, ut syrupus ex succo citronum. Nonnulli cōdiunt caryophyllis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Refrigerat, & potenter adstringit, si ex uuis natura au-

H steris (quales uulgò nobis dictæ Burdegalenses,) & imaturis expressum sit omphacium: ob id hic syrupus ad unc. ii. cum unciis duabus aquæ coctæ, & chalybatæ, ante cibum præsumptus, non modo deiectionem immo dicam in cholera sistit, sed etiam omni dysenterię, præsertim biliosæ, quæ frequentissima est, multum confert, purgato prius, si opus fuerit corpore per rhabarbarum etiā tostū, uel aliud idoneum medicamentum. Si autem paulò post cibum sumatur eadem, aut propinqua mensura, uomitum immoderatiorem, & a cholera, & à causa alia cohibet. Quia uerò refrigerat, siccat, adstringit, ut acetum, tribus his qualitatibus putredini resistit, ut sal duobus postremis, mel & saccharum, & coctio à sole, uel igne sola siccatione, ob id conditioni pestilenti usu est frequentiss. omphacium. Vt aromatico sit odore, miscent nōnulli caryophylla, quibus multò, aut paulò minus refrigeret pro caryophyllorum quantitate, & uiribus. Paulus omphacij sextarios. iii. cum mellis sextario uno igni lento coquit: uel dies 40. insolat, donec aquosa eius substantia sit consumpta, & ob id ὀμφακομέλι appellat. Actuario ad eadem fit ex omphacii libra. i. sacchari lib. ii. bilis ardorem & febrium magis refrigerando obtundit: nympheo sacchar eiusdem ex florum nympheæ lib. ii. in aqua parum coctis expressum, deīde percoquitur, cum sacchari libr. ii. seruatur, & omphacium cum sale & omphacium siccum cuius meminit Galen. lib. 6. com. ph. p. Fit ex omphacii coctione, & residentia purgati lib. septem, & sacchari clarificati libris quinq;, additis caryophyllorū drachmis duabus, aut circiter.

ANT. Syrupus de Acresta confert uomitui, & solutioni collyricæ, & inflammationi stomachi, & siti laboriosæ, & febribus cholericis. Et confortat stomachum prægnantium, quæ facile recipiunt superfluitates. Et ualet cōtra uenena. Et modus operationis eius est, sicut syrupus de acetositate citri. Et quidam condiunt cum caryophyllis.

Syrupus de acresta, licet non sit in usu, magistraliter tamen potest confici, & eius usus esset conueniens uomitui superfluo assumptus immediate post cibum in dosi. ℥. ii. cū modico plus aquæ extinctionis ferri, uel calybis, & fluxui uentris, uel calido, uel acuto cum relaxatione, & excoriatione intestinorum assumptus ante cibum in dosi prædicta cum eadem aqua frigida tempore calido, & calida tempore frigido: præmissa tamen aliquali euacuatione cum cassia, uel manna, uel cum rhabarbaro asso: seu cum myrobalanis assatis, si talis fluxus, uel uomitus est dependens à materia pungitiua, uel mordicatiua. Et hic notandum, quod in quolibet fluxu uentris illa, quæ dantur ad constrictionē statim debent exhiberi ante cibum: oppositum autem fieri debet in uomitu. ualet etiam usus eius appetitiui magno prægnantium, est. n. frigidæ, & siccę complexionis in primo, cū stipticitate multa & confortatione membrorum: unde multum laudo usum eius.

Canō pra ticus.

Additio.

Iste syrupus est in usu. Aui. in. v. can. habet unam aliam descrip. & est fere eadem. Similiter Serapio in proprio antid. Etiam Franciscus de Pedemontium in cap. de cura malæ complexionis stomachi cum materia habet unam aliam descrip. quæ eadem est cum illa domini Auicennæ.

MANARDVS in Syrupum de agresta.

Hic quoque præstans est: Paulus omphacomeli.

SYL. *Syrupus Myrtorum uentriculum, & uiscera alia roborat, ob id fluorem alui antiquatum sistit, & tussim mitigat: fit ut syrupus de omphacio prædictus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hæmorrhagiam omnem cohibet, sumptus cum aqua chalybata, uel plantaginis, siue à pulmone est, siue ab utero, siue renibus. Diabetem quoq; reprimit, & omnem immodicam uacuationem quia refrigerat, siccat, adstringit. Eadem opera omphacosacchar præstat. Viscera ab intemperie calida imbecilla & soluta roborat, tussi à defluxu calido & acri medetur dictis qualitatibus, & suo lentore uelut incrustando muniens fauces, ac guttur: fit ex succi myrtorum .i. myrti baccarum lib. xii. coctis ad tertiæ partis consumptionem, deinde colatis, & quiescendo purgatis lib. vii. quibus affunde sacchari clarificati libras. v. percoque igni lento in syrupum, uel si æstas est in sola usque ad partis aquosæ consumptionem: sic Mesues & Serapio componunt. Parrhisiis autem, quod myrtos parum recentes habemus, ex ipsis in aqua temperatis, & coctis paramus, sed imbecilliorē. Hic uentris fluorem etiam antiquum sistit, & screatum sanguinis, quæ ut præstet efficacius astringentium catalogum, rosas, rho, acaciam, hypocistidem, balaustia, oxyacātham, baccam, mespila, carnem cydoniorum, succum granatorum, mastichen, santala, ebur ustum miscent, cum horum unum, aut saltem pauca sufficiant. Myrteton Pauli lib. 7. huic affine est, ex succi myrtorum sextariis tribus coctis, cum melle sextario uno ad tertiæ partis consumptionem semper despumando.

D

Syrupus ribes (sic enim uocant Barbari, doctis ignoratū

A fructice) uel Damasceni, uel nostratis, calorem, febres, biliosas, sitim extinguit, profluuium biliosum, uomitum, hæmorrhagiam sistit, cardiacis succurrit, appetētiam excitat, exanthemata seu morbillos, & uariolas sanat, in pestilentia est efficax, ebrietati resistit, uisum acuit: fit ut syrupus ex acida parte citrorum, cui uiribus æquale est. Ex baccis item ribes rubentibus racematim cohærentibus in aqua coctis, & expressis cum saccharo percoctis, fit cremor gelatinæ uulgari similis, qualis ex cydoniis, cornis, oxyacanthæ, uuis, gelatina uulgò dictus, quòd gelu concretione refert: sed hic omnium est gratissimus, & potest eadem, quæ syrupus, & sapa ribes prædictus. Quam uellem simplices herbarū succos, ut fructuum, melle, uel saccharo conditos, & coctos, uel etiam igni, aut sole siccatos seruari, potius, quàm sic uariè initio misceri, cum posset medicus utendi tempore pro suis indicationibus, & scopis miscere. Est multum in usu, nomine syrupi de baccis myrti. Est alius syrupus myrtorū compositus post scribendus, frigidus est ac siccus ad primū gradum, mista etiam pauca caliditate aromatica.

B Syrupus de granis Myrti confert solutioni antiquę & tussi, & confortat stomachum & pulmonem, & uiscera, & eius modus est sicut syrupus de acresta. ANT.

Iste syrupus secundum præsentem descriptionem est in usu, & ab omnibus præparatur. ualet principaliter contra omnem fluxum uentris antiquum, & maxime excoriatiuū, & contra omnem fluxum sanguinis à renibus, uel a pectore assumptus cum aqua ferrea, uel plantaginis, & contra fluxum menstruorum, & contra tussim factam a materia calida & subtili. Confortat insuper stomachum, & pulmonē & uiscera calefacta & relaxata, & summe cōfert superfluo fluxui urinæ, & diabeti. Est .n. complexio myrti frigida in primo, & sicca in secundo, cum caliditate quadam, & leui apertione, uirtus autem huius syrupi resultat frigida uersus primum, & sicca modicum ultra primum, & dosis eius est de mane uacuo stomacho usq; ad ℥. ii. lymphatum cum aqua simplici, uel ferrea, uel alia, destillata, secundum exigentiam dispositionis.

Additio.

C Syrupus de granis myrti est in usu. Serapio in proprio antidotario tres habet descriptiones syrupi de granis myrti, quarum una est similis huic.

MANARDVS in Syrupum de granis myrti.

Myrteton uocat Paulus: magni usus in fluente aluo.

Syrupus ex Vuis purgatis prodest tussi, & thoraci, fit ut syrupus zizyphorum. SYL.

Syrupus Chesmes confert tussi, & pectori, decoquatur chermes, sicut diximus in syrupo de iuiubis. ANT.

Syrupus de chesmes. i. de passulis sine nucleis: aliter exponatur. i. de grana cum aqua tingitur sericum, sed prima expositio dicta est magis ad mentem auctorum; non est in usu.

Additio.

Iste syrupus raro habetur in usu. Serapio in proprio antidotatio eundem describit syru. & sunt chesmes passulæ sine nucleis.

MANARDVS de Syrupis Chesmes.

Syrupus ex Dactilis uentriculum adstringendo roborat ob id uomitum, & fluorem alui sistit: fit ex dactylis enucleatis, tritis, coctis ad consumptionem duarum partiū, deinde in syrupum percoctis. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Succo dactylorum caremus, uuarum abundamus, tamen cocto in syrupum non utimur: potest, qui uolet, componere, & composito ad dictos affectus uti. Quæ ex uino, & aceto, succis fructuum, cum melle, aut saccharo fiūt potiones, œnomeli, oxymeli, oxysacchar simplicia hic adscribi possunt, quia tamen multipliciter componuntur, in compositos syrupos distuli.

Syrupus de Albelach cōfortat stomachum, & sistit uomitum: & stringit uentrem. Sumantur albelach, & enucleentur, & conterantur, & coquantur usque ANT.

ad

ad conſumptionem duarum partium, & fiat ſyrupus ſi cut diximus.

Syrupus albelach.i.de dactylis, non eſt in uſu, & eſt ulti mus,qui ponitur inter ſyrupos ſimplices,factos ex ſolo zuc charo,& aliquo ſucco.Cum hoc tamen ponit inter compo ſitos ſyrupum acetoſum ſimplicem conſtructum ex tribus ſcilicet aqua,zuccharo,& aceto.

SYL. *Syrupus Saporis de pomis ad melancholiam, et manid, cor etiam exhilarat,accipit ſucci pomorum redolentiũ lib.* †Alii quatuor. *† tres , ſucci bugloſſi domeſtici , & ſylueſtris , ana libr. ij.folliculorum ſennæ unc.quatuor,croci .3 .duas , ſaccharı albi lib.tres.Fit autem ſic:ſenna contrita,horas 24.ſuccis maceretur:ſemel deinde feruefiat , aut his coletur,expreſſum poſt cum ſaccharo percoquatur in ſyrupum . Crocus autem panno lineo ligatus inter coquendum infricetur .*

SILVII ANNOTATIO.

Hic apud Meſuen eſt in praxi,capite de mania,& melan cholia ſanguinea.Sapor uerò hic rex fuit Perſarum , cuius meminit Crinitus lib.13.cap.4.à quo,uel in cuius gratiam hic ſyrupus eſt compoſitus. Alius eſt apud Meſuẽ in cepha lalgia melancholica ualentior etiam ad quartanas,& lienẽ obſtructum efficax,ex adianti albi , radicum & florum bugloſsi domeſtici,& ſylueſtris,polypodii,epithymi,an.unc. una,folliculorum ſennæ,fumariæ,chamæmeli,ſtœchados, ana drach.ſeptem,chamædryos,ſchœnanti, ellebori nigri , ana drach.tribus,eupatorii drach.quatuor,ſucci pomorum dulcium unc.octo,coctis ſimul præter epithymum, & ſuccum in aquæ libris tribus ad libræ unius conſumptionem , tunc adde epithymum,& parum coque,& cola: deinde ſuc cum,& lib.duas ſacchari,& percoque. Eſt etiam in uſu ſy rupus cichorii compoſitus à Nicolao Florentino uretici cus,ſplenicus,melancholiam uacuans, hepatis obſtructio nem liberans:recipit autem in tybi hortenſis,& ſylueſtris , cichorii hortenſis,& ſylueſtris,ana manipulos duos, fuma riæ,cucurbitæ,lichenis herbæ,lupi ſaliſtarii, ana manipul. unum,hordei mundati,fructuum halicacabi. ana unc. qua tuor,glycyrrhizæ,trium adiantorum,aſplenii caſſuthi , ana dra.ſex,radicis fœniculi,aſparagi,apii , ana ʒ.duas , coque in aqua,cola,percoque:addunt nonnulli li. ſingulis rhabar bari panno raro ligati unciam , dimidiam , ſæpe inter co quendum exprimendam:aliam compoſitionem habet Gu lielmus Placentinus,ſimplex uerò,aut ſimplici proximus , & minimùm compoſitum ratione bona efficax probatur: mellemq; rhabarbari,aut ſubſtantiam,aut expreſsionem ſy rupo ſimplicem miſcere utendi tempore,quam parandi,ꝙ minus precioſam, & efficacem magis portionem reddat . Quòd ſi per hunc ſyrupum uis lienem,aut hepat,aut renes purgare,præſtabit multò ſyrupum ſimplicem miſcere deco cto ſimplicium ſplenicorum,uel hepaticorum,uel nephriti corum.Ex ſucco lactucæ,oxalidis.portulacæ,& aliarũ ſimi liter refrigerantium atque bugloſsi utriuſque,& reliquarũ quoq; herbarum uiribus ſaltem inſignibus præditarum,poſ ſunt parari multò meliores,quàm qui uulgo ſunt in uſu.

SYL. *Syrupus adiantinus ad thoracis affectus calidos,& ui ſcerum obſtructiones,recipit glycyrrhizæ unc.duas,adian ti albi uncias quinque , tempera aquæ fonti, lib. quatuor ,* Syr. capil li uene. *horis uigintiquatuor , coque ad dimidias , expreſſum per coque cum ſacchari clarificati aquæ adianti albi , ana uncias octo .*

MANARDVS, de Syrup.alchelach.

Dicunt eſſe dactylos:ſed mirũ eſt cũ alias interpres con ſueuerit uti uoce dactylorum quod nunc utatur uoce illa.

DE SYRVPIS COMPOSITIS

SYL. *HActenus ſyrupos ſimplices,et iulepos deſcripſimus, nunc compoſitos aggrediamur,primum refrigeran tes fere,poſtea calfacientes,& roborantes .*

SYLVII ANNOTATIO.

Syrupos ex ſuccis fructuum medicamentoſis,præſertim refrigerando,& adſtringendo, & obiter ex ſuccis herbarũ etiam calfacientibus,ſimplices explicuimus: compoſiti ſu-

per ſunt,inter quos Meſues acetatum, ex aceto, aqua , ſac charo recenſet,quamuis minimum ſit compoſitus.

Frigidi autẽ hi aduerſus biliioſos affectus, & ſanguineos ſunt efficaces,ut calidi ad pituitoſos,& melancholicos,niſi quibus melancholia feruet.

Primum autem compoſitos ex ſuccis fructuum docebi mus,quo ordine ſimplices prius ſunt deſcripti.

Vcuſque ſcripſimus modos ſyrupo rum ſimplicium,& iuleb. Nunc ue ro ſermo noſter erit de ſyrupis cõ poſitis,quorum uirtus eſt infrigida re.Et conſequenter de his,qui cale faciunt,& confortant ſcribemus.

Hæc eſt ſecunda pars principalis huius ſextæ diuiſionis in qua poſtquam poſuit iuleb , & ſyrupos ſimplices , nunc proſequitur cõpoſitos.licet inter compoſitos intermiſceat ſyrupum acetoſum ſimplicem: qui tenet medium inter ſim plices,& compoſitos . Et primo ponit ſyrupos , qui magis conueniunt ad digerẽdum materiam calidam : quia plus at tinent complexioni frigidæ in eorum uirtute,& ſubſequẽ ter ponit illos,qui principaliter conueniunt ad digerendũ materiam frigidam,nam cum eorum complexione plus at tinẽt caliditati. Et licet aliqui ſyrupi in hac prima parte po ſiti etiam ſimul conueniunt ad digerendum materiam cali dam & frigidam,ſicut inferius declarabitur,tamen in eorũ complexione plus attinent gradui frigiditati .

MANARDVS de Syrupis compoſitis .

Cõpoſitos hos uocat,quia præter ſaccha.aut mel,ex plu ribus,quàm ex una re conſtat.

Syrupus papaueris ad catarrhum , & tuſſim , cauſam inſomniæ,ſit præſertim ex capitum papaueris albi , & ni gri,ana drachm.lx.coctis in libris quatuor aquæ pluuialis ad conſumptionem librarum duarum,& dimidiæ,tunc per coquantur cum ſacchari albi , & penidiörum ; ana unc. quatuor .

SYLVII ANNOTATIO.

Galenus in diacodio hunc terminum decoctionis nõ uult tam longum in recentibus præſertim capitibus , quia uim perdit,ſed donec ipſa capita coquẽdo tabeſcãt : Poteſt fieri ex ſolo ſemine , ſed præſtat ex capitibus cum ſemine decoctis ipſum componere,quod in capitibus uis refrige ratoria ſit inſignior , ut indicat opium ex his præſertim ni gris inciſis,emanans liquor maximè omnium narcoticus. Hic ſyrup.ſimplex uſu frequentior,quàm ſequẽs , catarrhũ calidum,tenuem,& acrem,in aſperam arteriam ſiſtit , quia frigiditate ſua cogit,& craſſum efficit humorem , ob id ad fluendum ineptiorem . In quem uſum diacodion adhibet Gal.Caloris quoq; incendium extinguit , ſomnum conci liat,ſitim ſedat,guttur lenit . Tuſsim quoque ab eodem ca tarrho ſiccam finit,aut ſaltem mitigat,ſicca autem eſt,quòd nihil materiæ tenuioris,& efflationem tuſsis materiam elu dentis expectoratur,& lentore ſuo gutturis aſperitatem le nit.Pro pluuiali aqua quidam malunt fontanam,& coquũt ad conſumptionem tantùm libræ unius,uel unius, & dimi diæ,in formam iulepi. Capita autem papaueris ſint recen tiora,quia frigidiora ſunt , & diu minus coqui deſiderant, quàm ſicca:ſomnum quoque conciliat,tum per ſe refrigerã do,& humectando ſumptus unciis duabus hora ſomni,tum per accidens mitigata per tuſsim uigilias excitante . Eadẽ ui ſitim extinguit , à calido & ſicco naſci ſolitam. Papaue ris non nigri,ſed rubri legũt nõnulli, quòd papauer rhœas eſt.Dioſcoridi refrigerans,& omnibus ſuis partibus ſom num concilians,ne putes cum quibuſdam ipſum anemonẽ eſſe calidam herbam.

SYrupus de papauere confert catarrho,& tuſsi,que uigilare facit . Accipe papaueris albi , & nigri,& proprie capitum eorum,ana drac.lx. & decoquan tur in lib.iiii.aquæ pluuialis uſquedum redeat ad lib .i. &.s.& cum zucchari albi,& penidiarum,ana† drac.iiii. fiat ſyrupus.

Syrupus

Syrup.de papauere duæ deſcriptiones de ſyrupi de papa uere ponuntur in hoc antidotario Meſ. ſed iſta prima , quæ ponitur eſt illa,quæ magis habetur in uſu, & ſic ubique præ parata reperitur , licet , & alia , quæ ſequitur magiſtraliter conueniat,ut de ipſa inferius declarabo: ualet enim iſte ſy rupus principaliter ad pruouocandum ſomnum, ad ſitim ex tinguendam,aſſumendo de eo.ʒ.ii . de ſero una hora poſt cœnam,& etiam de mane ſi expedit una hora poſt prandiũ reprimit enim uapores calidos, & acutos,qui ſunt cauſa ui giliarum,etiam ſua frigiditate caliditatem ſuperfluam re mittit , prohibet etiam deſcenſum catarrhi acuti ad partes pectoris,& pulmonis. Confert etiam tuſsi ſiccæ , & aſpe ritati gutturis,& cannæ , aſſumptus tempore congruo , & cum modo,& aqua conuenienti talibus diſpoſitionibus. Recipe papaueris albi,& rubei , & proprie capita eorum cum ſemine,ſupple.litera eſt clara , & modus conſtructio nis ipſius,& ſimplicia ingrediẽtia , ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Duos deſcribit ſyrupos de papauere dominus Meſues in preſenti antidotario,iſte tamen primus,magis conuenit ad ſomnum prouocandum,quàm ſequens. Nicolaus in pro prio antidotario habet unam deſcriptionem ſyrupi de pa pauere: ſed non eſt in uſu.Auicenna in quinto cano . habet duas deſcriptiones,ſed non ſunt ſimiles huic : nonnulli ta men primam earum diſpenſant magiſtraliter ad intentio nem dictam ſcilicet ad ſomnum prouocandum , & uocant ſyrupum de papauere centum capitum . Summa medici narum eſt.v.res.

MANARDVS, in ſyrupo de papauere.

Longa nimis uidetur hæc decoctio,adeò,ut in recentib. uim pdat. Tutius eſt coquere donec tabeſcat,nec amplius.

Syrupus bizantinus ad icterum,& febres putridas, bi lioſas,& phlegmaticas ſolutu contumaces , recipit ſucci ty bi,& apii,ana lib.ij.ſucci lupuli , & bugloſſi hortenſis , uel ſylueſtris,ana libram unam,feruefiant ſemel,& purgẽ tur eius ſucci clarificati lib.iiij.igni lento coque in ſyru.cũ ſaccha.lib.duabus,& dimidia.Interdum acetum menſura ſuccorum purorum dimidia incoquitur,interdum roſarum unc.ij.glycyrrhizæ unc.s.ſpicæ nardi drac.duæ,ſemi.aniſi, fœniculi,apij,ana drachmæ tres,ſuccis incoquuntur,& ui mirus uadit.

SYLVII ANNOTATIO.

Coquendo deſpumentur,& clarificentur & colentur ſuc ci.Si hunc uis obſtructa potentius aperire, adde acetum al bum,apium,petroſelinum,fœniculum,& alia,uel ſplenica, uel hepatica,uel nephritica,aut ei iunge , utendi tempore ſyrupum de radicibus,uel duabus,uel quinque.

Syrupus Dinari,& eius interpretatio eſt ſyrupus de bizantiis faciens ad febres oppilationum, & febres cholericas,& phlegmaticas,quarum difficilis eſt ra dicatio,ad icteritiam. Accipe† ſucci endiuiæ, ſuc. apii , ana lib.ii.ſuc.lupuli,ſuc.boraginis, aut bugloſſæ dome ſticæ,aut ſilueſtris.ana lib.i. Bulliant bullitione una,& deſpumentur,& depurentur.† Acci. eius clarificati li . iiii.zucchari tabarzet li.ii.&.s.& coquantur cum facili tate donec fiat ſyrupus.Et quandoq; ad omnem partẽ ſuc.depurati ponitur aceti boni albi,& clari pars. s. Et quandoq; bulliunt in ſuc.foliorum roſarum unc. ii. li quiritiæ unc.s.ſpicæ.ʒ .ii.aniſi fœnicu.ſemin.apii , ana ʒ .iii.& eſt mirabilis.

Iſte eſt ſyru. de bizantiis, & ſic ſub iſto nomine uulgari , & literali ſermone ubiq; fit & habetur in uſu.dupliciter au tem reperitur.uno modo ſecundum ſimplicem deſcriptio nẽ.alio modo cũ additione,quæ in fine huius cap.ponitur, cũ dicit,& quandoq; ad oẽm partem ſucci,&c. Et ſic prepa rando uocatur ſyrupus de bizantiis cũ additione, & utroq; modo præparatus reperitur. Et,ut ſic habet diuerſas opera tiones efficere.Iſte ſyru.eſt ualde famoſus,unde habetur in continuo uſu propter eius excellentiam,& iuuamenta , & maxime in febrib.difficilis eradicationis cõpoſitis, ut cho lericis,& phlegmaticis,& ut ſic confert febribus de mate ria mixta,ut ex phlegmate , & cholera . Vſus tũ eius ẽ ma gis cõueniens tranſacta nona die, aut ad minus ſeptima,& ſic practicatur.Sed hic notandũ , quòd ante ſeptimam uti mur cõiter in iſtis febribus pro digeſtiuo noſtro ſyrupo de duabus radicibus,aut acetoſo ſimplici cum aqua fœniculi , & tertia parte mellis roſati colati,uel media pte cum aqua ſimplici,endiuiæ tñ,uel fœniculi tñ,uel endiuiæ, & fœni culi ſimul,ſm quod plus,uel minus prædominatur materia phlegmatica,uel cholerica in dictis febribus.Prædomınan te uero materia cholerica,utimur ſyrupo ſimplici,uel ace toſo compoſito cum quarta parte mellis roſati colati,& cũ aqua fœniculi,& modico aquæ endiuiæ , ſi uero aliquid a quæ fœniculi ponitur,eſt ualde modicum. Prædominante uero materia phlegmatica utimur ſyrupo acetoſo compoſito, uel ſimplici , ſi aliud membrum læderetur ab eo cum æquali proportione mellis roſati colati,& cum aqua fœni culi,& cum modico aquæ endiuiæ.Mel roſatum principa liter ponitur cum prædicto ſyrupo ad digerendum mate riã phlegmaticam in ſtomacho,ipſam ſubtiliando,& abſter gendo,& ad ſtomachum confortandum.Et ſyrupus de bizã tijs cum additione eſt magis cõueniens in declinatione fe brium,quàm ſyrupus de bizantiis ſine additione: quia ma gis aperitiuus,ſubtiliatiuus , cõfortatiuus membrorum,& præparatiuus reſidui materierum ad expulſionem. Reci.en diuiæ,apii,ſucci lupuli , noti ſunt , oriuntur in ſepibus , & ſunt frigidæ uerſus primum,& ſiccæ in ipſo cũ uirtute ape ritiua,& aliqualiter lenitiua , quia ſunt de ſpecie uolubilis habentis lacticinium,& ipſorũ uirtus cõplexio,& operatio ponitur a Meſ.in capitulo de uolubili , & a nullo alio repe ritur de lupulo ſub proprio nomine. ſucci boraginis , &c. Reliqua ſimplicia ſunt ſuperius declarata, & modus con ſtruẽdi apparet in litera.Sequitur & quãdoq; ad omnẽ par tem ſucci depurati ponitur acetum.Iſta additio cõiter non eſt in uſu, & qñdoq; bulliũt in ſuccis foliorum roſarum, & illa eſt additio uſitata,quæ eſt clara per ſe,& omnia,quæ cõ tinentur in ea.Et iſte ſyrupus in caliditate, & ſiccitate aſcẽ dit uerſus primum gradum.

Quonam tempore bizantius cõpoſitus ſit exhibẽ dus.

Nota de lupulo.

Additio.

Iſte ſyrupus nõ dicitur de bizantijs, eo quod in ipſo bla ctæ bizantię ingrediant,ſed ut uult Saladinus dicitur ſyru pus dinari,uel de bizantiis, quia bizantium in Arabica lin gua idem eſt,quod ducatus,uel aliud genus dinarii: unde ſi cut ducati apud homines ſunt cari & precioſi, ita iſte ſyru pus apud medicos,& etiam apud infirmos , propter opti mam operationem quam inducit eſt ualde carus,uel põt di ci de bizantiis a loco quodã nominato bizantiũ in cõfinio Macedoniæ, qui nunc uocatur Conſtantinopolis . Summa me.ſine additionibus eſt.vi.res.

MANARDVS De Syrupis Dinari,id eſt, de byzantiis .

Barbara certè eſt hæc inſcriptio:& ſi id notat, quod uer ba ſignificant,auaritiam oſtendit,quæ à bono , & uiro , & medico debet eſſe aliena.Efficax tamẽ eſt ſyrupus,& mul ti uſus in longis febribus,præſertim ab atra bile factis. ac cipe eius clarificati lib.iiii.) Id eſt,pro quibus libet.iiii.li. accipe ſacchari lib.ii.s.Et quandoq; .) Parant cõmuniter utroque modo,cum aceto uidelicet , & abſque eo:dum ta men ſimpliciter ſcribitur,acidus eſt accipiendus .

SYL. *Syrupus de quinque radicibus ad eadem efficacior pro ximus uiribus ſyrupo Bizantino,incerti eſt autoris , accipit radicum apij,fœniculi,petroſelini,aſparagi , ruſci, ana uncias duas,coque in li.ſex aquæ fontis ad tertiæ partis con ſumptionem, expreſſum percoquitur cum ſacchari li. tri bus,addendo ad finem aceti unc. octo. Alij addunt deco cto ſeminis apij,fœniculi,petroſelini.ana unc.unam , & in libras decem aquæ coquunt ad dimidias. Expreſſum perco quunt cum mellis potius,quàm ſacchari libris quatuor.*

Syrupus acetatus ſimplex materias calidas frigiditate , tenuitate uero craſſas , & glutinoſas ad expulſionem

apparat. Galeno etiam in partibus remotis, ad quas essentiæ suæ tenuitate alia quoque medicamenta affectus in his contumaces uictura conuehit: humorem tamen melancholico sibi temperamento affinem iuuare non uidetur: recipit aquæ fontis libras quatuor, cum sacchari libris quinque: coquantur in uase lapideo ad dimidias semper despumando, carbonibus accensis, aut flamma exigua, & sine fumo, tũc adde aceti albi, clari libras duas. Si autem ualentissimum uis, libras quatuor. si uiribus mediocre lib. tres, & percoque in syrupum. Datur ab unc. i. ad unc. tres cum frigida.

SYLVII ANNOTATIO.

Affectibus biliosis saluber, quia bilem tenuitate, & caliditate furiosam frangit, crassat, extinguit, humores autem crassos tenuat, incidit, obstructiones aperit, urinas mouet ac sudores. Quæ contraria potest, nimirum contrariis contstans substantiis etiam aceti ratione. Cum autem acetum sit frigidum siccum, uiribus maxime, & humor melancholicus frigidus siccus, & melancholia extincto iam calore frigida sicca Galeno dicatur, ob id humores, & affectus melancholicos augere uidetur acetum, præsertim in mulieribus, quia uterum lædit Hippocr. lib. 3. rat. uic. acu. & eius ratione syrupus acetatus tamen, quia hos humores, & similiter crassos, lentos expulsioni apparat tenuando, incidendo, meatus aperiendo: saluber etiam est affectibus melancholicis, ut quartanæ, libro primo ad Glauconem, & splenicis remediis sumendis, & admouendis miscetur in methodo medendi, & libro. ix. cap. ph. p. putredini etiam resistit, ut acetum, ob id pestilentibus febribus est saluberrimus cum a qua bugloſsi, melissophylli, & aliis, partes principes roborantibus. Non abs re autem in uase lapideo, aut siliceo, aut terreo uitreato coquit. Nam acetum à uase æneo, æruginosum aliquid contrahit, & corrodens. Quòd autem Galeno autore hanc ei syrupo uim tribuit, rerum affinitate fecit. Id enim Galenus oxymeliti tribuit, à quo hic syrupus nullo differt, nisi quòd mellis loco, saccharum mellis specié accipit, &, quod crasius coquendo efficitur, quàm Galeni oxymeli, ad diuturnam custodiam. Potest tamen hic syrupus, ut Galeni oxymeli parum coqui, æstate præsertim, & fiet liquidissimus, clarissimus, iucundissimus in hos omnes affectus, ut quotidie experimur, potius, quàm tantam crassitiem ex multa coctione natam aqua, uel dulci, uel destillata dissoluentes, præsertim quibus affectibus mel timetur. Acetum autem album tenuius, & potentius alio est.

ANT. Sermo in syrupo ace. Iam magnificata est inter uerificatores uirtus syrupi acetosi, et excellentia eius, et in communitate, et posse ipsius in materias calidas, et frigidas, et subtiles, et crassas, et uiscosas siue adhærentes. Et si quidem oportet, uirtus infrigidationis eius cito tollitur, non sublata uirtute penetrationis ipsius, † et hoc quidem Galen. testatus est, quoniam eius potentia communis est ad omnes materias. Et uidetur quòd non: ad choleram nigram † propter similitudinẽ et communitatem complexionum. Et nos quidem dicimus, quòd facit penetrare medicinas ſ partes in quas forte non penetrarent, et facit eas acquirere diuisiuas sectiones duri et difficilis, et modus operationis eius est. Accipe zucchari boni albi partes. v. et funde super illud in uase lapideo aquæ fontium dulcis, et claræ partes. iiij. et decoquatur semper abijciendo spumam eius et sit ignis in quo coquitur prunarum, aut tenuis flammæ sine fumo, et decoque hoc modo donec clarificetur, et diminuta sit aqua sicut medietas eius. Deinde funde super ipsum aceti uini albi clari partes duas † in leui, † et in forti partes. iiij. et in mediocri partes. iij. Et da ei post illud perfectionem in coctura, et sit dosis eius ad unc. j. usq; ad. †iii. † cum aqua frigida.

Sermo in syrupo acetoso iam magnificatus est inter ue-

rificatores. Hic autor ponit descriptionem syrupi acetosi, & uirtutes, & operationes eius. Est enim multum famosus, & excellens, & ubique sic præparatus habetur in usu. nam est efficax, & mirabilis in digerendo materiam subtilem cholericam, & acutam, unde summe confert cholericis febrientibus. Incrassatiuus enim est materierum subtilium, & extinctiuus superfluæ caliditatis, & sitis, aperitiuus oppilationum, prouocatiuus urinæ, & alias, quàm plures habet operationes efficere. Et iste syrupus acetosus simplex est minoris infrigidationis malarum complexionum calidarum, quàm syrupus uiolatus: sed est maioris aperitionis, & prouocationis, & prohibitionis putredinis malæ, & uenenosæ, ideo multum confert tempore pestilentiæ, & febribus pestilentialibus assumptus cum aqua bugloſsæ, uel melissæ corruptioni aeris resistendo. ipsum autem Gal. summe commendat. xi. therapeuticæ, & de ipso multum confidit in dispositionibus putredinalibus, nisi sit nocumentum magnũ in stomacho, & sensibilis læsio in neruis per frigidum. Et iste syrupus per se solum assumptus cum aqua simplici, uel endiuiæ principaliter conuenit in digerendo materias calidas, & subtiles. Et subdit auctor quod posse eius etiam extenditur in materias frigidas, crassas, uiscosas, & adhærentes, hoc autem habet intelligi admixtus cum alio syrupo calido, & melle rosato colato, uel alio syrupo composito absque aceto, de quo statim dicemus, uel lymphatus cum aqua apij, uel fœniculi, & similibus calidis aquis aperitiuis, & sic conueniret ad materias frigidas, admixtus tamen cũ calidis sub debita proportione. Et sic apparet solutio dubii, quod ipsemet tangit in litera dum dicit. Et nos quidem diximus de isto, quòd facit penetrare medicinas simplices, quæ cum ipso administrantur in partes quas forsitan non penetrarent. Et facit eas acquirere sectiones diuisiuas duri & difficilis. Et cum hoc etiam remanet cum ipso uirtus infrigidatiua & incisiua. Et componitur solum ex zucchari aqua, & aceto, secundum proportionem positam ab auctore, & litera est clara.

Additio.

Iste syrupus est multum famosus apud omnes, nam Auicen. in. v. cano. habet multas descrip. istius syrupi differentes tamen ab isto. idem similiter. iiii. cano. Fen. j. describit præsentem syrupum. Similiter Haly. x. practicæ, & Serapio in proprio antidotario describunt præsentem syrupum. Et summa medicinarum ipsum componentium sunt tres res, aqua, zuccharum, & acetum, secundum proportionem hic descriptam a Mes.

MANARDVS de sermone in syrupo acetoso.

Et hoc quidem Galenus testatur.) Galenus nusquam huius meminit, sed oxymelitis. PROPTER similitudinem, & communitatem.) Hippocrates & Galenus, acetum iuuat eos in quibus amara: lædit: summopere in quibus atra bilis dominatur, magis tamen mulieribus, quàm uiris est inimicum, quia uterum lædit. IN leui.) Si uidelicet non uis multum acidum. ET in forti.) Id est, si uis multum acidum. CVM aqua frigida, &c.) Non exprimit quantitatẽ aquæ: nos autem duplam aquam miscemus, & ex herbis potius elicitam, quàm naturalem.

Syrupus acetatus cum radicibus, bilem crassam, & auulsiu difficilem, ac pituitam incidit, terget, obstructa hepatis, lienis, renum aperit, recipit radicum apij, fœniculi, intybi, ana unc. iii. seminum apii, fœniculi, anisi, ana unc. i. seminis intybi unc. dimidiam: hæc omnia igne lento coquantur ad dimidias in aquæ fontanæ libr. x. † tunc additis sacchari lib. iij. clarificetur, deinde acetum additur quantumlibet pro scopis, ut dixi nuper, nariis.

SYLVII ANNOTATIO.

Nam si imbecillum uis, aceti libras quinque addis, si ualentissimum, decem: si medium libras septem, & dimidiam. Sed hic aceti modus atque adeò primus, in hoc syrupo, & in præcendente nobis est molestus, præsertim qui bus frigidus est uentriculus, quem ut cæteras partes neruosas acetum lædit. Ob id etiam Galenus mel duplum acetũ miscet, & melli duplam aquã. Mesues quoq; aquã prope duplam

plam saccharo ubique miscet. Quinetiam sæpe sine aceto hic syrupus fit, & tunc de duabus radicibus sine aceto dicitur, quia ex radicibus quinque ureticis, apij, fœniculi, petroselini, rusci, asparagi, duas tantum recipit. Febribus pituitosis, quàm biliosis aptior est, quia modicè calet, & iis in cipientibus, ut Bizantinus paulò ualentior procedẽtibus.

MOdus syrupi acetosi cum radicibus cuius operatio est ad choleram crassam, difficilem, et ad phlegma. Incidit enim, et abstergit, et aperit oppilationes, quæ sũt in hepate, et splene, et in renibus. Accipe aquæ fontium claræ li. x. proiice super ipsam radicis fœniculi, apij, endiuiæ, ana unc. iii. anisi, seminis fœniculi, apij ana. 3. viii. seminis endiuiæ unc. s. Coquatur cum facilitate usquedum ueniat ad lib. v. Tunc proiice super ipsam zucchari boni lib. iii. et clari ficetur sicut prius. Deinde funde super ipsum aceti boni quantitatem sufficientem, iuxta modum superioris doctrinæ, et da ubi oportet.

Modus syrupi acetosi cum radicibus scilicet duabus de quinque radicum numero. Iste syrupus est multum in usu, & secundum præsentem descrip. ubique præparatus reperitur. Est enim efficax in digerendo materias mixtas, & phlegmaticas, sic etiam summe confert febribus compositis, & phlegmaticis, tamen eius uirtus, efficacia, & operatio est plus ad materias phlegmaticas, quàm cholericas, eo, quòd sua complexio est tendens ad primum gradum caliditatis, & siccitatis, & licet huius syrupi descriptionem ingrediatur acetum. & à quibusdam ffocatur syrupus de radicibus temperatus acetosus, & à quibusdam uocatur acetosus de duabus radicibus: & à quibusdam uocatur acetosus compositus, & sic ab eisdem quando acetum in ipso ponitur: uocatur syrupus temperatus de radicibus, sine aceto uocatur cõpositus sine aceto. Et his tribus modis uocatur generaliter ab omnibus cum aceto, uel sine, quando in ipso non ponitur. Sed statim insurgeret dubium. Nam statim diceret aliquis quomodo iste syrupus dicitur de duabus radicibus cũ eius compositionem ingrediantur, tres radices scilicet radix fœniculi apii & endiuiæ.

Dicendum, quòd radices absolute prolatæ sunt quinque numero scilicet fœniculi, apii, petroselini, brusci, & asparagi, de quarum numero solum duę ingrediuntur. Endiuia uero non est de numero earum quinque. Et est simile, sicut si diceremus de uno syrupo, qui componitur ex duobus seminibus calidis, uel frigidis, ut semine anisi fœniculi, uel ex semine cucumeris, uel cucurbitæ. Et licet ingreditur semẽ leuistici, & endiuiæ non propter hoc uocaretur nisi syrupus de duobus seminibus calidis, uel frigidis. Nam semina calida absolute prolata sunt solum quinque semen anisi, fœniculi, ameos, carui, & cimini. Quidam autẽ, & forsan melius dicunt, quòd sunt semen anisi, & fœniculi, & petroselini, brusci, asparagi, sicut aqua quinque radicum fit ex quinque radicibus iam dictis: utrunq; tamen dictum potest saluari. Semina uero communia frigida absolute prolata sunt etiam quinq;. ſ. semen cucumeris, cucurbitæ, peponum, melonum & citruli. Et sic etiam sunt quinq; radices ex quibus fit aqua distillata, quæ est multum calefactiua, ac etiam aperitiua. Et aqua ex suprascriptis quinq; seminibus frigidis ẽ multum diuretica prouocatiua urinæ, etiam alteratiua ad frigidum. Et sic tales aquæ denominantur ab eis. Prima dicitur aqua de quinque radicibus. Secunda uero dicitur aqua de quinq; seminibus communibus, & utraque multum est in usu, & sic apparet solutio quo ad dubiũ. Iste syrupus licet nominetur alio trium modorum iam dictorum ab aro matariis, tamen nominatur, ut plurimum syrupus acetosus compositus, uel syrupus compositus sine aceto. Et hoc quando acetum non ingreditur, & ut sic, habet diuersas operationes efficere ratione uirtutis aceti, & non est tantæ caliditatis, cum acetũ ingrediatur, sed est aperitiuus oppilationum, subtiliatiuus materierum crassarum, incisiuus, prohibitiuus putredinis, & malæ qualitatis. quando autem est sine aceto, est eiusdem uirtutis cum supradicto, & non lædit stomachum & membra neruosa, est etiam pro

A uocatiuus sudoris, & urinæ, & præparatiuus materierum facientium febrem ad expulsionem, unde utimur eo communiter in principio febrium phlegmaticarum cum melle rosato colato distemperato cũ aqua fœniculi, uel aliis aquis similibus, & compositus cum aceto plus confert artinentibus alicui caliditati cum uiscositate, sine aceto autem plus conuenit materiebus frigidis crasis. Conuenit etiam iste syrupus oppilationi hepatis, renum, splenis. Et hic notandum, quòd sicut communiter utimur syrupo de bizantiis in processu febrium putridarum compositarum. sic in principio earũdem utimur isto syrupo acetoso, uel sine aceto. Rẽ. aquæ claræ fontium, &c. & funde super ipsum aceti boni cum quærimus ipsum facere acetosum. Ista descriptio est per seipsam manifesta, & omnia, quæ in ipsa continentur sunt superius declarata.

Additio.

Iste syrupus est multum in usu, quo utimur sub nomine syrupi de duabus radicibus Aui. in. v. cano. Similiter & Serapio in proprio antidotario hunc habent syrupum, ab isto tamen parum differentem. Summa medicinarum est. x. res aquam numerando.

MANARDVS de modo syrupi acetosi cum radicibus.

Hoc frequenter utimur, uocamusque acetosum compositum.

Syrupus acetatus de succis herbarum, recipit succorum syrupi byzantini partes tres, sacchari partes duas, aceti partem unam. SYL.

MOdos syrupi acetosi de suc. herbarum. suc. syrupi dinarii partes tres, et funde super ipsũ aceti boni partem unam. zucchari partes duas. ANT.

Modus syrupi acetosi. Non est in usu de succis herbarum scilicet.

Additio.

Iste syrupus non est in usu, & per succos, uel succum syrupi dinarii intelliges succos quatuor positos in syrupo dinarii, scilicet lupuli, bugloſsæ, apij, & endiuiæ, de quibus omnibus accipe lib. iii. zucchari. lib. ii. aceti. lib. i. Summa medi. est. iiii. res.

MANARDVS, de Modis syrupi acetosi de succis herbarũ.

Est fere bizãtinus, nisi quod in hoc minus additur aceti.

Syrupus acidus de succis fructuum, refrigerat, ob id sitim sedat, ardorem bilis, & febrium, & phlegmones, aut intemperaturæ calidæ, cordis, uentriculi, hepatis, extinguit recipit succi granatorum acidodulcium & acidorum, ana partes tres, coque igni lento ad tertiæ partis consumptionẽ biduo clarescere permitte, eius partes duas iulepi partibus iii. uel pluribus, uel paucioribus percoque. SYL.

MOdus syrupi acetosi de suc. fructuum sedantis incẽsiones febrium et choleræ rubeæ, et sitim et inflammationem stomachi, cordis, et hepatis. Accipe succi granatorum muzorum, et acetosorũ ana partes tres. Coquatur cũ facilitate usq; dũ diminuta sit eius pars tertia, et dimittatur per duos dies usque dũ clarescat, et accipe eius partes duas, et iuleb partes tres, uel plus, uel minus, et perfice coctionem in eo. ANT.

Modus syrupi acetosi de succis fructuum. Nõ est in usu.

Additio.

Iste syrupus est similis syrupo de granatis supra descripto qui describitur hic inter syrupos acetosos propter suc cum granatorum acetosorum. Summa medi. est. iii. res.

MANARDVS, de Modis syrupi acetosi de succis fructuum.

Eadem fere descriptio supra, nisi quòd ibi tantum acida hic acida & dulcia granata accipiuntur. Loco huius officinæ parant oxysaccharum uocatum.

Syrupus acidus de succis & aquis fructuum uentriculum præsertim calidum roborat, ob id uomitum etiam prægnantium, & fluorem alui biliosum sistit, recipit succi granatorum acidodulcium, cydoniorum, pomorum, pyrorum, SYL.

vorum,meſpilorum tricoccorum, ſingulorum parem portionem,aquæ,cui rhus & uua oxyacanthæ incoctæ ſint,partem.i.&.s.ſacchari partes.iij.coque in ſyrupum.

SYLVII ANNOTATIO.

Fuerint hi ſyrupi etiam ad condimenta aptiſsimi, quæ appetentiam excitent.

ANT. MOdus ſyrupi acetoſi de ſuc.& aquis fructuum, & ſtringit uomitum & fluxum cholericum, & confortat ſtomachum calidum & abſcindit uomitum prægnantium.Accipe ſuc.citoniorum,et malorum,et pyrorum,et grano.muzorum, & zarur ana partes æquales.Aquæ decoctionis ſumach,&berberorũ ana partẽ.i.&.s.zuc.partes.iii.fiat ut ſupra.

Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis & aquis fructuum non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus non habetur in uſu.Auic.in.v.can.Similiter & Serapio in proprio antidotario deſcribunt ſyrupum ſimilem huic de fructibus.Et eſt zarur uel zaror ſecundũ Simonem Ianuenſem in ſynonimis,quidam fructus ſimilis piro in figura & paruus,& uocatur à Siculis apud quos naſcitur arbor eius zarore,quidam ſorbam putauerunt, ſed non eſt,quanuis eiuſdem uirtutis ſit in omnibus.Stephanus uero meſpilam dicit,ſed non eſt,nam ipſa gubeira uocatur arabice,etiam zarurum pro zaror ſcripſit,hæc ille quidquid ſit ponerem ſorbam hic pro zarur.Summa medicin.eſt.vii. res numerando aquam.

zarur.

MANARDVS, de modis ſyrupi acetoſi de ſuccis & aquis fructuum.

Zarur,id eſt,meſpilorum.Nullam acredinem præterquã à granatis habet,magni tamẽ uſus eſſet ſi pararetur in uomitibus & uentris fluxibus coercendis, poſſumus tamen, & hoc,& quatuor ante eum deſcriptis pro embammatis condimentiſue ciborum uti.

SYL. *Syrupus acidus ex cydoniis,ſtomachum roborat, & naturam calore diſſolutam,ob id uomitum cohibet, ſitim tollit,ſit ex ſucci clari cydoniorum acidorum partibus.x.aceti parte una & ſemis ſacchari partibus duabus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Raſis lib.ix.ad Almanſorem huic ſimilem habet ſyrupum ex cydoniis. Obſerua hic pro ſucci quantitate immodica ſaccharum parcius.

ANT. MOdus ſyru.aceto.de citonijs ualet ad uomitũ, & ſolutionem naturæ,& ad ſitim,& ſtomachũ confortat.Rec.ſuc.citonio.aceto.& eius proprie qui depuratus eſt, & factus clarus partes. x.aceti boni partem.i.&.s.zuc.boni partes duas.

Modus ſyrupi de citoniis non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu.deſcripſit ſuperius ſimplicem de ſucco citoniorum qui in uſu habetur,& differt iſte ab illo,quia fit ex ſucco citoniorum acetoſorum,aliter fit ex ſucco muzorum.Raſis.ix.ad Almanſ. habet unum ſyrupum de ſucco citoniorum acetoſorum ſimilem huic. Summa medicinarum eſt.iii.res.

SYL. *Syrupus acidus de pomis,cor,& uentriculum roborat, ſitim ſedat,ſit ut ſyrupus acidus de cidoniis.*

ANT. MOdus ſyrupi acet. de pomis confortat ſtomachum & cor & ſedat ſitim.Et eius modus eſt ſicut ſyrupus de citoniis.

Sũma me. eſt.iii.res.

Modus ſyrupi de pomis non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyr.de pomis ace.non eſt in uſu.ſed bene ille qui ſuperius deſcriptus eſt,interdum in uſu habetur.

SYL. *Syrupus acidus ex prunis potenter refrigerat,ob id magnam ſitim ſedat,intemperiem calidam partium internarũ cum febre & ſine febre extinguit,& ebrietatem, & uertiginem,& uomitum ſiſtit,cordis tremorem & ſyncopen ſanat.Fit ex ſucci ſeu aquæ prunorum acidorum, granatorũ acidorum,& tamar indorum ana lib.i. ſucci acidi citrorũ lib.s.cum ſacchari lib.i.ligni lento coctis.Datur cum aqua frigida,uel aqua niuis.Si abſq; ſaccharo coquitur ad craſſitiem,ſapa quædam fiet.*

SYLVII ANNOTATIO

Aqua hic uel ſuccus eſt,uel prunorum, & tamar indorũ decoctum,minus quàm ſuccus efficax.

MOdus ſyru.ace.de prunis, & eſt ſyrupus extinguens inflammationes omnes,& cõfert ad ſyncopim,& pulſum cordis,& febres inflammatiuas,& ſitim uehementem,& ſedat ebrietatem, & uertiginem,& uomitum,et eſt expertum.Acc. aquæ prunorũ aceto.& aquæ tamarin.& ſuc.granato.aceto.an.li.i. aquæ acetoſitatis citri.lib.s.Coquantur cum facilitate. & cum lib.i.zucchari fiat ſyrupus.& da cum aqua frigida uel aqua niuis.Et quando nõ ponitur in eo zucchарum,fit ſicut rob bonum,& expertum.

Modus ſyrupi ace.de prunis.Non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrup.de prunis non eſt ille qui interdum in uſu habetur,ſed ille qui ſuperius deſcriptus eſt, & eſt ſimplex reſpectu præſentis qui compoſitus eſt.

MANARDVS, de modis ſyrupi acetoſi de prunis.

Aquæ tamarindorum & prunorum neſcio quo pacto uelit ut fiant,ita ut à ſuccis differant, niſi per coctionem, uel macerationem.Acedo uero citri,neſcio quare hic uocetur aqua,cũ ſuperius appellauerit eã ſuccũ, utcunq; tamen paretur, utilis erit in his in quibus à Meſue commendatur.

Syrupus alter acidus de pomis, ad tertianas exquiſitas & ardentes æſtiuas,ſitim uentriculi & hepatis intemperiẽ calidam,recipit ſucci malorum acidorum,granatorum acidorum,uuarum agreſtium ana lib.i.aquæ roſarum, aquæ cui infuſi ſunt tamar indi & pruna,ana lib.i.&.s.ſucci intybi cocti & deſpumati,& aceti,ana lib.ii. ſacchari lib.octo.Conditur à quibuſdam caphura. Datur cum aqua frigida,uel melonum hyemalium.

SYLVII ANNOTATIO.

Delicatus eſt ac utilis,ablata tamen caphura. Hi meloues ſunt citri forma & colore,in hyemem ſeruari ſoliti.

MOdus ſyru.ace.de pomis deſcriptione noſtra, conferens febribus cholericis,& multi acuminis,et proprie quæ accidunt iuuenibus in æſtate æſtiua. Et confert ad ſitim uehementem et æſtuoſam,et ſtomachi et hepatis inflammationẽ.Re. ſuc.malorum aceto.ſuc.uuarum agreſtium, ſuc. granatorum acetoſorum ana lib.i.aquæ roſatæ, aquæ infuſionis tamarindorum et prunorum,ana lib.i.et.s.ſuc.endi. cocti,et deſpumati,et aceti ana lib.ii.zucc.li. viii. Et ſunt qui condiunt cum.ʒ.ii.camphoræ.†Et da cũ aqua melonum hyemalium,uel cum aqua frigida.

Modus ſyrupi acetoſi de pomis deſcriptione noſtra. Non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus ace.de pomis non eſt in uſu,& eſt ex inuentione propria.

MANARDVS, de modis ſyrupi acetoſi de pomis.

Hic quoque ſi pararetur,& utilis & ſuauis eſſet, amota tamen camphora. Er da cum aqua melonum.) Melones hyemales credo eſſe,qui apud nos conſeruari ad hyemem, non edi conſueuerunt,ſuntq; citris & colore & forma ſimiles,ſed colore magis.

Syrupus alius acidus de pomis eadem promittens, recipit ſucci pomorum acidorum lib.i.ſucci acidi citri lib. dimidiam,iulepi boni lib.ii.Datur cum aqua niuis. Si macereris ſericum cocco baphica tinctum ſuccis prædictis,ualentius corroborabit.

SYLVII ANNOTATIO.

Sericum quidam malunt auferre, & morbis biliosis ſtate feliciter uſurpant.

SYrupus alius acetoſus de pomis ualet ut ſupra. Accipe ſuc.pomorum acetoſorum lib.i.ſuc.acetoſitatis citri lib.s.iuleb.boni lib.ii. Da cum aqua niuis. Et quandoq; ſubmergitur ſeta intincta ex cheſmes in ſuccis,et tunc fit nobilior ad cauſas cordis.

Syrupus alius de pomis acetoſus non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus acetoſus de pomis non eſt ille qui in uſu habetur,ſed ille qui ſuperius deſcriptus eſt,qui ſimplex dicitur reſpectu præſentis. Summa medicinarum eſt.iiii. res ſi fiat cum additione.

MANARDVS, de ſyrupis aliis acetoſis de pomis.

Alius quoq; acetoſus de pomis uocatus,magni uſus eſſet in ſiti ſedanda,non in acutis febribus tantum,ſed & æſtatis tempore in ſanis,& præcipue biliosis, ſetam tamen illam ego dimitterem.

Syrupus acidus ex manna,febri æſtuanti & cum ſyncope confert,ac ſiti inexpletæ,tuſſi ſiccæ, uentriculi & hepatis inflammationem ſedat,accipit mannæ unc.iij. in ſucci intybi cocti & purgati lib.i.macerandas in uaſe lapideo. Deinde ſimul ſeruefiant manibus fricentur,colentur,poſt cum aquæ roſarum ſucci granatorum acido dulcium an.li.i. ſucci uuarum agreſtium, ſucci acidi citrorum ana lib.s ſacch. lib.iij.per coquatur.

MOdus ſyrupi acetoſi alterniabin confert febribus ſincopalibus calidis, et ſiti uehementi, et tuſsi ſiccæ,et hepatis,et ſtomachi inflammationi.Rec.alterniabin unc.iii.Pone in uaſe lapideo et. infunde ſuper ipſum ſucci endiuiæ cocti et depurati lib.i.bulliant ebullitione una,deinde frica manibus, et cola.deinde accipe aquæ roſatæ,ſuc. granatorum muzorum ana lib.i.ſucci uuarum agreſtium, aquæ acetoſitatis citri ana lib.s.zuccha.lib. iii.da ut ſupra.

Non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyru.alterniabin non eſt in uſu.Et eſt tẽriabin ſpecies mannæ ſedans inflammationes febrium calidarum, & aufert ſitim,& mollit uentrem mollitione mediocri.

MANARDVS, de ſyrupis acetoſis alterniabin.

Ille uero qui inſcribitur alterniabin,ex recentiorum uidelicet manna confectus,præter alterandi uim,aluum quo que modice leniret.

Quod quidem ut uehementius facit ille qui poſt eum ſcribitur ſub titulo acetoſi ſolutione educentis bilem, & uim purgandi habet,præcipue ſcammonio ſuperaddito,ita minus iucundus eſt.

Syrupus acetatus,chalogogus,& refrigeratorius recipit pruna paſſa,myxa,ana centum tamar indorum libram dimidiam,mirobalano.citrearum unc.iiij.ſucci roſarum recentium unc.iij.mannæ,caſiæ,ana unc.ij.& ſemiſſem, ſacchari lib.iiij.Fac ſyrupum,poſt adde aceti lib.ij.ſucci granatorum acidorum lib.i.& .s.percoque igni lento cũ ſcãmonij.ʒ.vi.panno tenui illigatis,& ſæpe confricatis.

SYLVII ANNOTATIO.

Huius imitatione ſyrupus unius humoris uel plurium, uel omnium purgatorios ad præcautionem, uel curationẽ morborum,præſertim longorum,deſcribunt medici,potiones multo iucundiores ægris,quàm ipſa purgantia medicamenta,uel ſaccharata,uel liquore aliquo ſoluta, ut ad pituitam purgandam,ex radicibus fœniculi, apii, petroſelini, polypod.ſemi.aniſi,anethi,fœnic.ameos,cnici,hyſſopo,calaminthe,pulegio,& ſimilibus,cum agarico,turbith,& ſimilibus,ad melancholiam,ex radicibus capparis, tamaricis, polypodii,lapathi,aſpleno,phillitide,adiantis, bugloſsis, lupo,fumaria,floribus cordialibus,epithymo,ſenna folliorum lis,& ſero lactis,præſertim caprini.

A MOdus ſyrupi acetoſi ſolutione educens choleram,et extinguit inflammationem eius. Rec. prunorum ſicco.ſebeſten ana num. c.tamarindorum lib.s.mirobala.citrino.unc.iiij.ſuc.roſa.recentium unc.iij.mannæ,caſiæ an.unc.ij.et.s.zuccha.li.iiij. Fiat ex eis ſyru.et poſt hoc funde ſuper illud aceti li.ij. ſuc.granato.acetoſo.li.j.et.s.decoque cum facilitate. Deinde accipe ſcamoneæ bonæ.ʒ.vj. tere et liga in pãno ſubtili et proijce in ſyrupo,et decoque ſemper fricando pannum,uſq;dum perficiatur eius decoctio. ANT.

Sũma medi. eſt. xires.

Non eſt in uſu.

Additio.

Syrupus acetoſus ſolutione educens choleram non eſt in uſu.Auic.in.v.cano.ſimiliter & Serapio in proprio antidotario habent ſyrupos educentes choleram, phlegma, & melancholiam,ſed multum ab iſto differunt.

Syrupus contra catarrhum calidum,coryzam, pleuritidem,tuſſim recipit zizipha,& myxa ana centum,uiolarum, mannæ ana unc.i. glycyrrhizæ, florum bugloſſi ana unc.i & dimidiam ſemin.maluæ,cydoniorum,ana dra. vi. ſacchari libras duas,ſucci mali granati dulcis libram unã, fiat ſyrupus. B SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Coqui omnia debent in aqua,nodulo ex ſeminibus impoſito.

SYrupus cõferens catarrhis calidis et corizæ,et pleuреſi,et tuſſi.Rec.iuiubẽ et ſebeſten ana.c.uiolarum mannæ ana unc.j.liquiritiæ, florum bugloſſæ an.ʒ. xij.ſem.maluæ,citoniorum anaʒ.vj.zuccha.libr.ij.et ſuc.mali granati dulcis lib.i.Fiat ſyrupus. ANI.

†drach.v. Sũma medi.ẽ.x.res

Non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu.

MANARDVS, de ſyrupis conferens catarrhis calidis.

Neſcio quomodo ex his fructibus poſsit fieri ſyrupus, ni ſi decoquantur,quare cum in fine dicat,fiat ſyrupus, intelligere nos facit ut coquerentur. C

Syrupus de cannis ad tuſſim, pleuritidem,ſitim utilis, recipit ſucci granatorum dulcium libras duas aquæ malorum dulcium & aquæ cannarum,ſacchari, aut penidiorum ana libram unam & dimidiam. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Per aquas,ſuccus intellige. Mala uero dulcia noſtratia ſubſtituimus pro malis Meſuæ de Senitarum regione, alii mora,quibus ſit diamoron,intelligunt.

SYrupus de cannis conferens ad tuſſim et pleureſim et ſedat ſitim. Recipe ſucci granatorum dulcium †lib.ij.†aquæ malorum de ſeni, et aquæ cannarum zucchari,aut penidiorum lib.j.et.s.fiat ſyrupus. ANT.

† lib. iiſi. Sũma medi.eſt. iiii res.

Non eſt in uſu.

Additio.

Syrupus de cannis non eſt in uſu.Auic.in.v.cano.Similiter & Serapio in propio antidotario habent ſimilem deſcriptionem huic in nullo differentem. D

MANARDVS, de ſyrupis de cannis.

Aquæ malorum de ſeni.) Seninomen eſt regionis, ſed nos ponimus dulcia noſtratia, & per has aquas intellige ſuccos.

Syrupus portulacæ ualenter refrigerat,ob id ſitim, febrium ardorem,uentriculi, & hepatis intemperiem calidam corrigit, accipit ſeminum portulacæ tritorum lib.i. horis.xxiiij.macerandam in ſucci intybi cocti, & purgati libr.† quatuor, poſtea igni lento coque ad dimidias, & tunc cum ſacchari lib.ij.percoque in ſyrupum, additur interdum aceti lib.una, uel ſucci granatorum acidorum libra una & dimidia. SYL.

† alii ſex uel ét.viii

SYLVII ANNOTATIO.

Poteſt ſuccus intybi cũ ſuccis aliis refrigerãtibus coqui ad uſus eoſdem.Syrup.quoq; intypi à Gentile ſcriptus refrigerat,humectat,obſtructiones aperit, intemperiem calidam hepatis,renum,emendat,bilis acrimoniam frangit,recipit ſucci intybi & lichenis herbæ ana lib.iii.roſarũ,uiolarum,lentis paluſtris,polytrichi ana.℥.s.adianti albi,hordei mundati,ſem.côium frigidorũ an.℥.i.cũ ſaccha.q.ſ. fac ſyr. aromatiza ſantalis albis,& rubris,& uua oxiacanthes , cui ſi cinnamomũ,lignum aloes,corticẽ citri aromatis gratia immittas,cor magis roborat,ſed minus refrigerat.

ANT. Syrupus de portulaca extinguens inflammationes febrium & ſitim & confortat ſtomachum,& hepar ſupercalefactum. Rec.ſucci endi.cocti & depurati lib.†iiii.ſemi.portulacæ,unc.xii.terantur ſemina & fundatur ſuper ea ſuccus,& dimittatur in uaſe lapideo per diem & noctem,et coquatur cum facilitate uſq; ad medium,et addas zucchari lib.fiat ſyrupus.Et quandoque additur aceti lib.i. aut ſucci malorum granatorũ acetoſorum lib.i.s.

†lib.vi. — Sũma me. eſt.iiii.res

Non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus de portulaca interdum in uſu habetur , qui poteſt fieri duobus modis.uno modo ſi accipiatur ſuccus endi.coctus & depuratus,& addas zuccharũ,tunc erit ſyrupus de ſucco endiuiæ qui multũ in uſu . Si uero addas reliqua quæ in textu ſcribuntur,tunc erit ſyru.de portulaca.

MANARDVS, de ſyrupis de portulaca.

Placet mihi æſtate,atq; temperatura & morbo bilioſis.

SYL. *Syrupus uiolatus pleuritidi & tuſſi à cauſa calida prodeſt,fit ex uiolarum unc.ij.ſeminum cydonij,& maluæ ana un i.zizypha,myxa an.†uiginti,cum aque cucurbitæ libræ †vi.coque ad tertiam partem, & cum ſaccha.lib.†.i. & dimidia fiat ſyrupus.*

†alii.xxx. †alii.vii. †alii li.ii.

SYLVII ANNOTATIO.

Ad pleuritidem & alios affectus bilioſos efficax initio , & augmento,refrigerat enim & humectat primo gradu,ob id tuſsim ſiccam iuuat,ſitim ſedat cum aquæ frigidæ quadrupla,ſomnum conciliat ueſpere ſumptus.℥.ii. cum æquali aquæ portione,uel ſolus. Syrupus autem uiolatus abſolute eſt,qui ex uiolarum infuſione prædictus eſt,hic uero dicitur ſyru.uiolatus compoſitus.

ANT. Syrupus de uiolis confert tuſſi calidæ, et pleureſi. Rec.uiolarũ unc.ii.ſemi.cito.ſe.maluæ an.† ʒ.viii. iuiubę,ſebe.an.xx.Et coque cũ li.vi.aquæ cucurbitæ uſq; ad tertiam partem zucchari lib.i.s. fiat ſyrupus.

†drac.vii.

Iſte ſyrupus eſt ſatis in uſu.& ſic ubiq; præparatus reperitur.Confert enim ad digerendum materiam ſubtilẽ cholericam,& eſt alteratiuus malæ complexionis calidæ & ſiccæ.Confert etiam tuſsi ſiccæ , & factæ à materia cholerica ſubtili,& confert multum,& principaliter, & ſic côiter eſt uſus eius,ut pl'um aſſumptus cũ aqua capil.ue.in principio & augmento pleureſis,quod eſt apoſtema cholericum.

In tertiana pura.

Confert etiam tertianis puris aſſumptus cum aqua frigida ſimplici,uel cum aqua endi.licet eis etiam conferat iuleb uiola.& ſyru.acetoſus ſimplex,habet.n.iſte ſyrupus uirtutem lenitiuam,& eſt complexionis frigidæ & humidæ in primo.Eſt etiam utilis ad ſitim extinguendã ſub actuali frigiditate,aſſumptus cum quadruplo eius aquæ frigidæ.Confert etiam ad ſomnum prouocãdum aſſumptus de ſero poſt cœnam,cum æquali aquæ proportione cum ipſo. ℞.uiolarum &c.ſem.maluæ.herba eſt nota verſus primum calida , & humida in ipſo.Eſt enim lenitiua multum, & eius decoctio multum conuenit in enematibus,& illa eſt malua domeſtica,Syluestris autem eſt illa quæ dicitur biſmalua , & eſt forte eiuſdem complexionis cum illa.Reliqua uero ſimplicia ſuperius ſunt declarata.

Additio.

Iſte ſyru.interdum in vſu habetur ſub nomine ſyrupi de uiolis compoſiti,ſed quando doctor ſimpliciter ordinat . ℞.ſyr.uiolati intelligitur de illo qui fit ex infuſione uiolarum,deſcriptionem cuius vide ſupra.Item Meſ.in practica

E ſua ſermone in aqua cicerum habet duas alias deſcriptiones,tamen iſta eſt illis nobilior.Similiter Viaticus capitu. de pleureſi & Gilbertus Anglicus eodem capitulo hanc eãdem habent deſcrip.

MANARDVS, de ſyrupis de violis.

Hic ubiq; paratus inuenitur,& eo utimur in pleuritide.

SYL. *Syrupus ziziphorum raucitati,tuſſi, pleuritidi confert, fit ex zizyphis†ſexaginta, uiolarum , ſeminis maluæ ana † unc.v.adianti albi,glycyrrhizæ,hordei mundati ana unc. i.ſemi.cydoniorum,papaueris,melonis,lactucæ, tragacanthi,ana drac.iij.coque cum aquæ fontanæ lib.†quatuor, & ſacchari lib.ij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Alii coquunt ad dimidias,colatum percoquunt in ſyrupo cum ſaccha.lib.i.potius,quàm lib.ii.Tuſsi ſiccæ & aſperitati arteriæ,omnibusq; thoracis affectibus & fluxionibus calidis confert.Viribus affinis eſt uiolato,ſed eo minus refrigerat,ulceribus ueſicæ etiam vtilis eſt , minus in uſu eſt hic compoſitus,quàm ſimplex prius ſcriptus.Male hic legebatur zizyphorum lib.x.quod lib. x. interpretati ſunt , pro lx.hoc eſt,ſexaginta.Nam libris zizyphorum decem , &c. capiendis,aquæ lib.iiii.non ſuffecerint.Id addo , vt intelligas vitia contingere plurima ex notis ponderum, & numerorum,quę nos ob id integra,aut prope dimidia ſcribimus.

F

ANT. Syrupus de iuiubis conferens ad raucedinem uocis et tuſsim et pleureſim.Accipe iuiubarum † li.x.uiolarum ſem.maluæ ana.ʒ.v.capil.ue.unc.i.ſemi.citoniorum papaueris,melonis,lactucæ,tragacanthi ana.ʒ. iii.liquiritiæ,hordei mundi.an.ʒ.viii. decoque in li.iiii. aquæ fontium,& cum lib.ii.zuccha.fiat ſyrupus.

Syrupus de iuiubis ſecundum deſcriptionem iſtam eſt in uſu,& ſic non aliter præparatus reperitur . Confert autem ad raucedinem uocis & tuſsim factam à ſiccitate & aſperitate cannæ & gutturis.& confert apoſtemati cholerico & omnibus paſsionibus pectoris & gutturis calidis , aſſumptus in debita doſi, & habet operationes conſimiles ſyrupo uiolato ſtatim dicto,& adhuc fortiores, & maxime in diſpoſitionibus pectoris,attinet tamen alicui caliditati . ℞.iuiubas &c.hordei mundi. ſemen eſt notum , & amoto cortice tollitur virtus eius abſterſiua & remanet virtus lenitiua cum aliquali ſiccitate,eſt enim complexionis frigidæ in primo gradu verſus ipſum,& aqua hordei quæ communiter eſt in vſu,non eſſet ſic conueniens ſi fieret abſque cortice hordei,ſed bene plus ad nutriendum conueniret, reliqua ſunt nota.

G

Additio.

Iſte ſyr.de iuiubis ſupra deſcriptus magis in vſu habetur quàm ſecundum præſentem deſcript. qui dicitur compoſitus reſpectu præcedentis. Viaticus . & ſimiliter Gilbertus Anglicus habent unam deſcriptio.ſyrupi de iuiubis parum ab iſta differentem.

MANARDVS, in ſyrupis de iuiubis.

Zezipha vel ſorica, vt diximus,vocantur . Libræ.10.) Libræ.4.aquæ non valerent tot iuiubas continere,quare libræ numero.c. communis vſus eſt in calidis fluxionibus. Vtor tamen ego etiam in vlcere veſicæ,& valde confert.

SYL. *Syrupus papaueris ad tuſſim ſiccam , phthiſim , catarrhum inſomniæ cauſam , recipit papaueris albi , & rubri ana drach.†quinquaginta,adianti albi drach.xv. glycyrrhizæ,drachm.quinque zizypha triginta, ſeminis lactucæ drachm. quadraginta, ſeminis maluæ & cydoniorum ana drach.vi.coque in lib.iiij.aquæ ad dimidij conſumptionem colatum cum ſacchari & penidiorum ana unc.octo in ſyrupum percoque.*

SYLVII ANNOTATIO.

Alii papaueris nigri legunt,de quo nuper . Catarrhum calidum,acrem,tenuem, in pulmones ruentem prohibet, incraſſando,lenit aſperam arteriam,ſomnum conciliat.Datur ad thoracis partiũ affectus cũ aqua adiãtorũ.uel bechii Semina muccaginoſa panno lineo ligata , facultatẽ ſyrupo tradunt muccaginem in linteo retinet , quæ ſyrupos minimum glutinoſos redderet . Rarus uſu eſt frequentior ſimplex nuper dictus . Competunt etiam hi ſyrupi papaueris fluori alui & dyſenteriæ poſt totius purgationem,aut quia ſomnum conciliant,qui fluxiones ſiſtit,& coquit, aut quod intemperiem calidam ſiccam inteſtinorum à materiæ fere bilioſæ,aut melancholicæ affluxu emendat. Diacodium & eclegma papauerinum in eclegmatibus dicenda, idem pro pe poſſunt.Huc adſcripturus erã ſyrupos alios thoracicos, ſed calidos,niſi ante compoſitos frigidos abſoluiſſe præſtitiſſet.De his igitur in fine ſyruporum agam, quibus continenter ſuccedent eclegmata remedia , maxime thoracica & pulmonica .

ANT. Syrupus de papauere conferens ad tuſsim ſiccã & phthiſim,& catarrhum faciens ad ſomnum. R e. papaueris albi† & rubei ana.ʒ.l.capillorum ueneris. ʒ.xv.liquiritiæ.ʒ.v.iuiubæ.xxx.ſemi.lactucæ.ʒ.xl.ſeminis maluę,ſeminis citoniorum ana.ʒ.vi.coquãtur in li. iiii. aquæ uſq; ad.ii. & cũ zucchari & penidiarũ an.† ʒ. octo. Fiat ſyrupus .

†nigri. — †unc.viii.

B

Iſte ſyrupus ſecundum præſentem deſcriptionem nõ eſt in uſu , ſed ſecundum deſcriptionem ſuperius deſcriptam , poſſet tamen magiſtraliter præparari,& ſic multum conueniret ad prohibendum deſcenſum catarrhi calidi , & ſubtilis ad partes pectoris & pulmonis ipſum aliqualiter incraſſando.Eſt etiam ſomni prouocatiuus & lenitiuus partium pectoris & pulmonis gargarizatus cum aqua capilli ueneris,uel ungulæ caballinæ.i.farfarellæ uel aqua frigida , uel aliis aquis conuenientibus in doſi . & cum conditionibus & modis ſupraſcriptis .

Additio.

Iſte ſyrupus de papauere raro habetur in uſu ſecundum præſentem deſcriptionem,apud tamen nõnullos magis habetur in uſu quàm pręcedens.Idem capitulo de tuſsi habet alias tres deſcriptiones,quæ non ſunt eædem cum iſta, nec ita bonæ.Aliqui tamen addunt in fine præſentis ſyrupi uini cocti ſeu ſapæ.℥. vi.& hoc ut dirigat uirtutes aliarum medicinarum ad pectus,ſapa enim multum pectori amicatur. Vlterius notabis pro huius ſyrupi confectione & etiam aliorum,quòd ſemina mucilaginem facientia non ſunt ponenda ad bulliendum cum aliis rebus , ſed debent ligari in petia lini mundi,& ſic uirtus eorum tranſit ad ſyrupum & uiſcoſitas retinetur quæ ſyrupum redderet uiſcoſum.Summa medicinarum eſt.x.res .

Seminum mucilaginoſorũ decoctio qualis.

C

MANARDVS, in Syrupis de Papauere.

Papauerum rubeum,eſt quod Græci ἀνεμώνην,& eſt calidum,quare potius legendum papaueris nigri.

SYL. *Hactenus ſyrupos compoſitos refrigerantes docuimus , nunc ad calefacientes morbis frigidis ſalubres tranſeamus, oxymelitis genera primum dicturi,ſi prius de aqua mulſa, & uino mulſo egerimus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Morbi frigidi ſunt pituitoſi & melancholici , præſertim à pituita inſipida , uitrea acida , & humore melancholico . Nam pituita ſalſa ex putredine aut bile miſta iam calida eſt ut melancholia ex putrefactione,uel uſtione ſanguinis,uel humoris melãcholici , uel bilis flauæ genita, quamuis actu frigida uidetur ut calx,fęx uini,uſta tamen poteſtate calida eſt,ac ubi actu per nouam putredinem,uel cauſam aliam calida euaſit,eſt ardentiſsima,& calcis,ac fœcis uſtæ in morẽ urit,& cancrum facit ſæpe ulceratum .

ANT. IAm quidem locuti ſumus de ſyrupis compoſitis & de his proprie qui ſedant inflammationes . de ſyrupis uero compoſitis morbos frigiditatis curãtibus , erit ſermo noſter.Et primo de ſpeciebus ſecaniabin. Prius tamen loquemur de aqua mellis .

Hæc eſt tertia pars principalis huius ſextæ diſtinctionis in qua proſequitur determinando de ſyrupis magis & principaliter conferentibus ad materias craſſas frigidas & uiſcoſas & phlegmaticas & melancholicas.Et primo ſe ordinat ad ſequentia,ſermonem faciendo de aqua mellis,& ſub

A ſequenter de diuerſis ſpeciebus ſecaniabin , id eſt de diuerſis ſyrupis in quibus principaliter ingreditur mel & acetũ. Et hic notandum quòd differẽtia eſt inter ſquiniebin quod eſt ſyrupus acetoſus ſimplex , de quo dictum eſt ſuperius , qui eſt factus ex zuccharo,aceto,& aqua, & ſecaniabin ſimplex,id eſt oxymel ſimplex qui eſt ſyrupus acetoſus factus ex melle,aceto,& aqua.Eſt & aliud ſecaniabin compoſitũ quod uocatur oxymel compoſitum quia fit ex melle,aqua, & aceto,& aliis radicibus,& ſeminibus,& aromatibus . ut in proceſſu patebit.Et geleniabin quod eſt mel roſatum colatum . Et licet etiam ſecaniabin generaliter fiat cum zuccharo & abſque aceto,corrupte denominatur ſecaniabin , ſed melius denominari debet ſquiniebin ſimplex uel compoſitum.Nam proprie dicitur ſecaniabin, quando ſyrupus componitur ex melle.

Squiniebĩ Secaniabĩ

SYL. *Aqua mulſa magnarum eſt uirium ex maiorum noſtrorum ſententia.ſiquidem ſitim ſedat , affectus frigidos , præſertim cerebri & neruorum,& iuncturarum iuuat,loco uini potum tuſſim humidam,puris et pituitæ craſſæ & lentæ expectorationem promouet,lauat,terget, purgat inteſtina uiſcera,meatus urinarios, ob id colicis prodeſt , & aluum ſubducit,calculum in uijs urinæ gigni prohibet. Fit ex mellis boni(quod colore ſit pallido,odore iucundo,ſapore modice acri,& dulci,conſiſtentia craſſi & tenuis media, non uetus)lib.i.aquæ fontanæ dulcis & claræ libr. viij. in uaſe lapideo,uel uitrato igni lento coctis,& continenter deſpumatis,deinde panno denſo colatis . Quod ſi mox per ſe bibendum eſt,aquoſius fiat,larga enim coctione craſſatum , ut iulepus,diu quidem ſeruatur,ſed in partes remotas ægre penetrat,in bilemque ob multam dulcedinem facile uertitur,& ob id ſitim auget,niſi largiore aqua miſta diſſoluatur,ut inſipidum aquæ modo uideatur.Alias quoque facultates coctio uaria ei acquirit, quia parum coctum inflat , magis aluum ſubducit,minus nutrit, largius uero coctum, inflationem diſſipat, magis nutrit, minus deijcit . Addunt nonnulli aromata , zingiber,crocum,cinnamomum, macis & ſimilia , alij galliam moſchatam , lignum aloes , & ſimilia . Fit etiam ex mellis parte una , aquæ fontanæ partibus octo , fermenti in his diſſoluti unc. iij . in ſingulas libras aquæ mellitæ,quæ uaſi ligneo trade,relicto trium digitorum ſpacio uacuo , in quod cum muſti modo feruebit,recipiatur , ubi feruere deſierit,obturato uaſe modo uini doliorum,tertio poſt menſe fit potabile.Immitti poſſunt aromata panno lineo ligata .*

SYLVII ANNOTATIO.

Μελίκρατον recens ὑδρόμελι ſepoſitum,ut ſeruetur,Dioſcoridi dicitur , aliis confunditur pro aqua mulſa , ſeu mellita . Melicratum male οἰνόμελι Meſuæ interpreti dicebatur . Has uires hydromelitis ex Hippocratis & Galeni libris probare , quia eſt cuiuis procliue , ſi uel libr. præcipue tertium rationis uictus acutorum , apho.41.lib.5.libr. ſan.tuen.& methodi medendi legerit,ob id ſciens omitto. Addam tantum,inflationes,& tormina maxime excitare , quando in aqua tantum calfacta mel diſſolutum eſt,qualem mulſam crudam. Serapio uult dari dormituræ mulieri,quã concepiſſe ſuſpicamur,niſi eius potui ſit aſſueta . In arthritide calida,pro mulſa,aqua ſaccharata eſt præſtãtior.Quod ſi uel à mulſa , uel ſaccharata aqua poſt uſum ſeptem dierũ aut uires nimis collabantur, aut uentriculus male coquat , ad uinum eſt redeundum , uel potius uinum mellis tranſeũdum . Secundum hydromelitis genus eſt infinitis partibus ualentius & generoſius, & item quod uinum mellis uocat Plinius . Vtrunq; enim colore , & calore,& ſaporis gratia uinum exoticum,q; Baſtardum uocant,mentitur,eſtq; efficaciſsimum in affectibus cerebri , & partium neruoſarum frigidis,paralyſi,apoplexia,epilepſia,lethargo , colicis itẽ, & nephriticis,& uentris inferioris intemperie frigida, ſeruaturq; utrunq;,& ualentius euadit tempore & loco calido.Vires eius miraberis,ſi parum ante coxeris,& deſpuma

D

ueris,deinde dies quadraginta,aut circiter, extra pluuiam soli uerno exposueris.Exposui etiam æstiuo,& autumnali, nec infeliciter, nisi quod semel in acetum longe omnium acerrimum abiit, quod solem non habuerat liberum, nec post feruefactionem & insolationem fuerat operculatum. Fermentum non misceo,ut nec Plinius,id tamen accelerare feruorem,& augere acrimoniam certum est, quanta uero mensura sit miscendum, ex Mesuæ corruptis codicibus difficile est coniectare,hi enim ℥.iii. in libras centū aquę, & mellis expetunt,alii in singulas libras aquæ, & mellis simul mistorum ℥.iii,ferměti miscent,alii ad mellis li.i. aquæ li.viii.fermenti vnc. i. Melicratum Hippocrati est noxium biliosis,& quibus magna sunt uiscera, Gal. etiam febribus colliquantibus, aquosius urinas & sputa magis promouet, minus aquosum aluum magis subducit.

ANT. Sermo in aqua mellis. Posuerunt antiqui diuersitatem in aqua mellis qui locuti sunt de ipsa, & ascripserunt ei iuuamenta plurima quæ sunt in ea, quia sitim sedat,& ualet ad ægritudines frigidas, & proprie quæ sunt in cerebro & neruis. Et confert ad tussim humidam,& mundificat pectus à sanie,& humore crasso. & confert uijs urinæ, & non permittit in eis lapidem generari,& mundificat per urinam, & confert colicæ, & lauat & abstergit uiscera,& soluit & mundificat uětrē à fæcibus. Bibitur loco uini in ægritudinibus neruorum,& iuncturarum,et est potus bonus.Inter diuersitates autem operationis eius ponimus modos duos. Et primus est ut accipiatur mellis boni & mūdi, et proprie cuius est color habens mediocritatem et proprie sicut color paleæ et quod est inter tenue et spissum. et quod est boni odoris.et quod est modicæ acuitatis, et quod non est antiquum,et sit eius pars.i. et pone ipsum in uase lapideo,aut uitreato, et funde super ipsum aquæ fontis dulcis & claræ partes.viii. & coque ipsum cum facilitate,et auferatur spuma eius,et non dimittatur super ipsum multiplicari,immo quam cito apparet auferatur. Deinde coletur colatorio denso de panno. † Et si bibitur recens oportet ut fiat multæ aquositatis,et sic bibitur in permixta sicut est, et hoc ideo propterea quoniam quæ ex ea crassa est, non penetrat in uias remotas, et conuertitur propter possibilitatē suæ dulcedinis in choleram,et addit ad sitim † Si autem bibatur antiqua, oportet ut fiat pinguior sicut iuleb, et bibenda est permixta permixtione multa decenti, ut sit magis aquosa et insipida. Et scito quoniam ars cocturæ acquirit ei proprietates aliquas et illud est, quia parum cocta facit inflammationem et minus nutrit, et magis laxat. Multa autem coctio inflammationem resoluit et digerit, et magis facit eam esse nutribilem, et laxare minus. Et sunt ex hominibus qui aromatizēt illam cum speciebus alefangine, sicut zingiber,crocus, cinnamomum,macis,et similibus,et sunt qui aromatizant cum gallia moscata,ligno aloes,et similibus.Secūdus modus operationis eius est. Rec. mellis partem.i. aquæ fontium clare partes. viii. et distemperetur cum eis parum fænugreci,et proprie ad omnes. centum libras aquæ et mellis sint eius.vnc.iii. et includitur in uase ligneo sicut ponitur mustum.ita quod remaneat ex uase uacuum sicut mensura trium digitorum, et illud ideo,quia patitur de ebullitione sicut mustum. Deinde post ebullitionem eius stringatur orificium uasis, sicut stringitur uas uini,et bibatur post menses. iii.si autem aromatizare uolueris,ponantur in uase species alefanginæ ligatæ in panno.

Iste potus qui fit ex aqua mellis erat multum in usu apud antiquos.Galen.ipsum excellenter laudat, & extollit primo E & secundo regi. acu. cum loquitur de hydromelle, id est de aqua mellis. Nam ipsa utilitates habet & iuuamenta secundum intentionem Galen. loco allegato & huius auctoris in litera, ac etiam secundum omnes modernos,licet in partibus nostris non sic hodiernis temporibus à modernis practicantibus habeatur in usu, & hoc propter lasciuiā Italicorum,& medicorum complacentium infirmis ad uinum,excusantium se à consuetudine multa ad potum uini, & maxime parui & lymphati in quantitate pauca, timentes etiam debilitatem uirtutis,& malitiam digestionis potius contingere ex aqua mellis quam ex potu uini,ut in passionibus frigidis maxime iuncturarum cerebri & neruorū. Ipsa enim est sitis sedatiua & confert etiam ad tussim humidam de materia uiscosa & crassa.& mundificat saniem à pectore,& humores crassos & uiscosos abstergendo,subtiliādo & aperiendo,& dictas materias resoluendo,mundificat etiam uias urinæ,& in eis non permittit lapidem generari, & est præcipuus & singularis potus podagricorum,cū sunt à causa calida.melius esset aqua zucchari, quam aqua mel- F lis aut uinum. uinum enim in ægritudinibus iuncturarum quanto subtilius tanto deterius, maxime in principio & stante repletione. uinum uero crassum uaporibus suis crassis est lædens caput, materias malas & crudas multiplicando. mediocre uero mediocriter lædit. Timetur etiam usus eius ne ad acetosum cōuertatur in stomacho. unde summe nocet quibusdam dispositionibus in stomacho neruorum, & cerebri.Et ob istas causas eligitur aqua mellis. habet ēt alias utilitates positas in litera. Componitur autem aqua mellis duobus modis ut apparet in litera. Primo quando fit solum ex aqua & melle absque alterius rei additione, accipiendo octo partes aquæ & unam mellis. Et iste est communis modus constructionis,qui habet in usu in omnibus passionibus frigidis quæ sunt in cerebro,nucha,iuncturis, & neruis.Secundus modus est qui in totum abiicitur, ut simili modo accipiantur octo partes aquæ & una mellis, super quibus additur parua quantitas fænugræci.aliqui etiam aliis secundum diuersitatem dispositionum in prima addūt aromata quædam sed talis aqua cum quacunque additione G nō est in usu,licet describatur in litera.Prima facta ex aqua & melle iuxta proportionem superius dictā iterum diuersificatur secundum diuersitatem maioris aut minoris decoctionis.nam non multum cocta est parum inflatiua,& uentositatis generatiua,minus nutritiua,laxat tamen uentrem. Cum autem multum decoquitur est sedatiua inflationum, & uentositatum resolutiua,aperitiua oppilationum,ac etiā ad digerendum magis iuuatiua, aut plus nutritiua laxat tamen uentrem minus quàm prædicta. Communiter intantū decoquitur quousque quarta uel quinta pars eius ad ignem minuatur,licet aliqui uelint usque quo tertia pars consumatur. Et sunt quidam quærentes ulteriorem calefactionem ab ea,& confortationem stomachi,uiscerum ac etiam cerebri.& quod sit magis resolutiua uentositatum, qui addunt in ea quædam aromata cum læuissima decoctione. Dicit in litera,& sunt ex hominibus qui eam aromatizant cum speciebus alefanginis.i.cum speciebus aromaticis,sicut cinnamomo,caryophillis,croco,zing.mac.et similibus.Iste enim potus simplicis aquæ mellis absq; alia mixtione generali- H ter usitatur in bonis & expertis practicantibus in quibusdā ægritudinibus,usq; ad septem dies ut.s.in apoplexia debili, uertigine,scotomia,epilepsia,spasmo,tetano,saltu,iectigatione,mollificatione seu paralysi, & est conueniens potus ualde. Et si ultra septem dies infirmus eam assumere ualet absq; nocumento.ut .s. in digestione cibi in stomacho, aut in debilitate uirtutis quæ principaliter est consideranda, tunc talis potus est prosequendus,quia est iuuatiuus & utilis.Sed si aliquod prædictorum nocumentorum perciperetur, non est potus uini prohibendus in quocunque tempore talia nocumenta perciperentur. immo talis aquæ potus est omnino remouendus,quia intendendum est ad id quod magis suspectum. Insuper & aliquando istum potus exhibere possumus loco syrupi de mane celebrata digestione cum quærimus humorum phlegmaticorum digestionem incisionem,& abstersionem.Et sit dosis eius usq; ad unc. v. Et modus constructionis istius aquæ est de se clarius, & reliqua

reliqua sunt nota.

Additio.

Hydromel apud græcos.i. aqua mellis dictum ab hydros quod est aqua & mel.Mes.hic describit duos modos hydromellis qui satis patent in textu.Rasis.ix.ad Almansorem in ca.de colica habet unum modum faciendi hydromel, & est quasi idem cum isto,Auicen. in.v.cano. habet duas descriptio.syrupi de fauis mellis,& easdem habet Serapio in proprio antidotario, nam si legis utriusq; descriptiones uidebis quod syrupus de fauis mellis apud Auicen. cum hydromelle apud Ioan.Serapionem sunt idem. Similiter Gordonius in regimine acutorum morborum tertia particula, describit alios duos modos hydromellis.

MANARDVS, de Sermone in aqua mellis.

Latini aquam mulsam appellant. Hippocrates melicraton, minusq; aptum esse dicit his qui amara bile abundant, & magnorum sunt uiscerum.Gal.in colliquātibus febribus ait esse nocentissimam.Idq; quod aqueum est, ad urinas & sputum aptius,minus uero aqueum, aptius ad uentrem subducendum,magisq; nutrire quam uinum inodorum tenue, quod pauciferum uocant, & hoc,nisi uentrem perturbet, satis urinam mouet,nisi aliquid in uisceribus prohibeat, biliosa etiā per inferiora excernit.ET si bibitur recens.) Hoc uocat Dioscorides melicraton.SI autem bibitur antiquū.) Hydromel dicitur.Melicraton enim uocant Græci mixtionem ex melle & aqua,quæ ideo cōficitur ut statim bibatur. Hydromeli id proprie dicunt esse,quod ita præparatum est ut diutius seruetur. Melicratum etiam duplex, scilicet coctum & incoctum,coctum quidem, ut ait Hippocrates. 3. reg.acut.pulchrius est uisu,sed nullam habet uirtutem,qua crudum excellat, quod ex bono melle paratum est, debilius uero est,& alui excremēta minus educit quàm id quod est crudum. Auicenna accipit mellis part.1. aquæ part.2.& coquit ad tertiæ consumptionem,Paulus ut Mes.aquā octuplam ad mel.

SYL. *Oxymeli fit ex aqua,aceto,melle,aqua uero miscetur,ut longa coctione causa inflationis in oxymelite resoluatur,ut etiam promptius despumetur,ut deniq; medicamenti huius facultas ob aquosam substantiam in corpus distribuatur, mel vero additur ad oppugnandum pituitam. Ex melle autem & aceto mistis facultas quædam tertia horum neutri tanta consurgit,certissima,et efficacissima ad tenuandum, incidendum,resoluendum humorem crassum,lentum, uentriculi,hepatis,præsertim vero iuncturarum, & in febribus diuturnis,quarum materiam incidit,& coquit. Fit ex aceti parte una,mellis partibus duabus,aquæ partibus quatuor. Necesse tamen est,interdum augere acetum, ut in syrupo acetoso diximus. Primum autem mel & aqua simul coquuntur,vbi despumata probe sunt, addito aceto percoquuntur, semper quoque despumando. Datur ab vnc. i. ad vnc.iij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Iam quæ ex aceto (in quod uinum corruptione degenerat) fiunt compositiones,dicamus. Oxymeli Græcis, nobis acetum mulsum,crassa in uentriculo & uenis tenuat, lenta incidit,ac strenue terget, obstructa liberat, sine manifesto calore,ob id nec febres accendit, sputum euocat, sitim sedat,aliaq; permulta efficit Hipp. li.3. rat.uict.acut. morb. Si tamē immodice utare,intestina rodit,neruosa lædit,tussim excitat,etiam in synochis tuto datur lib. 11. meth. Sic Galeno componitur li.4.san.tuen. Aceti albi acerrimi lib. i.mellis optimi li.ii.aquæ fontis li.iiii. coquuntur simul ad tertiam,uel etiam ad quartam,spuma interim detracta,quā si multam mel egerat,malum est, & ob id diutius coquendū.Optimum uero uel minimum spumæ euomit, & breuissimo tempore coquitur, & plurimum quartam partem eius,quod fuerat initio,amittit. Si uis oxymeli ualentius, misce tantum aceti,quantum mellis,aquæ duplo, quale est oxymeli Pauli lib. 7. Idem Mesues imitatus est in syrupo acetoso simplici, quem facit mitiorem aceti partibus tantum duabus mistis,ualentem uero mistis quatuor, mediocrem deniq; tribus.Sed cum una omnibus mensura nō pla- A ceat,quia hi acetosius,illi mellitius magis ament, pro cuiusq; palato misceatur. Aut si unicum uis, para imbecillius, cui medicus acetum addere utendi tempore, si opus erit, poterit. Si diutius uis seruare,coque perfectius, donec aceti & mellis qualitates plane fuerint unitæ, nec acetum adhuc crudum gustanti appareat. In syrupi consistentiam cū Mesue coquūt ea ratione nostri pharmacopolæ, cū liquore aliquo dissoluendum,ut potabile fiat. Quod autem cū Galeno quadrifariam coquitur ad tertiam, uel etiam quartam partem,parum diu,ut dies octo,uel circiter, æstate præsertim,etiam si loco frigido condatur,seruatur integrum. Nā corruptione abit in acetum acerrimum, quod hydromeliti quoq; calido aere accidit, tamen longe est omnibus medicis potionibus idem iucundius, ut id etiam uino ægri pleriq; præferant,præsertim si paulo est aquosius, quale æstate & in febribus coquere soleo,aut aqua cocto mista parare. Fere autē aquę pintis sex mellis li.ii.igni lento despumato, ut sit clarius,post aceti quartaria tria incoquo, cætera, ut mox audies,persequor. Quia autem mel nostrum impro- B bius est cinnamomo uulgari, pauco odoris, & saporis gratiam augemus immiscendo,dum colatur, in lib.singulas ad drach.ii. & albuminibus ouorum sordem eius omnem cogimus,quam panno laneo, dum parumper refrixit, colantes secernimus,ut iam sit quàm purissimum,& uino albo simillimū,ubi mel albū, & acetum albū accepit, aut flauo, si mel flauū, & acetū uulgare recipit. Oxymeli aliter coquit Dio.& post eum Pli. Oxymeliti ut hydromeliti incoquere potes quæ eius actionem intendunt,tenuantia,incidentia, tergentia,ut hyssopum,thymum,satureiam, origanum,pulegium,calaminthen, & quæ ipsius uim ad partem affectam deducunt,ut asplenium,tamaricem in obstructione lienis, eupatorium,cichorium,obstructo hepate.Vnde Paulo est oxymeli splenicū,& oxymeli calculosius efficax. Quinetiā purgantia eidem incocta clementius & efficacius uacuāt, ut cnicus,agaricus, pituitam,epithymus, polypodium,chamædrys,chamepytis,elleborus niger, melancholiam: rhabarbarum,scammonium,bilem flauam: cortex rad. sambuci,colocinthis, aquas, ut id unum, pro omnibus prope tū C iulepis,tum syrupis esse posit,si quis cognouerit uti. Vnde & Mesuæ est oxymeli cholagogum, phlegmagogum duplex,& melancholiam uacuans. Id oxymeli qua ratione sit coquendum,li.4.san.tuend.ut dixi,docetur, quas uires habeat,ibidē & locis aliis permultis præsertim lib.3.rat.uict. acut. Vt uero mulsa multum cocta est calidior, magis incidens,tenuans,tergens,quia mel retinet largius, aqua in uaporem magna parte soluta,sic oxymeli, quod pharmacopolæ ad consistentiam syruporum coquunt, ut seruari possit, est potentius quàm aquosius,& minus coctum, sed hoc est gratius,& citius ob fluxilem consistentiam penetrat, quā uim aceti tenuitas non minus, quàm aquæ fluxilis substantia iuuat,ut lib.1.simpl. Aquam uero, ut cętera humida iuuare distributionem docet Hip.aph.11.lib.2.& Gal.initio libri.4. usus part. Illud autem uix potabile, nisi aqua uel cruda, uel alia diluatur.

ANT. Sermo in Secaniabin puro,illud quod nos intelligimus est illud cuius materia sunt tres res, scilicet D mel,acetum,& aqua, & aqua propter tria ponitur. Et primum quidem,quia de coctura patitur plus, quare quod est causa inflationis resoluitur. Secundū,quoniam habilius & frequentius tollitur eius spuma. Tertium,quia uirtute aquositatis citius currere facit uirtutem medicinæ. Et mel quidem aduersatur phlegmati, & est in melle & aceto, uirtus resultans ex permixtione horum, quæ non est in altero ipsorum tantum, & non est possibile ei qui experitur, ut discordet aliquando quin sigillationē uirtutis ab utrisque accipiat, quod est quoniam meretur permixtio eius, ut fiat consecutio iuuamentorum multorum propriorum,qui sunt in corpore toto, & ad materias quæ sunt in iuncturis proprie,quoniam resoluit eas,& diuidit,& subtiliat humorem crassum qui est in stomacho & hepate, & est effi-

cax

cax in materias febrium longi temporis. Diuidit enim et maturat eas, et est modus eius ut accipiantur mellis boni partes. ii. aceti boni pars. i. aquæ fontium claræ et dulcis partes. iiii. et quandoque exigit dispositio, ut ad datur ad quantitatem aceti, sicut te scire fecimus in capitulo de syrupo acetoso. Et operatio eius est, ut acciatur mel et aqua, et abiiciatur spuma eius, deinde fundatur super illud acetum. et decoquatur et non dimittatur eleuari et excrescere super ipsum spuma eius. immo auferatur omni hora, et clarescat. et cum coctum fuerit reconde. et est dosis eius a drach. i. usque ad tres.

Sermo in secaniabin. Et est rubrica. sed textus incipit. Illud quod nos hic intendimus &c. Iste syrupus uocatur a Mes. oxymel simplex, quia componitur ex melle aqua & aceto secundum proportionem in litera declaratam, & secundum præsentem descriptionem est in usu, & ubique præparat & fit. Ipse enim iuuat & confert in materiebus phlegmaticis crassis, & uiscosis, & adhærentibus, illas subtiliando, incidendo, & abstergendo, & diuidendo. unde in principio febrium phlegmaticarum quandoque utimur ipso & maximè cum melle rosato colato, & cum debitis aquis, & cum aliis conditionibus requisitis. Est autem efficax ad digerendum materiam febrium longi temporis. & si ex ipso gargarizando cum aqua hordei colluatur os, abstergit & mundificat materias quæ descendunt, & retinentur in palato uel ore. habet insuper alia iuuamenta & utilitates multas quas ponit in litera. Iste syrupus ad perfectionem decoquitur sicut & alii superius dicti. Et ideo in libra ipsius dū deuenerit ad perfectam decoctionem, remanent. ʒ. x. mellis uel circa unde uirtus mellis in ipso est multum efficax potens in calefaciendo infrigidatos, & in digerendo, materias phlegmaticas frigidas subtiliando & abstergendo. Est etiam uirtus aceti & aquæ quæ in ipso remanet aliqualiter incisiua, dans penetrationem melli, & uirtus aquæ dat ei aliqualiter subtilitatem, unde facilius & citius penetrat ad partes ad quas penetrare non posset ad digerendum materiam. & remanet per decoctionē in melle uel cum zuccharo uirtus & potentia ipsorum quæ cum ipso decoquuntur, & sic remanet post completam decoctionem ipsius cū zuccharo & melle, aliter autem minus decoquendo conseruari non posset. Debet ergo lymphari iste syrupus cum modico plus aquæ seu cum decoctione conueniente pro materia digerenda. uerbi gratia. cum aqua fœniculi uel consimili, in materia phlegmatica cum aliis conditionibus requisitis superius, pluries replicatis. Et dosis syrupi est usque ad. ʒ. ii. & aquæ. ʒ. iiii. posset etiam cum aqua simplici lymphari, quæ sufficeret ad faciendum subtiliationem, & penetrationem ipsius. potest etiam syrupo permisceri. & ista remanent in iudicio medici in arte periti, & modus constructionis de se est clarus.

Additio.

Iste syrupus uocatur à Mesue secaniabin corrupte. tamē secundum Simonem Ianuensem in suis synonymis, quia secundum eum debet dici stangebin uel squingibin. & est ara bice syrupus acetosus siue factus cum zuccharo siue cum melle, quod est oxymelle. multi ergo corrupte secaniabin scribunt, istud est oxymel simplex quod apud omnes in usu habetur. Nicolaus in proprio antidotario habet eandem descriptiō. Similiter Auic. in quinto cano. & Serapio in proprio antidotario. Summa medi. est. iii. res.

MANARDVS in Secaniabin.

Secaniabin Arabes, Græci oxymeli, Latini acetū mulsum. Hippocrates os & guttur humectat, sputum educit, in ſticulosum est. Galenus spleni & hepati maxime utile est, ea absque molestia expurgās. Hippocrates inflationes purgat, & urinas prouocat inferiora intestina molliora reddit & abradit. Exiguum eius bibitur noctu & ieiuno ante sorbitionem. Potest & bibi multo post sorbitionem Gale. Satis est duarum horarum spatium intercedere inter oxymelitis potum & sorbitionem. Hippocrates cum quis solo usu rus oxymelite est in toto morbo, paucum acetū misceatur, adeo ut tantummodo agnoscatur quoniam syruporum quorum nunc communis usus, ab usu aceti huius mulsi manauit. Multa ex his quæ ex Hippocrate & Galeno notaui, prudens lector elicere potest quæ communi illorum usui aduersantur.

Oxymeli de radicibus, incidit, tenuat, terget, ob id obstru SYL. *ctiones uentriculi, hepatis, lienis aperit, febres diuturnas à bile crassa aut pituita, iuuat, urinā mouet, fit ex corticum mundatorum & incisorum, radicis apij, fœniculi, ana unc. ij. seminis apij, fœniculi, anisi, ana unc. i. macerentur omnia uigintiquatuor horis in uase lapideo, aceti lib. x. aquæ libr. uiginti, coque ad tertiæ partis consumptionem, colato adde mellis dimidium, igni lento percoque.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vsu frequens procedentibus morbis, nam ineuntibus tu tius est oxymeli simplex, hodie uero frequentius fit, hoc modo. Corticum rad. apij, fœniculi, petroselini, rusci, asparagi, ana unc. ii. sem. apii, & fœniculi ana unc. i. aquæ li. xii. & aceti lib. i. macerantur, & ad dimidias coquuntur, expressum post cum mellis quantitate idonea percoquitur. Alii loco seminum, radicis raphani unc. i. & dimidiam miscent, alii utrunque, alii neutrum pro scopis uariis, alii quoque sine aceto parant, & uocant syrup. de quinque radicibus sine aceto, sunt qui saccharum mellis loco miscent, ut minus caleat, & sit iucundius. Non modo ad affectus ex bile crassa, & pituita etiam crassa, & lenta natos ualet, sed etiam ad melancholicos, ut febres quartanas, præsertim in declinatione. Valētius est quàm oxymeli de duabus radicibus, & quā syrupus Byzantinus, etiam sudores mouet, si calidum bibatur, & corpus bene tegatur, præsertim cocta iam materia.

MOdus secaniabin de radicibus conferens ad febres antiquas. et diuidit, et abstergit choleram crassam et phlegma, et aperit oppilationes omnes, et proprie stomachi, et hepatis, et splenis, et prouocat urinam, cuius permixtio. Accipe corticum radicis apii, fœniculi ana unc. ii. seminis * anisi, apii, fœnicu li an. unc. i. Mundentur cortices et conterātur et proiiciantur super eas in uase lapideo aceti boni antiqui et albi libr. x. aquæ * libr. xx, et dimittatur per diem et nocte. Deinde coquatur donec eus tertia cōsumatur. Postea coletur et proiiciatur super ipsum mel quod sit medietas eius, et coquatur cum facilitate, sicut superius dixi.

Iste syrupus non est in usu, nec secundum præsentem descriptionem præparatur, sed descriptio quæ est in usu, & præparata reperitur apud omnes aromatarios & medicos practicantes est talis. Ry. corticum radicum apii, fœniculi, petroselini, brusci, & asparagi ana. ʒ. ii. seminis apii, seminis fœniculi. ana. ʒ. i. decoquantur prædictæ radices & semina in lib. xii. aquæ. & in lib. i. aceti usquequo redeant ad medietatem aut modicum plus. deinde cum melle quantum sufficit fiat syrupus, qui decoquatur tā donec suam habeat perfectionem. & iste est cōmunis modus construendi hunc syrupum. Quidam autem loco seminum suprascriptorum ponunt. ʒ. i. & ʒ. s. radicum raphani. sic tamen rarissime præparatur. Quidam autem nec ponunt semina, neque raphanum. & isto modo est communior usus eius. Quidam autem & addunt & minuunt secundum quòd putant melius, quocunque tamen modo præparent uocatur secaniabin. i. oxymel compositum de quinque radicibus, & sic à quàm pluribus denominatur. Dupliciter autem & magistraliter construitur iste syrupus cum aceto, & sine ipso non uariando in aliis eius descriptionem. Nam cum acetum imponitur causa ipsius aceti uocatur secaniabin seu oxymel compositum ab oxy quod est acetum. Cum autem acetum non imponitur, tunc uocatur syrupus de quinque radicibus sine aceto. & utroq; modo apud aromatarios communiter præparatus reperitur. Potest etiam iste syrupus componi cum zuccharo. & iterum cum aceto, & sine aceto, & compositus cum zuccharo non erit tantæ caliditatis & abstersionis, sed quia

quia cum melle præparatur, ideo ipsum declarando prosequar. Iste syrupus dictus oxymel compositum de quinq; radicibus aqua, melle, & aceto ut communiter præparatur, & est in usu, habet multas utilitates & maxime ad digerendum materias phlegmaticas, & melācholicas, frigidas, crassas, & uiscosas, & permixtas cum cholera crassa. unde principaliter confert ad febres quotidianas, & similiter etiam ad quartanas. Conueniret etiam in declinatione febrium chronicarum, & oppilationibus stomachi, & hepatis. Ipse enim est diuisiuus, aperitiuus, subtiliatiuus, & absterſiuus & maxime in nutritiuis. Est etiam prouocatiuus sudoris & urinæ, & generaliter est maioris potentiæ & efficaciæ in omnibus suprascriptis dispositionibus, & multis aliis quam syrupus compositus de duabus radicibus, & quam syrupus de bizantiis, & iste idem factus cum melle est maioris potentiæ quam cum zuccharo. Dosis, permixtio, modus assumendi, & hora, omnia ista sunt nota perito medico. Simplicia præterea sunt superius declarata excepto brusco quæ ē herba nota habens aculeos acriter pungentes, calidæ & siccæ cōplexionis in secundo, cum uirtute fortiter aperitiua.

Additio.

Secaniabin uel squingebin sicut fuit dictum, est oxymel de radicibus quo moderni pro oxymelle composito utuntur, non illi tamen opponuntur quinq; radices cōmunes.

MANARDVS de modo Secaniabin de radicibus.

Hoc plerunq; utimur, ubi scilicet antea per multos dies simplici usi fuerimus oxymelq; compositum uocamus.

SYL. *Oxymeli phlegmagogum fiet id prædictum, si inter coquendum medulla seminis cnici pāno lineo raro ligata mergantur, & identidem conficretur. Potentius uacuabit, si etiam turbith cum zingibere nodulo prædicto addatur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Alios humores uacuare poterit incoctis similiter simplicibus, quæ peculiariter illos humores trahunt. Potest uero poni in prædictam quantitatem Mesuæ, cnici medullæ li. i. & turbith unc. iij.

ANT. MOdus secaniabin solutione educens phlegma. Accipe secaniabin ex radicibus facti quantitatem circiter lib. ij & suspende in ipso quando coquitur, medullam carthami ligatam in panno raro subtili. & frica omni hora donec perficiatur decoctio, & quandoque ponuntur in eo turbith & zingiber in panno subtili ligata & suspensa.

Modus secaniabin, id est oxymellis educentis phlegma uel digerentis ipsum non est in usu, sed magistraliter uolētibus eo uti ipsum laudo, & omnia in ipso contenta, sunt superius declarata.

Additio.

Iste syrupus non est in usu. alium modum secaniabin solutione educentis phlegma describit. Serapio in proprio antidotario parum ab isto differentem.

MANARDVS de modo Secaniabin educens phlegma.

Suspende in ipso quando coquitur medullam cartami, Cnici uidelicet, & quia non exprimit quantitatem, tu potes ponere usq; ad libram cartami. Turbit uero unc. iij.

SYL. *Oxymeli uacuans melancholiam recipit* [illegible] *calaminthes, agarici, bugloſſi hortensis & erratici, glycyrrhizæ, ana unc. i. polypodij unc. iij. chamædryos, chamæpytios, stœchados, spinæ albæ ana drac. v. uuarum passarum purgatarum lib. dimidiam, macera uigintiquatuor horis, aceti albi, succi bugloſſi ana lib. ij. & dimidia, aquæ lib. ij. coque igni lento ad dimidias, cola, cum mellis lib. iij. percoque inter coquendum autem epithymi unc. i. ellebori nigri aur. iij. nodulo ligata, mersaq; sæpe confricentur.*

Humorem melancholicum & melancholiam expulsioni apparat, & uacuat, in affectibus melancholicis mitissimum & salubertimum. Quod uero ellebori unc. ii. reciperet, cū Manardo esset uehementius.

ANT. MOdus secaniabin solutione educens melācholiam. Rec. thymi, calamenti, agarici, † bugloſſæ domesticæ & siluestris, liquiritiæ ana unc. i. polypodij uncias tres *chamedryos, † chamepithyos, stœchados, † bedegar, ana drachmas quinque, passularum enucleatarum li. s. Fundantur super ea aceti boni albi, succi bugloſſæ, ana lib. ii. & s. & aquæ lib. ii & dimittantur per diem & noctem. Deinde coquatur cum facilitate usque ad medietatem. Tunc coletur. & cum mellis libris tribus, fiat secaniabin. & in decoctione ipsius ponatur in panno epithymi unc. i. hellebori nigri *aure. iii. & suspēdatur in eo, & fricet, & fiat sicut diximus.

Modus secaniabin solutione educens melancholiam superfluam & ipsam digerens non est in usu, nec præparatum reperitur, sed magistraliter uolentibus eo uti ipsum laudo quantum possum, & omnia in ipso cōtenta sunt superius declarata, & iste syrupus bene notet, quia digerit & euacuat.

Additio.

Iste syrupus non habetur in usu, qui etiam ad eandem intētionem describitur à Serapione in proprio antidotario.

Summa medicinarum est. xvii. res.

MANARDVS de Modo Secaniabin solutione educente melancholiam.

BVGLOSSAE domesticæ.) Id est, boraginis. Syluestris, id est, quæ nomen habet bugloſsi. CHAMEDRYOS.) Vulgo camandrinam dicunt, uel trifaginem. CHAMAEPITYOS.) Vulgo Iuam uel Aiugam. BEDEGAR.) Spina alba, addito ellebro, satis efficaciter purgabit atram bilem, pondere duarum unciarum.

Oxymeli ex ligustico ad pituitam crassam, lentam, pu- SYL. *trem, obstructiones hepatis & splenis aperiendas, urinam mouendam, recipit radicem apij, fœniculi, petroselini, calaminthes, dauci ana unciam unam, zingiberis, seminis ligustici, apij, fœniculi, anisi, cari, eupatorij, asari, absinthij, ana unc. semiſſ. caryophyllorum, galangæ, ana drachmas tres, ſpicæ nardi drach. duas, coque in aceti libris decem ad dimidias, & cum mellis li. quinque percoque.*

MOdus secaniabin de cheisim contra phlegma crassum, & uiscosum, & putridum, oppilationes aperiens hepatis & splenis, & urinam prouocans. Accipe radicum fœniculi, apij, petroselini, calamenti dauci ana unc. i. zingiberis, seminis anisi, fœnicu li, cheisim, apii, eupatorii, asari, absinthii, carui, ana unc. s. caryophyllorum galangæ, ana drachmas tres, ſpicæ drach. ii. Coque in aceti li. x. usq; ad medium & cum libr. quinque, mellis fiat secaniabin.

ANT.

Modus secaniabin de cheisim, id est leuisticī non est in usu nec præparatur.

Additio.

Iste syrupus non est in usu, nec aliquo modo præparatur, & dicitur secaniabin de cheisim siue de syseleos ab eo nomen assumens. Summa medicinarum est. xix. res.

MANARDVS in Modo Secaniabin de Cheisin.

Quidam hoc utuntur, ceu ualido in deobstruendo. Cheisin, id est, libystici.

SYL. *Oxymeli ex calaminthe, calfacit, incidit, terget humores crassos, lentos, putres, ob id intemperiem frigidam ventriculi & hepatis corrigit, scirrhum lienis, & aliorum uiscerum dissipat, febres diuturnas iuuat. Recipit rad. apij, fœniculi, intybi, ana unciam unā, scœnu anthus drachmas duas, seminis apii, fœniculi, anisi, ana drach. sex, calaminthes montanæ & domesticæ, ſpicæ, asari, casiæ, masticches, dauci, petroselini, ana unc. dimidiam, caryophyllorum, ligustici, zingiberis, galangæ, ana drach. duas, coque in aceti libris octo, & aquæ libris sex, ad duarum partium consumptionem, adde mellis despumati libras quinque. Datur ab uncia una ad duas.*

ANT. MOdus secaniabin de calamento confert ad febres diuturnas, & duritiē uiscerum & splenis, & ad frigiditatem hepatis & stomachi, & incidit

dit & abſtergit materias craſſas & putridas. Rec. radi cum apij,fœniculi,endiuiæ ana vnc.i.ſchænanthi.ʒ. ii ſem.apij,fœniculi,et aniſi ana drachmas ſex,ſpicæ,aſſa ri,maſticis, † caſiæ , † calamenti agreſtis et † domeſti ci,dauci, et petroſelini ana drachmas quatuor, caryo phyllorum,cheiſim zingiberis,galangæ ana drach. ii.in li.viii.aceti.et in lib.vi. aquæ bulliant, uſquedum rema neat tertia,et adde mellis deſpumati libras quinq;,et da vnc .i. vel duas.

Secaniabin de calamento non eſt in uſu .

SYL. *Oxyſaccharum ſimplex ex aceti libris duabus, aquæ li bris quatuor,ſacchari libris quinque , ſemper deſpumando igni lento percoctis: ualentius fit adiecta aceti libra una, valentiſſimum libris duabus adiectis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Nicolaus aceti uncias quatuor,ſucci granatorum acidō rum lib.dimidiam,ſaccha.li.unam miſcet, morbis æſtiuis & bilioſis præſtantius eſt,quam oxymeli. Oxoſachar ex aceti lib.una,ſacchari libris duabus ſine aqua coctis ad bilem fla uam & cephalalgiam calidã,maluit appellare , quòd τὸ ὄξος acetū ſit,ὀξύς,ὀξέως,ὀξυacid⁹.Oxoſachar è radicibus Actua rii bilem uſtam,pituitam incidit, terget , obſtructa aperit , hepar,lienem,renes: fit autem ex corticum radicis fœnicu li,apij,intybi ſatiui, ana ſextante , coquendo in aceti libris tribus,ad libræ unius cõſumptionem:deinde expreſſum per coquitur cum ſacchari libris duabus . Simile ,ſed compoſi tius eidem ſcribitur,initio ſerapiorum. Sumptum id uide tur ex ſyrupo acetoſo cum radicibus Meſuę , niſi quod hic aquam addit,& ſem.apij,fœniculi,intybi, anib,& ponderi bus uariat . Oxyſaccharum multo compoſitius facit Nico laus ratione nulla : potes ut diximus , quæ libet incoquere oxymeliti,ſic oxyſaccharo ꝓ ſcopis uariis. Oxoſachar διὰ μέλιτος Actuarii corpus refrigerat,ſtomachum roborat,cor, & hepar æſtate exhilarat, appetentiam inuitat : capit aceti ſelibram,ſucci cydoniorum librã unã,ſacchari libras duas , coque ad inſtam conſiſtentiam. Sumptum ex ſyrupo aceto ſo de cyroniis Meſuæ,ſed ponderibus mutat is.

MANARDVS in Secaniabin de Calamento.

CASSIAE.) Pro ea accipe cinnamomum. CALAMENTI agreſtis.) Id eſt,nepetæ. DOMESTICI.) Non inuenio dome ſticum,niſi mentham .

SYL. *Syrupus acetatus Diarhodon ad febres complexas , & eas,quæ formam corporis corrumpunt , obſtructiones hepatis & lienis idem aperit. Recipit ſucci intybi , apij , ana libras duas & dimidiam , radicum apij ,fœniculi , intybi ana vnc.duas, roſarum unciam vnam , glycyrrhizæ vnc. dimidiam,ſpicæ nardi drac.duas & ſemiſſem,ſeminis apij , fœniculi,aniſi,ana drach.ſeptem , cum aquæ lib. ſex coque ad duarum partium conſumptionem,deinde cum lib. duabus aceti,& libris tribus ſaccha.fiat ſyrupis.Datur ab vn cia vna ad vncias tres.*

SYLVII ANNOTATIO.

Affinis eſt Byzantino uiribus,niſi quod paulo eſt eo cali dior,qui ſequitur autem,multo efficacior & calidior.

ANT. SYrupus acetoſus Diarodō valẽs ad febres compoſi tas,et ad eas in quibus corrumpitur forma , et aperit oppilationes ſplenis et hepatis. Rec.ſucci endiuiæ,apii,ana lib.ii.et.s.et radicum fœniculi, apii, endiuiæ ana.vnc.ii.roſarum.vnc.i.liquiritiæ.vnc.s.ſpicæ.ʒ. ii.et.s.aniſi,fœniculi,ſeminis apii.ana.ʒ.vii. proiice ſuper ea aquæ dulcis lib.vi. et decoque uſque ad conſum ptionem.ij.partium,cũ,iij.lib.zucchari.et . ii. aceti fiat ſyrupus. Doſis eius eſt ab.vnc.i.uſq; ad.vnc.iij.

Syrupus acetoſus diarodon , id eſt denominatus à roſis quæ ingrediuntur compoſitionem ipſius . Iſte ſyrupus & multi alii qui ſequuntur non uocantur ſecaniabin. Nam li cet ingrediatur acetum,non tamen ingreditur mel ſed zuc charum . Et ideo ꝓprie non uocatur ſecaniabin . Iſtæ ſy-

E rupus non eſt in uſu nec præparatur , ſumme tamen laudo uſum ipſius.

MANARDVS de Acetoſo Diarhodon .

Hic celebratiſsimus eſt , magnam habens conformitatẽ cum byzantino,calidior tamen eo parumper, ille uero ma gis uidetur atram bilem reſpicere.

SYR. *Syrupus acetatus de Succis herbarum cum aromati bus,obſtructiones aperit,ob id febres putridas , & imple xas, & morbos alios obſtructis ſuccedentes curat , recipit ſuccorum apij,fœniculi,intybi,lupuli, coctorum & purga torũ,ana libras duas,ſucci bugloſſi,libras duas et dimidiã , roſarum vnciam vnam,ſpicæ nardi drac.tres.glycyrrhizæ vnciam.i.ſeminum apij,fœniculi,aniſi,rhabarbari,eupato rij,abſinthij,caſſiuthæ,an.drachmas.v.ſacchari libras duas & dimidiam ,aceti libras duas , condiatur galliæ aromati cæ drachmis duabus .*

ANT. SYrupus acetoſus de ſuccis herbarum cum aromati F bus. Oppilationem aperit et morbos oppilationũ curat. Et ualet ad febres permixtas . Accipe ſucci fœniculi,endiuiæ,apii,lupuli cocti et deſpumati,ana li. ij.ſucci bugloſſæ * li.ii.et.s. roſarum vnc.i. ſpicæ drac. iii.liquiritiæ drach.viii.ſeminis aniſi,fœniculi,apii, ra ued, eupatorii,abſinthii,cuſcutæ ana drach. quinque, zucchari lib.ii.et.s. aceti lib.ii. Condias cum galliæ aro maticæ.drach.ii.

Iſte ſyrupus licet non ſit in uſu, tamen infinitis laudibus extollo ipſum & ideo eum nota .

Additio.

Iſte ſyrupus etiam uocatur ſyrupus propter cauſam iam dictam in alio præcedente & non ſecaniabin. Et dicitur ſy rupus de ſuccis propter multos ſuccos ipſum componen tes & ſatis aſſimilatur ſyrupo de bizantiis qui multis extol litur laudibus . Summa medicinarum eſt.xviii.res.

MANARDVS de Acetoſo de ſuccis herb.

Acetoſus de ſuccis herbarum. Vtilius eſſet, ſed non cõ G ponitur.

SYR. *Syrupus de Mentha ventriculum frigidum roborat , ob id nauſeam,vomitum,ſingultum,fluorem alui ſedat. Recipit ſucci menthæ lib.i.ſucci granatorum dulcium,& acido rum ad dimidias cocti li.ij.mellis,uel ſacchari lib. iiij.*

ANT. SYrupus de Mentha ſtomachum frigidum confor- *aut cum ſaccha.l.ii* tat, nauſeam, uomitum , fluxum uentris et ſingul tum ſedat. Accipe ſucci menthæ lib.i. ſucci granato rum dulcium et acetoſorum qui iam cocti ſunt ad medietatem lib.ij.mellis uel zucchari lib. i. coquatur et miniſtretur.

Syrupus de mentha ſecundum primam deſcriptionem non eſt in uſu.

Additio .

Meſue hic deſcribit duos ſyrupos menthæ quorum pri mus qui eſt præſens non habetur in uſu.Iſtum ſyrupum de ſcribit etiam Auicen.in quinto can.in eadem forma & do ſi excepto illo quod dicit terantur granata cum pulpis ſuis H & decoquatur ſuccus uſque ad medietatem. Similiter eun dem ſyrupum deſcribit.Haly.x.practicæ & uocat ipſum ſy rupum Romanum.Summa medi.eſt.iiii.res.

MANARDVS in Syrupum de mentha.

Ex his duobus,ſecundum tãtum inuenimus in officinis, utilem quidem in uentriculo roborando.

SYL *Vel ſucci Cydoniorum muzorum & dulcium,ſucci gra natorum mezorum & acidorum & dulcium , ana libram vnam,& dimidiam . In quibus horas uigintiquatuor mã cera menthæ ſiccæ,libram vnam,et dimidiam,foliorum ro ſarum vnc.ij. coque igni lento ad dimidias cum mellis , uel ſacchari li.ii.fiat ſyru.aromatizetur cum gallia.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vel accipit menthæ parum ſiccatæ libram unam, & dimi diam, roſarum rubrarum uncias duas , ſucci cydoniorum dulcium

dulcium,ſucci granatorum acidorum , dulcium , acidodul- A tero fluentibus.
cium,ana libram unam,& dimidiam , coque igni lento ad dimidias,expreſſum percoque cum mellis , aut ſacchari li bra una,aromatizetur cum gallia Meſuæ . ſi autem ſiccior ſit mentha,quia ſuccorum plus ebibit,ſuccos auge. Poſteri or eſt ualentior,& ſolus in uſu cum ſacchara , quia mitior eſt & gratior,quàm cum melle. Ventriculum & uẽtrem re liquum inferiorem frigidum ſuo calore blando,& lenicula aſtrictione roborat.Vẽtriculum uel diſſolutum,uel à cau ſa frigida imbecillum roborat.

ANT. SYrupus de Mentha inuentione noſtra, & eſt excel lentior priore. Accipe ſucci citoniorum muzorũ & dulcium,ſucci granatorum acetoſorum , & dul cium & muzorum ana lib.i.&.s. proiiciatur ſuper eos menthæ ſiccæ lib.i. &.s.foliorum roſarum unc.ii.& di mittatur per diem et noctem . Deinde coquatur cum facilitate uſq; ad medium,et cum mellis uel zuccha. li. ii. fiat ſyrupus et aromatizetur cum gallia.

Syrupus de mentha ſecundum hanc deſcriptionem ubi que præparatur , & ſic generaliter habetur in uſu . ualet e nim ad ſtomachum relaxatum confortandum , & uirtutem digeſtiuam in eo ſuauiter calefaciendo,& uigorando cali dum naturale,uomitum & nauſeam prohibendo,& ſua leui ſtipticitate confert ad fluxum uentris lubrificatiuum factũ à phlegmate,& ſedat ſingultum.Et licet ſecundum quòd di citur in litera iſte ſyrupus poſsit cum zuccharo , & cũ mel le prꝑarari,tamen quaſi ſemper cum ſolo zuccharo fit,ha beret enim minus calefacere & deſiccare factus cum zuc charo quàm cum melle ſecundum diuerſitatẽ mellis & zuc chari in calidit ate,& ſiccitate. reliqua ſunt nota .

Additio.

Licet iſte ſyrupus poſsit prꝑarari cum melle & cũ zuc charo,tamẽ quaſi ſemper cum zuccharo prꝑarari debet , quia maiorem habet temperantiam. Vbi uero intenderemus calefactionem maiorem,cum melle fieri debet . Sum ma medicinarum eſt ix.res.

SYL. *Syrupus Abſinthij uentriculum,& hepar roborat , ob id appetentiam excitat,retentricem uim firmat amborum dolorem ſedat,& aliorum uiſcerum mollificationẽ iuuat . Recipit abſinthij Romani lib.duas, foliorum roſarum unc. duas,ſpicæ nardi drach.tres,uini albi antiqui,boni , odori , ſucci cydoniorum ana libras duas & dimidiam,in his mace ra horas uigintiquatuor prædicta,coque igni lento ad dimi dias,cum * mellis lib.ij.fiat ſyrupus efficax,& multa expe rientia probatus.*

ANT. SYrupus de Abſinthio conferens ad caſum appeti tus,et debilitatem ſtomachi,et mollificationem ui ſcerum,et debilitatem hepatis,et dolorem. Recipe abſinthii romani lib.s.foliorum roſarum unc. ii. ſpicæ drach.iii.uini albi antiqui boni et odoriferi,ſucci cito niorum ana lib. ii. et. s. Et dimittatur per diem et no ctem in uaſe lapideo. Deinde coquatur cum facilitate uſque ad medietatem et cum mellis lib. fiat ſyrupus ex pertus et nobilis.

Syrupus de abſinthio ſecundum hanc præſentem deſcri ptionem generaliter eſt in uſu,conferens ad caſum appeti tus,& ſic præparatus reperitur , & eſt conueniens ad pro ſtrationem appetitus,& ad debilitatem ſtomachi & relaxa tionem illorum eius,& ad mollificationem uiſcerum , & ad debilitatem hepatis doloroſam,& ad cachexiã lympha tus cum aquis cõuenientibus,ut plurimum autem lympha tur cum aqua menthæ,pro ſtomacho confortando,& fit cũ melle,licet cum zuccharo fieri poſsit, ſed tunc eſt minoris caliditatis , & reliqua omnia ſunt clara. Summa medicina rum eſt.vi.res.

MANARDVS in Syrupum de abſinthio.

Non detur in febribus in principio , neque etiam poſt ubi febris uehemens , niſi frigidum aliquid ſecum miſcue ris . Ego quandoque eo uſus ſum in albis humoribus ex u-

SYL. *Vel abſinthij Romani * dra.centum coquantur in aquæ libris tribus * uſque ad partem tertiam,fricetur manibus, coletur,expreſſum cum mellis,& uini ana lib. i. percoqui tur in ſyrupum.* *aliiũ.12 *alii ad.s.

SYLVII ANNOTATIO.

Hic autem ſimplex eſt,ſerapium de abſinthio Actuarii , ab hoc eſt diuerſiſsimum.Prior ſolus eſt in uſu ad uentricu li,& hepatis,& uiſcerum aliorum imbecillitatem etiam do lorificam,& cachexiam.Datur etiam in albo mulierũ fluo re,& ad febres biliоſas iam procedentes,non multum cali das:ad ineuntes uero poſterior , & ſimplicior & aptior . Quanta autem uis ſit abſinthio Pontico (quem Romanum à Meſue uocari in ſimplicibus probauimus) in deturbanda bile flaua ex uentriculo,in roborando uentriculo,& hepa te,Galenus in ſimplicibus,& methodo,in compoſitis par tium medicamentis, & alibi paſsim abunde inculcat,ut nõ ſit opus teſtimoniorum multitudine eius facultatem de B monſtrare.Datur per ſe ſi materia appetentiam lædens eſt frigida:ſi autem calet,datur cum frigidis .

ANT. SYrupus de abſinthio alius expertus . Accipe abſin thii romani.drach.centum,decoquatur in aquæ li. iii.uſque ad tertiam partem . Deinde fricetur ma nibus , et coletur , et cum mellis et uini,ana libra.i.fiat ſyrupus .

Syrupus de abſinthio alius expertus non eſt in uſu.

Additio.

Iſte ſyrupus non eſt in uſu,ſed precedens magis propter eius artificioſam compoſitionem.Auicen. in quinto cano. ponit quatuor deſcriptiones ſyruporum de abſinthio,inter quas ſecunda aſſimilatur iſti ultimæ deſcriptioni. ſimiliter Serapio,& Haly.x.practicæ habent unam aliam deſcriptio nem ſyrupi de abſinthio,quæ non habetur in uſu . Summa medi.eſt.iiii.res.

MANARDVS, in Syrupum de Abſinthio ſecundum.

Dici poteſt ſimplex, & ualde cõgrueret in febribus à bi le poſt.vii.

SYL. *Syrupus fumariæ maior,uentriculum & hepar roborat obſtructiones aperit,cutis morbos,præcipue ab humore ſal ſo uel uſto natos,ut pſoram,lepram,impetiginem , ſerpigi nem curat,recipit myrobalanos cepulas & citreas ana . * xx.florum uiolarum,boraginis,uel bugloſſi,uiolarum, ab ſinthij,caſſiuthæ,ana.unc.i.glycyrrhizæ roſarum an. unci. dimid.epithymi,polypodij, ana drachmas ſeptem , pruna centum,uuarum paſſarum purgatarum libram dimidiam tamar Indorum,caſtiæ fiſtulæ,an.unc.duas,coque in libris decem aquæ ad lib. ſeptem conſumptionem , & cum ſuc cis fumariæ cocti & purgati , & ſacchari ana libr.tribus fiat ſyrupus .* *alii legũt drach.20.

SYLVII ANNOTATIO

Ab unciis tribus ad uncias quinque uel ſex ſumptus,etiã purgat pituitam ſalſam,& bilem utranque uſtam:purgato ria enim clementia & parua quantitate recipit,curatisque cutis uitiis colorem commendat:ut apertis obſtructionib. febres putridas,præſertim dictis humoribus natas, & icte rum utrunque ſanat. Ne putes hanc facultatem poſteriori à Meſue attributam , illi eſſe peculiarem, cum ſit commu nis utrique,ut morbum Hiſpanum iuuare:id quod ex gene ralibus his facultatibus coniectare non eſt difficile, cum ſit maior,compoſitior,& potentior minore. Vterque ſumitur cum aqua intybi,bugloſsi,ſed hic in multo uſu eſt . Hic ob pruna,paſſas,caſiam,tamar Indos eſt craſsiſsimus , proin de ingratiſsimus,& qui æque cito ut ſyrupus portulacæ ſi tim ducit,atq; corrumpitur,niſi facta ſimplicium decoctio ne coquas in ſyrupum ſuccum fumariæ deſpumatum & cla rificatum,cum ſaccharo aqua fontis clarificato, tuncq; pau latim addas decoctionem,ſemper coquendo: tandem uero caſsiam,& tamar Indos ob ſubſtantiæ raritatem, & uirium imbecillitatem,parum diu coquendo:ſed cum parui ſit mo menti,& tam operoſa paratio & iniucunda, ſatius eſt omi tere.

tere,ut syrupus epithymi ad eadem efficax.

ANT. Syrupus de fumoterræ maior,stomachum,et hepar confortat, oppilationem aperit, et morbos cutis curat, et proprie quorum materia sunt humores salsi aut adusti,sicut est scabies,impetigo,serpigo, et lepra. Accipe myrobalanorum citrinorum, chebulorũ, ana drach.xx. florum boraginis uel bugloſſæ, uiolarũ, absinthij,cuscutæ,an.unc.i.liquiritiæ rosarum an.unc.s.epithymi polypodii,ana drach.vii.prunorum numero centum,passularum enucleatarum libr.s.tamarindorum, casiæ fistulæ, ana unc.ii. Hæc omnia bulliant in aquæ lib.decem,usquedum deueniat ad lib.iii. et cum succi fumiterræ cocti depurati,et zucchari,ana lib.iii. Fiat syrupus.

Syrupus de fumoterræ secundum hanc descriptionem est multum in usu,& est conueniens ad confortandum hepar & stomachum,aperiendo eorum oppilationes, iuuat ad digerendum materiam existentem in cuti prouenientẽ ab humoribus adustis,& salsis, & acutis defœdationem & scabiem curat & remouet,& confert serpigini,lepræ,& impetigini,quæ sunt defœdationes cutis, lymphatus cũ aqua endiuiæ boraginis uel bugloſſæ. Habet insuper uirtutem faciliter solutiuam,& compressiuam,lenitiuam ratione componentium .habet enim uirtutem compresiuam ratione myrobalanorum tamarindorum atq; prunorum,habet uirtutem faciliter solutiuam ratione epithymi, & polypodii, absinthii,& fumiterræ;lenitiuam habet ratione casiæ, & iuiubarum.& de omnibus istis dictum est superius.Vltimo nota quòd iste syrupus sensibiliter non soluit uentrem, nisi eius dosis augeatur usq; ad ℥.vi. uel ultra, quia solutiua ingredientia eius compositionẽ sunt debilia,& in parua dosi ponuntur in ipso,& omnia in eo posita sunt nota. Summa medi.est.xvii.res.

Incutit fe dationib.

MANARDVS in Syrupum de Fumo terræ maiorem.

Purgat si in debita quantitate exhibeatur,unc. uidelicet iii.usq; ad quinq;.

SYL. *Syrupus fumariæ minor,hepatis obstructionem aperit, ob id icterum sanat,pituitam salsam, & bilem ustam uacuat,proinde pſoram,lepram,pruritum, & alia cutis uitiam inde orta sanat,& corporis colorem floridum reddit. Recipit myrobalanorum flauarum unc.duas,uiolarum cassuthæ,absinthij,ana unc.i.coque cum lib.septem aquæ usq; ad partem tertiam.Expressum cum succi fumariæ cocti & purgati,& saccha.ana lib.ij.percoque. Datur ab unc.i.ad unc.ii.Quidam scammonii unciam dimidiam panno lineo raro ligatam,in eo suspendunt.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hic potest eadem quæ prior,sed imbecillior est, nec usu frequens assumpta scammonii facultate,purgantior efficitur,ut uentriculum,hepar,lienem pituita salsa & bile utraque uacuet,ob id icterum utrunq; sanat.

ANT. Syrupus de fumoterræ minor descriptione cognita confert choleræ adustæ et scabiei,et pruritui,pustulis,et ægritudinibus phlegmatis salsi, et hepatis oppilationem aperit, confert hicteritiæ citrinæ, et colorem efficit bonum. Recipe myrobalanorum citrinorum uncias duas uiolarum, cuscutæ, absinthii ana unc.i.coquantur cum lib.vii. aquæ usque ad tertiã partem. et accipe succi fumiterræ cocti et despumati lib.ii.zucchari lib.ii.da unc.i.uel.ii. et quidam suspendunt in eo dum coquitur scammoneæ unc.s.ligatæ in panno raro.

Syrupus de fumoterræ minor non est in usu, ipsum tamen nota.

Additio.

Iste syrupus de fumoterræ non est in usu, nec præparatus reperitur,& dicitur minor respectu maioris,qui dicetur maior propter maiorem consumptionem. Multæ aliæ descriptio.syruporum de fumoterræ reperiuntur,quæ sunt magistrales, quibus non utimur, sed syrupo primæ descriptio.Nonnulli utuntur syrupo de fumoterræ simplici, qui fit ex succo bene depurato & zuccharo.Summa medicinarum est.viii.res.

MANARDVS in Syrupum de Fumo terræ minorem.

Si suspendatur in eo scãmonium, purgabit plus quã præcedens, primus tamẽ communiter paratur, & ego eo utor in morbo qui gallicus dicitur.

Syrupus Glycyrrhizæ tußim antiquam iuuat, thoracẽ & pulmones expurgat,recipit,glycyrrhizæ unc.ii.adianti albi unciã unã,hyſſopi ſicci unc.dimidiã, horas uigintiqua tuor macera aquæ lib.quatuor,coque ad dimidias,expreſſum percoque cum mellis,ſaccha.penidiorum ana unc.octo aquæ roſarum.

SYLVII ANNOTATIO.

Est frequens usu initio pleuritidis, & aliorum thoracis affectuum,etiam si aquam rosarum recipiat. Nam in horũ affectuum à fluxione proficiscentium initio modice adstringentia non modo sumi posse,sed omnino sumenda imperat.Gale.lib.meth. 12. Et rhabarbarum, & electarium cui manus Christi nomen est,in usu quotidiano sunt contra tales affectus,quamuis ambo adstringũt,ut partes ob laxitatẽ ad fluxionem recipiẽdam opportunæ,ubi adstrictæ fuerint amplius non recipiant,& roboratæ ualentius repellant nouam,& expellant ueterem materiam.Incipientibus itaque thoracis & pulmonis affectibus frigidis & pituitosis, saluber est hic syrupus : augescentibus & uigentibus, syrupus hyſſopi:declinantibus syrupus prasii,nisi magna expurgandi has partes necessitas, metusq; suffocationis à postremo nos incipere coegerit,quia omnium ualentissime calfacit, incidit,tenuat,terget,expurgat,lenit,siccat: quæ omnia syrupus glycyrrhizæ præstat,sed moderatissime, ut tussim antiquam sanet tantum,quæ à pauca, nec crassa, nec lenta pituita excitatur. Syrupus autem hyſſopi uiribus est in medio.Hic syrup. aperit,dilatat,terget partes præsertim spirales,asperam arteriam,pulmonem, thoracem ad expellendum q́ roborat.

Syrupus liquiritiæ confert tussi antiquæ, et mundificat pectus et pulmonem. Recipe liquiritiæ unc. ii.capillorum ueneris.unc.i.isopi siccæ unc.s.Proice super illud aquæ lib.iiii.et dimittatur die ac nocte. Deinde coquantur usque ad mediam partem. Deinde proiice super illud mellis,& zucchari et penidiarum ana unc.viii.aquæ ros.unc. vi. Fiat syrupus et administretur.

Syrupus de liquiritia secundum hanc descriptionem est multum in usu.& sic ubique præparatus reperitur.Confert enim principaliter passionibus pectoris & pulmonis, & maxime tussi antiquæ factæ à materia phlegmatica quæ nó est multæ quantitatis, tenacitatis,& uiscositatis.est absterſiuus subtiliatiuus, & aliqualiter deficcatiuus. Et hic nota quòd ab illo syrupo tãquam leuiori incipiendum est in passionibus pectoris frigidis & phlegmaticis.Secundo est procedendum ad syrupum de hyſſopo tanquam ad fortiorem. Tertio ad syrupum de prasio,quia potentior. nam secundus,scilicet ille de hyſſopo est calidior & siccior primo.& ideo plus conueniens membris frigidioribus.unde in processu,in augmento, & in statu magis conueniens est illo in calefaciendo,deficcando,subtiliando, aperiendo & abstergendo cum aliquali uirtute lenitiua pectoris & pulmonis, faciẽdo sputum facilem ad exitum per screatum.tertius uero in omnibus tantum excedit, secundum quantum secundus excedit primum, & cum hoc antiquæ tussi plus confert. sic ergo à leuiori semper inchoandum est regulariter operãdo nisi magna instaret necessitas, iuxta illud Hippocratis ad ultimas ægritudines ultimæ curationes ad perfectionem sunt potentes. lymphatur autem plurimum iste syrupus cum aqua capilli ueneris vel ungulæ caballinæ, id est farfarellæ, uel cum decoctione communi de qua

dicetur inferius.Aqua enim ungulæ caballinæ est calida & humida in primo.de capillo ueneris dictum est supra, modus compositionis ipsius apparet in litera.

Additio.

Nota quod absurdũ uidetur quòd in isto syrupo auctor ponat aquam rosatam cum ipsa restringat. & hic syrupus debet dilatare partes pectoris. & hoc non solum uidetur contra rationem, sed est etiam contra facientes hunc syrupum,eo quòd nulli fere ponant aquam rosatam. Ad hoc dicendum quòd recte ponitur,& qui non ponunt,erant multum.Et ratio est. nam ad hoc quod syrupus iste ualeat tussi antiquæ, & pulmonem, & pectus mundificet, non solum oportet quod in eo sint dilatantia partes pectoris lenientia & maturantia catarrhum ut per liquiritiam capil.ue.fit, sed etiam necesse est quòd in eo sint quæ partes relaxatas adunent,& uirtutẽ expulsiuam confortent. & hoc fit per aquã rosatam,igitur rationabiliter ponitur. Summa medicinarum est res.viij.

Aqua rosarum in hoc syrupo sit superflua.

MANARDVS de Syrupis Liquiritiæ.

Videãt qui cauent in pleuriticis Manumchristi uocatũ, & rheon, quomodo dent hunc Syrupum in quo aqua rosacea.Ego enim non formido in morbis pectoris,medicinas modice adstringentes.

SYL. *Syrup.hyſſopi asthma,tussim, dolorem thoracis & hypochondriorum iuuat,recipit hyſſopi(mediocriter)ſicci, radic.apii,fœniculi,*glycyrrhizæ,ana drach.x. hordei nudi unc.dimidiam, semi. maluæ, & cydoniorum,tragacanthi ana drach.iii. adianti albi drach. ſex ziziphæ, myxæ, ana.xxx. uuarum paſſarum purgatarum drach. xii. ficus ſiccas,dactylos pingues ana.x.penidiorum alborum lib.ii. fiat syrupus.*

*Petroſeli ne addunt aliqui.

SYLVII ANNOTATIO.

Huius syrupi & sequentis facultas nuper est declarata. Potenter præterea obstructiones liberat, ut etiam in adolescentibus renum calculos frangat sumptus cum aquis, aut decoctis ureticis, quomodo ad affectus thoracis cum aqua scabiosæ,uel bechii, uel decocto thoracico sumẽdus est:sub adstringit quoque dactylis,& sem.cydoniorum.Nec absre penidia exigit alba,hoc est,ex saccharo albissimo, & purissimo facta,non autem ex saccharo uel crasso, & pingui, uel rubro cum amylo & sublito marmori butyro. Nam ex his facta penidia ægre colantur, & impurum ac ingratum magis syrupum reddunt.Alias quinq; huius syrupi descriptiones habet Mesues cap. de tussi. Pleuritidem quoq;, & obstructiones uiscerum liberat.Coque omnia in li.octo aquæ ad libr.v. consumptionẽ.Expressum in syrupũ percoque cũ libris duabus penidiorum alborum.

ANT. Syrupus de hyssopo confert asthmati & tussi,& dolori corporis,& laterum. Rec. hyssopi siccæ, radicum apij,fœniculi,liquiritiæ.ana.℥.x.hordei mundi vnc.s.sem.maluæ,tragacanthi, se. citoniorum. ana drachm.iii.capillorum ueneris drach.vi.iuiubæ, sebesten ana numero.xxx.passularum enucleatarum. ℥.xii. ficuum siccarum,& dactilorum pinguium ana. numero.x.albarum penidiarum lib.ii. & fiat syrupus.

Iste syrupus est multum in usu,& sic ubiq; præparatus reperitur, & ut est dictum in precedenti syrupo, est maioris efficaciæ,& uirtutis in passionibus pectoris & pulmonis, & faciendo sputum facilem quàm syrupus de liquiritia. Cõfert enim principaliter asthmati, tussi antiquæ & doloribus pectoris factis à materia frigida,ut dictum est in præcedenti syrupo.Lymphatur autem ut plurimum cum aqua scabiosę,aut prasij,uel aliqua decoctione pectorali,sunt enim aquæ multum potentes, quæ debent sumi in proportione superius dicta.Est enim scabiosa calidæ & siccæ complexionis in secundo. Reliqua uero in hac descriptione sunt calida in secundo & ficca in primo cum forti abstersione,subtiliatione,& penetratione,& omnia alia clara sunt.

Additio.

Idem Mes.cap. de tussi habet quatuor uel quinq; descriptio. syrupi de hyssopo quarum nulla cum ista concordat, nec etiam inter se. Sed Gilbertus Anglicus capit.de causis tussis habet unam similem descripti. syrupi de hyssopo isti descriptioni.Dicit in fine albarum penidiarum eo quod penidii uel penidiæ fieri debent cum zuccharo albo, & non cum zuccharo rubeo uel crasso,ut faciunt nonnulli aromatarii nostri temporis.

MANARDVS in Syrupum de Hyssopo.

Hic quoq; syrupus seminum cotoneorum & dactylorum ratione,cuiusdam adstrictionis particeps est.

*Syrupus Prasii,thoracem, & pulmones expurgat, pituita craſſa, lenta, putri, & ab ea aſthmati, antiquæ tuſſi prodeſt,quales affectus ſenibus & natura frigidis ſunt frequentes.Recipit praſii vnc.ii.hyſſopi,adiãti albi ana.drac. vi.glycyrrhizæ vnc.i.calaminthes,aniſi,rad.apij, & fœniculi ana drach.v.ireos,ſe.maluæ, & fœnugræci ana drac. iij.ſe.lini,& cydoniorum ana.drach.ij. vuarum paſſarum purgatarum vnc.v.ficus paſſas pingues *quindecim, penidiorum,mellis boni deſpumati ana lib.ij.* alii. xvi.

SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Syrupus hic pituitam craſſam,lentam,putrem,ac pus ex pulmonibus,& thorace incidit,tenuat,terget, educi adiuuat leniendo,& aperiendo meatus,& uim expultricem roborando.Strenue enim sputum promouet in declinatione horum affectuum, si à fluxione pendeant : quam suo calore multo,si initio usurparetur,geminauerit,nisi, ut dixi suffocationis à multa, crassa,lenta materia periculum impenderet.Vacuata autem materia, quæ thoraci, aut pulmoni, & asperæ arteriæ angustiam pariebat, proindeq; spirandi difficultatem,æger iã multo quàm ante liberius respirat.Alias descriptiones duas habet Mesues cap.de asthmate,sed inusitatas.Vsurpatur autem cum aquis prædictis,uel hyssopi,uel alia thoracica.Coque in libris decem aquæ ad dimidiã, expressum percoquatur cum penidiorum,& mellis despumati ana libris duabus.

ANT. Syrupus de prasio,conferens senibus & frigidis natura, & ægritudinibus quæ fiunt in pectoribus eorum,& tussi antiquæ, & asthmati à phlegmate crasso & putrido,& proprie eius cuius difficilis est separatio. Cuius permixtio.Reci.prasij.vnc.ij. hyssopi,capilli ueneris ana.℥.vi.*liquiritiæ vnc.i.calamenti,aniſi, radicũ apij.fœniculi ana.℥.v.ſe.maluæ,fœnugræci, ireos ana.℥.iii.ſe.lini,ſe.citoniorum an.℥.ii. passularum enucleatarum vnc. v. ficus siccas pingues. xv. penidiarum lib.ii. mellis boni despumati *lib.ij. *lib.i.

Iste syrupus generaliter ab omnibus est in usu,& sic præparatus reperitur.Est enim suprascriptus syrupus conferẽs in duabus passionibus.s. pectoris & pulmonis factis à materiebus multum tenacibus,uiscosis, & crassis quæ sunt difficilis eradicationis, & maxime in senibus & frigidis natura.Confert enim asthmati,tussi antiquæ & difficultati anhelitus.Facit insuper excreare saniem, & omnem materiam putridam contentã in medio pectoris, sua forti uirtute aperitiua,subtiliatiua,deficcatiua, absterſiua, & confortatiua, & usus eius in declinatione prædictarum dispositionum est magis conueniens,nisi materia multa sua crassitie & malitia moram non posit sustinere. lymphatur autem ut plurimum cum aqua hyssopi aut aliqua decoctione conueniẽti. & huius syrupi descriptionẽ ingreditur semen lini,quod est notum.s. calidæ complexionis in primo & humidæ uersus ipsum. Omnia autem simplicia sunt superius declarata.

Additio.

Item Mes.duas alias habet descrip. syrupi de prasio ca. de asthmate.sed cum ista non conueniunt. Gilbertus Anglicus ca.de asthmate.habet unam descrip.similem huic. Notabis quod omnes isti syrupi pectorales, & omnes decoctiones pectorales cum aqua pluuiali fieri debent & non cum aqua communi,quia aqua pluuialis est magis subtilis & ratione subtilitatis magis penetratiua, facienſque penetrare uirtutes medicinarum ad partem pectoris. Summa medicinarum est.xviii.res.

Syrupus

SYL. *Syrupus de calaminthe, asthma, tussim antiquam, intẽperiem uiscerum frigidam, & splenicos, & senes iuuat. Recipit calaminthes domesticæ & syluestris, ana vnc.ii. ligustici, dauci, schœnu anthus ana drac.v. vuarum passarum purgatarum lib. dimid. mellis lib.ii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quibusdam in usu est, ad calefaciendum, incidendum, tenuandum, aperiendum, tergendum obstructiones uiscerũ, ob id splenem tumefactũ minuit, cũ aqua asplenij, uel phyllitidis thoracem & pulmones expurgat cum aquis thoracicis. Coquitur in lib.vi. aquæ ad dimidias, expressum percoquitur cum mellis lib. duabus.

ANT. SYrupus de calamentho confert spleneticis, & frigida habẽtibus uiscera, & senibus, & tussi antiquæ & astmati. Rec. calamenti domestici & syluestris ana.vnc.ii. cheisim, dauci, schœnanthi ana drach.v. passularum enucleatarum lib.s. & mellis lib.ii.

De isto syrupo ponuntur duæ descriptiones, licet neutra sit multum in usu. à quibusdam tamẽ habetur magistraliter in usu. Ista prima descriptio, in duritie & crassitie splenis conuenit, calefacit stomachum, hepar, & splenẽ, & alia uiscera, aperit oppilationem in eis, materias crassas subtiliat, & ad expulsionem eas præparat. confert tussi antiquæ & asthmati in senibus. Lymphatur autem ut plurimum cum aqua quinque radicum seu scolopendriæ, id est linguæ ceruinæ quæ spleni multum appropriatur, & est herba nota calidæ & siccæ complexionis in secundo. Reliqua sunt superius declarata.

Additio.

Iste syrupus est ille qui communiter est in usu. idem habet hic unam aliam descriptionem, sed hæc est nobilior illa. Gal. in libr. secretorum habet unam aliam descript. quæ non est eadem nec in usu habetur. Summa medicinarum est res.vii.

MANARDVS in Syrupum de Calamento.

Non cognosco calamentum domesticum: credo intelligi mentham, sicut etiam supra. Nullus tamen horum syrup. cõiter paratur. Secundus satis similis est syrupo de mentha.

SYL. *Syrupus de Calaminthe alter, singultum, & vomitum à pituita, vel bile flaua, crassa, sedat. Recipit succi calaminthes, & vini odori, ana libras quatuor, succi malorum granatorum acidorum, cum sua pulpa interiori, libras quinq; coque ad dimidias, biduo permitte, vt crassum subsideat, & clarum percoquatur in syrupum cum sacchari libris quatuor, aromatizetur drachmis duabus galliæ aromaticæ, in vase vitreo bene obstructo, in sola dies quadraginta.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quibusdam in usu est cum aqua menthæ & absinthii, parum calet, uentriculum, & hepar expurgat, & simul roborat. Fuerit igitur saluberrimus, tum etiam quòd alimentum cum medicamento coniunctum habet, quod genus medicamentorum Galenus maxime commendat. Nam calaminthe amara, acris, expurgationem prope sola facit, uinũ putredini resistit, uires eius & granatorum uehit, granata acida incidunt quoq; & tenuant, sed etiam roborant, saccharum dulcorat, & custodiam siccando iuuat cum igni & sole. Gallia iucundiorem facit, & facultatum nostrum corpus dispensantium robur auget. Cum igitur sit paratu facilis, & magnarum uirium, in usu frequentiore habendus fuerit, nisi syrupo menthæ uiribus proximo sis contentus.

ANT. SYrupus de Calamento ualens ad singultum & vomitum de cholera rubea, uel phlegmate, & de humoribus crassis cholericis. Rec. succi calamenti li.iiij. succi malorum granatorum acetosorum cum pulpa sua interiori, lib.v. uini odoriferi libr.iiii. coque usque ad medietatem. Deinde dimitte per dies.ii. quousque resideat. & cum *li.iiii. zucchari fiat syrupus, & aromatizetur cum drach.ii. galliæ aromaticæ. & ponatur in uase uitreato & stringatur orificium eius, & dimittatur in sole per dies quadraginta. *lib. iij.

E Syrupus de calamentho ualens ad singultum non est in usu, magistraliter tamen à quibusdam præparatur, & magis quam præcedens, & est eo magis confortatiuus uirtutis cõtentiuæ stomachi, & uiscerum. unde ualet superfluo uomitui facto à cholera crassa permixta cum phlegmate post mũdificationem ipsius, & non est tantæ caliditatis ut primus, lymphatur autẽ ut plurimũ cum aqua mẽthæ uel absinthij.

Additio.

Summa medicinarum est quinq; res.

SYL. *Syrupus de thymo calfacit, incidit, tenuat, ob id omnem frig. intemperiem thoracis, pulmonis, ventriculi, hepatis, aliarum partium iuuat, & hyberno frigori resistit. Recipit comarum thymi vnc. duas, calaminthes, menthæ siccæ ana drachmas quinque, seminis apii, fœniculi, anisi, dauci ana semunciam, vuarum passarum purgatarum vnc. quatuor & dimidiam cum mellis lib. duabus fiat syrup. aromatizetur drach. duabus galliæ.*

SYLVII ANNOTATIO.

F In usu rarus est, tamen ad ea quæ promittit, est efficacissimus, modo thymus sit uel Creticus, uel ex locis editis & siccis & insolatis, & calaminthe montana: obstructa etiam liberat, & menses mouet, sed omnium ualentissime syrupus sequens. Syrupus Arthemisiæ Matthæi Gradi, ad menses ciendos ex catalogo simp. menses mouentium, cum tamen singula, uel horũ pauca sufficerent. Artemisiæ manip. duos, pulegii, calaminthes, origani, melissophylli, sampsuchi, sabinæ, persicarum, chamædryos, chamæpityos, hyperici, cẽtaurii parui, parthenii cum flore, rutæ, bethonicæ, buglossi, dictamni, rad. fœniculi, apii, petroselini, asparagi, rusci, saxifragię, iridis, enulæ, rubiæ, pæoniæ, ana manipu. unum: sem. iuniperi, smyrni, petroselini, apii, anisi, agith, carpobalsami, cardamomi, costi, asari, pyrethri, phu, calami aromatici, cassiæ, ana unc. dimidiam, macera aqua fluuiali, coque ad dimidias, expressum percoque cũ saccha. & mellis q.s. Addi potest acetum simplex, uel scilliticum, alii aliter parant, & syrupum parthenii, id est, matricariæ, uocant.

ANT. G SYrupus de thymo conferens ægritudinibus pectoris & pulmonis frigidis, & stomachi & hepatis, & est medicamen bonum & confert frigoribus quæ fiunt in hyeme & confert frigidis complexione. Accipe extremitatum thymi. vnc.ii. calamenti, mẽthæ siccæ ana drach.v. anisi, fœniculi, apii, dauci ana drac.iiii. passularum enucleatarum vnc.iiii. &. s. & cum mellis li.ii. fiat syrupus. aromatizetur cum galliæ drac.ii.

Syrupus de thymo non est in usu. magistraliter tamẽ propter eius uirtutem & excellentiam ipsum laudo.

Additio.

Iste syrupus habetur in usu. Mes. habet hic Extremitatũ thymi. & est melior pars plantæ. Summa medicinarum est. x. res. excepta aqua.

MANARDVS in Syrupum de Thymo.

Licet in usu non sit, efficaciam tamen magnam haberet in frigidis morbis.

SYL. *Syrupus de Eupatorio ventriculum, & hepar roborat,* H *obstructiones aperit, calore digerit, ob hæc, incipienti hydropi, hypochondriorum dolori, febribus antiquis, ventriculi, & hepatis formam corrumpentibus confert, flatus dissipat, intemperiem frigidam expugnat. Recipit radicũ apij, fœniculi, intybi, ana vnc. duas, glycyrrhizæ, schœnu anthus, cassuthæ, absinthij, rosarũ, ana drachmas sex, adianti albi, spinæ albæ, & Arabicæ, florum aut radicum buglossi, anisi, fœniculi, eupatorij, ana drach. v. rhabarbari, mastiches, ana drac. tres, spicæ nardi, asari, folii, ana drachmas duas, coque in aqua libr. octo ad *tertiam, & cum sacchari libris quatuor, & succi apii, & intybi quantitate sufficienti fiat syrupus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hic syrupus quia calfacit, incidit, tenuat, terget, roborat partes omnes nutritorias, appetentiam excitat, coctionẽ firmat, obstructiones in eis aperit, per urinas expurgat, intemperiem frigidam corrigit, propterea hydropem omnẽ ab hepatis, uel lienis primario affectu proficiscentem sanat & inde natum cutis colorem plumbeum, cacochymiam itẽ atque adeo cachexiam dictarum partium uitio natam emendat. Cui malo succedit corruptio formæ uentriculi, & hepatis, & corporis reliqui per harum partium actionem toti corpori communem, habentium uitium, male nutriti. Expressum percoque cum sacchari clarificati libris quatuor, & succi purgati apii, & intybi, ana lib.ii. paulatim addendis ut in syrupo fumariæ maiori.

ANT. SYrupus de eupatorio conferens febribus antiquis et proprie eis, quibus corrumpitur forma stomachi et hepatis. Oppilationes aperit, et confert frigiditati, et mollificationi, et uentositati in eis, et dolori hypocõdriorum, et inceptioni hydropisis. Acci. radicũ apii, fœni. endi. an. unc.ii. liquir. scœnan. cuscutæ, absinthii, rosarum an.*ʒ.vi. capil. uen. bedegar, suchaha, florum buglossæ, aut radicum eius, anisi, fœnic. eupat. ana ʒ.v. raued, masticis ana.ʒ.iii. spicę, asari, folij. ana.ʒ.ii. Coque in aqua lib.viii. usque ad tertiam, et cum zucchari li.iiii Fiat syrupus cum succi apii, et endiuiæ quãtitate sufficienti. *xvi. B

Syrupus de eupatorio generaliter ab omnibus est in usu & ualet principaliter in passionibus frigidis hepatis cum oppilatione in ipso. & sic etiam confert in similibus passionibus splenis, & aliorum membrorum nutritionis. Est aperitiuus oppilationum, subtiliatiuus materierum crassarum, prouocatiuus urinæ, confortatiuus digestiuæ uirtutis. Confert insuper ad febrem chronicam de materia crassa, sed usus eius principaliter est conueniens in principio hydropisis cuiscũq; speciei frigidæ à causa frigida, & maxime cachexiæ ad quam sequitur defædatio cutis corporis, cum malitia habitudinis in toto corpore, sicut sunt corpora cacochimita in quibus cum tumefactione à materia aquosa phlegmatica color uertitur ad plumbeum seu cineritium adiunctum cum citrino colore, & maxime in facie demõstratur. C Confert etiam ad corruptionem appetitus, unde confert eis proprie quibus corrumpitur propria forma stomachi. i. in quibus corrumpitur habitudo stomachi & appetitus. Cõfortat etiam uirtutem digestiuam stomachi. & alias uirtutes habet quas auctor ponit in litera. ℞. radicum apii, cuscutæ, bedegar. i. suchaha. & est spina alba. raued. i. rhabarbari. & hæc omnia simplicia sunt superius declarata & iste syrupus est multum notandus propter eius uirtutem & præsertim in hydropisi à causa frigida.

Additio.

Notabis ꝙ pauci sunt facientes hunc syru. secundũ ueritatem propter diuersitatem & etiam ignorantiam de bedegar, & suchaha, uisis tamen multorũ opinionibus de ipsis inueni Pauli opinionem meliorem de suchaha & Serapio. de bedegar. dicit enim Serapio auctoritate Dioscor. ꝙ bedegar. i. spina alba nascitur in montibus zacual & habet folia similia chamæleonis albæ, nisi quia sunt strictiora, & albiora, & super ea est simile borræ, & sunt spinosa, & habet stipitem longum duobus brachiis, in crassitudine digiti pollicis, uel plus, D color eius est uergens ad albedinem, & super summitates eius sunt capitella similia ericio marino, nisi quia sunt minora & oblonga, & flos eius est coloris purpurei, & semen eius est simile grano carthami, nisi quia est rotundius eo. considera igitur quid sit bedegar. Quid sit suchaha secundum opinionem Pauli dicamus, suchaha est herba dulcis quæ extenditur super terrã & facit capita crassa prope radicem & exeunt ex illis capitibus flores sanguinei coloris & sic ſm ueritatẽ. est herba spinosa alba expandens se super terram cuius flos est in colore sanguinis, cuius radix usui medicinæ competit. Sũma med. est. xxiii. res. [margin: Bedegar. Suchaha.]

MANARDVS, in syrupum de eupatorio.

Hic si bene componatur, quod certe non est facile, ualde utilis erit. BEDEGAR Sucaha.) In his patres nostri magnopere errabant, syluestris rosæ fructum supponentes, tu uero intellige, spinam albam & arabicam. Dioscori. uocat

A primum λευκάκανθα alii arabicam. EVPATORIVM.) Accipe ꝙ uulgo agrimonium uocant. Pro folio quo caremus, accipe folium gariophylli, si inuenire potes, si non, cinnamomum uocatum, uel nardum.

SYL. *Syrupus de epithymo atram bilem & alios humores ustos uacuat, ob id morbos ex his nascentes, elephantiam, cancrum, ulcera maligna, fistulosa, psoram, lepram, achoras præcauet curatq;. Rec. epithymi boni hortensis dra.xx. myrobalanorum indarum & citrearum, ana drac. xv. cassuthæ, fumariæ ana drac.x. thymi, calaminthes, buglossi, stœchados, glycyrrhizæ, polypodij, agarici, myrobalanorum emblicarum & bellericarum ana drac.vi. rosarum, seminis fœniculi, anisi, ana drach.ij. & dimidiam, pruna uiginti, uuarum passarum purgatarum unc. iiii. tamar indorum unc.ii. & dimidiam, sacchari libras quatuor. sapæ lib. duas fiat syrupus.*

SYLVII ANNOTATIO.

B Affectibus ex melancholia, uel pituita salsa, & aliis humoribus ustis confert magis, quàm syrupus fumariæ, quia obstructiones aperit, & humores eos potentius apparat, & expellit per aluum, urinas, sudores, clementer tamen purgat myrobalanis, fumaria, polypodio, prunis, tamar indis & quia datur ad unc.ii. cum aqua lupuli, fumarię, boraginis, intybi, uel decoctione conuenienti, quod pondus si augeas, aperte aluum subducit. Sunt qui dant ab unciis quatuor ad uncias sex. Hic etiam ob pruna, passas tamar indos, sapam, crassus ob id & ingratus est. Hunc etiam ad scabiem Neapolitanam adhibent, quam inter melancholicos morbos recensent. Melior fuerit syrupus aliquis simplex, qualis est Saporis, uel alius ex asplenio, &, si uis, paucis aliis splenicis ad melancholicos affectus, non autem ex farragine simplicium melancholiam succumq; melancholicum apparantium, aut purgantium.

ANT. C SYrupus de epithymo, choleram nigram et humores adustos cum uirtute expellens, morbos ex eis factos curat, et confert proprie eis qui parati sunt ad lepram, et qui cancrum patiuntur et uulnera fraudulentia, et fistulas, et scabiem, et saphati. Recip. epithymi boni*hortẽsis.ʒ.xx. myrobala. citri. indorũ an. ʒ. xxv. *cretẽsis. cuscutę, fumiterræ ana.ʒ.x. thymi, calamenti, buglossę, emblici, bellirici, liquiri. polypo. agarici, stœcha. ana.ʒ. vi. rosarum, semin. fœnic. anisi ana.ʒ.ii. et. s. prunorum numero.xx. passularum enucleata. unc.iiii. tamarindorum, unc.ii. et. s. zucchari *libras quatuor rob. lib. ii. et *lib.iii. fiat syrupus.

Syrupus de epithymo sic præparatus generaliter ab omnibus habetur & est in usu. ualet enim principaliter in passionibus factis à materia melancholica, & ab humoribus adustis, facientibus crustas magnas in auribus & in corpore toto, & generaliter ualet ad malas scabies quæ per totũ expanduntur, & sic propter eas principaliter est in usu ad digerendum talem materiam, & est maioris efficaciæ in talibus D quàm syrupus de fumoterræ, confert etiam lepræ, cancro, fistulis, & ulceribus prauis & corrosiuis, factis à cholera adusta uel melancholia adusta, seu à phlegmate salso, est insuper maxime prouocatiuus urinæ, oppilationum aperitiuus, remissiuus malæ qualitatis humorum cũ aliquali uirtute solutiua prædictarum materierum, uirtute epithymi, myrobala. fumiterræ, polypodii, prunorum, & tamarindorum, lenissime tamen soluit, tum quia eorum parua quantitas ingreditur, tum etiam quia parua dosis ipsius syrupi assumitur. s. ℥.ii. si tamen in dosi eius fieret additio sensibiliter solueret. lymphatur autem quandoque cum aqua simplici, quandoq; cum aqua lupulorum uel fumiterræ, boraginis, end. uel buglo. uel cum decoctionibus appropriatis, & quãdoq; cum decoctione spicæ, & alchilil. i. rorismarini. Dicit enim ꝙ expellit choleram nigram. i. melancholiam. & modus constructionis apparet in litera, & simplicia sunt superius declarata.

Additio.

Dicitur iste syrupus de epithymo ab epithymo, quod est basis præsentis syrupi, & dicitur epithymū, eo q̄ supra thymum nascitur. Summa medi. est. xxii. res.

MANARDVS in syrupis de epithymo.

Scabiem & saphati.) Id est, ἀχῶας, cum educit, ut ipse met ait, humores adustos, propter quod magis reponendus est inter purgatoria, quàm inter proprie uocatos syrupos, si enim syrupus de fumo terræ, qui cum hoc multum conuenit, est tamen minoris purgationis & minus calidus, & propterea illo ego utor in humoribus magis biliosis, hoc uero, quia calidior est, in minus calidis.

SYL. *Syrup. stœchad. iuuat omnes affectus frigidos cerebri, & neruorum, ut paralysin, epilepsiam, spasmum cynicum, tremorem, recipit florum stœchados drac. xxx. thymi, calaminthes, origani ana drac. x. anisi, pyretri ana dra. vij. piperis longi drac. ij. zingiberis drach. ij. uuarum passarum, purg. unc. iiij. mellis lib. v. Condiatur cinnamomi, calami aromatici, spicæ nardi, croci, zingiberis, piperis nigri & longi ana drac. i. & dimidia, ligata in panno raro & appensa in syrupum. Datur unc. i. cum aqua cui incocta sint spica & rosmarinus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Coquitur in lib. v. aquæ ad dimidias, expressum percoque cum lib. v. mellis, aut si uis delicatius, sacchari. Datur ab unc. ii. cum aqua decoctionis, aut potius destillationis sumptum, & florum rorismarini. Syrupus hic pituitam horum affectuum frigidorum causam potenter tenuat, incidit, dissipat, siccat, catarrhos frigidos consumit sumptus cum aqua fœniculi, melissophylli, uel decocto has facultates ferè te in cerebrum, spinalem medullam, & neruosas partes: uē triculum præterea roborat. Alter huic diuersus Mesuæ scribitur in affectibus neruorum, in vsum non receptus. Est præter hos syrupos alius à Mesue in cephalalgia melancholica descriptus ad omnes affectus melancholicos, & splenicos, ut quartanam, & melancholiam, & prius dictos in syrup. epithymi saluberrimus. Recipit adianti albi, radicum & florum bugloſsi domestici & syluestris, polypodii, epithymi, ana unc. i. folliculorum sennæ, chamæpityos, stœchados, fumariæ, ana drach. vii. chamædryos, schœnu anthus, ellebori nigri, ana drac. iii. eupatorii semunc. succi pomorum dulcium unc. viii. Omnia præter epithymum & succum, coque in aquæ li. iiii. ad tertiæ partis consumptionem, post adde epithymum, & semel feruefiat, coletur, cum succo pomorū & saccha. li. ii. percoquatur in syru.

ANT. SYrupus de stœchados expertus ad omnes ægritudines neruorum frigidas, sicut est paralysis, epilepsia, spasmus, tremor, & tortura. Reci. florum stœchad. ℥. xxx. hasce, calamenti, origani an. ℥. x. anisi, pyretri an. ℥. vii. pipe. longi. ℥. iii. zingi. ℥. ii. passularum enucleata. unc. iiii. mellis lib. v. Condias cum cinnamomi calami aroma. spicæ, croci, zingi. pipe. nigri & longi ana. ℥. i. & s. liga in panno raro & suspende in syrupo. Dosis eius est unc. i. cum aqua decoctionis spicæ & alchilil.

Idem Mes. capitu. de ægritudinibus neruorum habet unam aliam descriptionem & auctoritatem Iudei, & dicit quòd est medicina mirabilis conferens omnibus ægritudinibus neruorum, sed non est eadem nec in usu. tamen ibi habet ziniam quod est yua siue chamæpityos. Summa medic. est. xvii. res.

Additio.

Syrupus de stœchade secundum hanc descriptionem ubique præparatur, & habetur in usu, principaliter in passionibus frigidis cerebri & neruorum. unde multum confert ad digerendum materiam frigidam & uiscosam, facientem paralysim, spasmum, tetanum, epilepsiam, tremorem, & torturam, quæ dispositiones omnes dependent à cerebro per essentiam uel communitatem. Confert enim dispositionibus frigidis nuchæ neruorum, & capitis, sua complexione calefaciens, subtilians, & desiccās materias catarrhales, frigidas, & eius usus principaliter est in catarrho frigido, & ut plurimum lymphatur cum aqua fœniculi, uel leuistici, & similibus aquis, uel decoctionibus appropriatis portantib. uirturem eius ad cerebrum, & ad neruos, & modus componendi est clarus. & simplicia sunt superius declarata. Et hęc est finis omnium syruporum, qui describuntur ab auctore in hac sexta distinctione. Restat hic ultimo duos alios syrupos declarare qui communiter sunt in usu', & ubique in nostra ciuitate ab omnibus præparantur, & primus nominatur pro melancholicis, cuius descriptio ponitur à Mes. in suo de appropriatis capi. de humore melancholico seu de soda facta ab humore melancholico, & est magnæ uirtutis in digerendo materias crassas, melancholicas, illas subtiliādo & habiles faciendo ad exitum. unde principaliter confert dispositioni melancholicæ in qua ſeduntur uirtutes intrinsecæ cerebri & humores. confert insuper febribus quartanis, & oppilationibus, & ægritudinibus splenis. Et generaliter confert omni ægritudini factæ ab humore melācholico & iste syrupus est etiam aliqualiter solutiuus. cuius hęc est descriptio. Rec. capi. uener. radicum bugloſſæ domesticæ & siluestris, & florum earum, polypodii, ana. ℥. i. epithymi, unc. i. folliculorum senæ, chamæpityos, stœchados ana unc. vii. chamædryos, squinanthi, hellebori nigri, ana. ℥. iii. fumiterræ, unc. vii. eupatorii. ℥. iiii. succi pomorum dulciū, ana unc. viii. omnia præter epithymum, & succum pomorū bulliant in li. iiii. aquæ usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde bulliat in ea bullitione leuissima epithymum, & coletur cum succo pomorum zucchari lib. ii. decoquatur ad perfectionem & fiat syrupus ut expedit, & simplicia sunt superius declarata.

Secundus syrupus magistraliter qui dicitur syrupus de endiuia est multum in usu, & ualet ad omnes supercalefactiones hepatis principaliter ac aliorum membrorum nutritiuorum, ac etiam cordis, & generaliter cuilibet malæ complexioni calidæ, habęt insuper oppilationes aliqualiter aperire, & membra debilitata à mala complexione calida illam remouendo notabiliter confortare. Est etiam conueniens ad digerendum materiam subtilem cholericam multæ acuitatis, sed principaliter utimur eo in hepate calido, & in renibus calidis, uel supercalefactis. Et quia eius descriptio ab auctoribus non reperitur, sed secundum præsentem descriptionem eius inuentor fuit Gentilis de Fulgineo, quàm manu eius propria descriptam ego iam uidi. ideo sic eam in præsenti loco describam. Rx. succi endiuiæ, succi hepaticæ quæ herba est nota, frigidæ scilicet & humidæ complexionis in primo, ana lib. iii. clarificentur prædicti succi ad ignem ut expedit. rosarum, uiolarum, lēticulæ aquę quæ herba est nota, natans in aqua, & ibidem semper stans & frigidæ complexionis in primo, humidæ in primo, Polytrici herba est nascens prope fontes aquarum, & in puteis similis capillo ueneris. & est frigidæ complexionis in primo, & siccæ uersus ipsum, ana unc. s. capilli uen. hordei mundi, seminum communium frigidorum ana unc. i. fiat syrupus cū zucchara quantum sufficit, & aromatizetur cum sandalis albis & rubeis, & cum berberis, & sunt quidam fructus frigidæ & siccæ complexionis in secundo, seminibus citoniorū, ligno aloes, cinamomo, & corticibus citri, si enim aromatizatus est magis conueniens, & confortatiuus cordis, cerebri, & aliorum membrorum principalium, licet multi utantur eo absque aromatizatione, quia est magis alteratiuus ad frigidum, & magis aperitiuus. Et reliqua omnia simplicia sunt nota.

MANARDVS in syrupum de stœchados.

Conficitur hoc duplici modo, addendo uidelicet cinnamomum, & reliqua aromata, uel non addendo: hunc incompletum, illum completum uocat. Hasce, ideſt, thymi, alchilil, ideſt, rorismarini.

Oenomeli uinum mulsum, intemperiem frigidam uentriculi, hepatis sanat, flatus in eis & hypocondrijs dissipat, oris odorem, cutis colorem commendat, fit ex uini antiqui boni libr. decem, mellis boni & despumati lib. duas addendo cinnamomi tenuis drach. v. spicæ nardi drach. unam. caryophyllorum, zingiberis, ligni aloes, macis, ana semunciam, cardamomi. ℥. ij. croci. ℥. i. & semiss. tere negligenter, cola panno raro, aromatiza moschi. ℥. iij.

SYLVII ANNOTATIO

Oenomeli Gale. podagricis, arthriticis, nephriticis, & scribus, ex melle, & uino Sabino, aut simili, & petroselino componit, adiecta bethonica, & saxifragia in nephriticis.

Qui uero curiosius componunt, etiam spicæ nardi aliquid iniiciunt: hodie uero eidem magnam aromatum miscellam immittunt. Olim fuit usu celebre ad cerebri, neruorum, & aliarum partium affectus frigidos, sed id medicamentosius, quale hic scribitur: nunc magno harum frigidarum regionum incommodo in usu esse desiit, præterquam, quòd circa natalem Christianum in Bacchanalibus uulgi regalibus, plebecula ad palati gratiam, non ad intemperaturæ frigidæ propulsionem, etiam largius bibit, & claretū uocat, magnates uero preciosius, ὁινόσακχαρ, parciore tamen mensura, quod fere ex sacch. unc. iiii. & cinnamomi unc. dimidia in lib. uini singulas conficitur, & Hippocraticum uinum appellant, tanquam Hippocrate inuentore dignum, ob uirium, & saporis excellentiam: cui etiam mellis parum addūt quidam, præsertim si uinum austerius, ad saporis gratiam & coloris, clarius enim euadit colatum uinum mulsum Dioſco. fit ex uini uet eris austerique metretis duabus, & mellis boni metreta una, aliisque duobus modis parat, semper tamē sine aromatibus. Vinum uero melitites, ex musti austeri cōgiis quinque, mellis congio uno, salis cyatho uno: uinum autem aromatites Dioſco. longe diuersum est ab hoc Mesuæ mulso aromatite, præsertim primum: nam secundū quadantenus conuenit. Aliæ sunt eidem, & Actua. uariæ uinorum conditurę, ut absinthites, saluiatum, picatum, &c. Ex quibus uinum absinthites ad atrophiam ex uentriculi imbecillitate efficaciſsimum etiam Imperatorum experientia docet Gale. lib. de Theriace ad Pisonem. Conditum ex cydoniis quadruplex seu miuam, hinc transtulimus ad cōdita.

ANT. SErmo in mellicrato condito, et sunt, qui uocant mellicratum syrupum factum ex uino, et melle, et conditum uocant quidam, quod fit ex melle, et uino, et speciebus, et sunt ex hominibus, quį uocār utrunque utroque nomine, et modi eorum sunt diuersi, et sunt ad iuuamenta multa, sicut est frigiditas stomachi, et hepatis, et mollities in eis. Iuuantur enim in potu ipsorum, et conferunt uentositati hypocondriorum, et faciunt oris odorem bonum, et corporis colorem bonum, et modus eius est. Recip. uini antiqui boni lib. x. mellis boni, et despumati. lib. ii. proiice super ea cinnamomi boni, et subtilis, drach. v. spicæ aromaticæ, drac. i. caryophyllorum: zingibe. ligni aloes, macis, an. ℥. iiii. heyl. ℥. ii. croci drach. i. et. s. Tere trituratione crassa, et coletur in colatorio crasso dē panno, et aromatizetur cum musci drac. ℈. iii.

Sunt ex hominibus, qui uocant mellicratū. Hæc est quarta pars principalis huius sextæ distinctionis principalis in qua auctor tractat de quibusdam potibus, factis cum uino, & melle, & aromatibus. determinat etiam de miua simplici & composita, de aceto scillitico, de oximelle scillitico, & primo declarat quomodo talis potus ex uino, & melle uocari debet, ponendo eius utilitates: nam talis medicina est conferens principaliter passionibus frigidis cerebri, stomachi, & neruorum, confortando eorum uirtutes, confert etiam complexioni frigidæ, & humidæ stomachi, & hepatis & uentositati hypocondriorum, & oris odorem bonum efficit. Et antiquis temporibus iste potus erat multum in usu adeo ut sani uterentur eo tempore sanitatis ad præseruationē a multis prauis ægritudinibus, qui potus uulgariter nominatur lachiarca, & cum conficitur solum ex uino, & melle, uocatur mellicratum, quando uero aromatizatur cū speciebus uocatur conditum, & dosis eius de mane uacuo stomacho est usq; ad unc. vi.

Additio.

Nota, q̄ antiquitus iste potus erat multum in usu, adeo ut sani uterentur eo tempore sanitatis ad præseruationē à multis ægritudinibus, uerum si bene consideraueris utuntur hoc tempore homines talibus potibus, utplurimum non ad futurarum ægritudinum præseruationem, nec ad præsentes curandas, sed gulositatis, & crapulæ causa. Et fit duobus modis hoc tempore. Primo modo cum melle uino, & speciebus in parua quantitate, & uocant talem potum claretum. Secundo modo fit cum zuccharo uino, & speciebus maxime cum cinnamomo, & uocant talem potū uinum hypocraticum. Notabis ulterius, q̄ apud doctores reperiuntur isti termini hydromel, mulsa, ac mellicratum, intelligentes per hydromel potum compositum ex melle cum aqua frigida, sine aliqua decoctione, non habens certam proportionem mellis ad aquam. Mulsa uero fit ex octo partibus aquæ, & nouem mellis despumati, & coquitur ad consumptionem tertiæ partis illius totius. Si plus autem habet aquæ, & mellis minus, dicitur mulsa aquosa, & ista uocatur aqua mellita, quæ secundum maiorem & minorem quantitatem mellis dicitur aqua plus, uel minus mellita.

Mellicratum uero idem est, quod mulsa aquosa: quia in eo est plus de aqua, quam de melle, ut in Alexandro de oculis sed secundo aphorismorum pro mellicrato accipitur hidromel. quidam tamen componunt mellicratum cum uino, & melle, ut hic Ioā. Mes. Tamen Ianuensis in suis synonymis post recitationem diuersarum opinionum de interpretatione nominum, dicit resolutorie, q̄ hydromel est, quod latine aqua mellis dicitur. mellicratum uero est mulsa plus mellis habens, quasi sit uinum mellis dictum differens ab apomelle eo, q̄ apomel non coquitur. Item hydromel græce, mulsum uero latine dicitur, & fit ex uino & melle, differt uero a mellicrato, eo, q̄ mellis habet plus, quàm mulsum: hæc tamen interdum nomina unum pro alio accipitur. Aui. in. v. cano. habet duas descrip. mellicrati conditi, quod uocat cō ditum, similiter Serapio in proprio antidotario duas etiā habet descrip. quod uocat caudicom.

MANARDVS, de sermone in melicrato condito.

Oenomeli græce appellatur, quod ex uino austero antiquo & melle componitur. Oenon uero melititem, id quod ex musto, & latine mulsum. At melicratum, ut superius diximus, ex aqua, & melle constat. PROIICE super ea.) Appellant hoc tempore uinum in hunc modum conditum Hippocratem.

Conditum citri, cor, uentriculum, hepar roborat, coctionem iuuat, oris gratiam commendat, fit ex corticum, uel foliorum citri unciis quatuor, cydoniorum unciis duabus, pomis quatuor odoris fruſtatim sectis, maceratis biduo in uini antiqui libris octo cum pondere aromatum. Post aliquoties feruefiunt, & cum mellis despumati, & sacchari albissimi & aquæ rosarum, ana lib. ij. percoquitur in crassitudinē iulep, aromatizatur cum moschi granis quindecim, si autē recens, per se bibendum est, multo parcius coquatur.

MOdus conditi de citro, stomachum, et cor, et hepar confortat, et proprie debilem digestionem procurat, et oris odorem efficit bonum. Accipe corticum citri, uel foliorum eius unc. iiii. citoniorum unc. ℈ ii. pomorum odoriferorum numer. iiii. diuidantur in fruſta. et accipe adhuc de speciebus quas diximus superius quantitatem eandem, et funde super eam uini antiqui li. viii. et dimitte per. ii. dies postea coque ebullitione aliqua, et cum mellis despumati, et zuccha. tabarzet, ana li. ii. aquæ rosatæ lib. ii. Coquatur ad spissitudinem iuleb, et in fine aromatizetur cum musci ℥. unius quarta. Si autem recens illud propinabitur sufficit parua in eo decoctio, et bibatur impermixtum.

Modus conditi. i, aromatizati de citro non est in usu, habet tamen uirtutes quas ponit in litera, & magistraliter potest præparari.

Additio.

Illud conditum de citro describit Serapio in proprio an-

tidotario sub nomine syrupi aliàs aluminati confortantis stomachum,& cor,bonum efficientis anhelitum. Summa medicinarum est.xiiii.res.

MANARDVS in conditum de Citro.

CORTICEM citri.) Intellige exteriorem,absq; pulpa. VEL foliorum) Vbi scilicet cortice careres: verum facilius multis in locis habebis fructum,& cortitem, quàm folia.

SYL. *alii men thæ siccæ. *Vel fit ex corticum citri unc.vij,* bugloſſi unc.una,& dimidia, meliſſophylli ſemuncia, caryophyllorum aureis duobus,ligni aloes aure.ſemiſſe,macerentur triduo,uini boni lib.iiij,poſt cum ſacchari lib.ij.coque, aromatiza galliæ aurei.ſemiſſe. croci granis quindecim,maſtiches.ʒ.una,moſchi granis decem.

SYLVII ANNOTATIO.

Idem pollet,quod prius,& appetentiam excitat, flatus diſsipat,pulſum cordis emendat, intemperiem frigidã corrigit,ob id huc ex syrupis tranſtulimus.

ANT. CONditum aliud de citro, ualens ad debilitatem stomachi,& hepatis quibus accidit læſio, propter frigiditatem,& uentoſitatem,& facit digerere cibum,& confortat appetitũ,& eſt efficax ad pulſum cordis.Rec.corticum citri * unc.vii.bugloſſæ un. i.&.s.in alio mẽthæ ſiccæ,marmacur unc.s.caryophyllorum * aur.ii.ligni aloes aur.s.terantur,& proiiciantur ſuper ea uini boni lib.iiii.& dimittatur diebus. iii. Deinde proiiciantur ſuper ea zuc.tabarzet li.ii. & aromatizetur cũ gallicæ bonæ aur. s. croci ʒ. unius quartæ, maſticis.ʒ.i.muſchi.ʒ.unius ſexta.

* unc. vi.

* aur.i.

Iſte eſt potus,qui etiam non eſt in vſu,ſed confert,ut ponit,& in eo ingreditur quædam herba,quæ vocatur marmacur.& eſt meliſſa.

Additio.

Iſtud conditum deſcribitur ab Aui.in.v.cano. ſub nomine ſyrupi ſaluiminũ.& à Serapione ſub nomine ſyrupi aluminati,& eſt marmacur,vel melius marmacon meliſſa.Summa medi.eſt.xi.res.

MANARDVS in aliud conditum de citro.

Vbi legit croci.ʒ.i.iiii.lege, ʒ. vnius quarta pars. MARMACVR.) Meliſſophyllon intellige.

SYL. *Conditum bugloſſi efficax,et expertum ad cordis tremorem ſtomachi imbecillitatem,deiectam appetentiã, coctionem imbecillam,& formæ corruptionem, recipit bugloſſi, menthæ ſiccæ,florum roſarum,corticum, aut foliorum citri,ana unc.iij.ozimi caryophyllati unc. i. trium generum cydoniorum,trium generum pomorum,ana unc.unam,& dimidiam,ſerici crudi inciſi,nucis moſchatæ,zedoariæ, galangæ,been utriuſque,ſantali citrini,croci,ana unc.i.& dimid.ligni aloes.ʒ.ij.uini,& aquæ, ana lib.vi. mellis li.viii. aromatizetur moſchi ſcriptulo uno,galliæ.ʒ.ii.*

ANT. MOdus conditi de bugloſſa boni, & experti ad pulſum cordis, & debilitatẽ ſtomachi,et malitiam digeſtionis,et caſum appetitus,et corruptionẽ formæ.Rec.bugloſlæ,mẽthæ ſiccæ,florum roſarũ,corticũ citri,aut foliorũ eius,ana unc.iii.†alfelengemiſch.unc.i.triũ generum citoniorũ, trium generũ pomorum,ana unc.i.et.s.ſetæ crudæ inciſæ, nucis muſca.zedoariæ,galangæ,been utriuſq;,ſandali citrini croci,ana * unc.i.et.s.ligni aloes drac.ii.uini,et aquæ, ana lib.vi.mellis lib.viii.aromatizetur cum muſci unius tertia,et galliæ drac.ii.

* dra. i.s.

Iſte potus cum uino factus quem ponit hic etiam nõ eſt in vſu,eſt tamẽ multum cordialis,& in ipſo ingreditur quædam herba quam ipſe vocat alfelengemiſch.id eſt ocymum caryophyllorum.

Additio.

Iſte potus non habetur in vſu eſt tamen multum cordialis,& vocatur bugloſſa tanquam à baſy.Summa medicinarum eſt.xxv.res.

MANARDVS in modum conditi de Bugloſſa.

Trium generum cydoniorum.Duo paſsim naſcũtur, tertii ſunt parua.Vel intellige dulcacida,& ſic *intellige poma ALFELENGEMISCH.) Id eſt,ocimum, quod ab odore garyophyllaton vocant.

Conditum ex cydoniis uentriculum,hepar,& cætera uiſcera roborat,appetentiam excitat,coctionem iuuat,uomitum & lienteriam ſedat,medicamentum eſt celebre,ac expertum, accipit autem ſucci cydoniorum acidorum libras viginti,uini antiqui boni libras decem,coque igni lẽto ſemper deſpumando ad tertiæ partis conſumptionem,cola,reſidendo clareſcat.Claro adde mellis boni,et deſpumati libras ſex,iterum coque deſpumando, et in eo ſuſpende nodulo ligata hæc aromata,cinnamomi,cardamomi, ana drachm.tres caryophyllorum drachmas duas,zingiberis,macis,ligni aloes,maſtiches,ana drachmam unam,& dimidiam,croci ʒ. duas,omnia præter crocum parum terantur,& ſuſpendantur nodulo,ut dictum eſt,identidem fricãdo eum in ipſo medicamento donec craſſeſcat.Deinde aromatiza moſchi. ʒ. unius parte tertia,galliæ drachmis duabus. Sũt qui ſaccharum mellis loco miſcent,& utrunque ſine,& cum aromatibus componunt. SYL. ANT.

MOdus operationis cõditi de citoniis,& eſt mi- ANT.
ua,ſtomachum,& hepar,& omnia confortans uiſcera,appetitum excitans, digeſtionem procurans uomitum,et uentris ſolutionẽ ſedans, et eſt medicina experta famoſa.Reci.ſuc.citoniorum acetoſorum lib.xx.uini antiqui boni lib.x. Coquantur cum facilitate uſquedum cõſumpta ſit eius tertia pars ſemper auferendo ſpumam eius.Deinde coletur,et dimittatur reſidere,ut clareſcat,et proiice ſuper illud mellis boni, et deſpumati lib.vi.et iterum bulliat, et auferatur ſpuma eius,et proiiciantur ſuper illud† ſpecies alefanginæ ligatæ in panno ſuſpenſo ſuper illud medicamen,et ſunt proprie cinnamomi,et heyl,ana drachmas tres:caryophyllorum drach.ii. zingibe. maſtic.ana drach.i.s. croci drach.ii.ligni aloes,macis drac.i.et.s.omnia præter crocum terantur contritione craſſa, et ſuſpendantur in panno ſicut diximus, omni hora fricando illud ſuper medicamine, donec fiat ei ſpiſsitudo. Deinde aromatizetur cum muſci drachm.unius tertia, et galliæ drach.ii.Et ſunt ex hominibus, qui faciunt ipſum ſine ſpeciebus,et ſunt, qui loco mellis ponunt zuccharum,et proprie quando oportet,et faciunt cum ſpeciebus,et ſine ſpeciebus.

† lib. xl.

Modus conditi de citoniis,quod uocatur miua aromatica,& eſt multum in uſu ,& ita, ut ponitur hic habetur in vſu, habet enim ſimilitudinem in modo compoſitionis,& ſubſtantiæ cum ſyrupis ſupraſcriptis. & eius doſis, & modus aſſumptionis eſt ſicut modus aliorum ſyruporum, & eius principalis operatio eſt ad incitandum appetitum, & ad calefaciendum ſtomachum ſuaui caliditate. Et confert ad uigorandum uirtutem digeſtiuam in hepate, ſtomacho, & aliis membris nutritiuis, prohibet enim nauſeam, & uomitum, ſedat ſolutionem antiquam uentris factam ab humoribus frigidis, relaxantibus ſtomachum, & inteſtina,debilitantibus uirtutem digeſtiuam contentiuam ipſorum. Confert ſimiliter factæ ab eadem cauſa ſi cum aqua extinctionis calybis tempore congruo aſſumatur. habet inſuper quamplures alias utilitates conſimiles ſupradictis, unde uocatur medicina notabilis, & famoſa. Recipe ſucci citoniorum acetoſorum, &c. & proiiciantur ſupra illud ſpecies alefanginæ.i.aromaticæ, & non aliæ cum dicit.Recipe cinnamomi, heyl eſt ſpecies cardamomi quem non habemus hic, ſed loco eius aſſumitur cardamomum.maius,

ius,ana.ʒ.iii.caryophyllorum.ʒ.ii.zingi.maſticis,ana.ʒ.i.s. croci.ʒ.ii.ligni aloes,macis,ana.ʒ.i.s.omnia præter crocũ &cæt.Et ſic habes propriam,& ueram deſcriptio.alefanginarum licet omnes ſpecies aromaticæ ſimul adiunctæ uocari poſſunt ſpecies alefanginæ,ut apparet in pillulis alefanginis, quæ ponuntur inferius,& omnia ſimplicia ſunt ſuperius declarata.Inſuper notandum, quòd licet iſta miua nũc dicta ponatur ab auctore,q̃ cum melle conſtruatur,nũc uero ſolum cum zuccharo,& non tantum cum zuccharo, ſed etiam cum melle præparata reperitur,ut in fine huius capi. dicit,& ſunt ex hominibus,qui præparant ipſum ſine aromatibus,& ut ſic uocatur miua ſimplex,& cum melle conſtructa fortius calefacit,& abſtergit. A

Additio.

Conditum de citoniis ſecundum intentionem Meſ. eſt miua,ſed ſecundum Aui.& Guilelmum Placentinum eſt ſyrupus de citoniis Meſ. tamen ſuperius deſcripſit ſyrupum de cito.qui aliud eſt.Raſis autem.ix.ad Almanſ.cap. de his, quæ confortant ſtomachum habet deſcrip.miuæ, & ſyrupi de citoniis acetoſis.idem in lib.diuiſionum.Summa medicinarum eſt res.xiii. B

MANARDVS, in conditum de Cytoniis.

Sub miuæ nomine ubique paratur: hydromalon Græci uocant.Hydromalon ſic conficit Paulus: Succi cotoneorũ p.ii.mellis p.iii.aquæ p.vi.coque ad tertiam expumando.

SPECIES alefanginæ.) De his,ubi de pilulis agemus. Magis tamen utimur ea, quam ſimplicem miuam uocant. Aliæ uero duæ,quæ ſequuntur parari non conſueuerunt.

SYL. *Conditum ex cydoniis alterum idem pollens accipit ſucci cydoniorum lib.c.coque in uaſe lapideo mundo igni lento ad dimidias,ſemper deſpumando,cola, horis circiter tribus reſideat,claram partem exemptam,& uini antiqui li. xl.coque prunis ad craſſitiem.Nonnulli loco mellis addunt ſaccharum,alij etiam aromata ingerunt,& aromatizant, ut priorem.*

ANT. CONfectio miuæ ſimplicis ualens ſicut diximus ſuperius.Reci.ſucci citoniorum lib.c. & ponatur in uaſe lapideo mundo,& bulliant cum facilitate auferendo omni hora ſpumam eius uſque ad cõſumptionem medietatis.deinde coletur,& dimittatur modicum reſidere ſicut per horas.iii.& proiiciantur ſuper ipſum uini antiqui *lib.lx.deinde coquantur ſuper prunas uſquedum ſpiſsitudinem habeant,& ſunt, qui loco mellis ponunt zuccharum, & ſunt, qui faciunt cum ſpeciebus ,& quidam ſine eis , & aromatizant ſicut diximus. C

*lib.xl.

Confectio miuæ ſimplicis, quæ ſolum fit ex ſucco citoniorum,& zuccharo,eſt multum in uſu,& ſic ubique præparata reperitur,& iam de ea in cap.præceden.tractatum eſt, habet enim ſimilitudinem cum iuleb ſuperius dictis in modo ſubſtantiæ , & in aliis. eſt enim doſis eius uſque ad.ʒ.iii. lymphatur cum aqua,uel aquis conuenientibus diſpoſitioni curandæ,& cum aqua plantaginis ſeu mẽthæ ſeu cum aqua ferrea , uel ciſternæ , quæ aqua ciſternæ ſua ſubtilitate deducendo materias , quæ ſunt cauſa fluxus ad uias urinæ confert.Confert etiam principaliter fluxui uentris facto à materia cholerica acuta,& mordicatiua præcedente tamẽ aliquali mundificatione,cum rhabarbaro,uel myrobalanis aſſatis in doſi ſuperius tacta,uel cum caſsia,ſecundum quòd perito medico apparebit,& hoc maxime fieri debet,ne ſtipticitate miuæ fieret conſtipatio prædicti humoris,unde adderetur in fluxu,miua enim infrigidat & exiccat cum multa ſtipticitate.Confert inſuper ſtomacho debilitato,& relaxato a ſuperflua caliditate,& ſuperfluo fluxui urinæ facto à cauſa calida in renibus aſſumpta cum aqua plantaginis ſeu myrti in debita quantitate , & modus compoſitionis eius eſt ſolum cum ſucco citoniorum & zuccharo. D

Additio.

Hæc deſcriptio miuæ dicitur quia ſolum fit ex zuccharo uel melle,ſucco citoniorum , & uino , quæ fit cum zuc-

Additio.

Iſta confectio raro habetur in uſu,& dicitur miua acetoſa,quia fit ex ſucco citoniorum acetoſorum,& aceto,& dicitur ſimplex reſpectu compoſitæ ſuperius deſcriptæ.Summa medi.eſt.iii.res.

Conditum ex cydoniis quartum, accipit ſucci cydoniorum acidorum lib.lx.menthæ ſiccæ,& foliorum citri, ana unc.viij.foliorum roſarum unc.iij.coque ad dimidias, cola cum uini albi antiqui lib.xxv. percoque addito melle, uel ſaccharo,cum,uel ſine aromatibus,quidam item uini loco acetum incoquunt. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Hæc omnia, & præter ea iulepum, & ſyrupus ex cydoniis idem pollent, & ὑδρόμηλον Pauli libr.vii.ex ſucci cydoniorum ſextariis duobus,mellis ſextariis tribus,aquæ ſextariis ſex,omnibus ſimul cõctis ad tertiam partem, & expumatis. Hæc cum melle condita magis calent, & tergent, minus ſtomacho iucunda,cum ſaccharo contra. Dantur ad unc.iii.nunc per ſe,nunc cum aqua plantaginis menthæ,roſarum,ſi aluus adſtringenda eſt, poſtquam ſatis fluxit, aut purgata eſt, alioqui putres materiæ ab his ſuppreſſæ putridas febres excitarent.

Quamuis hæc condita inter ſyrupos à Meſue ſcribantur huc tamen potius transferenda iure cẽſui , quod cuique eſt perſpicuum,tum præter hæc iulepum,& ſyrupum habet cydoniorum,& ſuccum cydoniorum liquidum , & ſiccatum, ut poſt in ſyruporum initio audies.

CONfectio miuæ alterius. Accipe ſucci citoniorũ acetoſorum * lib.xl.& proiice ſuper ipſum menthæ ſiccæ,& foliorum citrorum, ana unc.viii.foliorum roſarum unc.iii.bulliat uſque ad medium. Deinde coletur,& funde ſuper ipſum ſuccum uini antiqui albi lib.xxv.deinde compleatur decoctio eius ſicut diximus cum ſpeciebus,uel ſine ſpeciebus.Et ſunt,qui faciunt cum uino,aut aceto,& ſunt qui faciunt cum melle,aut cum zuccharo. ANT. * lib. lxx.

Confectio etiam alterius miuæ non eſt in uſu.

Additio.

Iſta confectio non eſt in uſu,& uti uult Meſ. poteſt fieri tribus modis.primo cum ſpeciebus,uel ſine ſpeciebus, ſecundo cum uino,uel cum aceto.tertio cum zuccharo , uel cum melle.Summa medi.eſt.vi.res.

Conditum ex ſucco fructuum accipit ſucci cydoniorum iam cocti ad dimidias lib.duas, ſucci malorum ſylueſtrium & pirorum ſylueſtrium cocti etiam ad dimidias , ana lib.i. uini antiqui lib.ij.coque,ut prius cum,uel ſine aromatibus, cum melle,uel ſaccharo. SYL.

CONfectio miuæ factæ ex ſucco fructuum. Accipe ſucci citoniorum, qui iam decoctus eſt uſq; ad medietatem libr.ii.ſucci malorum montanorum,& pirorum agreſtium decoctorum uſq; ad medie ANT.

tatem,ana lib.i.uini antiqui lib.ii.coquantur ſicut diximus cum ſpeciebus,uel ſine ſpeciebus.

Confectio miuæ factæ ex ſucco fructuum, ſimiliter non eſt in uſu.

Additio.

Iſta miua non habetur in vſu, & dicitur miua de ſucco fructuum,quia fit cum ſuccis in litera deſcriptis, fit etiam cum ſpeciebus,vel ſine.Summa medi.eſt.v.res.

SYL. *Acetum ſcillinum ueterum conſenſu & experientia eſt efficaciſſimum ad cerebri affectus frigidos, & curatu contumaces,epilepſiam,uertiginem,gingiuas laxas, & putres ſanat.dentes confirmat,oris odorem commendat,fœtore eius ualenter diſſipato:partes reſpiratorias iuuat, & expurgat,& muſculos laryngis roborat,ob hæc uocem claram efficit. Ventriculum putridis humoribus deterſis expurgat, appetētiam excitat,coctionem iuuat,hepar,& lienem quoque expurgat,horumque dolorem leuat. Inteſtinorum, & ueſicæ retentricem uim firmat,præfocationi ab utero,affectibus iuncturarum prodeſt,humores enim craſſos tenuat, lentos incidit, & fluxiles ad expellendumq; promptos reddit,& expellit,interdum etiam bilem atram: corpus laxū, & molle firmat,in iuuentute conſeruat, a putredine uindicat,coloratum bene efficit,ſed uſu multo emaciat. Sic autem fit, ſcillæ laminas inter corticem, & cor medias,acu lignea filo conſutas tanto interuallo, ne ſe contingant, ſiccabis in umbra dies quadraginta, poſtea conciſam cultello ligneo libram vnam dies alios.xxxx.inſolabis in aceti boni lib.viij.in uaſe uitrato,ſtricti orificij,bene obſtructo, poſtea colabis, & uteris .ſi uero accelerare cogeris, ſepelias in calido cinere, uel ſabulo non repente, ſed paulatim, ut horarum ſpacio intercedente. Paulus uero ſcillæ laminas recentes in aceto inſolat a Veris initio, ad Aeſtatis finem, in uaſe uitreo probe obturato, & poſtea utitur. Datur ieiunis quotidie paulatim, donec ad ſeſcunciam perueniatur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Acetum ſcillites veteribus frequens vſu, hodie rarum per ſe,ob amaritudinem,& acrimoniam mordacem,idque multi cum melle,& fit oxymeli ſcillitum,alii cum ſaccharo in ſyrupi formam percoquunt.Id acetum incidit, tenuat, terget humores craſſos,lentos,putres,quales pituitoſi, & melancholici in omnibus corporis partibus, ob id affectibus ab eorum copia excitatis,& diuturnis conducit, epilepſiæ,vertigini,auditui obtuſo,aſthmati,raucitati, familiaribus ſenectuti vitiis,& cæteris, ob hæc à morbis præcauet,& ſanitatem tuetur,ſi per ſe ſumatur, melius autem cū melle in ſyrup.Datur à drach.vna ad drac.octo mane cum aquis,aut decoctis aptis, in affectibus autem thoracis paulatim lambatur. Si tamen æſtas eſt,aut febris hectica, vel alia adeſt,abſtine huius vſu ob ſcillæ caliditatem: aqua ex aceto ſcillitico deſtillata eſt gratior,& efficacior. Vomitu etiam ualenter purgat humores in uentriculo craſſos, lentos,putres,datum ad ſeſcunciam cum mellis, aut ſacchari rubri unciis tribus,aquæ hordei cyathis tribus.Acetum autem ſcilliticum Dioſcoridi,& Paulo ſic fit, ſcillæ candidæ purgatæ conciſa ſegmenta lino traiecta modicis interuallis,ne ſe contingant, in umbra dies quadraginta ſiccantur, iterum purgantur:horum miua mergitur aceti boni ſextariis duodecim,ſic,ut uas folia non tangat:deinde uaſe operculato probe inſolatur diebus* ſexaginta, poſt quos exempta,expreſſaque ſcilla abiicitur,& defœcatum acetum trāſfunditur,ac reponitur: veteratum valentius euadit. alias eius compoſitiones tibi recenſet Dioſcorides,hæc conſuetior. Cultro ligneo partes inter centrum, & ſuperficiem medias ſeparant: acu etiam lignea conſuunt quidam, ne ferrum tangat,quo venenari opinantur. Partes autem medias etiam Dioſcori.lib.4.præferre videtur.Eodem prope modo hodie nobis fiunt ex floribus ſiccatis roſarum,ſaluiæ ſambuci,roriſmarini,acetum roſatum,ſaluiatum,ſambuca-

[margin: * Septem Dioſco.]

E tum,roſmarinatum, vulgo authozatum dictum, & præter hæc,vuatum,ex vuis paſsis.

ANT. SErmo in aceto ſcillitico.Concordati ſunt antiqui ſuper iuuamenta aceti ſcillitici ad ægritudines multas,& ſtuduerunt in operatione eius,& inuenerunt ex modis operationis eius,modos diuerſos famoſos de quib.loquemur iā.Et ſunt ipſius iuuamēta multa manifeſta,& ad ægritudines capitis quidē,quia confert epilepſiæ,& uertigini,& confert gingiuæ laxæ,& putridę, & confirmat dentes,& facit oris odorem bonum, & ſi in eo eſt fœtor remouet eum cum fortitudine. Et ad membra quidem anhelitus confert & cannæ pulmonis & corroborat lacertum uocis,& clarificat uocem. Et membris nutritionis confert,quoniam abſtergit ſtomachi putrefactionem & facit digeſtionem bonam,& appetitum confortat,et confert ſpleni,& dolori hepatis,& ſtomachi, & confert membris expulſionis.Nam

[margin: Iuuamenta ſolenna]

F præſtat iuuamentum manifeſtum mollitiei ueſicæ, † & matricis præfocationi, & ægritudinibus iuncturarum ipſum enim ſubtiliat humorum craſsitudinem, & ponit materias uiſcoſas faciles ad expellendum. Et interdum humorem craſſum,et uiſcoſum educit, et interdum choleram nigram.etiam eſt ex rebus præſeruantibus corpus a putredine, et conſeruantibus ipſum in ſanitate ſua, et acquirit uſus eius maciem corpori, et conſeruat in iuuentute,et confortat corpus,cui accidit laxitas,et mollificatio, et efficit colorem bonum. Et modus operationis eius eſt. Recipe ex laminis ſcillæ et proprie,quæ ſunt mediæ inter corpus et corticem ipſius quantitatem quam uolueris, et conſue eas ſeparatim in filo cum ſtilo ligneo,et dimitte ſiccari in umbra diebus quadraginta.Poſt illud comminue eas in fruſta cum inciſorio ligneo,pone ad omnem libras eius ace-

G ti boni libras octo,et pone in uaſe uitreato ſtricti orificii,et ſtringe caput eius, et dimitte in ſole per alios dies quadraginta poſt illud cola, et adminiſtra ubi oportet. Et ſi neceſsitas urget feſtinare ſepeliatur uas in cinere calido,uel arena calida,cum ſucceſsione non repente,ſed proprie inter horam et horam. Et dixit Paulus laminæ eius ſicut ſunt ponantur in aceto à principio ueris,uſque ad finem æſtatis in uaſe uitreo ſigillato,et expoſito ſoli,et poſt illud adminiſtretur, et ſumatur in potu ex eo omni die ieiuno parumper donec deueniatur ad unc.i.s.

Sermo de aceto ſcillitico fit.Recip.cœpe ſcillæ, & aceti puri,& licet ipſum per ſe ſolum abſq; alterius rei admixtione rariſsime ſit in uſu propter eius acuitatem, mordificationem,amaritudinem,& diſplicentiam, & maxime in guſtu,ab antiquis tamen multum habebatur in uſu, nos autem utimur eo in forma ſyrupi cum melle perfecte deco-

H cto.Et iſto modo oxymel ſcilliticum nominatur, quod ab omnibus generaliter eſt in uſu,& ſicut cum melle componitur,ita etiam poſſet cum zuccharo conſtrui, et componi et ad formam ſyrupi reduci.Vtimur etiam ipſo cum quærimus uomitum prouocare admixtum cum aqua hordei, & cum melle,vel zuccharo rubeo ſub iſta proportione. Rec. aquæ hordei cyathos. iii.mellis.℥.iiii.vel pulueris zucchari.℥.iii.aceti ſcillitici.℥.i.s.calefiat ad ignē,& ſub tepida caliditate totum ſimul mixtum aſſumatur, & erit optimum uomitiuum ad educendum materias craſſas phlegmaticas, & viſcoſas,& huiuſmodi acetum ſcilliticum principaliter, conuenit ad ægritudines frigidas capitis factas à materia phlegmatica, uel melancholica. vnde mirabiliter conuenit epilepſiæ, & uertigini, & confert ad ægritudines ſtomachi ab eadem materia factas, materias putridas malas pectoris rectificat,dentes commotos confirmat.Oris odorem bonum efficit.Et ſuper omnia confert membris audi-tus,

[margin: Vomitiu optimum]

A tus,& nocumentis factis in eis, a materia craſſa phlegmatica uiſcoſa.curat etiam aſthma,raucedinem uocis,tuſsim antiquam,quæ communiter euenit ſenibus.Eſt autem potentiſsimum, ſubtiliatiuum, inciſiuum,abſterſiuum, & deſiccatiuum dictarum materierum in quacunque parte exiſtentium ſua diuiſione, & forti penetratione eas digerendo,incidendo,& ad expulſionem pręparando,& multas alias uirtutes habet quas tuipſe lege, & maxime præſeruandi utentem eo ab omni ægritudine,& conſeruandi ipſum in optima ſanitate,& ſic per ſe ſolum aſſumptum. Hæc omnia multo melius, & maiora faciet præparatū cum melle in forma ſyrupi ſicut inferius apparebit.Et doſis prædicti aceti eſt à. ʒ.i.vſque ad.ʒ.viii. ſecundum actualem caliditatem de mane aſſumptum, & in paſsionibus pectoris, debet paulatim ſumi lambendo. phthiſici autem, & multum calidi complexione,& acute febrientes ab eius vſu omnino timeant, & in æſtate etiam feruenti fugiant operationem ſcillæ, quæ eſt calidæ complexionis vltra tertium,ſiccæ vltra ſecundū. Sed cum eſt recens habet humiditatem quandam, etiam

[margin: Quib. non conuenit.]

B cum prædicta complexione calida, & ſicca & in partibus iſti paucisſimi vtuntur ipſo, & vt ſic fiat conſulo, & confirmo,ſed recurratur ad oxymel ſcilliticum, & ſuadeo quantum poſſum.

Additio.

Acetum ſcilliticum à multis auctoribus deſcribitur Serapio in.c.de ſcilla auctoritate dyā. ipſum deſcribit, & ſyrupū de ſcilla.ab iſto tamē Meſ.differens.ſimiliter liber qui dicitur Albucaſis docet modū præparandi & deſiccandi & de forma caſtrandi ſcillam & conficiendi acetum ſcilliticū, & diſtillandi aquā ipſius,& de modo albificandi acetū ſcillicum,& ſic de ſingulis.Summa medi.ſunt.ii.res.

MANARDVS, de Sermone in aceto ſquillitico.

Quia confert epilepſiæ.) Plinius Melancholicis,& uertigini. MATRICIS præfocationi.) Plinius neruis infirmis. Additque tantam eſſe uim huius aceti,ut auidius hauſtum, extinctæ animæ momento aliquo ſpeciem præbeat. Quod inueteratum,magis probatur, clariorem oculorum aciem facit,prodeſt aceſcentibus cibis,& eis,qui ieiuni vomunt.

C Tarditatem aurium gargarizatione purgat:percuſsis, aut præcipitatis,& ob id ſanguine coagulato:renum uitiis: caueudum exulceratis:ſalutare eſt ſtomacho,laterumq; doloribus parum ſumptum binis diebus.Quo pacto pręparetur ſcilla,proprio capite inter ſimplicia declaratum eſt.

SYL. *Oxymeli ſcilliticum humores craſſos,lentos,auulſu contumaces ſeparat,ob id confert uentriculi,& aliorum uiſcerum affectibus hos humores ſequentibus, ructum acidum ſanat,& ueſicæ mollificationem,ſeu vrinæ incontinentiam fit ex aceti ſcillitici lib.ij.mellis deſpumati libris tribus coctis deſpumando,ut in oxymelite diximus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Efficacius eſt aceto ſcillitico & iucūdius ad cerebri, pulmonis,ventriculi,affectus pituitoſos, aut melancholicos, etiam cōtumaces: nam humores hos dictis partibus etiam impactos educit. Cōpoſitum id quidam faciunt additis ſimplicibus compoſiti oxymelitis:aliter Paulus libro ſeptimo

D compoſitius facit & efficacius:ſunt qui huic aquæ li. iiii.addendas putent,quæ aceti ſit dupla, ut in oxymelite ſimplici ſed cum mel iam ſit deſpumatum, & acetū ſcillites paratū. Potes cum Meſue ſine aqua coquere,vt Nicolaus etiā oxymeli compoſitum coxit.

ANT. MOdus oxymellis ſcillitici uirtuoſi contra materias frigidas,difficiles,& ſubmerſas,in locis difficilis eradicationis earum. Et confert ad ægritudines ſtomachi,& capitis,& uiſcerum, & eructuationem acetoſam,& mollificationem ueſicæ. Accipe mellis deſpumati.lib.iii.aceti ſcillitici.lib.ii. Coquatur & deſpumetur,& perficiatur decoctio eius,ſicut diximus in ſpeciebus ſecaniabin.

Iſtud oxymel multum habetur in vſu, & generaliter reperitur præparatum,& ratione mellis uigoroſius & potentius confert omnibus quibus confert acetum ſcilliticum.

Eſt enim eradicans omnem materiam viſcoſam tenacem, & craſſam quantumcunque profundam, & inuiſcatam, & maxime in cerebro,ſtomacho, pulmone,& partibus pectoris,& eſt ualde cōueniens ſenibus, & frigidis natura in quibus humor phlegmaticus, ſeu melancholicus eſt abundans eſt enim opportunum iſtarum materierum, & curatiuum omnium ægritudinum ab eiſdem dependentium. Et doſis eſt uſque ad vnc. ii. cum aquis conuenientibus diſtillatis, aut decoctionibus appropriatis,ſed modus conſtructionis apparet in litera.

MANARDVS de modis oxymellis ſquillitici.

Non video quomodo poſsit bene parari ſine aqua, ſi uera ſunt quę uir iſte ſuperius dixit de oxymelite,oportere uidelicet addere aquam. Huius autem cōmunis eſt uſus in longioribus morbis.Duo enim,quæ ſequuntur, parari non ſolent,licet ſint meliora,præſertim id quod ſcribitur ſub nomine Democriti,in quo multæ herbæ apponūtur,quæ ſunt à nobis aliis locis declaratæ.

Oxymeli ſcilliticum de radicibus, fit ut oxymeli compoſitum de radicibus,ſed pro aceto communi accipit acetum ſcilliticum. SYL.

SYLVII ANNOTATIO

Id potentius multò incidit,tenuat,terget,obſtructa aperit,in diuturnis quartanis,& quotidianis,quàm oxymel cōpoſitum de radicibus.

MOdus oxymellis ſcillitici de radicibus. Fit ſicut ſecaniabin de radicibus.Sed pro aceto cōmuni ponatur acetum ſcilliticum. ANT.

Sunt quandoque ſuperius dicta in oxymelle compoſito. Iſtud oxymel ſcilliticum compoſitum licet non ſit in vſu, magiſtraliter tamen præparari poteſt, & conuenit in omnibus in quibus confert oxymel ſcilliticum ſimplex. tamē eo efficacius & potentius operaretur in ſubtiliando quaſcunque materias craſſas phlegmaticas, & melancholicas, & principaliter in aperiendo oppilationes quorumcunque membrorum, vnde ſumme confert quartanariis,chronicis, ac etiam quotidianis, longo tempore prolongatis, in quibus materia eſſet difficilis eradicationis. lymphatur cum aquis appropriatis, & modus conſtructionis apparet in litera.

Oxymeli ſcilliticum Democriti epilepſiam,uertiginem, cephalalgiam, hemicraniam cerebri, & pulmonis obſtructionem ab humoribus ualenter impactis ſanat.Recipit origani, hyſſopi ſicci,thymi, liguſtici,cardamomi,ſtœchados, ana drachm.v.coque in libr.iij.aquæ ad librarum duarum conſumptionem, percoque cum mellis libris duabus, mellis vuarum paſſarum libra dimidia, ſucc. bryoniæ vncijs quinque, aceti ſcillitici libra vna & dimidia, ſemper deſpumando. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Eſſet efficaciſsimum ad eos affectus quibus eſt deſtinatum,ſi quis ipſum coqueret. Oxymel Iuliani laudatum Galeno libr. 2. ad Glauconem in podagra,Paulo libro tertio cap.13.Tralliano in cephalalgia,deſcribit Paulus li.7.principio medicamentorum compoſitorum purgantium: id eſt parari digniſsimum.Oxyrhodinon propriè eſt miſtum aceto roſaceum oleum,Gal.cap.octauo,lib.3. ſimpliciū:hodie etiam aquam roſarum miſcent varia ſingulorum menſura, Arculanus.Quoniā mellis & ſacchari vires ſunt finitimę,vt docet Galenus libro ſeptimo ſimplicium,tamen ueteribus conſuetiſsimum erat mel,inuſitatum ſaccharum,cōtrà, quā Arabibus, & neotericis,ob id Arabes Græcorum velut ſimiæ ex ſaccharo permulta repræſentarunt. quæ Græci ex melle pararunt: hinc.

[margin: Et lib. 13. met.]

OXymel ſcilliticū deſcriptione Democriti confert iuuamentū magnū epilepſiæ,et uertigini,et dolori capitis,et hemicranee,et ad oppilationē cerebri,et pectoris,et ad humores difficiles in eis. Accipe origani hyſſopi ſiccę,alhaſcę,cheiſim,cordumeni, ANT.

ſtœchados,ana drachmas quinque: coquantur in trib. lib.aquæ uſquedum deueniat ad lib.i. & proiice ſuper ipſum mellis lib.ii.mellis paſſularum lib.s. ſucci alfeſera unc.v.aceti ſcilliti .li.i.&.s.auferatur ſpuma eius omnii hora,& coquatur ſicut diximus.

Iſtud oxymel,quod cum ſyrupo ſimilitudinem habet nõ eſt in uſu,ſed tamen propter laudes ab auctore ſibi impoſitas eius uſum magiſtraliter laudo ipſum. Summa medic. eſt.xi.res.

SYLVII PRAEFATIO.

Abſoluta utcunque præter alia fructuum conditura, uel integrorum,uel inciſorum,uel etiam curioſe contritorum, ordine optimo conſequitur,ſuccorum ex ipſis, & floribus quibuſdam herbiſque tritis expreſſorum conditura, quanquam & horum etiam quoſdam prius leuiter attigimus in ſaccharo,& melle roſato,& aliis paſsim. Nec omnes ſuccos huiuſmodi ſemper condimus,ſed quidam,quales ſunt, expreſsi,reponuntur,ut uinum,omphacium,agreſtium pomorum ſuccus,quo uice omphacii ſeptentrionales populi uitium penuria utuntur,ut uini loco pyrorum & pomorum ſucco ſimiliter ſeruato:niſi quod omphacium ſalem paucũ ad ſui cuſtodiam requirit. Seruantur ſimiliter ſuccus roſarum,uiolarum quibuſdam,cydoniorum,limonum,granatorum,oxyacanthæ,uuarum,ſed his uaſe uitreo concluſis. Similiter quoque ſeruari poſſunt fructuum omnium ſucci, præſertim acerborum,uel auſterorum. Aliorum autem, ac herbarum ſucci ſeruandi,parua coctione & reſidentia purgentur ante repoſitionem:in uaſis plenis,uel oleo,ſi lubet, ſuperfuſo reponantur,ſic fumariæ,abſinthii,eupatorii, & aliarum quarundam herbarum ſuccos quidam hodie reponunt loco frigidiore. Succos alios ante repoſitionem mediocriter ſole feruente,uel igni ſiccamus, ut abſumpta humiditate excrementoſa feruoris & corruptionis autore,integri ſeruentur,quales Meſuæ rob & robub appellantur, nobis uero ſapæ:hi uero ſunt.

SYL. *Sapa eſt ſuccus à nobis tantum purgatus, & craſſatus ſolis,aut ignis calore.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hos ſuccos electarii mollis,uel eclegmatis conſiſtentiã à nobis adeptos per conſumptionem aquoſæ ſubſtantiæ,ſapas uocauimus,uti arabes rob & robub,quod illis abſolute pronunciatum,ſapa Latinorum eſt,ſeu defrutum. Græcorum uero σιραῖον καὶ ἕψημα, hoc eſt uinum ad dimidias, uel tertias coctum. Quæ nomina uino ſoli cocto licet utrique tribuerint,forte quòd ex ſuccis uinum, aut ſolum, aut frequentiſsime ad hanc conſiſtentiam coquerent. Arabes tamen alios quoque ſuccos ſimiliter coxerint, & rob uel robub non quidem abſolute,ſed addito plantæ nomine uocãt nobis uiſum eſt eorum imitatione eos ipſos ſapas nomina re non abſolute quidem (ut uini ſuccum ſic coctum, hactenus appellatum ſcimus) ſed expreſſo nomine rei cuius eſt ſapa,ut ſapa ribes,ſapa oxyacanthæ,&c.ſapa autem ipſa (cuius Meſues non meminit) uires habet maxime uarias pro uuarum ex quibus coquitur natura. Fere autem nobis ex uuis albis coquitur,ut ſit dulcius, eademq; coctione rubet, anodyna eſt,condimentis magnam ſaporis gratiam conciliat,calfacit,quia uinoſa:humectat,quia nutrit: aluum ſubducit,quia dulcis:libro.ii.rat.vict.acut.

ANT. REſtat ſermo noſter in hac diſtinctione ſexta loqui de ſpeciebus robub, quarum operatio ſuccorum eſt depuratio & inſpiſſatio, ignis caliditate,aut ſolis.

Iſta eſt quinta pars huius ſextæ diſtinctionis in qua auctor determinat de robub.i.de ſuccis herbarum plantarum uel fructuum inſpiſſatis calore ſolis,uel ignis intantũ quòd aliqui ex eis ſimilitudinem habent cum electaris parum coctis,& de loch ſuperius dictum eſt,licet ex eis etiam aliqui ſunt multum fluidi.

Additio.

Rob uero apud Arabes eſt ſuccus cuiuſdam fructus cocti ad ſpiſsitudinem,ut ſeruari poſſit. Auicenna in quinto cano.in ſexto tractatu ponit differentiam, quæ eſt inter ſyrup.de robub,& ait quòd ſyrupi ſunt decoctiones,& ſucci inſpiſſati cum dulcedine, & robub ſunt ſucci inſpiſſati per ſeipſos. Tamen ſcias q̃ rob quando ſimpliciter ponitur muſtum coctum intelligitur.

MANARDVS, de Rob.

Quid hoc nomine ſignificetur,ipſemet declarat, ſuccus uidelicet primo defęcatus, dehinc calore ſolis, uel ignis craſsior in tantum factus,ut adſeruari ſine corruptione lõgo tempore poſsit. SYL

Sapa ribes refrigerat,adſtringit, ob id uentriculum calidum, & cor roborat, amborumque feruorem, & inde natam ſitim extinguit, biliоſam uomitionem, & deiectionem ſedat, & alterat. paratur autem hoc modo. Succi ribes lib.x.coquuntur igni lento ad tertiæ partis conſumptionem,colantur,ſubſidere permittuntur donec clareſcãt. Clarum deinde igni clementi percoquitur, aut inſolatur ad iuſtam craſſitudinem, qua ſeruari poſsit. Datur cum aqua frigida,aut niuis. Succus herbæ oxalidis illi eſt facultate proximus.

SYLVII ANNOTATIO

Succi ribes libræ decem coquuntur igni lento ad tertiæ partis conſumptionem, colantur, ſubſidere permittuntur donec clareſcant. Clarum deinde igni clementi percoquitur,aut inſolatur ad iuſtam craſsitudinem, qua ſeruari poſsit. Datur cum aqua frigida,aut niuis. Succus herbæ oxalidis illi eſt facultate proximus. Sapam uero ex uuis dum coquimus,quantum ui expreſſum eſt, id totum percoquimus fere ad trium partium conſumptionem,quòd uina nobis magna ex parte,ut cæteri terræ fœtus ſunt humidiora, & aquoſiora. Hæ autem ſapæ à Meſuæ deſcriptæ refrigerãt, & adſtringunt,& propemodum idem pollent,aduerſus ſcilicet calidas intemperies. & inde natam partium imbecillitatem:quibus abactis, temperieque natiua ſeu ſanitate reſtituta,robur facultatum partis in ipſa temperie ſitum,tanquam rediuiuum recreatur. Quòd autem ſitis non à ſtomachi tantum,ſed etiam cordis intemperie calida & ſicca fiat, docuit Galenus in arte medica:factam uero à caliditate,ſapæ refrigerando extinguunt:ſiccando autem nouam excitarent,niſi aqua miſta remedio eſſet. Sic granata,& alia ad ſtringentia in febribus & aliis affectibus calidis, & ſiticulоſis refrigerando ſitim ſedant. Quatenus uero ſiccant, ſitim nouam mox excitant,niſi ex aqua ſuccus eorum bibatur,ea que frigida:uel niuoſa. Adde quòd hæ ſapæ ob craſsitiem bibi non poſſunt,nec prompte in corpus toti permeare. Quæ res neceſsaria eſt ad febrilis caloris alterationem, & ſitis naturalis extinctionem, quæ partibus ineſt omnibus, uel calfactis,uel ſiccatis,uel utraq; qualitate alteratis & inanitis. Bilis præterea uomitum,& deiectionem adſtringit & alterat,ſiue ſeorſum hæc duo ſymptomata accidunt,ut in febribus ſæpe,& in plurimis dyſenteriis,ſiue ſimul, ut in cholera,morbo acuto,& ob multam & repentinam uacuationem bilis primum,ſed aliorum deinde humorum periculoſo. Si enim ſolus humor bilioſus redundãs & naturam grauans uacuaretur,tolerabile malum eſſet,at deprauato naturæ impetu,etiam benignus humor expellitur, & tandem ſanguis. Ob id ſiſtenda hæc uacuatio ſumpto hoc condito, uel ſimili,paulo quidem ante cibum ad ſiſtendam deiectionem:ad uomitum uero poſt cibum per ſe,uel cum aqua roſarum,plantaginis,& ſimiliter adſtringente. Cum autẽ bilis flaua ſit omnium,quæ in corpore ſunt,calidiſsima, partes per quas permeat,& excernitur,ignis modo urit, præſertim cum uſtione malignior euaſit. Hanc calfactionem ſapa ribes alterat,& euincit refrigerando. Aiunt ex Syriæ montanis,& ex Aegypto ſuccum hunc frigidum ſiccum ad ſtringentem ab arborum fructibus prunorũ æmulis expreſſum,nunc ſiccatum,nunc liquidum,nunc ſaccharo,aut mele cõditum afferri. Eius loco ex noſtris ribes expreſſum coquimus cum ſaccharo in gelatinam,uel in ſyrupum.

ANT ROb de ribes ſtomachum confortat, uomitum cholericum ſedat,ſitim extinguit,cordis ebullitionẽ mitigat,& ipſum confortat ſolutionẽ cholericam

lericam ſtringit & alterat. Reci.ſucci ribes lib.x.coquatur cum facilitate uſquedum conſumatur tertia ipſius. Deinde coletur & dimittatur reſidere uſquedum clare ſcat. Deinde coquatur cum multa facilitate in uaſe uitreo uſquedum habeat ſpiſsitudinem: aut exponatur ſoli uſquedum pingueſcat & conſeruetur. da cum aqua frigida,aut cũ aqua niuis. Et ſcito quod rob herbæ acetoſæ eſt in uirtute eius.

Differentia inter rob & robub. Pro intellectu totius ſextæ partis eſt aduertẽdum, quòd litera,quæ dicit rob, eſt corrupta ex defectu translatoris, debet enim dicere robub,nam rob idem eſt,quod ſapa, vel uinum ultimate decoctum ſimilitudinem habens cum ſapa. robub autem proprie eſt quicunque ſuccus inſpiſſatus caliditate ſolis, uel ignis. Modus autem aſſumptionis cuiuſcunque robub cum in forma electarii reperitur, eſt ſicut de citoniis ſuperius dictum eſt. ſin autem eſt in forma liquida. poſſunt etiam quandoque aſſumi diſtemperata cum uino,aut aqua diſtillata,ſeu decoctionib. conuenientibus diſpoſitioni curandæ. Et nota,quòd generaliter omnes operationes cuiuslibet robub ſunt potius ad cõſtringendum ſtipticandum,& ad alterandum ad frigidum, quam ad alium effectum inducendum,ut de quolibet particulariter apparebit. Iſtud robub de ribes portatur de partibus Syriæ. eſt enim ribes arbor quædam naſcens in partibus Syriæ in locis montuoſis,quæ facit fructus acetoſos,& ponticos, ſimilitudinem habentes cum prunis,& ſunt frigidæ, & ſiccæ cõplexionis in ſecundo cum multa ſtipticitate. extrahitur ergo iſte ſuccus à dictis fructibus,& cum aliquantulo zuccari inſpiſſatur ad ſolem, uel ad ignem,ut diutius conſeruetur,& ſic in forma ſolida iuleb portatur ad nos. Etiam ſine zuccharo inſpiſſatur,& ſic perfectius operatur. uocatur ubique locorum ſyrupus ſeu iuleb de ribes: & principalis eius operatio eſt ad confortandum ſtomachum relaxatum,ſitim extinguit,uomitum cholericum prohibet. & omnem fluxũ choleræ ad ipſum prohibet, & extinguit. uſus tamen eius principaliter eſt ad reſiſtendum cuilibet fluxui uentris facto à materia calida cholerica, & ſubtili uel à mala complexione calida,confert enim dyſenteriæ, & fluxui proueC nienti à membris intrinſecis,& primo pro fluxu uentris cõ ſtringendo aſſumitur ante cibum. Pro uomitu uero poſt cibum cum aqua ferrata,uel calibis,uel plantaginis, uel aliis appropriatis,& modus præparationis apparet in litera. Et loco eius in partibus noſtris utimur miua ſimplici, vel ſyrupo myrtino. Dicit tamen hic Meſ.quòd loco eius poſſet ſumi ſuccus herbæ acetoſæ. Additio.

Iſtud rob de ribes deſcribitur Haly.x.practicæ, quid autem ſit ribes uide apud Serapionem.

MANARDVS in Rob de Ribes.

De hoc non eſt mentio apud Græcos, vel Latinos, ſed apud Arabes tantum: pro quo uide Serapionem capite proprio. Affertur ex Aegypto præparatus. Poſſemus nos ex ſuco herbæ acetoſæ uocatæ,quæ genus lapathi eſt, id quod iubet Meſuæ,commodè parari.

SYL. *Succus omphacon.i.uuarum immaturarum ſcilicet omphacium, earundem eſt uirium, & pulſum cordis cohibet, ſitiq; modo eodem.*

SYLVII ANNOTATIO D

Omphacium ſuccum uocant,& parant quidem, alii cum melle coquũt, appellantq; ὀμφακομέλι. Huius craſsi omphacii meminit Gal.lib.6.c.ph.p.

ANT. ROb de Acreſta ualens ad debilitatem ſtomachi, factam ab inflammatione in ipſo, & uomitum cholericũ, & pulsũ cordis, & ſolutionẽ choleræ & abſcindit ſitim. Et eius operatio ẽ ſicut rob de ribes.

Rob.i.robub de acreſta non reperitur præparatum, nec multum habetur in uſu, tamen magiſtraliter præparari poſſet etiam in forma iuleb inſpiſsatus cum zuccharo & ſine,ſed cum zuccharo melius conſeruatur. debilius tamẽ operatur. Eſt enim frigidæ complexionis, & ſiccæ in ſecũdo ſuccus acreſtæ,& ideo principaliter cõuenit in omni fluxu uentris à materia calida cholerica.

Additio.

Rob de acreſta etiam deſcribit Haly.x.practicæ.

MANARDVS in Rob de Agreſta.

Paratur à matribus familias, & appellatur omphacium ficcum.

Succus cornorum maturitati propinquorũ idem pollet ac ſimiliter ſiccatur. SYL.

ROb de cornibus,ualet ſicut rob de acreſta,& cõfortat appetitũ,& modus operationis eius eſt, Recip ſucci cornium & proprie quibus eſt mediatio inter maturitatem & acerbitatem, & operatio eius eſt ſicut diximus de ribes. ANT.

Rob de cornibus.i. de cornis qui ſunt fructus cuiuſdam plantæ,& ſunt calidæ complexionis in primo: & ſiccæ in ſecundo cum ſtipticitate multa. tale robub non eſt in uſu, nec præparatum reperitur.

MANARDVS in Rob de Cornis.

Corna crania uocantur græcè. Fructus conferunt ad uẽteris fluxum & dyſenteriam.

Succus baccarum oxyacanthæ idem poteſt, & eodẽ modo paratur: uel baccarum eius ſiccarum lib.ij. omphacij li. iij. triduo macerãtur, manibus fricantur, exprimuntur, omphacium id expreſſum percoquitur. SYL.

ROb de berberis ualet ſicut rob de ribes, & eius operatio eſt ſicut illius. Et ſi haberi non poteſt: accipe ex eis ſiccis li.ii.& proiice ſuper illud lib. iii. ſucci acreſtæ,& dimitte per dies tres, donec humectentur. Deinde fricẽtur manibus,& exprimatur aquoſitas tota,& coquatur ſicut diximus. ANT.

Robub de berberis etiam ſunt fructus noti, frigidę & ſicæ complexionis in ſecundo, cum multa ſtipticitate,& tale robub non eſt in uſu.

Additio.

Rob de berberis.i. robub raro habetur in uſu ſub forma robub: tamen ſub forma ſyrupi ſæpe in uſu habetur.

MANARDVS in Rob de Berberis.

Græci uocant ὀξυακάνθιον. Fructus ualet in diarrhœa,& fluxu muliebri.

Succus rhu obſoniorum ualet, & fit ſicut antedictus. SYL.

ROb de ſumach ualet ſicut rob de berberis & fit ſicut illud. ANT.

Rob de ſumach,& ſunt grana quædã frigidæ,& ſiccæ cõplexionis,non eſt in uſu,nec præparatum reperitur.

MANARDVS in Rob de Sumach.

Græcè dicitur rhus.

Succus mororum domeſticorum, uel potius batinorum nondum maturorum ualet, & fit ut prædicti. SYL.

ROb de moris de ſeni immaturis, ualet ſicut rob de ſumach,& fit ſicut illud. ANT.

Rob de moris de ſceni.i.de celſi, vel aliter de illa contra immaturis & acerbis non eſt in uſu, ſed loco eius utimur diamorõ acerbo facto cum zuccharo, de quo aliquid dictũ eſt ſupra, ſed clarius ponitur à Nicolao.

MANARDVS in Rob de moris ſeni.

Sylueſtribus videlicet. Alii noti ſunt uſq; ad eos, qui de fructibus inſcribuntur, in quorum primo per Zarur ego intelligo meſpila,& præcipuè genus id quod Azarolum ſiue Iazarolum uocant. In ſecũdo ego potius dulcia granata eligerem, ceu ad aluum ſubducendam aptiora.

Succus cydoniorum uentriculum, hepar, & uiſcera roborat, egeſtionẽ, & uomitum ſupprimit, ſit ſicut prædicti. SYL.

ROb de citoniis, ſtomachum confortat, uiſcera, & hepar,& abſcindit egeſtionem,& uomitum, & fit ſicut rob de ribes. ANT.

Non eſt in uſu, ſed loco eius utimur miua citoniorũ vel miua ſimplici, de quibus dictum eſt ſupra iuuamenta & modus conſtructionis eſt ſicut rob de ribes.

Succus

SYL. *Succus pomorum,cor & ſtomachum roborat,ſyncopen ſanat,ut prædicti,*

SYLVII ANNOTATIO.

Poma acida,uel acido dulcia eligantur,qualia ſunt mala agria nobis dicta,uel ſyluestria,& immatura, quorum ſucco Picardi & Normanni uice omphacii utuntur.

ANT. ROb de pomis ſtomachum & cor confortat, & ſanat ſyncopin,& ſit ſicut illud de ribes.
Rob de pomis ſcilicet immaturis, & ſyluestribus non eſt in uſu.

SYL. *Succus pyrorum ſimiliter ſit & valet.*

ANT. ROb de piris ualet ſicut rob de citonijs, & ſit ſicut illud.
Rob de piris ſupple ſyluestribus non eſt in uſu.

SYL. *Succus prunorum inflammationem extinguit, ſitim ſedat,ventrem ſubducit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Pro uaria prunorum natura uariam habet facultatem, F
ut prius in iulepis docuimus: hodie ſuccus prunorum ſiccatus,& in caſei formam coactus, menſis quadrageſimalibus circunfertur. Eſt etiam agreſtium prunorum ſuccus ſiccatus loco acaciæ nobis in uſu,refrigerãs,ſiccãs adſtringẽs.
Præter ſapas,ſuccos magis ſiccatos, ſeruamus ſuccũ glycyrrhizæ,prunorum agreſtium, aloen,ſcammonium, quod tamen,ſi liquor ſit,præſtantius eſt, quàm ſuccus, ut in ſimplicibus docuimus.
Succus prunorum agreſtium quo acaciæ loco utimur,ſic paratur. Baccas pruni ſyluestris aqua in uaſe pauca aliquot diebus maceratas coque, cola, recoque donec craſſeſcant, ſerua qua uoles figura,ſi uis in uaſculis.
Vuas quoq; paſſas aqua calida horis uiginti quatuor macerant,percoquunt, colo exprimunt, expreſſum ad mellis conſiſtentiam recoquunt, & mel paſſulatum uulgò uocant à conſiſtentia,colore,dulce.Io.Man.in cõſilio de lepra,nos ſapam uuarum paſſarum in Meſue compoſitis.

ANT. ROb de prunis inflammationem extinguit, ſitim G
ſedat,& ventrem laxat,& fit ſicut primum.
Rob de prunis ſilueſtribus, & eſt ſuccus prunorum immaturorum inſpiſſatus qui uocatur acatia, quæ eſt frigidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo. Iſtud robub eſt multum in uſu:& confert omnibus diſpoſitionibus:& maxime fluxibus uentris: quibus confert robub de ribes, & de acreſta,& eodem modo conficitur.

SYL. *Succus granatorum acidorum ſimiliter ſit,& poteſt.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vinum granatorum eſt eius loco in uſu.

ANT. ROb de granatis acetoſis ualet ſicut rob de berberis,& ſit ſicut illud de acreſta.
Rob de granatis acetoſis non eſt in uſu,tamen cõfert & ſit ſicut robub de berberis, & loco eius utimur uino granatorum,quod tamẽ nõ eſt tãtæ frigiditatis & ſiccitatis.

SYL. *Succus perſicorum intemperiem ventriculi calidam iuuat,ſitim ſedat.*

ANT. ROb de perſicis ualet calefactioni ſtomachi & ſi- H
ti & fit ſicut illud de citonijs.
Rob de perſicis ſupple immaturis non eſt in uſu.

SYL. *Succus acidus citrorum,idem quod ſuccus ribes.*

ANT. ROb acetoſitatis citri valet ſicut rob de ribes, &
fit ſicut illud.
Rob acetoſitatis citri non eſt in uſu.

SYL. *Succus fructuum intemperiem calidam tollit,ventriculum roborat, vomitum & fluorem alui ſiſtit, ſit ex ſucci granatorum acidorum & acidodulcium,ſucci cydoniorũ acidorum,ſucci pyrorum immaturorum, ſucci pomorum montanorum,ſucci meſpili tricocci,ſucci acidi citrorũ, omphacii partes æquales,merge his baccharum, oxyacanthe, & rhois,ana partem dimidiam, & fac, vt in ſucco oxyacanthæ dixi.*

E
ROb de fructibus inflammationem extinguit, ſto- ANT.
machum confortat, vomitum & fluxum ſedat.
Accipe ſucci granatorum acetoſorum & muzorum,ſucci citoniorum acetoſorum, ſucci pyrorum immaturorum, ſucci pomorum montanorum, ſucci zarur,ſucci acreſtæ, ſucci acetoſitatis citri, ana partes æquales.Proijce in eis berberorum & ſumach, ana partem s.fiat ſicut dixi in rob de berberis.
Rob de pluribus fructibus & diuerſis immaturis, quod ipſe ponit in litera non eſt in uſu.

Succus fructuum alius intemperiem calidam, & ſitim SYL.
extinguit,aluum ſubducit: fit ex ſucci granatorum acidorum & acidodulcium,aquæ prunorum, aquæ tamar Indorum,partes æquales,ſucci acidi,citrorum partem .s. fac vt in ribes.

SYLVII ANNOTATIO.

Pro acidis,dulcia uentrem magis molliunt,li.i. ſanitatis F
tuen.lubricando: ſed hæc comprimendo.

ROb de fructibus inflammationem extinguit, ſi- ANT.
tim ſedat,& ventrem lubricum facit. Rec. ſucci granatorum acetoſorum & muzorum,aquæ prunorum,& aquæ tamarindorum,ana partes æquales,ſucci acetoſitatis citri partem dimidiam, fiat ſicut diximus in ribes.
Rob aliud de fructibus etiam non eſt in uſu.

Succus Myrtinus,ut ſuccus ribes.In ſumma, omnis ſyru SYL.
pus ex ſuccis factus,ſi abſque melle, & ſaccharo igne vel ſole incraſſetur,rob uocatur.

SYLVII ANNOTATIO.

Hi ſucci propè omnes non modo fluorem alui ſiſtunt, & dyſenteriæ conferunt,& uomitui, ſed etiam immodicis uri nis,immodico fluori menſium, uomitui & ſcreatui ſanguinis,intemperaturis calidis hepatis,renum,& aliarũ partiũ.
Succi autem huiuſmodi in uſu eſſe deſierunt, fortè quòd ægrius ſeruentur integri etiam ſiccati: quorum loco in uſu frequentiore ſunt ſyrupi omphacii, oxyacanthæ, ex cydoniis,granatis,acida parte citrorum, de quibus & cæteris ſyrupis mox dicemus.Aequè uerò deſierũt ſyrupi Meſuæ idẽ pollentes,de prunis,pomis,pyris,cornis,ſucco rhois.

ROb Myrtinum fit ſicut rob de ribes. Et omnis ANT.
quidem ſyrupus factus ex ſuccis ſi inſpiſſetur pręter mel & zuccharum uocatur rob.
Rob myrtinum de ſucco granorum myrti non eſt in uſu, quia loco eius ſumimus iuleb, ſeu ſyru. myrtinum ſuperius declaratum.Confert tamen ſi prępararetur ſicut robub de ribes,& ſic præparatur,& eadem eſt doſis.
Generaliter concludẽdo omnia ſupraſcripta robub principaliter conueniunt fluxibus uentris, factis mala complexione calida,ſeu ab humore cholerico ſubtili: & acuto excoriante inteſtina aſſumpta per modicum tempus ante cibum cum aquis appropriatis,uel ſine,ut ſuperius dictũ eſt, & aſſumpta poſt cibum ſine aquis ſimiliter conuenirẽt cuilibet uomitui facto ab eadem cauſa.Conuenirent etiam fluxui urinæ ſuperfluo prouenienti à relaxatione & ſuperflua caliditate renum, & ſimilibus diſpoſitionibus.

DISTINCTIO SEPTIMA
De decoctionibus,& infuſionibus.

Hac ſectione quarta decoctorum, & infuſorum diſ- SYL
ferentias, quo modo in ſuperioribus, ordine deſcribemus.

SYLVII ANNOTATIO.

Apozema,id eſt,feruefactum & decoctum, fit ex plantarum partibus,præcipuè radicibus,foliis,ſurculis, floribus, fructibus,ſeminibus,corticibus, lignis, interdum etiã ſuccis,rarò ex liquoribus,gummis,reſinis,rarò item ex animaliũ partibus,rariſsimè ex terreis,& metallicis corporibus. Coquuntur autem hæc, nunc ex aqua,tum ſimplici, qualis fontana, pluuia: tum medicamentoſa,qualis ex plantis diſtillata, A
ſtillata,marina, ſalſa, ſulphuroſa, aluminoſa, bituminoſa: nunc ex alio humore, ut lixiuio,uino,aceto,lacte,ſero, uel quouis:in quẽ tamẽ hæc medicamenta uires ſuas deponãt, & humoris illius facultatum aliquid aſſumãt, quamuis magna ex parte abſoluta coctione exprimanẽ,ac mox ceu inutilia abiiciantur.Exprimuntur autem horum quędam ualẽter,alia clementer, alia ne tantillum quidem, pro rerũ coctarum & humoris in quo incocta ſunt natura & uario medici ſcopo,ut interim taceam colorum differentias, & coctionum,& concuſionum. Quę.n. liquida malumus & parũ ualentia,parũ diu cocta,non contuſa,colo denſo, nulla aut minima expreſsione excipimus.Cõtrà uerò,quæ craſſa glutinoſa appetimus, diu cocta, probè contuſa propemodum tota per colum rarum uel tranſmittimus, uel exprimimus. Coquuntur quoq; nonnulla multũ,alia parum, alia mediocriter,non modò ob coquendorum naturam, ut'in libro ſecundo de præparationibus medicamentorum ad pharmacopœos ſcribimus, ſed ob medicamenti conſtituendi formam & indicationes uarias. Infunduntur, ſeu macerantur eadem humore ſimili, ſed ferè calfacto cineribus calidis, B
uel ſole,ut medicamenti uires promptius,& ualentius trahat: quanquàm infuſio imbecillius eas ad ſe alliciat, quàm coctio:ob id diutius fit,& ſæpe leui coctione abſoluitur. In fuſa item colantur: ſine expreſsione quidem imbecilliora ſunt,ſed tenuiora,& iucundiora: cum expreſsione autẽ ualenti,contrà.

ANT. SEptima diſtinctio eſt de decoctionibus & infuſionibus,de quibus diuerſitates ponemus, ſicut feci-
mus prædictis.

Decoctio quæ dicatur.

Decoctiones proprie ſunt quando aliqua aromata, ſemina,flores,radices,uel folia,uel quicquid aliud cuiuſcunque generis ſit,dẽcoquitur in aqua ſimplici, uel in aquis deſtillatis una,uel pluribus,in uino,uel in quocunque alio liquore, unde uirtus illarum rerum acquiritur & aſſumitur in prædictis aquis in quibus decoquuntur, demum talis decoctio colatur cum forti expreſsione quandoque,& quandoque ſine,ſecundum exigentiam, & quandoque multum decoquitur ad ignem,& quandoque parùm. Et liquor qui ac- C
cipitur taliter,decoctio uocatur. Infuſio autem eſt quando

Infuſio quę ſit.

aliquæ res medicinales infunduntur ſeu ponuntur puluerizatæ contuſæ,uel ſolidæ,in aqua uel uino, uel aliquo liquore abſq; ulla decoctione, & in illo tenentur, uel remanent per aliquod tempus.Colligitur tamẽ cum expreſsione, uel ſine,ſecundum quòd quærimus maiorem, uel minorem uirtutem remanere in aliquo liquore,& ſic talis liquor ſic præparatus & colatus nominatur infuſio. Et hoc notãdũ quod in decoctionibus plus remanet de uirtute in liquore quàm in infuſionibus. Sed nos ſæpe poſt infuſionem alicuius ſimplicis medicinæ,ut agarici (gratia exempli) damus etiam aliquam leuem decoctionem, ut uirtus eius melius & fortius aſſumatur. Et remanet in liquore in quo decoquitur agaricus,uel alia res conſimilis, ut rhabarbarũ uel turbith.

MANARDVS de decoctionib.& infuſionib.

Decoctiones huiuſmodi multum ſunt utiles,& ego uſus eis multoties, multum profeci quas tamen compono ad libitum,ſecundum intentiones occurrentes.

SYL. *Apozema adianti albi ſanguinem a miſtis ipſi putribus materijs purgat, clarumque reddit, ardoremq; ipſius, ac bilis flauæ compeſcit.Adianti albi vnc. vnam & dimidiã, fumariæ vnc.vnam,lupi ſalictarij,violarum ſiccarum, ana drach.octo,pruna quadraginta,zizypha viginti, coque libris tribus aquæ igni lento ad duarum librarum conſumptionem,tunc adde caſſiæfiſtulæ purgatæ vnc.iij.tamar Indorum vnc.ij.mannæ vnciã vnam, rhabarbari boni drac. tres:frica manibus,& cola. Datur mane. Interdum loco aquæ,coquuntur hæc in ſeri lactis caprini libris quatuor.*

SYLVII ANNOTATIO.

Horum apozematum multa aluum ſubducunt, quædam leniendo,alia comprimendo,ſunt etiam, quæ attrahendo. Ob id autem quòd parum ſunt iucunda, propter craſsitiẽ, & nigrorem,quòdq; parum diu,ut ad triduum, ſeruari poſſunt,præſertim aere calido,parari hæc deſierunt. Coquun-

tur autem nunc frequenter ſine caſsia,& tamar Indis, & id genus aliis.Huius dari poſſunt unciæ ſex.

DEcoctio capil.vene.clarificans ſanguinẽ, & mun- ANT.
dificans eum à corruptionibus materierum permixtarum ei,& cõpeſcit acuitatem eius,& cholcram rubeam. Accipe capill vene.vnc.i.&.s. fumiterræ.vnc.i.lupuli,uiolarum ſiccarum,ana drach.viij.prunorum.xl. iuiubæ.xx. Coquantur in lib. iij. aquæ cum facilitate vſquedum redeat ad libr. iij. Et proijce in ea caſsiæfiſtu.mundatæ a cortice ſuo vnc.iij. tamarindorum.vnc.ij.ſiracoſt.vnc.i.rhabarbari boni.ʒ.iij. Fricetur manibus & coletur, & propinetur ius in mane. Et quandoq; ponitur loco aquæ ſeri caprini *li.iiij. *lib.iij.

Hic ponuntur multæ decoctiones & diuerſæ, quæ omnes habent aliqualiter uirtutem ſolutiuam,lenitiuam,ac ẽt compreſsiuam, ac etiam ex eis aliquæ habent uirtutem ſolutiuam ſolummodo,uel lenitiuam: non ſunt tamen illæ decoctiones omnes quibus medicinæ ſolutiuæ, & aliæ generaliter diſtemperentur, ſecundum quod inferius declarabo:poſſumus tamen uti magiſtraliter præſentibus decoctionibus in quibuſdam caſibus, non tamen multum reſeruãdo eas decoctiones: quia ut plurimum poſt triduum corrumpuntur & alterantur,& multotiens in tempore calido. Vnde eſt neceſsitas innouationis earum. Et licet iſta prima decoctio non ſit in uſu,habet tamen clarificare ſanguinem, mundificando,leniendo, & cõprimendo cholerã rubeam. Et doſis eius eſt de mane uacuo ſtomacho uſque ad.ʒ. vi. & modus conſtructionis eſt in litera, & ſic etiã ſimplicia ſunt declarata.Summa medicinarum eſt.xxres.

Aqua fructuum ſanguinis, & bilis flauæ feruorem re- SYL.
primit,ſanguinem clarum facit, bilem clementer educit, pruna.xl.myxa,zizypha,an.xxx.tamar Indorum vnc.ij. caſsiæfiſtulæ vnc.iij.mannæ vnc.i.Fiat vt diximus.

SYLVII ANNOTATIO.

Proximum hoc ſuperiori eſt,ut materia,ſic uiribus. Eſt tamen illud ob rhabarbarum, fumariam, adiantum paulò purgantius.

AQua fructuum ſanguinis et choleræ feruorem ANT.
reprimit,ſanguinem clarificat, et choleram cũ facilitate educit. Accipe prunorũ numero *lx. *.l.
ſebeſten.iuiu.ana.xxx.tamar. vnc. iii. caſsiæfi. vnc. iii. mannæ vnc.i.Fiat ut diximus.
Aqua fructuum.i.decoctio,quæ etiam eſt ſolutiua: & nõ eſt in uſu.

Additio.

Alia ſæpe utimur ad caſus nominatos capiendo decoctionem prunorum iuiubarum ſebeſten & tamarindorum: item Meſue cap. de ſoda calida habet unam aliã deſcriptionem, quæ non eſt eadem cum iſta. Summa medicinarum eſt.vi.res.

MANARDVS de aqua fructuum.

Hæc eſſet magni præcij ob mannam: noſtri autem aromatarii præparant abſque ea & caſsia.

Infuſum aquæ caſei,bilem flauam clementer educendo, SYL
D *ſanguinem purgat.Reci. foliorum roſarum recentium completarum vnc.ij. rhabarbari boni aureum vnum & dimidium,ſpicæ drach.i.& dimidiam: rhabarbarum et roſæ parum terantur,& macerentur per noctem in ſeri lactis, præſertim caprini lib.ij.cola,propina:pœnuria roſarum recentium ſit interdum ex ſiccis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Serum lactis per ſe ſumptum, ſanguinem reddit puriorẽ & frigidiorem,quòd acrimonia ſua ſubducat aluum:id multo efficacius præſtat maceratis in ipſo per noctem roſis,lupulo,fumaria,ſumiq; tunc põt uere ſingulis tribus, aut quatuor matutinis ab unciis ſex ad uncias octo.Si autem rhabarbarum ſimul infũderis,pondere ſufficienti, ut ad drach. ii.auc.iii.cum pauca ſpica, uel ſchœnantho actionem celerante ſemel ſumpſiſſe ſufficit. Spicam ceu uon neceſſariam & ingratam tollit Manardus.

Modus

ANT. Modus infusionis aquæ casei, sanguinem mundificat,& choleram cum facilitate educit. Recipe fol. rosarũ recentiũ completarum unc.ii. raued boni *aur.i.&.s.spicæ drachm.s. Teratur raued contritione crassa, & rosæ similiter modicum conterantur. Et fundantur super ea aquæ casei: & proprie sumptæ ex capris libras duas. Et dimittatur à sero usque ad mane. Deinde coletur & propinetur: & quandoque in defectu rosarum uiridium fit sine eis.

*aur.ii.s.

Modus infusionis aquæ casei,id est seri caprini.Ista infusio multum vsitatur à medicis practicis quãdo de sero tempore veris sereno aere infunduntur in ea rosæ lupuli: fumusterræ,uel aliæ res sanguinem purificantes, seu rectificãtes,& remittẽtes in suo calore superflue: demum de mane colantur: & sic talis colatura sub actuali caliditate assumitur,& quando cum eis non ponitur alia medicina solutiua à prædictis,potest assumi pluribus diebus continuis loco syrupi digestiui,vsque ad.℥.viii.Infunditur autem, & sæpe rhabarbarum in ipsa aqua lactis de sero vsque ad drach. iii. cum grano vno spicæ, demum de mane colatur, & de illa colatura assumitur vsque ad vnc. vi. & sufficit solum semel de ista infusione assumere:quia est solutiua materiei cholericæ,& ideo est adhibenda diligentia sicut de aliis medicinis solutiuis.Et hic nota quod semper spica est ponenda cũ rhabarbaro,quia velocitat eius operationẽ. Et nota,quod aqua lactis assumpta de mane absque alterius rei assumptione mundificat sanguinem ipsum versus frigidum alterando posita tamen de nocte versus serenum aerem, & est multũ conueniens iuuenibus & pueris,& sic habetur in vsu. Summa medi.est res.iiii.

MANARDVS de modo infusionis aquæ casei.

Hæc est nobilis,& ea sum vsus plerunque,præcipue tempore rosarum,amota tamen spica ceu non necessaria,& gustui insuaui.

SYL. *Infusum succi herbarum idem potens quod præcedens. Recipit succorum intybi, lupi, buglossi, purgatorum, ana unc.viij,in quibus macera corticũ myrobalani flauæ unc. i.rhabarbari boni.ʒ.iij.tamar Indorum unc.i.& dimi. cassiæfistulæ unc.iij.Fiat ut supra.*

ANT. Modus infusionis de succis herbarum, quod est in intẽtione priorum.Rec.succorum endiuię, lupuli,buglossæ,depuratorũ,an.unc.viii.proiice super ea corticum myrobalanorum citrinorum,un. i.raued boni.ʒ.iii.tamarindorum unc.i.&.s.casśięfistulæ unc.iii. fiat ut supra.

Modus infusionis de succis herbarum non est in vsu.

Additio.

Ista infusio domini Mes.de succis herbarum raro habetur in vsu:ipse idem Mes.eandem fere & similem infusionẽ describit capitulo de cura sodæ calidæ. Summa medicinarum est.vii.res.

SYL. *Decoctum fumariæ sanguinem bile flaua, & adustis humoribus purgat, mundumque reddit: hepatis obstructionem aperit,ac inde natum icterum sanat. Recip. succi cichorij,intybi,lupi,buglossi,ana unc.iiij.succi fumariæ unc. i.& dimidiam,quibus coctis & purgatis,adde myrobalanorum flauarum,& indarum,ana drach.ij.passarum purgatarum tritarum unc.i.tamar Indorum unc.tres.Fiat syrupus,ut diximus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Syrupus fumariæ prædictus in vsu est huius loco,vt syrupus thymi stœchados,eupatorii,epithymi loco decocti eorum mox describendi.

ANT. Decoctio fumiterræ sanguinem mundificans, & choleram cum facilitate expellens, & humores adustos,& hepatis oppilationes aperit, & icteritiam curat.Accipe succi altarassacon & endi.& lupuli, & bugloss.ana unc.iiii.succi fumiterræ.*unc.s.proiice super eis coctis & depuratis myrobalanorum citrinorum,indorum,ana drach.ii.passularum enucleatarũ tritarum unc.i.tamarindorum unc.iii. Fiat syrupus sicut diximus.

*unc.viii.

Decoctio fumiterræ non est in vsu licet aliqui assumant succum eius in põdere.℥.iii.pluribus diebus continuis, est tamen displicibilis valde:sed est vtilis ad sanguinem mũdificandum ab eius acuitate, vnde confert scabiosis.

Additio.

Ista decoctio de fumoterræ non est in vsu, sed vtimur syrupis suprascriptis: poterit tamen quis vti eis si voluerit ad intentiones suprascriptas. Summa medicinarum est res.ix.

MANARDVS in decoctio.fumiterræ.

SVCCI altarasacon.) Troxuna Græci, vulgo scariolam dicunt.

SYL. *Decoctum thymi phlegmagogum,ob id senibus, & aliter pituitosis salubre,uentriculum firmat,coctionem iuuat flatus à uisceribus,& hypochondrijs dissoluit. Recipit thymi,cassuthæ,hyssopi,ana unciam unam:passarum purgatarum drachmas * uiginti, cepularum,emblicarum, ana unciam unam,turbith drachmas quatuor, stœchados,polypodij,ana drachmas quinque,eupatorij,absinthij, anisi, dauci,ana drachmas tres: radicum apij, fœniculi, ana drachmas septem.Coque omnia in libris tribus aquæ ad librarum duarum consumptionem,cola,adde colato turbith,agarici, ana drach.i.zingiberis drach.s.macerari noctem sine, postridie cola,& utere.*

ANT. Decoctio alhasce solutione educens phlegma, confert phlegmaticis & senibus, & confortat stomachum,& facit digestionem bonam,& uẽtositatem uiscerum, & hypochondriorum dissoluit. Recipe alhasce,cuscutæ, hyssopi,ana unc.i.passularum enucleatarum* drachm.xx.chebulorum, emblicorum, ana unc.i.turbith drachm.iiii.stœchadis drachm.v. eupatorii,absinthii,ana drachm.iii.radicum apii,fœniculi,ana drachm.vii.polypodii drachm.v. anisi, dauci,ana drachm.iii. Coquantur omnia in * lib.iii.aquæ usquedum redeat ad libra una deinde coletur & proiiciantur in ea turbith drachm.i.zingiber.drachm.i.s. agarici drach.i.& dimittatur usque mane. Deinde coletur & accipiatur.

Decoctio alhasce,alias alhasce.i.thymi non est in vsu.

Additio.

Decoctio alhasce .i. de thymo non est in vsu, & confert ad ea, quæ dicta sunt in textu sed pro eo potius utimur syrupo de thymo supra descripto. Summa medicinarum est res.xix.

MANARDVS in decoct.Alhasce.i.thymi.

PASSVLARVM enucleatarum.ʒ.xx.) Lege.ʒ.iiii.Caue ne in Dauco decipiaris ab aromatariis.

SYL. *Decoctum myrobalanorum bilem utramque, & pituitam purgans, Recipit myrobalanorum flauarum, cepularum, Indarum, ana unciam unam,tamar Indorum unciam unam & dimidiam, fumariæ drachm.octo, absinthij drachmas duas,pruna triginta, passarum purgatarum unciam unam, coque in libras tres aquæ ad duarum librarũ consumptionem, reliquæ libræ dimidio, uel circiter, adde cassiæ uncias duas, cum imbecillum uoles medicamentum, cum autem ualentius, cassiæ fistulæ unciam vnam,turbith, agarici,ana drachm.dimid. Præstantius fiet,si cum aqua casei coquantur.*

ANT. Decoctio myrobalanorum solutione educens utramque choleram & phlegma.Reci.myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum, ana unc.i.tamarindorum unc.i.&.s.fumi ter.dr.viii.absinthii, *drach.ii.prunorum xxx.passula.enuclea.vnc.i. Coquantur in lib.iii.aquæ usquedum deueniat ad li. i. Et accipe ex ea lib.s.uel plus,ut oportet,& proiiciatur in ea casiæ fistulæ vnc.i.turbith agari.ana drac.s.Et qñ uolueris,ut sit medicina debilis non proijciantur in ea illa duo,sed sufficit casiæfistulę.vnc.ii. Et sunt quidam qui decoquunt has res in aqua casei, & est medicamen nobile.

Decoctio de myrobalanis non est in usu.

Additio.

Guilelmus placentinus duas habet descri. quæ non sunt eadem. Summa medicinarum est res. xii.

MANARDVS in decoctio. Mirob.

Hanc nunquam sum usus, eam tamen puto fore utilem, si quis ea usus fuerit,sicuti & ea,quæ de stœchade inscribit.

SYL. *Decoctum stœchados confert pituitosis affectibus, vt febribus quotidianis iuncturarum & neruorum dolori, & frigidæ intemperiei,Recipit stœchados,origani, ana drachmas quatuor,seminis,apij,fœniculi,eupatorij, ana drac. iij. schœnanthi,hyssopi,ana drac.ij.passarum purgatarũ drac. viij. turbith albi arundinacei drachmas quatuor, coque, & vtere.*

ANT. Decoctio de stœchade confert febribus phlegmaticis,& dolori iuncturarum & neruorum,& frigiditati. Recip. stœchados, origani, ana drachmas quatuor,seminis apij,fœniculi,eupatorij,ana drac. iii.schœnanthi,hysso. ana drac.ij. passu.enucle. drach. viii.turbith albi arundinei drachmas quatuor,coquantur & administrentur.

Decoctio de stœchade non est in usu.

Additio.

Pro ea utimur syrupo de stœchade. Summa medicinarum est res.ix.

SYL. *Decoctum eupatorij hepatis, & lienis obstructionem, & inde nascentes dolores,& febres compositas iuuat.Rec. eupatorij,absinthij,asari,spicæ,adianti albi, * cyperi, rhabarbari,fumariæ,* spinæ albæ,* Aegyptiæ,ana drac.iiij.cepularum,Indarum,ana drach. viij. passarum purgatarum vnc.i.coque,& utere.*

*Alii Cypri.i.florũ ligustri. *bedegar. *fucaha.

ANT. Decoctio de eupatorio ad dolorem hepatis, & oppilationem in eo,& splenis, & ad febres compositas. Reci.eupatorii, absinthij,assari,spicę, capil.ueneris,cyperi,rauedsceni,fumiterræ bedeguar,fucaha,ana drac.quatuor,chebulorum,indorũ, ana drac. viij.passularum enucleatarum.vnc.i.Coquantur & administrentur.

Decoctio de eupatorio etiam non est in usu.

Additio.

Hæc decoctio nõ habetur in usu, sed loco ipsius utimur syrupo de eupatorio. Serapio in proprio antidotario habet unam descriptio.fere huic similem. Summa medicinarum est res.xi.

MANARDVS In decoctionem de Eupatorio.

Cyprus scilicet,quam Arabes Alchannam uocant, plantæ uidelicet,quæ ligustrum florem gignit: multi caurosinũ uocant.Ego tamen puto potius legendum Cyperi.

SYL. *Decoctum epithymi atram bilem uacuat, ob id affectibus melancholicis,vt cancro,elephantiasi, & cæteris confert.Recipit autem myrobalanorum Indarum, stœchados, epithymi,passarum purgatarum,ana vnciam vnam, cepularum,fumariæ,ana drachmas quatuor, folliculorum senæ drachmas octo,polypodij drachmas sex,turbith drachmas quatuor,eupatorij drachmas quinque: omnia præter epithymum coquantur in aquæ casei libris tribus, ad duarum librarum consumptionem, tunc adde epithymum, & semel feruefac: cola,frica in eo hellebori nigri drach.vnam, agarici drac.dimidiam,salis Indi aureum vnum,vtere.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vtile in morbo Hispano,& ab eo ulceribus & doloribꝰ.

ANT. Decoctio epithymi solutione educit choleram nigram, & confert ægritudinibus melancholicis, & cancro,& lepræ.Reci.myrobalanorum nigrorum stœchadcs,epithymi,passul.enucl. ana vnc. i. chebulorum,fumiterræ,ana drach. iiij. folliculorum senæ drach.viii.polypod.drach. vi.turbith drach.iiij. eupatorij drac. v. Omnia præter epithymum bulliant in aquæ casei li.iij. usquedum redeat ad lib.i.Et deinde proijciatur super eum epithymum, & bulliant ebullitione vna. Deinde coletur,& fricetur hellebori nigri drach.i.agarici drac. s. salis indi aureus unus,administretur.

Decoctio epithymi etiam non est in usu.

Additio.

Ista descriptio de Epithymo raro habetur in usu,sed pro ea utimur syrupo de Epithymo.item Mesue capitulo de soda frigida habet unam aliam descript.similiter Haly.x.practicæ,& Rasis.ix.ad Almansorem cap.de melancholia. Sũma medicinarum est res. xiii.

MANARDVS de decoctione Epithymi.

Hæc efficax est in morbo gallico uocato: ualet enim & ulceribus & doloribus.

SYL. *Infusum hieræ ventriculum & caput purgat, proinde amborum doloribus etiam assiduis, & hemicraniæ cõfert, ac febribus antiquis.Recipit hieræ,& aloes,ana drachmas quinque,macera decocto eupatorij prædicto ad librã vnã, in vase vitreo insola dies duodecim, aut plures, da singulis matutinis vnc.vnam,plus minus vti opus erit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Puluis hieræ picræ Galeni intelligitur,cui aloen prætererea addit, qua ratione Galenus aloes interdum drachmas centum,& centum ac uiginti, singulorum aliorũ drachmas sex addebat,ut ualentior esset.Id infusum antiquatis affectibus aliter atque aliter pro uario scopo factum est utilius, quàm aquæ balneorum naturalis potę.Decoctum autẽ commune Italis, & Lugdunensibus est ex partibus æqualibus anisi,fœniculi,passarum,glycyrrhizæ,myxorum, zizyphorũ enucleatorum,adianti albi, prunorum, hordei mundi,quo medicamenta purgantia leniendo,comprimendo,attrahendo dissoluunt,præsertim cœlo,& morbo frigido.Calido autem utroque,dissoluuntur potius decocto partium æqualiũ passarum,glycyrrhizæ,uiolarum, hordei, prunorum enucleatorum,seminum communium frigidorum purgatorũ, in aqua simplici. In affectibus uerò capitis frigidioribus priori decocto etiam stœchadem,uel maioranam,uel nucẽ moschatam addimus:thoracis autem hyssopum, dactylos, tragacanthum,uel adiantum augemus:uentriculi,cinnamomum,mẽtham,absinthium,mastichen: hepatis eupatorium absinthium,lienis,tamaricem,cappares,asplenium:renum, & uesicæ,radices quinque ureticas, uel semina communia frigida,si calidus est affectus:& in aliis partibus similiter ea miscemus decocto,quę proprietate,& particulari respectu eas iuuare sunt comprobata. Delectis tamen semper his, quæ gustatu sunt gratiora.Loco horum decoctorum medicamenta sæpe,cum festinandum est, dissoluuntur aquis destillatis fœniculi,maioranæ,chamæpityos,saluiæ,uini in frigidis cerebri & neruosarum partium affectibus: aqua fœniculi, menthæ,absinthij,uentriculi:aqua absinthij, fumariæ, eupatorij,hepatis:aqua cichorij,intybi, & similium in calidis hepatis affect.asplenii,tamaricis,capparum,lienis:aqua hyssopi,prasii, scabiosæ, uerbenæ, thoracis, & pulmonis: aqua melissæ,boraginis buglosi,rosarum,cordis. Decoctũ item radicum quinq; ureticarum elignatarum, & cicerum rubrorum saccharatum,aut mellitum,hepatis, lienis,renũ, uesicæ obstructiones potenter aperit, flatus dissipat,pituitam & humorem melancholicum incidit, & tenuat. Aqua hordei bilis acrimoniam obtundit, obstructa aperit, sudorem mouet,& urinas,si calida bibatur:aluum lenit, sitim sedat,somnum conciliat,si frigida.

Infusio

ANT. INfuſio de hiera, ſtomachum et caput mundificat, et confert febribus antiquis et dolori capitis aſsiduo, et dolori ſtomachi et hemicraneo. Reci.* hieræ et aloes boni, ana drach. v. et funde ſuper ipſum decoctionis eupatorii, quam diximus lib. primo, et ponatur ĩ uaſe uitreo, et exponatur ſoli per dies .xii. et plus. Et da ex ea omni mane, vnc. vnam, vel plus, vel minus ſicut oportet

*Hieræ ex aloe bona vnc. v.

Infuſio de hiera Gale. etiam non eſt in uſu.

Additio.

Notabis quòd per hieram intelligit hieram ſimplicem, quam deſcripſit ſuperius: & per decoctionem de eupatorio intellige hic deſcriptam immediate. Summa medicinarum eſt res. xiii.

SYL. *Infuſum aliud hieræ purgans humorem craſſum & melancholicum, ob id affectibus cerebri melancholicis ſalubre. Recipit hieræ & aloes, ana drach. v. macera li. i. decocti epithymi ante deſcripti, utere, ut priore.*

ANT. INfuſio alia hieræ ſolutione educens humorem craſſum et melancholiam, et ualet ad ægritudines cerebri melancholicas. Reci. hieræ * et aloes, ana drach. v. et funde ſuper ipſam decoctionis epithymi quam diximus lib. unam et fiat ſicut diximus.

*ex aloe drach. v.

Infuſio alia hieræ etiam non eſt in uſu.

MANARDVS in Infuſio. de Hiera.

His infuſionibus de hiera multoties ſum uſus in antiquis affectionibus, & ex eis maius iuuamentum conſecuti ſunt patientes, quam ex potu aquarũ ſpontinarũ, quas balnea uocant: ſed, quod etiam alia pagina monui, modo moneo, prout ſcilicet in re ægrotantium eſſe putabam, eas parari iuſsi.

SYL. *Infuſum tertium hieræ phlegmagogum, in aquæ decoctionis thymi libras duas.*

ANT. INfuſio alia hieræ ſolutione educens humorem craſſum phlegmaticum. Fũde ſuper ipſam decoctionis alhaſcæ * lib. ii. et fiat ſicut diximus.

*lib. i.

Infuſio alia hieræ ſimiliter non eſt in uſu.

NOtandum utiliter pro his, qui uellẽt magiſtraliter uti prædictis decoctionibus, ſeu infuſionibus ſolutiuis & lenitiuis, licet rariſsime ſint in uſu, oportet, ut habeatur debita notitia doſis cuiuslibet eorum, quæ euacuãt reſolutiue, & compreſsiue, quæ ingrediuntur earum compoſitionem & ſunt illæ, quarum cõplexiones & doſes principaliter deſcribentur hic inferius. Primo capillus uener. eſt ſatis temperatæ complexionis, attinet tamen alicui caliditati & ſiccitati uerſus primum gradum, ſed dum eſt recẽs in ipſo eſt aliqualis humiditas: leuiſsime ſoluit choleram & phlegma, & humores craſſos. Et doſis eius in decoctione eius cum aqua eſt circiter lib. i. ut dictum eſt de mane. Fumusterrę eſt frigidę cõplexionis in primo cum aliquali caliditate in ſuperficie foliorum eius, & eſt ſiccæ complexionis uerſus ſecundum ſolutione facili educit choleram & humores aduſtos. Et doſis eius in ſucco eſt uſque ad vnc. iiii. In decoctione uero ab ℥. iii. uſq; ad. v. Lupuli ſunt de ſpecie uolubilis, & ſunt frigidi uerſus primum & ſicci. uirtutẽ habent leniſsimam ſolutiuam choleræ citrinæ. Et doſis in infuſione eſt circa lib. una. Violæ ſunt frigidæ, & humi. in primo dum ſunt recentes: exiccatæ uero ſunt minoris frigiditatis & humiditatis. leuiter leniendo euacuant cholerã, & earum doſis in decoctione eſt ab. ℥. v. uſque ad. x. Pruna matura ſunt frigidæ complexionis uerſus primum: tamẽ propter eorum dulcedinem attinent alicui caliditati, & ſunt humidæ complexionis in ſecundo. leuiter comprimendo educunt choleram. Et doſis in decoctione eſt circiter li. unã. Caſiafiſtula eſt calidæ complexionis uerſus primum, & humidæ in ipſo. leniendo educit choleram & phlegma: quę multum habetur in uſu etiam per ſe ſolam, & doſis eius eſt uſque ad vnc. ii. colatæ uero cum aliqua decoctione & diligenter expreſſa. Tamarindi ſunt frigidæ complexionis, & ſiccæ uerſus ſecundum. leuiter comprimẽdo choleram educunt: & eorum doſis eſt ab vnc. ii. uſq; ad. v. & quando in infuſione aſſumerentur. Manna & ſiracoſt ſunt ſpecies mannæ calidæ & humi. complexionis uerſus primum. leuiter leniendo educunt choleram: & doſis cuiuslibet earum eſt uſque ad vnc. iii. colata cum decoctione conuenienti, uel aqua & expreſſa, ut dictum eſt de caſsia, & hodiernis temporibus ẽ plus in uſu, quàm caſsia propter eius delectationem. Siracoſt autem non portatur ad partes noſtras, ſed ſolummodo manna eſt in copia magna. Aqua lactis, ſcilicet caprini eſt illa, quæ communiter habetur in uſu: & eſt frigidæ & humidæ complexionis uerſus primum: eſt tamẽ cum nitroſitate quadam qua mediãte leuiter ſoluit choleram citrinam & humores aduſtos. Et doſis eius tẽpore ueris, uel æſtatis eſt cyathus eius. Rhabarbarum eſt calidæ & ſiccæ cõplexionis in ſecundo. ſoluit principaliter choleram & ſubſequenter phlegma. Et doſis eius in puluere a. ʒ. i. uſq; ad unam. s. In infuſione uero a. ʒ. ii. uſque ad. ʒ. iii. & non prætermittatur quin ſecum ponatur quid modicum ſpicæ, aut ſchœnãthi, quia eſt eius correctiuum, & eius uelocitat operationem. Et nota, quod drac. i. rhabarbari aſſumpta de mane cum vnc. ii. aquæ graminis, uel abſinthii, & cum grano ſpicæ mirifice interficit uermes, poteſt etiam in minori doſi pueris exhiberi, & confert fluxibus uentris, ut ſuperius dictum eſt. Eupatorium eſt calidæ complexionis in primo & ſiccæ in ſecundo, leuiter ſoluit choleram & phlegma. Et doſis eius eſt in puluere ab ℥. ii. uſque ad. iii. In decoctione uero uſq; ad. ℥. vi. Epithymum eſt calidæ, & ſiccæ cõplexionis in ſecundo, leuiter ſoluit melancholiam. Et doſis eius eſt a. ʒ. iii. uſq; ad. ʒ. vi. In decoctione uero a drach. v. uſque ad. x. & non patitur longam decoctionem. Myrobalanorũ autem ſpecies, & aloes, complexiones & uirtutes, doſes & operationes, dictæ ſunt ſuperius. Doſis autem hieræ Gal. in infuſione in aqua fœniculi, uel abſinthii rariſsime eſt in uſu a drach. una uſque ad. iii. In puluere autem aſſumpta doſis eius eſt a drach. una uſque ad drach. unam. s. uacuo ſtomacho de mane, uel de ſero ab beneplacitum. Vltimo nota, quod prædictæ infuſiones & decoctiones debent fieri in aqua ſimplici, uel uino, uel aquis deſtillatis conuenientibus diſpoſitioni curandæ: demum colari & exprimi, uel nõ exprimi ſecũdum exigentiam, ut uirtus illarum rerum fortius, & remiſsius in tali decoctione, uel aqua remaneat. quantum autem de aqua pro decoctione fienda eſt aſſumendum, & quanto tempore res in infuſione, uel decoctione permaneant, & quantum de tali decoctione eſt aſſumendũ in peritia medici relinquo, licet etiam particulatim ſuperius ſint declarata. Vltra prædictas decoctiones & infuſiones poſitas ab autore ſunt aliæ deſcriptiones decoctionũ, quæ communiter habentur in uſu multo plus quàm aliqua prædictarum, & principaliter eſt decoctio communis ſic abſolute prolata, cum qua generaliter omnes medicinæ ſolutiuæ, lenitiuæ & compreſsiuæ ubique per totam Italiam diſtemperantur & ſiunt, cuius hæc eſt deſcriptio. Rec. aniſi, fœniculi, paſſularũ, liquiritiæ, iuiubarum ſine nucleis, capil. uen. prunorum, hordei mundi, ſebeſten, quando reperiuntur, ana partes æquales. In quibuſdam partibus aromatarii docti cum Medicus dicit, præpara hanc medicinam cũ decoctione ſubito eligunt prædictam decoctionẽ. Et quia alicui caliditati plus attinet, quam frigiditati, ut ſic eſſet plus conueniens in ægritudinibus frigidis, & tempore frigido, quàm in ægritudinibus calidis, & in tempore calido, ſimplicia ingredientia ſunt ſuperius declarata. Eſt & alia decoctio communis frigida, quæ ſecurius exhibetur in paſſionibus calidis, & in tempore calido, quàm ſupradicta, cũ qua etiam diſtemperantur medicinæ ſicut & cum ſupradicta. Cuius hæc eſt deſcriptio. Reci. paſſularum, liqui. iuiubarum, uiolarum mundatarum, hordei, prunorum ſine nucleis, ſeminum communium frigidorum mundatorum, ana partes æqua. aquę ſimplicis quantum ſufficit. Hæc decoctio acute febrientibus & aliis paſsionibus calidis in tempore multum calido eſt in uſu ad diſtemperandum medicinas, quæ in illis temporibus dantur. Et aromatarii intelligunt hanç deſcriptionem, id eſt decoctionem cum medicus dicit diſtemperetur cum decoctione communi recẽti: & iſtæ duæ deſcriptiones ſunt ualde famoſæ, & ab omnibus generaliter uſitatæ. Notandum maxime pro prędictis, quòd etiã medicinæ aliquæ ſolutiuæ quandoque diſtemperantur cum una iſtarum decoctionum, ad illam addendo quædam ſimplicia ſecundum exigentiam ægritudinis curandę, & diuerſitatis membri in quo eſt ægritudo, uerbi gratia, ſi fuerit ægritudo calida, uel frigida ſolum in capite, addimus tunc prædictæ decoctioni aliquid ſtœchados, quod eſt temperatæ complexionis, uel aliquid de ſampſuco qui eſt calidæ & ſiccæ complexionis uerſus tertium, uel de nuce muſcata, quæ plus attinet caliditati, quàm ſtœchas. Simili modo addimus in paſsionibus pectoris prædictæ decoctioni cõmuni, quandoque de hyſſopo, uel de dactylis, uel tragacantho, ponimus aliquantulum plus de capillo uene. & de hordeo mundo, & ſimilibus. In paſsionibus ſtomachi, addimus quãdoque, uel de cinnamomo, uel de abſinthio, uel de mentha, uel pauca grana maſticis. In paſsionibus autẽ hepatis, &c. quandoque addimus de eupatorio, de endiuia, uel de ſeminibus eius. & in paſsionibus ſplenis addimus de tamariſco, uel ſcolopendria. & in paſsionibus renum & ueſicæ quandoque addimus aliquid de. v. radicibus uel de ſeminibus cõmunibus frigidis, & ſimilibus, & ſic diſcurrendo in aliis mẽbris eſt procedendum in ægritudinibus ipſorum medicinã diſtemperando cum rebus, quæ proprietatem, & particularem aſpectum habent ad talia membra, ſemper tamẽ de prędictis illas eligendo, quæ cum minori diſplicentia aſſumuntur. Diſtemperantur inſuper medicinæ ſolutiuæ, quandoq;, & maxime lenitiuæ ſolummodo cum aqua hordei cum quærimus ſolum liquefactionem ipſius & ſubtiliationem cum abſterſione, & ipſius penetrationem. Diſtemperantur inſuper medicinæ ſolutiuæ ac etiam lenitiuæ, & etiam electaria quædam, quæ lambendo aſſumuntur, dato quòd nõ ſunt ſolutiua cum quibuſdam aquis diſtillatis, cum quærimus quandoque accelerationem exhibitionis, & tempus moram non patitur in tardando donec decoctio fiat pluribus de cauſis. Sunt aquæ diſtillatæ, quæ communiter ſunt in uſu ad diſtemperãdum medicinas ſolutiuas, & alias ad lymphãdum ſyrupum, & etiam quandoque per ſe ipſæ aſſumuntur, & ſunt iſtæ, aqua fœniculi, aqua maioranæ, aqua vuæ, aqua ſaluiæ, aqua uitis, quæ omnes principaliter conueniunt in paſsionibus frigidis capitis & neruorum non ſolum ratione complexionis earum, ſed etiam ratione proprietatis ad particulares aſpectus, ad neruos & ad caput. Aqua autem uini ad alembicum diſtillata ſumme confert paſsionibus frigidis, & humidis capitis bene fricata iuxta commiſſuram coronalem, eſt enim multæ calefactionis & exiccationis, ſubtiliationis & reſolutionis materierum catarrhalium frigidarum principaliter in capite contentarum. Eſt igitur remiſsiua cuiuſcunque malæ complexionis frigidæ in quocunque membro ſi uacuo ſtomacho in mane uſque ad tres drachm. aſſumatur. Vltra iſtas ſunt aqua abſinthii, & aqua menthæ, quæ principaliter conueniunt complexionibus frigidis ſtomachi, & ſimiliter aqua fœniculi. Aqua autem .v. radicum, & aqua eupatorii ac etiam aqua abſinthii, aqua lupulorum, aqua ſeminum communiũ, aqua endiuiæ, aqua graminis, aqua fumiterrę, prius conueniunt paſsionibus hepatis, & ſimiliter etiam aqua florum chamæmillæ, quæ calida eſt, nodoſitatibus, & duritiæ hepatis ſtomachi & aliorum membrorum eſt ualde conueniens. Aqua autem capilli uen. aqua hyſſopi, aqua praſsii, aqua ſcabioſæ, & aqua ungulæ caballinæ ideſt pharfarellæ, & aqua berbenæ plus conueniunt paſsionibus pectoris, & pulmonis. Aqua autem myrti licet principaliter habeat uirtutem conſtrictiuã ſanguinis fluentis a pectore, habet etiam uirtutem aliqualiter aperitiuam, eſt etiam conueniens ſuperfluo fluxui uentris & urinæ. Aqua autem boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, & roſarum plus conueniunt paſsionibus cordis, aqua ſcolopendriæ, & tamariſci conueniunt paſsionibus ſplenis, aqua autem ſaxifragiæ, apii, parietariæ, & aqua ſeminum communium & myrti, & caudæ equinæ, & plantaginis, id eſt petrũculæ, & aqua portulacæ & uiolarum, & matrum uiolarum, & maluarum plus conueniunt in paſsionibus renum & ueſicæ. Omnes autem prædictæ, quæ ſunt narratæ, quædam ſunt calidæ, quædam ſunt frigidæ, quædam humidæ, & quædam ſiccæ, ut in tabula ſimplicium apparebit: ſunt illæ, quæ generaliter habentur in uſu ubique locorum, & maxime in lymphando ſyrupos, uel in aſſumendo electaria, uel per ſeipſas quandoque cum zuccharo quandoque ſine aſſumuntur. Fiunt etiam & conſtruuntur plures aliæ decoctiones, quæ in diuerſis diſpoſitionibus à diuerſis medicis practicãtibus habentur in uſu, inter quas ſunt duæ principales, & magis communes. Et prima eſt decoctio facta cum aqua ſimplici ex quinque radicibus communibus remota ipſarũ medulla addendo cum eis cicera rubea. decoquantur iſta adinuicem, donec quarta pars ſit conſumpta. iſta decoctio ſic aſſumpta cum zuccharo roſ. uel melle, uel etiam abſque quocunque iſtorum eſt maximi iuuamenti aperiendo omnes oppilationes hepatis, ſplenis, renum, ueſicæ, & in ſubtiliando omnem materiam craſſam phlegmaticam & melancholicam, & in reſoluendo uentoſitates contentas in quibuſcunque partibus noſtri corporis & maxime in inteſtinis. Habet etiam quamplura alia iuuamenta, quæ tu ipſe conſidera ex uirtute cicerum, & illarum radicum, quæ decoctio ſicut & aliæ non poteſt conſeruari ultra tres dies. Secunda decoctio. Recipe paſſularum, liquiritię, aniſi, fœni. capillo. uen. ana partes æquales, cinnamomi, maſticis, ana drach. i. omnia decoquantur in aqua ſimplici, uſque ad quartæ partis conſumptionem, coletur, & aſſumatur, ut ſupradicta, quæ eſt lenitiua aſperitatum pectoris, & aliqualiter aperitiua oppilationum hepatis. Eſt etiam confortatiua uirtutis digeſtiuæ ſtomachi, ſolutiua uentoſitatum contentarum in eo & in inteſtinis, & abſterſiua materierum uiſcoſarum contentarum in eis. Et ipſa communiter utebatur tempore ueris Thomas de garbo ad digerendum materias phlegmaticas, & maxime contentas in prædictis locis de ipſa dando unc. iiii. cum unc. i. ſyrupi roſati, uel mellis roſati colati, &c. Aqua hordei ſumme commendatur ab autoribus. maxime à Galen. ſecundo regiminis acutorum. Et ab Auicen. prima fen quarti. Et eſt ſublimis, excellens contra materiam cholericam, ſubtilem, calidam, aperitiua oppilationum, prouocatiua ſudoris & urinæ, lenitiua uentris & fœcum ſiccarum, prouocatiua ſomni, & extinctiua ſitis. Et, quæ eſt non colata nutrit, & eſt conueniens acute febrientibus cholericis & omnibus paſsionibus calidis: mire etiam conuenit paſsionibus & pectoris & pulmonis. Et cum quærimus ſudorem prouocare, prædicta aqua ſumatur calida, quando uero quærimus ſitim extinguere, ſumatur frigida. Mel autem diſtillatum eſt mirabile ad faciendum naſci capillos flauos, & longos ubicunque fricetur in quacunque parte noſtri corporis, & maxime ſuper caput. Mulieres ex parte faciunt fricari cutem capitis iuxta radicem pilorum cum prædicto melle diſtillato, & poſtea contrahunt moram ad ſolem capite diſcooperto, & in breui tẽpore capilli multiplicantur, & flaui ſiunt. Et hic nota, quòd ablutio faciei facta cum aqua diſtillata fraſsinellæ ipſam reddit pulcherrimam, & relucentem, & claram, remouendo lentigines, & maxime ſi talis lotio fiat cum ea, & farina fabarum. Terebinthina autem diſtillata uirtutem habet conſimilem oleo balſami, eſt tamen maioris calefactionis, & ſubtiliationis, & ideo eſt ſumme conueniens ægritudinibus frigidis neruorum, & quibuſcunque aliis ægritudinibus frigidis, & uentoſis. Et ſuper omnia ualet lenitio facta cum ea ad ſubtiliandum, & decorandum ueſtigia & cicatrices.

Margin notes: Capillus veneris. Fumusterræ. Lupuli. Violæ. Pruna. Caſsiafiſtula. Tamarindi. Manna. Aqua lactis. Rhabarba. Mirabolanorũ citrinorum. Eupatorium. Mirobolani. Prima decoctio communis. Alia decoctio. Documẽtum pulchrum. De aqua uini. De aqua myrti. Prima decoctio. Secũda decoctio. De aqua hordei. De melle diſtillato. Aqua fraſſinellę. Terebinthina diſtillata.

DISTINCTIO OCTAVA

De Trochiſcis.

SYL. *IN hac ſectione ſeptima de trochiſcis, eos præcipue deſcribemus, qui tum à maioribus noſtris, tũ à nobis ſunt inuenti: quoſque experti ſumus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Τροχίσκος κυκλίσκος ἀρτίσκος, Græcis omnibus, & alioquoq; diminutiuo τροχίσκιον, κυκλίσκιον, Democrati dicitã medicamentum quoduis in formam rotulæ, orbiculi, paſtilli, qualis eſt ſeminis lupino, coactum. Eius generis ſunt antidoti

tidoti cephalicæ, oticæ, ophthalmicæ, arteriacæ, & hypoglottides multæ. Trita simplicia humore conuenienti subiguntur, & in pastillos digeruntur, utendi tempore ex uino, aqua, alio quouis liquore congruenti soluti, ebibuntur: uel admouentur, uel aliis miscentur. Trochisci enim quidam magnis compositionibus miscētur, ut theriaci, hedychroi, scillini theriacæ in ea dicti, alipta moschata, gallia moschata, diarhodon, & alii permulti aliis, de quibus hic agēdum, uti & de his, qui interdum per se usurpātur, interdum aliis miscētur, quidam sumuntur, alii illinuntur, alii iniiciūtur. Trochiscorum sequentium usus est rarus, præter quàm in magnis compositionibus, ut theriacæ: qui autem seorsum usurpantur, pulueràti, ut quando compositionibus miscentur, ex uino, uel iure, uel aquis destillatis, quidam sumūtur: alii in cote medica liquore idoneo sumuntur: alii aliter in usum uenium, pro uariis ipsorum uiribus, uaria partis & ulceris forma & situ. Fiunt autem trochisci, id est, rotulæ, uel cyclisci, id est, circuli, uel artisci, id est, pastilli, seu parui panes, consistentia dura, forma lupuli, aut paulò altior e: pōderis ferè drach. i. quo facilius ad diuturnam conseruationem siccentur.

ANT. Octaua distinctio est de trochiscis, & erit sermo noster aggregans diuersitates descriptionum nostrarum secundum inuentiones prudentium ex his, quæ experti sumus, & ex his, quæ nos inuenimus.

Octaua distinctio de trochiscis in qua ponuntur multæ descriptiones trochiscorum, licet paucæ ex eis sint in usu: ponuntur enim ipsorum utilitates, & iuuamenta, & licet in eis aliqui præparati reperiantur, non tamen istæ per se solum communiter sunt in usu, nisi inquantum ingrediuntur compositionem magnorum antidotorum seu electario rum, ut theriacæ, & similium. Est enim trochiscus rotunda compositio cum quadam depressione ad similitudinē crassi lupini: fit etiam quandoque trochiscus cum quadam longitudine, & rotunditate ad similitudinem pedonæ scacorū, & utroque modo per plura tempora melius conseruantur: demum cum quæritur usus ipsorum absq; admixtione alterius electarii puluerizantur, & sic in puluere assumuntur cum uino, iure pulli, cum aquis destillatis, uel cum aliis liquoribus conuenientibus: expedit etiam quod in puluerē reducantur quando aliis electariis admisceretur, & quia communiter omnes trochisci cum de nouo conficiuntur etiam sub quacunque forma reducuntur fiunt ad pondus drach. vniius. sic cuilibet de per se dosis est usque ad unam. Et trochiscus differt a magdaleone: quia magdaleon est ēt in forma rotunda, crassa, longa pondere cōmuniter cuiuslibet ultra. vnc. ii. & ex eis fiunt pilulæ quarum uirtutes melius in dictis magdaleonibus conseruantur.

Trochiscus. Magdaleon.

MANARDVS de Trochiscis.

Trochisci uel cyclisci græcè, latinè pastilli, à figura apud græcos nomen habuere: quorum aliqui bibuntur, alii iniiciuntur, nonnulli inunguntur.

SYL. *Troch. galliæ moscatæ cerebrum, corq; roborat, oris atque adeo corporis totius odorem commendat, compositionibus alijs miscetur. Recipit xyloaloes crudæ, bonæ, ele ctæ, partes quinque: ambræ, partes duas: moschi boni, partem vnam: glutinis, tragacanthi & aquæ rosatæ quantum sufficit ad ea comprehendenda. Fiant trochisci figura folij myrtei, sigillentur vase vitreo, dissoluunt oleo balanino pauco, ac eo cætera comprehendunt.*

*In aqua rosarū soluti.

SYLVII ANNOTATIO.

Potest huius drach. una multis consequenter matutinis ex uino, uel iure, uel aqua destillata idonea sumi, ad roborā dum uentriculum, hepar, & partes alias nutritorias longo morbo fractas. Possunt ijdem in electaria solida cum sacchar o, uel liquida cum melle recipi, ut hōrum vnc. duæ, si delicatius: uel tres, si efficacius uis medicamentum, sacchari, uel mellis libram unam habeant. Electarii autem huiusmodi sumitur vnc. dimid. ut prius. Afferri ex Oriente, sed malè paratam dicit Manardus.

Confectio galliæ muscatæ, quæ cerebrum, & cor confortat: & ingreditur in permixtionibus medicinarum, & facit corporis, & oris odorem bonum. Cuius permixtio. Reci. xyloaloes crudi boni & electi partes. v. † ambræ partes. iii. musci boni partem unam, glutinis, tragacanthi: & aquæ rosatæ quantū sufficit ad commiscendum ea. Fiant trochisci similes † foliis myrti, & sigillentur, & reponantur in uase uitri, & administrentur. Et apud alios dissoluatur ambra in uase uitreo: cum oleo de ben pauco, & conficiantur cætera cum eo.

Confectio, id compositio trochisci galliæ muscatæ: hæc est quædam compositio, quæ secundum hanc descriptionē ad formam trochisci communiter fit: multū habetur in usu & sic præparata reperitur: est enim superius, & ab autoribus aliis medicinæ multum nominata: ingreditur enim cōpositionem plurium electariorum & confectionem: & eius iuuamenta sunt, si enim per se assumatur principaliter confert confortando stomachum, & hepar & alia nutritiua relaxata & debilia ex ægritudine longa. Et dosis eius ē, drac. una assumpta de mane uacuo stomacho cum uino lympha. to, uel cum aqua aliqua distillata distillatione, & modo cōuenienti, & horum usus potest pluribus diebus cōtinuari. Componuntur etiam quandoque hi trochisci & subsequentes, qui habentur in usu cum zuccharo, uel cum melle in forma electariorum assumendo de eis proportionabiliter sicut assumitur de aliis puluerib us, ex quibus electaria seu confectiones componuntur, uel conficiuntur, & fiunt ita, ut ad libram mellis, uel zucchari ponantur. ʒ. ii. usq; ad. iii. trochiscorum reductorum in puluerem, & tunc dosis talis electarii esset usque ad drach. iiii. illis horis & temporibus, modis, & cōditionibus dictis, & declaratis superius in aliis electariis non solutiuis.

Additio.

Hæc confectio apud aromatarios est multum in usu & maxime secundum istam descript. & dixerunt sapientes q̄ ista descript. debet poni in cōfectionibus ac electariis, quæ sunt ipsius Mes. Nicolaus in proprio antidotario habet aliā descriptio. confectionis galliæ muscatæ, quæ etiam est in usu, & debet poni in magnis confectionibus ipsius Nicolai. Summa medici. est res. v.

MANARDVS de confectione Galliæ Muscatæ.

Defertur ex Oriente, sed non bene præparata. AMBRAE canni) Est epitheton ambræ, quæ à recentioribus Græcis ambar dicitur. Ex nostris fuere qui succinum orientale uocarint. FOLII Myrrhæ.) Lege Myrti. Oleo de Been.) Ex unguentaria uidelicet glande facto.

SYL. *Troch. galliæ Sebellinæ ventriculum, cor, hepar, imbecilla roborant: in alias compositiones immittuntur. Recipiunt foliorum rosarum recentium, humidarum, se aperire incipientium vnc. vnam, & dimidiam, tere curiosissime in mortario lapideo: tunc ipsis aloes bonæ, caryophyllorum, gummi, spicæ Indæ, ana drachmam vnā, & dimidiam: santali citrini, drachmas duas, ramich, drac. iij. omnia minutissime trita commisce, & contere diem vnum cum rosis, aliquoties affundendo aquam rosatam infusionis gummi Arabici. Postremo aromatiza moschi drac. i, partibus duabus, ambræ & caphuræ, ana aureo dimidio. Forma trochiscos, & sigilla.*

SYLVII ANNOTATIO.

Recipitur in aromaticum nardinum. Sunt tamē qui eius loco troch. galliæ moscatæ miscent.

ANT. Confectio galliæ sebellinæ stomachum, & cor confortat & hepar, debilia, & ingreditur in medicinis magnis. Reci. foliorum rosarum recentiū, & humidarum, quæ iam incipiunt referare nodos. vnc. vnam &. s. Terantur cōtritione ultima in mortario lapideo. Deinde proiiciantur super illas aloes boni & electi, electi, & caryophyllorum, & gummi, spicæ indæ, an. ʒ. i. &. s. sandali citrini. ʒ. ii. † ramich. ʒ. iii. terantur sicut alcohol: terantur cum rosis: & humectentur cum modico aquæ rosatæ infusionis gummi arabici, & iterum terantur. Deinde iterum humectentur, & terantur: & hoc fiat per diem unum. Vltimo uero aromatizetur cū musci. ʒ. unius partibus. ii. ambræ, & camphoræ, ana aur. s. & fiant trochisci sicut diximus, & sigillentur.

Additio.

Confectio galliæ sebellinæ non est in usu tamen ingreditur in confectione aromatici nardini, sed loco eius sunt qui ponunt galliam muschatam. Summa medicinarum est res. xii.

MANARDVS, de confect. galliæ sebellinæ.

Et hæc non minoris est usus, quā præcedens. Ramich.) Descriptionem habes infra.

SYL. *Troch. galliæ aromaticæ, ueteribus celebratißimus ad cerebrum, cor, uentriculum, hepar, cæteras q; partes nutritorias roborandas, neruos q; imbecillos illi tu firmat, celebribus deniq; compositionibus miscetur. Rec. autem embli carum exossatarum, unc. iiii. quæ parum tritæ triduo in uase uitreo probe operculato macerentur lib. s. aquæ rosatæ, cui prius rosæ siccæ, & cortices citrorum sint immersi, infusiq;, deinde aquæ rosa. prædictæ infusionis unc. iiii. præterea immitte, & postridie tantundem, donec emblicarum uirtus aquis sit impressa. Tunc accipe ligni aloes. ʒ. viii. ramich unc. i. & s. rosarum, caryophyllo. ana. ʒ. x. spicæ indæ ʒ. iii. santali flaui aromatici. ʒ. iiii. gummi arabici. ʒ. vi. tere tenuissime, & cum prædicta infusione emblicarum paulatim adiecta misce, & finge trochiscos, sigilla, aromatiza caphuræ, & moschi, ana. ʒ. una: ambræ drac. duabus, serua uitreo uase.*

ANT. Confectio alia galliæ alefanginæ, & est eius interpretatio aromatizatæ, & est illa de qua antiqui confiderant: & de qua plurimi loquuntur, & cerebrum, & cor, stomachum, & hepar confortat, & omnia membra nutritionis. Et linitur super neruos debiles, & confortat eos, & ingreditur in medicinis magnis & hoc est, quod intelleximus. Accipe emblicorum bonorum abiectis ossibus. ʒ. iiii. conterantur contritione crassa, & ponantur in uase uitreo, & fundantur super eos aquæ rosatæ bonæ, & electæ infusionis rosarum sic carum, & corticum citrorum lib. s. & stringatur os uasis, & dimittatur per dies. iii. Deinde fundatur in eis aquæ prædictæ infusionis. ʒ. iiii. & in crastinum fiat simi liter usquequo emblicorum uirtus in aqua impressa sit. Tunc uero accipe ligni aloes boni. ʒ. viii. ramich, unc. i. & s. rosarum. ʒ. x. caryophyllorum. ʒ. x. spicæ indæ. ʒ. iii. † sandali citrini aromatizati. ʒ. iiii. gummi arabi. ʒ. vi. terantur omnia sicut alcohol, sicut dixi & fundatur super ea parum succi infusionis prædictæ embli corum, & conterantur cum eo usquedum totum in eo paulatim fundatur. Vltimo uero aromatizetur cum. ʒ. i. camphoræ, & ambræ. ʒ. ii. musci boni. ʒ. ß. i. fiant trochisci, & sigillentur sicut diximus, & ponantur in uase uitreo & administrentur.

*ris.

Additio.

Confectio galliæ alefanginæ: cuius interpretatio est de aromatibus, est in usu, & intrat sæpe alias compositiones. Summa medi. est res. xii.

MANARDVS de confect. galliæ alefanginæ.

Et hæc eosdem usus haberet, si bene pararetur. Sandali citrini aromatizati.) Lege aromatici.

SYL. *Troch. diarhodon efficacißimi ad febres pituitosas, antiquatas, aliis implexas, formam corrumpentes, uentriculi dolorem leniendum, & humores ipsi adhærentes detergendos, recipiunt foliorum rosarum rubrarum aureos sex spicæ aromaticæ, ligni aloes, ana aureos duos: glycyrrhizæ aureos tres, spodii aureum unum: croci aureum dimidium, mastiches drach. duas. cum uino albo fac trochiscos drach. unius pondere.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hos trochiscos Mesues suis compositionib. magnis miscet. Nicolaus autem suos diarhodon his diuersos suis.

ANT. Confectio trochiscorum diarhodon quorum iuuamentum est magnum ad febres antiquas, & febres permixtionum, & febres phlegmaticas, & febres in quibus corrumpitur forma. Et confert ad dolorem stomachi, & abstergit humiditatem eius. Accipe foliorum rosa. rubc. aur. vi. spicæ aroma. aur. ii. liquiri. aur. iii. ligni aloes, aur. ii. spodii, aur. unum, croci, aur. s. masticis. ʒ. ii. confice cum uino albo & fiant trochisci drach. unius.

Additio.

Trochisci diarhodon secundum Matthæum siluaticum sunt trochisci de rosis. Secundum tamen Mes. aliud sunt trochisci diarhodon, & aliud trochisci de rosis, & est hæc confectio trochisco. diarhodon, quæ intrat in confectionibus domini Mes. Nico. in proprio antido. habet unam aliā descrip. quæ intrat in suis confectionibus. Auic. in v. cano. habet trochiscos de rosis nominatos diarhodon, sed non sunt in usu. Summa medi. est res. viii.

MANARDVS de confect. troch. diarhodon.

Nomen hi habent à rosis, & sub eo in multis compositionibus apponuntur, bibunturq; in morbis ad diuturnitatem uergentibus.

SYL. *Troch. de rosis, uentriculum & hepar firmant, humores que ab illo detergent: ob id phlegmaticæ febri conducunt. Recipiūt foliorum rosarum. ʒ. x. glycyrrhizæ. ʒ. v. spicæ aromaticæ. ʒ. ii. & s. uino albo excipe: si purgatorios uis, ad de scammonii. ʒ. iii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Dantur ad uentriculi & hepatis, & aliarum partium nutritoriarum imbecillitatem ex morbo longo, & intemperie frigida, humida, febres antiquas, hydropis initiū. Quānuis autem diarhodon significet de rosis, tamē hoc loco differunt, ut apud Galenum, & alios leucacantha, & acantha leuce: calcāthum, & chalchu anthos: aphronitrō, & aphros nitru. & alia pleraque, ob aliquam differentiam nunc coniuncta, nunc diuisa.

ANT. Confectio trochiscorum de rosis, stomachum & hepar confortat, & confert febri phlegmaticæ, stomachum præparat, & humorositatem ipsius abstergit. Rec. foliorum rosa. ʒ. x. liquiri. ʒ. v. spicæ aroma. ʒ. ii. &. s. confice cum uino albo. Quod si facere laxatiuum uolueris, † adde scammoneæ. ʒ. iii.

Confectio, uel compositio trochiscorum de rosis stomachum, & hepar confortat, tres descriptiones trochiscorum de rosis hic immediate ponuntur: & ab Auicen. in. v. cano. solum duæ, scilicet trochiscorum maiorum, & minorum de rosis: descriptio tamen trochiscorum maiorum de rosis posita ab Auicen. est illa, quæ habetur in usu. & de his tribus, quæ ponuntur in litera solum ultima habetur in usu, & quæ ingreditur compositiones magnorum antidotorum, & ideo prima descriptio, quæ sic incipit, confectio trochiscorum de rosis & eupatorio non sunt in usu, nec præparatæ reperiuntur. Sed tertia descriptio habetur in usu, quorum descriptio sic incipit. Confectio, id est compositio trochiscorum de rosis: sicut confirmatū est in libris physicorū &c. Et habent utilitates & iuuamenta ad dolorem stomachi, & malitiam complexionis, & ad febres antiquas, & ad principium hydropisis, nam sunt principaliter confortatiui stomachi, & hepatis, & aliorum membrorum nutritiuorum

relaxatorum ex longitudine ægritudinis, & dosis cum circunstantiis requisitis est sicut trochiscorum diarhodon dictorum superius. Et simplicia, & modus compositionis apparet in litera. Additio.

Isti trochisci sunt illi qui in usu habentur, idem inferius habet unam aliam descrip. sed ista est nobilior. Aui. in. v. cano. similiter Serapio habent plures descript. trochiscorum de rosis, Rasi. similiter. ix. ad Alman. cap. de his quæ confortant stomachum habet unam descrip. trochiscorum de rosis similiter in. x. cap. de feb. quotidianis quæ non sunt in usu. Summa medi. est res. iiii.

MANARDVS de confect. troch. de rosis.

Ex duabus istis compositionibus secunda est efficacior. Si uis addere scammonium ubi legis li. iii. lege drachmas. Florum (quinanti.) In uoce schœnoanthos includitur flos, quare superflue florum.

SYL. *Troch. de rosis et eupatorio, obstructionem hepatis probe leuant, & inde nascentes icterum, febres antiquas, & aliis complexas, Recipiunt foliorum rosarum, dra. octo, spicæ rhabarbari, glycyrrhizæ, ana dra. iii. spodii, drac. unam, & dimidiam, succi eupatorii, drachmas decem, cum mãna fac trochiscos.*

ANT. CONfectio trochiscorũ de rosis et eupatorio expertorum iuuamentorum ad febres antiquas, et febres compositas et ad dolorem hepatis, et oppilationem ipsius et hicteritiam. Rec. foliorum rosarũ, dra. viii. spicæ dra. iii. rauedsceni drac. iii. spodii drac. i. et. s. liquiritiæ drac. iii. et. s. succi eupatorii dra. x. fiant trochisci cum tereniabin.

Additio.

Hæc descriptio trochiscorum de rosis, & de eupatorio apud aliquos habetur in usu. Summa med. est. vii. res.

MANARDVS in confectio. trochi. de rosis & eupatorio.

Hi ualidiores sunt omnibus his qui à rosis nomen acceperunt.

SYL. *Troch. de rosis, multorum scriptis celebrati, efficaces ad multos affectus, præsertim ad uentriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas hydropem incipientem, & illos maxime, quibus forma corrumpitur. Recipiunt rosarum drac. iiii. ligni aloes, drac. ii. masticches, dra. i. & s. absinthii romani, cinamomi, spicæ nardi, casiæ ligneæ, schœnu anthus, ana drac. i. cum uino antiquo & aqua decoctionis radicum fac trochiscos dra. ii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Radices sunt ureticæ quinq; intelligendæ, ruſci, asparagi, apii, petroselini, fœniculi.

ANT. CONfectio trochiscorum de rosis sicut confirmatum est in libris plurimorum iuuamentorum, quorum maius est ad dolorem stomachi, et mali tiam digestionis, et eos proprie quibus corrumpitur forma, et principium hydropisis, et febres antiquas. Cuius hæc est permixtio. Rec. rosarum. ʒ. iiii. ligni aloes. ʒ. ii. masticis. ʒ. i. et. s. absinthii romani, cinnamo. spicæ, casiæ lig. florum schœnanthi, ana. ʒ. i. Fac troch. ʒ. ii. cum uino anti. et aqua decoctionis radicum.

Additio.

Ista descriptio trochiscorum de rosis non est in usu, sed illa quæ superius fuit descripta. Per decoctionem radicum intellige quinq; radicum communium, ut bruſci, asparagi, apii, petroſe. & fœniculi. Summa medi. est. x. res.

SYL. *Troch. gallię magnæ, seu regalis, uentriculum cor, hepar cæterasque partes nutritorias roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat. Recipit succi dactylorum immaturorum, lib. i. quæ semel ferueſiat, cola, in ea coque ad mellis crassitiem, gallarum recentium curioſe tritarum, unc. iii. deinde rosarum rubrarum, unc. i. cardamomi, seminis fraxini, caryophyllorum, nucis moſcatæ, masticches, ligni aloes, ana drac. vii. & dimidiam, cinnamomi dra. iii. santali fl. ui dra. v. croci dra. dimid. gummi arabici drac. i. tere, cribra, misce prædictis, extende super marmor oleo amygda. unctum donec siccentur, terantur tunc tenuißime, moſchi aureo dimidio aromatizentur, cum aqua roſata fiant trochiſci parui, siccentur in umbra.*

SVcahal ertif, et est gallia magna, siue regalis stomachum, cor, et hepar, et omnia membra nutritiua confortat, appetitum excitat et digestionem procurat, cuius permixtio. Rec. † succi albelach lib. i. bulliat ebullitione una. Deinde coletur, et proiiciatur super ipsum gallarum recentium contritarum contritione ultima unc. iii. et bulliat donec fiat sicut mel. Deinde accipe foliorum rosarum unc. i. cardamomi, linguæ auis, caryophyllorũ, nucis muſcatæ, masticis, ligni aloes ana. ʒ. vii. et. s. darseni. ʒ. iii. sandali macaziri. ʒ. v. croci. ʒ. s. gummi arabici unc. i. Terantur, et cribellentur. Et misce cum prædictis, et expande super marmor inunctum oleo amygdalarum, donec siccetur. Deinde puluerizetur sicut alcohol et aromatizetur cum muſci au re. s. Deinde cum aqua roſata fiant trochiſci subtiles, et siccentur in umbra.

Additio.

Hæc descriptio galliæ regalis siue imperialis, non est in usu. Et sunt albelach dactyli immaturi ut dictum fuit supra in syrupo de albelach. Summa medi. est. xvi. res.

MANARDVS de sucahal ertif.

Hac uoce Suc utuntur Arabes ad significãdum galliam. Succi Albelac.) Sunt ex genere dactylorũ, & credo quòd sint immaturi. De lingua auis, & darseni, supra dictum est.

Troch. Ramich, uentriculum, cor, hepar imbecilla firmat & lubrica uiscera ac inteſtina, choleram morbum siſtit, acrimõniam obtundit, animum reddit tranquillum, omnem hæmorrhagiam cohibet, ob quam naribus sanguine fluenti bus flando impellitur, aliis medicamentis miſcetur. Recipit oxalidis unc. xvi. semel feruefiant cum rosarum unc. i. bacarum myrti unc. ii. cola, his misce gallarum recentium curioſe tritarum unc. iii. coque iterum. Deinde puluerizа super ipsa foliorum rosarum unc. i. santali flaui unc. i. & quartam, gummi arabici, unc. i. & dimid. carnium rhois, spodii, ana dra. viii. omphacii, dra. vii. succi baccarum myrti mul tum tritarum, unc. iiii. ligni aloes, caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, ana dra. iiii. misce omnia simul, & extende in scutella lapidea usquedum siccentur, poſt tere minutim, & cum caphuræ aureo uno, & aqua roſarum fac trochiſcos paruos, ſicca in umbra. Sunt qui loco succi oxalidis sumunt succum cydoniorum immaturorum: quidam quoque aromatizant moſchi dra. unius quarta parte.

SYLVII ANNOTATIO.

In multas compositiones recipitur, propter quas solas quibusdam paratur, illas compositiones usurpantibus. Ramic autem Serapioni gallia est, aut galliæ materia. Galliæ autem uidentur trochiſci quidam prædicti uocari à gallis fructibus, quas fere recipiunt, aut per se aut per trochiscos ramich, qui gallarũ ʒ. iii. recipiunt. Gallia autẽ moſchata cur sit appellata, non uideo, cum nec gallas, nec ramich accipiat: ramich autẽ nescio an ex rumice Latina uoce corruptum est, quem largiſsimum hæc compoſitio recipit.

CONfectio ramich, quæ est medicina composita, et recipitur in aliis medicinis, et confortat stomachum cor et hepar debilia, et ualet ad lubrici tatem uiſcerum et inteſtinorum, et sedat acuitatem, et siſtit fluxum cholericum et uomitum, et sedat animam et acquiritur ex eo in hoc iuuamentum magnum. Et confert ad fluxum sanguinis undecunq;. Et exufflatur ex eo in nares propter fluxũ sanguinis ex eis. Rec. succi herbæ acetoſæ. unc. xvj. bulliat ebullitione una cum ro sarum unc. j. granorum myrti unc. ij. et coletur, et miſce cum eo gallarum recentium et humidarum tritarũ ultima contritione unc. iij. et coquatur adhuc. Deinde puluerizetur super ea foliorum rosarum unc. j. sandali macaziri unc. i. et quarta, gummi arabici unc. j. et. s. cat nium sumach, spodij ana. ʒ. viij. succi acreſtæ drac. vij. succi granorum myrti tritorũ contritione ultima unc. iiij. ligni aloes, caryophyllorum, macis, nucis muſca. an. ʒ. iiij. inuoluantur omnia simul et expande in scutella lapidea usquedum siccentur. Deinde tere † sicut alcohol, et cum camphoræ aur. j. et aqua roſata fac trochiſcos subtiles et exicca in umbra. Et apud alios loco succi acetoſæ, pone succi citoniorum acetoſorum imma turorum tantundem. Et quidam sunt qui aromatizant cum muſci. ʒ. i. quarta.

Additio.

Hæc confectio ramich est multum in usu, quia sæpe intrat confectiones, tamen descriptiones ipsius sunt diuerſæ secundum medicorum diuerſitatem. nam descriptio ipsius reperitur apud Serapionem in suis simplicibus qui sic ait, ramich est gallia seu materia ex qua fit gallia, & dicit ꝙ accipitur ex multis ſpeciebus, & aliquando accipitur ex dactylis immaturis, aliquando accipitur ex gallis, & aliquando accipitur ex corticibus granatorum, & ex herbis aſperis, & omnes species eius sunt frigidæ & ſtipticæ, & inferius docet modum faciendi, ſed non est similis isti Meſuæ. Liber qui dicitur albucaſis tractatu ſecundo habet unam aliam descriptionem quæ fit ex paſſulis rubeis, & aliis, ſed nõ fit, quia nobilior omnium est hæc præsens domini Meſ. Summa medicinarum est. xvii. res.

MANARDVS de Confectio. Ramich.

Ramich ſolent uocare Arabes mixturam quãdam ex gallis & paſſulis. Valde adſtringit quocunque modo quis ea utatur. De ſpodio infra dicit. steyr alcohol.) Id est, ſubtiliſſime, ut oculares medicinæ teri ſolent.

SYL. *Trochiſci caphuræ, ad febres ardentes, bilis & sanguinis feruorem, uentriculi & hepatis intemperiem calidam, & ab his ſitim inexpletam, icterum quoque, ac phthiſim & hecticam conferunt, recipiuntque foliorum rosarum drachm. quatuor. ſpodii. glycyrrhizæ, ana drachmas duas, ſantalorum fl. uorum; drachm. ii. & dimidiam, crocis, ſemi num melonum, citrulli, cucumeris, cucurbitæ, tragacanthi, gummi, ſpicæ, ana drach. i. ligni aloes, cardamomi, amyli, caphuræ, aa. ʒ. i. partes. ii. ſacchari albi, et mannæ, an. ʒ. iii. comprehende muccagine ſeminis pſyllii, et aqua roſarũ.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vt præcedentes parantur, non quòd per ſe uſurpentur, ſed quòd in alias compoſitiones ueniant. Spicam tamen & crocum, xylaloen, cardamomum, & etiam ſaccharum, mannam febribus acutis noxia tolle, ſi contra ipſas his es uſurus. Trochiſci albi, ſeu collyrium album Raſis his affines ſublatis calidis, recipiunt ceruſæ lotæ. ʒ. x. amyli. ʒ. iiii. gummi Arabici, tragacanthi, ana. ʒ. ii. caphuræ drachmam dimidiam: Fiant trochiſci ſic, gummis aqua roſarum ſolutis addatur reliquorum pulus tenuiſsimus. Fiant trochiſci à me dico utendi in collyria ſicca, uel humida.

ANT. CONfectio trochiscorum de camphora ad febres multæ inflammationis et ſitim uehementem, et incenſionem choleræ rubeæ, et ebullitionẽ ſanguinis, et ſupercalefactionem ſtomachi et hepatis, et hicteritiam, et eonferunt hecticæ, et phthiſi. Quorum permixtio. Rec. foliorum roſarum. ʒ. iiii. ſpodii. ʒ. ii. ſandalorum citrinorum. ʒ. ii. s. croci. ʒ. i. liquiritiæ, ʒ. ii ſeminis citrulli, melonis, cucumeris, cucurbitæ, tragacãthi, gũmi, ſpicæ an. ʒ. i. ligni aloes, cardamomi, amyli, cãphoræ, an. ʒ. i. partes duas, zucc. tabarzet, et tereniabin. an. ʒ. iii. Cõficẽ cum mucilagine pſyllii et aqua roſ[illegible]

Confectio id est compoſitio trochiſcorum de camphora. Iſti trochiſci præparati reperiuntur, non quia per ſe ſoli habentur in uſu, ſed ingrediuntur compoſitionem quorundam electariorũ, & utilitates eius. & modus conſtructionis apparet in litera, & ſimplicia eorũ ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Hi trochiſci apud omnes habentur in uſu ſecundum præſentem deſcriptionem. Auicen. in quinto cano. habet quinque deſcriptiones ſed non utimur illis. etiam Raſis decimo ad Almanſo. capitulo de feb. hectica habet unam aliam deſcriptionem. ſimiliter Serapio in proprio antidotario habet unam aliam deſcriptionem quæ non eſt in uſu. Summa medicinarum eſt. xix. res.

MANARDVS in Trochiſcos de Camphora.

Res noua, quam gummi arborum dicunt, & putant ualde frigidam. Ego eam quæ ad nos defertur rem factitiã puto, & calidam. Simeon ampar uocat, dicitq; multis in locis emanare à quibuſdã ueluti fontibus, ſicut aſphaltum & ſulphur, eſſeq; aliud ſuluum, aliud ſubalbum, & tertium nigrũ, habereq; uires calefaciendi & incidendi.

SYL. *Trochiſcorum rhabarbari, ualent ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inueteratos eiuſdem, et hydropem, & icterum, & formæ corruptionem. Recipiunt rhabarbari boni, drach. x. ſucci eupatorii, amygdalarum amararum, aqua drac. iiii. roſarum, drac. iii. ſpicæ, aniſi, rubiæ, abſinthii, aſari, ſemini apii, ana drac. i. fac trochiſcos ponderis unius aurei.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quibuſdam sunt in uſu ad frigidos, & pituitoſos, ac etiã biliosos affectus hepatis, quibus corporis habitudo ſeu forma cachexia corrumpitur, ut in hydropicis & ictericis & cæteris cachecticis, ob hepatis deprauatam actionem. Dantur. ʒ. i. ex aqua aut uino, pro affectuum & aliorum indicantium natura. Ad comprehendenda autem omnia, ut trochiſci fiant, ſucco eupatorii largiore opus eſt, Troch. ex rheo Indico Actuarii sunt his affines: ponderibus tamen uariãt.

CONfectio trochiscorũ de rhabarbaro conferens ad dolorem hepatis et oppilationem ipsius, et ad apparata eius, et antiquas ægritudines in ipſo hydropiſim et corruptionem formæ et hicteritiam. Accipe raued boni. ʒ. x. ſucci eupatorii. ʒ. iiii. roſarum. ʒ. iii. ſpicæ, aniſi, rubeæ tinctorum, ſeminis apii, abſinthii, aſari, ana. ʒ. i. amygdalarum amararum, drachmas quatuor. Et fiant trochiſci aur. unius.

Confectio, id eſt compoſitio trochiſcorum de rhabarbaro. Iſti trochiſci à quibuſdam magiſtraliter habentur in uſu, & præparantur, & eorum uſus eſt conueniens ad dolorem hepatis frigidum à materia pungitiua, & ad oppilationem ipſius, ſunt enim aliqualiter ſolutiui materiei ſubtilis aquoſæ ac citrinæ, & ideo multum conueniunt hydropicis & his quibus habitudo corporis ſeu forma corrumpitur, & doſis eſt uſque ad drach. i. cum aqua, uel uino ſecundum exigentiam diſpoſitionis curandæ eum decoctionibus & cætera.

Additio.

Hi trochiſci apud nos multum habentur in uſu ſecundũ præſentem deſcriptionem. Auicen. in quinto cano. habet unam aliam deſcriptionem. quæ fere eadem eſt cum iſta. Raſis. ix. ad Almanſo. capitulo de dolore hepatis habet trochiſcos de raued. ſimiliter Serapio in proprio antidotario habet trochiſcos de raued, id eſt de rhabarbaro, qui nõ ſunt in uſu. Notabis unum, quòd Meſ. non ponit liquorem cum quo debent confici iſti trochiſci, ſed ſecundum quoſdam debent confici cum ſucco de eupatorio. Summa medicinarum eſt res. x.

MANARDVS in confectionem de rhabarbaro.

Horum potus in his, qui mali habitus ſunt, magnę utilitatis eſt: His uti aſſueuerunt medici in febribus ex decidẽtia acutis, & incipiente malo habitu.

Trochiſ. ſpodii efficaciſſimi in febres acutas uentriculi, & hepatis inflammationem, & ſitim uehementem,

Recipiunt ſpodij,dra.iiij.roſarum rubrarum,dra. vii.ſemi. portulacæ,ſucci glycyrrhizæ,ana dra.ij. cum muccagine ſeminis pſyllij fac trochiſcos dra.unius:utere cum ſucco mali granati.Sunt qui addunt ſeminum quatuor,gummi arabici,tragacanthi,croci,ana drac.i.& s.

ANT. Confectio trochiſcorum de ſpodio, qui ſunt ulti mi ad febres acutas, & inflammationem ſtomachi & hepatis,& ſitim uehementem. Reci. ſpodii ʒ.iiii.roſarum rubearum.ʒ.vii.ſeminis portulacæ, ſucci liquiritiæ,ana. ʒ.ii. Confice cum mucillagine pſyllii, & fac trochiſcos. ʒ. unius,& da cum ſucco mali granati.Et alii addiderunt.iiii ſeminum,gummi arabici, tragacanthi,croci.ana.ʒ.i.&.s.

Confectio.i. compoſitio trochiſcorum de ſpodio. duæ deſcrip.trochiſcorum de ſpodio reperiuntur, quæ ponuntur in litera,ſed prima non eſt in uſu.

Additio.

Iſti trochiſci ſunt in uſu maxime ſecundum præſentẽ deſcrip.Aui.in.v.cano.habet unam deſcript. & dicuntur trochiſci de ſpodio cum tereniabin & ſunt quaſi iidem. Raſis ix.ad Alman.cap.de fluxu uentris habet unam aliam deſcriptio.& ſimiliter.x.cap.de febribus quibus accidit frigus & calor.& ſimiliter eodem tracta. cap.de febre hectica habet unam aliam deſcript.ſed non ſunt in uſu. ſimiliter Serapio in proprio antido.habet plures deſcript. trochiſcorum de ſpodio. Summa medi.eſt.xii.res.

MANARDVS in confectio. troch.de ſpodio.

Spodium fit liqueſcentibus cadmia,& ærario lapide:tenuior enim pars exhalans, & tecto fornacis adhærens ampulleſcit,& πομφόλυξ appellatur. Pars uero grauior deſcendit.& pauimento,uel lateribus hæret, quæ ſpodium uocatur.Recentiores Auicennam ſequẽtes, antiſpodion ſpodio præferunt,maxime id quod ex cannarum radicibus exuſtis licet ſint alia plura præſtantiora,ut quod ex myrto,uel olea uel lentiſco.Modum autem confectionis tradit Dioſcorides libro quinto.Veri autem ſpodii uſus nõ fuit,niſi extrinſecus admouendo.

SYL. *Troch.ſpodij alij,cum ſemine oxalidis ad febres bilioſas cum alui fluore ualent,inflammationem uentriculi, & hepatis,& ſitim continuam ſedant. Recipiunt roſarum rub. drac.xii.ſpodii,drac.x.ſeminis oxalidis,dra.vi.ſeminis portulacæ,ſeminum coriandri aceto maceratorum, & torrefactorum,pulpæ rhois,ana drac.ii.& dimid.amyli aſſi, balauſtiorum,baccarum oxyacanthæ,ana drac.ii.gummi arabici aſſi,drac.i.& s.comprehende omphacio, utere cum aliquo ſucco adſtringente.*

SYLVII ANNOTATIO

Fluorem alui & dyſenteriam iuuant, uel poti drachma una cum aqua plantaginis,aut uino auſtero, aqua chalybata iugulato, ſi febris adeſt,uel drachmis duab. clyſtere iniecti,purgato tamen prius corpore per rhabarbarum torrefactum,uel ſimile,& inteſtinis clyſtere alio ante deterſis: ſitim uero & febrilem ardorem extinguit cum aqua intybi cichorii,uel alia.

ANT. Confectio trochiſcorum de ſpodio cum ſemine acetoſæ confert ad febres cholericas, cum quibus eſt ſolutio uentris,& ſedat inflammationem ſtomachi,& hepatis,& ſitim continuam. Quorum permixtio.Rec.roſarum rubearum.ʒ.xii.ſpodii.ʒ.x.ſeminis acetoſæ.ʒ.vi.ſeminis portulacę,granorum coriandri infuſorum in aceto,& torrefactorum, & pulpæ ſumach,ana.ʒ.ii.&.s.amyli aſſi,balauſtiarum, berberorũ, an.ʒ.ii.gummi arabici aſſi.ʒ.i.&.s.Confice cum ſucco acreſtæ.Da cum aliquo ex robub ſtipticis.

Confectio.i.compoſitio trochiſcorum de ſpodio cum ſemine acetoſæ.Iſta ſecunda deſcrip.multum habetur in uſu, & eſt illa,quæ ubiq; præparata reperitur. Iſti trochiſci multum conferunt fluxui uentris ab humore cholerico facto

E ac etiam dyſenteriæ cum excoriatione inteſtinorũ præmiſſa tamen aliquali euacuatione cũ aliquo,quod euacuat cõprimendo,uel cum rhabarbaro torrefacto, ut ſuperius dictum eſt,& doſis ipſorum eſt uſq; ad.ʒ.i.cum aqua plantaginis,uel cũ aliis aquis conuenientibus,uel cũ uino pontico lymphato cũ aqua ferrea.Et maxime conueniũt non ſolum per ſuperius aſſumpti una uice, uel pluribus ſm exigentiã in tpe congruo,ſed per inferius cũ clyſteriis,uel cũ aliis ſtipticis conſtrictiuis,præmiſſis tñ lenitiuis, & abſterſiuis clyſteribus,& ſumendo de ipſis trochiſcis.℥.ii.cũ uino pontico paruo & cum aqua hordei cũ aliis liquoribus, & qñq; addimus ſuccũ plantaginis,uel aliquid de pinguedine ad faciendum uirtutem medicinarum penetrare in ſubſtantiam inteſtini,& ad alterandum humorem calidũ qui ut plurimũ eſt cauſa fluxus.Et non ſolum iſti trochiſci conueniũt fluxui uẽtris,ſed & acute febrientibus,ſitim extinguẽdo. conueniũt etiam inflammationi ſtomachi,& hepatis aſſumpti per ſuperius cũ aqua endi.& ſimilibus aquis frigidis alteratiuis, quorũ trochiſcorũ hæc eſt deſcriptio.℞.roſarum rub.ʒ.xii. (exhi- eoru- plicit.)

F ſpodii.ʒ.x.ſemi.acetoſæ.ʒ.vi.& eius ſunt duæ ſpecies.ſ. ſylueſtris,quæ uocatur lapatium,& domeſtica, quæ apud nos uocatur acriumcello,& iſta proprie uocatur acetoſa, quæ eſt frigidæ complexionis in tertio,& ſiccæ in ſecundo, ſeminis portulacæ,granorum coriandri infuſorum in aceto, quod eſt ſemen notum frigidæ complexionis in primo, & ſiccæ in ſecundo:habet tamen partem aliquam corticalem extrinſecam paruam,quæ eſt ualdæ calidæ complexionis, & ſiccæ in ſecundo.Infunditur autem in aceto, ut huiuſmodi extrinſecæ,& inſenſibilis partis caliditas, & malitia remoueatur ab ea.Ac etiã,ut ſubtilietur reliqua parte eius, uel ſubſtantia facilius penetret ad partes eius profundiores.ſumach.ana.ʒ.ii.&.s.amyli,aſſi,balauſtiæ,& ſunt flores malorum granatorum cum ſtipticitate multa,berberis, ana ʒ.ii.gummi arabici,aſſi.ʒ.i.s.confice cum ſucco acreſtæ, & da cum aliquo ex robub,ideſt ſucco ſtiptico,ut plantaginis & ſimilibus. (Aceto- ſpes d…)

Additio.

Iſti trochiſci multum habentur in uſu. Auicen. in quinto cano.ſimiliter Serapio in proprio antidotario habent trochiſcos de ſpodio cum ſemine acetoſæ, qui non ſunt idẽ cum iſtis.Similiter Haly.x.practicæ. Summa medicinarum eſt res.xi.

MANARDVS in confectionem troch.de ſpodio cum ſemine acetoſæ.

Potentes eſſent in adſtringendo,ſed non parantur.

SYL. *Troch.oxyacanthæ,febres ardentes extinguũt ac ſitim uehementem.Recipiunt baccarum oxyacanthæ, aut ſucci earum,ſucci glycyrrhizæ,ſeminis portulacæ,ſpodij, ana.ʒ. iii.roſarum drach. vi. ſpicæ,croci,amyli,tragacanthi, ana dra.i.ſeminis citruli,drac.iii.& s.caphuri,drac.dimi. cum manna fac trochiſcos.*

ANT. Confectio trochiſcorum de berberis ad febres inflammatiuas.Extinguunt enim eas,& ſitim anguſtioſam.Rec.berberorum,aut ſucci eius, ſpodii, ſucci liquiritiæ,& ſeminis portulacæ, ana. ʒ. iii.roſarũ ʒ.vi.ſpicæ,croci,amyli,tragacanthi.an.ʒ.i.ſemi. citrulli.ʒ.iii.&.s.camphoræ.ʒ.s.confice cum tereniabin.

Hæc prima deſcriptio non habetur in uſu.

Additio.

Iſti trochiſci habentur in uſu maxime ſecundum præſentem deſcriptionem quia idem inferius deſcribit unam aliã deſcrip.ſed iſta eſt nobilior.Aui.in.v.cano.habet.vii.deſcriptiones trochiſcorum de berberis,quæ non ſunt in uſu. Raſis.ix.ad Almanſo.cap.de dolore hepatis habet unam aliam quæ non eſt in uſu.Similiter Serapio in proprio antidotario habet tres deſcriptiones,quarum ultima eſt ſimilis,huic item Haly.x.practicæ,habet unam deſcriptionem tochiſcorum de berberis,quæ non eſt in uſu. Summa medicinarum eſt.xii.res.

MANARDVS in confectio.de berberis.

Nec hos uidi parari,non putarim tamen tã ualidos,ut dicit Meſue,ad ſitim ſedandam.

Trochi-

SYL. *Troch. oxyacanthæ alii,ad intemperiem calidam,fluorem ... hepatis dolorem.Recipiunt baccarum oxyacanthæ drachmas duas,ſpodii,maſtiches, xylaloes, galliæ, ſpicæ ſeminis oxalidis,ana drachmam unam,roſarum,drachmas quinque: gummi, drachmas tres cum aqua roſarum fac trochiſcos.*

SYLVII ANNOTATIO.

Rarior uſu hic,quàm ſuperior:amborum loco fuerit uua oxyacanthæ condita.

ANT. Confectio alia trochiſcorum de berberis,qui conferunt ad calefactionem, & ſolutionem uentris, & dolorem hepatis. Re.berberorum.ʒ.ii.ſpodii, xylaloes,ſeminis acetoſæ,maſticis,galliæ,ana.ʒ.i. roſarum.ʒ.v.gummi.ʒ.iii.Et confice cum aqua roſata.

Iſti trochiſci magiſtraliter habentur a quibuſdam in uſu licet rariſsime præparati reperiantur. Conueniunt autem prædictis diſpoſitionibus dominio humoris calidi ſubtilis & acuti.Et doſis & modus aſſumptionis, & conſtructionis ipſorum eſt ſicut & aliarum quarumcunque.Summa medicinarum eſt.x.res.

SYL. *Troch.abſinthii,obſtructiones uentriculi,& hepatis, et ab his dolorem,& febres antiquas tollunt:dictas partes, reliquaſque nutritorias roborant,appetentiam excitant. Recipiunt roſarum,abſinthii, aniſi, ana drach.ii.rhabarbari, ſucci eupatorii,aſari,apii,amygdalarum amararum,ſpicæ, maſtiches,folii,ana drac.i.fac trochiſcos cum ſucco intybi. Da cum ſucco herbarum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Scilicet abſinthii, eupatorii, apii, aut cum aqua ex ipſis deſtillata.

ANT. Confectio trochiſcorum de abſinthio, qui conferunt febribus antiquis & aperiunt oppilationẽ hepatis & ſtomachi,& confortant ſtomachum, & conferunt dolori membrorum nutritionis, & confortant appetitum. Rec.roſarum,abſinthii,aniſi, ana.ʒ. ii.raued,ſucci eupatorii,aſari,apii,amygdalarum amararum,ſpicæ,maſticis,& folii,ana.ʒ.i. Fac trochiſos cum ſucco endi. Da cum ſucco herbarum.

Confectio trochiſcorum de abſinthio.Iam dictum eſt,ꝙ raro utimur trochiſcis ſeparatim,& de per ſe,ſed uſus ipſorum communiter eſt quoſdam ex eis admiſcendo cum electariis.Iſti trochiſci a quibuſdam magiſtraliter habentur in uſu,habent enim principaliter conferre antiquis febribus aperiendo oppilationes ſtomachi, & hepatis, & ſic prædicta membra & alia nutritiua mire confortant, & appetitũ incitant,dolorem remouent a prædictis membris. Et doſis & tempus & modus,& cum quibus aquis ſunt aſſumendi ad plenum clare concipitur ſuperius in trochiſcis diarhodon. Et ponit deſcriptionem cum dicit. Recip.abſinthii,&c.raued,ideſt rhabarbari. da .i. exhibeas cum ſucco herbarum prædictarum,ſcilicet eupatorii,uel apii,uel aliis in deſcriptione præſenti,ſed loco iſtorum ſuccorum accipimus aquas diſtillatas,&c.

Additio.

Iſti trochiſci ſunt in uſu ſecundum præſentem deſcriptionem.Auicen.in quinto cano. habet duas deſcriptiones, ſed nulla earum eſt in uſu. Similiter Serapio in proprio antidotario.ſimiliter Halyab.x.practicæ habent unam deſcriptionem, quæ non eſt in uſu. Summa medicinarum eſt.xii.res.

MANARDVS in confect.troch.de abſinthio.

Hi communiter conficiuntur,& utiliter bibuntur in longis febribus.

SYL. *Troch.eupatorii,obſtructionem & tumorem præter naturam hepatis & lienis ſanant,ac inde natas febres antiquas,& harum rigorem,icterum,incipientem hydropem. Recipiunt, mannæ,ſucci eupatorii, ana unc.i.roſarum unc. dimid.ſpicæ drachm.iii.rhabarbari,aſari,aniſi, ana dra.ii.*

A *ſpodii,dra.iii.& dimid.cum*herbarum ſuccis, forma trochiſcos,& cum iiſdem utere.* *eupatorii.

ANT. Confectio trochi.de eupatorio confert ad febres antiquas,& rigorem earum,oppilationem hepatis & ſplenis aperit, & ſunt medicamina bona apoſtematũ in ipſis,& hictericis,& in principio hydropiſis.Rec.tereniabin,ſucci eupatorii, ana unc.i.roſarũ unc.i.s.ſpicæ.ʒ.iii.raued,aſari,aniſi, an.ʒ.ii. ſpodii*.ʒ. iii.&.s.Fac trochi.cum ſucco herbarum. Da cum eis. *dra. ii.s.

Confectio trochiſcorum de eupatorio magiſtraliter a quibuſdam habetur in uſu,& habent uirtutem,& efficaciam in aperiendo omnem oppilationem ſplenis,& hepatis. Cõferunt etiam in principio hydropicis, & hicteritiæ præſertim citrinæ,conferunt etiam antiquis febribus euenientibus cum rigore,& frigore ex reuocatione caliditatis ad interiora ſi ex eis aſſumatur in puluere,uſque ad drach.unam, cum uino,uel cum ſuccis,aut aquis diſtillatis conuenienti-

B bus diſpoſitioni curandæ,& iſti trochiſci ſunt maioris apertionis,& uirtutis maioris in aperiendo quàm trochiſci de abſinthio,& modus conſtructionis apparet in litera,& ſimplia ſunt ſuperius declarata.Et nota,quòd licet in iſtis ſicut & in quibuſdam aliis ingrediatur aliquantulum rhabarbari non tamen propter hoc ſunt ſenſibiliter ſolutiui, ſed iſti ſolum ſunt ſenſibiliter oppilationum aperitiui, & confortatiui membrorum nutritiuorum, & relaxatorum ex ægritudine longa.

Additio.

Iſti trochiſci ſunt in uſu.Auicen.in quinto cano. ſimiliter Haly.x.practicæ habẽt unam aliam deſcriptionem, quæ non eſt ſimilis huic,neque in uſu habetur. Summa medicinarum eſt.ix.res.

MANARDVS in confect.troch.de eupatorio.

Et hi quoq; paſsim conficiuntur,ſed à paucis bene, ignorantibus ueram eupatorium. Cum ſucco herbarum.) Cũ ſucco uidelicet eupatorii.

SYL. C *Trochiſci aniſi,obſtructiones hepatis,& alios eius morbos,& inde natas febres antiquas ſanant.Recipiunt aniſi, eupatorij,ana dra.ij.ſeminis anethi,ſpicæ,maſtiches,folij,abſinthii,aſari,apii,amygdalarum amararum, ana drach.s. aloes,drac.ii.compone cum ſucco abſinthii,& apii. Da cũ ſyrupo acetoſo,& ſucco herbarum.*

ANT. Confectio trochiſcorum de aniſo qui auferunt febres antiquas,& aperiunt oppilationes,& emẽdant malitias hepatis.Rec.aniſi,eupatorii,an.ʒ. ii.ſeminis anethi,ſpicæ,maſticis,folii,abſinthii, aſari,apii,amygdalarum amararum,ana.ʒ.s.aloes.ʒ.ii.confice cum ſucco abſinthii & apii.Da cum ſyrupo acetoſo, & ſucco herbarum.

Hæc prima deſcriptio non eſt in uſu.

Additio.

Iſti trochiſci de aniſo ſecundum præſentem deſcrip. interdum habentur in uſu.Aui.in.v.can. ſimiliter Serapio in

D proprio antidot.habent unam deſcriptionem, quæ non eſt in uſu. Summa medi.eſt.xiii.res.

MANARDVS in confect.troch.de aniſo.

Hi parari recte non ualent,quia caremus folio. Secundi poſſent quidem parari, ſed non parantur

SYL. *Troch.aniſi alii ex decem ſimplicibus,hepatis uitia, & inde natas febres antiquas,& quartanas, & formam corrumpentes ſanare ſunt a ueteribus probati,Rec.aniſi, ſucci eupatorii,ana drac.iiii.maſtiches,ſpicæ,apii,abſinthii romani,aſari,folii,ana drac.i.amygdalarum amararum drach. unam & dimid.ligni aloes bonæ,drac.duas,confice cum decocto abſinthij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Materiam craſſam tenuant,obſtructiones hepatis & lienis liberant:flatus diſsipant.

ANT. CONfectio alia trochiſcorum de aniſo, & ſunt de decem medicinis,& ſunt in intentione primorum,& ualent ad febrem antiquam,& ad eam in qua corrumpitur forma,& ad quartanam antiquã, & rectificant hepar:& ſunt experti.Reci.aniſi, drachmas quatuor:maſticis ſpicæ,apii,abſinthii,romani,aſari,folii,ana drac.i.amygdalarum amararum,drach.i.s. aloes boni,drach.ii.ſucci eupatorii * drach.tres. Confice cũ decoctione abſinthii.

* dra.iiii.

Iſti trochiſci a quibuſdam habentur in uſu. Sunt autẽ ad guſtum diſplicibiles ualde.dicuntur autem de decem medicinis,quia decem ſimplicia ingrediuntur eorum compoſitionem,& denominatur ab aniſo, quia aniſum principaliter eorum compoſitionem ingreditur. & ipſius uirtute operantur. Iſti trochiſci ſunt uigoroſi in ſubtiliando materias craſſas melancholicas, & ideo conueniunt ad quartanam antiquam, & ad oppilationes hepatis, & ſplenis eas aperiendo, & uentoſitates craſſas diſſoluunt. & alias uirtutes, & utilitates habent quas autor ponit in litera, & tẽpus & modus exhibitionis,eſt ſicut ſupradictorum trochiſcorum & maxime diarhodon. Summa medicinarum eſt res.xi.

SYL. *Troch.Cancami,ad obſtructiones hepatis,& lienis,& inde natas febres uarias antiquas,& aſcitem, urinas mouent. Recipiunt cancami mundati,ſucci glycyrrhizæ, abſinthij,oxyacanthæ,ſucci eupatorij,rhabarbari, ariſtolochiæ longæ,coſti,aſari,amygdalarum amararum,rubiæ,aniſi,apij,ſchœnu anthus,ana drach.i.fac trochiſcos ponderis drachmæ unius.*

ANT. CONfectio trochiſcorum de lacca. Et conferunt ad oppilationẽ hepatis,& ſplenis, & febrẽ diuerſam & antiquam,& ad aſcitem,& prouocant urinam.Re.laccæ mundatæ,ſucci liquiritiæ,abſinthii, berberis,ſucci eupatorii,raued,ariſtolochiæ, coſti, aſari, amygdalarum amararum,rubeæ tinctorum,aniſi,apii, ſchœnanthi,ana. ʒ .i.Fac trochiſcos.ʒ .i.

Iſti trochiſci non ſunt in uſu, poſſunt tamen magiſtraliter præparari.

Additio.

Iſti trochiſci de lacca ſunt in uſu ſecundum præſentem deſcriptionem. Auicen.in quinto cano. ſimiliter Serapio in proprio antidotario.item Haly.x.practicæ habent unam deſcriptionem, quæ non eſt in uſu. Raſis etiam.ix.ad Almanſorem capitulo de dolore hepatis habet unam aliam deſcriptionem qua non utimur. Summa medicinarum eſt.xiiii.res.

MANARDVS in confect.troch.de Lacca.

Si ex uera parentur,erũt ualde utiles in aqua intercute.

SYL. *Troch.Terræ ſigillatæ noſtri admodum efficaces ad ſputum ſanguinis cum aqua plantaginis poti: ad fluorem uero ſanguinis è naribus,fronti illiti:ad menſes immodicos,utero iniecti,uel pubi illiti: ad mictum ſanguinis, in ueſicam iniecti,& ad alias hæmorrhagias,parti ſanguine fluenti impoſiti.Recipiunt ſanguinis draconis,gummi Arabici aſſi, ramich,foliorum roſarum,& ſeminis earundem, amyli aſſi, ſpodij,acaciæ,hypociſtidos,lapidis hæmatitæ,balauſtij, boli Armenicæ,terræ ſigillatæ,ſumariæ,coralli, ſuccini, ana drach.ij.margaritarum,tragacanthi,papaueris nigri, ana drach.i.& dimid.portulacæ aſſæ, cornu cerui uſti, thuris maſculi,croci,ana drac.ij.cum aqua plantaginis fac trochiſcos.Da cum aqua infuſionis ſpodij, gummi, boli Armenicæ,ſpicæ,ad ſputum ſanguinis ex thorace,aut pulmone reiecti,cum aqua portulacæ ſumitur: ad excoriationem, cum ſucco cydoniorum,uel alio adſtringente: ad hæmorrhagiã partium infernarum iniicitur cum aqua burſæ paſtoris.Cogimur interdum his trochiſcis addere opii drach.duas: aut plures,aut pauciores.*

SYLVII ANNOTATIO.

Troch.ſphragidis Lemniæ, ſeu ſigillati terræ Lemniæ, in fluore ſanguinis è naribus,ex ſucco plantaginis,& oui albumine ſoluti, fronti,& temporibus applicantur: in menſibus immodicis,coxis internis,& lumbis. Sedenagi autem (ꝙ hic habebat interpres) quidã non fumariam, ſed cannabis ſemen intelligunt,quod euphiſtitidem alii dictũ uolũt.

ANT. CONfectio trochiſcorum de terra ſigillata ex intentione noſtra,& ſunt ultimi iuuamenti ad ſputum,& ad egreſſionem ſang. & proprie ſumpti cum aqua arnogloſſæ. Et quandoq; linitur ex uno eorum ſuper frontem,& ſedat fluxũ ſanguinis ex naribus Et linitur ex eo ſuper matricem ad fluxum menſtruorum & ſedat.Et quãdoq; mittitur in matricem, & quãdoq; linitur ſuper pectinẽ,& mittitur in ueſicã. & quãdoq; linitur ſuper membrum manationis ſanguinis & ſunt experti.Quorum permixtio.Rec.† ſanguinis draconis,gummi ara.aſſi.ramich.foliorum roſarum,& ſeminum earum,amyli aſsi,ſpodii,acatiæ, hypociſthidos lapidis hæmatitis,cupiſtidos, balauſtiæ, boli armeni, terræ ſigillatæ,†ſedenagi,coralli,carabæ,ana.ʒ .ii. margaritarum,tragacãthi,papaueris nigri,ana.ʒ .i.&.s. portulacæ aſſæ,cornu cerui aduſti,thuris gallorum,croci, ana,ʒ .ii.Fiant trochiſci cum aqua arnogloſſæ.Et da cũ aqua ſpodii,gummi,boli armeni, & ſpicæ, & quãdoq; inuitat neceſsitas,ut ponantur in eis opii.ʒ .ii. & quandoq; plus & quandoq; minus ſicut oportet. Modus autem adminiſtrationis eorum eſt ſecũdum tres modos. Ad fluxum ſanguinis ex pectore aut pulmone adminiſtrandi ſunt cum aqua portulacæ.Et ad excoriationem cum rob citoniorum, aut cum aliquo robub ſtipticorum.Et ad manationem ſanguinis ex partibus inferioribus cõfert iniectio eorum cum aqua uirgæ paſtoris.

Iſti troch. generaliter ſunt in uſu, & ſic ubiq; præparati reperiuntur. Ingrediuntur enim compoſitionem magnorum antidotorum & adminiſtrantur à medicis non ſolũ in puluere per os cum liquoribus conuenientibus, & membra extrinſeca liniendo cum illis diſſolutis, tamen cum aliquo liquore conuenienti, & principaliter conferunt ſi per os aſſumantur cum ſucco uel aqua bugloſſæ, uel plãtaginis quæ eſt herba nota frigidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu, & per ſe ſola eſt mirabilis cuilibet fluxui ſanguinis ex fractura uenæ in pectore. etiam ſumme conueniunt liniti ſuper frontem,& tempora cum prædicto ſucco plantaginis & albumine oui, mixtis & conquaſſatis ad reſiſtendum ſuperfluo fluxui ſanguinis ſubtilis & calidi euenientis ex naribus. Etiam eodem modo conueniunt cum eodẽ ſucco, & albumine oui liniti ſuper partes fœmoris & pectoris, & renum in mulieribus ſuperflue menſtruantibus, quarum deſcriptio hæc eſt.Reci.ſanguinis draconis. eſt enim ſuccus rubeus cuiuſdam arboris in ultramarinis partibus caliditate ſolis fortiter inſpiſſatus frigidæ complexionis in primo, & ſiccæ in ſecundo. Ramich. & eſt compoſitio declarata in philonio perſico. Lapidis hematitis. notus eſt iſte lapis, & eſt frigidæ complexionis in primo gradu,& ſiccæ in ſecundo. Boli armeni qui uocatur ab autoribus.ii.can.lutum armenum.Sedenegi.i. fumiterræ, & dictum eſt de eo,ſed Sataragi eſt quædam herba, quæ uocatur praſium,uel praſia,quæ eſt calidæ,& ſiccę complexionis in ſecundo, quæ non ingreditur compoſitionem iſtorũ trochiſcorum. Thuris.i.olibani, & dictum eſt de eo.& da cum aqua ſpodii.i.cum aqua in qua infuſum ſit ſpodium, & quædam alia,quæ ipſe ponit,quæ tandem debet colari.Vltimo ſubdit & qñ utimur.ſ.ad ſomnum prouocandum, & ad tollẽdum ſenſum à membro à quo ſanguis emanat ponitur opium,&c.ſed cum eo præparati non reperiuntur. Modus alius adminiſtrationis eorum eſt ſecundũ tres modos quos ipſe ponit in litera,& ſic etiam ualent ad tres differentes diſpoſitiones fluxus ſanguinis etiam à diuerſis membris, uc

ut ipſe ponit, & confert iniectio eorum & immiſsio per clyſtere quando eſt excoriatio & fluxus ſanguinis ex inteſtinis.uel iniectio in matricem,quando eſt fluxus ſanguinis cum aqua uirgæ paſtoris.i.corrigiolæ.& eſt herba nota frigidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu. omnia autẽ alia ſimplicia ingredientia compoſitionem ipſorum clara ſunt.& ſic apparebunt in tabula, & modus conſtructionis apparet in litera.

Additio.

Iſti trochiſci multum ſunt in uſu. Notabis tamen, quòd ſæpe fit error communiter in diſpenſatione iſtorum trochiſcorum propter ignorantiam ſignificationis iſtius uocabuli ſedenagi,uel ſedenegi.Nam quidam dicunt, quòd eſt ſemen fumiterræ,ut hic Chriſtoforus de honeſtis. alii uero dicunt,quòd eſt ſemen canabis.Nõnulli uero dicunt,ut habetur in ſynonimis Auicen.& credo melius, ꝙ ſemen granati ſylueſtris & eſt melius ad propoſitum.Summa medici. eſt.xxiiii.res.

MANARDVS in confect.troch.de terra ſigillata.

Terra ſigillata ante paucos annos non afferebatur, nunc cœpit adportari. A Græcis dicitur lemnia ſphragis,uel terra lemnia.His igitur troch.non magna uis eſt, ſi communis illa & uulgaris apponatur,quam terram ſigillatam officinæ adhuc uocant,& pro uera uendunt. Sanguinis draconis.) Secundum Serapionẽ & Auic.eſt ſuccus herbæ, quæ à Dioſcoride uocatur Achillion. Nunc defertur à Luſitanis: dici turq; ab eis eſſe ſuccus quarundam arborum. Sedenagi.) Dicunt eſſe ſemen cannabis,quod quidem adeò ſiccum eſt, ut genituram uirorum extinguat.

In manu ſcriptis exemplaribus duæ ſequentes trochiſcorum deſcriptiones inueniuntur, quæ antehac in impreſſis omiſſæ fuerunt.

CONfectio trochiſcorum de Croco, conferens ad inter nos capitis dolores,& hemicraniam difficilem,& ſaeua uehementem.Recipit croci,aureis.vij.ſ.colchotar,aur.v.aluminis,aure.viii.myrrhæ,ſpicæ, ana aure.i.ſ. omphacij,calchadis,ana drachma.i.ſ.gummi,aur.ij. Fiant trochiſci cum uino ſtiptico.& cum neceſſe fuerit, diſſoluatur unus cum aceto permiſto cum aqua roſacea, & liniantur frons,& tempora.Si autem inſomnietatem patitur, opij aur.iij addes.

CONfectio trochiſcorum de Arſenico,& ſunt boni ad excoriationem & ad dyſenteriam, & herpetem.

*Recipit arſenici citrini unc.i. calcis non extinctæ, drach.xij.acaciæ,*chartarum aduſtarum, fœcis aceti aduſtæ,aluminis,balauſtij,ana drach.ij. colchotar, floris æris, ana drach.v.terantur cum aceto, & ſtent in ſole per.x. dies,& fiant trochiſci,& reponatur in uaſe uitri, & ſtringatur os eius,& ponatur uas in uaſe ubi fuerit acetum, & ſunt ultimi,& quando inuitat neceſſitas, ponunt in eis opij drachm.iiij.*

SYL. *Troch.colocynthidos in hieram hermetis,& compoſitiones alias iniiciendi loco colocynthidos.Recipiunt pulpæ colocynthidos albæ & leuis & ſeminibus purgatæ, drach.x. forpicibus incidantur,& fricentur cum unc.i. olei roſati: fac trochiſcos cum muccagine ex tragacanthi,gummi,bdellij,ana drac.vi.aqua roſarum dies quatuor maceratis,ſicca in umbra,tere curioſe,& cũ eadem muccagine forma rurſus trochiſcos,& utere.*

SYLVII ANNOTATIO.

Nec hiera hermetis,nec hi trochiſci etiam in ſimplicibus Meſue deſcripti uſurpantur:ſal ubriores tamen, quam ipſa colocynthis ſunt.

ANT. CONfectio trochiſcorum alandahal, qui ponuntur in hiera hermetis, & in aliis confectionibus loco coloquintidæ.Accipe pulpæ colocynthidis albæ & lenis,& mundæ à granis *dra.x. incidantur cum inciſorio inciſione conuenienti,& fricetur cum unc.i. roſati. Deinde accipe tragacanthi,gummi, bdelli, ana drac.vi.infundantur in aqua roſata per dies.iiii. Et conficiantur colocynthide inciſa cum glutino eorum, & fiant inde trochiſci,& exiccentur in umbra. Deinde iterum terantur contritione bona,& iterum confice cum glutino eorum & fiant trochiſci & adminiſtrentur.

*unc.x.

Iſti trochiſci per ſeipſos non habentur in uſu, ingrediuntur tamen hieram hermetis ſuperius dictam, quæ in partibus noſtris non habetur in uſu.habent tamen uirtutem ſolutiuam materierum craſſarum phlegmaticarum, propter colocynthidem,quæ in eis ingreditur,Et doſis eſt ex ad.ʒ .i. ſed non conſulo eorum uſum.

Additio.

Iſti trochiſci ſunt in uſu ſub nomine trochiſcorum alandahal,& ſub nomine trochiſcorum de colocynthide, & ſecundum intentionem ipſius debent poni in hiera hermetis & aliis confectionibus loco colocynthidæ, & ſic generaliter faciunt docti aromatarii. item Meſ.hos trochiſcos deſcribit ſupra cap.de colocynthide. Summa medicinarũ eſt.v.res.

MANARDVS de confect.trochi.alhandal.

Sunt hi ueluti caſtigatio quædam, ſeu præparatio colocynthidos:& propter ea longe ſecurior eſt eorum, quam illius uſus. Diligenter autem cognoſcendum ab eo qui hoſce parauit,quantum colocynthidis in eis poſuerit, alii.n. plus,alii minus accipiunt, cum ægrotantium detrimento ſi id medicus ignorauerit.In meo codice decem drachmis colocynthidos,adduntur decem & octo aliarum rerum:qui modus facit,ut tuto poſsit eorũ dari integer ſcrupulus,præcipue ſi ſecundo contritis eadem addita ſint.

SYL. *Trochi.ſantalorum ad febrem ardentem,uentriculi,& hepatis intemperiem calidam,& ſitim. Reci.trium ſantalorum,ana drac.viij.ſpodij,ſeminum cucum.cucurbitæ, citrulli,portulacæ,boli armenicæ,ana drac.iiij.roſarum dra.ſex, fac trochiſcum aqua portula.Da cum lacte acido,aut omphacio,aut ſucco acida citri,aut ſucco ribes.*

ANT. CONfectio trochiſcorum de ſandalis ad febrem inflammatiuam,& ſitim,& malitiam complexionis calidæ in ſtomacho & hepate. Accipe trium ſandalorum,ana.ʒ .viii.ſpodii,ſeminum cucumeris,cucurbitæ,citrulli,portulacæ,ana drac.iiii.roſarum drac.vii.camphoræ dra.i.berberis,aut ſucci eius drac.vi.boli armeni drac.iiii.Confice cum aqua portulacæ. da cũ lacte acetoſo,aut cum aqua acreſtæ,aut acetoſitate citri,aut rob de ribes.

De iſtis ponuntur duæ deſcript. quarum nulla eſt in uſu. ſed iſti primi a quibuſdam magiſtraliter habentur in uſu, & ſic non aliter præparati reperiuntur.conferunt.n. febribus intenſæ & multæ caliditatis extinguendo ſitim, maxime ſi aſſumantur cũ aqua endi.uel cum aliis aquis frigidis aperitiuis,uel ſuccis conuenientibus.

Additio.

Hos trochiſcos non habemus multum in uſu.Meſ. habet hic duas deſcrip.ſed iſta eſt illa qua magis utimur. Summa medi.eſt.xiii.res.

MANARDVS in confect.troch.de ſandalis.

Satis anceps ſum,an quos ſandalos nunc uocant, frigidi ſint.Calefacere.n.uidentur dum guſtantur,& extrorſum ad mouentur.Non conſueuerunt tamen trochiſci ex eis parari,ſed electarium, quod triſandalum Nicolaus nuncupat: quo tamen infrigidãdi cauſa dato,multos audiui ſe amplius calefactos affirmantes.

SYL. *Trochi.ſantalorum alij idem promittentes, Recipiunt ſantalorum flauorum,drach.ii.gummi arabici, ſeminis citruli excorticati,ana drach.i.ſeminum lactucæ, portulacæ tragacanthi,ſucci glycyrrhizæ,ana drac.dimid.Fac trochiſcos,utere ut prius.*

ANT. COnfectio alia trochiſcorum de ſandalis,qui cõferunt inflãmationibus febrium,& ſiti uehemẽti.Rec.ſandalorũ citrinorũ.ʒ.ii.gummi arabici, ſeminis citruli excorticati,ana.ʒ.i.ſeminis portulacæ, lactucæ,tragacanthi,ſucci liquiritiæ,ana.ʒ.s. Fiant trochiſci,& adminiſtrentur ſicut primi.

Iſta deſcriptio non eſt in uſu.Summa medi.eſt.vi.res.

SYL. *Trochi.Hamech.ſedant inflammationem,uentrẽ leniũt thoracem purgant. Recipiunt foliorum uiolarum humidi & ſicci mediorum,aur.xij.turbith albi & gũmoſi,aur.ſex ſucci glycyrrhizæ, aur.iij.mãnæ,ʒ.tres:fac trochiſcos.Dãtur aurei duo cum ſaccharo,aut pulpa caſſiæfiſtulæ, bis interdum coacti addimus ſcammonij drachmas duas.*

SYLVII ANNOTATIO.

Drachmis duabus purgant aquas, & pituitam craſſam, flatuſq; diſsipant.Si autem ſcammonium acceperint,etiam bilem purgant ſeſquidrachma dati. Trochiſci de uiolis in turbith,& capite de aſthmate iſtis ſunt finitimi.

ANT. COnfectio trochiſcorum Hamech ſedantium inflammationem,& lenientium uentrem,& mundificantium pectus.Rec.foliorum uiolarum habentiũ medietatẽ inter humiditatem & ſiccitatem aur. xii.turbith albi & gũmoſi aur.vi.ſucci liquiritiæ aure. iii. tereniabin.ʒ.iiii.Fac trochiſcos.Doſis eorũ eſt au. ii.cũ zuc,aut pulpa caſsiæfiſtulæ.Et quãdoq; inuitat neceſsitas,& ponunt in eis ſcammoneæ aur.ii.

Non ſunt in uſu,magiſtraliter tamẽ poſſumus uti eis ad diſſoluendum omnem uentoſitatem craſſam à quacunque materia factam.ſunt etiam ſolutiui materierum phlegmaticarum & aquoſarum,& ſi eis addatur ſcammonea,ut ponitur in litera uigoroſius ſoluunt materiam phlegmaticam & etiam cholericam.Et doſis eorum puluere abſque ſcammonea eſt.ʒ.ii.cum ſcammonea uero eſt..ʒ.i.s.ſecundum uirtutis fortitudinem.

Additio.

Iſti trochiſci Hamech dicuntur trochiſci de uiolis, non ſunt in uſu ſecundum prȩſentem deſcriptionem.item Meſ. ca.de turbith habet trochiſ.de uiolis auctoritate Hamech, qui tamen parum ab iſtis differunt.idem ca.de aſthmate habet trochiſcos de uiolis qui parum ab iſtis differunt. ſimiliter Serapio in proprio antidotario habet duas deſcriptiones trochiſcorũ de uiolis,ſed parum ab iſtis differẽtes, qui ſimiliter in uſu non ſunt.Summa medi.eſt.iiii.res.

MANARDVS in confectio.troch.de Hamech.

De cyperis & de ligno aloes,quia non conficiuntur,fortè ob immodicum precium,dimiſi.

SYL. *Troch.cyperi,corruptionem, malamque coctionem uentriculi,& inde natum oris fœtorem ſalubriter, & certo emendant.Recipiunt zingiberis,cardamomi,nucis moſchatæ,cubebarum,macis,caryophyllorum,galliæ, gũmi Arabici,an.aureum unum:corticum citri,maſtiches,florũ ſchœnu anthus,cyperi,ſpicæ,cinnamomi,emblicarum, extremitatum myrti,ana aureos duos:ſunt qui addunt moſchi ceratia duo:fac trochiſcos cum melle uuato,utere cum uino odoro poſt purgationem & uomitum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Horum trochiſcorum drachma una poſt uacuationem materiæ in uẽtriculo putris & corruptæ, ſuo uapore tetro expirationẽ corrumpentis, odorem fœdum emendant, tũ quia coctionem iuuant aucto calore natiuo, & uentriculo ab his roborato:tum ꝙ odore aromatico etiam cor & cerebrũ roborante,oris halitum fœdum tegunt. Multũ tamen calent,ob id æſtate ſuſpecti,& quibus hepar eſt calidius.

ANT. COnfectio trochiſcorum de cyperis ad fœtorem oris,& corruptionem ſtomachi, ad malitiam digeſtionis,& ſunt ſani & experti.Rec.zingiberis heyl,nucis muſcatæ,cubebæ,macis,caryophyllorũ, galliæ,gũmi arabici,ana aur.i,corticũ citri,maſticis,florũ

E ſchœnanti,cyperi,ſpicæ,cinnamomi,emblicorũ, extremitatis myrti,an. aur.ii.Et in alio muſci chiratas.ii.Cõfice cum melle paſſularum,& da ex eis cum uino odorifero.Et hoc poſt uomitum & uentris ſolutionem.

Iſti trochiſci propter eorum efficaciam confici poſſunt tamen non aliter præparati reperiuntur. Conferunt enim principaliter ad fœtorem oris ex uaporibus eleuatis à materia putrida & corrupta contenta in ſtomacho, & conueniũt ad debilitatem ſtomachi,& malitiam digeſtionis propter debilitatem caloris innati.Confortant inſuper cor & cerebrum ipſorum aromaticitate.& doſis eſt.ʒ.i.cum uino odorifero,& modus aſſumptionis eſt ſicut modus aliorũ trochiſcorũ ſuperius dictorum.℞. zingib. heyl. eſt ſpecies cardamomi, loco cuius accipimus cardamomũ minus. chiratas duas, & ſunt pondus granorum octo hordei. confice cum melle paſſularum.i.cum melle in quo paſſulæ diu ſtetẽrunt infuſæ,uel aliter.i.cum expreſsione ſubſtantiæ paſſularum, quæ ſunt bene maturæ. reliqua omnia poſita de ſe ex declaratis ſunt manifeſta.

F Additio.

Summa medicinarum eſt.xviii.res.

SYL. *Troch.ligni aloes,uentriculum,cor,hepar, imbecilla roborant,ob id ualent ad oris fœtorem pulſum cordis, & ſyncopen,hydropem.Recipiunt ligni aloes,roſarum rubrarum ana drachmas duas,maſtiches,cinnamomi,caryophyllorũ, galliæ,ſpicæ,macis,nucis moſchatæ,cubebarum, cardamomi maioris & minoris,corticum citri,paſtinacæ,ana drachmam unam & dimidiam,moſchi,ambræ, ana drachmæ unius partem ſextam,fac trochiſcos cum melle uuato.Da cũ uino odoro & aromatico.*

ANT. COnfectio trochiſcorũ de ligno aloes conferentium ad debilitatẽ corporis ſtomachi,& pulſum cordis,et ſyncopim,et debilitatẽ hepatis, et hydropiſim,et fœtorẽ oris.Rec.ligni aloes,roſarũ rubearum,an.ʒ.ii.maſticis,cinnamomi,caryophyllorũ,galliȩ

G ſpicæ,macis,nucis muſchatæ,cubebȩ,cardamomi, corticum citri,heyl,bauciæ,an.ʒ.i.et.s.muſci,ambræ, ana .ʒ.unius ſextam.Fiãt trochiſci cum melle paſſularum. Et adminiſtrentur cum uino odorifero aromatico.

Iſti trochiſci ſatis conueniunt in operationibus ſuis cũ prædictis trochiſcis de cyperis,ſunt tamen maioris efficaciæ,& uirtutis in confortando ſtomachum cor hepar,& cerebrum,& totũ corpus cum ſint debilia, & maxime in uirtute digeſtiua.ſunt enim maxime confortatiui, & uigoratiui caliditatis naturalis ſpiritus ſubtiliando, & eos peruios faciendo & conferunt pulſui cordis & lætificant animam. Conueniunt etiam hydropiſi aſciti,& fœtorem oris remouent.Et doſis eius & modus compoſitionis eorum eſt ſicut aliorum.Summa medi.eſt.xvii.res.

SYL. *Troch.capparum,ad ſplenis duritiem & flatus eius diſsipandos,Recipit corticum radicis capparis, ſeminis agrij, ana.ʒ.vi,melanthij,calaminthes,acori,amygdalarũ amararum,naſturtii,hammoniaci,foliorum rutæ, ariſtolochiæ*

H *rotundæ,ſucci eupatorii,ana.ʒ.ii.cyperi,ſcolopendrii,ana drachmam unam,puluis horum omnium comprehendatur hammoniaco aceto diſſoluto.Datur aureus unus cum uino, cui incocta ſint radix capparis,cortex fraxini,& cortex tamaricis aut extremitates ramorum eius, & cortex ſalicũ. Sunt qui ualentius efficiunt duplicato hammoniaco.*

SYLVII ANNOTATIO.

Materias craſſas melancholicas tenuant,lienis & hepatis obſtructiones liberant,ſicq; duritiem eorum ſanant,flatus craſſos indidem & ex partibus aliis diſsipant. Dantur ieiunis cum uino tenui,uel aqua aſplenii.Cortex ſalicis adſtringens,parum ſcopis propoſitis conuenit.

ANT. COnfectio trochiſcorum de capparibus reſoluentium duritiem ſplenis & uentoſitatem. Accipe corticum radicum capparis,ſem.†agni caſti,ana drach.

drach.vi.nigellæ, calamẽti,ſucci eupatorij,acori,amygdalarum amararum,naſturcij,ammoniaci,foliorum rutæ,ariſtolochiæ rotundæ,ana.ʒ.ij.cyperi, ſcolopẽdriæ, ana.ʒ.i. ammoniacum diſſoluatur in aceto, & aliarum rerum puluis conficiatur cum eo. Et ſit doſis eius aur. i.cum uino in quo coquatur radix capparis,cortex fraxini,& cortex tamariſci,aut extremitates ramorũ eius & cortex ſalicum. Et ſunt qui duplicant ammoniacũ, & eſt melius.

Iſti trochiſci propter eorum iuuamenta, & utilitates magiſtraliter a quibuſdam habentur in uſu,non tamen aliter præparati reperiuntur,ſunt enim principaliter ſubtiliatiui materierum craſſarum melancholicarum, & illarum reſolutiui,uirtutem & efficaciam habent in aperiendo oppilationes & remouendo duritiem ſplenis & hepatis. ſunt ẽt reſolutiui uentoſitatum craſſarum in membris prædictis & in quibuſcunque aliis. Et doſis ipſorum in puluerem redactorum & tempus exhibitionis ipſorum eſt ſicut trochiſcorum diarhodon cum uino ſubtili, uel aqua ſcolopendriæ, uel cum alio liquore conuenienti. Et eſt uſus eorum magis conueniens in paſsionibus ſplenis frigidis a materia melancholica,& ſunt ualde notandi, quorum hæc eſt deſcriptio.Rec.corticum radicum capparis, & ſunt cappares fructus cuiuſdam herbæ calidæ complexionis & ſiccæ in ſecũdo,naſcentes in partibus Alexãdriæ & Apuliæ,& cortices radicis ſunt calidiores & ſicciores ac maſticatæ & in ore retentæ mirabilem uirtutem habent in ſubtiliando materias craſſas phlegmaticas contentas in capite illas inferius attrahendo,ut facilius expuantur. Seminis agni caſti. & ẽ arbor quædam calidæ complexionis in primo & ſiccæ in ſecundo. Nigellæ. ſemen eſt cuiuſdam herbæ calidæ complexionis in tertio,& ſiccæ in ſecundo,debent aſſumi cum uino in quo coquatur radix capparis, cortex fraxini cuius ſemen uocatur lingua auis, & radix tamariſci. eſt autem tamariſcus arbor quædam calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu, habens mirabilem uirtutem ad ſplenis duritiem,& cortex ſalicis.Eſt. n. ſalix frigidæ complexionis & ſiccæ in primo.Reliqua ſunt nota.

[margin: Cappares. Nigellæ. Tamariſcus.]

Additio.

Iſti trochiſci apud multos in uſu habentur ſecũdum præſentem deſcriptionem.Aui.in.v.can.& Haly.x.practicȩ.Serapio in prop.antid.habent duas deſcriptiones ab iſta differentes,quæ non ſunt in uſu.Summa medi.eſt res. xiii.

MANARDVS in confect.troch.de Cappar.

Horum creber eſt uſus in lienis affectibus. SCOLOPENDRIAM.) Eam uidelicet,quæ uocatur citracum. AGNVS caſtus.) Lygos,uel uitex dicitur.

SYL. *Troch.electri,omnem hæmorrhagiam ſiſtunt. Recipiũt ſuccini,aur.ſex.cornu cerui vſti, gummi vſti, coralli vſti, tragacanthi,acaciæ,hypociſtidos,balauſtii,maſtiches, cancami,papaueris nigri aſſi,ana aure.duos,thuris,croci,opij, ana aureum vnum & dimidium,fac trochiſcos cum muccagine ſe.* pſyllij.*

[margin: *aqua ſerente macerati.]

SYLVII ANNOTATIO.

Δι' ἠλέκτρυ, ſeu ex ſuccino,fluxum ſanguinis præſertim à thorace,pulmone,hepate,renibus,utero, hæmorrhoidibus drach.i.ſumpti cum aqua,aut ſucco plantaginis,uel polygoni,uel ſimilium,aut uino granatorum, aut omphacio nõ ſalſo,aut uino auſtero imbecillo,& aqua pluuia chalybata. In dyſenteria quoque clyſtere iniiciuntur corpore purgato per rhabarbarum,uel alio comprimendo uacuato. Paulo autem fiunt troch.diaelectru ex pſyllii unc.v.maſtichẽs,electri,ſcobis iridis,croci,ana.unc.iiii.uel cum Gal.Oribaſio, Actuario,drach.xxx.opii,vnc.ii. uel cum Oribaſio & actuario drach.xv.cætera apud hos ſunt eadem,niſi quod Actuarius ſcobis loti rectè addit.Nam lotus arbor ſiccat, adſtringit decocto ſuorum ramentorum in aqua, aut uino, etiam Gale.lib.vii.ſimp.ut pilos fluentes cohibeat, & fluxum muliebrem,dyſenteriam,cœliacum affectum.

A COnfectio trochiſcorum de charabe abſcindentium ſanguinem de omni loco manationis eius. Accipe † charabæ,aur.vi.cornu cerui aduſti, gũmi aduſti,coralli aduſti,tragacanthi,acatiæ, hypociſthidos,balauſtiæ,maſticis,laccæ,papaue.nigri aſsi,an.aur. ij.thuris,croci,opij,ana aure.i.&.s.Fac trochiſcos. ʒ.i. cum mucilagine pſylli. ANT.

Iſti trochiſci generaliter ubiq; præparantur, & habentur in uſu, & præſertim conueniunt in paſsionibus in quibus ſanguis ſuperfluæ emanat, & maxime ſuperfluo fluxui ſanguinis a pectore, & ruptura uenæ in ipſo, & ſuperfluo fluxui ſanguinis ab hepate renibus & inteſtinis. Sed ſuper omnia confert ſuperfluo fluxui ſanguinis hȩmorrhoidarũ & menſtruorum,& debent exhiberi cum aqua plãtaginis, uel ſucco eius,ſeu cum aqua myrti ſeu corrigiolȩ,uel aqua pluuiali calibeata,poſſent etiam exhiberi cum pauco uino pontico,uel ſucco acreſtæ abſq; ſale, ſeu cum uino granatorum,uel cum ſimilibus ſuccis. Et doſis eius eſt. ʒ.i. Et mo-

B dus conſtructionis apparet in litera, & ſimplicia ſunt ſuperius declarata.Et nota,quod iſti trochiſci non ſolum conueniunt ſi per intus aſſumantur in ſupradictis caſibus, ſed etiã in dyſenteria cum clyſteri maxime conueniunt, præmiſſa mundificatione, & euacuatione cum pharmaco leui euacuante comprimendo,ut dictum eſt ſupra.

Additio.

Iſti trochiſci multum ſunt in uſu, maximè ſecundum præſentem deſcriptionem.Raſis.ix. ad Almanſorem ca. de mictu ſanguinis,habet unam aliam deſcriptionem, ſed nõ eſt in uſu. Summa medicina.eſt.xv.res.

MANARDVS in Confectionem troch. de carabe.

Iſti trochiſci à Paulo trochiſci de electro dicuntur, & aliter, in hunc uidelicet modum deſcribuntur. Pſyllii vnc. v.maſtiches,ramentorum electri,ireos, croci. ana vnc.iiii. opij vnc.ii. CARABE.) Succinum, & à quibuſdam electrum dicitur,

SYL. *Troch.Halicacabi,ad renum & veſicæ ulcera, & natam inde dyſuriam.Rec.baccarum,halicacabi,drach. iii.ſe*

C *minis citruli,melonis* Indi,*cucurbitæ,ana.drach.iii. & dimidiam,boli Armenicæ,gummi Arabici,thuris,ſang.draconis,papaueris albi,amygdalarum amararum, ſucci glycyrrhizæ, tragacanthi, amyli, nucleorum pineorum ana. drach.vi.ſe.apij,ſuccini,* boli,hyoſcyami,opij, ana drachmas duas.Da drach.i. cum iulep,aut cum hydromelite.*

[margin: *Sinopidis,uel milti ſeu macræ. Manar.]

SYLVII ANNOTATIO.

Hi trochiſci διὰ φυσαλίδων.i.de halicacabo: cõueniunt ardori urinæ quam uocãt ab ulceratis renibus,ureteribus, ueſica, meatu urinario pluribus continenter diebus aſſumpti cum iuleb.roſato uel hydromelite, uel uino auſtero imbecillo.Nam ulcera tergent,glutinant, & cicatrice tegũt, & urinæ acrimoniam ulceribus mordacem mitigant,ſtrigmenta cum urinis muccoſa & dolorifica obtundunt. Poſſunt etiam ſine opio parari. Alia eſt compoſitio Pauli & Actuarij,magna parte cum hac conueniens. Hactenus trochiſcos Meſuæ.

D Trochiſci ex agarico fiunt ex ipſius puluere cum uino albo,cui zingiber fuerit infuſum, uires hẽt agarici, ſed tutius agit,minoreq; uentriculi noxa. Trochiſci dia glauciu Gal.ad phlegmonas mediocres non pulſatiles,incipiẽtes, præſertim aurium, oculorum, & eryſipelata incipientia, & œdemata,& aurium ulcera.Glaucium ex aqua pluuia diligenter tere:forma paſtillos, addita gummeos parte duodecima,aut decimaquinta,ſi fragilius fuerit, quàm formari poſsit. Tro.andronis,Paſionis, Polyidæ multiplex lib. c. ph.g.& Paulo lib.7.Tr.dia opiu Galeni, ad aurium inflammatarum dolorem magnum,& implacabilem. Reci. caſtorii per ſe leuigati accurate, drach. i. opii in ſapa diſſoluti, drach.i.ſi dolor ſit uehementiſsimus : ſi minor eſt, drach.s. tempore utendi diſſolue ſapa ex muſto (hoc enim magis mulcet dolorem, quàm uinum dulce) in conſiſtentiam,quȩ clyſtere auriculario poſsit auribus infundi.Trochiſ.bechici tuſsim ab arteriæ aſperæ ſiccitate & caliditate leniunt, in

[margin: Li.14.me. Li.3.c.ph.p.]

E in catapotiis dicta recipiunt ſucci glycyrrhizæ, ſacchari optimi, ana drach.vi.amyli, tragacanthi, amygdalarum dulcium, ana drach.iiii. cum ſucco ſem.pſyllii, uel. ſemi. cydoniorum forma. Troch.albi idem pollentes, ex gummi tragacanthi, in aqua roſarum diſſoluti, & ſaccha.albiſſ. quantum ſufficit. Si inſomnia adeſt, miſce ſe. lactucæ, & papaueris, ana drach .& in catarrho acri. Mirum eſt vulgus catapotia uocare has hypoglottidas, & arteriacas antidotos, cum lupini forma fiant uti cæteræ. Etiam ſi Meſues harum autor pilulas uocet: aliæ ſunt bechicę Alexandro pag.120. Quamuis catapotia etiam bechica inueniantur, qualia ſunt hæc Gal.lib.7.com.ph.par.dolorem lenientia, ſomnum cõciliãtia, & ſanguinem ſpuentibus ſalubria, ſtyracis.℥.i.opii, myrrhæ, ana ſemunciam, paſſo diſſoluta finge in catapotia, erui magnitudine danda dormituro.

ANT. Confectio trochiſcorum Alchechengi, ad uulnera in renibus & ueſica, & dolorem quando mingitur urina. Recipe granorum alchechengi. ʒ. iii.ſem.citrulli.† & albatechæ cucurbitæ ana.ʒ.iii.&.s. F boli armeni, gummi arabici, thuris, ſang.drac. papaueris albi, amygdalarum amararum, ſucci liquiritiæ, tragacanthi, amyli, granorum pini.ana.ʒ.vi.ſeminis apii, charabæ, boli, hyoſcyami, opii. ana.ʒ.ii. da.ʒ.i. cum iuleb aut cum aqua mellis.

Confectio trochiſcorum de alchechengi multum habentur in uſu, & ſic præparati reperiuntur. Et eorum principalis utilitas eſt in paſsionibus renum & ueſicæ. nam ipſi conueniunt ardori urinæ, excoriationi renum, ueſicæ & uiarũ urinæ. mundificant & conſolidant ulcera facta in eis. & dolorem mitigant, ſi pluribus continuis diebus aſſumantur. Et doſis ipſorum, & tẽpus & modus, eſt ſicut de trochiſcis diarodon cum iuleb roſato, ſeu aqua mellis, aut uino pontico, ſecundum exigentiam diſpoſitionis. quorum deſcriptio Alchechẽgi. eſt iſta. ℞. granorum alchechengi. & eſt ſpecies ſolatri facientis conculas, rubeas, recluſas in folliculo rubeo, frigidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo. & iſtæ conculæ ſunt illæ quæ habentur in uſu. Eſt & alia ſpecies quæ facit concu G las nigras ſine folliculo, quæ eſt frigidior & ſiccior ſupradicta, cuius ſuccus eſt ſumme conueniens poſitus ab extra ad remouendum omnem ſuperfluam caliditatem extrinſecam & eius ſuccus conuenit poſitus ſuper frõte, & temporibus ad remittendum & prohibendum alienationem, & phreneſim. albathecæ alias bathechæ & melius, & eſt melo lõgus & uiridis, qui in partibus noſtris multũ comeditur in fine ueris, non tamen eſt ſanus, qui duræ digeſtionis & mali nutrimenti. Et eſt frigidæ & humidæ complexionis in primo. Reliqua ſimplicia ſunt ſuperius declarata.

Additio.

Iſti trochiſci in uſu maxime ſecundum præſentem deſcript. & poſſunt fieri cum opio & ſine opio, ſecundum uoluntatem medicorum. Auicen.in.v.cano.habet duas deſcriptiones, ſed non ſunt in uſu. Raſis etiam in diuiſionibus in cap.medicinarum urinæ habet unam aliam deſcrip. quæ ea- Batheca. dem nõ eſt cũ iſta, nec ẽ in uſu. hic intrat batheca. Et eſt batheca arabica ſecundum Simonem Ianuenſem melon magnus uiridis, qui anguria à quibuſdam dicitur. ſemen uſui medicinæ competit. Similiter dicamus de bolo, bolum uel Bolus. bolus eſt ſyncopica uel macra, lutum carpentariorum, uel lutum pictorum & ſic eſt. & hæc terra eſt quam Aui. uocat macram. Summa medi. eſt res.xix.

Manardvs in Confectionem troch.alchechengi.

Alchechengi eſt ſpecies ſolani, quam ueſicariam uocant & græci phyſalida. Inde trochiſci diaphyſalidũ, qui ab Auicenna corrupte dicuntur dyſſalidi. Albatechae Cucumeris uidelicet magni, qui anguria dicitur. Boli.) Intellige milton, quæ & macra, ſunt magni momenti in renum & ueſicæ doloribus. Solent etiam cum opio & abſque eo parari. Paul. hoc pacto: Seminis cucumeris unci.iiii.ſeminis hyoſcyami, cicutæ unc.ii.fœniculi, lapathi, croci, nucleorũ pini, amygdalarum amararum opii an. unc.i.phyſalidõ unc. iii.uini quantum ſat ſit.

DISTINCTIO NONA
de ſuffuf & pulueribus.

HAEc eſt nona pars principalis in qua determinat de diuerſis diſpoſitionib. puluerum conferẽtium diuerſis diſpoſitionibus. Et licet communiter non habeãtur in uſu, nec pręparati reperiantur, tñ uſus ipſorum magiſtraliter eſt conueniens diuerſis diſpoſitionibus propter eorum utilitates & iuuamenta. Differt autem puluis de ſuffuf, nam puluis eſt nomen generale ad omnem puluerem craſſum, uel ſubtilẽ, ſimplicem uel compoſitum. Suffuf autem eſt nomen particulare ſolũ ad puluerem ſubtiliſsimum, ſicut alcohol & cõpoſitum pluribus pulueribus. Differt autem ſuffuf à ſief, quod eſt puluis ſubtiliſsimus reductus ad formam troch. habentis ſimilitudinem cum pedona ſcacorum. fricatur aũt prædictum ſief cum aliquo liquore, & aqua fœniculi, uel roſata, & adminiſtratur paſsionibus oculorum propter eius ſubtilitatem.

Sylvivs de Suffuf.

Pulueres odorati tenuiſsimi, & cõpoſiti, cũ liquore aliquando bibendi, Arabibus ſuffuf dicti, uſu hodie rariſsimi.

Manardvs de Suffuf.

Videtur intelligere Meſue medicamina ex odoratis rebus in puluerem redactis compoſita, quæ cum aliquo liquore bibuntur. In his pauca ſunt quæ declarationem deſyderent. In primo quidem nihil.

S *Puluis ligni aloes, uentriculi humiditatem immodicam ſiccat, flatus diſſoluit, coctionem iuuat. Recipit ligni aloes unciam dimidiam, galliæ aureum unum & dimid. ſacc.albi, unc.i.& dimid. potatur drac.iij. cum miua.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cum miua ſimplici, uel aromatica, & aqua fœniculi, uel menthæ, uel abſinthii horis duabus ante cibum, & ſi uis, ueſpere hora ſomni.

G A Suffuf de ligno aloes humiditatem ſtomachi exiccat, uentoſitatem diſſoluit, & digeſtionem procurat. Recipe ligni aloes unc.s. galliæ aure.i. &.s. zucchari tabarzet unc. i. &.s. potio eius eſt. drachm. iii.cum miua.

Iſte puluis nec alii ſubſequentes præparati reperiuntur, niſi magiſtraliter. Eſt enim hic puluis conueniens ad deſiccandum humiditates contentas in ſtomacho, & ad reſoluendum uentoſitates in eo, & eſt adiuuans ad digeſtionem. Et doſis eſt.ʒ.iii.cum miua ſcilicet ſimplici, uel aromatizata dictis ſuperius, diſtemperatus cum aqua mẽthæ uel abſinthii, uel fœniculi, ſecundum diſpoſitionem, & debet aſſumi ſub actuali caliditate de mane uel de ſero, uacuo ſtomacho & ante cibum per duas horas.

Additio.

Suffuf ideſt puluis ſubtiliſsimus de ligno aloes nõ eſt in uſu, nec alia quæ ſequuntur. Iſta prima deſcriptio ſuffuf apud multos non reperitur ſcripta. Serapio habet ſuffuf de H xyloaloes quod non eſt idem cum iſto. habet conſequenter unum aliud de xyloaloes quod aſsimilatur ſequenti. Summa medicinarum eſt.iii.res.

S *Puluis ligni aloes alius, cor, & uentriculum roborat, oris odorem commẽdat, coctionem iuuat. Recipit ligni aloes drach.iij. cardamomi, mẽthæ ſiccæ, ſpicæ, marrubij, cyperi, corticis citri, ana drac.ij. galliæ, ſchœnu anthus, ana drac.i. maſtiches, aniſi, apij, ana drac.ij. ſacchari pondus omnium. Da cum miua.*

A Suffuf aliud de ligno aloes, ſtomachũ & cor cõfortat: odorem oris bonũ facit, & digeſtionẽ procurat. Rec. ligni aloes.ʒ.iii. cardamomi, menthæ ſiccæ, ſpicæ, marmacur, cyperi, corticis citri an. *ʒ.ii. galliæ, ſchœnanthi ana.ʒ.i. maſticis, aniſi, apii, ana, ʒ.ii. zucchari ad pondus omnium. Da cum miua.

Suffuf

Suffuf aliud de ligno aloes magiſtraliter poteſt haberi A in uſu, & habet utilitates, & iuuamẽta ſupradicti pulueris, & ultra illa maxime confortat uirtutes hepatis, & cordis, & oris bonum odorem facit, marmacur.i.marrubii, quidã exponunt.i.maiorana, quidam & forte melius.i.meliſſa. Et doſis eſt ſicut ſupradicti. Summa medi. eſt res.xiii.

Manardvs in Suffuf aliud de ligno aloes.

Marmacvr) In hoc ſecundo, quod uel meliſſophyllon, uel citratum ocimum ſignificat. In aromatizato, habet.) Pro quo ſaccharum candum accipiunt.

Puluis Diarhodon, intemperiem ventriculi frigidam corrigit, ob id, dolorem inde natũ ſanat, ipſumq; roborat. Recipit trochiſcorum diarhodon, maſtiches, ana drach.iij. ſuccini, menthæ ſiccæ, ligni aloes, ana drach.ij.& dimi. Da drach.i. cum vino odorifero.

SYLVII ANNOTATIO.

Humores in uentriculo ſuperfluos, etiam putres, frigidos, flatuoſos, abſumit, coctionemq; adiuuat.

B Suffuf Diarhodon ualet ad dolorem ſtomachi, & frigiditatem eius, & confortat ipſum ualde. Reci. trochiſcorum Diarhodon, maſticis ana.ʒ.iii.charabæ, menthæ ſiccæ, ligni aloes ana.ʒ.ii.& s. da. ʒ.i. cum uino odorifero.

Iſte puluis principaliter eſt calefactiuus malæ complexionis frigidæ ſtomachi: unde confert dolori eius facto à materia frigida & uentoſa, & eſt multæ confortationis uirtutis digeſtiuæ in ipſo, & deſiccatiuus humiditatum putridarum & corruptarum contentarum in ſtomacho. Et doſis eſt uſq; ad ʒ.i.s. cũ uino odorifero obſeruatis cõditionib⁹.

Additio.

Suffuf iſtud Diarhodon etiam deſcribitur à Serapione in proprio antidotario ſub nomine ſuffuf ad dolorẽ ſtomachi & frigiditatem. Summa medi. eſt.v.res.

Puluis aromatum, ventriculum roborat, coctionem iuuat, flatus diſſoluit, halitus gratiam commendat. Rec. aniſi aur.xii.ſemi.fœniculi, aur.iiii. glycyrrhizæ, zingiberis, ana aur.iij. caryophyllorum, macis, cinnamomi electi, galãgæ, galliæ moſchatæ, ana aur. ij. ligni aloes, corticis citri, ana aur.i, & dimid. moſchi boni, drach.i. quartam, ſacchari albi, ad pondus omnium, ſacchari candefacti, dimidium pondus omnium. Datur aureis duobus cum vino bono.

Suffuf aromaticum cõfortat ſtomachum, digeſtionem facit bonam, uentoſitatem diſſoluit, oris odorem facit bonum. Rec. aniſi aure.xii.ſeminis fœniculi * aur.iiij. liquiritiæ, zingiberis an.aur.iii. caryophyllorum, macis, cinnamomi electi galangæ ana aur. ii. galliæ muſcatæ * aur.ii. ligni aloes, corticis citri an. aure.i. & s. muſci boni drach.i. quartam, zucchari tabarzet ad pondus omnium, zucchari habet medium pondus omnium. Doſis eius eſt aur.ii. cum uino bono.

Iſte puluis habet iuuamenta multa, licet præparatus nõ reperiatur. Nam principaliter confortat ſtomachũ, & digeſtionẽ procurat, uentoſitatem diſſoluit, & oris odorem bonum facit, tabarzet.i. zuccha. candi. Et doſis eſt aur.ii. aſſumere cum uino odorifero. Summa medi. eſt res. xiiij.

Puluis impinguare expertus. Rec. farinæ cicerum infuſorum lacti dulci, & ſiccatorum, & iterum infuſorum lacti & ſiccatorum, ac tertio deinde coctorum vnc. vi. oryzæ frequenter lotæ, vnc.ii. tritici, & hordei excorticatorum, & ſæpe lotorum, & ſiccatorum, & ſæpe lacti infuſorum et ſiccatorum, ana vnc.iij. amygdalarum dulcium, vnc.v. papaueris, panis, albi cocti, ſeui, ana vnc.iiij. ſacchari albi, lib. i. tere. Da ſorbendas in die mane vnc. iij. coctas cum lacte, aut aqua cicerum.

SYLVII ANNOTATIO.

Conuenit emaciatis etiam lacte & decocto cicerum diſſolutus hic puluis: ad uenerem quoque ciendam facit.

A ANT. Suffuf bonum impinguatiuum & expertum. Reci. farinæ cicerum infuſorum in lacte dulci, & exiccatorum, & iterum infuſorum in lacte & exiccatorum, & fit tertio, & ſint ſicut trochiſci, deinde coctorum. vnc.vi. riſi abluti multotiens. vnc.ij. tritici & hordei excoriatorum & ablutorum multotiens & exiccatorum, & multotiens infuſorum in lacte, & exiccatorũ ana. vnc. iii. amygdalarum dulcium. vnc.v. papaueris, † tortellarum de ſeni ana. vnc.iiii. zucchari tabarzet li. vnam. Terantur, & da ut ſorbeat omni die in mane, vnc. iii. poſtquam decoquitur cum lacte, aut cum aqua ciceris.

Suffuf bonum impinguatiuum. Cõuenit corporibus extenuatis macrefactis ac etiam exiccatis, non tamen habetur in uſu. Tortellarum de ſceni, id eſt panis biſcocti facti de floræ farinæ de illa contrata. Et doſis eius eſt uſque ad. ʒ.iiij. ſumendo de ipſo pluribus uicibus in die cum lacte, aut cum aqua ciceris.

Additio.

Suffuf bonum impinguatiuum deſcribitur etiam a Serapione in proprio antidota. & deſcribit ſeptem ſuffuf: quorũ tertium huic aſsimilatur. Summa medi. eſt res.viii.

Manardvs de Suffuf impinguante.

Tortellarvm de ſeni.) Per quas panem bis coctũ. Efficax ſatis enim eſt ad concubitum ciendum.

SYL. *Puluis baccarum myrti, ad ventriculi & aliorum viſcerum imbecillitatem. Rec. baccarum myrti, & granorũ granatorum acidorum toſtorum, ana drac.xx. cymini Carmani aceto xxiiij. horas infuſi, & ſiccati, coriandri ſicci ſimiliter infuſi & ſiccati, & torrefacti, polentæ, ſucci meſpilorum immaturorum, cerationum, rhois, glandiũ, ana dra. x. acaciæ, hypociſtidos. ana drach.v. confice & da.*

SYLVII ANNOTATIO.

Diarrhœan, lienteriam, & omnem uiſcerum lubricitatem, ſiccando & adſtringendo, ualenter corrigit.

C ANT. Suffuf de granis myrti ualens ad debilitatem ſtomachi & uiſcerum. Rec. granorum myrti, & granorũ granatorum acetoſorum toſtorum, ana.ʒ. xx. cymini carmeni infuſi die ac nocte in aceto, & exiccati, & coriandri ſicci ſimiliter infuſi, & exiccati & torrefacti, & † ſauich, † anabach, † charub de ſpinis, ſumach, glandium, ana.ʒ.x.† curticuri, & tarathit, ana. ʒ.v. confice & da.

Iſte puluis eſt magnæ utilitatis conferens ad lubricationem ſtomachi & uiſcerum: ſiſtit.n. principaliter lienteriã, habet enim uirtutem fortiter conſtrictiuam ſtomachi & inteſtinorum torrefactorum, id eſt aliqualiter aduſtorũ, uel aſſatorum, cimini carmeni.i.de illa contrata. Coriandri ſicci ſilueſtris præparati.i. ſimiliter infuſi ſicut cimini, ſauich.i. hordei immaturi, anabach.i. ſucci, meſpillorum immaturorum. Doſis eius eſt cum uino citoniorum uſque ad. ʒ.ii. tẽporibus ſupradictis.

Additio.

D Suffuf de granis myrti deſcribit Sera. in prop. antid. ſub nomine ſuffuf ad diarrhœam antiquam, in hoc ſuffuf aliqua ſimplicia multum obſcura & apud multos ignota. primum eſt anabach ſiue nabach & eſt fructus cuius arbor Sadar uocatur ſecundum Serapionem in ſimplicibus: & ibi dicit auctoritate yſaac eben amarã: eſt ſicut ſorba in ſtipticitate & frigiditate & plus ea in ſiccitate, uide de eo magis ſi uis apud Sera. loco iam allegato. Secũdum ſimplex eſt charub ſiue carnub, id eſt xylocarates ſiue cornua latine. Tertium eſt curth & eſt ſecundum Serap. iũcus de Nilo de quo fit acatia: aliqui dicũt, quod eſt gummi arabicum arbor cuius eſt arbor acatiæ. Quartũ eſt tarathit eſt ſimilis fungo, quę in radicæ plantę dictę barba hircina, ſeu roſa canina creſcit & fit ex eo hypocyſtis. Summa medicinarum eſt res.xi.

Manardvs in Suffuf de granis myrti.

Savich.) græcè ἄλφιτα, latinè polenta. Anabvch.) Abah apud Auicennam: eſt quod Dioſcorides loton arborem uocat.

cat. CHARVB.) Græcè ceratia,latinè siliqua . Sed fortè totum hoc legẽdum simul , hoc pacto:Sauich anabach charub de spinis.Nam Auicẽna capite de nabach , meminit sauich de nabah . Serapion uerò dicit unam eius speciem habere spinas.Erit ergo sensus:Sauich,id est,fructus acerbi torrefacti sumpti à nabach,dicto charub spinosa. Alii tamen per nabach intelligunt zeriperha,hoc est,iuiubas.CVRTICVRI.) Id est,arboris acaciæ.TARATHIT.) Id est,hypocistidos .

SYL. *Puluis ad tussim,& thoracis dolorem, recipit amygdalarum dulcium sacchari,ana vnc.ij.se.fœn.vnc.i.tere . Da cum iulep; scilicet violato,& aqua adianti albi . ℥*

SYLVII ANNOTATIO

Hi pulueres recipi possunt in electaria mollia & dura mellita,uel saccharata.Puluis Gal.lib. 5. methodi, omnem hæmorrhagiam etiam ex arteria sistit:Rec.thuris partem .i. aloes partis.i.semiss.utendi tempore cũ oui albumine subige ad mellis crassitiem:pilo leporis mollissimo excipe:ua si ipsi & ulceri liberaliter impone:lanam eodem medicamẽto madentem super hæc applicat Aetius.Guido Gauliacus pilos incidit,& aliis miscet.Alii præter pilos miscent bolũ Armeniam,sang.draco.masttichen,terram sigillatam: succũ plantaginis addunt, & stupis excipiunt . Puluis Auicennæ inspersus,carnem gignit abraso cranii osse, & ulcere suppurato,etiam si crassa meninx appareat:Rec.sarcocollæ, thuris,ireos,sang.draco.myrrhæ,aristolochiæ,longæ, ana . fiat puluis .

Multis in usu est,sumptus ex Gal.lib.3.meth.& ex catagmaticis in lib.de composi.phar.g. Puluis ex limatura calybis aceto aliquoties macerata & siccata,sumptus drac. i. & s.cum sacchari vnc.ii.ieiuno sumptus humiditatem excrementosam & putrẽ uentriculi,hepatis,lienis & aliarũ partium nutritoriarum absumit,obstructiones liberat:ob id saluberrimus est ictero utriq; , & incipienti,hydropi,cachexiæ, cacochymiæ , coctionem ob id iuuat , & appetentiam inuitat,ablatis scilicet causis prosternentibus. Alumẽ rupis ustum, ulceribus omnium partium putridis , fistulosis , uel aliter maleficis confert, & multo magis si ante ulcera lauẽtur,& foueantur aqua uel lixiuio , uel uino quo puluis iste maceratus sit,& colãdo remotus.Chirurgis in usu multo ẽ.

Turbith drac.i. hermodactylorum,drach. s. zingiberis , scrip.i.sacchari,vnc.s.Da drach.i & s. ieiuno cum iure pulli,uel alio idoneo. pituitam à partibus remotis purgat : ob id saluber est affectibus iuncturarum. Cymini drac. ii. cum uino calido à ieiuno diebus aliquot sumptus , curat colicũ dolorem,& prohibet .

Puluis contra pestem usitatiss.

Recip.radic.tormentillæ,dictamni,tunici,scabiosæ, rad. buglossæ,ana vnc.s.sem.citri & acetosæ,ana drach. iiii.coriandri præparati.sem.portulacæ,rasuræ eboris, ana dra.ii. corallii utriusque,ana drach.i.s. rosarum rubrarum drac. i. terræ sigillatæ ueræ , vnc.s. boli armenicæ ueræ , vnc. ii. fiat puluis .

Pul.elect.de bolo.

Dosis ad pestẽ,boli arme.dra. ij.cũ aquę rosa. vnc. ii. uini vnc.s.

Recip.omnium santalorum,galangæ,ligni aloes , cinnamomi,corall.rub.rosarum rubrarum,se.melonum, ana dra. s.rad.tunici & tormentillæ,ana drac.iii. rasuræ eboris,cornu cerui,ana drach.semiss.nucem moschatam unam: macis, cubebarum,ana drach.i.anisi,marathri,zingibe. ana grana. xv.se.acetosæ,citri,iuniperi,bombacis,caryophyl. ana dra. semiss.boli Armen.drach.ii.fiat puluis.

Puluis contra lumbricos.

Reci.se.contra lumbricos vnc.i.lupinorum,vnc.s.absinthii,drach.ii.cornu cerui usti,drach.i.s.Fiat puluis .

Penidia ex Bulcasi in Seruitore usitatiss.

Sacchari boni,si uis puluerizati,li.ii. aqua dulci,aut hordei mersas cum mellis vnc. ii. nisi saccharum sit dulciss. & ne id candefiat (qua fini etiam syrup. interdum miscetur) coque prunis in uase æreo stannato potius,quam terreo uitrato , quoad fila inter digitos ducat , & manus non inquinet , affundendo paulatim oleum amygdalarum dulcium , uel commune,subige in marmore,quod eodem oleo illeueris.Deinde in clauo parieti affixo,longo, curuo , tanquam funem aliquem nunc trahe,nũc rumpe,nũc duplica, quoad

Alii autẽ tãtum adhibẽt mar

omnino albescat : calido loco serua , ut sit diutius tractabilis,forcipibus diuide in offas exiles, oblongas,uel in quam uoles figuram finge cum pul.amyli. Quidam ex melle solo coquunt alii ex mell. & saccha. portione æquali uel inequali.Addunt nonnulli aquam rosatam,& caphurã, ut sint temperatiores .

Pineolatum uulgatum .

Saccharo in aqua rosarum dissoluto , probè clarificato , & cocto,nuclei pinei mundati refrigerati cõduntur.Aliqui hos præsertim recentes,aqua calente parum diu maceratos persiccant,priusquam aut condiant, aut compositis medicamentis misceant,ut acrimoniam,& quandam substantiæ dẽsitatem stomacho noxiam adimant Aui.consilio.In pineolato autem abunde corrigi uidentur,ut hac maceratione non sit opus .

Pul.pro epithemate cordis.

Rec.florum buglossi,boraginis,melissæ,ana mani.s. santalorum,omnium rosarum rub.ana drach.ii.doronici,been albi & rubri,carabæ,ossis de corde cerui,ana. scru.iiii.corticum citri,se.oxalidis,ligni aloes, caryoph. ana drach.i.s. croci,scru.s.marg.drach.s.moschi gra. iii. camphoræ , gra. vi.fragmentorum lapil.omnium pretiosorum, drach.i. corralli utriusque,spodii, ana drach. semiss. trita per se misce.

Pul.cordialis ex iisdem,uel sic.

Recip.coralli utriusque , sigilli Lemnii ueri. ana vnc. s. rasuræ eboris,cornu cerui,ana drach.ii. marga. drac.i. coriandri præparati,spodii,rosarũ,ana scrup.ii.s.oxalidis fragmentorum pretiosorum,ossis à corde cerui, ana drach. semiss.sacchari,vnc.iii.folia auri,& argenti , ana. xxv. per se trita probe,serua .

Pul.violarum odorus.

Rec.rad.iridis Florentinæ,li.iiii.maioranæ siccæ, quart. unum.calami aromatici,vnc.iii.rosarum,uiolarũ , ana vnc. v.caryophyl.unciam unam & semiss.moschi,drachmã unã .

Pul.alexipharmacus ex cordialibus.

Ex bolo Armenica cum aceto præparata , seminæ rutæ, doronico,carabe,cardui benedicti semine,xyloaloe,serico crudo,rad. tormentillæ,dictamno,tunico,scabiosa, croco , ambra,moscho,pul.diamarg. fiat pul .uel cum syrup. de ribes opiata .

Pomum ambræ.

Recip.styracis,calamitæ,vnc.i.caryophyl.drac.ii.benioin,vnc.semiss.ambræ,drach.semissem,moschi,grana quindecim: pul.uiolarum dicti.q.s. cum aqua rosarum cogatur .

SVffuf ad tussim antiquam,& dolorẽ pectoris.Rec. amygda.dulcium,zucchari ana vnc. ii.seminis fœniculi vnc.i.tere,& da cum iuleb.

Hic est ultimus puluis qui ponitur hic à Mes.qui est aliqualiter lenitiuus asperitatum pectoris , unde est conueniens tussi antiquæ & dolori pectoris , & datur cum iuleb uiolato,& aqua capillorum ueneris.Ex supradictis pulueribus possunt construi confectiones , uel electaria cum zuccharo uel cum melle, assumendo de eis iuxta portiones superius dictas in aliis electariis . Et dosis esse poterit usque ad 3 .i.Et omnes pulueres non sunt solutiui , sed solum habent uirtutes superius dictas , & sic denominari poterunt sub illo nomine sub quo hic denominãtur. Exempli gratia, incipiendo à primo suffuf,ubi dicitur suffuf de ligno aloes, & sic de aliis. Est alius puluis qui trahitur ex dictis Gal. ut de ingenio sanitatis ca. de fluxu sanguinis ex ruptura uenæ in pectore qui summe conuenit ad restringendum omnem fluxum sanguinis undecunque emanantis , maxime ex ulneribus cuius hæc est descriptio. ℞. boli armeni, sanguinis draconis, terræ sigillatæ,thuris,masticis,aloes , pilorum leporis minutim incisorum ana.3.i. dissoluantur in albumine oui & cum stupa & cum pretiis infusis in eo æqualiter expressis ponãtur super locum,& quidam cum albumine oui ponunt de succo plantaginis. Alius puluis traditur ab Aui. v.fen.iiii.cano.cap.de fractura cranei, hic puluis capitalis generaliter ab omnibus medicis habetur in usu, & est conueniens post abrasionem ossis,& digestionem ulceris,& ipsius mundificationem , ad generationem carnis super osse discooperto , & etiam super panniculo , dicto dura mater,

si super aspergatur.Cuius hæc est descriptio.℞.sarcocollę, thuris,ireos,sanguinis draconis,myrrhæ , aristolochiæ longæ ana partes æquales, fiat puluis . Puluis factus solum ex limatura calibis assumptus cum zuccharo rosaceo . Et dosis est.3.i.s.cum.℥. ii. zucchari supradicti in forma pilularum seu electarii,debet tamen prædicta limatura calibis pluribus & pluribus diebus in aceto infundi,& sic pluries exiccari.aliter eius usus non est conueniens , licet quidam ipsam limaturam præparent,& infundant quandoque in lacte caprino, & quandoque in aqua lactis, & quãdoque in oleo amygdalarum dulcium , & sic assumunt eum , non est malum ut eius asperitas remoueatur.hic puluis modo supradicto assumptus ieiuno stomacho est ualde conueniens habẽtibus prostrationem appetitus , & relaxationem uillorum stomachi ex humiditate superflua illam deficcãdo,unde uirtus digestiua stomachi multũ uigoratur ex eius assumptione.Cõfert etiam principaliter cachexiæ & corporibus quibus habitudo corrumpitur, & quibus corpus citrinatur cũ admixtione coloris cinericii,unde conuenit principio hydropisis hepar confortando ac uigorãdo in uirtutibus suis. Et generaliter est conueniens ad desiccandum omnes putredines , & corruptas materias ubicunque contentas in mẽbris nutritiuis.Puluis alius ab expertis chirurgicis multum habetur in usu,qui solum est factus de albumine de rocha adusto , & est ualde conueniens in ulceribus fraudulẽtis,carnem fortiter corruptam remouendo , & bonam generando,eius mordicatio ex adustione remittitur, & cõuenit in ulceribus putridis oris,gingiuarum,& linguæ, lauantur enim ulcera profunda carnosa & fistulosa cum tali puluere infuso in aqua hordei quandoque in uino & quãdoq; in lixiuio,secundum quòd quærimus maiorem uel minorẽ exiccationem & abstersionem,ut talis liquor melius attingat ad profundum ulceris,debet tamẽ colari prædictus puluis à liquore ĩ quo infundit,& sufficit uirtus , quæ remanet in liquore:quandoq; conuenit prædicta ulcera cum cannula argentea clysterizare.Alius est puluis cuius usus est conueniens post digestionem humoris euacuandi,& est principaliter solutiuus materierum phlegmaticarum contentarũ in iuncturis,attrahens à remotis. Et ideo conuenit, si debito tempore assumatur podagricis,ischiaticis & aliis passionibus iuncturarũ,cuius hęc ẽ descriptio. ℞.turbith.3.i.hermodactylorum.3.i.s.zin. ℈.i.zuccahari.℥.s.Et dosis est usq; ad.3.i.s.de mane cum iure pulli uel alio liquor cõuenienti. Puluis in colica.3.ii.cimini cum uino calido de mane ieiuno stomacho & est curatiuus & præseruatiuus , si aliquibus diebus continuetur eius assumptio .

DISTINCTIO DECIMA

De pilulis.

DEcima distinctio est de pilulis.Pro introductione dicendorum aduerte , quòd propter duas utilitates , & iuuamenta principaliter pilulæ fuerunt adinuẽtæ . Et prima utilitas est propter earum displicentiam in sensu gustus.Secunda utilitas est , ut magis à remotis attrahant materias in eis contentas , maiorem moram in stomacho contrahendo . Medicinæ autem liquidæ solutiuæ,quia cito descendunt de stomacho , paucam in ipso moram contrahunt.& ideo non sunt tantæ potentiæ in attrahendo & soluendo humores,quantum sunt pilulæ.Vlterius notandum, quòd usus pilularum non est multum regularis, nec conueniens in principio febrium : nec in principio febrium quietarum phlegmaticarum : nam communiter pilulæ componuntur ex medicinis simplicibus multæ acuitatis , & caliditatis ; unde ex earum complexione inducunt inflammationem in corporibus occultæ febrientibus : nec conueniunt in quietis phlegmaticis in principio,cum materia sit parua & occulta,& indigesta:tales autem pilulæ factæ ex medicinis fortiter solutiuis,quæ couenirent in processu talium febrium & digesta materia,in principio non cõueniunt propter agitationem & motionem in ea . Potiones autem puta cum decoctione & admixtione simplicium adinuicem possunt remitti ipsarum caliditate si qua esset superflua in solutiuis componentibus ipsam , unde prohibentur etiam in principio febrium acutarum : si medicina potabilis sit lenitiua,ut facta ex cassia,uel manna cum leuissima dosi medicinæ solutiuæ admixtæ cum eis , ut cum modico succo rosarum, uerbi gratia , quæ medicina dicitur communiter minoratiua,cum qua completa digestio in materia non est expectanda in ægritudinibus materialibus. Vltimo nota , quòd pilulæ fortes, & solutiuæ debilibus & quibus uirtus stomachi est deiecta non sunt exhibendæ , quia in talibus , neque liquefiunt,neque ad actum reducuntur , anxietatem magnam in huiusmodi corporibus inducentes,& etiã multum extenuatis pilulæ paruum inferunt iuuamentum: immo potius in eis sunt prohibendæ.

SYL. *Catapotia aromatica nobis inuenta , uentriculum, cerebrũ,et sensoria humoribus crassis,putrib.pituitosis purgat,& inde natum dolorem dissipat,uentriculum roborat, coctionẽ eius iuuat.Recipiunt cinnamomi,cubebæ, ligni aloes,calami aromatici,macis,nucis moschatæ, cardamomi, caryophyllorum,asari,mastiches,schœnu anthus:spicæ,carpobalsami,an.unc.i.absinthii sicci,rosarum,an.3. v. terantur,parum coquantur in aquæ libris * xii.ad duarũ partiũ cõsumptionem:fricentur tunc manibus,& colentur & exprimantur.Accipe aloes bonæ lib.i.laua sæpe in scutella lapidea uitrata cum aqua pluuia:siccetur : ipsi affunde decocti prædicti circiter lib.ii.tere in sole:deinde ipsi aloe misce myrrhæ,mastiches,ana drachmas quinque,croci drac.tres tere curiose,prædicti decocti reliquum ipsis affunde:teredo nec siccentur:fac catapotia ciceris magnitudine. Dantur à 3 .ii.ad aureos duos . Interdum aloes tantum unc.iiii.indimus.Interdum aloe lauanda aqua myrobalanorum , tunc dantur à drac.iiii.ad drach. octo,coquatur autem in ea aqua:deinde siccetur:postremo lauanda aqua aromatum,ut diximus:sunt enim salubria hæc catapotia.*

* alii sex alii quatuor lib.

SYLVII ANNOTATIO.

Καταπότιον Grecis à καταπίνω,est medicamentum quod integrum deglutitur,uulgò pilula uocatum , à paruæ pilæ figura , nullo angulo uentriculum lædente & habili simul tangi multis uentriculi partibus . Fieri autem catapotia possunt , tum ex prædictis omnibus antidotis, tum ex aliis mox declarandis . Purgantes uero materiæ hac forma ferè concluduntur , uel,ut faciliùs deuorentur, etiam saccharo;foliis auri,carne fructuum nõ autem pelle, uel alio quopiam simili intecta:uel ut mora in uentriculo longiore diutius agat,à remotioribusq; in ipsum , & intestina humores uacuandos attrahant.Massa enim durior qualis est catapotiorum ægrius à uentriculo comminuitur , ob idq; tardius agit , liquida uerò contrà confestim uacuãt, & simul uacuãtur.Quæ horum in medio sunt,tempus ad actionem mediocre requirunt.Propterea quæ cito agere uolumus catapotia,damus admodum mollia & parua: præcipue quibus imbecillus est uentriculi calor . Catapotia diu seruanda ex aqua aliqua sola , aut succo solo ne formaueris , quòd citius siccentur,uel situm contrahant, nec uires simplicium cohibent,sed syrupis actionem catapotiorum iuuantibus,uel alio & glutinoso,& iucũdo humore.Catapotia sunt inuenta ut semel deuorẽtur (unde & nomen habent) ne suo sapore ingrato linguã uitient,utq; diuturna in uentriculo mora,à remotis etiam partibus attrahant.Cum uero ferè sint ualentibus simplicibus cõposita,initio febrium cruda adhuc materia non sunt danda,quia mouent & agitant,nec uacuant . Vnde symptomata sequuntur à Gal.scripta aphori.Concocta medicari.Neque danda sunt emaciatis, & uentriculum habentibus imbecillum,ut à quo non sint dissoluenda,& in actum reducenda à quibus si sumpta sint cochlearia tria iusculi multum calida sorbeantur. Si autem ob duritiem non dissoluantur , uomitu reiiciantur . Nisi quæ in his sunt clementissima,& mollissima,& minime deuorantur,qualia aromatica communia,mastichina,& alia quædam,de quibus post.Catapotia Thomæ de Garbo secreta his affinia ad affectus

Κόκκια etiã uocari Grecis ait Mana.

ctus cerebri,ſpinæ,neruorum contumaces,à materia frigida,craſſa,lenta,præſertim ſub finem morborum. Cubebarum,nucis moſchatæ,cinnamomi,ſpicæ, aniſi, carpobalſami,ſchœnu anthus,maſtiches,aſari,caryophyllorũ,calamin thes,ana drach.duas:turbith,colocynthidis, ana drachmas tres: myrobalanorum omnium ana drach.ii. agarici,ſennæ, ana drac.i.aloes pondus omnium cum ſucco menthæ.

ANT. PIlulæ alefanginæ, & eius interpretatio eſt pilulæ de aromatibus, & ſunt ex inuentione noſtra, & ualent ad dolorem ſtomachi propter phlegma in ipſo, & ſunt uehementis inuamenti in mundificando ſtomachum & cerebrum & inſtrumenta ſenſuum ab humoribus craſsis & putridis,ſtomachum uero cõfortant,& digeſtionem procurant.Rec.cinnamomi,cubebæ,ligni aloes,calami aromatici,macis,nucis muſcatæ, cardamomi,caryophyllorum, aſari,maſticis,ſchœnanthi,ſpicæ,carpobalſami ana vnc.i.abſinthii, roſarũ ana. ʒ.v.terantur contritione craſſa, & fundantur ſuper ea aquæ li.xii.& coquantur uſq; ad conſumptionem duarum partium. Deinde fricentur manibus & colentur, & exprimatur aquoſitas eius. Et accipe aloes ſuccotrini boni lib.i. & lauetur in ſcutella lapidea uitreata cum aqua pluuiali lauationibus pluribus. Deinde exiccetur & fundatur ſuper ipſum expreſsionis prædictę circiter lib.ii.& terantur in ſole. Deinde admiſceatur cũ aloes, myrrhæ,maſticis ana.ʒ.v.croci,drac. iii. Tere contritione bona. Deinde prædictæ expreſsionis reſiduum ſuper ea fundatur,et conterantur uſquedum ſiccẽtur, et fiant ex eis pilulæ in modum ciceris, et † da ex eis à ʒ.ii.uſque ad aur. ii. † Et quandoque exigit diſpoſitio ut minuatur ex eis uirtus aloes, et ponimus ex eo vnc. iiii. Et quandoque exigit diſpoſitio ut lauetur aloes prius cum aqua myrobalanorum,et tunc accipe ex eis ab vnc.iii.vſque ad vnc.viii. et coque in aqua, et poſtquam coxeris cum hac aqua exicca illum, et laua ultimo cum aqua de ſpeciebus, ſicut diximus, ſunt enim incolumes.

Pilulæ alefanginæ. Et eſt interpretatio pilularũ de aromatibus propter aromata multa, quæ ingrediuntur earum compoſitionem. Iſtæ pilulæ generaliter habentur in uſu, & præparatæ reperiuntur, Ipſæ enim ſunt multæ ſecuritatis, & habent iuuamenta multa: nam principaliter confortant uirtutem digeſtiuam ſtomachi deſiccando materias putridas,& corruptas in eo, & illas euacuando, incitant etiam appetitum, ſed principaliter mundificãt cerebrum, & inſtrumenta ſenſuum ab humoribus frigidis uiſcoſis & craſsis,unde ſumme conueniunt ad præſeruanda corpora laxa, ne in ægritudinem incidant, & poſſunt tales pilulæ continuari abſq; leſione ab his quibus conueniunt ſicut pilulæ communes,& melius quæ componuntur ex ſolo aloe myrrha & croco, nam in eis non ingreditur aliud ſolutiuum quam aloe, quod per ablutionem in ſua potentia remittitur.Et iſtis pilulis magiſter Marſilius utebatur quaſi in omnibus paſsionibus materialibus cerebri & ſtomachi frigidis cum admixtione aliquali choleræ. Et ſunt tardæ ſolutionis.Et doſis ipſarum eſſ poteſt uſq; ad drac. ii. tamen communis uſus eſt uſq; ad drac.unam & maxime purificant neruos & nucham.℞. carpobalſamum &c.

Additio.

Iſtæ pilulæ apud medicos ſunt nobiles, & ipſi multum utuntur ſub nomine pilularum alefanginarum,& de aromatibus quod idem eſt. harum pilularũ ponit Serapio in proprio antidotario tres deſcrip. quarum prima & tertia ſi ſimul adiungantur parum ab iſta differunt. Haly. ſimiliter.x. & vii.practicæ cap. de appetitu inordinato habent unam aliam deſcriptionem quæ parum ab iſta differt. Summa medicinarum eſt res.xx.

MANARDVS de Pilulis.

Græci coccia & catapotia uocant.

De pil.Alefang.

Et quandoque exigit diſpoſitio.) Mihi potius augenda quàm minuenda uidetur aloe. PILVLARVM doſis drach.i.) Multi nunc aloen lauant cum aqua in qua rheon barbarum longo tempore maduit.Alii cum ſucco braſsicæ.

SYL. *Catapotia ſtomachica, pituita & bile flaua ventriculum,hepar,caput,ſenſoria, iuncturas purgant. Recipiunt, hierę picræ drachmas. vii. * trium myrobalanorum, ana drach.iii.agarici drachmas duas:turbith boni drac.x. epithymi Cretenſis,aniſi,ana drachmas duas & ſemiſſem, ſalis Indi drac.duas,abſinthii,ſcammonii,ana drac. tres, fac catapotia cum penidiorum drachmis tribus, & ſucco cichorij,dantur drachmæ duæ.*

SYLVII ANNOTATIO.

Sumuntur ad drac.i.& dimidiam, tantum coctione uentriculi abſoluta ad affectus pituitoſos præſertim, ſed etiam bilioſos & melancholicos. Horis quatuor poſt ſume iuſculum lauatorium,& hora una poſt prande,ſed parcius: quin & drachma unica mediocriter purgẽt hiera picra Galeni, Myrobalani flauæ,nigræ,cepulæ.

PIlulæ ſtomatichæ caput et ſtomachum mundificant,et hepar,et membra ſenſuum,et inſtrumenta iuncturarum. Et educunt ſuperfluitates utriuſq; choleræ et phlegmatis. Rec. hieræ picræ, drach. vii. † trium myrobalanorum ana drach.iii. agarici, drac.ii. turbith boni drac.x.epithymi cretenſis,aniſi ana,drac. ii.et s.ſalis Indi,drach.ii.abſinthii,ſcammoneę ana.drac iij.Fac pilulas cum penidiarum drach. iii. et ſucco ſcariolarum,† doſis eius eſt,drac.ii.

Pilulæ ſtomatichæ caput & ſtomachum confortant,plures ipſarum deſcriptiones ponuntur.Et ſic ſecundum diuerſitatem magiſtrorum diuerſæ deſcriptiones eliguntur. Et iſtæ primæ à quibuſdam habentur in uſu, mundificant enim ſtomachum & hepar & membra ſenſuum ab humoribus frigidis & phlegmaticis,Soluunt etiam humores cholericos, & melancholicos, licet principaliter ſoluant phlegmaticos.Et doſis ipſarum eſſe poteſt uſque ad drac.i.s. licet hic ponatur quod doſis ipſarum eſt,drach.ii. & tempus aſſumptionis ipſarum eſt celebrata ſtomachi digeſtione. Et nota quod perfecta & completa operatione earum,quę cõmuniter fit quinque horis, quantitas cibi poſt aſſumenda debet eſſe minor quam ſi nulla aſſumpta eſſet medicina.Cuius oppoſitum mulieres & generaliter ignorantes faciunt, prẽmiſſo tamen lauatiuo, ut in reliquis ſolutiuis communiter fit.℞.hieræ &c. & intelligendum eſt de hiera Gal.ſuperius deſcripta quę eſt leuis & tardæ ſolutionis, quia ſolum ratione aloes eſt ſolutiua materierum cholericarum ſubtiliũ principaliter, & ſubſequenter materierum phlegmaticarũ aquoſarum.Trium myrobalanorum citrinorum .ſ. indorũ, & chebulorum,ana ʒ.iii.agarici.ʒ.ii. qui principaliter ſoluit materias phlegmaticas contentas in pectore & in cerebro,& in aliis membris neruoſis.Turbith boni.ʒ.x.qui euacuatiuus eſt phlegmatis. Epithymi hortenſis. i. hortulani, quod euacuatiuum eſt humoris melancholici,aniſi, ana. ʒ. ii.s.ſalis indi.ʒ.ii.abſinthii,ſcammoneæ.ſ. correctæ, ana.ʒ. iii.quæ principaliter eſt ſolutiua humoris cholerici,& magnæ potentiæ,penidiarum.ʒ.iii. fac pilulas cum ſucco ſcariolæ.i.lactucæ ſilueſtris ad remittendum aliqualem acuitatem, & ſuperfluam caliditatem prædictorum ſolutiuorum, & doſis communiter eſt.ʒ.i.uel ʒ.i.& s. licet ponat eius doſim eſſe.ʒ.ii.uerum huiuſmodi doſis hodiernis temporibus eſſet ſuperflua.

Additio.

Iſtæ pilulæ ſecundum quoſdam ſunt illæ quibus utimur. Meſ.autem inferius habet plures alias deſcriptiones pilularum ſtomaticarum,& omnes inter ſe ſunt differentes,ueruntamen omnes ſtomachum confortant & mundificant, & propter id ſunt qui unam deſcrip.faciũt pro alia,moderni tamen laudant primam deſcrip.& penultimam. Summa medi.eſt.xiii.res.

MANARDVS. de Pilulis ſtomachicis.

Stomachicæ

Stomachicæ à ſtomacho debebant appellari. Quidã eas paratas habent,& certe utiles ſunt. TRIVM myrobalanorum.)Citrinarum ſcilicet,chebularum, & Indarum. Doſis eius eſt drach.ii.uel drach.i.s.) Sed unica etiam mediocriter purgat.

SYL. *Catapotia Polychreſta nobis inuenta, ob idq; ſic apellata,quod ſint efficacia ad multos affectus capitis, ventriculi,hepatis,purgant enim ex his & ſenſoriis pituitam, & bilem utranque:quapropter febribus antiquis,complexis, & inuicem complicatis commodant. Recipiunt myrobalanorum flauarum,rhabarbari,ana drach.iiii. ſucci eupatorii,ſucci abſinthii,ana drach. ii. ſcammonii Antiocheni in pomo cocti drach.v.cepularum Indarum,agarici, colocynthidis,polypodii,ana drach.ii.turbith, aloes,ana drach.vi. maſtiches,roſarum,ſalis gemmæ,epithymi, aniſi, zingiberis,ana drachmam: quam: * electarii roſarum quantũ ſufficit ad comprehenſionem. Fiant catapotia craſſa, da à dra. vna ad aureum unum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Humores tenues & calidos potius quàm pituitoſos,craſſos,frigidos,uacuant à toto corpore, ſed præcipue à dictis partibus. Dantur cocta iam materia & iam miſta in febribus heterogenibus inuicem complicatis. Sunt etiam ſalubria purgationi uernæ. Dantur hora una ante diluculum, Omnium pilularum quibus utimur, has maxime excellẽtes ſcribit Manardus,& quia tutiores, & efficaciores, per aggregatiuas abſolute ſcriptas intelligũtur.

ANT. PIlulæ aggregatiuæ ex inuentione noſtra coniungentes aggregationem expertorum iuuamentorum ad febres antiquas, et ad febres diuerſitatis, et ad ægritudines capitis,ſtomachi,et hepatis, et educunt putrefactiones utriuſque choleræ et phlegmatũ, et mundificant inſtrumenta ſenſuum, et ſunt mundificatiuum bonum,quarum permixtio. Rec.myrobalanorum citrinorum,rauedſceni ana,drach. iiii. ſucci eupatorij,ſucci abſinthii,ana * drach.ii. ſcammoneæ antiochenæ coctæ in pomo * drach.v. chebulorum indorũ, agarici,colocynthidis,polypodii,ana drach. ii. turbith boni,aloes,ana * drach.vi.maſticis,roſarum,ſalis gemmæ,epithymi,aniſi, zingibe. ana drach. vnã † electarii roſarum quantum ſufficit ad aggregationem, fiant pilulæ craſſæ,da drac.unam,uel aureum unum.

Pilulæ aggregatiuæ inuentione noſtra.Hic de pilulis aggregatiuis ponuntur tres deſcript. ſed iſta prima uſitatur, & communiter habetur in uſu ubiq;, & dicuntur aggregatiuæ quia iuuamenta multa aggregant ſoluendo uniuerſaliter omnes materias,tam craſſas, quã ſubtiles, tam calidas, quam frigidas, ſed principaliter à prædominio ſunt magis ſolutiuæ humorum cholericorum & calidorũ, quàm phlegmaticorum,& frigidorum, & ab omnibus membris uniuerſaliter, & generaliter: ſed principaliter ab hepate, & ab aliis membris nutritiuis,ſoluendo materias cõtentas in eis principaliter putridas, & uſus ipſarum eſt in proceſſu febrium de materia mixta per eius digeſtionem, & ſumme conueniunt corporibus,quę purgantur tempore ueris,propter ipſorum præſeruationem,quia mundificant,& ſoluunt materias phlegmaticas, & cholericas in eis multiplicatas & in toto corpore,ſed maxime ĩ ſtomacho,hepate, & aliis membris nutritiuis, ſoluunt etiam aliqualiter humorẽ melancholicum,& tempus aſſumptionis eſt celebrata cibi digeſtione.ſ.per horam ante diem.Et doſis eſt.ʒ.i.

Et hic utiliter aduerte, quod pilulæ ſolutiuæ quando in quibuſdam corporibus diu contrahunt morã in ſtomacho non diſſolutæ,unde ad actum operationis non reducuntur, & hoc maxime contingit propter debilitatem caloris naturalis, & uirtutis digeſtiuæ in ſtomacho, unde neceſſarium eſt in talibus, ut uſque ad tria cochlearia iuris pulli, uel alterius liquoris multum calidi,quantum in ore tolerari poteſt aſſumantur,& deglutiantur, ut tali acuta mediante cali ditate liqueſiant pilulæ:ſi autem hoc prouenerit non ex debilitate ſtomachi caliditatis, ſed magis ex induratione & petrificatione pilularum,ſic iuxta doctrinam principis potius debent uomitu expelli. Summa medi.eſt.xviii.res.

MANARDVS de Pilulis aggregatiuis.

Inter pilulas quibus utimur hę maximè excellũt.ELECT. roſ.) Intellige nõ id quod Nicolaus, ſed quod ipſemet Meſue inter electaria ſua ſcripſit.

SYL. *Catap.polychreſta maiora,pituitam craſſam,lętam purgant,& inde natos affectus,colicum, arthriticum, iſchiadem,podagram,ventris totius inflationem:præter hæc hæmorrhoidas.Recipiunt bdellii,myrobalanorum nigrarum, emblicarum, ana drach. quatuor:turbith boni, & electi drac.xiii.ſeminis apii,fœniculi,aniſi,carui, ameos, origani, roſarũ,lepidii Indi,rutæ agreſtis,hermodactyli, ſalis Indi, maſtiches ammoniaci,ana drac.i.cinnamomi,cardamomi, acori,ſpicæ,croci,* caſſiæ,ana drac.ſemiſſem: ſagapeni dra. iiii.colocynth.dra.iii.penidiorum alborum drach.iiii.aloes drach.xv.commiſce cum ſucco braſſicæ, manibus tuis oleo iaſmeno inunctis.*

* ligneæ, ſeu cinnamomi vulgaris.

ANT. PIlulæ aggregatiuę maiores,ualentes ad humorem craſſum & uiſcoſum,& inflationem in mirach, & ſtomacho,& hæmorrhoidas ſoluunt, & ualent ad dolorem iunctũrarum,& iſchiaticam, & cholicam, & podagram ex phlegmate.Rec. bdellij, mirobalanorũ, nigrorum, emblicorum,ana.ʒ.iiii. turbith boni & electi,drach.xiii.ſeminis apij,fœniculi,aniſi,carui,ameos, origani,roſarum,ſetaragi indi,harmel, hermodactyli, ſalis indi,maſticis,ammoniaci, ana,drach. i. cinnamomi,cardamomi,acori,ſpicæ,croci,caſiæ ana.ʒ.s.ſagapeni,drach.iiii.colocynthidis, vnc. iii. penidiarum albarum * drach.iiij.aloes ſuccotrini,drach.xv.confice cum ſucco caulium, & unge manus tuas cum oleo ſambucino.

* drach. xx.

Additio.

Iſtæ pilulæ aggregatiuæ maiores interdum habentur in uſu.Auicen.in.v.cano.habet unam deſcrip. & dicuntur pilulæ aggregatiuæ filii Hilgeben. ſed non ſunt eædem cum iſtis.Summa medicinarum eſt.xxix.res.

MANARDVS de Pilulis aggregatiuis maioribus.

Hæ non parantur.Si quis tamen parare uoluerit,pro ſataragi Indi accipiat quod Dioſcorides uocat lepidion: & pro Harmel,intelligat ſpeciem rutæ ſylueſtris,non cicutã, ut multi.Caſsiæ.) Intellige ligneam uocatam,id eſt,cinnamomum uulgare.

SYL. *Catap.polychreſta minora,pituitam & bilem utranq; à uentriculo,& capite purgant, obſtructiones hepatis liberant,ipſumq; ac ventriculum roborãt, febres antiquas, pruritum,ulcera ꝛ maligna ꝛ iuuant.Recipiunt myrobalanorum flauarum,nigrarum, emblicarum, ana drach.iii.maſticheſ,aniſi,ſucci eupatorii,abſinthii,roſarum,ana drach. ii.rhabarbari drach.v.hieræ picræ drac. xii. confice cum ſucco apii.Da drach.ii.cum aqua calida.*

ANT. PIlulæ aggregatiuæ minores, caput & ſtomachum mundificant ab humorũ ſuperfluitatibus.ſ. uentriuſque choleræ & melancholiæ,& confortant ſtomachum & hepar,& aperiunt oppilationes & ualent ad febres antiquas,& ſanant pruritum & ulcera.Rec.myrobalanorum citrinorum,nigrorum, et emblicorũ, ana * drach.iii.maſticis,aniſi,ſucci eupatorii,abſinthii, roſarum ana.ʒ.ii.rauedſceni.ʒ.v.hieræ picræ,drac.xii. confice cum ſucco apii,da drac.ii.cum aqua calida.

* drac.iiij

Pilulæ aggregatiuæ ſecundum hanc deſcriptionem non ſunt in uſu. Summa medicinarum eſt res.xi.

SYL. *Catap.ex eupatorio maiora, obſtructionem hepatis liberant, & itterum inde ortum ſanant, ac dolorem & febres*

bres circuitu repetentes. Recipiunt myrobalanorum flaua rum,ſucci eupatorij,ſucci abſinthij,ana drach. iij. rhabarbari drach.iij.& ſemiſſ.maſtiches drach.i. croci drach. ſemiſſ.aloes drach.v.forma cum ſucco intybi. Dantur drac. ij,cum ſero lactis.

SYLVII ANNOTATIO.

Bilem liquidam & tenuem,& hos affectus inde natos ſanant.ʒ.i.& dimidia,etiam ſine ſero lactis.

ANT. Pilulæ de eupatorio maiores ad febres periodicas, & ad dolorem hepatis & oppilationem & hicteritiam.℞.myrobalanorum citrinorũ,ſucci eupatorii,ſucci abſinthii ana.ʒ.iii.rauedſceni.ʒ.iii.&.s. maſticis.ʒ.i.croci.ʒ.s.aloes boni.ʒ.v.confice cum ſucco endiuiæ.doſis eius eſt.ʒ.ii.cum aqua caſei.

Pilulæ eupatorii maiores,quidã magiſtraliter utũtur eis tamen communiter non ſunt in uſu, & ualent in ſoluendo materiam cholericam principaliter, aquoſam & ſubtilem unde conferunt hicteritiæ & dolori hepatis & oppilationi ipſius.Conferunt etiam ad febres periodicas quæ paroxiſmaliter mouentur materia cholerica prædominante,& doſis eſt.ʒ.i.s.cum aqua caſei uel ſine ipſa. Pilulæ arteticæ.i. quæ conueniunt ad dolores articulorum,quia euacuant materias contentas in illis ſicut in podagris, & principaliter ſunt ſolutiuæ materierum phlegmaticarum craſſarum contentarum in iũcturis,ſunt enim fortiter attractiuæ, & à pluribus medicis habentur in uſu.Et tempus aſſumptionis earum eſt premiſſa digeſtione materiei,& doſis eſt uſq; ad.ℨ. iiii.Cuius hæc eſt deſcriptio.℞.grana ſolis,diagridii, ebulli,& dentur de ſero,ſi aſſumẽs eas non cenet, & noctes ſint breues,uel poſt cœnam pluribus tranſactis horis.

Tẽpus aſſumptiõis.

Additio.

Pilulæ de eupatorio maiores non ſunt in uſu. idẽ Meſ. deſcribit hic inferius minores quæ ſimiliter in uſu nõ ſunt Auic.in.v.can.ſimiliter Serapio in proprio antidotario habent unam aliam deſcrip.quæ eadem non eſt cũ iſta prima. Summa medicinarum eſt.viii.res.

MANARDVS in Pilulas de eupatorio.

Maioribus quidam utuntur ad morbum arquatum.

SYL. *Catapotia ex eupatorio minora idem potentia,recipiũt myrobalanorum flauarum,rhabarbari,ſucci eupatorij, aloes,ana partes æquales,comprehende aqua apij,uel intybi. Da drachmas duas.*

ANT. Pilulæ de eupatorio minores,& ſunt ex intentione maiorum. Recipe myrobalanorum citrinorum, rauedſceni,ſucci eupatorii,aloes ana,partes æquales. Confice cum aqua apij da drach. ii. & in alio cum aqua endiuiæ.

Pilulæ de eupatorio minores,non habentur in uſu.

Additio.

Has pilulas de eupatorio minores deſcribunt Aui.in.v. cano.& ſimiliter Serapio in proprio antidotario,quę tamẽ in uſu non ſunt.Summa medicinarum eſt.iiii.res.

SYL. *Catapotia ex rhabarbaro uacuant humores craſſos, lentos,multum putres,& inde ortas febres antiquas, & ex aliis quoque humoribus,ſanant,& hepatis dolorem, ac hydropem incipientem.Recipiunt rhabarbari drach.iij. ſucci glycyrrhizæ,ſucci abſinthij,maſtiches,ana drac. i. myrobalanorum,flauarum drach.iij. & ſemiſſem: ſeminis fœniculi,drach.ſemiſſ. trochiſcorum diarhodon, drach.iij. & ſemiſſem:hieræpicræ drach.x.excipe aqua fœniculi. Da ueſpere drach.ij.cum ſero lactis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Obſtructiones hepatis aperiunt,& bilem,pituitamq; putres præſertim,purgant.

ANT. Pilulæ de rhabarbaro, cõferunt ad febres antiquas ex diuerſis generatas humoribus, uiſcoſis,& putridis,multarum putredinum & dolorem hepatis,& principium hydropiſis. Recip.rauedſceni, drach.iii.ſucci liquiritiæ,ſucci abſinthii,maſticis,ana.ʒ.i. myrobalanorum citrinorum * ʒ. iii. &.s. ſeminis apij, fœniculi ana.ʒ.s.trochiſcorum diarhodon drach.iii.&.s. hieræpicræ.ʒ.x. Confice cum aqua fœniculi,& da drac.ii.cũ aqua caſei calida in ſero.

Iſtæ pilulæ ubiq; generaliter præparantur, & habentur in uſu,& principaliter cõferunt in omnibus febribus chronicis factis ab humoribꝰ phlegmaticis,& cholericis,& principaliter ſoluunt hmores putridos cholericos admixtos cum phlegmate,unde conueniunt hydropicis,aperiẽdo oppilationes hepatis,& aquam citrinam ſoluendo.Et doſi ipſarum eſt uſq; ad.ʒ.i.s.de mane aliis conditionibus obſeruatis &c.

Additio.

Iſtæ pilulæ multum in uſu habentur,& quamuis Meſ.habeat loco rhabarbari rauedſceni quod id eſt, loco tamen pilularum de rhabarbaro non debemus uti pilulis de rauedſceni,nec econtra. nam multum ſunt adinuicem differentes,& ad diuerſas intentiones ordinatæ, igitur qui hoc faciunt,errant.Summa medicinarum eſt res.x.

MANARDVS in Pilulas de rhabarbaro.

His uti ego cõſueui in fine notharum tertianarum in autumno,corroborando eas cum aliis ut opportunũ uidetur, & da.ʒ.ii.mane,uel.ʒ.i.s.

*Catap.ex halicacabo à nobis inuenta, ad febres diutur nas ex humoribus uariis ortas, obſtructionem hepatis ſoluunt,& inde ortum dolorem, & incipientem hydropem. Recipiunt abſinthii & ſucci eius,& ſucci eupatorii, aloes, myrobalanorum flauarum maſtiches,croci, rhabarbari, cancami loti,aſari,aniſi, * caſiæ,ſeminis fumariæ;ana dra. ii.hieræpicræ drac.iii.confice cum aqua ſolani. Da à drac. i.ad aur.i.& ſemiſſem. Si autem tuſſis eſt cum febre, pone uenarum glycyrrhizæ pondus dimid.ad omnia.*

SYLVII ANNOTATIO.

Solanum id,cuius aqua aut ſucco uult comprehẽdi ſunt qui putant eſſe halicacabum ſolani ſpeciem,& inde nomen his impoſitum:alioqui halicacabum nõ reciperent,niſi male halicacabum omiſſum cauſeris, aut titulum corruptum pro alchindi,uel alio.

Pilulæ alchechengi ex inuentione noſtra, conferũt febribus longi temporis diuerſorum humorum & dolori hepatis,& oppilationi, & principio hydropiſis.Rec.abſinthij & ſucci eius, & ſucci eupatorii, aloes,myrobalanorum citrinorum,maſticis, croci,rauedſceni,laccæ ablutæ,aſari,aniſi,caſsiæ, ſeminis fumiterræ,ana.ʒ.ii.hieræpicræ.ʒ.iii.Confice cum aqua ſolatri.doſis eius eſt à ʒ.i.uſq; ad aur.i. &. s. Et ſi eſt tuſsis cum febre,pone uenarum liquiritiæ medietatem ponderis omnium.Sunt enim ſanæ & expertæ.

Pilulæ alchechengi, à practicis magiſtraliter habentur in uſu,ſunt tamen utilitatis & efficaciæ quaſi conſimilis cũ pilulis de rhabarbaro antedictis,conferunt enim ſoluendo materias craſſas,& ſubtiles,facientes febres chronicas,cõferunt etiam dolori hepatis facto à materia pungitiua, ſiue uentoſitate extendente,eleuata materia craſſa phlegmatica.Conferunt etiam principio hydropiſis ſoluendo aquam citrinam & hepar confortando,& doſis eſt.ʒ.i.s.℞. raued, caſiæ,ſcilicet ligneæ,hieræpicræ,ſolatri, quod idẽ eſt quod alchechengi,& eſt frigidæ & ſiccæ complexionis ultra ẽm.

Additio.

Hæ pilulæ interdum habentur in uſu,& ſunt ex inuentione ipſius Meſ.Sed hic cadit dubitatio ſimilis ei quæ occurrit in diacurcuma,quia licet in his pilulis non ingrediatur alchechengi,dicuntur tamen pilulæ de alchechengi ſecundum quoſdam à compoſitore,uel quòd uitio ſcriptoris deſcriptio non eſt integra uel potius & melius, quia conficiũtur cum aqua ſolatri quod eſt ſpecies alchechengi.Summa medicinarum eſt.xv.res.

Manardus

MANARDVS in pilulas de alchechengi.

Nec hæ ſunt in communi uſu. Caſsiam fiſtulam.) Intel lige ut ſupra,ligneam. Et ſi eſt tuſsis cum febre.) Nota hanc mixtionem in tuſsi,quam potes in aliis quòque pilulis facere.

Cata.Philagrii ad febres antiquas, Recipiunt trochiſco rum diarhodon,trochiſc.de rhabarbaro ana drac. iiii.ſucci eupatorii,ſpinæ albæ,ana drac.ii.abſinthii,dra.i.& ſemiſſ. myrabalano.flauarum,ſeminis caſſutæ,turbith,ana drach. iiii.agarici,aloes,ana dra.viii.ſalis indi dra.i.& ſemiſſ.con fice cum aqua fœnicu.Da drac.ii.

Pilulæ ad febres antiquas inuentione Philagrii. Rẽci.trochiſcorum diarhodon:trochiſcorum de rhabarbaro ana.ʒ.iiii.* ſucci eupatorii, bedegar ana ʒ.ii.abſinthii.ʒ.i.et.s.myrobalan.citrinorum, ſeminis cuſcutæ,turbith ana.ʒ.iiii.agarici,aloes ana *.ʒ. viii. ſalis indi,*drac.i.et.s. Confice cum aqua fœniculi, et da drachm.ii.

Iſtæ pilulæ non ſunt in uſu,nec præparatæ reperiuntur.

Additio.

Iſtæ pilulæ ad febres antiquas non ſunt in uſu. Serapio in proprio antidota.habet tres deſcrip.pilula.ad febres antiquas quæ non ſunt eædem cum iſta, ultima tamen earum parum uidetur ab iſta differre.Summa medi.eſt res.xii.

MANARDVS de pilulis ad febrem antiquam.

Bedegar.) Ideſt,ſpina alba,ut ſuperius diximus. Satis leniter purgant.

Catap.Inda Haly ad affectus melancholicos, cancrum, elephantiam,alphos nigros curatu difficiles,melancholiam morbum,& inde ortum timorem ʃ & mærorem,ʃ quartanam,icterum,ſplenicum,ſplenis dolorem, Recipiunt myrobalanorum nigrarum,ellebori nigri,polypodii, ana dra.v. epithymi,ſtœchados,ana dra.vi.agarici,lapidis cyanei loti colocynthidos,ſalis indi,ana dra.iiii.ſucci eupatorii,ſpicæ, ana dra.ii.caryophyll.drac.i.hieræ picræ dra.xii.fiat maſſa cum ſucco apii. Dantur a drachmis duabus uſque ad aureos duos cum aqua caſei.Salubria ſunt experta.

SYLVII ANNOTATIO.

Humorem melancholicum,& melancholiam uſtam purgant.Ideſt,ſplenicus eſt,qui niger Galeno dicitur initio libro.6.locorum affectorum,quòd ſplenis uitio fiat: fœdos & pallidos colores in puellis, nubilibus præſertim, uulgo appellamus,licet etiam uiros occupet.Indæ autem uocantur,uel quia in India celebrentur,uel a ſale Indo,qui niger eſt eiuſque loco ruber utendus eſt, non ſaccharum candefactum.Idem pollicentur pilulæ fumariæ Auicennæ:ad pruritum enim,ſcabiem, & affectus alios ab uſta materia natos ualent:recipiunt autem myrobalanorum citrearum,cepul. indarum,ſcammonii,ana.ʒ.v.aloes.ʒ.vii.tere omnia non multum ſubtiliter,aqua fumariæ irrora,inſola ad mediocrẽ ſiccationem:ſecundo,& tertio idem fac:poſt ſicca perfecte & repone.

Pilulæ indæ quas ſcripſit Haly. quarum iuuamentum eſt ultimum ad ægritudines melancholicas, et ad cãcrum,et lepram,et morpheam nigram difficilem,et ſunt bonæ melancholiæ,et timori,et ad dolorem ſplenis et ad quartanam et hicteritiam ſplenalẽ. Rec.myroba.nigro.hellebori nigri,polypo.an.ʒ.v.epithymi,ſtœch.an.ʒ.vi.agarici,lapidis lazu.loti, colocynthidis,ſalis indi,an.*ʒ.iiii.ſuc.eupatorii,ſpicæ ana.ʒ.ii. caryophyllo.ʒ.i.hieræ picræ.ʒ.xii.Fiant pilulæ cũ ſuc. apii.†Doſis eius eſt à.ʒ.ii.uſq; ad aure.ii.et ſunt ſanę et expertæ.Da cum aqua caſei.

Vſus iſtarum pilularum generaliter fit ab omnibus, & ubique præparatę reperiuntur, habent enim proprietates & iuuamenta principaliter ad ægritudines melancholicas, & maxime de melancholia aduſta,illam cum facilitate euacuando,ſoluunt etiam materias craſſas,& mixtas:etiam melancholiam non aduſtam,unde conueniunt ad cancrum, lepram,& morpheam nigram, quæ eſt defedatio cutis,& conueniunt in febribus quartanis, & ad hicteritiam nigram, quæ eſt de humore melancholico ex nocumento facto in ſplene,& ſunt hæ pilulæ multum memoriæ commendandæ propter earum utilitates,& doſis ipſarum eſt drach.i. tempore congruo.

Additio.

Hæ pilulæ interdum in uſu habentur. Et dixerunt quidã quòd dicuntur indæ quia in india magis in uſu habentur, quàm in aliis partibus. Alii dixerunt,quòd dicuntur indæ propter ſal indum quod recipiunt:& per ſal indum intelligę ſal nigrum:ſed cum caremus eo,ſapientes uolunt, quòd loco eius ponamus ſal rubeum,quidam ponunt zuccharum candi,ſed non recte,quia non eſt ei proximum ut eſt ſal rubeum.Summa medici.eſt.xiiii.res.

MANARDVS de Pilulis indis.

His communiter utimur in atra bile purganda. Lapidis lazuli,ideſt,cyanei. Loti.) Toties ut nullum amplius uel ſaporem uel odorem in aqua relinquat. Doſis.) Satis eſt ſi unica drachma detur.

Catap.Hermetis ex trochiſcis colocynthidos,ad cephalæam & hemicraniam difficilem,& affectus neruorum,& iunc turarum,Recipiunt trochiſcorum colocynthidos, dra. xii.hieræ drac.vii.maſtiches drach.ii.ſalis gemmæ aureum unum,ladani boni unc.i.omnia præter ladanum. & maſtichen tere,& cribra,maſtiche uero pulueretur cum pauco oleo nucum.quo ſpecies tritæ illinantur: deinde cum ladano miſceatur in mortario piſtillo calido,fiant catapotia craſſa.Da à drac.ſemiſſe ad dra.i.

Pilulæ alandahal Hermetis ad ſodam antiquam, et hemicraneam difficilem, et ægritudines neruorũ, et iuncturarum,et ſanæ et expertæ.Rec.trochiſcorum alandahal.ʒ.xii.hieræ.ʒ.vii.maſticis.ʒ.ii.ſalis gemmæ,aur.i.laudani boni unc.i.Omnia præter laudanum et maſtichem terantur et cribellentur.Maſtix quoque puluerizetur cum pauco oleo nucum,et liniantur cum eo ſpecies tritæ.Deinde cum laudano conficiantur, et in mortario,terendo ea cum piſtillo calido,et fiant pilulæ craſſæ.Da.ʒ.s.uſq; ad.ʒ.i.

Pilulæ alandahal non ſunt in uſu,nec præparatæ reperiũtur.Summa medi.eſt res.v.

MANARDVS de pilulis alandahal.

Nonnulli eas parant,ſed pauci utuntur,quum tamen efficaces ſint in pituita educenda.

Catap.ex ſarcocolla,alba,pituitam uacuant,ob id pituitoſis affectibus commodant. Recipiunt ſarcocollæ drac.iii. turbith dra.iiii.colocynthidos,drach.i.& ſemiſſ.zingi.tantundem,ſalis gemmæ,dra.i.diſſolue ſarcocollam in aqua roſata:hiſq; comprehende.

SYLVII ANNOTATIO.

Violenter pituitam craſſam, & lentam trahunt, parum tuta uſu,niſi parua doſi in ualentibus,& cum aliis miſta, deſcripta ſunt etiam in ſimpl.cap.de ſarcocolla.

Pilulæ de ſarcocolla,et ſunt pilulæ albæ ſolutione educentes phlegma,et conferunt ad ægritudines phlegmaticas.Recip.ſarcocollæ.ʒ.iii. turbith.ʒ. iii.colocynthidis.ʒ.i.et.s. zingiberis tantundem, ſalis gemmæ drachm.una.Diſſolue ſarcocollam in aqua roſata,et confice alia cum ea,et fiant pilulæ. Sunt enim ſanæ et expertæ.

Pilulæ de ſarcocolla raro à medicis uſitantur:tamen præparatæ reperiuntur,& ſoluunt materiam phlegmaticam & uiſcoſam cum uiolentia multa,& ideo ab uſu ipſarum eſt cauendum,& doſis ipſarum eſt.ʒ.i.Sarcocolla gummi eſt.

Additio.

Hæ pilulæ interdum in uſu habentur. Ipſe idem Meſ. in capi. de ſarcocolla habet eandem deſcriptionem iſtarum

pilularum,quas dicit composuisse Haly senem.Summa medicinarum est res.vi.

MANARDVS in Pilulas de sarcocolla.

Ego nunquam his usus sum,nec uidi medicum utentem.

SYL. *Catapotia Fœtida maiora,uacuant pituitam crassam, crudam,ob id conferunt affectibus inde natis,arthritidi,podagræ.gonagræ,dolori spinæ,& aliarum iuncturarum uentriculi,colico,alphis,elephantiæ,albaras.Recipiunt sagapeni,hāmoniaci,opopanacis,bdellij,colocynthidis, rutæ agrestis,aloes,epithymi.ana.ʒ.v.hermodactylorum,esulæ, ana ʒ.ii.scammonii.ʒ.iii.cinnamomi,spicæ,croci,castorii, ana ʒ.i.turbith. ʒ.iiii. zingiberis.ʒ.i. & semissem, euphorbii ʒ.i.par. duas,dissolue lachrymas aqua porri, et finge massam.* Dabis.ʒ.*duas.

*Vnica.ʒ. sufficit.

SYLVII ANNOTATIO.

Catapotia hæc arthritica δυσώδεα,pituitam crassam, lētam,à cerebro, iuncturis,& partibus aliis remotis trahunt: utēda potius in fine morborum pituitosorum, ut paralysis. Dantur drach.i.Fœtida uocantur, quòd castoreum, rutam agrestem & liquores graueolentes recipiant potius quàm quòd putres humores uacuent.

ANT. Pilulæ Fœtidæ maiores, quæ expellunt humores crassos,& conferunt ad dolorem iuncturarum, & podagræ,& dorsi, & genuum, & omnem dolorē ex humore crudo,& dolorem stomachi, & colicæ, & albaras,& morpheā & leprā. Rec.sagapeni, ammoniaci,oppopanaci,bdellii,colocynthidis, † harmel,aloes, epithymi ana.ʒ.v.hermodactylorum, alscebran,ana.ʒ.ii.scamoneæ.ʒ.iii.cinnamomi,spice,croci,castorei an. ʒ.i.turbith.ʒ.iiii.zingib.ʒ.i.et.s.euphorbii.ʒ.i. par.ii. Dissoluanť gummi in aqua porri,et fiāt pilulæ, da.ʒ.ii.

Pilulæ fœtidæ maiores generaliter sunt in usu.& sic ubique præparantur. Potenter enim soluunt materias phlegmaticas crassas & uiscosas.unde attrahunt & soluunt materias contentas in iuncturis in cerebro, & membris neruosis.Communis tamē usus ipsarum est in fine dictarum ægritudinum neruosarum,& maxime in paralysi, & in podagris longi tempori, & ægritudinibns similibus.est communis usus ipsarum, & dosis est. ʒ.i. cum conditionibus obseruatis prædictis superius assumpeis. ℞. harmel, id est rutæ,est calida & sicca circa tertium gradum,hermodactylorum,alscebrā,id est esulæ,& est medicina calida, & sicca in tertio gradu,& est radix herbæ solutiuæ humoris phlegmatici.

Additio.

Hæ pilulæ multum habentur in usu,& dicuntur fœtidæ, quia fœtidos & corruptos humores educunt,uel dicuntur fœtidæ,quia quædam fœtida ingrediuntur. Idē ca.de ægritudinibus neruorum habet quatuor descriptiones. Similiter Serapio in proprio antido.habet tres descriptiones pilularum fœtidarū,Haly.x.practicæ duas. & Rasis.ix. ad Almansorem cap.de paralysi unam, idem in libro diuisionum habet unam aliam,quæ omnes ab istis differunt,nec sunt in usu,Summa medicinarum est res.xix.

MANARDVS de Pilulis fœtidis maioribus.

Harmel.) Audi,ut supra,speciem rutæ syluestris.Da.ʒ.i. satis enim potentes sunt.

SYL. *Catapotia Fœtida minora idem pollentia, recipiunt sagapeni,hammoniaci,opopanacis,bdellii,myrrhæ, ana dra. quinque,turbith drach.x.colocynthidos drach. vi. fiant ut priora, Da.ʒ.ii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quòd paucioribus constant simplicibus, minora dicuntur,tamen minus tuta sunt quàm priora: quia minus correcta sunt simplicia: fortibus dari possunt à script.duobus,ad drach.unam.

ANT. Pilulæ Fœtidæ minores,et sunt intentione maiorū. Recip. sagapeni,ammoniaci,opopanacis,bdellii, myrrhæ ana.ʒ.v.turbith.ʒ.x. colocynthidis. ʒ.vi. Fiant sicut priores,da.ʒ.ii.

Pilulæ fœtidæ minores possunt magistraliter præparari, sed quia non sunt sic consolatæ sicut præcedētes, ideo usus earum non est sic conueniens sicut præcedentes,quia maioris periculi,& usus earum est usq; ad.℈.ii. tamen in quibusdam robustis,& fortibus possunt exhiberi. ʒ.i. aliis conditionibus obseruatis &c.

Additio.

Istæ pilulæ non sunt in usu.Gilbertus Anglicus ca.de paralysi habet unam descri.pilularum fœtidarum quæ differt ab ista nec est in usu.Summa medi.est.ix.res.

MANARDVS de Pilulis fœtidis minoribus.

Minus ualidæ sunt prioribus.

SYL. *Cata.sagapeni pituitam lentam purgant, ob id iuuant paralysin,spasmum,dolorem iūcturarum, dorsi, podagrā frigidam.Recipiunt sagapeni,hammoniaci, bdellii, opopanacis,aloes,castorii,rutæ agrestis,ana drach.ii.colocynthidos.ʒ.iii.Fac massam cum aqua porri.*

SYLVII ANNOTATIO.

Pituitam crassam lentam,expulsioni paratam, à cerebro spina,& aliis partibus neruosis potenter educunt.ʒ.i.tutiora tamen sunt fœtida maiora.

ANT. Pilulæ de Sagapeno ad paralysim, et mollificationem,et spasmum,et dolorem iuncturarum,dorsi, et podagram frigidam, et soluunt phlegma uiscosū.Rec.sagapeni,ammoniaci,bdellii,opopanaci,aloes, castorei,harmel,ada.ʒ.ii.colocynthidis drach. iii. Fiāt pilulæ cum aqua porri.

Istæ pilulæ præparatæ reperiuntur,licet non multum habeantur in usu,sunt enim principaliter solutiuæ materierū phlegmaticarum crassarum,& uiscosarum à cerebro, & nucha,& aliis membris neruosis,& conueniunt doloribus iūcturarum, & ad paralysim & ad spasmum, præmissa tamen digestione materierum,& dosis est ad.ʒ.i.Tutius tamen est ab eis abstinere,& uti pilulis fœtidis maioribus dictis superius. Pilulæ cochiæ communiter non reperiuntur positæ in antidotario Mes.sed earum descriptio ponitur inferius in suo de appropriatis.c. de cura sodæ frigidæ. Ponitur etiam ipsarum descriptio consilio Almansoris cap. de dolore capitis à materia frigida,& hæc est descriptio quæ communiter habetur in usu. & sic ubique præparatæ reperiuntur.℞.pulueris hieræpicræ Gal.ʒ.x.colocynthidis.ʒ.iii.& tertiam partem drac.vn.scammoneæ drac.ii.s. turbith,stœchados ana.ʒ.v.confice cum succo absinthii,& dosis earum communiter est.ʒ.i.Istæ pilulæ efficaciam magnam habent in soluendo materias frigidas, & phlegmaticas, in capite contentas.unde summe conueniunt sodæ,& dolori capitis facto à materia frigida phlegmatica,& etiam cōferunt passionibus frigidis materialibus membrorum neruosorum, & usus earum esse debet post digestionem.

Pilulę cochiæ.

Additio.

Hæ pilulæ raro habentur in usu,illa uero descriptio quę est magis in usu est una alia quam idem inferius describit Aui.in quinto cano.habet unam aliam descri.sed non est in usu.Summa medicinarum est res.ix.

MANARDVS in Pilulas de serapino.

Neq; his usus sum unquam.

SYL. *Catap.Euphorbii,pituitam frigidam, crudam, ad neruos fluentem euacuant,ob id conferunt paralysi.Recipiunt euphorbii,colocynthidos,agarici,bdellii,sagapeni,ana dr. ii aloes,drach.v.finge cum aqua porri. Dantur à drachm. semiss.ad drach.unam.*

SYLVII ANNOTATIO.

Non utenda nisi in necessitate magna, idq; in robustis.

ANT. Pilulæ de Euphorbio solutione educunt phlegma frigidum,et conferunt ad mollificationem, et paralysim,et educunt humores crudos, qui descendunt ad neruos.Rec.euphorbii,colocynthidis,agarici bdellii, sagapeni ana. ʒ.ii. aloes. ʒ.v. Fiant pilulæ cum aqua porri.Potio est à.ʒ.s.usq; ad.ʒ.i.

Istæ

Istæ pilulæ raro habentur in usu licet præparatæ reperiātur.Inducunt enim uiolentiam magnam ex earum potentia,& acuitate in soluendo phlegma frigidum & uiscosum, quod est causa mollificationis & paralysis, uitandæ sunt ergo,nisi in casu magnæ necessitatis, & in corporibus robustis & fortibus,& dosis ipsarū est à.ʒ.s.usq; ad.ʒ.i. Euphorbium est gummi calidum,& siccum in quarto.

Additio.

Hæ pilulæ habentur in usu secundum præsentem descriptio.Aui. in.v.can.habet unam descriptio. quæ eadem est in simplicibus cum ista,sed differt in hoc, quòd hæ conficiūtur cum aqua porri,aliæ uero cum aqua caulium.Similiter Serapio in proprio antidotario habet unam aliam descrip. quæ differt ab ista. Gilbertus Anglicus capi.de paralysi unam habet descriptio.quæ non differt ab ista. Summa medicinarum est res.vii.

MANARDVS in Pilulas de euphorbio.

Validæ sunt in articulorum affectibus à pituita factis.

SYL. *Catap.ex rhabarbaro alia ad hepatis & lienis obstructionem,& hydropem.Recipiunt rhabarbari.ʒ. vij. hammoniaci,sagapeni,bdellii,ana.ʒ.x.cancami.ʒ.viii.opopanacis.ʒ.iiii.thymeleæ,gummi. ana.ʒ. iiii. turbith.ʒ.x.spicæ, polii,aloes,ana.ʒ.v.mastiches.ʒ.ii.myrobala.flauarum.ʒ. x.dissolue lachrymas uino,& forma. Dantur à drachmis duabus cum aquæ casei.*

SYLVII ANNOTATIO.

Catapo.Imperialia his affinia,bilem, & pituitam ex nutritoriis partibus uacuant. Rhabarbari unc.i. aloes unc.ii. turbith,agarici,folliculorum sennæ,quinq; myrobal. cinnamomi,amomi,cardamomi,caryophyllo.zingibe.macis,nucis moschatæ,zedoariæ,cubebæ,xylaloes,croci,anisi, mastiches,spicæ nardi,mellis aerii,ana scrup.i. cum syrupo rosato,aut uiolato.

ANT. Pilulæ de raued.conferunt ad oppilationes splenis, & hepatis,& hydropisim.Recip.rauedsceni.ʒ.vii. ammoniaci,sagapeni,bdellii ana.ʒ.x.laccæ.ʒ.viii. opopanacis.ʒ.iiii.mezereon,gummi,ana.ʒ.iiii.turbith ʒ.x.spicæ,polii,aloes ana.ʒ.v.masticis.ʒ.ii.myroba.citrinorum.ʒ.x.Dissolue in uino gummas,& fac pilulas, dosis est.ʒ.ii.cum aqua casei.

Pilulæ de raued,idest de rhabarbaro.hæc descriptio non habetur in usu,sed ea quæ superius habetur.

Additio.

Pilulæ de raued apud aliquos aromatarios tenentur confectæ,& sunt in usu sub nomine pilularum de raued. non debet autem ista confectio dari,nec confici pro pilulis de rhabarbaro.Rasis.ix.ad Almansorem capi. de hydropisi, habet unam aliam descrip.sed non est eadem cum ista.Serapio uero in proprio antidota.habet unam descripti. pilularum de raued. quæ est eadem cum ista. Summa medicinarum est res.xiiii.numero.

MANARDVS in Pilulas de raued.

Licet raued idem sit quod rheon barbarum, pilulæ tamē hæ longe efficaciores sunt quàm quæ de rhabarbaro uocantur.Dosis tamen non transcendat drachmam.

SYL. *Catap.ex thymelea, serosum excrementum ualēter purgant,seu aquas,ob id hydropem iuuant.Rec.foliorum thymeleæ aceto infusorum & siccatorum.ʒ.v.myroba. flauarum.ʒ.iiii.cepularum.ʒ.iii.forma cum manna, & tamarindis aqua intybi solutis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Dantur à drac.i.ad scrip.iiii.in ascite. Valide enim purgant aquas,tutius autem rhabarbaro,aut catapotiis rhabarbari miscentur.

ANT. Pilulæ de mezereon,& sunt medicina mirabilis ad hydropisim,& educunt aquam citrinam, & sunt expertæ.Recipiunt foliorum mezereon infusorū in aceto, & exiccatorum,drachm. quinque mirobalanorum citrinorum,drachm.iiii.chebulorum, drachm. iii.confice cum tereniabin * & tamarindis dissolutis in aqua endiuiæ.

*ue?

Pilulæ de mezereon.i.de laureola. hęc descrip. pilularū communiter est in usu,& ubique preparata reperitur, sunt enim conuenientes principaliter ad soluendum aquam citrinam.unde communiter ab omnibus medicis dantur in cura hydropisis ascitis.Et dosis communiter est à drac.una usq; ad.℈.iiii.obseruatis conditionibus.

Additio.

Hęc descript. pilularum communiter in usu habetur.idē Mes.ca.de mezereon hanc eandem habet descrip.Et dicuntur de mezereon,quia ingreditur plus de mezereon quàm de alio simplici.Christoforus de honestis in præsenti commento habet mezereon.i.laureolam,quod falsum est,ut dictum est supra in confectione almezereon. Serapio in proprio antid.habet duas descrip.pilu. de mezereon quæ non sunt eædem cum ista.Summa medi.est res.iiii.

MANARDVS in Pilulas de mezereon.

Valide purgant aquam,tutius tamen est miscere cum eis rheon,uel pilulas de rhabarbaro uocatas.

SYL. *Catapotia optica maiora,uisum roborant, & augent, excrementa uacuant,corpus sanum seruant, sumptis his, à cibo abstinere non est necesse.Recipiunt rosarum,uiolarum absinthii,colocynthidis,turbith,cubebæ,calami aromatici nucis moschatæ,spicæ,epithymi, carpobalsami, xylobalsami,seseleos, seminis rutæ, schœnu anthus,asari, mastiches, caryophyllorum,cinnamomi,anisi,fœniculi,apii,casiæ, croci,macis,ana drachm.ii.myrobalanorum flauarum, cepularum indarum,belleric.emblic.rhabarbari, ana drac.iiii. agarici,sennæ,ana drac.v.euphragiæ,drach.vi.aloes, pondus omnium.comprehende succo fœniculi.Dantur à drach. ii.ad drach.iii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Pituitam à cerebro, & oculis uacuant, ob id oculorum morbos inde natos curant: adhæc uisorum spiritum roborant,augent,puriorem reddunt,sic uisionem iuuant Optica idest,uisoria,seu cum uulgo,lucis inde dicta. Hæc roborat Manard.in pituita educenda cochiis:in bile,aureis pilulis.

ANT. Pilulę lucis maiores,& addūt in uisu,& corroborāt & abstergunt instrumenta sensuum, & expellunt superfluitates,& custodiunt sanitatem corporis, & præsumitur super eis absque necessitate abstinendi, Rec.rosarum,uiolarum,absinthii, colocynthidis, turbith,cubebæ,calami aromatici,nucis muscatæ, spicæ, epithymi,carpobalsami,xylobalsami,sileris,seminis rutæ,schœnanthi,assari,masticis,caryophyllorum,cinnamomi,anisi,fœniculi,apii,casiæ,croci, macis ana drac. ii.myrobalanorum citrinorum,chebulorum,indorum belliricorum,emblicorum,rauedsceni ana dra.iiii. agarici,senæ ana dra.v.euphragiæ * drac.vi.aloes succutrēsis ad pondus omnium, Confice cum succo fœnic. Dosis eius est à.ʒ.ii.usque ad.iii.

*dra. vii.

De istis pilulis ponuntur duæ descrip. & ista prima est illa quæ communiter magis habetur in usu, & ubiq; magis præparata reperitur. Summe conueniunt in soluendo superfluitates,maxime phlegmaticas contentas in cerebro, & sunt conseruatiuæ uirtutis uisiuæ, & curatiuæ ægritudinum oculorum quæ fiunt à materia frigida.Et ultra uirtutē solutiuam quam habent,sunt confortatiuæ prædictæ uirtutis uisiuæ spiritus uisibiles multiplicando, & eos claros, & peruios faciendo.Et dosis est.ʒ.i.s.℞.sileris.s.montani, casiæ.s.ligneæ,& reliqua sunt nota.

Additio.

Istæ pilulæ apud nos sunt in usu, dicuntur autem lucis, quia ualent ad oculos medendos, uel dicuntur lucis, quia obscuritatem oculorum prout sol noctem remouent, & de ipsis reperiuntur hic maiores & minores,sed maiores sunt illæ quas medici nostri laudant. Summa medicinarum est res.xxxvi.numero.

MANARDVS in Pilulas lucis maiores.

Has ego roborare consueui, in pituita quidem educenda cum cocchiis, in bile cum aureis. Minores magis respiciunt atram bilem quàm maiores.

SYL. *Catapo. optica minora idem pollentia, recipiunt xylobalsami, carpobalsami, ana dra. i. chelidonij. dra. v. rosarũ, uiolarum, absinthij, euphragiæ, ana dra. iij fennæ, epithymi, myrob. flauarum, cepul. ind. belleri. emblic. agarici, colocynthidos, schœnu anthus, lycij, lapidis cyanei, ana drach. ij. & semissem, aloes, pondus omnium, finge cum succo fœniculi, aut chelidonij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Minora hæc sunt uocata, ꝙ paucioribus constant simplicibus, uiribus enim ualentiora sunt prioribus: præsertim ad purgandam melancholiam magis, quàm pituitam, cum illa contra pituitam potentius purgent, quàm melancholiam.

ANT. Pilulę Lucis minores, in intẽtione maiorũ. Re. xylobal. carpobal. an. ʒ. i. chelido. ʒ. v. rosa. uiola. absin thii, euphragię an. ʒ. iii. fenæ, epithymi, myrob. citri. chebu. indo. bellir. embli. agarici, colo cynthi. schœnanthi, licii, lapidis lazu. an. ʒ. ii. et. s. aloes boni ad pondus omnium. confice in succo fœnicu. aut chelidoniæ.

Pilulę lucis minores etiam preparantur, & habentur in usu, non tamen sicut prædictę, & in operatione quasi conueniunt cum illis. Et dosis est sicut illarum, attamen istę minores sunt plus solutiuæ materiæ melancholicæ quã phlegmaticæ, sed maiores magis soluunt phlegma, & minus melancholiam. Et cum hoc plus uel magis sunt confortatiuæ cerebri, & instrumentorum sensuum.

Additio.

Istæ pilulę minores interdum habentur in usu. Summa medi. est res. xxi. numero.

SYL. *Catapotia stomachica alia cerebrum, & uentriculum corruptis humoribus purgant, uentriculum roborant, coctionem iuuant, appetentiam excitant. Rec. hieræ picræ. ʒ. x. trium myrobala. absinthij, ana. ʒ. ij. masticbes, aniſi, bellericarum, emblicarum, agarici, ana dra. ij. & semiſſ. zingiberis drac. ii. caryophyllorum, ſalis gemmæ, ſchœnu anthus, ana drac. i. turbith dra. xii. confice cum ſucco abſinthij. Da dra. ii. uel. iii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Possunt dari tantum à ʒ. i. ad ʒ. i. & dimidiam, ut prædicta, nam corpora regiones frigidas habitantia, quia pituitosa, alba mollia, minus ualentia ferunt medicamenta, quã corpora nigra ficca, dura regiones calidas, ut Aegyptum, Aethiopiam colentia, Gale. in lib. c. ph. g. Catapotia autem ex puluere solius hierę picræ Galeni cum melle rosato, uel syrupo rosato, uel alio formata idem possunt quod hiera ipsa, & ad ʒ. ii. sumi possunt. Catapotia Rusi ex aloes unc. ii. croci myrrhæ, ana unc. i. cum uino albo aromatico: uel potius syrupi limonum, uel succo citrei formanda, illis proxima sunt uiribus. Pro croco autem ammoniacum, thymiama miscet Paulus lib. 3. capit. de pestilentia ex Rufo. Sunt enim contra pestem salubria, præsertim additis un. ii. boli armenicæ & aloe, si æstas sit, lota in aqua intybi & rosarum. Nam uentriculum, intestina, mesarẽum, hepar, cerebrum purgant humore putri, bilioso, aut pituitoso. Dantur mane ieiunis. ʒ. i.

ANT. Pilulæ stomachicę, stomachũ et digõnem confortant, cerebrũ et stomachũ à corruptis humoribꝫ purgãt, et appetitũ excitãt. Rec. hieræ pic. ʒ. x. triũ myrob. absin. an. ʒ. ii. masti. aniſi, belli. embli. agarici an. ʒ. iii. et. s. zingi. ʒ. ii. caryophy. ſalis gẽmę, ſchœnã. an. ʒ. i. turbith. ʒ. xii. Confice cũ ſuc. abſin. et da. ʒ. ii. uel. iii.

Pilulæ stomachicę stomachum & digestionem confortant, & superius posita est descriptio pilularum stomachicarum quę communiter sunt in usu, uerum hę duæ descriptiones modicum differunt in uirtute & operationibus. Istę enim purgando humores putridos & corruptos contentos in stomacho ipsum stomachum confortant, uirtutem digestiuam uigorando. Et conferunt ægritudinibus frigidis cerebri materialibus. Et dosis communis earum est. ʒ. i. licet possit dari ʒ. i. s. obseruatis conditionibus &c. Summa medi. est res. xvi.

Catap. ſtomachica alia idem pollentia, recipiunt trium myrobala. ana dra. iii. roſa. maſtiches, ana dra. ii. cardamomi, ligni aloes, ſantali citrini, cubebæ, caryophy. ſchœnu anthus, nucis moſchatæ, ana dra. ii. rhabarbari. unc. ſemiſſem turbith drac. vii. aloes pondus omnium, comprehende omnia uino odoro. SYL.

Pilulæ aliæ stomachicę, et sunt in intentione priorum. Rec. trium myrobala. an. ʒ. iii. rosa. masticis ana. ʒ. ii. cardamo. ligni aloes, sandali citrini, cubebæ, caryoph. schœnã. nucis mu. an. ℥ ʒ. ii. rauedseni unc. s. turbith. ʒ. vii. aloes ad pondus omnium. Confice cũ uino odorifero. *drachm.

Pilulę stomachicæ alię in operationibus conueniunt cũ supradictis. Et dosis est sicut in supra declaratis. F

Additio.

Summa medicinarum est res. xvi. numero.

Catap. ſtomachica alia nobis inuenta, uentriculum, & caput expurgant, quouis tempore ſumi poſſunt. Recip. turbith drac. x. maſtiches dra. iiii. roſarum dra. iii. aloes bonæ pondus omnium, comprehende ſucco abſinthij. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Materiam pituitosam, putrem, præcipue aquosam ex uẽ. triculo & cerebro uacuant à ʒ. i. ad ʒ. i. & semissem.

Pilulę stomachicę nostrę, stomachum et caput mũ dificant, et accipiantur omni tempore. Rec. turbith. ʒ. x. masticis. ʒ. iiii. rosarum. ʒ. iii. aloes boni ad pondus omnium. Confice cum succo absinthii. ANT.

Istę sunt pilulę quę communiter plus habẽtur in usu, & ab aromatariis prẽparantur. Ipsę enim sunt mundificatiuę materierum crassarum contentarum in stomacho, & in capite soluendo principaliter materias phlegmaticas corruptas, & maxime subtiles & aquosas. Et sunt pilulæ satis do mesticę. Et earum dosis est usque ad drac. unam. s. cum conditionibus obseruatis. G

Additio.

Quamuis Mes. habeat plures descriptiones pilularum stomachicarum, plus tamen ista cum aliis primis suprascriptis habentur in usu, & ab aromatariis prẽparantur. Summa medici. est res. iiii.

MANARDVS de Pilulis stomachicis nostris.

Primę pituitam purgant, & uentriculum roborant, secũ dę bilem etiam purgant, tertię pituitam, quartę inter omnes has sunt minus calidę.

Catap. ſtomachica alia, caput, & uentriculum purgantia, recipiunt aloes drac. vi. maſtiches, roſarum, ana dra. ii. compone cum ſucco ſolani. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Hęc ostendunt hieram picram Gale. tribus his simplicibus absolui posse, sed minus efficacem, ut ante docui. H

Pilulæ alię stomachicę stomachum et caput mundificant. Rec. aloes. ʒ. vi. masticis, rosarum ana. ʒ. ii. Confice cum succo solatri. ANT.

Pilulę stomachicę caput, & stomachum confortant, & mundificant. Istę pilulę possunt magistraliter prẽparari, & usus est quasi sicut pilularum communium. Summa medicinarum est res quatuor.

Catapo. alia ex eiſdem trochiſcis efficacia ad affectus cerebri, neruorum, & iunctturarum pituitoſos, recipiũt trochiſcorum colocynthidos, dra. x. ſalis gemmæ, dra. i. ladani dra. xii. olei roſa. quantum ſufficit. SYL.

Pilulæ alandahal, expertę ad ęgritudines cerebri, et neruorum phlegmaticas, et ad ægritudines iunctturarum, et sunt sublimes. Recip. trochiscorum alandahal. ʒ. x. salis gemmæ. ʒ. i. laudani, ʒ. xii. olei rosarum, quantum sufficit, & sunt expertæ. ANT.

Pilulæ alandahal non sunt in usu, nec præparatæ reperiũtur. Summa medicinarum est res. iiii.

MANARDVS in Pilulas alandahal.

Hæ minus calidæ sunt quàm quæ iuxta Hermetem superius sunt descriptæ.

SYL. *Catapotia ſtomatica alia recipiunt myrobalanorum flauarum, aloes, turbith, ana drach. x. roſarum, ſpicæ, maſtiches, ana drach. ij. & dimidiam, aniſi drachm. i. & ſemiſſem, ſalis Indi, croci, ana drachmam unam, miſce cum ſucco abſinthij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hæc ob myrobalanos flauas, bilẽ flauam leuiter uacuant.

ANT. Pilulæ stomachicæ aliæ nostræ. Rec. myrobalanorum citrinorum, aloes, turbith ana. ʒ. x. rosarum, spicæ, masticis ana. ʒ. ii. & s. anisi, ʒ. i. & s. salis indi, croci ana. ʒ. i. Confice cum succo absinthii.

De istis pilulis multæ ponuntur descriptiones. Omnes tamen conueniunt in hoc, ꝙ soluunt materiam phlegmaticam, maxime à stomacho, & cerebro &c. præsentes tamen pilulæ uirtutem habent aliqualiter in soluendo materiam cholericam. Et dosis esse potest usq; ad. ʒ. i. s. & istæ pilulæ stomachicæ præleguntur secundum uoluntatem medicorum eis utentium. Summa medicinarum est res. x. B

MANARDVS in Pilulas alias stomatichas.

Non multum differunt ab his quæ tertio loco supra sunt scriptæ.

SYL. *Catap. ex agarico, thoracem purgant pituita craſſa & putri, ob id antiquæ tuſſi, & aſthmati conferunt. Recipiunt agarici, drachmas tres radicis ireos, praſii, ana drach. unã turbith, drachm. v. hieræpicræ, drachm. iiij. colocynthidos, ſarcocollæ, ana drach. ij. myrrhæ, drach. i. miſce cum ſapa. Da drachmas duas.*

SYLVII ANNOTATIO.

Trahant etiam à capite & iuncturis, & peripneumoniæ etiam conferunt scrip. quatuor. sine myrrha fiunt Auic. ca. de asthmate. C

ANT. Pilulæ de agarico, mundificant pectus ab humoribus crasis & putridis, & conferunt asthmati, & tussi antiquæ. Rec. agarici. ʒ. iii. radicis lilii cœlestis, prasii, ana. ʒ. i. turbith. ʒ. v. hieræ picræ. ʒ. iiii. colocynthidis, sarcocol. ana. ʒ. ii. myrrhæ. ʒ. i. Confice cum robub. & da. ʒ. ii.

Istæ pilulæ multum sunt in usu, & sic ubiq; præparatæ reperiuntur, cõueninnt enim in passionibus capitis, & pectoris, euacuando humores crassos, & adhærentes, attrahunt etiam omnem materiam à iuncturis, unde conferunt peripneumonicis, asthmaticis, tussientibus &c. Et dosis earum est. ℈. iiii. & earum compositionem ingreditur radix ireos, faciens lilios cœlestinos, & est calidæ & siccæ complexionis in tertio gradu, cuius succus summe confert, hydropicis asciticis, soluit enim aquam citrinam in copia magna, & dosis eius est usq; ad. ʒ. iiii. depuratus cum modico mellis uel zucchari, spica, & cinnamomo. Et dosis est. ʒ. iii. prædicti succi sic præparati cum. ʒ. i. mellis uel zucchari ad soluendum usq; ad. iiii. ascllas. Et de tali potione potest exhiberi semel in septimana præsupposita semper uirtutis constantia, & debet assumi sub actuali caliditate de mane, sicut aliæ potiones, & iam uidi solum cum hoc medicamine, & alio bono regimine in sex rebus nõ naturalibus, plures hydropicos curatos esse. Mirabile in asciti.

Additio.

Istæ pilulę multum in usu habentur, idem Mes. ca. de asthmate habet unam aliam descrip. Similiter Aui. in. iii. cano. sen. x. de cura asthmatis, quæ eadẽ est cum ista. Serapio uero in proprio antidotario habet unam descrip. quæ eadem non est cum ista. Summa medicinarum est res. ix. D

MANARDVS in Pilulas de agarico.

Hæ ubique confectæ inueniuntur, & pectori sunt admodum utiles. Auicenna eas describit cap. de asthmate. sed non apponit myrrham.

Catap. ad febres biliosas, & morbos ex bile flaua, & ſanguine natos, recipiunt myrob. flauarum, & ind. emblicarum, ſeminis fumariæ, caſſuthæ, ana drachm. ij. foliorum roſarum, ſeminis citruli, rhabarbari, ana drach. ij. alij rhabarbari drach. vi. ſcammonij in cydonio cocti, drach. i. & ſemiſſem, alij drach. ij. & ſemiſſem, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, ana drach. ij. agarici, drach. ij. & ſemiſſem, hieræ picræ, drach. viij. mellis cum caſſia fiſtula, tamar Indis, & ſucco intybi miſti, quantum ſufficit. Dantur à drach. ii. ad aureos duos. SYL.

Pilulæ quæ conferunt ad febres cholericas & ad ęgritudines choleræ citrinæ & sanguinis. Re. myrobalanorum citrinorum, & indorum, seminis fumiterræ, cuscutæ, emblicorum ana. ʒ. ii. foliorum rosarum seminis citrulli, rauedseni, an. ʒ. ii. & in alio raued ʒ. vi. scammoneæ coctę in citonio. ʒ. i. & s. in alio. ʒ. ii. & s. succi eupatorii, succi absinthii an. ʒ. ii. agarici, ʒ. ii. & s. hieræ picræ. ʒ. viii. mellis aggregationis, casiæ fistulæ et tamarindorum, et succi endiuiæ quãtum sufficit. Dosis est à. ʒ. ii. usq; ad aur. ii. ANT.

Pilulæ quæ conferunt ad febres cholericas, communiter non sunt in usu, nec præparantur. Summa medicinarum est res. xvii.

MANARDVS de Pilulis, quæ conferunt ad febres cholericas.

Non est tutus earum usus in febribus magnis.

Cata. diarhodon, uentriculum firmant, coctionem iuuãt. oris odorem commendant. Recipiunt trochiſcorum diarhodon, abſinthij, ana drach. v. ſummitatum ſchœnu anthus, maſtiches, ana drach. ij. ſalis Indi drach. i. aloes bonæ pondus omnium, comprehende aqua foliorum citri. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Pituitam, præsertim tenuem & putrem, à uentriculo uacuant, & ui aloes etiam bilem.

Pilulæ diarhodon, stomachum et digestionem cõfortant, et oris odorem faciunt bonum. Rec. trochiscorum diarhodon, absinthii ana drac. v. cimarum schœnanthi, masticis ana drach. ii. salis indi, drach. i. aloes boni ad pondus omnium. Confice cum aqua foliorum citri. ANT.

Pilulæ diarhodon, usus istarum pilularum à quibusdam habetur, nam sunt domesticæ & magnæ securitatis in soluẽdo phlegmaticam materiam subtilem, ac etiam materiam cholericam uirtute aloes quod ingreditur compositionem ipsarum, cum hoc etiam sunt confortatiuæ uirtutis digestiuæ stomachi desiccando putredines in eo contentas, & oris odorem bonum faciunt. ℞. cimarum, id est extremitatum schœnanthi, & dosis est usq; ad drach. unam. Summa medicinarum est res. vii.

MANARDVS de Pilulis diarhodon.

Faciles admodum essent, sed non parantur.

Catapotia ex turbith aurea dicta, bilem & pituitam citra moleſtiam purgant, hepar & uentriculum roborant, coctionẽ iuuant, recipiunt turbith boni dra. xvi. aloes unc. i. & ſemiſſ. maſtiches, roſarum, ana drac. vij. myrob. flauarum, drac. x. croci drach. iii. confice cum ſucco abſinthii. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Nomine aurearum pilularum medicis ueniunt quę à Nicolao describuntur. Hæ autem turbithicæ his appellantur. Mesues sine zingibere parat, ut sint mitiores, & minus lõge trahant: zingiber enim turbith actionis nim talẽ impartit.

Pilulæ de turbith, & dicuntur pilulæ aureæ, choleram & phlegma sine molestia purgant, stomachũ & hepar confortant, & digestionem procurant. Rec. turbith boni dr. xvi. aloes. unc. i. & s. masticis, rosa ANT.

rum ana.ʒ.vii.myrobalan.citrinorum.ʒ.x.croci.ʒ.iii. confice cum ſucco abſinthii.

Pilulæ turbithaceæ non ſunt in uſu,nec præparatæ reperiuntur.

Additio.

Has pilulas habemus in uſu ſub nomine pilularum turbithearum:etiam ſunt in uſu ſub nomine pilularum aurearum.Meſ.tamen quando medicus ordinat pilulas aureas intelligitur ſecundum deſcri.Nico.Serapio in proprio antidotario ita,pilulæ albeen & dicuntur pilulæ auri, ſed non ſunt in uſu.Summa medi.eſt res.vii.

MANARDVS in Pilulas de turbith.

His patres noſtri utebantur,& turbitatas uocabant.

SYL. *Catap.ex turbith alia idem potentia,recipiunt turbith, myrob.flauarum,aloes,ana.ʒ.x.maſtiches,roſarum,ſpicæ, ana.ʒ.ii.& ſemiſſ.aniſi.ʒ.i.& ſemiſſ. croci.ʒ.i.fiat maſſa ut prius.Alii addunt ſalis indi.ʒ.ii.*

ANT. Pilulæ de turbith aliæ ſimilis uirtutis.Rec.turbith, myrobala.citrino.aloes optimi ana.ʒ.x. maſticis, roſarum,ſpicæ an.ʒ.ii.&.ſ.aniſi.ʒ.i.&.ſ.croci.ʒ.i. Fiant pilulæ ſicut diximus.& in alio ſalis indi.ʒ.ii.

Pilulæ aliæ de turbith non præparantur ſub hac deſcriptione.

SYL. *Catap.ex lapide cyaneo,ad affectus melancholicos, & bile uſta natos,recipiunt lapidis cyanei loti.ʒ.vi. epithymi polypodii,ana.ʒ.viii.ſcammonii,ellebori nigri, ſalis indi, ana.ʒ.ii.& ſemiſſem,agarici.ʒ.viii.caryophyllo.aniſi, ana ʒ.iiii.hieræ picræ.ʒ.xv.miſce cum ſucco intybi. Da.ʒ.ii. cum aqua caſei.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cancro,elephantiaſi,quartanæ,tuto,& ſine moleſtia purgando conferunt a drac.i.ad dra.i.& ſemiſſ. at tam bilē purgant ualentius quàm indæ.

ANT. Pilulæ de lapide lazuli,ad ægritudines melancholicas,& choleræ aduſtæ ſanæ,& expertæ. Reci.lapidis lazuli abluti *ʒ.v.epithymi,polypo.ana.ʒ.viii. ſcammoneæ,hellebori nigri,ſalis indi ana.ʒ.ii.&.ſ.agarici.ʒ.viii.caryophyllorum,aniſi ana.ʒ.iiii. hieræ picræ.ʒ.xv.Confice cum ſucco endiuiæ.Et da.ʒ.ii.cum aqua caſei. *drac. vi.

Pilulæ de lapide lazuli maxime ſunt in uſu,& ſic ubique præparatæ reperiuntur,ſunt ſoluciuæ humoris melancholici,& maxime aduſti,ideo conferunt lepræ,cancro, & quartanæ factæ à materia aduſta,ſunt enim magnæ ſecuritatis, & faciliter ſoluunt,& doſis eſt uſq; ad.ʒ.i.ſ.

Additio.

Iſtæ pilulæ mulcum habentur in uſu.Serapio in proprio antid.habet unam deſcrip.quæ eſt eadem cum iſta. Summa medi.eſt res.xi.

MANARDVS in pilulas de lapide lazuli.

Sunt fortiores quàm indæ in atræ bilis purgatione.

SYL. *Catap.ex lapide armeno,melancholiam,& bilem uſtam multiplicem utranq; clementer uacuant, ob id morbis inde natis conferunt.Recipiunt lapidis armeni loti & præparati,hieræ picræ,ana.ʒ.v.epithymi,polypodii,an.ʒ.viii.ſcammonii in cydonio cocti.ʒ.iii.caryophyllo.ʒ.ii.ſalis indi.ʒ.i. & ſemiſſ.confice cum ſucco ſolan.*

SYLVII ANNOTATIO.

Rarius uſurpantur, quàm prædictæ, quia impotentius purgant,licet clementius.Actuarius habet pro polypodio, agarici.ʒ.iiii.& ponderibus uariat.Alexander picræ, epithymi,agarici,ſcammonii,ana ſcrip.iiii.lapidis armeni loti.ʒ.iiii.caryophyllo.grana.xx.in alio exemplari ſcammonii ſcrip.ii.lapidis armeni ſcrip.iiii.in alio ana ſcri.iiii. Meſue in cephalalgia melancholica accipit aloes.ʒ.iiii. ſcammonii.ʒ.v.caryophyllo.ʒ.i.

ANT. Pilulæ de lapide armeno,uarios educunt humores choleræ aduſtæ,& melancholiæ ſine moleſtia, & conferunt ægritudinibus ab eis factis. Reci.lapidis armeni loti & præparati,hieræ picræ ana.ʒ.v. epithymi,polypodii ana.ʒ.viii.ſcammoneæ coctæ in citonio.ʒ.iii.caryophyllo.ʒ.ii.ſalis indi.ʒ.i.ſ. Confice cum ſucco ſolatri. agarici.

Iſtæ pilulæ rariſſime habentur in uſu, quia uirtute conueniunt cum pilulis de lapide lazuli antedictis,ſed ſunt maioris uiolentiæ & potentiæ in ſoluendo, & maxime materiam cholericam licet etiam melancholicam aduſtam, ingreditur enim earum compoſitionem ſcammonea quæ eſt potentiſsima ad ſoluendum materiam cholericam.

MANARDVS in pilulas de lapide armeno.

Non parantur hæ,quoniam lapide armeno caremus.Ab Alexandro deſcribuntur,& ſummopere commendantur. In uariis tamen codicibus uario modo legitur earum compoſitio.In antiqua interpretatione hoc modo, Picræ, epithymi,agarici,ſcammoneæ ana ſcrup.iiii.lapidis armeni loti.ʒ.iiii.garyophyl.grana.xx.In alio exemplari legitur: ſcā moneæ ſcrup.ii.lapidis armeni ſcrup.iiii. In alio legitur, ana ſcrup.iiii.Confice cum ſucco citri uel rhodomelite dabiſq; ſcrup.ii.Meſ.infra de ſoda melancholica accipit de aliis.ʒ.iiii.de ſcammonea.ʒ.v.garyophy.ʒ.i.

Catap.ad catarrhum,coryzam,tuſſim,alioſque his ſuccedentes affectus,recipiunt myrrhæ.ʒ.vi.thuris.ʒ.v. opii, hyoſcyami,ana.ʒ.iiii.croci.ʒ.i.& ſemiſſ. radicum linguæ canis,dra.iiii.& ſemiſſ.forma maſſam. Da à drac.ſemiſſ. ad drach.i. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Pilulæ de cynogloſſa aliis dicuntur,tenuem deſtillationem ſiſtunt,ſed parum tutæ ſunt, ut aliæ ſtupefacientes. Alias ex Alexandro in eundem uſum deſcribit Meſ.cap. de catarrho,quas cum ſucco cynogloſsi conficit: Alexander uero cum aqua in qua opium ſit diſſolutum.

ANT Pilulæ ad omnes morbos catarrhi; & coryzæ, & tuſsis catarrhalis.Rec.myrrhæ puræ.ʒ.vi. olibani ʒ.v.opii,hyoſcyami.ana.ʒ.iiii.croci.ʒ.i.& ſ.radicum linguæ canis.ʒ.iiii.&.ſ.Fiant pilulæ, & adminiſtrentur,& da à.ʒ.ſ.uſq; ad.ʒ.i.

Pilulæ ad omnes morbos catarrhi non ſunt in uſu.

MANARDVS de pilulis ad omnes morbos.

Has uocant aliqui alchaiher, alii de cynogloſſa,& magnam uim habent in tenuibus ſiſtendis deſtillationibus, ſed non eſt eis temere utendum, ſicuti neque aliis ſtuporem inferentibus.Aliæ in eundem uſum ſcribuntur ab ipſo met Meſ.capite de catarrho,quas dicit eſſe Alexandri,quæ non alia re differunt ab eis quæ deſcribit Alexander niſi quod iubet Meſ.conficere eas cum ſucco cynogloſſæ,& Alex.cum aqua in qua opium diſſolutum ſit.

Catap.ex ſagapeno,ad iſchiadem,podagram,& reliqua rum iuncturarum dolorem,ac etiam uteri,menſeſq; promouent.Recipiunt ſagapeni,hammoniaci,opopanacis, bdellii, ana.ʒ.ii.& ſemiſſ.ſeminis apii,ameos, rutæ agreſtis, aniſi, ana dra.i.acori,lepidii indi,calaminthes,folii,centaurii, polii,coſti ſalis gemmæ,ana dra.ſemiſſ.aloes,dra.vi. colocynthidos,drac.v.fac maſſam,utere. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Catapotia coccia pituitam a cerebro, & aliis neruoſis uacuant: ob id conferunt dolori capitis frigido,ſeu pituito ſo:ſic a Meſue deſcribuntur in praxi:recipiunt pul. hieræ picræ Galeni drac.x.colocyntidos drac.iii. & tertiam partem drachi.ſcammonii,drach.ii.& ſemiſſem,turbith, ſtœchados,ana drach.v.cum ſucco abſinthii forma,dantur dra.i. Adſcripſimus his quòd uſu ſint frequētia.Catapotia Galeni ex aloe idem præſtantia, recipiunt colocynthidos, & ſucci abſinthii,ana partem unam,aloes,ſcammonii,ſingulorum partes.ii.maſtichen Chiam & bdellium ante etiam miſcebat Gal.ſed poſtea ſuſtulit.Dat undecim ciceris magnitudine adoleſcenti bene habito. Paulus autem lib.7.meduI læ colocynthidos,aloes,ſucci abſinthii,ſingulas partes,ſcammonii partes.ii.miſcet, ac fingit κ'κκια, hoc eſt, grandia erui

rum.Et ideo aduertant docti medici, & aromatarii ne de cætero talem errorem manifeſtum committant. Summa medicina.eſt res.ix.

MANARDVS in pilulis de bdellio maiores.

Pilulæ iſtę oēs quæ de bdellio dicūtur,ualent profuſioni ſanguinis ex ano, non aūt his quas hęmorrhoidas cæcas uocāt.Venarū aduſtarū.) Accipe uel cortices auellanarū aduſtos,uel radicem aliquam ſtypticā aduſtā. Vltimæ efficaciſsimæ ſunt non ſolum in fluxu ſanguinis per ani uenas,ſed & in menſtruo ſuperfluente,& per os exeunte.

Catap.ex bdellio minora,idem pollentia,recipiunt myrobalanorum,cepularum,indarum,emblicarum,& bellevic.ana drac.v.bdellii,dra.xv. Forma ut prius. SYL.

ANT. Pilulæ de bdellio minores, & ſunt in intētione maiorum.Rec.myrobalanorum chebulorum, indorum,emblicorum & belliricorum,ana.ʒ.v.bdellii dra.xv.Fiat ſicut diximus.

Pilulæ de bdellio minores ſub hac deſcriptione, nō ſunt in uſu.Summa medi.eſt res.v.

Catap.de bdellio alia nobis inuenta,idem pollentia, recipiunt myrob.nigrarum,emblicarum,belleric. ana drac.v. bdellii,dra.x.ſcoriæ ferri,ſeminis porri, ana dra.iii.coralli uſti,ſuccini,pectinum uſtorum,ana dra.i.& ſemiſſem, margaritarum,dra.ſemiſſ.Forma ut prius. SYL

SYLVII ANNOTATIO

Omnes pilulæ ex bdellio ualent profuſioni ſanguinis ex ano, nō autem his,quas cæcas hæmorrhoidas uocant. In maioribus,cortices auellanarum uſtos, uel radicem aliquā ſtypticam uſtam cape,pro uenarum,ſeu pectinum. Vltimæ ad fluorem immodicum ſanguinis per ſedem, uel uterum, uel os ſunt efficaciſsimæ.

ANT. Pilulæ de bdellio ex inuentione noſtra ualent ſicut priores,ſanæ & expertæ.Rec.myrobala.nigrorum emblicorum,belliricorum,an.ʒ.v.bdellii.ʒ.x.ſcoriæ ferri,ſeminis porri,ana.ʒ.iii.coralli aduſti, charabæ conculæ aduſtæ,ana.ʒ.i.&.ſ.margaritarum.ʒ.ſ. confice ſicut diximus.

Iſtæ pilulæ ſunt conſimiles,& conformes quaſi in uirtute & modo operationis cum pilulis de bdellio maioribus. Et doſis earum eſt uſque ad.ʒ.i.ſ.ſunt.n. leuiſsimæ ſolutionis,& fluxus hęmorrhoidarum conſtrictiuæ ſicut & ſupradictæ,habent enim uirtutem hepatis contentiuam,& ſplenis relaxatam ac debilem confortare, & uigorare ſicut & prædictæ pilulæ maiores.Summa medi.eſt res.x.

*Catap.ex colocynthide,ad affectus pituitoſos & melancholicos,ut alphos curatu difficiles, & iuncturarum dolores:Recipiunt colocynthidos drac.vi.myrobala. nigrarum & flauarum,ſagapeni,bdellii,ſarcocollæ,ana drac.v.aloes dra.vii.melanthii,cumini carmani,origani perſici,*naſturtii albi,ſalis gemmæ,abſinthii romani,ana dra.i.infunde lachrimas*aquæ porri,& cum cæteris finge maſſam.Dantur a dra.i.ad aur.i.* SYL. *thlaſpeo Manar. *.i.ſucco.

SYLVII ANNOTATIO.

Pituitam craſſam,lentam à cerebro, & partibus omnibus neruoſis potenter trahunt.ʒ.i.in fortibus: parum tuta ſunt per ſe,cum aliis parua portione miſceri poſſunt alium humorem uacuantibus,& ab alia parte,ſi his ſcopis erit ali quando ſeruiendum.

ANT. Pilulæ de colocynthide expertæ ad morpheam, difficilis eradicationis,& ad dolores iuncturarum,& ad ægritudines phlegmatis & choleræ nigræ. Reci.colocynthidis.ʒ.vi.myrobalanorum nigrorum, & citrinorum,ſagapeni,bdellii,ſarcocollæ ana.ʒ.v.aloes ʒ.vii.nigellæ,cimini,carmeni,origani perſici,naſturtii albi,ſalis gemmæ,abſinthii romani ana.ʒ.i. infunde gūmas in aqua porri,& fac cum cæteris pilulas. Doſis eſt à.ʒ.i.uſque ad aur.i.

Iſtę pilulæ ſunt magnæ potentiæ in ſoluendo materias E craſſas phlegmaticas uiſcoſas, illas maxime attrahendo à membris remotis & à iuncturis,& cerebro, & aliis membris neruoſis, & uſus ipſarum eſt uitandus inquantum eſt poſsibile, propter ipſarum uiolentiam,quam naturæ inferunt. Doſis tamen earum fortibus eſſet, drac.i. parui ponderis.Si quis tamen uellet, poſſet eas admiſcere cum pilulis debilioribus in ſoluendo. Et nota quòd talis fit admixtio diuerſarum pilularum aut propter diuerſitatem humorum, aut propter diuerſitatem membrorum, in quibus tales materiæ continentur,ſicut exempli gratia, ad inuicem admiſceantur aggregatiuæ & cochiæ,quãdo materia eſt mixta de materia phlegmatica contenta in capite,& de cholerica contenta in hepate,& ſic aliæ pilulæ poſſunt adinuicẽ confici,ſecundum diuerſitatem neceſsitatis.Summa medicinarum eſt res.xiiii.

MANARDVS in Pilulas de colocynthide.

Hæ in uſu nõ ſunt, eas tamen ſi quis parare uoluerit, pro albo naſturtio thlaſpi accipiat.

SYL. *Catapotia ex opopanace,ad paralyſim, ſpaſmum cynicum,gonagram,podagram, & aliorum articulorum dolores,morboſq; partium neruoſarum frigidos:Recipiunt opopanacis,hermodactyli,ſagapeni,bdellii, hammoniaci,colocynthidos,ana.ʒ.v.croci,caſtorii,myrrhæ,zingiberis,pipe-* F *ris,macropiperis,caſiæ,myrobal.flauarum,belleric.embli. ana.ʒ.i.ſcammonii.ʒ.ii.turbith.ʒ.iiii.aloes.ʒ.xi.infundantur lachrymæ aquæ braſſicæ,& cum his fac maſſam. Dantur d.ʒ.i.ad aur.i.cum aqua chamæpityos.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vacuant à cerebro neruoſiſq; partibus pituitã craſſam: ſed etiam melancholiam,& bilem.

ANT. PIlulæ de opopanace conferunt paralyſi & torturę & ægritudinibus neruorum frigidis, & doloribus iuncturarum dorli,& genuum, Rec.opopanacis, hermodactyli,ſagapeni,bdellii, ammoniaci, colocynthidis ana.ʒ.v.croci,caſtorei,myr.zingib.piperis, macropiperis,cãſiæ,myrobalanorum citrinorum,belleri-corum,emblicorum ana drach.i.ſcammoneæ.ʒ.ii.turbith.ʒ.iiii.aloes.ʒ.xii.infundãtur gummæ in aqua caulium,et fiant cum eis pilulæ.Doſis eſt à.ʒ.i. uſq; ad aureum unum.Et da cum aqua iuæ.

Pilulæ de opopanace à quibuſdam habentur in uſu,& principaliter cõueniunt in ægritudinibus frigidis cerebri, & iũcturarum ab eis ſoluendo materias phlegmaticas craſſas,id eſt admixtas cum melancholicis.Et doſis eſt.ʒ.i.ſunt etiam ſolutiuæ materierum cholericarum,licet à prædominio phlegmaticarum. Additio.

Has pilulas habemus in uſu, maxime ſm præſentem deſcrip.idem Meſ.cap.de paralyſi habet unam aliam deſcrip. quæ non eſt eadem cum iſta.Aui.in.v.cano.habet hanc eandem deſcrip.Summa medicinarum eſt res.xix.numero.

MANARDVS in Pilulas de opopanaco.

Nec hæ in communi uſu ſunt:efficaces tamen in articulorum doloribus à pituita factis.

SYL. *Catap.ex Hermodactylis maiora,ad podagram, &* H *dolores frigidos aliarum iunctura.Recipiunt hermodactylorũ aloes,myrob.flauarum,turbith,colocynthidos, bdellii,ſagapeni,ana drachmas ſex,caſtorii,ſarcocollæ,euphorbii,opopanacis,rutæ agreſtis,apii,ana drach.iii. croci, drachmam unam & ſemiſſem. Forma cum ſucco braſſicæ.*

SYLVII ANNOTATIO

Pluribus conſtant ſimplicibus,ſuntq; compoſita magis: ob id maiora uocauit.Hæc,ut ſequentia quædam,cathartico roſato Meſuæ excipiunt.

ANT. PIlulæ de Hermodactylis maiores, expertæ ad dolorem iuncturarum,et podagræ frigidæ.Rec.hermodactylorum,aloes,myrobalanorum citrinorũ turbith,colocynthidis,bdellii,ſagapeni,ana drac.vi.caſtorei,ſarcocollæ,euphorbii,opopanacis,†harmel,apii ana drac.iii.croci,drac.i.et.s.Confice cum ſucco caulium,et fac pilulas.

Pilulæ de hermodactylis maiores, generaliter ſunt in uſu,& ubiq; præparatæ reperiuntur & principaliter conueniunt ſoluendo materias phlegmaticas,quę continentur in iuncturis,& doſis eſt à.ʒ.i.uſq;ad.ℑ.iiii. Additio.

Iſtæ pilulæ ſunt illæ quibus utimur, dicuntur autem maiores ad differentiam minorum,eo ꝙ plura ſimplicia habẽt maiores quàm minores,tamen ambæ ſunt in uſu, & ſimiliter ex inuentione noſtra.Raſ.ix.ad Almanſorem unam aliã habet deſcriptionem,ſed apud nos non eſt in uſu. Serapio in proprio antido. habet unam aliam deſcriptionẽ quæ nõ eſt ſimilis iſtis.Summa medi.eſt res.xiiii.

MANARDVS in Pilulas de hermodactylis.

Maiores ubiq;, minores in multis locis parantur, tertiæ nullibi.HARMEL.) Accipe ſylueſtrem rutam.

Cata.ex Hermodactylis minora, ad podagram calidã. SYL. *Recipiunt hermodactylorum drach.v. ſcammonii, drach. ij.& ſemiſſem,myrobalanorum flauarum,drac.iii. roſarũ, drach.ii.aloes,drach. x. Forma* cum cathartico roſato. Da drachmas duas.*

*Ele.roſato Meſuæ electa. de ſucco roſ. Nic.

SYLVII ANNOTATIO.

Materiam bilioſam,pituitoſam, melancholicã,ex dictis partibus obſtructis uacuãt,& aquas hydropicorũ, ad ſcrip. quatuor ſumpta:ab inuentore Sabellia quidam dici opinãtur. Hactenus Meſuæ catapotia,præter, quæ alia quædam uſurpamus,qualia ſunt communia omnibus dicta: ab Almãſore ſcripta cap.de præcautione à peſte: recipiunt autem aloes drach.i.myrrhæ,croci, ana drach.ſemiſſem cum uino tenui,odoro fac maſſam.dantur uentriculo uacuo ad drac. una etiã ad cõſueta opera ituro: ob id ſine cuſtodia ſcilicet cubiculi uulgò dicuntur.Aeſtate autem aloe lauanda: præ-

ſtantiora fuerint,ſi boli Armenicæ drach.i.acceperint.Va- A cuant à uentriculo,meſaræo,hepate, excrementa pituitoſa,bilioſa,putria,& abſumunt,partesq; dictas roborant: ob id à peſte ſeruant,quia corpus ſiccant,uacuant,à putredine uindicant.Catapotia ex fumaria Auicennæ,ad ſcabiem,Recipiunt myrobalanorum flauarum,cępularum, Indarũ,ana drach.v.aloes drach.vii.ſcammonii cocti,drach.v.puluerẽtur omnia,& cum ſucco fumariæ comprehendantur: ſiccẽtur dies aliquod in umbra,forma offam, & omnino ſicca: & iterum in mortario puluera, & iterum ſimili ſucco comprehende,& ſicca:iterum puluera,ſucco comprehende, & forma maſſam. Soluunt humores acres,bilioſos, pituitam ſalſam,& alios aduſtos,à quibus pruritus & ſcabies. Dãtur ad ſcripţula quatuor.

Catapotia Bechica,ad tuſsim ſiccam cum caliditate, & aſperitate faucium,& gutturis.Recipiũt ſucci glycyrrhizę, ſacchari boni,ana drach.x.amyli, tragacanthi, amygdala. dulcium depellatarum,ana drachmas ſex, excipe muccagine ſeminis cydoniorum:fac catapotia in ore tenenda. Fiũt autem hodie forma trochiſcorum, inter quos repetentur. B Meſues ſic deſcribit in practica.cap. de curatione tuſsis ſic cæ.Fiunt etiam ex benedicta, & item ex hiera picra Galeni catapotia, quæ à remotioribus trahant, quàm dum hæc melle excepta ſumuntur forma molliore.

Catapotia maſtichina Petri de Ebano conciliatoris, uẽ triculum,cerebrum,uiſcera reliqua, oculos,uterum putribus humoribus purgant,& roborant: accipiunt autem maſtiches,drach.iiii.agarici albi,drach.iii.aloes,drach.x. cum ſucco arthemiſiæ, uel ſyrup. ſtœchados, uel ſapa formãtur pro uario medici ſcopo. Catapotia Aſſeieret dicta Auic. in cephalalgia.Recipiunt pul.hierę picræ Gal. unciã unã: maſtiches,myrobala.citrearum,ana ſemunciam: aloes uncias duas,cum ſyr.ſtœchados formentur.

ANT. PIlulæ Sebellinæ expertę ad oppilationes ſplenis, hepatis,& ſtomachi,& hydropiſim, & ſoluunt materiam.Reci.ſpicæ indæ,drach. v. ſpicæ romanæ, drach.ii.raued,agarici,epithymi,ana * drac.tres, coſti, maſticis,camædryos,amomi,ana drac.tres, croci,drac. duas,myrrhæ,cinnamomi,caryophyllorum,ſcœnãthi, ana drach.unam,aloes,drac.x.fiant cum uino antiquo. Da drach.ii.cum uino permixto.

Iſtæ ſunt ultimæ pilulæ, quæ hic ponuntur in antidota. Meſ.& licet ab aromatariis non præparantur,poſſunt tamẽ fieri & ſunt magiſtrales,nam ipſæ ſunt utilitatis multæ ſecuritatis & efficaciæ in aperiendo, & remouendo oppilationes hepatis,& ſplenis,ac ſtomachi,ac in ſoluendo aquoſita tem hydropicorum, & omnem materiam melancholicam phlegmaticam & cholericam contentam in prædictis mẽbris.Et doſis eſt uſq; ad.ℑ.iiii.Reci.ſpicæ indæ.i. nardi,ſpicæ romanæ,id eſt celticæ,raued,id eſt rhabarbari.

Additio.

Hæ pilulæ interdum habentur in uſu, ſecundum quoſdã dicuntur ſebelliæ à compoſitore. Summa medicinarum eſt res.xv.

Vltra prædictas pilulas poſitas in antidotario Meſ. deſcribuntur aliquæ pilulæ:quarum quędam a diuerſis auctoribus ponuntur,& quædam ſolum magiſtrales, quæ multum & generaliter habentur in uſu, & ſic ubique præparatæ reperiuntur,& primo pilulæ communes,quæ a uulgaribus dicuntur ſine cuſtodia: quarum deſcriptio ponitur conſilio Almanſoris cap.de præſeruatione a peſtilẽtia.Recip.aloes drach.unam,myrrhæ,croci,ana drach.s.cum uino albo ſubtili & odorifero fiant pilulæ, & ſunt principaliter ſoluentes materias ſubtiles cholericas,ac etiam phlegmaticas putridas,contentas in poroſitatibus ſtomachi: in meſeraicis, & in uenis capillaribus hepatis, & ſunt deſiccatiuæ humiditatum contentarum in ſtomacho & inteſtinis, unde uirtutes ſtomachi uigorantur, unde ſequitur confortatio cerebri cum aliquali mundificatione humiditatum contentarũ in ipſo.Sunt & maxime præſeruatiuæ à peſtilentia, æſtiuo autem tempore tutius eſſet lauare aloẽ in aqua endiuię & prædictæ deſcriptioni addere,drachmam unam, boli armeni.Et ſecundum prædictam deſcriptionem ſunt multũ præſeruatiuæ ab ægritudinibus quæ fieri poſſunt à materia mixta,unde uſus earum laudatur in corporibus laxis aptis ad ægritudines.Et ipſarum communis doſis eſt ſtomacho exiſtẽte uacuo à cibo drachma una.Pilulæ de fumoterræ.Hęc deſcriptio ponitur ab Auicen.lib.iiii.fen.v.cap. de cura ſcabiei,quarum deſcriptio eſt hæc.Recip.myrobalanorum citrinorum,chebulorum,indorum,ana drach.quinque,aloes ſuccotrini,drach.vii.diagridij,drach.v. puluerizentur omnia prædicta,& in ſcutella uitrea incorporentur cum ſucco fumiterræ,& permittãtur exiccari per aliquos dies in umbra,facto magdaleone ex ipſis,complete exiccentur,& iterum in mortario fiat puluis, & iterum in prædicta ſcutella cum tali ſucco incorporentur quibus complete exiccatis, iterum & tertio fiat puluis, & cum tali ſucco incorporentur,& ad formam pilularum poſtea reducantur. Et ſunt ſolutiuæ humorum acutorum cholericorum: mordicatiuorũ phlegmatis ſalſi, & omnium humorum aduſtorum facientium pruritum & ſcabiem, & doſis ipſarum eſt uſque ad ſcrup.iiii.& ubique præparantur. Pilulæ bichiciæ,ſub hoc titulo ab aromatariis præparantur, & ab omnibus medicis generaliter habentur in uſu. Ipſæ enim non ſunt ſolutiuæ, ſed conferunt tuſsi ſiccæ cum caliditate, & aſperitate cannæ pulmonis & gutturis,illas partes leniendo,& caliditatę remouendo,& ſolum tenẽtur in ore,ut humiditas quæ pau latim liqueſcit deſcendendo per meri leniat partes illas,caliditatem remittendo,& formantur in forma lupini craſsi, licet denominentur pilulæ. Rec. ſucci.liquiritiæ, zucchari electi,ana dra.x.amyli dragacanthi amygdalarum dulcium mundatarum ana drach.vi.Incorporentur prædicta cũ mucilagine ſeminis citoniorum,& fiant pilulæ,& ponitur hęc deſcriptio à Meſ.in ſuo de appropriatis cap. de cura tuſsis ſiccæ.Pilulæ de benedicta.Iſtæ ſunt pilulæ magiſtrales,quę ſub nomine pilularum reperiuntur: ſed ſumitur eius deſcriptio à benedicta poſita à Nicolao in ſuo antidotario, quæ cum melle conſtruitur, & remoto melle accipiuntur ſola aromata,& ex eis fiunt pilulæ quæ denominantur de benedicta.quarum hæc eſt deſcriptio.Recip.turbith,eſulæ, zucchari ana drac.x.diagridii,hermodactyli,roſarum,ana drachmas quinque,caryophyllorum,ſpicæ,zingiberis,croci,ſaxifragiæ,macropiperis,amomi,cardamomi, petroſelini,lithoſpermatis,ſaliſgemmæ,galangæ,macis, carui,fœniculi,aſparagi,bruſci,granorum ſolis ana drachmam unam, incorporentur prædicta aromata ſubtiliter puluerizata cũ ſucco fœniculi,& fiant pilulæ, quarũ doſis ẽ drachma una. Et conferunt omnibus paſsionibus quibus confert benedicta prædicta,aſſumpta in forma electarii,ſed plus attrahunt à remotis,quia maiorem moram contrahunt in ſtomacho, & principaliter ſoluunt materiam phlegmaticam cũ chole ra,habent enim oppilationes omnium membrorum nutritiuorum aperire,unde ſumme cõueniunt lapidi renum; & ueſicæ & retentioni urinæ,& doloribus colicis &c. Pilulæ de hiera picra Gal. Iſte pilulæ trahuntur ex deſcriptione hieræpicræ Gal. poſita à Nicolao in ſuo antidotario, ubi ſub nomine pilularum deſcriptæ non reperiuntur,ſed ſolũ in forma electarii,ſed ſunt reductæ ad hãc formam propter maiorem delectationem ipſas aſſumentium, & ut plus trahant à remotis,& ipſarum deſcriptio eſt iſta.Rec.cinnamomi,croci,ſpicæ,ſquinanthi,aſſari, caſiæ lignęæ, xyloaloes, carpobalſami,uiolarum,abſinthii,epithymi,ſtœchados, agarici,roſarum,turbith,colocynthidis, maſticis ana drachmam unam,ſcammoneæ correctæ drach. ii. aloes hepatici ad pondus omnium.Incorporentur omnia aromata ſubtiliter puluerizata & fiant pilulæ quarũ doſis eſt uſq; ad drachmam unam.Et principaliter cõferunt paſsionibus capitis, nuchæ,neruorum,& iuncturarũ,de materia mixta à prædominio tamen materiei phlegmaticæ.

Pilulæ hieræ Gale.harum deſcriptio habetur.vii. Therapen.cap. xii. non ſub nomine pilularum, ſed ſub nomine pulueris hieræ qui puluis propter delectationem aſſumentis ad formam pilularum reducitur. Et ſic generaliter, & communiter eſt uſus huius pulueris reducti ad formam pilularum, quæ ab omnibus uocantur pilulæ de hiera, quarum deſcriptio eſt.Rec. cinnamomi, maſticis,aſſari,ſpicæ, croci,

De fumoterræ.

Bichiciæ.

Debenedicta.

Pilulæ de hiera picra.

croci,xylobalſami ana drachmã vnã , aloes vnciam vnam : E fiant pilulæ cum uino albo ſubtili , uel cum melle roſato colato. Et doſis eſſe poteſt uſque ad unciam unam & dimidiam ubi expedit. Et principaliter conueniunt in paſsionibus ſtomachi de materia phlegmatica & cholerica imbibita in eius poroſitatibus illam leuiter ſoluendo & fortiter deſiccando, uirtutem digeſtiuam ſtomachi principaliter & maximæ confortant. Pilulæ aliæ ex deſcriptione puluerum hieræ poſita à Gal. vi. de regi. ſanit. circa finem . Et iſta deſcriptio proprie eſt illa quæ poſita eſt ſuperius à Meſ. in pręſenti antidotario quã ipſe deſcribit ſub nomine hieræ Gal. & eſt talis. Rec. maſticis, aſſari, ſpicæ, xylobalſami, croci, caſiæ ligneæ ana drachmam unam , aloes ad pondus omnium & fiant pilulæ. Pilulę magiſtrales pro regibus inuentæ, nec reperitur à quo auctore ſint deſcriptæ , quarum deſcriptio hæc eſt. Rec. amomi, aniſi, maſticis, zingiberis, cardamomi, cinnamomi, zedoariæ, macis, nucis muſcatæ , caryophyllorum, croci, cubebarum, ligni aloes, turbith, mannæ, agarici, ſene, myrobalanorum omnium ana drachmam unam , rhabarbari, vnc. iii. aloes ſuccotrini. vnc. vi. ſyrupi roſati quantum ſufficit ad conficiendum pilulas . Et doſis eſt uſque ad ſcrup. iiii. & ſunt ſatis domeſticæ in operando, uel ſoluẽdo, & principaliter materiam cholericam contentam in nutritiuis, & cum hoc etiam aliqualiter membra deiecta confortando , & materiam phlegmaticam euacuando &c. Reſtat nunc uidere de pilulis duabus magiſtralibus , quibus in ſecreto utebatur Thomas de Garbo. & primę ſunt pilulę quę multum conferunt paſsionibus cerebri, nuchæ , & neruorũ de materia craſſa uiſcoſa difficilis eradicationis, quarũ hæc eſt deſcriptio. Rec. cubebarũ, nucis muſcatę , cinnamomi , ſpicę, aniſi, carpobalſami, ſchœnãthi, maſticis, aſſari, caryophyllorum, calamenti ana drach. ii. turbith , colocynthidis ana drachm. iii. myrobalanorum omnium ana dra. ii. agari. ſene ana drac. unam, aloes hepatici ad pondus omnium , & cum ſucco mẽthæ uel fœniculi, aut ambobus fiant. Et doſis eſt drachma una, & s. & ſunt icolumes & multę ſecuritatis, & ualde conueniunt in fine ægritudinum chronicarum. Se cundæ magiſtrales & ſecretæ quibus ſæpe utebatur rex Robertus ad cuius inſtantiam Dinus fuit auctor , ſumme conueniunt in paſsionibus oculorum & aurium , confortando uiſum & auditum , propter quas duas cauſas principaliter fuerunt inuentę & principaliter euacuant materias diuerſas phlegmaticas, & cholericas, & melancholicas, in capite contentas, quarum hæc eſt deſcriptio. Rec. roſarum, uiolarum, abſinthii, colocynthidis turbith , cubebæ , calami aromatici, nucis muſcatæ, ſpicæ, nardi, epithymi, xylobalſami , carpobalſami, ſileris montani, ſeminis rutæ, ſchœnanthi, aſſari, maſticis, caryophyllorum, aniſi, fœniculi, ſeminis apii , caſię ligneæ, macis ana drachmas duas, myrobalanorũ omnium ana drac. iiii. rhabar. ſene ana dra. v. eufragiæ dra. viii. chelidoniæ drach. v. lapidis lazuli drach. ii. s. aloes ſuccotrini ad pondus omnium, & fiant pilulæ cum ſuc. fœniculi. Et doſis eſt uſque ad ſcrup. iiii.

Pilulæ pro regibus.

MANARDVS in Pilulas ſebellias.

Parari aſſueuerant, ſed nullus fere utebatur.

DISTINCTIO VNDECIMA
de vnguentis et emplaſtris.

IN hac undecima parte determinat de unguentis , & emplaſtris , quæ abinuicem differunt, Nam ad compoſitionem unguenti requiritur cera & oleum , in emplaſtris autem non eſt expediens ſẽper ponere oleum: fuerunt autem adinuenta emplaſtra, ac etiam unguenta , ut cum uirtute ipſorum diutius perſeuerarent in loco ſuper quem adminiſtrantur, fiunt etiam quandoque cerota , quæ ad duriorem & ſolidiorem formam reducuntur quàm unguenta uel emplaſtra .

SYLVIVS de Cerotis.

Ceratum à cera dicitur, qua forma Græcis κηρώτη uel κηρέλαιον, à cera & oleo : quib⁹ cera miſcetur, ut det materiã, quæ minus prompte diffluat. Quod etiam Gal. innuebat li. 4. ſan. tuen. cum ſuccos non craſſos, nec lentos ad cutim reſidentes digerit oleo ſampſychino, præſertim hyeme & regione frigida, per ſe, uel cum cera & reſina: præſertim cum ſuper unctum corpus manere diutius ſtudes : quod ſi liquidius uis, auge oleum, minue ceram, & alia corpus & materiam præbentia. Cum in ceratis ſcribitur ceræ quantũ ſufficit, oleum ſit quadruplum ad cerã : ut ſi recipiat olei vnc. ii. miſce ceræ vnc. s. Si uero ſcribatur ceræ parum , ſit eius ſexta, aut ſeptima, aut octaua pars ad oleum, ut linimentum ſit liquidum uerius quàm ceratum: idq; magis & minus pro Medici ſcopis . Quo enim plus habent ceræ , eo ſolidiora ſunt: quo minus, tanto liquidiora: niſi aut longa coctio, aut ſuccorum largior miſtio, ceræ modo duram reddat cõpoſitionem. Sit ob id liquidius ceratum, cum ſicca multum , & multa ſint miſcenda.

MANARDVS

Vngnenti & emplaſtri nomine, ſed & ceroti, aliter antiqui, aliter neoterici uſi ſunt . Illi enim unguenta ea duntaxat uocabant, quæ ex odoratis rebus cõficiebantur: emplaſtra, quæ ex metallicis: cerota, quæ ex oleo & cera. Neoterici unguẽti nomen ad antiquorum emplaſtra, & cerota extenditur, cerota ea ſolum uocantes quæ ita cuti hęrent ut uix auelli poſsint: quæ ab hærẽdi vi à Galeno ἐγκέκολλα dicta ſunt. Emplaſtra uero neoterici quę antiqui cataplaſmata, nominant. F

SYL. *Ceratum œſypatum Gal. emollit & digerit tumores duros hepatis, ſplenis, vteri, neruorum, iuncturarum, & aliarum partium, eſtq; anodynum. Recipit ceræ flauæ vnc. iii. ol. chamæmelini & irini ana vnc. vi. maſtiches vnciã vnã , ſpicæ nardi drachmas. ij. & dimid. croci drachmam vnam & dimidiam, terebinthinæ vnc. i. reſinæ vnc. ſemiſ. œſypi drachmas octoginta.*

SYLVII ANNOTATIO.

Ceratum quod ex œſypo fit, notum omnibus medicamẽtum lib. 4. meth. Vſus cerati eius & ſimilium rectus fuerit, ſiue parti affricetur, ſiue tela exceptum imponatur per horam unam ante paſtus: & calidũ ſit hyeme, ęſtate tepidum , tamen id in uſu non eſt. Paulò aliter œſypum colligit Dioſcor. lib. 2. G

ANT. HYſſopi cerotum deſcriptione Gale. ualet ad duritiem et nodoſitatem membrorum , et duritiẽ hepatis, ſplenis, et dolores eorum, et dolores matricum, et duritiem iuncturarum , et neruorum , lenit enim eos. Recipe ceræ citri nę, vnc. iij. olei chamæmillæ, et olei irini ana vnc. vi. maſticis vnc. i. ſpicæ drac. ii. et s. croci, drach. i. et s. † terebenthinę vnc. i. reſinę vnc. s. hyſſopi humidæ, drach. lxxx.

Hyſſopi cerotum deſcriptione Gal. ad iſtam literam debet addi unguentum hyſſopi. i. in quo ingreditur hyſſopus humida, & ſub aliis nominibus præparata reperiuntur , tamen uſus ipſorum poteſt eſſe magiſtralis , & communiter iſta unguẽta in quibus ingreditur hyſſopus humida , & ſub iſtis nominibus præparata non reperiũtur, conueniunt cõmuniter ad durities & nodoſitates in ſplene & hepate factas, à materia dura melancholica, habent etiam uirtutem reſolutiuam , uirtute hyſſopi humidæ quæ eſt calidæ & humidæ complexionis in primo, licet humiditas ſit maior caliditate. Alia etiã, quę ingrediuntur compoſitionem iſtorũ unguentorum denominatorum ab hyſſopo humida, & à cera conueniunt ad eaſdem intẽtiones, & ad alias, quæ ponuntur in litera . Debent autem iſta unguenta ſi cũ eis fiat fricatio ſuper aliquod membrum, adminiſtrari ante aſſumptionem cibi, una hora, bis innouando in die, & ſub actuali caliditate, & maxime temporibus frigidis, & licet nõ fricentur, ſed ſuper petiam extendantur, & ponantur ad membrum melius eſt cum obſeruatione prædictarum conditionum. Ecce literam . hyſſopi cerotum ſiue unguentum, &c. olei irini. i. de irec, reſinę pini. Et dicitur hyſſopus humida. quæ eſt unctuoſitas, & pinguedo extracta cum artificio a lana, ſeu a pellibus pecudum, ſeu ſimilium animalium ad differentiam hyſſopi ſiccæ, quæ eſt herba quædam calidæ & ſic- H

Quæ unguẽ applic.

cæ complexionis uerſus tertium gradum . A

Additio.

Iſtud cerotum apud nos non eſt in uſu, illa uero deſcrip. qua utimur eſt deſcriptio Philagrii. Summa medicinarum eſt res. ix.

MANARDVS in hyſſopi cerotum deſcrip. Gal.

Oeſypum uocant Græci, neutro uel maſculino genere , pingue illud quod ouium lanis adhæret. TEREBINTH.) Vera hactenus caruimus : ſed eius loco imperiti accipiebant lariceam reſinam , quam Venetiis adhuc largatum , quaſi laricarum uocãt. Cœpit uera nuper adportari ex Rhodo, ſed cocta.

SYL. *Oeſypus uero ſic extrahitur: lanæ ouium ſuccidæ libræ circiter. lx. aqua calida horis octo merguntur, ſemel ferueſiunt, exprimuntur; colatum reliquum igni lento in uaſe ſtãnato percoquitur ſemper ad mellis fluxilis craſſitiem ; fundum mouendo lata rudicula lignea, ne uratur .*

ANT. OPeratio hyſſopi humidæ. Recip. lanarum ouium ſuccidarum circiter, lib. lx. & funde ſuper eas aquæ fontium calidæ quantum ſufficit ad infundendum & dimitte per horas. viij. deinde bulliat ebullitione una, & exprimatur aqua lanarũ, & coletur aqua , & coquatur cum facilitate in uaſe ſtagnato , agitando ſemper fundum uaſis cum ligno amplo ne recipiat de ueſtigio aduſtionis aliquid, & coquatur uſquedum fiat ſicut mel currens & ſeruetur. B

Operatio hyſſopi humidæ. i. modus ſecundum quem extrahitur prædicta unctuoſitas, ſeu pinguedo a lanis, &c. hęc hyſſopus humida per ſeipſam adminiſtrata eſt medicina ſedatiua dolorum in membris neruoſis, factorum à cauſa frigida, & ab humore melancholico, lenit enim & mollificat omnem duritiem, uſus tamen eius eſt, ut plurimum admixta aliis medicinis .

Additio .

Hæc operatio hyſſopi humidæ ponitur ad differentiam hyſſopi ſiccæ, quæ eſt herba, de utraque Aui. ii. can. facit ca. liber qui dicitur Albucaſis quaſi in fine docet modum ſeruandi zucerach, id eſt hyſſopum humidam.

MANARDVS de operatio. hyſſopi humidæ.

Alium modum colligendi, non magnopere tamẽ ab hoc diuerſum habes à Dioſcoride libro ſecundo .

SYL. *Ceratum œſypi ex Philagrio eadem potens, croci drachmas quinque: bdellii, maſtiches, hammoniaci, aloes, ſtyracis liquidi, ana drach. vii. ceræ flauæ lib. i. terebinthinæ unc. i. & ſemiſſem, medullæ cruris uaccini, adipis anſeris , ana. ʒ. xv. œſypi lib. i. & dimi. olei nardini. q. ſ. Bdellium, hammoniacum, aloe diſſoluantur in aqua, in qua fœnugræcum & chamæmelum ſunt macerata, et cum aliis miſceantur in unguentum. Poſt Philagrium addiderunt ſucci ſcillæ unc. iii. ſepi uitulini drach. xv. thuris unciam unã: & in alio rectius ceræ quartaria tria.*

SYLVII ANNOTATIO.

Potentius eſt priore ad emolliendas duritias ex morbo Hiſpanico, etiam ualentioribus quibuſdam interdum adiectis, & ſi neceſſe eſt, etiam uulgari cinnabrio, quod argento uiuo & ſulphure ſimul uſtis conſtat. D

ANT. HYſſopi cerotum deſcriptione Philagrij expertũ ad dolorem ſplenis, ſtomachi, & hepatis & duritiem in eis, & dolorem matricum, & apoſtemata in eis, linitum exterius, uel etiam ſuperpoſitum in lana, & ualet ad durities & nodoſitates quæ ſunt in iuncturis. Recip. croci drac. v. bdellii , maſtichis, hammoniaci, aloes, ſtyracis liquidæ ana * ʒ. vii. ceræ citrinæ li. i. terebẽ. * unc. i. & ſemiſſem, medullæ cruris uaccæ, adipis anſeris ana. ʒ. xv. hyſſopi humidæ lib. i. & s. olei nardini quantum ſufficit. Bdellium hammoniacũ, & aloe , diſſoluantur in aqua infuſionis fœnugræ. chamæmil. et cum cæteris fiat unguentum. Et poſt Philagrium addiderunt expreſsionis ſcillæ, unc. iii. olibani, unc. i. ſepi uitulini. ʒ. xv. Et in alio * cerę lib. i. minus quarta , & eſt conuenientius .

*dr. viii.

*unc. ii. s.

Hyſſopi cerotum deſcriptione Philagrii. Huic autẽ attendendum eſt unguento hyſſopi ſicut fecimus in præcedẽti, tale tamen unguentum non eſt in uſu , poteſt tamen magiſtraliter eſſe & conueniens .

Additio .

Deſcriptio iſtius hyſſopi ceroti deſcriptio Philagrii eſt illa quam laudant doctores ut plurimum, & ſic generaliter hac deſcrip. utuntur. Summa medicinarum eſt res. xii. ſine additione. & cum additione eſt res. xv.

MANARDVS In Hyſſopi cerotum deſcriptione Philagrii.

Eſt fortius quàm primum & magis potens ad emolliendum , quare idoneum eſt ad tollendas eas durities quæ à morbo Gallico fiunt adiectis etiam interdum quibuſdam potentioribus, & magna cogente neceſſitate, cinnabari .

SYL. *Ceratum œſypatum ex Paulo idem pollens. Reci. hammoniaci drach. x. bdellii drach. v. ſtyracis liquidi, uel myrrhæ, ſtactis drach. iiii. croci ſeſquidrachm. aloes, maſtiches, thuris ana drach. ii. & dimid. ceræ drach. iii. ſepi & medullæ uituli ana drach. ii. œſypi drachmas quadraginta, olei irini quantum ſufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Apud Paul. lib. 7. alia huic multum diuerſa legitur cerati huius deſcriptio .

ANT. HYſſopi cerotum deſcriptione Pauli ualet ad eadem quę diximus. Recipe ammoniaci, ʒ. x. bdellii. ʒ. v. †ſigię. ʒ. iiii. croci, drac. i. & ſemiſſem, aloes, maſticis , olibani ana drach. ii. & ſemiſſem , ceræ * ʒ. iii. ſepi & medullę uituli ana * drach. ii. hyſſopi humidę. ʒ. xl. ireleon quantum ſufficit.

* drac. ii.
* dra. iii. s.

Hyſſopi cerotum deſcriptione Pauli. Huic etiam addendum eſt ſicut prioribus, quod tamen unguentum ſecundum præſentem deſcrip. non præparatur, nec eſt in uſu . uſus tamen eius eſſet magiſtralis & conueniens diſpoſitionibus poſitis in litera. C

Additio.

Hæc deſcriptio ceroti raro habetur in uſu. poteſt tamẽ quis eo uti magiſtraliter. Sigia. i. ſtyrax liquida. ireleon, ideſt oleum de ireos. Summa medi. eſt res. xii.

MANARDVS in Hyſſopi cerotum deſcrip. Pauli.

Apud Paulum hanc compoſitionem non legi , ſed aliam longe diuerſam. SIGIAE. Styracem ego potius caperem, licet aliqui myrrham intelligant, quæ ſtacte dicitur .

SYL. *Vnguentum diaphœnicon ulcera cruenta, fiſtuloſa , pituitæ ſalſæ, maligna, & dyſepulotica glutinat, herpetas, tumores peſtilentes, & qui ex humoribus uariis conſtant, ſanat. Recip. adipis ceruini & uitulini antiqui, mundi, & colati ana lib. i. & dimid. chalciteos unc. iiii. olei antiqui & lithargyri puri ana lib. iii. chalcitis & lithargyros læuiſſime trita & creta cribro tenuiſsimo, poſt oleo paulatim affuſo ſimul terantur, addito deinde adipe igni lento coquantur ſemper mouendo palmæ ramis recens ſectis & excorticatis, quorum extremũ ubi contactu medicamenti & ignis ſiccius euaſerit, nouos ſubſtitue, iniectis etiam tum ipſi unguento ſegmentis recentibus ramorum uirentium.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vnguentum id Galeni eſt emplaſtrum διὰ χαλκίτεως, deſcriptum lib. 1. comp. ph. g. Recipit axungiæ porci uetuſtæ à membranis per liquationem & colationem purgatæ lib. ii. olei ueteris & lithargyri triti & creti , ana libras duas chalcitidos læuigatæ unc. iiii. miſce in mortario omnia paulatim . Poſt coque in cacabo, & moue ſtatim ab initio rudicula tanquam ſpatha ex ramo maiuſculo & recẽtiſsimo palmæ, qui parte qua emplaſtrum tangit, ubi aruit, mox præcidendus eſt, aut parte oppoſita moueatur , aut ramus nouus ſufficiatur, ubi cerati craſsitiẽ aſſecutum fuerit, iniice fragmenta excorticata germinum palmæ tenerorũ, ut horũ ſuc-

cus

eus in medicamento maneat: coque donec digitos non inquinet: nūc uinum, nunc acetum additur pro uariis scopis. Omnium præstantissimū, si quis parare recte, & parato probe uti scierit. In quos affectus autem ualeat, & quo utendi modo huic illi affectui prosit, abunde ex Galeno initio emplastrorū docemus. Eo quotidie utimur emplastri forma, quam oleo nunc myrteo, nunc alio, nunc succo plātaginis, brassicæ, aut alio mollimus pro scopis uariis. Palmæ autē ramorum & germinū (à quibus φοινικινὴ ἔμπλαστρος, Gal. & diaphœnicon bis, & palmeum toties Mesuæ dicitur) penuria, quercum, aut prunum, aut cydonium, aut sorbum, aut lotum, aut mespilum substituo. Vides quantum à Gal. desciuerit Mesues, scilicet ceruino & uitulino adipe pro suillo, cuius pondus his duobus æquat, cætera consentit.

ANT. Vnguentum Diaphœnicon conferens ad ulcera difficilis consolidationis, et ulcera sanguinolēta, et ad species herpetis, et ulcera phlegmatis salsi, et ulcera fraudulenta, et fistulam, et apostemata pestilētiæ, et apostemata materierum diuersarum. Rec. adipis zirbi cerui, et adipis uituli antiqui mundi et colati ana lib. i. et s. † colcothar, vnc. iiii. olei antiqui et lithargyrii mundi, ana li. iii. terantur lithargyrium et colcothar cō tritione ultima, mandentur per pannum subtilem et spissum. Deinde terantur cum oleo et elaboretur in permixtione eorum ante parum ex oleo addendo, et fiat illud, deinde coletur super illud adeps, et coquatur cum facilitate, agitando illud sine intermissione cū ramo palmarum, et extremitate eius crassa, abiecta cute eius, et sint rami super quorum incisione non præterierit spacium. Et quotiens exhauritur humiditas rami à decoctione medicaminis, iterum alterius humidi extremitate agitetur, necnō et aliorum ramorum partes humidiores incidantur in frusta, et ponantur in medicamine. Deinde mutetur dum exiccatur, et hoc fiat donec perficiatur eius decoctio: et fiat inter terminū horæ ignis sicut prunæ aut flammæ tenuis.

Vnguentum diaphœnicon conferens ad ulcera difficilis consolidationis non est in usu, nec præparatum reperitur.

Additio.

Istud unguentum non est multum in usu. Et dicitur diaphœnicon à dia, quod est confectio & phœnicon, id est dactylus quasi confectio siue unguentum de dactylis. & dicitur diaphœnicon non quia dactylus incret confectionem huius unguenti, sed quia conficitur cum ramis palmę. Istud unguentum describunt Aui. & Serap. in prop. antid. & uocatur ab eis unguentum de calcadis, & est calcadis colchotar latine, uel uitriolum, calcantum, zezi, dragantum sunt synonyma. Summa medi. est res. v.

Manardvs in Vng. diaphœnicon.

Adipis zirbi.) Aliqui legunt cerui. calchotar.) Chalcāti nunc accipitur, quod uitriolum uocāt, quia & ex his multa deperdita sunt nostrorum ignauia. Auicenna habet hoc loco chalchadis, quod significat chalcitim: sicuti & Galenus primo libro de compositione medicamentorum secundum genera: ex cuius lectione multa potes castigare, quæ hic perperam leguntur. Vbi scribitur, Ignis autem sicut primæ: legendum est, Ignis autem sit prunæ.

SYL. *Vnguentum Diaphœnicum Arabum descriptione vlcera dysepulota & cacoethea carne implet, & cicatrice tegit, fistulas & cancros curat, & ossa humida glutinat. Rc. foliorum leucoij lutei, saluiæ, oxytriphylli, * acori, ana libram vnam: tere accurate, affunde olei rosati, aut myrtei, adipis antiqui ex epiploo vituli liquando et colando purgati, ana libras duas & dimidiam, in vase lapideo macerentur dies nouem: tunc myrrhæ, aloes, ana aureis nouem: sarcocollæ aureis septem tritis & cretis adde succi plantaginis longæ, aut vini albi § in quo herbarū prædictarum, ana vnciæ quatuor coctæ fuerint § quantum sufficit ad ea dissoluendum, permitte dies sex. Deinde herbas cum oleo & adipe bis feruefac, cola, & exprime oleum et adipem: huius expressi lib. quatuor & dimid. lithargyri puri leuissime triti lib.* tres, * chalciteos vnc. quatuor: coque, vt prius, & moue ramo palmeo, & semel feruefac vsquedum color medicamenti mutetur, tunc ab igne sublatum continenter moueatur, donec parum frigescat: tunc coque muccaginem myrrhæ, aloes, sarcocollæ in vino albo, vel succo plantaginis lōgæ: & paulatim affundas prædictæ mistioni, pistilloque ferreo omnia moue, donec probe misceantur, & perfice coctionem, vt in priore. Addunt quidam arnoglossæ, præsertim longæ, libram vnam.*

* Mēdum hic suspicatur Mā. quòd acori folia cō positionibus misceri nō legerit, ut hic habetur.

SYLVII ANNOTATIO.

Descriptio hæc operosa multum est, neq; maiorum quā prædictæ uirium, aut tam paulò maiorum, ut ob exiguitatē contemnatur, in nulloq; fit usu. Adhæc acori folia parum conuenire uidentur. Oxytriphyllon etiam in unguentum quoddam uiride postea recipietur.

ANT. Vnguentum diaphœnicon descriptione arabica, et est unguētum arabicum expertum, et efficax ad uulnera difficilis consolidationis et incarnationis. Mundificat enim ea, et incarnat ossa humida: et facit eorum sigillationem facilem. Fistulas, cancrum, et vulnera curat. Rec. foliorum † cheyri, saluiæ, trifolii acetosi, acori, ana lib. vna. Terantur contritione bona, et funde super ea in uase lapideo: olei rosa. aut myrtini: et adipis zirbi uituli antiqui et colati, ana li. ii. et s. dimitte per dies nouem. Deinde accipe myrrhæ mundæ: aloes succutrensis, ana aure. ix. sarcocol. aure. vij. Terātur et cribellentur et proijciantur super ea in uase alio lapideo uini albi, aut suc. arnoglossæ longæ, in quo cocta fuerint ex foliis earundem herbarum, ana* vnc. quatuor et sit uini, aut suc. quod funditur super eam quantitas sufficiens ad dissoluendum ea et dimitte per dies. vi. Deinde redeas ad herbas et decoque cum oleo et adipe ebullitionibus duabus, et cola, et exprime oleū et adipem, et accipe huius expressionis lib. iiij. et s. lythargirij mundi et triti contritione ultima lib. iii. et in alio lib. iii. et s. † calcadis, vnc. iiij. et terantur et coquātur sicut superius diximus, et agitentur cum ramo palmeo, similiter et bulliat ebullitione una usquedum medicinæ color alteretur. Deinde deponatur ab igne sine intermissione agitando usquedum infrigidetur parū. Tunc coque mucilagines specierum quæ sunt in vino dissolutę ante modicum fundas in eo agitādo cum pistillo ferreo, donec bona fiat eorum permixtio. Deinde perficiatur eius decoctio sicut proxime diximus, et est sanum et expertum. Et additur ab alijs arnoglossæ li. i. et proprie longæ.

Vnguentum diaphœnicon descriptione arabica non est in usu.

Additio.

Istud unguentum secundum intentionem Mesue est unguentum diaphœnicon Arabicum, & non dicitur Arabicū à gummi arabico, sed quia in illis partibus fuit inuentum quo utuntur ipsi, sed nos raro utimur eo. Summa medicinarum est res. xij.

Manardvs in Vng. diaphœnicon Arabica descrip.

Cheiri.) id est, leucoii, matronalis uiolæ. Pro triafilon, fortè legendum trifolium acidum, quod alleluya uocant. Nam ingreditur etiam aliud unguentum, quod uiride uocatur. Vel intellige loton domesticam, de qua Auicēna scribit capite de Andacoca, & quam etiam Paulus uocari scribit trifolium. Alisam uerò intellige uel quam Dioscorides uocat alysson, & Auicenna alguasen. uel lege alisma, quod est uirga pastoris secundum Stephanum. Quidam pro hac etiam legunt trifolii acidi. calchadis.) Id est, chalciteos. Acori) Non memini me legisse compositionē in qua hæc folia reciperentur, quare suspicor hic subesse errorem.

Vnguentum Arabicum idem quod prius pollens. Recipit ex folijs herbarum earundem ana libram vnam & dimidiam, olei myrtini, adipis vitulini antiqui, ana vncias nouem, myrrhæ, aloes, ana drach. xij. sarcocollæ drachmas nouem, dissoluantur in vino, aut succo herbarum, vt proxime diximus, herbæ quoque curiosæ terantur. Affunde his oleum, adipem, & muccaginem, & chalciteos aureos tres, coque omnia igni lento ad mellis crassitiem, vtere in turunda vel platysmate. Species aliquando æstate præsertim dissoluuntur succo plantaginis lōgæ nō amplæ, experientiaq; mirabile fit medicamentum.

ANT. Emplastrum Arabicum ualens sicut illud. Rec. † ex folijs herbarum earundem, an. lib. i. & s. olei myrtini, adipis uituli antiqui ana vnc. ix. myrrhæ, aloes ana drach. xij. sarcocollæ, drac. ix. Dissoluantur in uino aut succo herbarū sicut hic proxime diximus. Herbæ quoque conterantur contritione vltima, & fundatur super illud oleum & adeps, & mucilagines rerū, & cum eis uitrioli * aure. iij. ponantur & coquantur omnia cum facilitate, & fiat sicut pulmentum, & administretur in panno aut in tenta. Et quandoque dissoluuntur species in suc. arnoglossæ longæ, aut amplæ, & proprie in æstate, & est experimentum nobile.

Emplastrum Arabicum non est in usu.

Additio.

Istud emplastrum arabicum est de intentione unguenti prædicti quod non est in usu. Summa medi. est res. viii.

Manardvs in emplastrum Arabicum.

Ex folijs herbarum earundem.) Leucoii .s. & trifolij.

SYL. *Vnguentum mirabile relatum ad Nicodemum, vlcera putrida & fistulas purgat, carne implet, glutinat, cicatrice tegit, putredinem arcet. Recipit myrrhæ, aloes, sarcocollæ, ana vnciam vnam, mellis despumati vncias sex, vini albi boni quantum sufficit: coque igni lento ad spissitudinē. Quod si vlceri caro supercreuerit, adde vnguento chalciteos vnciam dimidiam.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc linamenta in ulcus mittenda oblini possunt: sunt & empl. duo diaphœnicon Mesuæ. Hoc ad antiqua ulcera & fistulas quidam chirurgi utuntur addita chalciti.

ANT. Vnguentum mirabile relatum ad Nicodemum ualens ad vulnera putrida, & generat in eis carnem, & sigillat, & prohibet in eis putrefactionē fieri. Recipe myrrhæ, aloes, sarcocol. an. partem unam, mellis despumati duplum ponderis omnium, uini boni albi quantum sufficit. coquantur cum facilitate usquedum habeat spissitudinem. & quandoque additur in medicina uitrioli circiter partem. s. & proijce ad cōsumptionem carnis additæ, & est expertum.

Vnguentum nobile relatū ad Nicodemū non est in usu.

Additio.

Istud unguentum raro est in usu. Summa medi. est res. v.

Manardvs in Empl. relatum ad Nicodemum.

Quidam chirurgi hoc utuntur in antiquis ulceribus addito uitriolo. Valet etiam fistulis.

SYL. *Vnguentum alterum eiusdem. Rec. myrrhæ, aloes, ana drachmas nouem, vini albi quantum sufficit: tritis tenuissime vinum paulatim affunde semper miscendo usq; ad mellis crassitudinem, utere. Addunt nonnulli chalciteos sesquidrachmam, alij olei myrtini & uini portionem paucam uicissim miscent.*

ANT. Vnguentum Nicodemi aliud. Recipe myrrhę, aloes ana drachmas nouem, uini albi quantū sufficit. Terantur sicut alcohol, & proijce super ea uinum, & tere cum eo miscendo. & iterum infunde uinum, ante modicum terendo illud. & sic, dum fiat liquidum sicut mel, et administretur. Et sunt qui addunt uitrioli partis vnius quartam. & sunt qui conficiunt cum oleo myrtino & vino vicissim parum de vtroque ponendo.

Vnguentum aliud Nicodemi quod non est in usu.

Additio.

Istud unguentum quod dicitur Nicode. non habetur in usu. Summa medicinarum est. iiii. res.

Manardvs in Vng. aliud Nicodemi.

Hoc ceu liquidiore possunt in eodem usu tingi linamēta quæ intra ulcus dantur.

SYL. *Vnguentum magnum craseos ulcera maligna putrida, fistulosa, sorde & carne mortua purgat, carne implet, glutinat, & cicatrice tegit. Recipit autem hammoniaci vnciā unam, bdellij, thuris masculi, aristolochiæ, sarcocollæ, ana drachmas quinque, myrrhæ, galbani, ana vnciam dimidiā, lithargyri, drachmas quindecim, aloes opopanacis, ana drachmas duas & semissem, æruginis drachmas tres, resinæ drachmas quatuordecim, ceræ albæ uncias duas, olei quantum sufficit, hammoniacum & bdellium aceto soluenda, lithargyros terenda, & cum oleo coquenda, donec liquefiat. Tunc depone ab igni, & dum modice refrixerit, misce hammoniacum & bdellium aceto soluta, redde igni, coque ad iustam crassitiem tuncq; reliqua permisce.*

SYLVII ANNOTATIO.

Descriptioni huic propè est eadem unguenti apostolorum descriptio apud Auicennam quinto canone. Recipit enim terebinthinæ, ceræ albæ, resinæ, hāmoniaci, ana drachmas quatuordecim: opopanacis, æruginis ana. drach. ii. aristolochiæ longæ, thuris masculi, bdellii, ana drachmas sex: myrrhæ, galbani, ana drachmas quatuor: lithargyri drac. ix. Hammoniacum & bdellium & galbanum aceto soluta coque in olei libris æstate duabus hyeme tribus: ab hac enim cogitur, ab illa liquescit: quo nomine à chirurgicis hodie usurpatur. Idem gratiam dei ob facultatem eius myrificam uocat Antonius de Ianua. Petrus uerò Argillata à Mes. dicit craseos uocari, dum coquendo ad iustam crassitiem ceu κρᾶσιν quandam peruenerit, mollit, terget, glutinat.

ANT. Vnguentum craseos magnum rectificans vulnera maligna, & fistulas difficiles, et mundificat à carne mortua, et putrefactione, et perficit sigillationem eorum sigillatione laudabili. Recipe hammoniaci vnciam vnam, bdellij, olibani masculi, aristolochiæ, sarcocollæ ana drachmas quinque, myrrhæ, galbani ana drachmas quatuor, lithargyrij drach. quindecim, aloes, opopanaci ana drachmas duas et semissem, floris æris drachmas tres, resinæ drachmas quatuordecim, ceræ albæ vncias duas, olei quantum sufficit. Hāmoniacum et bdellium dissoluantur in aceto. Lithargyrium teratur, et decoquatur cum oleo donec liquefiat, et tunc remoueatur ab igne donec infrigidetur parum. et proijce super ipsum hammoniacum et bdelliū dissolutum in aceto. et reduc ad ignem donec coaguletur, et post illud proijce super ipsum reliquas medicinas, et administretur.

Vnguentum craseos magnum sub isto nomine non est in usu, sed quia conformitatem & uirtutem in descriptione sua & modo operationis habet cum unguento apostolorum posito quinto cano. Ab Auic. tractatu undecimo, quod unguentum apostolorum est multum in usu. Cuius hæc est descriptio. Recipe ceræ albæ, resinę pini ana drachmas quatuordecim, hāmoniaci drachmas quatuor, opopanaci drachmas duas, floris æris drachmas tres, aristolochiæ longæ, thuris ana drachmas sex, myrrhæ, galbani ana dra. iiii. bdellij drach. vi. lithargyri drach. ix. infundatur bdellium in aceto uini & fiat hoc unguentum cum duabus libris olei hoc modo

modo pulueri zando.& gummi diffoluantur,& fiat unguentum,licet utilitates & iuuamenta ut iam dictum est,sint cõformia huic dicto cerafeos.

Additio.

Istud unguentum in hoc tempore non est in usu sub isto nomine,uerum secundum chirurgicos nostros,quia cõformitatem & uirtutem in descriptione sua & modo operationis habet cum unguento apostolorum, descripto in quinto cano.ab Auicen.tractatu nono, ideo nũc habetur in usu sub nomine unguenti apostolorum.Petrus de argillata capitulo de medicinis mũdificatiuis uel abstersiuis habet unguentum apostolorum mundificatiuum. & est descriptio Auicen.& in fine huius descriptio.ait.& si bulliat usque ad incrassationem uocat ipsum Mesue cerafeos. & magister Antonius de Ianua,uocat ipsum gratiam Dei.quia mere rectificat ulcera maligna.& sic istud unguentum magnam habet conformitatem cum unguento apostolorum.Aui.Summa medicinarum est.xiiii.res.

MANARDVS in Vnguentum cerafeos.

Vim habet molliendi,mundandi & glutinandi. Paruum uerò maiorem uim habet in carne gignenda.

SYL. *Vnguentum cerafeos paruum ulcera tam uetera quam noua terget,carne implet,glutinata,cicatrice claudit. Recipit aristolochiæ,ireos,sanguinis draconis,hammoniaci, sarcocollæ,ana unc.dimid.lithargyri læuigatæ unc.v. coq; lithargyrum cum oleo.lib.i.donec liquefiat, tunc cætera, ut diximus,misce.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc paruum mollit,terget,glutinat: sarcoticum magis est,quàm magnum.

ANT. VNguentum cerafeos paruum faciens nasci carnem in uulneribus,& mũdificat, & incarnat ea, & confert recẽtibus uulneribus,& antiquis.Re. aristolochiæ,radicis ireos,sanguinis draconis, hammoniaci,sarcocollæ,an.unc.s.litargyrii triti & puluerizati unc.v.decoquatur lithargyrium cum olei li.i. donec liquefiat,& conficiatur cum aliis sicut diximus.

Istud unguentum non reperitur preparatum,nec conformitatem habet cum unguento apostolorum.

Additio.

Istud unguentum describit etiam Dinus de Florentia in suo antidotario. Summa medi.est.vii.res.

SYL. *Vnguentum cyclamini magnum, relatum ad Alexãdrũ illitum stomacho, uomitu purgat: hypogastrio autem inunctum,aluum deijcit,ob id hydropicos mire iuuat, serosum excrementum large uacuãdo: uermes quoque necat et educit. Adhibetur non potentibus sumere medicamentum purgans. Recipit succi cyclamini libras tres,succi cucumeris agrestis libram unam,olei irini libras duas,butyri uaccini libram unam: pulpæ colocynthidos uncias quatuor, polypodij uncias sex,euphorbij unciam dimidiam.sicca hæc tria,tere,& macera dies octo succis & oleis in uase uitreo angusti oris bene obstructo. Post semel feruefac, cola: deinde adde sagapeni aureos quinque,myrrhæ aureos duos, prius autem duo hæc aceto dissoluantur, quanto est opus, coque mouendo ad succorum prope consumptionem. Tunc adde ceræ uncias quinque,fellis uaccini aureos quinque,feruefac simul donec cera liquatur. Tunc insperge paulatim puluerem hunc scammonij,aloes,mezerei,colocynthidos, turbith,ana aur.v.euphorbij,aur.ij.salis gẽmæ aure. iij. piperis longi, zing. chamæmeli, ana aur.ii. misce diligenter.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vehemens est parumq; tutũ,nisi in robusto corpore,aut hydropico. Illud.n.ob uiriũ robur medicamenti uehementiã contemnet: hoc seroso multo in uẽtre excremento obtũdet,eiq; uacuato utilitatẽ afferet nõ mediocrẽ. Easdẽ uires Gal.cyclamino soli tribuit,ut parũ opus esse uideatur tãta turba medicamẽtorũ ẽt ualentissimè purgantiũ. Parua eius portio misceri põt clysterib.apoplecticorũ. Lienẽ efficaciter minuit. Sũt qui succũ ebuli addũt. Quo loco Alexãder

E Trallianus (quẽ hic,ut alibi passim Me.citare uideẽ) nondũ cõperi. Alexã.aũt Benedictus Hermolai seculo uixit,ne qs eũ putet citare quenquã.16.c.multa eius generis exõphali ca recẽset cathartica. In fin.c.arthanitę bis aliter describit.

ANT. VNguentum Arthanitę magnum,relatum ad Alexandrum quo ungitur Venter,& sumen, & ilia, & soluit solutione cathartici. & ungitur ex eo stomachus,& facit uomere, educit uermes, & confert hydropisi,& solutione educit aquam citrinam: & est propinandum non ualentibus sumere medicinam. Recipe succi arthanitæ libras tres, succi cucumeris asini libram unam,olei irini libras duas, butyri uaccini libram unam pulpæ colocynthidis,* uncias quatuor,polypodii uncias sex, euphorbii vnciam dimidiam, quæ terenda sunt tere & submerge in succis & oleis, & pone in uase uitreato stricti orificii,& stringe caput eius, & dimitte p dies. viii. Deinde bulliat totum ebullitio-

F ne una & coletur. & proiice super colaturam sagapeni aureos quinque, myrrhæ aureos duos, ita quod resoluantur prius in aceto uini quantitate sufficienti. & aggrega omnia simul, & bulliant agitando semper cum fuste usque ad succorum fere consumptionem. Tunc proiice super ea ceræ uncias quinque,fellis uaccini aureos quinque. Ferueat cum eis usquedum lique fiat cera. Deinde pulueriza super ea sic conterendo, scammoneæ, aloes, mezereon, colocynthidis ana aureos quinque: euphorbii aureos duos,salis gemmæ aureos tres, turbith aur.v.piperis longi, zing.chamæmillæ ana aureos duos. Conficiatur & administretur.

Vnguentum Arthanitæ magnum,id est de pane porcino à quibusdam barbitonsoribus multum habetur in usu. sed ab expertis & peritis eius usus non laudatur. uirtus autem eius est,quia si ab ipso ungantur uenter ilia & partes suminis lenit naturam, & facit fluxum uentris propter acutas

G & fortes medicinas solutiuas quæ ingrediuntur eius compositionem. Vnde transit per poros ad interiora usq; ad intestina.unde uirtus ipsarum solutiua stimulat expulsiuã uirtutem intestinorum & aliorum nutritiuorum membrorũ. Et si stomachus tali unguento ungatur,prouocat uomitum si materia est apta per superius euacuari. ℞. cucumeris asini.calidæ est & siccæ complexionis in quarto.

Additio.

Istud unguentum de arthanita magnum apud quosdam tõsores ignaros habetur in usu,ab expertis uero & peritis eius usus nõ laudatur. Mes. in ca.de arthanita habet has easdem descriptiones. Summa medi.est.xxi.res.

MANARDVS in Vng.arthanitæ magnum.

Vidi magnam utilitatem sequutam ex hoc in aqua inter cute. PARVVM.) Magnam uim habet in liene minuendo. Et succi cauenizich.) In capite de Harta, ubi etiam describitur hoc unguentum,non ponitur hæc res, uel aliquid eius loco. Nec bene,præterquam diuinãdo,inueniri potest quid sit,nisi forte legendum sit carmezich, quo fructus Tamari-

H sci intelligitur. In quibusdam codicibus legitur chamæactes,& placet ea lectio.

SYL. *Vnguentum cyclamini paruum, splenis tumores etiam scirrhosos dissoluit, & strumas. Recipit succi cyclamini, succi glutinosi ex radice filicis extracti,succi ebuli an. un. ix.succi summitatum tamaricis uncias duas,olei irini lib. ij,œsypi drach.v.hammoniaci,bdellii ana drach.i.& semissem,aceti quantum sufficit,ceræ flauæ unc.vi. corticum radicis capparis unciam unam & semissem,spicæ nardi unciã semissem. Fiat ut prius.*

ANT. VNguentum arthanitę paruum, resoluens apostemata splenis,& lapideitatem ipsius, & scrophulas. Recipe succi arthanitæ, & uiscositatis quæ emulgetur ex radice filicis,& succi chamelis ana unc. ix succi extremitatũ tamarisci drac.ii.olei irini li.ii.hysso-

pi

sy. pi humidæ drachmas quinque hammoniaci, bdellij,

A ana.drac.i.s.aceti quantùm sufficit, ceræ citrinæ vnc. vi.corticis radicis capparorum vnc.i. s. spicæ drac. iiij. Fiat sicut superius diximus.

Vnguentũ Arthanitæ paruum,nec ab expertis,nec à præsumptuosis habetur in usu, nec est tantæ potentiæ ut præcedens.

Additio.

Istud unguentum de Arthanita paruum non est in usu uerum sunt ex hominibus qui faciunt unum pro alio, quia in isto pauciora sunt simplicia,sed non recte faciunt. habet textus hic camelis, sed textus est corruptus quia melius diceretur camęactis quod est ebulus. Sũma medi. est. xii.res.

SYL. *Vnguentum ex panno lineo Heben zezar mirabile ad vlcera maligna,fistulosa,carne implenda. Recipit opopanacis vnc.i.rasuræ panni linei tenuis puri antiqui vnciam semissem,vini & mellis,& olei rosati,vel myrtini an.vncias. v.lithargyri,aloes,sarcocollæ,myrrhæ,ana drachmas duas & dimidiam.tere paulatim,affundendo nunc vinum, nunc mel,nunc oleum. Adduntur quandoque chalciteos drachmæ duæ.*

SYLVII ANNOTATIO.

Pannus lineus per se ulcera siccat, ut etiam quædam uulnera recentia glutinet. Pro parte unciam scripsi,& pro parte tertiæ unciæ drach. duas & dimid. & pro quarta drachmas duas.

ANT. VNguentum de lino quod scripsit Heben zezar, mirabile ad replenda vulnera carne, & proprie ea in quibus uidetur difficilis incarnatio, & sanat fistulas,& vulnera fraudulenta. Recipe opopanacis partem vnam: rasuræ panni antiqui de lino subtilis & mundi partem dimidiam: uini, & mellis & olei rosati, aut myrtini an.partes.v.lithargyrij,aloes,sarcocol.myrrhæ ana partis unius tertiam. fiat unguentum sic terendo in mortario,nunc oleum, nunc uinum infundẽdo, & administretur, & quandoque additur in eo uitrioli partis unius quarta.

C Vnguẽtum de lino quod scripsit Auenzoar nõ est in usu.

Additio.

Istud unguentum etiam describit Dinus de Florentia, Similiter Rasis.ix.continentis quod raro in usu habetur. Sũma medicinarum est.ix.res.

MANARDVS in Vng.de lino.

Panni linei soli uim habent exiccandi ulcera, ita ut cum his quidam curent uulnera recentia, additis tamen quibusdam cautionibus.

SYL. *Vnguentum ex cantharidibus causticum, phænigmõ & vesicas excitat, vlcerat, alphos, pannos, lentigines, cutis maculas delet. Recipit cantharidum recentium drac.x. axungiæ porci vnc.v.& dimidiam,tere simul, dies septem marcescant: post coque, cola, serua vitreo vase.*

SYLVII ANNOTATIO.

Posit pro taranhel,seu alhariel,ut quidam legũt (quos cantharidas interpretamur) campas, pityocampas, uel bu-

D brestes miscere.

ANT. VNguentum Alhariel, & est efficiens operationem cauterizationis. Linitur enim super membrum & facit uesicationes, & excoriat & confert morpheæ & panno,& lentiginibus cutis,& maculis cutis. Recipe † alhariel recentium. ℥.x. axungiæ porcinæ drac.xlv. terantur simul & dimittantur marcescere per dies septem, deinde bulliant & colentur & seruetur unguẽtũ in uitri uase.& administretur ubi oportet.

Vnguentum Alhariel.hoc unguentum non est in usu.

Additio.

Istud unguentum non habetur in usu. uerũtamen chirurgici nostri utuntur eo sub nomine ruptorii de cantharidibus. & dicunt quòd Alhariel sunt cantharides. infra apparebit una alia descriptio sub nomine unguenti de cantha-

ridibus,sed non erit eadem cum ista. Summa medicinarum est res.ii.

MANARDVS in Vng.altaranhel.

TARANHEL.) Intellige uel cantharides,uel campas, uel pityocampas,uel buprestes.

SYL. *Vnguentum rosatum phlegmonas, erysipelata, herpetas sedat,cephalalgiam calidam & uentriculi ac hepatis intemperiem calidam mitigat. sic fit. Axungia porci probe lauetur nouies aqua calente, & toties frigida, deinde teratur cum ea portio æqualis rosarum rubrarum recentium, quæ marcescant cum ea dies septem, funde igni lento, cola: rursus tantundem rosarum recentium cum ea tere, quæ dies et septem cum ea marcescant: funde ut prius, & cola, tunc affunde succi rosarum dimidium, olei amygdal. dulcium partes sex. coque igni lento ad succi consumptionem, repone. Si inter coquendum inijcias parum opij in aqua rosarum soluti, ualentius fit: præsertim ad insomniæ leuamen.*

B SYLVII ANNOTATIO.

Eodem modo ex uiolis & nympheæ flore,& aliis uel frigidis,uel calidis,uel etiam odoris fieri potest. Hæc componendi ratio ex Dioscoride profecta uidetur, dicẽte adipes odorandos. Non enim adipes per se,sed ijs odoribus imbutos intellexit. Cum enim tẽperatus sit adeps & inodorus, ad continẽda calida,frigida,odora, est aptissimus, uti oleũ balaninum Galeno. Opium stupefaciendo dolores placat: somnumq; stupidum & grauem refrigerando & uelut spiritus animales glaciando facit. Id unguentum est præstantissimum sine opio. Id enim addi potest ubi eius utendi necessitas inciderit, nisi fortè mauis coctione & tempore uires eius frangere. Tunc enim dimidio compositi incoquere opium aqua rosata solutum posit. Adeps membranis ante est exacte purgandus. Mallem ad colandum liquare in uase duplici,quam igni lento. Oleum omphacinum aut rosatum miscueris opio,amygdalino magis refrigerabit: minus prõpte altius intro ui sua permeabit.

ANT. C VNguentum rosatum sedatiuum inflammationũ & erysipelatis & ignis persici, & confert sodæ calide,& inflammationi stomachi & hepatis. Recipe axungiæ porcinæ recentis quãtitatem quam uolueris,& lauetur in aqua calida nouies, & tantundem cum aqua frigida lauatione ultima. deinde terantur cum ea rosarum rubearum recentium quantum ipsa est, & dimittantur marcescere per dies septem: deinde coquantur cum facilitate & colentur.& iterum tantundem rosarum terantur & dimittantur per alios septem dies, & fundatur super ipsum succi rosarum circiter partem dimidiam,olei amygdalini partes sex,& iterum coquatur cum facilitate usq; ad succi consumptionem. deinde reponatur & administretur. & quandoque disrumpitur in aqua rosata parum opij & proijcitur in decoctione. & est mirabile,ubi oportet,& proprie quando uigiliæ adsunt.

Vnguẽtum rosatum sedatiuum inflammationum sub hac descriptione non est in usu. Summa medicinarũ est. vi. res.

MANARDVS in Vng. rosatum & ung. uiolatum.

Docet Dioscorides odorare adipes, ex quo modo hæc manarunt,sicuti & uocata pomata. si addatur opium, erunt efficacia in doloribus mitigandis & somno prouocando.

SYL. *Vnguentum uiolatum idem pollet, præterea pleuritidi & thoracis inflammationi prodest. fit ut rosatum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id ad uires prædicti adiecit,quòd uiolæ tota sua substantia sint pulmonariæ & thoracicæ, ut inde composita,conserua uiolarum,syr.uiolatus,mel & saccharum uiolatum, & id genus alia.

ANT. VNguentum uiolatum ualet sicut rosatum. confert pleuresi,& inflammationi pectoris. & fit sicut unguentum rosatum.

Vnguentum

Vnguentum uiolatum etiam sub hac descriptione nō est in usu,nec præparatum reperitur.

SYL. *Vnguentum papaueris, dolores à causa calida mitigat, fit vt duo priora ex capitibus papauerum albi & nigri,& axungia.*

SYLVII ANNOTATIO.

Capita papaueris matura & recentia sumantur potius quam siccata,ut humiditate frigida agant, non sola propemodum frigiditate,ut in Diacodio prius ex Galeno & alijs docuimus.

ANT. VNguentum de papauere est sedatiuum dolorum calidorum,et fit cum capitibus papauerum, scilicet albi,et nigri,et axungia,et fiat sicut rosatum.

Vnguentum de papauere non est in usu secundum hanc descriptionem.

MANARDVS in Vng.de papauere.

Hoc quoq; est ualde efficax ad somnum, & ad arcendos dolores.

SYL. *Vnguētum basilicon magnum, ulcera phlegmone carentia,præsertim partium neruosarum,terget, carne implet. recipit ceræ albæ,resinæ pini,sepi vaccini, picis naualis,thuris,myrrhæ ana,olei quantum sufficit.In alio ceræ vnc. vi. picis,vnc.iij.aliorum ana vnc.i.& dimid.*

SYLVII ANNOTATIO.

Alii etiam terebinthinam addunt uulneribus glutinādis efficacissimam, alii etiam ichthyocollam sed cum caleat id medicamētum(ut ex simplicium temperatura & modo perspicuum est) legendum in Mesue censuimus cum Christophoro & Manardo,quibus non est calor:præsertim cū Auicennas canone quinto sic etiam scripserit, & Serapio in suo Antid. quanuis utriusq; descriptiones binæ ab hac nōnihil uarient.

ANT. VNguentum Basilicon magnum, confert vulneribus in quibus est calefactio,et proprie in vulneribus neruosis,mūdificat enim et incarnat ea. Recipe ceræ albæ,resinæ,sepi vaccini,picis * glutin olibani,myrrhæ ana. olei quantum sufficit, in alio ceræ vncias sex,picis vncias.iij.et aliorum ana vnc.i.s.

* glutinis alimbat.

Vnguentum Basilicon magnum secundum hanc descriptionem,ubiq; ab omnibus habetur in usu, & præparatum reperitur,& est conueniens uulneribus consolidandis neruorum maxime & capitis cum quibus nō coniungitur mala complexio calida. Est enim conueniēs mundificatiuum ulceribus ad ipsa consolidanda.

Additio.

Istud unguentum est in usu maxime secundum præsentem descriptionem. Aui. in quinto cano. & similiter Serapio in proprio antidotario habent duas descriptiones unguenti basiliconis,tamen differentes parum ab istis. & dicitur istud unguentum basilicon, non quòd basilicon, id est ozimum ingrediatur. sed secundum quosdam dicitur basilicon à suo compositore. nam basilicon seu uasilicon interpretatur regale,seu imperiale. nam græci uasilea regē seu imperatorem uocant. inde basilicon id est unguentum regale. Summa medicinarum est.vii.res.secundum aliquos addentes terebenthinam.

MANARDVS in Vng.basilicon.

Quomodo ualet uulneribus in quibus est calefactio, cū sit calidum?Puto deesse negationem,& legendum,non est calefactio, & sic etiam scripsit Auicenna. Basilicon Pauli recipit, ceram Colophoniam, picem, adipem taurinum, æqualia.

SYL. *Vnguentum basilicum minus,Recipit resinæ,picis, ceræ ana,olei quantum sufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Idem pollet quod præcedens, sed imbecillius: nam minus calet,terget,glutinat, quàm magnum: ob id recētibus capitis & neruosarū partium uulneribus & ulceribus fuerit aptius:flauum est colore:magnum nigricat. Basilicon tetrapharmacon Pauli recipit ceram,resinam, colophoniā, picem,adipem,taurinum,æqualia. Galenus solum resinam, non addita colophonia: adipem taurinum, aut uitulinum Celsus:Cuius loco Mesues & Guido Cauliacus oleum miscent quantum est necessarium.

Vnguentum id basilicon Galeno tetrapharmacō & Paulo dicitur:calfacit,humectat,dolorem sedat. Pus mouet ut abunde Galenus docet lib.4.5.& 13. metho. & initio li.3. com.ph.p.Cum quo idem ē Macedonicū solo thure, quod præterea recipit æquale,diuersum li.13. metho.

ANT. VNguentum Basilicon minus. Recipe resinæ, picis,ceræ.ana.olei quantum sufficit.

Vnguentum Basilicon minus, & est unguentum citrinum,præcedens autem est nigri coloris, sub hac descriptione præparatur ubiq;. Et est magis conueniens in principio ulcerum neruosorum, & est uirtute sua minoris calefactionis abstersionis & consolidationis quam magnum immediate dictum. Summa medicinarum est res quatuor.

SYL. *Ceratum santalinum phlegmonas & intemperaturas omnes calidas ventriculi,hepatis, & partium aliarum potentissime extinguit. Recipit rosarum dra. xij. santalorum rub.drach.x.santali albi & citrini ana drach.vi. boli Armenicæ dra.vij.spodij:drach.iiij.caphuræ dra.ij. ceræ albæ drach.triginta,olei rosati lib.i.misce, cera & oleo si lauentur,fiet præstantius.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vsu frequentiss. est hoc ceratum apud quosdam nomine unguenti,minus tamen refrigerat,quam titulo pollicetur: opinor quod quæ pro santalis miscentur, ligna sint calida, & caphura & spodium parum frigeant: mirum ni etiam caleant, quod utrunque multas partes calidas habeat, & illa sit arte suppositítia. Sunt qui id ut sequens cerat. Galen.refrigerans parant,liquando scilicet ceram cum oleo in uase duplici:deinde ubi refrigeratum est, aqua frigida manibus aut rudicula diu agitant: postea dictos pulueros miscent.

ANT. CErotum de sandalis,ultimum ad sedandum inflāmationes et apostemata calida, et supercalefactiones quæ sunt in stomacho et hepate. Recipe rosarum.ʒ.xij.sandalorum rubeorum.ʒ.x. sandali albi et citrini ana.ʒ.vi.boli Armeni.ʒ.vii.† spodij.ʒ.iiij. camphoræ.ʒ.ij.ceræ albæ,drac.triginta, olei rosati li.i. conficiantur et administrētur et sunt qui lauant oleū, et ceram prius, et postea permiscent cum alijs. et est melius.

Cerotum sandalorum ultimum ad sedandum inflammationem nōn est in usu.

Additio.

Istud cerotum est multum in usu sub duobus nominibus uidelicet sub nomine ceroti sandalini & sub nomine unguenti sandalini. sed communiter ordinatur in gallia sub nomine ceroti sandalini. Summa medicinarum est res nouem.

MANARDVS in Cerotum de sandalis.

Satis suspicor ne multum uergat ad calidum, siquidem sandali calidi esse uidentur,ut supra dictum est, & camphora. SPODII.) Sumunt moderni pro spodio antispodium ex ambustis cannis, quod certe uel calidum absolute est, uel partes multas calidas habet, Auicenna etiam teste.

SYL. *Ceratum Galeni valentius refrigerat,febribus ardentibus & cephalalgiæ calenti,& cum pulsu dolorifico saluberrimum, fit ex ceræ albæ vnc.i.olei rosati ex omphacino facti,vnc.iiij.* aquæ fontis frigidis quantum sufficit, ad multum diuq; lauandum & subigendum ceratum, quod tandē ex aceto albo,pauco,claro,similiter subigendum est.*

SYLVII ANNOTATIO.

Ceratum album sæpe dicitur quibusdam unguētum: fiat autem omnino in uase duplici,& fit recens. Eo Gal.erysipelata & phlegmonas pudendorum initio mitigabat,& sic parabat li.10.meth. Medicamentum omnium quæ humectant & refrigerant simpliciss.quo etiam ad erysipelata & phlegmonas pudendorum utor initio priusquam depascens aliqua putredo appareat. Ceræ optimæ albæ Ponticæ, uel ex Atticis

Atticis extractæ fauis,elotæ vnc.i.olei omphacini, id ē crudi citra salem,tenuis(quale Sabinum est) vnc.iii. uel vnc. iiii.ut humidum sit ceratum:cum uti uoles,liqua in uase duplici:deinde cū modice coiuit,refrigerando, mittendo uas in quo est cerat. in aquam frigidissimam, cum admodū erit refrigeratum,misce in mortario paulatim tantum aquæ frigidissimæ,quantum in se molliendo poterit accipere:cui si addas aceti admodum tenuis & clari,& albi paululum,magis refrigerans & humectans medic. efficies: hactenus lib. 10.metho.De hoc Gal.li.10. meth. decimo, & libr.primo simpl.cap.6. & l.6. sani.tuen.ubi aceti uice,subigēdo manibus diu in mortario,miscet succum semperuiui,solani, cotyledonis,psyllii,polygoni,tribuli,portulacæ,lactucæ, & similium. Id autem ceratum ubi incaluit,tollendum est, nam calfactum recalfacit. Ego inter duas telas extensum intemperaturis partium calidis tepidum applico: hora post dimidia aufero:aliquandiu post parti reddo,si opus est:quotidie autem nouum nouæ telæ impono,priore nimis siccato. Sic enim dum libet,tollitur & redditur, nec pars inuncta ægro tædium adfert.

ANT. CErotum Gale.† ultimum in infrigidatione, ualēs ad febres acutas,& sodam calidam pulsatiuam. Recipe† ceræ albe unc.i.† olei rosati. unc.iiii.& sit radix olei† oleum omphacinum, aquæ fontiūm claræ,et proprie uehementis frigoris,quantum sufficit,oleum multotiens et bene lauetur lauationibus multis, et quanto magis elaboratur in lauando illud,fit excellentius. Vltimo uero conquassetur† cum aceto albo et claro et pauco,et seruetur.

Cerotum Gale.ultimum quod non est in usu.

Additio.

Istud cerotum multum habetur in usu, quod etiam duobus nominibus apud diuersos præparatur aliquando sub nomine unguenti,ut in Gallia.interdum sub nomine ceroti,& dicitur album,quia eius color est albus propter ceram quam recipit.& quanto albius tanto melius.Summa medicinarum est.iiii.res.

MANARDVS in Cerotum Galeni.

VLTIMVM in infrigidatione.) Vltimum intelligendum non in gradu seu ordine,sed in modica & absq; noxa infrigidatione.Galenus dicit simplicissimum inter infrigidantia & humectantia, & eo utebatur in erysipelat. & phlegmonis pudendorum ab initio. CERAE albæ.) Pontica optima abluta. OLEI rosati unc.iiii.) Vel tres. OLEVM omphacinum.) Optimum est autem exacte tenuium partium ut Sabinum. AQVAE fontium.) Galenus: misceantur & simul liquentur in uase duplici, & fiat humidum cerotum. Infrigidato ceroto inspergatur tantum aquæ frigidæ paulatim in mortario,quantum potest suscipere ut mollificetur. Satis autem infrigidabis cerotum ubi primum fuerint mediocriter coagulata,infundens totum uas in aquam frigidissimam. CVM aceto albo.) Si miscueris parum aceti satis tenuis & splendidi,magis humidum & frigidum facies pharmacum. Nec debes pharmacum tandiu dimittere supra corpus donec calefiat,sed continuo mutare,quod pauci hoc tempore aduertunt, Vide Gal.10.methodi.

SYL. *Vnguentum ex bdellio,epilepsiam,paralysin, spasmum, cæteros neruorum affectus frigidos ac scirrhosos iuuat. Reci.bdellii.ʒ.vi.cuphorbii,sagapeni ana.ʒ.iiii.castorii.ʒ.iii. ceræ.ʒ.xv.olei iasmini,aut leucoii lutei. ʒ.x. bdellium & sagapenum dissoluantur aqua rutæ agrestis, cætera cum aqua calida uniantur,& fiat unguentum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id unguentum potenter mollit ac digerit, ut etiam spasmum iam diuturnum,& neruorum iuncturarumq; tophos ac nodos dissipet,multis ob id in usu est creberrimo.

ANT. VNguentum de bdellio quod cōfert ad spasmum, et epilepsiam,et paralysim,et ad ægritudines neruorum frigidas,et lenit nodositates neruorum. Recipe bdellii.ʒ.vi.euphorbii.*ʒ.iiii.castorei.ʒ. iii.sagapeni.ʒ.iiii.cerę.ʒ.xv.olei sambucini,aut olei de cheyri.ʒ. x. bdellium et sagapenum dissoluantur in aqua rutæ agrestis,cætera liniantur,cum aqua calida, et fiat unguentum,et liniatur cum eo.

Vng.de bdellio quod confert ad spasmum est in usu. sic ubiq; præparatum reperitur.& confert dispositionibus frigidis neruorum,& duritiei ipsorum.unde iuuat in spasmo longi temporis,& paralysi,& similibus dispositionibus.

Et nota ꝙ usus cuiuslibet unguenti & emplastri in dispositionibus materialibus, debet esse præmissa euacuatione. ℞.camphoræ.alia litera exterior dicit castorei, & est melior.sambucini.i.de gessimino.quod est calidæ & humidæ complexionis,aut olei de cheyri.i.de uiola saracenica uel rubea,calida,& sicca.Summa medi.est.vi.res.

Documētum obseruandū.

MANARDVS in unguentum de bdellio.

Validum certe est hoc,& potens ad discutiendum, & emolliendum.

SYL. *Alterum idem pollens.Recipit castorij.ʒ.ii.pyrethri,euphorbii,staphidos agriæ,zingiberis,sinapis ana unciā dimidiam,succi(radicum)asphodeli, & rutæ agrestis ana unc. iiii.cum succis omnia uniantur,deinde coquantur cum ceræ unc.v.olei rosati unc.xx.ad succorum consumptionem, coletur,reponatur.*

ANT. VNguentum ualens similiter. Reci.castorei.ʒ.ii. pirethri,euphorbii,staphisagriæ,zingiberis, sinapis ana.ʒ.iiii.succi asphodilorum, rutæ agrestis, ana unc.iiii.liniantur omnia in succis. Deinde coquātur cum ceræ unc.v.olei rosati unc.xx. usq; ad succorum consumptionem.Deinde coletur,et administrēt.

Vnguentum ualens,similiter non est in usu.Summa medici.est res.viii.

MANARDVS in unguentum ualens similiter.

Potentius est hoc quàm præcedens. Cauendum tamen ne discussa tenuiore materia residuum indurescat. Rhodinum tamen eius uim minuit.

SYL. *Vng.philagrios,spasmum & paralysin iuuat, Reci.ceræ unc.iii.æsypi,succi rutæ agrestis ana unc.ii.euphorbij, piperis,hammoniaci,croci,thuris,castorii,terebinthinæ, opopanacis ana drachmas duas * styracis liquidi. drachmas. ij. & dimidiam.*

*uel myrrhę purioris.

SYLVII ANNOTATIO.

Hic pro oliban i uoce uulgi ex Græco tum articulo,tum nomine consarcinata.i.thuris,quidam legunt olei balsami. Pro styrace liquido.i.myrrha stacte,poni potest myrrha purior,si inuenitur.

ANT. VNguentum philagrios ad spasmum et mollificationem.Rec.ceræ unc.iii.hyssopi humidæ, succi rutæ agrestis,ana unc.ii.euphorbii,piperis, hammoniaci,croci,* olibani,castorei, † glutinis alimbāt, opopanaci, ana.ʒ.ii.† sigiæ.ʒ.ii. et. s.olei.q.s.

*olei balsamini.

Vnguentum philagrii ad spasmum, non habetur in usu. Summa medi.est.xiii.res.

MANARDVS in unguentum philagrios.

Glutinis alimbaç.) Idest, terminthi. Sigiæ.) Vel styracis liquidi,uel purioris myrrhæ, sed primum magis hoc loco probo.

SYL. *Vnguentum aureum uulnera certo, & salubriter glutinat.Recipit ceræ flauæ unc.vi.olei boni lib.ij. & semissem terebinthinæ unc.ij.rasinæ pineæ & colophoniæ ana unc.i. & dimidiam thuris, mastiches, ana unciam unam, croci drachmam unam.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id unguentum ab auri pretio & colore: est enim præstātissimum. Miror quosdam colorem hunc illi à cinnabrio uulgari tribuere,cum illud non recipiat. Resinæ colophoniæ,pro una re legi potest coniunctim,uel pro duabus,resina scilicet pinea,& colophonia, quæ ex Colophone Asiæ minoris urbe afferebatur.

ANT. VNguentum aureum,curat, & ſolidat plagas, ſanum & expertum.Rec.ceræ citrinæ unc.vi. olei boni lib.ii.&.s.terebenthinæ unc.ii.†reſinæ,colophoniæ ana un.i.&.s.olibani,maſticis ana unc.i. croci drachm.i.

Vnguentum aureum,licet in partibus noſtris non præparetur,magiſtraliter tamen à quibuſdam habetur in uſu. & habet uirtutem conſimilem cum unguento baſilicon maioris,ſed eſt maioris calefactionis,& eſt coloris rubei propter cinaprium.

Additio.

Iſtud unguentum interdum in uſu habetur,& dicitur aureum quia optimum & excellentius eſt inter alia unguenta,ſicut aurum inter alia metalla. Gilbertus Anglicus in capitulo de cura arteticæ habet unam aliam deſcriptionem unguenti aurei,quæ non eſt eadem cum iſta. Summa medi ci.eſt.viii.res.

Manardvs in unguentum aureum.

Reſinæ colophoniæ.) Vel totum ſimul coniunctim pro una re intellige,uel per reſinam,pineam, per colophoniam eam quæ ex colophone adfertur.

SYL. *Vnguentum ex ceruſa ſanat ambuſta,eryſipelata ,ſcabiem ſiccam,& ulcera calida(ut quæ bilis uſta , & pituita ſalſa excitauit,)Recipit ceruſæ,lithargyri,ana un. vi. plumbi uſti,ſcoriæ argenti,ana unc.s.maſtiches,thuris, ana.ʒ.ij. &.s.olei roſati,& aceti albi , ana quantum ſufficit , tritis omnibus in mortario , affunde paulatim nunc oleum nunc acetum,ſemper mouendo,donec pingueſcant,uelut nutrita. Si argento uiuo eget affectus,eius adde.ʒ.v. & etiam ſiopus eſt,æruginis.ʒ.ij.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc unguentum eſt rarum uſu:in eius locum receptum eſt unguentum hoc album,ſeu potius emplaſtrum de ceruſa.Ceruſæ lotæ unc.ii.olei roſati quantum ſufficit. Fiat unguẽtum in mortario crudum.Alii ceruſæ,& olei roſati portionem æqualem coquunt ad emplaſtri conſiſtentiam.Valẽtius fit,ſed mordax,pauco addito aceto.Sunt qui ſiccantius reddunt,etiam lithargyri adiectis unciis.ii. & caphuræ .ʒ. ii.& albuminibus duorum uorum,& aceto pauco.Intemperiem calidam ſedat,ulcera & excoriationes à calore ſolis(ἐφηλίδας Græci uocant)ſtrictiore calceo,itinere,equitatione,frictione,coitu cum impura muliere,ſanat , niſi uirus malignitatis Hiſpanicæ inſit . Si item ulcera ſunt profunda , aut in parte neruoſa , uitabis ab aceti acrimonia morſum.

ANT. VNguentum de ceruſa faciens ad ulcera,& excoriationem quæ fiunt à cholera aduſta , & phlegmate ſalſo,& ſcabiem ſiccam,& combuſtionem & eryſipelata.Recipe ceruſæ,†merdaſengi, ana unc.vi. plumbi aduſti,†ſcoriæ argenti,ana.ʒ.iiii.maſticis , olibani ana.ʒ.ii.&.s.olei roſati,& aceti albi.q. ſ.Terantur in mortario,& ponatur prius oleum , poſtea acetum , ana parum infundendo,ita quòd ſine intermiſſione terantur,nunc hoc,nunc illud infundendo,donec impinguẽtur.Si autem eo indiget pruritum habens , argenti uiui.ʒ.v.adde & adminiſtra,& quandoq; apud neceſsitatem adde†ziniar.ʒ.ii.

Vnguentum de ceruſa ſub iſta deſcriptione non eſt in uſu.ſed unguentum quod uulgariter dicitur album ab omnibus habetur in uſu.cuius hæc eſt deſcriptio.℞.ceruſæ.unc. ii.olei roſati quantum ſufficit,& fiat unguentum in mortario.quidam addunt modicum aceti, & eſt conueniens , & quidam addunt etiam unc.i.lithargyrii, & eſt etiam conueniens qualitercunque præparetur.primum quod eſt ſine aceto & lithargyrio eſt ſine mordicatione , & maxime ſi ceruſa primo fuerit abluta cum aqua roſata , & eſt conueniẽs quibuſcunque malis complexionibus calidis factis à calidi tate ſolis uel ſtrictura calciamenti , uel à fricatione ſuperflua cum calefactione mala,& cum aliquali excoriatione , ſicut etiam ſæpe contingit in membro uirili poſt coitum cum fœda muliere.Secunda deſcriptio cui additur modicũ aceti,& conueniret talibus diſpoſitionibus, non tamẽ multum profundis,nec in membris neruoſis.Et deſcriptio tertia eſt maioris deſiccationis cum eiuſdem uirtutibus infrigidando,& ulcera conſolidando & ſigillando cum quibus coniungitur exceſſus malæ complexionis.

Additio.

Iſtud unguentum eſt in uſu, ſolum ſub nomine unguenti de ceruſa ad phlegma ſalſum , ſed quando medicus ordinat unguentum de ceruſa ſimpliciter intelligitur unum aliud,quod nunc communiter ab aromatariis diſpẽſatur ſub nomine emplaſtri de ceruſa,& fit ex oleo roſato, & ceruſa partibus æqualibus aſſumptis , bulliendo ſimul adinuicem uſque ad reductionem paſtæ ex qua fiunt magdaleones . Summa medi.eſt.viii.res ſine additionibus.

Manardvs in unguentum de ceruſſa.

Merdaſengi.) Ideſt,lithargyri. Scoriæ argẽti.) Spurcitia in omni metallo ſic uocatur,ſed argentea uocatur hel chyſma à Dioſcoride. Argenti uiui.) Vbi argentum uiuũ tractas,caue ne principalia membra eius uim perſentiant. Ziniar.) Ideſt,æris æruginem.

Vnguentum ſericinum utile ad ulcera putrida,excoriationem,uſtionem,ſic fit,adde unguento ceruſæ prædicto ſerici drachmam unam & dimidiam,aloes,myrrhæ, ana unciam dimidiam.

SYLVII ANNOTATIO.

Vſu rarum eſt,tametſi efficax ſit,efficacius futurum,ſi ſericum uſtum pro crudo acceperit.

VNguentum ſiricinum ualet ad uulnera putrida , & combuſtionem,& excoriationem , ſuper unguentum de ceruſa,adde ſirici.* ʒ.i. &.s. aloes, mirrhæ ana.ʒ.iiii.& utere .

Vnguentum ſyracum non eſt in uſu,nec præparatur.

Additio .

Iſtud unguentum raro in uſu habetur.& dicitur ſyricinũ quia cum unguento de ceruſa ſupraſcripto adduntur ſyrici drach.i.s.aloes,myrrhæ,ana drach. iiii. Summa medicinarum eſt.iii.res.

Manardvs in unguentum ſericinum.

Hoc neminem uidi utentem,ualidum tamen puto , atq; longe ualidius ſi ſericum uteretur.

Vnguentum ægyptiacum magnum,ulcera antiqua,& ſi ſtuloſa terget,carne mortua & putredine expurgat. Recipe æruginis aure.v.mellis aureos.xiiii. aceti acerrimi aur.vii. coque igni ad iuſtam craſſitiem.Addunt aliqui thuris maſculi triti aur.ii.&.s.

SYLVII ANNOTATIO.

Id unguentum uſu admodum frequens, ualentiſsimè ſaniem ſiccat,ſordem deterget,carnem abſumit,præſertim ſi oleo caret,ac uiride ſit ob crudam æruginem . Si uero cocta ſimul eſt,rubrum fit,& moderatius unguen . nec ægros terret.præſertim ſi oleum acceperit.quanquam crudum cũ hoc non ſit mitius.Nam æruginem recipit largiorem , cui oleum in partes penitiores aditum parat : uide melina ex ærugine uſta lib.2.c.ph.g.Diuerſum ab Aegyptiis & fuſcis emplaſtris in fine lib.3.c.ph.g. deſcriptis . & ab Aegyptia fabas Aegyptias recipiente lib.3.compoſi.ph.p . Ex Gale. tamen lib.3.metho.& lib.2.c.ph.g.de uiridibus emplaſtris ſumptum eſt.

VNguẽtum ægyptiacum magnum,confert ad uulnera antiqua,& fiſtulas, quæ indigent mundificatione.Abſtergit enim , & mundificat ea à carne mortua & putredine.Recipe†floris æris aur .v. mellis aur.xiiii.aceti fortis aur.vii.coque ſuper ignem, donec inſpiſſetur.Et ſunt qui addunt ei olibani maſculi triti aur.ii.& ſemiſſem.

Vnguentum ægyptiacum magnum , ſæpe , & multum habetur in uſu , ac præparatur , & eſt caloris rubei ; ne ab infirmis cognoſcatur propter colorem floris æris qui eſt uiridis.terrentur enim multum ex unguento uiridi, quod eſt compoſitum ex flore æris,qui color, remanet in ipſo, quia non decoquitur,ſed flos æris cum decoquitur , coloré ſubeum acquirit.& ideo hoc eſt rubeum , quia flos æris decoquitur,& eſt fortiſsimæ deſiccationis, & corrodit carnẽ additam malam,& mundificat ulcera mala ſordida à ſuperflua ſanie.Iſtud unguentum egyptiacum quod ſit abſque oleo,eſt maioris deſiccationis,& abſterſionis quam uiride , ſed uiride eſt maioris corroſionis non obſtante quòd componitur cum oleo,quia ipſum plus ingreditur de uiridi æris.Eſt etiam magis penetratiuum ratione olei quod ingreditur ad partes ulceris.

Additio.

Iſtud unguentum eſt in uſu , maxime ſecundum præſentem deſcriptionem.Raſis in libro diuiſionum in fine capit. de medicinis.Algebra habet unam aliam deſcripti. quæ eſt quaſi eadem cum iſta.Summa medi.eſt.iii.res.

Manardvs in unguentum ægyptiacum.

Hoc in frequenti uſu eſt uulnerariis medicis , ſolenceque unguentum de melle appellare. Floris æris.) Sunt ueluti milii ſquamæ ſponte ab ære cadentes , quum panes æris aqua refrigerantur.

SYL. *Vnguentum tripharmacum ſarcoticum & epuloticũ. Lithargyros leuiſsime tritus,oleo uiciſſim & aceto paulatim affuſis in mortario, mouetur ad iuſtam craſſitiem.*

SYLVII ANNOTATIO.

Vnguẽtum de lithargyro, & emplaſtrum tripharmacum Gallis uulgo dicitur.Gal.li.2.c.ph.g.facit cum hydrelæo , & oxelæo,& œneleo,docetq; ibidẽ uſum crudi lithargyri.

Alii lithargyri nunc crudi,nunc aqua roſarum loti.ʒ.iii. aceti.ʒ.i.&.s.olei roſati.q.ſ.cerunt in mortario ſine cera,ut unguentum de ceruſa.Verunq; coquẽdo etiam fit cum pauca cera,ut ſolidius & tenacius euadat,ſed minus tunc refrigerat.Prodeſt ſcabiei,& cutis ulceribus , ut unguentum ceruſæ primum.Verunq; triphar.Meſuæ eſt in uſu:illud expertum:hoc coctum quidam uocant.

ANT. VNguentum tripharmacum faciẽs naſci carnem in uulneribus & conſolidans ea. Accipe lithargyrii† triti ſicut alcohol partem.i.& funde ſuper ip ſum nunc oleum,nunc acetum, & teratur, & adæquetur,& proprie quantum ſufficit,& adminiſtretur.

Iſtud unguentum ſub iſto nomine non eſt in uſu, ſed bene ſub nomine unguenti de lithargyrio , magis tamen ſub nomine emplaſtri tripharmacum apud gallos in uſu habetur.Iſtud unguentum deſcribitur ab Auic. ſub nomine unguenti nigri.Summa medi.eſt.iii.res.

Manardvs in unguentum tripharmacum.

Hoc quoq; frequentiſsimum eſt,& uocant expertum. Triti ſicut alcohol.) Ideſt,ſubtiliſsime.Galenus primo libro de medi.compo.ſecundum genera , hoc dupliciter parari docet:per hydrelæon uidelicet, & oxelæon . Addit & tertium per œnelæon. Docet quoque ibidem uſum crudi lithargyri.

SYL. *Vel lithargyri,aceti ana unc.i.olei unc.ii. coque igni lento ad craſſitiem.*

ANT. VNguentum triapharmacum aliud. Rec.lithargyrii triti ſicut alcohol,partem.i.aceti uini partem i.olei antiqui partes.ii.coquantur cum facilitate uſquedum fiat eius ſpiſsitudo,& adminiſtretur.

Vnguentum tripharmacum ſub hoc nomine non eſt in uſu,ſed ſub nomine unguenti de lithargyrio uſitatur,& cõfert ulceribus cum quibus coniungitur mala complexio calida.unde confert ſcabiei ulceroſæ,& quaſi generaliter omnibus diſpoſitionibus quibus confert primum unguentum de ceruſa dictum ſuperius.& maxime ſi lithargyrium lauetur cum aqua roſata.cuius hæc eſt deſcriptio.Recipe lithargyrii triti ſicut alcohol uncias tres,aceti unc.s. olei roſati quantum ſufficit.Fiat unguentum in mortario,abſque cera ſicut unguentum de ceruſa dictum ſuperius.Fit etiam quandoque unguentum de ceruſa,& oleo roſato per decoctionem,ut acquirat ſoliditatem maiorem & adhærentiam aliqualem ad membrum cui applicatur. ſed tunc non eſt tantæ infrigidationis . & maxime quia in eo debet addi modicum ceræ.Et ſimiliter poteſt fieri unguentum de lithargyrio oleo roſato,& modicò ceræ ad eaſdem intentiones. de adhærentia ad membrum,& ipſius ſoliditate cum prædictis uirtutibus.non tamen cum ſimili infrigidatione,ſicut ſi fiat in mortario.

Manardvs in unguentum tripharmacum aliud.

Hoc coctum uocant, & in eundem uſum habent priori ſplenio ſuperpoſitum.

SYL. *Vnguentum pſoricum Alexandri,pſoram,ideſt , ſcabiẽ ſanat,impetiginem à pituita ſalſa cutis aſperitatem,& alia cutis uitia terget,recipit ceruſæ , lithargyri pſorici , aloes , croci,cadmiæ argentariæ,argenti uiui extincti, ana portionem æqualem cum oleo oleandri, & aceto quantum ſufficit.Fiat ſicut unguentum de ceruſa.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oleander Dioſco.dicitur nereon, aliis rhododendron, Latinis roſandrium. Pſoricum Dioſc.fit ex chalciteos partibus duabus,cadmiæ parte una,tritis cum aceto , Galeno autem ex chalciteos partibus duabus:lithargyri parte una. Meſuæ uero aliter.

ANT. VNguentum alpheſiricon† relatum ad Alexandrum mundificans cutim,& ſanans ſcabiem ſiccam , & aſperitatem cutis , & impetiginem , & phlegma craſſum.Rec.ceruſæ,lithargyrii alpheſiricon, aloes boni,croci,climiæ argenti, argenti uiui extincti ana partes æquales.†olei de oleandro,& aceti.q.ſ.fiat ſicut unguentum de ceruſa.

Vnguentum alpheſiricon non præparatur,nec eſt in uſu.

Additio.

Iſtud unguentum non eſt in uſu.Auic.in.ii.cano.de ipſo facit.c.ſub nomine faſuricum & dicit ibi quòd eſt medicina ad ſcabiem factam ex lithargyrio calcadis.i.uitriolo uiridi & aceto.unam tamen aliam deſcriptionem ponit hic Meſ.Summa medi.eſt.ix.res.

Manardvs in unguentum alfeſiricon.

Relatum ad Alexandrum) Pro Climia Cadmia intelligenda,de qua Dioſcorides.Per alfeſiricon intellige pſoricon,de quo ſtatim. Oleum de oleandro.) Nerion uocatur à Dioſcoride,roſandrium à latinis,ut ipſemet dicit: alii rhododendron.

SYL. *Pſoricum medicamen compoſitum ad fiſtulas, cancros , ſcabiem ſiccam,lepram,carnis putridæ incrementum, Rec. lithargyri albi,chalcanti,ana partem.i.æruginis partem dimid.terantur die uno in ſole æſtiuo cum aceto acerrimo paulatim affundendo. Deinde in uaſe uitreo probe obſtructo cõdantur ſub ſimo diebus quadraginta.*

ANT. CONfectio alpheſiricon,quod eſt medicamen cõpoſitum ad fiſtulas,& cancrum, & malum mortuum,& delet additionem carnis putridæ, & ſanat ſcabiem ſiccam.Rec.lithargyrii albi,chalcanti ana partem.i.floris æris partem dimidiam,terantur cũ aceto uehementer forti in ſole tempore æſtiuo fere per diem unum,ſemper autem modicum addendo acetũ. Deinde ponatur in uaſe uitreo,& ſtringatur os eius, & ſepeliatur in ſimo diebus.xl. deinde adminiſtretur.

Confectio alpheſiricon non eſt in uſu.

Additio .

Hanc confectionem ut iam dictum eſt deſcribit Auice. in.v.cano.cui tamen addit Meſ.ultra quæ addit Aui.florem æris.Summa medi.eſt.iiii.

Manardvs de confectio.alfeſiricon.

Pſoricon.) Græce dicitur, & ſecundum Dioſcoridem recipit chalciteos.p.2.cadmiæ.p.1.& teruntur cum aceto. Iuxta Galeni chalcitis partes duas,lithargyri unam.

SYL. *Vnguentum ulcera ſanans antiqua , dyſepulotica , Recipit aloes,myrrhæ,ana partes æquales , tere cum ſucco ab*

finthij.chelidonij,plantaginis ad mellis conſiſtentiam, ex li E *namento adhibe.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc ſine oleo & cera fit:in uſu non eſt, tamen eſt efficax & paratu facile.Efficacius multo reddit Meſue cap.de aloe ſi paucus ſanguis draconis miſceatur.

ANT. CONfectio unguenti ſanantis uulnera antiqua difficilis conſolationis, et eſt medicamen expertũ. Rec.aloes boni,myrrhæ mũdæ,ana partes æquales,Deinde tere uehementer cum ſucco abſinthii * et chelidoniæ et ſucco plãtaginis,donec fiat ſicut mel.Et adminiſtretur cum coto,aut panno ſubtili.

Confectio unguenti ſanantis ulcera antiqua, non eſt in uſu. Additio.

Iſta confectio unguenti uulnera antiqua ſananti s nõ habetur in uſu.& dicitur confectio unguenti ſimiliter & præcedens,quia fit ſine oleo & cera,ſed reducitur ad ſpiſsitudinem unguenti cum ſuccis,uel alio liquore. Summa medicinarum eſt.v.res.

MANARDVS de Confectio.unguenti ſanan. &c.

Hoc nullibi uidi parari, putarim tamen non inutile.

ANT. HYſſopi cerotum diateſſarõ,deſcriptione Demo criti,ualet ad mollificationem omnis duritiei, et nodoſitates quæ fiunt in membris et apoſtemata dura,et duritiem iuncturarum,et dolorẽ hepatis, et ſplenis,renum,matricũ,& ueſicæ. Reci.ceræ citrinę, terebenthinæ,ana.ʒ.xii.olei irini unc.iiii.hyſſopi humi de*unc.ii.Et ex eis fiat unguentum et adminiſtretur. *Panach

Diateſſaron,id eſt unguentum hyſſopi non eſt in uſu. Additio.

Iſto ceroto diateſſaron utuntur nonnulli ſub nomine ceroti de hyſſopo humida.& dicitur diateſſaron,ut iam dictũ eſt de theriaca diateſſaron à quatuor rebus ex quibus componitur.Io.Anglicus in cap.de dolore iuncturarum in cura guttæ melãcholicę habet unam aliam deſcriptionẽ quæ eadem eſt cum iſta.Summa medi.eſt res.iiii.

MANARDVS in Hyſſopi cerotum.

Hoc facilius parari poteſt quàm huius generis alia, nec erit minus utile.

SYL. *Cerat.Gale.ſtomachicum,uentriculum & hepar roborat,horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat.Recip.roſarum,maſtiches,ana drach. viginti,foliorum ſiccorum abſinthij drachm.xv.ſpicæ nardi, drach.x.trita tenuiſſ.ceræ unc. iiii. olei roſati libram unã & ſemiſſem,liquentur hæc igni,& aqua roſarum diu lauentur,iterum liquentur & lauentur uino ueteri & auſtero, & ſucco cydoniorum,& aceto pauco,poſt miſceantur reliqua,& fiat ceratum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Ceratum hoc ſtomachicum apud Gal.nondum legi: ſed id eſt quo aſsidue utor,inquit Gal.initio li.8.c.ph.p.& lib. viij.methodi,& poſt eum Paulus, recipit autem unguenti nardini optimi,ceræ Ponticæ amaræ,uel alterius Ponticę, uel Tyrrhenicæ (quæ alba eſt ablutione) uel alterius odoræ & pinguis,ſed lotæ,an.unc.Romanam unam,ſeu.ʒ.viii. æſtate uero ceræ tantum.ʒ.vii.liqua in uaſe duplici:refrigerato deinde & raſo adde aloes;maſtiches, puluueris molliſsimi an.ʒ.i.uel paulo amplius:non tamen ultra ſeſquidrac. q ſi maiore eſt adſtrictione opus,cum.ſ.tanta eſt imbecillitas ut ne cibum quidem cõtinere poſsit, auge maſtichen ad ſeſquidrac.uel adde omphacii tantundem:uel abſinthii ſuccũ uel utrunq;:& præter hæc interdum hypocyſthidẽ,& cœnãthen.i.uitiũ ſylueſtrium germẽ cũ floribus,& ſuccũ rhois. Sed dum ceratum conficis,hæc miſcenda ante aloen & maſtichen,tuncq; ceræ & nardini unguenti põdus pro reliquorum portione augendũ,ut ſi quatuor ex aliis.ʒ.colligãtur, cerati nardini.ʒ.ſint quatuor,ceræ quidẽ duæ, ung.nardini ẽt duæ.præſtãtius fiet ſi ſpicati unguẽti uel foliati ſumptuoſorum Romæ medicamentorum aliquid addas. Potes etiã loco nardini maſtichinum uel melinum optimum & recens miſcere. Quòd ſi uentriculus inpus utitur, ita ut affectus phlegmone ſimilis in eo conſiſtere uideatur, fiat ceratũ ex oleo melino cum œnanthe uel hypocyſthide,uel balauſtiis uel φοινίκου,id eſt.palmularum carne,& aliis quæ uentriculum refrigerare & firmare ſunt idonea. Ad rem uero præſentem commodiſsimum ſemper deliges, intentus dictis ſcopis.Meſ.autem in ſuo,pro aloe roſas: folia uero abſinthii pro ſucco:ſpicam nardi cum oleo roſato, pro unguento nardino ponit:horum tamen doſi ut maſtiches immodica.Poteſt tamen parari ad robur ſtomachi in febribus, aut ipſius phlegmone.Quod ex Gal.citat Nicolaus, emplaſtri formam habet:& ſimplicia permulta non eſſe Galeni acutè declarant.

CErotum Gal.ſtomachum confortans,et emendans uitia ſtomachi, quę ex frigiditate ſunt,præparans, et confortans appetitum et digeſtionẽ cibi,et confortans hepar,et ſedans dolorem eorũ. Accipe roſarum,ʒ.xx.foliorum abſinthii ſicci.ʒ.xv.maſticis.ʒ.viginti,ſpicæ indę.ʒ.x. Tere ſubtiliter & accipe ceræ mundæ unc.iiii.olei roſati lib.i.& dimidiam. Diſſoluantur in igne & lauentur lauationibus pluribus in aqua roſata. Deinde iterum diſſoluantur & lauẽtur in uino ueteri,& ſucco citoniorum & aceto pauco. Deinde miſceantur cum puluere renum, & fiat cerotum & adminiſtretur.

Cerotum ſtomachale Gal.non eſt in uſu. Additio.

Iſtud cerotum apud nonnullos habetur in uſu, cui ſi ad datur parum galliæ alefanginæ inuenitur in ipſo uirtus mirabilis ad confortandum ſtomachum. Summa medicinarum eſt.ix.res.

MANARDVS in Cerotum Galeni.

Quomodo in aqua roſarum,ſi Galeni, cum eius tempore non fuerint inuentæ noſtræ hæ aquæ,potes decoctum intelligere?Cerotum tamẽ Galeni quo aſsiduè utebatur, deſcribitur ab eo lib.8.de compo.medic.ſecundum loca,& à Paulo hoc modo.Ceræ albæ unc.i.uel in æſtate.ʒ.vii.aloes maſtiches.ʒ.i. olei omphac.uel melini,uel nardini, quantũ ſufficit. Si uero pluri egent ſtypſi,adde omphacii.ʒ.i. aut abſinthii,& tertium cum his hypocyſtidos & œnanthes,& rhu,id eſt,ſumachi ſuccum.

Ceratum diapente,ſpaſmum,et neruorum iuncturarum SYL *que tumores duros & nodoſos lenit,accipit ceræ flauæ uncias tres,ſtyracis liquidi drach.iij.terebinthinæ unciam unam,muccaginis* ichthyocollæ,uel gummi hederæ,olei irini quantum ſufficit.*

SYLVII ANNOTATIO

Rariſſ.uſu.Ceratum erit hoc ueterum, ſi plus olei accipias:recentiorum,ſi minus.

CErotum diapente,quod lenit nodationem iuncturarum,et duritiem neruorũ.et ualet ad ſpaſmũ.Accipe ceræ citrinæ unc.iii.†ſigiæ un.i. partem tertiam,terebẽthinæ unc.i.mucilaginis,†glutinis, zanach.unc.v.olei irini.q.ſ.Et expertum eſt. ANT. ANT.

Cerotum diapente non habetur in uſu. Additio.

Iſtud cerotum eſt in uſu,ſed non multum.Quid per gluten zanach intelligitur ignoratur, nonnulli tamen moderni dicunt q eſt colla piſcium. Alii uero aliud, de eo tamen certius dicetur infra in emplaſtro magno diachylon.Sũma medicinarum eſt.v.res.

MANARDVS de Ceroto diapente.

Hoc formam habebit ceroti recentiorum, ſi exiguum quid datur irini olei:ſi plus,cerotũ fiet antiquorũ.SIGIAE) Id eſt,ſtyracis,ut ſuperius dictum eſt.GLVTINIS zanahã.) Forte gummi hederæ.

Ceratum Alexandri, uentriculum & uentrem reli- SYL *quum inferiorem roborat,ab hiſq; duritiem diſſipat. Recipit comarum abſinthij,thuris,ana drachm.decem, hammoniaci*

moniaci,ſtyracis calamitæ,ana drac.xii.ſpicæ nardi drach. A *tres,ceræ uncias quatuor,olei chamæmelini quantum ſuffi cit.Hammoniacum & thus uino horis uigintiquatuor macerentur,oleum & cera liquentur igni, reliqua trita, & creta inſpergantur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Mediolani in uſu eſt frequenti,dignum quod etiam alibi uſurpetur.Cera ex oleo liquata, hammoniacũ uino.xxiiii. horis maceratum,& ad mellis craſsitiem coctum,per ſe miſcetur,deinde pul.tenuiſſ.adduntur.Quòd ſi ſtyrax & thus pinguia & mollia ſunt,etiam diſſoluenda.

ANT. CErotum Alexandrinum optimum, ſtomachum confortat & membra nutritionis,& aufert duritiem ipſorum,bonum & expertum. Reci. cimarum abſinthii,olibani ana. ʒ. x. hammoniaci † ſtyracis calamitæ ana.ʒ.xii.ſpicæ.ʒ.iii.ceræ unc.iiii.olei chamę *ſtyrac.* millæ quantum ſufficit.* olibanum & hammoniacum in uino ſufficienti per diem & noctem infunde.Abſinthium autẽ & ſpicam tere,& cribra. Oleum uero & ceram ſolue ſuper ignem,& cum eis reliqua miſce. B

Cerotum Alexandri non eſt in uſu. Additio.

Iſtud cerotum apud Mediolanenſes multum habetur in uſu,apud uero alias nationes raro, poterit tamen quis eo uti magiſtraliter ſi uoluerit,quia multum utile eſt ad ea quę in textu ſcribuntur.Summa medi.eſt.vii.res.

MANARDVS in cerotum Alexandrinum.

Storacis calamitæ.) Styracen calamiten uocat Gale. eum qui intra calamos ferebatur,nunc deſiit ferri,ſed loco eius habemus ſiccum uocatum.

SYL. *Alterum eiuſdem ualenter ſcirrhos diſſipat articulorũ, & neruorum omnium dolores & affectus diuturnos à frigido natos,& contractiones,& paralyſin, & torturam. Recipit caſtorij,euphorbij,piperis longi & nigri, ana unciam unam,hammoniaci,opopanaci,galliæ,ana unciam u-* C *nam & ſemiſſem,medullæ cruris cerui & uaccæ, ana unc. duas terebinthinæ uncias ſex,ſtyracis liquidi unciam unam adipis gallinæ,& anatis,& anſeris, & porci, ana unciam unam & dimidiam,ceræ libram unam,olei ueteris, nardini,irini,laurini,chamæmelini, leucoii lutei,ol. naptici ana uncias octo,olei balſami uncias quatuor,uini ueteris quantum ſufficit ad macerandum medic.ſicca.Efficacius fit.ſi addas œſypi unc.iiii.*

SYLVII ANNOTATIO.

Eſt efficaciſſ.& magno ſucceſſu in uſum uenerit ad diſſipandum tumores duros & articulorum dolores, præcipue à lue Hiſpanica.

CErotum aliud eiuſdem,fortiſsimum, & expertũ ad diſſoluendum membrorum durities, & diuturnas articulorum paſsiones & neruorum omnium ægritudines ex frigiditate factas,& ſoluit eorum D contractiones,& ualet ad paralyſim & torturam. Rec. caſtorii,euphorbii,piperis longi & nigri,ana unc.i.hãmoniaci,opopanacis,galbani,ana unc.i.&.s. medullæ cerui, medullæ cruris uaccæ ana unc.ii.terebinthinæ unc.vi.ſtyracis liquidæ unc.i.adipis gallinarum, adipis anatis & anſeris,& adipis porci ana un.i.&.s.ceræ lib. i.olei ueteris,olei nardini,olei laurini,olei irini,olei naptici,olei chamæmillæ, olei de cheiri ana unc.viii. olei balſami unc.iiii.uini ueteris quantum ſufficit ad infundendum medicinas ſiccas.Et ſunt qui addunt hyſſopi humidæ,unc.iiii.Et eſt efficacius.

Cerotum aliud eiuſdem fortiſsimum, quod licet non ſit in uſu,tamen eſt conueniens & magiſtralis in fine quarundam diſpoſitionum poſitarum in litera.

Additio.

Iſtud cerotum ſimiliter non eſt in uſu.ualet tamen multum ad ea quæ in textu dicuntur. Summa medicinarum eſt res.xxv.

MANARDVS in cerotum aliud eiuſdem.

Hoc ſi bene paretur ualde idoneum erit ad duros tumores,& præcipue Gallicos,articulorumq; dolores.De naphtha habes apud Dioſco.capite de aſphalto.

Ceratum Andromachi,uentriculum frigidum roborat, SYL *ne excrementa aliarum partium tam prompte recipiat,affectus neruorum & iuncturarum frigidos,ut duritiem, dolores, tumores,quos diſſoluit.ſi digeri ſint habiles, aut coquit,& ſuppurat,ſi maturari poſſunt.Recipit ſtyracis unciæ ſemiſſem,maſtiches unam unciam & ſemiſſem,folii,ſpicæ nardi,ana drachmas tres & ſemiſſem,euphorbii drachmas tres,cinnamomi drachmas ſex,ceræ albæ drachmas uiginti,olei balanini uncias octo,olei balſami drachmas.xv. Fiat ceratum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hactenus cerata in antido.Meſ.id autem ex ſuo Grabadin,cap.de ſpaſmo.

Ceratum de euphorbio ad ſpaſmum,Reci. olei cinnamomi,aut ol.antiqui lib.i. ceræ flauæ unc.ii. euphorbii recentis unc.i.fiat ceratum pro parte conuulſa mirabile.

SYLVII ANNOTATIO.

Quod autem eſt Gale.ceratum dieuphorbiu,recipit ceræ unc.iii.euphorbii unc.i.ol.Sabini, uel alterius ex oliuis maturis lib.i.fiat ceratum ſimpliciſsimum ad dolorem capi eis à frigore,ad ueterem hemicraniam, iſchiadem à cauſa frigida,non calida.

Ceratum ad hernias ex pelle arietina,Domi. Arnaldi de uilla noua.

℞.lithargyri,auri,apii,ſedenegi,ſang.draconis, boli arme.maſtich.hammoniaci,mumiæ,galbani,thuris,coſti,lumbricorum terreſtrium,ana.ʒ.ſemiſſ.picis nauallis,picis græcæ,ideſt,colophoniæ,ceræ albæ,ceræ rubræ,ana.ʒ.i. radicũ ſoldaginis maioris,radicum ſoldaginis mediæ,radicum ſoldaginis minoris,ana.ʒ.iii.

CErotũ Andromachi factũ eſt ex.xix.medicinis, ANT. conferens ad frigiditates neruorum, & ſtomachi,& confortat ſtomachum recipientem ſuper fluitates,& lenit duritiem neruorum & iuncturarum, & aufert dolores & tumores profundos,& apoſtemata maturanda maturat,& diſſoluenda diſſoluit. Rec.ſtyracis.ʒ.iiii.maſtich.ʒ.xii.folii,ſpicæ ana.ʒ.iii.s.euphorbii.ʒ.iii.cinnamomi.ʒ.vi.ceræ albæ.ʒ.xx.†olei de ben unc.viii.olei balſami.ʒ.xv.Fiat cerotum.

Cerotum andromachi non eſt in uſu.

MANARDVS in cerotum Andromachi.

Olei de been.) Ideſt,balaninum,ut ſupra, nec paratur, nec parari recte poteſt.

SYLVIVS de emplaſtris.

Ἔμπλαστον φάρμακον ἀπὸ τοῦ ἐμπλάττειν, ideſt,fingendo, & formando, ρ literam ex etymo non habet: ρ tamẽ aſſumpto etiam ἡ ἔμπλαστρος, ut κέντριον à κεντέω μητρὸς à μήτηρ & οὖς ὠτός dicitur Gale.& ſuæ tempeſtatis hominibus propope omnibus uſum præualentem & conſuetudinem ſequentibus,cum iam tum & lingua Attica permultum à proprietate ſua deſciuiſſet. Medicamenta emplaſtris debita, ſunt terreſtria,ut metallica,lapides,terræ ſpecies, flores,cinis, cõchæ;Plantarũ partes,ut oleamẽta,lachrymę, ſucci,liquores.Semina uero & herbarum folia,& radices paucas recipiunt, tamen emplaſt.ex lini ſemine,& ab herbis βοταμικὸν & farinas ſatis frequentes.Coquantur empla.quouſq; manus non amplius inquinent.Empla.& metallica,ut lithargyrum ceruſam recipiunt.Prius hæc oleo & aceto, ſucco, aqua,uel alio liquore adſcripto ſine igni nutriantur, & craſſeſcãt i mortario,uel ſartaginis fundo,ſphærico,ſpatha, uel piſtillo cõtineter mota.Si ad hæc pinguia alia emp.debentur hæc ipſa piſtillo calido uel in lebete ſuper ignẽ lẽtũ ſpa

tula semper mota,ne uasis fundo metallica hæreant, probe ad iustam usque crassitiem metallicis ita nutritis misceantur. Quòd si gummis quoque opus est,liquabilia liquentur, solubilia soluantur, puluerabilia puluerentur, ut suis locis patebit,& postrema decoquendis aliis misceantur spatha semper mota:postremo etiam ponantur & flores, herbæ, radices. Flos croci manu emplastro misceatur migdalias & offas formantibus. Sunt tamen quædam metallica,& terrea lapideaque in fine miscenda,ut æs ustum, cinnabrium uulgare,ærugo,flos æris,squamma æris, sulfur auripigmentũ, magnes,bolus armenia,terra sigillata. Coquatur autem omne emplastrum ad aceti,uini,aquæ,succorum, uel aliorum liquorum consumptionem. Succi crassi & siccati aliquo liquore soluti imponantur postremi, cum scilicet emplastrũ frigere incipit. Succi autem uirides in emplastra de ianua temperentur oleo;deinde gummis liquatis ambo misceantur & coque igni. Herbæ uirides in emplastro gratia Dei, & alio macerentur uino. Gummi liquata eodem uino coquantur ad uini consumptionem. Emplastra molliuisse, & subegisse licet cum pul. uel liquoribus:ut oleo apostolicon ceroneum, oxycrocinum, diuinum, contra rupturam, & diachylon,ut succis,empla.de Ianua:ut lacte,empla. gratia Dei sanguis humanus & uiscum quern um in empla.contra rupturam misceantur pistillo calido, & coquatur uiscum in decocto pellis ueruecinæ recenti non depilatæ,nec calce conditæ.

SYL. *Emplastrum diachylon, scirrhos hepatis, lienis, uentriculi, & aliarum partium, ipsas etiam chæradas & durities reliquas emollit, & iuuat. Recipit muccaginis seminis fœnugræci, seminis lini, raued. althææ ana.lib.i, lithargyri plumbo & scoria purgati tenuissime triti lib.i. & s. olei antiqui clari lib.iii. Lithargyrum & oleum diu & multum in mortario lapideo pistillo ferreo subigantur & misceantur, post igni lento coque, spatha semper agitando, donec liquetur lithargyrum & crassescat. Exime igni, paulatim frigescat, postea his succos per se parum coctos affunde, permisce & recoque igni ad iustam crassitiem. Valentius resoluit & maturat, si addatur puluis ireos, magis item anodynon, si muccago meliloti præsertim seminis accesserit. Præstantius quoque fiet si loco olei communis irinum, & chamæmelinum acceperit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id emplast.usu est frequentissimum, pule.ireos unc.i.in lib.unam massæ emplastri addi potest, uulgoque id diachylon ireatum uocatur. χυλὸς hoc loco cum Gale. est succus is,quem à mucci narium aut uisci similitudine muccaginẽ, aut uiscaginem uocare possis potius,quã cũ uulgo muccilaginem,& nos ita uocabimus fuga ambiguitatis,cum succus nobis ut χυλὸς Galeno etiam sit,qui ex tusis herbis exprimitur,quo significato nobis post accipietur. Scirrhos albos & nigros mollit ac digerit,reliquias furunculi duras dissipat,ulcera etiam duritiei coniuncta glutinat.

Muccagines in emplastro diachylo hodie non coquuntur. Est id emplastrum Auicennæ probe ad uerbum. Describitur & à Gal. secundum Democritum. Alterum est διὰχυλῶν Pauli ex lithargyri lib.6.olei æstate lib.7.hyeme.8. seminis fœnigræci sextario dimidio,seminis altheæ lib. tribus:hæc duo in aquæ sextariis.xx.bulliant, donec libr.iiii. remaneant:adde oleum,& coque donec ampullæ cessent, insperge lithargyrum,& coque igni lento.

ANT. EMplastrum diachylon cuius iuuamẽtum notum est ad apostemata dura, & duritiem hepatis, et splenis,et stomachi,et ad scrophulas, et omnem duritiem. Recip. ex fœnugræco,et semine lini, et radice altheæ de singulis mucilaginibus ana partem unam lithargyrii triti contritione ultima & mundi à plumbo et scoria partem unam et mediam olei antiqui clari partes tres. Modus autem operationis eius talis est. Recipe lithargyrium et oleum, et diu in mortario lapideo cum pistillo ferreo conquassetur, et laboretur in eorum conquassatione multum. Deinde bulliat super ignem cum facilitate,semper et indesinenter agitando cum spatula usquedum coaguletur lithargyrium Tunc deponatur ab igne,et dimittatur infrigidari paulatim. Postea accipe mucilagines, et bulliat ebullitione aliqua. Deinde ante modicum proiice mucilagines super lithargyrium et oleum,semper cum pistillo cõquassando,donec decens fiat eorum permixtio. Tunc quoque coquatur super ignem usquedum inspissetur. Inquit Hamech felicissimum erit opus eius, si cum eo pulueris ireos tritæ permisceatur,mirabilis est iuuamenti ad resoluendum et maturandum fortiora. Si autem mucilagines meliloti et proprie seminis eius operatio ipsius recipit,erit eius sedatio fortior. Et sunt qui pro communi oleo oleum irinum et oleum de chamæmilla ponunt et erit in cunctis nobilior.

Istud emplastrum similitudinem habet cum unguentis, nisi quòd est solidioris substantiæ, & est multum in usu, & præparatum reperitur ubique.& eius usus est conueniens ad dissoluendum apostemata dura & melancholica propter mucilagines ingredientes.& sæpe post apertionem furunculorum & similium apostematum approximatur ad leniẽdum duritiem quæ remanet in eis.& habet uirtutem consolidatiuam ulcerum quæ sunt cum nodositate & duritie propter lithargyrium,quod ingreditur ipsius compositionem. utilitatem etiam facit ad dissoluendum scrophulas &c.

Additio.

Et fit istud empl.interdum cum additionibus ut cũ puluere ireos,addendo.s.unciam.i.pul.ireos pro una lib. massæ emplastri & hoc ad maiores effectus ipsius emplastri, cõmuniter tamen in usu est sine additionibus. Auic.in.v. can. & Haly.x.practicæ & similiter Serapio in proprio antido. describunt hoc emplastrum in forma unguenti, quo etiam multi moderni sub dicta forma utuntur,communiter tamẽ est in usu magis sub forma emplastri quam sub unguenti. Summa medi.est.v.res.

MANARDVS in emplastrum diaquilon.

Diachylon dici debet,sicuti & quæ sequuntur, à succis quæ recipiunt,quas mucilagines recentiores uocant. Istud est Auicẽnæ ferme ad literã. Describitur & à Gal. iuxta Democritũ,sed oleũ sedecuplum est ad lithargyrũ tẽpe hyemis æstate sesquisextũ,lithargyri ad althæam duplũ. Pau. scribit aliud emplastrũ διαχύλων,hoc modo: Lithargyri lib.6.olei æstate li.7.hyeme.8.seminis fœnugræci ξέστην semis, seminis althææ li.3.bulliant semina fœnugræci & althææ in xestis uiginti aquæ donec remaneant lib.iiii. post misceas oleum:bulliantq; donec cessent ampullæ,deinde inspergens lithargyrum coque lento igne. In Galeno legimus sextarios octo aquæ. Diachylon inuentũ à Menecrate recipit, lithargyri auri lib.ii.axungiæ antiquæ lib.iiii.olei antiqui li. xv.addit aliquando lib.i.radicis althææ.

SYL. *Emplastrum diachylon magnum, scirrhos emollit & digerit, & inflationes. Recipit lithargyri putris, triti, creti, libram, i. olei irini, chamæmelini, anethini, ana unc. viii. muccaginis ficuum pinguium, uuarum passarum, icthyocollæ, seminum lini & fœnugræci, succorum ireos & scillæ, œsypi, ana drac.xii. & semiss. terebinthinæ unc.iii. resinæ pini, & ceræ flauæ, ana unc.ii. misce ut prius, donec crassescat.*

SYLVII ANNOTATIO.

His si accesserit bdellii, sagapeni, hammoniaci ana.℥.i. diachylon gummatum uulgus appellat. Aliquando est in usu,frequentius tamen eius loco empl.de muccaginibus, ex muccaginis seminum althææ,lini,fœnigræ. corticis medii ulmi,ana.℥.iiii.&.s.olei chamæmelini,lilii,anethini,ana.℥.i.& semiss.hammoniaci,galbani,opopanacis,sagapeni, ana unc.dimidia,croci drac.ii.terebinthinæ unc.ii. ceræ nouæ unc.uiginti,fiat emplastrum. Paulus ab hoc,simplicibus,& eorum quantitate ac modo componendi plurimum uariat, nam miscet lithargyri lib.vi.(Oribasius duas) olei, si æstas est,lib.vii.si hyems,lib.viii.fœnugræci,lini seminis ana se-

misex-

[Manar. althææ seminis legit. Gal. in sextariis aquæ octo]

misextarium:(Oribasius sextarium) althææ, (Oribasius althææ radicis) lib.iii.althæa, & semina in uiginti aquæ sextariis coquantur,quousque inde muccaginis lib.iiii. exprimantur,& miscentur oleo,simulq; coquuntur, dum bullire & ampullas tollere desierit,id est, ad muccaginis consumptionem. Post hæc argenti spuma tenuissime trita inspergitur,omniaq; simul igne non acri excoquuntur, usq; dum digitos intinctos non inquinet. διὰχυλῶν Galenus ex Democrito scribit & ex Menecrate,ex lithargyri, lib.ii.axungiæ antiquæ li.iiii.olei antiqui,lib.xv. Addit aliquãdo li. i. radicis althææ. Ab utroq; simplicibus, & eorum quantitate uariat Alexander,componendi modo cum Paulo consentit. Lithargyri,triti lib.iiii.olei communis lib.vii.ceræ li.i. resinæ piceæ unc.vi. muccaginis seminis psyllii lib. iii. quã sic extrahes,in aquæ fontis sextariis sex immitte psyllii triti unc.iii.macera uiginti quatuor horis,postridie igni lento coque ad crassitudinem,calidissimam cola (nam mox à frigore concrescit ac durescit) eius lib. iii. immitte cacabo,calfac,rursus cola:lithargyrum tenuissime tritũ misce, continenter moue:igni lento percoque,donec digitos adhæsu non inquinet:sublato ab igne cacabo ceram, & resinã iniicies,& ubi digitos non contaminabit, tunc pilæ infundito,rudicula mollito. Sed in componendi modo olei mẽtio non fit.

ANT. EMplastrum diachilon magnum,expertum ad resoluendum,et ad maturationem omnis duritiei et inflationis. Cuius permixtio. Reci.lithargyrii mundi triti et cribellati uncias duodecim, olei irini et chamæmillini et anethini ana unc.viii. mucilaginis seminis lini,*mucilaginis fœnugræci, mucilaginis ficuũ pinguium,et mucilaginis passularum, et succi ireos, et succi scillæ,et hyssopi humidæ.et glutinis alzanach. an. drachmas duodecim et dimidiam, terebenthinæ unc. iii.resinæ pini et ceræ citrinæ ana unc.ii. Conficiantur sicut diximus,et est expertum. Inquit filius Zachariæ. Acquiritur ei in decoctione ut discedat à mollitie ceræ,et accedat ad spissitudinem unguentorum,et liniatur in panno,et supponatur ubi oportet.

[*mucillaginis radicis althęę]

Emplastrum diachylon magnum non est in usu.

Additio.

Istud emplastrum interdũ habetur in usu sub forma emplastri quod à pluribus uocatur emplastrum de mucilaginibus.nam chylum idem est quod succus,seu mucilago. inde diachylõ,id est de mucilaginibus. Quid sit gluten alzanach siue alcanach,ignoratur:nam quidam dicunt quod est gluten piscium,qua opinione utimur communiter. nõnulli uero dicunt quòd est uiscus qui reperitur in Arabia super arborem asę fœtide. Petrus tamen de largillata,qui sępe hoc emplastro utitur,pro zanach,ponit uiscum quo capiuntur aues, scilicet illo qui fit ex uisco quercino, quod satis hic conuenit. Vlterius est notãdum quòd istud emplastrum in interdum conficitur cum gummis,scilicet bdellii,sagapeni & hammoniaci,ana ℥.i.& tunc erit diachylon gummatum. Summa medicinarum est.xv.res.

[Gluten alzanach quid.]

MANARDVS in Empl.diachy.magnum.

Operosius est quàm præcedens.

SYL. *Emplastrum diachylon paruum tumores calidos digerit & maturat. Recipit lithargyri unc. sex, olei ueteris clari libram unam, muccaginis psyllij uncias quatuor, muccaginis seminis hyoscyami sescunciam, muccaginis seminis lini & radicis maluæ, ana uncias duas. Fiat ut primum. Est frequentissimum usu, & efficacissimum ad mulcendam intemperiem calidam, quod per se psyllium & hyoscyamus præstant, & siccandum digerendumq;, quod cætera simplicia præstant.*

ANT. DIachylon†paruum,resoluens et maturans tumores à caliditate factos et apostemata. Re. lithargyrii uncias.vi.olei ueteris clari li.i.mucilaginis psyllii unc.iiii.mucilaginis hyoscyami,vnc.i.et dimidiã mucilaginis seminis lini,et mucilaginis radicis maluæ ana unc.ii. Cuius operatio est sicut operatio alterius.

Istud unguentum siue emplastrum habetur in usu.& præparatum reperitur descriptione primi diachylon. & habet easdem uirtutes & operationes. Et istud generaliter plus præparatur, & ubiq; plus præparatur quam primum additio. Summa medicinarum est.vi.res.

MANARDVS in Empl.diachylon paruum.

Hoc minus calidum.

SYL. *Emplastrum de baccis lauri, uentriculi, intestinorum, hepatis, renum, uesicæ, uteri, & partium aliarum dolorem à flatibus, aut intemperie frigida ortum placat. Recipit autem thuris, mastiches, myrrhæ, ana unc.i. baccarum lauri unc.ij. cyperi, costi, ana unc. dimid. mellis colati quantum ad ea comprehendenda sufficit. Si autem cyperi sescunciã misceas, & stercus capræ, aut uaccæ siccum ad pondus omnium, ad hydropem fit mirabile.*

SYLVII ANNOTATIO.

In colico dolore à flatu & pituita salubriter calidum uẽtri imponitur uacuata plenitudine,& clystere quoq; iniicitur.℥.i.ad sescunciam,cum cæteris eodem pertinentibus,inflationem quamuis,id est à flatu tensionem & tumorem eadem ratione iuuat. Mel calidum,id est, liquatum alii legũt ꝑ colatũ,ipsũq; largius addẽdũ ẽ,si stercore misces,quantũ scilicet omnibus capiẽdis erit satis. In usu est ubiq; sed usu frequentius est electarium de baccis lauri,ex foliorum rutæ siccorum.ʒ.x. seminis ameos,cari,dauci, melanthii,cumini,libystici,baccarum lauri,piperis nigri & lõgi, amyg. amararum,origani,acori,castorii,an.ʒ.ii.opopanacis.ʒ.iii sagapeni.ʒ.iiii.quæ trita melle cocto ad pondus omniũ excipiũtur. Diuersum ab his malagma διὰ δαφνίδων, id est,ex baccis lauri,nitro rubro,hammoniaco,cera,resina, picea, pice brutia. [Li.9.c.pk.p.]

ANT. EMplastrum de granis lauri,cõferens ad dolores à frigiditate,et uentositate factos, et proprie ad dolores uentris,et stomachi,et renum,et matricum et uesicę et aliorum uiscerum. ℞. olibani,masticis myrrhæ,ana unc.i. granorum lauri unc.ii. cyperi costi, ana unc.s.mellis * collati.q.s.ad aggregandum, et extẽdatur in panno,et calidum superponatur ubi oportet. Si autem triplicatur in eo cyperum, et ponatur de stercore caprarum,aut uaccarum sicco ad pondus omniũ, inuenitur mirabile ad hydropisim. [* calidi.]

Emplastrum de granis.i.baccis lauri, est in usu, & ubiq; præparatur. Ipsum enim confert ad omnes dolores factos ex frigiditate & uentositate.& proprie confert dolori stomachi,& uesicæ,uentris,matricis,& renum,siue aproximetur ab extra,siue per clysteria. unde multum confert doloribus colicis eleuatis uentositatibus à materia crassa phlegmatica,& in talibus eo multum utimur,ponendo de eo.℥.i in clysteri carminatiuo uentositatis usq; ad.℥.i.s. ipsius cũ aliis quæ expediunt. Reci.mellis calidi.i. liquefacti quantũ sufficit ad aggregandum.i.conficiendum in panno. i. super panno. Et nota,quod est mirabile ad hydropisim si in triplici proportione ponatur plus de cyperis, quã sit proportio ipsorum nunc dicta,& ponatur de stercore sicco caprarum aut uaccarum ad pondus omnium,addendo de melle quantum expedit ad formam emplastri,& est mirabile approximatum super uentrem ad ascitem,& tympanitem. Summa medi.est.viii.res cum additione.

MANARDVS in emp.de granis lauri.

INVENITVR mirabile ad hydropisim.) Erit quoq; ad multa alia utile,præcipuè ad inflationes discutiendas.

SYL. *Emplastrum uentriculum, & hepar calfaciens, & roborans. Recipit ligni aloes, absinthij, gummi Arabici, mastiches, cyperi, costi, zingiberis, ana unc. semissem: calami aromatici, thuris, aloes, ana drach.iij. caryophyllorum macis, nucis moschatæ, galliæ moschatæ, cinnamomi, spicæ nardi, schœnu anthus, ana drachm.i. & semissem, ex-*

sipe miua aromatica,& tempore utendi cum panno inten E
deris,suffices ligno aloes.

SYLVII ANNOTATIO.

In usu crebro non est,tamen fuerit efficacissimum in uẽ triculi & hepatis intemperie frigida,aere præsertim frigido.Nam calidis natura & æstate est nocentissimum:Alii eius loco utuntur cerato stomachico prius descripto : alii aliam nescio quam sequuntur descriptionem.

ANT. EMplastrum stomachum, et hepar confortans et calefaciens ea. Rec.ligni aloes,absinthij, gummi arabici,mastices,cyperi,costi,zingiberis,an. unc. s.calami aromatici,olibani,aloes,ana.ʒ.iii. caryophyllorum,macis,cinnamomi,spicæ,nucis moschatæ, gallię moscatæ,schœnanthi,ana.ʒ.i. et.s. aggregentur cũ miua aromatica,et extende super pannum, et suffumigetur super ligno aloes,et superponatur.

Emplastrum stomachum & hepar confortans non est in usu.Summa medi.est.xviii.res cum additione.

MANARDVS in emp.ad stomachum & hepar.

Cauendum æstate:& in temperatura biliosa.

SYL. *Emplastrum de gallia,ventrem totum inferiorem robo* F
rat adstringendo,& calfaciendo:quare lienterias,diarrhœ as,dysenterias iuuat a causa frigida productas. Rec.autem gallæ moschatæ,schœnu anthus,ana.ʒ.i.& semis:ramich, rhois acaciæ,hypocysthidos,ladani,gallarum non perfora tarum,calami aromatici,rosarum & seminis earum,santa lorum alborum & rubrorum,mastiches,xylaloes, caryo phyllorum,spicæ nardi,thuris,costi,myrrhæ,cyperi,absin thii,ana.ʒ.ij.terantur accurate omnia, deinde panis bisco cti drac.iij.dactyli sicci duodecim:uigintiquatuor horis ma cerent ur in succi foliorum myrthi & lauri, & aquæ rosa rum,& uini austeri,ana unc.i.& s.Hæc læuiga, & excipe miuæ aromatizatæ unc.iii.uel.iiii.& additis gummi arabi ci assati drach.vii.coquantur igni lento ad mellis crassitudi nem.Quibus in mortario diu permisce puluerem prædictũ, G
donec totum fiat uiscosum: tempore utendi suffitur ligno aloes panno illitum.

SYLVII ANNOTATIO.

Rarum usu prꝛeter quàm in Gallia,ubi repertum quibusdam uidetur,& inde uocatum:aliis autem trochiscis galliæ moschatæ quos recipit,Ramich compositio quædam est in trochiscos reducta.Si succum foliorum methæ pro myrthi, ut quidam codices habent,misceas , calidius non multò minus adstringens medicamentum euadet . Læuigare autem, ut græci λειοῦν, est ficca in puluerem tenuissimum: humida autem curiosꝛ terere & frangere,qualia hic, male interpres terere iubet tanquam in puluerem.Nam in puluerem abire non possunt , nisi siccata , aut largæ sicciorum copiæ permista .

ANT. EMplastrum de gallia conferens ad fluxum uẽtris, et debilitatem stomachi, et hepatis , et uiscerum cum significationibus frigiditatis sanum , et ex- H
pertum.Rec.galliæ moschatę schœnanthi,an. ʒ.i.et.s. ramich,sumach, acaciæ,hypocisthidos, laudani , gallarum non perforatarum,calami aromatici,rosarum , et seminis eius,sandalorum alborum et rubeorum,masti cis,xyloaloes,caryophyll.spicæ,olibani,costi, myrrhę, cyperi,absinthii,ana.ʒ.ii.Fiat eorum contritio bona. Deinde accipe succi foliorum myrthæ humidæ , folio rum lauri,aquæ rosa.et uini pontici,ana unc.i.et.s.sub merge in eis calefactis† tortellarum de sceni.ʒ.iii. dactylorum sicco.xii.numero.dimittãtur per diem, et no ctem. Deinde terantur,et fiant sicut puluis et misceantur cum miuæ aromatizatæ unc.iij.aut.iiij.gummi assati.ʒ.vij. Coquantur omnia lento igne usq; ad spissitudinem mellis. Deinde aggrega cum puluere rerum , et tere diu in mortario donec fiat totum uiscosum. Dein de line ex eo super lamina,et suffumiga cũ ligno aloes, et epithemetur cum eo.

Emplastrum de gallia conferens ad fluxum uentris non habetur in usu,posset tamen magistraliter confici.

Additio.

Istud emplastrum de gallia cum significationibus frigiditatis interdum apud gallos habetur in usu. Et appellatur emplastrum de gallia secũdum aliquos propter trochiscos de gallia quos recipit.Alii & melius dixerunt quod dicitur de gallia,quia in gallia prouincia repertum fuit,& eo utuntur. Summa medi.est.xxx.res.

MANARDVS in emp.de gallia.

Duo hæc de gallia nuncupata efficaciter adstringerent, simul & roborarent , si rectꝛ pararentur . Tortellarum de sceni.) Id est panis bis cocti.

Emplastrum alterum de gallia ad affectus eosdem,sed à SYL.
causa calida profectos.Recipit galliæ,ramich,foliorum & seminis rosarum,rhois,santali albi & rubri,spodij,sangui nis draconis,electri,balaustii,capitum granatorum,hypo cysthidos,acaciæ,corticum mandragoræ,ana dra.ii. caphu ræ drachmæ semissem,tere omnia tenuiter:ad hæc polentæ baccarum myrthi,gummi arabici assati , tenuissime trito rum,ana unc.dimidiam:macera in succi uuarum agrestium unc.i.succi capreolorum uitis agrestis unc. ii. succi extre mitatum myrthi & aceti,ana *unc.iiii. quibus adde miuæ* *al. uuę*
acidæ unc.ii.uel.iii.& coque igni lento ad glutinosam cras sitiem.Tunc pulueres prædictos his diligẽter misce. Ex hoc portio alutæ illita tempore utendi suffitur xyloaloe.

SYLVII ANNOTATIO.

Rarissimum hic usu est, quòd opinor in his regionibus frigidis,& uictu non modo largiore,sed etiam ob cœli inclementiam crudiore utentibus, uenter, intemperie frigida fere laboret,haud temere calida,qua ratione hyeme pituitam in nobis augeri ex Hippocratis placico demonstrat Gale.lib.de nat.hu.etiam si uentres ut hyeme,sic in regione frigida sint calido innato calidissimi . Tamen ob componendi magnam difficultatem ad artis suæ specimen candidatis,perspæpe ipsum archipharmaci imperant.

ANT. EMplastrum aliud de gallia ualens ad eadem quæ prius cum significationibus caliditatis.Rec.galliæ,†ramich,rosar.& seminis eius, pulpæ sumach, sandali albi,& rubei,spodii,sanguinis draco . charabæ , balaustiæ,hypocisthidos,acatiæ,corticum mandragoræ,capitum granato.ana.ʒ.ii.camphoræ.ʒ.s.tere & fac puluerem.Accipe succi capriolorum uitium unc.ii.uuarum agrestium.unc.i . succi extremitatum myrthæ humidæ,aceti,ana* unc.i.Infunde in† sauich hordei,gra *unc.i
norum myrthi tritorum sicut alcohol,ana.ʒ. iiii.gummi arabici assi *.drach.iiii.& misce cum eis miuæ ace- *dra.ii.
tosæ unc.ii.uel.iii.& decoque in igne leui usquedum habeat spissitudinem uiscosam . Deinde aggrega omnia simul cum speciebus,& line ex eo super lamina , & suffumigetur cum xyloaloe , & epithemetur cum eo, & est sanum & expertum.

Emplastrum aliud de gallia similiter non est in usu.

Additio .

Istud emplastrum de gallia cum significationibus caliditatis interdum etiam habetur in usu . & dicitur de gallia propter ea,quæ dicta sunt in præcedenti . Summa medicinarum est.xxvi.res.

MANARDVS in emp.aliud de gallia.

Sauich.) Latine polenta,græce ἄλφιτα.

Emplastrum ad Andromachum,podagram,gonagram, SYL.
ischiadem , & reliquos articulorum dolores antiquos , ac eorum tumores & laterum,schirrumque splenis & hydro pem iuuat.Recipit autem sepi arietum , picis , ana drach. xviij.gũmi pini unc.viij . sandaracha , auripigmenti , alu-
minis

minis scissilis,calcis uiuæ,ana drachmas tres : hammoniaci A
uncias duas;hammoniacum super ignẽ dissoluatur uino ru bro,eiq; adde olei libras duas,& reliqua probe puluerata.

SYLVII ANNOTATIO.

Auic.v.can.idem describitur. Auripigmentum rubrum est sandaracha Diosc.& Gale.rarum.Citrinum uero speciatim auripigmentum seu arsenicum naturale , non factitiũ . Arsenicum album addit Auicen.in doloribus à lue Hispanica est efficax .

ANT. EMplastrum relatum ad Andromachum conferẽs ad dolorem iuncturarum & genuum antiquũ & ischiaticam,& duritiem splenis, & tumores laterum,& hydropisim.Rec.sepi arietum,picis,ana.ʒ.xviii gummi pini unc.viii.†auripigmenti rubei† & citrini,a- *drac.xv.
luminis†iameni,calcis non extinctæ,ana*ʒ.iii.hammoniaci un.ii.dissoluatur hammoniacum in uino rubẽo , & dissoluatur in igne.& dissoluantur cum eo olei li.ii. & puluerizanda puluerizẽtur.& aggrega omnia simul B
secũdum decentem modum præparationis eius,& mitte ubi oportet expansum in lamina .

Emplastrum relatum ad Andromachum hoc etiam non est in usu. Additio.

Istud emplastrum primum Andromachi non habere in usu.Aui.in.v.cano.etiam describit istud emplastrum . Summa medi.est.x.res.

MANARDVS in emp.relatum ad Andromachum .

In doloribus gallicis est ualde efficax.AVRIPIGMENTI rubei.) Diosc.sandarachæ.ET citrini.) Id est,arsenici naturalis non factitii:nunc auripigmentum uocant primum:secundũ non facilè inuenias. IAMENI.) Id est , quod Græci schistõ , Latini scissum,uulgo plumacium,uel de pluma.

SYL. *Emplastrum alterum Andromachi causlicum. Recipit* C
aquæ ardentis (quæ est aqua saponis) libr.iiij. seminis oriza & frumenti excorticati , ana unc.vii.macera in uase ui treo bene obstructo,donec granis dissolutis totum fiat mu cosum:serua,sed diebus singulis ligneo baculo moue , & ob tura:exceptum cortice auellanæ uel arũdinis, uel cera per tusa,& parti admotum , tribus horis,aut eo plus cauterij uice ulcerat,& urit.

SYLVII ANNOTATIO.

In causticorũ usu partis natura diligẽter expendẽda ẽ , ne altius,aut latius quã opus est, uis cauterii recepta uel effusa, illæsas partes, aut sensu exquisito præditas , aut uasa magna attingat.Expende item prꝛeter cauterii uires , etiã cœlis habitudinem.Nam dura, densa, sensu obtuso prædita,qualis ferè fossoribus,nautis,agricolis, baiulis inest,ualentiora ferre potest:contraria etiam mitioribus ualde offenditur in corporibus delicatis,candidis mollibus:qualia puerorum,spadonum,mulierum,& quorundam uirorum . Medicamenta uerò causticꝛ,quæ solida sunt,ut ex calce uiua & fæce uini usta,ut agunt tardius, tamen agunt diutius, si longa actione est opus:& minus promptè diffluunt . Aqua ardens hodie fit alumine,sale petræ chalciti destillatis , ut ars chymistarum docet . alii alia miscent .

Triticum & oriza putredine acrimoniam acquirunt,seu essentię tenuitatem,sed cùm sint mitiora,aquæ ardentis uehementiam nonnihil obtundunt.Hæc enim si legitima est, etiam laminas tenues auri,argenti,& aliorum metallorum paucis diebus in calcem deurendo dissoluit.

ANT. EMplastrum aliud Andromachi ulcerans & cauterizans ubi oportet.Rec.aquæ ardẽtis,& est aqua ſ saponis lib.iiii.granorum rizi, & frumẽti excorticati,ana unc.vii.ponantur in uase uitreato, & stringatur orificiũ eius uehemẽter, & dimittatur per diem & noctem.deinde agitetur cum ligno & claudatur . Fiat hoc omni die,donec grana dissoluantur , & totum sit factum mucilaginosum deinde reseruetur . Cum autẽ eo uti oportet , recipiatur de eo in uacuitate corticis auellanæ,aut arũdinis, aut in cera præparata , & ponat ubi oportet.Facit enim cocturam sicut cauterium , & proprie dimissũ in loco†trib.horis,aut plus si oportet.

Istud similiter non est in usu. Additio.

Istud secundum emplastrum Andromachi similiter non est in usu.Auicẽ.in.v.cano.describit etiam unum aliud emplastrum Andromachi quod non assimilatur huic. Summa medicinarum est.iii.res .

MANARDVS in empla. aliud Andromachi .

Vicem habet cauterii,sicuti & alia permulta per chymicam artem inuenta.TRIBVS horis.) Caurè agat medicus ubi admouet huiusce modi urẽtia,crebroq; locum inspiciat . Vidi ego quãdoq; ex minore, quàm triũ horarũ mora diffi cillima facta ulcera,cũ patiẽtis dãno, & agentis uerecũdia. SYL.

Emplastrum sinapinum Democriti ad podagram, gona gram,ischiadem,ipsamq; arthritidem, ostocopon, hemicra niam,obliuionem,lethargum,si à causa frigida proficiscun tur. Sinapi cum aceto tritum diu miscendum cum æquali port ione ficuum pinguium aqua calente horis uigintiqua tuor maceratarum,et ita expressarum,ut nihil in his humo ris sit reliquum.Si ualentius uis, duplum sinapi misceto : si imbecillius,etiam triplum ficuum.Ad motum parti tolla tur,prius quam ulceret:nisi etiã ulcerandi est necessitas,ut materia profundior foras trahatur,& uacuetur . Penuriæ sinapis,stercus caprinum pridie aceto maceratum (quod etiam ad hydropem,& splenis duritiem & dolorem est efficax,) Adduntur interdum stercus columborum agrestiũ enulæ radix,semen nasturtij,baccæ lauri . Tuncq; non soli hydropi & tumori splenis confert,sed etiam reliquorum ui scerum affectibus frigidis & flatulentis.

SYLVII ANNOTATIO.

Efficax fuerit hic sinapismus,& σιναπισμὸς,id est,rubrificatio in affectibus pituitosis & profundis,ut ischiade,iam tamen declinante.Cùm enim potenter attrahant, non modò ex parte,sed ad partem periculosa sunt hæc remedia in corpore plethorico,aut cacochymo,ante exquisitam uacuationem.Eiusmodi remediorum per sinapi,thapsiam , uel eius loco semen nasturtii in uerustis & frigidis,& profundis,& contumacibus affectibus,frequens est usus apud Galenum in methodo,& libro composi.ph.p.Stercore columborum agrestium etiam in uentris affectibus longis cerebro se usum ait Aetius . Efficax idẽ est paralysi, lethargicis & sopo rosis affectibus,epilepsiæ,uertigini,maniæ,capiti admotũ : asthmati,orthopnœæ,tussi antiquæ,catarrho antiquo,thoraci.Valentius multò ulceratsinapi tritum,& per se admotum,ut Galenus docet libro tertio temper. quàm aceto fractum & obtusum.Ablato autem sinapismo,partem ablue: si dolet multum ob ampullas , cremorem , uel succũ mal.uel fœnugræci ex linteo impone,superdato splenio ex cerato rosaceo cum cerussa.In paralyticis autem quia non sentiũt crebrò pars tergenda , & obseruandum sinapismi effectum ne plus quàm oporteat,in partem agat.

D EMplastrum sinapismũ descriptione Democriti, ANT.
conferens†ad uenam schiaticam,et podagrã , et dolores ossium,et arteticam, et frigidas passiones,et hemicraneã,et obliuionẽ,et lethargiã. Re.ficuũ siccarũ pinguium partẽ.i.et infunde in aqua tepida per diem et noctẽ,tunc exprime fortiter,ut nullus humor in eis remanet.Deinde sinapini tritam cum aceto cum eis misceas diligenter diu commiscendo,et† sit sinapis par.i.et ficuum alia.Si autem uehementioris uirtutis facere uolueris,pone de sinapi partes.ii.Si autem minus, ex ficubus partes. iii. et ex sinapi duas . quando autem applicatur loco dimittatur in eo,et auferatur antequã uulneretur et proprie quando solum calefacere oportet.Et quãdoq; dimittitur donec uulneretur,et ꝓprie quando profundarum materierum exclusionem quæris . In defectu uero sinapis † scybalæ caprinæ ponantur

tur pridie in aceto infusæ,& est ad hydropisim & duritiem,& dolorem splenis efficax, & quandoque additur eis † simus columbarum agrestium, & radix enulæ, & semen nasturcij,& grana lauri. & confert ad frigidas, & uentosas ægritudines uiscerum,& splenis,& hydropisim & similia. Expertum ab antiquis medicis.

Emplastrum sinapismum descriptione Democriti nó est in usu nec præparatur. usus tamen eius esset conueniens maxime in passionibus de materia frigida phlegmatica in profunditate contenta, sicut in ischiatica passione, & hoc in declinatione.ecce literam.Reci. aceti ficuum siccarum. i.in quo ficus siccæ steterint infusæ.

Additio.

Istud emplastrum interdum habetur in usu. Rasis in lib. diuisionum ca.de sciatica, & dolore iuncturæ anchæ habet etiam hoc emplastrum sinapis. Summa medicinarū est.iiij. res sine additione.

MANARDVS in emp. sinapismum descrip.Democriti. F

Sinapismi creber apud antiquos usus, ad materiam longioribus in affectibus extrorsum euocandam.AD uenā sciaticam,&c.) Archigenes in uetustis ferè omnibus . SIT sinapis pars una,& ficuum alia.) Si mediocri eges sinapismo:si imbecilli,pone ficuum p.2.sinapis partem unam.Syriacum & Aegyptium sinapi præfert Paulus.SCHIBALAE.) Caprinū uidelicet stercus : sunt expeditiores sinapi, propriè autem sunt ischiadicorum.In corporibus boni sensus, & quorum in cute languor non est,panis loco ficuum congruè apponi tur. FIMO columbarum agrestium.) Hoc se crebrò usum ait Aetius:apponitur autem stomacho & uentri in longis eorum affectionibus. Valet præcipue ischiadicis & podagricis,& omni membro resoluto,uel aliter refrigerato, in lethargicis,& aliis desipientiis.Valet etiam secundum Paulum epilepsiæ,uertigini,maniæ,si capiti apponatur:sint thoraci,asthmati,orthopnœæ,tussi antiquæ,catarrho antiquo: si utriq; , capiti uidelicet & pectori. Sinapi antè aceto infusum, ut quidam faciunt, debilius facit sinapismum : ubi abstuleris,ablue:& si dolor sit magnus & bullæ, appone cum linteo succum maluæ uel fœnugræci, & post rosaceum cerotum cum cerussa. In resolutis qui non sentiunt, crebrò detergere & respicere oportet ne immodicè agas. G

SYL. *Emplastrum ex fermento descriptum à Democrito. Fermentum est multorum emplastrorum, & aliorum insigniū remediorum materia.idq; quo est uetustius, eo præstātius. Fermenti & mellis portio æqualis:uisci querni pars sexta: hammoniaci in aqua fœnugræci, aut lacte arboris mori, & pauca fœce olei ueteris dissoluti pars octaua misceantur : fiatq; emplastrum,spinas & surculos extrahens,ac etiam ossa fracti cranij, meningibus infixa etiam profundius. Vel fermenti pars una:succi menthæ & absinthij, ana pars dimidia.aceti,aut succi uuarum agrestium, aut extremitatum uitis,aut cydoniorum pars quarta:macis, caryophyllorū, ligni aloes,mastiches,spicæ,foliorum rosarum, absinthij sici pars octaua dr.i.misce, igni coque in emplastrum, quod ventriculum & hepar admodum aperte iuuat.Vel fermenti adhuc acidi pars una:succi intybi, aut solani, aut uuarū agrestium,aut cacuminum vitis,et aceti,ana pars dimidia: farinæ hordei pars tertia:trium santalorum, foliorum rosarū,spodij,saufel,id est,auellanæ Indicæ, trochisci diaglaucij,boli Armeni,ana pars sexta: succi portulacæ,& muccaginis psyllij, quantum ad comprehendenda hæc sufficit. Emplastrum id hepatis & aliorum uiscerum phlegmonas mire compescit.Vel fermenti,mellis, olei, lactis muliebris, uitelli uuorum pares portiones : coquit & maturat phlegmonas,absceſſusq; rumpit. His si bdellium & hordei farina misceatur,spinas extrahit:idq; ualentius, si bis dissoluta galbani pars dimidia iungatur. Valentius item facit nitri naturalis sexta pars,stercoris columbini & gallinacei, ana pars quarta.Vel fermentum ex aceto & sale coctum,hepatis & lienis affectibus multis est saluberrimū. Nam ficuū, hammoniaci,bdellij portio æqualis,fermenti præsertim aceto dissoluti pars dimidia:foliorum rutæ, & fructus tamarici,& nitri,ana pars quarta,simul bene mista, lienis tumorem admota mire dissipant. Quod si excrementa viscerum ficcanda sunt,fermentum,sulphur,sal, cinis sarmentorū vitis mista & admota id præstabunt: idq; ualentius, asphalto addito : ualentissime autem euphorbio. Hæc Democritus, & præterea non pauca de facultate fermēti ueteribus expertissima,quæ omnia narrare prolixum fuerit.* E

SYLVII ANNOTATIO.

Horum affectorum partem plurimam fermentum per se efficit,ut etiam spicula ex ossibus euellat: ualentius autem hæc præstat,mistis his,quæ uel calorem eius remittunt,uel intendunt, aliasque facultates. Ad rumpendos autem absceſſus,id est,phlegmonas suppuratas,uel etiam absceſſuum genus alterum in his,qui ferrum metuunt, aut quibus ferrum non est tutum,ob neruos, aut uasa insignia propinqua, uel isto uti potes,uel eo quod Paulus scribit ex fermento, axungia,sale,resina, pice, cera,aphronitro, hammoniaco, melle,sapone.

EMplastrum de fermento descriptione Democri ANT. ti.Inquit Democritus. Multorum emplastrorū fermentum est materia,& medicinarum nobiliū & illud quod ex eo antiquius est & nobilius,est cū melle distemperato,& sint partes eorum æquales, & sexta pars eorum ex uisco quercino,& octaua pars hammoniaci dissoluti in aqua fœnugræci,aut lacte arboris mori,& modico fœcis olei antiqui, & est emplastrum efficax ad extrahendum spinas, & furculas & ossa carni infixa etiam si profunda sint. Adhuc autem accipe fermēti partem unam,succi mēthę & succi absinthij,ana partem.s.aceti,uini,aut succi uuarum agrestium, aut succi extremitatum vitiū,aut suc. citoniorum. iiij. partem vnius.macis,caryophyllorum,ligni aloes,masticis,spicæ,foliorum rosarum,absinthij sicci,ana. viii. partem. 3.vnius. misceantur omnia & coquantur ad ignem, & emplastretur ex eis stomachus & hepar. Confert enim iuuamentum manifestum ad debilitatem eorū. Et adhuc eius acetosi partem.i.succi endiuiæ,aut solatri,& aceti,aut succi vuarum agrestium, aut succi extremitatum vitis,ana partem dimidiam: farinæ hordei tertiam partis unius,trium sandalorum,foliorum rosarū, spodij,† saufel,sief,memithæ, boli armeni,an. vi. partis unius.succi portulacæ, & mucilaginis psyllij quantum sufficit ad aggregandum ea. fiat ex eis emplastrum, & ponatur super hepar & uiscera in quibus est vehemēs inflammatio & erit mirabile. Præter hoc autem Accipe fermēti,mellis,olei,lactis mulieris, uitelli uuorum: ana partes æquales.fiat emplastrum. maturat enim † & rumpit apostemata & † dubelet. *Si bdellium cum farina hordei misceatur extrahit spinas. Si autem fortius facere uolueris emplastrum adde galbani circiter partis unius.s.& dissolue cum eis. Quod si adhuc fortius facere uolueris adiūge cum eis baurach.vi.partes unius, stercoris columbi,& gallinacei, ana.iiij. partis. i. Amplius autem, si aceto & sale fermentum coquis, hepati,et spleni necessarium multis egritudinibus inuenies. Namq; si hammoniaci, et bdellij, et ficuum sumatur, ana.et partem.s.fermenti addideris et proprie dissolutam in aceto et foliorum rutæ, et fructus tamarisci, et baurach, ana.iiii.partis.i.et misceris ōmnia et fortiter contundes, miraberis effectum eius ad crassitiē splenis.Si autem siccare opus est,in uisceribus contenta superflua cum fermento sulphure et sale, cinerem uitiū combu- H

combustarum addes, Si autem acrius facere uolueris, aspalthum.Si autem adhuc acrius, euphorbium adiunge.Inquit Democritus. In multis adhuc antiqui laudauerunt experientiam eius,quod narrare prolixum est. A

Emplastrum de fermento descriptione Democriti non est in usu, magistraliter tamen posset præparari. & usus & uirtutes sunt sicut de emplastro de sinapi immediate antedicto,conueniunt etiam in attrahendo spinas & sagittas infixas in ossibus,& in aliis membris, & alias consimiles operationes, & uirtutes habet,quas ponit in litera. immo, & fermentū per se solū habet cōmiles operatiōes.

Additio.

Istud emplastrum de fermento non est in usu, & potest partiri in quatuor emplastra ad diuersas intentiones. Primum continuatur ad illum punctum. Adhuc autem accipe fermenti,&c. Secundum incipit ibi. Et adhuc eius acetosi, &c. Tertium ibi.Præter hoc autem, &c. Summa medicinarum primi est.vi.res. Summa secundi est.xv. res. Summa tertii est res.xiiii. Summa quarti cum additionibus suis est.vi.res.

MANARDVS in empla.de fermento.

FAVEL.) Auellana Inda, uel alia res Indica, de qua Simon Ianuensis. Sief memithe.) Glaucium à Græcis uocatur.ET rumpit apostemata.) Tumores præter naturam qui discuti nequeunt,ad suppurationem ducit.DVBELETH.) Eos scilicet qui iam suppurati, rumpit.Baurach.) Nitrum,naturale tamen,non factitium.Paul. ad rumpenda apostemata. Fermenti,axungiæ vnc.v.salis vnc.iiii. resinæ pini vnc. iii. ceræ vnc.iiii. aphronitri vnc. i. ammoniaci vnc. ii. mellis uncias sex,saponis uncias duas,quod efficax certè est in his ANT. qui ferrum pauent.

Emplastrum filij Zachariæ, iuncturarum tophos ac nodos duros mollit,dissoluit, & crassa lentaq; pulmonis, & thoracis excrementa expectorare magis habilia reddit.Recipit ceræ flauæ,medullæ cruris uaccæ,adipis anatis & gallinæ,muccaginis seminis lini pares portiones : olei lini quantum sufficit:ualentius facit addita muccago althææ & fœnugræci pari portione, & oleum leucoi lutei loco olei lini,uel cum eo.Efficacius quoque reddes, si æsypum & ichthyocollæ muccaginem addideris.

SYLVII ANNOTATIO.

Id emplastrum ad scirrhos omnes partium omniū emolliendos mirabile,si omnia hæc acceperit. Nam prius est imbecillius, præsertim si multa est durities, & corpus durum ac densum.

ANT. EMplastrum filii Zachariæ,quod lenit duritiem et nodositatem iuncturarum,et lenit pectus, et habilitat materias in eo, et pulmone difficilis expulsionis.Recipit ceræ citrinæ vncias tres medullæ cruris vaccæ, adipis anatis, et adipis gallinę, mucilaginis seminis lini,ana * vncias tres:olei de lino quantum sufficit.Si autem fortius facere uolueris adde mucilaginis altheæ,et mucilaginis fœnugræci partes conuenientes, et pro oleo de lino ponatur oleum de cheiri citrina,uel utrunque.Et si adhuc fortius facere volueris adde hyssopi humidæ, et † glutini zanahan, quantum de una mucilaginum, et miraberis effectum eius ad ea, quæ diximus.

Emplastrum filii Zachariæ non est in usu, eius tamē operatio esset multum magistralis maxime leniendo & mollificando omnem duritiem & nodositatem contentam in iuncturis.

Additio.

Istud emplastrum filii Zachariæ quamuis in ulu non habeatur, tamen est mirabile ad nodositatem iuncturarum & duritiem membrorum,ut satis patere potest per componētia.Summa med.est res.vi.cum additionibus.

MANARDVS in Empla.filii Zachariæ.

Emollit,sed non est ualde potens, nisi omnia addantur, quæ hic scribuntur.GLVTINI zanahan.) Intellige, ut suprà. SYL.

Emplastrum diaphœnicon ventriculum & hepar firmat:ob id lienteriam & dysenteriam hepaticam adiuuat. Dactyli sicci quadraginta, panis biscocti drach. v. biduo macerentur uino odoro : post cum dactylis tere per multum carnis cydoniorum in uino coctorum vnc.i. deinde misce ceratum ex cera vncijs duabus,& olei rosati,& nardini,ana vnc.iiij. factum, tundendoq; in mortario permisce. Postremo masliches, thuris, absinthij Romani sicci, ana drac.ij.& semis,aloes,macis, calami aromatici, spicæ nardi,myrrhæ,acaciæ,galliæ,ramich,ana drac.i. ladani dra.ij. tundendo iterum perfecte misceantur.Vtendi tempore suffiatur xyloaloe, priusquam parti admoueatur. Satius autem fuerit mastichen & ladanum cera & oleis prius miscere:postea ut dictum est,emplastrum facere.

SYLVII ANNOTATIO.

Thomas de Garbo cydonia in uino austero infra modū cocta miscet,& gallam quercus non galliam. Si autem seruatum duruerit, molliēdum oleo de spica, uel mastichino, uel cydoniorum, pro morbi natura. Ἔμπλαστον φάρμακον διὰ χαλκίτεως Galeni,ab his maximè diuersum est, ut diximus in unguentis. B

EMplastrum diaphœnicon confortatiuum stoma ANT. chi et hepatis mirabile in quibus accidit uehemens debilitas,et uiscerum quibus accidit lubricitas et mollificatio, et confert ad fluxum uentris,et ad fluxum hepaticum.In primis fiat cerotum ex ceræ vnc. ii. olei ros. olei nardini,ana vnciis quatuor. Deinde accipe dactylorum siccorum.xl,numero. tortellarum de sceni drac.v.deinde funde biduo in uino odorifero,et accipe carnium citoniorum decoctorum in uino.dra. viii.et tere cum dactylis contritione ultima,et misceatur cum ceroto et contundatur in mortario donec aggregentur. Deinde proiice super ea masticis, olibani, absinthii romani sicci,ana. 3.ii.et.s. ligni aloes, macis, myrrhæ,aloes,spicæ,acatiæ, galliæ, ramich, calami aromatici,ana. 3.i.laudani,drac.ii. Et iterum conteran tur donec permisceantur. Deinde line super lamina ex eo,et suffumiga cum xyloaloe, et pone super stomachum,et hepar et uiscera. de meliori autem operatione est,ut mastix,et laudanum cum cera et oleis misceātur, et sic cum cæteris emplastrum fiat. C

Emplastrum diaphœnicon confortatiuum stomachi & hepatis ubique præparatur,& est multæ excellentiæ.De ipso tamen ponuntur duæ descriptiones quarum hæc est prima,quæ est distemperata attinens alicui caliditati.secunda uero est attinens frigiditati. Et uirtus huius primi diaphœniconis est principaliter confortare stomachū,& hepar, & alia nutriciua relaxata,& debilitata uirtute digestiua,ac ēt contentiua,unde confert fluxui cibali & hepatico.& in prędictis dispositiōibus cōmuniter est usus eius. Et nota quod Thomas aliter præparabat hoc emplastrum,nihil tamen de nouo addendo uel diminuendo,sed solum pondera diuersificando,ideo sic glosabitur.Reci.ceræ citrinæ. 3. ii. alias.3. viii.olei rosati olei nardini,ana vnc.iiii. alias li.i.dactylorū siccorum numero.xl.uel.clx. tortellarum de sceni, i. panis biscocti.uel assati.3.v.alias.3. xx. deinde duobus diebus in uino odorifero fundantur. Et, Reci, carnium citoniorum non complete decoctorum in uino pontico. 3. viii, alias drach.lxxx.& tere cum dactylis contritione ultima, & misceantur cum croco, & contundantur in mortario donec aggregentur,deindē supra sparge masticis, olibani, absinthii romani sicci,ana.3.ii.s. alias. 3. ix. ligni aloes, macis, myrrhæ,aloes,spicæ,acatiæ,galliæ quercus,ramich est compositio ex gallis & passulis calami aromatici, ana drach. i. alias.3.ii. & iterum conterantur donec misceatur. deinde extende super pecia,& suffumiga cum xyloaloe, & postea pone super stomacho & uisceribus secundum exigentiam dispositi- D

dispositionis curandæ,& de melioribus operationibus est, ut mastix & laudanum cum cera,& oleis misceantur, & sic cum cæteris fiat emplastrum. Et quia aliquando reseruatur expedit,ut mollificetur cum oleo de spica, uel de mastice, uel citoniorum secundum exigentiam dispositionis curandæ.Summa medicinarum est.xix.res.

MANARDVS in Empl.diaphœ.ad stomachum.

Calidius est,quàm id quod sequitur, & ideo antiqui nostri uocabant calidum.

SYL. *Emplastrum diaphœnicon Alexandri, uentrem totum inferiorem,ne aliarum partium recrementa suscipiat robo rat,coctionem iuuat:ob hæc uomitum,choleram morbum, lienteriam,dysenteriam hepaticam iuuat.Recipit dactylorum maturitati propinquorum unc.v.panis biscocti unciã unam:carnis cydoniorum in uino austero coctorum unciã unam & dimidiam,styracis,mastiches,ladani, ana semunciam:acaciæ,omphacij,florum labruscæ,rosarum,santalorum citreorum,myrrhæ,xyloaloes,ramich,ana semunciã: ceræ uncias quatuor olei rosati uncias.xv. uini austeri quãtum sufficit ad infundendum infundenda. Suffi xyloaloe u tendi tempore.*

SYLVII ANNOTATIO.

Emplastrum hoc & sequens in Alexandro Tralliano nõ lego,sed lib.quarto in podagra emplastrum phœnicinum ex palmularum unciis decem coquendo dissolutis in olei unciis octo æstate:hyeme undecim.

ANT. EMplastrum diaphœnicon descriptione, Alexandri,membra nutritionis confortans, & ualet ad fluxum uẽtris,& uomitum,& colliricam passionem,& dysenteriam,& ad fluxum hepaticum,& ad malitiam†alistimbre,& stomachum recipiẽtem superfluitatem à membris aliis.Re. dactylorum uicinorum maturitati sine ossibus unc.v. tortellarum de sceni unc.i. citoniorum & propric carnium eorum decoctorum in uino stiptico unc.i.&.s.styracis,laudani, ana.ʒ.iiii. acatiæ,succi agrestæ,florum uuarum agrestium, rosarum,sandalorũ citrinorum,ramich,myrrhę,xyloaloes, ℥ drac.v. ana*.ʒ.iiii.ceræ unc.iiii.olei rosati,unc.xv.uini ponti-ci.q.s.ad infundendum infundenda.Et confice sicut te scire fecimus:& line ex eo super laminam & cum xyla loe suffumiga, & superpone.

Emplastrum diaphœnicon descriptione Alexandri. hęc est secunda descriptio attinens frigiditati, ubiq; præparatur,& est in usu,& est magis conueniens diarhœę quã præcedens,qui est fluxus præcedens & maxime cholericus, & est conueniens dysenteriæ,& fluxui hepatico qui fit debilitate uirtutis digestiuæ,contentiuæ hepatis,& intestinorũ. confert etiam ad superfluum fluxum uel uomitum,& colliricam passionem,& ad malitiam digestionis. Summa medicinarum est.xvii.res.

MANARDVS in Empla.diaphœ.Alexandri.

Hoc vocabant nostri patres frigidum. ALISTIMBRE.) Id est,concoctionis.

SYL. *Emplastrum Alexandri ex allijs,uentriculi & reliquorum uiscerum affectus a flatu,aut pituita cruda,crassa,& lenta natos,abscessumq; uentriculi & hydropem incipientem iuuat.Accipit spicarum allij mundatarum uncias tres & dimidiam,styracis,bdellij,aloes,ana uncias tres terebin thinæ uncias quatuor axungiæ porcinæ recentis,adipis anse ris,ana uncias quinque mastiches, thuris, ana drachmam unam & dimidiam:euphorbii unc.i. & dimidiam:croci un ciam dimidiam:ceræ flauæ un. xij. olei nardini & uini odo riferi quantum sufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Emollit, ac discutit, estque anodynum, coctionem adiuuat, roborat partes præsertim frigida intemperie laborantes.

E EMplastrum Alexandri conferens ad omnem duritiem & apparationem stomachi, & uiscerum, & hydropisim cum incipit fieri,& crassas uentositates, & humorem crudum,& crassum. Accipe spica rum allii mũdatarum uncias tres & semissem:styracis, aloes,boni,bdellii, ana uncias tres: terebinthinæ unc. quatuor:axungiæ porcinæ recentis, adipis anseris, ana unc.quinque,masticis,olibani,ana drachmam unam & dimidiam:euphorbii* unc.i.s.croci unc.s.ceræ citrinæ uncias duodecim: olei nardini, & uini odoriferi quantum sufficit.

Emplastrum Alexandri non est in usu, nec præparatur. Summa medicinarum est.xiiii.res.

MANARDVS in Empla.Alexandri.

Hoc uim habet discutiendi,simul & molliendi.

Emplastrum Aristarchi, uentriculi & aliorum uisce- SY
F *rum intemperiem frigidam,flatus,humorem frigidum, & inde natos affectus,hydropem,inflationem,laterum tensionem dolorificam corrigit.Recipe ceræ flauæ unciam unam terebinthinæ unc.vi.axungiæ porcinæ recentis,adipis anse ris,medullæ cruris uaccæ,ana uncias quatuor bdellii,myrrhæ,thuris,styracis,opopanacis,aloes,masticheș,ana unciã unam & dimidiam:hammoniaci uncias.iii. colophoniæ un. vij.aluminis unciam unam spicæ nardi drach.sex:foliij,cala mi aromatici,euphorbij,baccarum lauri, ana drachmas se ptem:olei balsami libram unam:olei nardini, & uini odori feri quantum sufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Interpres Mesuæ multis in usu id affirmat, cocta scilicet iam materia,& magna ex parte macuata, Mediolanensibus scilicet.Nàm Ticini,quæ urbs est uicina,usu est rarius.Hic prorsus inusitatum est,quanquam sit ad molliendum & digerendum,quàm præcedens,ualentius.

G EMplastrum relatum ad Aristarchum, ualens ad AN frigiditatem stomachi & uiscerum & humorem frigidum in eis,& uentositates crassas, & hydropisim,& tensiones laterum, & dolores omnes interiorum de prædictis causis,& maxime stomachi, & hepatis,& duritiem in eis,& apostemata.Cuius permixtio. Recipe ceræ citrinæ unciam unam terebinthinæ unc. sex:axungiæ porcinæ recentis,adipis anseris, medullæ cruris uaccæ,an.unc.quatuor,bdellii,myrrhæ,olibani, styracis,opopanacis,aloes,masticis,an.unc.i.s.hammo niaci unc.iii.colophoniæ*unc.vii.aluminis unc.j spicę ounce ʒ.vi.folii,calami aromatici,euphorbii, granorum lauri,ana.ʒ.vii.olei balsami libram unam:olei nardini, & uini odoriferi,quantum sufficit.Confice sicut sępe nauimus & utere.

Emplastrum relatum ad Aristarchum est multum in usu, & ubiq; præparatum reperitur. & est cõueniens ad calefaciendum stomachum hepar & omnia alia membra nutritiua,& ad subtiliandum,& resoluendum materias phlegmaticas crassas in eis contentas & uentositates, quæ in his continentur.Et confert ad hydropisim tympanitem. Est etiam sedatiuum dolorum,qui fiunt à prædictis causis.usus tamen eius est post digestionem talium humorum & earum aliqualem euacuationem. Conuenit etiam stomacho debilitato ex defectu & resolutione calidi naturalis in uirtute digestiua superaddita mala complexione frigida. Et notã quòd loco olei balsami, sumimus oleum de spica. colophoniæ,id est picis gręcę.Sũma medicinarum est.xxiii.res.

MANARDVS in Empla.relatum ad Aristarchum.

Hoc efficaciam maiorem habet, quàm id quod præcessit,in molliendo & discutiendo.

Emplastrum Oribasii ad tumores etiam duros hepatis, SYL
lienis, chœradas, Recipit lithargyri unciam dimidiam, ceræ

ceræ unciam.i. resinæ unc. v. hammoniaci unc. iij. ladani A *unc.ij.aristolochiæ,thuris, galbani, cassuthæ, ana unciam unam & dimidiam,aloes unc.i.olei antiqui & aceti scyllitici quantum sufficit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oribasii esse non uidetur, quòd eius tempora cassuthæ uox fuerit ignorata: aut error subest.

NT. EMplastrum Oribasii ualens ad apostemata dura scrophulas & grossitiem hepatis & splenis. Recipe lithargyri unc.quatuor, ceræ unc. viii. resinæ unc.quinque,hammoniaci drac.tres,conficę unc.ii.aristolochiæ unciam unam & dimidiam,aloes unc.unam, ana.ʒiiii. thuris masculi,cuscutæ, galbani,ana * drachmas duodecim,olei antiqui, & aceti scillitici quantum sufficit. † Confice sicut diximus.

Emplastrum Oribasii non est in usu nec præparatum reperitur.Summa med.est.xii.res.

MANARDVS in Emplastrum Oribasii.

CONFICAE.) Id est,ladani Cuscutæ.(Vel error hìc ẽ, uel non est Oribasii:siquidem eius tempore Cuscutæ uox ignorabatur.Emplastrum Oribasij aliud. Si cum aceto scillitico componatur maiorem uim habet molliendi: si cum succo apij,discutiendi.

YL. *Emplastrum alterum Oribasii idem pollens.Recipit hã moniaci in aceto scyllino duos dies macerati unc. ij. leuiga per se:postea tere cum cerato & ceræ flauæ unc. ij olei cha mælini & irini,ana unc.iiij.croci drach. v. Si pro aceto scyllite succum apij habeat,spinæ ex linteolo impositum,ri gori febrili confert.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quia hic succus digerit potentius,acetum scyl.magis incidit tenuat,mollit, utrunque in usu esse desit.

NT. EMplastrum Oribasii aliud conferens sicut superius. Recipe hammoniaci,unc.ii. Dimitte in aceto scillitico per dies duos. Deinde tere in mortario,donec fiat sicut puluis. Deinde contere cum ceroto facto ex ceræ citrinæ unc. duab. olei chamæmelini & irini,ana uncijs quatuor: croci drachmis quinque:cõfice contundendo,donec fiat totũ pingue. Inquit Oribasius, extende ex eo super pannum, & calidum super spinam pone,& confert rigori febrium, sed pro aceto scillitico permutatio fiat ad succum apij,& expertum.

Emplastrum aliud Oribasii similiter non est in usu. Summa medici.est.vi.res.

YL. *Emplastrum de meliloto, mollit duritiem omnem ventriculi,hepatis lienis, uiscerum, & reliquorum. Recipit meliloti unc. sex: florum chamæmeli, comæ absinthij, sampsuchi,fœnugræci,baccarum lauri, radicis althææ, ana drachmas tres,seminis apij,ameos,cardamomi,ireos, cypere i,spicæ nardi,cassiæ,ana sesquidrachmam, hãmoniaci dra chmas.x.styracis,bdellij,ana drachmas quinque, terebin thinæ,unciam unam & dimidiam: ficus pingues duodecim:* D *sepi caprini,resinæ, ana uncias duas & dimidiã: ceræ unc. sex:olei sampsuchini et olei de spica quantum sufficit, aquæ, cui incocta sunt fœnumgræcum, chamæmelum, melilotus, quanta erit satis exquisita aliorum infusioni.*

SYLVII ANNOTATIO.

Clementius emollit & resoluit flatus, & alias materias ex uentriculo,hypochondriis,& partibus aliis,quàm emp. Aristarchi:ob id est ab eo incipiendum, siue lenire dolorẽ, siue tensum laxare,siue plenius discutere tibi est propositũ. Id ubique usu est frequentissi. Diuersum ab hoc malagma Asclepiadis est διὰ μελιλώτε apud Gal.Nardi Gallicæ, cy- Gal.c. peri,myrrhæ,ana drac.decem:ameos,cardamomi, croci,te- Nard. rebinthinæ,ana drac.octo:meliloti,hammoniaci, ana drac. xl.cypheos sacrati drac.sedecim:ceræ mina una: uini odoriferi hemina una,ad stomachicos, hepaticos uiscerum do-

lores.Aliud Andromachi διὰ μελιλώτε ibidem paulò pòst. Huic simile habet Paulus,sed hammoniaco & aceto careat, ponderibusque uariat.Vera melilotus desideratur Manardo.Radicis althęæ subtantia miscetur, non muccago. Ficus teruntur cum decoctione ista,& colantur.Bdellium & hammoniacum,ut styrax, possunt puluerari, uel decoctionis istius unciis duabus dissolui,colari, coqui ad aquæ consumptionem. Huic decocto formatas iam offas parumper immittere solent.Olei uncia dimidia sufficit ad comprehẽdenda, sed durius mox & friabile euadit. Vidi factum cum duabus olei unciis molliculum & tenerum,sed adhuc fragile.Vidi etiam ex unciis sex admodum flexile, & ductile. Si primum sequaris modum, utendi tempore oleo est molliẽdum. Omnes tamen modi pro uariis scopis sunt optimi, ut Galen.

E MPlastrum de meliloto mollificans omnem du- ANT.
ritiem,quæ est in stomacho,& hepate, & splene, & omnia uiscera.Rec.meliloti unc.vi. florũ chamæmillæ,fœnugręci,granorum lauri,radicum althæę, B & absinthij,ana drachmas tres,semi.apij, cordumeni, ireos,cyperi,ameos,spicæ,cassiæ,ana * ʒ.i. &.s.sampsu- *dra. ii. s. ci drach. iii. hammoniaci drachmas decem: styracis, bdellij,ana drachmas.v. terebinthinæ unc. vnam & dimid. ficuum pinguium duodecim numero: sepi caprini,resinæ,ana uncias duas & semissem: ceræ uncias sex: olei sampsucini,& olei de spica,quãtum sufficit. Aquę decoctionis fœnugræci,chamæmillæ,& meliloti, quantum sufficit ad infundendum infusione diligenti, misceantur & conficiantur & epithemetur cum eo.

Emplastrum de meliloto sub hac descriptione ubique reperitur. & eius principalis uirtus & operatio est ad mollificandum,& ad leniendum omnem duritiem, quæ est in stomacho & hepate & in splene & aliis nutritiuis. unde confert tensionibus hypochondriorum,quæ fiunt a uentositate reclusa. Est.n.primum attinens alicui caliditati, & non superfluæ,& est resolutiuum,anodinum, & sedatiuum dolorum. nec accedit ad gradum caliditatis, ad quem accedit C emplastrum relatum ac Aristarchum. & ideo ab istis tanquam a leuioribus in prædictis passionibus est inchoandũ. Summa medi.est.xv.res.

MANARDVS in Empla. de meliloto.

Vera meliloto caremus, ex qua si componeretur longè excellentius esset.Sed nec cum uulgari paratum uirib. caret: discutit enim,emollit,& inflationẽ aufert. Pau.τὸ διὰ μελιλώτε, croci,nardi celticæ, cyperi,cardamomi, myrrhæ,ana drac.ii.meliloti lib.i.ceræ lib.iii. terebinthinæ li.i. cyprini olei lib.iii.gleucini lib.ii.bdellii vnc.sex. Aliqui & cypheos vnc.ii.uini quantum sufficit.Gale.li.8. de compo. med.secũdum genera,addit ammoniacum & acetum, & in ponderibus differt.

Mistura uulnera sanãs.Recipit caryophyllatæ, radicum SYL.
artemisiæ,pimpinellæ,chamæmeli,pentaphylli, foliorũ uio læ nigræ,herbæ uenti,caulis rubri,cannabis, summitatum rubi,ana ma.vnum,rubiæ, pondus horum omnium: coque omnia uino ad dimidij consumptionem,cola,cum mellis ter tia parte recoque:rursus cola & serua.

SYLVII ANNOTATIO.

Hanc misturam uetusti Mesuæ codices non habent, uti nec,quæ sequuntur tria unguenta, duo palmea, & tertium ad scabiem.Neque emplastrum est,sed potio, cuius exemplo,aliæ coquuntur, quæ uulnera recentia & etiã pessimæ ac desperata ulcera solæ sanant. Caryophyllata nostra,esse uidetur leucoium ueterum. Cotyledon,herba uenti uulgo dicitur:aliis legitur herba uitri,id est, parietaria.

Brassica rubra commendatur in id:uel lege caulis, rubi, ut brassica & rubus intelligantur.

MIxtura ad uulnera sanãda. Rec. caryophyllatæ, ANT.
radicum artemisiæ, pimpinellæ, chamæmillæ, pentaphylon,herbæ uiolarum, † herbæ uenti, ‡ caulis rubei,canabis,tenerarum rubi omnium, ana.

M.i.rubeæ quantum de omnibus. Hæc omnia bulliãt in uino usque ad medietatem, postea cola, & colaturæ adde tertiam partem mellis, & cum eo bulliat. Deinde cola, & usui reserua.

Mixtura ad ulcera sananda. hoc emplastrũ nõ est in usu.

Additio.

Antiqui codices non habent hanc mixturam, neque unguenta, quæ sequuntur, sed hic finem faciunt emplastrorum & unguentorum, tamen hæc mixtura siue sit ex intentione Mes. siue alterius sæpe in usu habetur ad intentionẽ in textu scriptam, hæc mixtura a multis aliis scripta reperitur auctoribus. Summa medi. est. xi. res.

MANARDVS de mixtura ad uulnera sananda.

Gariophyllata herba est nunc uulgò nota, nescientibus tamen quo nomine apud antiquos uocaretur. Dubitaui aliquando, an esset rhodia: nunc ab ea sententia in totum recessi. HERBAE ueteris.) Si legitur uitri, parietariam intellige: si uenti, cotyledon, quæ & cymbalaria. CAVLIS tenerarũ rubei.) Si omnia hæc simul legantur, brassicæ rubræ caules intellige: si seorsum, duas res accipe, brassicam uidelicet & rubum. Commendatur in hoc casu utrunque, brassica uidelicet, & præcipuè rubra, & rubus. Nescio tamẽ quo casu hæc mixtura in hunc locum irrepserit, siquidem potus est, non emplastrum. Ad eius exemplum formantur infinitæ penè eius generis potiones, ad uulnera noua & antiqua summè utiles, quas ego non semel expertus sum, curauiq; cum solis eis pessima & desperata ulcera. Vnguenta duo palmea non ualde differunt à duobus, quæ suprà diaphœnicon uocata sunt. Et loco palmæ, ego quandoque accepi ramum quercus, & parari feci, atque utile admodum inueni. In primo custoditur proportio ipsius Gal. lib. I. de medicamentorum compositione secundum genera.

SYLVIVS DE VNGVENTIS.

Vnguentum ab utendi modo uocatum est, quia partibus affectis inunctum & illitum diutius ob crassitiem & lentorem hæret, quam oleum, tamen sunt proxima: ob id laurinum uel oleum, uel unguentum mauis nominare bis li. I. c. ph. p. in alopecia, & unguentum oleumve melinum, &c. tamen oleum rosatum ab unguento rosato separat li. 3. simp. cap. ult. Nam oleum rosaceum est, cui odoramenta nõ sunt iniecta. Cui autem odoramentorum aliquid iniectum est, non oleum, sed unguentum cognominant: hæc Galen. unguentum tamen etiam cum cerato magnam habere affinitatem docet Gal. lib. 4. sani. tuen. Quodcunque (inquit) oleũ, cui medicamenta alia, ut betæ albæ radix & similia incocta uires & qualitatem suam tradiderint, unguentum fiet, si in id, ut loco melius hæreat, inieceris uel ceræ solius partem quartam, uel etiam resinæ partem duodecimam, uel strobylinam, pineam, abietinã, terebinthinam, aut humidam pini resinam, aut eam, quæ in fictilibus habetur, aut φρυκτὴν, id est frixam.

SYL. *Vnguentum palmeum ad vulnera cruenta, tumores pestilentes, & exituras, vsta, rupta, contusa, & inde nata ecchymomata. Recipit olei ueteris, lithargyri, ana li. iij. axungiæ ueteris purgatæ à membranis & sale, libras duas: chalciteos vnc. iiij. liquatis igni axungia & oleo, in uase stannato, asperge lithargyrium & chalcitin, mouendo continenter tribus palmæ ramis recẽtibus: & coque ad iustam crassitudinem, iniecto ipsi inter coquendum ramo palmæ uno recenti minutim conciso.*

ANT. Vnguentum palmeum, ualens ad uulnera, ubi est sanguis, & apostemata pestilentia, & exituras, & adustionem, & compressionem, et attractionẽ. Recipe olei ueteris libras tres, axungiæ ueteris, depuratæ a sale libras duas, lithargyrij libras tres, uitrioli vnc. quatuor, conficiatur sic, oleum & axungia mittãtur in stagnato supra ignem, & liquefiat. Deinde addatur lithargyrium, & uitriolum, & ducantur continue cũ tribus ramis palmæ, & accipe unum ramum palmatũ minutatim incisum. & intromittatur, & tam diu bulliat su-

E pra ignem lentum, factum de lignis siccis, donec inflãmetur, & redeat ad suum statum, & inspissetur, & densitatem habeat.

Vnguentum palmeum, non est in usu, licet quidam magistraliter eo utantur.

Additio.

Istud unguentum non est in usu sub isto nomine, uerum est in usu apud chirurgicos sub nomine unguenti de colcothar, & uocant Auic. & Serapio in prop. antid. unguentum de calcadis. Summa medi. est res. iiii.

SYL. *Vel lithargyri auri, li. iij. adipis porci purgatæ sale & membranis vnc. v. chalciteos viridis vn. iiij. cum ramis palmæ vel cannæ radicæ moueantur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Et idem cum Galeni emplastro diachalciteos.

ANT. Vnguentum aliud palmeum. Recipe lithargyrii aurei libras tres: pinguedinis porcinæ depuratæ a sale * uncias quinque: uitrioli uiridis vnc. quatuor. Terantur palmę ad libitum, & semper agitetur cũ palma. & loco palmæ potest poni radix cannæ. *li.v.

F Vnguentum aliud palmeum etiam non est in usu. Summa medicinarum est res. iii.

SYL. *Vnguentum ad scabiem expertum: axungiæ vnc. v. olei laurini, argenti uiui, ceræ puræ, mastiches, thuris albi, ana vnc. ij. salis communis vncias octo: succi plantaginis, & fumariæ quantum sufficit. Ceram & axungiam nouam membranis purgatam, & oleum laurinum cum succis coque simul in uase stannato donec liquescant: tunc adde pul. salis, mastiches & thuris, cum percoctum erit & ab igne ablatum, adde argentum vinum saliua extinctum, et pauco olei laurini spatha diu misce. Illinitur vespere ad dies octo.*

SYLVII ANNOTATIO.

Suspectum est ob argentum uiuum, præsertim prope partes principes: hoc si sustuleris, tutũ erit, neq; inefficax.

Vnguentum citreum.

G Recip. chrysocollę uncias duas: caphurę drachmam unã: corallii albi unciam semis: amenti dulcis unciam unam: umbilici marini, tragacanthi, amyli, ana drac. tres: marmoris, crystalli, anthallis, dentalis olibani albi, nitri, ana dra. duas: iersæ, serpentariæ, vnciam unam: cerusæ uncias sex: tragacantho & umbilico marino simul tritis, cætera deinde cum his terantur, cernantur panno tenuissimo, axungiæ porci recentis sine sale libra una semis. & sepi caprini vn. i. semis. & axungiæ galliæ vnc. i. simul in uase duplici liquatis & colatis: addantur semper mouendo rudicula pul. prædicti, præterquàm chrysocolla & caphura tunc addenda, cum omnia simul feruebunt: quando ab igne tollenda, & semper agitãda, donec refrixerint. In una libra pul. sint libræ octo axungiæ colatæ. Succus acidus duorum, aut plurium citreorum malorum. Vnguenta hæc si lassitudinem tollunt, μυράκοπα & interdum absolute ἄκοπα uocantur Gal. li. 4. san. tuen. quale hoc illi est celebre. Acopum ex abietis semine ad coquendum, aut per halitum digerendum succos in carne, & tota corporis mole congestos, crudos, uel acres, ad omnẽ lassitudinem, uel spontaneam uel alia ratione contractam:

H Abietis seminis exactè maturi (quale septembri mense in Italia colligitur) contusi, ut citius oleum sua ui & qualitate inficiat, modium Italicum quolibet anni tempore (nihil enim in ea re est discriminis) iniice in olei relaxantis (quale in Italia est Sabinum, alibi uetus) heminas Italicas, seu libras quinque & uiginti, maceretur dies minimum quadraginta uel potius tres, quatuor, & etiam multò plures menses. Tunc semen expressum abiice, oleum linteo percola. Ei vtpote iam parciori misce ceræ libras quatuor: resinæ abietinæ, resinæ pineæ, ana uncias quatuor, uel harum desiderio terebinthinæ. Coques uerò cõmodius in uase duplici, aut igni lento prunarum non multarum. Acopũ seu myracopum διὰ τῆς αἰγείρυ τῶν ἄνθων ex populi nigræ floribus, ad eadem efficax. Ex floribus populi adhuc conniuentibus, sed modicè tritis, modius Italicus immittitur in libras quindecim, aut uiginti olei Sabini, aut alterius tenuis

nuis citra adstrictionem: moue quotidie, potissimum cum sol feruebit, & in domo calida repone. celerius ita uis & qualitas populi in oleũ migrabit. Post duos, aut ternos mẽses floribus expressis & abiectis, oleum habes digerẽs per halitum sine morsu ullo, nõ minus quàm abietinum. Addere potes ceram & resinam quantam abietino. Si uerò oleũ expressum est crassius, & qui eo usurus est, liquidiore medicamento delectatur, quinta uel etiam sexta ceræ pars suffecerit. Si uerò seminis abietis & florum populi macerationem expectare non potes, oleum cum seminibus uel floribus contusis mistum iniice in aquę uel uini (si affectus ad est podagricus uel articularis) partem quartam uel quintam, iniecta torreantur, aut oleum ustionem odore referat. Per coque igni lento, donec aqua aut uinum totum coquendo uanescat. Quidam curiosius id parantes in uase duplici coquunt. Succos non crassos, nec lentos in cute & carne residentes dissipat, ut oleum chamæmeli, anethi, rorismarini per se uel cum cera & resina.

ANT. Vnguentum expertum ad scabiem. Recipe axungiæ uncias quinque olei laurini, argenti uiui, cerę mundæ, * thuris albi puluerizati, ana uncias duas salis communis unc. viii. de succo plantaginis & fumiterræ ad libitum. confice sic, ceram & axungiam nouã & expurgatam a tela sua, & oleum laurinum mitte in stagnato cum succis, & pone ad ignem, & bulliant donec liquescant: & adde puluerem salis communis, olibani, & masticis, in supradicta quantitate, & bulliat usque ad perfectam decoctionem, & postea depone ab igne, et adiunge argentum uiuum cum saliua extinctũ et cum pauco olei prædicti, et misce bene cum spatula et unge palmam manuum, et frica fortiter in sero usq; ad. viii. dies. *masticis.

Vnguentum expertum ad scabiem secũdum hanc descriptionem non est in usu. Summa medi. est. viii. res.

Post prædicta emplastra & unguenta, uidendum est de quibusdam unguentis magistralibus conferentibus ad diuersas dispositiones, & primo ad scabiem humidam, cum qua coniunguntur eschare & crustæ siccæ per totũ corpus. Cuius hæc est descriptio. ℞. terebinthinæ lotæ cum aqua rosata. ℥. ii. terræ camæli drachmas tres, cerusæ unc. i. lithargyrii. ℥. i. s. pinguedinis porci recentis unc. iiii. Fiat unguẽtum in mortario absque cera cum oleo rosato quantum sufficit, & aceto in parua quantitate. Et si cum prædicta scabie coniungitur pruritus intensus addatur sibi succi plantaginis. unc. iii. Est enim conueniens prædictum unguentum in scabie facta ab humore cholerico acuto mordicatiuo, uel ab aliis humoribus adustis, & salsis. Et si scabies esset plus humida, atque emanaret uirulentia multa, addendum esset prædicto unguento succi lapacii, unc. iii. sulphuris, unc. i. & fiat unguentum, ut supra dictum est. Ista etiam unguenta diuersificari debent & possunt secundum diuersas ætates dispositiones & tempora. Est & aliud unguentũ magistrale conueniens & expertum ad rupturam seu herniam intestinalem. Est enim consolidatiuum dydimi dilatati per quem intestina descendunt ad oscheum seu bursam testiculorum. Cuius est hæc descriptio. ℞. picis naualis, aloes succotrini, mumiæ (& ẽ liquor, qui emanat à corporibus mortuorum sepultorum cum aromatibus odoriferis) sarcocollæ, ana. ʒ. iii. myrrhæ, terebinthinæ, lapidis hæmatitis, mastichis, thuris, ana. ʒ. ii. boli armeni, sanguinis draconis, ana. ʒ. vi. lithargyrii, colophoniæ. i. picis grecæ, ammoniaci, galbani, ana. ʒ. ii. ceræ rubeæ, & citrinæ, gallarum, charabę, glutinis piscis, uisci quercini, gypsi, ana. ʒ. vi. aristolochiæ longæ & rotundæ, ana. ʒ. iii. balaustiarum, psidiæ. i. corticũ mali granati, aluminis scilicet scaliolæ, ana drachmam unam acatiæ. ʒ. iii. sepi hircini drachmam unam & . s. cõsolidæ maioris & minoris & mediæ, ana drach. ii. cupularum glandiũ drach. iiii. sanguinis humani recentis unc. vi. omnia ista incorporentur in aqua in qua pellis arietina cum tota lana succida sit per decoctionem liquefacta, pili etiam leporis contriti in multa quantitate apponantur, gummi uero pri-

A mo dissoluantur, & cera postea agitentur cũ spatula; & pulueres prædicti incorporentur cum eis & usui referuentur. Vnguentum ad tempora, frontem & nares ad somnum prouocandum cuius habetur descrip. ab Aui. prima quarti, & prima tertii ca. de soda, & est. Reci. olei de papauere, olei nenufarini, ana unc. s. opii, cassiæ ligneæ, croci, ana. ℈. i. fiat mixtura adinuicem absq; cera & fiat inunctio de sero, quando uadit dormitum. (Somni prouocatium.) Vnguentum ualẽs in passionibus frigidis stomachi, & doloribus eius factis à uentositate debilitata uirtute digestiuæ stomachi. Recipe oleorum absinthii, nardini, masticini ablutorum cum uino albo subtili odorifero, ana unc. unam, rosarum, corallorum, caryophyllorum, cinnamomi, ligni aloes, macis, mẽthæ, schœnanthi, an. drachmam unam, misce, & fiat unguentum cum modico ceræ. (Vnguẽ. ad stomach.) Vnguentum ad extinguendum supercalefactionem renum. Reci. oleorum rosati & uiolati ana unciam unam sandalorum alborum & rubeorum, ana dra. i. rosarum, corallorum, se. endiuiæ, portulacæ, ana drach. s. succi semperuiuæ, lactucæ, lactis caprini, ana unc. s. aceti, & ceræ modicum & fiat unguentum. (Ad ischia.)

B Vnguentum ualens in declinatione ischiaticæ post euacuationes. Reci. olei rutacei, uulpini, costini, laurini, ana unc. i. mucilaginis, fœnugræc. & seminis lini, succi rutæ, & succi agni casti, calamenti, ana unc. s. bdellii, ammoniaci mollificati in aceto, ana drach. iii. castorei, dra. ii. s. laudani drach. ii. pinguedinis pulli drach. iii. baccarum lauri, cimini, pulegii, asari, ana drach. ii. euphorbii, drach. i. picis naualis, drach. s. sulphuris uiui. drach. iii. fiat unguentum. (Cõtra uermes.) Vnguentum ad interficiendum uermes, & educendũ eos, quod est multum in usu, præmisso tamen clysteri ex lacte caprino aqua hordei & puluere zucchari: si ex ipso totus uenter inungatur. Reci. olei de absinthio, de amygdalis amaris, ana unciam unam, succi foliorum persici, & matricariæ, ana unc. s. rosarum, corallorum, farinæ lupinorum, cornu cerui adusti, ana unciam unam, aloes succotrini, dra. ii. quidam addunt de felle taurino drach. ii. & modicũ aceti & ceræ quantum sufficit, & fiat unguentum, hoc tamen non conueniret in acute febrientibus, sed hoc unguentum conueniret in tali casu.

C Reci. olei citoniorum, de absinthio ana. unc. unam, seminis plantaginis, portulacæ & endiuię, rosarum, corallorum, cornu cerui usti, farinæ lupinorum, ana drachmam unam, aloes succotrini, drach. ii. aceti parũ, ceræ quantum sufficit, & fiat unguentum. inungatur etiam prçmisso clysteri.

MANARDVS de unguen. experto ad scabiem.

Potens est. Sed caue ne ob argentũ uiuum attingat prope membra principalia addeq; mastichen.

DISTINCTIO DVODECIMA
EST DE OLEIS.

SYL. *Oleum multis fit modis: nunc expressione, nunc impressione, cum materiæ in ipso maceratæ, incoctæ, qualitatem suam & uires in ipso reliquunt: nunc resolutione, cum materiæ heterogenes in corpore conclusæ, & uelut concretæ, vi caloris separantur, opera præcipuè chymistarum, de quo genere, quantum licet, agemus: plura autem si audire cupis, chymistas præceptores tibi adhibe, & cum illis uersare. Primum autem dicam oleorum, quæ per expressionem fiunt, naturam & facultatem, ac extrahendi modum, postea de cæteris, si per Dei gratiam mihi uita dabitur.*

D

SYLVIVS DE OLEIS.

Inter admouenda medicamenta composita, simplicissimum & usu frequentissimum est oleum simplex & compositum, ex eoque, & aliis quibusdam ferè reliqua constant unguenta, cerata, emplastra. Primum itaque de oleis dicere statui, postea de unguentis natura, consistentia, & uiribus tam propinquis, ut etiam hæc sæpe olea uocentur, μύρον μήλινον καὶ μαστίχινον, καὶ νάρδινον initio libr. 7. meth. quorum primum non multò post, & alibi oleum uocat, nisi melinum,

melinum,id eſt,cydonium ſit unguentum, & ſimul oleum, ut roſacum,& alia pleraque. Tertio loco de ceratis, quæ iã conſiſtentia duriore ſunt,& emplaſtris omnium duriſsimis proxima. Oleum maximè propriè ſuccus eſt pinguis ex oliuis tritis expreſſus,uel immaturis,quod omphacinon ob id & omotribes, id eſt, acerbum & crudum eſt appellatum, idemq; refrigerans,& adſtringens eſt: uel maturis, quod oleum commune dicitur:ac utrunque uel inſuſſum eſt, uel ſalſum,& illotum, uel locum idq; ad ſalem tollendum, uel ut fiat albius,uel morſus expers. Vtrunque item,uel recens eſt uel antiquatum,& ex hoc,uel illo agro, ut Sabino prope Romam laxat,tenue eſt,præſertim uetuſtum. Quæ olei communis differentiæ diligenter ſunt obſeruandæ, ut medicamentorum ex his compoſitio iuſtior fiat: nam facultati bus ſecundum has differentias multum uariant, ac compoſita quibus miſcẽtur,plurimum immutant. Has igitur oleorum differentias,præſertim omphacinum & commune, recens & uetus,domi ſerua(nam inſuſſum lotione, cũ libet, promptè reddideris)ut cum poſtulat uſus medici opinionẽ nunquàm fruſtreris. Oleum ſecũdo loco abuſiuè ſuccus eſt oleaginus & fluxilis,ex quibuſdam tritis,tum fructibus, tũ ſeminib.ut nucibus regiis,auellanis, moſchatis, amygdalis utriſque,nuce Indica,anacardis,baſano myrepſica, nucleo perſicorum,præcocium,ceraſorum,prunorum, piſtaciorũ, ſtrobylorum,napi,ſinapis,cannabis, lini, ricini, ſtaphidos agriæ,cnici,citri,arancii,pomorum,pyrorum, cucumeris, cucurbitæ,melonis,citreoli, & aliis propè infinitis pinguẽ in nucleo ipſo,uel ſemine ceu medullam ſortitis. De quorum quibuſdam pòſt agetur. Non enim ſunt omnia hæc in uſu. Huic generi proximum eſt balſamelæon & petrelæon, ut poſt audies. Illa duo genera ſunt ſimplicia, nec illis educendis ac exprimendis aliud miſceri conſueuit, præterquã quod pauxillum aquæ quibuſdam extrahendis miſcetur, ut aliis oleum commune paucum. Eſt his affine genus tertiũ, quod eſt humor quidam oleaginus ignis uehementia extractus:humido etiam ſubſtantifico ſæpe miſtus, idque opera chymiſtarum inuentum,ſiue id oleum in capitellum ſurſum tollant,ſiue in uas ſubiectum mox defluat:quale ex liquoribus,ſuccis multis,gummis,reſinis,cera,melle,lignis reſino nis permultis educitur. Quartum genus oleorum eſt omnino compoſitum ex ſimplicibus in oleo communi, uel alio maceratis,inſolatis,incoctis:quod genus quia latiſsimè patet,de eo nobis pluribus eſt agendum, non modò propter huius multitudinem,ſed uariam quoque in multis componendi rationem,quæ eſt propemodum unica cuique prædictorum generum. Adde, quòd oleum philoſophorum, & alia quædam miſta ſunt, & in tertium ſimul & quartum genus incidunt. De primo genere tanquam omnibus perſpicuo nihil dicemus:de tertio pauca quædam hodie cõſueta: de ſecundo & quarto dicendum nobis eſt, quantum rei propoſitæ ſcopus exigit.

ANT. E

ST enim multiplex oleorum operatio. Alia enim ſunt,quæ per expreſsionem fiunt. Alia uero, quæ per impreſsionem,ſicut quãdo aliquod materiale ſuſcipit id quod in alio eſt ſecundum ſpeciem ſuam. Alia quoque fiunt per reſolutionem quando uirtute caloris diſgregantur,et conſtat quod plurigena ſunt in concreto occultata, et hoc maxime alchimiſtrarum eſt. Et nos de his experiemur,quæ poſſumus.[a] Tu autem aggredere alchimiſtas,[b] et agitare cum illis. Primo autem de naturis oleorum, et operationum modis, quæ per expreſsionem fiunt de his,et de alijs, ſi Deus uolueris aggrediemur.

Hæc eſt duodecima & ultima diſtinctio huius antidotarii in qua determinat de modo compoſitionis oleorum & de eorum uirtutibus.

Olea oĩa. iiii. modis fieri.

Fiunt enim olea quandoque per expreſsionem ſicut exprimitur ab oliuis,amygdalis,& ſimilibus: quandoque per impreſsionem & uirtutem quam recipit oleum ab aliqua re intrinſeca ſecum admixta,ſicut quandoquè aliquòd materiale ſuſcipit illud quod in alio eſt ſecundum ſpeciem, ut eſt in oleo chamæmillino,& rutaceo. Fit etiam oleum quãdoque per ſublimationem,ſicut in oleo de lateribus. Vltimo colligitur oleum per emanationem,ab aliqua re extrinſeca ſicut oleum balſami,quod a quadam planta emanat. Et oleum petroleum(ut dicitur) a quodam ſtipite fluit. Et de pluribus iſtorum facit mentionem, & hoc eſt quod in litera dicendo intelligit cum dicit. Eſt multiplex oleorum præparatio.

ANDREAE MARINI SCHOLION in proœmium de Oleis.

[a] TV autem aggredere alchimiſtas.) Editus eſt iam pridem libellus in lucem à uiro doctiſsimo ſub Euonymi nomine, quem non minus diligenter elegantes pharmacopœi euoluere debent, quam hunc ipſum Meſuæ librum, ab eo. n. præter alia multa,& præclara,oleorum etiam arte chymica conficiendorum rationem diſcere poterunt, eritque ſeplaſiis opuſculum illud omnium chymiſtarum loco,ex quorum monumentis,quæ ad eam rem pertinent,uniuerſa in unum collecta ſunt. Extat etiam Philippi Vlſtadij liber de ſecretis naturæ in quo multa ad eam artem commoda reperies. ante hos ſcripſit Geberus chymiſtarum ſectæ Sarracenicæ princeps, ſed quoniam aliò, quàm ad medicinam opus illud inſtituit,haud ſcio,an poterunt ab eo æque, ut ab aliis iam[a] dictis commodè rem perdiſcere. [b] Et agitare cum illis.) ars nulla, quamuis ſuapte natura ſit facilis, ſine magiſtro percipi poteſt, quod cum hic noſter intellegeret ad chymiſtarum magiſtros ſeplaſiarios relegauit, non ſolum ad eorum libros. quoniã uerò artis præcepta uſu cõfirmantur, conſulit ob eam cauſam,ut cum magiſtris deſtilatoriam artem exerceant, quæ præ cæteris artibus accuratam,& ſedulam exercitationem requirit. Interim tamen ſibi caueant ſtudioſi iuuenes,nedum huic arti incumbunt, in rabularum quorundam calumnias incidant, qui cum nihil probãre poſsint,niſi quod ipſi nouerint,omnes ab eo ſtudio,perinde atq; à re turpiſsima deterrent. eo ſcilicet ducti argumento,quòd chymiſtarum quàm plurimi inani quadã diuitiarum,& lucri ſpe allecti omne uitæ tempus unà cum re familiari abſumant,atque adeò ad flagitioſas artes tandem aliquando declinent. quaſi uerò aurum ex ſtercore bene inſtituti adoleſcentes colligere nequeant.

MANARDVS de oleis.

Oleum dum abſolutè legis,oliuarum intellige: & nouſi, quod etiam uim rerum in eo manentium facilè ſuſcipit, & ita ſecundum genus à Meſue ſcriptum conſtituit. Tertium inter omnia efficaciſsimum, pauci norunt elicere,ſed hi tãtum qui artem chymicem uocatam callent. Hi enim ſunt de quibus Meſue dicit,quòd uires,quæ ſunt in concreto, id ẽ, in compoſito occultæ, manifeſtas faciunt. Hos chymiſtas ſcilicet,monet ut conſulamus. Primum & ſecundum genus omnes parare ſciunt.

Oleum ex amygdalis dulcibus, aſperitatem gutturis, pulmonis, & partium cæterarum etiam externarum lenit: dulcitiemq; omnem ac ſiccitatem iuncturarum, & partium aliarum emendat: ob id impinguat, hectici confert, ſemen quoque auget, ardoriq́ue uuluæ & urinæ iniectum commodat. Fit autem hoc modo: Amygdalæ dulces cortice lignoſo, & cute membranoſa purgatæ, plurimum teruntur, in offas coguntur: horis circiter quinque loco calido continentur, uel in uaſe duplici hora una coquuntur, aut ſub calente arena, aut cinere, ſacculo inuolutæ, & pannis, aliquãdiu fouentur. Poſtea rurſus teruntur, & ſacculo concluſæ torculari exprimuntur, uel tritæ amygdalæ in uaſe quomodo maza ſubiguntur in aere calido, pauca calida identidem affuſa. Hiſque modis oleum exprimes largius torculari, quod aſſere inferno ſit cauato & decliui verſus emiſſarium: ſuperno autem pro cauitatis magnitudine & forma gibboſo, vt vndique ceu ſigillo quodam amygdalæ æqualiter exprimantur.

Id oleum ex amygdalis dulcibus iure optimo primum omnium à Meſue deſcribitur, quòd ſit tam alimentum (nutriuntur enim ſolis dulcibus libro. 4. ſimpli. cap. 9.) quam medicamentum ad multa efficax blandiſsimum, uſu frequentiſsimo conſuetiſsimum, graciſsimum, & uelut quidam typus aliorum oleorum generis eiuſdem. Ab eo igitur tanquam notiſsimo & utiliſsimo rectiſsimè incepit. Aſperitas gutturis & pulmonis una eſt infirmitas, & ex partis eſſentia profecta, brunchiis enim,quæ ſigmoides ſunt cartilagines, conſtat tota hæc arteria, unde τραχεῖα id eſt, aſpere cognominatur, Græcis eam ab arteria læui ita ſeparantibus. Cum uerò eadem intus ſit læuis admodum, ſanis hominibus ob membranæ cartilagines illas & ipſarum ligamenta utraque integentis naturam, interdum aſpera fit ac inæqualis, ſiue rugoſa fiat ob ſiccitatem, ſiue eius ſuperficiei humor aliquis largior quam pro ipſius natura inſideat, & ibi inæqualiter affigatur & ſiccetur, unde tuſsis, raucitas, & ſæpe etiam ſpiranti magna difficultas, interdum ægrè curabilis: præſertim dum, ut cucumæ terreum excrementum accreuit, & cœnophoro fordes craſſæ, ſic ei pituita tãdem agnata tenacius in hæret. Hanc autem ſecundam aſperitatem, quæ ſola eſt præter naturam, oleum amygd. dulcium ſanat. Nam humectat ſiccitatem, (ut oleum commune in ferro rubiginem omniũ maximè emollit) & ſuo lentore ſiccationi nouæ multum reſiſtit: præterea inæqualitatem explet quomodo ſuccus portulacæ glutinoſus in hæmodia. Sed paulatim id uelut lambẽdo eſt deglutiendum, non affatim deuorandũ, ut paulatim eius ſubſtantiæ portio in aſperam arteriam deerret: non eã modò, quæ collo anteriore ſita eſt: ſed, quæ eius portio ramoſis propaginibus pulmonum ſubſtantiam totam, cũ duobus aliis uaſorum generibus intertexit, quas pulmonum nomine uidetur Meſues intellexiſſe: quãuis pulmonũ quoque eſſentiam æquabilem magis & mollem, mediocri lentore reddat, etiam citra nutritionem, quomodo pinguis fricatio cutem, ob id rectè addidit, corrigere aſperitatem partium aliarum etiam externarum. Nam hac in re oleo communi nõ fuerit inferius, mirum ni etiam ſuperius, ob eſſentiæ tenuitatem, qua uidetur commune oleum uincere. Ob quam, non ob ſolam ſaporis gratiam, hodie & colicis, & nephriticis potui datur ad vnc. i. cum uini aromatiteos, aut ſimilis ſeſcuncia, aut unc. ii. Pleuriticis & aliis thoracis affectibus propè omnibus illinitur, & collo uteri uel dolenti, uel ſicciori, quàm ut extendi facilè poſsit, quantum fœtui pariendo ſatis eſſe poſsit. Quibus igitur cutis eſt aſperior ob excrementorum ad eam expulſorum naturam, uel ob ſiccitatem, quæ atrophiæ, ætati, uiſcerum intemperiei caldæ, & ſiccantium uſui ſuperueñit, his oleum id ſaluberrimũ eſt. Quam eius facultatem doctæ mulieres, cutim hoc oleo erugant. Duritiemq; omnem emendat. cum enim modicè digerat, quia temperatè calidum eſt, durum tenſione ſeu repletione mollit, uacuata per reſolutionem eius materiæ parte aliqua. Cum uerò ſit moderatè calidum, ut dixi, etiam durum concreatione à frigido excitata mollit, fuſa & colliquata ea materia, quam frigus coagulauerat. Cum denique humectet etiam ſecundo gradu, ut etiã poſtea fuſius docebo, durum ſiccitate (quod maximè propriè durum appellatur) mollit, ac humiditate delibutum tractabile reddit. Ob hæc iuncturis podagricorum, & nodis arthriticorum emolliendis ſalubriter illinitur. Siccitatem partiũ ex atrophia, & iuncturarum etiam ex itinere multo, aut labore, illitum corrigit etiam potentius, quam oleum commune: præterquam ſi quod eſſentiæ eſt admodum tenuis, quale Gale. ubique Sabinum prædicat. Adhibendum uero cum frictione molli, aut mollis & duræ ut multæ & paucæ media, quæ poros rarefaciat, & corpus calidum reddat ob id paratius ad oleum id tenuandum & attrahẽdum: quod planè coriorum concinnatores declarant. Corium enim crenatis aſſulis, & falcatis malleis, & flamma rarefaciunt, mox oleo & adipe calido largiter imbuunt. Quod autem eam ſiccitatem ſumptum id oleum corrigat, planiſsimum eſt, quia alimentum eſt. Omne enim actu nutriens, corpus calfacit & humectat. Nec ſolum corpori humidum dat alimentum, ſed etiã mediocriter diuturnum, ob mediocrem illum lentorem, qualis in cremore ptiſſanæ, & oleo communi. Quæ enim cum lentore coniunctam habent eſſentiæ craſsitiem, ut ſuilla, diuturnius alimentum corpori exhibent, quàm quæ lenta ſunt modicè ſimul eſſentiæ tenuioris. Impinguat uerò non ſolum quia plenius nutrit, ſed quia ſubſtantiam corpori tribuit parum igneam & aeream, quæ multum habilis eſt per tunicas uaſorum exhalare, & in adipem concreſcere partiũ ſpermaticarum contactu. Rationes aliæ & cauſę obeſitatis huc afferri poſſunt ex lib. 6. ſan. tuendæ: & li. 14. meth. & li. 2. temperamentorum. Nec ſolum adipem gignere, ſed etiã carnem, natum eſt id oleum, quia ob dulcedinem promptè ab hepate trahitur & in ſanguinem bonũ mutatur, quo partes omnes abundè nutriantur. Hæc addidi, ne putes tãtum corpus externum impinguare, ſi illinatur. Nam id corpus ab alio eſt pingue, non propriè, & in ſua eſſentia. Hecticis & aliter conſumptis, hac de cauſa eſt ſaluberrimum. Cum enim his facultates omnes non ſolæ naturales ſint imbecillæ, male coquunt, niſi alimentum coctu & diſtributu eſt facile: qnale eſt id oleum ob eſſentiæ tenuitatem coqui paratiſsimum, & diſtribui. Quanquam diſtributionis celeritatẽ hepar intendat ob eius dulcedinem. Adde, quòd etiam alimentum dat corpori, quod aliquandiu furori febrilis in hectico caloris reſiſtat, ut cremor ptiſſanæ. Ad hæc cum calore ſit temperatum, omnem intemperiem corrigit & cum humidum ſit ad ſecundum ordinem, hecticis febribus eſt ſaluberrimum, non modò ſumptum, ſed etiam cum oleo uiolaceo mediocrem illum calorem obtundente, illitum ſpinæ. Semen auget, ut omne alimentum modicè calidum & humidum, præſertim ſi plenius alat: quæ omnia huic oleo ineſſe antè oſtendimus: & fortaſſe etiam ſemen promouebit, præſertim ex recentibus amyg. aliorum fructuum recẽtium modo, ſemicocta humiditate abundantibus, quam ob cruditatem & lentorem eſſe nonnihil flatulentam, nihil miri eſt: ſed flatuum uim exiguam facilè frangit uinum aromatites, ne ſumptum colicos dolores, aut nephriticos flatibus à ſe excitatis geminet. Ardorem uteri & ueſicæ etiam hodie uulgus appellat, cum mẽſes, aut muliebre profluuiũ, aut urina, calore, frigore, acrimonia, morſuq; alio quouis partes, quibus continentur, aut per quas uacuantur, lacerant, & tandem ulcerant, quam affectionem Gallorum uulgus eadem ratione coctionem uocat, ſibiq; aliquam partẽ coquere ait cum materiis mordacibus, aut alia ulcerante cauſa laceſsitur. Tales affectus adſunt cacochymis mulieribus & uiris ex putri pituita, & ſæpe ex calculo, etiam ex pure, ex arenulis, ex aduſto in hepate & uenis, uel renibus, lotio. Affectionem hanc oleum hoc tollit ſumptum, ſed imbecillius, quia in partibus quas permeat, alteratur, & multis aliis miſcetur: potentius autem iniectum in uterum qui dem μητρεγχύτης: in ueſicam uerò fiſtula ænea uel potius, ut nunc, argentea, quam uulgus ob id σύριγγα appellat. Lenit porrò ardorem hunc quatenus & ἐπικερασικὸν eſt (quod multis aliis qualitate inſigni carentibus, & aliam uehementem obtundentibus eſt commune,) & ἐμπλαστικὸν meatus ipſos tanquam quodam tectorio illinens, ne corpus attingat humor ille mordax. Qua etiã cauſa in dyſenteriis multum mordacibus & doloriſicis, cremores & muccagines, & butyrum, & id genus alia glutinoſa iniicimus: ſed etiam craſſæ eſſentiæ potius, ne corrumpantur facile. Quæ in capacitatem inteſtinorum promptò iniiciuntur, in meatum uiri urinarium ob anguſtiam & obliquitatem geminam, & uiæ longitudinem (quæ iniectionis impetum frangit & fruſtratur) iniici non poſſunt, cum etiam tenuia ægrè iniiciantur, niſi ſiphunculo in meatum altius immiſſo excipiantur, & uelut deducantur. Quòd meatus latera in ſe concidũt, & à ſpinctere arctius undique conſtringitur, quo tempore urina non redditur. Ob id liquidiſsimum iniiciendum, & tepidum, & meatu urinario per balneum, uel alium quendam fotum dilatato, adiuuante, ut dixi, argentea uel ærea fiſtula prius meatui immiſſa. Mediam inter hæc duo naturam collum uteri obtinet, ſi rectitudinem & capacitatẽ inteſtini recti: obliquitatem uerò & anguſtiam meatus urinarii in uiris ſpectas: nam meatus colli uteri, omniũ trium eſt breuiſsimus. Quod ſi in meatum mulieris urinarium eadem affectio inciderit, ratio eius eadem propè habenda ẽ, quæ & uteri, niſi quod graciliore eſt opus tubo. Hæc uerò

de corruptis intelligenda sunt. Quãdo nec uirgines his uitiis sunt obnoxiæ,præsertim fluxui muliebri: nisi quæ religioni monasticæ addictæ ex uita sedẽtaria,& magna parte ociosa pituitam putrem,largam,huius mali causam frequẽtiorem collegerunt. Hæc de facultatibus olei amygdalarũ dulcium dicenda putaui, ut tanquam iter indicarem ei, qui in cæteris eius medicamentis idem præstare uoluerit: statuimus enim cæteris leuiter,& uelut canis è Nilo attingere,locosq; tantum indicare,ex quibus possit qui uolet, rem ipsam pro dignitate interpretari.Depellat amygdalas, ut purius & syncerius fit oleũ,& largius.Terit curiosè easdem,ut intus mersa humiditas promptius in apertum proferri possit:ut autem copiosius exprimatur,calfacit. Nã ut uetustate nuces & nuclei omnes oleosi magis à calore natiuo percocti euadunt,sic etiam ignis uel Solis calore semicrudæ humiditatis coctio acceleratur: aut saltẽ eo calore tenuata,liquata fluxilisq; magis reddita,foras tracta oleosa humi.proptius,& largius exprimitur: quãtoq; hic calor est ualẽtior(modò oleũ urendo nõ absumat) tantò expeditius. Ob id in uase duplici & sub calente arena, aut cinere hora una calefecisse satis est:in aere autem calido, quinq; horis est opus.Porrò calefiunt amygdalæ uase duplici, impositæ scilicet postquàm tritæ sunt uasi uitreo, in uas aliud aquam calentem continens insidenti,ne ignis, aut aquæ contactu & mistione oleum uitietur.Sacculo autem uel stamine uulgari, & panno inuoluuntur, & eadem ratione, & ne his materiis amygdalæ conspurcẽtur,etiam per sacculi inanes poros facilè ob tenuitatem incidentibus. Sed in uase duplici calefecisse fuerit satius, quòd hoc modo empyreuma, hoc est,uel ignis substantia, uel qualitas amygdalis minus misceri possit, & uitrum resudantem ex amygdalis calfactis succum non ebibat,ut sacculus,panni,arenæ, cineres, bibula omnia.Adde quòd possis tutius calorem intendere in uase duplici,quàm cineribus,aut arenis,calore sicco magis urentibus,& consumentibus.Postremò uisu per uitrũ & aquam corpora diaphanea coniectare potes quando satis incaluerunt,& oleosæ sunt redditæ:quod indicium conuolutis & sepultis in cinere,& arena,amygdalis habere nõ potes,nisi recluseris.Neque tunc in offas uelut panes quosdam cogere oportet,sed mox à mortario,ut tritæ sunt,in uitrum transferuntur.In aere autem calido mora longior nõ modo rufat purgatas,& tritas amygdalas,sed etiam odoris gratiam,& saporis nonnihil dissipat:nisi etiam uitreo uase per calidum aerem calente includantur,tunc enim præstantius fuerit: sed cum plerunque sit opus celeritate nec hodie paretur potàbile id oleum,nisi in affectum præsentem, & urgentem,tot horarum induciis frui nõ licet.Multo minus aqua paulatim affusa largior hic succus & fluxilis magis est reddendus,cum hoc modo compositum sit,& uerius hydrelæum,quàm syncerum oleum.Ob id uase duplici calfaciendum potius est, quàm affusa calente aqua. Qui modus hodie magis in usu est,licet minus diu coquãt,opinor, ob præcipitem necessitatis occasionem: qua etiam fit, ut amygdalas etiam non depellatas, sed electas, & recentes mox terant:deinde quarta horæ parte,aut etiam minus diu in uase duplici calfaciunt:post exprimunt, ex libra scilicet amygdalarum una unciam olei plurissimi, aut sextantes, siue drachmas sex,quòd si magna recalfacias, unciam alteram extrahes.Sunt qui,ut properent magis,tritas in sartagine frigunt,sed parcius & ingratius, totamque substantiam redolens oleum exprimunt.Alii mola trusatili per cãdelarios exprimũt,sed ignobile,quale ex nucibus lino spermo,& similibus.Exprimit autem Mesues torculari infernè cauo,supernè gibberoso,ut exquisitè & æqualiter amygdalæ sacculo cannabino, uel stamine uulgari concluso comprimantur:quomodò in articulis omnibus cauitas est,& ei æqualis ossis oppositi condylus,ut motio sit exquisita, non ob angustiam impedita,aut ob laxitatem incerta & errabũda.Cum tamen id torcular undique amygdalis contiguum uiam non det emananti oleo liberam,cauitatem totam occupante partium amygdalarum mole, partim gibba asseris superioris parte,mihi nõ admodum probatur.Rectius fuerit asserem supernum omnino æqualem & planum esse,& infernum:sed hunc ambitu circinato sensim cauari ut in

E hunc uelut canalem oleum undique diffluat, & inde ob insitam grauitatem in emissarium parte decliui maximè excauatum.Qualia sunt nobis uinaria torcularia. Quamuis hodie adhuc Mesuæ turcular multis in usu esse uideo, etiã ex ferro albo infernam cauitatem imitãtibus, cum uel olea exprimunt,uel capos & perdices assas,uel triticũ ad condimenta, uel alia. Torcularis tamen plani,& caui meminit Mesues in oleo laurino.Vtroque tamen torculari expeditum magis hodie est prelum libros colligantium: ob id usui iam frequentissimo:ligna enim sunt duo quadrata, ferè fagina,aut tiliacea,longitudine tricubitali,crassitie palmi,in extremis cochleatim pertusa,transuersis per hos cochlearum uelut capreolos,& cincinnos clauiculis insertis, quæ ferro tortæ ligna illa dum adducunt,quod in medio est, ualenter premunt:dum abducunt,compressa liberant. Amygdalas igitur probè tritas sacculo cannabino, nouo, aut stamine uulgari calfacto inuolutas, assicula etiam calfacta utrinque muniunt,pòst dicto prelo tradunt,contrahunt prelum,& firmant,exprimuntque in uas subiectum oleum ae-

F re quantum licet calidissimo,ut prope ignem luculentum, uel si Aestas est,in sole.Sacculo autem opus est,ne amygdalæ diffluant, ac dissiliant: quomodò dum prelo uinaria solos uuarum acinos abiectis pediculis euulsos sunt pressuri, aut tela noua includunt,aut festulas lectatim intersternũt. Tela enim cannabina noua firmitate fili facilè amygdalas cohibet,preliqùe uiolentiæ resistit,minusque est bibula,& adhuc hac minus stamen uulgare,ob pili caprini,quo contexitur,soliditatem.Vtrunque autem cum sit rarum,per nexuum interualla oleo uiam præbet, substantiæ amygdalarũ uiam negat. Sunt qui horum loco etiam cilicio utuntur ex seta equina contexto, quod prædictis non cesserit, nisi ꝙ propter panni huius crassitiem amygdalæ minus sentiunt uim preli,& oleum multum in magnis huius panni inanitatibus pigrum cessat.Prædicti uerò panni tenues prelorum uiolentiam intercipiunt quidem, sed non cludunt, ac per medium breuius amygdalis recipi permittunt. Quòd si depellare amygdalas libet,cultello potius,quàm aqua uel calida,uel frigida effeceris,ne ob aquæ mistionem oleum lar-

G gius,sed aquosius & ingratius reddant. Adde, quòd calida uirium aliquid dissipat.Non probo eos,qui frigendo pellẽ adurunt,postea rudi sacculo confricant,& depellant,quòd partim urant,partim dissipent earum succum nobis expetitum.Ex his iam expressis,magna in panem coactum sub cineribus coctum,panis loco esse possit. Quod autem oleum amygdalarum dulcium quotidie uendunt officinæ ad litus partium dolentium,fit ex integris amygdalis, & magna ex parte ob uetustatem magis oleosis,iisq: mola trusatili,aut tractili contusis,& cilicio inclusis, & per candelarios expressis,cuneo ualentius adacto: quo etiam ex nucibus exprimunt. Ob id etiam oleum nucum redolet ab his expressum,oleum amygdal.dulcium & amarorum. Hæc de modo extrahendi oleum ex dulcibus amygdalis fusius sum persequutus, quòd is sit utilissimus & huic oleo, & cuiuis alii ex nucleis,uel seminib.extrahẽdo:de quo postea paucis cum Mesue est agendum,si prius adiecero huius olei compositionem parum diuersam Græcis autoribus fieri. Quæ exempla nobis in rem præsentem commodare non parum Diosc.

H poterunt,& Mesuę lucem non mediocrem cõferre.Semodius ex amygdalis dulcibus uel amaris repurgatis & siccatis,pistillo ligneo in pila leniter tunditur in offas, & aquæ feruefactę sextarius adiicitur:ubi uerò hora dimidia humorem hauserit,uehementius quàm antea tunditur: mox tabellis premitur,& quod digitis tergentibus hæserit, concha digitis affricta excipitur.Pressis nucibus his, rursus aquæ hemina inspergitur,quam ubi ebiberint, similiter exprimuntur:singulas heminas reddunt singuli modii. Pistillo ligneo,non ferreo terendas obserua:in mortario autem æreo terimus interdum,& lapideo. Vides præterea aquam affundi,quæ succum illum liquidiorem reddat, & parationem ad exprimẽdum.Sed id imbecillius multò fuerit, etiã si postea oleum aquæ innatans colligas.Nam sic mistum est aquæ,ut ab ea omnino absolui non queat, qualiter dũ aquæ lauando oleum si immodicè agitatur, omnino misceri scribit Gal.Satius fortasse fuerit,si largius oleum expetis,oleũ

commune

commune tritis amygdalis miscere,quàm aquam. Id quod in plerisque parum oleaginis ob naturam uel siccitatem facere cogimur. Verbosius de oleo amygdalarum dulcium egimus,non modo propter dictas prius causas,sed etiam ꝙ eius componendi modus multis sequuturus est communis: & qui modi oleo amygdalarum amararum ab aliis traduntur,hos Mesues fere oleo amygdalarum dulcium tribuit. Paulus enim amygdalarum uncias duas in olei dulcis sextario uno ponit,& coquit in uase duplici,& Diosco.sextariis amygdalarum octo addit cotylas duas aquæ, & semihoram dimittit,deinde attritione facta maiore, cotylam aquæ iterum miscet,idq; oleum ex amygdalis amaris scilicet utile Dioscoridi ad uteri dolores,præfocationes,euersiões, asthmata,calculosos,ægre meientes, nephriticos, adhibet: ut nos hodie ex dulcibus expressum, & recens potui damus in colico dolore & nephritico ad unc.i.cum unc. i. semis, aut unciis duabus uini albi.

ANT. Oleum de amyg.dulcib.asperitatem lenit gutturis,& pulmonis, & partium oĩum exteriorum, & oẽs durities,& siccitates mẽbrorum, & iuncturarum,& confert hecticis & impinguat & augmentat sperma.Et iniectum confert ardori uuluæ & uesicę. Et modus operationis est.Rec.ex amygdalis mundatis ab utroq; cortice quantitatem quam uolueris, & tere contritione ultima,& fac pastones ex eis, & dimitte in loco calido per spatium sicut horarum.v. Deinde iterum tere,& pone in zaynari,& stringãtur,& exprimantur & emanabit oleum. Si autẽ in uase duplici sicut per horæ spacium coxeris,deinde impresseris in zaynari emanabit abundãtius.At si amygdalis tritis saccellos impleueris,& sub cinere calido,aut arena calida inter pãnos sepelieris,& postea expresseris,abundabit oleum.† Modus operationis alius est,malaxentur in tina, sicut pasta malaxatur,& sit domus in qua malaxãtur calida, †& fundatur desuper aqua calida parũ,& stet pila decliuis ubi emanat oleũ,& dũ sic expresseris,abũdabit,†zaynari aũt plãta inferior sit habẽs cõcauitatẽ & emunctoriũ in parte decliuiori,& in inferiori parte sit globus iuxta formã capacitatis concauitatis,ut sigillet omni hora ambitu uacui.hic ergo erit modus formæ eius.

Istud est primum oleum quod fit ex expressione, temperatæ complexionis in caliditate,in humiditate autem transit primum gradum,est multum in usu propter eius utilitates,lenit & humectat asperitates malæ complexionis siccæ principaliter gutturis & pulmonis linitum ab extra,& per os assumptum paulatim lambendo.Sed operatio eius principaliter est ad leniendum partes pectoris, unde confert tussi siccæ,si ex ipso partes extrinsecæ ubi costæ situantur liniantur,confert etiam iuncturis exiccatis, ut podagricis euenit quando nodositates fiunt in eis, & summe confert hecticis,& consumptis,si spondiles dorsi,& partes pectinis ungantur ex eo,& maxime si cum ipso fiat permixtio olei uiolacei stante febre hectica, & alia de adustis humoribus corpus consumentibus.

MANARDVS in Oleum de amygd.dul.

Paulus quidem contundens unc.ii.amygdalarum, ponit in sextario uno olei dulcis,& coquit in duplici uase.Fit autem ex amaris,non ex dulcibus,etiam secundum Pau.Aeginetam.Quidam metopion dicunt,ait Diosco.de eo tamen loquens,quod fit ex amaris:nam de hoc non scribit. Modus operationis alius.) Modus hic similis est ei quem docet Dioscorides. Et fundatur desuper aqua calida.) Dioscorides pro octo sextariis amygdalarũ,addit cotylas duas aquæ,& dimittit per semihoram:factaque maiore attritione iterum apponit cotylam aquæ. Zainari.) Torcular intellige.

SYL. *Oleum ex amgydalis amaris,obstructa aperit, flatus resoluit, & dissipat, etiam in aurium tinnitu, & tono auditum efficiente obtusum:asperitates lenit, neruorum dolorẽ*

A *mulcet,duritiem mollit,pannum faciei delet.Extrahitur ut oleum ex amygdalis dulcibus præcedens.*

SYLVII ANNOTATIO.

Adhibet uero Dioscor.ad uteri affectus,dolorem,præfocationem,euersionem,& nephriticos,difficulter meientes calculosos,asthmaticos,lienosos,rugas & ephelidas faciei, quas pani nomine interpres Mesuæ uidetur intelligere:aut lentigines faciei,quas etiam idem oleum tergendo delet. Calidum igitur cum sit ad primum ordinem ac humido, & sicco temperatum,& amarum, nullam peculiarem habere facultatem uidetur,sed amaris omnibus communem, calfaciendi,incidendi,tenuandi,digerendi, potenter tergendi, nullum animal nutriendi,sed contra potius enecandi, præsertim lumbricos.Quibus facultatibus ea præstat,quæ ipsi Mesues rectissime tribuit.Nam tenuando & tergendo obstructiones expedit,flatus uel in auribus frigidis natos, uel aliunde in ipsas ruentes,calore suo,& tenuandi ui ac digerendi dissipat,auditumque ab his flatibus per aures tinnien-

B tibus difficilem,meliorem reddit:asperitates uero lenit tergendo humorem inæqualitatis causam.Neruosi generis frigidos affectus,& ab his dolores calore tenuante & digerẽte sanat,ac durum tensione mollit & concretione,minimũ iuuat durum siccitate.Iisdem rationibus sumptum & iniectum frigidis uteri & aliarum partium affectibus prodest, tenuando quoque ac tergẽdo calculosis & asthmaticis, crassam pituitam incidendo,tenuando,tergendo:& si à sola intemperie frigida est asthma,calfaciendo mire iuuat, linctũ si recens est,& bonum,& thoraci illitum, præsertim toto corpore prius uacuato,si uacuatione egere uidebitur.

Oleum de amyg.ama. est aperitiuũ oppilationũ carminatiuũ uentositatũ et resolutiuum,& confert dolori aurium,& surditati,et sibilo,lenit asperitates,& delet pãnum faciei,& cõfert dolorib.neruorum,& duritiẽ eorum lenit,& modus cõpositionis eius est,sicut diximus de oleo de amygd.dulcibus. ANT.

Oleum de amygdalis amaris in caliditate, ascendit ad primum gradum cum uirtute humectatiua, & aliqualiter

C desiccatiua propter amaritudinem,quæ est in ipsis, & ideo est aperitiuum oppilationum omnium,uentositatum carminatiuum,subtiliatiuum,& resolutiuum:unde confert dolori aurium a materia frigida,uel a uentositate,& confert surditati & sibilo resoluendo uentositatem,& oppilationes remouendo,& confert asperitati faciei remouendo lentigines in facie,& confert doloribus neruorum factis a causa frigida,sed usus eius principalis est ad dolores aurium præmissa aliquali euacuatione,ut conuenit in ægritudine qualibet materiali.

MANARDVS in Oleum de amyg.amaris.

Dioscorides. Facit ad uteri dolores,præfocationes, euersiones,& inflammationes,cephalalgiæ,nephriticis, difficulter mingentibus,& calculosis,asthmaticis,lienosis:rugas & ephelidas faciei cum melle & lilii radice, cyprino, uel rhodino ceroto emendat,&c.

Oleum Καρύινον,idest,ex nucibus Regiis,flatus etiã crassos dissipat,tumores discutit,neruis attritis uel punctis,præ- SYL.

D *sertim cum calce lota confert,scapiem emarginat.Fit ut oleum amygdalinum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oleosum quod parte uesca nucum præsertim uetustarũ facile exprimitur,tenuium est partium, per halitum digerit,siccat sine morsu.Ob id neutrota, idest, neruorum puncturas & uulnera quædam eo sanant:gangrænas quoq;,carbunculos,ægylopas sunt qui eodem percurant: quod ustis earum nucleis tribuit Diosco.Si uero ex recentibus est nucibus expressum,etiam subadstringit,& semicoctæ humiditatis adhuc aliquid retinet,quæ in uiridibus fructibus erat plurima.Καρύινον oleum uim habet eandem quam balaninon.Docte igitur & ex Gal.sua scribit Mes.flatus discutere calore,tenuitate essentiæ,ui resolutrice,id quod experiẽtia quotidiana probamus in dolore colico à flatibus. Nam iniectum cum uino generoso,aut sumptum potenter flatus discutit,& dolore tensiuo liberat.Eadem ratione illitum,

tumores discutit. Vi autem digerente, & siccāte sine morsu puncturas neruorum, & attritum, & scabiem sanat, id quod ut potentius præstet, calcem lotam miscet, quæ siccat sine morsu, & digerit. & cum ambo tenuis sint essentiæ, in ulcus totum permeat, non hæret in aditu modo adstringentium & emplasticorum, quę facultates siccantes sine morsu, & digerentes, quantum prosint puncto neruo, docet Gal. lib. 6. methodi, & lib. 3. c. ph. g. & quo tempore utiles.

ANT. OLeum de nucibus crassarum uentositatum est resolutiuum: & confert tumoribus et contritionibus neruorum, et puncturæ eorum, et proprie cum calce lota: et cōfert scabiei: et modus cōpositionis eius est sicut diximus.

Oleum de nucibus non est in usu, nec præparatum reperitur: tamen uirtus eius est sicut uirtus olei de amygd. dulcibus nisi quòd in eo sunt quædam partes acutæ nitrosæ & salsę mordicatiuæ, intantum quòd quandoq; nuces comestę ulcerant partes gingiuarū linguæ & palati, quapropter aliqualiter tendit uersus complexionem calidam, & siccam, licet siccitas prædominetur.

Additio.

Nux crassa. i. usualis, uidelicet illa, quæ comeditur de quā fit oleum quo aliquando utimur pro lumine faciendo loco olei lini, uel alterius, aliquādo etiā utimur in cibariis loco olei oliuæ, & hæc nux est illa, quæ apud Dios. uocatur charia basilica. i. alexandrina. Petrus de crescē. inquit, nux à nocēdo dicta. eo quòd eius umbra noceat aliis arboribus. Io. Anglicus ca. de dyscrasia calida hepatis laudat ipsam dicēs. Nux huiusmodi salus est, si sumitur ut medicina. Si uelut esca datur, non est salus immo medicina.

MANARDVS in oleum de nucibus.

Καρύινον eandem uim habet balanino, de quo inferius Diosco.

SYL. *Oleum ex auellanis nucibus, dolores neruorum & arthriticos sedat. Fit ut præcedentia.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cum λεπτοκάρυον, id est, nux tenuis Pontica auellana & Prænestina quoque à locis ubi luxuriat dicta, sit terreæ magis & frigidæ substantię, quàm Regia: tamen nonnihil caloris habet quo resoluit, estq; anodyna, & sua sicca substantia humoris arthritici portionem absumit. Ne credas Mesuæ interpreti hoc calidum secundo gradu affirmanti, caryinū autem primo, in quo siccum esse posśit, hoc à substantia salsa & nitrosa, illud à terrea cruda. Addit Rasis in suo Antidotario, contra uenenum, & morsus serpentum ualere. Quam facultatē nucibus Regiis tribuunt Dios. in nucibus, & Ga. libr. de euchymia & cacochymia. Bibi quoque utiliter in articulariis morbis addit Manardus.

ANT. OLeum de auellanis, et confert dolori arthetico, et dolori neruorum, et eius modus est sicut diximus.

Oleum de auellanis non est in usu: eius tamen complexio est calida uersus secundum gradum, cum aliquali siccitate.

Additio.

Illud oleum describit Rasis in proprio antido. quod ualet contra uenenum & morsus reptilium.

MANARDVS in oleum de auellanis.

Non ualde differt ab oleo nucum. Bibitur autem utiliter in articularibus morbis.

SYL. *Oleum ex chrysomelis, aurium, ani, hæmorrhoidum dolorem sedat, tumores prædictarum partium & uulnerum digerit, linguæ impedimentum corrigit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oleum ex nucleis malorum aureorum (quæ etiam Armeniaca & præcocia dicuntur, suntq; generis persicorum) mordet, aperit, resoluit potentius, quàm oleum amygdalarum amararum, ob id hæmorrhoidas siccas, aperit & uacuatione facta dolorem lenit: præsertim quod ex eorum amaro nucleo extrahitur. Nam ex dulci est imbecillius. Resoluta item materia in auribus, & aliis partibus tumefactis collecta, mitescit dolor, modò fluxionis initium non sit, nec corpus ac caput plenum. Vulneribus autem præsertim ma-

(Manar. Distinguitta men Gal. in alimentis. Nuclei præcociū, ut amygdalarū dulces quidā, aliiamari. Apho. 32. lib. 6.)

E gnis, aut in parte sensu exacto prædita, ut neruo, superueniente tumores, & phlegmonas abundè docet Gal. lib. 6. meth. & lib. 3. c. ph. gen. & Aph. 2. lib. 5. Conuulsio ex uulnere lethalis est. Linguæ autem impedimentum τραύλωσιν, id est, balbutiem à multo humore natam, intelligere uidetur Mesues, quam id oleum, & or tui neruorum septimæ coniugationis linguam mouentium, & ipsi faucibus foris illitum, & ore retentum, incidit, tenuat, terget.

ANT. OLeum de chrysomelis sedat dolorem ani, et hæmorrhoidarum: et resoluit tumores in eis, et tumores uulnerum, et impendimēta linguæ et dolores auris. Et modus compositionis est sicut diximus

Oleū de chrysomelis. i. de nucleis chrysomilorum nō est in usu, sed esset conueniens omnibus dispositionibus quibus conuenit oleum de amygdalis amaris: uerum est quòd est maioris mordicationis, & aperitionis ac etiam resolutionis: & etiam principaliter confert ad aperiendū hæmorrhoidas siccas. unde est sedatiuum dolorum euenientium in partibus illis.

F MANARDVS in oleum de chrysomelis.

Sic uocant, quæ Græci Armeniaca, & Latini præcocia: ex quorū nucleis hoc oleū paratur, qui sunt & dulces & amari sicuti amygdalarū, nec uiribus multū ab illis euariāt.

SYL. *Oleum de Persicis obstructiones aperit, aurium & sedis ab hæmorrhoidibus dolores ac tumores sanat, uermes necat. Fit ut prædicta.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oleum ex nucleis persicorum, quòd amari sint, idem pollet, quod oleum ex amygdalis amaris: facultate scilicet amaris omnibus communi præditum, calfaciendi, tenuandi, incidendi, digerēdi. Quo fit ut amarorum omnium more tollat obstructiones uenarum mesaraicarum, hepatis, lienis, renum, sumptum, sed etiam admotum, ut nuclei ipsi esu uel potu ex uino sumpti. Aurium dolores omnes à materia lenit ipsius per resolutionem uacuatione, quo scilicet tempore digerentibus utendum est, cum cessauit fluxio, & corpus atq; adeò caput est purum. Si uerò sint ab intemperie calida sicca dolores, per se exacerbat, contrarias intemperaturas corrigit. Idem iudicium de sede ab hæmorrhoidibus dolente, modò inflammatio, & ea incipiens, uel augescēs, aut

G uigens non adsit. Rimis etiam sedis mederi docet Rasis in antidotario, & cephalagiæ: quam scilicet causæ dictis similes excitarunt, quomodo oleum ex urendis nucibus exudans rimas labiorum & manuum sanat. Tumores omnes digerit ubi fluxio constitit, nec adeò crassa, lenta, impacta est materia. Frigidos præsentius iuuat, quàm calidos. Amara omnia sumpta & admota lumbricos, & uermes reliquos necare & educere totius substantiæ contrarietate demonstrat Gal. lib. 4. de simp. non solum quòd nullum animal planè amaris nutriatur.

ANT. OLeum de Persicis oppilationes aperit, et confert dolori auris, et occidit uermes in eis, et liniatur summe calidum, et necat uermes uulnerū, et confert dolori ani, et hæmorrhoidarum, et tumoribus eorum, et operatio eius est sicut diximus.

H Oleum de persicis. i. de nucleis persicorum nō est in usu. Habet tamen uirtutes quas habet oleum de chrysomelis.

Additio.

Oleum persicorum secundum Rasim in antido. ualet hemicraneæ & apostematibus aurium, mirabiliter etiā ualet in fissuris ani & apostematibus.

MANARDVS in oleum de Persicis.

Valet etiam & potum & inunctum in renum affectibus, uermesq; & interficit & educit.

SYL. *Oleum balaninum terget, expurgat, obstructa liberat, auri iniectum, tinnitui, surditati dolori, confert, strumas hepatis, & lienis scirrhum mollit, & digerit: affectibus frigidis neruorum & iuncturarum, spasmo, arthritide medetur alphos, lentigines, uaros, maculas, cicatrices nigras, & reliqua cutis fœdæ uitia corrigit: aluum potu soluit, sed stomacho aduersatur. Fit ut amygdalinum.*

Syluii

SYLVII ANNOTATIO.

(Diosc.) Balanus myrepsica. i. unguentaria dicitur, quòd unguentarii utantur eius carnis succo planè inodoro, ob id apto ad odorem omnium recipiendum, ut insipida cucurbita omnibus saporibus, coloris expers cornea, & aqua suscipiendis coloribus. Expresso autem succo reliquiæ terrestres ac duræ, sunt amaræ, & subadstringentes: ob id incidunt, tergent, contrahunt, & stipant: ionthos, lentes, ephelin, pruritum, psoram, lepram, achoras, exanthemata sanant: lienem & iecur duratum liquant cum farina lolii, erui, uel alia siccante admota. Carnis drachma cum melicrato pota est uomitoria, & sæpe largiter per aluum subducit. Viscera omnia, maxime hepar & lienem ex oxycrato pota expurgat, cicatricibus decorem affert. Id oleum, siue succus nucum ex nucleo huius balani frequenter hodie exprimitur.

Oleum balaninum maculas repurgat, lentigines, uaros, & cicatrices nigras: aluum soluit, stomacho aduersatur: contra aurium dolorem, sonos, & tinnitus auxilio est cum anserino adipe instillatum.

ANT. OLeum de ben incidit, abstergit, mundificat, et aperit oppilationes, et iniectum per aures confert† surditati, et sibilo, et doloribus earū, et resoluit scrophulas iniectū similiter super apostemata dura, et splenē, et hepar. cōfert spasmo, et ægritudinibus neruorū frigidis. et confert morpheæ et fœditati cutis et uestigiis ulcerū, et lētiginib. et cōfert dolorib. iūcturarū. et modus operationis est sicut olei de amygdalis.

Oleum de ben incidit & abstergit non est in usu.

Additio.

Oleum de ben. i. de granis ben, hoc oleum à multis ignorantibus dicitur oleum mustellinum, sed nō recte. nam mustellinum dicitur a musto Mes. in simplicibus de ipso facit cap. & inquit, ben est granum almesus, & eius aliud magnū aliud paruum. Magnum autem est in magnitudine auellanę triangulatum. paruum uero est sicut cicer. & utrunque habet medullam unctuosam, lenem, & albam, & apud Serap. authorita. Diosc. est fructus arboris similis tamarisco & fructus iste est similis auellanis. Auic. in. 2. cano. duo facit cap. de ben. unum de ben scriptum cum uno e tātum: & hoc est istud granum ex quo fit oleum præsens, aliud scribit cū duobus ee, & sunt ille radices quibus generaliter utimur pro been albo & rubeo.

MANARDVS in oleum de ben.

Balaninum dictum, uentrem purgat. Surditati.) Diosco. cum adipe anseris: sed stomachum lædit. Cicinum ualet achoribus, scabiei, phlegmonæ, sedi, clauso utero, cicatricibus, dolori auris, uermibus, & aquosis humoribus, per os sumptum.

SYL. *Oleum κίκινον Latinis ricininum, flatus crassos dissipat, pituitam crassam & lentam tenuat & incidit, & dolenti ab his uentriculo, tenuibus intestinis, colo confert: hydropē iuuat potum, clystere iniectum uel illitum.*

SYLVII ANNOTATIO.

(Dioscor.) Achoras, aurium dolores, scabiem, fœdas, cicatrices, sedis phlegmonas, uteri euersiones & occlusiones iuuat. Auicen. v. can. addit lentigines & panos delere.

ANT. OLeum de cherua crassas uētositates dissoluit, et carminat, phlegma quoq; uiscerum attenuat: et confert dolori stomachi, & dolori colon et ileō cum uirtute, et confert hydropisi inunctum, aut bibitū aut clysterizatum. et est operatio eius sicut diximus.

Oleum de cherua. i. de cataputia non est in usu.

Additio.

Oleum de cherua. i. de cataputia, est enim cherua cataputia maior. Mes. de ipsa facit ca. sub nomine albemesuch, & dicit quòd est granum regum, & est ex eo aliud magnum, aliud parum. Aui. 2. cano. ca. de oleis inquit, oleum de cherua est bonum lentiginibus, & panno. Idem in. v. habet duas descrip. de hoc oleo: unum est compositū & aliud simplex, ob hoc possumus uidere ueritatem, quod ben non est cataputia, ut dicunt multi.

A MANARDVS in oleum de cherua.

Græci cicinum uocant: Valet achoribus, scabiei, sedis inflammationibus, uteri euersionibus & occlusionibus, fœdis cicatricibus, atque aurium doloribus.

SYL. *Oleum de cnico, obstructa liberat tergetq;: ob id ictero dolenti à materia frigida, uentriculo, colo, thoraci, pulmoni confert, hisq; partibus expurgatis, uocem claram reddit.*

SYLVII ANNOTATIO.

Huic Diosc. tribuit uires olei ex cocco gnidio purgato, & tuso, sed imbecilliores, hoc est, aluum potu purgandi.

ANT. OLeum de carthamo confert ictéritiæ, oppilationi, et dolori stomachi, et dolori colon, et confert iuuamentum manifestum oppilationi pectoris et pulmonis, et mundificat ea, clarificat uocem. Modus operationis eius est sicut diximus.

Oleum de carthamo non habetur in usu.

MANARDVS in oleum de carthamo.

B Diosc. cnicelæum uocat: ualetq; idem, dicit, quod cocci gnidii, sed esse imbecillius.

SYL. *Oleum ex nuce indica dolori neruorum confert, thoracem & pulmonem lenit, & inde claram uocem facit, impinguat etiam, & sperma auget.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum græcis indictum, conceptui ualere creditur. Hodie ad seminis incrementum ferè usurpatur.

ANT. OLeum de nuce indica confert dolori neruorū, et lenit pectus et pulmonem, et clarificat uocē, et impinguat, et addit in spermate. et eius operatio est sicut diximus.

Oleum de nuce indica non est in usu.

MANARDVS in oleum de nuce indica.

Huius non meminerunt Græci. Valere nunc creditur conceptui.

SYL. *Oleum de cerasis arthritico dolori mire confert, terget: ac expurgat: ob id calculum à renibus & uesica expellit, panos, lentigines, & cætera cutis fœdæ uitia delet.*

C SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum uires habet aliorum ex nucleis, aut seminibus amaris expressorum, qualia sunt persicorum, amygdalarum amararum, chrysomelorum.

ANT. OLeum de cerasis articulorum dolori confert cū uirtute, et mundificat et abstergit fœditatē cutis, et delet pannum et lentigines, et iuuat ad expulsionem lapidis, qui in renibus et uesica est. et eius operatio est sicut diximus.

Oleum de cerasis. i. de nucleis cerasorum non est in usu. In operationibus tamen conuenit cum oleo de persicis & de chrysomelis.

MANARDVS in oleum de cerasis.

Mirabile esse dicitur in renum doloribus & calculo.

SYL. *Oleum ex nucleis cerasi syluestris eadem præstat, sed efficacius.*

ANT. D OLEVM de almahaleb fortius est in omni re quam oleum de cerasis. et eius operatio est sicut illius.

Oleum de almahaleb non est in usu, & est almahaleb granum cerasi syluestris.

MANARDVS in oleum almahaleb.

Quidam dicunt esse cerasum syluestre. Conficienda utraque ex nucleis.

SYL. *Oleum ex seminibus citri & arancij, dolori arthritico, & succedenti tumori confert: lapidem renum & uesicæ expellit. Fit ut prædicta.*

SYLVII ANNOTATIO.

Idem est in pestilentia alexiterium, & lumbricos necat potum & illitum.

ANT. OLeum de granis citri, et citrangulorum, confert dolori arthetico, & tumoribus superuenientibus, et sunt lelenge, et expellit lapidem renū et

ueſicæ. Et eius operatio eſt ſicut diximus.

Oleum de granis citri non eſt in uſu.

MANARDVS in oleum de granis citri.

Valet in peſtilentia, & uermes interficit potum & inunctũ.

SYL. *Oleum ex piſtacijs, & ſtrobylis, hepatis & renum dolores potenter lenit: hepar impinguat, ſperma auget potum, ſed ſtomacho nocet. Fit ut prædicta.*

SYLVII ANNOTATIO.

Forte oleagina ſubſtantia, quod oleis omnibus & pinguibus eſt commune, tota tamen ſua ſubſtantia ſtomacho amicum uidetur uſu quotidiano.

Addit Raſis tuſsim & thoracis dolorem mitigare, & intemperiem frigidam emendare.

ANT. OLeum de fiſticis, et pineis impinguat hepar, et confert doloribus eius: †ſtomacho tamen nocet, et confert dolori renum potenter, et auget ſperma. Et eius operatio eſt ſicut diximus.

Oleum de fiſticis & pineis non eſt in uſu, nec præparatum reperitur.

Additio.

Oleum de fiſticis ſecundum Raſim ualet tuſsi & dolori pectoris & hepatis & frigidæ complexioni.

MANARDVS in oleum de fiſticis.

Piſtacia Græci uocant. STOMACHO tamen nocet.) Hoc non credo.

SYL. *Oleum laurinum ad partium omnium cerebri, neruorũ, articulorum, uentriculi, coli, hepatis, lienis, renum, uteri, affectus frigidos, & dolorem his ſuccedentem: ſic fit, Baccæ lauri maturæ & recentes teruntur in pila, ex aqua in lebete coquuntur, poſt torculari plano, non cauo exprimuntur in uas ſubiectum, in quo aqua ſupernatans oleum colligitur. Affuſa calente aqua iterum terantur, & exprimantur torculari cauato, colligatur oleum, & reponatur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum eſt calidum, eſſentiæ tenuis, aperit, mollit, diſcutit, ob hæc intemperaturam omnem frigidam ſolã, & cũ pituita, vel flatibus ſanat, & ab his colo dolenti clyſtere infuſum, mirè prodeſt, ut ſpinæ dorſi illitum, paralyſi & horrori febrili, tum omnibus neruorum uitijs, algoribus, laſſitudinibus, catarrhis, aurium doloribus, renum frigidis affectibus. Alij parte æquali oliuarum maturarum miſta, & ambobus ſimul tritis, oleum laurinum exprimunt, ſed imbecilius: aliter miſtis aliis componi docet Dioſc. Simplex utilius idem cenſet, & quo recentius & uiridius colore, amariſsimum eſt & acre. Ex Gallia Narbonenſi utribus, uti cõmune, aduehitur, vnguento ſimilius, quàm oleo.

ANT. OLeum laurinum confert dolori hepatis et hemicraneæ frigidis, et dolori neruorum, et iunctu-rarum, et confert † neruis læſis a frigiditate et cõfert † dolori ſtomachi, et dolori colico, et renum, et dolori matricis, hepatis, et ſplenis, et dolori uiſcerum. Et modus eius eſt talis. Accipe de granis lauri maturis quantum uoluerís: et dum adhuc ſunt recentia tere in pila, et fac bullire cũ aqua in caldario. Deinde exprime in zaynari plano non habente concauum, et collige ex aqua quod ſupernatat oleum. Deinde iterum exprime grana contrita in zaynari habente uacuum, et infunde aquam calidam et collige oleum. Et repone et adminiſtra ubi oportet.

Oleũ laurinum quod per expreſsionẽ fit, eſt multum in uſu, & principaliter conuenit omni malæ cõplexioni frigidæ materiali, & non materiali, unde confert doloribus hepatis & hemicraneæ, & neruorũ, & iũcturarum factis a cauſa frigida: confert etiam dolori ſtomachi & dolori colico factis a ſimilibus cauſis, uel a uentoſitate craſſa. Eſt enim materierum craſſarum reſolutiuum & ſubtiliatiuum: & quãdoque ponitur in clyſteriis in cura colicæ factæ a uentoſitate craſſa, aut a phlegmate frigi. inducente extenſionem in inteſtinis. Eſt etiam conueniens ad inungendum nuchã

E ſpondiles, & partes mollificatas in paralyticis.

MANARDVS in oleum laurinum.

Daphninon. Confert neruis læſis.) Omnibus etiam eorum affectibus. Dioſc. ei uim tribuit calefactoriam, aperitoriam, mollificatiuam, ſolutiuam dolorum, horroribus qui fiunt in febribus, auris dolori, catarrhis. Purum ſit ex granis ipſis puris: commixtum accipit tantundem oliuarũ maturarum. Confert dolori ſtomachi, & dolori colico, & renum.) A frigiditate. l. factis & inflatione.

Oleum ex baccis uiridibus terebinthi, uulnera glutinat, ſpaſmo, tetano, duritiei neruorum confert, ob hæc multis emplaſtris miſcetur. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Mirum eſt Dioſcoridi hoc refrigerare, & adſtringere cũ calidũ ſit reuera & modice adſtringens. Fit ut laurinum.

OLeum de granis uiridibus, et eſt albotin, confert ſigillationi uulnerum, et eſt materia emplaſtrorum multorum, et confert ſpaſmo, et tetano, et duritiei neruorum. Et modus operationis eius eſt ſicut olei de granis lauri. ANT.

Oleum de granis uiridibus producentibus terebinthi. nam non eſt in uſu. Additio.

Et eſt granum uiride ſecundum Auic. in. 2. cano. fructus arboris terebinthi, unde terebinthina colligitur, nõ eſt autem reſina, ut quidam putauerunt.

MANARDVS in oleum de granis uiridibus.

Ideſt, de fructibus Terebinthi.

Oleum lentiſcinũ ex baccis lentiſci, ſtomachũ, partes neruoſas, iuncturas laxat, & muſculos roborat: fit ut laurinũ. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Scabiem iumentorum & canum ſanat: peſsis, acopis. leprarum medicamentis eſt utiliſsimũ, ſudores cohibet. Inepte ſcincus pro ſchino legitur. Nam è ſcinco oleum ſi fiat, compoſitum eſt, neq; horum aliquid præſtaret.

Oleum maſtichinum è maſtiche, gummi lentiſci recente trita exprimitur, mediocriter calfacit, adſtringit, emollit: ad omnia uuluæ uitia efficax, ſtomachi prouocantibus, aſſumptum per os, uel inunctum ab extra in partibus renum, pectinis, & colli, & ueſicæ. Et nota quòd uerum oleum balſami colligitur tempore ueris: cum planta eius ſcinditur & exinde emanat: & ſic collectum eſt in parua quantitate. Alio modo accipiuntur folia & ſemen huius plantę, & per. xl. dies in ſole infunduntur in oleo oliuę, deinde fit expreſsio talis olei, & tale in magna quantitate ibi præparatur; ſed non eſt tantæ uirtutis quantæ eſt primum.

MANARDVS in Oleum de balſamo.

LONGITVDINE unius cubiti, ſimilis rutæ agreſtis.) Dioſcorides magnitudine leucoii, folio rutæ ſimili, albiore. SCALPELLATIO.) Dioſcorides, cũ unguibus ferreis, diebus canicularibus. Et quandoq; ego in oleo antiquo madere facio lignum & fructum balſami integram diem, extrahique deinde per chymicam artem oleum, & adſeruari ceu opon balſami ad multiplices uſus. Modum tamẽ à Meſue ultimo ſcriptum ualde etiam probo.

SYL. *Oleum ſeſaminum impinguat, ſemen auget, aſperam arteriam lenit, & uocem ob id claram reddit, multorum præterea oleorum aliorum eſt materia: extrahitur ut amygdalinum, niſi quòd prius ſemen ſeſami excorticandum ſic eſt: Id ſemen ab excrementis purgatum, aqua parum ſalſa irrigetur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madefiat: ſiccetur, modice aſſetur, ſacculo aſpero multum diuq; confricando excorticetur, corticibus expurgetur, molatur in farinam, oleum exprimatur, ut ex amygdalis. Ex eodem ſemine non excorticato, ſed aſſato & mollito in farinam, oleum quoque extrahitur ut prius.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id ſemen quod agros emaciat, in Italia ſeri deſiit, ob eius que penuriam oleum ſeſaminum deſideratur, cuius loco amygdalarum dulcium oleum ſubſtituatur: oleum id clarum candidum, & uſu cum cibis delicatiſsimum.

SYLVII ANNOTATIO.

Oleo ueteri die uno maceretur xylobalſamum carpobalſamum recentiſsima: poſt arte chymiſtica oleum extrahatur, fuerit non ignobile: uel xylobalſamum recens in oleo uetere diebus quadraginta inſoletur, uaſe duplici coquatur. Vires huius olei ab omnibus tam laudati à Meſue taceri mirũ eſt: calfacit enim, humectat, tenuat, digerit, terget, glutinat. Glutinãdi hæc facultas ueteribus indicta, facit ipſum hodie preciosũ. Cætera ex Gal. in ſimp. docui: notæ huius in Dioſcoridem. Id rariſsimum, & ob id preciosiſsimum. Quapropter Petrus de Ebano, Gulielmus, Platearius, Bartolomeus Montagnana oleum balſami compoſuerunt, uiribus uerò balſamo nihil ceſſurum. Alii folia, & ſemen, & lignũ huius plantæ oleo inſolant dies. xl. exprimunt, & ſeruãt: ſed uiribus opobalſamum id multo eſt inferius.

ANT. OLeum de balſamo fit ex planta † longitudinis cubiti unius, aut duorum ad plus ſimilis rutæ agreſtis. Cortici cuius ſi acciderit ſcarificatio, aut † ſcalpel latio, ex parte ortus ſolis, fluunt ſicut lachrymę pingedinis, eſt dimelbaſen, id eſt pinguedo balſami. Et qñq; accipiunt palmites plantæ in princ. ueris, et terũt in pila, et coquunt in aqua, et exprimunt in zaynari, et uocatur oleũ balſami. Et qñq; terũtur palmites et funditur ſuper eos oleũ antiquũ, et ponitur in ſole dieb. xl. Deinde coquatur in duplici uaſe, et iterũ innouãtur in eo alii palmites, et ita tertio. Deinde colaẽ et reconditur.

Oleum de balſamo quod per emanationem colligitur in partibus orientalibus, eſt multum in uſu: & eius complexio eſt calida cum uirtute aliqualiter humectatiua. Eſt ſubtiliatiuum, & lenitiuum duritierum: & maxime confert ad ſubtiliandum & remouẽdum ueſtigia turpia, & cicatrices, quę remanent poſt conſolidata ulcera. Eſt etiam penetratiuum ualde ad partes profundas: & confert omni malæ complexioni frigidæ, & doloribus neruorum & iunctrarum, & permixtum cum aliis medicinis portat uirtutes illarum ad membra intrinſeca & remota: unde permiſcetur & ſumme confert cum medicinis urinam prouocantibus, aſſumptum per os, uel inunctum ab extra in partibus renum, pectinis, & colli, & ueſicæ. Et nota quòd uerum oleum balſami colligitur tempore ueris: cum planta eius ſcinditur & exinde emanat: & ſic collectum eſt in parua quantitate. Alio modo accipiuntur folia & ſemen huius plantę, & per. xl. dies in ſole infunduntur in oleo oliuę, deinde fit expreſsio talis olei, & tale in magna quantitate ibi præparatur; ſed non eſt tantæ uirtutis quantæ eſt primum.

MANARDVS in Oleum de balſamo.

LONGITVDINE unius cubiti, ſimilis rutæ agreſtis.) Dioſcorides magnitudine leucoii, folio rutæ ſimili, albiore. SCALPELLATIO.) Dioſcorides, cũ unguibus ferreis, diebus canicularibus. Et quandoq; ego in oleo antiquo madere facio lignum & fructum balſami integram diem, extrahique deinde per chymicam artem oleum, & adſeruari ceu opon balſami ad multiplices uſus. Modum tamẽ à Meſue ultimo ſcriptum ualde etiam probo.

SYL. *Oleum ſeſaminum impinguat, ſemen auget, aſperam arteriam lenit, & uocem ob id claram reddit, multorum præterea oleorum aliorum eſt materia: extrahitur ut amygdalinum, niſi quòd prius ſemen ſeſami excorticandum ſic eſt: Id ſemen ab excrementis purgatum, aqua parum ſalſa irrigetur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madefiat: ſiccetur, modice aſſetur, ſacculo aſpero multum diuq; confricando excorticetur, corticibus expurgetur, molatur in farinam, oleum exprimatur, ut ex amygdalis. Ex eodem ſemine non excorticato, ſed aſſato & mollito in farinam, oleum quoque extrahitur ut prius.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id ſemen quod agros emaciat, in Italia ſeri deſiit, ob eius que penuriam oleum ſeſaminum deſideratur, cuius loco amygdalarum dulcium oleum ſubſtituatur: oleum id clarum candidum, & uſu cum cibis delicatiſsimum.

ANT. OLeum de granis ſeſami impinguat, et addit in ſpermate, et lenit durities et aſperitates, et clarificat uocem, et lenit guttur, et eſt materia aliorũ oleorum multorum. Et modus compoſitionis eius eſt ſicut olei de amyg. præterquã oportet ut grana ſeſami prius excorticentur. Et modus operationis eius eſt. Mundẽtur ſeſamus ab omnibus immunditiis: deinde roretur ſuper ipſum aqua cum ſale pauco, et confricetur manibus, iterumq; roretur, donec madefiat: poſtea expandatur ut exiccetur, deinde aſſetur aſſatione modica, et ponatur in ſacculo panni aſperi: et fricetur multũ donec excorticetur, deinde mundetur à corticibus et molatur cum molis, et fiat alrachine: et de cætero trahatur oleum ſicut de amygdalis. Et quandoq; trahitur oleũ præterquam excoriẽtur: et eius operatio eſt ut aſſetur primo ſeſamus: deinde molatur, et fiat athrachine: et trahatur oleum ſicut diximus.

Oleum de granis ſeſami ſimilitudinem habet in modo operationis cum oleo de amygdalis dulcibus: nõ eſt in uſu nec præparatur. Additio.

Iſtud oleum quod ſit de granis ſeſami ingreditur in multis confectionibus, ſed hodierni aromatarii non cognoſcũt ipſum.

MANARDVS in Oleum de granis ſeſami.

Vox barbara altachine eſt, credo debere fieri ueluti panes, uel quod non fiat perfecta mollitura. Seſaminon, ait Paulus, ſit contuſis & expreſsis, uel inſperſis aqua calida, ſeſami granis.

Oleum lini, ſpaſmo, duritiei neruorum & iuncturarum, hæmorrhoidibus, ſtedis phlegmonis & rimis confert, ac dolori pulſatorio. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Fit ut oleum ſeſami, ſed lini ſemen non excorticatur: neruorum dolores ſedat, uiribus proximum eſt oleo chamęmelino, quibuſdam in uſu eſt uice olei communis. Quidam pleuriticis oleum lini dederunt linctui aut potui, non ſine utilitate. Paratur hodie à candelariis & olearijs molitoribus non à pharmacopolis. In molerinis quoque aquaticis pauca aqua affuſa extrahitur ad uſum lucernarum.

ANT. OLeum de ſemine lini, cõfert ad ſpaſmũ: et lenit duritiem neruorum et iuncturarum, et eſt medicina magna ægritudinibus ani, ſicut ſunt apoſtemata et hęmorrhoydæ, et rhagadiæ, et dolori pulſatiuo. Et modus operationis eius, eſt ſicut olei ſeſamini, præterquàm, quòd non oportet, ut excorientur ſemina lini.

Oleum de ſemine lini licet præparetur medicinaliter, raro tamen habetur in uſu, & habet ſimilitudinem in complexione, & modo operationis cũ oleo de chamæmilla, & de anetho, & eſt anodinum, & ſedatiuum dolorum in neruis. Additio.

Oleũ de ſemine lini eſt in uſu, & eſt duplex, unum quod ſolum fit ex ſemine ipſius, & hoc dicit oleũ linoſum purum quod aptũ eſt eſui, aliud fit cum aqua tũ non multum, & illud dicitur linoſum compoſitum: hoc lucernæ aptum eſt.

MANARDVS in oleum de ſemine lini.

Vbiq; præparatur, quia uidelicet ad alios uſus quàm medicinæ accommodatur. Quidam dederunt pleuriticis, nec ſine utilitate.

Oleum papauerinum impinguat, aſperam arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & inſomniam: ſit ut oleum ex ſemine lini. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

A febrium enim uapore calido ſicco uigilias tollit, ſomnumq; frigiditate & humiditate conciliat, fronti, auribus, naribus, temporibus linitum. Compoſitum autem oleũ papaueris poſt ſcribendum eſt uſitatius. Hyoſcyaminum oleũ ex ſemine albo hyoſcyami recente, ſicco, calida aqua ſparſo, inſolato, trito, à Dio. exprimitur ad aurium dolores, peſſis etiam miſcetur, ad emolliendum utile.

ANT. OLeum de granis papaueris confert febri, & tſsahare.& lenit pectus multæ aſperitatis,& impinguat.Et fit ſicut de ſemine lini.

Oleum de granis papaueris ſatis eſt in vſu licet præparetur ſecũdum deſcrip.quam ponit inferius: principalis eius operatio eſt ad ſomnum prouocandum quando cauſa uigiliarum eſt mala complexio calida cum aſcenſione uaporũ acutorum ad caput,ſi ex ipſo inungantur tempora, nares, aures,& tota frons.

MANARDVS in oleum de granis papaueris.

Et ſahare.)Id eſt uigilię.Hoc aliquando uidi paratum, ſed ex lactucis ſemine nullibi. Vtrunque tamen utile putauerim & introrſum & extrorſum,in ſomno ciendo,& dolo ribus præcipuè qui cum morſu fiunt,mitigandis.

SYL. *Oleum ex ſemine lactucæ idem pollet quod papauerinũ, & eodem ſit modo.*

ANT. OLeum de ſemine lactucæ ualet , ſicut oleum papaueris. Et modus operationis eius eſt ſicut illius.

Oleũ de ſemine lactucæ non eſt in uſu: magiſtraliter tñ conueniret ad remouendum malas complexiones calidas.

SYL. *Oleum ex ſemine cucurbitæ,cucumeris,melonis, citreoli,phlegmonis uiſcerum,& ab his febribus ardentibus confert,urinæ ardorem ualde mitigat.Poſſunt ex ſingulis horum per ſe extrahi,uel pluribus,uel omnibus ſimul,excorticatis tamen ſeminibus,ſeſami ſeminum modo . Ex pluribus aliis tum ſeminibus,tum fructuum nucleis, & fructibus,olea eodem modo exprimi poſſunt,quæ uires eorum ex quibus ſeparantur retinent, & à nobis omittuntur .*

SYLVII ANNOTATIO.

Quale eſt raphaninũ,melanthinum,ſinapinum, cannabinum,ſtaphidis agriæ. Quæ etiam fieri poſſunt ſeminibus ipſis tritis & coctis cum oleo & cum ſucco aliquo uires eorũ augente:uel,ſi eſt opus,remittente, uel ſaltem fouente , & olei aduſtionem ac ſeminis prohibente.

SYL. *Fiunt & olea per impreſſionem,quæ ipſis oleis uelut habili cuidam materiæ aliorum medicamentorum uirtutem à ſua ipſorum forma proficiſcentem inſerit,quomodo ſigillum formam ſuam materiæ cuipiam ad eam ſuſcipiendam habili imprimit.Hæc autem uarijs fiunt modis , quos Deo adiutore traditurі ſumus.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oleorum genus tertium facultatem recipit uariam ex incoctis ſibi uariis ſimplicibus : propterea id iam eſt compoſitum,nõ amplius,ut priora duo genera, ſimplex:id Paulo μυρῶδες,id eſt,unguentarium dicitur:eſt illi ſimplex , id eſt parum medicamentoſum, & paucis miſtum:alterum cõpoſitum & medicamentoſius .

ANT. OLeum de ſemine cucurbitæ,citrulli, & cucumeris,& melonis , confert febribus inflammationum,& omni inflammationi,& ardori urinę,& ſunt efficacia. Et modus operationis eorum eſt ſicut diximus de ſeſamo excorticato,ſiue ſeparatim, ſiue cõiunctim facere decreueris.† Ex multis autẽ ſeminibus olea fieri poſſunt,& habent uirtutem ſeminum eorũ, de quibus ſermonem non edimus: & ex multis nucleis fructuum:ſimiliter & ex multis fructibus: quorũ operatio ſimilis eſt eorum quæ diximus. † Fiũt autem olea per impreſſionem ſicut imprimit forma ſigilli in re habili ſuſcipere illam & proprie quando aliquid ſtans, ſicut materia ponit in neceſsitate factũ habile , ut ſuſcipiat uirtutem quã res alia ſortita eſt à ſpẽ ſua . & modi oleorum huius præparationis diuerſi ſunt: & nos harũ diuerſitatũ modos multos trademus,ſi Deus uoluerit .

Oleum de ſemine cucurbitarũ,melonum indorũ,citrullorum,non eſt in uſu: ſimilem tamen habet uirtutem cum oleo lactu.& uiolaceo &c. Additio.

Auic.in.v.cano.deſcribit oleum de cucurbita , quod nõ ſit modo quo ſit iſtud.uide modum ibi ſi nis, etiam hic inferius ponetur.Raſ.tñ in proprio antid.deſcribit hoc oleum de ſemine cucurbitæ,& aliorũ trium ſeminum frigidorũ.

MANARDVS in Oleum de ſemine cucurbitæ, citrulli,& cucumeris.

Iuſsi hæc parari pro lotii ardore mitigando . Ex multis aliis.)Vt ex ſemine hyoſciami,raphani, melanthii , ſinapis cannabis. FIVNT autem olea per.) Secunda pars,ubi alius modus docetur faciendi olea ab initio à Meſ. propoſitus . Paulus appellat hæc olea μυρώδη id eſt,unguentaria , quorum quædam dicit ſimplicia,quædam compoſita .

Oleum roſatum completum roborat,reſoluit commode, lenit , & ſedat , fitque ex oliuis maturis & foliis roſarum completarum:rude uero inflammationes extinguit , roborat,cogit,denſat,fluxiones ſiſtit,& materiarum per corpus fluxum cohibet,dyſenterias potu inſigniter iuuat,& fit ex oliuis immaturis , & foliis roſarum nondum apertarum . Hoc autem modo fit.Folia roſarum rubrarum recentium trita quantitate ſufficienti,oleo ex oliuis, uel ſeſamino recẽti , & aqua fontana aliquoties loto , macera in uaſe uitreo obturato,diebus.vij.inſola:coque tribus horis in uaſe dupli ci. Expreſſis folijs & abiectis noua immitte : inſola iterum dies.vij.coque ut prius:tertio idem fiat . Deinde aquæ infuſionis roſarum dictæ in ſyrupis quantum eſt oleum , miſce , opercula,inſola dies quadraginta, poſt excola , iterum diu inſola .

SYLVII ANNOTATIO.

Prima olei roſati compoſitio multis eſt in vſu:Pariſienſibus autem compoſitio Nicolai in ipſius Antidotario dicẽda.Paulus roſarũ rub.exunguatarũ.vnc.ij. olei omphacini ſextario immittit uaſi operculato,ne expiret:dies. xl. infolat,ſuper tabulam reponit:alii non inſolãt,ſed puteo imponunt.alii terræ infodiunt dies.xl. Tres unguenti roſacei cõpoſitiones Dioſco.Roſas quidam integris foliis, alii exunguatis alii etiam forcipibus inciſis , alii tuſis oleo impoſitas igni coquunt,colant,ſeruant:alii dies quadraginta inſolant in uaſe uitreo operculato,ſine coctione:inſolatus etiã in uaſe duplici eſt præſtantior . Oleum roſatum ueteres nominare conſueuerunt,quod abſq; odoramentis paratũ eſt, quorum ſi aliquid huic inditum fuerit,non oleum , ſed unguentum roſaceum nominant,in fine lib.2.ſimpl.Oleũ roſatum optimum conficitur ex roſis ſolis, ſine frondibus, quæ plurimæ oleo omphacino ſine ſale parato plenius imbuantur,& infundantur Vere,aut ineunte Aeſtate. Poſt annum autem uetus eſt ac inutile.Id oleum uim quandam repellẽtem habet,& repellentem,& mitigatoriam,& diſcuſſoriã: ſeu repellit , coquit digerit omnia hæc mediocriter.Huic oleo quidam ſpiſſamẽta adiiciunt,ut id diutius ſit odoratũ. Oleum roſatum audio fieri odoratiſsimum putrefactis mẽſe uno roſis ſub fimo in uaſe bene operculato. Eadem rõne ex maſtiche uulgari,& roſis icarnatis,& moſchatis, & ſimilibus fieri poſſe confido odoratiſ.ſine ullius olei miſtione .

ANT. OLeum roſatum completum,eſt confortatiuum & reſolutiuum cõuenienter,lenitiuum,& ſedatiuum. Rude uero eſt extinctiuum inflãmationum,confortatiuum,aggregatiuum,inſpiſſatiuum , & prohibitiuum curſuum,propter quod potentiſsimum eſt potatum ad dyſenteriam,& ad fluxum materierum per corpus . Et differt completum à rudi quoniam completi materia eſt ex oliuis completis & foliis roſarum completarum . Rudis autem materia eſt ex oliuis , quibus nondum accidit completio, & maturatio, & ex foliis quæ non reſerarunt nodos ſuos . Et modus compoſitionis eius eſt , ut accipiatur oleum de oliuis, aut oleum ſeſaminum recens,lauetur cum aqua fontium lauationibus pluribus. Deinde accipe† folia roſarum rubearum recentium contuſarum quantitatem ſufficientem , & ſepelias in oleo quod modo lauiſti. & reconde in uaſe uitreo , & obtura orificium eius,

eius,& exponas ſoli per dies. vii. *Deinde coque in uaſe duplici per horas.iii. Deinde fac permutationem foliorum roſarum,& utere aliis recẽtibus,& dimitte per alios dies.vii. Deinde exerce coctionem in eo ſicut feciſti prius & fac denuo permutationem foliorum roſarum , & proiice ſuper illud aquæ infuſionis roſarum quam tradidimus in cap.de ſyrupis,ſicut* quantitas olei,& Adſtringe orificiũ uaſis,& dimitte in ſole per dies xl. Deinde excola & iterum expone ſoli,& dimitte tempore extenſo.

ANDREAS MARINVS
in Oleum roſaceum .

DEINDE coque in uaſe duplici.) Id genus uaſis uetares græci,quorum fuit inuentum διπλώμα dixere,quòd ex duobus uaſibus conſtituatur , quorum alterum feruentem aquam,alterum res coquendas contineat. eſt autem non ſolum oleis conficiendis , quæ ignis æſtum ferre nequeunt, ſed etiam apozematis coquendis, aliisque rebus omnibus elixandis apprimè accommodatum,quippè coctio , quæ in eo uaſe elaboratur,naturalibus concoctionibus, quæ à ſuauiſsimo natiuo calore elixando perficiuntur, maxime ſimilis eſt . quare nullus pharmacopœus diplomate, & eo quidem concinnè parato careat, ſi me audiat, nam præter quàm quòd uniuerſa medicamenta, eo calore cocta, & parata reipſa erunt meliora,guſtui delicatiora,aſpectu, atque odore magis grata,minore etiam ſumptu parabuntur . extruatur autem fornax in hunc modum apud parietem ex lateribus crudis,uel etiam coctis.ſicut eſt.c. d.e. f. in qua æneum uas.a.accommodetur ita ut non facilè dimoueri poſſit, in quo ferueat aqua,aquæ uerò innatet uas tenue.b. uel uitreum,uel æneum res decoquendas continens.debent autem ea uaſa ita committi per laminam æneam, ut aquæ fumus exhalare nequeat.uerum ut aqua perpetuò caleat, neque cogamur frigidam calidæ affundere,parieti ſupra fornacem è regione diplomatis uas alterũ. h. includatur aquę plenum,quæ ab eodem fornacis igne per tubulum cæcũ.g. delato incaleſcat à quo p fiſtulã.i.calida in diploma laxet. diplomati chymiſtæ alembicum addidere , atque balneum mariæ totum id uocauerunt.quod nos oppidò pulchrum in libro ſimplicium cap.de roſis ſupra oſtendimus.

VAS DVPLEX.

MANARDVS in oleum roſatum completum.

Folia roſarum.) Exungulata . Quantitatem ſufficientem.) Græci determinant quantitatem, ſed puto modum Arabum meliorem.Paulus ſic conſtruit.Roſarum rubearũ exungulatarum,per diem unam naturalem exiccatarum.ʒ. iii.olei ſextarium unum:obſtrue diligenter uas ne expiret, expone ſoli per.xl.dies,reponeq; non ſuper pauimento,ſed tabula.Alii non ſoli exponunt,ſed in puteo ponunt: alii fodiunt ſub terra.xl.dies.

SYL. *Aliter quoq; paratur magis reſoluens ex ſucci roſarum & aquæ infuſionis roſarum prædictæ,ana parte una:olei loti & parati,ut dixi,partibus tribus, foliorum roſarum cõtuſarum quantitate ſufficienti:hæc omnia in uaſe uitreo inſola,ut dictum eſt,poſt coque,folia roſarum permuta,inſola,ut diximus de permutando ſucco, & aqua infuſionis roſarum: idque bis fiat . Poſtremo oleum ſolum cum ſucco roſarum,& aqua infuſionis earum,in uaſe uitreo inſola dies quadraginta.*

ANT. MOdus operationis eius aliud eſt , & acquiritur ex hoc quod fit reſolutiuum magis.Accipe ſucci roſarum,& aquæ infuſionis roſarum prædictæ ana partem unam,olei loti & præparati ſicut diximus partes tres,foliorum roſarum contuſarum quantum ſufficit,reconde in uaſe uitreo , & pone ſoli ſicut diximus. Deinde operare de decoctione eius,& permutatione foliorum roſarum,& expone in ſole ſecundum quod diximus de permutatione ſucci & aquæ infuſionis,& hoc fiat bis. Vltimo uero oleum ſolum cum ſucco roſa.& aqua infuſionis earum recondatur in uaſe & exponatur ſoli per.xl.dies.

SYL. *Vel amygdalas dulces purgatas,curioſe tritas foliis roſarum tuſis miſce in offas,quas in aere calido horis. xxiiii. ſerua,tere,& ſubige continenter in mortario,affuſa pauca aqua infuſionis roſarum calente:tandem torculari expreme oleum,uaſi uitreo impoſitum opercula,& inſola.*

TErtius modus operationis eius eſt. Accipe amygdalarum dulcium purgatarum quantitatem aliquam,& tere in pila contritione ultima. Deinde quantitatem aliquam earum cum foliis roſarum tritis, itera & fac paſtones,& dimitte in loco calido per diẽ unam. Deinde iterum tere & malaxa in pila malaxatione ultima ſine intermiſsione , & fundatur ſuper illud aquæ infuſionis roſarũ calidæ parum,& indefinenter malaxa,& manabit oleum. Vltimo uero malaxa & exprime in zainari. Cum autem expreſſeris totum pone in uaſe uitri,& ſtringatur os eius. expone ſoli , & utere quando oportet.

SYL. *Quarto modo cum ſeſamo excorticato ſit qualiter cum amygdalis:ſed rudi roſato aptiores ſunt amygdalæ,compleato autem ſeſama.*

ANT. MOdus operationis eius quartus eſt ſecundum quòd hic proxime diximus de operatione eius cum amygdalis.Hic tamen dicendum eſt fieri debere cum ſeſamo excorticato . Sed amygdalæ ſunt melior materia ad oleum roſatum rude,& ſeſamum ad oleum roſatum completum.

Sequitur de oleis quæ fiunt per impreſsionem , & uirtutem receptum ex admixtione rerum extrinſecarum, & primum eſt oleum roſarum confortatiuum membrorum , in quibus eſt mala complexio calida illam remittendo, & aliqualiter materiam reſoluendo ſi dependet ab ea. Eſt enim oleum roſatum ratione roſarum aliqualiter repercuſsiuum & ratione olei uirtutem habet reſolutiuam . Componitur autem tribus modis,ut ſuperius dictum eſt in deſcriptione diamuſci dulcis.quare ibi recurre, & aduerte quòd ſolum primus modus eſt ille qui habetur in uſu , & qui præparatus reperitur.Quidam antiqui oleum lauant cum aqua fontis,uel cum aliis aquis frigidis diſtillatis ut plus reducant ipſum ad complexionem frigidam.

Additio.

Iſtud oleum apud nos eſt multum in uſu, ſecundum autẽ Meſ.eſt oleum roſatum completum . ipſe enim Meſ. docet ipſum facere multis modis , ſed primus modus eſt ille qui apud aliquos in uſu habetur , tamen cõmuniter præparatur ſecundum modum Nicolai quem deſcribit in antidotario .

SYL. *Oleum chamæmelinum,genus omne neruorum roborat, fluxionesque inhibet ui ſua modice adſtringenti , moderate reſoluit:ob id dolores ſedat.Fit ut oleum roſatum,ſed ex oleo maturo,aut ſeſamino,ut dixi,extracto.*

SYLVII ANNOTATIO.

Paulus florum sine albis foliis recentium, siccatorum uigintiquatuor horis vnc.ii.sextario Italico imponit, uas tegit linteo simplici, ut transpiret, & quadraginta diebus insolat, post bene obturato uase reponit: ex siccis foliis in uase duplici coctis ē imbecillius. Calidum temperatè ad primū tantum gradum uergit, humido ficco temperatum. Initio colici, arthritici, & aliorum dolorum est præstantissimum, quia parum repellit, & modicè digerit, cum ualenter digerentia plus nouæ materiæ in partem alliciant, quàm ueteris inaniant. Si tamen uehemens est fluxionis impetus, adstringente magis opus est. Vires laxandi tantum quibus febres prohibet, non etiam adstringendi Gal. & tribuit.

ANT. OLeum chamæmillinum est oleum benedictum expertorum iuuamentorum, Est enim resolutiuum conueniens, sedatiuum dolorum. & est in eo prohibitio cursuum materierum † propter stipticitatem eius modicam, & confortat neruos, & confert doloribus eorum, & confortat neruosa omnia. Et modus operationis eius est sicut olei rosati, præterquam oportet, ut fiat cum oleo de oliuis completo, aut oleo sesamino cum illis modis præparationū quos diximus.

Oleum chamæmillinum est benedictum propter eius multas utilitates, nam est conueniens resolutiuum sedatiuum dolorum, prohibitiuum materierum propter aliqualē stipticitatem: & confortat neruos alteratos a frigiditate, confert doloribus iuncturarum & dolori colico facto a uē tositate, & communiter est conueniens in principio dictarum dispositionum: quia temperatæ est complexionis, non ascendens primum gradum caliditatis cum aliquali humiditate & leui desiccatione: unde ponitur inter medicinas anodinas temperatas declinans ad caliditatem.

Additio.

Istud oleum est in usu, sed eius modus apud modernos non est idem, ut docet Mesuerum est quod faciunt ipsum sicut dictum est de oleo rosato. Ioan. anglicus ca. de dolore iuncturarum ait. Item in gutta ualet oleum chamæmili. in quo coquantur flores hiacynthi crescentis in campis, & uocat istud oleum hiacynthi.

MANARDVS in oleum chamæmelinum.

Prohibet febres, ut Galenus testatur. PROPTER stypticitatem.) Galenus ei uim laxandi, non adstringēdi, adscribit.

Paulus sumit florum absque albo, per naturalem diem siccatorum vnc.ii.pro sextario uno Italico, & tegit uas linteo simplici, ut transpiret, & exponit soli per quadraginta dies, post bene obturato uase reponit. Vbi non habes flores uirides, potes facere ex siccis, & coquere in uase duplici, sed erit debilius.

SYL. *Oleum violarum, intemperiem calidam extinguit: ob id phlegmonas omnes remittit, ac inde pleuriticos iuuat, asperitatem arteriæ, & pulmonis, & thoracis lenit. Fit quo mòdo rosatū: sed ex oleo uiridi, uel amygdalino, uel sesamino.*

SYLVII ANNOTATIO.

Oleum ἰατὸν, id est, ex floribus uiolæ nigræ uulgò Martiæ, frigidum, humidum, tenuis essentiæ, lenit, & modicè aperit: clystere infusum ardorem febrium mirè sedat. Quibusdam placet hoc admonendum esse tantum phlogosi, & intemperaturæ calidæ soli, ut rosatum intemperaturæ calidæ cum humorum affluxu. Heparis & renum caliditatē mirè sedat cum aceto pauco, succo lactucæ, santalo albo & cera exigua. Si oleum uiride est, omphacinon, seu ex oliuis immaturis expressum, ut uideri potest (tale enim, uel aliud totum frigidis oleis conuenit) amygdalinum uel sesaminū ablutione in aqua refrigerante uires olei omphacini accipiant. Paulo fit hoc oleum ex uiolis purpureis uel croceis, uel leucoio, insolat autem exactè operculato uase, ne transpiret, tantum dies decem, uiolis interea ter mutatis, additque demum uiolas siccas.

ANT. OLeum uiolatum, inflammationes sedat, ubicunque sint, & lenit asperitates etiam pectoris, & pulmonis, & sedat apostemata calida, & pleuresim. Et modus operationis eius est sicut olei rosati, excepto quod debet fieri cum oleo uiridi, aut amygdalino, aut sesamino cum illis modis operationum quos diximus.

Oleum uiolatum est frigidæ & humidæ complexionis, & multum habetur in usu. Est enim conueniens inunctum ab extra malis complexionibus calidis, quæ non dependēt à materia, sed usus eius est communiter ad ungendum renes, & hepar calefactos, si secum admiscetur modicum aceti & succi lactucæ, & sandalorum alborum, & cum modico ceræ fiat unguentum, unde sicut oleum rosatum conuenit in malis complexionibus calidis dependentibus à materia cum aliquali sua stipticitate. ita uiolatum absque stipticitate cum aliquali uirtute lenitiua & aperitiua habet uirtutē maiorem in infrigidando, & per consequens est conueniēs ad alterandam malam complexionem calidam à materia, non dependentem. unde maxime est conueniens, & sic cōmuniter est in usu cum clysteribus lenitiuis, & hoc quando quæritur alteratio malæ complexionis calidæ febrilis.

Additio.

Istud oleum secundum intentionem Mes. fit sicut rosatū excepto quòd debet fieri cum oleo de oliuis immaturis, quod omphacinum uocatur.

MANARDVS in Oleum uiolatum.

Iaton uocat Paulus, cōficiq; dicit uel ex purpureis, uel ex croceis, uel leucoio. Et modus operationis ut rosati: nō tamen tandiu in sole morari debet, secundum Paulum, sed dies tantum decem: mutandasq; dicit ter uiolas, exactèque claudendum uas ne transpiret, addendasque demum siccas uiolas.

Oleum anethinum digerit, ob id dolores sedat: confert rigori febrili, spinæ, & partibus neruosis inunctum accessionis initio: phlegmonas & scirrhos resoluit, somnum itè conciliat, & cephalalgiam mitigat. Fit ut oleum chamæmilinum. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Flores anethi forcipe execti ex oleo dulci dies quadraginta insolantur. Paulus comæ florum anethi uno die siccatæ vnc.i.sextario olei imponit. Dioscor. anethi comæ li. ii. & vnc.viii. in li.viii. olei, & vnc.ix. uno die insolat, post exprimit & reponit. Nam magna in hoc mensura florum hoc tempusculo satis uirium suarum oleo impertit: articulorum dolores Dioscoridi sedat, utrūq; mollefacit & referat.

Oleum anethinum, ex anetho maturo & uiridi in uase duplici coctum, succos, nec crassos, nec lentos in cute & carne residentes digerit. In uase duplici autem coquēdum id, & Sicyonium, & chamæmelinum etiam docet Gal. lib. 12. Metho. Anethum in oleo coctum, oleum facit anethinū digerens, dolorem sedans, somnum cōcilians, crudos & incoctos tumores coquens. Est enim temperie propinquum pus mouentibus & coquentibus medicamentis, nisi quatenus illis est paulo calidius & tenuius, ob idq; digerens. Viride autem capiendum, quia humidius, minus calidum, & ob id magis concoquit, & somnum, conciliat, sed minus digerit in oleum relaxans non adstringens, præcipue antiquum, immitte anethi quod uidebitur satis: mox ubi in uase duplici tantisper calfeceris, dum mediocriter uim herbæ imbiberit, exprime, & repone.

ANT. OLeum anethinum † est sedatiuum dolorum, resolutiuum, prouocatiuum sudoris: quare confert rigori febris inūctum in spina & membris neruosis, prouocat somnum, & confert dolori capitis: & † resoluit apostemata, & durities, & † modus operationis eius est sicut olei de chamæmilla.

Oleum anethinum est anodinum, & est in usu, & similitudinem habet in uirtute, & operatione cum oleo chamæmilino, & in his adinuicem admisceantur, & non solum conueniunt si membra extrinseca ex his inungantur sed etiam in clysteriis administrata.

Additio.

Modus eius apud modernos est, accipiantur flores anethi, & similitudinem habet cum fœniculo & assimilatur plantæ ipsius, & ponantur flores cum oleo, & exponantur soli per. xl. dies. deinde utere ubi oportet.

MANARDVS in Oleum anethinum.

Est sedatiuum dolorum.) Dioscorides articulorum. Dios. pro li. viii. & vnc.ix. olei, ponit florum li. xi. vnc. viii. exponit soli diem unum, deinde exprimit & reponit. Ego tamen non uideo quo pacto olei illa mensura tot florum sit capax, præsertim quum Paulus accipiat comæ siccatæ per unum diem vnc.i. pro sextario. RESOLVIT apostemata.) Mollificat & referat uterum, inquit Dioscorides. MODVS operationis.) Potest parari cum anetho ficco.

Oleum liliorum calfacit, resoluit, ob id à frigore dolores thoracis, ventriculi, coli, uteri, renum, uesicæ sedat, lenit, & coquit. Fit vt oleum chamæmeli: sed ex liliorum floribus quod croceum est, abiiciatur. Componitur item ex folio rum lilij uncijs octo: masticbes, calami aromatici, costi, carpobalsami, ana vnc.i. caryophyll. cinnamomi, ana vnc. semisse, croci drach.iij. Omnia præter liliorum folia aqua sufficiente uigintiquatuor horis macerentur, semel aut bis ferueant. Tunc injce olei dulcis, uel sesamini. li. ij. & additis lilij floribus, in uase uitreo insola dies. xl. post colatum reponatur. SYL.

ANT. OLeum de lilio confert dolori pectoris, & est sedatiuum dolorum, qui fiunt à frigiditate, & confert dolori matricum, & frigiditati eius, & calefacit renes & uesicam, & confert colicæ. Et modus cōpositionis eius est sicut olei chamæmillini, præterquā oportet ut citrinitas eorum tota abiiciatur. Et secundus modus operationis eius est. Accipe ex folijs liliorum. vnc. viii. masticis, calami aroma. costi. carpobal. ana. vnc.i. caryophyl. cinnamo. ana. vnc. s. croci. 3. iij. Omnia præter folia liliorum infundantur in aqua sufficienti, & dimittantur die ac nocte: postea bulliāt ebullitione una aut duabus. Deinde projce olei sesamini super ea, aut olei de oliuis completis li. ii. & pone in uase uitreo cum foliis: & dimitte in sole per dies. xl. Deinde cola & administra. Oleum autem de lilio, quādo fit ex lilijs ireos, est magis resolutiuum, calefactiuum, penetratiuum. Factum autem ex liliis notis, ē magis sedati, & leniti. & matura.

Oleum de lilio generaliter est in usu ubiq;. Est q; fortioris uirtutis & operationis quàm oleum chamæmillinum & anethinum, quia calidioris complexionis & siccioris quā illa ascendens ad secundum gradum. Ipsum enim confert doloribus pectoris stomachi & intestinorum qui fiūt à mala complexione frigida, unde confert doloribus matricis & uesicę, & principaliter confert dolori colico, si locus ex eo inungatur, uel in clysteria admisceatur, & sic oleum chamæmil. & anethi. prædictis dispositionibus frigidis nō multum excessiuis cōuenit in principio earum. sic & hoc oleū confectum ex lilio albo conuenit in eorum processu.

Additio.

Istud oleum est in usu sub nomine olei liliorum cū speciebus aut sub nomine olei liliorum compositi ad differentiam alterius descripti. secundum quam fit oleum de liliis, simplex descrip. inuenitur in antido. Ioan. Serap.

MANARDVS in Oleum de lilio.

Κρὶνινον alii σύσινον σύνθετον hoc est compositum, sic conficit Paulus: Olei sext. iii. calami aromatici li. v. myrrhæ, vnc.v. cardamomi lib. iii. πετάλων lilii exungulatorū & diē unum expansorum li.x. cinnamomi vnc.iii. croci vnc.v. Primo infunde in uino myrrham & calamum per dies quinq;, mouendo ter in die, post coque cum oleo donec uinum fere cōsumptum sit. Secundo cardamomum aqua infunditur, & ter in die mouetur, & similiter coquitur per horam unam cum oleo. Postea auferentes cardamomum oleo puro imponimus tertiam partem liliorum, & post tres dies, priore ablata, addatur alia tertia liliorum pars, & interim post tres dies hac amota, additur ultima tertia pars cū croco resoluto, & post tres dies oleo puro addimus cinnamomum contusum, & reponitur. Idem Paulus in compositione simplicis sucini accipit vnc.ii. foliorum & sextariū olei, ut in rhodino, & exacte obturat ut non respiret, perq; tres dies exponit soli: abiectis de hinc foliis alias vnc. duas apponit, & iterum exponit soli per alios tres dies.

Oleum irinum ex floribus ireos similiter factum, calidius, tenuius, ob id altius penetrat, & valentius resoluit, liliorum uero magis sedat, lenit, maturat. Irinum oleum tergetenuat, coquit, resoluit potenter, ob id à frigido dolores aurium, hepatis, splenis, uteri, articulorum sedat, phlegmonas coquendo suppurat, materias thoracis & pulmonis coquit, strumas dissipat, & alios tumores duros, spasmum emēdat, & narium fœtorem. Sic fit. Radicum ireos lib.i. florū eiusdem, li. ij. aquæ cui incoctæ sunt aliæ ireos radices, quantitatem sufficientem: olei dulcis, uel sesamini q. s. in uase duplici coque, radices & florum folia noua immitte prioribus expressis & abiectis, ut in oleo rosato. SYL.

ANT. OLeum irinum est absterssiuum, resolutiuum, & maturatiuum, & sedatiuum dolorum frigidorū, & subtiliatiuum, & maturatiuum materierum quæ sunt in pectore & pulmone, & confert doloribus hepatis, & splenis, & calefacit ea. Et confert doloribus iuncturarum, & lenit durities earum, & apostemata dura, & scrophu. Et confert dolori & frigiditati matricis iuuamentum manifestum. Et confert spasmo, & distillatur in aurem, & confert dolori ipsius & fœtori nariū & fit hoc modo. Accipe radicum eius quantitatem aliquam, & florum eius duplum, & aquæ decoctionis radi cum eius quantum sufficit: & funde super ea oleum sesaminum, aut de oliuis maturis quantum oportet, & de coque in duplici uase. Deinde permuta radices & folia liliorum, & fac ut diximus de oleo rosato.

Oleum de ireo. i. de lilio celesti non est in usu, tamen est set maioris potentiæ in omnibus dispositionibus quàm de lilio albo.

Additio.

Istud oleum est in usu sub nomine olei de ireo aut irini aut liliorum purpureorum, nam oleum irinum est oleum factum cum radice ireos, & est radix lilii quod purpureum florem gerit.

MANARDVS in Oleum irinum.

In hunc modum communiter parant. Aliud uide apud Dioscoridem quod certe magnarum esset uirium si bene pararetur.

Oleum sambucinum lenit, cutim expurgat, neruos roborat, eorumq; doloribus confert. Fit ut rosatum. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Ex floribus sambuci factum, dolores sedat: ex medio aūt cortice ambusta sanat: fit etiam ex floribus iasminum, quod sambacinum Arabes uocant, chamæmelino aut sequenti uiribus proximum.

ANT. OLeum sambucinum lenit & mundificat cutim, & confert doloribus neruorum, & confortat eos. Et fit sicut oleum * rosatum.

* chamæmilinum.

Oleum sambucinum non est in usu.

MANARDVS in Oleum sambucinum.

Vidi ex floribus concinnatum, utile in doloribus sedandis: alii ex medio cortice cōficiunt, quo ad ambusta utūtur.

Oleum leucoij lutei tenuat, digerit, ob id dolores thoracis, renum, neruorum, iuncturarum, sedat, fit ut chamæmelinum. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

Paulus horum florum exunguatorum uncias tres olei sextario immittit, in uase exacte obturato decem dies insolat, ter mutat: ubi reponendum est, alias bene siccas adiungit.

Oleum

ANT. OLeum de cheiri,quod ex cheiri citrina fit est melius & subtilius.deinde quod ex alba.Est autem oleum de cheiri resolutiuum, sedatiuum dolorum,qui sunt in neruis et iuncturis,pectore,renibus,et uesica,et fit sicut oleum de chamæ.

Oleum de cheiri non est in usu. Additio.

Istud oleum de cheiri est multum in usu & etiam in multis confectionibus ingreditur, & ideo debet præparari & debet fieri ex flore cheiri citrino.

Manardvs in oleum de cheiri.

Paulus accipit unc.iii.exungulatarum pro sextario uno olei,obturat exactè,exponit soli per decem dies,& ter mutat:& ubi reponendum est,addit alias bene siccas,ut in uiolato dictum est.

SYL. *Oleum papaueris intemperiem calidam sanat & inde ortum dolorem:somnum quoq; conciliat. Fit ut uiolatũ ex floribus,sed etiam capitibus et foliis papaueris albi mitius & tutius,nigri stupefaciendo efficacius.*

ANT. OLeum de papauere sedat dolores calidos, & facit somnum,fit sicut oleũ uiolatum,& proprie ex floribus eius,& capitibus papaueris,& foliis ipsius.

Oleum de papauere secundum hanc descriptionem magis est in usu & præparatur quam secundum descriptionẽ superius dictam,& habet omnes uirtutes recitatas in supẽriori descriptione,& est magis stupefactiuum.

Manardvs in oleum de papauere.

SYL. Si ex nigro fiat,erit longè in stupefaciendo efficacius. *Oleum de foliis lactucæ idem pollet quod oleum papauerinum.*

ANT. OLeum de lactuca,confert sicut oleum de papauere.Et fit sicut illud.

Oleum de lactuca non est in usu.

Manardvs in oleum de lactuca.

Est longè debilius oleo papauerino,utile tamen.

SYL. *Oleum meliloti,uiribus est chamæmelini,& eodem modo componitur.*

ANT. OLeum de meliloto confert sicut oleum de chamę milla.Et fit sicut illud.

Oleum de meliloto non est in usu,uirtutes tamen consimiles habet cum oleo chamæmillino & anethino.

Manardvs in oleum de meliloto.

Si ueram meliloton haberemus, præstantissimum ex ea oleum conficeretur.

SYL. *Oleum nympheatum uires habet uiolati, & eodem fit modo.*

SYLVII ANNOTATIO.

Refrigerat tamen magis, quàm uiolatum, minus quàm papauerinum:hypnoticis,& intemperaturam partium, ut renum,calidam sanantibus utiliter miscetur, & ueneris tẽtiginem prohibet genitali inunctum.

Oleum nympheatum Rasis in Antidotario describit,refrigerando mitigans cephalalgiam febrilem à uaporibus H
sursum elatis,& delirium inde,uel ex phrenitide natum:ardori urinæ,ulceri renum & uesicæ commodum illitum,uel clystere iniectum.Fit autem ex floribus albis,non flauis,in oleo omphacino dies.xl.infolatis.

ANT. OLeum de nenufare, confert sicut oleum uiolatũ. Et fit sicut illud.

Oleum de nenufare maxime præparatur,& est in usu, & in uirtutibus conuenit quasi cum oleo de papauere nunc dicto,tamen non est tantæ stupefactionis,nec somni prouocatiuum,sed alteratiuum malæ complexionis calidæ, excessiuæ,unde conueniunt superfluæ caliditati renum & quasi consimilem operationem habet qualem oleum uiolatum, sed est maioris infrigidationis,& sæpe cum quærimus somnum prouocare, permiscemus adinuicem hoc oleum cum oleo de papauere &c.

Additio.

Istud oleũ nenufarinũ describit Rasis in proprio antidotario quod quidem ualet ad cephal. capitis ex uaporibus cerebrum ascendentibus,uigiliis,phrenesi, mixtum cũ cera alba,& oleo rosato:ualet apostematibus stomachi, & hepatis calidis & uehementi siti potatum cum psyllio ablũto:uulneribus uesicæ & renum clysterizatum,& ualet arsuræ urinæ.

Manardvs in Oleum de nenufare.

Est potentius oleo uiolaceo,præcipue in ueneris tentigine prohibenda,inunctis ex eo genitalibus.Nymphea latine dicitur.

Oleum cucurbitæ nympheato uiribus par, & eodem paratur modo, sed hoc ex floribus cucurbitæ, & succo rasæ carnis eius, & oleo. SY

SYLVII ANNOTATIO.

Cucurbitino autem oleo prius ex seminibus expresso fiat,tunc multo est frigidius,ac humidius.

F Oleum de cucurbita, confert sicut oleum de nenufare.Et fit sicut illud,præter quòd fit ex succo rasuræ cucurbitæ,& floribus eius, & oleo. AN

Oleum de cucurbita non est in usu.

Manardvs in Oleum de cucurbita.

Videtur satis simile præcedenti,tamẽ hoc est humidius.

Oleum melinum,refrigerat,adstringit,ob id uentrem to ST
tum inferiorem,& neruos laxiores cogendo roborat, sudores immodicos sistit:fit ex carnis cydoniorum præmaturorum,cum cortice(& seminibus)tritorũ, & succi eorũ portione æquali in olei omphacini modo sufficienti diebus.xv. uase uitreo insolata, deinde horis.iiij. coquatur in uase duplici,caro & succus mutetur, & rursum insoletur, & coquatur,ut diximus,bis aut ter,postremo colatum reconde.

SYLVII ANNOTATIO.

Oleum id facultatem uentriculi & intestinorum retentricem adstringendo roborat, & qualitate aromatica coctionem iuuat: ob id'lienteriæ,diarrhœæ, dysenteriæ multũ salubre est,præsertim,bilioſę, sed bilis parte iam uacuata:clysteribus iniectum per se,uel cum mastichino, myrteo rosato.Spinæ etiam illitum & thoraci, sudorem immodicum uires deiicientem sistit.

Paulus, cydoniorum lanugine bene tersa cum corticibus incisorũ uncias tres in olei omphacini sextario insolat dies quadraginta. Si succũ cydoniorum oleo incoquis sic crepitat & agitatur, mirabile uisu, ut oleum omne tandem uase excutiat.Ob id uase duplici coquendum est simul, ne uires cydoniorum empyreuma uitiet. Succus autem ex his largior extrahitur,si ferramento segmentis quibusdam exasperato(rapam uocant)deradantur potius quam secentur minutim,aut terantur.

Oleum de citoniis stomachum & membra nutriẽ AN
tia confortat,& neruos quibus accidit laxitas,& prohibet multitudinem sudoris.et fit hoc modo. Accipe carnium citoniorum tritorũ cum cortice suo, quibus mediata accidit maturatio, & succi eorum ana partes æquales. olei ex oliuis incompletis quantum sufficit,& ponẽ uase uitreo per dies quindecim ad solem, deinde coque in uase duplici per horas quatuor post illud fiat permutatio citoniorum,& succi eorũ & fiat sicut diximus bis,uel ter.deinde cola, & reconde.

Oleum de citoniis est famosum,& ubiq; præparatum reperitur,habet enim uirtutem principaliter ad stomachum confortandũ,& membra nutritionis relaxata,& debilitata in uirtute contentiua,habet enim sui aromaticitate uirtutẽ digestiuã confortare,& sui stipticitate cõfert diarrhœæ & lienteriæ,& maxime si cum eo admisceatur oleum mastichinum,aut myrtinum,aut rosatum,cum humor prędominans subtilis sit choleric°, & acutus,cuius humoris aliqualis moratio præcedere debet ante administrationẽ prædictorũ stipticor®,& confert etiã sudori diaphoretico uirtutẽ debilitãti,si fiat ex eo inũctio circa partes spõdiliũ & pectoris.

Additio.

Additio.

Oleum citoniorum etiam describitur à Rasi in proprio antidotario, quod ualet secundum eum hæmophthoicæ passioni,& cephalææ,& catarrho calido, & calido apostemati hepatis, & fluxui chronico qui fit ex calore, clysterizatum ualet uulneribus intestinorum manifeste.

Manardvs in Oleum de cytoniis.

Magni usus est hoc in uentris fluxibus. Vide aliam pulchriorem præparationem apud Dioscoridem. Paulus melinon appellat,& in hunc modum componit:Cydoniorum bene detersorum & cum suis corticibus incisorum accipit unc.3.olei omphacini sextarium unum,exponit soli diebus quadraginta.

SYL. *Oleum myrtinum,cerebrum,neruos, cor, ventriculum roborat,coquendum ut melinum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum adstringit quantum cydoniorum,sed siccat potentius. Alterum prius in secundo genere per expressionem baccarum myrti recentium docuimus. Oleum ex oleo B
& myrtis,aut myrti succo compositum, adstringit solum à myrtis,digerit ab oleo,Gal.li.i.c.ph.p.& lib.2.c. ph.g.

ANT. OLeum myrtinum,stomachum & cor confortat & neruos,& fit sicut oleum de citonijs.

Oleum myrtinum conuenit in operationibus cum oleo de citoniis,sed maioris desiccationis est, & est multũ in usu,& præparatum reperitur.

Additio.

Rasis in proprio antidora. describit istud oleum myrtinum,& multos modos ipsum faciendi,quo si corpus ungatur prohibet sudorem,& confortat membra debilia,& fluxibilitatem iuncturarum, curat fissuras ani. ualet uulneribus omnibus ex quibus manant humiditates,& positum super uulnera inducit carnem. Prohibẽs sudorem.

Manardvs in Oleum myrtinum.

Et hoc utimur in uentris fluxibus: uehementer enim exiccat.

SYL. *Oleum ex pomis mandragoræ inflammationem omnem extinguit,somnum conciliat.Fit ex succi horum pomorum maturorum,& olei sesamini partibus æqualibus in uase duplici coctis ad succi consumptionem.Succi tantundem sufficit,coque ut prius,idem tertio fac,& reconde.* C

SYLVII ANNOTATIO.

Gallis iterdũ sic paratur: aliter Nicolao ĩ Antidotario.

ANT. OLeum de pomis rabiolæ iabrolę,& sunt poma mãdragoræ.Et confert in flammationibus omnibus, & facit somnum. & fit hoc modo. Accipe expressionis eorum completorum, & olei sesami. ana partes æquales.Decoque in uase duplici usq; ad succi cõsumptionem.Deinde iterum cum tantundem expressionis decoque,sicut prius. & sic tertio, deinde reconde, & utere.

Oleum de pomis non est in usu.

Additio.

Istud oleum apud gallos interdum in usu habetur. Nicolaus in suo antidota.habet hoc oleum, quod fit alio modo D
quàm fit istud.

Manardvs in Oleum de pomis rabiolæ.

Hoc non paramus,quia pomis illis caremus, ualde tamẽ potens esset in doloribus per stuporem sedandis.

SYL. *Oleum enulatum calfacit,tenuat,digerit: ob id affectibus neruorum,uteri, uesicæ frigidis prodest, ac febrium rigori, & colo à flatibus dolenti. Radices enulæ tusas, succi aliarum enulæ radicum, olei sesamini portionem æqualem in uini odori parte dimidia,coque ut diximus in oleo myrtino.Compositius & ualentius fiet,si foliorum lauri, cardamomi,spicæ nardi,calami aromatici,masticis, ana sextam partis unius addideris.*

ANT. OLEVM de enula est calefactiuum, subtiliatiuum & resolutiuum. Et confert rigori febrium, & ad ægritudines neruorum frigidas matricis, uesicæ, et resoluit morbos uentositatum, et colicam uentositatem. Et fit hoc modo. Accipe radices enulæ contusæ, et succi eius radicis,et olei sesami. ana partes æquales, odoriferi uini partem.s. Fac sicut diximus in oleo myrtino. Alius modus operationis eius ẽ. Adde permixtioni prædictæ foliorum lauri,cordumeni,spicæ indæ,calami aromatici,masticis ana sextam partis unius.Et decoque sicut diximus.

Oleum de enula non est in usu,magistraliter tamen esset conueniens ad remouendam malam complexionem frigidam à quibuscunque membris,& ad confortandum musculos & neruos relaxatos.

Manardvs in Oleum de enula.

Si secundo modo conficiatur, erit in his quæ Mesue dicit ualde efficax.

Oleum ex cinnamomo & sabina, & pulegio,idem pol- SYL.
let quod enulatum,& eodem fit modo.

SYLVII ANNOTATIO.

Tria in Mesue de his capita in unum iunximus: oleum cinnamomi Dioscor.eleganter paratur: fieri etiam ex nostro pseudocinnamomo potest.Quod uero è sabina fit, dolores à morbo Hispanico mire sedat, cutisq; fœditatẽ corrigit. Sed quod è pulegio, ciendi menses uim magnam obtinet.

Oleum de cinnamomo, confert sicut oleum de ANT.
enula, et modus operationis eius est sicut illius.

Oleum de cinnamomo non est in usu, in uirtute tamenconuenit cum oleo de enula.

Manardvs in Oleum de cinnamomo.

Vide eius elegantem præparationem apud Dioscoridem quam tamen facere non possumus,quum uero cinnamomo careamus.Sed si etiam cum uulgari paretur erit satis utile.

Oleum de sabina confert sicut oleum de enula, ANT.
et eius operatio est sicut illius.

Oleum de sabina non est in usu.

Manardvs in Oleum de sauina.

Efficaciam habet in Gallicis doloribus, sed & in cutis defœdationibus,etiam si ex solo paretur.

Oleum de pulegio confert sicut illa, et fit simi- ANT.
liter.

Oleum de pulegio non est in usu.

Manardvs in Oleum de pulegio.

In ciendis mensibus magnam uim habet.

Oleum rutaceum calfacit,tenuat,digerit, ob id lateri, SYL.
renum, uesicæ, uteri dolores à frigida causa sedat, fit ut myrtinum.

SYLVII ANNOTATIO.

Ex foliorum & succi rutæ ana portione æquali,olei omphacini.q.s. infola dies quindecim obturato uase:post coque in uase duplici,horis.iiii.exprime:hoc bis aut ter itera. Rutaceum & illitum & clystere iniectum,colicum dolorem quẽ chamæmelinum & anethinum mitiora non sedarunt, placat,uacuata prius parte materiæ:neruosas partes à frigido læsas ualde roborat, paralysi confert, spinæ inunctum obstructiones aperit,inflationem potentius dissipat,si ex ruta ficca ter uel quater mutata perficiatur.Nam in uirente succi excrementosi multum inest.

Oleum de ruta renes et uesicam et matricem ca ANT.
lefacit, et confert doloribus eorum, et dolori laterum. Et modus operationis eius est sicut olei myrtini.

Oleum de ruta est multum in usu, & sic ubique præparatur, ipsum est fortis calefactionis & subtiliationis humorum crassorum,unde communiter est in usu in dolore colico inunctum ab extra,& in clysteri administratum,sed non est ita conueniens in principio sicut oleum anethinum & chamæmillinum cum à leuioribus inchoandum sit. Et confert ad calefaciendum membra neruosa infrigidata, & ad aperiendum oppilationem in eis.unde maxime conuenit mollifi-

mollificationi & paralysi & consimilibus dispositionibus si ex eis fiat inunctio in membris mollificatis spodilibus, colli, & nuchæ, & sæpe ex solo tali oleo fiunt clysteria in doloribus colicis, post principium & liberantur.

MANARDVS in Oleum de ruta.

Potenter inflationem discutit, efficacius tamen erit si ex ruta ficca ter uel quater permutata conficiatur.

SYL. *Oleum nardinum benedictum calfacit, tenuat, digerit, modice adstringit, proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vesicæ, uteri magnopere iuuat, naribus iniectum caput purgat, corporis colorem & odorem commendat. Spicæ nardi vnc. iii. nini & aquæ ana vnc. ij. & dimidia, olei sesamini li. dimidia, coquantur in uase duplici lento igne horis circiter. iiij. frequenter mouendo. Vel spicæ nardi vnc. iij. sampsuchi vnc. ij. xylaloes, enulæ, folij Indi, calami aromatici, foliorum lauri, cyperi, schœnu anthus, cardamomi, ana vn. i. & dimidia, antequam terantur, vino & aqua sufficienti, & olei sesami li. vi. mergantur, coque uase duplici igni lento horis. vi. singulis horis mouendo. Vel spicæ nardi vnc. iiij. styracis, caryophyllorum ana vnc. iij. nucis moschatæ, vnc. v. olei balsami, vnc. vi. olei sesamini, li. iiij. coque ut prius horis. v.*

SYLVII ANNOTATIO.

Prima compositio est nobis frequens & efficax etiam ad aurium tinnitus & dolentes ipsius flatus, & omnem neruorum intemperiem frigidam. Oleum nardinum calfacit, potissimum ubi largius accepit amomum. Id olim Laodiceæ in Asia duntaxat præstantissimum fiebat: nunc etiam in aliis fit urbibus. Secunda & tertia Mesuæ compositio si simplicia supperetrent uera, est efficacissima, sed unguētum uerius est quam oleum. Oleum autem sesaminum quia desideratur, uice eius oleum dulce substituitur, paruo aut nullo errore. Nam Mesues aliqñ scribit olei sesamini uel dulcis.

ANT. OLeum nardinum est oleum benedictum multorum iuuamentorum, et proprie ad omnes ægritudines frigiditatis, et uentositatis, et proprie neruorum stomachi, et hepatis, et splenis, renum et uesicæ, et matricis, et confert dolori auris uentoso, et dolori capitis, et hemicraneę secundum omnem modum administrationis eius, etiam facto ex eo caputpurgio purgat caput, et colorem efficit bonum, et corporis odorem, et fit ita. Accipe spicæ aromaticæ. vnc. iii. vini et aquæ ana. vnc. ii. et. s. olei sesamini lib. dimidiam. De coquantur in uase duplici lento igne, quasi per horas. iiii. et frequenter moueatur. Secundus modus operationis eius est. Accipe spicæ indæ. vnc. iii. sampsuchi. vnc. ii. *xyloaloes, enulæ, folij indi, calami aromatici, foliorum lauri, cyperi, schœnanthi, cordumeni an. vnc. i. et dimidiam, proiiciantur super ea *priusquam fuerint contrita, uini, et aquæ fontis quantum sufficit. olei sesamini *li. vi. Deinde fiat sicut primum, et coquatur horis. vi. et agitetur omni hora. Tertius modus operationis eius est. Accipe spicæ indæ. vnc. iiii. styracis, caryophyllorum, ana. vnc. iii. nucis muscatæ vnc. v. olei balsami vnc. vi. olei sesamini li. iiii. Fiat sicut illud & coquatur horis. v.

*xylobalsami.

*postquã

*li. iiij.

Oleum nardinum maxime est in usu, & benedictum, & conuenit in omnibus ægritudinibus frigidis & uentosis, & proprie neruorum stomachi, hepatis, splenis, renum, uesicæ, & matricis, & dolori aurium uentoso, & hemicranæ factæ à causa frigida secundum omnem modum administrationis, usus tamen communior eius est in forma linimenti per se solum uel cum aliis permixtum in forma unguenti additis pulueribus odoriferis ad confortādum stomachum debilitatum in uirtute digestiua à mala complexione frigida positiua, uel à debilitate caliditatis innatæ.

Additio.

Istud oleum est in usu maxime secundum primum modum, uerum est quod ipse Mes. docet hic ipsum facere tribus modis, Similiter Serapio in proprio antidotario differenter tamen.

MANARDVS in Oleum nardinum.

Dioscorides dicit maiori ex parte misceri in preparatione eius oleo balanino uel omphacino, ad adstrictionem schinoti: ad bonum odorem, costum, amomum, nardū, myrrham balsamum. ƨ. &. ʒ. modus Mesue nobile construerent, si quæ ingrediuntur haberi possent.

Oleum masticinum, cerebrum, neruos, iuncturas, ventriculum, hepar corroborat, tumores duros lenit, dolores sedat: sic conficitur, Mastiches vnc. iij. olei sesamini sextario coquuntur in uase duplici. Vel mastiches vnc. iij. vini vnc. iiij. alij octo, olei rosati li. i. in uase duplici coquuntur ad uini consumptionem.

SYLVII ANNOTATIO.

Secundum est solum in usu, quia præstantius priore, cui cum Paulo oleum omphacinum misceatur potius, quàm sesaminum, nisi quando studium maius esset duritias molliendi, & dolorem sedandi: quorum neutri omphacinum per se conuenit. Est autem utrunque simplicissimum medicamen tosius, ac uarium magis, & unguentum uerius, quàm oleū, Paulus describit. Facultatem uentriculi coctricem & retētricem roborat illitum in lienteria: ob id salubre. Minus multo calet, siccat, obstructa aperit, quàm nardinū, nec minus adstringendo roborat. Oleum mastichinum ex oleo rosato & uino antiquo ad partium lassitudinem & imbecillitatem fit Mesuę in fine suorum canonum cap. 12. Oleum mastichinum & lentiscinum recens in uase duplici calfactum, anodynum est phlegmones in gingiua, lingua, oris, tunica & cute.

OLeum masticinum, confortat stomachum, neruos, hepar, & iuncturas, & lenit apostemata dura, et sedat dolores. Accipe masticis. vnc. iii. olei sesamini chist. i. coque in uase duplici. Secūdus modus operationis eius est. Accipe olei rosarum vnc. xii. masticis vnc. iii. uini boni vnc. viii. in alio. iiii. decoque sicut primum ad uini consumptionem.

Oleum masticinum est multum in usu, & principaliter conuenit ad inungendum stomachum pro confortatione uirtutis digestiuæ & contentiuæ, habet. n. uirtutem aliqualem stipticam cum aliquali contritione, unde cōfert fluxui uentris maxime lienteriæ, nec est tantæ calefactionis deficationis & apertionis, quantæ est oleum de spica immediate dictum, nam illud est aperitiuū oppilationum omnium.

Additio.

Istud oleum est in usu secundum intentionem Mes. & docet ipsum conficere duobus modis, sed primus apud nos non est in usu sed secundus modus. Serapio in proprio antidotario habet istos duos modos.

MANARDVS in Oleum mastichinum.

Μαστίχινον ἁπλούστατον & ποικιλώτερον cōficit Paulus, simpliciſsimum scilicet & magis uariū. Vltimum accipit olei sext. 5 o. li. helenii. 5. xylobalsami li. 10. schœnoanthus li. 5. cardamomi lib. 7. mastiches li. 5. xylomastiches lib. 8. terebinthinæ li. iii. comæ absinthii li. i. uini odorati sextarios quinque, aquæ sextarios. x. Res siccæ in uino madefiant per dies tres, misceantur oleo & aqua, & coquantur horas. vi. & tunc mastiche & terebinthina additur, & exacte cōmixta & infrigidata depurantur. In simpliciſsimo, pro oleo sesamino Paulus accipit omphacinum, & non nisi vnc. i. mastiches, dicitq; aliquos addere absinthii & styracis an. vnc. i. Chist.) Græcè ξέσιν & est duarum cotylarum.

Oleum ex styrace calfacit, ob id confert dolentibus dfi gore renibus, vesicæ, vtero, neruis musculis, tendonibus, iuncturis. Styracis vnciæ tres, vel si valentius vis, quatuor in olei sesamini li. i. coquantur, ut in mastichino, & colatam reponatur.

Sylui

SYLVII ANNOTATIO.

Oleum styracis huic simile scribitur Auic. 5. can. & Serapioni in Antidotario: ad scabiem est efficax, præsertim addita parte octaua ellebori albi: diuersum Dioscoridi. Diuersum duplex Mesuę ex styrace liquida in curandis affectibus neruorum: aliud etiā Nicolai. Styracini olei meminit Dioſco. in styrace, sed an simplex sit uel mistum non docet.

ANT. OLeum de styrace confert doloribus iuncturarum & neruorum à frigiditate, & matricum, & renum, & uesicæ, & calefacit ea & lacertos. Accipe olei sesamini, unci. xii. styracis unci. iiii. uel quatuor. Fac sicut oleum masticinum. Deinde coletur & administretur.

Oleum de styrace non est in usu. Additio.

Istud oleum non est in usu. Auicen. in quinto cano. similiter Serapio in proprio antidotario habent unam aliam descriptionem quæ est similis huic.

MANARDVS in Oleum de storace.

Valet & scabiei, pcipuè addita octaua parte ellebori albi.

SYL. *Oleum costinum calfacit, obstructa aperit, neruosum genus roborat, neruos, musculos, tendones, ligamenta, uentriculum: præter hæc, hepar & capillos, canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat. Costi amari unc. ij. casiæ, unc. i. sampsuchi summitatum, unciæ octo uino odoro, quantum sufficit, biduo infundantur: deinde cum olei sesamini libris tribus coquantur horis sex, ut nardinum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Si uera costi radice fiat, omnibus neruosi generis affectibus frigidis confert calore uehemēti, ut etiam paralysin ac uehementem rigorem spinæ illitum iuuet. Capillos etiam tenacius affigit, & muccoso humore canitiem accelerante consumpto, canos prohibet.

ANT. OLeum costinum neruos & lacertos calefacit, & aperit oppilationes eorum, & confortat omnia membra neruosa, & confert stomacho & hepati, & confortat capillos, et prohibet canitiem, & facit colorem & odorem corporis bonum & fit ita. Accipe costi amari unc. ii. casiæ unc. i. extremitatum sampsuci unc. viii. uini odoriferi quantum sufficit ad infundendum noctibus duabus, olei sesamini *lib. iii. Decoquatur sicut oleum nardinum horis. vi.

Oleum costinum est multæ calefactionis membrorū neruosorum, unde principaliter confert omnibus ægritudinibus frigidis in eis factis & principaliter in paralysi, si fiat unctio spōdilium & colli & nuchæ. & si ex ipso inungantur capilli facit eos tenaces, & canitiem prohibet, desiccando illam mucculentam humiditatem quæ est causa canitiei.

Additio.

Istud oleum est in usu. Auic. in quinto cano. similiter Serapio in proprio antidotario habent duas descriptiones istius olei. quarum prima est huic similis.

MANARDVS in Oleum costinum.

Vtile est in uehementi rigore, uera tamen costi radice caremus.

SYL. *Oleum cyprinum partes neruosas roborat, capillos à canitie uindicat: sit ex florum cyperi unc. iiij. coctis in olei ueteris unc. x. ut rosatum. Florum penuria folia cum modico uino bis mutata coqui possunt in dicta olei mensura.*

SYLVII ANNOTATIO.

Quod oleum cyprinū duplex Paulo describitur, uerius est unguentum, nt Dioſ. Sufficerit Mesuæ descriptio. Oleū cyprinum & lentiscinum magis calfaciunt, quàm myrteum & modice adstringunt.

ANT. OLeum de alchanna, confortat membra neruosa & capillos prohibet à canitie. Accipe florum alchannæ unc. iiii. olei antiqui unc. x. Fiat sicut oleum rosatum. In defectu autem florum fac cum foliis & iteretur coctio eius cum modico uino,

Oleum de alchanna non est in usu. Additio.

Istud oleum non est multum in usu. Dioſ. habet unā aliā descriptionem, sub nomine olei cyprini quod idem est, nā oleum de alchanna apud Arabes est oleum cyprinum apud Græcos.

MANARDVS in Oleum de alchanna.

Cyprinon dicitur à Paulo, quod enim Arabes alcanna, Græci cyprum uocant. Posidonius sic parat, ait Paulus sextarium unum cyperi, helenii, ireos, an. li. i. sampsuchi, hyssopi, seminis agni, saluiæ pulegii, ana omnium unc. 3. florum cypri libram. Alia omnia præinfusa uino per diem unum, coque. vi. horas cum oleo, quæ ubi amoueris, oleo puro cyprus immittitur, siquidem adsit uiridis, mollibus ramusculis non præcisis, si non, sicca cōrita & cum pauca aqua per sesquihoram coquatur, si uis ut tingat. Vbi ablata ab igne est, adde æruginis puræ lib. i. semis. Posidonius tamen acredinem æruginis fugiens, tribus, ait, post coctionem diebus mitte oleum in uas quod purum sit, tingeturq; illæsa eius ui. Aliud idem Paulus in hunc modum conficit, Foliorum cypri, foliorum lauri, ireos, cyperi, saluiæ, ana unc. iii. dendrolibani, aristolochiæ longæ, agni casti unc. iiii. helenii, aspalati unc. 6. rutæ & cupressi ana ʒ. ii. olei sextarios. x. Vbi hæc prius uino perfuderis cum oleo coquito, & extraheus, adde rursus xylobalsami, xylocasię un. iiii. sampsuchi, cumini, myrti, styracis, mastiches unc. iii. opopanacis. ʒ. ii. florū cypri unc. vi. æruginis unciam unam.

Oleum sampsuchinum calfacit, roborat caput & neruosum genus omne, fit ut oleum myrtinum. SYL. A

SYLVII ANNOTATIO.

Rasi. in Anti. acopum est, seu lassitudini utile, & morbis cerebro neruorum frigidis prodest. Ob id spinæ in balneo inunctum paralysin iuuat, & spasmum cynicum utilgo tortura oris, naribus iniectum, ut auribus immissum, à flatu tinnitum dissipat, mensęs ciet, morsui scorpionis prodest. Potentius fiet ac odoratius, si comis sampsuchi ter quater mutatis, in uase duplici coquat. Paramus in nullos usus alios, quàm ob emplastri melilоti compositionem. Sampsuchinū Dioſco. ab hoc diuersum.

C OLeum de sampsucho confert dolori capitis, & confortat, & calefacit neruos, et confortat stomachum, Et fit sicut oleum de myrto. ANT.

Oleum de sampsucho non est in usu.

Additio.

Istud oleum de sampsuco, idest de maiorana non habetur in usu. Rasis in proprio antidotario habet istud oleum quod ualet secundum eum lassitudini & inunctum in balneo ualet paralysi, torturæ oris. & iniectum naribus ualet omnibus infirmitatibus frigidis, iniectum auribus sedat rugitum & tinnitum, & dissoluit uentositates, prouocat menstrua, ualet morsui scorpionis.

MANARDVS in Oleum de sampsucho.

Si ter quaterq; comæ sampsuchi permutentur, & in uase duplici oleum coquatur, bene odoratum erit, & sternutamenta leniter ciebit.

Oleum ex thymelæa hydropi confert, ac ulceribus maligni, cutis fœditatem terget, foliorum mezereon unc. iiij. aquæ li. i. uigintiquatuor horis macerentur, post coquantur in olei sesamini unc. viij. & lactis dulcis & recētis unc. vi. ad aquæ & lactis consumptionem, colatis reconditur. SYL.

SYLVII ANNOTATIO.

In simp. cap. de mezereo prius est aliter descriptum. Id umbilico admotum, aluum subducit.

OLeum de mezereon confert hydropisi, et ulceribus fraudulentis, et abstergit fœditatem cutis. Et fit hoc modo. Accipe foliorum almezereō unc. iiii. et proiice super ea aquæ li. i. et dimitte die ac nocte, deinde fundatur super ipsum lactis dulcis et recentis unc. vi. olei sesamini unc. viii. coquatur usque ad lactis et aquæ consumptionem. Deinde coletur et reponatur. ANT.

Oleum de mezereon non est in usu.

Additio.

Additio.

Istud oleum de mezereon apud aliquos habetur in usu. Istud idem oleum describit Mesue in proprio cap. de mezereon.

MANARDVS in Oleum de Mezereon.

Quid per mezereon intelligendū, inter simplicia declaratum est. Habet hoc oleum magnam uim, præter ea quæ à Mesue dicuntur in aluo lenienda, si umbilico admoueatur.

SYL. *Oleum de thymo, renum, uesicæ, ilium dolori confert, uinæ difficultatem leuat iniectum in sedem, uel meatum urinarium. Thymi unc. iiii. zingib. unc. i. & s. aqua dulcis sufficiens, succi extremitatum thymi, unc. iiii. olei sesamini unc. xiiii. coquatur in uase uitreato ad aquæ & succi consumptionem. Vel succi thymi, olei sesamini, lactis uaccini recentis ana lib. ij. penidiarum albarum unc. v. zingiberis albi unc. i. & dimidia, coquantur usq; ad succi, & lactis consumptionem. Hoc eadem potest quæ prius, & præterea roborat dictas partes ac iuncturas, earumq; dolorem lenit, colorem bonum reddit, uenerem excitat.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum cur Mes. hic & Serap. in Antidotario sericinū uocet, non uideo. Potest earundem prope uirium fieri eodem modo ex hyssopo, quod quidam hoc loco per alhasech à Mes. intelligi uoluit.

ANT. OLeum de alhasech, & est oleum sericinum confert dolori renum, uesicæ, iliorum, & difficultati urinæ, & proprie iniectum per foramen virgæ, aut facto ex eo clysteri & fit ita. Accipe alhasech, unc. iiii. zingiberis unc. i. & s. funde super ea in uase uitreato succi extremitatū alhasech unc. iiii. olei sesamini unc. xiiii. aquæ dulcis quantum sufficit. Et decoque usque ad aquæ consumptionem. Modus alius quod bibitur & inungitur super loca dolentia & fit ex eo clystere. Confert dolori iuncturarum, & confortat eas. & confert debilitati renum, & uesicæ, & dorsi, & dolori iliorum, & colorem efficit bonum, & auget desiderium coeundi. Cuius dosis est unc. i. cum rob, aut cum uino, aut cum aqua mellis. Accipe olei sesamini, & succi alhasech, & lactis uaccini recentis ana lib. ii. albarum penidiarum unc. v. zingiberis albi. ʒ. xii. Et decoquatur usque ad succi & lactis consumptionem, & administretur.

Oleum de alhasech non est in usu. Additio.

Istud oleum non est in usu secundum autem intentionē Mes. oleum de alhasech est oleum sericinum. Serap. in proprio antidotario habet duas descrip. olei alhasech, quarum prima est similis huic, in fine cuius ait, coquatur donec consumetur aqua, & remaneat oleum sericinum, & sic intentio Mes. similis est intentioni Serap. Aui. in. v. cano. habet tres descrip. Aliqui textus Mes. habent oleum alhasech, alii hasce ut habet Auic. si hæc tria idem sunt est thymus, si autem non, est hyssopus usualis, nam hasce. i. hyssopus usualis, & alhasce. i. thymus. Summa medic. est v. res.

MANARDVS in Oleum de alhasech.

Auicenna uocat oleum de hasce, quod est thymus: triplicique modo componit, non magnopere ab his qui à Mesue scribuntur diuerso.

SYL. *Oleum Sicyonion. i. de cucumere agresti, epilepsiam, hemicraniam, & alios cerebri affectus frigidos naribus immissum leuat, & strumas, & surditatem, panum & cicatrices nigras delet. Oleum sesaminum in succi cucumeris agrestis maturi quantitate æquali coquitur ad succi consumptionē, uel succi radicum ipsius, & aliarum eiusdem radicum tritarum ana libram dimidiam, cum olei sesamini lib. i. coquitur ad succi consumptionem.*

SYLVII ANNOTATIO.

Paulus radicum eius unc. ii. coquitur in uase duplici cū olei sextario. i. Alterum idem compositum efficit unguento proximum. Hoc sæpe utitur Gal. in lib. comp. medicamentorum, præcipue sm genera, sed etiam sm locos, & aliquando in methodo. Eius uero compositionē ab eo promissam nusquam legi, ἀπὸ τοῦ σικύου ἀγρίου, à cucumere agresti est utiq; dictū σικυώνιον. Dioscorides uero σικυώνιον ἀπὸ τῆς σικυωνίας, quę regio est Peloponnesi, in qua laudatissimum fiebat. Alter omnino componitur, & sine radicibus cucumeris agrestis, à qua illud calfacit, tenuat, digerit: hoc uero aut tempe ratum est, aut subfrigidum: quanquam id quadantenus calfacere, & febri ac neruorum uitiis prodesse, fœminisq; faciei nitorem conciliare scribit Dioscorides. Elaterium uero ex fructu per maturitatem flauescente sine expressione extrahitur, siccatur ut scammonium. Post sex menses utendum.

OLeum de cucumere asinino, confert cum uirtute A
dolori iuncturarum. Et fit ex eo caputpurgium ad dolorem capitis, & hemicraneam, & epilepsiā. Et ualet ad fœtorem narium, & distillatur in nares, pro
F pter scrophulas, & confert surditati, & delet pannum, uestigia nigra. Et modus compositionis eius est. Accipe succi cucumerum completorum, olei sesamini ana partes æquales, coque usque ad succi consumptionem. Modus alius est: accipe succi radicum eius, & radicum eius contritarum ana lib. s. olei sesamini lib. i. coquatur sicut diximus & administretur.

Oleum de cucumere asinino non est in usu.

Additio.

Istud oleum interdum habetur in usu. Dios. habet unam aliam descrip. sub nomine olei sicionii. i. olei de radice cucumeris asinini, eius succus apud eundem elaterium dicitur.

MANARDVS in Oleum de cucumere asinino.

Sicyonium uocat Paulus, quod aliud tamen est ab Sicyonio à Dios. inter alba olea descripto. Hoc uero duplici modo constituere docet ipse Paulus. Simpliciter quidem hoc pacto: Radicis syluestris cucumeris unc. ii. olei sextarium unum coque in uase duplici. Compositum hoc pacto, Radicis cucumeris syluestris abrasæ lib. i. olei sextarios. x. serpylli, meliloti ana unc. vi. dadon piceæ pinguium, althææ ana unc. s. scolopendrii unc. 6. fœnugræci sextarios. ii. fœnugrę cū infunditur in aqua per diem. i. postea extrahitur, & cum his quæ dicta sunt, & oleo, duobus uini sextariis additis, infunditur. Et ubi omnia cocta sint, additur medullæ ceruæ cū pauco oleo solutæ unc. iiii. adipis gallinæ unc. 4. & rursus oleum extractum reponitur. Quidam exponunt soli postquam coctum fuerit dies. xl. Sicyonium aliud efficacius, Succi elaterii sextarios. ii. aristoloc. lon. & rotundæ, styracis, helenii, hyssopi, ireos, colocynthidos, pulegii, origani, cyperi, dendrolibani, centaurii, foliorū lauri an. unc. ii. olei sextarios v. miscens coque donec parū succi relinquatur.

Oleum de pomis citreis uel aranciis ad iuncturarum do SYL
lorem. Poma hæc duodecim matura integra in olei sesamini lib. ii. aquæ fontanæ & marinæ ana quantum sufficit, coque in uase uitreato ad aquæ consumptionem. Iterum in aquæ dulcis lib. i. et dimidia, cum penidiarum albarum unc. octo, coque ad aquæ consumptionem. Datur ab unc. i. ad unc. iii. cum potu, cibo, obsoniis.

OLeum de pomis citranguli, confert doloribus iun AN
cturarum, & allelengi. Accipe poma citrangulorum. xii. † & sint proprie antiqua, & pone ea integra, in uase figuli uitreato, & funde super ea olei de oliuis, aut olei sesami. unc. xxvi. aut plus secundum magnitudinem & paruitatem & citrangulorum, & aquæ maris. coquantur ad consumptionem aquæ. Deinde funde super ipsum aquæ dulcis claræ li. i. et. s. et proiice super ea penidiarū albarū un. viii. decoque usq; ad aquæ cōsumptionē, et administretur in potibus, et cibis, et pulmentis de farina. dosis eius est ab unc. i. usq; ad iii.

Oleum de pomis citranguli non præparatur.

Additio.

Additio.

Istud oleum non est in usu. superius positum fuit oleum de granis citri & citranguli, & hoc est de pomis citrāgulis & de hoc pomo testatur Symon Ianuen. q nunquam inueni aliquem de eo mentionem feciſſe, sed secundum modernorum opinionem est pomum dictum aranticum.

MANARDVS in Oleum de pomis citranguli.

Citria uocant. Est autem fructus mali medicæ uel Assyriæ. Et sint proprie antiqua.) Credo illum intelligere dudū ab arbore amota, uel bene matura. Nam semper in arbore inuenies flores, fructus & paruos & maiores, atq; iter hos quosdam uirides, quosdam semiaureos, quosdam penitus aureos qui antiquiores dicuntur.

Oleum croci neruos & uterum roborat, amborumq; dolorem sedat, durities dissipat, coloris gratiam efficit. Croci unc. i. myrrhæ puræ un. dimidiam, diebus quinq; aceto macerentur die sexto toto cardamomi. ʒ. viiij. simul macera, septimo cum oleo li. i. & dimi. coquantur igni lento ad aceti consumptionem, loco aceti sunt qui uinum supponant. B

SYLVII ANNOTATIO.

Dios. aliter præparat ad somnum conciliandum, etiam phreneticis, si odoretur, aut naribus infricetur, & ad clausionem uteri, suppurat, ulcera purgat, etiam maligna. Paulo est aliud, ut pretiosius, ita præstantius.

ANT. OLeum de croco confert doloribus neruorum & confortat eos, et lenit duritiem eorum, et cō fert spasmo, † et dolori matricis, et colorem efficit bonum. Quod sic fit. Accipe croci unc. i. myrrhæ puræ. ʒ. iiii. cordumeni. ʒ. ix. calami aromatici. ʒ. viii. Infundantur medicinæ in aceto diebus. v. præter cordumeni. Die. vi. proiiciatur super ea cordumeni. Et di mittatur die. i. Deinde fundatur super ea olei lib. i. et. s, et coquatur lento igne usq; ad aceti consumptionem et sunt qui loco aceti uinum ponunt.

Oleum de croco licet non sit in usu, tamen conueniret C
omnibus dispositionibus frigidis. Additio.

Istud oleum interdum habetur in usu. Aui. in. v. cano. habet unam aliam descrip. quæ non est similis huic. Summa medici. est. vi. res.

MANARDVS in Oleum de croco.

Dioscorides accipit oleum præadstrictum cum calamo, myrrha & cardamomo, deinde apponit crocum. Et uide ab eo qui alia arte utitur quām hic. Somnum facit secundum Dioscoridem etiam in phreneticis, si odoretur, aut in fricē naribus, suppurat, purgat ulcera. DOLORI matricis.) Dioscorides clausioni, malignis ulceribus cum cera, croco medulla, & duplo oleo. A Paulo aliud describitur longe hoc ficuti præstantius, ita & preciosius.

SYL. *Oleum ex piperibus iuuat morbos neruorū frigidos, ut paralysin, spasmum, spasmum cynicū, tremorem: epilepsiā ad hæc ischiadem, et cæteras arthridis differentias, & uteri, coli, renum: uesicæ affectus frigidos, quia calfacit, tenuat terget, ob id obstructiones aperit, calculum frangit. Trium piperum ana unc. iiij cepularum, beller. embl. Ind. ana. ʒ. v. radicum apij, fœniculi, ana. ʒ. iij. & semiss. sagapeni, opopanacis, hyoscyami albi ana drach. ij. & semiss. turbith boni albi. ʒ. xij. zingib. ʒ. iij. surculorum hyssopi recentium, folium rutæ uirentium, ana manip. i. parum trita coquantur tertiam partem in aquæ libr. vigintiquatuor, coletur cum olei cicini heminis duabus, percoquatur ad aquæ consumptionem. Addunt alij ireos. ʒ. vi. thapsiæ. ʒ. ij. anisi, cardamomi, ana. ʒ. i. & dimid. calami aromatici. ʒ. ij. & dimid. spicæ nardi. ʒ. i. expressionis hyssopi uel thymi sextarios tres. Poni potest loco cicini oleum irinum uel leucoij lutei, uel amygdal. amararum, uel omnium simul quatuor ana hemina dimid.* D

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc describitur Aui. nomine olei alchechengi, hyoscyamus præsertim tam paucus, hic otiosus uidetur, ut mendi suspitio sit uchemēs. Validum fuerit hoc ol. etiam potu Mediolani usurpatur.

OLeum de piperibus expertum ad ægritudines ANT.
neruorum frigidas, sicut est paralysis, spasmus, tortura, tremor, et mollificatio, et confert ad epilepsiam, et ueram ischiaticam, et dolori iuncturarū, et dorsi, et colicam, et aperit oppilationes, et confert matrici iuuamentum manifestum, et calefacit eam, et confert humiditati eius, et confert dolori ani à frigiditate, et dolori renum, et uesicæ, et frangit lapidem. Et modus compositionis eius est. Accipe trium piperum ana. * unc. iii. chebulorum, bellericorum, emblicorum * drac. iii. et indorum ana. ʒ. v. radicum apii, fœniculi ana. ʒ. iii. et s. sagapeni, opopana. hyoscyami albi ana. ʒ. ij. et. s. turbith albi boni. * ʒ. xii. zing ʒ. iii. caulis recētis, † hasech * drac. ii. humidi, foliorum rutę humidæ quantum de singulis manu capi potest. Decoquantur omnia prima contritione earum cum aqua lib. xxiiii. usque ad tertiam partem. Deinde coletur, et proiiciatur super ea olei de cherua heminæ. ii. et coquatur usq; ad consumptionē aquæ. Et sunt ex hominibus qui addunt in eo ireos. ʒ. vi. * tapsiæ unc. ii. anisi cordumeni ana. ʒ. i. et. s. calami * casię. aromatici. ʒ. ii. et. s. et spicæ indę. ʒ. i. expressionis alchasech, † sextaria. iii. † Administretur ubi oportet. Et sunt qui loco olei de cherua ponunt oleum de cheyri, aut oleum de amygdalis amaris, aut ex omnibus partes conuenientes.

Oleum de piperibus non est in usu, esset tamen conueniens omnibus dispositionibus frigidis, sicut est paralysis, tremor, spasmus, & mollificatio. conferret etiam ad epilepsiam, ad ischiaticam, & ad dolorem iuncturarum & dorsi, & matricis, & maxime conueniret in uera colica facta ab humore phlegmatico uentosato, & pluribus aliis dispositionibus positis in litera conueniret. Additio.

Istud oleū apud aliquos habetur in usu, & dicitur oleum de piperibus propter tria genera piperis, quæ in eo ingrediuntur. Summa medi. est. xix. res. sine additionibus.

MANARDVS in Oleum de piperibus.

Iusquiami albi.) Suspicor hic esse mendam. Quid enim operatur hoc loco hyoscyamus, præsertim in tam exigua portione? HASACH humidi.) Id est, thymi, ut credo. SEXTARIA.) Græce ξέστα. ADMINISTRETVR ubi oportet.) Credo authoris intentionem fuisse, ut etiam biberetur, sicut & nonnulla de quibus sermo habitus est. Auicenna describit hoc sub nomine olei alchechengi.

Oleum ex euphorbio iuuat maxime frigidos cerebri & SYL.
neruorum affectus, cephalagiam, hemicraniam, lethargū, naribus immissum, articulorum quoq; & hepatis, & splenis dolores illitum iuuat. Euphorbij unc. dimid. in olei leucoij lutei, & uini odori ana unc. v. coquitur ad uini consumptionem. Vel staphidos agriæ, struthij, ana unc. dimid. pyrethri. ʒ. vi. succi calaminthes montanæ unc. i. & dimid. costi. ʒ. x. castorei. ʒ. v. trita, triduoq; macerata, in uini odori lib. iij. & dimid. coquantur ad dimid. deinde frica multum diuq; manibus, & cola, cum olei leucoij lutei aut sesamini lib. i. & dimid. percoque ad uini reliqui consumptionem, tunc inspergе euphorbij recentis & albi tenuissime triti, ʒ. iiij. & miscendo coque.

SYLVII ANNOTATIO.

Idem potest quod ol. de piperibus, sed calidius & siccantius: fugiendum utrunque in principio dictorum affectuum, nisi uehementer frigidi sint. Secundū efficacius etiā Aui. describit. v. cā. ex oleo & solo cupho. parciore: largiore parat Ga. li. ii. c. ph. p. pro uario seopo. Olei li. i. immittere

euphorbii ualidi,hoc est recentis & albi,semunciam,uel(si uetus est euphorbium,ut bimum,trimum, & iam pallidum aut flauum).ʒ. vi.si sensus in auribus uel parte alia est acer, minus semuncia ut.ʒ.iii: si obtusus,ualidi euphorbii unc.s. uel.ʒ.v.præsertim si affectus est contumax,ut alopecia.Idē pollent piper,cępa,allium,ruta oleo incocta in frigidis aurium & aliarum partium affectibus,ut in hemicrania à causa frigida.Oleū cui libanotis,id est ros maris incocta sit,uel radix betæ albę,uel cucurbitę agrestis,uel cucumeris agrestis,uel bryoniæ,uel althææ, efficaciter euaporat, ubi hæc qualitatem & uires in oleo tenui non adstringente dimiserunt.Ol.ex mētha repellit,exiccat,roborat, digerit li. 2.c. ph.p.Pissæleon seu picinum oleum Dios.componitur.

Ga.in fine li.2.c.ph. p.

Lib.4.san tuen.

Oleorum genus tertium facimus non modo eis plantarum prædictas partes incoquēdo,sed etiam animalia medicamentosa:id quod exempla sequentia docebunt.

ANT. OLeum de euphorbio est medicina solennis ad ægritudines neruorum frigidas,& dolori eorū, & dolori iuncturarum,& dolori hepatis, & splenis,& fit caputpurgium ex eo,ad sodam, hemicraneam & lethargiam,quod fit ita.Accipe euphorbii unc. s. olei de cheyri unc.v.uini odoriferi tātundem. decoque usq; ad uini consumptionē & utere.Alius modus. Accipe staphis.† conditi ana.ʒ.iiii.pyrethri.ʒ.vi. cala.montani succi.ʒ.xii.costi.ʒ.x.castorei.ʒ.v.Tere & decoque in uase uitreo cum uini odoriferi li.iii.&.s. postquā infusa fuerit in eo diebus duobus usq; ad mediū uini. Deinde frica manibus fricatione uehemēti,& cola, & funde super ipsum olei de cheiri,aut olei sesamini li.i.&.s. Et decoque usq; ad consūptionē uini. Deinde proiice super ipsum euphorbii recentis,& albi triti, contritione ultima.ʒ.iiii.& coquatur cum eo & utatur.

Oleum de euphorbio est fortissimæ calefactionis & desiccationis,& est in usu,& est medicina singularis cōueniēs omnibus dispositionibus quibus conuenit oleum de piperibus immediate dictum, ab ipsis tamen præcauendum est in principio harū dispositionum nisi in excessiue frigidis.

Additio.

Istud oleum est in usu.Mes.docet istud oleū facere duobus modis,& sunt ex hominibus qui faciunt ipsum secundum primum modum,& sunt qui faciunt ipsum secundum alium modum uerum aliqui doctores magis laudant secundum quam primum.Aui.in.v.can.habet unā aliam descrip. quæ uidetur esse eadem cum secunda descriptione.Summa rerum primi sunt.iii..res.Et secundi sunt res.ix.

MANARDVS in oleum de euphorbio.

Galenus ex solo euphorbio & oleo parat, euphorbium uel augens uel minuens, iuxta maiorem minoremve indigentiam.Vide libro secundo de compositione medicamentorum:secundum loca.CONDISI.) Condes uel radicula,nūc paucis nota,quæ & struthion.Auicenna accipit costum, castoreum,calamentum,pyrethrum.

SYL. *Oleū vulpinū ad podagras,reliquasq; arthritidis spēs, ac dorsi,renūq; dolorē est efficacissimū.Vulpes integra tantū exenterata,in aquæ fontanæ & marinæ ana sextario.i. olei antiqui clari sextarijs.ij.& dimi.cū salis vnc. iij. coquitur ad aquarū consumptionē,& vulpis artuum dissolutionē.Postea aquā dulcē(cui hyssopi,et anethi herbarū an.m. i.incoctus sit)affunde uasi,et cum dictarum herbarum an. li.i.recoque ad huius aquæ consumptionem. Vel vulpes in aqua fontana et salsa cum herbis dictis sine oleo percoquatur,ad carnium vulpis et artuum dissolutionem. Aqua hæc ad fotum vel balneum partium affectarum est efficax.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum ad neruosi generis & iūcturarum affectus omnes frigidos ob calorem mediocrem est tutissimum etiam initio & efficacissimum.Paul.uiuā uulpem oleo incoquit; & hodie nonnulli uiuam ubi exenterarunt, semispirantem adhuc oleo incoquunt. Vulpes autem bene habita,qualis E per uindemias uuis nutrita,& impinguata,ętatis medię esto. Quid.n.uiriū à uulpecula recēs nata & strigosa expectare possis?Grandior enim quia calore est acriori,humores habet calidiores,& ob id excrementa omnia acria, & partiū omnium naturam ualenter digerentem,ut nec urinam,nec uentrem inferiorem contempserim. Additur coquēdo interdum saluia,rosmarinus,iuniperus,anethum,origanū,maiorana,& tunc uulpium est unguentum.

ANT. OLeum uulpinum,& est medicamen nobile, ultimum ad artheticam,& podagram, et dolorē renum et dorsi. Et modus operationis eius est. Accipe uulpem integram cuius interiora sint euulsa, & pone in uase et infunde super ipsam aquæ fontiū et aquæ marinæ ana* *kist*.i.† olei antiqui clari *kist*.ii.et.s. decoque lento igne cum salis unc.iii.usq; ad aquæ consumptionem. Deinde pone in uase,et proiice super ipsam herbæ anethi et halasech ana lib. i. et funde super ea aquæ dulcis ubi coctæ fuerint ex eisdem herbis an. F M.i.decoque sicut prius usq; ad aquæ consumptionē et administretur.† Est.n.mirabile, et quandoq; præter oleum coquitur uulpes in aqua fontium et aqua salsa, et fit aqua quantitas multa cum eisdem herbis et administretur lauando intima.et est efficax. Hoc quoq; nō prætermittimus quod uulpes tandiu debet coquere siue in faciendo oleum,siue aquam ab abluendū,donec discocta sit,ut eius artus omnes laxentur,et dissoluantur.

*Kist.ii.

Oleum vulpinum est nobile,& ubiq; præparatur, & est conueniens ad omnes ægritudines frigidas neruorū & iuncturarum,sed non est tantæ calefactionis, quantæ est oleū de euphorbio,uel de piperibus,uel laurinnm,& est mirabile in extendendo decurtatos,nec eius usus prohibetur statim post principium ægritudinum frigidarum. Additio. Istud oleum est multum in usu.Io.Anglicus in ca. de dolore iuncturarū inquit,oleū vulpinum est medicamen ultimum ad artericā & podagram & dolorem renum, & dorsi.

Mirabile ad extēdū decurtatos.

G MANARDVS in Oleum vulpinum.

Viuā sumit Paulus,& coquit in oleo. OLEI antiqui kist. iii.) Videntur duæ cotylæ,ut supra. EST enim mirabile balneū.) Laudāt Græci in oleo simp.decoctionis vulpis uiuę.

SYL. *Oleum ex viperis cutim expurgat, impetigines sanat, fit ex viperarum nigrarum integrarum lib. ij. ad carnium dissolutionem coctis igni lento in olei sesamini sextario.i.& dimid.in uase terreo uitrato angusti oris exacte obturato, ne illius noxio vapore offendaris, vbi refrixerit, vitreo uase reponatur, penna partibus affectis illinatur.*

SYLVII ANNOTATIO.

Si abscissis capite & cauda uiperæ (quales theriaca postulat) oleo incoquantur:etiam elephantiasi fuerit salubre.

ANT. OLeum de serpentibus mundificat cutim,et sanat impetigines,quod ita fit. Rec.ex serpētibus nigris circiter lib.ii.et sint serpentes nigri integri,funde super eos olei sesamini *kist*.i.et.s.et pone in H uase terreo uitreato stricti orificii, et sigilla orificium uasis,et decoque lento igne usquedum dissoluātur serpentes. Et caueat sibi operator à uapore eius,et cū coctum fuerit,dimittatur infrigidari,et recōdatur in uase uitreo,et administretur liniendo cum penna.

Oleum de serpentibus non præparatur.

Additio.

Istud oleum de serpentibus etiam describitur à Sera. in proprio antido.& dicit illud conferre ad impetiginem, & debilitatem stomachi & asaphati.

MANARDVS in Oleum de serpentibus.

Viperas intellige,& elige ut in Theriaca,& abscinde caput & caudam,& ualebit elephantiasi.

Oleum ex scorpionibus,lapidem renum & uesicæ frangit & expellit,lūbis,pubi,perinæo illitum,aut per meatum vrinarium iniectum, fit ex scorpionibus viginti, vel paulo pluribus,

pluribus,aut paucioribus in olei amyg.amararum li.ij. insolatis mense vno in uase vitreo probe obstructo. Vel aristolochiæ rotundæ,gentianæ,cyperi, corticum rad. capparis, ana vnc.i.in olei amyg.amararum sextario.i. diebus viginti insolentur in vase vitreo operculato, deinde scorpiones d.x.ad.xv.oleo inijce,obtura,insola iterū mense vno. Egressus è balneo aut insessu calculosus illo unguatur in tribus dictis partibus, & in meatum vrinarium inijciatur portio eius exigua horis singulis,est mirabile. Quidam priore, alij posteriore ceu efficaciore vti malunt,

SYLVII ANNOTATIO.

Paratur etiam nūc oleo antiquo additis simplicibus medicamentis contra uenena laudatis: fitq; oleū mirandarum uirium contra uenena omnia & pestilentiam. Scio hominē hoc solo munitum quantumuis sæuam pestilentiam nihili facere,sed eum & seruos suos una secum inuisentes pestilētia affectos,incolumes seruari, & sola unctione quosdam à sæuissimis uenenis potis liberatos. Prius ob scorpiones frigidum est: posterius ob aromata calidum & efficacius, non ob horum calorem & essentiæ tenuitatem (quib. aperit,incidit,tenuat,terget,perrumpit) sed etiam totius substantiæ scorpionum proprietate,& ut loquuntur, forma specifica, qua utrunque calculum renum & uesicæ frangit illitum tātum lumbis,si in renibus est: si uero in uesica,pubi,perinęo, & iniecta etiam tum pauca in meatum urinarium.

ANT. OLeum de scorpionibus lapidem in renibus & uesica frangit,& expellit eū, & proprie in renibus & fęmore. & supra collū uesicæ inunctū & iniectū per uirgā,expellit enī eū. Et modus operationis eius ē. Re.scorpiones circiter.xx. uel plus uel minus secundū quātitatē eorū,& pone in uase uitreo, & funde super eos olei amygdalarū amararū. li. ii. & stringe caput uasis & dimitte in sole diebus. xxx. deinde cola & utere.† Modus operatiōis eius alius ē. Rec.aristo. rotūdæ,gētianæ,cyperi,corticū radicis cappa.an.vnc. i.fun C de super ea olei amygdalarū amararū Kist.i. & pone in sole.xx.diebus,deinde proiice super ea ex scorpiōibus à.x.usq; ad.xv.& iterū stringe orificiū uasis, & dimitte in sole per dies. xx. deinde coletur & reponatur. Est enim mirabile, de quo patiens postquam tina egreditur,ungatur sicut diximus, & ex eo per uirgam iniiciatur modicum hora post horam.

Oleum de scorpionibus generaliter est ab omnibus usitatum.dupliciter præparatur,nam quoddam est simplex & fit solū ex oleo de amygdalis amaris,&ex scorpionibus. Aliud est quod fit ex tali oleo & ex scorpionibus, & quibusdam aromatibus aperitiuis & calidis,& utriusque modi hic ponuntur descrip. Primum quod est simplex: plus attinet frigiditati ratione scorpionum.sed secundum plus attinet caliditati ratione aromatum,& utrunque est aperitiuum,subtiliatiuū urinæ,& lapidis fractiuum, renibus & uesicæ inunctum ab extra iuxta renes,& iuxta collum uesicæ & pectinis: oleum tamen de scorpionibus compositum est efficacius simplici D oleo: similiter per syringam aliquid eorum impositum per uirgam prouocat urinam,& subtiliat ac frangit lapidem in uesica:& prædictas operationes efficiunt ex ipsorum cōplexione, sed non tantum ex hoc, immo etiam à proprietate specifica & forma.

Dupliciter præparatur.

ANT.

Additio.

Istud oleum in usu habetur. Mes. hic docet componere duobus modis. Et sunt aliqui habentes primum magis commendatum. Nonnulli uero secundum. Summa medicinarū olei secundi modi sunt.vi.res.

MANARDVS in Oleum de scorpionibus.

MODVS operationis eius alius.) Paratur nunc cum oleo antiquo,additis multis simplicibus medicamentis ad uenena laudatis: estq; mirabile in pestilentia & uenenis omnibus. Scio ego hominem qui hoc solo munitus, sæuissimam quantumuis pestilētiam nihili facit: nec solum seipsum, sed A & famulos secum ad uisendos pestilentia affectos accedentes, incolumes conseruat. Scio & ex sola inunctione aliquos liberatos, qui sæuissima biberant uenena.

SYL. *Oleum ex ranis refrigerat, ob id podagram & alias arthritidis species calidas mitigat, & incendium febrium ardentium fronti & temporibus illitum, quandoq; etiā somnū conciliat. Capitum ranarum antiquarum selibra in vase vitreo bene obturato, cum sextario dimid. olei sesamini coquitur ad capitum dissolutionem, vti oleum ex viperis.*

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc oleum etiam hodie parant, ob id tantum, quod sit necessarium ad emplastri de ranis compositionem à Ioanne Vigo descriptam. Podagræ calenti admouerunt quidā, sed nullo fructu. Neque enim frigiditas in eo magna esse potest ab his capitibus coquendo coctione tam longa, & in oleo sesamino,alteratis. Rectius,meo iudicio,ranæ uirides in syluis crebræ, unguibus reptantes in altissimas quasque arbores,& sub noctem brexantes(uox enim earū unica est brex) oleo uiolato,uel omphacino, ad hos usos inco- B querentur. Quas manibus uiuas hodie ex more tenent ad refrigerium febre acuta aliqua ardentes, croissets, uulgò dictas,quarum meminisse uidetur Gal.li. 10. simpl. Oleorum genus quartum à sapientibus multis descriptum, hodie chymistica arte magis perficitur, uim quandam in concreto & composito occultam manifestante. Hæc nanque ignis uehementia ex liquoribus,gummis,resinis,melle,saccharo,cera,oleaginam quandam substantiam separat, & in capitellum attollit: nec minus ex plantis pinguibus, ligno guaiaci,iuniperi,pini,larice,cedro, & id genus aliis: præterea ex plantarum, atq; adeo animaliū partibus omnibus ipsum uelut gluten terreæ substantiæ, humorem insitum, pinguem,imputribilem maxime, ut ignis secretum nunc sursum attollit in capitella,uel utriculos, uel deorsum in subiectum aliquem catinum præcipitat: rem omnibus aliis remediis planè diuiniorem, si Vlstadio in cœlo philosophorum,& Gebero,& ueritati credimus: quāquam hodie sunt idiotæ quidam, magnorum tamen Medicorum nomine se C uenditantes, qui idipsum ceu nugatorium calumnientur, ut alia prope omnia pulcherrima ipsis ignorata, solas (ut uocant) receptas scribere,nulla tamen ratione scientibus. Adde quòd metalla quædam chymistis in calcem uersa, in oleum funduntur. Sunt qui terrea quoque corpora ut lateres ignitos oleo incoquunt, ut uires oleo ipsi præstantissimas acquirant. Ad Mes. redeamus.

ANT. OLeum de ranis confert dolori artetico & podagræ calidis, & inungitur super tempora febribus inflammationum, & facit somnū. quod ita fit. Rec.ranarū* antiquarum capita circiter li.s. & funde super ea in uase uitreo olei sesami. *kist*. s. & obtura orificium uasis,& decoque sicut diximus in oleo serpētino. Ex multis autem rebus fiunt olea, secundum hūc modum quæ rerum ex quibus fiunt uirtutem habent, de quibus multi ex sapientibus scripserunt, in quibus sermonem non extendimus.

*aquaticarum.

D Oleum de ranis non reperitur præparatum. usus tamen eius esset magistralis ad somnum prouocandum, & prohibendum fumos calidos ad caput ascendentes.

Additio.

Istud oleum non est ualde in usu. Ioan. Anglicus in cap. de dolore iuncturarum habet descript. huius olei.

MANARDVS in Oleum de ranis.

Hoc uidi quosdam utentes in podagra: sed in ea nullum magis præsentaneum uidi auxilium & absque periculo, quā ut eam homo æquo animo ferat, expectans Hippo. terminum. FIVNT autem olea.) Tertius est tractatus qui à recentioribus maiori ex parte natus est. QVI quæ sunt occulta.) Hoc est chymistæ: hi enim composita in quædam ueluti elementa segregant, quorum id quod igni respondet, maximę est potentiæ.

SYL. *Olea per resolutionem varijs fiunt modis uirium sane mirificarum. De quibus scribunt fusius, qui rerum occulta*

manifestant & detegunt. Sapientes tibi omnino legendi & imitandi, si famæ illorũ maxime es cupidus. Mibi uero Dei spiritus largitate & gratia, nunc pauca quædam, sed mirabilia illorum oleorum effecta percensere sufficiat.

ANT. Fiunt† autem olea per solutionem diuersis modis, de quibus sermonem aggrediemur cum Dei spiritus largitate, & ponemus explanationes mirabiles, de quibus sermone latiori loquũtur, † qui quæ sunt occulta in rebus, manifestant & detegunt. Hos quoq; aggredere rei huius cupidius tam famosæ cum illis.

SYL. *Oleum de ouis experientia plurima probatum est cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, et alia cutis uitia persanare, capillos regignere, ulcera maligna & fistulosa curare. Vitelli ouorum elixando duratorum triginta, aut circiter, manibus friati, in sartagine terrea plumbata frigantur igni mediocri, mouendo cochleari ligneo, aut terreo, donec rubescant, & oleum ab his resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent, uel ijdem uitelli elixando indurati mola frangantur, deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur, quale in oleo amygdalino explicuimus: & oleum destillabit: uel ipsi uitelli corpulento uasi imponantur, oleumq; in capitellum ignis uiolentia tollatur, qualiter oleum philosophorum post dicendum.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cutis fœditatem mire aufert, ac cicatrices, præcipuè in ambustis relictas: ferè autem grauiter olet: minus tamẽ postremum sublimãdo destillatum. Pilos auget Serapioni in Antid. aurium, dentium, sedis doloribus, & aliis pleriq; sedis affectibus, Rasi in Antid.

Oleum Ouorum Nicolai.

Vitellos ouorũ elixorũ frige igni lento prunarum in patella ferrea, semper mouendo rude ferrea, donec probe assentur, calidiss. linteo forti, oleo amygd. dul. madefacto exprime. Põt etiam alembico distillari, ut ol. philosoph. Mes. Satius est uitellos crudos frigere, cochleari assidue mouere, donec assati, & cochleari pressi, & uase inclinato reddãt oleũ, quod phiala conditũ etiã diu integrum seruatur: ex uiginti uitellis extrahes horis duabus vnc. iiii. aut circiter.

ANT. Oleum de ouis in multis expertum est. Cutim mundificat, et impetiginem, et serpiginem, et alios morbos cutis curat: et facit nasci capillos et confert fistulis, et ulceribus malis. Et fit hoc modo. Accipe uitella ouorum elixatorum circiter. xxx. et cõminue ea manibus: et pone in sartagine lapidea, et frige super ignem, mouendo cum ligneo, aut ferreo coclea ri, donec rubescant, et resoluatur ab eis oleum. Et tũc exprime ea cum cochleari et manabit abundãtius. Alius modus eius compositionis est. Reci. uitella ouorum elixata. Comminuantur molendo cum mola, deinde malaxentur sicut diximus in cap. de oleo amygdalino, et manabit oleum. Tertius modus eius est ut distilletur in cazola et alẽbico, sicut in oleo philosophorum dicemus.

Oleum de ouis non est in usu, confert et tamen omnibus dispositionibus cutis etiam remouendo lentigines.

Additio.

Istud oleũ docet facere Mes. hic tribus modis. Serap. in proprio antid. dicit istud oleum facere crescere pilos. Sil'r Ras. in proprio antido. dicit istud oleũ ualde conferre passionibus, & doloribus ani, & dolori aurium, & dentium.

MANARDVS in Oleum de ouis.

Mirum in modũ aufert cutis fœditates, & cicatrices præcipue quæ post ustionem remanserunt: sed difficile est ita parare, ut non uehementer fœteat: minus tamen male olet illud quod per destillationem uel sublimationem fit.

SYL. *Oleũ ex frumento, impetigines, & cutis asperitates curat. Frumentũ inter duas laminas ferreas mediocriter igni-*
E *tas si prematur, hoc oleũ remittit. Vel triticũ excorticatũ uase sublimationis destilletur, qualiter oleũ philosophorũ.*

SYLVII ANNOTATIO.

Cutis asperitates à siccitate natas lenit, & humectat, & cæteras cutis infectiones emendat. Rasi etiam in Antido. describitur.

ANT. Oleum de frumento impetigines: et cutis asperitates curat. Modus operationis est. Pone frumẽtum super laminam ferream, et super ipsum aliam laminam ferream ignitam non multum. et comprime, et manabit oleum. Secundus modus ponatur triticum excorticatum in uase sublimationis, et fiat sicut dicemus.

Oleum de frumento non est in usu esset tñ lenitiuum & humectatiuũ omniũ asperitatũ cutis, quæ fiunt à siccitate.

Additio.

Istud oleum interdum in usu habetur: ipsum describit Rasis in proprio antidotario.

F MANARDVS in oleum de frumento.

Et hoc ualde in cutis infectionibus conducitur. Feci ego quandoque parari per descensorium, ut chymistarum uoce utar.

SYL. *Oleum sinapinum salubre affectibus frigidis, lethargo, obliuioni, dolori quem frigida intemperies parit. Fit ut oleum de frumento.*

SYLVII ANNOTATIO.

In usu est id oleum, sed factum ut oleum amyg. Phœnigmum, id est, rubrificationem, ut ipsum sinapi tritum in cute excitare potest.

ANT. Oleum sinapinum confert doloribus frigidis, et lethargię, et obliuioni. Et fit sicut oleum de frumento.

Oleum de sinapi non est in usu. Additio.

Istud oleum est in usu secundum intentionem Mes. eius operatio est sicut operatio olei de frumento: fit tamẽ communiter sicut oleum de amygdalis. Sinapis autem duę sunt
G species, alba, & nigra. Nigra autem est illa quæ communiter intelligitur quando simpliciter ponitur.

MANARDVS in Oleum sinapinum.

Hoc nunquam usus sum. Est autem (ut puto) adeo efficax, ut ad extima trahens, materiam, id est, ruborem, cuti inducat.

SYL. *Oleum iuniperi emendat cutis infectiones, serpiginem, cancrum, ulcera maligna, qualia quæ in tibijs & cruribus quorundam: malum mortuum recentiores uocant. Sermẽtis iuniperi tenuibus uas uitratum oris angusti reple, laminam ferri tenuem foraminibus multis in cribri triticei modum pertusam, ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti uasis, tum alterius minoris etiam uitrati oleum excepturi, quod terræ ubi infoderis, igni luculento maius alterum iuniperi frustula capiens circunda horis duabus, sicq; oleum in uas minus destillabit.*

SYLVII ANNOTATIO.

H Hac arte oleum ex pineis nucleis ad erugandam mulierum cutem, ex ligno Guaiaci, & potentius ex ligno sancto ad morbi Hispanici dolores ac ulcera (quibus & oleum iuniperi & genistæ, & fraxini, & similium prodest) & lignis aliis, præsertim pinguibus, ac succulentis, ut fructibus, baccis, seminibus. Vas autem maius esse posfit metallicum, aut si uitreum est, uel siliceum, probè totum luto sapientũ muniatur: figulinum autem, quia rarum est, oleo foras exhalanti uiam daret: ob id uitratum sit intus. Infernum autem uas ac receptorium uitreum esse potest. ambitu non lutatũ modo sit paulò crassius. Potest & metallicum: potest denique terreũ esse, modò sit uitratũ: alioqui oleum id tenuissimum hac illac per uasis poros diffluerent. Multò min⁹ fouea intra terrã parietes terra figulari paratos habente (quod Mesue imperabat) recipi tutò id oleũ possit. Adde, ꝙ neq; minus uas terræ infodere ẽ necesse, si uelut area aliqua possis carbones & ligna sustinere, quibus uas maius est circũdandũ:

oleum

ANT. Oleum de iunipero confert infectionibus cutis, & † malo mortuo tibiarum: & serpigini: & cancro: & uulneribus malis. Accipe ex lignis iuniperi quantitatem sufficientem: & scinde in frusta: & imple ex eis dolium magnum, uitreatum interius, cuius orificium sit arctum, & fac foueam in terra, et præpara parietes eius cum terra figuli. Deinde pone ollam uitreatam ex directo in fundo foueæ habentem orificiũ amplum: & cooperiatur lamina ferrea subtili perforata foraminibus multis, sicut cribratorium tritici. ita quod lamina undiq; ollæ orificium cooperiat. Deinde super laminam præparetur orificium dolii ex inuerso: & præparetur cum terra figuli: ut nihil ex utrisq; orificiis respiret. Post illud accende ignem super totum corpus dolii: & dimitte ardere sic per horas duas: manabit enim ex arte hac oleum, quod reconde: & administra ubi oportet.

Oleum de iunipero non est in usu. Additio.

Istud oleum in usu habetur. Leonardus de Predapalea habet etiam hanc eandem descriptionem.



ANDREAS MARINVS
In oleum de Iunipero.

a Dolium magnũ significat, quod ligna concisa excipit: b ollam uitream sepultam in fouea, d laminam ferream per foratam sicut cribrum, e uasorum cõmissuram, f ignis accensus circa dolium. Hoc instrumenti genere non solũ ex Iunipero, sed etiam ex quouis ligno gummoso oleum elicietur, uocant chymistæ descensorium. ego quoq; post Manardum ex ligno sancto oleum hoc instrumento extrahi sæpe iussi ad schirrosos gallicos tumores ma- C gno utentium commodo.

MANARDVS in Oleum de iunipero.

Hic destillandi modus est, eliciendi à rebus succum quẽ chymici per descensorium uocant, per quem olea ex lignis uel lignosis rebus extrahuntur. Vidi ego quandoq; extrahi ex pineis ad erugandas mulierum cutes. Vsus etiã sum eo quod è ligno Indico Guaiaco uocato, uel, quod melius successit, ex sancto, per eundem modum manauit, in Gallicis uel ulceribus uel doloribus: in quem usum & hoc. s. ex iunipero factum, non parum conducit. MALO mortuo.) Ita uocant recentiores mala quædam ulcera in cruribus præcipue contingentia.

SYL. *Oleum fraxininum splenicos iuuat, præter id potest, quæ oleum iuniperi, & eodem fit modo.*

SYLVII ANNOTATIO.

Id oleum hypochondrio sinistro illitũ, & potũ, splenis obstructiones potenter liberat, duritiemq; emollit, ac digerit.

ANT. Oleum fraxininum ualet sicut oleum de iunipero, D & confert spleni, & fit sicut illud.

Oleum de fraxino non est in usu.

MANARDVS in oleum fraxini.

SYL. Non solum inunctum, sed etiã ebibitum, cõfert lienicis.

Oleum ex gagate sacratum, dæmoniacis, epilepticis, paralyticis, spasmicis, tetanicis, arthriticis, ab utero suffocatis saluberrimum: conceptumq; adiuuat. Fit ex gagatis lapidibus, quomodo oleum iuniperi, vel sublimatione mox dicenda.

SYLVII ANNOTATIO.

Gagates lapis ater, odore bituminis dum vritur, tumores in genu diuturnos dissipat, & sinus siccando contrahit: cruẽta uero ulcera præcipue glutinat. Hic multus, nobis est in corallis, maxime precariis: & ita magnus sæpe, ut salina mihi duo sint iustæ magnitudinis ex solido gagate. Cũ autẽ
A eo sit multo uilius bitumen, & uiribus aut iisdẽ aut ualidioribus (vt ex gagatis Galeni bituminis commercio eũ odorem & fortasse reliqua sortitis colligere licet) tentari posset ex ipso oleum quod largius fluet, præsertim si recens est bitumen, cum ipsum sit terræ ipsius uelut adeps, & olei vice uratur accolis lacus Asphaltitæ, & locorum aliorum bituminosorum. An uero epilepsiam iuuare possit oleum istud, iure ambigi potest. Cum enim non ita tenuet ac digerat, sed utrunq; mediocriter præstet, quid spei ab hoc esse possit, nisi siccando, aut sua tota substantia iuuare dicatur? Nam odore illo bituminis tetro epilepsiam magis prodat ut myrrhæ, & galbani, cornuum, ungularum, pellium capræ, & hirci suffitus, quòd uero de dæmoniacis scribit Mesues, superstitiosum est: à Christianoq; homine alienum.

ANT. Oleum de gagatis, est oleum sacratum, conferens dæmoniacis, epilepticis, paraliticis, spasmosis, tetanosis, arteticis. & confert iuuamentum magnum præfocationi matricis, & adiuuat ad con-
B ceptum. Rec. ex lapidibus gagatis, quantum uis, & fac ex eis sicut diximus in oleo de iunipero. Secundus modus est cum opere sublimationis, ut dicemus.

Oleum de gagatis. gagates est lapis coloris nigri, leuis stans super aquas. & reperitur in india. non est in usu.

MANARDVS in Oleum de gagatis.

Lapis hic à Dios. Gangites dicitur, quo sicuti & multis aliis rebus caremus. Quod uero de dæmoniacis dicitur, superstitiosum est, & à Christiano alienum.

SYL. *Oleum philosophorum (quod etiam oleum sapientiæ, & perfecti magisterij, & benedictum, & diuinum, & sanctum quidam vocarunt) veterum omnium consensu effectibus secretis non paucis est efficacissimum. Nam calfacit, siccat essentiæ tenuitate, in altum penetrat, digerit. Proinde materiam omnem excrementosam consumit. Ob id epilepsiæ, paralysi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, vesicæ, vteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruosarum doloribus frigidis maiorem in modum confert.*

Oleum philosophorũ,
- *Naturale,*
  - *Minerale.*
  - *Marinum, ex insulis, & scopulis fluens, naphtha dictum.*
    - *Subalbũ optimũ,*
    - *Subrubrũ medium*
    - *Subnigrũ & crassũ, pessimũ.*
- *Artificiale.*

Arte uero sic fit: lateres ex terra rubente multum antiquatos in frusta comminutos carbonibus non fumantibus accende, donec igniti rubeant: tunc concha, oleo rorismarini, uel antiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri potest, oleo imbue: sicca per se in casulis, post minutissime tere, & uasi per sublimationem destillandum trade, luto chymistarum capitello committe, carbonibus in fornace accensis coque donec oleum destillet in phialam uitream, naso imo capitelli agglutinatam, quam exacte obstructam reconde & serua: quanto enim antiquius, tanto ualentius.

SYLVII ANNOTATIO.

Oleum philosophorum, scilicet chymistarum, qui se suis scriptis ubiq; & quotidiano sermone philosophos appellãt & quod mireris, solos se philosophos affirmant, quòd rerũ maxime abditarum, & in terræ uisceribus retrusarum naturã scrutentur, metallorum in terra generandorũ & augẽdorũ rationẽ intelligant, facultates corporũ terreorũ accuratissime uestigent, ipsaq; corpora in elementa sua dissoluant, rem planè arduã, & operosam, sed si ubiq; certa esset, omnino admirandam. Si. n. quo difficilius rerũ aliquarũ pulcherrimarum & præstantissimarum est inuentum, eo sit præclarius, quis non uidet eos laude cumulatissima dignissimos, qui nostris sensibus abscondita ex Plutonis regno sic eruunt in apertum maximo non tantum sumptu, sed etiã ualetudinis periculo? Quando hæc omnia ceu Plutonis antro effusa halitum edunt crassissimum, & omni uiuo animali

 (si py

(ſi pyrauſtas excipis) peſtilentem atq; adeo plantis ipſis noxium. Quam rē exemplis prope quotidianis chymiſtæ probant, & aurifices, & typorum literariorū fuſores. Hi enim uapore hydrargyri, & aliorum tetro & craſſo derepēte ſuffocantur, aut paulatim uitiato cerebro neruorum maximā imbecillitatem ſuſtinent, niſi latiore infumibulo halitum foras educant, qui arbores propinquas uelut fulmine afflatas tabefacit. Sed in hoc hominū genere impoſtura hodie eſt omnium maxima, præſertim cum metallorum generationē & transformationem corraſis alicunde aureis, uel nummis uel torquibus, dolo malo fruſtra conātur. Sed de his fuſius quàm pro re propoſita, ſatis in præſens ſit nouiſſe aquas & olea chymiſtarum induſtria ſingulari ſecreta maximarū eſſe uiriū, & eſſentię tam tenuis, ut olei cuiuſdam gutta fortuitò illapſa in lectū, ſtragula eius multiplicia & culcitras momēto penetrarit, aſſereſq; fundū lecti ſternentes uſſerit.

Oleum uero iſtud de lateribus tam tenue eſt, vt momento latiſsime ſpargatur: ſi manui infundatur, eam cito penetret. Oleum balſami eſt multo tenuius, calidius, & in affectibus frigidis efficacius: vrinam mouet, lapidem frangit, uermes enecat, auriū tinnitui à flatu craſſo, paralyſi, ſpaſmo cynico, iſchiadi, gonagræ, podagræ, & cæterarum iuncturarū doloribus prodeſt, potum aut inunctum: ſed parua eius portio aquæ affectui aptæ miſta bibatur. Fuiſſe uero Meſuē factionis chymiſtarum ſtudioſum, loca in Antidotario iſto non pauca planè declarant: uoces chymiſticis ſolēnes, qualis eſt, perfectum magiſterium, de ſuo lapide philoſophico frequenter dici ſolitum, & ſublimatio, & alembicum, & id
Manard. genus alia. In montanis Mutinæ loco Gibium uocato, liquor certis temporibus manat (oleum mōtis Gibii uocāt) in uaria loca cum magna vtilitate ipſo recte vtentium.

Naphtha Babylonis eſt bituminis colamē album quoddam: aliud nigrum Dioſ. A Raſi in Antidotario & Albucaſi in libro qui Seruitor inſcribit, ubi lateres nouos, qui aquā nondum ſenſerint, præfert, quia oleum melius imbibent & eos in fruſta. ℥.i. diuidit, in uaſe uitreo aut uitrato, ſed probe lutato ita componit, vt eius pars tertia maneat uacua: & ignē oportet fieri primo leuiorem, ſed qui fundum uaſis attingat: paulatim augeri. primo exibit aqua, deinde oleū per ſe colligendum, ut reſinam, terebinthinam, lignum Guaiaci, & alia multa deſtillamus. Oleum etiam chamæ. & nardinum, ét benedictum dicitur Meſuæ, ſed hoc prętantiſsimū & quibuſdam petrelæū vocatur. Sic ex ladano, cera, liquoribus, gummis, reſinis, oſsibus, medullis, & aliis ut diximus pingui humore abundantibus, poteſt ſublimādo trahi oleū. Calx integra oleo communi reſtinguatur, alembico uitreo deſtilletur, manabit oleum oſsi corrupto idoneum.

Oleum balſami Petri de Ebano cap. de cordis affectibus loco veri opobalſami miſcendum theriacæ, mithridato, curcumæ aureæ Alex. Recipit myrrhæ, aloes, ſpicæ nardi ſang. draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdellii, carpobalſami ammoniaci, ſarcocollæ, croci, maſtiches, gummi Arabici, ſtyracis liquidę, ana. ʒ.ii. ladani, ſucci caſtorei ana. ʒ.ii. & ſemiſſ. moſchi. ʒ.i. & .s. terebinthinæ pōdus omnium tritis miſcetur, alembico deſtillatur, ut aqua roſarum, ſeruatur. Succi illius ceroſi, quo teſtes caſtoris abundat Dioſ. legere malo, quàm cum quibuſdam ſicci. Tale enim exuccum & exanimatum eſt. Aliud earundem uirium Gulielmi Placentini, myrrhæ, carpobalſami, nucis Indicæ ana unc.s. hyperici ʒ.ii. tere leniter, miſce olei unc.v. vel terebinthinæ unc.i. &.s. & in fine moſchi gr.v. ambræ grana tria: olei de lateribus unc.i. fiat vt oleum roſatum.

Oleum tartari Petri Argillatæ ad faciem tergendam & erugandam.

Tartarum dolii lateribus adhærens, album potius quàm rub. puluerizatum, aceto maceretur, poſt inuoluatur panno lineo. & deinde ſtupis aqua humectatis, ponatur ſub cineribus: deinde tribus diebus ſcutellæ imponatur decliui, deſtillabit humor quidam ſubrufus.

NIC. Oleum tartari lateribus doliorum adhærentis.

Tartarum id ex uino generoſo tritum, linteolo inuolutum aceto albo forti bene madefac: ſub cineribus calidis
E coque, dū nigreſcat: iterū tere, in uaſe inclinato ſerua dies octo loco frigido, donec in oleum reſoluatur. Id ſi non fit, exprime, & ſerua: eodem modo facit Meſues oleum ouorum. Satius eſt calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, vt vocant, impoſitum, & loco frigido locatū ſinere, donec in vas ſubiectum fluxerit oleum. Oleum ſulphuris ſic fit: ſulphur ignem non expertum, uel flauiſsimum inter urendū fumum craſſum remittit, excipiendum campana uitrea aut ſilicea. In qua ex uapore craſſo oleum concretum deſtillat in uas planum capax, in cuius medio ſulphur uaſculo conditum uritur. Aliis trito ſulphuri per aquam uitæ incēſam ignea conſumitur ſubſtantia: poſt reliquum deſtillatur vt oleum philoſophorum. Alii ſulphuris flaui terebinthinę ana unc.iii. olei roſati li.i. coquunt igne lēto cum vini odori unc.ii. ad vini conſumptionem.

Satius eſt marmore imponere aut uitro plano qui nihil olei ebibet ſacculo infernè acuto.

Oleum de hyperico mirabile: ſummitatum hyperici un. iii. infundantur triduo in vino odorifero. q.ſ. poſt coque in uaſe duplici bene obſtructo, fortiter exprime: hypericum nouum ſimiliter macera, coque, exprime: adde terebinthi-
F næ unc.iii. olei antiqui unc.vi. croci ſcrip. coque ad uini cōſumptionem. Hoc oleum incerti autoris. Galenus tamen uinum auſterum, in quo folia androſchœnu, vel aſcyri (quę ſpecies ſunt hyperici) cocta ſint, vulnera etiam grandia glutinare ſcribit, & hypericū calidū ſiccū tenuium partium iſchiadicis vtiliter bibi quibuſdam. Ex quibus & reliquorū hic miſtorum viribus, collige id oleum roborare, digerere & tenuare: ex ſubſtantiis enim cōtrariis componitur. Oleū de capparibus. Corticum rad. capparis unc.i. ireos agriæ, tamaricis ana unc. dimid. olei communis lib. ii. coquantur in vini vnc.iiii. ad vini conſumptionem: coletur, condatur. Splenem durum comminuit, uſu quotidiano probatiſſ. Galeno acceptum fertur in lib. ad Glauconem, vbi tamen nō inuenitur. Oleum moſchatum recipit olei communis li.vi. lilii, folii, ſpicę, coſti, maſtiches ana vnc.i. & dimidiam: ſtyracis calamitæ, croci, myrrhæ, caſiæ ligneæ, xylobalſami, ana. ʒ.vi. caryophyllorum, carpobalſami, bdellii, ana unc. dimidiam: nucis Indicæ. ʒ.ii. moſchi. ʒ.i. vini odori vnci. ſex: coque in uaſe duplici trita leuiter omnia ad vini conſum-
G ptionem. Moſchum tacuit Manlianus, à quo tamen vocatū ait, dicitque coquendum ad aquæ conſumptionem: cum tamen aquæ in deſcriptione non faciat mentionem, ſed mucilaginis unc.i. uel. ʒ.i. res plane incerta, male item tribuit Galeni Antidotario. Id oleum pomis odoratis cogēdis eſt aptiſsi. adhæc roborat, calfacit, reſoluit.

Li.6.ſimp.

Ol. muſcel linum.

Oleum caſtorei ad frigidos affectus partium omniū, præſertim neruoſarum, ex caſtorei, ſtyracis, galbani, euphorbii caſiæ, croci, opopanacis, carpobalſami, ſpicæ nardi, coſti, ana. ʒ.ii, cyperi, ſchœnu anthus, piperis longi & nigri, ſabinæ, pyrethri, ana drachmis duabus & dimidia: olei libr. iiii. uini albi & boni lib. duabus, coque omnia ad vini conſumptionem, exprime, ſerua.

Oleum iaſminum moderate digerit, odore eſt iucundo; fit ex unciis duabus florum iaſmenorum in olei lib.i. inſolati inſolatis dies quinque: coque igni lento, exprime, ſerua phiala vitrea, uel ſilicea.

Oleū ſambacinum.

Oleum ad puerorum tormina expertum. Olei anethi & chamæmeli ana unc.vi. olei rutæ, myrrhæ, ſtactes, ana unc. tres: pul. cymini, uncias duas, ſemel ferueſiat, coletur, ſer-
H uetur. Atramētum vulgare fit ex aquæ boccalibus ſexaginta quatuor, gallæ tritæ libris ſex coctis ad dimidii conſumptionem: tunc adde gummi Arabici libras quatuor: chalcāthi triti libras tres miſce. Atramentum ſutorium, quo hodie ſutores & coriorum cōcinnatores coria mox denigrāt dolia decocto furfuris calente, aut ſecundo ferueſacto magmatis cereuiſiæ implent, miſcent ferramenta rubiginoſa, ſcoriam ferri, gallam, chalcanthum, & id genus alia: poſt dies octo aut circiter inſperſum corio mox ſiccatur, & denigrat.

ANT.

OLeum philoſophorum eſt oleum in quo cōcordati ſunt anti. et uerificauerunt eſſe omnium ſecretorum iuuamentorū. Alii illud oleū ſapiētię dixerunt, et alii oleum benedictum, et alii diuinum, et alii uero ſanctum. et à pluribus oleum perfecti magiſterii uocatum eſt, et eſt in eo uirtus calefactiua, reſolutiua, penetratiua, conſumptiua ſuperfluitatum, et confert epilepſiæ, uertigini, obliuioni, et paraliſi iuuamentum magnum, et dolori ſplenis, renum, et ueſicæ, et matricis, et ægritudinibus neruorum, et iuncturarum frigidis, podagræ, et dolori dorſi, et genuum. Eſt autē eius aliud † quod fit à natura, et profert illud minera. aliud mare, et eſt locus manationis eius in inſulis, et ſcopulis maris, et uocatur naphtha. Cuius tres modi ſunt: † eſt enim quoddam ſubalbidum. et quoddam ſubrubeum, tenue. et aliud craſſum ſubnigrum. Subalbidum uero eſt melius aliis. Subrubeum eſt poſt illud. Aliud uero poſtea. Et eſt aliud, quod fit ab arte, et modus operationis eius eſt. Accipe ex lateribus antiquis multę antiquitatis, et proprie factis ex terra rubea, et comminue eos † in fruſta. et accende ſuper eos ignem carbonum ſine fumo uſquedum inflammentur, et rubeant. deinde ſubmerge eos in concha plena oleo de alchichil, aut oleo antiquo claro uſquedum imbibantur im bibitione ultima. et pone in cazolis, et permitte exiccari per ſe, poſt illud comminue eos comminutione ultima, et † pone in cazola, et ſigilla orificium cazolæ cū orificio alambici. et ſigilla cum luto alchimiſtarum. et pone in fornace, † cuius ignis ſint prunæ, et coquatur † uſquedum diſtillet oleum, et tu ordinabis vas ſub roſtro alambici, in quod fluit oleum. deinde reconde illud, et ſtringe orificium uaſis in quo recondis, et adminiſtra ubi oportet, et quanto antiquius tanto melius.

Oleum philoſophorum eſt magnæ efficaciæ, & uirtutis, & denominatur a philoſophis oleum de lateribus, & ſolū a quibuſdam habetur in uſu. & ibi magiſtraliter præparatum reperitur, & modus compoſitionis eſt: nam recipiuntur fruſta parua antiquorum laterum ignita, & pluries extinguuntur in oleo oliuarum. demum prædicta fruſta cum oleo ad alembicum ponuntur ſic diſtillando, & oleum diſtillatum quod eſt ſubtiliſsimum in complexione, & uirtute ponitur cum oleo balſami. & habet conſimiles operationes, & ſæpe loco eius aſſumimus tale oleum.

Additio.

Iſtud oleum habetur in uſu, ſed oportet ipſum fieri cum bona diligentia. Iſtud idem deſcribit Raſis in prop. antidot. & dicit ipſum ualere ſicut oleum balſami, ſed eſt ſubtilius, & calidius, & maioris vtilitatis in ægritudinibus frigidis. perforat enim manum cito, & expanditur lato ſpacio. ualet lapidi, & ægritudinibus ueſicæ, prouocat urinam. ualet paſsionibus aurium, interficit uermes in eis. ualet paralyſi, & torturæ oris inunctum, aut bibitum, ualet iſchiaticæ, & dolori iuncturarum, & dorſi.

Operationes eius.

ANDREAS MARINVS
In oleum Philoſophorum.



A Eſto a. cazola, b alembicus, c utriuſque orificia luto commiſſa d e f g fornax h uas ſub roſtro alembici, quod recipiens chymiſtæ appellant, paratur hoc oleum commode etiam uaſe retorta uocato optime lutato, ſubdito igni uehementiſsimo, quo modo ex caryophyllis, carpeſiis aliiſque aridis ſeminibus extrahi poteſt, redactis prius iis in tenuiſsimum pollinem, æquaq; minutiſsimarum arenularum portione permiſta, extraxi ego quandoque ex libra caryophyll. ʒ.vi. & eo etiam plures olei pretioſiſs. quod ad multos uſus nobilium accommodaui.

MANARDVS in oleum philoſophorum.

Philoſophorum, chymiſtarum videlicet: de quorum numero cum & ipſe eſſet, ut pluribus ex locis colligi poteſt, ideo ei placuit hanc partem cum hoc oleo finire, quod & perfecti magiſterii uocauit, illorum loquendi modum ſequutus. Vt uero ego ſcribam quid de hiſce rebus ſentiam, dicam: ubi opus eſt uehementer calefacere, & ad intima uſq; accedere, nullam naturalem rem poſſe his oleis, per hanc uidelicet artem elicitis conferri, adeò ut etiam uim ignis,
B & æquent & ſuperent. Vidi enim his oculis guttam cuiuſdā olei fortuito cadentem, lectiſternia omnia, quæ multiplicia erant, momento penetraſſe, & lecti fundum, quod ex aſſeribus, inuſiſſe. QVOD fit à natura.) In montanis Mutinæ, ditioni Alphonſi principis noſtri, qui propria uirtute ea loca ab hoſtibus occupata recuperauit, loco Gybium vocato, liquor certis temporibus manat, oleum montis Gybii uocant, qui ad longinqua loca, non ſine magna rectè eo utentium utilitate, deportatur. EST enim quoddam ſubalbidum.) De naphtha, ad quem proculdubio hæc referuntur, ſcribit Dioſco. aliam eſſe albam, aliam nigram. ACCIPE ex lateribus antiquis.) Albuchaſis in libro qui Seruitor dicitur, nouos lateres accipit quos aqua non tetigerit. Cuius opinioni ego potius adhæreo, quia oleum melius imbibent. IN fruſta.) Vnius unciæ, ait Albuchaſis. PONE in cazola.) Id eſt, uaſe uitreo, uel uitreato, tertia parte uaſis uacua remanente. CVIVS ignis ſint prunæ.) Primo lenior, dehinc paulatim augeatur, qui tamen attingat fundū uaſis VSQVEDVM deſtillet oleum.) Primo enim exhibit
C aqua deinde oleum quod per ſe collige.

SYLVII INTERPRETATIO

uocum aliquot in Meſuæ Antidotario quibuſdam obſcurarum, ordine abecedarij.

ADiantum album, capillus ueneris.

Adiantum nigrum, polytrichon.

Aerugo in unguento ceraſeos legendum, & alibi paßim, vt etiam apud Guidonem Cauliacum: non flos æris, quia alia res eſt.

Albateche in trochiſcis diaphyſſalidum, cucumer magnus, anguria dictus Man.

Alphi albi & nigri Græcis morphæa, etiam Guidoni
D *Cauliaco duplex.*

Altheil. i. roriſmarini flores, legitur in elect. Alcanſi fortè pro alxi, id eſt granatum ſylueſtre. Ob id balauſtiū ſcripſiſſem, quod eſt flos granati ſylueſtris, ut cytinus domeſtici, niſi ut Plinio, ſic uulgò balauſtii nomen utrique nunc eſſet commune. Alxilil mauult legere Manardus, quod Arabibus eſt granatum ſylueſtre.

Aluſulſumen in tryphera Galeno tributa, ſeu radix, ſeu lignum piperis eſt cum Serapione & Auic. eius loco ponatur piper album: nam duo alia piperis genera iam recepit, uel ocymū: quidam textus hanc dictionem non habent.

Ambra Arabum ſeu Græcorum recentiorum ambar, quibuſdam Latinis ſuccinum Orientale dicitur, res eſt noua, minoris certe facienda uirorum bonorum iudicio, quàm æſtimatur: an uero ſit ſtercus, aut ſemen piſcium, aut ma-

vis seu fungus, uel aliud quod mare in littora eructat, parum hodie est compertum: cal. sic. 2. gr. Ambra cineritia, uulgò grisea expetitur.

Anacardi ex Siciliæ montibus ignitis afferuntur, calidi sicci gr. quarto. Ob id anacardina compositio ante sex menses non utenda, ut anacardorum vis coquendo & fermentando interea obtundatur: in qua compositione castorium pro tundebeduscho, & melanthium pro burungi reposuimus ex Serap. Auicen. Haly in sua compositione anacar. quamuis burungi excorticati scribat Rasis ad Almans. in lumbricis: semina enim melanthij quamuis raro excorticentur, possunt tamen excorticari. Si autem malis melissophyllum, vel eryssimon, vel erucam agrestem cum Manardo suppone re, parui refert, cum hæc omnia facultatibus conueniant.

Apozema thoracicum, decoctio pectoralis.

Aqua mulsa seu mellita, Græcis hydromeli & melicraton dicitur.

Balsami loco, recipe terebinthinæ libr. ij. ol. communis lib. iij. ol. laurini vnc. xvi. cinnamomi vnc. ij. euphorbij, caryophyll. baccarum lauri, gummi hederæ, sagapeni, galbani, hammoniaci, opopanacis, ana vnc. i. thuris, mastiches, ana drach. ij. terenda terantur, & alambico destillentur igni lento, Gui. Pla.

Batina mora sunt, quæ ex bato, hoc est rubo leguntur, non longe lateq; serpenti, & spinis hamatis horrido, sed altero minori ac mitiori mora parua, non nigra, sed cærulea ferenti.

Been album & rubrum, radices olim ex Armenia delatæ, nunc in Italia ĕt inuentæ, sed uel aliæ, vel deteriores.

Bolus in trochiscis Halicacabi miltos sinopica, lutum carpentariorum, val pictorum quibusdam putatur, macra Auicen. dicta.

Buglossum calidum pr. g. hum. secundo, corroborat, aspe vitatem arteriæ & pulmonis lenit. Buglossum domesticum seu hortense, & satiuum Mes. est borago: syluestre uero seu erraticum est buglossum vulgo dictum, ut censuit in Mesuë Manardus.

Calaminthe agrestis est montana, uulgare calamentum: vel ut aliis placet, nepetha vulgaris: hortensis autem seu domestica, est mentha, Calaminthe fluuialis in diacalaminthe est uerum mentastrum, non mentha aquatica, aut potius male interpres pro pulegio uertit: calaminthe uero montana seu nepetha est Manardo herba cataria.

Calamus aromaticus quem officinæ proferunt, licet radix potius uideatur, & rei fortasse alterius, tamen à veri calami uiribus haud ita multũ recedit. Ob id eius loco usurpari queat, modò non sit teredinosa & carriosa. Calamus aromaticus desideratur: eius loco radix quædam, non calami illius: nec Indica res videtur, quòd uili vendatur, & sæpe recens multum cernatur.

Caphura res noua, gummi Arabum ualde frigidum putatur: quod autem omnibus in manu est, factitium uidetur, & calidum, ac incidens. An uero Simeon caphuram nomine ambaris intellexerit, viderit Manardus: mihi enim ambram, ut Actuarius & alij quidam neoterici Græci, uidetur potius pinxisse. Est autem caphura frigida, sicca, ordine tertio.

Cardamomum Græcorum quanquam hodie ignotum uideatur. tamen quod cardamomum maius seu granum paradisi, seu aliud eo planius, nec ignauius quod hodie afferri cœptum est, quod item minus produnt, uiribus aromaticis insignibus est præditum, ut uteri loco esse possit, & fortasse in quatuor illa Plinij genera ex his aliquod incidere poterit, etiam si Manardus triplex cardamomum se affirmet uidisse, quorum nullum putauit uerum cardamomũ. Nam ob hi storiæ Dioscoridis breuitatem, iudicium de his est difficile. Cardamomum scilicet maius, quia præstantius. Cardamomi genera duo requirit in elect. lætificante, & alibi: quæ etiam si non sint semina ab officinis producta, tamen ignaua non sunt, & pro cardamomis recipit possunt. Cardamomi nomine quidam maius simul & minus recipi volunt.

Casia, scilicet lignea, seu uulgare cinnamomum. Casia in purgãtibus, fistularis, nigra, catbartica intelligitur: in alijs uero casia Græcorum, quæ est vulgare cinnamomum, casia lignea & aromatica officinis dicta: obstructiones aperit, præsertim hepatis: menses potenter mouet.

Cassutha herba est amplexicaulis, quæ linum amplectitur, & suffocat: ob id vulgò podagra lini dicitur. Linodera Theophrasti uidetur multum similis uocato nunc epithymo.

Ceratia, seu xyloceratia, uulgo carrubiæ, Latinis siliquæ, sunt siliquæ edules, saporis casiæ, nigræ, dulces, magnitudinæ fabæ, in quibus semen minus quam casiæ. Ponderis granorũ † hordei octo. Ob id sæpe pro hoc põdere simitur. † 4. alli.

Chamæpitys seu abiga, seu aiuga pro ua.

Cinnamomum adhuc desideratur. Cinnamomum crassius uomitorijs medicamentis miscendum quidam putant, quòd vomitorium his sit: alijs autem tenue. Cinnamomum tenuius, quia melius crasso, quod darseni Mes. appellat, in elect. de cinnamomo, & de cydonijs, nisi cum Manardo per darseni asplathum malis intelligere: quod tamen darsilahan Arabes uocant, licet Auenzoar darseni cinnamomum nigrum & odorum ualde, et Auerrois 5. colliget canellam subtilem, dulcem & aromaticam. Cinnamomum uulgare duplum compositionis miscendum ob eius imbecillitatem: uero enim caremus.

Citrulus seu citreolus, est cucumeris species, citrum colore & forma æmulata.

Colleticum glutinans, vulgò consolidans.

Conchæ testæ in elect. nostro paruarum concharum coopercula, aut potius onyx odoratus, blatta Byzantia vulgo dicta.

Corallium rubrum est melius albo, & album cæteris: in Pachyno Siciliæ promontorio plurimum crescit, idq; mari extractum, aere mox durescit: frig. primo gradu, sic. secundo: stomachum tota sua substantia roborat, non sumptum modo, sed appensu admotum: nauseam quoque & uomitũ, & hæmorrhagiam sistit. Cor item mire roborat, spirituũ resolutionem in febribus probibet.

Costus amarus tantum Græcis est, Macro cum Serapione, & quibusdam alijs Arabibus etiam dulcis, hodie ignoratus.

Crocus nobis Arabica uoce zabafaran, parum corrupta safran dicitur.

Cubebæ nobis vsu frequentes baccæ sunt aromaticæ: Serapioni autem oxymyrsines. i. ruscifructus. Auicennæ carpesia. i. festucæ quædam, de quibus in simplicibus.

Cydonia præsertim matura, odore valenti calorem aliquem declarant: sunt tamen frigida humida primo gra. Cydonium uel cotoneum acidum seu immaturum: dulce maturum: dulcacidum medium: sic in pleriſq; fructuum generibus.

Cyminum Carmanum pro Carmenum uerti, id est, ex Carmania regione Persidi proxima, ex qua per sinum Persicum in Arabiam & Syriam prompte conuehi poterat, ut ex Aethiopia per mare rubrum. Cyminum autem Carmanum seu ex Carmania regione præfert Mesues, Galenus Aethyopicum. Ne autem putes Carmenum, vt male est uersum, seseli esse cum quibusdam, quod adiectiua singularis numeri produnt.

Dactylos fuluos seu rufos uerti, quoties cheiri uocabantur, quòd suspicio erat idiuerbum esse corruptum κιρρὸν enim Græci & πυῤῥὸν uinum, & alia appellant, id est, igneum, rufum, pallidum, giluum, claretum uulgo, & pailletum, & rufum dicitur.

Darseni seu cinnamomum quidam electum cinnamomũ intelligunt. Si uero utrunq; simul compositio postulet, tenue & crassum miscent, ut heil, seu cardamomum, scilicet maius: si utrunq; exprimitur, maius & minus est miscendũ.

Darseni in electario aromatico moschato, & alibi cinnamomum crassum uerti. Manardus esse mauult asplathum, quem Arabes darsisahan uocant, præstantius est cinnamomum. Quòd si cinnamomum & darseni scriptura postulet, ut in elect. de cinnamomo, auge quantitatem, & pro crasso tenue, seu præstantius miscere fuerit rectius.

Daucum male corrumpit uulgus in bauciam: eius loco carpere possis pastinacam hortensem: sed cum imbecillior sit largior iniicienda medicamentis.

Doronicum, radicula est aromatica, alba, odorata, etiam priscis incognita: officinis hodie notissima.

Elegma linctus, loch.

Ἤλεκτρον. i. succinum, seu gutta succina, & succulenta, officinis carabe, & cacabre, uulgo gallorum ambra absolute dicitur: gummi pini Septentrionalis esse, hodie est certissimum: calidum primo gradu, siccum secundo: cor & uentriculum roborat Auicennæ: ob id cardiacis, & corde trementibus confert, nauseam & uomitum sedat prauos in uentriculo humores gigni prohibet.

Epuloticum uel symuloticum, cicatricem generans.

Eupatorium est agrimonia: quod autem eupatorium uocabant, licet Græcis inditum uideatur, tamen speciosa, & sapore amaro liberandis obstructionibus idonea fuerit.

Fausel fructus adstringens, priscis incognitus: auellana Inda uulgo dicitur.

Fausel est auellanæ Indica Serapioni, nuci moschatæ similis, forma pyramidis, insipida: eius desideratæ loco miscetur santalum rubrum, & coriandri recentis dimidium.

Flos rosarum est illud crocatum in apiculis mediam rosam implentibus, quibus siccatis nonnihil exiguum nigrum semini simile etiam apparet.

Folium absolute & folium malabathri hodie parum cognita sunt: eorum tamen loco mihi non displicet prægrande id folium tribus ceu neruis per longum eius discursantibus firmatum: est enim aroma odorum admodum gustatu, & acre.

Fragmenta preciosa, scilicet saphiri, hyacinthi, sardinis, granati, smaragdi.

Galanga radix nunc notissima, apud Græcos nondum lecta.

Gallia, seu gallia moschata, Gallia Sebellina, trochiscorum nomina sunt, quibus raro per se utuntur, sed in alias compositiones ueniunt. lege in trochiscis. Gallia simpliciter, & sine addito pro trochiscis gallia moschatæ: cur autem gallia sint dictæ, in trochiscis leges.

Gluten alunbac in unguento basilico & aureo pro terebinthina. Gluten uero alzara in diachylo ichthyocollam uertimus. i. piscium collam: quanquàm sunt qui uiscum quo capiuntur aues, ex uisco querno factum malint.

Iris pro lilio cæleſti.

Lapidum quinque præciosorum, saphiri, hyacinthi, sardinis, granati, smaragdi fragmenta, cor multum iuuare creduntur: ob id cardiacis miscentur. Vires autem roborandi stomachi in iaspide viridi si probauit Galenus, potuerunt Arabes horum quinq; lapidum vires in cordis affectibus probasse, quos ob id posteritas est sequuta. Sapphyrus Alberto melior ex cæruleo: flauus seu cæruleus ex purpureo puluere aureo interspersus, seu nubibus obscuris: & subrubris: ob id subobscurus est melior perspicuo. Hyacinthus Serapioni optimus est ruber: à fulgure & peste seruare creditur, si uel ipse gestetur, uel quidpiam eo signatum. Sardis Alberto ruber, crassus, transparens, paruus: cui si candor ceu unguis miscetur, sardonyx dicitur: exhilarare & ingenium acuere creditur. Granatus eidem est ex genere carbunculorum: rubet modo balaustij, transparet, cor exhilarat, tristitiam pellit. Smaragdus quo uirentior, eo melior: exhilarat, libidinem arcet, hemitritæum iuuat, epilepsiæ resistit. Hi singulatim terendi sunt super lapidem Porphyrium, aqua rosata aut bugloſ si pauca identidem affusa.

Lepidium pro seitarago Indo substituimus.

Lepra in Mesue uidetur accipiẽda more Græcorum pro cutis uitio, & squammosa scabie, ut psora pro furfurosa. Nam passim ut Græci psoræ iungit lepram, & in elect. secundo Hamech psoram, lepram, & elephantiam recenset, quæ est Græcis, quod uulgo lepra.

Leucacantha. i. alba spina Græcorum, accipienda pro begar Arabum, non autẽ spongiola in Cynosrhodo inuenta.

Lignum aloes, seu xylaloe, seu ἀγάλλοχον, sit crudum: coctum enim nullarum est uirium & inodorum: Arabibus enim id coquere odoris excipiendi gratia morem esse scribit Cassius Felix, aquamq; ab his in usus multos seruari. Ob id Mesues ligni aloes crudi mentionem facit frequentem: quòd si quando crudum non addat, intellige. Lignum aloes crudum in igni diu durat inconsumptum, ob glutinosam humiditatem, quam coquendo supernatantem separant institores & mox aquæ fundum petit.

Ligusticum Manardo radice sola visum, hodie agnosci cœpit: sed multo diuersum ab eo, quod uulgus in eius locũ substituit, licet uiribus non differant, ut liguslicũ Dioſc. & Smyrnium, quod uulgare leuisticum legenti patebit.

Lingua auis in confectione testiculorum uulpis, & alibi Serap. intelligitur lingua passerum auicularum salacissimarum: recentiores semen fraxini foliaceum in linguæ speciem figuratum, amarum, intelligunt, cui vim calculos in renibus frangendi etiam tribuunt.

Lingua bouis Græco sermone bugloſſa uocatur Manardo.

Macis Arabum, & Macer Græcorum, diuersas res esse in simplicibus probauimus, etiam si Manardo & aliis quibusdam idem censetur. Macis nucis moschatæ cortex medius inter externum crassum, cortici crasso & uiridi nostrarum nucum simillimum: & corticem alterum nigrum, durum, cortici quoq; ligneo nostrarum nucum persimilem, sub quo est ipsa nux moschata: ne cum multis putes idem esse, quod macer solius coloris & odoris affinitate turpiter hallucinatis, non aduertentibus macis corticem esse tenuissimum, admodum calidum, nihil aut minimum adstringentem: macer uero crassum corticem, calido & frigido temperatum, admodum adstringentem. Quæ scilicet notæ tanquam fidelissimæ & valentissimæ à Gal. ubiq; plurimi fiunt, ut color & odor minimi.

Maior, id est, efficacior, uel pluribus simplicibus constans Mesuæ compositio dicta, Galeno composita uocatur.

tur, vt minor simplex, ut diatrion pepereon simplex & compositum.

Margaritæ in conchis ostreorum generi similibus Plinio inueniuntur. Vidi & in conchis mytulorum maris interni, sed paruas. Dos autem eorum omnis in candore, magnitudine, orbe & pondere: integræ item & perlucidæ perforatis, rufis, obscuris sunt meliores. Cardiacæ putantur à tota substantia, & sanguinis prope cor putredinem prohibere cordis intemperiei calidæ & hinc nato tremori prodesse, quia frigidæ siccæ primo gradu: ob id febricitantium & imbecillorum remediis miscentur.

Marmacur in diamorusia marrubium est, uel melissophyllum, quod marmacur esse quidam potius putant. Cum uero plantæ hæ duæ sint facultate proximæ Galeno, sed marrubium frequentius & efficacius, id accipiendum est.

Marmacur in pul. altero ligni aloes, quidam non marrubium, sed maioranam intelligunt: alii melissophyllon, vel citratum ocymum.

Mastiche sit alba, ampla, pura.

Medium granatum seu dulcacidum uerti pro muzum, quod id etiam pro μέσον, id est, medium putani deprauatum. Nam inter acida & dulcia tantum, quæ simul dulcia sunt & acida, sunt media.

Mel aeriũ seu aeromeli cum multis mannam in Mes. semper appellamus. Mel tabarset quidam mel rosidum intelligunt, seu mannam, cuius loco mel album aut saccharum bis coctum poni potest. Mel emblicarum in elect. de gemmis, & ligno aloes, est mel album, quo uelut syrupo myrobalani emblicæ conditæ seruantur in simpl. Mes. & in conditis sectione prima. Aliis mel emblicarum myrob. fit ex ipsarum pertritarum uncijs duabus, in aquæ communis lib. duabus infusis diebus octo, post coctis ad dimidij consumptionem, colatis panno lineo & ualenter expressis: in expresso coque mellis boni lib. i. coque ad liquoris cõsumptionem. Mel Mes. album fere præfertur, ut etiam hodie Lugdunensibus & Narbonensibus: Galeno autem flauum probatur, nec alibi fit mentio, etiam si ceram Põticam natura albam nouerit, non solam Tyrrhenicam lotione albatam.

Mel passularum, id est, in quo bullierint uuæ passæ usque ad liquationem, Manardo videtur in loch de pino: aliis sapa uuarum passarum est, vt in conditis diximus.

Aliis mel uuatum, id est, passulatum sic fit: uuarum passarum unc. quatuor, ex aquæ puræ lib. una coquantur ad aquæ consumptionem, ualenter exprimantur. Huic expresso adde mellis despumati duplum: percoque quantum opus, uase uitreo repone: sic mel myrtatum facere possis, ut docet Nicolaus in Diacodio. Mel uuatum id interdum uocamus passulatum, quòd passa sint præter uuas pruna, & alia multa, nolui inde mutuari denominationem.

Mentha, hortensis intelligitur, & ea siccata: tunc enim ualentior & odoratior.

Μέσον, in fructibus præsertim, corruptum opinor in muzum, ut granata muza pro μέσα, id est, media, nec scilicet acida, nec dulcia, sed inter hæc media, seu acidodulcia: quanquàm sunt qui dulcia intelligant. Μέσον quod Arabes muzum, corruperunt, medium inter dulce & acidum, qualia pruna in diapruno requirunt.

Miua, & miua aromatica, & armatizata, & cum speciebus, est syrupus uel conditum ex succo cydoniorum: ob id etiam sæpe dicitur miua cydoniorum, de qua in conditis.

Melo Indus est uiridis oblongus, magnus, botheca uulgo dictus aliis anguria, nunc hic frequens.

Myrrha bona inuentu difficilis. Myrrha stacte, styrax liquidus.

Nabath uel anabath in puluere baccarum myrti Serapio uidetur intelligere sorba, uel illis similes fructus facultate, qualia sunt mespila.

Nabet uerti in conditis, & in confectione alhalif saccharum uulgo candum uocatum: alii potum ex ficis, dactylis, & saccharo esse uolunt: alii aliud.

Oesypus corrupte cum Pauli exemplaribus byssopus humida.

Oleum balaninum, oleum de ben Mesuæ. Oleum cicinum, seu ricininum, oleum de kerua. Oleum amygdalinum, dulce. Oleum sesaminum, ex semine sesami calidum hum. pr. gr. desit parari, quia sesamum in Italia olim largissimum, hodie desideratur. Eius loco sumatur oleum recens amygdalarum dulcium, non rancidarum.

Oxyacantha est berberis.

Oxytriphyllon alleluia in diaphœnico unguento secundo & uiridi.

Ozymum, id est, basilicum quoddam, uulgo caryophyllatum dicitur ab odore & uirtute caryophylli: alterum ab odore citri citratum est melissophyllum, calidum secundo gradu, coctu difficile, sed aliorum coctionem iuuat, obstructum hepar aperit: naribus impositum, uel succo, uel aqua attractum, pituita purgat cerebrum, ut betonica: corroborat & cerebrum. Ozymum autem caryophyllatum basilicum semine flauo, aromatico, cardiaco, calido, foliis paruis magis quàm basilicum, semine nigro, & foliis latioribus præditum quibusdam uidetur.

Pectines pro conchis supposui, quales à sancto Michaele & sancto Iacobo peregrini afferunt, idonei ad hæmorrhagiam. Auic. can. 3. fen. 22. Idem possunt testæ limacum, purpurarum, buccinarum, Manardus in id probat magis ὄνυχας, id est, ungues odoratos, uulgo blattas Byzantias.

Penidia uocem nobis incertæ originis cum uulgo retinemus, & alias quasdam, quod pro his, licet Barbaris, tamen notis, nouas & obscuras substituere non est, licet pleraque appellationes nouas dedimus, quòd proprie magis, & rei naturam perfectius exprimentes uiderentur: δόσις autem, id est, datio, quamuis Græca sit uox, & uulgo medicorum usu frequens: quia tamen Græcis in eam significationem, pro medicamenti scilicet sumendi quãtitate non usurpatur, nec Latinis, uerbum dare malui eius loco substituere.

Petroselinum uerum ex Macedonia quia desideratur, & uulgare hoc est imbecillius, dupletur, uel eius loco ponatur olusatrum. Petroselini ueri loco semen olusatri Manar.

Plantago longa in diaphœnico unguento, uel maior est, vel lanceolata.

Polenta est farina hordei recentis torrefacti, sauich Arabibus.

Poma dulcia frig. pr. gr. hum. sec. si odora sunt.

Pyrethrum hyeme legitur, seruatur annis quinque: non sit foraminulentũ, nec dum frangitur. pulueriẽ edat.

Rasura eboris frigida sicca, cardiaca est, fœcundas ex sterilibus mire facit Auicennæ.

Saccharum Mesuæ albissimum probatur, utitur & saccharo coctione candefacto, aut uerius in crystalli modum per coctionem per se uel in syrupis glaciato. Saccharum autem zucaram Arabum esse alias probauimus. Saccharo autem Mesues, ut Græci veteres, raro utitur, quod tum erat minus frequens: nunc contra saccharo, quia gratius, omnia dulcoramus, & siccando seruamus. Saccharum recens cal. hu. primo gr. uetus sic. pr.

San-

Sanguis draconis Serapioni & Auicennæ & succus herbæ achillij dictæ Dioscoridi, Lusitanis huc larga copia deferentibus, est succus quarundam arborum.

Santala nostratia, & ex his elect. trium santalorum, sumpta & admota, reuera calfaciunt, ne ijs ceu refrigerantibus postea utaris. Nam uera santala desiderantur, cum nulgaria sint cedra uerius. Santala si qualia scribuntur sunt, refrigerant: quæ uero proferunt officinæ, calent. Santala frig. 2. gra. sicca. 1. rubra frigidiora. omnia cardiaca, & aromatica, sed flaua magis, quia odoratiora.

Sarcoticum, carnem generans, vulgò incarnans.

Sardis, seu Sardius lapis, vulgò corneolus dictus Manar. putatur.

Satyriorum testiculos duos conditos si uir ante coitum sumpserit, marem generari, si fœcunda est mulier, scribit ex Rasi Nicolaus Florentinus lib. 10. cap. de sterilitate, uni eo uero deuorato, fœtum nasci cum unico teste.

Sauich ἄλφιτα, polentæ.

Scammonium in malo cydonio, vel alio similiter grato, & adstringente coctum (quod Gal. innuit lib. 1. alim.) pomo, uirium suauium multum impertit, ob idq; imbecillius manet, quale miscet elect. Indi maiori, ubi pomum absolute scribitur, quod cydonium significat Græcis μῆλον: unde oleum μήλινον Gal. passim est cydoniorum, & emplastra μήλινα lib. 2. c. ph. g. i. rufa, & coloris mali cydonij, & διὰ μήλων pro διὰ κυδωνίων, ut in fine libr. 6 san. tu. Crudum autem purgatorium magis est, ut si elect. Indum maius, & diaphœnicon scammonium ambo uel coctum, uel crudum accipiant, Indum est purgantius. Si uero in Indo scammonium sit coctum, in diaphœnico crudum (ut Mes. uoluisse uidetur) diaphœnicum est purgantius. Cum scammonium absolute scribitur, ut in hiera Hermetis, in elect. Indo minori, in diaphœnico, si ualens uis medicamentum, crudum misce, præsertim cum frigidis, crassis, adstringentibus, gratis, uis eius obtunditur, vt dactylis in diaphœnico, prunis in diapruno, cydonijs in cydoniato Lugdunensi, succo rosarum in elect. succi rosarum. Neque per hæc adstringentia, uis eius à longinquis attrahendi prohibetur, quia cum aromatum uapore & substantia uis quædam scammonii purgatrix ad illas perreptat.

Scariola pro seriola, sonchi species minus spinosa Manardo uidetur: aliis à seriede. 1. cichorio nomen deprauatum. Vt ut est, cum omnia hæc cichorii sint differentiæ uiribus affines, unum pro reliquis capi potest.

Schœnus anthos, uel schœnanthum, ut chalcu anthos, & chalcanthum (licet duo hæc differant) cuius flos ad nos non affertur, sed herbæ palea.

Scolopendrium uulgo ceterach.

Secacul Serapioni & Auicennæ radices zingiberi similes, conditæ ex India deferebantur diuersæ ab eryngio: quod tamen eo loco capere malim, utpote uiribus cum secacul conueniens, quàm cum quibusdam sigillum beatæ Mariæ, cum alijs sigilli Salomonis, seu polygonati radicem crebro geniculatam, graueolentem, sapore cotonei aut punici subadstringentem, subacrem, cum fastigiosa quadam amaritudine Dioscorid. & Gal. Alijs est radix calcitrapæ stellaris herbæ. In tanta opinionum uarietate, pro secacul Indica radice, radicem eryngij condirem, quam secacul à Sarracenis uocari docet Nicolaus Salernitanus in diazingibere: hæc enim etiamsi non sit eadem, tamen eadem præstat. Quæ uero siccitas non parua cum essentiæ tenuitate eryngio à Gal. tribuitur, hac præparatione facile uincitur. Quin & nonnulli hanc radicem calidam primo gr. humidam secundo dicunt, & à multis melle solo conditam: ab alijs etiam cum aromatibus ad uenerem excitandam sumitur magno successu, etiam si ueterum nemo huius facultatis in eryngio meminerit.

In tryphera Sarracenica pro secacul eryngiũ ẽt scripsimꝰ. In dracunculo aloes unciam unam, mox colocynt. drach.

Seitargum Indum, uerti lepidium: alij, Iberidem esse mauult: sed hæ uiribus parum uariant, ut etiam cardamum & cardamine pro his poni possint.

Semen rosarum quibusdã uidetur id lanosum, quod in fructu est rubro oliuæ æmulo, qui rosis non collectis succedit: qualis in cynosbato & cyno rhodo cernitur.

Sericum sit crudum: sunt enim qui uim eius cardiacã coquendo aut macerando extrahunt, & sericum uelut exanimatum uiribusque destitutum uendunt.

Sericũ minutim concisum cum margaritis, vel aliis tritum, est efficacius cum Serap. quàm ustum cum Mes. calidum siccum primo gr. corroborat tota sua substantia: spiritum & sanguinem purgat, clarumq; facit, & facultatem eorum in unum cogit.

Serum lactis Galeno frig. humidum, quòd aquosa eius substantia largissima nitrosam superat, qua calidum est tergetque, alum subducit etiam Gal. aqua Mes. calidum dicitur. ea autem si per noctem in aere steterit, exhalat eidem. Id uero Mes. appellat nunc aquam lactis uel ebutyrati, uel non ebutyrati, & à causa aliqua concreti: nunc aquam casei, quæ per formæ aut fiscellæ raritates diffluit.

Seseli sumptum & suffitum, steriles ob uteri intemperiem frigidam humidam etiam cum materia, fœcundas facit: id quod bruta duce natura facientia nos docuerunt, Serap. Auic.

Spasmus cynicus, id est oris tortura.

Spica nardi Indæ, Romana uerò Celtica. Spica absolute, spica nardi Indica seu aromatica significatur: annos decem sicco loco seruari posse affirmant.

Spina alba est bedegar, et spina Arabica est sucaba: cum uero his caremus, carduus benedictus, aut sabina, aut similes plantæ aperientes capiendæ.

Spodium Græcorum & antispodium solum admouebatur: ebur uero ustum quod spodium Arabibus quorundam sententia est, etiam sumitur, & deuoratur, ac ex radicibus cannarum, myrto, olea, lentisco ustis, antispodia, id est quæ pro spodio ponuntur. Græcorum autem spodium, id est cinerula, quod in pauimento fornacum æratiarum recidit albicans, pompholigi simile, sed grauius & impurius intra corpus non recipiendum.

Strobili sunt nuclei pinei Gal. in simpl.

Styrax calamites calamis afferri desiit: siccus tamen affertur. Styrax scilicet calamites tanquàm perfectior. Styrax ruber uulgò est fæx styracis liquidi, hoc est myrrhæ stactes. Styrax uerus, lachryma est, humiditatem non remittens, nisi dum manibus tractatur.

Succinum seu electrum est carabe.

Tamar Indi Κάρδοι, id est, fului, quales sunt ante maturitatem, per quam nigrescunt: immaturi ergo intelliguntur.

Thymelæa seu coccum gnidium, mezereon. Thymelæa uerius esse mezereon, quàm chamelæa, & semen eius coccum gnidium ex Dioscor. & Mes. collatis deprehendes.

Tortellæ de seni, panis bis coctus.

Tragacanthum album frigidis medicamentis miscendũ: rufum ceu uetustate calidius, calidis. Illud autem frigidũ humidum primo gr. gummi autẽ. Arabicũ frigidum siccũ.

Tuderi in tryphera Galeno tributa, his horminũ, est ajus ana gallis: Mesues mẽs habet eius loco behen albũ et rubrũ.

Vene-

VEnera in catapotijs de bdellio maioribus Mesues ut Auic.& Serapioni,pectines interpretati sumus, id est,conchas pectinatim seriatas & implexas, quales peregrini pleriq; Sancto Michaele & locis maritimis pileo circunferunt,quas conchulas uocat catap. de bdellio à se inuentis Mesues.

ZAzur in succo fructuum & alibi,& est mespili genus,prius in Diosco.aronia dictum, quod in Italia azarolum dicitur,Gallis ignotus fructus: eius loco mespilum nostrum pẽta coccum uiribus proximũ sumatur.

Zedoaria radix nunc vulgo nota, ueteribus uel incognita,uel alio nomine scripta.

Zizypha seu serica, vlgo iuiubæ Gal. damnantur libro secundo Alim.tamen ea passa neoterici efficacia in pulmonicis remedijs reperiuntur.

Zurumbet quibusdam est zedoariæ species, ut in simpl. diximus:Serapioni est arbor:Auicennæ herba, in elect. de gemmis utrunq; petitur.

FINIS.

SEQVITVR DE SACCELLIS INVNCTIONIBVS, STERNVTATORIIS, CAPVTPVRGIIS, EPITHEMATIBVS, ET CLYSTERIBVS.

SAccellum capitale in caliditate,nõ multum intensum.℞.florum rosarum, florum chamæmil,stœchados,maioranę, macis,nucis musc.calamenti,thuris,caryophyllorum ana.ʒ.iii. fiat puluis subtilissimus,& in panno lineo fiat sacculus rotundus,& calefiat ad fumum thuris,aut croci.aut cinnamomi, & ieiuno stomacho ponatur super caput.& est conueniens ad desiccandum materias catarrhales descẽdentes ad partes gutturis,& pectoris.Et est calefactiuum malæ complexionis frigidæ cum materia & sine materia ipsius capitis pręmissa aliquali euacuatione et tale saccellum multũ est in usu. nam inter alios duos tenet medium.Saccellũ aliud capitale intensioris caliditatis quã supradictũ.& est magis cõueniẽs in passionibus capitis de materia multæ frigiditatis. unde confert his qui in somno profundantur,& apopleticis præmissa euacuatione corporis,si est possibilis.℞.rosarum,florum chamæmillæ, stœch. maioranæ,nucis musc.piperis nigri,& longi,nigellæ,iuniperi an.partes æquales.quidam addunt de fimo columbino & ẽt cõueniens in catarrho crasso,& multum frigido illud subtiliando,resoluendo, & desiccando. fimus columbinus ascendit ad gradũ tertium caliditatis.Saccellũ aliud capitale ad aliqualẽ tendens frigiditatẽ conferens catarrho subtili calido,unde confert ad malã complexionẽ calidã capitis & ad superfluas uigilias à tali mala cõplexione prouenientes,uel à phlegmate salso,fluido,subtili.℞.ros.florũ chamæmillæ,stœchados,nucis musc.uiolarũ,florũ nenufa.corticũ citri,myrti,sandalorũ utriusq;,corticum papa.albi an. partes æquales,fiat sacculus,& fiat suffumigatio cum thure, & aqua rosarum. Inunctio ad caput in princi.alienationis in febrientibus acute.℞. succi lactucæ, uel semperuiuæ.℥.vi. olei ros.recenter facti.℥.s.alias.℥.iiii. aceti parũ misce, & pecia madefacta in eo ponatur ad frontem. Item inũctio posita supra in syrupo de papauere.Item unguentum populeon.Sternutatoria quæ cõiter sunt in usu fiunt ex helleboro albo puluerizato,uel ex pipere nigro attracto per nares in parua quantitate tñ.Caputpurgia quę cõiter sunt in usu. & primo leue factũ ex aqua sansuci distillati,sub actuali caliditate per nares attracta.fortius uero fit ex succo radicũ siclę.i.blitis.& istud est satis acutũ,& mordicatiuũ.attrahit .n.materias phlegmaticas contentas in capite, & cerebro propter caliditatem,& acuitatem quę est in cortice extrinseco.fortius uero,& tertio fit ex succo ciclaminis .i. panis porcini,& est acutissimum ualde,& duæ,aut tres guttæ sufficiunt ab hoc capite ad posteriora declinãte propter eius acuitatem,aut mordicationem.Et si duo licinia subtilia lõgitudinis trium digitorum ex ipso in naribus imponantur statim sternutationem prouocant cum euacuatione uiscositatũ acetosarum,& phlegmaticarum in copia magna, quæ lõgo tpe durant.Est & aliud sternutatorium,siue caputpurgium mediũ in uirtute inter illa iam dicta,aqua uitis.Et nota regulariter operando, ꝙ semper debent fieri stõ uacuo existente à cibo,& mũdificato corpore cum medi.solu.Pomũ odoriferũ pro tpe pestilentiæ specialiter adinuentũ & principaliter.℞.laudani.℥.i.&.s.storacis liquidę.ʒ.iii.behẽ albi,& rubei,& rosarum rubearum.an.ʒ.iiii.myrrhæ, foliorum,rutæ, garyophyllorum.an.ʒ.i.s.sandalorum alborum, rubeorum,& citrinorum.ana.ʒ.iii.camphoræ. ʒ.ii. ligni aloes,calami aromatici,succi ualerianæ.ana.ʒ.i.s.musci, ambræ ana.ʒ.s.corticũ citri. ʒ.i. Confice cum aqua rosata, & succo buglossæ,uel melissæ cũ modico maluatici,factis pulueribus de oĩbus suprascriptis & bene ĩcorporatis, ut docet distillatio olei bulliti in cępe cõcauo, olei dico de amygdalis amaris,conuenit dolori auris facto à cã frigida uiscosa,uel frigida uentosa. & anodinum ibi conueniens est distillatio pinguedinis pulli cũ modico croci.

Epithema cordiale tẽperatũ.

Epithema cordiale temperatum conuenit in debilitate uirtutis uitalis, cor principaliter confortando,spiritus peruios, ac claros faciẽdo,caliditatẽ superfluã remittẽdo,et maxime in dispõibus pestilentiæ,& uenenosis,& in febrientibus feb. acutis intensiuæ caliditatis,& usus eius debet esse præmissa euacuatione conuenienti.℞.aquæ buglossæ melissæ ana. ℥.iiii. aquæ rosatæ.℥.viii.uini albi odoriferi.℥.ii.sandalorum alborũ,& rubeorũ an.℥.s.rosarũ,corallorũ rubeorũ, corticũ citri,behẽ albi,& rubei,serici tincti in grana, ossis de corde cerui.an.ʒ.i.croci,cinamomi,caryophyllorũ,xyloaloes an. ʒ.s.ambræ.℈.i.Et quidã addũt modicũ musci,sed nõ est cõueniẽs in dispositione febrili.misce.& cum panno tincto in grana sub tepida caliditate ponit supra mamillã sinistram.

Frigidum.

Epithema cordiale frigidum magis conueniẽs in febribus intensiue calidis,& uenenositatibus.℞.aquarum buglossę, melissæ,endiuiæ.ana.℥.vi.aquæ rosatæ.℥.v.rosarum,corallorũ,corticũ citri,ossis de corde cerui,serici tincti in grana. ana.ʒ.i.croci,cinnamomi,caryophyllorũ,xyloaloes an.℈.i camphoræ.℈.ii.misce,& utere,ut supra.

Saccellũ cordiale.

Saccellũ cordiale conueniẽs in suprascriptis dispõnibus.℞.sandalorum alborum & rubeorũ.an.ʒ. ii. florũ buglossæ,boraginis, melissę. an.ʒ.i.behẽ albi & rubei,corticũ citri,serici tincti in gran. ossis de corde cerui ℈.ii.croci,cinnamomi,caryophyllorũ, xyloaloes.an.ʒ.s.ambræ.℈.s. Et quidã addunt modicũ musci,fiat puluis subtilissimus. Et imponatur in serico tincto in grana ad formam saccelli.& tale saccellum cum infusione aquæ rosatæ,& uini odoriferi,diutius potest retineri super cor.& tale est magis conueniens tussientibus, & habẽtibus pectus strictum regulariter operando quàm epithemata.

Epithema hepaticũ.

Epithema.i.hepaticum conueniens superfluæ calefactioni post corporũ euacuationem,& ante cibi assumptionẽ.℞.aquæ endiuiæ.℥.x.aquæ rosatæ.℥.iiii.aceti uini albi. ℥.i.sandal.alborũ,& rubeorũ ana.℥.s.rosarum, corallorum, spodii ana.ʒ.i.misce,& fiant epithemata cum panno lineo.

vnctio post ipsũ.

Vtimur tamen quãdoq; post superfluam calefactionem hepatis hoc unguẽto præmisso epithemate, & facta condecẽti abstersione.℞.olei uiolati multotiens cum aqua endiuię abluti.℥.ii.aceti uini albi.℥.s.succi lactucæ.℥. i. sandalorum alborũ.ʒ.i.rosarum,corallorũ, spodii an. ʒ.s. fiat unguentũ molle cum modico ceræ.Clystere autẽ conueniens epilepsiæ, apoplexiæ, torturæ oris,& spasmo,ac paralisi factis à materia frigida.℞.anisi fœniculi,ameos,carthami, centaureæ,florũ chamæmillæ,agarici.an.ʒ.ii. usque ad.iiii. fiat decoctio sufficiens,& colaturæ addat hieræpicrę.℥. i. mellis. cõis.℥.ii.benedictæ.℥.s.olei cõis, & salis quantum sufficit. & quandoq; loco agarici assumimus de turbith, & cũ quærimus magis acuere prædictum clystere uigorando in decoctione ponimus qñq;.ʒ.iii.de pane porcino.Et quandoque addimus decoctioni. drac.i.colocynthidis. sed hoc iudicio periti medici relinquitur secundum necessitatem. Clystere conueniens in colica à phlegmate uiscoso uentosato. ℞. decoctionis bletæ,maluæ,florum chamæmil.anisi, fœniculi,ameos,carui,carthami,centaureæ,parietariæ, ana partes æquales,hieræpicræ,benedictæ, ana.℥.i.mellis communis. ℥.i.s olei communis,& salis quantũ sufficit.Et quando quærimus maiorem euacuationem addimus prædicto clysteri agarici.ʒ.ii.& loco olei communis ponimus oleum chamæmillinum,anethinum,uel rutaceum. Et quãdoque loco benedictæ ponimus electarium indum usq; ad drac.vi.

Clystere ultimum magistrale in processu colicæ à phlegmate uẽtosato.℞.anisi,fœniculi,florũ chamæmil ę,ameos, cimini,carui,seminis anethi,an.partes æquales contundantur,& fiat decoctio in cyathis tribus olei cõmunis, & cyathis tribus aquæ fontis, usq; ad consumptionem prædictæ aquæ,& facta expressione imponatur prædictum oleum.& est optimum.Suppositoriũ satis acutum fit ex melle, & benedicta an.partes æquales, uel ex hiera salisgemma modicum,acutius uero fit si addatur. ʒ.i. agarici uel de turbith, cum quærimus aliqualem euacuationem humorum phlegmaticorum.Acutissimum uero fit, si addatur. ʒ.i. colocynthidis. Pro rusticis uero fit ex stercore muris puluerizato cum melle communi modico salis. Vltimum suppositoriũ ualet in tenesmone,quo debet uti cum filo,ut post medietatẽ horæ extrahatur,& hoc maxime ualet in dysenteria prouocando somnum,sensum obtundendo.℞. corticũ thuris, myrrhæ,gummi ara.mumiæ,ana.ʒ.ii.opii. ℈.iiii.& cum uitello oui,& melle uiolato fiant suppositoria.

SEQVITVR TRACTATVS DE aqua hordei,& de modo faciendi ptissanam, secundum communem modum practicantium.

Quam hordeaceam diligenter,& cõmode componere uolenti pauca hæc prius annotanda propono. Primum aquæ electionem. Secundum hordei quoque lectionem. Tertium an hordeum in decoctione positũ fractum esse debeat. Quartum,utrum hordeum depilarum esse debeat. Quintum qualis debet esse proportio aquæ ad ipsum hordeum. Postremum ad quam partem reduci debeat ipsa aqua hordei. Ad primum igitur, fontium aquas eligendas esse censeo,quoniam aliis præstant aquis.Longeq; à doctoribus nostris extolluntur,& maxime à domino Mes.necnõ a principe nostro Aui.secũda primi. aqua tamen Padi etiã optima est. Ad secundum, scire debes, quod hordeum illud est melius quod citius intumescit cum in aqua infusum steterit teste.G.nostro Pergameno, primo regiminis acutorum commen.ix.nam faciliorem decoctionem arguit.In super hordeum debet esse medium inter nouum, & antiquum,super quo non ceciderit aliquid de odore corrupto, & extraneo,fueritq; seruatum in loco aeris liberi, necnon etiam maturitate sua perfectum. Sed dubitares utrũ sit melius crassum, an subtile. Dico quod crassum melius existimatur per Azarauium,uirum laude clarissimum. uerum teste Mes. c. de aqua hordei, subtile hordeum iudicatur esse melius.Ad hanc igitur tollendam ambiguitatem, dico breuiter,quod in aqua hordei, multam, uel paucam humectationem quærere possumus.quod si paucam humectationem quærimus,subtile hordeum magis crasso eligendum esse cẽseo.Si uero maiorem quærimus humectationem, crassum certe melius erit,quam subtile.quoniam hordeum crassum humidius esse uidetur in complexione. quod argui potest ex eius crassitie,& corpulentia.hæc de secundo.

Vtrũ hordeũ sit frãgendum.

Ad tertiũ dico,quod hordeum frangi debeat,patet per dominũ Isaac in dictis suis particularibus,ubi ait. Confrangatur hordeũ, & per Azarauium li. xvi. dicentem molitum uel pistum sit hordeum in lapideo mortario. In eadem est sententia Haliabas.iii.theoricæ. In contrarium autem est Auenzoar dicens,qui hordeum frangunt,longinqui nempe à uia ueritatis sunt.Similiter Auerroys colliget quinto. Ad hanc dubitationem tollendam scire debes, ꝙ si hordei aquam magis nutritiuam facere uolueris,quam medicinalem, siue alteratiuam, hordeum accipias confractum, quoniam magis de eius substãtia in aquam ingreditur. Si autem aquam minus nutritiuam,magis uero medicinalem atque alteratiuam abstersiuamq; optaueris, hordeum ebullire facias integrum. unum tamen scito quod cum nonnulli doctores hordeum frangi præcipiant,quod rumpatur minime intelligunt, sed quod pistetur ita, ut cortex ab eo separetur, & hoc modo intellexit Isaac. Ad quartum cum quæritur, utrũ hordeum debeat depilari, uel non, Dico quod si multam quæris abstersionem, hordeum debes cum panno aspero leuiter fricare. Si uero hordeaceam aquam habere uolueris ad sitim mitigandam asperitatemq; leniendam, necnon inflammationem extinguendam,hordeum ab utroq; cortice integre mũdum habeas,sicq; multominus abstersiua erit. Verũ hęc hordei aqua magis humectat pectus, & pulmonem lenit,et præcordia humectat. Prima tamen abstersionis causa multo plus abluit, & oppilationes aperit quàm hæc secunda. Quantum ad quintum, qualiter sit aquæ proportio ad ipsum hordeum.De hoc uarias opiniones inuenio.Nam textus est principis prima quarti ca.proprio.aquam debere esse uigecuplam ad ipsum hordeum.s. aquæ partes.xx.& hordei partem unam.Idem asserit ipse Mes.In eadem est sentẽtia Auerroys colliget quinto.Haliabas uero istis contradicere uidetur. Nam quinto theoricæ, docet nos accipere unam hordei partem,& aquæ tres.Isaac autem in particularibus diætis decem partes aquæ, & hordei unam accipere iussit. Et Auẽzoar aquæ partes.v.hordei uero.i.Ad hæc dici potest,quod si aquam hordei multum humectatiuam, lauatiuam, necnon infrigidatiuam adamaueris, illam facere potes per multam aquæ quantitatem,& hordei paucam, & etiam per breuem decoctionem, hæc aqua nempe optima erit his qui luxuriosi sunt. nam illorum caliditatem reprimit.Quod si magis abstersiuam, nutritiuamq; sequi uolueris,cum maiori fiat hordei quantitate, & aquæ minori longiorique decoctione. Sane doctores prædictos discordes fuisse arbitror ob corporum febricitantium diuersitatem, nec non climatum,siue regionum ætatumque,quemlibet tamen illorum uerum dixisse existimo. Moderniores tamen Medici principem Aui. una cum Mes. cæteris post habitis sequuntur.

Postremo uidendum est, ad quam partem reducenda sit ipsa hordei aqua,de hoc quoq; inter uiros dictos discordia reperitur.Aui.enim quarta primi,inquit,ad quintam reducatur partem.Mes.uero ad medietatem,uel duarum partiũ consumptionem.Et ipse Isaac ad unam partem. Hæc difficultas solui potest solutione quinti dubii. Hæc de hordeacea breuiter dicta sunt.Nunc uero te deduco ad actum practicum,quo moderni Medici utuntur.℞.hordei pręscripti, & præparati, ut in superioribus diximus secundum intentionem,quam habueris,partem unam.aquę uero partes.xx. uerbi gratia.xx.℥.aquæ,& unam hordei.sic de quolibet pondere alio. stet tamen prius hordeum in aqua per quatuor horas infusum.postea ponas in olla noua,& mũda.& facias cum igne claro,& suaui ipsam feruere, primam abiiciendo spumam. & secundum quod tua erit intentio in potando hordeaceam illam tantum bullire facias,ut in prioribus dictum.Postea remoue ab igne,& cola. & in uase bene loto repone, atq; ipsa postmodum utaris.

MODVS FACIENDI ptissanam hordei.

ACcipe farinæ hordei cochlearia duo, & ponantur in scutellis duabus aquæ fontis claræ, & omnia simul ponantur ad ignem & dimittatur bullire lẽto igne, semper tamen cum cochleari miscẽdo illam,donec spissescat,& amittat odorẽ farinæ,tunc enim est cocta.& de ea datur infirmis secundum exigentiam in morbis acutis.

Ptissana colata.

Alius modus est,ut accipiatur hordeum bonum.s.non antiquum, & excorietur usque ad corticem interiorem cum panno lineo, & aspero, deinde tale ponatur in aqua & dimittatur bullire usq; ad crepaturam satis intensam, ita.s. quod illa

aqua,

aqua in quā est aliqualiter spissescat, deinde accipiatur illa aqua cū illo hordeo sic crepato, & ponatur supra tamisiū, supra quod dimittatur colare paulatim, postea de illa colatura accipiatur, & detur infirmo. & talis appellatur ptissa- (Non colata.) na colata. Si autem tale hordeum sit positum supra tamisiū manibus & conculcetur, & exprimatur, donec descendat crassum per tamisium, tunc talis colatura sic descendens appellatur ptissana hordei non colata.s. manibus expressa, & talis etiam datur infirmis acutis ægritudinibus, ut pleuresi, causonizantibus, & huiusmodi. & ista secunda est nutribilior prima, quia est crassior, & crassioris substantiæ, quàm sit prima. Sed primus modꝰ faciēdi ptissanā ē magis in usu.

Explicit expositio Christophori Georgij, de Honestis Florentini, super Antidotario Mes. cum tractatu de aqua hordei. Et de modo faciendi ptissanam, secundum communem modum practicantium diligentissime emendata.

Compositiones aliquot ex Galeno, quæ nunc ab Aromatarijs in usu habentur.

Vnguentum de palma, siue diachalciteos ex primo Catageni. Cap. 4.

HAec compositio tali symmetria conficitur. Vetusti adipis, quem institores axungiam appellant, sint pōdo duo, olei ueteris pondo tria, argenti spumæ tantundem, chalcitidis pondo ℥. iiii. Hæc autem ita coquere oportet. Adipis membranulæ omnes eximuntur, reliquum cōditur, ut liquari facile posit, mox ad ignem liquefit, deinde per colum destillatur, ut purum fiat, nihilq; membranæ habeat, pondo duo prædicta pendens, postea chalcitidis læuigatæ pondo triens cum olei tribus libris adipi miscetur, his & argenti spumæ pondo tria adiiciuntur. Ac omnia ubi simul in mortario coierint, coniiciuntur in cacabū, ac tudicula palmæ mouentur. Sufficiet autem tibi ramus unus maiusculus, ut solida ligni parte mouendo utaris in modum spathæ dictæ. Vocant.n. sic id quo confecturas mouent, & nos perspicuitatis gratia similiter nominabimus. Quod autem solidæ rami parti continuum est, in orbem purgatum, ac tenellis ramusculis utrinque procedentibus abiectis * putatū deciditur, sed cortice prius exuto, ut segmenta iniecta pharmacum succo suo imbuant inficiantq;. (*alias concisis.) Igitur statim ab initio spatha utēdum est, sed tenuia palmæ segmenta iniicere oportet, ubi medicamentum cerato similem consistentiam habuerit. Nā si à principio ea immittas, succus iniectorum, quē manere uolumus, ex decoctione consumetur. Insuper spathæ, qua medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta postquā inaruerit, ut proprium succum non amplius seruet, amputatam reiice, reliqua utere. Hanc rursus cum medicamento intincta siccata fuerit, simili modo abscecato. Constare autem uobis arbitror, quod palmæ ramum non multis diebus ante abscissum arbore esse oportet, quippe temporis interuallo arescit, & succum amittit. Pridie igitur per hyemem auferatur, æstate, uel eodem ipso die quo cocturus es pharmacum. Vbi aūt sic coctum spissitudinem, ut non inquinet, acquisierit medicamen, ipso uteris emplastro.

Medicamentum à nonnullis Epigoni dictum, ab aliis Isis ex.v.Catageni. Cap. 2.

Ceræ denariorū pondo centū, terebinthinæ denariorū pōdo ducentorū, ſm alios cētū, squamæ æris rubri denariorū pondo octo, æruginis rasæ denariorū pondo octo, aristolochiæ rotundæ denariorū pondo octo, thuris denariorum pondo octo, salis ammoniaci denariorum pondo octo, guttæ ammoniaci denariorū pondo octo, aluminis * combusti (*al. rotundi.) denariorum pondo sex, æris usti denariorum pondo octo, myrrhæ denariorum pondo duodecim, aloes denariorū pōdo duodecim, chalbani denariorum pondo duodecim, olei ueteris heminam, aceti acris heminas duas. Quę liquari possunt, siccis in mortarium superfunduntur. Sic quidē Heras Isim scripsit, non ēt particularē oēm usum ei apponens, ut in aliis cōsueuerat. Insuper ꝙ ad Epigonum illud refert, à plerisq; dissentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cū alia, tū illud quoq; nēpe ꝙ in carcere cōclusus, cum quendā admodū potentē curasset, eius rei gratia fuit dimis-

E sus. Adiecisse uero ipsum aiūt præscripto medicamini, dracūculi radicē, atq; ego semper ita usus sum, qm̄ & pręcepto rū meorū unus usurpabat, apponēs in prędictam symmetriā Heræ, dracūculi denarios octo, insuper & olei cyathi * dimidiū, aceti heminā, ad hæc colophoniā resinā, non ut Heras terebinthinā. (*al. heminæ.) Sed & in emplastri cōfectione ab illo dissentiebat chalbanum aceto cum aliis in pila elaborans, atq; ita admiscens ea, quemadmodum & Heras inquit, liquabilibus, deinde medicamentū manibus pl'm emolliebat, attingēs acetū quā acerrimū. Postea in uase æreo reponebat, & perfusum lōgo tēpore seruabat, atq; ita excipiēs utebatur.

Vnguentum sacrum ex eodem capite.

Olei ueteris heminas duas argenti spumæ denarium pōdo centum, æruginis rasæ denariū pondo octo, squamæ denarium pondo sex, colophoniæ liquidæ, alii, pineæ, denariū pondo quinquaginta, mannæ denarium pondo duodecim, guttę ammoniaci denarium pondo sexdecim, * ęris cōbusti (*al. 16.) denariū pondo octo, diphrygis denariū pondo sex, gentianæ denariū pondo sex, aloes denarium pondo octo, chalbani denarium pōdo duodecim, propolis denariū pōdo octo, F ceræ denariū pondo uigintiquinq; *, aristolochię denariū (*al. 26.) pondo decē, dictāni cretici denarium pondo decē. Argenti spumā & oleū in olla magna supra prunam incoquito, ut omnino aut fere non inquinet, deinde cacabum deponens æruginē indito squamāq;, & coquito nec prorsus inficiat. (Doctrina ad medicos.) Postea rursus auferens, resinam, ammoniaci guttam iniice cribrata, mouens donec feruere desinat, mox cum reposueris, paululūq; dimiseris, tollito, atq; æs, diphrygesq; inspergito, rursus coquens quoad nō inquinet, interdū enim his iniectis remittitur, postea deponens, ceram addito, iterum coquito, usq; dum non polluat. ꝙ celeriter accidit. Dein cū deposueris, propolim immittes, ac reponēs denuo, paulisp sines. cū depones, addes aloē, mannā, dictānū, aristolochiā, gentianā, his abunde refrigeratis, singula læuissima insperges, mouēs. si nō inficiat, tolles, sin minus, leni igne coques. Hæc quidē Heras de emplastro scripsit. Cōposuimus autē id nos interdum, & sine cōbusto ęre, & diphryge, unde quę in alto latebant, magis attrahebat, emolliebatq; magis di- G scutiebat. Non tamen ulceribus ægre cicatricem ducentibus idoneū. Quin ēt ipsum citra dictamnum confecimus, rursus aliis apponentes chrysocollæ denarium pondo sex, ut maligna ulcera felicius sanaret.

Cerinæ Cresiphontis, ex.vi.Catageni. Cap. 16.

Ceræ, terebinthinę, nitri, olei ueteris, singulorū pōdo librā, aquę heminā. Nitrum & aquam terito, ut ex toto soluātur, & in uas fictile cōiecta igni imponito, uase cooperto coquito, ex interuallis moueto. Cum autem strepere adeo desierit, liquabilia iniicito, mouens assidue, donec non inquinent, in mortariū transfusa rursus tūdito, inde excipiēs utitor. Vel hac rōne præparaт̄, q̄ liquari possunt, liqfacimꝰ, & cū dissoluta fuerint, nitrū ex aqua lęuigatū adiiciemus, idq; paulatim mouētes assidue, cauentesq; ne efferuescat.

Pastillus musę, ex.v.Catageni. Cap. 12.

Aluminis scissi, aloes, myrrhę, chalcāthi, singulorū pōdo denariū sex, croci, crocomagmatis, sīgulorū pōdo denariū trium, cytoniorum pondo denarium.iiii. mulso ex falerno facto excipiuntur.

H Pastillus Andronius, ex eodem capite.

Cytinorū pondo denariū.x. gallæ pondo denarium.viii. myrrhæ pondo denariū. iiii. ſm alios octodecim, aristolochiæ pondo denarium.iiii. chalcanthi pondo denarium duum, aluminis fissi tantundem, alii pondo denarium. iiii. misyos cyprii pondo denarium duum. pasto diluuntur. Vtere ad multa polychresto pharmaco.

Pastillus Passionis. ex capite. 14.

Arsenici, squamæ, singulorum denariorum pondo duorum, chalcanthi denarii pondo unius, sandarachæ denariorum pondo.ii. myrrhæ, thuris, gallæ, singulorum denarii pondo unius, chartæ denariorum pondo.iiii. tritis, & cum rosaceo utitor. Heraclides hanc scripturam habebat.

Gallæ denariorum pondo.vi. arsenici, sandarachę, squamę, singulorum denariorum pondo.iiii. thuris, denariorum pondo.iii. chalcanthi tantundem, myrrhæ mineæ denariorum pondo duorum, chartæ denariorum pondo octo.

FINIS.

IO. NAZARENI FILII MESVAE

GRABADIN MEDICINARVM PARTICVLARIVM INCIPIT.

SAnat solus languores Deus, & de frugalitatis solio produxit in largitate sua medicinam, benedictus glo- B riosus & excelsus creator. Tantum tamen auxiliari non desinens, curandi doctrinam timentibus eum explicauit. Totus igitur Dei timor præueniat & principiet opera tua, & felicitabit ea: tamen considera: ne te amor aut odium circunueniat ut declines à recto. Est enim excelsus & gloriosus qui iudicat. Sunt & cœli qui arguunt: elementa quæ sæuiunt. Et si non aliud, superest in posterum cruciatus gehennæ. Inquit Gal. Nolite prauarum ægritudinum onus suscipere, ne mali medici nomen subeatis. Per omnia o tu corporum curam gerens, auxiliari ne differas, quia semel pereunti nulla deinde suffragia prosunt. Ratio clamat ad iudicium, si misericordiam deseris stulte, de large tributis gaudens, parua negans. Tristem igitur te cerne habentem irritum donum Dei: ut si abundanter de ipsius largitate susceperis ne parcus esto: per unum enim plura, & magna exu- C berant. Deum incunctis præpone, & præpone te. Honora eum, & honorabit te. Time eum & securus cuncta experieris. Ne diuertas dum recta potes. Nomen enim & rem habet medici, quem nulla mouent, quem constantia morum, incessus grauitas, & sermonum onus insignit. Gestiunt munera bene quidem ad uitam. Sed melius est nomē præclarum cunctis diuitijs. Nimirum exultat, quod experta habet ille multa quæ nunquam tractauit. Ideo experta tua sunt in quibus considerationem fecisti. Trisectum erit opus hoc quod aggredior. Et prima erit sectio eius de medicinis ægritudinum particularium quæ sunt a capite usque ad pedes. Secunda de medicinis ægritudinum uniuersalium. Tertia de medicinis, quæ sunt ad ornandum & decorandum.

Prima igitur Sectio continet quinque particulas.

Particula Prima est de medicinis ægritudinum membrorum capitis.
Secunda de medicinis ægritudinum membrorum seruientium spiritui. D
Tertia de medicinis ægritudinum membrorum nutritionis.
Quarta de medicinis ęgritudinum membrorū expulsionis.
Quinta de medicinis ægritudinum iuncturarum.
Secunda sectio continet quatuor particulas.
Prima est de medicinis ad febrem.
Secunda de medicinis apostematum.
Tertia de medicinis solutionum continuitatis, & separationis continui.
Quarta de uenenis.
Tertia sectio est summa singularis.

Et sic capit hoc opus in toto particulas.x. quas per summas distinguimus, & per capitula cum auxilio & gratia spiritus Dei benedicti & gloriosi.

PRIMA PARTICVLA

Sectionis primę continet octo summas.

Summa prima de medicinis ęgritudinū capillorum.
Sūma secūda de medicinis ægritudinū cutis capitis.
Summa tertia de medic. ægrit. cerebri.
Summa quarta de medic. ægrit. neruorum.
Summa quinta de medic. ægrit. oculorum.
Summa sexta de medic. ægrit. aurium.
Summa septima de medic. ægrit. partium nasi.
Summa octaua de medic. ægrit. partium oris.

Repleat igitur spiritus Dei præcepta hæc misericorditer gratia sua. Et secundum quas ex terra medicinas ad usus indigentiam ædidit, fœcūditate proferat salutem. quoniā sine ipso nihil incolume & ab ipso sanatiuum omne.

SVMMA; I. De medicinis ægritudinum capillorum.

De casu capillorum. Cap. I.

CVra huis ægritudinis sunt tres res. Prima est occupatio circa capitis mundificationem: si est materia lædens, & proprie cum eis quæ dicemus iam. Secunda est regimē cibi & potus, & aliorum emendantium malitiam complexionis, & generantium humores laudabiles. Tertia est administratio medicinarum casum eorum prohibentium, & ex eis est medicamen Gal. ualens ad casum capillorum, & initium caluicii. Et modus operationis eius ē. (Medicamē Gal.) ℞. succi extremitatum myrti humidæ, & succi oliuarū syluestrium. ana. ℥. ii. rosarum siccarum. ℥. s. absinthii romani sicci. ʒ. ii. bulliant hæc omnia cum aceti lib. s. usque ad cōsumptionem medietatis eius. Deinde cola & infunde in eo calido laudani. ℥. ii. & dimitte per dies duos. Deinde tere, & funde super ipsum nunc oleum myrtinum, & alia uice uinū stypticum donec in substantiam mellis redigatur. Deinde misce cum eis ramich. ʒ. ii. capillorum ueneris. ʒ. iii. & s. in puluerem redactis. Vltimo uero aromatica cum galliæ. ʒ. i. & s. uel. ii. Deinde redi ad ungendum locum postquam fricaueris ipsum cum panno aspero, & postquam unxeris per tres dies laua. Deinde redi ad ungendum usque dum appareat sanitas. Vnctio alia ex nostra inuentione prohibens casum capil. ℞. corticum cannę ustorum, & corticum auellanarum ustorum, granorum myrti ana. ʒ. iiii. absinthii, gallarū ana. ʒ. ii. confice post triturationem eorū cum oleo myrtino, & unge. expertum est. (Vnctio.) Mehemet filius Zachariæ ad casum capillorum, & initium caluicii expertum. ℞. capillorū ueneris, foliorum myrti, omnium assorum ut teri possint, corticum pini, & olibani. ana. Pulueriza, & accipe laudani partes. ii. myrti partem unam. Et cum uino ueteri, & oleo de semine raphani tere. deinde cętera cū eis misce. Et epithemetur cum eo in nocte, & lauetur in mane cum aqua decoctionis capilli ueneris & siclæ & foliorum myrti. Et assiduetur medicamen hoc, quoniam sanat. Aliud eiusdē. Emblici, & folia myrti, & capillorum ueneris, & gallæ coquantur in aqua usque dum fiat turbida, postea cum tantundem olei omphacini coquantur ad aquę consumptionem. Deinde

de adde oleo quod remanſit laudani.ʒ.xii.maſtiches.ʒ.viii. & fac coqui cum uino. Deinde tere donec impinguetur. Et miſce cum eis ramich.ʒ.iii. Et liniantur cum eis radices capillorum, eſt enim mirabile. Dixit Archigenes. ℞. granorũ iuniperi, laudani, abſinthii & capillorum ueneris an. permiſce omnia cum uino & oleo myrtino, & dimitte diebus. vi. Deinde coque ea uſq; ad uini conſumptionẽ & cola, & unge caput poſt frication em eius, deinde laua ſicut diximus.

SVMMA II. De medicinis ægritudinum cutis capitis.

De alopecia. Cap. 1.

VRa huius ægritudinis ſunt quatuor res. Prima eſt mundificatio capitis ab humore ſub cuius malitia eſſe uidetur, ſicut dicemus iam. Secũda eſt, ut adæquatio fiat in corpore, & in huiuſmodi occupatione conuertere regimen ad ea quę laudabilium materierũ elementa ſunt. Et hoc eſt regimen laudabile in generibus rerum. vi. Tertia eſt occupari circa id quod factum eſt de malitia in cute. Quarta eſt ad generationem pilorum auxiliari. De prima dicemus poſt. De ſecunda prætermittimus nunc, quia non eſt huius inquiſitionis. De tertia & quarta loquemur nunc. Si alopecia de humore fuerit phlegmatico, fiat linimentum ex inuẽtione noſtra, quod. ℞. alchitran, euphorbii, rutæ montanæ, baccarum lauri. ana.ʒ.iii. ſulfuris uiui, ellebori albi. an.ʒ.i. & s. tere quæ terenda ſunt, & miſce cum oleo laurino, & oleo antiquo quantum oportet ut habeant mediocritatem inter ſpiſſum & tenue, & lini cum eo ſuper locum, poſtquã fricaueris eum cum cœpe muris aut aliis fricatione acquirente rubedinem in loco, Inquit Iudæus. Linimentum ad alopeciam expertum. ℞. euphorbii, ſpumæ maris, ſimi columbini. ana.ʒ.i. ellebori albi, ſeminis rutę montanæ, corticum auellanarum, & caſtanearum, naſturcii, ſpicæ, caſiæ, an. ʒ.i.s. amygdalarum amararum combuſtarum cũ corticibus ſuis.ʒ.i. cum uino cocto, & oleo raphani, aut laurino, aut roſaro, fac unguentum, & caput unge, & dimitte tota nocte. Deinde lauabis aqua ubi ſiclæ & fabæ coctę fuerint. Et hoc fiat ſine intermiſſione, donec ſanetur, & hæc omnia fiant poſtquam frication em in loco feceris, deinde fricaueris cũ cæpe muris, aut alliis, aut cæpe acuto. Rufus. Confectio epithematis ad alopeciam. ℞. euphorbii, rutæ montanæ, baurach, ſinapis, arthemiſiæ, ana partes æquales. Confice cum aqua cæpe ſquillæ, aut cum aqua cæpe acutæ. Et epithimetur cum eo poſt frication em rubificantem. Hali. Confectio epithematis ad alopeciam experti. ℞. euphorbii, rutæ montanæ. ana.ʒ.iiii. nigellæ combuſtæ.ʒ.i. ſeminis armel combuſti, amygdalarum amararum combuſtarum cum corticibus ſuis ana.ʒ.iii. corticum arboris ſici & foliorum eius, ſpumę maris combuſtæ. ana ʒ.ii. Confice cum expreſſione ſquillæ & epithimetur cum eo diebus. x. donec rubeat locus & ueſicetur. Deinde epithemetur ſuper ipſum ariſtolochia rotũda, & laudanum, & abſinthium combuſtum & ſiſimbrium & litium, ana cum aqua ſolatri. Filius Zachariæ. Epithema ad alopeciam mirabile. ℞. ſpumæ maris.ʒ.x. baurach, ſulfuris, quod non inuenit ignis, euphorbii. ana.ʒ.ii. gummi, rutę agreſtis, ſtaphiſagriæ. ana.ʒ.i. cantharidarum.ʒ.i. permiſce ea cum fæce olei antiqui & lini ex eo poſt frication em cũ cæpe acuto donec locus rubeat, & cum mordicat, & ampulę apparuerint unge per aliquod dies cum adipe anatis, aut urſi, aut cum unguento de ceruſſa. Deinde redi ad ungendum. Si autem alopecia ex humore fuerit cholerico, fiat linimentum deſcriptione Iudæi, quod recipit ſpumæ maris, baurach, amygdalarum amararum combuſtarum, corticum auellanarum combuſtarum, radicis cannæ combuſtę, ſtercoris muris an. Cum aceto & adipe anatis fiat linimentũ poſt frication em tamen loci cum ſpuma maris, & pãno aſpero. Vltima debet eſſe intentio occupari ad capillorum generationem, ut curetur caluicium. Philagrius. Medicamen faciens naſci capillos ubi oportet, & ſanans caluicium. ℞. carnium limaciarum & ſanguiſugarum & apum & ueſparum, & ſalis toſti, ana partes æquales. Pone in uaſe uitreato habente foramina multa in fundo eius ſicut cribratorium: & pone ſub eo uas uitreum & manabit poſt diem & diem humiditas quæ conſeruetur in uaſe. Et quando oportet fricetur ſuper caluicium, poſtquam fricaueris ipſum uehementer cum panno aſpero, aut cum ſpuma maris & panno aſpero. Filius Zachariæ, linimentum ſanans caluicium, & generans pilos in barba, aut ſuperciliis. ℞. ceræ.ʒ.v. olei de cheri.ʒ.ii. & s. laudani.ʒ.viii. euphorbii, gummi, rutæ agreſtis, cantharidarum ana.ʒ.iii. ſeminum citrangulorum combuſtorum, ueſparum, ſiue apum ana.ʒ.ii. ſtyracis liquidę, myrrhæ, ana.ʒ.ii. & s. Fiat unguentum & liniatur ex eo nocte, & lauetur in mane & hoc fiat poſt loci fricationem uehementem. Cum autem pili naſci incipiunt, ſæpe radantur ut ingroſſentur, & firmi fiant, & ſpiſsi & proprie quando exiles naſcuntur ſicut lanugines. Aliud eiuſdem ualens ſimiliter. ℞. cineris abrotani.ʒ.x. uentris cantharidarum.ʒ.ii. laudani.ʒ.iiii. auellanæ combuſtæ.ʒ.ii. Teratur omnia cũ oleo ueteri, & aromatizentur cum aliquantulo gallię, & ungatur in nocte, & abluatur in mane poſt frication em & poſt quàm deſiccauerit, dimittatur die uno aut. ii. deinde iteretur, quoniam ſanat. Aliud ualens ſimiliter. ℞. olei de been. ʒ.i. cantharidarum quarum abſciſſa ſint capita & alæ. ʒ. iii. terantur ſufficienter & miſceantur cum oleo, & coquantur in olla uitreata ſufficienter agitando omni hora cum ſpatula, & dum cocta fuerint deponantur ab igne, & cum modico muſci, aut ambræ aromatizetur. Eſt enim expertum, & proprie inunctum poſt frication em loci, ut diximus.

De furfuribus. Cap. 2.

FVrfura ſi ex frigido fiant humore. Accipe fel taurinũ uel caprinum & baurach æqualiter. Tempera cum ſuco ſiclæ, & oleo irino, & lini in ſero & in mane, laua cum aqua decoctionis lupinorum, & fœnugræci aſsi. Si ex calido fiant humore, confert medicamen illud mirabile, myrobalanorum citrinorum aſſorum, ʒ.x. cum ſucco ſiclæ & ſolatri & aceto diſtempera & lini cum eo. deinde laua cum aqua furfuris & lupinorum & myrtæ.

De ſaphati. Cap. 3.

CVra huius ægritudinis ſunt quatuor res, ſicut diſtinguimus in alopecia. Filius Zachariæ. Confectio epithematis ad ſaphati recentem, quæ accidit in corporibus teneris. ℞. Alchanne de mecha, amygdalarum amararum combuſtarum cum corticibus ſuis, ſtercoris muris, uenarum chelidoniæ, coriandri ſicci, ſcoriæ argenti, uenarum tinctorum curcume, ariſtolochiæ, corticum granatorum, merdaſengi, ana partes æquales. Confice cum aceto & oleo roſato. Et lini poſt frication em. Gal. dicit ſe curaſſe multos hoc linimento. Chartas combuſtas tere, & diſtempera cum aceto, & lini ſuper locum, & nos quidem experti ſumus apud neceſsitatem Democritus. Linimentum curãs ſaphati. ℞. chartarum combuſtarum, calcis lotæ, argenti uiui. ana.ʒ.i. Confice cum aceto oleo nucum, & lini cum eo poſt frication em loci ſufficienter cum panno aſpero.

Alexander. Linimentum ſanans ſaphati antiquã in coporibus duris. ℞. bubegi, ſtercoris muris, capitum ranarum combuſtarum colcothar uſti, uenarum chelidoniæ, ſalis adufti, gallarum, ſulphuris uiui, curcume, lythargirii, ariſtolochiæ, tubel æris, ana partem unam, chartarum combuſtarum partes.ii. & s. cineris alcherua, ſarcocollæ, ana partẽ.s. argenti uiui partem unam & s. amygdalarum amararũ aduſtarum partes.iii. Confice cum aceto uini & oleo antiquo, & adminiſtra poſt frication em cum cæpe acuto, aut ſquilla, expertum eſt uerax, deinde laua cum aqua uſnęę, & folio rum ulmi & radicum maluarum. Aliud de inuentione noſtra. Lythargirij, cadmiæ utriuſque, calcis uiuę. ana.ʒ.i. charatarum combuſtarum, olibani, tartari combuſti. ana. vnc.s. ſief memithe, gallarum combuſtarum ana.ʒ.iiii. argenti uiui ʒ.vi. aceti & olei myrtini quantum ſufficit. Coque uſque dum acetum ſit conſumptum. Deinde argentum uiuum ſic conterendo cum eis commiſce, & utere ſicut alia.

Summa

SVMMA III. De medicinis ægritudinum cerebri & primo de cura ſodæ. Cap. 1.

NTentio in curatione huius ægritudinis ſi fit complexionalis, & non habens materiam eſt alterare & ſedare tantum. Et ſi eſt cum materia, circaalterum duorum occupabimur uel utrunq; , & ſunt aut abſciſsio cauſæ, aut ſedatio doloris, aut utrunque. Et ſi eſt à ſolutione continuitatis aliis atque aliis utemur, ſicut dicemus in ſuis capitulis. Et ſi eſt ab aggregatione omnium, tunc totum genus curæ eſt neceſſarium, ſicut in ſoda, quæ eſt ſicut uerbi gratia ab apoſtemate. Inquit Haly. Si ſub prauorum fumorum dominio caput poſitum eſt, à ſedantibus incipere non debemus, & raro ab eis, niſi apud uehementiã doloris. Gal. raro ab abſciſsione cauſæ incipere debemus, niſi ſit ſoda conſanguinea, aut ſimilis acuitatis, ſed ab eo quod materiã adaptat ad abſcindendum. Si enim ſanguinea fuerit, aut humores peccent in ſanguine, à phlebotomia prius incipiemus: Et ſi ſoda uehemens fuerit pulſatiua, à phlebotomia ſimiliter incipiemus. Si autem ab alterius humoris peccato, prius ipſum digeremus, deinde abſcindemus. Digeſtionem itaque faciunt in materia calida, ſyrupus acetoſus, & aqua de lupulis, & aqua hordei, & aqua bugloſſæ domeſticæ, & ſylueſtris, & ſyrupus uiolatus, & ſyrupus roſatus, & ſyrupus de nenufare, & ſimilia. Et in frigida quidẽ phlegmatica digeſtionem faciunt oxymel ſimplex, & oxymel ſquilliticum, alhaſce, hyſſopus, & ſpica & ſimilia. Et ſi fuerit materia aduſta cholerica, digeſtionem eius faciunt, ſyrupus acetoſus, & aqua lupuli, & fumus terræ, & altaraſacon & ſimilia. Si autem fuerit melancholica, in digeſtione eius regimen erit duplex. Ex una ſcilicet parte cum eis quæ leniſicant & humectant & habilitant duritiem corporis & ſic citatem terreſtreitatis eius, & ex alia cũ eis quæ reſoluunt & incidunt, & ſubtiliãt reſolutione & inciſione non perducente ad lapideitatẽ, & proprie cũ rebus operantibus cum mediocritate & tẽperie. Et ſemper ponimus uiciſsitudinẽ in hoc duplici regimine ut cadat æqualiter digeſtio & maturatio in materia, & non abſcindatur ſubtile & remaneat groſſum. Eligimus aũt ad digeſtionem materierũ, ſiue calidarũ, ſiue frigidarũ ex unctionibus, & epithematibus, & emplaſtris, & embrocationibus, & aliis quæ congruant ſicut infra diſtinguemus. Et incipiemus experiri ea ſecundũ teſtimoniũ exigentiæ cauſæ. Et quidem canon eſt, qm̃ in ſoda calida ab alterantibus incipere debemus, ſiue ſint emplaſtra, ſiue unctiões ut reprimatur exceſſus eius & prohibeatur ad uentus nociui alterius ad ipſum, quantum poſsibile fuerit niſi in quatuor caſibus. Primus eſt in ſoda calida quæ fit in febribus & proprie materialibus. Vſus enim epithematũ frigidorum repercuſsiuorum multiplicat eam, non. n. permittunt uapores exire. Sed attractio aceti, & aquæ roſatæ, aut uiolatæ per nares uehementiam eius ſedat. Secũdus uero eſt, qñ fit ſoda propter uapores acutos qui perueniũt ad caput ex cõitate totius corporis, aut mẽbri alicuius, & iam caput recipit eos, & tunc facere ut fiat eorũ diuerſio ad oppoſitũ, & diuerſum ex una parte, & ex alia receptorum reſolutio ſedat eam. Tertius eſt quando ſoda fit à nocumento quod infertur à multitudine materiæ, & tunc euacuatio eã ſedat. Quartus eſt, quãdo ſoda fit à multitudine uaporũ exiſtentiũ in capite, & propter cõitatem corporis, aut alterius membri, & tunc reſolutiuorum adminiſtratio cũ facilitate, & particulariũ euacuationum eam ſedat. Amplius autẽ canon eſt, ꝙ emplaſtra, & linimenta alterantia non ſunt expolianda ab aliqua triũ uirtutum. Prima eſt, competentia eius in gradu alterationis. Secunda eſt, ut coadunet uirtutẽ mẽbri, ut non recipiat ſuperfluitates. Tertia eſt, ut confortet membrũ cui applicatur proprietate ſua. Et incipiemus rememorari de eis primo quæ caput & cerebrum mundificãt. Et incipiemus à mundificantibus materias calidas, & quæ conferunt ſodæ, & ægritudinibus calidis. Et dico ꝙ omnis materia, ſiue calida, ſiue frigida ſecundũ tres modos recipit diminutionẽ, aut. n. per euacuationes ſenſibiles, & occultas, aut per diuerſionem eius à parte nobili ad ignobilem, aut per utrũq;. Euacuationes aũtẽ occultas natura regulat. euacuationes quoq; ſenſibiles eadem ſimiliter, & quãdoq; per ſe, & quandoq; adiuta rebus exterioribus ab operatione artificis, & hoc ſecũdũ duos modos, aut uniuerſaliter, aut particulariter. Voco aũtẽ hic uniuerſalem purgationẽ quæ materiã euacuat, cui accidit a cõitate totius corporis multiplicatio, aut plurimorũ membrorũ, aut famoſorum, aut eorũ quæ ſunt minera illius, ſicut hepar ſanguinis, & kyſtis choleræ, ſtomachus phlegmatis, & ſplen melancholiæ. Et uoco particularem purgationẽ, quæ ex parte illius mẽbri in quo materia exuberat, euacuat ab emunctoriis eius ſicut quando per palatum, & nares, & aures, & oculos materiæ cerebri purgantur. Et quidem canon eſt particularem uniuerſali præponi non debere niſi in quatuor caſibus. Aut quia materia non multũ in quantitate exuberat, quare ſufficit à parte emunctoriorũ illius mẽbri adduci in quo eſt ægritudo. Aut quia membrum dans non eſt forte in dando, nec membrum recipiens aptum in recipiendo. Aut quia membrum non recipit à mẽbris cõitatẽ eius. Aut quia corpus & alia mẽbra non ſunt poſita ſub dominio materiei facientis ægritudinẽ in illo mẽbro. Diuerſiones autẽ materiei à parte nobili ad partem ignobilẽ fieri debere oſtendimus propter fricationes extremitatũ, & cõpreſsiones & ligaturas earum doloroſas, & cũ uentoſis & aliis. Remedia autem quæ habent intentionem utriuſq;, ſunt clyſteria & ſuppoſitoria, & omnia quæ ſimul ad longinquam diuerſitatem attrahunt & euacuant. Et nos de omnibus loquemur. Et primo de euacuationibus ab artificio, ſi Deus uoluerit.

Purgatio uniuerſalis.

Purgatio particularis.

Syrupi in materia calida.

In frigida.

De ſoda calida. Cap. 2.

SOdæ calidæ primo medicinas diſtinguimus. Et ſanguineæ quidem phlebotomiam neceſſariam eſſe dicimus. Deinde ſedantia quæ dicemus. Cholericæ uero curam aggrediemur. Incipientes à ſimplicioribus & debilioribus ad maiora, & fortiora procedemus. Inunctio ad ſodã calidã, ſiue ſit ſanguinea, ſiue cholerica, ſiue cõplexionalis, ſiue materialis. Oleum roſatum, & acetum album cum modico aquæ roſatæ diu agitentur & contundantur donec impingueſcant. Deinde infrigidetur ſuper niuem, & ex eo caput liniatur. Eſt. n. expertũ. Si aũt cum ſoda fuerit inſomnietas, opii parũ adde, aut papaueris ſuccum cũ cortice. Inquit Alexander. ℞. ex ceroto Gal. circiter.ʒ.ii. & laua illud lauationibus pluribus cũ ſucco ſolatri, & ſemperuiuæ, & lactucę, & endiuię, & ſucco cucurbitæ, & ſucco uuę acerbę. Et lini, & ſuperpone folia ſalicis, & miraberis effectũ eius. Linimentũ forte ad ſodam calidam pulſatiuam. Oleum roſatũ & uiolatum cũ pauco aceto & agreſtæ ſucco, & modico cãphorę, diu contunde donec pingueſcat. Et capiti ſuperponatur. Eſt. n. efficax. Filius Serapionis. Embroca conferens ſodę calidę. uiolę, roſę, folia nenufaris, hordeum excortica tum, folia ſalicum, & maluarum. In aqua coquantur quæ per cannulam urceoli capiti ex alto fundatur ſi catarrhum non timueris. Si autem uirtutem habere reſoluendi uolueris, chamęmillam adde. Et ſi ſedatiuam, & ſomni prouocati uã quęris, cortices papaueris & lactucę adde. Filius Zacharię. Modus alius embrocę conferentis ad ſodam calidã cũ qua ſunt uigilię & permiſtiones. ℞. uiolas ſiccas, hordeũ excorticatum, ſemen cucurbitæ, aut corticem eius, ſemen lini pſillium, cortices papaueris, ſemen althęę, ſemen lactucę, ſemen portulacę, roſas ſiccas. Decoquantur in aqua uſque ad conſumptionem quartę ipſius. Deinde fac embrochationes ſicut diximus. Et ſimiliter ea manus & pedes & facies lauentur. Modus embrochationis alius reſoluens, & ſedãs ſodam calidam. Accipe folia maluarum, aut radicem, aut ſemina earum aut omnia ſimul, & hordeum excorticatum, & roſas, & uiolas, & folia ſalicum, & folia cucurbitę, aut cortices eius, aut ſemina ipſius & melilotum. De omnibus ana partem vnam florum chamæmillę quantum de omnibus. Coquantur omnia in aqua, & fiat embrochatio, ſicut diximus. Epithema ſedans ſodam calidam. Euiſci ſemen, & pſillium ſeparatim ſiue coniunctim cum aceto conquaſſata, ſuper caput poſita ualent. Modus emplaſtri alius ad idem. Accipe flores chamæmillę, farinam hordei, radices althæę, ſemen lini, cortices papaueris, uiolas, nenufar. Tere cũ oleo roſaceo, & uiolaceo, aut nenufarino

Oxyrodinum communę.

permisce,& ex eo super caput fac emplastrum. Dioscorides.Succum extremitatum uitis in primis cum nascuntur cum farina hordei distempera, & oleo rosato,& lini ex eo super caput, & expertum est.Modus emplastri aliud ad idē quod resoluit cum facilitate residuum sodæ calidæ. ℞. virgæ pastoris,sansuci,balsamitæ,seminum & radicum & foliorum maluarum,& violarum,& hasceæ, & hordei mundi: an. partem.i.rosarum partem.i.&.s.chamæmillæ, partes.ii.fiat emplastrum cum eis, uel fiat embrocha cum aqua decoctionis earum. Mesuæ emplastrum sedans sodam calidam pulsatiuam, & hemicraneam calidam. Accipe farinæ hordei, sandalorum trium,sief memithæ,rosarum,saufel,boli armeni,acaciæ,aloes,seminis lactucę,camphoræ,de singulis partes æquales,confice cum mucilagine psillii aut cum succo portulacæ, aut lactucæ,& epithemetur cum eo. Gabriel. suffumigium ualens ad sodam calidam. Accipe sandalorum citri. saufel,rosarum aā.ʒ.ij.&.s.camphoræ.ʒ.i.tertiam,spicæ.ʒ.s.ponantur in uase uitreo stricti orificii cum aqua rosata quantum sufficit,& obturetur orificium eius, & dimittatur ut bulliat in cinere calido.Deinde obturetur & recipiatur fumus eius,est enim expertum. Etsi ex eo super tempora aspergatur,aut lauetur ex eo facies,confert. Si aūt uigilias patitur, cortices papaueris cū eis adde,& proprie eius ʒ.iij.& plus vel minus,sicut necessitas urget.Aliud suffumigiū eiusdem resoluens residuū sodæ calidæ. Accipe rosarū,sandalorum,macaziri,ligni aloes:ana ʒ.ii.chamæmillæ ʒ.iiij.aquæ rosatæ q.s.Fac sicut primū,nobile & expertū est. Et sunt qui ponunt chamæmillæ pondus omniū.Et sunt qui addunt melilotū.Caputpurgia fiant cū oleo rosarum & violarum,& nenufarino cū pauco cāphoræ, aut cū pauco oleo de semine cucurbitæ dictis, aut oleo de salice. Aliud filii Zachariæ ualens ad dolorē capitis calidū, & hemicraneam calidā & dolorem auris. ℞. opii,cāphoræ:an.partes æquales,fiant collyria sicut lentes,& dissoluatur vnū, aut duo in oleo uiolarum,aut oleo de cucurbitis, & distilletur in nasum,& aurē. est.n.uerax.Aliud filii Serapionis ualens ad sodam calidam sublime. ℞. spodii.ʒ.ii.opii ʒ.i.croci ʒ.s.confice cū aqua in modum pilularū paruarū, & administretur cum lacte mulieris,aut oleo violarū,aut oleo de semine cucurbitæ,deinde post horā fac caputpurgiū cum lacte mulieris aut aliquo ex oleis. Iudæus.odoratur oleum rosatum cū aceto conquassatū & positum in uase uitreo, & confert sodæ calidæ uehementi.Aliud nostrum expertum. ℞. amili, nabeth:an.ʒ.ii.opii ʒ.iii.spodii ʒ.i. croci ʒ.s. Fac sicut proximum. Aliud Aaron expertum efficax ad sodam calidā,& hemicraneam & dolorem auris. ℞. sief memithæ, saufel, seminis hyoscyami, seminis lactucæ,rosarum, sandalorum, opii,radicum mandragoræ:anā.Fiant ex eis sief, & fricetur ex eo super cutem cum oleo rosato, aut uiolato cū pauco aceto,& destilletur in nasum & aurem, & proprie loci doloris.Incipiamus ponere euacuatoria conferentia ad sodā calidā,cuius materia est cholera citrina. Et incipiamus à le uioribus,sicut consueuimus,procedentes ad maiora.Purgetur ergo in primis cum aqua fructuum. ℞. pruna.xiiij.tamarindorum ʒ.ii.&.s.medullæ casiæ fistulæ ʒ.iii.myrobalanorum citrinorum ʒ.i.&.s.propinetur infusio eorum post sufficientiam coctionis ipsorum. Aqua fructuum secundum modum nostrum conferens sodæ cholericæ. Reci. absinthii, rosarum,uiolarum:ana ʒ.v.fumiterræ ʒ.vi.capillorum ueneris ʒ.i.passularum enucleatarum ʒ.i.pruna xl.numero, iniubæ,sebesten: ana xx.Coquantur cum facilitate in aquæ lib.ij.vsquedum ueniant ad lib.i.& proice in ea illa eadem quæ hic proxime diximus, & propinetur, & sunt casiæ fistulæ ʒ.iiii.tamarindorum ʒ.ii.corticum myrobalanorum citrinorum, vnc.i.&.s. Inquit Galen. Quando ex aquis fructuum soda non resoluitur propinanda est infusio aloes. Et ifte est modus eius. Reci. succi endiuiæ, succi lupuli, post depurationem ipsorum ʒ.vi.vel alterius eorum tantū, si utriq; haberi non possunt: uel succi bugloſſæ domesticæ, aut syluestris lib.i.& proice super ipsum aloes succotrini boni & electi ʒ.i.& pone in uase uitreo ad solem obturato orificio eius diebus xii.& da ex eo omni mane ab ʒ.i.usque ad.iii.cum modico dragaganthi, vt non noceat ano. Modus infusionis conferens sodæ calidæ uehementi & solutio

ne educit choleram. Et confert iuuamentum maximum febribus cholericis. Accipe succi endiuiæ cocti & depurati lib.ii.uel aliorum succorum, quos diximus, & infunde in ipsis uel altero ipsorum diafiracost ʒ.vi.Et da ex eo in mane ab ʒ.ii.usque ad.iiii. Apparebit enim cito sanitas si Deus uoluerit. Inquit Hamech. Modus infusionis sodæ calidæ diuturnæ. Accipe absinthii romani ʒ.i.fumiterræ drac.viii. passularum enucleatarum vnc.i. cupatorii drach.v. florum bugloſſæ domesticæ, aut syluestris ana drach.vi. cuscutæ, seminis endiuiæ,agarici: ana drac.iii.Coquantur in lib.iii. aquæ usque ad lib.i.&.s.Et infunde in ea confectionis iam dictę Hamech & proprie primæ descriptionis ʒ.ii. Et da ex ea omni mane ab vnc.i.usque ad.ii.sanat enim cum uirtute Dei gloriosi.

De soda frigida. Cap. 3.

LOquemur deinceps de soda frigida,siue sit sine materia siue cum materia phlegmatica, uel melancholica, siue permista,siue uentosa. Et de his omnibus distinctim loquemur si Deus uoluerit. Et incipiemus sicut consuetudo nostra est,à debilioribus. Calefactorium ad sodam frigidam,& sodam uentosam. Milium integrum cū sale quantū ipsum calefiat in latere calido, & impleantur ex eis saccelli,& uaporetur cū eis locus.Isaac. grana lauri, & olibani mediū eorū terantur & impleantur ex eis saccelli. postquam ibi irrorata fuerint aceto uini calefiant in latere calido super quod irroratur acetū & fiat euaporatio cū eis. Democritus.Accipe grana sinapis integra & grana nasturcii,ut sint partes eorū æquales. Infundantur modicū in aceto vini fortis,& impleantur ex eis saccelli, & calefiant in latere,& fiat euaporatio cū eis.Aliud eiusdem expertū.Pulegii,carui,æquis partibus fiat sicut diximus. Aliud eiusdē. Oleum puleginum inunctū expertum est. Vnctiones fiāt ad sodam frigidā ex oleo nardino, aut irino, aut laurino, aut de been,aut aliquo talium. Itē si fortius facere uolueritis confortat uirtutem eorum cū costo,& castoreo,& euphorbio,& pipere cū aliquo horū, uel omnibus. Linimentū ad dolorē capitis frigidū.Theriacā,uel mithridatū cum succo menthæ,misce & superpone, expertū est.Linimentū aliud expertū à nobis ad antiquos capitis dolores quod administratur super caput,& frontem. Reci. costi,myrrhæ,castorei neriden:ana partes æquales,olei rosati q.s. Et si insomnietatē patitur partē.s.opii adde.est enim expertum. Mahemeth filius Zachariæ. modus linimenti ad sodam frigidam & antiquam & hemicraneam,& dolores auris ex frigiditate. Reci. castorei,euphorbii,opii,styracis liquidæ, piperis,foliorum rutæ,sinapis,calamenthi,marrubii,an.Fac trochiscos aut.ii.aut.i.& apud necessitatē dissolue ex eis cum oleo nardino,aut costino,aut modico aceto. Et lini super locum,& distilla ex eo in aures & nares ex parte doloris, & miraberis effectum eius, si Deus uoluerit. Gal. Trochiscus crudus dissoluatur cum aceto forti, & oleo rosato, & liniatur exeo super frontem & tēpora, & sedat sodā difficilem & hemicraneam.Et est Expertum.Et eodem modo trochisci de croco dicti in antidotario.Dioscorides.Epithema ad sodā frigidam & hemicraneā. Ex cinere & aceto fiat permistio,& decoque in olla,& liniatur ex eo. expertū est. Philagrius. Modus linimenti ad sodam frigidam & antiquā & hemicraneam difficilem. ℞. myrrhæ,opii,omphaci, scāmoneæ,granorū lauri:an.ʒ.iiii.croci ʒ.iiii.& s.seminis hyoscyami,apii,amomi:ana ʒ.v.Fac trochiscos cum aceto: & lini sicut diximus cū eis super locū.Alexander.Cōfectio epithematis ad sodam frigidam diuturnā. Rec. fimi colūbini ʒ.i.&.s.leucopiperis.ʒ.ii.euphorbii ʒ.iiii.croci ʒ.i.& fęcis olei de croco ʒ.i.s.aggregētur omnia cum aceto forti multæ fortitudinis. & fac trochiscos cū aceto, & succo absinthii,& oleo nardino.Misce & lini ubi oportet. Embrochetur caput in soda frigida,& uentositate grossa cū chamæmelo, hastu sceha,maluis,foliis lauri,& sauina,& berēgesif,& origano,& meliloto,& sampsuco,& neemen,& hyssopo sicca,& similibus separatis uel coniunctis. Dioscorides. Expertum est succo apii calido capite linito resolui sodā. Democritus ad diuturnam sodam medicamen expertum. Rec. castorei,radicum fœniculi,algul, ireos: ana ʒ.i.granorum lauri ʒ.ii. foliorum rutæ ʒ.iij.ceræ ʒ.vi. olei rosacī unc.i.ſ olei

olei irini.ʒ.i.Fac unguentum & lini ex eo.probatum est.

De caputpurgiis conferentibus sodæ frigidæ. Cap. 4.

CAputpurgiorum conferentium sodæ frigidæ narrationem aggredimur. Dioscorides dixit. fit caputpurgium cum aqua sampsuci,& resoluit sodam frigidam, & hemicraneam. Oribasius dixit. Oleum de cucumere asinino est caputpurgium bonum sodæ frigidæ & hemicraneę,& mundificationi cerebri ab humoribus frigidis pinguibus,& aquæ descendenti ad oculum,& proprie si modicū huius olei distilletur in aures et trahatur sugendo. Deinde post horam lauentur nares cum aqua calida.Succus quoque cucumeris asinini uehementius operatur. Gal. Caputpurgium conferens sodæ frigidæ, & tortuæ,& oppilationi colatorii,& defectioni olfactus et impedimento ipsius.Nigella die ac nocte infundatur in aceto: deinde siccetur & teratur subtiliter. & puluis eius naribus approximetur,& trahatur naribus odor eius, sicut sugendo. Et expertum est. Idem. caputpurgium ualens sicut superius & est forte. ℞. nigellæ ʒ.ii. succi cucumeris asinini drach.i.salis ammoniaci.ʒ.s.Misceantur cum oleo cucumeris asinini,aut oleo de alcanna,& liniatur ex eo in naribus intus,& sugatur uehementer odor eius.Educit enim de materia contenta in capite sufficienter. Deinde lauentur nares & caput cum aqua calida. Filius Zachariæ. Confectio caputpurgii ad sodam frigidam. ℞. castorei, euphorbii: ana.Fiat ex eis sief cum aqua sampsuci, & fricetur ex eo super cutim alias cotem cum oleo nardino, aut costino, & liniatur ex eo in naribus: & sugatur, & fiat sicut diximus. Idem. Confectio caputpurgii ad sodam frigidam, & hemicraneam, & ægritudines cerebri frigidas, & torturam, & paralysim. ℞. castorei, condisi,arthanitæ, pulpæ colocynthidos,baurach,euphorbii, gibenech, fellis uaccini ficci: ana. Fiat sief. Et fiant cum eis caputpurgia cum auricula, succo muris,aut succo sampsuci,aut succo uenarum. Et est expertum. Iudæus.Caputpurgium conferens sodæ frigidæ. Fellis adib ficci,aut uaccini,aut caprini,opopanacis, castorei:ana partem.j.croci partem.s.fiat sief: & fricetur ex eo super cutim, alias cotem cum aqua, & liniantur intus nares. est enim expertum. Archigenes. Caputpurgium ualens ad idem castorei,sinapis,opopanacis,opii,croci,aloes: an.Fiant pilulæ, & administrentur sicut diximus. Expertum. Alexander.Caputpurgium mirabile ad diuturnum capitis dolorem & pingues in eo materias, & initium aquæ. Et est ad epilepsiam expertum. ℞. fuseis.ʒ.v.succi cucumeris asinini nec nimis recentis,nec nimis antiqui, salis ammoniaci: ana drach. ii. terantur diligenter & misceantur sic terendo cum oleo de cucumere asinino, aut oleo irino donec fiat sicut cerotum:& repone in uase uitreo, & inunge ex eo intus in naribus,& sugatur diligenter. Deinde fac sicut diximus. Idem. Accipe radicum arthanitæ siccæ.dra. ii.s.succi cucumeris asinini.ʒ.ii.Teratur subtilissime: & ex eo per cannellum insuffletur in nares. Deinde sugat sicut diximus. Democritus. purgatur aliquando caput per res quæ commasticantur. Et est purgatorium leue. Accipe mastiches partes.ii. piperis partem.i. commasticentur diu: & saliua quæ resoluitur semper expuatur: & quandoque admiscemus cum mastiche staphidem agriam, & quandoque pyrethrum, & quandoq; radices alfesare, & quandoq; radices capparis.Hæc enim spissum humorem & phlegma grossum educunt. Caputpurgium in inuentione nostra, conferens delicatis ad ea quæ diximus. Rec. castorei.ʒ.i.euphorbii ʒ.s.galliæ muscatæ ʒ.vnius partes.ii. confisi ʒ.vnius partem s. Fiat eorum contritio bona, & infunde super ea succi arthanitæ quantitatem sufficientem: & expone ad umbram donec siccetur. Deinde tere,& cum succo venarum: aut cum succo sampsuci fiant collyria: & administra sicut diximus. Gargarismata etiam materiam cerebri attrahunt:quale est gargarisma factum cum oxymelite,cum sinapi,aut cū iride, aut cum cortice capparis, aut cū pyrethro,aut pipere. Paulus. Gargarisma conferens sodæ frigidæ,& ægritudinibus cerebri phlegmaticis. hiera picra cū oxymelite squillitico, cū aqua decoctionis alhasce, origani,hyssopi siccę,pyrethri,et sinapi.Gargarismus cū eis

fiat omni hora. Suffumigium Gabrielis ad sodam frigidā, & ægritudines cerebri phlegmaticas.Accipe sampsuci.ʒ.ii. foliorum citri.ʒ.i.chamæmeli tantundem: ligni aloes, spicæ:an.ʒ.v.ponantur in uase uitreo stricti orificii, & coquantur donec consumpta sit quarta pars aquæ. Deinde aperiatur orificium uasis,& recipiatur vapor eius. Aliud eiusdem sed est fortius illo aperiens oppilationem cerebri,& emūctorii. ℞. nigellæ partes.ii.foliorum sampsuci,origani per sici, hasceę,hyssopi siccæ,stœchados:ana partem unam. Fiat sicut diximus.Odoramentum conferens sodæ frigidæ.

℞. galliæ muscatæ aur.iij.saduram aure.iii.&.s. ambræ crudæ aur.ij.muschi.ʒ.i.ligni aloes aure.vi.Dissoluatur ambra in modico olei de been. Cæteræ autem res præter muschum terantur subtiliter: & conficiantur cum glutino draganthi.Et postquam confectæ fuerint, malaxentur cum ambra dissoluta in oleo de been malaxatione multa. Vltimo uero muschus tritus & distemperatus cum aqua rosata misceantur malaxando cum prædictis: & fiat inde pomum vnum,aut duo, & odoretur. Deinde conferuetur in uase uitreo, aut plumbeo,ne uirtus ipsius tollatur. Hoc est odoramentum sublime. Odoramentum aliud ex castorei & rutæ siccæ partibus æqualibus cum glutino draganthi. pomum fiat,& odoretur: & species per se odorentur præterquam fiat pomum. Est enim expertum ad sodam frigidam & uentosam. Odoramentum aliud expertum ad frigiditatem cerebri quod confortat ipsum, & confert sodæ.

℞. styracis calamitæ electi.ʒ.ij.ligni aloes.ʒ.iij. ladani, confectionis geanam: ana.ʒ.i.& in alio.ʒ. vnius partes.ii. spicæ.ʒ.iij.galliæ muschatæ.ʒ. viii. mastiches.ʒ.iiij. ambræ crudæ ʒ.ij.& s. garyophyllorum, macis:ana ʒ.iij.& s.Confice sic. styracem ladanum & mastichen cum modico olei de been resolue. Deinde tere in mortario cum pistillo calido, & proiice super ea puluerem ligni aloes,spicæ,galliæ, garyophyllorum & mastiches: & misce cum eis. Post hæc funde super ea glutini,gummi arabi. aut dragaganthi quan tum sufficit,& misce conterendo. Deinde malaxa cum ambra dissoluta cum modico olei de been malaxatione multa conterendo. ultimo uero aromatizetur cum muschi ʒ.ii.s. & aqua rosata, aut fiant inde poma,& odorentur. Aut fiant inde trochisci & suffumigetur cum eis. Et est expertum ue rax, & suffumigantur templa,& domus regum. Aliud ualens similiter & est bonum. Accipe buchur scenden, & ligni aloes electi: ana partes æquales, muschi partis unius. xix.fac ex eis poma aut nib:& utere. bonum est & expertum. Aliud ualens similiter. styracis, ligni aloes: ana.ʒ.i. galliæ muschatæ ʒ.xii.ambræ ʒ.vii.muschi.ʒ.ii. & fiat ficut diximus. Aliud nobile satis conferens sodæ & epilepsiæ & præfocationi matricis. Ligni aloes,galliæ muschatæ: an.ʒ. xv.zifenidæ ʒ.vii.confice terendo & fac ex eis poma, aut nib.& administra,aut fac colliria, & suppone in matrice. Et sunt qui addunt buchur scenden.ʒ.xx. Inquit Hippo. Aromatica capitis grauedinem faciunt. Et ego quidem dico quòd non elongatur quin hoc fit in frequenti usu eorū: conuertunt enim uapores ad caput, immo replent illud uaporibus. Moderatus uero usus eorum cerebrum confortat & calefacit. Sed non fiat adeo frequens ut perducat ad illud.Et quidem canon est non debere conferre apud repletionem. Et hoc est quod Hip.uoluit.Nam post mundificationem confortat & calefacit, & residuum sodæ remouet. Et si soda est ex malitia complexionis frigidæ sine materia, aut à frigiditate aeris, inuenimus esse iuuamenti sublimis usum eorum.

De solutiuis conuenientibus sodæ frig.& phlegmaticæ. Cap. 5.

SOlutiuorum genera conuenientium sodæ frigidæ & phlegmaticæ, deinceps scribantur, & primo à debilioribus incipiamus. Ex eis est modus pilularum de inuentione Iudæi mundificantium cerebrum, & nernos ab humore phlegmatico & conferentium sodæ frigidæ & epilepsiæ,& spasmo & paralysi.quarum permistio hæc est.℞.pulpæ colocynthidos.ʒ.xii.ladani puri ʒ.x.dragaganthi.ʒ.ij.galliæ.ʒ.iiii.salis gemmæ ʒ.i.& s. confice sic. Dragaganthum & gallia dissoluantur in aqua pluuiali. Ladanum

uero diſſoluatur in modico olei roſati. Deinde miſceatur omnia, & ultimo conficiantur cum eis colocynthis & ſal gemma, ultimo pulueriza ta. Pilulæ autem ad hoc ualentes ſunt pilulæ de hiera, & pilulæ de ſpeciebus, & pilulę ſtomachicæ, quas ſcripſi in antidotario uniuerſalium medicinarum. Mahemet filius Zachariæ. Confectio pilularum habẽtium uirtutem hieræ, & ſunt in nobilitate eius, & uocauit eas cochias: quarum hęc eſt permiſtio. Accipe puleris hieræ. 3.xx. colocynthidos interioris. 3.vi. & ſ.s. & in alio pro colocynthide trochiſcorum alandahal. 3. viii. ſcammoneæ antiochenę coctæ in cydonio. 3.v. ſtœchados, turbith: ana. 3.x. fiant pilulæ. doſis eorum eſt à. 3.ii. uſq; ad. 3.ii. & ſ.s. Ga. Pilulæ expertæ ad ſodam frigidam, & mundificant caput & ſtomachum ab humore phlegmatico, & putrido & ſunt pilulæ ſaluæ: quarum permiſtio hæc eſt. ℞. aloes boni. 3.x. colocynthidos interioris. 3.iiii. ſcammoneæ coctæ in cydonio. 3.iii. ſtœchados arabici. 3.v. ſalis gẽmæ. 3.ii. aniſi, abſinthii an. 3.ii. & ſ. turbith boni & electi ſublimis. 3.xii. fiãt pilulæ. Et ſit doſis earum 3.i. uſq; ad.ii. Aaron infuſio hieræ ad ſodam antiquam frigidam ex humore groſſo phlegmatico Rec. hyſſopi ſiccæ, haſce, ſucaha, radicum fœniculi, apii: ana 3.viii. turbith 3.iiii. & in alio v. aniſi 3.ii. & ſ. ſalis gemmæ. 3.ii. paſſularum enucleatarum 3.i. Decoquantur in lib. ii. aquæ uſq; ad lib.i. & coletur. Deinde proiiciatur ſuper ipſam hieræ picræ 3.x. turbith boni & ſublimis 3.iiii. ponatur in uaſe uitreo, & ſuſpendatur in Sole diebus. x. & da huius infuſionis omni die ab ℥.i. uſq; ad.ii. Filius Serapionis. Infuſio de aloe eſt mundificans caput, & ſtomachum & curans ſodam. Rec. myrobalanorum chebulorum, emblicorũ, bellericorum, radicum apii, fœniculi, florum ſquinanthi, capitis liliis: ana 3.x. ſpicæ, maſtiches, calami aromatici: ana 3.iii. hyſſopi, dauci, ſucaha, bedeguar: ana. 3.v. colocynthidos interioris. 3.ii. Coquantur in lib.iiii. aquæ uſq; ad lib.i. & proiiciatur ſuper ea aloes ſuccotrenſis. ℥.i. & pone in Sole ſicut diximus. Et eſt doſis eius ab ℥.i. uſq; ad.ii. cum draganthi & maſtiches: ana 3.s. Idem modus infuſionis hieræ ualens ad idem & eſt fortior. Rec. radicum apii, fœniculi, ſquinanthi: ana 3.x. calamenthi montani, ariſto. rotũdæ ſucahæ, & bedeguar: ana. 3. v. myrobalanorum indorum. 3. vii. epithymi cretenſis 3.v. maſtiches 3.iii. ſpicæ 3.ii. caſiæ, ameos, calami aromatici: ana 3.iiii. agarici 3.vi. ſtœchados 3.vii. paſſulæ enucleatæ 3.iii. Coquantur in lib.vi. aquæ uſque ad lib.v. & proiiciatur ſuper ipſam hieræ picræ 3.i. Et fiat ſicut diximus. & ſit doſis eius ab ℥.i. uſq; ad.ii. cum olei de cherua 3.iii. Alexander. Confectio pilularum ualentiũ ad diuturnam ſodam & hemicraniam, & uertigines, & epilepſiam, & arthreticam, & educunt humores a profundo membrorum, & ſoluunt ſine moleſtia: quarum permiſtio hæc eſt. Rec. aloes boni ſublimis ℥.i. colocynthidos interioris, ſcammoneæ coctæ in cydonio, abſinthii, bdellii, ameos, an. 3.s. maſtiches. 3.iiii. aniſi. 3.ii. euphorbii 3.iii. & ſ. baurach, ellebori nigri: ana 3.iii. cum ſucco caulium fac pilulas. Et ſit doſis à dra.i. uſq; ad.ii. Pilulæ noſtræ conferunt ægritudini capitis, & conferunt ſodæ antiquæ, & ſolutione educunt humores pingues & graues & cuſtodiunt ſanitatem oculi, & curant rheuma eius: quarum hæc eſt permiſtio. ℞. colocynthidos, turbith: ana 3.iiii. agarici 3.iii. ſtœchados. 3.ii. ſcammoneæ 3.iii. & ſ. ſpicæ, ſquinanthi, xylocaſiæ, xylobalſa. carpobalſami, aſſari, roſarum, uiolarum, epithymi, abſinthii, cinnamomi, croci, maſtiches: ana 3.i. aloes ſublimis ad pondus omnium. Fac pilulas cum ſucco abſinthii. Pilulæ aliæ noſtræ. Valent ſimiliter ad mundificationem ſtomachi & capitis: & accipiuntur omni tempore. Et dicũtur pilulæ de maſtiche. ℞. aloes 3.vii. maſtiches, roſarum: an. 3.iii turbith 3.x. fac indè pilulas. Doſis earum eſt à 3.ii. uſq; ad iiii. Hiera noſtra confert ſodæ à phlegmate factæ, ſtomachum & cerebrum mundificat hepar & membra nutritionis confortat. Rec. carpobalſami, xylobalſami, caſiæ, cinnamomi electi, ſpieæ, aſſari maſtiches, cubebæ, nucis muſchatæ, ſquinanthi, agarici an. 3.v. croci 3.iii. aloes ſuccotrenſis ℥i.i. mellis. quantum ſufficit. Doſis eius eſt à 3.ii. uſq; ad. v.

E

De ſoda ex aggregatione choleræ & phlegmatis. Cap. 6.

F

INfuſio conferens dolori capitis, cuius materia eſt cholera & phlegma, & ſolutione educit ea. Rec. pruna. xl. fumiterræ 3.viii. abſinthii 3.iiii. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, & indorum: ana. ℥.i. tamarindorum 3.xv. agarici, & turbith: ana 3.ii. & ſ. Coquantur in lib.iiii. aquæ donec redeat ad lib.i. & ſ.s. Et accipe ex ea. ℥.viii. & fricetur in ea aloes, turbith: ana. ℥.i. pars. s. agarici drach.i. Deinde coletur & bibatur donec dimittatur per totam noctẽ. Si autem qui ſumpſerit eam fuerit debilis, illa tria non fricentur in ea: ſed ſufficit cum ea miſceri pulpæ caſiæ ſiſtulæ 3.xvi. Haly modus infuſionis hieræ ad ſodam antiquam & difficilem hemicraneam & ſe. antiquas. Rec. myrobalanobalanorum citri. 3.i. indorum, chebulo rum, & emblicorum & bellericorum: ana. 3.ii. & ſ.s. cuſcutæ, abſinthii: ana 3.vi. ſe. fumiterræ. 3.i. bedeguar, maſtiches: ana. 3.iii. xylobalſa. carpobalſami: ana. 3.ii. acori, 3.ii. & ſ.s. decoquantur in libr. iiii. aquæ uſq; ad unã, & proiice ſuper eam poſt collationẽ ipſius hieræ picræ, ligni aloes: an. ℥.ſ. & fac ſicut diximus, & da uſq; ad dies. xii. plus uel minus uſq; dum appareat ſanitas. & doſis eius eſt ab ℥.i. uſq; ad. ℥.ii. efficax & expertũ. Alius modus infuſionis aloes conferens ſodę permiſtionis choleræ & phlegmatis diuturnæ. ℞. myrobalanorum, nigrorum, abſinthii: ana. 3.vi. fumiterræ, bedeguar: ana. 3.i. Coquantur in lib.iiii. aquæ uſq; ad lib.i. & cola, & proiice ſuper eam aloes boni. 3.viii. Et pone in uaſe uitreo: & fiat ſicut diximus. Et da uſq; ad dies. xii. plus nel minus uſque dũ appareat ſanitas, & doſis eius eſt ab ℥.i. uſq; ad. ii. efficax expertum eſt. Ruffus. pilularum confectio conferentium ad ſodam antiquam ex humore groſſo phlegmatico & cholerico quarum permiſtio eſt. ℞. myrobalanorum citrinorum & indorum, abſinthii: ana drac. iii. aniſi, bdellii, maſtiches: ana drac. ii. ſcammoneæ drac. ii. & ſ.s. & proprie coctæ in cydonio, trochiſcorum alandahal dr. iiii. epithymi. 3.ii. aloes, boni, turbith electi, & caſiæ, ana. 3.vi. ſalis gemmæ. 3.i. & ſ.s. & fac pilulas cum ſucco endiuiæ. Doſis earum à dra.i. uſq; ad.ii. Alchindus. Confectio pilularum conferentium ſodæ aggregationis choleræ & phlegmatis & ſodæ proprie ſtomachicæ: & conferunt ſtomacho, & mundificant ipſum: & caput à ſuperfluitatibus cholericis & phlegmaticis, & mundificant ſenſus & uiſcera, & conferunt ſpleni. Quarum hæc eſt permixtio. ℞. trium myrobalanorum: ana. 3.iii. epithymi boni, abſinthii: ana. 3.ii. & ſ. turbith arundinis. 3.ix. agarici, ſcammoneæ, trochiſci alandahal. ana. 3.ii. apii, aniſi an. 3.i. ſalis gemmæ. 3.ii. nucis muſchatæ, gariophyllorum: ana. 3. unius partes duas, hieræ picræ. 3.v. maſtiches. 3.i. & s. Confice cum ſucco endiuiæ, & penidiarum. 3.ii. Doſis earum eſt à. 3.i. uſq; ad. iii. Oribaſius. confectio pilularum mũdificantium caput à cholera & phlegmate, & conferentiũ ſodæ permiſtæ, & mundificantium caput & ſtomachum & inſtrumenta uiſus, & attrahunt materias uehementer, quarum hæc eſt permiſtio. ℞. carpobalſami recentis, aſari, maſtiches, abſinthii, ſpicæ, ſcammoneæ, cinnamomi electi: an. 3.ii. croci. 3.i. nucis muſchatæ. 3.s. turbith boni & electi. 3. iii. &. s. aloes. 3.viii. colocynthidos interioris. 3. vii. Fac pilulas. Doſis earum eſt à. 3.i. uſq; ad. ii. Gal. Confectio pilularum cochiarum conferentium ſodæ permiſtæ, & mundificantium ſtomachum & caput & inſtrumẽta uiſus. ℞. aloes, ſcammoneæ coctæ in cydonio, colocynthidos interioris ana bæ & lenis, maſtiches, abſinthii romani: an. partes æquales. Confice cum expreſſione ſolatri aut endiuiæ. Et doſis earum eſt à. 3.i. uſq; ad. i. & ſ.s. Pilulæ aliæ expertæ ualentes ſimiliter: mundificant caput & ſtomachum, & confortãt ea. ℞. aloes boni & electi. 3.v. maſtiches. 3. iii. roſæ ſiccæ. 3.i. Doſis earum eſt à. 3.ii. uſq; ad aur. ii. Aliæ ualẽtes ſimiliter. Accipe aloes. 3.vi. myrobalanorum citrinorum. 3.iiii. maſtiches. 3.iii. roſarum. 3.ii. croci. 3.i.

G

H

De ſoda frigida ab humore melancholico. Cap. 7.

SAbor heben girges. Confectio pilularum indarum cõferentium ſodæ, cuius materia eſt melancholica, difficilis eradicationis & conferentium maniæ & melancholiæ, & epilepſiæ: & lepræ, & morpheæ nigræ, & ulceribus nigris, quarum hæc eſt permiſtio, hieræ picræ dra. x. epithymi, agarici, polipodii, ſtœchados: an. 3.vii. myrobalanorum nigrorum, colocynthidos interioris: an. ℥.iiii. ellebori nigri, ſalis indi: ana. 3.ii. & ſ.s. lapidis lazuli. 3.iii. Fac pilulas. da. 3.i.s. uſque ad. ij. cum aqua caſci, infuſionis epithymi, & paſſularum enucleatarum, & parum ſalis gemmæ. Sunt enim mirabiles. Sunt etiam ex poſterioribus qui addiderunt in permiſtione earum gariophyllorũ, aniſi, ſpicæ: ana. 3.i. & ſ.s. Decoctio de epithymo conferens ſodæ melancholicæ, & ſpeciebus melancholiæ, & maniæ, & lepræ, & morpheæ nigræ, & cancro, & fiſtulæ nigræ. ℞. epithymi, ſtœchados, myrobalanorum nigrorum: an. ℥.i. chebulorum, emblicorum, bellericorum, turbith, eupatorii, agarici: ana. 3.v. polypodii, ſenæ: an. 3.vi. fumiterræ, florum ſquinanthi: an. 3.iij. corticum ellebori nigri. 3.ii. ſalis gemmę. 3.ii.s. paſſularum enucleatarum. ℥.i.s. Omnia præter epithymum bulliant in lib.iiij. aquæ uſq; ad lib.i. Deinde bulliat epithymũ in eo bullitione vna modica. Deinde coletur & proiiciatur in ea hieræ picræ. ℥.i. & fiat ſicut diximus. Doſis eſt ab. ℥.i. uſq; ad tres. Hamech filius Zezar. Modus infuſionis conferens ſodæ, cuius materia eſt humor aduſtus, aut melancholia, & eſt ſublimis ad illud & ad maniam, & melancholiam, & epilepſiam, & uertiginem, & lepram, & cancrum, & ſcabiem, & impetiginem. Cuius hæc eſt permiſtio. ℞. myrobalanorum nigrorum, chebulorum: ana. 3.viij. epithymi, reubarbari: an. ℥.i. radicum bugloſſæ, domeſticæ & ſylueſtris & florum earum: an. 3.iiii. abſinthii. ℥.iii. fumiterræ. 3.v. polypodii, agarici, ſtœchados, chamædryos, chamæpityos: an. 3.iiii. liquiritiæ. 3.v. ſenæ. 3.vii. paſſularum enucleatarum. ℥.i. Bulliant omnia præter epithymum in quinque libris aquæ uſq; ad lib.i. Vltimo uero ponatur epithymum. Deinde coletur & proiiciatur in ea confectionis Hamech ſecundæ. ℥.ii. & ponatur in Sole in uaſe uitreo diebus ſex. Et da ex eo ab. ℥.i. uſque ad.i. & ſ.s. eſt enim mirabile. Meſui iuhe. Syrupus conferens ad ea quæ diximus. nobile, & expertũ, & confert quartanæ & oppilationi ſplenis, & omni ægritudini quæ eſt de melancholia. Recip. capillorum ueneris, radicum bugloſſæ domeſticæ, & ſyluetris, & florum earum, polypodii: ana. ℥.i. epithymi. ℥.i. foliorum ſenæ, chamæmeli, ſtœchados: ana. 3. vii. chamædryos, ſquinanthi, ellebori nigri: ana. drach. iii. fumiterræ. drach. vii. eupatorii. drac. iiii. ſucci pomorum dul. 3.viij. Omnia præter epithymum & ſuccum pomorum bulliant in lib.iii. aquæ uſque ad lib.ii. Deinde bulliat in eo ebullitione vna epithymum: & coletur, & cum ſucco pomorum & lib.ii. aquæ, fiat ſyrupus. doſis eſt à drach. x. uſque ad xxx. & eſt ſublime. Alexander. pilulæ de lapide armeno: conferunt ſodæ melancholicę, & educunt cum facilitate humorem melancholicum, & conferunt ægritudinibus melancholicis ſicut eſt mania, melancholia & cancer & lepra. Recip. hieræ picræ, epithymi, agarici, lapidis armeni loti & præparati: ana. 3.iiii. ſcammoneæ 3.v. & proprie coctæ in pomo, gariophyllorum. 3.i. fac pilulas cum aqua roſata. Doſis. drac.i. Gal. Canon eſt quòd cura huius ſodæ non eſt expolianda ab uno trium regiminum: & ſimiliter omnium trium; ægritudinum melancholicarum. Primum eſt regimen humectatium & impinguatium: præter hoc quod facit cadere in oppilationes: & hoc ideo vt lenificetur: & habilitetur corpus humoris, ut recipiat equalitatem digeſtionis in toto. Et hoc regimen eſt neceſſarium in principio & in medio & in fine: & ante ſecundum regimen quod dicemus & poſt, vt non cadat in corpus humoris ut reſoluatur ſubtile, & remaneat groſſum, & accidat reſiduo ipſius lapideitas. Secundum regimen eſt regimen reſolutiuum faciens reſolutionem cum mediocritate; & proprie eius quod habilitatum eſt ut fiat illud. Et hæc duo regimina oportet ut ſibiinuicem ſemper ſuccedant: ſecundum hoc enim cadet digeſtio æqualiter in materiam & æqualiter reſoluetur. Tertium regimen eſt regimen euacuatium in quo tria conſiderabilia ſubdentur, Vnum vt non ſemel, & multam & ſubitam faciamus euacuationem, ſed per interualla habentem temperiem: vt natura euacuationem, non euacuatio naturam regulet, ſubita enim & uiolenta euacuatione uix à natura regulariter operatur: ſicut impetus flammæ quæ ſubito agit in ſubtile & prætergreditur groſſum. Opus uero moderati caloris eſt æqualiter in utranq; partem rei elixabilis & aſſabilis agere. Secundum conſiderabile eſt, ut euacuatium ſit commenſuratum non excedens mediocritatem: ſed ſit extenſio eleuationis eius non recedens à gradu medicinarum incolumium quas te ſcire fecimus in libro rectificationum earum. Tertium eſt, ut non expolientur ſolutiua à rebus lenificatiuis & humectatiuis. hoc eſt enim quod operationem beatificat. Adhuc autem canon eſt ut in hoc triplici regimine conforetur cor cum rebus cordialibus generantibus in eo mineram gaudii: & tu elige eas ex ſimplicibus & compoſitis: quarum traditio eſt apud te: & cum adminiſtratione omnium quę ad rem gaudii pertinent: hic eſt enim theſaurus curæ.

A

B

C

D

De cura ſodæ à permiſtione choleræ nigræ & phlegmatis. Cap. 8.

IVdæus. Modus pilularum conferentium ſodæ à phlegmate & melancholia. ℞. myrobalanorum chebulorum, indorum, bellericorum, ſalis indi: ana. 3.iii. turbith, epithymi: ana. ℥.i. & ſ.s. ellebori nigri, pulpæ colocynthidos: ana. 3.iiii. hieræ picræ. 3.x. agarici. 3.vi. ſtœchados. 3. iiii. abſinthii. 3.ii. Doſis earum eſt à. 3.i. vſque ad. ii. & ſunt ſublimes. Archigenes. Confectio pilularum ſtomachicarũ ſolutione educentium phlegma & vtranque choleram. & confert ſodæ ſtomachicæ factæ ab eis, quarum permiſtio eſt hæc. ℞. hieræ picræ, turbith: ana. 3.xii. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum: ana. 3.v. agarici. 3. iiii. ſalis gemmæ, ſtœchados, ameos: ana. 3.ii. epithymi. 3.iii. ſcammoneæ drach. ii. & ſ.s. Fac pilulas cum ſucco ſcariolæ. Da à 3.i. & ſ.s. uſque ad 3.ii. & ſ. Andromachus. Hiera conferens ægritudini capitis à phlegmate & melancholia. & confert iuuamentum manifeſtum apoplexiæ, & epilepſiæ, & paraly ſi, & torturæ, & mollificationi, & initio aquæ, cuius permiſtio. Recip. aloes, ſucci abſinthii: ana. ℥.i. hieræ picræ ℥.s. turbith 3.viii. colocynthidos interioris drach. iiii. ſquillæ aſſatæ 3.iii. agarici, ſtœchados, polypodii, & epithymi: an. 3.s. ellebori nigri, pyrethri, piperis, albi & longi, zinziberis, ſquinanthi, chamædryos: ana 3.iii. & ſ. cardamomi, macis, nigellæ, ariſtolochiæ, caſtoreï: ana. 3.iii. euphorbii 3.i. & ſ. croci, petroſelini, cinnamomi, ſpicæ, polii: ana 3.ii. abſinthii 3.iiii. albarum penidiarum. ℥.iiii. mellis deſpumati quantum ſufficit. Doſis eius eſt à 3.iii. uſque ad v. cum aqua caſei.

De ſoda ex percuſsione. Cap. 9.

SOda propter percuſsionem. filius Serapionis. Si ſuper percuſsionem in capite nullum præteriit tempus, adminiſtramus in principio quę repellant & non permittant materiam rheumatizantem ad locum recipi, & figi in ipſo, ſicut recte adminiſtrantur frigida ſtyptica cum aquis & expreſsionibus frigidis, ſicut eſt ramich propriè cum aqua frigida multæ frigiditatis, & comprime uehementer ſuper locum. Et ex eis ſunt roſæ, & ſandali, & ſaufel, & ſief memithæ, & acacia, & bolus armenus, & chimolea, & lens non excorticata, & licium ſingulariter & coniũctim quando miſcentur cũ aqua ſolatri, aut uirgæ paſtoris, aut plantaginis, aut coriandri humidi, aut cũ omnibus, aut cum aqua roſata; & infrigidentur in niue, aut cũ expreſsione portulacæ. Si autem poſt percuſsionem præteriit tempus, & materia iam rheumatizauit & collecta eſt, medicamen reſolutiuum apponendum eſt, ſicut ex chamæmelo, meliloto, fœnugræco, radice althææ, & ſimilibus. Si autem nõ reſoluitur, curatur ſicut dicemus in tractatu apatum. At uero & ſi rheumatizauit materia & adhuc rheumatizat, & partim collecta eſt, & partim colligenda, utraque cura indiget, ſcilicet & quæ repellat rheumatizandum, & quæ reſoluat collectum & rheumatizatum. Sint ſatis hæc de curis ſodæ quæ diximus: & ſufficere poſſunt eis quos Deus excellentiſsimus ſanare uoluerit.

De hemicranea. Cap. 10.

HEmicranea ægritudo eſt de genere uehementium dolorũ, propterea qñq; indiget curatione, qñq; blãdimẽto, & cura eius indiget obſeruatione regiminũ ſicut in ſoda diximus. quapropter oportet vt capitula illius canonis hic ẽt afferãtur, in calida. ſ. & frigida. Cura autem

autem blandiens est cura non uera: & est stupefacere apud uehementem doloré ipsius & pulsationem. Nos autē sanitatis largitoré poscimus in primis, ut de sui largitate ipsum egenti & speranti annuat qui sit benedictus. Afferamus autē ad locum hunc ex medicinis ibi memoratis, quas possumus habere, communitatem iuuaminum in omnibus ægritudinibus capitis. Et ponimus ex medicinis hic quasdam, quas quidam proprias hemicraneæ esse dixerunt.

De hemicranea calida. Cap. 11.

ET si peccatum est ex parte sanguinis phlebotomiam conferre diximus. Si uero ex parte choleræ, euacuabimus eam postquam digesserimus utranque partē eius, & hoc cum auxilio medicinarum quarum proprietas est hoc facere. Et ex eis est aqua fructuum & infusio myrobalanorum & infusio aloes in aqua endiuiæ quā diximus, & alia quorum rememoratio præcessit. & danda est hiera cum scammonea. Alexander. Confectio trochiscorum quibus fit linimentum ad hemicraneam cholericam uehementem & pulsatiuam. ℞. aluminis. 3. xvi. croci. 3. xii. colcothar. 3. x. myrrhæ. 3. iii. omphacii. 3. ii. calcadis. 3. ii. gummi arabici. 3. iii. Fac trochiscos cum uino forti aut aceto. Et cum necesse fuerit, soluatur unus cum aceto permisto, & liniatur super locum doloris, & stringatur super ipsum cum ligamine ut sedetur pulsatio. Et quandoque apud necessitatem ponitur aliquantulum opii. Democritus. Linimentum bonum ad hemicraneam calidam. ℞. ex fæce atramenti sicca, & dissolue eam conterendo cum aceto mulcæ fortitudinis cum octaua parte ipsius opii ægyptiaci, & laboretur multum in contritione ipsius, sicut per diem unam, & liniatur ex eo super tempora & stringatur super ipsum est enim expertum. Archigenes. Linimentum ad hemicraneam calidam pulsatiuam expertum & ad sodam uehementem. ℞. succi agrestæ, myrrhæ: ana partem. i. fœcis encausti scriptorū partes. ii. aluminis, iameni, croci: an. partem. i. & iiii. Confice terendo cum aceto uini contritione multa, & liniatur ex eo super tempora, & stringatur super ipsum. Filius Zachariæ. Si stomachus est cum causa, danda est post mundificationem infusio coriandri, & psyllii cum zuccharo in matutinis & assiduetur illud quia confert, si Deus uoluerit. Idē. caput purgiū fiat ex lacte mulieris cū modico camphoræ. & si necessitas uocat, adde tantundem opii quantum est cāphora. Et distilla ex eis in aurem & nasum quæ sequitur morbum. Deinde stilla oleum uiolatum post horam cum lacte mulieris. Ex embrochis aliis super hæc eligenda ad istum locum ea quæ congruant. Et quorū proprie precessit rememoratio. Et ad hunc locum ex eis aliqua referantur quæ diximus in soda frigida.

De hemicranea frigida. Cap. 12.

HErmes. Linimentum ad hemicraneā frigidam chronicam. ℞. succi rutæ agrestis, succi asphodeli: ana. ʒ. iiii. castorei, euphorbii, pyrethri: ana. 3. vi. piperis, sinapis, staphidis agriæ, calamēthi, zinziberis: an. 3. iiii. croci. 3. iii. fiant ex eis trochisci, & cum necessitas urget, ex eis dissoluatur unus in aceto multæ fortitudinis, & liniatur super locum, & stringatur cum pila, est enim efficax, & eo utendum est, quando iam omnia non contulerint, quoniam est forte. Et quandoq; cū lib. i. olei & uini lib. s. & ceræ. ʒ. iii. bulliant omnia usq; ad uini consumptionē. Deinde colentur & fit inde unguentū mirabile. Democritus medicamen magnū conferens hemicraneæ difficili, & chronicæ quæ difficulter separatur: & non est quod conferat sicut illud. Accipe ex emplastro sinapismo circiter lib. ii. & commisce cum oleo squillæ. ʒ. s. costi, radicū capparis, euphorbii: ana. 3. iii. omnia trita cum aceto, aut uino odorifero quantum sufficit aggregabis: & emplastra super locum, quoniā est ultimum. Hippocra. Granorum lauri partem. i. olibani partem. s. Misce omnia cum aqua post ipsorum triturationē & linias super locum. Oribasius. Granorum lauri, foliorū rutæ: ana partem. i. sinapis partem. s. aggregentur cum aqua & administrentur. Alexander. si est hemicranea à communitate stomachi, uomitus prouocandus est cum oxymelite & pipere, aut oxymelite & porris, aut oxymelite & raphano nutrito cum elleboro nigro. Deinde post uomitum detur diacydonion, aut cydonia cum pipere & zinzibere, propinato tamen ante uomitum per triduum apozemate apii, & hyssopi, & dauci, & similium cum oxymelite. Idē caput purgium quo frequenter usus sum ad hemicraneā difficilem ex humore frigido. ℞. euphorbii, castorei: ana partes æquales. Fiant ex eis sief, & apud necessitatem fricetur cum uno eorum super cutem cum aqua calida, aut oleo costino, aut nardino. Et distilletur ex eo in narem & aurem quæ ex parte doloris est. Deinde balneetur & consequenter adhuc ex medicamine distilletur, & hoc uicissim: cito enim hemicranea soluetur, si Deus uoluerit. Alexāder. Linimentum quo nullum maius ad diuturnam & difficilem hemicraneam inuenitur. ℞. euphorbii, vitreoli: an. ʒ. iiii. myrrhæ puræ, trochiscorum croci, magnetis, croci, piperis albi: ana. ʒ. iii. Tere omnia & confice cū aceto, sic cōterendo contritione multa usq; dum fiat sicut mel. Et linies ex eo totum tempus & dimitte usquedū deficcetur. & iterum secundo & tertio inunge. Deinde lauetur, & singulis diebus sine intermissione faciat usquedū appareat sanitas, si Deus uoluerit. Aliud eiusdem. Olei de sabina lib. i. ceræ. ʒ. iii. euphorbii. ʒ. i. Fiat ex eis unguentum: & ex eo mediam partem capitis inunge & frontis, antequam lauetur in balneo, Deinde lauetur. & fiat hoc singulis diebus, quia sanabitur, si Deus uoluerit. Galenus. Non est narcoticorum usus in uehementia administrationis ad ægritudines capitis propter pasibilitatem cerebri. Sed in uehementia necessitatis, quando dolor fit uehemens, & amentem reddit, aut ad sincopim perducit, conuertimus regimen ad administrandum ea cum timore & cautela post fractionem tamen excellentiæ eorum: & melius est administrari in emplastris quam in potibus. Deinde in caput purgiis. Et tu elige quæ uolueris ex eis quæ diximus.

De scotomia & uertigine. Cap. 13.

CVra huius ægritudinis sunt v. res. Prima abscindit materiam. Secunda conuertit regimen ad membrū mandans, si est aliquod mandans, & rectificat illud. Tertia conuertit regimen in administratione cibi et potus ducentium ad æqualitatem. Quarta confortat cerebrum & caput totum, ut nō recipiat quod mandatur. Quinta conuertit uapores & fumos ad oppositum & diuersum. & illud fit cum frictionibus extremitatum & constrictione dolorosa, & uentosatione in eis & spathulis, & omni quod attrahit ad diuersum: & cum clysteriis, & suppositoriis & similibus.

De scotomia & uertigine à materia calida & sanguinea. Cap. 14.

SI sanguis quidem in causa fuerit ex abundantia eius in toto corpore, primo de basilica minuimus, aut de uena media. Et postea si necessitas urget, cephalicam minuimus. Hoc enim est præceptum Hippocra. & si adhuc perseuerauerit ægritudo phlebotomabis uenam nō pulsatilem: quæ est post aurem, ex una parte uel ambabus si necesse fuerit. Scarificatio etiam cartilaginum aurium est multum conferens. & competit ei in hac specie uentosatio crurum. Si autem sanguinis abundantia in capite solo apparuerit, de cephalica minuimus sola, & uenis quæ sunt post aurem. Scarificatio etiam auris utilis est: & appositio sanguisugarum in naribus, & appositio uentosarum in nucha & spatulis & collo. Et quidem omni speciei eius confert hæmorrhoidum prouocatio, & mulieribus menstruorum. Et sint cibi eorum sanguinis feruorem extinguentes, & congelati & acetosi. & confert eis administratio psyllii conquassati cum aqua, & zuccharo in matutinis omni die: aut infusio coriandri. & confert oleum rosatum & acetum conquassata, & infrigidata in niue & effusa super caput: & olfactus eorum, & rosarum, & sandalorum, & saufel, & omne regimen extinctiuum.

De scotomia & uertigine cholerica. Cap. 15.

CVratur cum medicinis quas in soda calida diximus, & cum decoctione myrobalanorum, & infusione aloes, & aliis: & cum regimine ciborum extinguentium: & cum uomitu, & cum syrupo acetoso, si est à stomachi communitate. & cum aliis, & cum clysteribus, & calibus, & conferunt eis hiera & collyria.

De

De phlegmatica scotomia. Cap. 16.

CVratur sicut soda phlegmatica cū pilulis cochiis & infusionibus de hiera & aliis: & si est à stomacho cū uomitu cum oxymelite, & pipere, aut cum raphano aut cum sinapi, & cum clysteribus, & calibus: & confert ei hiera logodion iuuamentum manifestum: & hiera Archigenis, & Theodoricon. & hiera Galeni. Albruabam. Confectio de stœchade cuius iuuamentum est sublime ad uertiginem, cuius materia est phlegma, & cholera, cuius permistio hæc est. ℞. hieræ picræ. ʒ. x. agarici, epithymi: an. ʒ. iiii. myrobalanorum chebulorum, indorum, emblicorum bellericorum, stœchados: ana. ʒ. iii. salis indi. ʒ. ii. Confice cum fecaniabin. & fit dosis à drach. ii. usque ad. iii. cum aqua calida in ieiunio.

De uertigine melancholica, aut phlegmatica uentosa. Cap. 17.

VErtigo autem melancholica, aut phlegmatica curatur sicut soda facta ab illis. Et uertigines quæ fiunt à permistionibus, similiter & uertigo quæ fit à uapore fœtido. Curatio est cum administratione redolentiū calidorum, aut frigidorum, sicut necessitas inuitat.

De uigilia & sahara. Cap. 18.

SI à materia est, curetur qualiscunq; sit, sicut in speciebus sodæ diximus. & cū emplastris, & linimentis, embrochis, & caputpurgii, & aliis. Dioscorides. Terātur seminum papaueris. ʒ. ii. aut ex corticibus & seminibus. ʒ. i. & infundatur super ipsum aquæ fontium li. s. deinde post horas. vi. aut. viii. mulgeatur ex eis aqua & propinetur in fero cum zucc. & facit somnum soporis bonum, & quando que semen papaueris & cortex ponuntur in sorbitionibus, & conferunt. Haly. Suffumigium expertum ad somnum inducendum. ℞. corticum papaueris recentium, anni sui. ʒ. xx. tortellarū de sceni. ʒ. viii. seminis anethi, anisi: ana. ʒ. vi. masti. ʒ. ii. puluerizentur & cribellentur per pannum de seta cruda: & misceantur cum eis penidiarum quātum est totum. Et sit dosis eius pueris à. ʒ. i. usq; ad. ii. Iuuenibus uerò à. ʒ. v. usq; ad. vii. est enim mirabile. Andromachus. Suffumigium sedans uigilias & insomnietatem, & est expertū Accipe corticum papaueris recentium anni sui. ʒ. v. seminis lactucæ, anethi, granorum solatri: ana. ʒ. ii. opii, charat. i. Tere omnia sicut alcohol. Et da ex eo à. ʒ. ii. usque ad. v. Mahemet. Confectio trochiscorum expertorum ad sahara cum febre & acuitate & sedat alienationem & febrem, & aufert sitim uehemētem. ℞. seminis lactucæ, portulacæ, papaueris, seminis cucurbitæ, citruli excorticati: ana. ʒ. v. succi liquiritię, amyli, dragaganthi, opii ana. ʒ. i. & s. Terātur omnia sicut alcohol: & fac trochiscos cum mucilagine psyllii. Et fit dosis eius a. ʒ. ii. usq; ad. iiii. cum aqua frigida: & quando necessitas est maior, da cum aqua coriandri humidi, aut lactucæ, aut citruli, aut cucurbitæ, aut similium. Iudæus. Trochisci similiter ualentes. ℞. hyoscyami, lactucæ, seminis papaueris. ana. fac trochiscos cum succo lactucę. da ʒ. i. uel. ii. cum aqua frigida. Dioscorides. Opium cum oleo suppone, somnum facit, & proprie suppositum cum licinio sed est timorosum: & propter hoc oportet ut præparetur ita quòd possit extrahi quando uis antequam noceat, & similiter ex papauere nigro. Democritus. Embrocha conferens ad saharam & dolorem capitis ex eadem causa. ℞. foliorum alzahanam, & capitis papaueris, & foliorum apii, & menthæ, & seminis lactucæ, & hyoscyami: ana partes æquales. Decoque in aqua usq; ad cōsumptionem tertiæ partis ipsius. & ex ea fundatur super caput, & embrochetur cū ea. Deinde ligetur caput, & cooperiatur pannis. expertū est. Et si ex eisdem fiat emplastrū, cōfert mirabiliter. Isaac. Embrocha curans insomnietatem & saharam à causa frigida. Accipe florum chamæmeli, meliloti, anethi, corticum papaueris seu maluæ, corticum radicum mandragoræ: sam fuci: ana. Fac sicut diximus, & embrochetur cum eo. Si à caliditate & acuitate fuerit insomnietas, embrochetur caput cum aqua ubi papauer, semen lactucæ, uiolæ, rosæ, nenufar, folia salicum, hordeum excorticatum, hyoscyami semen & portulacæ cocta fuerint. Emplastrum conferens saharæ. folia portulacæ, lactucæ, rasura cucurbitæ, lēticula aquę, semen peruiua aggregentur cum mucilagine psyllii & oleo de mandragora, & infrigidatum capiti superponatur. curat. n. si Deus uoluerit. Filius Serapionis. Linimentum conferēs saharę. ℞. rrochiscorum croci drach. vii. opii drac. s. cafsiæ drach. ii. Dissoluantur in oleo mandragoræ uel rosarum: & fiat linimentum ex eis, quia sanat, si Deus uoluerit. Aliud nostrum. Accipe succi lactucæ, portulacæ, semperuiuæ, herbę hyoscyami, solatri: ana partes duas, farinæ fabarum, & hordei: ana partem. s. opii circiter partem sextam, olei mandragorati & rosati: ana partes. ii. mucilaginis psyllii partes. coquantur omnia simul usque dum fiant sicut pulmentum: & dimittantur infrigidari. & postquam caput embrochatū fuerit, superponatur. expertum est. Filius Zazer. Oleū somniferum mirabiliter expertum. Recipe. opii. ʒ. x. seminis lactucarum. ʒ. viii. hyoscyami & mandragoræ: ana drachm. v. corticum papaueris drach. xii. Terantur contritione grossa, & proiice super eam aquæ expressionis mādragoræ, aut coctionis eius lib. i. aquæ decoctionis capitū papaueris li. i. olei sisamini lib. i. Coquantur in uase duplici usque ad consumptionem succorū: & ex eo fronte & finciput unge. & si ex eo caputpurgium feceris, confert. & similiter si ex eo in nares inieceris. est enim expertum. Ex caputpurgiis plura in soda dicta sunt. Et tu ex illis elige secundum quòd exigit dispositio. Et ex eis est illud quod fit cum oleo mandragoræ quando distillatur ex eo in nasum cum emulsione lactis. Et similiter ex oleo nenufarino & rosato & uiolato: & quādoque distillantur in aurem & conferunt. & quandoque additur eis opii sicut granum orobi. & quandoque cum oleo de papauere, aut de lactuca. Gabriel. Caputpurgium conferens saharæ. ℞. opii, croci, corticum papaueris, casiæ, ana fiant collyria & dissoluātur in oleo rosato: & distillentur ex eis in nares, quoniam est expertum. Idem caputpurgium si fuerit à causa frigida, fiat cum oleo de croco, & anethi, & chamæmeli, & si oporteat, cum modico opii & croci cū eis. Gabriel. Suffumigium conferens saharæ. Recipe. rosarum, uiolarum, foliorum salicum: ana unc. i. sandali macaziri unc. s. florum nenufaris. ʒ. iii. corticum papaueris. ʒ. vii. ponantur in ampulla uitrea & impleatur deinde aqua rosata: & obturetur orificium eius: deinde bulliat super cinere calido usque ad consumptionem tertiæ partis ipsius. Post hoc deobturetur orificium uasis & patiens inde fumum recipiat: inducit enim somnum. Aliud eiusdem satis efficax, florum chamæmeli, florum anethi: ana unc. ii. meliloti. ʒ. viii. corticum mandragoræ, casiæ, squinanthi, ana. ʒ. iii. corticum papaueris. ʒ. viii. ligni aloes boni. ʒ. ii. & s. Fiat sicut diximus. est enim expertum.

De phreneſi. Cap. 19.

CVra huius ægritudinis si iam impressit, crassa est: si autem adhuc fit præparamentum ut imprimat: sed adhuc non impressit, curatur: sed non apud negligētes & stolidos. Et cura ipsius sunt quinque res. Prima subtrahit materiam & abscindit eam. Secunda conuertit uapo rosum eius ad diuersum & oppositum. Tertia conuertit regimen ad confortandum caput: ut non recipiat quod ad ipsum transmittitur de uaporibus: & extinguat audaciam acuitatis eorum. Quarta conuertit regimen ad ea per quæ possit fieri temperies & adequatio ex eis quæ dicam. Quinta conuertit regimen ad sedationem accidentium. Tres autem ex eis sunt principales; & respiciunt causam & sunt de necessitate curæ. Duæ autem posteriores præparāt & adiuuant. Et una ponit regimen in diæta: & alia fedat accidētia parua. Distinguendum autem est in his rebus hoc modo. Primam rem complent phlebotomia, ubi necessaria fuerit, & medicamen solutionis quando opportunum fuerit: & administratio clysterium lenium non transgredientium leuitatis gradum, uel modicum transgredientium ut non fiat incitatio. Secundam rem complent frictiones extremitatum & ligationes compressiuæ dolorosæ in eis, & effussiones aquæ calidæ in eis ante frictionem, & post. & uentosæ positæ in tibiis & brachiis & scarificationes in auribus: & sanguisugæ in naribus: & sternutatoria & gargarismata, & prouocatio hæmorrhoidum: & in muliere sanguinea menstruorum. Tertiam rem complent linimenta, & emplastra repercussiua considerata: sicut diximus in soda, & canone ibi distincta. Quartam rem complet administrati-

nistratio potuum & ciborum sedantium inflammationem, & aeris puri temperati, & domus exutæ à formis & luciditate in qua sternantur redolentia frigida, & in qua sit fragor ramorum redolentium frigidorum, cum tenui murmure fluentia aquarum frigidarum. & omnis quies & administratio gaudii lenis: & sonitus organorum tenuis. Quintã rem complent administratio medicinarum somniferarum & sedatiuarum, & satietas amicorum qui prohibeant & uincant agitationem eius: & sint fideles in administratione eorum quæ inducuntur ab artifice, & prudenter coerceant permistionem ipsius, aut saltem mulceant.

De phrenesi sanguinea. Cap. 20.

IN primis si nihil fuerit quod prohibeat, phlebotometur cephalica: & deinde phlebotoma uenas frontis, uel sanguisugas applica eis, aut in naribus: & si est quod prohibeat, saltẽ ex uenis frontis, aut nariũ sanguinis fiat extractio. Et scito ꝙ est utilis & omni speciei phrenesis confert hæmorrhoidũ prouocatio: similiter auriũ scarificatio.

De phrenesi cholerica. Cap. 21.

PHrenesis cholerica medicina solutiua indiget, sicut est aqua fructuũ, & syrupus uiolatus, & rosatus: & diasiracost: & alia quæ diximus in soda. Linimẽta in principio rei utilia sunt ex oleo ros. & aceto coquassatis, & alia quæ diximus, & emplastra, & caputpurgia, & suffumigia. & tu elige ea in cap. de soda. Et si uigilias patitur, affer ad locũ hunc quæ diximus in sahara: & alienet omnino cibaria grossa & aquã frigidam da. Et scito ꝙ in sanguinea indigetur resolutione plus: & extinctione minus. Et in cholerica econtra. Hoc enim studio sanabitur, si Deus uoluerit.

De lithargia: & est sirsen frigidum. 22.

CVra huius ægritudinis sunt quinq; res, quas nominauimus in phrenesi. sed aliter atq; aliter acceptæ. Prima est occupari ad subtractionẽ materiei cum clysteribus fortibus & acutis, & cum uomitu, & interdum cum uentris solutione. Secunda est conuertere materiã ad oppositum aut diuersum, & deriuare de parte in partem: & hoc quidem completur cum frictionibus extremitatum & compressione dolorosa in eis facta & ligaturis fortibus: & effusione aquæ calidæ in eis, & uentosatione sine scarificatione quæ procedat descendendo: sicut uerbi gratia. incipiẽdo à nucha & collo subdescendendo ad spatulas, & brachia, & crura, & est res efficax. Completur etiam secunda res cũ sternutatoriis, & gargarismatibus, & scarificatione aurium, & prouocatione hæmorrhoidum & menstruorum. Tertia res conuertit regimen ad hoc ut repellatur materia quæ transmittitur ad caput, aut resoluatur transmissa. Et completur in principio rei cum medicinis repercussiuis: sicut est oleum rosatum proprie conquassatum cum aceto: & cõpletur in processu rei cum repercussiuis in parte: & in parte resolutiuis, sicut qui recte oleo rosato & aceto misceri docuit castoreum conquassatum cum eis: & suppositum: & adhuc re multum procedente cum resolutiuis tantum: sicut loquemur post. Quarta res est regimen in diæta, & aliis exterioribus, & completur cibis, & potibus conuenientibus sicut est aqua ciceris, & aqua hordei cum barbis porrorũ, & hyssopo, & ruta, & hydromelite, & allio cum pipere pauco si non multum febriat. Et alienetur aqua frigida omnino & completur etiam locando eos in domo lucida plena imaginibus in qua sit strepitus & tumultus loquentium & astãtium uehemens cum inquietatione ægrorum & prouocando eos ad iram & iurgia ut non profundentur in somnum, exercendo coram eis sonitus & strepitus horribiles & laboriosos. Quinta conuertit regimen ad sedationem accidentium, quæ sunt subeth, & somnus grauis, & soda quæ nõ sentitur, & obliuio loquendi, & obliuio urinandi, egerendi, & aliorum. & hanc rem complet administratio rerum uigilare facientium: & prohibentium subeth, & sedantium sodam, & remouentium obliuionem: & incitando eos ad loquendum, & uigilandum, & euellendo pilos eorum: & incitando eos ad urinandum & egerendum: etiam si oportet ad comprimendum uesicam & pectinem, ad hoc ut urinent. Hoc est totum genus curæ eorum: & hoc toto genere sanabuntur, si Deus uoluerit. Filius Zaccariæ. Clystere conferens lithargiæ phlegmaticæ, & obliuioni, & apoplexiæ.

E ℞. colocynthidos interioris. ʒ. ij. & s. carthami. ℥. i. corticũ radicum capparis, seminis urticæ: an. ʒ. iiii. calamenthi. ℥. i. coquantur omnia in lib. iij. aquæ usquedum redeat ad lib. i. & s. & accipe huius expressionis libr. s. murinabathi. ℥. i & cum oleo fiat clystere & iniiciatur. Filius Zaccariæ. Clystere conferens lithargiæ melancholicæ: & est illa quæ rarius aduenit: & si accidat raro eradicatur, & apoplexiæ ab eadem causa. ℞. epithymi rubei vnc. i. colocynthidos interioris. ʒ. ii. polypodii. ℥. s. calamenthi. m. i. coquantur sicut superius. & fiat clystere cum oleo chamæmeli. Gal. Clystere efficax & sublime ad lithargiam, & apoplexiam, & paralysim. Recip. arthanitæ & colocynthidos interioris: ana. ʒ. i. & s. carthami. ℥. i. centaureæ minoris. ℥. s. ellebori albi drach. i. & s. hasce drach. viii. coquantur omnia sicut diximus & clysterizetur cum eo. Aliud nostrum colocynthidos drach. ij. centaureæ vnc. s. carthami polypodii: ana vnc. i. hyssopi hasce radi. maluæ: ana. m. i. mellis vnc. iii. uel iiii. salis massæ vnc. s. sal gemmæ drach. iiii. fiat sicut diximus. Est enim utile, si Deus uoluerit. Vomitus quo-
F que prouocandus est cum sinapi: & cum oxymelite, aut cum raphano & cum oxymelite, & oleo, & sale, & aqua chrysolachanæ, aut siclæ: aut cum decoctione alfereireng, aut similium. Alexander. Si uentris solutio necessaria fuerit propter plenitudinem, & exhiberi illam fuerit possibile, da castorei. ʒ. i. tertias. ii. & scammoneæ coctæ præparatæ. ℥. i. sextam plus uel minus sicut oportere uidebis: & cum hydromelite dabis. Sed melior omni euacuatione est clystere. Sternutatoria & gargarismata in cap. de soda frigida eligantur, & embrochæ similiter, & caputpurgia odoramenta: sed ex odorabilibus in hac parte est neemen & hasce: & proprie in processu rei: & castoreum: & calamenthum: & ruta, & fumus pilorum ignitorum cum castoreo, quoniam excitat eum: aut capillorum infirmi, quos prius euulsisti euulsione dolorosa. Democritus. sinapismus congruit lithargiæ, cuius difficilis est resolutio. Sinapismus quidem est dictus in repositorio medicinarum uniuersalium. Archigenes. Acetum squilliticum conquassatum cũ oleo rosato in quo diruptum sit castoreũ confert lithargiæ:
G & euigilare facit: & quandoq; pro oleo rosato permutatio fit ad oleum irinum, aut oleum de narcisso: & quandoq; permiscentur cũ eis capilli hominis adusti cum aceto, & est mirabile. Alexander. Capilli hominis adusti & triti multũ cum aceto usquedũ fiat totũ sicut unguentum, sunt medicina mirabilis ad lithargiam: & subeth: excitat. n. cito à somni profunditate: & quandoq; miscetur eis castoreum. Alexander. Vapores à capite optime expelluntur, si in principio lithargiæ & subeth ex oleo & aceto conquassatis diu caput liniatur. Sed postquam circumteneri incipiunt, admisceri oportet castoreum, aut fœniculum algul, aut pulegium, aut calamenthum, aut hasce & similia, aut neemen, & calamẽthum, aut omnia, aut singula. Emplastrum ex arte nostra conferẽs lithargiæ & subeth & euigilare faciens. ℞. pyrethri, sinapis squillæ: an. ℥. i. castorei, euphorbii: an. ℥. v. Misce omnia cum succo asphodeli & succo sansuci: & epithemetur ex eis puppis cerebri. Andromachus. Accipe squillam & tere, & calidam super locum quantum ex ea oportet, puppi capitis applica: postquam cum oleo rosato, & aceto, & castoreo conquassatis locum inunxeris. Archigenes. Linimentum re-
H soluens lithargiam & subeth. Accipe olei de been: olei nardini & costini: ana partem. i. castorei quartam partis unius: euphorbii tantundem: & pyrethri similiter, squillæ partem i. & s. fiat ex omnibus linimentum, & epithemetur cum eo. Gal. Si diuturna efficitur passio, castoreum à granis. iii. usq; ad v. cum oxymelite bibere dandum est, satis à me expertũ. Et similiter theriaca data: aut mithridatum confert, aut diamuscus & similia. Philagrius. Stimulantia corpus sunt de genere materiam diuertere facientium, & operantur plusquam frictio extremitatum & compressio dolorosa. Et sunt proprie quando linimenta & confrictiones fiunt & cum rebus acutis, sicut est acetum squilliticum proprie, & squilla, & sinapis cũ aceto, & urtica & semen eius, & pyrethrum, et semen almezereon & folia eius. Ex istis. n. cũ fricantur extrema materia ad diuersum trahitur: & subeth impeditur ut non profundetur in ipsum: si gloriosus Deus uoluerit.

De

De diminutione memoriæ. Cap. 23.

IN primis mundificatio fiat capitis & corporis totius si est à materia phlegmatica: postquam digesseris eã. Et euacuatio in principio rei cum medicinis operantibus cum facilitate, sicut est hiera cõfortata cum pulpa colocynthidos, & castoreo, & aliis, quæ nominauimus in soda: & gradatim procedemus ad maiora, sicut sunt hieræ magnæ theodoricon: & nuces muscatæ, & alia, quæ diximus: & collige ex eis emplastra, & caputpurgia & alia. Et afferas etiã ad hanc partẽ, quæ diximus in lithargia. Mahemet arasi. Linimentum conferens lithargiæ: & obliuioni & congelationi. ℞. olei sambucini. ℥. i. olei de been. ℥. ii. euphorbii. ℥. i. castorei. ʒ. s. fiat linimentũ, & ungatur cũ eis locus memoriæ: q̃m confert. Filius Zezar. Zinziber conditũ reparat memoriã: et proprie sumptũ quolibet mane: & q̃nq; confortatur cum olibano, & pipere, & est efficacius. & q̃nq; confortatur cum anacardis, & proprie si admistæ sint zinziberis conditi. ℥. iii. mellis: anacardi. ℥. i. & s. & sit dosis. ℥. i. Filius Girges. medicamen eiusdem reparatiuum memoriæ, & conseruatiuum eius. Accipe acori in alio hueg. nutriti li. s. piperis longi. ℥. i. partes. ii. crimini. ℥. v. Misceantur omnia simul & administrentur. Et sit dosis eius à. ʒ. ii. vsq; ad. v. Hali. Medicamen expertum conseruans memoriã: & conferens senibus. ℞. mellis anacardi partes duas: olibani ciperi acori: an. partes duas, piperis, macropiperis: ana partẽ. i. chebulorũ indorum: ana partes. ii. cimini partes. iii. mellis. q. s. Dosis eius est. ʒ. ii. Medicamen nostrum expertum, ad destructionem memoriæ, reparans & conseruans eam. ℞. mellis myrobalanorum chebulorũ li. i. piperis longi. ℥. iii. & s. Teratur piper & misceatur cum melle & chebulis, & aromatizetur cum gallæ muscatæ. ℥. iii. musci boni. ʒ. s. & sumatur ex eo omni mane in ieiunio à. ʒ. iii. vsq: ad. v. Est enim nobile expertum. Et quandoq; miscuimus cum eis olibani masculi. ℥. i. & est bonum. Et quandoq; datur prædictum medicamen sine olibano, postquàm deglutinetur ex olibano cicera tria: & est melius & proprie sumptum cum aqua hyssopi & olibani, aut uino permisto. Filius Zaccariæ. Confectio anacardina bona, conferens obliuioni, & caniciei: ante horam, & morpheæ, & baras. ℞. myrobalanorum indorũ, emblicorum, belliricorum: ana. ℥. iii. piperis. macropiperis, olibani, zinziberis. hyssopi siccæ, acori, spicæ cyperi, & in aliis pro acoro hueg: an. ℥. v. mellis anacardi. ℥. vi. mellis quantũ sufficit. Dosis à. ʒ. i. vsque ad. ii. expertum verax. Confectio anacardina, quam diximus in antidotario excellens est in confortatione sensuum, & memoriæ: & facit eam recuperare deperditam.

De melancholia & mania. Cap. 24.

DIximus in soda intentionem Gal. in curatione ægritudinum melancholicarum, esse in tribus rebus. Prima res est, regimen circa adæquationem curæ eius, & digestionem ipsius. Secũda res est, solicitudo circa euacuationem eius. Tertia res est, regimen confortatiuũ cordis complectens omne regimen, dilatans animam, & faciẽs in ea mineram gaudii. Primam autem rem, duo tangunt regimina. Primum regimen, est regimen humectatiuum, & impinguatiuum, quod in tota curæ protelatione extendendum est: præterquàm quòd faciat cadere in oppilationes: & completur hoc regimen cum balneis & embrochis humectantibus ante cibum: & effusiones aqua calidæ super caput, & humectationes aeris habitaculi eius & frictionibus & unctionibus tenerum facientibus corpus: & cum cibis & potibus humectatiuis humores laudabiles generantibus: & omni quod impinguat & humectat ex cibis, & potibus, & medicinis, & quiete, & somno, & sit studium in omnibus his supra studium secundi regiminis quod nunc narro. Secũdum regimen est regimen resolutiuum faciens resolutionem cum mediocritate. Et proprie eius quod habilitatum est ex præcedẽti regimine, ut fiat illud. Et hæc duo regimina oportet quòd sibi inuicem semper succedant ut cadat digestio æqualiter in materiam quoniam est cura. Secundum rem complent tria considerabilia in euacuatione materiæ attendenda. Primum est ut non semel, & laboriosam, & subitam faciamus euacuationem: sed per interualla habentem temperiem: ut natura euacuatiuum regulet: nõ

Tria i materiæ euacuatiõe attendenda.

A euacuatiuum naturam. Hoc enim est præceptum Hippocratis. Subita enim & uiolenta euacuatio uix à natura regulatur. Et eius operatio est sicut impetus flammæ quæ subito in subtile agit & debile: & prætergreditur grossum. Opus uero moderati caloris est æqualiter in utraque parte rei elixabilis, seu assabilis agere. Secũdum cõsiderabile est ut euacuatiuum sit commensuratum non excedens mediocritatem: sed sit extensio eleuationis eius non recedẽs, aut modicum recedens à gradu medicinarum incolumiũ quas te scire fecimus. Tertium est ut non expolientur solutiua à rebus lenificatiuis & humectantibus. Hoc enim est quod operationem beatificat. Amplius autem rei huius secundæ regimen perficitur cum administratione phlebotomiæ & subtractione sanguinis ubi oportet. Et medicinæ euacuatiuæ, & enematum, & collyriorum conuenientium primo lenium, deinde acrium, & interdum uomitus quando proprie passio est stomachica: aut in stomacho fuerit aliquid quod ad ægritudinẽ addat: aut cum cibus fuerit corruptus in stomachis eorum. Tertiam rem complet administratio
B rerum secũdum omne genus generantium eis gaudium & lætitiam siue cibalium, siue medicinalium, seu potabilium: & adhuc ex rebus quæ audiuntur & uidentur & odorantur & quocunque modo sentiri possunt: & administratione aeris temperati & aspectu formarum multi decoris & ornatus, & negotiatione iocunda, & blandimentis, & suggestionibus, & promissionibus rerũ, de quibus dolent deperditis & aspectu ludorum distrahentium intentionem eorum à re de qua dolent, & omne quod ad rem gaudii pertinet.

Cura maniæ & melancholiæ sanguineæ. Cap. 25.

SI sanguis exuberat in toto, & uenæ plenæ sunt, euacua ex uena nigra, & post istam ex basilica: & hoc in melãcholia. In mania uero fac econtra scilicet incipe à basilica, post ipsam, si oportet, ex uena nigra. Et post istas phlebotoma de saphenis. & si adhuc oportet, fac ex uena quæ currit ad pollicem pedis; si uideris in ea plenitudinem, & maxime in occultatione mẽstruorum: trahit enim ea phlebotomia hæc. Et si adhuc hæc non contulerint, ex uena frõtis facies, aut sanguisugas in ea & naribus applica-
C bis: q̃m omni permistioni confert: & est administranda in hac ægritudine semper phlebotomia larga: ut non egrediatur subtile & remaneat grossum. Et si sanguinis peccatũ in capite solo fuerit, phlebotoma ex cephalica: & considera quæ duarum partiũ capitis sit grauior: & tunc ex eadem cephalica phlebotoma. Et si fuerit sanguinis abundantia propter oppilationem quæ est in hepate aut splene, phlebotoma ex saluatella dextra aut sinistra. Et si fuerit in utroque nunc ex hac: nũc ex illa phlebotoma. Adhuc autem te scire fecimus, ꝙ hæmorrhoidum prouocatio & menstruorũ omni eorum speciei confert: & similiter apertio uaricum, & similiter apertio plenitudinis uenarum pedum in fine rei. Sabor Rex Medorum. Syrupus conferens maniæ & melancholiæ ex adustione choleræ citrinæ. ℞. succi buglossæ domesticæ & syluestris. ana libr. ii. succi pomorum dulcium redolentium lib. iii. folliculorum senæ. ℥. iiii. croci. ʒ. ii. zucchari tabarzet lib. iii. fit autem sic. Sene proiiciatur in succis per diem & noctem post contritionem eius: deinde bulliat ebullitione una aut. ii. deinde cũ zuccharo fiat syrupus.
D Crocus autẽ confricetur in pãno in eius decoctione da. ℥. ii. uel. iii. cum aqua buglossæ & q̃nq; apud necessitatem detur cum aqua casei. Gal. Accipe folliculorum sene lib. i. Et submerge ipsum in cado musti albi: & dimittatur per mẽses sex: & propinetur cũ aqua buglossæ omni mane in ieiunio. Confert. n. maniæ, & melancholiæ mirabiliter: & mundificat cerebrum, & sensus & generat gaudium. Et si decoquatur sene in iure gallorũ et gallinarũ, aut carniũ, aut piscium aut ouorum, confert similiter. Filius Zezar. Infusio epithymi conferens maniæ & melancholiæ ab adustione choleræ citrinæ. ℞. epithymi cretensis. ℥. iii. florum buglossæ domesticæ, aut syluestris. ℥. i. salis indi. ℥. i. & s. pone in scutella lapidea: & proiice super eam aquæ casei sumptæ ex capris. ℥. xii. & dimitte die ac nocte sub aere lympido, deinde bulliat ebullitione una. coletur & proiiciatur super ipsum cathartici rosati. ℥. s. Et est dosis. ℥. i. uel. ii. Infusio alia. Rec. sene. ℥. ii. pruna. xl. aqua casei quantũ sufficit. Tryphera de epithymo.

Syrupus de pomis Sabor.

nota

Ius alteratum.

epithymo, quæ administratur inter euacuationem & euacuationem in diebus quando non administratur euacuatio. Facit enim reiuuenescere,& generat gaudium. Cuius permistio. ℞.myrobalanorum chebulorum,emblicorum, belliricorum,& indorũ:an.partes æquales : epithymi sublimis partes.ii.hierę picræ partem .s. Confice cum melle emblicorum,aut chebulorum. Et da omni die sicut diximus : ana. ʒ.ii.usque ad. iiii. Gabriel. Pilulæ de lapide armeno quæ mundificant caput ab humore melancholico: & conferunt ægritudinibus,quarum materia est melancholica,sicut mania proprie,& melancholia,& tristitia sine causa, quarum permistio.℞.polypodii,epithymi : ana.ʒ.v. lapidis armeni loti secundum artem.ʒ.ii.&.s.myrobalanorum chebulorũ, indorum:ana.ʒ.ii.stœchados.ʒ.x.salis indi, colocynthidos interioris:an.ʒ.iiii.emblicorum,belliricorum, hasce, ellebori nigri:ana.ʒ.iii.hierę picræ,turbith:ana.℥.i.&.s. Confice cum oxymelite & da.ʒ.i.uel.ii.cum aqua casei. Filius Zachariæ. Modus confectionis conferens melancholiæ & timori. Reci.myrobalanorum nigrorum.ʒ.xx.harmel, polypodii,scebram,id est ozymum maius,marrubii albi: ana.ʒ. v.epithymi.ʒ.xv.stœchados.ʒ.x.agarici,ellebori nigri, alfelengemisch:an.ʒ.v.gariophyl.ʒ.ii. melissæ.ʒ. iii. corticũ citri,buglossæ:ana drac.iiii.nucis muscatæ,galliæ muscatæ: ana drach.i. Confice cum melle passularum & melle emblicorum. Dosis à.ʒ.ii.usq; ad.iii. Filius Zacharię. Modus electarii lętificantis & generantis gaudium & reiuuenescere faciẽtis,& coloris pulchritudinem & odoris bonitatem in toto corpore operantis & digestionis bonitatem, & retardantis canos:cuius permistio hæc est. Recipe rosarum.ʒ.ii. cyperi.ʒ.iii.&.s.gariophyllorum, mastiches, ligni aloes, spicæ,asari:ana.ʒ.i.& s.cinnamomi & croci,melissæ, alfelengemisch.margaritarum,foliorum indorum,macis,cardomomi,heyl,nucis muschatæ,corticum citri, galliæ muschatæ,zedoariæ,doronici, ozymi maioris:ana.ʒ. i. muschi boni.ʒ.i.quartam. Confice cum melle belliricorum : & melle emblicorum:quod sit quadruplum specierum. Sumatur sicut tryphera & est magis conueniens in hyeme. Alia adhuc ad maniam & melancholiam conuenientia eligi possunt ex his quæ tradita sunt in Grabadin maiori, & in ca.de soda ex eis quæ educunt materiam earum: & ex eis quæ confortant cor:quę requirantur ibi & afferantur ad locũ hunc. Embrochæ autem conuenientes eligantur, in quibus studium humectandi sit uincens supra studiũ calefaciendi aut infrigidandi. Et nos plura ex his diximus, & tradidit Gal. decoctionem capitum hœdorum, & pedum iuuenũ castratorum cum lacte nuper mulso,& butyro crudo esse embrocham mirabilem ad humectandum & leniendum ea in quibus humectationem quærimus: & est necesse ut in die quinquies ex ea caput liniatur & embrochetur. Alcãzi. Mulgeatur super caput lac,& oleum de cucurbita. Aut oleum de lactuca,aut de de papauere cum oleo chamęmillino,& iuuatur eis multum & humectat cum temperie. Embrocha conferens eis,& faciens somnũ. Accipe papaueris & chamæmillæ & seminum lactucæ ana partes æquales. Coquantur in aqua sufficienti usq; ad consumptionem medietatis eius & embrochetur cum ea. Vomitiua congrua in tribus casibus paulo ante diximus esse,& fiant in primis cum leuioribus, sicut proprie cum oxymelite & aqua tepida,aut cum oxymelite & raphano,aut cum raphano qui est nutritus cũ elleboro nigro,aut cum expresiõe raphani sic nutriti, aut cum aqua decoctionis mabrahumich, & redi post illud ad confortationem stomachi cum eis quæ dicemus. Immo sit studium tuum post curam cordis, ut uerificetur in eo digestio. Et si accidat ut corrumpatur in eo cibus tam cito uomitu expellatur. Nihil enim est eis deterius quã corrupta digestio,cibus supra cibum indigestum. Et somnus supra cibum corruptum,& balneum,quinimo sustinere cibum corruptum est eis res nociua. Gal. Vitent acuta & similiter urinam prouocantia,quoniam quod subtile est in materia excluditur,remanet in residuo grossum eius pronum fieri essentiæ lapidis simile. Gal. in melancholia splenali, aut myrachia,solicitudo attendenda est circa splenem & myrach. & sit quadruplex solicitudo. Prima qua mundificetur corruptum eorum. Et secunda ut prohibeant uapores corruptionum uenire ad caput & proprie cum uẽtosis & emplastris rubificantibus super locum,& fortasse cum cauteriis, & cum eis quæ detrahunt ad diuersum & oppositum sicut sunt clysteria & prouocatio hæmorrhoidum,& menstruorum,& phlebotomia saphenæ, & uenæ pollicis, & positio uentosarum in tibiis & pedibus. Tertia est ut confortetur & rectificetur splen & myrach,ut materiæ non corrumpantur in ipsis,immo digeratur omne corruptum,& fiat minera materiei laudabilis. Quarta est ut confortetur cerebrũ, & non recipiat superflua sicut sæpe diximus.

De epilepsia. Cap. 26.

CVra huius ægritudinis sunt sex res. Prima ponit regimen in uita. Secunda æquat & coaptat materiam. Tertia abscindit eam. Quarta ponit regimen in conuersione residui eius ad partes diuersas & oppositas. Quinta rectificat membrum mandans si est aliquod mandans, & rectificat cerebrum. Sexta corrigit accidentia. Primam autem rem complent administrationes regiminum in sex generibus rerum non naturalium, de quibus est aer, qui est temperandus eis,ne calidus sit,nec frigidus, sed sit ad siccitatem decliuior, & confert interdum de regione in regionem mutare aerem,& aliquando consuetum, si sub eo morbus accidit. [Aer qualis.] In eis enim sæpe dissuetus morbum permutat & in quibusdam si dissuetus addat ad morbum, reuerti ad consuetum permutat,& tu complexionem ægri, & aerem considera,& reuelabitur fugiendus aer, aut non fugiendus sit. Cibus autem commensurandus in qualitate & quantitate est & in proprietate & aliis. Cibus pueris sit lac rectificatum in bonitate diætæ lactantis, & bonitate dispositionis eius ut nec pinguis,nec tenuis,nec iracũda,nec pigra, nec multum laborans,nec multum quiescens, uiuida uultu,bonorum morum,non laxurians,cuius operationes naturales sunt ueræ & proprie digestio. [Nutrix puerorum epilepticorum qualis.] Et aliis sit proprie cibus boni nutrimenti & laudabilis chymi non uaporosi aut corrupti, & sit cibus habens mediocritatem cum declinatione sua ad siccitatem modicam,& sit facilis ad digerendum non grauans naturam,& neque sumatur ex eo usq; ad repletionem,neq; supra repletionem, neq; supra cibum indigestũ. At uero satietatem nauseatiuam uita inquantum possibile est. Adhuc autem elige ex cibis secundum proprietatem. Inquit enim Dioscorides. Ruta confert epilepticis. Apiũ uero eam excitat. Et fortasse endiuiæ conceditur, & anethum & coriandrum. Et prohibeantur fructus omnes nisi quidam styptici super cibum,ut prohibeant ascensum uaporum & confortent stomachũ. Et prohibentur caules & porri: Et pisces quidem sunt molesti eis. Hœdinæ uero carnes & pullinæ gallinarum & capriolorum & leporum iuuenũ, & quæ hoc cursu procedunt. Potus autem eorum utilis est uinum multæ permistionis, nec nimis antiquũ, nec nimis nouum clarum,subtile,odoriferum,stypticitatis parum habens. Dulce uero & grossum malum, & similiter etiam purum si sit elegans. Hydromel quoq; est potus eis elegãtius quam uinum. Vitent autem super repletionem potum qualiscunque sit,& quando digestio fieri incipit,& potum omnem immoderatum,& potum aquæ, & potum uaporosum sicut est uinum de dactylis & similia. Famem autem omnẽ & repletionem fugiant. Moderatum quoque ieiunium confert & melius in hoc casu moderate inanitum, quam repletum. Vitent coitum,& fortasis coitus apud eos qui ultime abstinent,si moderatus sit,sanat. Somnus autem & uigilię supra rationem nocent,& supra satietatem somnus nocet, & supra nauseam. Confert uero apud principium digestionis cibi,sed moderatus. Somnus apud ieiunium & uacuitatem nocet. Exercitium & quies supra rationem nocẽt. Moderatum uero utrunq; confert,& proprie secundum legẽ. Nam moderatum exercitium ieiunio confert. Nocet qualecunque sit post cibum. Quies uero ecõtrario iuuat & nocet. Omne autem quod dilatat animam & confortat, confert. Angustia autem & tristitia nocent & dolor & solicitudo laboriosa nocent. Secundam autem rem complent, quæ materiam proprietate & uirtute adaptant, ut eius facilis fiat expulsio qualia sunt squilla, & acetum eius & oxymel ipsius, & decoctio & syrupus hyssopi,aut alhasce, aut stœchados, [Digestio]

chados,aut acori, aut origani & similium. Tertiam autem rem complẽt euacuationes decentes quarum rememorabimus & clysteria & suppositoria lenia & acuta. Et in sanguinea flebotomia saphenæ & prouocatio hæmorrhoidum, & menstruorum,& emissio spermatis si à retentione eius fiat, & expulsio uermium si fiat propter illos. Quartam rem cõplent gargarismata & sternutatoria,& proprie uomitus & commasticationes multiplicantes saliuam & sputum,& fricationes,& ligaturę in extremitatibus,& uentosationes in eis, & emplastra rubificantia, & proprie super membrum mandans si est membrum mandans. Quintam rem complet rectificatio stomachi,si est à stomacho,aut matricis, aut intestinorum,aut membri alterius,sicut diximus,& dicemus. & in omnibus his rectificatio cerebri debet esse intentio prima sicut iam diximus. Sextam rem complent administrationes medicinarũ quæ cũ proprietate retardant paroxysmum,aut mitigant,aut cito ipsum cessare faciunt, aut prohibent aduẽtum eius omnino,aut occultant, sicut dicemus post. Et aliquando phlegmatica febris & proprie longa resoluit. digerit enim & consumit materiam eius,& quandoque apud resolutionem eius apparet in partibus capitis saphati,aut albaras & significat salutem. [Signũ salutis.] Apozema hyssopi cõferens epilepsiæ proprie mirabiliter. Accipe hyssopi sicci lib.i.passularum enucleatarum.℥. ii. Coquantur in libr. iii. aquæ pluuialis usq; dum sit medietas eius consumpta. Et da omni mane cum oxymelite squillitico.bonum & expertũ. Et quandoque additur in apozemate hasce, & quandoque epithymum,& est efficacius, & quandoque fit inde syrupus mellinus cõferens eis,si Deus uoluerit. Res autẽ quas semper in potibus sumere oportet,sũt pęonia & semẽ eius & pyrethrum,& siseleos,& Arist.rotunda. Et hæc quidem danda ante purgationem,& post cũ hydromelite, aut apozemate hyssopi,aut aliquo talium. Ioannitius. Confectio hieræ diacolocynthidos super qua expectatur fiducia iuuamentorum multorum ad ægritudines omnes capitis, & cerebri & neruorũ difficilis eradicationis, sicut est soda proprie,& hemicranea,& epilepsia,& paralisis, & tortura, & uertigo,& tenebrositas uisus. Cuius permistio.℞.hierępic. in qua aloes fuerit duplum specierum.℥.vi.trochiscorũ alã dahal.℥. iii.turbith.℥. ii. squillæ assatæ, agarici, stœchados an.℥.ii.&.s. scãmoneæ antiochenæ coctæ in pomo aure. ii. ellebori nigri,salis gemmæ,bdellii ana aur.iiii. Bdellium resoluatur in uino permisto. Cæteræ autẽ res terantur & cribellentur,& fiant trochisci cum bdellio dissoluto, & siccentur in umbra,& iterum terantur & cribellentur,& confice cum melle passularum conterendo usq; dum fiat sicut pasta, fac pilulas,& sit dosis à ʒ.i.usque ad.ii. Mahemet Arasi. Cõfectio medicaminis quod omni die datur ad epilepsiam & uertiginem,& præparat materiam, cuius permistio.℞.stœchados.ʒ.x.agarici.ʒ.ii.&.s. siseleos. ʒ. iii. uiolarum siccarum.ʒ.s.cõfice cum kesmes. Et da omni die in modum duarum aut trium nucum cum oxymelite squillitico. Idem cõfectio alia mira ad epilepsiam propria & experta. ℞.pyrethri siseleos stœchados ana.ʒ.x.agarici.ʒ.s.cordumeni, hasce,aristo.rotundæ,asphodeli,liquiritiæ,carpobalsami, pęoniæ,ana.ʒ.ii.& accipe expressionis squillę,& mellis partes æquales, de quibus coctis ad spissitudinem quantum sufficiat ad aggregandum ea accipe. Et deinde reconde in uase uitreo. Dosis à ʒ.ii.usq; ad.iii. est.n. medicamen ultimum. Filius Serapionis. Pilulæ ad epilepsiam ex phlegmate expertæ. Accipe siseleos, aristo. rotundæ, castorei,salis indi ana.ʒ.iiii.radicum pæoniæ, trochiscorum de squilla ana.ʒ. vi.hieræpi. stœchados epithymi ana. ʒ.x.polypodii.ʒ.vii. agarici.ʒ.xii.colocynthidos,ʒ. xi.in alio. v. turbith. ʒ. xv. myrobalanorum nigrorum,belliricorum,emblicorum,an. ʒ.iii.lapidis lazuli.℥.xiii.myrobalanorum citrinorum,ellebori nigri,chamepityos,camedryos ana.ʒ.viii. Confice cũ secaniabin squillitico. Dosis à.ʒ.i.usq; ad.ii.&. s. Filius Serapionis. Pilulæ ad epilepsiam melancholicam fideles, & morpheam nigram,& ægritudinem melancholicam.℞.hieræpicræ.ʒ.v.epithymi.ʒ.x.lapidis lazuli loti.ʒ.vii.scammoneæ,colocynthidos,ellebori nigri, spicæ ana ʒ. ii. Confice cum aqua mellis. Da cum aqua epithymi & passularum. Alexander. Pilulæ quibus nullæ fortiores ad epilepsiam & arthreticam & podagram.℞.aloes,colocynthidos, scammoneæ,bdellii,ellebori nigri,corticum gummi ana partem .i. euphorbii,baurach ana partem .s. Confice cum succo caulium. Dosis a.ʒ.i.usque ad.ii. Oribasius. Medicamen bonum quod sumitur omni die,confert epilepsiæ & uertigini. ℞. baccarum lauri,piperis albi,siseleos,pyrethri ana.ʒ.iii. radicum pæoniæ,aristolochiæ rotundæ ana.ʒ.ii.castorei, trochiscorum de squilla ana.ʒ.i. Confice cum oxymelite squillitico. Et da cum eodem oxymelite die qualibet. Clystere conferens mirabiliter. Accipe alhasce,hyssopi,absinthii an. ℥.s.pulpæ colocynthidos.ʒ.ii.centaurę.ʒ. iiii.carthami.ʒ. xii.olei pro kerua.ʒ.v. Clystere fiat cum eis. Sternutatoria autem & caputpurgia & gargarismata & masticationes eligantur in cap.de soda. Ruta autem & castoreum separatim aut coniunctim odorata conferunt mirabiliter, & similiter gummi rutæ agrestis confert. Facit enim cito reuiuiscere, & excitat sepultum à uehementia paroxysmi. Alexãder. Ex hyssopo,pulegio,& origano cum caricarum quantitate sufficienti pastillos facies, quos commastices, quia phlegma deponunt & cerebrum mundificant,adhuc autem pyrethrum cũ mastiches & ceræ quantitate sufficienti commistum,& commasticatum phlegma cum uirtute deponit, & mundificat cerebrum mirabiliter. Gal. Pæonia secundum omnem modum administrationis eius est medicina magna ad epilepsiam radix scilicet & semen eius. [Nota de pæonia.] Etenim si ex ea diebus singulis à ʒ.ii.usq; ad.iiii. propinetur cum aqua mellis & hyssopi,aut cum oxymelite confert mirabiliter. Et similiter si fiat ex ea caputpurgium aut gargarismata cũ oxymelite,& suffletur ex ea in nasum, & confert. Et si continue puluis eius odoratur,confert. Expertum est suspensione eius in collo esse iuuamen sublime, & etiam sumpta in cibis & potibus. Et fit suffumigatio ex semine eius, & est mirabile. sumptum etiam cum melle rosato diebus singulis sanat,si Deus uoluerit. Hippocrates dixit. & multi post ipsum,& nos etiam experti sumus pyrethrum esse medicinã fidelem ad epilepsiam,& proprie conditum eius, & electarium factum ex eo & melle, & trochisci facti ex eo sumpti cum hydromelite & caputpurgium ex eo. Conditum autẽ eius fit sicut zinziber conditum expertum bonum. Confectio de pyrethro conferens epilepsiæ & torturę,paralysi & ægritudinibus neruorum frigidis.℞.secacul lib. i. & pyrethri humidi aut humectati. ℥. vi. mellis despumati lib.v.pinearum purgatarum li.i. &. s. Condies cum zinziberis & pyrethri.ana.℥.i.gariophyllorum,nucis muscatæ, cubebe, ana.ʒ.iii.cinnamomi. ʒ. v. & in alio pyrethri, & hueg aut zingiberis aut humidorum aut humectatorum ana.℥.iii. Expertum bonum,& alii addunt musci.drach.i. Galenus. Post corporis & capitis mundificationem theriacam,aut mithridatum dabis diebus quibus à purgatione interpolas,& proprie auellanas duas de altero eorum & proprie in sero,aut in mane sicut uideris expedire. Danda est etiam confectio de musco dulcis & amara,& theriaca diatessaron, & confectio Cæsaris,& hiera Hermetis, & theodoricon cum nucibus muscatis. Filius Serapionis. Confectio masticatorii faciens fluere per sputum humores mirabiliter & mundificans caput. Reci.pyrethri.ʒ.i.sinapis,drac.i. &.s. staphidis agriæ drach.ii. salis armoniaci drach.s.cum mastiche & cera partibus conuenientibus misce. Et fac formas sicut auellanarũ. Et ex eis iugiter masticentur in ieiunio. conferunt enim,si Deus uoluerit. Galenus. Odoretur ruta omni hora,& fit caputpurgium cum ea,& confert epilepsiæ. Et similiter auricula muris bibita,& caputpurgium ex ea factum. ruta agrestis similiter experta est & similiter gummi eius. Democritus. Suffumigatur epilepticus cum assa,& administrat̃ odor eius,& excitat epilepticũ, & administrata omni hora præseruat eum ab epilepsia,si Deus uoluerit. Eodem modo confert galliæ muschatæ administratio, & similiter gummi eius & etiam bibita. Alexander. Vesica apri cũ tota urina exiccetur in furno,& dabis ex eo ad fabæ mensuram dieb. singulis in mane cũ oxymelite, expertum est. Et dixit se usq; ad tertiam diem quendam uidisse curatum. Dioscorides. Leporis coagulatum si bibatur confert epilepsię. Et similiter asininum hepar assatum & comestum in ieiunio. Detegunt epilepsiam hepar caprinum comestum,& suffumigatio

migatio ex galbano, & similiter ex ungulis capræ & apiū secundum omnem modum administrationis eius, & fungi & suffumigatio ex myrrha, & positio eius in naribus, aut ex cornu caprino & hepar caprinum & hircinum comestū aut odoratum.

De apoplexia. Cap. 27.

Cura huius ægritudinis proxima est curæ epilepsiæ præterquam ꝙ oportet ut omne genus curæ administretur illico, Dilatio enim ducit ad mortem festinam, cum sit etiam ipse morbus per se parum recipiens curam, sicut Hippo. dixit. Veruntamen ut non appareat ex parte operantis defectus, conaberis à principio materiam subtrahere quantum posibilitas exigit. Et si quidē sanguinem esse uideris utriusq; partis phlebotoma cephalicam illico simul cum emissione multi sanguinis, si res patitur. Et consequenter crura, & pedes uētosari facias, & trahere inquantum potes ad oppositam partem cum omnibus generibus attractionum, & etiā cum clysteribus acutis, & sternutatoriis, & suffumigationib. & aliis. Si aūt phlegmatica fuerit materia, subtrahe etiam inquantum potes, sicut hic diximus. Et ex hoc require in cap. de soda, & de epilepsia, & de eo quod diximus in paralysi, si Deus uoluerit.

SVMMA IIII. *De ægritudinibus neruorum.* Cap. 1.

Aegritudines neruorum, aut sunt à complexione pura & alteratione solum, & indigent confortatione post illud. Aut sunt complexionales cum materia, & indigent alteratione & mundificatione, & demum cōfortatione. Aut sunt à solutione continuitatis eorum, & dicemus curam eorum in loco suo. Aut contritione eorū, & dicemus ibi. Et complexionales quidem neruorum ægritudines è frigiditate sunt secundum plurimum, & deinde ab humiditate: à caliditate uero & siccitate nō sæpe, licet quādoque accidant. Et quidem uerificatum est, quod febris superinuadēs curat neruorū & iuncturarū ægritudines, quarū radix est frigiditas aut humiditas. Digerit enim & subtiliat materiam & consumit. Dioscorides. ziniam secundum omnem modum administrationis eius malam neruorum complexionem alterat, & eos confortat. Et iuncturarū doloribus similiter, & proprie comesta cum uitellis ouorum & saluia, & ponitur in decoctione hydromelitis, & confert mirabiliter. Emplastrata quoque cum melle & farina hordei, confert doloribus eorum. Hydromel conferens omnibus ægritudinibus neruorum frigidis & humidis. Accipe ex zinia. lib. 5. foliorum saluiæ & lelengi. ana unci. vii. stœchados, unc. iii. bulliant in lib. aquæ. vi. usq; ad lib. iii. & cola. & cum mellis lib. s. permisce. Et proiice super ea piperis gariophylorum spicæ ana drachmam unam & .s. zinzib. cinnamomi, ana drach. v. Dimitte à sero usq; mane. deinde cola per colatorium. Et fit dosis eius in ieiunio. lib. s. cū aqua calida. Embrocha conferens ægritudinibus neruorum frigidis, quæ administranda est super caput, & locum originis neruorum, & super locum pasionis. ℞. florum chamæmillæ. lib. s. zinian, florum saluiæ, sisymbri, & sansuci, & stęchados, & lelengi. ana unc. iiii. Decoquantur in lib. iiii. aquæ usq; ad. ii. & fiat embrocha cū eis sicut diximus & cataplasmetur ex fæce. Est enim expertum si Deus uoluerit. Iudæus. Syru. de stœchade est medicina mirabilis conferens omnibus ægritudinibus neruorum frigidis, & confortans eos. cuius permixtio. ℞. florū stœchados unc. iiii. hasce, ziniam, ana. ℥. i. piperis, pyrethri, ana. ʒ. iiii. pastularū sine interioribus. ℥. i. coquantur in lib. iiii. aquæ usq; ad. ii. cū mellis lib. i. & sapæ lib. s. fiat syrupus. Dosis eius est ab. ℥. i. usque ad. ii. cum aqua alkilil. Confectio conditi ad ægritudines neruorum frigidas mirabilis. ℞. secacul, pinearum mundatarum, radicum acori, ana lib. i. & . s. & sint secacul & acorus elixata & expressa, & misce cū eis præter pineas mellis despumati lib. x. & decoque lento igne usquedum spissitudinem acquirat. Deinde deponatur ab igne, & proiiciantur super ipsum pineæ, & misceantur adinuicem. Post hoc pulueriza super ea piperis. ℥. i. piperis longi, gariophyllorū zinzibe. macis ana. ʒ. iiii. nucis muschatæ, galangæ, cardamomi, ana. ʒ. iii. Dosis eius est. ℥. i. mane & sero. Decoctio conferens mirabiliter ad omnes ægritudines neruorum & dolores eorum. Accipe zinian recentis & humidæ & proprie succi eius lib. s. Et permisce cum eo mellis. ℥. & . s. & olei de Kerua, aut olei de tribus piperibus dictis in antidotario aur. ii. picræ aur. ii. aut minus, aut plus secundū quòd oportet. Et da in potu. ʒ. x. usq; ad. xx. Si autem ipsa herba humida inueniri non poterit, accipe ex sicca circiter lib. s. decoque in lib. i. aquæ usq; ab li. s. Et fac sicut diximus. Ex oleis autem & unguentis & emplastris & aliis conuenientibus ad permutationem malitiæ complexionis neruorum in maiori grabadin plura scripsimus, quæ ibi requirantur, & de plurimis etiam loquemur in capitulis propriis & ex purgātibus etiam materias eorum multa illic scripsimus, quæ requirātur ibi, in præteritis capitulis plura scripsimus, & proprie in soda & epilepsia, & uertigine, & scribemus etiam in capitulis quę sequentur. Galenus. Theriaca & mythridatum administrantur ad omnes ægritudines neruorum frigidas cum aqua decoctionis unius manipuli zinian & anisi & foliorum rutæ & saluiæ. Et conferunt in omni tempore ægritudinis, & in principio quidem ante purgationē, quia digerunt & subtiliant materiam, & permutant malitiā cōplexionis frigidæ. Et conferunt post purgationem, quia residuum materiei resoluunt. Adhuc autem habent proprietatem, ut neruis iuuamentum afferant manifestum, & confortent eos. Et fit dosis à quarta drachm. i. usque ad drach. i. diebus singul. Galen. habet adhuc de proprietate ægritudinibus neruorum conferre proprie administratio castorei omni die Kirat. i. cū eo quod conuenit ei ex potib. Huius etiam intentionis est assa fœtida proprie mirabiliter inuncta scilicet & bibita omni die. Similiter oleum de narcisso & oleum de iride cum glutino albotin. & similiter oleum de ben, & oleum de alcanna & oleum de ruta. Piper quoq; est ad neruorum ægritudines frigidas medicina sublimis, & oleum de piperibus, & similia. Oleum uero de euphorbio iuuamen est mirabile, & similiter oleum de croco & oleum philosophorum. Est enim expertū uerax. Humain. Modus pilularum de euphorbio conferentium ad mollificationem & frigiditatem neruorum, & ad humores crudos qui descendunt ad eos, uel qui sepulti sunt, quarum permistio. ℞. euphorbii, colocynthidos, agarici, & serapini, bdellii. an. ʒ. iiii. aloes. ʒ. vi. mastiches. ʒ. ii. Confice cum expressione zinian aut porrorum. Sunt enim expertæ. Dosis à. ʒ. i. usq; ad. ʒ. ii. & . s. Gal. Confectio pilularum fœtidarū maior expertorum iuuamentorum ad ægritudines omnes neruorum quæ sunt à materia grossa uiscosa difficilis eradicationis, & ad dolores iuncturarum qui sunt ab eadem causa, & ad omnes dolores totius corporis qui eandem habēt materiam. Similiter & ad uertiginem, & ad epilepsiā & ad hemicraneā difficilem, & sodam, & morpheam, & albaras, & lepram. ℞. aloes, turbith, ana. ʒ. v. serapini, ammoniaci, opopanacis, bdellii, seminis harmel, myrobalanorum, colocynthidos interioris, ana. ʒ. iiii. scammoneæ. ʒ. ii. tapsiæ indæ, hermodactyli, scebram. ana. ʒ. ii. casto. agarici, euphorbii, ana. ʒ. i. cinnamomi, croci, cardamomi, spicæ, ana. ʒ. s. gummi infundantur in aqua porri & fac ex eis pilulas. Dosis à. ʒ. i. usq; ad. ii. Pilulæ fœtidæ minores quæ sunt in potestate maiorum quarū permistio. ℞. serapini, ammoniaci, opopanaci, bdellii, aloes ana. ʒ. iiii. castorei harmel, an. ʒ. iii. colocynthidos. ʒ. vii. turbith. ʒ. x. Confice sicut alias. Filius Zachariæ Arasi. Pilulæ fœtidæ maiores quę cōferunt ęgritudinibus omnibus neruorum sicut est paralysis & tortura, & spasmus humidus, & dolor iuncturarum. Et solutione educunt humorem grossum uiscosum à locis difficilis eradicationis eius, quarum permistio. ℞. hieræpicræ. ʒ. x. pulpæ colocynthidos. ʒ. vi. centaureæ minoris, meizarchan, an. ʒ. v. euphorbii dra. ii. & . s. scebram, castorei, zingib. assæ fœtidæ, serapini opopanacis, setaragi indi, sinapis, piperis, ana drac. i. gummi dissoluantur in aqua rutæ & fac pilulas cum cæteris. Dosis à drach. ii. usque ad. iii. Pilulæ fœtidæ minores ex inuentione nostra & eiusdē & sunt in intentione maiorum,

Syru. stœchados.

Olea conuenientia.

Pilulæ mirabiles ad tremorē.

& conferunt tremori mirabiliter proprie, quarum permixtio. ℞. hierę picræ dra. v. pyrethri, castorei, casiæ, an. drac. iii. serapini pulpæ colocynthidos ana drach. iiii. dosis à drach. ii. usque ad. ii. & . s. expertum. Filius Zachariæ Arasi. Confectio anacardina quæ est medicina sublimis ad omnes ægritudines neruorum frigidas, aut humidas, sicut paralysis & spasmus ab humiditate, aut à frigiditate, & tortura, & tremor, & stupor. statim enim sanat. Accipe zingiberis, costi, pyrethri, nigellæ, piperis, macropiperis hueg. ana. ʒ. x. myrrhæ, foliorum rutæ, assæ, gentianæ, aristolochiæ, baccarum lauri, castorei, tapsiæ, sinapis, ana dra. v. mellis anacardini drach. v. & tertiam. Inuoluantur omnia cum oleo nucum, & confice cum melle apum. Da ex eo in modum grani lauri. Inquit Mahemet hæc medicina est bonitatis magnæ ad ægritudines quas diximus in omnibus ægritudinibus frigidis, & inflammat corpus statim, & adducit febrem bonam spasmo humido, & fricatur cum ea lingua, & confert grauedini eius, & fit emplastrum ex ea super membrū stupidum & frigidum, aut fricatur cum ea, & confert proprie mirabiliter, & facit sudare. quapropter oportet ut cooperiatur sumens eam ut sudet. sanat enim si Deus uoluerit. Hamech filius Zezar. Oleum quod administratur in potu ad ægritudines neruorum quæ fiunt à phlegmate & humore uiscoso, administratur cum aliquo quod conuenit ex potibus. ℞. colocynthidos. ʒ. x. aloes. ʒ. v. turbith albi. ʒ. iiii. squillæ. ʒ. iii. gentianæ, psillii, sansuci, ziniam, ana. ʒ. iii. & . s. amomi, spicæ, xylobalsami, gariophyllorum, cinnnamomi, piperis, macropiperis, aristolochiæ longæ & rotundæ, casiæ, polii, squinanthi, petroselini, polypodii, anisi, epithymi: ana drac. ii. & . s. serapini, liquiritiæ, hyoscyami, zingiberis: ana drac. ii. Contere omnia contritione grossa, & funde super ea aquę fontium li. iii. olei antiqui sextam unius. coquatur lento igne usq; ad aquæ consumptionem. Hamech. Oleum de sigia confert ægritudinibus neruorum phlegmaticis. Cuius hæc est permixtio. Rec. sigiæ castorei, prasii ana vnc. i. piperis, zingiberis, squinanthi, casiæ: ana drach. v. cyperi, costi, carpobalsami, xylobalsami, ellebori nigri, ammoniaci, spicæ, serapini, aristolochiæ longę, & rotundę, an. dra. iiii. olei sirinici drac. v. aquæ lib. iii. Coque sicut hic proxime diximus. Oleum aliud de sigia ualens similiter. Olei siricini lib. ii. castorei li. iiii. Coque in duplici uase. Eligimus autem ex antidotario unguēta & emplastra, & olea de quibus est hyssopi cerotum & unguētum de bdellio, & unguētum Phylagrios, & cerotum diapente & cerotum Alexandri, & cerotum Andromachi, & emplastrum filii Zacharię. Ioannitius. Lęsio cadens in neruis posterioribus iuuamen suscipit à sternutatoriis & caputpurgiis, propterea quod à locis originum neruorum diuerse fit ad locum emunctorij communis, & purgatur per ipsum. Læsioni autem cadenti in neruos faciei sternutatoria & caputpurgia prohibenda sunt in principio. fortasse enim conferunt in fine rei. Gargarismata autem sunt his & illis utilia, & proprie post mundificationem communem: nisi materias ad pectus rheumatizare timueris & pulmonem. Sunt enim tunc suspecta sicut alibi diximus. Etiam quidem ex his quæ præcesserunt caputpurgia & sternutatoria multa colligere potes ad hęc utilia, & gargarismata.

Inducens febrem.

De paralysi. Cap. 2.

In cura huius ægritudinis regimen duplex est. Est enim regimen quoddam commune, & quoddam proprium. Commune autem regimen nunc partem morbi tangit, nunc proprietatem, interdum uero diętam. Et primum quidē cōpletur cū administratione omnis studii ad capitis partem posteriorem & nucham, & illud ideo quoniam cadit secundum plurimum hæc infirmitas in neruos motiuos, & eorum ortus est à posteriori cerebro & nucha. Et hoc quidem studium etiam in quibusdam aliis neruorum ægritudinibus administrari debere commune est, sicut est spasmus proprie, tremor & stupor & tortura. Secundum uero completur cum administratione medicinarum proprietate & uirtute conferentium & confortantiū eos, sicut hic in proximo cap. quod est ante istud diximus. Tertium autem completur cum paucitate cibi & potus, & omni regimine exiccatiuo, & sicut est ex cibis & potibus & condimentis eorū proprietatem habentibus ut neruis conferant, sicut sunt grana pini proprie & cerebrum leporis, & hasce, & origanum, & hyssopus & piper, & zingiber, & pyrethrum, & ius serpentis cum proprietate, & species salis conditi, & ius gallorum antiquorum secundum doctrinam Galen. & Hidromel recipiens sansucum, hasce, saluia, & similia. Et confert eis administratio capparis, & tali alphesire in primis cum eleuātur à terra frixi cum speciebus & hueg conditū. Vinum autē uitare oportet, facit enim ad neruos materias quæ forsitan non penetrarent. Et scito quod uinum inimicum est neruis & oculis per se. Ipsius enim abusus est causa morbi ipsorum. Vitent etiam aquam & potum supra cibū, & somnum supra cibum, & sit parcitas in potu secundū omnem modum, & sit potus exiccatiuus, & abstinere supra sitim & famem est cura prima. Regimen autem proprium capit quatuor res. Prima est adæquatio materiei, secunda est abscisio eius, tertia conuersio residui eius ad oppositū & diuersum, quarta corrigit accidentia. Prima autem res completur cum administratione rerum morbi materiā carminantium & maturantium de quibus hic paulo ante locuti sumus. Et tu require in illo. Secunda autem res completur administratione propriorum euacuantium sicut hiera diacolocynthidos, & pilulæ fœtidæ, & hiera hermetis, & alia quæ supra diximus. Inquit Gal. ęgritudines neruorū & iuncturarum non nisi forti agente rectificantur. Veruntamē de meliori operatione est nō properare ad usum fortiū à principio ne subito tollatur uirtus aut resoluatur. Vomitus autem & euacuatio per clysteria & proprie acuta sunt ex bonis euacuationibus. Et fiat uomitus proprie cum expresione raphani cum oxymelite aut cum expresione raphani, in quo sit uirtus ellebori nigri. Aut uomitus fit post cibaria acuta. Et oportet ut inter euacuationem, & euacuationem interueniat tempus in quo operari oportet regimē cōfortatiuum. Et tunc quidem administrentur theriace & mithridatum, & confectio de musco dulcis & amara, & similia. Et quidem in hac hora anacardinum quod diximus, est eis mirabilis medicina, & hac quidem uicissitudine regimen istud completur & cito sanitati restituitur si Deus uoluerit. Tertia autem res completur cū gargarismatibus, & cum masticationibus, & caputpurgiis, & sternutatoriis, de quibus pluries fecimus mentionem. Quartam autem rē complent unctiones, & emplastra, & fricationes, & balneum, & alia de quibus loquemur iam si Deus uoluerit. Et dictum est febrem superuenientem ęgritudinibus neruorum humidis esse curam bonam. Filius Serapionis. Decoctio cōferens cum uirtute Dei ad paralysim, & mollificationem, & spasmum, & dolores neruorum. Rec. radicum apii, fœniculi, ana drac. x. squinanthi drac. vi. se. fœniculi, anisi, petroselini, siseleos, costi, centaureæ minoris, pyrethri, zingib. ziniam, cordumeni ana drach. iiii. se. rutæ, setaragi indi. ana drach. iii. stœchados, belliricorum emblicorum, ana. ʒ. viii. Decoquantur in. vii. lib. aquæ usque ad li. i. Et da omni die cum oleo de kerua, aut oleo de piperibus, aut oleo de costo diebus. xxi. Et sit proprie decoctionis dosis ad unc. i. usque ad. ii. & sint olei à dra. ii. usq; ad. iii. sanat enim si Deus uoluerit. Clystere conferens paralysi solutione educens humorem crudum & uiscosum quod administrandum ē hora post horam, & proprie quando fit interpellatio ab aliis euacuationibus. Recip. siclæ furfuris ana lib. s. meliloti, anethi, radicum maluarum mundatarum, chamęmillæ ana vnc. iii. ficus siccas. xv. numero, fœnugræci, carthami an. vn. i. & . s. pulpæ colocynthidos, keruæ mūdatæ, ana drac. ii. centaureæ vnc. iiii. bulliant in lib. iiii. aquæ usque ad lib. i. & . s. Ex huius aqua li. s. & oleo antiquo & almuri & melle clystere fit bonum & efficax, si Deus uoluerit. Filius Zacharię. Oleum conferens paralysi & torturæ proprie mirabiliter. ℞. costi. ℥. i. euphorbii, piperis, an. vnc. i. tertiam, castorei vnc. s. olei de cheyri lib. s. aut olei costi, aut olei de narcisso in duplici uase coque & utere. Archigenes. Cerotum conferens mollificationi & spasmo expertum bonum. ℞. euphorbii, piperis, hyssopi humidæ, ammoniaci, croci, olibani, balsami, castorei, glutinis alimbac opopanacis an. drac. iiii. styracis drac. ii. ceræ citrinæ lib. s. olei antiqui li. iii. Terantur sicca, gummi uero dissoluantur in uino, & admisceātur,

Potus.

Documētum Gal.

Quarta aph. 56.

tur,& fiat ex eis unguentum, & ungatur ſuper membrũ in E
quo eſt læſio. Sanat enim ſi Deus uoluerit. Aliud ualés proprie mirabiliter. Rx. myrrhæ opopanacis, uſne, ſauinæ, ziniam, amygdalarum amararum, caſtorei, gummi rutæ agreſtis, thuris ana drac. ii. ſe. agni caſti, pyrethri, galbani, euphorbii, ana drac. i. hieræ, gummi pini, an. drach. vii. olei cucumeris aſinini, & olei laurini, & olei de gallis quantũ ſufficit. Liniatur ex eo ſuper membrum. Gargariſmata fiãt ex eis quæ diximus. Aliud bonum gargariſma fiet cum hiera Archigenis & oxymelite. Eligantur uero ex commaſticabilibus conuenientia. Et ex eis fiant formę ſicut nuces ex ſtaphideagria & maſtiche. Deponũt enim phlegma plurimũ. Aliud ualens ſimiliter. Accipe ſinapis, pyrethri, ſtaphidiſagriæ ante. Fiant formę ſicut diximus cum maſtiche, & admiſtrentur. Sal ſolutiuus, cuius iuuamẽtum eſt magnum ad paralyſim, & torturam, & ægritudines neruorum frigidas. Accipe piperis, origani. haſce, ſinapis, zingibe. pyrethri, hyſſopi. ſe. apii, aniſi, fœniculi, foli, gariophyllorum, hueg, macis, petroſelini, naſturcii, ſcammoneæ, agarici, turbith: an. drach. i. &. s. ſaliſgemmæ ad pondus omnium. Terantur F
& cribellentur & admiſtrentur ex eis ubi oportet: & ét ſupra cibaria. Et quandoque quadruplicatur in eo hueg, & eſt uigoroſius. Caputpurgia, & ſternutatoria ſunt ad hãc ægritudinem uehementis uirtutis. Purgant. n. cerebrum, & conuertunt a parte ægritudinis ad emunctorium commune. Eligantur caputpurgia ex eis quæ diximus & dicemus. Filius Zachariæ. Modus caputpurgii conferentis proprie mirabiliter ad paralyſim, & torturam, & dolorem capitis, & ægritudines cerebri phlegmaticas. Rx. caſtorei dra. i. condiſi, piperis, cyclaminis, & gilbenech, pulpę, colocynthidos, baurach rubei, euphorbii, fellis bouini exiccati: an. 3. iii. Fiant ex eis colliria. Et deinde fiat caputpurgia cum eis cum auricula muris aut cum aqua ſampſuci. Gal. quidẽ iam dixit adminiſtrationem theriacæ, & mithridati ante purgationem & poſt conferre: ſicut in cap. quod eſt ante iſtud diximus. Anacardini quoque iuuamentum eſt ad hoc, in hac cauſa mirabile, quod diximus. & plura etiã illic ſcripſimus, quæ etiam huc afferantur. Quandoque etiam datur ex opopanace quãritas cicerum trium cum hydromelle, & G
confert. Iuuamentum quoq; hueg conditi dicimus eſſe mirabile ad ęgritudines neruorum omnes proprietate ſua. Et ſimiliter grana pini. Pipera autem ſecũdum omnem modũ adminiſtrationis eorum conferunt mirabiliter. Et ſimiliter aſſa fœtida bibita proprie & linita diebus ſingul. Et iã quidem diximus iuuamentum caſtorei magnificari ſecundum omnem modũ adminiſtrationis eius. Et ſimiliter uſus capparis. Hermes. Magnificatur iuuamentum uulpis ad paralyſim & ægritudines neruorum alias. & proprie embrochatio facta ex aqua decoctionis ipſius: & proprie uſq; dũ diſſoluantur membra eius in ea. Et magnificatur ét oleum decoctionis ipſius. Et nos ſcripſimus illud in grabadin medicinarum uniuerſalium. Ioannicius. Pilulæ de opopanace ſunt medicina ſublimis ad ægritudines neruorum: & exiccant ab eis humiditates uiſcoſas, & mucilaginoſas, & conferunt paralyſi, torturæ, ſpaſmo humido, & dolori iuncturarum, & dorſi, & genuum: quarum permiſtio eſt hæc. Rx. aloes drac. x. trochiſci alandahal drac. vi. & s. opopanacis, ſerapini, ammoniaci, bdellii, hermodactylorum: an. dra. H
v. harmel, ſucci cucumeris aſinini: ana drac. ii. &. s. piperis, macropiperis, zingibe. tapſię, myrobalanorum citrinorum, belliricorum, emblicorum, myrrhæ, croci, euphorbii, caſtorei: ana. drach. i. ſcammoneæ drac. i. & s. agarici drach. ii. turbith drac. vii. Gummi infundantur in aqua caulium aut pororum. Cæterę autem res infundantur in expreſſionem ziniam. Deinde miſce omnia ſimul, poſtquam in ſpeciebus exiccata fuerit expreſſio ziniam tribus uicibus, fiant pilulæ. Et ſit doſis earum à drac. i. uſq; ad drac. ii. Sunt enim mirabilis uirtutis ſeu iuuamenti, ſi Deus uoluerit. Ioannicius. Vnctiones & emplaſtra rubificantia quando exhiberi oportet, in loco originis neruorum quibus accidit paſsio, applicanda ſunt uel ſaltem in parte & latere ortus eorum: & ex unctionibus ibidem adminiſtrandis eſt oleum nardinum & coſtinum confortata cum caſtoreo, euphorbio, pipere, & pyrethro. Ex emplaſtris quidem eſt radix lilij. Ipſa .n. eſt iuuamenti magni & proprie adminiſtrata fricando, & comprimendo ſuper locum, & ungendo. & ſi miſceantur cũ eo grana alrahec, magnificatur operatio. Mahemet Araſi. Modus linimenti conferentis paralyſi mirabiliter. Rx. ceræ citrinæ vnc. ii. olei de narciſſo, & olei de lilio: an. dra. v. myrrhæ opopanacis: an. vnc. i. caſtorei. 3. vi. euphorbii. 3. iiii. Fiat ex eis emplaſtrum & liniatur in latere altero.

Ioannicius. In fine quidem rei conferunt ſtuphæ, & balnea ſine aquis, & frictiones in eis cum ſale ſolutiuo quem diximus, aut cum caſtoreo, & aniſo, & dauco: aut cum ziniã ſiccata: aut cum urtica acuta. Et conferunt etiam aquæ thermarum poſt frictionem in balneo ſicco: & abſtinentia cibi & potus ſupra balneum, & regimen exiccatiuum quãtum poſsibile fuerit. Sanabitur. n. ſi Deus uoluerit.

De tortura. Cap. 3.

TOrtura quædam eſt à ſpaſmo, & contrahit ſuperius. quædam à paralyſi & mollificatione, & relaxat ad inferius. Et illius cura eſt cura ſpaſmi quam dicemus. Et huius cura eſt ut cura paralyſis quam diximus, prętерquam quod oportet caputpurgia & gargariſmata ante purgationem uitari: cum fiat poſt mundificationem cura uera. Verum gargariſmata cunctis medicinis præponenda ſunt caputpurgiis: cum ſit utraq; cura uera. Et ſit ſtudium præcipue primum in adminiſtratione medicaminum, & emplaſtrorum & linimentorum, & medicinarum rubificantium in ſpondylibus ceruicis. Deinde perueniendum eſt ad mandibulam, & ad partes faciei; & hoc eſt ſtudium ſecundũ. Ad cauteria autem approximandum eſt, quando iam omnia nõ contuliſſe experieris. Et hoc erit ſtudium ultimum. Primũ autem ſtudium perficitur cum adminiſtratione emplaſtrorum, & linimentorum in ſpondylibus ceruicis, unde nerui faciei ortum habent & muſculi, ex eis quæ diximus in cap. quod eſt ante iſtud, & ex eis quæ dicemus. Secundum autẽ ſtudium perficitur nunc cum rebus extra, nunc cum rebus intus. Res autem quæ extra adminiſtrandæ ſunt, ſunt linimenta & emplaſtrationes, & embrochationes, & euaporationes, & ablutiones, & calefactoria & ex eis quas diximus & dicemus. Res uero quæ intra ſunt adminiſtrandæ: ſunt quædam commaſticabilia: ſicut formæ factæ ex hueg & nuce muſcata: & aliis quæ dicemus. Et ſicut commaſticatio nucis muſcatæ & retentio eius in ore ex parte paſsionis continuæ, integræ aut commaſticatæ, & retentio caſtorei ex parte paſsionis & ſub lingua. Et adminiſtratio frictionis in parte interiori mãdibulæ, cũ anacardino, aut theriaca, aut mithridato. & exhibitio diamuſci dulcis, & amari: & frictio gingiuarum cum ſale ſolutiuo, quæ diximus, aut cum ſale, & nuce muſchata, & hueg. & eorum partes æquales: aut cũ anacardino, & nuce muſcata & aliis. Tertium autem ſtudium perficitur cum adminiſtratione uętoſarum ſuper cer uicem, & appoſitione medicaminis rubificatiui, & cauteri zatione facta poſt aurem ex parte ægritudinis, & poſt iſtã ſi non contulerit, cauteria duo fiant in ſpondylibus: unum hinc, & aliud inde. Et quandoque fiunt duo hinc, & duo inde ſecundum diſtantiam ſpondylium. Et quandoque tria quoniam ſanant, ſi Deus uoluerit. Sabor filius Girges. Confectio medicaminis experti ad torturam, quod maſticatur & expellit phlegma plurimum, & confert proprietate: & rectificat malitiam neruorum, & ſanat cum celeritate. Cuius permixtio. Rx. nucis muſcatæ, pyrethri, hueg recentis, thuris: ana partes æquales. Confice cum cheſmes. Et fiant formæ ſicut nuces: & commaſticentur ex parte læſa: & teneantur diu in ea. & fricet cum ea patiens digitis ſuis partes mandibulæ, & gingiuas & dentes partis infirmæ. Si autem fortius maſticabile facere uolueris, miſce cum prædictis anacardi partem. i. & eſt mirabile. Filius Zachariæ. Accipe nucem muſcatam integram non habentem contaminationem, aut marciditatem: & lini ſuper eam ex anacardino, quod diximus. Et teneat patiens in ore in parte læſa per horas. ii. uel. iii. Deinde commaſticet eam, & teneat commaſticatum eius in parte illa, & hoc faciat bis in die quoniam ſanat, ſi Deus uoluerit. Filius Serapionis. Cõfectio caputpurgii ad paralyſim & torturam experta. Rx. pyrethri, condiſi, oleandri exiccati ſupra fumum: ana dra. ii. origani, carui, ariſtol. longæ: ana drach. s. carpobalſami drach. i. Terantur,

tur, & puluerizentur, & ſuffletur ex eis in naſum. Aliud A
eiuſdem mirabile. Recipe caſtorei, pulpæ colocynthidos, piperis albi, & condiſi: ana. fac pilulas cum aqua ſampſuci. Deinde fac caputpurgium ex eis cum ſucco auriculæ muris. uerax & expertum. Gabriel. Capurpurgium ad torturam bonum. Recip. caſtorei, condiſi, nigellæ infuſæ in acero & exiccatæ ante. Diſtempera cum ſucco cucumeris aſinini. Deinde dimitte ſiccari: & iterum diſtępera cum expreſſione arthanitæ: iterum dimitte ſiccari. & iterum diſtempera cum ſucco auriculæ muris & fac ſimiliter. Vltimo uero diſtempera cum ſucco ſampſuci & fac fieſ: & frica ex eo ſuper cutem cum ſucco auriculæ muris aut ſampſuci: & diſtilla in naſum, & ſugatur uehementer. eſt enim expertum glorioſum. Democritus. Caputpurgium ſanans cum celeritate. Accipe opopanacem. ultima cõtritione teratur cũ oleo cucumeris aſinini, & expreſsione auriculæ muris uſquedũ fiat ſicut mel currens, & conſeruetur in uaſe uitreo. deinde diſtemperetur modicum ex eo cum ſucco ſampſuci, & diſtilletur in nares. ſanat enim celeriter & eſt expertũ. Aliud Fel perdicis, aut gruis cum aqua auriculæ muris, aut ſam- B
pſuci diſtillatũ in nares ſanat celeriter, & eſt expertũ. Gargariſmata fiant cum aliqua ex hieris magnis, & aceto ſquillitico & aqua decoctionis haſce & origani: & eſt expertũ bonum. Filius Serapionis. Gargariſma bonum. Re. ſinapis ſtaphidis agriæ, zinzib. pyrethri, macropiperis. decoque in aqua, & cum hiera fiat gargariſma. Aliud. Recipe calamenthum cãpeſtre, haſce. fac ex eis ſimiliter. Euaporatorium. Recipe chamæmeli, zinian, foliorum ſaluiæ, lelengi, ſtœchãdos, ſampſuci: ana lib. s. decoque in aqua & euaporetur ex ea locus: & deinde abluatur. & poſt hoc emplaſtrum fiat ex fæce calida. eſt enim expertum. Hermes præcipit euaporatorium fieri quo poſteriores uſi ſunt, & inuentum eſt eſſe iuuamenti ſublimis: & proprie quando euaporatur eo pars capitis poſterior, & collum, & ſpondylia, & ceruix, & mandibulla, & tempora, & frons: deinde lauatur ex eo compri mendo: & fit emplaſtrum ex fæce. & modus operationis eius eſt. Accipe ziniam, lelengi, haſce, calamenthi, ſtœchãdos, foliorum ſaluiæ: ana unc. ii. aceti albi boni duplum ponderis omnium: decoque uſque ad medium eius: deinde C
uaporentur ea loca ſicut diximus: & abluantur & emplaſtrentur. Inquit Hermes. Profundatur uirtus euaporatorii huius, & ſubmergit in profundum corporis, & incidit, & reſoluit humores groſſos & uiſcoſos: & nos etiam experti ſumus illud: & inuenimus mirabile & proprie ad torturam & paralyſim, & ſpaſmum. Filius Serapionis. Euaporatorũ conferens torturæ, & paralyſi. Accipe origani, haſce, ſtœchãdos, pyrethri, foliorum lauri, ſinapis, chamæmeli, meliloti, ſampſuci, marmacur, marrubii: an. decoquatur in aqua, & euaporetur locus, eſt enim expertum: deinde inungatur locus oleo coſtino: aut oleo balſami, aut oleo de been: euaporatio autem facta & ſimiliter ablutio faciei ex aceto & aqua decoctionis ſinapis eſt mirabilis. Ex unguentis autem & oleis, & linimentis eligę in his, duæ præceſſerunt capitulis, & afferantur ad locum hunc & ex aliis ſimiliter: & medicinæ quidem rubificantes dictæ ſunt: & ex eis eſt ſinapiſmũ & unguentum altarahel dictum in antidotario.

De ſpaſmo. Cap. 4. D

SPaſmus alius fit à punctura. Inquit Galenus, punctură nerui & chordarum ſequitur ſpaſmus & proprie cum non reſpiræ punctura. Efficitur enim uenenoſum rheumatizatum eius, aut putridum: & uenenoſum quidem propter continuitatem rapitur ad cerebrum, & facit epilepſiam, aut ſpaſmum. Putridum uero apoſtema in loco pũcturę generat: quare pũcturam aperiri præcipit. immo ſcindi & apponi attractiuum ſubtilis ſubſtantiæ, ut rheumatizationis fiat expurgatio, & reſolutio. Hoc autem in loco ſuo trademus ſufficientius, ſi Deus uoluerit. Et ſi ſit ſpaſmus ab humiditate, cura eius eſt cura paralyſis, & proprie cum euacuationibus, & clyſteribus acutis, & balneis, aquarum thermarum: & balneo ſicco in fine rei, & linimentis, quæ diximus. Immo totum regimen commune & proprium quod diximus ibi. Inquit Hippocra. Febris ſupra ſpaſmum humidum curat eũ. Spaſmus ſupra febrem interimit. Qua propter eligantur ex prouocantibus febrem conuenientiora, qualia ſunt caſtoreum, & aſſa fœtida: quibus permiſceatur mellis duplum eorum. Et ſit doſis ſicut uellana. Spaſmum enim reſoluunt & febrem inducunt. Idem facit opopanacum & caſtoreum cum aqua mellis. idem facit oleum de cherua cum aſſa. Ex compoſitis eſt anacardinum: ipſum enim inducit febrem, & ſpaſmum curat. Theriaca quoque & mithridatum ſunt ex medicinis ſolennibus ad ſpaſmum. Sal quoque calefactus, & poſitus in locis originis neruorum ſpaſmum reſoluit. Fit etiam ſpaſmus à frigiditate, & cura eius eſt ſicut hic proxime diximus. Et ſit quandoque à ſiccitate, & hoc accidit poſt febrem, aut poſt fluxum ſuperfluentem: & eſt prauus, uix recipiens curam. Tamen pro poſſe curamus adminiſtrando regimen ſecundum omnem modum humectatiuum & lenitiuum, qualia ſunt proprie balnea ex aquis dulcibus, aut ex lacte, aut ex aquis, in quibus cocta ſunt humectantia, ſicut hordeũ, uiolæ, & capita, & pedes agnorum, hædorum, & arietum pinguium. Et quandoque fiunt ex huiuſmodi eis clyſteria, & conferunt uehementer. & propinentur eis forbitiones humidæ & pingues. & ſint cibi eorum aqua carnis, & quod currit ſecundum ſemitam forbilium: & lac mulſum recenter: & oleum amygdalarum cum zuccharo, & ſimiliter regimen omne lenitiuum eſt utile eis. Filius Serapionis. decoctio conferens ſpaſmo humido, & eſt ei impreſsio fortis. Accipe calamenthi, haſce: ana. 3. s. hueg. 3. i. & s. carpobalſami, ſquinanthi: an. dra. iii. ſtœchados drac. vii. zinziberis, ſeminis apii, fœniculi, petroſelini, coſti, ana drach. ii. emblicorum, belliricorum: ana drac. iiii. coquantur in libr. iiii. aquæ uſque ad. ii. Et da ex eo omni die. 3. ii. cum oleo de piperibus, aut oleo de cherua. & ſit doſis eius à drach. i. uſque ad. ii. ſanat enim, ſi Deus uoluerit. Filius Serapionis. Cerotum de euphorbio magni & ſublimis iuuamenti eſt ad ſpaſmum frigidum & humidum & alias neruorum ęgritudines ab eadem cauſa. Cuius permiſtio. Recipe olei de cinnamomo, aut olei antiqui lib. i. ceræ citrinæ. 3. ii. euphorbii boni & recẽtis. 3. i. ungatur ſpaſmatus locus. Eſt enim mirabile, ſi Deus uoluerit. Rufus. Decoctio ad ſpaſmũ conferens mirabiliter, & ad omnes neruorum ægritudines à frigida cauſa, & humida. Recipe hueg recentis. 3. iii. decoque lib. i. uſque ad lib. s. & da ex ea omni die. 3. i. cum chirat. i. aſſæ fœtidæ: aut cum caſtorei granis. iiii. Eſt enim ex pertum. Rufus. Hydromel conferens ſimiliter. Accipe hueg. 3. iiii. & decoque in lib. aquæ. iii. uſque ad lib. ii. & proiice ſuper eam mellis puri. 3. iiii. deinde cola in colatorio déſo, & continue bibat ex eo. eſt enim medicamen bonum. Galenus. expertum eſt de oleo uulpis ad ſpaſmum, & alias ęgritudines neruorum, & dolores iuncturarum, & de ſcenſione in tina: & in decoctione eius. Phylagrius. Cerotum cõferens ſpaſmo & ægritudinibus neruorum expertum. Recipe ceræ citrinæ. 3. ii. olei irini, olei coſtini, olei de been, & olei de cinnamomo: ana. 3. iii. ſtyracis liquidæ unciam unam euphorbii aur. iiii. caſtorei aureos duos hyſſopi humidæ unciam unam adipis uulpis uncias tres. unge ex eo ſuper locum: expertum eſt enim. Archigenes. Cerotum omnibus ægritudinibus frigidis & humidis neruorũ conferens, & doloribus iuncturarum, & eſt forte. Recipe olei cucumeris aſinini libram unã, olei rutacei, olei de cinnamomo, olei coſtini, an. uncias duas cerę citrinę, uncias tres euphorbii, pyrethri, caſtorei, piperis: ana drachm. viii. zinziberis, drachmas quinque aſſæ fœtidæ, bdellii: ana drac. s. galbani, drachmas quatuor. conficitur autẽ ſic. Aſſa & bdellium, & galbanum diſſoluantur in aceto forti: cera quoque & oleum, & euphorbium diſſoluantur in igne, & permiſce cum eis ſucci cucumeris aſinini libram. s. & bulliant ad ſucci conſumptionem. deinde miſce cum eis gummas diſſolutas. Vltimo uero de puluere aliorum cum eis permiſce conferendo, & utere, quoniam eſt expertum uerax.

De tremore. Cap. 5.

TRemor ægritudo neruorum, & lacertorum eſt, & curatur cum eis quæ diximus. Et confert ei frictio. & ſepelitur in arena, aut cinere calido, et accubitus in furno calido quantũ poſsit pati et linimenta calida.

Filius

Filius Zacharię. Confectio pilularum conferentium tremori, proprie mirabiliter. Recipe caſtorei, pyrethri, caſiæ: ana drach. iiii. ſerapini, pulpæ colocynthidos. ana drach. iiii. hieræ picræ drach. v. doſis earum eſt à dra. i. s. uſque ad. ii. &. s.

Idem. confectio ad tremorem experta. Recipe myrobalanorum nigrorum, drach. xxx. ſauinæ, drach. x. olibani, drach. vii. cyperi, huegi: ana drach. v. confice cũ cheſmes, & fiant formæ ſicut nuces. da drac. i. uel. ii. ſanat, ſi Deus uoluerit.

De ſtupore. Cap. 6.

Stupor in curabilis quis.

STupor ſicut cætera quæ diximus curatur, & ſi eſt à percuſsione, aut uulnere non curatur. Et ſi eſt à repletione ſanguinea curatur cum phlebotomia uenæ quæ magis deſeruit membro ſtupido, & ſi ſanguis exuberat in toto, baſilicam phlebotoma, deinde cephalicam, deinde illam, quæ familiaris eſt illi membro. Et quandoque fit ab humore crudo, & frigido, & curatur ſicut paralyſis ab eadem cauſa. Et quandoque fit propter compreſsionem ſupra membrum, & cura huius eſt extenſio & exercitatio illius membri.

De catarrho. Cap. 7.

Triacatarrhi genera.

CAtarrhus eſt deſcenſus humorum à capite ad membra inferiora, cuius genera ut dicit Galenus in lib. miſſo ad Glauconem, ſunt tria, ſcilicet coryza, brancho s, & tuſsis. Catarrhus uero dictus eſt à fluore. Græci enim fluorem catarrhum uocauerunt. Coryza ab oſsibus narium nomen accipit. Eſt enim cum grauedine atque con ſtrictione narium cum tenui fluore oris atque groſſo cum ſternutationibus aſsiduis, & odoratu difficili, & oculorum lachrymatione. Branchos uero dicitur à præfocatione fauciũm, & uoce obſcura, & ſternutatione aſsidua, & tranſglutiendi difficultate. Catarrhus autem in uiſcera diſtillãs per cutiens ſtomachum tuſsim uel nauſeam prouocat. Si uero in pulmonem uenerit tuſsim creat cum ſpumoſis ſputationibus aliquibus cum raucedine. Quod ſi patiẽs ſanguinem expuerit ad phthiſim uenit & tabidus morietur, & conſumptus. & notãdum quòd catarrhus eſt genus ad tres ſupradictas ægritudines, & non eſt ſpecies ægritudinis per ſe.

De cura catarrhi. Cap. 8.

CVra huius ægritudinis duplici regimine indiget cõmuni, ſcilicet & proprio. Commune autem eſt ſex res. Prima ponit ſtudium in uita patientis obſeruandum. Secunda adæquat materiam. Tertia abſcindit eã uel ſaltem diminuit. Quarta diuertit à parte timoroſa partem communem. Quinta abſcindit fluxum eius. Sexta corrigit accidentia. Primam autem rem complent diminutio ciborum & potuum, & prohibitio uini omnino, repletionis, & uitatio nauſeæ, & cauere ab auſtro, & borea quantum poſsibile fuerit. Auſter enim rarum facit & replet capita. Boreas uero conſtringit & exprimit. & nocet ſomnus, & potus ſupra repletionem, & multitudo ſomni: immo qualiſcunque ſit ſomnus in die. & ſit parcitas eius in nocte, & non iaceat ſupinus, & alleuetur cœna immo prohibeatur ſi poſsibile eſt. Et iniungatur quies: quoniam eſt res magna maturans ipſum. Et prohibeatur à fumo, & uentis, & radiis Solis, & Lunæ, quantum poſsibile fuerit, & magis Lunæ: & proprie eſt quando eſt ingreſſus eorum per feneſtram. Et uitet uaporoſa & replentia caput, & rarefacientia ipſum. & uitet potum aquæ frigidæ. Et dicitur, quòd potus aquæ calidę maturat catarrhos. Et ſimiliter introitus ad ſudandũ in balneo. Secundam autem rem complent adminiſtrationes inſpiſſantium, & infrigidantium in acuto & calido. Et ſubtiliantium diuidentium in groſſo & uiſcoſo. Et eligantur ex infrigidantibus raro infrigidantia actu. & ſi non competunt, non eleuentur in gradu multæ infrigidationis. Et deliguntur ſecundum plurimum, quæ infrigidant potentiã & non multum eleuata: qualia ſunt balnea aquę dulcis in ieiunio, & adminiſtratio embrocharum ex hordeo, & uiolis, & papauere, & chamæmelo: & effuſio aquæ calidæ ſuper caput, & ſuper extrema, & teſticulos: & inunctiones factæ ſuper ea, & ſuper uentrem, & ſumen cum oleo uiolato, aut chamæmelino, aut oleo de papauere, ſi adſunt uigiliæ. Et ol facere camphoram, & aquam roſatam, & alia quæ diximus in ſoda calida. Et confert potus aquæ hordei, & ſyrupus de papauere, & uiolæ conditæ cum aqua hordei, & ſuctio cum

In calido & acuto.

naribus olei uiolati, olfaeere camphoram. Et cibi eorũ ſint ſorbitiones factæ ex fabis, & ex tritico, & hordeo, & papauere albo, & oleo amygdalino dulci, & amylo cum lacte, ſi non eſt febris. Inſpiſſantia autem neceſſaria ſunt, ut ſubtile acutum, quod deſcendit ad guttur ingroſſetur, & non deſcedat ad profundum: immo facilius adunatum excreetur. Et ex hoc facientibus eſt dragaganthum, & electarium eius, & mucilago, pſillii, & ſemina cydoniorum, & aqua iuiubarum, & ſebeſtẽ, & ſyrupus eorum, looch ipſorum, & looch de papauere. Ex ſubtiliantibus autem & diuiſiuis eligãtur, quæ proprietate uirtutis ad hæc congrua cognoueris, qualia ſunt calefactoria capitis cum ſale & milio, aut cum pannis calefactis, & cum aliis, quæ in ſoda frigida diximus, & confert introitus balnei præterquam ſi lauetur caput. Super extrema autem proiiciat aquam calidam plurimum & inungat ea & teſticulos & ſumen cum oleo ſambucino aut anethino, aut chamæmelino, aut ſampſucino, aut rutaceo, aut oleo de been, aut laurino, aut de lilio, & deſtillet ex eis in aures, & nares cum lana, & proprie calefactis. Etiam cõfert eis inclinatio ſuper uaporem aquæ ubi chamæmelum, melilotum, ſampſucus, & anethum cocta fuerint. Caput uero eorum & frons epithemetur cum coſta, ſpica, myrrha, & pauco caſtoreo, & ſimilibus cum oleo roſato miſtis. In fine autem rei confert introitus balnei & lauari in eo, & olfactus redolentium calidorum, ſicut eſt muſcus, & ambra, & alia quæ diximus in ſoda frigida. & ſint eorum cibi pulmenta ex frumento aut furfure cum melle, aut ſorbitiones ficuum ſiccarum, & farinæ cicerum cum pulegio & fœnugræco, & aqua cicerum & ſimilia. Tertiam autem rem cõplent phlebotomia, & ſolutio uentris, & adminiſtratio clyſterium & collyriorum, & lenificationes omnes omni hora proprie cum clyſteribus, & ænematibus ſaltem trahẽtibus ſuperfluitates. Phlebotomia autem in hac ęgritudine in tribus caſibus ſolum neceſſaria eſt. Primus caſus eſt, ſi catarrhus ſit calidus in calido corpore abundante, in quo ſit oculorum rubedo & uenarum plenitudo. Secũdus ſi catarrhus ſit calidus declinans ad oculos ualde, aut qualiſcunque ſit: aut terminetur in faucibus, aut pulmone, aut coſtis, aut diaphragmate, & figatur in eis ad collectionem. Tertius eſt, ſi catarrhus accidat cum febre. In his autem ſolum caſibus phlebotomiam catarrho utilem inuenimus. Solutionẽ fieri oportet in calida materia cũ uiolis conditis, & aqua hordei cum aqua fructuum quã dicemus. In frigida uero cum pilulis cochiis, & hiera picra cum aqua paſſularum, & hiera diacolocynthidos, & ſimilibus. Quartam autem rem cõplent gargariſmata, & caputpurgia, & frictiones extremitatum, & uentoſæ & ſimilia. Interdum enim materiam in faucibus figi timemus, aut ne ad partes fluat nobiles, & tũc ſi eam ad nares conuertimus, & proprie cum caputpurgiis, & ſternutatoriis, ſuffumigationibus, & odoramentis aperientibus nares, & deoppilantibus colatorium, erit operatio dignior. Hoc enim eſt quod Galenus præcipit. Niſi forte agitationem timeas in materia, quæ multoties fluit dirupta propter inquietationem & agitationem. Et quidem ſternutatio ſuſpecta ẽ in principio: quoniam materia quiete indiget ut maturetur. Etenim agitatio multiplicat, et dilatat materiam, et facit eam conſequi motus laborioſos & uehementes. At uero poſt catarrhi maturationem eſt eius iuuamentum ſublime mundificans radicem. Et adhuc quidem iuuantius eſt poſt corporis mundificationem communem & propriam. Gargariſmata quoq; neceſſaria ſunt. ſed prohibentur interdum. Et inuenitur eorum iuuamẽtum in tribus competere caſibus. Primus ſcilicet ad catarrhum calidum & acutum, cum rebus ingroſſantibus & coadunantibus ipſum, ut prohibeatur deſcenſus eius ad profundum, & fiat facilis ad expellendum & excreandum quod propter acumen & ſubtilitatem aggregari non poterat. Secundus ad catarrhum cuius materia eſt multæ uiſcoſitatis & ſpiſsitudinis, & quærimus ſubtilitatem ipſius & diuiſionem ut facilius expellatur. Tertius quãdo timemus materiam figi in faucibus & quærimus abſterſionem & mundificationem. At uero in quatuor caſibus gargariſmata adminiſtrare ſuſpectum eſt. Primus ẽ timor & ſuſpitio catarrhi ad pectus & pulmonem fluere conſueti. Secundus eſt ſi catarrhus de genere

genere acutorum fuerit & ſubtilium & mordicantium. Tertius eſt in præfocationibus quæ fiunt ſubito. Quartus, ſi catarrhus eſt uehementis multitudinis. In his quidem caſibus gargariſmata agitant materias & conuertunt eas ad uias pectoris & pulmonis, & faucium, & eas multiplicant. Amplius tamen gargariſmata ſecundum unum quinque modorum fiunt. Aliud enim ſiſtit fluxum, aut ſtringit. Aliud partem nobilem per ignobilem expurgat. Aliud abſtergit quod fluxit aliud alterat quod fluit. Aliud uero eſt quod aggregat duas intentiones, uel plures ex his quæ diximus Exemplum uero primi eſt adminiſtratio narcoticorum in ægritudinibus cerebri. Exemplum ſecundi eſt adminiſtratio diacodion, aut diamoron cum decoctione roſarum, & balauſtiæ, & talium. Exemplum tertii eſt adminiſtratio generum ſalis, & inciſiuorum, & ſimilium. Exemplum quarti eſt adminiſtratio camporæ ad calidum, & myrrhæ ad frigidum. Exemplum quinti eſt aggregatio intentionum. Extremitatum autem frictiones, & uentoſationes in eis ad hoc multum conferunt. Exercitatio autem & motio partium inferiorum eſt iuuatiua ualde. Ex maxime autem diuertentibus materiam catarrhi eſt ut radatur caput in parte commiſſuræ coronalis, & uocatur zubendeg, ideſt concinuatio capitis. & fricetur ſuper illam uehementer cum cæpe acuto, aut cum ſquilla, aut cum pãno aſpero. Deinde ponatur ſuper ipſam medicamen rubificatiuum, uſquedum fiat ueſicatio. De inde aperiãtur ueſicæ. & ponatur quod fluere facit: deinde iteretur, & iteretur uſquedum appareat ſanitas. Quod ſi hoc non contulerit, cauterizetur in eodem loco, & dimittatur tempore extenſo, & ſit locus cauterizationis ubi terminatur maior digitus, poſtquam radicem manus in extremo narium poſuerit. Quintam uero rem complent catarrhi fluxum abſcindentia. Et ſunt ex ſtolidis qui ante digeſtionem ipſius & mundificationem communẽ adminiſtrant huiuſmodi: immo in medio agitationis quandoque, & eſt cauſa cumulationis, & multiplicationis ipſius. deinde diruptionis uehementis. Sit ergo ſtudium erga hæc poſt corporis mundificationem, & poſt ſedationem agitationis uehementis, ut abſcindatur reſiduum fluxus ipſius. Et fortaſsis in aliquibus caſibus cogimur in principio facere illud proprie. Aut quia timemus ne repat in profundũ, aut in partes nobiles, aut ne nobilium, & neceſſariarum operationum fiat deſtructio illico, ſicut eſt catarrhus præfocatius ſubito. & fortaſsis regimen diuerſiuum uiæ eius eſt hoc nobilius & ſecurius. Immo regimen abſciſsiuum quod diximus eſt regimen dubium, & illud ideo quoniam poſsibile eſt ut dirumpat, deinde fluxu diruptiori quam prius & timoroſo: & regimen diuerſiuum, licet dilatet materiam & multiplicet, tamen conuertit multiplicatam ad partem communem non timoroſam. Sedationem autem curſus facientia alia ſunt gargariſmata, alia ſuffumigationes, alia quæ retinentur in ore, alia quę odorantur, alia quæ deglutiuntur, alia quæ lambuntur. Ex gargariſmatibus autem ad catarrhum calidum ſunt aqua roſata cum modico camphoræ, aut aqua lentium & roſarum & balauſtiarum, & aqua coriandri & roſarum, aut aqua corticum papaueris & roſarum. Ad frigidum uero gargariſma fiat cum uino decoctionis myrrhæ, aut olibani, aut ſandarachę, aut talium. Ex ſuffumigationibus uero ad calidum ſunt ſemen lini infuſum in aceto & torrefactum. Deinde fiat ſuffumigatio cum eo, aut ex hordeo & aceto, aut ex furfure & aceto. Sandaracha uero cum aceto eſt iuuamenti ſublimis. Et uapor aceti ſuper lapidem molarem ignitum: & ſimiliter uapor camphoræ cum furfure & aceto, aut cum hordeo fracto & aceto, aut ex camphora ſola puluerizata ſuper uaſe uitreo poſito ſuper prunas, præterquam deſcendit napor eius ad pectus & pulmonem: immo reſpiretur & emulgeatur per nares. Fabæ quoque & hordeum infuſa in aceto ſimiliter conferunt. & ſimiliter fit de panno lini infuſo in aceto. Ad frigidum uero ſuffumigia conferentia ſunt quæ fiunt ex ſtyrace ſicca, & olibano, & xyloaloe, & ſandaracha miſtis uel diuiſis. Nigellæ quoque torrefactæ tritæ, & ligatæ in panno lini, attractio naribus odoris eius aut ſuffumigatio facta ex ea eſt mirabilis. Coſti etiam & nigellæ ſuffumigium eſt, & expertum. Dixit ſilius Zachariæ. Fiant formæ ſicut auellanæ ex olibano, & etiam ſtyrace liquida, coſto, & ſandaracha: ana partibus æqualibus, & fiat ſuffumigatio ex una earum, & recipiatur fumus per traiectorium. abſcindit enim fluxum eius. Dixit Ebengezar. Addatur eis ex xyloaloes pars una, & permutatio fiat à ſtyrace liquida ad ſtyracem ſiccam. Ex eis etiã quæ retinentur in ore. Ad calidum quidem ſunt ſpecies de iacur, & quandoque commaſticatur coriandrum, & retinetur etiam maſticatum eius in ore & confert. Et quandoque retinetur in ore camphoræ modicum. Ad frigidum uero confert olibanum & myrrha. Retenta enim in ore abſcindunt fluxum. Et iam uerificatum eſt, q; ſpica retenta inter dentes eſt iuuamenti ſublimis. Filius Zachariæ. Confectio formarum ſimilium lupinis quæ tenentur in ore & ſiſtunt catarrhum. ℞. olibani partem unam, myrrhæ, croci, ſpicę, ſtoracis: ana partem s. opii, partis unius tertiam. Fiant ex eis pilulæ. & teneatur ex eis una in ore prę terquam deglutiatur ſaliua eius. Expertum eſt ſpicam ſolam in ore teneri per noctem, aut per diem & noctem ſedare catarrhum. Ex odoribus uero ad calidum ſunt modi formarum de libro Sabor Regis Medorum. Siſtunt enim catarrhum calidum & odorantur in febre adurente, & ſyncopali & peſtilentiali. ℞. faufel, ſandali rubei & albi: ana partes æquales, & roſarum partes ii. & s. ſandali macaziri partes iii. camphoræ partem s. boli armeni partes viii. Omnia præter camphoram terantur ſicut alcohol, & agitentur conterendo cum aqua roſata per hebdomadam unam. deinde miſceatur cum eis camphora. & fiant inde ſicut poma cum glutino gummi arabici, & aqua roſ. & odorentur. Conſeruantur autem ne tollatur eorum uirtus in uaſe uitreo in loco recenti, & liniatur ſæpe cum aqua roſarum permiſtionis camphoræ & ſandali macaziri. Ad frigidum uero fiant poma inuentione eiuſdem. ℞. ſtyracis calamitæ partes quinque olibani, maſtiches: ana partes iii. ſandarachæ tantundem, coſti, ſpicæ: ana partes ii. ambræ partem i. bucur. ligni aloes: ana partes iiii. muſci partem s. Fiant ex eis poma & adminiſtrentur. ſunt enim experta. Confectio alia pomorum ex inuentione noſtra. ℞. bucurſeuden: ana partes viii. ligni aloes boni, & electi partes vii. ambræ bonæ partes ii. galliæ muſcatæ partes vi. muſci partem s. Fiant ex eis poma cum glutino dragaganthi & adminiſtrentur. Sunt enim nobilia, & experta: & cerebrum, & cor confortant. Res autem quæ lambuntur, & deglutiuntur ad calidum quidem ſunt ſpecies de iacur, & aqua coriandri, & ſyrupus de papauere & ſimilia. Filius Zachariæ. Confectio pilularum, quę tenentur in ore: & ſiſtunt catarrhum calidum. ℞ amyli, dragaganthi, amygdalarum dulcium, fabarum excorticatarum, papaueris albi, & corticum eius, gummi arabici, boli armeni: ana. Confice cum mucilagine pſillii, & cydoniorum: & fiant ſicut lupini, & teneantur in ore: ſunt enim expertæ. Ad frigidum uero conferunt thus, & myrrha. Iſta enim deglutita ſiſtunt catarrhum. Confectio alia pilularum de libro filii Zachariæ. de quibus ſumuntur omni nocte à iii. uſque ad v. & ſiſtunt catarrhum. Quarum permiſtio. ℞. thuris maſculi partem. i. myrrhæ, opii, croci, hyoſcyami: ana partes. i. tertiam, ſucci liquiritiæ partem. i. Fiant pilulæ, & dentur ſicut diximus. Confectio alia pilularum conferentium ad omnes rheumaticas paſſiones & ſunt de li. Alexandri Medi. Quarum hæc eſt permiſtio. ℞. myrrhæ ʒ. iii. thuris maſculi ʒ. ii. &. s. opii, hyoſcyami, radicum alcalcachar ficcæ: an. ʒ. ii. Confice cum ſuco alcazaber humidæ, da ex eis à tribus uſque ad v. in ſero: ſunt enim mirabiles. Sextam uero & ultimam rem complent correctio particularium accidentium, quorum catarrhus cauſa eſt. & hoc eſt regimen proprium, ſicut correctio proprie ægritudinum catarrhalium oculorum, & narium, & aurium, & glandularum, & uuæ, & ungulæ, & duarum amygdalarum, & pectoris, & pulmonis, & aliarum partium quas catarrhus offendit. Et nos de omnibus in propriis loquemur capitulis, ſi Deus uoluerit. Et primo dicemus de ægritudinibus oculorum.

Mirabile de ſpica.

Pilulæ mirabiles in oĩ rheumate.

SVMMA V. de ægritudinibus oculorum. Cap. 1.

SErmo noſter erit deinceps de curis ægritudinum oculorum. Sũt autem oculorum curæ ſecundum unum trium modorum. Alia enim eſt conſeruatiua ſanitatis eorum. Alia curatiua ægritudinũ ipſorũ. Alia uero præſeruatiua ab ægritudinibus futuris in ipſis. Et prima qui dem fit ſecundum alterum quinque modorum. Aut enim conſeruat ſuperficiem oculi in terſione decẽti & naturali. Aut conſeruat oculum in ſua propria temperantia, & æqualitate. Aut conſeruat organizationem ipſius in coæqualitate eius. Aut conſeruat continuitatem & poſitionem naturalem partium eius. Aut cõſeruat ſpiritum uiſibilem in ſua propria illuſtratione. Et quidem primam rem complẽt medicinæ abſterſiuæ habentes mediocritatem & temperiem in terſione ſua ſicut proprie ſuccus fœniculi, & collyrium ex eo, & ſuccus memithæ, & herba adhil proprie, aut res teneram reddentes ſuperficiem eorum: qualis eſt teneritas oculi corporis puerilis: & proprie nitentis in ſimplicitate ſua: quorum rememoremur poſt, & ſuper his tueri ab eis quæ læſionem oculis præpediunt: qualia ſunt fumus & puluis, & flatus aſperorum uentorum, & inæqualitas aeris: & aſpectus rei uariantis ipſos, & omni res faciens ſeneſcere oculum, ſicut coitus & labor plurimus, & fletus uincẽs mẽſuram, & ebrietas, & ſomnus plurimus, & uigiliæ plurimę: & ſomnus ſupra repletionem & proprie ex cibis, & potibus, & uapores turbidos generantibus, ſicut ſunt proprie caules, porri, acrimonia ſalſa, fabæ, lentes, & uniuerſaliter omnia turbulentum generantia ſanguinem. Secundam uero rem complent medicinæ quæ alterando cuſtodiunt ſanitatem oculi, aut ſcilicet calefaciẽdo, aut infrigidando, aut humectando, aut deſiccando. Tertiam rem complent medicinæ confortantes ſanitatẽ eius in plaſmate, & forma creaturæ ipſius. Et hunc canonem ingrediuntur medicinæ confortantes lenificationem, aut aſperitatem & perforationẽ, & concauitatem partium eius, ſicut oportet ex eis quæ dicemus ubi oportet. Quartam rem complent medicinæ cuſtodientes ſanitatem eorum, & concauitatem ipſorum, & prohibentes reſolutionem fieri partium cõtinuarum in ipſis quarum rememoremur, ſi Deus uoluerit. Quintam rem complent medicinæ reparantes ſpiritum uiſibilem, & illuminantes: & irradiantes ipſum quarum rememoremur ſimiliter. Democritus. Fœniculus oculum abſtergit: uiſum clarificat ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius. Et ſerpentes & reptilia diu degentia in cauernis approximant huic plantæ: & utuntur ea in comeſtione & frictiones ſuper oculos ſuos, poſtquam egrediũtur cauernas & uigoratur uiſus eorum. Fit autem collyrium ex ſucco eius hoc modo. Accipe ſucci fœniculi depurati poſt reſidentiam eius, & facilem decoctionem ipſius in uaſe æneo cum nũmis auri puri, & ſufficientem decolationem, partem unã mellis puri & clari partis unius tertiam. Bulliant iterum ebullitione una, & colentur, & ponantur in ampulla uitrea & ſuſpendatur in Sole, & permutetur de uaſe in uas abiiciendo ſemper hypoſtaſim eius: deinde fiat ex eo collyrium: & diſtilletur cum radio in oculum. Eſt enim expertum ad cuſtodiendam ſanitatem eius: abſtergit enim oculum, & clarificat uiſum. Et quandoque depuratur in Sole: præterquam decoquatur in igne: & eſt ſimiliter expertum. Et ſunt ex hominibus qui admiſcent ex fœlle galli partis i. xx. Ariſtoteles inſtruens Alexandrum regem inquit. Frequentationes pectinis ſuper caput uapores viſum impedientes euertũt ad cutẽ, ne uiſui obſint. Item inquit. Aſpectus rerum uiridium in loco multæ temperiei uiſum corroborat. Item dixit aſpicere ſpeculum terſum directum, & diu intueri ſuper ipſum, uiſum corroborat, & oculi defatigationem remouet. Item iniunxit poſt oculi defatigationem ingredi domum obſcuram non multæ tenebroſitatis: & intueri per feneſtras, in quibus ſit aliquod parum uiride: uel intueri aquam uiridẽ, & ſubmergere oculos in ipſa. Item dixit exercitatio legendi literas mediocres uiſum corroborat, & oculorum ſanitatem cuſtodit. Dioſcorides dixit quòd comedere carnes auium quæ de rapina uiuunt, uiſum corroborat: & ſimiliter forbitiones iurium earum. & aſſeruit etiã quòd plures poſt ipſum experti ſunt, quòd ius ſerpentum, & caro ipſorum confortant uiſum. Et dixit quòd ſuccus armel, & fœniculi, & uinum, & mel ſimul cocta & depurata: deinde miſta cum fœlle alcubugi, aut gallinæ, oculi ſanitatẽ cuſtodiunt, & uiſui addunt. Sabor. Nux muſcata nutrita cũ melle uiſus ſanitatem cuſtodit, & proprie ſumpta ex eis una mane quolibet in ieiunio. Chebuli quoque conditi ſimiliter faciunt. Idem. collyrium myrabile in abſterſione oculorum & corroboratione uiſus: & fit in tempore ueris. Accipe foliorum roſarum completarum, foliorum rutæ, foliorum fœniculi, foliorum herbæ adhil, foliorum chelidoniæ: ana partes æquales. Trahatur aqua eorum per ſublimationem in alembico. ſicut eſt operatio aquæ roſatę, & cõſeruetur in uaſe æneo: eſt enim collyrium pretioſum. Mahemet filius Zachariæ Arafi. Collyrium de ſucco granatorum abſterſiuum oculorum, & confortatiuum uiſus expertum. Accipe ſucci granatorum dulcium, & acetoſorum ana lib. i. ponantur in ampulla uitrea, & ſtringatur orificiũ eius, & ponatur in Sole per menſes duos: ita quod quolibet menſe recipiatur clarum eius & abiiciatur fæx quæ ſub ſidet. Deinde ad omnem li. iſtius ſucci ponatur puluis iſte. Recipe aloes, radicum chelidoniæ, ſalis ammoniaci, piperis longi: ana drach. i. Terantur ſicut alcohol, & miſceantur in medicamine: & iterum exponatur Soli & quanto plus antiquatur tanto ſublimior eſt eius operatio. Fœniculus, nerbena, roſa, chelidonia, ruta, ex his fit aqua quæ lumina reddit acuta. Galenus. Comeſtio carnium tyrorum præparatorum ſecundum doctrinam qua recipiunt in theriaca cõſeruat ſanitatem uiſus, & eſt ad hoc ultimum. Frequentare potum aceti ſquillitici ad hoc eſt multum laudabile. Tryphera magna, & tryphera minor ad hoc eſt laudabilis: & proprie minor cum quarta ponderis ſui de puluere herbæ adhil. Tryphera perſica quam diximus in antidotario, & electarium algariph, & pilulæ cochiæ, & pilulæ lucis, & pilulæ ſabor quas diximus in canone: & hiera noſtra, & theodricon ad hoc conferunt. Humain. Confectio electuarii ſublimis conferentis ad ſanitatem oculorum & confortantis ſpiritum uiſibilem in claritate ſua. Recipe herbæ adhil unc. ii. ſeminis fœniculi drach. v. macis, cubebæ, cinnamomi, piperis longi, gariophyllorum: ana drach. i. Puluerizentur & cribellentur: & accipe mellis deſpumati libr. i. ſucci fœniculi cocti & depurati unci. i. ſucci rutæ ſimiliter cocti unc. s. ſucci chelidoniæ ſimiliter cocti unc. s. Coquãtur ſucci cum mellis deſpumati lib. i. uſquedum mellis tenuis habeant ſpiſſitudinem: & conficiantur cum eo ſpecies, & reſeruentur in uaſe uitreo. & ſit doſis eius, drachm. iii. cum uino in ſero: & alleuetur cœna uel dimittatur, & ſimiliter in mane. Haly. Collyrium acuens uiſum, & oculi ſanitatem cuſtodiens. Accipe ſucci fœniculi, drachm. xl. ſucci rutæ, drachm. xx. Ponantur in ampulla uitrea cum mellis boni & clari, drachm. xv. & obturetur orificium eius & dimittatur in Sole per tres menſes, & abiiciatur fæx eius. & linian tur ex eo oculi: quoniam eſt expertum. Filius Zachariæ. Confectio alcohol conſeruantis ſanitatem oculi. Recipe tutiæ, fief memithæ: ana drachm. iii. aloes, litii ana drachmas duas camphoræ drachmam, unam ſexta. Terantur cum aqua agreſtæ, aut ſampſuci, aut ſumach: & exiccetur & adminiſtretur, aut nutriantur prius cum aqua agreſtæ: ſecundo cum aqua ſampſuci: tertio ſumach, & eſt ſublimis.

Idem. Confectio alcohol acuentis uiſum. Recipe tutiæ prius lotæ, deinde nutritæ in aqua ſampſuci tribus uicibus drachm. x. zinziberis, piperis, macropiperis, chelidoniæ, buruh: ana drachmam unam ſalis ammoniaci, drac. s. Nutriantur cum aqua ſampſuci, aut aqua fœniculi tribus uicibus: deinde exiccetur, et adminiſtretur, eſt enim ſublime. Filius Zezar. Collyrium confortans uiſum. Recipe fœllis galli, aut alcubugi, aut perdicis, et mellis crudi: ana partes æquales, ſucci fœniculi partes duas, miſce, et pone in oculis. bonum et electum, ſi Deus uoluerit. Idem. Condicum factum ex alhaſce cum melle confortat uirtutem uiſus. Idem. Conditum factum ex herba adhil cum melle mirabilis eſt in confortatione uiſus. immo et ipſa herba

De fœniculo.

Remedia Ariſtot.

herba ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius ſublimis eſt Aboali. Alcohol ſublime terſuum oculorum conſeruans temperamentum, & ſanitatem uiſus. ℞. macropiperis ʒ.ii. gariophyllorum vſneæ: ana ʒ.i. climiæ, ſpumæ maris: ana ʒ.x. æris uſti ʒ.v. ceruſſæ, ſalis gemmæ ana ʒ.iii. ſalis ammoniaci, piperis: ana drac.ii. camphoræ ʒ.s. Terantur, & adminiſtrentur. Idem. Alcohol ſublime terſuum oculorum quod adminiſtratur in diſpoſitionibus ſanitatis. Confortat enim debilem uiſum & conſeruat ipſum ſecundum ſanitatem ſuam, & ſedat multitudinem lachrymarum ex oculo. Reci. antimonii loti, & præparati in aqua pluuiali circiter ſpacium dierum xx. tutiæ & climiæ: ana ʒ.vi. marcheſitæ ʒ.iiii. Tere unumquodque per ſe: & tere ea bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multoties, donec exiccentur aquæ eorum. Deinde terantur cum aqua fœniculi pluries cum continuitate aliquorum dierum ſimiliter donec exiccentur. Tertio uero terantur cum aqua ſampſuci. Quarto uero cum aqua rutæ. Quinto cum aqua chelidoniæ. deinde exiccentur, & addatur cũ eis ſedenagi, & crocus: ana ʒ.i. margaritarum non perforatarum ʒ.ii. muſci ʒ.i. tertiam, camphoræ ʒ.i. ſextam. Et proiice ipſa ſimul in mortario cum prædictis: deinde adde eis ſuch ʒ.s. tere vſquedum ſiccetur. & fiat inde alcohol mane & ſero: quoniam eſt expertum. Ex rebus autem oculi ſub ſtantiam reiuueneſcere facientibus eſt regimen cum electione rerum ſex non naturalium, & adminiſtratione qua oculis & corpori teneritas acquiratur. ſicut uerbi gratia, cum approximatione inquantũ poſsibile eſt ad aerem temperatum, & cibis & potibus humidis, & balneis temperatis: & aliis humectantibus cum temperie præterquam faciant cadere in oppilationes. Dixit Aboali ꝙ ingredi aquam tepidam & claram, & aperire oculos in ea oculorũ ſanitatem cuſtodit: & eorum teneram ſubſtantiam reddit, & abſtergit: & ſimiliter aquam uidere claram & nitidam. Vapores autem aquarum cum decoctione quarundam rerum ad hoc uehementer conferunt ſicut uapor aquæ decoctionis fœniculi, aut rutæ, aut herbæ adhil: & ſimilium ſingulariter, aut coniunctim.

Facientes oculũ ſeneſcere.

De cura præſeruatiua oculorum. Cap. 2.

CVra uero præſeruatiua ab ægritudinibus futuris fieri in ipſis dupliciter habet uiam. Partim enim conſeruamus naturalitatem eorum quemadmodum ſuperius dictum eſt: partim uero obuiamus cauſis futurorum morborum, in extrinſecis uel intrinſecis. Extrinſecis ſicut fumo, uentis, cibis malis, & potibus, & aliis quorum ſuperius rememorati ſumus. Intrinſecis uero obuiamus, ſecundum unum quinque modorum. Aut enim conuertimus ſtudium ad permutandum malitiam complexionis puræ ſine materia, uel cum materia ſi non in quantitate exuberet. Aut euacuamus eam ſi uincit ſupra quantitatem naturalem uel egreditur propriam naturalitatem. Aut facimus utrunque. Aut corrigimus aduentum peccati in organizatione eorum. Aut prohibemus ſolutionem continuitatis futuram fieri in ipſis. Et quidem primam rem complent medicinæ auxiliantes in permutando malitiam complexionis eorum ſcilicet aut calefaciendo, aut infrigidando. Calefaciendo cum eo quod eſt ſicut zinziber, muſcus, hueg, piper, & ſimilia. Aut infrigidando cum eo, quod eſt ſicut albumen oui, mucilago pſillii, aqua roſata, ſuccus ſolatri, portulacarum, lactucæ, & ſimilia. Aut deſiccando cum eo quod eſt ſicut tutia, cohol, roſæ, & ſimilia. Aut liniendo ſicut dragaganthum, & ſimilia. Secundam autem rem complent medicinæ euacuantes materiam & educentes eam: & hoc quidem ſecundum unum trium modorum, aut ſecundum ſemitam diuerſionis ab eis, aut ſecundum ſemitam extractionis ab eis, aut ſecundum ſemitam reſolutionis ab ipſis. Euacuatio autem & euerſio materiei quandoque fit ex toto corpore, ſi in toto exuberat: aut ex capite ſolo, ſi in eo ſolo exuberat: & ingrediuntur canonem hunc ſpecies phlebotomiæ, & ſpecies ſolutionum per uentrem & caput purgia, & gargariſmata, & uentoſæ, & ſcarificationes, & frictiones extremitatum, & ex eis quæ diximus, & quæ dicemus iam. Extractio autem materiei fit per medicinas educentes per lachrymas, ſicut eſt proprie ſal ammoniacus, & ſal, & ſimilia. Reſolutio quoque ex ipſis fit cum medicinis proprie ſicut ſarcocolla & ſuccus fœniculi, & memithe, & ſimilia. Tertiam uero rem complent aggregationes harum duarum intentionum de quibus modo locuti ſumus: & canonem hunc ingreditur regimen in generibus rerum ſex. Quartam uero rem complent medicinæ ſeruantes organizationem eorum: & formam ne cadat in eis tortuoſitas, aut oppilatio, aut dilatatio ultra decentiam. Quintam rem complent medicinæ ſolutionem, in continuitate ipſorum fieri prohibentes: de quibus loquemur, ſi Deus uoluerit. Phlebotomare autẽ oportet propter oculos ſi ſanguis exuberat cum communitate corporis totius ex baſilica: deinde ex cephalica. Et quandocunque neceſsitas urget, & proprie cum plenitudo adeſt, & phloborromemus ſaphenas, aut hęmorrhoidas aperiamus. Si autem cum communitate alicuius ex membris fuerit, phlebotomanda eſt uena illi proprie membro deſeruiens. Deinde utriſq; communis. Si uero ſine communitate aliorum in capite ſanguis exuberat, tunc fit illud aut ex eo quod in toto exuberat: & tunc ex cephalica minuendus eſt. Aut exuberantia eſt ſecundum partem quidẽ aut ex uenis quæ ſunt ſub craneo, & phlebotomamus ex cephalica. Deinde quidem uel prouocamus ſanguinem ex naribus, aut ex uenis forinſecis quæ ſunt ſicut ſcis quædam frontales: & phlebotomamus ex eis: aut ſanguiſugas, aut cauteria ſuper eis apponimus. Et quandoque conuertimus & euacuamus per nares. Et quandoque conuertimus ad poſterius capitis cum ſcarificationibus & uentoſis propter cõmunitatem ambarum partium, ſicut ſcis. Et ſunt ex uenis pulſatilibus, & non pulſantibus quæ ſunt temporales, per quas etiam materiæ confluunt: quas quandoque phlebotomamus, quandoque incidimus: ſicut ſuo loco dicemus. Quandoque cauterizamus, quandoque conuertimus, & ſcarificamus aures, & quandoque cauterizamus ſub eis. Modus autem cauterizationis harum partium ſi urget neceſsitas, fieri oportet poſt corporis mundificationem totius cũ medicina ſolutiua mundificante etiam caput ipſum & corpus totum: & hoc pluribus uicibus. Et primum incipiamus experiri ſuper cauterio capitis quod ſit ſuper commiſſura coronali in parte communi, quæ dicitur zuhendeg, ideſt continuatio capitis: cuius iuuamenta ſunt multa & ſublimia, & proprie ad omnes ægritudines capitis frigidas & humidas, ſicut eſt ſoda & ægritudo quæ uocatur ouum, & ſcoromia, & uertigo, & grauitas ſomni, & grauitas ſenſuũ, & paralyſis, & tortura, pluralitas catarrhi, & coryza, & lapſus ad oculos & nares & aures & uuam & fauces: & ad dolores dentium & gingiuarum, & dolores gutturis, & ad omnem diſtillationem catarrhi ſuper pulmonem & partes pectoris & ſtomachum & partes uicinas, & uniuerſaliter ad omnes ægritudines catarrhi frigidas & humidas. Et modus operationis eius eſt ut radatur ſuper capite in loco ipſo, & ponatur radix manus ægri ſuper extremitatem naſi ipſius, & extendatur per medium frontis, & conſideretur ubi terminetur medius digitus, & ſignetur ibi, & cauterizetur cũ cauterio ignito cuius forma ſit ſicut nucleus oliuæ maioris & procedat cauterizatio uſque ad ſuperficiem oſsis, & obſeruetur ut remaneat aperta, ut emittat pus uſque ad tempus quo tibi manifeſtabitur ex ratione diminui pus, & ægritudines catarrhales tolli.

De cauterio ſiſdo.

De ophthalmia. Cap. 3.

CVra ophthalmiæ eſt ſecundum duas intentiones: uniuerſalem ſcilicet & particularem. Vniuerſalis intentio diuiditur in ſex res. Prima res eſt commenſuratio regiminis. Secunda eſt ſubtractio materiæ exuberantis. Tertia prohibitio catarrhi & deſcenſus ad oculos. Quarta eſt inclinatio eius & diuerſio ad aliam partem. Quinta eſt alteratio & digeſtio eius, quod eſt tranſiniſſum. Sexta corrigit accidentia. Particularis intentio diuiditur in curationem & ſedationem accidentiũ. Primam igitur rem complent commenſurationes regiminum rerum ſex quas ſcis. Et proprie diminuendo cibum & potum uitando euaporoſa ex eis: & eligendo cibos pauci nutrimenti, ſed laudabilis: & alleuiando pran-

dium,& diminuendo cœnam,uel dimittendo. Et si materia fuerit calida sint cibi frigidi actualiter, & potentialiter & proprie condita cum rob granatorum, aut cum agresta remissæ acetositatis. Et da congelata ex cucurbitis aut ex aliis, & supra cibum da aliquid ex coriandro, uel quod conditur ex eo, & da ante cibum in matutinis aquam psillii & coriandri, & deuitet uinum & carnes in principio. Et si fuerit frigida sint cibi uitelli ouorum & mica panis & aqua carnis, sauich, & hordeum confractum cum paucis amygdalis, & sumat in matutinis mel cum aqua calida & supra cibum aliquid ex piris aut cydoniis. Et sit studium vt lenificetur natura quantum possibile sit cum facilitate. Et sit in domo in qua habitat temperatus aer, & tenebrositas. Somnus autem medicamen est eius bonum, Verum supra repletionem & uiteur fatigatio, & prauitas animi. Secundam rem complent phlebotomia & euacuatio cum medicinis solutiuis. Phlebotomia autem ex cephalica conueniens est omnibus speciebus eius & proprie sanguineæ ex latere opposito prius deinde ex latere eodem, si phlebotomationis iteratio necessaria est. Et interdum non sufficit hæc phlebotomia, & illud proprie quando materia fluit ad oculos, aut per arterias extrinsecas temporales & aures: aut per uenas frontales: & tunc necessaria est phlebotomia arteriæ temporalis, ut abscindamus cursum eius per ipsam. Et modus incidendi arteriam huiusmodi est, postquam tibi innotuerit illam esse, aut ex paruis arteriis aut ex magnis, quod declarabitur tibi ex eo, quòd inuenitur aliqua ex illis esse maioris pulsationis quam reliquæ: & maioris plenitudinis & caloris tactus: & tunc scinde cum incisorio cutim secundum longitudinem arteriæ, & excoria cutim usque dum peruenias ad arteriam. Deinde ingeniare, vt trahas eam cum uncinis separando ipsam ex omni parte à cuti & carne. Et si est ex paruis incide ipsam omnino, & extrahatur ex sanguine extractio competens: deinde impleatur uulnus cum aliquo quod sic cauterizans extremitates arteriæ. Si autem fuerit ex magnis, liga eam cum filo de serico forti in duobus locis, vt sit inter duas ligaturas distantia sicut pollicis. Deinde incide secundum totam arteriam in medio duarum ligaturarum, uel cauteriza eam hæc est enim operatio secundum sapientiam. Si autem desensus materiæ fuerit per uenas frontales confert oppositio sanguisugarum super frontem & appositio uentosarum in nucha cum scarificatione, uel sine si debilis fuerit. Est. n. ipsa magni iuuamenti, quæ si non conferat post solutionem cum medicina fiat cauterium super zuhendeg. Est enim vltimum in abscindendo fluxum catarrhi: nos quidem diximus formam cauterizationis huius in capitulo, quod est ante istud. Euacuationes autem quæ fiunt cum medicina solutiua in materia calida sunt, quæ fiunt ex aquis fructuum & uiolarum, & myrobalanis citrinis, & fumoterræ, & tamarindis, & similibus, & decoctio capillorum ueneris dicta in antidotario, & aqua fructuum, & infusio de succis herbarum, & alia quorum rememorati sumus in canone. At si cum materia calida fuerit permistio materiæ grossæ, nihil est quod magis conferat quam infusio de aloe cum aqua endiuiæ, aut solathri, aut infusio hieræ picræ cum eis, aut secundum quod narratum est sæpe ex infusionibus hieræ picræ, & proprie si materia fuerit submersa, aut imbibita in uelaminibus cerebri. Si autem materia fuerit frigida phlegmatica, fiat solutio cum pilulis cochiis & pilulis Galeni, & hiera colocynthidos & similibus. Si uero fuerit melancholica, educenda est cũ eis quæ ipsam educunt ex his quæ dicta sunt, neq; sis contentus in sufficientia unius euacuationis aut duarum: sed iteratio atq; iteratio est ex rebus laudabilibus eis & proprie cum facilitate & proprie qualiscunque sit materia. Tertiam autem rem complent phlebotomia & cauteria, quæ diximus, & emplastrationes super tẽpora & frontem, & inter duo supercilia ex eis quæ dicemus iam, & proprie quando materia quæ effunditur uia effusionis est per uias extrinsecas. Et quandoque completur hoc ex rebus facientibus stypticitatem & inspissationem ut prohibeatur descensus materiæ eius. Verum etiam interdum nocent: quoniam quæ iam descendunt, materiam aggregant & constringunt inter tunicas oculorum, & sunt causa maioris nocumenti. Quod si contingat, administranda sunt euaporantia, qualia sunt aqua calida & aqua meliloti, & similia. Et proprie ut consideres in curatione tua gradus tres, & distinguas eos in consideratione indigesti morbi, & accessus eius ad digestionem non integre, & accessus ipsius ad digestionem in qua est complectio. hoc enim est quod est secundum sapientiam. Et quandoque conferunt ad hanc partem administrationes de iacur, & gargarismata facta ex eo: & similia quorum rememoratio præcessit in cap. de coryza, & catarrho, & ex eis quæ constringunt fluxum eius. Verum fieri oportet post mundificationem, & conceduntur solum aliqua ex eis quæ sumuntur per os, quæ requirantur ibi. Quartam rem complent gargarismata, & caputpurgia cum facilitate diminuentia de materia secundum quod exigit dispositio: & similiter frictiones extremitatum & compressiones & ligaturæ dolorosæ in extremitatibus, & clysteres, & uentosationes in nucha & inter spatulas & in hæmorrhoidibus, & prouocatio earum, & scarificatio facta in cartilaginibus aurium & similia. Quintam rem complent administrationes medicinarum, secundum intentiones diuersas. In morbi enim principio repercussiuis utendum est, in quibus sit facilitas secundum omnem modum administrationis. Deinde utendum est resolutiuis, & non euacuandæ sunt à permistione istarum duarum intentionum quæcunque medicinæ sint inter illas, ut perueniatur gradatim & cum successione paulatim ab eo, quod est repercussiuum usque ad resolutiuum, quoniam hæc est operatio quæ est secundum sapientiam. Administranda igitur in principio si materia fuerit calida quæ materiei acuitatem & inflammationem reprimant: qualis sunt portulaca trita & suppositæ, & endiuia, solathrum, & aqua rosata, & lingua arietis, & herba uiolæ, & psillium infusum, in aqua rosata: hæc omnia singulariter uel coniunctim cum oleo rosato conquassata & oculis imposita sedant & digerunt. Distillentur autem oculis lac mulieris nutrientis puellam, lac asinę, albumen ouj, aqua rosata, & mucilago psillii. Et post diem utendum distillatione sief albi primi cum aliquo horum quæ diximus nunc. Consequenter admiscendæ sunt his, & proprie cum iam lippitudinem oculi habere cœperint, sed non integre, & cursus lachrymarum subtilium & acutarum non est in ea perseuerantia sicut prius, medicinæ aliquid resolutionis & maturitatis habentes, sicut mucilago seminum cydoniorum, & decoctio meliloti, & aqua fœnugræci utendo eis proprie cum sief albo: secundo cum collyrio citrino. Si autem maturationis significatio uera adest, quæ est effusio lippitudinis, & omnino abscisio lachrymarum subtilium acutarum: tunc balneationis impressio est medicamen uerum. Subtiliat enim & resoluit materiam: & est eis tunc medicamen proprium. Puluis aluminis & proprie cum mucilagine fœnugræci & seminis lini non prętermittatur, & administratio balnei. Est enim nobile ad ophthalmiam (sicut Hip. dixit) & proprie corpore mundificato. Si autem materia fuerit frigida phlegmatica utere in primis repercussiuis non plurimę infrigidationis sicut est sief de spica cum succo menthę confortato cum modico spicæ, & succo raphani, & succo uirgę pastoris similiter confortato cum spica, & in processu rei, cũ signa maturationis apparuerint, utendum emplastro ex anetho, & foliis maluę coctis in uino stiptico, aut ex meliloto & spica: aut fœnugręco & rosis coctis cum uino stiptico. Et distilletur in oculis sief de spica cum aquis meliloti, aut fœnugręci, & similium. Et si amplius signa maturationis appareant, utendum est puluere citrino cum mucilagine fœnugręci, aut meliloti. Balneum quoque in huiusmodi hora est medicamen conueniens & potus uini puri & albi. Si autem à uentositate fuerit, curetur cum embrochis & balneis facientibus euaporationem & emplastris. Et iam laudatus est fœniculus in huiusmodi ophthalmia ſm omnem modũ administrationis eius. Et emplastrũ factum ex eo & uitello ouj est iuuatiuum ualde. Sextam rem complent administrationes medicinarum doloris sedatiuarum. s. puncturę & mordicationis uehementiam sedãtium: qualia sunt proprie medicamenta sedatiua ſm quod exigit

Phlebotomia in omnibus speciebus.

Quo nam modo arteria scindi debeat.

Solutiuũ in materia calida.

In materia mista.

In materia frigida.

Documentum.

exigit dispositio, & narcoticitatis parum habentia, & repressiua. Verum administrãda sunt cum cautela, sicut proprie albumen ouj conquassatum cum aqua papaueris: aut mucilago psillii cum aqua papaueris, aut cum succo pomorum mandragoræ, aut solathri, aut lactucæ. & similiter mucilago seminum cydoniorum cum aliquo prædictorum: & mucilago fœnugræci, & aqua meliloti, aut anethi cum aliquo ex eis. Et quandoq; propter necessitatem utendũ est opio. Verum si accidit nocumentum propter narcoticum utendum est lauacris, & embrochis ex rebus in quibus sit uirtus maturans uirtutem narcotici, sicut est proprie melilotum, chamæmelum, fœnugræcum, malua, anethum & similia. Hamech filius Zezar. emplastrũ conferẽs dolori & apostemati oculorũ & scabiei, & supercalefactioni. Reci. croci, myrrhæ, olibani, opii, gummi arabici: ana. Tere & confice cum aqua rosata: & fac formulas & fac siccari, & quando oportet accipe ex eis, & fac emplastrũ cum aqua rosata, aut albumine ouj: est. n. expertum. Idẽ. aliud ad apostemata oculorũ, & difficiles dolores, & facit ægrum dormire. Rec. croci, memithæ, litii, aloes, gummi arabici, acaciæ: ana. Tere & confice cũ succo rubi, & fac formas, & cũ oportet, dissolue unã ex eis cum succo rubi aut solathri, aut mucilagine psillii, aut granorum cydonii, aut albumine ouj, aut lacte mulieris lactantis puellã, & pone cum lana super oculum. confert. n. si Deus uoluerit. Idẽ. Aliud ualens similiter quando dolor est uehemens in oculis faciens dormire. Rec. mandragoræ, opii, hyoscyami: ana. Tere & confice cum aqua pluuiali: expone soli quinq; diebus. Deinde fac formulas, & quando oportet dissolue unam ex eis cum aqua rosata, aut albumine ouj: & lini super frontem: & tempora: & si oportet lini super oculos. Idem. Aliud conferens doloribus oculorũ calidis. Accipe succi solathri, succi foliorum hyoscyami, litii, croci, zucchari, camphoræ: ana albuminis ouj q. s. Vtere cũ coto: sedat. n. illa hora. Filius Zachariæ Arafi. Confectio emplastri prohibentis fluxum ex oculo.

Reci. aloes, acaciæ, sief memithæ, lilii, boli, gummi arabici: liniatur supra frontem cum albumine ouj. Et si est supra calefactio uehemens, addatur eis fandali rubei & faufel: an. pugillus. i. & liniatur cum aqua coriandri humidi & endiuiæ & aqua rosarum. Idẽ Confectio emplastri ad dolorem uehementem in ophthalmia. Rec. coriandri, meliloti, croci, seminis lini, tortellarũ de sceni: ana. Tere & confice cũ uino stiptico, & fiat emplastrum super palpebras. Aboali. Emplastrum sedans fluxum materiei ad oculum. Reci. sief memithæ, aloes, seminum rosarũ, croci, sarcocollæ, ramich, sauich hordei, balaustiæ: ana. Confice cum succo solathri, & fac emplastrũ ex eis. Idem ad doloris uehementiam. Accipe succi lactucæ, succi pomorum mandragoræ, succi papaueris: ana partem. i. albuminis ouj partes. iii. Conquassentur & utere cum coto, bonum & expertum. Idem. Epithema conferens ad dolorem uehementem, & ad multitudinẽ materiei. Rec. sauich hordei ʒ. xvi. hyoscyami albi ʒ. viii. thuris ʒ. vi. myrrhæ, succi mandragoræ: ana ʒ. iiii. opii ʒ. iii. croci, rosarum recentiũ: an ʒ. ii. uitellum ouj unius asi. Contere & confice cum uino stiptico, & fiant formæ. Et quando oportet administretur una cũ eo quod conuenit ex liquoribus. Idem. Aliud faciens similiter ad dolorem calidum. Reci. croci, myrrhæ, aloes, olibani, opii, sarcocollę: ana. Fiant formę & super frontem & oculum lini in principio doloris cum aqua endiuiæ aut portulacæ, aut solathri, hyoscyami albi, aut coriandri humidi. Idẽ. Aliud. Rec. sauich hordei ʒ. iiii. opii. drac. i. croci drach. ii. Confice cum succis prædictis: & utere super ophthalmiam calidam. Filius Serapionis. Emplastrum faciens stypticitatem & conferens in principio, & prohibens fluxum materiei ad oculos. Accipe foliorum solathri, & uirgæ pastoris, & arnoglossæ, & endiuiæ, & portulacæ, & teneritatum rubi, & foliorũ uitis: an. fac cũ farina hordei emplastrum: & oleo rosaceo, & aqua decoctionis papaueris. Idẽ. Quando accidit quòd ægritudo consequitur uestigia maturationis: tunc misceas in emplastris uitellũ ouj, mucilaginis fœnugræci & seminis lini, melilotum, & chamæmelum cũ media parte croci, & oleo rosaceo simul incorporatis: & superimpone. Filius Zezar. Sief albũ quo utendũ est in principio ophthalmiæ calidæ cum dolor est uehemens. Rec. gummi arabici, dragaganthi, amyli: ana ʒ. iiii. cerussæ lotæ ʒ. vi. opii ʒ. i. Distempera cum albumine ouj, uel cum aliquo quod conuenit ex liquoribus. Idem. Sief aliud albũ conferens ophthalmiæ in augmento, & sedat dolorem. Reci. sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ ʒ. s. amyli ʒ. iiii. dragaganthi ʒ. iiii. opii ʒ. i. olibani ʒ. i. & s. cerussæ ablutæ ʒ. vi. Tempera cum aqua pluuiali. Filius Zacharię Arafi. Sief albũ conferens ophthalmiæ & doloribus oculorum. Reci. cerussæ ablutæ ʒ. iiii. sarcocollæ grossæ ʒ. iii. amyli ʒ. ii. dragaganthi ʒ. i. opii ʒ. s. Fiant trochisci parui. Sief aliud albũ descriptione Aboali conferens ophthalmiæ in principio, & augmento eius. Rec. cerussæ ʒ. x. gummi arabici, amyli: an. ʒ. v. sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ, aut mulieris ʒ. x. dragaganthi ʒ. iii. opii ʒ. i. & s. Confice cum aqua. Sif album descriptione Alexandri expertum ad ophthalmiam calidã cum nimio dolore: & est mirabile. Rec. climiæ prius tamen lotæ: deinde adustæ, & extinctæ in lacte mulieris ʒ. x. cerussæ lotæ. ʒ. viii. scoriæ ferri ʒ. iiii. opii ʒ. ii. dragaganthi, gummi arabici: ana. ʒ. iiii. Confice cũ aqua pluuiali. Sief citrinum descriptione eiusdem conferẽs doloribus uehementibus ophthalmiæ. Rec. climiæ secundum superiorem doctrinam præparatæ ʒ. viii. cerussæ lotæ ʒ. xvi. croci ʒ. iiii. opii ʒ. ii. dragaganthi ʒ. ii. aquæ pluuialis quod sufficit. Vtere cum albumine ouj. Sief citrinum aliud mirabile descriptione eiusdem plus operatiuum aliis: reprimit enim magis superfluentes materias. Reci. amyli ʒ. xxi. sief memithæ ʒ. viii. sarcocollę, dragaganthi, gummi arabici: ana ʒ. iii. croci drach. ii. & s. myrrhæ dra. i. opii drach. ii. Confice cũ aqua pluuiali. Sief rosatum descriptione eiusdem efficax: & expertum ad ea quę diximus superius.

Rec. foliorum rosarum ʒ. xv. croci dra. viii. opii dra. ii. spicę indę dr. ii. gummi arabici dr. ix. aquę pluuialis quod sufficit. facit. n. ad doloris uehementiã & ad fluxum materierũ subtilium acutarum. Sabor Rex Medorum. Confectio collyrii citrini sublimis ad ophthalmiam, & doloris uehementiam: confert. n. ſtatim. Reci. sarcocollæ dra. iii. cerussę dr. v. amyli, dragaganthi, gummi arabici ana ʒ. ii. opii ʒ. i. croci ʒ. i. & s. Omnia prẽter opium tere & redige in subtilissimum pulueremsicut alcohol: opium autem dissolue in aqua rosata, aut lacte mulieris, & misce cum aliis conterendo in uase lapideo contritione multa usque dum fiat liquidum sicut mel currens & utere. expertum est. Idem. Sief de spica conferens ophthalmię cuius materia est frigida & est cum diuturnitate. Reci. sarcocol. ʒ. v. spicę ʒ. ii. foliorum rosa. ʒ. iiii. croci ʒ. ii. opii, aloes: an. drach. i. gummi arabici, amyli, dragaganthi: ana ʒ. i. Confice cum aqua pluuiali: & fiat sief & utere. Cum autem maturationis signum apparet, conficiatur sief huiusmodi cum succo capparis, expertum est enim. Mahemet Arafi. Confectio pulueris albi cuius operatio est mirabilis ad ophthalmiam calidam & uehementiam doloris. Reci. sarcocollę nutritę in lacte asinę, aut mulieris ʒ. x. amyli ʒ. ii. opii. ʒ. i. & s. camphorę ʒ. s. bonum & expertum. Idem. Puluis alius cuius proprietas est abscindere lippitudinem, quando non est sanies multa. Recip. sarcocollę, drach. x. spumę maris, drach. i. zucchari ʒ. iiii. teratur administretur. Idem. Confectio pulueris citrini cuius iuuamentũ est in fine ophthalmię: & est eius impressio fortis. ℞. sarcocollę ʒ. x. sief memithę ʒ. iii. litii, aloes: ana ʒ. ii. croci ʒ. i. & s. spumę maris ʒ. s. teratur, & administretur. Hamech. Puluis conferens calidę ophthalmię. Rec. sarcocollę, sief memithę: ana. fac pulue rem: & utere cum albumine ouj. Isaac. Puluis citrinus conferens ophthalmiæ quæ sequitur declinationem & ophthalmiam difficilem & adhærentem. Recip. sarcocollæ nutritæ. ʒ. x. croci, spicæ, aloes: ana. ʒ. i. teratur & administretur. Hamech filius Zezar. Cohol conferens cũ auxilio Dei apostemati quod est in coniunctiua, & inflammationi oculorũ, & fluxui materierum & lachrymarum, & pruritui: & utere mane & sero. expertum. Reci. tutiæ, lapidis hęmatitis: ana ʒ. iii. litii, acaciæ, climiæ auri: ana aure. i. spicæ, opii, sumach: ana ʒ. s. amyli aure. i. aloes rubei boni. ʒ. i. zucchari tabarzet. drach. iii. fac pulueremsubtilissimum, & imbibe uice una cum aqua myrobalanorum citrinorum: & alia uice cum succo fœniculi: & tertia uice cum succo co-

riādri humidi: & quarta uice cum aqua ſumach. Et ſi eſt tēpus granatorum, imbibe uicibus duabus cum ſucco granatorum muzorum, uel cum ſucco granatorum dulcium & acetoſorum. Deinde miſce cum eis camphoræ.ʒ.i.quartam. Deinde iterum tere, & cerne, & pone in uaſe uitreo: & fiat cum eo alcohol mane & ſero.

De doloribus oculorum. Cap. 4.

DOlores oculorũ. Inquit. Hip. Potus uini, balneatio, phlebotomia, & euacuatio per uentrem curant dolorem oculorum. Intellexerunt poſteriores: ꝙ uini potio cōfert phlegmaticis doloribus: balneatio cholericis & melancholicis: phlebotomia ſanguineis: uel ſi humores qualiter cũ ſanguine augmententur. Euacuatio quoque per uentrem confert doloribus phlegmaticis, cholericis & melancholicis. Et quidem ſuper hoc ſcrutinium ſecũdum ſapientiam eſt theſaurus operationis. Quoniam uini potatio confert phlegmaticis: dum tamē maturatio & euacuatio præceſſerint, & iterata, quoniā agitationis ſuſpicio tollitur ex agitatiōe particulariter ſublata multitudine. *de balneo* Et balneationis impreſſio ſimiliter omnibus oculorum doloribus confert etiam poſt debitam euacuationem. reſoluit enim & habilitat reſiduum materiei, & proprie adhęrentis & difficilis. alias autē dilatat materiam, & conuertit ex partibus aliis ad locum doloris & multiplicat fluxum. Hic autem ſermo noſter eſt ſermo quem non omnes comprehēderunt: niſi qui ſe exercent ſecundũ prudentiam, & uiam induſtriæ: & illud eſt, quoniam oportet ut poſtponātur euacuationes, quæ ſunt ſecundũ partem, eis quæ ſunt ſecundũ multitudinem. Agitatio.n.multiplicatur ex agitatione particulariter multitudine non ſublata. dilatat enim & incitat multitudinem: niſi materia ſecundum locum particulariter incumbat & non cum communitate etiam alterius partis, & ſit in quātitate parua. Principium uero euacuationis ab eo quod eſt ſecundum partem, & non ſublata multitudine materiā dilatat, & agitat, & in loco doloris multiplicat. et hoc eſt illud qđ eſt error & imperitia: ſicut Gal. dicit. Hamech filius Zachariæ. Cohol conferens doloribus oculorum: & eſt medicina regum. ℞. antimonii.ʒ.vi.marcheſſitæ.ʒ.v. tutiæ.ʒ.iiii.emblicorum mundatorum.ʒ.iii.amyli.ʒ.ii. piperis albi.ʒ.i. Tere & cribella & utere ubi oportet. Idem. Cōfectio ſief conferentis omnibus doloribus oculorum. Accipe ſucci mororum rubi quantum uis, & fac ſiccari ſemper agitādo, & accipe ex eo aur.iii.& miſce cum eo ex albuminibus ouorum quod ſubtile eſt & lactis mulieris quantitatē ſufficientem: & fac ſiccari uſq; dũ fiat ſief: utere cum albumine oui & lacte mulieris: eſt enim medicamen ſublime. Idem. Sief aliud conferens doloribus oculorum à cholera: & confert ſtatim. ℞. climiæ auri, ſcoriæ ferri: an.ʒ. xv. ſief memithæ.ʒ.i.opii, croci: ana.ʒ.s.acaciæ aur.s. Tere & confice cũ aqua & fac ſief: & utere cũ aqua roſata & lacte mulieris. Idē. Sief conferens doloribus fortibus ex multitudine materiæ facit dormire ægrum ex illa hora. ℞. ſief memithę ʒ.viii.croci: ſarcocollæ: an.ʒ.iiii.opii.ʒ.ii.ſucci mandragoræ.ʒ.ii. Tempera cum aqua pluuiali, & utere ubi oportet. Amaran. Sief conferens omnibus doloribus oculorum & utere eo ad omnes ægritudines. ℞. tutiæ bonæ, litii: an. au. iiii. myrobalanorum citrinorum aur.i.&.s.zinzibe. piperis longi, & albi: ana aur.i.aſendeni, ſarcocollæ, ana aur.ii. Tere & cerne, & ſolue litium in aqua pluuiali: & confice cum eo cætera, & fac ſief. & frica in coto cum aqua pluuiali, & albumine oui, uel ſucco rubi. bonum ſi Deus uoluerit.

De uulneribus & ulceribus oculorum. Cap. 5.

VLnera & ulcera oculorum. Cura eſt ſex res. Prima eſt euacuatio multitudinis. Secunda eſt prohibitio diſcurſus materierum ad oculos. Tertia eſt adminiſtratio intētionis circa uulnus. quarta eſt correctio accidentium. Quinta eſt obſeruatio regiminis in uita eius. Sexta eſt ut ueſtigium quod ex uulnere remanet deleatur. *Phlebotomia.* Primā igitur rē cōplent phlebotomia, qũ eſt principiũ curæ & proprie cephalicæ. Deinde ſolutiones lenes uentris ex eis quæ diximus in cap. de ophthalmia factæ cũ iteratione. Secundam rem cōplent medicamēta quæ ſunt diſtincta ſupra in ca. de ophthalmia. Tertiā rem cōplent adminiſtrationes medicaminũ facientium naſci carnem in ulceribus: & conſolidantiũ uulnera: ſicut eſt ſief albũ in princ. cō lacte mulieris, & albumine oui. Et adminiſtrat̄ ſm̄ plurimũ medicina deſiccatiua non multæ mordicationis, ut non fiat ſaniei gñō. Eſt.n.in hoc uulnere ſanies ſuſpecta, & poſt tempus principii ſi dolor non ſedatur fœnugræcũ cũ roſis coctis in uino ſtyptico aut aqua roſata ſuper oculũ cataplaſmetur. Et utendũ eſt deinceps ſief albo & ſief de plumbo cum albumine oui. Si autē dolor reprimit̄, ſief de plumbo utendum tm̄: ſimiliter cum albumine oui. Cum aũt uulnus repletum fuerit, utendum eſt ſief elixir. Ligatura præterea ſuper oculos reſtringenda eſt, ut comprimat ſuper puluillos, & ſuper pilam conſtitutam & ordinatam ſuper oculos iaceat que æger ſupinus. Signum quoq; ſalutis eſt quando incipit apparere in circuitu uulneris albedo: & poſt ſanum uulnus remaneat impreſſio albedinis in loco uulneris. Quartā rē complent adminiſtrationes medicaminum ſedantium dolores & puncturas & mordicationes oculorum propter uulnera ipſorum ex his quæ præceſſerunt. Quintam rem complet adminiſtratio ſubtiliationis regiminis in ſex gñibus rerum. ſicut iam diximus. Sextam rem complent medicinæ remouētes, ueſtigium albedinis quod remanet poſt uulnus cum eis quæ dicētur in cap. de albedine oculorũ. Filius Zachariæ Araſi. Confectio ſief de plumbo replentis & ſolidātis uulnera oculorum. ℞. plumbi uſti, antimonii, tutiæ ablutæ, chalcucecaumenon, gũmi arabici, dragaganthi: an.ʒ. viii. opii.ʒ.s. Fiant ſief cum aqua pluuiali. Idem. Aliud ſief faciēs naſci carnē in ulceribus, & prohibens egreſſum uuę, & ſubtilians ueſtigia. ℞. cluniæ, tutiæ tritarum & ablutarũ multoties cum aqua pluuiali, ceruſſæ, antimonii, olibani: ana.ʒ.ii.myrrhæ.ʒ.i.ſarcocollæ, ſanguinis drac. aloes, opii: ana.ʒ.i.&.s. Fiat ſief, & adminiſtretur. bonum eſt & expertum. Idem. ſief de thure maturans ulcera. ℞. thuris.ʒ.x.ammoniaci, ſarcocol. ana.ʒ.v.croci.ʒ.ii. Fiant ex eis ſief cum mucilagine fœnugræ. Idem. ſief elixir, cuius operatio eſt ſublimis ad ulcera maligna oculorum prohibens egreſſum uuæ. ℞. antimonii, ſedenegi: an.ʒ.x.acatiæ.ʒ.iii. aloes.ʒ.i. Fac ex eis ſief cum ſucco rubi. Filius Zezar. Cohol conferens ulceribus oculorum. ℞. ſarcocollæ nutritæ in aqua roſacea diebus pluribus: deinde nutritæ in ſucco rubi, tertio nutritæ in lacte mulieris ſimiliter diebus pluribus & exiccatæ quantitatē ſufficientem: pulueriza, & fiat cum eo alcohol mane & ſero bonum. Et ſunt qui mittunt ſarcocollam in lacte mulieris tantum & utuntur. Sabor filius Girges. Collyrium bonum ad uulnera & ulcera oculorum. ℞. ſarcocollæ nutritæ in lacte mulieris aut aſinæ.ʒ.iiii.antimonii, ſanguinis draco. ſedenegi: ana.ʒ.ii.myrrhæ, aloes: ana.ʒ.i.&.s.opii.ʒ.i. Terantur ultima contritione ſicut alcohol: deinde confice cum ſucco rubi: ſic conterēdo in uaſe lapideo contritione uehementi, donec fiat ſicut mel currens: & reconde in uaſe uitreo, & utere mane & ſero: & expertũ eſt.

De ſcabie oculorum. Cap. 6.

CVra huius ægritudinis eſt ſecundum cōſiderationes duas. Nam quæ ſubtilis eſt, & non multi temporis indiget corporis mundificatione. Primo cum phlebotomia & uentris ſolutione & uentoſatione in occipite & nucha. Secundo indiget regimine oculi ſubſtantiā teneram faciente: ſicut eſt balneatio proprie, & fomentationes, & aliud regimen humectatiuum acquiſitum ex aere & quiete: & ex his quæ comeduntur & bibuntur & aliis. Tertio indiget medicinis quarũ proprietas eſt curare ſcabiem oculorum: ſicut uerbi gratia, collyrium quod ſibi cōparat Sabor Rex Medorum: & ſief rubeum & leue, & ſief uiride & leue. Si autem fuerit ſcabies groſſa & chronica, tunc cura eius eſt poſt ſolutionem & phlebotomiam frictio ſcabiei cum foliis parietariæ: aut cum foliis fici: aut cum aliquo inſtrumentorum conuenientium ad illud: aut cum radice liquiritiæ præparata uſquedum ſanguis plurimus fluat, & remoueatur aſperitas et durities, quæ eſt ſicut filtroſitas, et appareat tenerum eius. Et modus fricandi cum inſtrumento eſt ut fiat frictio ſuper oculum & palpebras prius ſuperpoſito puluere, et ſpuma maris, et zuccharo tabarzet, aut aliquo quod ſit ſimile illis. Deinde lauetur oculus cum aceto: aut aqua roſata, aut uino forti albo & nouo: deinde adminiſtretur reſiduum regimen eius ex

ex eis quæ dicta ſunt. & proprie ex collyrijs & ſief lenibus & acutis: & emplaſtretur tempore frigido cum amygdalis amaris, cymino, & mica panis infuſa in rob cum pauco croco. Et tempore calido cum uitello oui, & oleo roſato & uiolato: & non prætermittantur genera medicaminis oculi ſubſtantiam teneram facientis. Sabor filius Girges Confectio collyrii boni ad ſcabiem oculorum, & ſebel, & vngulam. Reci. ceruſſæ, viridis æris: ana partem.i. Tere contritione ultima cum uino albo, & ſucco rutæ uſquedum fiat currēs in terminum mellis clari & liquidi & vtere eo mane & ſero. Si autem medicamen mitius facere uolueris, pone ex ceruſſa partes.ii. Et quandoq; ceruſſa & flos æris teruntur contritione ultima: & ponuntur in uaſe æneo lympido cum liquoribus prædictis: & dimittantur per diem & noctem. Deinde colatur & ponitur colatura in uaſe uitreo, & diſtillatur ex eo in oculo mane & ſero. Mahemet Araſi. Confectio ſief rubei ualens ſicut prædictum eſt. Reci. ſedenagi ʒ.iii. colcothar aduſti ʒ.ij.æris vſti ʒ.ij.myrrhæ, croci: ana ʒ.i.piperis ʒ.s.& eſt lene. Si autem acutius facere uolueris, adde cum prædictis floris æris, & ſalis ammoniaci: ana ʒ.s. Idem confectio ſief uiridis ualens ſimiliter ad prædicta. ℞. floris æris ʒ.iii.colcothar aduſti ʒ.vi.arſenici rubei, baurach, ſpumæ maris: ana ʒ.i.ammoniaci ʒ.i.&.s. ſalis ammoniaci ʒ.s.ammoniacum diſſoluatur in aqua rutæ, & fiat ex eis ſief. Hamech. Confectio ſief ſanans ſcabiem oculorum, & conſumens pannum & ungulam. ℞. floris æris, colcothar aduſti, ſpumæ maris: ana ʒ. ij.chalcucecaumenon ʒ.iiij.baurach, ſalis ammoniaci, arſenici rubei ſublimati: ana ʒ.i.fac ſief cum ſucco chelidoniæ. Et adminiſtretur ſicut fricando. eſt enim bonum, ſi Deus uoluerit. Idem ſief conferens ſcabiei pruritui, & ſebel, & humiditati ſuperfluæ in oculo. ℞. ceruſſæ, croci, gummi arabici: ana ʒ. vi.ammoniaci, ſalis ammoniaci, ſpicæ, opii, myrrhæ, ſucci agreſtæ: ana ʒ.i.& s.confice cum aqua pluuiali. Idem. ſief conferens ulceribus & ſcabiei oculorum à caliditate. ℞. climiæ, croci, ſcoriæ æris, gummi arabici, æris uſti: ana ʒ.iii.myrrhæ, ſedenegi, ſpicæ: ana ʒ.i.opii, roſarum: ana ʒ.i.piperis albi grana.iiii. Confice cum uino, & vtere cum albumine oui. Humain. Cohol conferens ſcabiei, oculorum pruritui, & ſebel, & tenebroſitati uiſus. ℞. tutiæ, emblicorum: ana ℥.i.antimonii nigri aur.ii.caſtorei, climiæ: ana aur.i.&.s.memithæ ʒ.i.croci ʒ.i.campho. aur.s.ſuchaha dauic.i.ſalis ammoniaci ʒ.ij. Tere contritione bona. & pone in uaſę lapideo mundo: & proiice ſuper eam aquam pluuialem in qua infuſi fuerint per dies duos ex myrobalanis nigris circiter xx. poſtquam contriti fuerint. Deinde cola aquam, & funde ex ea parum ſuper medicinas, & dimitte ſiccari vel quaſi. Deinde funde ex aqua prædicta & fac ſicut prius: & ſic pauliſper infundendo & triturando uſque ad totius aquæ conſumptionem. Deinde ſiccentur & puluerizentur contritione ultima, & pone in uaſe uitreo. Dixit Humain ꝙ uendebatur pondere auri propter ſuæ operationis excellentiam. Cohol axerumi ex inuentione noſtra valet combuſtioni oculorum, & lachrymis, & ſcabiei, & ſebel. ℞. tutię, carmeni, buruch ℥.i.elelengi, aſphar, zinziberis: ana ʒ.v.piperis longi, memithæ: ana ʒ.ii.s.& chirat.ii. melech indi ʒ.i. Tere ſimul & tempera cum aqua agreſtæ, & fac ſiccari: deinde tere & utere. Muſa factor. Alcohol ſief conferens ſcabiei, & vlceribus oculorum, & dolori, & debilitati viſus. ℞. litii, tutiæ indæ: ana aure.iiii.chebulorum aur.i. zinziberis ʒ.i. Fiat ſief cum aqua pluuiali, & utere in coto.

De ſebel. Cap. 7.

QVæ ſubtilis eſt & non multi temporis curatur cum conſiderationibus prædictis in curā ſcabiei oculorum: ſcilicet cum ſubtiliatione regiminis, & dimiſſione vini, & cibariorum uaporoſorum, & cum euacuatione corporis, & phlebotomia, & rebus tenerā reddentibus ſubſtantiā oculorum: deinde cum ſief, & collyriis dictis ibi. Si autem chronica fuerit, & groſſa, ut appareat ſicut tela araneæ expāſa ſuper pupillam oculi cũ uenis manifeſtioribus, ita ꝙ uiſum prohibeat, tunc eſt ſecũdũ unum duorum modorum. Aut.n. colligitur & eleuatur dũ apprehenditur, & ſuſpenditur cum uncinis: & tunc cũ inciſorio inciditur poſtquam colligis eam: & ſeparas ab oculo cum pilo equi aut filo de ſerico: & curetur deinceps cum aqua infuſionis cymini, & poſt illud cũ puluere citrino. Si autem non colligitur nec eleuatur, curetur cum medicaminibus acutis dictis in capitulo quod eſt ante illud.

De albugine oculorum. Cap. 8.

CVra huius ægritudinis commenſuratur eiſdem regiminibus quibus & ſebel. Nam quæ ſubtilis eſt, quantum ex modo bene operandi comprehendi poteſt: & indiget aſſiduatione rerũ oculi ſubſtantiā tenerā facientium, ſicut eſt balneũ & aſſiduatio eius, & inclinatio ſuper uaporē aquæ calidæ. Deinde utatur puluerizatione poſt puluerizationē ſuper oculum ex ſpuma maris, zuccharo, & ſarcocolla: & interdũ utendum eſt frictione poſt frictionē cum eodē puluere uel cum aliquo quod ſit ſicut ipſum. Et ſunt qui addunt ad vigorandum prædicta pulueris baurach, ariſtolochiæ: ana ſicut ex prædictis. Et ſunt qui experti ſunt ſuper huiuſmodi ſuccum florum papaueris rufi cum ſucco aut puluere huegeſſe iuuamentum: & ſimiliter cũ ſtercore ſtellionis, aut lacerti uiridis magni. Et ſimiliter expertũ eſt ex ſtercore hirũdinis. Et ſimiliter expertũ ex urina pueri coagulata in uaſe æneo cũ modico ſalis ammoniaci. Si autē fuerit dura & in corpore duro, eligantur ex medicaminibus quæ magis acuta ſunt, & pluris uirtutis ex his quæ dicta ſunt: & dicemus, poſt frequentiam tamen balneationis ſicut iā diximus. Dixit Alexan. ꝙ ſebel eſt cũ ſuper alba oculorũ, & ſuper nigredinē uidetur ſimilitudo poſitioni texti ex venis rubeis groſſis. Ex medicinis autem conuenientibus ad albuginē remouendam, & ſebel, & ungulā, & alias oculi additiones quā plures ſcripſimus in cap. de ſcabie oculorum. Nunc autē ponimus narrationes medicaminũ propriorum. Sabor filius Girges. Collyrium expertũ ad albuginem oculorũ remouendam, & eſt ei impreſſio bona. Accipe fellis tauri, ſucci huheg vel pulueris radicum eius, radicum chelidoniæ: ana aur.iii.corticum radicum fœniculi aur.iiii. Tere contritione groſſa, & pone in uaſe æneo, & funde ſuper medicinas vrinę pueri circiter lib.i.& dimitte per dies quatuor. Deinde decoque uſq; ad lib.s. & iterum reducas ad uas æneum vſq; dum inſpiſſetur. Deinde accipe maſſacumie, ſtercoris magni lacerti, ſpumæ maris, zucchari tabarzet, ſalis gemmæ aduſti, æris aduſti, ſalis ammoniaci: ana partes æquales. Terantur ultima contritione: deinde ponantur in uaſe lapideo mundo & terſo. & fundatur ſuper ea ex medicamine prædicto: & conficitur terēdo ſemper ante parum ex medicamine fundendo uſquedũ impinguetur, & fiat ſicut mel: deinde refunde in uaſe uitreo & utere. eſt enim expertum & bonum. Medicamen Raſis ualde utile ad albuginem oculorum remouendam: & cito eradicandam: cui dixit non inueniſſe æquale. ℞. tutiæ, ſpumæ maris, ſtercoris ſtellionis magni, baurach, zucchari de Mecha: ana partes æquales. Deinde ſumatur acori chelidoniæ: ana ʒ.x.coquantur in lib.i.aquę donec ad ℥.iiii. redeat & coletur. Ex hac aqua imbibantur ſpecies prædictæ, & conficiantur cum ea, & ſiccentur in vmbra. Deinde terantur iterum, & conſpergantur ut prius, & ſiccentur. Quod poſtquam factum fuerit. ſiccentur & terantur, & in oculo mittantur. Huic enim medicamini nullum compar exiſtit in albuginis remotione, etiam ſi eſſet groſſa vt in brutis animalibus. Alexander. Medicamen lene ad albuginem remouendam. Accipe oſſium ſepiæ ʒ.i.&.s. ſalis ammoniaci, ceruſſæ: ana ʒ.i.ammoniaci ʒ.ii.utere & expertũ eſt. Mahemet Araſi. Medicamen remouens albuginem oculorum inclinetur prius ſuper uapores aquæ calidæ: deinde aſpergatur hic puluis. Reci. ſpumæ maris, baurach, ſarcocollæ, zucchari tabarzet, ſtercoris muris: ana partes æquales. Idem. Confectio medicaminis ſublimis ad albuginem cito remouendam. Accipe maſſacumię, ſtercoris magni lacerti, ſpumæ maris, baurach, zucchari, tabarzet: ana partes æquales. Deinde accipe radicum chelidoniæ, fœnicu. huheg: ana ℥.i.decoquantur in lib.i. aquæ donec redeat ad ℥. iiii. Deinde ſubmergatur prædictarũ rerum puluis ſubtiliſſimus in hac aqua & exiccetur ſemper conterendo: deinde teratur & fiat alcohol cum eo.

De cura unguiæ oculorum. Cap. 9.

DIxit Alexander quòd ungula eſt cum aliquid pannículo ſimile ex palpebra q̃ eſt ex parte naris oriri uidetur: & album oculi cooperire: & peruenit uſque ad oculi nigredinem. Cura huius eſt ſicut diximus in febel cũ collyriis & aliis, ſi recens eſt, et ſi antiqua. Si autem non eſt poſsibilis eius eradicatio cum mediciníis, ſuſpendatur cum uncino, ſi eſt poſsibilis eius ſuſpenſio. deinde incidatur iuxta lachrymale, ita quòd non profundeatur inciſio, ne damnetur pellicula in organo lachrymali, et fiat continua lachrymarum effuſio. Si autem non eſt facilis ſuſpenſio ungulæ, ſubmittatur pilus aut filum de ſerico cum acu curua: poſtea capias eam, et ſuſpendas. deinde ſicut excoriando trahatur et extirpetur. Quod ſi nec hoc ſufficit excorietur excoriatione ſubtili cum ferro. poſtquàm autẽ abſcideris eam diſtillabis in oculum cyminum maſticatum cum ſale. Si autem ibi dolor generatur, aut mordicatio, em plaſtrabis cum oleo roſato et uiolato, et uitello oui. Si autem aliquod reſiduum ex ipſa ungula remanet, cum collyriis conſumatur et eradicetur. Iam ſuperius medicamina ad ungulam, et febel, et ad alias oculorum additiones ſcripta ſunt: quæ ſunt adminiſtranda poſt balneum et uaporem aquæ calidæ ſicut iam diximus.

De lachrymis oculorum et earum exuberantia. Cap. 10.

CVra huius ægritudinis in quibuſdam non eſt poſsibilis: et proprie quando profundata eſt inciſio in angulo lachrymali: et quando lachrymarum effuſio eſt nociua. Verum ſi eſt occaſione alterius morbi, ſicut propter febrem, tollitur ſublata febre. Si autẽ cauſam habuerit per ſe, ſicut eſt debilitas retentiuæ: uel quia non fit crudorum digeſtio et maturatio; uel quia fit eorum effuſio propter multitudinem, aut propter qualitatem facientem diſſolutionem. Et tunc cura eius eſt quatuor res. Prima eſt obuiatio, & adæquatio cauſæ facientis. Secunda eſt mundificatio corporis & totius capitis. Tertia eſt adminiſtratio medicaminum comẽſuratæ ſtypticitatis. Quarta eſt diuerſio materiei ad aliam partem. Primam igitur rem complet adminiſtratio medicinarum remouentium malitiam complexionis, & confortantium cerebrum, & uigorantium digeſtionem, & retencionem ex his, quæ dicta ſunt in capitu de catarrho, & coryza poſt mundificationem corporis quam dicemus. Secunda rem complent medicinæ euacuantes quod ſuperabundare uidetur ex multitudine inteſtinorum rerum quæ apparent ex his quæ dicta ſunt. Tertiam rem cõplent adminiſtrationes medicinarum, quarum proprietas fluxum lachrymarum reſtringit ex his quæ dicemus. Quartam rem complet phlebotomia, aut inciſio uenæ, uel arteriæ per quas comprehendimus materias fluere & deriuari. & hoc quidem iam dictum eſt in cap. de ophthalmia: & tu require illud ibi. ſi autem res nõ ſuperfluit, & fuerit in principio emplaſtra ſuper uenas & arterias ipſas reſtringentia, & confortantia pone. Et iam quidem dictum eſt, quod cauterium ſuper zuhendeg eſt ad fluxum lachrymarum cura ſublimis, & proprie quando ſuperfluit, & iam alia non contulerint. ſcripſimus in cap. de ſcabie oculorum plures ex medicinis ad lachrymas ſtringẽdas ex quibus eſt ſief quod ſcripſit Hamech, & alcohol quòd ſcripſit Humain, & alcohol exerumi, quod in ca. de ophthalmia ſcripſimus ex ẽplaſtris plura ſtringẽtia lachrymas. Mahemet Araſi. Epithema prohibens fluxum ex oculo. ℞. aloes, tutiæ, ſief, memithæ, litii, boli: ana partem. i. gummi arabici partes. ii. liniatur ſuper frontem cum albumine oui. Idem. Confectio alcohol ſtringens lachrymas, & confortans oculos. ℞. tutiæ. ʒ. x. corallorum confrictorum myrobalanorum citri, & aloes: ana. ʒ. ii. piperis. ʒ. s. macropiperis, drach. ii. fiat cohol cũ eo. Democritus, Medicamen ſatis utile ad dolores oculorum & lachrymas. Accipe lanam non ablutam, & combure, & cinerem eius diligenter tere, & ex eo cum albumine oui ſuper frontem & tempora lini: ſtatim enim materiei fluxum, & lachrymarum amputat & dolorem tollit. Iudæus. Cohol cõferens cum auxilio Dei fluxui lachrymarum. Accipe fumi thuris, myrrhæ, tutiæ ablutæ: ana partes æquales: ſief memithæ, croci: ana partem. i. tertias duas. bonum. Idem. collyrium expertum ad lachrymas oculorum, & tenebroſitatem. Accipe ſucci granatorum acetoſorum cocti uſque ad medietatem, & collati lib. s. deinde pone ſuper ipſum ſief memithæ, aloes boni puri, litii, & croci: ana. ʒ. ii. muſci boni, danic. ii. Deinde pone in uaſe uitreo, & obtura orificium eius: & dimitte in ſole diebus quadraginta, & utere eo mane & ſero. bonum. Filius Zezar. Confectio alcohol deſiccãtis lachrymas, & conferentis pruritui, & ardori. ℞. ſedenegi, chalcucecaumenon. ana. ʒ. ii. ſief memithæ, climiæ: ana. drach. i. aloes, ſpicæ, coſti, opii: ana drach. s. fac pulueres: deinde imbibe in ſucco fœniculi, & dimitte ſiccari, & tere contritione ultima, et utere. Amaran. Cohol conferens cũ auxilio Dei ad lachrymas oculorum, & pruritum, & ardorem, & uiſus obſcuritatem. Accipe fumi thuris drachm. iii. myrrhæ, aloes: ana drach. i. & s. gummi aſsi, ceruſſæ: ana. ʒ. ii. opii aur. i. ſedenegi drach. ii. & s. puluериza & utere. Filius Girges Rex Medorum. Confectio medicaminis, & eſt cohol pomerii conferentis lachrymis, & ardori, & aſperitati oculorum, & ægritudinibus, & fumoſitatibus calidis, & choleræ, & ei qui patitur deſcenſum aquæ, & ei qui uidet rem unam eſſe duas. ℞. ſarcocollæ nutriæ in lacte mulieris diebus pluribus. ʒ. iiii. dragaganthi albi, olibani, ſcoriæ ferri, margaritarum non perforatarum: ana. ʒ. i. ſpicæ in dæ, climiæ auri & argenti, cachiæ: an. ʒ. s. amyli, ceruſſæ: an. ʒ. ii. tutiæ ſubrubeæ. ʒ. iii. Tere omnia & imbibe cum aqua roſata ſic conterendo: deinde fac ſiccari, deinde imbibe ſuc co granatorum acetoſorũ: & fac ſicut prius. deinde cũ aqua infuſionis huegultimo uero cum aqua ſolatri: deinde pone camphoræ danic. i. zucchari tabarzet, aur. i. Deinde tere ultima contritione: & fiant ex medietate eius ſief cum aqua roſata, & ex alia medietate fiant alcohol, & utere cum aqua roſata, uel albumine oui, & lacte mulieris. eſt enim ualde bonum.

Cauteriũ eſt medi. ſublimis.

De tarphati. Cap. 11.

CVra huius ægritudinis eſt alterius modi in principio, & in fine, & in tempore intermedio. In principio enim indiget phlebotomia ex cephalica, & lubrificatione, & ſolutione uentris, & adminiſtratione clyſterium, quoniam clyſteres ſunt melioris curæ in hac parte cũ diminutione cibi, & potus, & dimiſsione uini. Deinde adminiſtrentur repercuſsiua in principio ſicut eſt bolus armenus, & lutum ſigillatum, & chimolea cum albumine oui: deinde cum lacte mulieris. Deinde procedendum eſt ad diſtillandum in eum ſanguinem pulli columbini ſtatim cum decollatur aut turturis. In fine uero miſceantur cum eo aliqua ex reſolutiuis. ſicut eſt arſenicum citrinũ, & proprie ſublimatum, & ablutum, & frictum cum aqua coriandri: & confert in huius hora, & diſtilletur in oculum collyrium Gabrielis. Et fortius illo eſt ſief Sabor quod dicemus. Emplaſtretur autem in principio eius cum fœnugræco, & roſis coctis in aqua roſacea: deinde coctis cum uino, & proprie cum proceſſerit ægritudo: & uaporetur cũ decoctione chamæmeli, aut meliloti, aut cum decoctione foliorum caulis. Et ſimiliter emplaſtretur cum foliis caulis contritis, & coctis cum uino forti, & antiquo. Mahemet Araſi. Sief conferens tarphati. Recipe thuris, myrrhæ, croci, ammoniaci: ana drach. i. arſenici rubei drac. s. fiat ſief: & adminiſtretur cum aqua coriandri humidi. Gabriel. Collyrium conferens tarphati bonum. Accipe thuris partem unã. tere ultima contritione: & funde ſuper ipſum ex aqua pluuiali in qua diſſoluta ſit talis maſſa, & ſalis ammoniaci, & ſalis gemmę circiter. ana partes. i. tertiam. diu teratur & diſtilletur ex eo in oculum mane & ſero. Sabor. Sief expertum ad tarphati oculorum, ℞. arſenici loti & ſublimati: de inde fricti & loti cum aqua coriandri. ʒ. iii. ſarcocollæ, piperis, ammoniaci, lapidis lazuli: an. ʒ. i. diſſoluatur ammoniacum in aqua in qua diſſolutum ſit ex ſale ammoniaco. ʒ. s. & fiant ſief. & utere cum lacte mulieris.

De algarab oculorum, id eſt apoſtemate fiſtuloſo in lachrymali oculi. Cap. 12.

CVra huius ægritudinis incipienda eſt à corporis mũdificatione & capitis, cum iteratione & reiteratiõne donec confidimus de abſciſsione ſuperabundantium

tium cum abſtinentia, & commenſuratione rerum ſex. Deinde ante ſui eruptionem ponantur ex reſolutiuis aliqua debilis reſolutionis in principio: deinde fortioris ſicut ammoniacum proprie diſſolutum cum oleo nucum, & ſucco fœniculi, aut bdellium, aut ammoniacum cum modico atramenti, aut nux rancida contrita & ſuppoſita, quoniam eſt ultima. Poſt eruptionem uero ſi morbus eſt recens, triplici indiget regimine curationis. Et primum quidem eſt mundificatio cum eis: quæ ſunt proprie moderatæ abſterſionis, ſicut aqua mellis, aut melicratum, & fortius illo eſt melicratum cum modico aquę rutę, aut mel cũ aqua rutæ. iſta enim diſtillentur hora poſt horam: deinde exiccetur locus, & ex primatur uirtus eius: deinde adminiſtretur lanugo arundinis inuenta in interiori parte ipſius, & proprie iuxta radicem cum melle pauco uel ſola per ſe ſicca. eſt enim mundificatiuum bonum. Secundum uero genus curationis eſt oppoſitio medicaminis deſiccatiui, & incarnatiui mediocris exiccationis, ſicut eſt proprie adminiſtratio aloes, & myrrhæ, & ſarcocollæ, ſanguinis draconis, & chamædryos, & ariſto. & churis, & ſimilium: proprie poſt expreſsionem uulneris, & mundificationem, & ablutionem eius cũ uino ſtyptico hora poſt horam. Et dixerunt quidam quod ruta eſt ex rebus mirabilibus ad hãc ægritudinem: & proprie facto emplaſtro ex ea cum expreſsione granatorum ſanans & remouens ueſtigium eius. Tertium uero eſt conſolidatio cũ eo quod eſt maioris deſiccationis quam prius: ſicut ſunt collyria proprie: quorum narrationem ſequemur poſt. Si autẽ ægritudo antiqua & inueterata fuerit quintuplici genere curationis indiget. Et primum quidem eſt remotio eorum quæ ſunt contra naturam: ſicut eſt caro corrupta & filtroſa cum medicinis acutis: quæ ſunt ſicut colcothar, arſenicum, ſal ammoniacus, attramentum alharat, aluminis: an. partem unam calcis uiuæ partes. ii. Terantur in uaſe æneo cum urina pueri: deinde poſt exiccationem utere. Et quandoq; ſubmergitur ægritudo: & imprimitur corrumpens os aut alterat ſuperficiem eius. tunc totum quod corruptum eſt, radatur, & abiiciatur uſque dum apparet purum. Secundum eſt abſciſsio materierum fluere conſuetarum cum eo quod conuenit: & iam locuti ſumus in cap. de catarrho: & in eo quod præceſsit in cap. de fluxu lachrymarum. Tertium eſt mundificatio, & abſterſio cum eis quæ iam diximus: conſortatur tamen cum aliquo acutorum leuium ſicut eſt unguentum ægyptiacum cum modico aloes, & olibani. Quartum eſt adminiſtratio incarnatiuorum non expoliatorum ab eo quod eſt ſicut ziniar, atramentum, & ſimilium. Quintum eſt ſigillatio, & conſolidatio cum eis quæ dicemus. Quandoque uero apud poſsibilitatem morbi huius non confert, & tunc eius cura cauteriũ eſt. Et modus operationis eius circa hoc eſt ut abſcindantur in longum uſque quo perueniatur ad os. Tunc ſi os ſanum fuerit habens ſolum quod eſt in ſuperficie tabefactum, radatur, & abiiciatur totum quod ex eo alteratum apparet. Et curetur deinceps cum medicamine incarnatiuo ex eis quæ dicta ſunt. Si autem ex oſſe manifeſta quantitas corrupta apparet, cauterizetur ſecundum illud quod eſt poſsibile uſque ad ſufficientiam eius, & proprie ſecundum cõſiderationem corrupti ipſius. Et ſunt ex hominibus qui perforant os: & proprie quando iam percipitur ex morbo adhęſiſſe colatorio. Verum eſt quod iſtud raro recipit cura niſi ſicut à fortuna. Nos autẽ curauimus aliquos: & pauci ex eis ſanati ſunt. Hoc autem non præter mittimus: quoniam oportet quando cauteria fiunt, aut medicinæ acutæ imponuntur fiſtulis lachrymalium: ut oculus compellatur ad angulum ſylueſtrem compreſsione facta cũ ſpongia infuſa in aqua frigida: aut ſucco ſolatri, aut portulacæ: & ſæpius innouetur. Mahamet filius Zachariæ. Confectio medicaminis ultimi ad garab: quod adminiſtratur poſt quam abluitur fiſtula cum uino ſtyptico: deinde exprimitur donec egrediatur uirtus eius. ℞. aloes: ſarcocollæ, ſanguinis draconis, myrrhæ, thuris, balauſtiæ, boli ar. an. ʒ. v. ziniar. ʒ. i. & s. climiæ argenti. ʒ. x. Terantur & puluerizentur & ſupponantur. Idem. aliud ualens ſimiliter. ℞. aloes, thuris: an. ʒ. ii. ſarcocollæ, balauſtiæ, ſanguinis draconis, antimonii, aluminis tan. ʒ. s. floris æris quartam. ʒ. i. fiant collyria, & utere ſicut prius. Dioſcorides. Accipe ex foliis chamædryos ſiccis, & tere contritione ultima: & fac ex eis ſief cum ſucco ſolatri: & utere. bonum ad ulcera oculorum, & algarab. Gabriel. Confectio medicaminis experti ad algarab, & ulcera. Accipe ſief memithæ, chamædryos, corticum thuris, myrrhæ, aloes ſarcocollæ, atramenti, ariſtolochiæ rotundæ: ana partes æquales. Terantur ſicut alcohol, & utere ſicut prius. Idem. aliud. ℞. myrrhæ, aloes, corticum thuris ſiccarum ana utere indefinenter cum aquà altarafacon.

De almũſaragi ſiue alintiſar, & elbegreſsio uuæ, ſiue pupillæ dilatatio. Cap. 13.

POſtquam confirmatur: aut quæ à natura eſt: non habet curam. Facta autem à ſiccitate difficulter curatur: tamen ſuccurrire ei cum bono regimine & humectatione ex his quæ ſcis. Et eſt quæ fit ex humectatione. Et cura eius eſt quatuor res. Prima eſt euacuatio & ſubtractio eius quæ excreſcere uidetur materiæ iterata cum interpolatione non frequenti & phlebotomia, ſi appareat ſignificatio humorum abundantium cum ſanguine: & proprie cephalicæ: & poſt hanc, ſi exigit diſpoſitio, ex uenis lachrymalibus, & uenis temporum, & fiat inciſio arteriarum, aut cauterizatio ipſarum ſi res poſtulat. Et quandoq; fit cauterium & confert proprie in zuhendeg: ſicut diximus. Secunda eſt adminiſtratio medicinarum diuertentium materiam ex loco ſicut ſcarificatio in auribus: & apertio cum uẽtoſatione hæmorrhoidum: & appoſitio uentoſarum in nucha, & ſuper collum, & in ſpatulis. Tertia eſt abſtinentia, & tolerantia famis, & regimen exiccatiuum. Quarta eſt adminiſtratio rerum reſoluentium ex ipſo oculo, & extrahentium humiditates dilatãtes uueam ſicut proprie alcohol ex felle hœdi cum ſucco fœniculi & pauco ſale ammoniaco, aut ex felle ericii, aut ex felle teſtudinis, aut ex capitibus hirundinum aduſtorum. Et fiat inde collyrium cum ſucco chelidoniæ, & melle, quoniam eſt expertum. Eſt etiam quæ fit à caſu & percuſsione. Et cura eius eſt duæ res poſt regulationem, & abſtinentiam in eis quę comeduntur, & aliis: & abſtinentiá à uino. Et prima eſt ut in principio fiat adminiſtratio reper cuſsiuorum, & infrigidantium, & prohibentium effuſionẽ materiæ. & hoc poſt phlebotomiá, ſicut proprie eſt emplaſtrum ex farina fabarum excorticatarum cum aqua foliorũ ſalicis, ſolatri, aut endiuiæ. Secunda fiat adminiſtratio reſolutiuorum mediocrium: ſicut proprie fit ex uitello oui cũ oleo roſato, & pauco uino emplaſtrato deſuper: & proprie poſt inſtillationem in oculos ex ſanguine turturis, aut pulli columbini. Ad ultimum inſtillentur collyria reſolutiua fortiora quæ paulo ante dicta ſunt.

De nyctilopa oculorum, id eſt qui poſt ſolis occaſum non uident. Cap. 14.

CVra huius ægritudinis eſt quatuor res. Prima eſt regulatio uitæ. Secunda eſt ſubtractio materiei. Tertia eſt abſterſio eius quod fluxit. Quarta eſt correctio nocumenti accidentis in ſpiritu. Primam igitur rem complet commenſuratio in ſex generibus rerum: & proprie cum alleuatione comeſtionis & dimiſsione cænæ. Et ſint cibaria digeſtioni obedientia ex his quæ ſcis: Et detur in potu ante cibum, & poſt deſcenſum eius à ſtomacho, uinum antiquum bonum purum poſtquam propinaueris ante illud ſuffuſ reſenigi: quod dicemus poſt. Et ex cibis qui currunt curſu proprietatis eſt hepar hircinum comeſtum aſſum, aut elixum cum ſale gemma modico, & modico piperis longi. Herba autem adhil & electariũ eius eſt ſublimis iuuamenti ad illud. Secundam rem complet phlebotomia ex cephalica ſi multitudinem cognoueris in ſanguine, & ex uenis lachrymalibus, & ex naribus ſi inuitat neceſsitas. Si autem ex humorum groſsitie fieri contingat, euacuatio fiat cum hiera picra, & hiera celocynthidos, & pilulis cochiis, & cum gargariſmatibus, & caput purgiis ex eis quæ ſcis. Tertiam rem complent collyria de fellibus & inſtillationes in oculos, & proprie eius qui currit ex hepate hircino, aut caprino, quando ſcinditur in multis partibus: & aſpergitur ſuper ipſum ſal indus, aut ſal gẽma, & piper longum poſt contritionem eorum. Deinde aſſatur, & quandoque huius hepar aſſatur cum eiſdem ſpecibus ſuper prunas, & ſit inclinatio ſuper fumum eius. Et iã dictum eſt quod comeſtio eius eſt inuatiua ualde: & ſimiliter

ter inclinatio super uaporem aquæ elixationis eius. Quartam rem complent administrationes medicaminum spirituum uisibilium subtiliantium & illustrantium, sicut est proprie usus herbæ adhil, & cucubæ, & fœniculi, & chebuli cōditi, & nux muscata condita, & alia quæ diximus in capitulo primo de ægritudinibus oculorum. Alexander. Confectio collyrii ad nyctilopam experti. Accipe succi fœniculi cocti & depurati partem unam, mellis & fellis hircini: ana partem mediam. bonum & expertum. Idem. Prædicto collyrio admisce ex stercore crocodyli, aut stellionis: ana partis unius qnartam. & sanat in paucis diebus. Idem. fiat alcohol ex pipere longo zinzibere & spica, & confert.

De aqua descendente in oculum. Cap. 15.

QVando est in principio & non est confirmata succurritur ei cum medicinis, & proprie cum abstinētia & diminutione ciborum, & uitatione grossorū & uaporosorum, sicut sunt pulmenta, & pinguia, & iura, & pisces, & uinum, & similia ipsis. Et cum mundificatione sæpius iterata & proprie cum cochiis, hiera picra, & hiera diacolocynthidos: & cum administratione medicinarum resoluentiū sicut est aqua rutæ, & proprie cum serapino: aut aliquo ex fellibus animalium cum melle, & succo fœniculi: aut serapinum cum felle hircino, & melle, & succo fœnic. quoniam est utilissimum. Filius Zachariæ Arasi. Confectio collyrii de fellibus ad principium aquæ & nyctilopam, & alintisar. Accipe fellis hirci exiccati in uase æneo drach. x. pulpæ colocynthidos. i. &. s. serapini drach. ii. euphorbii drach. ii. fiant sief cum aqua rutæ, aut aqua fœniculi, & utere. Sabor. Collyrium bonum & expertum. Accipe fellis hircini exiccati in uase æneo, & granorū auri exiccatorum ana drach. v. serapini drach. i. gummi drach. s. fac ex eis collyrium cum succo chelidoniæ, & urina pueri non polluti, & melle. Quando autem passio fuerit confirmata, & fuerit ex eis in quibus est possibilitas curationis: cuius signum est quòd dum aspicitur oculus uel pupilla uidetur clara, & cedit dilationi cum premitur digito, aut instrumēto: deinde redit ad ipsum, & non frangitur: tunc est ex illis quę deponuntur ex recta operatione artificis. Et modus deponendi aquam cum instrumento est huiusmodi. Subtilietur regimen eius ex cibo & potu, & dimittat uinum omnino. Et sit cibus eius aqua ciceris, & sauic, & sorbilia facilis digestionis, & boni nutrimenti, & paucę quātitatis. Et procedat cum iteratione in mundificatione corporis & capitis: procedat cum phlebotomia, si necessaria fuerit. Deinde in domo temperati aeris non luminosa locetur: & iaceat supinus: & præcipiatur ei ut cōuertat intuitum suū uersus nasum. Deinde incipe perforare ex parte syluestri lachrymalis cum instrumento quod dicitur deponens aquam & procedat perforatio inter tunicam, & tunicam cum omni facilitate usque dū perueniat ad uacuum: quod ēst ante pupillam. Deide incipe deponere aquam & occultare illā sub cornea, donec deocculretur quod sepultum erat sub aqua, & uideatur, & obseruetur cū industria, ne quod deponitur ex aqua redeat occultādo, & sepeliendo eam inquantū possibile fuerit, ne redeat: & hoc cum iteratione & iteratione, donec adueniat sanitas, & post hoc pone super oculum uitellum oui & oleum rosatum cum puluillo ex coto. Et sit accubitus super ceruicem, & collum: & fiat hoc usque ad tempus quo remouebitur dolor: & non soluatur ligatura nisi de triduo in triduum, & dum soluitur uaporetur oculus cum aqua rosata decoctionis salicum, & similium. Et sit domus in qua habitat tenebrosa. Et afferantur ad locum hunc deinceps quæ diximus in cura uulnerum oculorum.

De debilitate uisus. Cap. 16.

SI contingat à re addita in superficie oculorum quam sensus comprehendit: sicut est ungula: pannus, scabies, & sebel, dicta est cura eius. Si autem cōtingat propter rem quam sensus non ualet comprehendere sicut nebula, uel uapor: tunc eius cura est tersio cum eo quod est resolutionis mediocris: sicut scripsimus in canone. Si autem fuerit propter uapores qui eleuātur à stomacho posito sub dominio humiditatum uiscosarū, putridarum, & uaporosarū: aut sub dominio cholericæ materiæ uaporosæ: Cura

E eius est mundificatio stomachi cum solutione & uomitu leni, & facili ex his quę diximus cum præcessione administrationis medicaminum incisiuorum: sicut syrupi acetosi in calida materia, & oxymelitis squillitici in frigida materia: & subsecutione medicaminum, quibus approprietur duplex intentio scilicet confortationis stomachi, & prohibitionis eleuationis uaporum cum eis quæ sunt sicut tryphera minor proprie chebuli conditi, & zuccharum rosatum cū mastiche: & trochisci nominati diarhodon. Si autē fuerit propter peccatum quod est in ipso oculo: tūc fit illud, aut propter excessum siccitatis in ipso: & cura eius est regimen humectatiuum quod diximus in canone, preterquam ꝙ faciet cadere in oppilationem. Aut propter excessum turbidæ humiditatis in ipso. Et cura eius est tres res. Prima est adęquatio & digestio materiæ sicut locuti fuimus in canone. Secūda est euacuatio eius cū eis quæ sunt sicut pilulæ de hiera, & pilulæ cochiæ, & pilulæ lucis, & infusio de aloe, aut hieræ in aqua endiuiæ, & aqua fructuum & similia. Tertia est resolutio & tersio ex ipso oculo humiditatis turbidæ obte-

F nebrantis cum eo quod est sicut collyrium de fœniculo & similia: quorum in cap. de conseruatione sanitatis oculi meminimus, qua propter afferatur ad locum hunc quod dictū est ibi. Si autem contingat passio propter turbulentiam aduenientem spiritui uisibili, cura eius est omne bonum regimen in sex generibus rerum: cui subsequatur regimē mūdificatiuum corporis post quod subsequatur regimen clarificans sanguinem, & clarificans spiritus ex his quæ præcesserunt in canone. Et quādoq; cōtingit propter subtilitatē, & paucitatem ipsius spiritus: & cura eius est cum administratione medicaminum addentium in spiritum, & uigorantium ipsum: & ex summa horum sunt myrobalani, & quæ componuntur ex eis. Afferantur ad hunc locum quæ diximus in cap. de conseruatione sanitatis: quamobrē oportet ut capitulum illud cum isto simul ligetur. Inquit Gal. Fella omnia abstergunt oculum, & clarificant uisum: eligātur ex animalibus quidem fel algazel, & hirci syluestris, & bouis, & leporis, & adib, & ursi, & testudinis, & uulpis, & hœdi, & capræ montanæ, & ex uolatilibus aquilæ, & uulturis, &

G uiuentium ex raptu, & hirundinis, & passerum, & galli, & perdicum, & alcubugi, & ex piscibus fel sabor, & porci marini: & sunt iuuamenti ultimi. Mahemet Arasi. Alcohol sublime in cōfortatione uisus: acuit enim & clarificat ipsum. Recip. tutiæ ablutæ nutritæ tribus uicibus cum succo sampsuci depurati. ʒ. xx. Deinde accipe zinzib. piperis nigri, & longi, chelidoniæ, buruch: an. ʒ. ii. salis ammoniaci. ʒ. i. Terantur omnia cum succo fœniculi, aut sampsuci tribus uicibus: deinde fac siccari, & tere subtilissime. & fiat alcohol cum eo. Rufus. Collyrium satis bonum quod acuit uisum, & oculorū sanitatem custodit tempore multo. Accipe litiū & tere contritione multa cum succo fœniculi depurati usque dum fiat sicut mel, & reconde in uase uitreo & utere. Quidam autem ex posterioribus addiderunt ad omnem. ℥. eius ex felle galli aut perdicis. ʒ. i. tertias duas. Idē. Cohol ualēs ad idem. Accipe ex tutia quantū uolueris, & lauetur cū aqua pluuiali: deinde exiccet̄ & nutriatur post illud, primo cū aqua fœniculi, secundo cum aqua sampsuci, tertio cū aqua altarasacon semper conterendo: deinde exiccetur

H & nutriatur post illud: & fiat cum eo alcohol. Confectio alcohol ex inuentione nostra conferens supercalefactioni oculorum, & debilitati uisus causa subtilis & acutæ humiditatis, aut mordicationis: aut pruritui in oculis. Accipe tutiæ carmeni lotæ in aqua pluuiali: deinde in aqua rof. uicib. pluribus. ʒ. x. frictionis myrobalanorum citrinorum cum aqua rosata. ʒ. vi. litii. ʒ. ii. s. zinzi. piperis longi: an. ʒ. i. aspergantur cum succo agrestæ, & terantur cum eo: deinde exiccentur & pulerizentur, & fiat cum eis alcohol. Hamech. Confectio alcohol conferens obscuritati uisus: abstergit enim oculos & clarificat. ℞. tutiæ, antimo. ana. ʒ. vi. salisgē. ʒ. ii. litii, sief memithæ: ana. ʒ. i. camphoræ. ʒ. i. tertiam. Terantur tutia, & antimonium, & misce conterendo cū aqua myrobalanorum citrinorum, & hoc per triduum: deinde cum aliis fiat cohol: et utere. Alexander. Collyrium satis efficax in clarificando uisum et ad auferendam caliginem. Recipe fellis perdicis dra. i. et mellis dra. ii. succi fœniculi depurati.

depurati. ʒ. iii. pone in uase uitreo, & suspende in sole per dies septem: deinde utere. est. n. efficax, Sabor. Confectio trypheræ mirabilis uigorantis uisum: cui accidit impedimētum propter fumos ignitos cholericos, aut salitos, & est ei impressio fortis, reducit. n. oculos ad formam uigoris adolescentiæ. ℞. myrobalanorum chebulorum, citrinorum, & indorum: ana drach. ii. &. s. belliricorum, & emblicorū, ana drach. ii. zucchari drac. v. tere in uase lapideo, & funde super ipsum aquam fontium claram: sicut aspergendo parum post parum: & hoc facias per dies tres. deinde dimitte siccari: & post hoc sparge super ipsum distillando ex oleo rosato, aut amygdalino. Et contere per alios tres dies: & iterum dimitte siccari. Deinde accipe rosarum, sandali, macaziri, cubebe, cardamomi: ana. ʒ. ii. spodii, macis: ana. ʒ. i. such. ʒ. i. &. s. deinde accipe zucchari tabarzet, lib. i. tamarindorum: eyron, drach. iiii. pruna quinquaginta. Fac ex eis formas similes auellanis: & da mane quolibet à drac. ii. usq; ad aur. ii. cum aqua calida. bonum. Idem. Confectio alia addens in uisum, auferens tenebrositatem eius. ℞. herbæ albedustur, seminis rutæ, an. drach. vii. s. siseleos, calamenthi do-

B mestici, zinzib. pulegij, cubebe, nucis musca. an. ʒ. v. scesebram. vnc. i. &. s. garyophyllorum, mastiches, margaritarum non perforatarum: an. ʒ. i. & tertiam alterius, serpētis combusti, crystalli: an. ʒ. ii. &. s. balsami grana. vi. & ponderis croci. ʒ. i. tertiam, zucchari lib. ii. fiant ex eis formæ similes auellanis: & da ex eis à drach. i. usq; ad. ii. In hyeme conueniunt senibus: bonum expertum: si Deus uoluerit.

De casu pilorum palpebrarum. Cap. 17.

SI accidat propter defectum materię. Cura est in primis cum eis quæ reparant materiam ex bono, & largo regimine sicut scis. Deinde cum eo quod trahit materiam ad locum necessitatis, sicut sunt medicinæ & collyria quas dicemus post. Et quandoque fit ex causa propria & corruptione materiæ ægritudinis in ipsis palpebris: sicut est silach: quæ est proprie corrosio cum rubedine & asperitate, & pruritu in ipsis palpebris: & cura eius est ut mūdificetur caput ab humore nitroso salsuginoso & acuto: deinde administretur regimen humectatiuum: & frequentetur ingressus balnei, & inclinatio super uaporem aquæ, calidæ, & em-

C plastrationes ex medicinis humidis, sicut est portulaca cū lacte & mucilago psyllij, cum oleo rof. aut mucilago seminum cydoniorum: aut amygdalæ amaræ, aut dulces cum lacte & similia. Postquam autem acquiritur palpebris temperies & teneritas, tunc administranda sunt medicamina pilorum generationem facientia ex his quæ dicemus. Et quandoque est sisach chronicum grossum durum: quare uapor qui est materia pili non inuenit transitum. Et cura eius est mundificatio capitis cum iteratione, & phlebotomia, & uētosatio crurium, & usus balneationis, & emplastratio cum lentibus excorticatis in eo quod mulgetur ex granatis contritis cum rob. Deinde administratio medicaminum facientium pilorum generationē, quæ dicemus. Et ex eis est lapis lazuli proprie, & lapis armenus arcohol facto ex aliquo eorum cum spica, & producto cum radio super palpebras, aut ex antimonio & spica: & lapidi lazuli inest proprietas mirabilis. Muscæ autem si exiccantur abscissis capitibus, & fiat linimentum ex eis cum auellanis assis & adipe caprino aut ursino, inuenitur efficax. Citrangulorum quoq; semina si adurantur & liniantur cum adipe caprino, pilorum faciūt facilem generationem. Mahemet Arasi. Confectio alcohol reparantis pilos in palpebris & confortantis eos. ℞. ossiū myrobalanorum adustorum partem unam, fumi thuris partis unius quartam, spicæ romanæ, lapidis lazuli: ana partis unius tertiam: liniatur super palpebra cū radio. Emplastrū quo utendum est super palpebris curans silach, & remouēs pruritum & scabiem. Accipe granatum unum integrum, & decoque illud in aceto usquequo dissoluatur & emplastretur super palpebras.

Linimētū è muscis.

De cura inuersationis pilorum palpebrarum. Cap. 18.

CVra huius ægritudinis fiat secundum unum quatuor modorum. Primus est inuiscatio eorum cum aliquo leuis uiscositatis: sicut cum mastiche, aut cum sputo & cola: aut cum gumma pini, aut bdellio dissoluto in albu-

A mine oui, aut cum aliquo talium. Secundus est ordinatio pilorum & restrictio eorum ad unum ordinem. Et hoc quidem fit secundum hunc modum. Accipe acum subtilem, & perfora in exteriori parte palpebrę, ut perueniat perforatio usque ad interiorem partem ubi est ordo naturalis pilorum: & deinde accipe pilum, & pone in foramen acus, & extrahatur ut pilus inueniat uiam ad ordinem: & sic fiat de aliis si sunt plures usque dum ordinentur cum aliis. Deinde ponatur medicamen punctorum consolidationem faciens, & constrictionē. Tertius modus est, ut euellantur pili unus post alium, & igniatur stilus, aut acus, & cauterizetur locus unde est pilus euulsus cauterizatione sufficienti: & sic fiat de aliis. Quartus est, ut post euulsionem pilorum fricetur super loco medicamē pilorū generationē prohibens sicut proprie oua formicarū, aut rubigo ferri cum saliua.

Cura hordeoli in palpebra. Cap. 19.

CVra huius ęgritudinis est secundum unum trium modorum. Primus est, ut prohibeatur collectio eius in principio sui cum eo quod est sicut aloe, acacia, & li-

B tium linimento facto eis & supposito, aut bdellium resolutum cum aqua menthæ humidæ, & hoc post corporis & capitis mundificationem. Secundus modus est, ut si illa non contulerint, administrentur resolutiua mediocris resolutionis. primo post euacuationes ex eis quæ scis: & proprie resoluatur bdellium in aqua, & liniatur super locum: & fortius illis est opopanax: & adhuc fortius ammoniacū cum aceto. Et scripsit Oribasius linimentum bonum expertum & est ut accipias olibani, myrrhæ: ana partem unam: ladani quartam partis unius, ceræ, aluminis, baurach armeni ana. partem. s. liniatur cum fęce olei de litio. aut accipe galbani, drach. iii. baurach. ʒ. i. liniatur cum succo apii. Tertius modus est, ut si resolutioni non obediat, suspendatur palpebra, & inuersetur, & scindatur secundum interius palpebræ, & aperiatur tunica interior eius, & exprimatur donec ingrediatur totum quod est sicut mucilago: deinde sanetur vulnus cum linimentis: quæ sunt sicut sanguis draconis cum albumine oui, aut cerussa cum albumine oui, & similia.

C *SVMMA. VI. de curis ægritudinum aurium. Et primo de dolore aurium.* *Cap. 1.*

SErmo noster erit deinceps de ægritudinibus aurium, si Deus uoluerit. Et primo de dolore earum, qui quādoque accidit à malitia complexionis sine materia, aut cū materia. Et si quidē sine materia, solū alteratione indiget. Si uero fuerit calida, iuuatur ex infusione albuminis oui recentis, aut mucilagine psillii, & similium ex eis quæ dicemus. Si autem à malitia complexionis frigida fuerit, conferunt infusiones, & iniectiones calidæ. Si autem malitia complexionis sicca, iuuatur humidis. Si autem humida siccis, quæ fiunt per traiectorium, & emplastrationes ex his quæ dicemus. Si autem malitia complexionis fuerit cum materia, & fuerit calida, euacuetur per phlebotomiam. Si sanguinea fuerit ex repletione in sanguine, de uena cephalica. Deinde procedendum ē

D ad alterantia quæ dicemus. Quod si cholerica fuerit, & est ille dolor qui fit secundum plurimum, euacuetur cum eis quæ scis, & frequentetur lenificatio naturæ cum aqua fructuum. Deinde seda dolorem cum alterantibus quæ dicentur. Si autem dolor uehementior fuerit, cōcedimus aliqua ex narcoticis: sicut sief memithe proprie cū aliquanto opii, & distemperetur cum lacte mulieris, & instilletur in aurē. Si autem materia fuerit frigida, euacuetur cum eo quod conuenit. Deinde alterantia sedātia administrentur ex eis quę dicemus. Si autem dolor à grossa fuerit uētositate, scribemus medicamenta eius post. De doloribus auris factis ab apostemate, aut ulcere, aut oppilatione, aut ingressu aquæ, aut animalis, singularia scribemus capitula. Post hæc autem non prætermittimus quod medicamenta quæ distillantur in oculos, semper actualiter frigida mittenda sunt, quæ autem in aure, tepida aut calida sunt opponenda, siue sint ad ægritudines calidas siue frigidas. Medicaminum (Canō practicus.)

nar-

regimen ſubtiliatiuum in his quæ comeduntur & bibuntur: & cæteris, & mundificando corpus & etiam capitis ſolutionibus factis cum iteratione & iteratione. At ſi ulcus recens fuerit, duplici eget genere curationis. Primũ eſt mundificatio & abſterſio cum eis quæ ſunt abſterſionis mediocris ſicut eſt aqua mellis proprie, aut uinũ cum melle, aut acetum cum melle, aut oximel ſquilliticum, & ſimilia factis ex eis iniectionibus poſt iniectiones per ſyringã, aut per aliquid aliud quod eſt ſicut cannellus pennę ſubtilis. Deinde cum bombice aut lana ſubtili abſtergetur. Secundum genus curationis eſt exiccatio, & conſolidatio eorum cum eo, quod eſt mediocris exiccationis ſine mordacitate multa, ſicut eſt proprie olibanum ſolutum cum uino, aut ſarcocolla & olibanum ſoluta in uino & melle pauco: & expertum bonum. Et ex eis eſt myrrha & aloe diſſoluta in uino: & ſandaracha in hoc eſt mirabilis: & proprie trita cum uino & melle immiſſa cum licinio. Sanat enim & dolorem tollit. Et ſimiliter alumen cum aceto tritum contritione ultima expertum eſt. & ſimiliter licinium cũ ſief memithe. Alumen iamenum, & myrrha, & aloe, & ſandaracha, & ſarcocolla cum melle & uino ſunt ex ſumma eorũ. & ſimiliter ſanguis draconis. Sief memithe, ſarcocollæ, myrrhæ, aloes, ſpumæ maris, olibani, an. pars.i. aluminis aduſti pars.i. &. s. Terantur contritione ultima cum melle & uino uſque dum fiat in terminum mellis tenuis. deinde utere cum licinio. Si autem antiquum chronicum fuerit triplici eget genere curationis. Et primum quidem eſt mũdificare, & abſtergere ulcus à uiru, & putrefactione & corruptione fœtida cum eis quę ſunt uigoroſæ abſterſionis: nõ nimis fortibus in principio: ut perueniatur paulatim ad ea quæ ſunt fortiora. Ex rebus generum mediocrium eſt urina pueri cum melle, abſinthium cum uino & melle & modico ſalis gemmæ, & oxymel ſquilliticum cum modico floris æris: & fortius eſt alchitran cum melle: & ex eis eſt uinum decoctionis radicum luf cum melle: aut ſuccus aſphodelorum cum melle & modico ſalis gemmæ: & confert ſuccus foliorum nucis: cum melle, & uino & adhuc fortius eis eſt fęl tauri cum urina pueri, & hoc apud uehementiam putrefactionis, & fœtoris. Et ex compoſitis ultimis ad hoc ẽ unguentum ægyptiacum quod diximus in antidotario: & proprie ſolutum in uino aut aceto: & diſtilletur in aurem & eſt mirabile. & ſimiliter unguentum de flore ęris: aut medicamen huiuſmodi compoſitum. Rec. floris æris, & tubel æris, an.ʒ.ii. ſucci porrorũ, mellis puri: an.ʒ.i. Vrinæ pueri quantum ſufficit. Terantur uſq; dum fiat ſicut mel: & utere. Secundum genus curationis eſt incarnatio & reparatio eius quod iam per putrefactionem deperditum eſt: & hoc quidem perficitur cum rebus mediocris exiccationis abſque mordicatione uehementi, & ſunt ea proprie quorũ in conſolidatione uulnerum non antiquorum rememorati ſumus. Tertium genus curationis eſt exiccatio & conſolidatio ulceris cum rebus exiccatiuis: & cõſolidatiuis in quibus fit permiſtio aliquorum acuitatem habentiũ: ſicut myrrha, aloe, thus, & ſimilia quorum præceſsit rememoratio: quibus admiſceantur aliqua quæ ſunt ſicut colcothar, flos æris, & ſimilia. & nos trademus compoſitiones ſolennes quantum pertinet ad hanc partem. Filius Zachariæ Araſi. Confectio medicaminis ad ulcera quæ fluunt in aure: & eſt expertum. ℞. ſarcocollæ, ſang.draco. olibani, ſpumæ maris, myrrhæ, baurach, boli armeni, ſcoriæ ferri, floris æris, aloes, colcothar: ana partes æquales. Terantur contritione ſubtili: & ex media parte eius fiat ſief: & diſtilla ex eis in aurem cum aqua mellis, aut melicrato, aut oxymelite: & ex alia medietate inuoluto licinio in melle, & in medicamine mitte in aurem lotam prius ex aceto & aqua & exiccatam cum bombice, aut lana. Ioannes Serapionis. Vnguentum ægyptiacum conferens ad ulcera ſordida, & putrida, & fœtida, ſiue in aure, ſiue ubicunq; ſint per corpus: & ad fiſtulas, & ad ulcera maligna: quæ ſunt in locis abſconſis & intricatis, & indigent abſterſione. ℞. mellis deſpumati.℥.iiii. aceti boni.℥.iii. ziniar.℥. i. confice cum igne leui uſque dum mellis habeat ſpiſsitudinem: eſt enim abſterſiuum ſublime. Idem modus confectionis ſcoriæ ferri cuius iuuamentum eſt ſublime ad ulcera quæ fiunt in aure. Accipe ex ſcoria ferri, & laua eam cum aceto forti poſtquam triueris eam uehementer. Deinde exiccetur ſuper latere calido: deinde fiat ſimiliter uſq; ſepties. Deinde teratur uſque dum fiat ſicut puluis ſubtilis: & decoquatur in aceto decoctione uehementi uſq; dum habeat ſpiſsitudinem mellis: & diſtilletur ex eo in aurem, aut intromittatur cum licinio.

De uermibus in aure. Cap. 7.

Vermes in aure indigent medicamine necante eos in primis. Deinde ingenio educendi eos ne propter remanentiam eorum accidant putrefactiones & ulcera. Et primum quidem perficitur cum medicinis quibus eſt proprietas ſuper hoc: ſicut amaris proprie, & acutis, & acetoſis: & quandoque ingeniãtur: & dãtur medicinæ, quæ ſunt uenenum eis cum permiſtione dulcedinis ut auidius recipiant. Res autem quibus eſt proprietas necandi eos, ſunt ſicut abſinthium proprie, & taraſacon, & cẽtaurea: quodcunq; eorum coctum cum uino & diſtillatum. Et calamenthum eſt fortius his: necat enim uermes: & dolorem ſedat: & proprie ſuccus eiũs: & ſimiliter ſuccus capparis. Ellebori albi diſtillatio facta cum uino experta eſt. Et ſimiliter ſcammoneæ diſſolutæ in aceto, & aloes cum uino & ſucco capparis, aut calamẽthi. Valet etiam cucumeris agreſtis ſuccus cum radice eius, & ſuccus foliorum perſici cum aceto, & ſuccus radicum mori. Ex bonis miſcibilibus cum eis ſunt fęlla aut euphorbium: & oleandro ineſt proprietas mirabilis. Et dixit Gale. Si cætera nõ conferãt, ſulphur uiuum & calx uiua terantur: & ex eis cũ melle fiãt trochiſci, & diſtilletur ex eis in aurem cum aceto. & alchitran diſtillatus in aurẽ eſt ex eis quæ ultimo necant eos. & ſimiliter ſuccus cucumeris aſinini, aut calamenthi cum ſcãmonea, aut ſynapis ſemen cum ſucco hyoſcyami. Secunda res perficitur cum ingeniatione educendi eos: & proprie ut diſtilletur in aurem hora poſt horam oleum tepidum. Deinde ſternutet cum condiſi: & retineat os & nares, ut ſpiritus ferantur ad aures cum impetu: & quandoque rationabiliter applicatur uentoſa in aure. Si autem uermes putruerint in aure, impleatur auris una uice poſt aliam uino & oleo tepidis & radio immiſſo in ea cum bombice, aut lana abſtergatur: & lauetur uſq; dum totum excludatur corruptum. Hamech. Medicamen conferẽs uermibus in aure, & doloribus eorum. Accipe olei de perſicis, olei de chryſomelis, olei de amygdalis amaris, aut ſucci foliorũ radicis, & ſucci apii: ana partes. ii. Bulliant lento igne uſque ad conſumptionem ſuccorum. Et diſtilla ex eo in aure mane & ſero.

Necat uermes

De ingreſsione aquæ in aurem. Cap. 8.

Cura huius ægritudinis fit ſecundum unum trium modorum: aut cum ingeniatione, quã ſequitur euacuatio: aut attractio: aut reſolutio. Prima quidem perficitur cum tuſsi, & ſternutatione comprehendendo os & nares: aut effundatur in aurem aqua uſq; dum repleatur. deinde inuerſetur cum uelocitate, & excludatur aqua tota: & immittatur radius ſubtilis aure exiſtente inuerſa: & commoueat caput ſuum frequenter: & deſcendat per gradus uelociter: aut tuſsiat & ſternutet. Hæc enim faciunt egreſsionem aquæ facilem. Secunda res perficitur cum ſuctionibus & medicinis quæ attrahunt aquam efficaciter: ſicut ſpongia marina immiſſa in aurem ligata cum filo, ut facilius fiat eius attractio: aut lana quæ inuenitur in conchis marinis: aut fruſtum medullæ ſambuci. Et ex inſtrumentis eſt cannellus qui intromittatur in aurem: & fiat ſuctio per ipſum: & quandoque permittitur in aurem extremitas cannellaris: & proprie inſtrumenti quod attrahit, quando ſubito relinquitur ei uacuũ: & eſt modus attrahendi uehemẽs: quare attrahitur aqua fortiter. Tertia perficitur cum ingeniatione qua fit aquæ reſolutio cum facilitate: & eſt ut accipiatur cannellus anethi: & inuoluatur ſuper una extremitatum eius cotum ſicut uſque ad tertiam ipſius. Et alia extremitas mittatur in aurẽ, & circũdetur ei aliquid ex coto: ut ſigilleẽ in foramine auris: deinde accẽdatur ſuper extremitatẽ quæ eſt extra ignis. & dixerũt aliqui ꝙ prius fuerit ſubmerſa in oleo. reſoluitur.n. aqua cũ operatiõe hac, uice poſt uicem: extracta autem aqua diſtilletur in aurem oleũ roſatum tepidum inſtillatione poſt inſtillationem.

Summa,

SVMMA. VII. de ægritudinibus narium: & primo de fœtore narium. Cap. I.

Foetor narium ſi fuerit propter uulnera in naribus aut propter hęmorrhoidas natas in ipſis dicemus curam. Si autem fuerit propter humorẽ putrefactum in circuitu narium, aut ſuſpenſorum, aut adhærentium in partibus colatorii, aut in parte mammillari, aut in uentriculis cerebri: tunc cura eius eſt tres res. Prima eſt mundificatio capitis pluries iterata cum medicinis: quarum forma eſt apud te: & iam ſcis eam. & hoc fiat poſt regimen bonum in ſex generibus rerum, ſicut etiam ſcis. Secunda eſt intentio circa partem, ut abſtergatur & mundificetur quod de corruptione inhæret in partibus alchaiaſin. & hoc quidem perficitur cum medicinis quibus ineſt proprietas hoc facere: & ex eis eſt uinum bonum odoriferum. de quo fiat collutio poſt collutionem, primo ſimplici, deinde cum uino decoctionis eorum quæ ſunt ſicut myrrha, cyperus, roſæ, calamus aromaticus, xyloaloe, & ſimilia. Deinde inſuffletur in nares calamus aromaticus, ſpica, cyperus, roſa, myrti folia, & ſimilia ſingulariter aut coniunctim cum modico ſalis gẽmæ: & ſimiliter confert puluis calamenthi montani inſufflatus, aut xylobalſami: & fortius eis eſt elleborus albus. Inquit Gal. Vrina aſinorum eſt ex melioribus lauacris, & infuſionibus ad fœtorem narium. & conferunt immiſsiones tẽtarum: & proprie ex eiſdem ex quibus fiunt inſufflationes, quorum nominatio præceſsit: & proprie confectę cũ melle aut cum uino odorifero. Et ex rebus mirabilibus ad hoc eſt tenta facta ex puluere hieræ picræ.ʒ.iiii. calami aromatici, myrrhæ, gariophyllorum: ana.ʒ.ii. ſpicæ, folii, florum ſquinanthi, darſeſaham.ʒ.ii.&.s. & fac tentas cum uino bono. Inquit Dioſcorides. Darſeſahan ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius eſt ad hoc medicamen expertũ. Tertia res perficitur cum eo quod facit diuerſionem materiæ ab emunctoriis & partibus narium, ſicut proprie cauterium factum in zuhendeg, cuius formam narrauimus in capitulo de catarrho, & in curis oculorum. Fit etiam fœtor narium ex uapore eleuato à ſtomacho, & alia parte, & cura eius eſt ſicut proceſsit poſt correctionem ſtomachi, aut alterius partis. Sabor. Confectio medicaminis auferens fœtorem narium, & faciens ex eis inſpirare bonum odorem. ℞. xyloaloes crudi, gariophyllorum: roſarum: an.ʒ.ii. ſpicę, ſuch: ana.ʒ.i. confice cum uino bono antiquo, & aromatica cum muſci dauich.ii. fac pilulas in modum ciceris, & diſſoluatur una ex eis in oleo nardino, aut aqua roſacea, & diſtilletur in nares poſtquam laueris eas cum uino decoctionis ſpicæ, & roſarum. Mahemet Araſi. Modus confectionis ad fœtorem narium expertus. Accipe aluminis myrrhæ, calamenthi, galliæ: ana. Tere & exuffla ex eo in nares: poſtquã laueris eas cum uino antiquo odorifero multis uicibus. Deinde licinium in eodem medicamine intinctum ponatur. Idem. aliud. Accipe calami aromatici.ʒ.i. myrrhæ, galliæ: ana.ʒ.s. muſci dauich.s. Fac ſicut prius. Idem. Confectio decoctionis qua lauandæ ſunt nares multis uicibus: abſcindit fœtorem narium. ℞. ſpicæ, galliæ, gariophyllorum: ana partes æquales. Coquantur in uino aromatico, & ſugantur naribus, & lauentur nares & licinium infuſum in eo mittatur.

Tenta mirabilis.

De fluxu ſanguinis narium. Cap. 2.

Quando eſt creticus, eſt expectandum ſuper eo niſi exuberet exuberatione ſuper qua formidatur de caſu uirtutis. Et tunc ſuccurrendum eſt, ſicut dicemus poſt. Et fit quandoque fluxus ſanguinis ex naribus ſuccedens ſodæ, ſedans ſodam proprie pulſatiuam, & quieſcendum eſt in eo, niſi ſuperfluat. Et tunc ſuccurrẽdum eſt ei ſicut dicetur poſt. Et fit quandoque propter fracturã arteriarum cerebri: & raro recipit curam. Verum ei ſuccurremus, ſicut dicetur poſt. Et quandoque accidit poſt ebullitionem factam in ſanguine cum communitate totius corporis: aut cum communitate hepatis tantum: quando propter ſupercalefactionẽ eius cadit ebullitio in ſanguinẽ: & intentio in curatione eius eſt duplex. uniuerſalis.ſ. & particularis. Vniuerſalis quidẽ fit tribus modis. Primus modus eſt cum eo quod alterat malam complexionẽ, & aufert acuitatem ſanguinis, ſicut proprie cibi, & potus frigidi, & congelantes: & infuſiones, & balnea in aquis frigidis, & ſeſsiones in eis, & emplaſtrationes ſuper hepar ex rebus ueræ infrigidationis: & acetum in hoc eſt mirabile: & proprie emplaſtrationes pannorum infuſorum in aceto infrigidato in niue: & poſitæ ſuper hepar, & ſumen, & extrema: & ſuper teſticulos utendo permutatione poſt permutationem: cautela ſuper hoc adhibita ne ultima ſequatur infrigidatio. Secundus modus eſt ut fiat diuerſio ſanguinis ad diuerſum uel oppoſitum: & hoc quidem perficitur cum phlebotomia ſubtili ex latere oppoſito in principio. Deinde ex eodem fiat. Et quandoque oportet ducere ad ultimã fere euacuationẽ: & uentoſationem ſuper hepar ſi eſt ex nare dextra: aut ſuper ſplenem: ſi eſt ex nare ſiniſtra, aut ſuper utranque & ſumen, ſi eſt ex utraque. Et conferunt etiam uentoſationes ſuper crura: & ſuper calcanea ex parte domeſtica. quæ ſi non conferunt, adminiſtrentur uentoſæ ſuper ceruicem, & ſuper ſpathulas cum ſcarificatione tenui. Ad hoc conferunt ligaturæ, & compreſsiones doloroſæ factę in extremitatibus & in teſticulis uirorum: & mammillis mulierum. Adiudicamus præterea ſecundum ſapientiam: ut ſi acuitas & inflammatio uincant in ſanguine ſupra multitudinem: modus primus præponatur ſecundo. Si autem multitudo uincat, aut multitudo ſimul & acuitas uincant in ſanguine, modi ſecundi ſapientia præponenda eſt. Tertius modus eſt, ut acquiratur coartatio in uiis, & ductibus. Et hoc quidem perficitur cum linimentis ſuper frontem & tempora ex rebus infrigidatiuis, & conglutinatiuis, & ſtypticis: & ſi oportet, ſtupefacientibus ex his quæ dicemus. Particularis autem intentio perficitur cum ſolicitudine adminiſtrationis rerum per inſtillationem, & inſufflationem, & immiſsiones tentarum fluxum ſanguinis conſtringentium. Medicinæ quidem facientes hoc aliæ ſunt conglutinatiuæ, ſicut puluis molendini proprie, & farina, & tela araneæ, & proprie quæ eſt in molendino, aut quę eſt uicina furno: & albumen oui, & ſpõgia marina cum alchitran combuſta: & fumus picis, & thus, & fumus thuris, & ſtercus aſininum, & charta combuſta, & pili leporis, & coagulum eius & ſuccus alfazar, & gypſum, & gummi aſſum, & dragaganthum combuſtum. Aliæ ſunt uehementis ſtypticitatis ſicut roſa, & ſemen eius, gallæ, & balauſtię, & heuſiſtidos, & chacular, & ſuccus albeſandal, & ſuccus albelach, & ſuccus palmæ, & abon, cortices, & flores granatorum, & bolus, & terra ſigillata, & alumen, & cãphora, proprie hæmatites, & gummi aſſum, myrrha, charabe, & ſanguis draconis, & antimonium, & ſuccus foliorũ ſalicis, & ſuccus foliorum uitis & ſimilia. Alia ſunt uehemẽtis infrigidationis congelantia ſanguinem: ſicut camphora proprie: & cortex mãdragoræ, & ſuccus eius, hyoſcyamus, papauer, lactuca, & ſucci earum, & opium & ſimilia. Et alia ſunt, quæ ſunt cauterizatiua: ſicut calx, colcothar, chalcanthum, æs uſtum, arſenicum, flos æris, & ſimilia. Et alia ſunt quæ operantur illud à proprietate, ſicut frequẽtatio comeſtionis cerebrorum gallinarum, & ſtercus aſinini inſufflatum, & ſuccus albedarogi inſtillatus, & ſuccus porri, & ſuccus portulacæ & ſimilia. Verum conglutinatiuę, & ſigillatiuæ, & ſtypticæ ſunt meliores eis: & fit per eas curatio uera. Congelatiuæ uero ſtupefacientes, & cauterizatiuæ ſuſpectæ ſunt. Hę enim aliquando moribundæ ſunt congelando ſpiritus, & extinguendo calorem uitæ. Aliæ uero licet reſtringentes magnificant tamen uulnera. Et poſt caſus cruſtelle uehementior fluxus redditur quàm fuerat prius. Verificatores uero qui operantur ſecũdum ſapientiam aggregant ex diuerſis diuerſarum intentionum & perficiunt ex eis unum uirtutem habens ſigillatiuam, & carens ſuſpitione ex his quæ timentur: ſicut trademus poſt. Et oportet medicamina quæ mitti oportet in naſum, ut terantur ultima contritione: ſicut alcohol. Deinde poſt iniectionem earum in naſum, ſtringatur ſuper eas uehementer uſq; dum imprimant & ſigillent ſuper apertionem uenę in impreſsione bona. Emplaſtrum quo utendum eſt ſuper frontem & tempora: & linitur ſuper ea, & ſedat ſanguinis fluxum. Accipe boli armeni, gypſi puri, ſucci barbæ hircinæ: ana partes æquales,

Intẽtio in hac cura duplex.

Acetũ ad hoc eſt mirabile.

les. Terantur contritione ultima. deinde contere cum aceto forti in uase lapideo, ita quòd elaboretur multũ in eius contritione usq; dum fiat sicut mel habens mediocritatem inter tenue & spissum: & liniatur in fronte & temporibus & stringatur super eis cum pila facta ex stupis: & ligatura stringente: est enim expertum. Et quandoq; apud necessitatem additur opii circiter pars. s. Infusio aquæ ueri frigoris super caput & constrictio facta in temporibus ex pila infusa in aquæ huiusmodi stringit sanguinis fluxum: & similiter in aceto infrigidato in niue, aut succo foliorum salicum, & menthæ, & foliorum uitis similiter infrigidatis in niue: & quandoque commiscentur cum his aliqua ex stupefacientibus, sicut necessitas cogit. Hamech. Emplastrum bonũ nobile ad fluxum sanguinis ex naribus, & est expertum & forte: quare oportet super eo cautelam adhibere. ℞. cãphoræ, opii, succi alchafel: ana partem unam, farinæ hordæi partes. ii. confice cum succo albelach: uel cum succo uuæ lupinæ: uel cum aqua rosata. & lini super frontem ex eo: & tempora: & pone cum licinio ex eo in nasum. Idem. Medicamẽ abscindens fluxum sanguinis ex naribus. Accipe papyri cõbustæ, corticum ouorum combustorum, acaciæ, corticum granatorum: ana. Misce cum eis parum infusionis aquæ salis, & cum licinio naribus immite. Idem. Aliud ualens ad fluxũ sanguinis ex ruptura arteriarum. ℞. olibani, aloes: ana. Tere, & confice cum albumine oui, & fiat sicut mel, & utere cum licinio. Medicamen ex inuentione nostra cito sanans. Accipe camphoræ, sanguinis draconis: ana. ʒ. i. chachiæ, sandali rubei fricti, colcothar, aluminis iameni, thuris, papyri combustæ: an. ʒ. ii. Confice cum aqua salis, & fac trochiscos: & quando oportet, dissolue cum encausto scriptorum. Deinde fac siccari, & combure ipsum: & cinerem eius naribus insuffla: est enim expertum. Aliud similiter ex inuentione nostra. Accipe pannum lineum antiquum: & submerge ipsum in licinio dissoluto in encausto scriptorũ: & utere licinio. Aliud similiter ex inuentione nostra. ℞. pãnum lineum antiquum & submerge ipsum in licinio dissoluto in encausto scriptorum. Deinde fac exiccari & combure ipsum, & cinerem eius naribus insuffla: expertum bonum, si Deus uoluerit: uel solum licium in panno illini: & combure, & utere. Gabriel. Aliud ualens similiter. Accipe scoriæ æris, & papyri combustæ, & corticum ouorum combustorum, chachiæ, corticum granatorum: an. confice cum albumine oui, & urere. Dioscorides. Stercus asininum siccum & recens insufflatum in nares: & etiam odoratũ stringit fluxum sanguinis cum uirtute. Et dixerunt quidam ex posterioribus, quòd si misceatur cum eo opii, & camphoræ circiter aqua partis eius sexta, est medicamen ultimum. Isaac. Accipe sanguinis draconis, ramic, papyri combustæ: ana partem unam: seminis portulacæ combusti, balaustiæ: ana partem. s. tere. & utere cum cannello: & accipe ex eo: & confice cum succo coriãdri humidi: & utere cũ licinio. Filius Zachariæ Arasi. Confectio medicaminis quod ponitur super frontem & tempora, & abscindit fluxum sanguinis ex naribus. ℞. chachiæ, succi barbæ hircinæ, olibani, aloes, galliæ, balaustiæ, gummi asi, myrrhæ, boli armeni, opii: ana. Fiant trochisci, & liniantur ex eis super frontem cum aceto, & liniantur super pectine & renes: & conferũt mictui sanguinis, & fluxui menstruorum, & pessarizantur etiam in uuluam, & clysterizantur in uentrem & conferũt ægritudini sanguinis: & dysenteriæ: & conferunt fluxui sanguinis & uulneribus undecunque exierit. Ioannes Serapionis. Medicamen ascindens fluxum sanguinis ex naribus; & abscisione forti. ℞. colcothar, telæ aranearum, alumnis: ana partes æquales: confice cum albumine oui, & utere cum licinio lineo, & liniatur super frontem & tempora ex bolo armeno, succo barbæ hircinæ, farina lentis, & balaustiæ, & modico camphoræ, & opii cum aceto. Idem. Accipe aluminis, terræ sigillatæ, gallarum non perforatarum adustarum & extinctarum in aceto, succi heusitidos: ana partem. i. camphoræ, opii: ana partis. i. tertiam. Insuffletur ex eis in nasum. & intingatur licinium in encausto in quo duplicatum fuerit colcothar. Deinde aspergatur super ipsum ex medicamine, & mittatur in nares. Alexander. Spongiam marinam nouam in alchitran intinge, & combure & utere cum licinio. Ioannitius. Confectio medicaminis abscindentis fluxum sanguinis ex naribus. Accipe balaustiæ, sanguinis draconis, fumi thuris uel farinæ eius, aloes, colcothar, calcis uiuæ, gallarum adustarum extinctarum in aceto, aluminis iameni, gypsi, pulueris molendini: ana partes æquales. opii, camphoræ: ana partem. s. insuffletur ex eo in narem. & utere cum licinio. Aboali. Accipe succi barbę hircinæ, chachiæ: ana drachmam. s. camphoræ, gr. ii. confice cum succo florum palmę. & distilletur ex eo in nasum. Idẽ. Accipe papyri combustæ, corticum thuris, pulueris molendini, aloes, colcothar. ex medietate eorum fiat tenta cum aqua abedagori, uel albumine oui, & ex alia fiat puluis, & utere.

De nocumentis odoratus. Cap. 3.

Nocumenta odoratus sunt diminutio eius, aut priuatio, aut permutatio, aut mẽdositas. Odorabile enim aut sentitur debiliter, aut nullo modo sentitur, aut sentitur in contrarium eius quod comprehendit ratio, aut sentitur ex odoribus odor qui non inuenitur in aliquo præsentium. Et contingunt quidem nocumenta huius, quãdoque propter casum, aut percussionem in uiis, aut colatorio. Et accidit ex hoc ut cadant nocumenta in ossa & tortuositas & distolutio formæ: & fortasis non recipit curam. Et quandoque contingit ab apostemate, aut uulnere putrefacto, aut cancroso, aut à carne addita, & putrefacta. & dicemus curam eius post, & accidit interdum propter malitiam complexionis in caisin & nares interius & partibus eius sine materia, aut cum materia, aut uentositate oppilante caiasin, aut colatorio, aut duo emunctoria, quæ sunt sicut capita mamillarum: & quodcunque horum fuerit natum, aut chronicam aut uix curam habet. Si autem à malitia complexionis sine materia fuerit: cura eius est per contrariũ administrando embrochas in prora capitis, & suctiones per nares, & odoramenta, & caputpurgia ex his quæ dicemus. Et si quidem fuerit calida, conferunt lauacra ex rosis, & coriandro: & suctiones per nares ex oleo rosato & aqua rosata cum modico aceto & similia. Et quandoque miscetur cum eis quod est sicut camphora: & aqua decoctionis menthæ humidæ, aut siccæ cum cyperis, & est inuamenti sublimis. & similiter euaporatio aceti: est enim ultima. Si autem fuerit â malitia complexionis frigidæ, quod est secũdum plurimum, conferunt lauacra, & embrochæ ex eis quę sunt sicut spica, calamus aromaticus, calamenthum, sampsucus, & similia: & inunctiones & suctiones quæ fiũt naribus ex oleo costino & rutaceo, & oleo de neridẽ cum eo quod est sicut castoreum, euphorbium, muscus & similia. Si autẽ malitia complexionis fuerit cum materia aut uentositate grossa oppilante: intentio tũc in curatione est duplex. Universalis. f. & particularis. Et prima quidem perficitur cum euacuatione materiæ & iteratione eius si oportet. Secunda perficitur cum embrochationibus & lauacris, & inclinatione capitis super uapore chamæmeli, sampsuci, sisymbrii, calamenthi, spicæ & similium. Deinde cum gargarismatibus ex eis quæ mundificant caput: & iam diximus ea. Post hæc cum caputpurgiis & suctionibus per nares cum castoreo, & fellibus animalium, & condisi, & nigella, & rebus odorabilibus: sicut serapinum proprie & castoreum, & pipera, & muschus, & similia: & proprie mista cum oleo nardino chamæmelino, & similibus: & assiduatio odoris rutæ est experta in hoc capitulo: & similiter caputpurgium ex ea, & caputpurgium ex nigella trita contritione ultima quæ fuit infusa in aceto: & mista cum oleo antiquo: & sugat naribus uehementer. est. n. mirabile. Et caputpurgium ex urina cameli & elleboro aut pulpa colocynthidos aut euphorbio est sublime: & similiter ipsa urina per se. Cum autem caput purgia & effusiones generant ardorem & combustionem in naribus: tunc succurratur cum oleo rosato & lauacris ex aqua calida, & aqua furfuris, & oleo de cucurbitis, & similibus. Mahemet Arasi. Puluis bonus ad oppilationes narium & defectum factus. ol℞. arthanithæ, condisi, salis ammoniaci: ana. terãtur sicut alcohol: & suffletur ex eo in nares post quàm euaporaueris eas aceto calido. Idem. Aliud ualens similiter, et est bonum. ℞. nigellæ, fellis gruis, colocynthidos, ellebori albi: ana Terantur contritione ultima. Deinde

inde funde super ea conterendo urinam cameli arabici: deinde facias exiccari, & teri: & fiat ex eis sief cum oleo sambucino, aut sampsucino: distilletur in nares. est enim expertum bonum. Si autem dolorem patiantur: succurratur eis cum aqua calida, & oleo de semine cucurbitæ, aut aqua furfuris. Idẽ. Aliud sublime. ℞. nigellã postquam infusa fuerit in aceto & exiccata cõtere sicut alcohol: deinde misce cum oleo neteri. Et modus utendi eo est ut impleat patiens os suum aqua: & reclinet caput retro. Deinde instillẽtur ex medicamine aliquæ guttæ in nares: & sugat uehementer, donec egrediatur humiditas plurima tenendo os apertum super uaporem aquæ calidæ: deinde lauet cum aqua calida, & aliis: & faciat hoc tribus diebus, & tribus uicibus.

De apostemate narium. Cap. 4.

INtentio in curatione eorum est triplex. In principio nanque indigent medicamine repellente materiam: sicut proprie oleum rosatum, & oleum myrtinum cum aqua rosata quodcunq; eorum fuerit. Post hoc utendum est: quod est sicut oleum conquassatum cum aliqua ex mucilaginibus, aut cum lacte mulso recenti. Vltimo uero indiget medicamine maturatiuo: sicut proprie diachylon dissolutum in oleo, aut mucilagines maturatiuæ dissolutæ in oleo, aut mucilago radicum lilii conquassata cum oleo, aut radix lilii cocta in lacte, & trita cum adipe gallinæ, aut porci: & adeps gallinæ cum oleo de amygdalis amaris confert in hac hora. Hamech. Medicamen conferens apostemati, et bothor sanguineis. Rec. farinæ hordei, rosarum: ana partem unam camphoræ, partis. i. quartam. Tere & confice cũ aqua rosata uel succo granatorum acetosorum². unge intus & extra. probatum est. Idem. Aliud ad apostemata ex sanguine. Accipe succi solathri, & succi acetosorum granatorum, & aquæ rosatæ partes æquales: olei rosati partes ii. Conquassentur cum modico camphoræ, & unge intus & extra. Idem. Aliud ad apostemata ex cholera rubea. Rec. mucilagines psillii, aut semina cydoniorum, aut albumen oui: & conquassa cum oleo rosato aut uiolato: & infrigida ea, & utere. bonum est expertum.

De uulneribus & ulceribus narium. Cap. 5.

QVædam ex eis sunt manifesta exterius: quædam occulta interitus. Quæ autem manifesta sunt, alia sunt ficca sicut crustæ: alia humida lenia. Et prima quidem curantur cum medicinis mediocris exiccationis, sicut unguento de cerussa proprie unguento tripharmacon, aut oleo rosato dissoluto cum mastiche, & puluere rosato misto, & similibus. Si autem fuerint uulnera humida curantur cum medicinis minoris exiccationis, sicut oleo rosato, adipe gallinæ, & cera simul dissolutis & similibus. Consuetudinaria autem uulnera quæ sunt sicut crustæ bothor, & asperitas rubei coloris rosarum accidentes naso secundum exterius eius, curantur cum duobus cauteriis positis inter labia & gingiuas iuxta dentes caninos, ut ascendant hinc inde ad colatoria nasi. Occulta autẽ interius latentia in partibus alcaiasin praua sunt: & peiora quæ fiũt in partibus alcaiasin: praua sunt & peiora quæ fiunt in partibus colatorii. & adhuc magis quæ fiunt in uentriculis cerebri: & in eis quę sunt sicut capita mammillarum. Et ex eis quædam sunt recentia, quibus non multum præterit tempus: alia sunt antiqua chronica. Recentium autẽ duo sunt genera curationis. Primum quidem est mundificatio: & perficitur cum medicinis lauatiuis debilis absterſionis: sicut aqua mellis propric: & quæ hoc cursu procedunt. Secundum uero est consolidatio & figillatio eorum: & perficitur cum medicinis debilis exiccationis: sicut unguento tripharmacon, & unguento de cerussa confortatio cum modico myrrhæ, & olibani, & sanguis draconis. Chronica autem & putrida uulnera triplici egent genere curationis. Et primum quidem genus est mundificatio eorum cum eo quod est mediocris absterſionis: sicut uinum & proprie mel & similia. Et quandoq; expetit necessitas apud multitudinẽ putrefactionis, aut misceatur cum eis quod est sicut colcothar, aut unguentum ægyptiacum. Et urina quidem infantium est mundificatiuum bonum. Et nos diximus multa ex eis in capitulo de ulceribus aurium adhæc conferentia. Secundum uero genus est incarnatio uulneris cũ eis quæ sunt sicut unguentum de cerussa, aut unguentum tripharmacon aut confortata cum eo quod est colcothar modicum & similia. Tertium uero est consolidatio uulnerum & figillatio eorum: & perficitur cum medicinis exiccatiuis non multæ exiccationis sicut proprie maram factum ex rebus, quæ sunt sicut olibanum, myrrha, sarcocolla, & similia. Et quandoque apud necessitatem miscetur cum eis quod est sicut aristolochia rotunda, & colcothar & similia. Et proprie quando timemus de futura putrefactione, dicta sunt in capitulo de uulneribus aurium, quæ afferantur ad locum hũc. Excepto quòd uulnera aurium ficciori & acutiori indigent medicamine quam uulnera narium. Et tua est discernere, & mensurare ista. Et confert cauterium in zuhendeg. Hamech filius Zachariæ. Medicamen bonum conferens uulneribus narium recentibus & antiquis. & fecit Hispanus. ℞. cerussæ, olei sisamini, medullæ cruris uaccæ, & olei amygdalini dulcis, ceræ albæ, & gummi albotin: ana dragaganthi, gummi arabici: ana partem mediam. fiat ex eis gluten cũ modico aquæ rosatæ. Et fiat unguentum cum cæreris: & utere super morbo cum licinio de panno. Si autem alcajasi uulnera occupant: & descendunt perforamina usque ad palatum, & ad guttur, sugat naribus filum usquedum descendat ad palatum, & trahatur per os, & ducatur filum sicut serra, usquedum locum sanguinetur. Deinde unge filum cum medicamine: & hoc fiat omni die usquedum sanus fuerit: est enim expertum. Idem. Medicamen conferens fistulis in naso, & ulceribus siccis expertum. ℞. ceræ albæ partes ii. medullæ cruris uaccæ parte. i. olei chamæmelini, sisamini, olei nardini, olei de amygdalis dulcibus: ana partem. i. Fiat unguentum. & misce cum eis mucilaginis dragaganthi albi, & mucilaginis heusici, & mucilaginis seminis cydoniorum, & psillii, & seminis lini: ana partis unius sextam. Fiat ex eis unguentum cum pauco croco. Et utere sicut primum: ualet etiam ad scissuras labiorum. Idem. Aliud ualens similiter. Accipe ceræ rubeæ partem unam, olei rosati partes vi. Dissolue ea & misce cum eis lithargyrii, cerussæ, fęcis argenti: ana partis unius tertiã: fac unguentũ & utere: & eo sæpe tangat nasum. Sabor. Aliud bonum ualens ad idem. Accipe lithargyrii, olei rosati, & olei myrtini: ana partem. i. aceti, & succi myrtæ: ana partem mediam, confice & unge, bonum est, si Deus uoluerit. Et quandoque fit sine aceto, & pro aceto pone succum myrtæ: quandoque pro aceto uinum. Et est bonum. Gal. unguentum de flore æris bonum mundificans uulnera saniosa: & consolidans ipsa. ℞. ceræ ʒ. iiii. & olei antiqui uel facti ex oliuis immaturis ʒ. xvi. floris æris puluerizati sicut alcohol ʒ. ii. fiat ex eis unguentũ. Et utere cum licinio. Et quandoque additur uel minuitur ex flore æris secundum quod exigit necessitas. Vnguentum ex inuentione nostra sanans uulnera narium, & ubicunque sint in corpore. Accipe lubene, & triphyllon acetosum: ana ʒ. ii. proiice super ea postquam fuerint concussa, olei rosati, olei myrtini: ana ʒ. v. & dimitte in uasę lapideo per dies vii. Deinde ebulliant ebullitione una, & cola. Et cum ceræ citrinæ ʒ. ii. & ʒ. fiat unguentum ex eo in licinio. Et utere: & quandoque admisceatur ad omnes ʒ. istius unguenti ad flore æris ʒ. i. Filius Serapionis. Medicamen conferens ulceribus. Rec. cerussæ, merdasengi, & plumbi adusti: ana partes æquales, abluantur uicibus pluribus, postquam fuerint trita. Deinde fac ex eis unguentum cum uino & oleo myrtino diu terendo in mortario nunc oleum nunc uinum: ante parum infundendo usquedum impinguetur: expertum bonum.

De polypo qui fit in naribus. Cap. 6.

POlypus qui fit in naribus durus, & niger, & non tractabilis, & mollis, & putridus, & fœtidus fortasis non sanatur. Et qui elongatur & pendet, & aliquando egreditur extra habens radicem gracilem tenuem, nõ nimis profundatam, curatur incidendo iuxta radicem eius cum forficibus postquam apprehẽdis & trahis cum tenaculis: deinde post incisionem cauterizetur super eo quod remanet de radice cũ ferro ignito, aut cum medicamine acuto: & hæc quidem fiant post corporis mundificationem pluries iteratam: & post phlebotomiam. Et quandoque necessitas expetit ut fiat cauterium in zuhendeg, & proprie

apud fluxum rheumati ad partes narium ſicut dictum eſt in
eis quæ ſunt de curis catarrhi & coryza. Si autem polypus
deſcendit per foramina palati ad palatum, & guttur, traha-
tur ſimiliter cum tenaculis: & incidatur ſecus radicem eius
cum forficibus ignitis: & curetur deinde cum medicamine
acuto: ſicut iam diximus. Si autem eius inciſio non fuerit fa
cilis ſecundum modum quem diximus: tũc accipe duos aut
tres pilos caudæ equi, & torque ſingulum eorum per ſe: de
inde ex eis retorquendo fac ſicut filum unum, & fiant in eo
nodi tres uel quatuor: & mittatur per nares cum acu plum
bea: & declinetur cũ ea ad foramina palati: & trahatur per
ipſum palatum cum facilitate, donec filum exeat per fora-
mina palati: & tunc accipe utranque extremitatem fili: &
ducas, & reducas ad modum ſerrę uſq; dum tota incidatur
caro: & ſi t aliquid remaneat, tunc facias ſicut ſuperius di-
ctum eſt. Abiecta autem tota carne polypi curetur deinde
cum unguento uiridi & medicamine incarnatiuo. Plerun
que autẽ polypus non eſt multæ additionis: & curatur prę-
ter inciſionem cum medicinis acutis & aliis, ſicut dicemus
poſt. Si autem fuerit cancroſus, cura eius eſt difficilis. Cura
tur tamen quandoque cum medicinis acutis et aliis quæ di
ximus in capitulo de ulceribus narium: loco autem narium
à polypo perfecte mundificato curetur cum unguento uiri
di & unguento de ceruſſa dictis in cura vlcerum. Dioſcori-
des. Medicamen auferens polypum narium & omnem addi
tionem carnis in eis: & hæmorrhoidas narium cancroſas.
Accipe ſemen luf: & tere cum ſucco malorum granatorum
coctorum cum cortice ſua, & liniatur ſuper polypo in cir-
cuitu eius: eſt enim medicamen bonũ. Vna etiam luf & pro
prie ſuccus eius idem operatur, & ſimiliter ſuccus radicum
eius: & proprie lana ex aliquo eorum imbibita & immiſſa
naribus. Et eſt expertum. Galenus Medicamen ſanans &
conſumens omnes additiones carnium in naribus cum le-
nitate ſine dolore, & ſanans ulcera in eis & efficit operatiõ
nem ſuam tempore longo: quapropter ſine ceſſatione uten
dum eſt eo. Accipe ex tribus generibus granatorum partes
æquales, & tere eas ſecundum totalitatem eorum, & extra
he ſuccum ipſorum, decoque in eſſentia rob tenuis: deinde
tere ſubſtantiam granatorum contritione multa, uſque dũ
fiat ſicut paſta: & fac cum ſucco eorum formas ſimiles na-
ſcalibus, & intromitte ex eis in naſum unam poſt unam prę
liniendo tamẽ cum ſucco prædicto: & hoc fiat tempore ex-
tenſo: efficit enim operationem ſine dolore: & eſt exper-
tum. Quidam uero ex experientibus admiſcuerunt cũ eis
ex trochiſcis alcacalon quantitatem ſufficientem ad uigo-
randum operationem ex ipſis. Filius Serapionis. Cõfectio
medicaminis cõſumentis polypum, & omnem carnem addi
tam. ℞. ſcoriæ æris aur. iiii. chalcanthi aureos. iii. ellebori
nigri aur. i. arſenici rubei. ℥. i. Tere & fac puluerem, & in-
ſuffla in naſum: aut confice cum uino, & utere cum licinio.
Idem. Confectio trochiſcorum alcadicon, quorum iuuamẽ
tum eſt uirtuoſum: conſumunt enim polypum & cancrum,
& omnes additiones carnium in omnibus locis. ℞. calcis
non extinctæ, arſenici citri. ana partes. ii. colcothar, floris
æris, aluminis: ana partem. i. gallarum, cachiæ, balauſtiæ: an.
partem. s. Confice ea in mortario æneo cum aceto forti cõ
tritione ultima uſq; ad quinq; dies: deinde fiant ex eis tro-
chiſci: & conſeruentur in uaſe uitreo in loco frigido & ſic-
co: diſtempera unum ex eis cum uino, & utere cum licinio:
expertum forte.

De ſternutatione. Cap. 7.

Quib. ſternutatio utilis eſt.

STernutatio eſt in quibuſdam utilis, in quibuſdam noci
ua. Vtilis poſt maturationem coryzæ, & poſt digeſtio-
nem ſodæ, & phreneſis, & lithargiæ, & ſubeth, & inter-
ciſionis memoriæ, & epilepſiæ, & apoplexiæ, & ægritudi-
num neruorum, & ſcotomiæ: & facilitat partum & expul-
ſionem ſecundinæ. Ex his quæ ſubmouent ſternutationem
& incitant. Alia ſunt quæ ſumuntur per os ſicut cæpe acu-
tum, & allium, & ſynapis, & uinum forte & acutum & ſimi
lia. Alia ſunt ab extrinſecis incitantia: ſicut radius ſolis, uen
tus, acutus, fumus, & ſimilia. Et ex eis eſt approximatio ad
iuuenculam, & hæſitatio, et deſiderium coitus. Et alia ſunt
odorabilia, & intrantia narem: ſicut roſa proprie odorata:
generat enim ſternutationem calefactis, & folia myrti cũ

Sternutationẽ excitantia.

E aceto, & ſuccus foliorum uitis inſtillatus, & ſimiliter agre-
ſta, & ſimiliter camphora cum omphacino & opio inſuffla-
ta in nares. Et nenufar odoratum, & ſolathrum, ſimiliter &
ſief memithe cum camphora, & uapor aceti, & ſimilia. In-
frigiditatis uero ſternutationem ſtimulantia ſunt mezereõ
euphorbium, elleborus, condiſi, piper, oleãder, fęlla anima-
lium, caſtoreum, arthanita, cucumer aſininus, zinziber, pyre
thrum, ſampſucus, auricula muris, iris, nigella infuſa in ace
to, pulpa colocynthi. baurach, opopa. ſerapinum, aloe, ſuffel
gallia, ſynapis, ruta ſylueſtris: & ſimilia. Compoſita uero in
citantia ſternutationem plura dicta ſunt in capitulis quæ
præceſſerunt. Nociua uero ſunt ſternutatoria in principio
catarrhi difficilis: & in ægritudinibus catarrhalibus pecto-
ris, pulmonis, & faucium, & coſtarum, & digeſtionem ſodę
ex plenitudine: & etiam omnium ægritudinum quarum nõ
minatio præceſsit: & an mundificationem corporis com-
munem. Sternutatio autem facta per ſe quandoq; fit pro-
pter fortitudinem cerebri uigoroſi ad expellendum ſuper-
flua, & eſt ſignificatio laudabilis in ægritudinibus cerebri:
F deſperatur enim de eo qui ſternutare non poteſt, in ipſis ẽt
medicaminibus adhibitis. et quandoq; fit propter paſsibili
tatem cerebri patientis de facili impreſsiones frigoris et
caloris: et impreſsiones redũdãtes ex auſtro & borea. Qua
re fit coartatio et expreſsio propter impreſsionem ex fri-
gore et borea, et expellitur materia coartata, aut diſſoluta
et expulſio propter impreſsionem ex calore, et expellitur
auſtro materia diſſoluta. Sternutationem autem prohiben
tia ſunt proprie paſsiones animales, ſicut gaudium proprie
et ira, et ſolicitudines, et cogitationes, et frictiones auriũ,
et extremitatum, et contorſio naſi, et frictiones gingiuarũ,
palati, et linguæ, et oculorum. Et ſi contingat propter inci
tationem factam à calore, aut auſtro ſedant uehementiam
eius oleum roſatum, et oleum de ſalice, et ſimilia odorata
et effuſa in ambabus auriculis ſuper caput et ſorbitio aquæ
frigidæ, et ſugere eam naribus, et lauare faciem cũ ipſa. Si
uero contingat propter incitationem à frigore et borea,
conferunt infuſiones oleorum calidorum ſine mordicatio-
ne in ambabus auriculis, et ſuper caput et etiam nares, et
G ſorbitiones calidæ, et balneationes, et odorare chamæme-
lum et poma redolentia, et galliam, et ſpicam, et myrrham
et ambram et xylon aloes. Et conferunt etiam odores her-
barum quæ naſcuntur in mari, et ſpongiæ, et concharũ ma-
ris, et lanarum, et lipporum quæ ſunt in eis.

SVMMA VIII. de ægritudinibus oris, & primo de ſciſſuris labiorum. *Cap. I.*

SCiſſura labiorũ qñq; fit in labio ſuperio
ri et cũ cõitate narium et fit poſt cory-
zam et catarrhum ſolitũ fluere ad par-
tes illas: quare turget naſus et labiũ cũ
ueſtigiis rubedinis interdũ, et interdũ
bothor, et ĩterdũ cũ cruſtis, et ſciſſuris:
et aſpitate. Et cura eius ẽ tres res. Pri-
ma ẽ, mũdificatio ab humore qui ſuperabũdare uideť. Secũ
da eſt diuertere materiam cum phlebotomia ſi peccatũ eſt
in ſanguine, aut cum uentoſis cum ſcarificatione in occipi-
tio, et in collo: aut cum cauterio in zuhendeg, ſi neceſsitas
H expetit: et quãdoq; fiunt cauteria duo quæ diximus in capi
tulo de vulneribus narium, et ſunt mirabilis iuuamẽti. Ter
tia pars eſt, adæquatio loci; et correctio nocumentorũ quę
cadunt in locis ipſis. et hoc quidem dictum eſt in capitulo
de ulceribus narium. Et quandoque fit in labio ſuperiori,
aut inferiori abſq; communitate aliarũ partium et proprie
propter contractionem accidentem muſculo tranſuerſali
ipſius labii. quare accidit ei ut ſcindat labium ſciſsione pro
fundante: et multiplicatur huiuſmodi apud multiplicatio-
nem boreæ: et cura eius eſt cum unguento de ceruſſa: aut
oleum roſatum cum ceruſſa: aut licium cum oleo roſato et
ceruſſa: et alia quorum mentionem faciemus poſt. Et ſunt
ex hominibus qui incidunt muſculum ipſum ẽm trãuerſum
eius, pfundantes cũ ſagittella uſq; dũ incidať ẽm totalitatẽ
eius. Deinde imponunt puluerem cinnamomi et gallarum
uſq; dum ſanentur. Et ſunt qui cauterizant ẽm tranſuerſum
eius nũmo aureo ſubtili. Deinde curant cum unguento de
ceruſſa

ceruſſa & aliis ſimilibus. Democritus. Medicamen expertũ
ad ſciſſuras labiorum. Accipe furfuris & pilorum caudarũ
æqui partes æquales: combure ſuper laminam ferreã, & mi-
ſce cinerem eorum cum melle, & unge locum mane & ſe-
ro uſque dum ſanetur. Cerotum ſanans ſciſſuras labiorũ &
eſt expertũ. Accipe glutinis albotin, mellis, maſtiches, hyſ-
ſopi humidæ: ana partes æquales. Fac ſicut cerotum. Aliud
ex inuentione noſtra. Accipe gallarum, ceruſſæ: ana partem
i. dragaganthi, amyli: ana partem. s. Confice cum adipe
gallinæ quantum ſufficit. utere ſicut primo. Aliud ualens
ad ardorem, & combuſtionem, & ulcera labiorum: & eſt
iuuamen expertum. ℞. lithargyri, ceruſſæ, frictionis plũ
bi, olei hyoſcyami albi & ceræ: ana partes æquales, olei ro
ſati quantum ſufficit. expertum eſt. Dioſcorides. Ad ſciſ-
ſuras labiorum. Accipe gallas, & pulueriza ſicut alcohol:
miſce cum melle & utere: aut miſce cum terebinthina, &
adipe gallinæ, aut anatis: aut accipe gallas, & tere ſicut al-
cohol: & miſce cum terebinthina, & maſtiche, & hyſſopo,
& croco, & melle. expertum bonum. Filius Zachariæ. Me-
dicamen bonum conferens ſciſſuris labiorum, & faciei, &
manuum. Accipe ceræ citrinæ, hyſſopi humidæ, baurach,
adipis anatis: ana partem unam: olei roſati partes duas, amy
li, dragaganthi, mucilaginis ſeminis cydoniorum: ana par-
tem. s. fiat ex eis materia ex quo loco prius fricto ingredia-
tur balneum, & exiens inungat locum ex maran: & ex dra-
gagantho trito ſicut alcohol ſuper aſpergat: & hoc faciat uſ
quedum ſanetur.

De dolore dentium. Cap. 2.

INtentio in curatione duplex eſt. Vniuerſalis & particu
laris: & quidem utilis intentio eſt tres res. Prima eſt
euacuatio materiæ. Secunda diuerſio eius. Tertia pro-
hibitio fluxus ipſius. Et prima quidem res perficitur cũ
euacuatione per phlebotomiam, & uentris ſolutionem. Et
illud ſignificabitur tibi accidere cum communitate cerebri
De phlebotomia.
& partium capitis. Verum ſi dolor fuerit propter apoſtema
quod eſt in gingiua, cuius materia eſt ſanguis acutus: con-
fert phlebotomia cephalicæ, & ſcarificatio, & inciſio ue-
narum quæ ſunt in labiis & ſub lingua: & hoc fiat gradatim.
& conferunt etiam ſanguiſugæ appoſitæ in radice dentiũ,
& uentoſationes ſub mento cum inciſione. Et ſi abſq; apo-
ſtemate fuerit, tamen ab eadem materia, adminiſtranda eſt
phlebotomia, & alia quæ diximus. Et ſi cum hoc fuerit ſan-
guis acutus cholericus: phlebotomia & uentris ſolutio ne-
Pilulæ in materia frigida.
ceſſaria eſt. Si autem ex humoroſitatibus fiat frigidis, eua-
cua cum eo quod eſt ſicut pilulæ cochiæ & hiera diacolo-
cynthidos & ſimilia. Secundam rem complent phleboto-
mia, & uentoſatio quas diximus, & frictiones extremitatũ,
& ligaturæ, & compreſsiones doloroſæ, & cauterium in
Secretum Galeni.
zuendeg, & ſimilia. Et dixit Gale. Si teratur alliũ, & pona-
tur in radice manus iuxta palmam ex parte domeſtica: &
proprie ex manu quæ ſequitur dolorem: ſanat dolorem den
tis. Et expertum eſt. Tertiam rem complent adminiſtra-
tiones medicaminum prohibentium fluxum declinare ad
dentes: ſicut ſunt pilulæ alchaiber, quas fecit Alexander.
& nos ſcripſimus in capitulo de catarrho, & coryza: & nos
plura intentionis huius ſcripſimus ibi. Particularis autem
intentio diuiditur in curam ueram, & curam mendoſam.
Et uera quidem cura habet tres ſemitas. Primo quidem eſt
Cura uera.
vt in principio doloris adminiſtrentur medicinæ quæ con-
fortent dentes, & repellant rheumatizationes materiæ: &
ſi ſit materia calida cũ eo quod eſt ſicut retentio aquæ frigi-
dæ in ore cum aceto, aut aqua roſata, aut uiciſsitudo eorũ:
aut aliqua infrigidantia: quæ ſunt ex ſuccis, & decoctioni-
bus rerum quæ ſunt ſicut roſa myrtus cum modica campho
ra: & huius ẽt intentionis eſt oleum roſatum, & oleum de
ſalice: & oleum de oliuis immaturis, & oleum myrtinum
per ſe, aut confortatum cũ aceto & camphoræ modico. Cũ
autẽ incipit pertranſire tempus principii, adminiſtrandum
eſt oleũ roſatũ cum decoctione maſtiches. Et adhuc poſt
hoc oleum roſatũ cũ decoctione vini & maſtiches: aut oleũ
roſatum cũ decoctione uini, & paſſularum, aut fœnugręci:
vltimo uero gradatim perueniendum ad reſolutiua & ma-
turatiua ex his quæ dicemus. In materia uero frigida admi-
niſtrentur in principio: quę ſunt ſicut oleũ roſatum cum ma

A ſtiche: aut oleum roſatum cum ſuch, aut ramich, & ſimilia:
& poſt hoc oleum roſatũ cum eo quod eſt ſicut hyſſopus, &
alhaſce, aut ſuccus porri poſt ebullitionẽ eorum, & ſimilia:
Poſtremo uero ea quæ ſunt ſicut radix colocynthidos cum
aceto, aut ſtaphis agria, aut pyrethrum, aut alliũ & ſimilia.
Cura autem mendoſa eſt cura quę blandiendo ſedat doloris
Cura mendoſa.
uehementiam, & hoc quidem ſtupefaciendo. Et huius qui-
dem intentionis eſt hyoſcyamus, & proprie ſuffumigatio fa
cta ex eo: & expertum eſt de opio, & oleo roſ. linitus ſu-
per dentem. Et ſimiliter pyrethrum & camphora, ſi appli-
centur ſuper dentem, ſedant uehementiam doloris eius. Et
ex expertis annexis ſuper dentem remouentibus dolorem
eius eſt medicamen iſtud. ℞. hyoſcyami albi, opii, ſtyra-
cis, galbani ana ℥. i. piper. aſſæ fœtidæ ana ℥. s. miſce cum
rob uuæ & cum endiuia: & liniatur ſuper dente doloroſo.
Aliud. Accipe opii, caſtorei: ana partes æquales, & diſtille-
tur ex eis granum unum uel duo cum oleo roſato in aure
ſequente dolorem. & ex eis eſt ſagzenea proprie & trochi
ſcus Stellæ & phylonium. Sunt enim mirabilis iuuamen-
B ti, & proprie miſto cum eis aliquanto opii. Narratio medi-
caminum ad dolorem dentium calidum. Conferunt collu-
tiones oris factæ ex aceto decoctionis hyoſcyami, aut radi
cis eius cum oleo roſato & aceto. Acetum autem decoctio
nis ſpolii ſerpentis eſt ad illud mirabile proprietate quæ
eſt in ipſo. Sandaracha cum aceto eſt iuuamenti ſublimis.
prohibet enim rheumatizationem à dentibus & gingiuis,
& ſedat dolorem uehementer, & conſtringit gingiuas.
Aqua roſata confortata cum modico camphoræ ualet ad
dolorem dentium colluto ex ea ore. Valet etiam oleum ro
ſatum ſine maſtiche, & cum maſtiche gallarum decoctio cũ
aceto ualet ſimiliter. Solathrum cum aceto eſt medicamen
expertum. Mahemet Araſi. Confectio trochiſcorum ſe-
dantium dolorem dentium calidum, & dolorem apoſtema
tis in gingiuis. Recip. coriandri, ſeminis portulacæ, ſu-
mach, lentium excorticatarum, ſandali citrini, roſarum, py-
rethri, camphoræ: ana. partes æquales: fac trochiſcos cum
ſucco ſolathri: & lini dentem doloroſum cum uno eorum
diſſoluto in aqua roſata & aceto præcedentibus phleboto-
C mia, euacuatione, & uentoſatione ſicut prædiximus. Fi-
lius Zachariæ. Medicamen conferens doloribus dentium
& corroſioni eorum. ℞. carmezit ℥. v. ſpolii ſerpentis ℥.
i. alchannæ de mecha ℥. ii. s. corticum radicum papaueris ℥.
ii. bulliant cum aceto, & teneatur tepidum in ore in parte
doloris: expertum eſt. Idem aliud conferens dolori & mo
tionibus dentium. Reci. gallarum, corticum glandium,
corticum granatorum: ana partes æquales, bulliat cum ace
to medietas eorum, & utere colluendo. Et ex alia medie-
tate fiat puluis, & poſt collutionem utere ſuper dentes.
Narratio medicaminum ad dolorem dentium frigidum.
Conferunt collutiones diu retentæ in ore: factæ ex rebus
quæ ſunt ſicut cortices radicum capparis & acetum poſt-
quam ex decoctione eorum fit collutio in parte læſa, & ex
eis eſt tæda pinguis, & cortex eius, & lignum pini, & cor-
tex eius, & radix colocynthidos, & pulpa eius & proprie
acetum decoctionis eorum, & acetum quod iam bulliuit in
teſta colocynthidos ſpatio multo & eſt magni iuuamenti.
& condyſi bullitum cum uino eſt ultimum. decoctio cala-
D menthi cum aceto aut uino eſt iuuamenti valde: & ſimili-
ter radix raphani, & folia almezereon, & pyrethrum, &
zinziber, & radix cucumeris aſinini, aut ſuccus eius: & ſimi-
liter harmel cum aceto. Pyrethrum etiam cum aceto & ari
ſtolochia rotunda ſunt experta: & ſimiliter ſtipites alii cum
pyrethro & ace. & quandoque exigit diſpoſitio: & indiget
adminiſtratione apud uehementiam doloris rerum matura
tiuarum in collutionibus ad ſedandum dolorem, ſicut pro-
prie oleum calefactum in quo decocta ſit radix althęæ, &
chamæmelum & melilotum, & fœnugræcum ſingulariter
aut coniunctim, quoniam ſunt ſedatiuum bonum. Rerum
Sedantia dolorem.
autem quæ applicantur ſuper dentes & ſedãt dolorem ſum-
ma hæc eſt. Piper & alchitran adminiſtrata ſuper dentem
reſoluunt dolorem congelatiuum: aut piper & euphorbiũ
cum melle aut piper & aſſa fœtida, aut ſynapis & aſſa fœti-
da, aut ſerapinum, Et ex expertis eſt medullæ nucleorũ per
ſici pars. i. piperis pars. s. Confice cum alchitran aut py-

rethri,piperis,zinziberis,ſtaphidis agriæ ana. 3.i. baurach armeni 3.i.s.Fricentur cum eis gingiuæ:ſunt enim iuuamẽti ſublimis & ſimiliter nigella cum oleo antiquo & opopanax cum pyrethro.Et ſerpentis ſpolium combuſtum, miſtũ cum oleo ad ſpiſſitudinem mellis litum ſuper dentes eſt mirabile in ſedatione doloris . Et ex origano & nitro puluis factus ſparſus ſuper dentes & gingiuas mox dolorem tollit. Res autem quibus dentes ſuffumigantur & tollitur eorum dolor ſunt ſemen porri cum alchitran poſtquam recipitur ex eis fumus per traiectorium ſuper dentem doloroſum:ſedat.n.dolorem:& occidit uermes:& ſimiliter ex ſemine cæpe cum alchitran: & ſimiliter ex ſemine hyoſcyami:& ſemine porri & alchitrã partibus æqualibus, factis ex eis formis ſicut auellana:& ſuffumigationes factæ una ex eis pẽr traiectorium. Res uero quibus ſit uaporatio exterius ad dolorem dentium ſunt: ſicut maluæ,anethum,althæa,& herba nithri , chamæmelum , melilotum,fœnugræcum, ſemen lini,ſemen caulium,& folia eius,ſemen porri,iris, radix lilii,hyſſopus & ſimilia : & quandoque ſit emplaſtrum ex eis & quandoq; ſit emplaſtrum ex cæpe aſſo & oleo chamæmelino aut anethino . Et quandoque ſiunt linimenta exterius cum oleo chamæmelino,aut anethino, aut rutaceo , aut amygdalarum amararum,aut de lilio,aut oleo de been , aut oleo perſicorum,aut hyſſopi cerato & ſimilibus . & quandoq; ſit ex aliis unguentis. Et quandoq; ſiunt euaporationes ex rebus ſiccis , ſicut cũ ſale & milio & panico & ſimilibus.Res autem quibus ſiunt iniectiones per aures, & ſedãt dolores dentium ſunt hæc . Succus aſphodeli tepidus iniectus per aurem,quæ eſt ex parte doloris ſedat dolorem. Et ſimiliter oleum de amygdalis dulcibus & amaris, & oleum de perſicis,& oleum ſambucinum:quodcunq; eorum fuerit coctum in cæpe per ſe:aut poſtquam diſrumpitur in eis aliquid caſtorei,aut euphorbii,& quandoq; aliquid opii apud neceſsitatem.Et ex eis ſunt ſuccus cucumeris aſinini , aut ſuccus radicum capparis poſtquam decoxerimus cum aliquo ex oleis prædictis,aut diſtillantur per ſe : ſuccus autem alzanaham eſt mirabilis. Ioannes Serapionis . Confectio medicaminis ad dolorem dentium bona , & uocatur furificon. ℞. piperis 3.x.ſtaphidis agriæ, pyrethri : ana 3.iiii. baurach armeni.3.vi.Tere & fac trochiſcum cũ ſucco radicũ capparis:aut aqua decoctionis eius.Lini unum ex eis ſuper dentes & gingiuas. Alexander. Modus decoctionis de aliis cito ſedans dolorem dentium. ℞. allii ſpicas.v.oliba ni 3.i.&.s.myrrhæ 3.i.decoque cũ aceti hemina.i. uſque ad conſumptionem medietatis ſemper agitando cum ſpatula tedæ pinguis: & ex eo tepido fiat oris collutio & diu calidum teneatur in ore,& hoc fiat pluries.Idem.Cõfectio trochiſcorum dolorem dentium cito ſedans: quoniam ex uno eorum fit fricatio ſuper dentem & gingiuam.expertum bonum. ℞. aluminis 3.iiii.piperis 3.iii.hyoſcyami 3.iiii.pyrethri 3.ii.fiant trochiſci cum aceto & utere . Mahemet harafi.Confectio theriacæ mirabilis ad dolorem dentiũ.℞. piperis,caſtorei,myrrhæ,aſſæ fœtidæ,opii an.partes æquales. Confice cum melle quantum ſufficit.Idem.Confectio alterius medicaminis ualentis ſimiliter : & eſt medicamen bonum,& expertũ. ℞. caſtorei,aſſę fœtide,ſtyracis,myrrhę, ariſtolochiæ rotundæ,opii,piperis,zinziberis , hyoſcyami: ana partes æquales.Confice cum melle aut alchitran & lini ſuper dentem doloroſum : & applica ſuper ipſum.Idẽ.fiant formæ ex ſtyrace, & ſemine hyoſcyami partibus æqualibus & fiat ſuffumigatio ex una earum in traiectorio . Aboali. Confectio medicaminis experti ad dolores difficiles dentium,& corroſiones eorum. ℞. caſtorei opii , myrrhæ,piperis,galbani:ana partes æquales.Confice cũ rob & fac trochiſcos ex eis ſuper dentes . Idem operatio decoctionis olei conferẽtis ad dolorem dentium pulſatiuum.Accipe pulpæ colocynthidos , aloes partes æquales , olei & aceti ana partes.vi.bulliant ad aceti conſumptionem , & diſtilletur ex eo in aurem diſtillatione poſt diſtillationem.

De extractione dentium. Cap. 3.

QVandoque propter ultimum nocumentum cadens in dentes medicamenta non conferunt , nec doloris uehementiam diminuunt . Quare ne aliis etiã dentibus nocumenta pariant, conſulimus ad eradi cationem eorum accelerare cum regimine bono prohibitiuo apoſtematis , & proprie cum proceſsione euacuationis , & proprie iterata ne fiat extractio eius apud uehementiam doloris eius , ne ſit cauſa ſyncopis , & mortis , & fiat cauſa excitationis,& commotionis rheumatis uehemẽtis , & ſuſpecti,aut fiat cauſa generationis apoſtematis timoroſi:ſed expectandum uſquedum ſedetur dolor,& matureturi. Deinde extrahatur cum ferro poſtquam ſcarificaueris cum a carne gingiuarum ſcarificatione profunda : & poſtquam extraxeris ipſum,teneat in ore ſuo acetum infrigidatum , & proprie decoctionis gallarum aut balauſtiæ . Et ſi remaneat dolor teneat in ore ſuo oleum roſatum cum decoctione maſtiches,& ſimilia illis. Regimen autem extractionis cum dentium medicamine eſt ſecundum hunc modum.Fiat ſcarificatio , ſicut hoc ante diximus : deinde ponatur medicamen in radice dentis. & hoc fiat cum cautela.ne aliis dentibus noceat . Quare diſtinguatur inter dentem , & dentem cum cera,uel aliquo alio quod ſit ſicut ipſa , & obſeruetur hoc uſquedum dentis fiat facilis exitus.Et ſunt ex hominibus qui cauterizant dentem ſolo ferro ignito amiſſo per canellum uſque ad dentem , & acquiritur ex eo quòd mitigatur dolor:& dens poſt tempus & tempus cadit fruſtatim: & quandoque cauterizant cum nucleo nucis accenſo : & quandoque cum grano olibani accenſo & ignito, & ſimilibus. Filius Zachariæ Araſi. Confectio medicaminis facilius eradicantis dentes. ℞. pyrethri radicum colocynthidos , & corticum eius,& corticum radicum capparis,corticum mori , ſeminis almezereon , & foliorũ eius huruth,arſenici citrini,lactis alſcebram,aut ſuſtis eius.Terantur cum aceto tribus diebus contritione uehementi. deinde proiiciantur ſuper ea bdellii,& aſſæ : ana pars.i. ita q; prius diſſoluatur in aceto forti , & fiant ex eis trochiſci. & liniatur ex eis in radice dentis hora poſt horam per aliquot dies. facit enim facilem eradicationem ipſius.Idem.Medicamen aliud quo impletur corroſus dens & frangit ipſum. ℞. ſemen almezereon , & lac alſcebram , & conficiantur cum alchitran . & impleatur corroſum dentis . Aliud.Accipe baurach , corticum mori : ana . partem.i.arſenici citrini partes.ii.Confice cum melle & applica ſuper dentem in circuitu eius , & facit eius eradicationem feſtinam . Aliud adeps ranæ uiridis: quæ habitat in arboribus frangit dentes ſi liniantur ex ea.& ſimiliter ſi liniantur ex lacte alſcebram aut tithymali , & ſimiliter lac celſi cum arſenico citrino.

De agitatione,& commotione dentium. Cap. 4.

SI cauſam habuerit corroſionem factam in radice dentium aut in gingiuis:dicemus curã eius . Si fuerit propter humiditatem lubricam effuſam aut imbibitam in neruo ligante dentem:& fuerit cum communitate cerebri:cura eius eſt tres res. Prima eſt , ut euacuetur materia:& ſi oportet cum iteratione.Secunda, ut fiat exiccatio humiditatis mollificantis colligationem dentis cũ eo quod eſt ſicut myrrha,& acetum decoctionis pyrethri & acetum ſquilliticũ,& acetum decoctionis ſtaphidis agriæ , aut ellebori,aut colocynthidos & ſimilium facientium humiditatẽ multam fluere & conſumentiũ,& abſtergentiũ ipſam.Tertia eſt,adminiſtratio medicaminum ſtringentiũ & colligantiũ ligamenta dentium & gingiuas & abſtergentium humiditates,ſicut proprie commaſticatio maſtiches & collutio ex decoctione ipſius cum roſis & balauſtiis & ſimilibus. Et quãq; accidit cõmotio dentiũ propter percuſsionẽ ſuper eos, & curãtur cum conſtringentibus ſtypticis ex his, quæ diximus .Sabor.Cõfectio medicaminis cõſtringentis & cõfirmantis dentes,& ſtringentis gingiuas laxas. ℞. ſtipitũ capillorum ueneris aduſtorũ.3.iiii.aluminis iameni, roſarũ,pyrethri,ſpicæ:an.3.ii.nucũ cypreſsi aduſtarũ.3.ii.&.s. cornu cerui aduſti,centaureæ an.3.vi.carmezit.3.iii.cyperi.3.ii.ſalis gẽmæ aſsi.3.ii.&.s.Et fac ex eis puluerẽ, & immittatur in radicẽ dentium.expertum bonum.Idem.acetũ ſquilliticum confirmat dentes & conſtringit gingiuas . expertum.Ioannes Serapionis.Confectio medicaminis ſtringẽtis dentes & remouentis putrefactionẽ gingiuarũ.℞. aluminis iameni,balauſtiæ,roſarum,cyperi,ſumach, ſpicæ , ſalis

lis gẽmæ,cornu cerui aduſti,carmezit:ana.partes æquales , maſtiches partes.ii.puluerizа & utere.Alexander. Decoctio ualens ſimiliter.Accipe gallarum partes.ii.myrrhę partem.i.corticum granatorum,ireos:an.partem.s. Decoque cum aceto,& colluatur ex eo os,& fricetur gingiua.Filius Zachariæ.Medicamen conſtringens dentes commotos.Accipe gallarum,balauſtii,roſarum,cyperi,ſumach:ana.partẽ .i.aluminis partem.s.Liniatur ſuper radicem dentis & gingiuam,& applicetur ibi.Idem Aliud. ℞. carmezit roſarũ, ſpodii,balauſtii,aluminis:ana.fac ſicut primum.Idẽ. caſum motorum dentium prohibent ſuch,alumen,balauſtiæ , gallæ,chachie,cupreſſidos,terantur,& fiat ex eis dentifricium. Idem aliud. ℞. myrobalanorum citrinorum,emblicorũ, aluminis:ana.fac puluerem,& utere cum aceto . Hamech. Medicamen conferens commotioni dentium,& corroſioni gingiuarum.Accipe gallarum,cupularum glandium,aluminis iameni,corticum granatorum : ana . tere & applica ex eo in radice dentium & gingiuarum intus & extra . fac mane & ſero.expertum bonum.Idem aliud. Accipe gallarum,aceti fortis:ana.Fac bullire uſque ad conſumptionem aceti,& exicca totum acetum in ipſis. deinde fac ſiccari in umbra,deinde tere ſicut alcohol,& frica gingiuas & radices dentium.Et ſunt qui miſcent aluminis & myrrhæ : ana. partem.s.Idem.Medicamen conferens commotioni dentium. ℞. gallarum,corticum granatorum,corticum glandium ana.Tere & utere in radice dentium.Idem Aliud cõferens dolori dentium & confirmat eos,& confortat gingiuas. ℞. piperis albi,roſa.balauſtiarum, cupularum glandium:an.confice cum alchitran, & utere cum: fortis ſit dolor.& ſi eſt foramen in dente,pone ex hoc medicamine, & cõfeſtim confert:& ſi ſunt ibi uermes,occidit eos & expellit.Expertum eſt . Aboali . Medicamen conferens commotioni dentium & corroſioni gingiuarum . Accipe colcothar,aluminis:an.aggrega cũ alchitran conterendo,donec redeat in ſubſtantiam mellis,& lini ex eo ſuper dentes , & teneat os apertum donec curaẽt humoroſitas . deinde ablue cum aceto decoctionis gallarum . Deinde accipe aluminis fructus tamariſci,gallarum,roſarum ſiccarum , cupularum glandium,boli armeni, oſsium myrobalanorum citrinorũ aſſorum,ſumach,corticum granatorum:an.partes æquales. Terantur,& liniantur ſuper dentes.

De corroſione & perforatione dentium. Cap. 5.

CVra huius ægritudinis eſt tres res.Prima eſt euacuatio humiditatum putridarum cum eis quæ ſcis.Secũda eſt reſolutio earum ex ipſis dentibus cũ eo quod ſit ſicut acetum decoctionis nigellæ, aut nigella trita cum alchitran, & linita ſuper dentem:aut collutio facta aceto decoctionis radicum capparis aut zinzi.& ſimilium . Tertia res eſt prohibitio corroſionis cum eo quod eſt ſicut galla,& cyperus quando impletur ex eis dens corroſus.aut linitur ex eis,& galla quidem ſola eſt prohibitiua putrefactionis, & ex eis eſt maſtiche , & cyperus : & collutio oris cum aceto eſt ſublimis : camphora uero eſt ad hoc medicamen bonum & hyoſcyamus cum ſtyrace ſimul miſtus habẽt operationem mirabilem quando ſit ſuffumigatio per traiectorium ſuper dentem corroſum.Et ex compoſitis eſt trochiſcus ſtellæ cum galbano poſitus in corroſione dentium . Et ex eis eſt medicamen.Alexandri. ℞. opii,myrrhæ,ſtyracis:ana.3.ii.piperis albi,croci,galbani: ana. 3.i. Confice conterendo cum rob.& mitte ex eo in perforatum dentẽ, & annecte ſuper ipſum.

Corroſio ne prohibenda.

De congelatione dentium. Cap. 6.

COngelatio dentium. confert ei maſticatio portulacæ & ſeminis eius , & frictio dentium cum nucleis nucum,& amygdalis,& auellanis,& ſtringere dentibus panem calidum,& caſeum aſſum,& uitellum oui calidi & fricare ſuper dentes ex ſquilla,aut ſale, aut cordumeni , aut baccis lauri,aut aſſa fœtida.

De uermibus dentium. Cap. 7.

VErmes dentium occidit ſemen hyoſcyami albi , & ſemen porri,& cœpe:& proprie facti ex eis formis cum alchitran & auellanis, & ſimilibus,& facta ſuffumigatione ex una earum per traiectorium . Et quando fiunt huiuſmodi formæ cum adipe renum capræ, & ſemine hyoſcyami , porri,& cœpe : & quandoque fiunt colluciones cum aceto decoctionis earum . & deinde ſuccedit ſuffumigatio .

De corruptione coloris dentium. Cap. 8.

CORruptio coloris dentium.Conferunt medicinæ abſterſiuæ & mundificatiuæ,in quibus eſt uirtus radendi,& abſcidendi eruginem poſt frictionem ſicut propriè ſpuma maris,& ſal,& ſal gemma , & alchali , & maſſa cumie & ſimilia. Veruntamẽ oportet ut abſtineat à melle, & à pinguibus,& à ſatietate nauſeatiua: & ſomno ſuper repletionem.& ſine dubio uſus mellis alterat colores dentiũ & aliorum dulcium.Et aliorum pinguium . Et nocent etiã pulmenta ex frumento cocto,& fungi,& piſsimus & ſimilia. Ex rebus autem maxime dentes corrumpentibus & colores eorum alterantibus eſt uomitus : quare poſt ipſum fiat collutio cum aqua roſata & aceto.Gabriel. Dentifriciũ abſtergens & mundificans dentes.ex pipere albo fiant trochiſci cum uino albo antiquo & melle:ſiccentur in furno debilis caliditatis.Deinde accipe ex eis.3.v.ſalis gemmæ.3.i.& .s.ſpumæ maris.3.i.&.s.carmezit.3.ii. &.s. ligni aloes.3.i. Fiat ex eis dentifricium:eſt enim bonum . Idem. Aliud ualens ſimiliter.Accipe ſal maſſæ: & fac trochiſcos cum melle & inuolue in foliis fici,aut in charta,& combure in lacre calido, & accipe ex eis partes duas , carmezit partem unam & utere.bonum & expertum.Humain . Dentificium bonum mundificans dentes.Accipe triturę uaſorum de ſceni,ſalis gemmæ adufti,cyperi albi aſsi:ana.3. ii. ſpumæ maris,carbonum radicum cannæ:ana.3.i.Fac dentificium cũ eis bonum . Idem. Aliud ualens ſicut & alia. ℞. ſalis aduſti.3.iii.cyperi aſsi.3.ii.cornu cerui uſti.3.iiii.folii. partem.i.&.s.ſpicæ,florum ſquinanthi,roſarum:ana.3.i.fac dẽtifricium cum eis bonum.Haly.Dentifricium aliud ualens ſicut alia. ℞. maſſacumiæ.triturę naſorum,de ſceni , ſpumæ maris,ſauich,hordei aduſti,naſturcii aſsi,ſalis uſti , ariſtolochiæ rotundæ aſſæ:an.puluerizа & utere.Filius Zachariæ.Dentificium mundificans,& abſtergens eruginem dẽtium: ℞. ſalis gemmæ,ſeminis hyoſcyami,fracturæ uaſorum uiridium,ſpumæ maris calidi : ana . Fiat dentificium cum eis:& uitet nauſeatiuam ſatietatem. Filius Zezar.Medicamen mundificans & abſtergens dentes, & confortans eos . Accipe hordei combuſti, capreolorum uitis combuſtorum,ſcebą,ſalis gemmæ,ſpumæ maris:ana.ʒ.i. pyrethri , cucubæ,adhebe:ana.3.v.aluminis iameni aſsi, gariophyllorum:ana.3.ii.ſumach. 3.iiii.tere & utere una uice poſt aliã Iſaac heben maran.Dentificium albificans dentes,& confortãs.Accipe ſulfuris boni combuſti,ſpumæ maris:an.3.v. ſalis gemmæ.3.x.tere & utere.bonum eſt.

De maſime dẽtes corrumpẽtibus ẽ uomitus.

De generatione dentium. Cap. 9.

GEneratio dentium.Quandoque tardatur eorũ egreſſio,& tamen ſigna ortus dentium multiplicantur.Et accidit ex hoc ut langueant pueri tempore extenſo à multiplicatione accidentium quæ multiplicantur à plantatione ipſorum:& tunc ſuccurrendum adminiſtrando ea quæ ortum eorum citum & facilem faciant. Et ex rebus hoc facientibus ſunt frictiones gingiuarum : ut ſæpe ac ſæpe ſtringat eas ſuper carnem pinguem calloſum , & ſuper cutem carnium , & pedes arietum , & ſuper bucillaria oſsium hœdorum, & agnorum & ſtupefiat ſenſus eorũ, ut ſubtilietur caro . et confert etiam fricare gingiuas digito , & ut ſtringat ſuper ipſum : & proprie inunctum ſuper cum pinguedine & adipe gallinæ , aut anatis , aut anſeris : & mordere ſuper carnes earum pingues , & ſæpe fricare , cum adipibus earum & melle,aut pineis enucleatis,& melle pauco , aut ſine melle: & cum amygdalis miſtis cum modico hueg . cerebrum leporis eſt in hoc mirabile , & proprie diu frictum ſuper gingiuas . Conferunt etiam embrochationes ſuper caput , collum, & mandibulas ex aqua decoctionis maluarum , meliloti , chamæmeli , anethi, & ſimilium facta infuſione ſuper ea cum lana hyſſopi . Deinde liniantur cum butyro uaccino,medulla cruris eius, aut medicamine bono : & expertum eſt hyſſopi cerotum Galen. quod ſcripſimus in antidotario . Aliud mirabile . Recipe cęræ citrinæ unciam unã olei chamęmilini uncias quatuor,

Facilitantia ortum dentium.

hyſſopi humidæ ʒ.iii.adipis gallinæ, & anatis, & medullæ cruris uaccæ: ana aure. iiii. Cum autem dentes apparere incipiunt: utere embrochationibus ſuperius dictis præcedente tamen hæc omnia regimine temperato.

De apoſtematibus gingiuarum. Cap. 10.

DIctum eſt de eis ſupra in capitulo doloris dentium, & tu requiras ibi, aut in alio loco.

De uulneribus & ulceribus gingiuarum. Cap. 11.

EX eis ſunt quædam ſanioſa in quibus nõ eſt multa profundatio: & ex eis ſunt uulnera putrida multæ putrefactionis cancroſa & corroſiua. Et prima quidem curantur duplici genere curationis. Et primum quidẽ eſt mundificatio cum eo quod eſt ſicut uinum proprie: & acetum decoctionis foliorum ſalicis, & roſarum, & oliuarum ſylueſtrium, & lentium, & ſumach, & corticum radicis granati ſylueſtris, & ariſtolochiæ rotundæ, & carmezit, & ſimilium. Et dyamoron quidem eſt mundificatiuum bonum & proprie cum aceto. Et ſi uideris abundare in eis ſanguinem poſt phlebotomiam cephalicæ, fiat ſcapellatio gingiuarum cum extractione multi ſanguinis, deinde abluantur cũ eis quæ diximus. Secundum uero perficitur cum medicinis ſtringentibus gingiuas, & conſolidantibus uulnera quæ ſunt proprie: ſicut alumen confrictum ſuper gingiuas: & collutio facta ex aceto decoctionis eius quoniam ſunt propria: & ſicut carmezit, & balauſtia, & roſa, & cortex granatorum, & alumen. Coquantur cum aceto, & colluantur ex eis gingiuæ. Deinde liniatur ſuper eas quod eſt ſicut roſa, cupulæ glandium, cortices thuris, cyperi, farina orobi, ſanguis draconis. Fiat ex eis puluis ſubtilis & utere. Et nos plura diximus ex his in cap. de commotione dentium. Secunda uero ſunt ſecundum unum duorum modorum. Alia .n. ſunt fiſtula: ia, & alia cancroſa herpetica. Et in his intentio in curatione eſt duplex: alia eſt uniuerſalis alia particularis. Et prima quidem perficitur cum euacuatione quæ fit per phlebotomiam & ſolutionem uentris ſicut neceſſitas expetit. Secunda uero perficitur triplici genere curationis. Et primum quidem eſt mundificatio, & abſterſio uirus & putredinis, necnon & partium corruptarum in ipſis. Et quidem ſi ſit ulcus fiſtulatum, & ſit in carnibus gingiuarum: tamen oportet ut uideatur ſi corroſum penetrat uacuum eius. Deinde immittatur medicamen acutum, ſicut proprie alcohol uſque ad fundum eius conſumens carnes filtroſas putridas poſt hoc utendum eſt mundificatiuo multæ abſterſionis: ſicut eſt acetum ſquilliticum proprie, & ſimilia uſquedum caro appareat pura, & ſi conuenit medicamen acutum immittatur in fiſtulam oleum de oliuis cum modico trochiſcorum alcalcalon iniectione poſt iniectionem uſque ad conſumptionem impuri. Et nos quidem dixi mus trochiſcos alcalcalon in cap. de polypo narium. Et quãdoque ex trochiſcis prædictis facimus tentas, & ponimus eas uſque ad fundum fiſtulæ, uſquedum conſumatur caro putrida ipſius. Verum ſi per medicinas acutas dolor ſuperfluit & combuſtio, teneat in ore oleum roſatum per ſe: aut conquaſſatum cum albumine oui: aut cum lacte donec doloris remiſsio fiat, & ſimiliter punctura. Si autem fiſtula uſque ad radices dentium penetrauerit, ita quod à radice dentium proceſsit: curetur ſimiliter cum medicamine acuto & aliis abſtergentibus, ſicut diximus. Si autem non contulerit, cauterizemus uſque ad radicem dentium cum ſtilo facto ex cupro utendo prius illis mundificatiuis & abſterſuis, ſicut diximus. Quod ſi nec malitia ſic tollatur, dens abiiciatur. Quod ſi aliquid corruptionis remanet, leui medicamento tollatur. At uero ſi corruptio cadat in os mandibulare, aut maxillare: oportet elargare uulnus uſque ad os corruptum. Deinde cum inſtrumentis radendi totum id quod ex oſſe corruptum eſt abiiciatur uſquedũ appareat os purum. Vulnera autem cancroſa herpetica curari oportet cum appoſitione medicaminis acuti uice una poſt aliam uſque ad conſumptionem carnis cancroſæ, & ceſſationem corroſionis cum ſucceſsione medicaminis eius: quod eſt ſicut acetum ſquilliticum: & ſimilia una uice: & cum ſucceſsione olei roſati & ſimilium. Et ſi dolor & punctura propter medicamen acutum excreuerit: uice alia. Verum ſi caro cancroſa multa & dura fuerit, & difficilis medicationis, & conſumptionis ex medicamine acuto: tunc cauterizetur ſuper ipſo cum cauterio de auro cauterizatione poſt cauterizationem uſquedum perueniatur ad uiuum. Deinde tenendum in ore butyrum cum oleo roſato, aut oleum roſatum ſolum. Et ſi poſt illud aliquid ex cancroſo remanſerit, ipſo alcalcalon curetur. Secundum genus curationis perficitur cum medicamine incarnatiuo: ſicut proprie cum corticibus thuris coctis cum uino aut aceto, aut oxymelite ſquillitico: & facta collutione cum eis. Deinde autem cum medicamine de corticibus nu cum aut cum diamoron. Deinde autem cum unguento ægyptiaco, & aceto ſquillitico liniatur ſuper gingiuas quod eſt ſicut cortex thuris, ſanguis draconis, myrrha, ſarcocolla, aloe: & ſimilia attribuendo eis uicisſitudinem. Tertium genus curationis eſt conſolidatio: & perficitur cum medicamine induratiuo, & coadunatiuo carnium gingiuarum. Et nos plura ex his paulo ante ſcripſimus in capitulo de commotione dentium: ſimiliter etiam ſcribemus adhuc ſi Deus uoluerit. Dioſcorides. Acetum decoctionis colocynthidos, aut fruſti tichymali, & collutio facta ex eo confert putrefactioni, & ulceribus gingiuarum: & ſimiliter acetum decoctionis zarur, & oliuarum ſylueſtrium, & ſimiliter acetum elixationis piſcium ſalitorum: oſſa autem piſcium ſalitorum: & proprie taraca aduratur & cum duplo cineris eorum & roſis ſiccis aut capitibus ſuis puluerizentur & liniantur ſuper gingiuis prius tamen lotis & confrictis cum aceto ſquillitico. Conſumunt enim putredines gingiuarum. Iſraelita. Confectio medicaminis efficacis ad corroſiones & putredines gingiuarum: mundificat enim eas & abſtergit: & conſolidat: bonum ſi Deus uoluerit. Reci. aluminis iameni aſsi extincti in aceto ʒ. i. & tartari, auripigmenti ligatorum in panno lineo & infuſorum in aceto die ac nocte, deinde uſtorum ut fiant ſicut carbo, & extinctorum in aceto: ana partes.ii. & s. oſsium cancrorum aſſorum, roſarum ſiccarum cum pedibus ſuis, piperis nigri aſsi: ana partes.ii. Fiat eorum puluis ſubtilis. Et utere poſt ablutionem cum aliquo ex liquoribus quos diximus. Ioannicius. Medicamen incarnans gingiuas & conſolidans: & confirmans dentes & faciens odorem oris bonum. ℞. ſpodii albi, roſarum, chyſim combuſti: ana ʒ.i. & s. margaritarum non perforatarum: ſanguinis draconis, boli armeni: ana ʒ.ii. cornu cerui adusti, ſandalorum rubeorum, granorum harmel, memithe: ana ʒ.s. myrrhæ, granorum lentium: ana ʒ.s. camphoræ ʒ.i. tertiam. Et fac puluerem: & applica ſuper gingiuas, & radicem dentium. Mahemet Araſi. Medicamen conferens tumori gingiuarũ & putrefactioni ſanguineæ & phlegmaticæ bonum. ℞. roſarum, & granorum myrti aſſorum, & extinctorum in aceto & iterum toſtorum, gallarum infuſarum in aceto, deinde toſtarum: ana partem i. granorum harmel & colcothar, aluminis adusti, oſsium myrobalanorum citrinorum combuſtorum, chachiæ, maſtiches: ana partem.s. tere & utere. Iſaac heben amaran. Medicamen conferens gingiuæ ſanguineæ & mollificatæ, & cõfortat carnem earum. Reci. balauſtiarum: roſarum cum pedibus ſuis, ſpodii: an. ʒ. v. heil ʒ. v. s. alchannę ʒ. ii. ſanguinis draconis ʒ. iii. tere & utere. Medicamen ex inuentione noſtra conferens mollificationi gingiuarum, & putrefactioni, & corroſioni carnis earum & alchola, & commotioni dentium & calefactioni oris, & eſt medicina propria, ſi Deus uoluerit. ℞. olibani, fructus elenbuch, balauſtiæ, ſumach, duplicis aluminis, corticum granatorum, gallarum, luſur, myrobalanorũ citri. cineris uitis, ſpumæ maris, ſalis indi, pipe. lon. buruch cuſti, memithe, liquiritiæ, gummi arabici, dragaganthi, ſpodii: ana aur. i. tere & confice cum melle, & unge gingiuas & dentes, & fiat gargariſmus ex eo cum ſyrupo aceto ſo: bonum & expertum. Medicamen aliud ex inuentione noſtra, conſolidans gingiuas: & excreſcere faciens carnes earum. Accipe corticum thuris, ſanguinis draconis: ana drachm. ii. ariſtolochiæ rotundæ, aſsæ, ireos, aluminis aſsi, roſarum cum pedibus ſuis, balauſtiæ, cupularum glandium: ana drachm. i. trochiſcorum orobi dra. vi. Fiat puluis & ex

& ex medietate eius fiat ſicut linimentum cum oxymelite ſquillitico: & liniatur ſuper gingiuas confricando: & alia parte annectatur ſuper eas: deinde lauetur cum aceto decoctionis ſurur, & foliorum oliuarum ſylueſtrium. Confectio trochiſcorum orobi. Accipe farinæ orobi quantum uolueris: & miſce cum ea tantum mellis, vt confici poſsit ex eis ſicut paſta dura, & fac trochiſcos, & pone ſuper laterem: & mitte in furnum uſque dum ſemina durantur: bonam faciunt naſci carnem. Democritus. Alumen frictum ſuper gingiuas curat putrefactionem earum: & ſimiliter collutio facta ex aceto decoctionis eius. Alexander. Linimentum occidens cancrum gingiuarum, & conſumens putrefactiones earum. ℞. colcothar adusti, aceti ſquillitici partes conuenientes. tere fortiter ea, & lini ex eis in gingiuis. Idem facit unguentum ægyptiacum factum cum aceto ſquillitico. Sanat ſi Deus uoluerit.

De apoſtematibus linguæ. Cap. 12.

APoſtemata linguæ curantur in principio quidem antequam confirmentur ex regimine corporis communi cum phlebotomia, & ſolutione uentris ſi expedit: & in apoſtemate quidem calido fiat phlebotomia ex cephalica: deinde ex eis, quæ ſunt ſub lingua: Et ſi oportet, fiat poſt id uentoſatio ſub mento cum ſcarificatione. Et æſtimauit Rufus q̃ ſcalpellatio facta, in ſpatio quod eſt inter fontem ſaliuæ & dẽtes confert. Et aſſerunt hoc idẽ plures poſt eum. Venter autẽ ſoluatur cum aqua fructuum. Adminiſtrentur deinde gargariſmata & collutiones oris cum aqua roſata & aceto: aut cũ ſucco ſolathri & aceto: aut cũ ſucco coriandri humidi & oleo roſato: aut cum aceto decoctionis coriandri & ſumach: & lentium cũ modico cãphoræ: aut cũ aceto decoctionis roſarum ſiccarum & ſimilium, quæ in alchola ſcribemus. Poſtquam autem tranſiit tempus principii: adminiſtrandum eſt diamoron cum aceto decoctionis foliorum oliuarum, aut alchannæ, & in rob myrti eſt impreſsio bona, & proprie cum ſyrupo roſato: & ſi res ulterius proceſſerit, adminiſtrandum eſt cum rob mororum dulcium: & oleo uiolato uſquedum perueniatur ad mel roſatum cũ ſale armoniaco, aut ſyrupum acetoſum cum modico ſinapis, aut lac dulce cum cheſnes. Si autem apoſtema frigidũ fuerit, ſoluatur uenter cum eo quod eſt ſicut cochiæ, & hiera & ſimilia. Deinde adminiſtrentur gargariſmata & collutiones rob mororum in principio, & rob cum melle roſ. & ſyrupo acetoſo mellino. Deinde re procedente cum ſecaniabin: & melle roſa. & aliquantulo almuri, aut ſinapis. In fine uero cum decoctione ſicuum ſiccarum, & ſalis armoniaci aut baurach. Si uero apoſtema ſuppurationem fecerit aperiatur, & curetur cura uulneri cum ſicut in proprio loco ſuo dicemus.

De uulneribus & ulceribus linguæ. Cap. 13.

VVlneribus & ulceribus linguæ, & ſciſſuræ conferũt medicinæ quas dicemus in capitulo de alcolach, ſi Deus uoluerit. Ad ſciſſuras autẽ quæ fiunt in lingua & ad inflammationes confert retentio in ore mucilaginis pſillii cum zuccharo: & commaſticatio portulacæ cũ aceto: & retentio in ore albuminis oui recẽris conquaſſati cũ oleo roſato uice una, & uice alia tamarindorũ infuſorũ in aqua roſata, & confert retentio marã in ore. Cuius permiſtio hæc eſt. ℞. mucilaginis pſillii, & mucilaginis dragaganthi, & gũmi arabici: ana partes æquales, ſyrupi uiolati partes duas, tamarindorum partes tres, ſeminis portulacæ aſsi partem mediam, ſpodii partis unius tertiam, camphoræ partis unius octauam. Terantur conteritione ultima vſquedum fiat maran. Et liniatur ex eo ſuper ſciſſuras omni hora præcedente collutione facta ex aqua roſa. & aceto per horam unam aut ex acetoſitate citri & aqua roſa. Hamech. Medicamen cõferens ulceribus linguæ, & puſtulis, & ſimiliter oris & palati. ℞. ſeminis portulacæ, ſeminis roſarum, amyli, zucchari tabarzet, ſpodii, croci, balauſtiæ, roſarum, dragaganthi. tere & confice cum ſyrupo roſa. aut uiola. & unge ex eo. Confert enim corporibus teneris.

De mollificatione linguæ. Cap. 14.

MOllificatio linguæ & grauedo eius quando natiua eſt, nõ curatur: & fortaſsis in pluribus rectificatur in proceſſu dierum. Et quãdoq; accidit poſt lithargiam: chronicatur poſt illud & fortaſsis non recipiet curã. Et ſi non eſt chronica, curatur quẽadmodum dicemus poſt. Verum quandoq; accidit illud ab humiditate ſanguinea, aut aquoſa ſepulcis aut imbibiris in lacertis & muſculis linguæ cum communitate cerebri, aut ſine communitate eius. Et cura ipſius eſt quatuor res. Et prima quidem eſt euacuatio materiæ. Secunda uero eſt diuerſio eius. Tertia eſt reſolutio & exiccatio reſidui eius ex parte oppoſita. Quarta eſt exiccatio reſidui ipſius per eandem partem. Et prima quidem perficitur cum phlebotomia, ſi materia eſt ſanguinea: & proprie ex cephalica. Deinde uenarum quæ ſunt ſub lingua. Et ſi adhuc neceſsitas expetit: uentoſetur ſub mento, & proprie quando eſt multa materia. Si autem multa non fuerit, ſufficit phlebotomia uenarum: quæ ſunt ſub lingua & uentoſatio ſub mento. Si autem materia phlegmatica & aquoſa fuerit, euacuetur euacuatione poſt euacuationem cum hieris minoribus in principio. Deinde cum maioribus. Et hoc cum iteratione: & multiplicatione ut perueniatur gradatim ad id quod eſt ſufficiens. Secundam rem complent frictiones in extremitatibus, & uentoſationes in ſpathulis, & adminiſtratio clyſterium acutorum una uice poſt aliam. Primo leuium non multum eleuatorum in gradu acuitatis. Deinde fortium. Tertiam rem complent adminiſtrationes medicaminum propriorum puppi cerebri & nuchæ reſoluentium ab eis ſuperfluitates humiditatum aggregatarum in ipſis, & neruis & lacertis ſeruientibus linguæ: ſicut proprie euaporatoria, & inunctiones, & embrochationes factæ ex rebus quarum narrationem fœcimus in capitulis de ægritudinibus neruorum: quare oportet ut pars illa afferatur ad hunc locum adminiſtrando ex euaporatoriis proprie, deinde embrochis: conſequenter ex linimentis, & emplaſtrationibus, quæ utiliora cognoueris: & ſanat ſi Deus uolet. Et interdum adminiſtramus rubificantia: & interdum cauteria. Et proprie quando iam alia non conferunt. Forma autem cauterizationis eſt ſm hunc modum. fiant tria cauteria ſm longum in fontanella puppis capitis, quæ dicitur lenialif, & duo fiant ex tranſuerſo in radice cranei diſtantia ad menſuram pollicis: & tria hinc, & tria inde linealiter diſtincta ſeparantia colli ſpondylia. Quartam rem complent gargariſmata & collutiones oris, & adminiſtrationes frictionum factæ ex rebus quæ materiæ reſiduum exiccant ex eis, quæ dicemus. Et oportet vt perueniatur gradatim ad adminiſtrationes eorum incipiendo à debilioribus paulatim procedendo ad fortiora: hoc. n. eſt quod eſt ſm ſapientiã. Per interualla uero eſt danda theriaca, mithridatum, & ſimilia. & hoc eſt ſm totam curæ latitudinem. Filius ſerapionis. Gargariſma conferens iuuamentum manifeſtũ. ℞. hieræ picræ, ſinapis, ſtaphidis agriæ, zinziberis, origani, pyrethri, corticum radicis cappa ris, myrrhæ: ana fiat gargariſmus cum eis & oxymelite. Gargariſma ex inuentione noſtra, experti iuuamenti ad diſſoluendum phlegma quod eſt aggregatum in capite neruis: & lingua: & confert paralyſi torturæ: cuius permiſtio hæc eſt. ℞. origani, pyrethri, zinziberis, piperis nigri & albi & longi, ſalis ammoniaci, ſinapis, cinnamomi, hyſſopi, nigellæ, ſampſuci, coſti: ana confice cum oxymelite ſquillitico & rob. & gargarizetur diebus continuis cum eo. Gargariſma factum cum oxymelite ſquillitico eſt ad hunc iuua mẽti ſublimis: & ſimiliter muri & aceto ſquillitico. Et quãdoque confortatur cum eis quæ ſunt ſicut haſce, origanum, ſtaphis agria, ſinapis, condiſi, cortices radicum capparis, pyrethrũ, zinziber, & tria pipera ſingulariter aut coniũctim: quandoque facimus præcedere frictionem linguæ cum eo quod eſt, ſicut ſal ammoniacus & zinziber cum cæpe uſque dum currat plurimum phlegma: & faciemus deinde ſequi gargarizationes: & collutiones ex oxymelite ſquillitico, & eſt operatio digna. Filius Zachariæ. Medicamen expertum ad grauedinem linguæ, & mollificationem eius. Accipe ſal ammoniacum, pyrethrum, ſtaphidẽ agriam, piper, ſinapiũ, hueg: ana. fricetur cum eis lingua ſecundum omnem partẽ ipſius ſæpius in die. Dioſcorides hueg ſm omnem modũ adminiſtrationis eius: eſt medicina propria mollificationi linguę & paralyſi eius: & ſimiliter caſtoreum, & proprie retentio eius ſub lingua, & confrictio in ea, & quando

In materia ſanguinea.

In phlegmatica.

que ex eo cum gummi albotin fiunt pilulæ, & tenẽtur sub lingua: & quandoque ex glutino albotin, & assa fœtida, & sunt efficaces. Confectio anacardina maior quam scripsit filius Zachariæ. & scripta est in capitulis ægritudinum nervorum: & est medicina vltima paralysi linguæ: & proprie limita ex ea lingua. & facto emplastro ex ea in parte capitis posteriori & origine neruorum & est medicina sublimis. Sal solutiuus scriptus in capitulis prædictis linitus super linguam confert mollificacioni eius. Et plura scripta sunt in capitulis prædictis quæ afferantur ad locum hunc: sicut diamyrtus proprie, & confectio hueg, & confectio de pyrethro, & alia quæ requirantur ibi: quibus utendum est inter purgationem & purgationem. Ioannitius. Quando contingit paralysim accidere propter læsionem cadentem in neruos posteriores, caput purgia conferunt, propterea quod ad diuersum trahunt: quare eligantur ad hoc utilia in capitulis prædictis.

De spasmo linguæ. Cap. 15.

SPasmus linguæ quandoque accidit causa febrium adurentium. Et cura eius est retentio oleorum refrigerantium in ore: & rerum plurimæ humectationis & refrigerationis: sicut olei violacei proprie, & nenufarini, & de cucurbitis, salice, & rolati singulariter aut cõiunctim cõ quassatorum cum mucilagine psillii, aut cum succo portulacæ, aut cum aqua infusionis seminum portulacæ prius cõtritorum, aut cum mucilagine maluarum, aut cum lacte dulci & similium. Et conferunt embrochationes & lauacra in collo & nucha cum aqua dulci calida, & inunctiones ex prædictis oleis super posterius capitis: & super prædicta loca & ex ceroto Gal. conquassatis cum lacte dulci aut sine eo. Et conferunt etiam caput purgia cum eius & omne regimen tale. Et quandoque accidit ex humiditate grossa & uiscosa replente lacertos eius, & extendente secundum latitudinem & abbreuiationem à longitudine sua naturalis: sicut accidit follibus factis ex corio cum replentur. Et cura eius est hæc eadem quam diximus in capitulo de spasmo: & in capitulo de mollificatione linguæ præterquam oportet ut medicinas incisiuas & subtiliatiuas præcedant medicinæ digestiuæ maturatiuæ: sicut proprie uaporetur in primis radix colli, & collum cum eo, quod est sicut chamæmelum, melilotũ, anethum, sampsucus, squilla & similia, & garganismata fiant cum aquis & oleis eorum. Deinde perueniatur ad fortiora sicut tu scis.

De alchola & prauis pustulis oris. Cap. 16.

CVra est quatuor res. Prima est adequatio causę faciẽtis & prohibentis aduentum eius. Secunda est euacuatio materię. Tertia est diuersio ipsius. Quarta est intentio particularis. Et primam quidem rem complent si accidat, uel timeatur ut accidat pueris: ut rectificetur lac lactantis eos, cibando ea secundum ea quæ distinguemus iam: ut prohibeatur casus corruptionis in lac. immo alteretur in eis contrarium quod timetur ex illo. Et si accidat ut timeatur aduentus eius propter dyscrasiam pestilẽtialem, aut propter dominium uaporosæ & corruptæ materiæ, aut acutæ ulceratiuæ alteretur secundum exigentiam ipsius: & quidem calida cum eo quod est sicut syrupus acetosus & syrupus de granatis acetosis: & rob eius, & syrupus de ribes, & syrupus acetositatis citri & rub eorum: & similibus. In frigida uero cum eo quod est sicut syrupus acetosus mellinus, iuubinus, & oxymel squilliticum, & similia: & sint cibi eorum & proprie in calida cõditi cum rob acetositatis & stypticitatis sicut proprie assecumine, & figlez, & zere schie, & sumachie: quæ condiuntur cum granatis acetosis. & lentes cum aceto, & cucurbita cum granatis, & quæ hoc cursu procedunt. In frigida uero comedant quæ sunt sicut cappares conditæ cum aceto, & oliuæ conditæ cum muri & origano & similibus. Secundam rem complent in calida quidem & frigida euacuationes per phlebotomiam & uentris solutionem secundũ formam assignatam in cap. de apostemate linguæ. Tertiã rem complent uentosationes sub mento cum scarificatione: & administratione clysterium. In calida quidem lenium si nõ sunt maligna corrosiua, & si sunt maligna cum eis quæ educunt materiam acutam uehementius dummodo non transcendant gradum lenitatis. In frigida uero cum rebus acutis non multæ acuitatis: tamen cum processu gradationis usque ad id quod est sufficiens. Quartam rem complent administrationes particularium medicinarum curantium alchola. Et calidum quidem cum administratione rerum acetosarum habentium etiam stypticitatem: sicut proprie rob de ribes, & rob acetosæ, & rob de moris syluestribus, & aqua decoctionis sumach, & myrti, & lentium excorticatarum cum aceto, & extremitates uitis, & extremitates rubi & zarur, & aqua granatorum acetosorum, & spodium, & galla, & rosæ, & acacia, & coriandrum, & aqua coriandri humidi, & similia. Et memithe quidem, & alchanna cõmunes sunt in utraque materia, similiter gallæ. Alchola qui dem calidum speciem habet quandam herpeticam maligna cuius curatio est difficilis. Et oportet ut succurratur ei per tria genera curationis. Et primum genus curationis est mũdificatio & absterſio uirulenti & corrosiui. Et hoc quidem perficitur cum administratione medicaminis acuti, & proprie alcalcolon dicti in capitulo de polypo una uice post aliam usque dum appareat totum herpeticum consumptũ esse, uel quasi deinde succedat ei administratio medicaminis refrigeratiui sicut olei rosati proprie conquassati cum albumine oui uice una post aliam usque dum ardor & combustio tollatur. Et si non conferant administretur cauteriũ, sicut in capitulo de ulceribus gingiuarum dictum est. Secundum uero genus est perficere cum medicamine partim incarnatiuo ex his quæ diximus, & dicemus, & partim mũdificatiuo. Tertium uero genus curationis perficitur cum medicamine consolidatiuo: & nos scribemus multa huius generis, si Deus uoluerit. Alchola autem frigidum. Aliud phlegmaticum album. Aliud nigrum malignum. Et phlegmaticum quidem indiget duplici genere curationis. Et primum quidem genus perficitur cum medicinis absterſuis & exiccatiuis sicut secaniabin cũ modico aluminis aut colcothar, aut almuri cum aceto squillitico, aut aqua oliuarũ salmuri, aut uinum & mel & similia. Secundum uero genus perficitur cum medicinis exiccatiuis, & consolidatiuis ex his quæ dicemus. Nigrum autem malignum est deterius omnibus: & indiget triplici genere curationis. Et primum quidem genus perficitur sicut in alchola herpetica dictum est. Secundum uero genus perficitur cum medicinis absterſuis multæ absterſionis cum continuitate multi temporis in illo, sicut proprie cũ unguento ægyptiaco, et aceto squilitico: aut cum aceto et colcothar et galla, aut cum aceto decoctionis gallarum, et memiren, aut cum aceto decoctionis almezereon et similium. Tertium uero genus est consolidatio ex eis quæ dicemus post. Sabor rex medorum. Medicamen conferens alchole calido in ore et in lingua, et dolori gulæ à caliditate. Recipe lentium excorticatarum. ʒ.v. rosarum, coriandri sicci, alchannæ de Mecha, boli armeni, adhebe: ana. ʒ.ii. &. s. seminis portulacæ drac. iii. et. s. camphoræ drach. i. partes duas. Teneat ex eo in ore, et suffla in guttur, et ex eo, quando oportet fiant ex eis sicut maran cum rob myrti, aut cydoniorum. bonum, si Deus voluerit. Idem aliud conferens alchole calido, et corrosioni gingiuarum, et putrefactioni sanguinęæ et cholericæ. Recipe sumach mundi, rosarum: ana aure. i. spodii albi, balaustiæ: ana aur. s. ramich drach. s. tere et accipe ex eo parum, et frica super locum: vel accipe ex eo, et misce cum rob cydoniorum, et fiat ex eo oris collutio: et hoc fiat sæpissime: sanat enim, si Deus voluerit. Isaac heben amaran. Medicamen conferens alchole calido. ℞. seminis portulacæ. drachm. x. alchannæ, elebul, sumach mundi: ana. ʒ.iii. cardamomi, habde, croci: ana dra. i. tere et misce cum eis succum coriandri humidi uel aquam rosatam, et colluat ex eo os. bonum Deo volente. Hamech. Medicamẽ alchole, et omnibus inflammationibus oris, et partium eius, et gulæ in corporibus teneris, et infantibus: et est expertum. Recipe amyli. ʒ.vi. spodii, memiren: ana drac. ii. seminis rosarum. ʒ.iii. croci. ʒ.i. zucchari tabarzet. ʒ.iiii. cardamomi. drachm. i. camphoræ chirat. i. et. s. tere quodlibet per se, et cerne per pannum de serico: et vtere sicut diximus. Filius Serapionis. Medicamen conferens ad alchola calidum. Recipe ℞. seminis rosarum, sumach, amyli, sanguis draco. seminis portulacæ, lentium excorticatarum, spodii, sandali albi, alchannæ, balaustiæ: an. partes æquales cãphoræ, partis unius quartam. administrẽtur post collutionem factam ex eis quæ diximus in canone, & cum succesione collutionis. Mahemet Arasi. Medicamen conferens alchole. ℞. spodii, rosarũ & seminum earum, coriandri sicci, sumach mundi, lentium excorticatarum, seminis portulacæ, alchannæ, amyli, burucho: an. camphoræ partem mediam, zucchari, quantum est medietas omnium: & quandoque fit sine zucchаro. Terantur & teneantur in ore: & fiat collutio post illud cum aceto & aqua rosata.

Narratio medicaminum alchole phlegmati co. Cap. 17.

ABolai. Confectio medicaminis alchole phlegmatico. ℞. trochiscorum orobi, gallarum, rasuræ pergameni: an. partem. i. memithe: corticum radicum cap paris, colcothar: ana partem. s. aluminis balaustiæ partis unius tertias duas, alchannæ partem. s. confice cum aceto & melle, & utere, aut applica super morbo ex puluere eorum. Deinde collue cũ aceto & melle. Bonũ, si Deus uoluerit. Trochiſci orobi scripti sunt in capitulo de ulceribus gingiuarum. Idem medicamen conferens alchole permistionis choleræ, & phlegmatis. ℞. mimeren, sief memithe, spodii, seminis plantaginis, capitum rosarum & seminum earum, myrobalanorum citri. balaustiæ, alsithir, foliorum oliuarum syluestrium siccorum, carmezit, aluminis iameni: ana. Terantur & administrentur sicut diximus. Idem medicamen sicut aliud. ℞. memithe, myrobalanorum citrinorum, balaustię, cardamomi, spodii: an. utere sicut aliud, Filius Serapionis. Medicamen conferens ad alchola nigrũ & herpeticum. ℞. foliorum oliuarum, foliorum citri, & foliorum rhami siccorum, acaciæ: ana. ʒ. viii. aluminis iameni, colcothar: ana. ʒ. ii. croci. ʒ. i. Terantur & administrentur. Idem. Aliud conferens alchole nigro & maligno. ℞. arseni ci rubei, pyrethri partes æquales. Terantur & cribellentur, & confice cum alchitram, & comburatur. deinde conteranturtur & administrentur. Confectio medicaminis ex inuentione nostra conferens alchole putrido & maligno: & expertum bonum. ℞. corticum radicum capparum, gallarum, memiren zingiberis, piperis adusti, trochiscorum alcalcalon: ana. ʒ. ii. chartarum combustarũ. ʒ. iii. arsenici. ʒ. ii. &. s. Fiat ex eis puluis subtilis: & ex una parte eius fiat frictio, & ex alia linimentum: & ponatur super ea fructum chartæ madefactæ: ut circundet super ea. Plura etiam scripta sunt in capitulo de ulceribus gingiuarũ: quę afferantur ad hunc locũ.

De fœtore oris. Cap. 18.

FOetor oris si causam habeat putrefactionis in partibus oris: iam diximus curam eius. & quandoque accidit ab ulcere & putrefactione partium pectoris! & pulmonis: & dicemus curam ipsius & quandoq; accidit ex humore aggregato & putrefacto i stomacho & partibus eius: & eius cura est tres res. Prima quidem res est euacuatio illius materiæ cũ iteratione & iteratione sæpius cũ eo quod conuenit. Et si quidem fuerit cholerica fœtida putrefacta cum eo quod est sicut infusio aloes in aqua endiuiæ & similia, de quibus loquemur in capitulis de stomacho, si Deus uoluerit. Si autem fuerit materia phlegmatica fœtida putrefacta, fiat purgatio eius cum eo quod sicut hiera: & stomaticum nostrum & pillulæ arteticæ cuius explicationem scribem, si Deus uoluerit. Et dixit filius Zachariæ. Qualiscunque sit materia siue calida, siue frigida confert uomitus post esum acruminum & acetosorum, aut post melones cũ successiõe syrupi acetosi, aut secaniabin, aut hydromelitis: & uitet pinguia post illud, & grossa, & uiscosa, & nauseatiuam satietatem, & lac: non comedat pulmentaria sed frixa habentia semina & almacamar. Et utatur almuri & alsachã ne in prima comestione, & alzegen. Et in secunda mensa comedat cydonia, pira, & condita ex eis, aut zinziber cõditum, aut diacyminũ, aut diatrion & similia. Et sit uinum eorum conditum cum speciebus quarum narrationem faciemus post: & ex potibus est miua, & conditum, & rob de pomis cum speciebus & sine speciebus. Secundum rem complent administrationes medicaminum acquirentium temperiem receptorii ut fiat deinde minera in eo aggregationis materierum conuenientium. Et ex hoc quidem faciẽtibus in re cholerica est administratio rerum: quæ sunt proprie sicut chrysomela humida, aut perfica cum proprietate, & infusiones eorum dum sunt ficca: & hoc in ieiunio. Et ex eis sunt zarur, & cydonia, & rob acetositatis citri, & miua, & syrupus de pomis, & confectio de pomis: & ex ipsorum diacydonitem: & confectio acetosæ, & similia. In materia uero phlegmatica administrentur ea proprie quę sunt sicut zingiber conditum, & tryphera maior, & sahane, & muri, & acetum squilliticum, & trochiſci diarhodon: & zuccharũ rosatum cum mastiche, & xyloaloe, & trochiſci de gariophyllis & lętificans & similia. Tertiam rem complent administrationes medicinarum proprie quarum proprietas est generare in ore: & in uniuerso corpore odorem bonum sicut proprie folia & cortex citri, & balderebuch, & granacius, & teneritas myrti, & thus, & rosæ, & macaziri, & camphora, & alfelengemiſch, & poma odorifera, & cydonia, & ſuch, & ramich, & emblici proprie, & xyloaloe, & cubebe, & gariophylli, & mastiche, & nux muscata, & doronici, & spica, & similia. Et res quibus conficiunt sicut rob myrti, & rob de citro, & rob de acetosa, & mel emblicorum, & mel chebulorum, & chesmes, & uuæ passæ dulces, & uinum, & similia. Ioannitius. Confectio trypheræ cuius iuuamenta multa, & experta sunt, et proprie ad ægritudines stomachi. Confortat enim in eo mineras uirtutum et operationũ nobilium: et facit oris odorem bonum et totius corporis: et occultat fœditatem coloris, et acquirit corpori uiuiditatem et coloris pulchritudinem, et conseruat corpus in uigore adolescentiæ et iuuentutis, et retardat canos, et cõfortat cor et generat hilaritatem cõtinuam, et addit in coitu, et est medicina regum: cuius permistio. ℞. myrobalanorum chebulorum, emblicorum, belliricorum: ana partes æquales. Terantur et fundatur super eos conterendo in uase lapideo hora post horam aqua fontium dulcium cum aliquãtulo zucchari. et hoc per dies tres. deide per alios tres dies distilleturunauice post aliam super eos tenui instillatione ex oleo rosato, aut amygdalino semper agitando cum spatula. deinde dimitte siccari eas in umbra. Deinde accipe huius permistionis. ʒ. xviii. rosarum siccarum. ʒ. vi. cyperi. ʒ. iiii. ligni aloes, extremitatum myrti humidę, gariophyli rum, mastiches, spicæ: ana. ʒ. ii. et tertiam alterius, cynnamomi, zurũbet, croci, cardamomi, heil, macis, nucis muscatę: ana. ʒ. i. et. s. ambræ crudæ et such: an. ʒ. ii. muscι. ʒ. i. tertias duas. confice cum melle emblicorum ex chesmes, et fiant ex eis formæ similes auellanis ponderis. ʒ. iii. Da in mane cũ uino et in sero similiter. Aristoteles. Suffuf quod exquisita inuentione composuit Alexandri imperatori, confortat stomachum, hepar et uiscera debilia, et rectificat digestionem, et facit oris odorem bonum, et generat gaudium. ℞. ligni aloes, cyperi, extremitatum myrti humidæ, cinnamomi, folii heil, myrobalanorum chebulorum, emblicorum, et belliricorum præparatorum secundum superiorem doctrinam, macis, felengemisch, darseni, usne, piperis, macropiperis, zingiberis, gariophyl. nucis muscatæ, cardamomi, granorum granatorum: an. ʒ. ii. ambræ, muscι, camphoræ: an. ʒ. i. zucchari tabarzet sextuplum põderis omnium. dosis eius est a. ʒ. i. usq; ad aureos duos cum aqua frigida ante cibum et post cibum: expertum uerax. Filius Zachariæ Arasi. Confectio pilularum conferentium et procurantium digestionem, et facientium oris odorem bonum. ℞. gariophyllorũ, suchelmese, darseni, nucis muscatæ, cyperi, spicæ corticum citri, ligni aloes: ana aur. ii. muscι aur. i. decimam. Confice cum uino et da. ʒ. iii. et partem earum transglutiat et partẽ earum commasticet dentibus, et transglutiat succum. Idem ad idem. Accipe extremitatum myrti humidæ: et chesmes partes æquales. Terantur et fiant ex eis formæ sicut nuces, et da mane et sero unam cum condito aromatico. Idem. Confectio trochiscorum de gariophyllis facientium odorem oris bonum. ℞. gariophyllorum, corticum citri, cyperi, spicæ, nucis muscatæ, suchelmissæ, xyloaloes, cinnamomi, macis, heil, cubebe: an. ʒ. i. muscι chirat. i. Fac ex eis trochiscos cum aqua malorum: et teneat in ore suo super cibũ, et deglutiat ex eis duos uel tres. Idem dentifricium ad idem.

Medicinæ regum.

idem. Rx. spicæ, cyperi, rosarum, folii, galliæ, corticum citri, gariophyllorum, cardamomi, ligni aloes, mastiches, salis cõbusti: an. mellis ut conficiat ea. Fiant trochisci, & siccentur in furno debilis caliditatis & fiat ex eis dentifricium. Idẽ. ex eis quæ nimis occultant fœtorem oris mirabiliter, est frequens comestio apii. Idem. Confectio experta & efficax ad fœtorem oris causa materiei putridæ in stomacho. Rx. extremitatũ myrti humidæ, darseni, emblicorũ, cyperi, spicæ, corticum citri, florum squinanthi, mastiches: an. partem. i. galliæ gariophyllorum, nucis muscatæ, cubebæ, heil, zinziberis: an. partem. s. confice cum melle passularum quod sit duplum ponderis omnium & cum uino antiquo odorifero aut cum chesmes. Et fiant formæ sicut nuces: & sumatur ex eis omni mane una & omni sero: & hoc fiat post uomitum & solutionem uentris iteratam sæpius sicut diximus in canone prædicto.

Apium solum é mirabile.

Gargarisma facile.

De dolore oris. Cap. 19.

DOlor oris fit à causis quas diximus ī capitulo de particularibus curis ægritudinum ipsius & diximus curas. Hamech elengezar. Medicamen conferẽs doloribus in partibus oris, & radice linguæ & tumori faucium, & gingiuarum expertum. Rx. sumach, foliorũ myrti, foliorum rosarum: ana aur. i. bulliant in aqua pluuiali usque ad medietatem & fiat ex ea gargarismus tribus uicibus omni die: deinde puluere hoc utatur. Rx. spodii, gallarũ, granorum hacel, foliorum rosarum an. tere & utere. Idem. Medicamen conferens dolori oris bonum & expertũ. Rx. amyli, aluminis iameni, rosarum, seminũ citri, myrrhæ: an. tere & accipe ex eo parum, & misce cum aqua & melle. & fiat gargarismus: & teneat in ore una hora. Idem. Medicamen conferens bothor in partibus oris, & faciens oris odorem bonum. Rx. anisi quantum uolueris & tere: & confice cum melle & succo myrti humidæ, aut uino odorifero: & fac gargarismum cum eis, & teneatur in ore usque ad horam unam.

Finit particula prima sectionis primæ.

SECVNDA PARTICVLA sectionis primæ.

G

YRum cœli fecit Deus, & terram posuit in puncto. Cõcordias nutrit ipse solus, & discordias arcet. concordes ergo discordes; regulat: sanum simul & morbidum sanat igitur ipse solus: salutem itaque ab ipso solo dari creditur: humilis gaudeat: natura naturans regulis sic certis astringit alterutrum: ut quibus dissideat, hoc pati reformetur ab altero. Cælatum quodq; gerit in se quo alteri prosit, sed non ut noceat. Sed qui hoc recte nouit discutere quod excelsus largitus est, magni doni est munus. Libenter igitur discе largiri magna munera: munus munere nõ compensans. Tradimus uobis cũ auxilio excelsi postquam narrationem expleuimus de curis ægritudinum membrorum capitis: ut narremus narrationem de curis ægritudinum membrorum seruientium spiritui secundum præmissionẽ nostram in ipsis. Sed ut uerificetur processus, fructumque, & ueritatem inueniat: ipsum regulari ab illo qui excelsus cuncta felicitat petimus, qui sit benedictus.

SECVNDA autem particula huius primæ sectionis continet summas quinque.

Summa Prima est de curis ægritudinum faucium, & guttu ris, & uicinarum partium.
Secunda de curis ægritudinum pectoris & pulmonis.
Tertia de curis ægritudinum cordis.
Quarta de curis ægritudinum forinsecarum pectoris.
Quinta est de curis ægritudinum spondylium & dorsi.

E *SVMMA. I. De curis ægritudinum faucium & gutturis & vicinarum partium. Et primo de strangulatione. Cap. I.*

TRangulatio causas habet à rebus quæ sunt intra & dicemus eas si Deus uoluerit. Et quandoq; contingit à rebus aduenientibus extra & operantibus extra sicut strictio cum fune & similia. Et palam est cura ipsius. Aut à rebus aduenientibus extra & operantibus intra: sicut proprie ex rebus quę comeduntur & bibuntur: sicut est bolus magnitudinem, aut asperitatem, aut stypticitatẽ habens, sicut proprie panis opirus non masticatus, aut miliatus, aut aliquid quod est sicut os aut spina: & cura est ut illico prouocetur uomitus, & incipiamus comprimere collũ impingendo percussiones post percussiones super ipsum, & immittendo digitum in guttur, aut instrumentum ex ligno aut cornu lene curuitatem habens, & hoc fiat cum facilitate: & si sit spina aut os gutturi infixum, & sensus comprehendit, ea tenaculis extrahatur, aut uncino comprehendente secundum aliquid eius, aut cum chorda arcus. Si autẽ sensus comprehendere non potest, post cibaria grossa administrentur gargarismata ex mucilaginibus & deglutiones ex eis, aut ex rob, aut ex nasturcio infuso & conquassato in rob. Deinde fiat uomitus post administrationem rerum uiscosarum comestarum sine masticatione plurima. Et quãdoque annectimus cum filo bolum carnium pinguium pelliculosarum & uiscosarum, & dam us ad degluticndum. Deinde extrahimus subito. & quandoque facimus cum spongia marina, & quandoq; cum ficu sicca pingui & similibus, & extrahitur, si Deus uoluerit. Fit interdum ex quibusdam eorum quæ sumuntur strangulatio non propter quantitatẽ: sed propter rei malitiam sicut ex quibusdam generibus fungorum mortiferorum: quod sanatur ex succo raphani facto ex eo gargarismate cum oxymelite & imbibito cum melle. Et nos loquemur de hoc, quando loquemur de rebus uenenosis post, si Deus uoluerit.

C

F

H

De ægritudinibus uuæ. Cap. 2.

SVnt casus eius, & apostematio, & uulnera. Et casus qui dem uuæ cura est tres res. Primo est si uua est uehementis inflammationis, & rubedinis phlebotomia cephalicæ, aut solutio uentris, si fuerit cum permistione choleræ cum eo quod est sicut aqua fructuum, & myrobalanorũ. Et si fuerit habens albedinem cum eo quod est sicut hiera & cochiæ. Secunda est diuersio causæ eius: & hoc quidem perficitur cum eo quod facit cadere materiam ad partem diuersam, sicut uerbi gratia cum frictione aurium, & extensione earum sursum uehementer, & attractione dolorosa, & positione uentosarum ad partem oppositam. Hæc. n. collant uuam & eleuant. Et ex eis quæ experta sunt ad eleuationem eius, est ut accipiatur cereus uel manipulus capillorum in zuhendeg, & colligatur manibus, & præcipiatur infirmo ut taceat. Et tu quidem pone pedes tuos super humeros eius, & trahe manipulum capillorum uehementer usque dum cutis dislocetur dislocatione aliqua à zuhédeg. Eleuatur. n. uua ex hoc illico. Et iam quidem expertum est ut liniatur super zuhendeg: emplastrum ex succo acacię. & hoc in principio, aut ex acacia cum aceto, aut ex gallis adustis cum aceto: quoniam eleuant ipsam. Sternutamẽta etiã conferunt eis. Tertia est particularitas operationum circa ipsam uuam, & est ut in principio incipiatur cum medicinis quæ repellunt materiam, & prohibent aduentum humiditatis plurimæ sicut propriæ gargarisma cũ aceto & aqua rosata, si materia fuerit calida, & uua fuerit inflammata & rubens, aut aqua solathri, & semen rosarum, & folia ipsarũ, aut aqua granati acetosi triti cum tota substantia cum stypticis. Et liniatur palatum & uua cum medicamine facto ex balaustia & rosis, sandalis & modico camphoræ. Fiat ex eis pulvis subtilissimus & utere comprimendo cum instrumento. & ex eis sunt gallæ, & balaustiæ, & alumen. Et ex succis duorum granatorum contritorum cum tota substantia fit gargarismus bonus similiter ex infusione sumach in aceto & aqua rosata. Et adhuc ex diamoron facto ex moris rubi immaturis eum aceto & eo melius quantũ in casu hoc illud quod fit ex moris rhanni. Et proprie immaturis. Et nos dicemus species diamoron, & aliorum in capitulo de squinantia. Post quàm autem pertransiuit tempus principii utendum est stypticis cum eis quæ habent aliquantulum abstersionis sicut mel proprie & diamoron ex moris de sceni quæ hoc cursu procedunt & gradatim, deinc perueniendum est ad maturatiua & resolutiua fortia: sicut est proprie myrrha, crocus, sal ammoniacus, & pyrethrum & similia: quorum narrationem consequemur post. Si autem passio fuerit ex abundantia phlegmatis, & fuerit decliuis ad albedinem, utendum in principio gargarismate facto ex succo nucum cum rob, aut ex diamoron aut ex syrupo acetoso cum gallis. Deinde gradatim perueniendum ad sinapim, & salem ammoniacum, & almuri & pyrethrum & similia. Et si necessitas postulat, eleuetur cum instrumento ad superiora cum medicinis quas diximus & dicemus iam. Filius Serapionis. Medicamen expertum colligens & confortans uuam, & eleuans eam. Rec. balaustiæ. ʒ. ii. aluminis iameni. ʒ. i. croci, & camphoræ. ana. ʒ. i. tertiam. Fiat ex eis pulvis subtilissimus & administretur cum cochleari paruo post gargarismum ex aceto & diamorõ. Item. Aliud ualde bonum. Rx. ramich partem unam, salis ammoniaci partẽ mediam. Utere cum instrumento. aut gallarum & salis ammoniaci: ana partes æquales, myrrhæ, aluminis: ana partẽ mediam. Utere sicut diximus. Medicamen ex inuẽtione nostra bonum & expertum. Rx. cinnamomi, piperis, zinzibe ris, pyrethri balaustiæ, corticum granatorum, foliorum rosarum & seminum earum: ana partes æquales, & utere cũ instrumẽto post gargarisma ex eis quæ scis. Aliud similiter nostrum. Rx. aluminis iameni, gallarum uiridium: an. partem. i. pyrethri, myrrhæ, piperis albi, salis ammoniaci: ana partem. s. tere & utere sicut diximus. Hebengezar. Rx. piperis longi & nigri, myrrhæ: salis ammoniaci: ana. Exuffletur ex eo in guttur & utere cum instrumento. Filius Zachariæ. Confectio experta ad idem. Rx. gallarum, balaustiæ, salis ammoniaci: an. exuffletur ex eo in guttur, & ponatur ex eo super cochleari, & eleuetur cum eo.

A

B

De apostemate uuæ. Cap. 3.

APostema uuæ indiget eodem regimine secundum quod dictum est. Veruntamen terminatur secundũ unum trium modorũ. Aut enim resoluitur, aut suppuratur, aut delet & corrumpit membrum. Si ergo contingit ex medicinis adhibitis non posse resolui, sed intumescit amplius, & dolor multiplicatur, tunc perueniẽdum est ad gradũ maturatiuorum sicut est proprie apozema dactylorum, & ficuum, & uuarum passarum, & radicum lilii, & rosarum, & emplastrum ex fæce eorum. Et quandoq; miscetur cum eis ex confortantibus ipsum membrum ne cadat putrefactio in integrum ipsius: & destruatur membrũ sicut uerbi gratia balaustia, ramich, myrrha, cyperus, rosa, & similia. Quodcunque eorum magis oportere uidebitur. Postquàm autem suppuratum fuerit, aperiatur sicut in cura synanches dicetur. Et mundificetur deinceps sicut ibi dixi stinguemus. Si autem uua corrumpitur & mortificatur & pendet gracilata radice ipsius, tunc oportet ut incidatur. Non enim amplius regitur à natura. Et melior modus incidendi eam est cum incisorio aureo ignito. Postquam recipitur uua in concauitate lacerti instrumenti cannularis ita quòd per medium extremitatis alterius cannuli incisorii ipsum mittatur, ut perueniat extremitas eius ad uuam & radicem ipsius sine contactu aliarum partium: neque ita radicitus incidatur quin aliquid extremitatis eius remaneat: fortasis enim sumet aliquod officium ex ipso natura. Deinde colluatur locus cum aceto decoctionis aluminis & gallarum, & curetur sicut in capitulo de uulneribus oris diximus. Si autem uua tumida & rubens fuerit secundum Hippocratis mandatum, timendum est eam incidere: quare satagendum, si rectificari potest. Si uero non, immo ad gracilitatem & nigredinem tendit, expectetur super ea usque dum relicta sit à natura, & tunc incide.

D

De apostemate duarum amygdalarum. Cap. 4.

CVra huius ægritudinis est tres res, sicut diximus in capitulo de uua. Et prima quidem perficitur sicut ibi distinctum est. Secunda uero perficitur cum operatione faciente cadere materiam de una parte in aliam partem: sicut uerbi gratia, cum frictione brachiorum dolorosa, & proprie cum ligno habente extremitatem rotundam: & fiat frictio ex parte syluestri brachiorum scilicet super dorsum focilium, & fiat idem in die pluries. Et quandoque pomum allium tritum in radice manus: & ex parte syluestri, & ligamus & efficit operationem bonam, & sedat dolorem. Conferunt etiam uentosationes positæ in brachiis & cruribus. Conferunt etiam administratio olei amygdalarum dulcium tepidi, & distillatio eius in aurem quæ sequitur dolorem utendo omni hora instillatione post instillationem, quoniam est efficax. Et similiter olei anethi & chamæmeli. Tertia uero est administratio particularis intentionis quæ perficitur sicut in capitulo de uua diximus. Terminatur autem hæc passio ad unum trium modorum. aut enim resoluitur apostema, aut suppuratur, aut induratur. Et illud fit raro: propterea quòd facilius est ut recipiat ex digestione quod est resolutio aut suppuratio, quam ex compactione quod est sicut induratio. & hoc facit posse loci & uicinitas locorum digestionis. Adiuuant autem ad resolutionem diamoron dulce confortatum proprie cum eo quod est sicut myrrha, crocus, & similia usque ad gradum eorum quę sunt sicut sal ammoniacus, pyrethrum, almuri, & similia, & proprie factis linimentis & gargarismatibus ex eis. Et huius etiam intentionis sunt emplastrationes factæ ex ficubus siccis, & baurach, aut ex melle & furfure & sale, aut ex melle, & myrrha, & olibano, & iride decoctis cum rob & pauco mella. Ex emplastris autem mirabilibus ad apostema duarum amygdalarum, & glandularum, & synanches est emplastrum factum ex radice alleurengeug decocta in rob & contrita uehementer. deinde admisceatur ei adipis porcinæ antiquæ lotæ uehementer & colatæ pondus eius modico baurach. Et ex eis similiter est radix ireos præparata secundum eandem doctrinam. Et expertum est en plastrum de radice porrorum non transplantatorum cum adipe antiqua & rob. Aut radix lilii cum baurach & rob, & adipe porcina. & hoc etiam ualet ad synanchen, & uigoratur posse suum si cum prædictis rebus iungatur succus scabiosæ qui ad hoc est mirabilis multum. Et hyssopi cerotũ est iuuamentum bonum. Et deinde superpone lanam hyssopi, & similiter cerotaria ex adipe gallinæ & anseris, & butyro, & cera cum oleo anethino. Et est expertum emplastrum quod Recipit farinæ hordei, seminis lini: ana unciam unam carnium dactylorum, & ficuum siccarum & nigrarum & pinguium: ana aureos octo micæ panis aureos quinque. Coquantur omnia cum rob postquam trita fuerint sicut medulla & superponatur. Res autem quæ aggregant uirtutem resolutionis & maturationis est diachylon. Et quando addis compositioni eius iridem, erit operatio eius nobilior, & similiter diachylon magnum & diachylon paruum. Postquam autem apostema collectionem saniei fecerit, apostema aperiatur, & curetur uulnus sicut in synanche dicemus. Si autem apostema induratur: experiantur super ipsum aliqua ex resolutuis fortibus, sicut proprie baurach rubeum insufflatum in guttur, aut linitum cum melle. Et ex eis est succus cucumeris asinini & centaureæ: & fortior eis & conuenientior est assa fœtida. Si autem ex eis non resoluitur, & dealbatur cutis quæ est super ipsam, tunc oportet ut extrahatur una uel utraque si oportet. Et modus operationis est ut accipiatur cum uncino bicipiti & suspendatur. Deinde fiat incisio secundum longum ægritudinis cum incisorio habente aliquid curuitatis: & extrahatur una post aliam secũdum totalitatem earum, & dimittatur post illud sanguis fluere usque ad illud quod est decens, postquam inclinatur super pectus ipsius, post hoc colluatur os cum aqua rosata & aceto infrigidatis. cæterum si sanguis plurimus exuberat, administrentur constringentia ipsum sicut proprie colcothar & alumen & similia. Et fiat gargarismus ex decoctione gallarum & foliorum

foliorum myrti,& ſimilium.& quandoque accidit ut cauterizetur, & tunc melior cura eſt, ut cauterizetur cauterio aureo,& eſt timoroſum.

De ſynanche gutturis. Cap. 5.

CVra huius ægritudinis eſt ſex res. Prima eſt ſubtractio cauſæ. Secunda eſt prohibitio eius quòd fluit. Tertia eſt diuerſio eius quod fluxit. Quarta eſt intẽtio particularitatum. Quinta eſt correctio accidentium. Sexta eſt regulatio uitæ. Et primam quidem rem cõplent euacuationes factæ cum feſtinatione, & proprie per phlebotomiam & uentris ſolutionem. Et quidem canon eſt,ſi accidit à plenitudine ſanguinis, ſolum principium noſtrum erit à phlebotomia. Si autem à multitudine ſanguinis, & multiplicetur cholera, præponimus euacuatiuũ extrahens choleram à ſanguine, & hoc ſi oportet cum iteratione,& facimus ſequi phlebotomiam poſt id. Et ſic quidẽ
Quinq; cõditiones in phlebotomia huius paſſionis obſeruandæ. ſunt conditiones in phlebotomia obſeruandæ quinque. Prima eſt ſi fuerit materia ſanguinea calida,phlebotomia ante omnia adhibenda eſt,& proprie ex uena cephalica. Et ſecunda eſt, quod ſi ſignificatur eſſe dominium ſanguinis qui retinetur & conſuetus eſt fluere, & eſt patiens ex illis qui conſueuit cadere in ſynanchiam, tunc phlebotomia fiat ex latere quod ſequitur dolor. Si autem hoc expreſſum nõ accidat melior eſt phlebotomia ex latere oppoſito. Tertia uero eſt,quod ſi dominium fuerit in ſanguine ſecũdum totum,tunc nõ eſt inconueniens phleboromare ex utraq; cephalica cum uiciſſitudine, & nedum ex cephalica, ſed ex baſſilica & ſaphena ſi uirtus tolerat. Quarta eſt, ut qualiſcũque fiat phlebotomia,non fiat extractio ſemel & ſubito, ſed cum iteratione renouãte numerum,ut ſaluetur uirtus, & perueniatur ad expulſionem plenitudinis cum rectitudine ſapienter. Quinta eſt,ut poſt phlebotomiam cephalicæ,phlebotomentur eodem die uenę quę ſunt ſub lingua, neque tardetur illud,ſed phlebotomentur eodem ueſpere, & maxime tunc feſtinãdum eſt cum plenitudo in eis apparuerit. Si autem choleram cum ſanguine dominari contingit ante phlebotomiam & poſt, natura ſoluenda eſt cũ rebus choleram educentibus leniter, & iterato: & ſit ſolutionum pluris alterationis quam euacuationis. Et hoc quidẽ ſi uirtus tolerat,& ſoluatur natura cum aqua ſolathri & fructuum:& ſi oportet cum iteratione. & euacuationes etiam factæ per clyſteria debilia ſi febris adeſt,aut fortia,ſi febris non adeſt,ſunt iuuamenti ſublimis. & tua intereſt menſura medicinam naturæ in omnibus quæ iam diximus. Si autem ſanguinis dominium fuerit cum phlegmatis exuberantia poſt phlebotomiam,ſaluatur natura cum cochijs, & cũ hiera,& cum ſimilibus:& cum ꝓnematibus fortibus & collyriis ex his quæ ſcis. Secundam rem complent adminiſtrationes de iacur, & aliarum medicinarum fluxum materiæ catarrhalis ſiſtentium, & impinguantium ſubtilem & acutam,& ſubtiliantium groſſam.de quibus in ca. de catarrho locuti ſumus. Tertiam rem complent frictiones doloroſæ & ligaturæ in brachiis & tibiis, & uentoſationes in ipſis, & poſitio uentoſarum ſuper zuhendeg eſt iuuamenti magni,& ſimiliter ſuper nucham, & uentoſa ſuper collũ eſt iuuamenti ſublimis & proprie apud ſpondylem ſecundam. Elargat.n.fauces & guttur.Et adiuuat ad attractionem aeris, & expirationem ſumorum, & remouet prohibitione deglutionis: quapropter oportet ut ſæpius iteretur, & ſit proprie uentoſa magna. Conferunt etiam uentoſæ ſuper mentum,& ſub maxillis,& etiam cum inciſione ſub mãmillis.faciunt.n.materiei diuerſioné facilem. Conferunt etiã diſtillationes in aurem quæ ſequitur dolorem poſt diſtillationes proprie ex oleis quę ſunt ſicut oleum roſatum,& oleum de amygdalis dulcibus & ſimilia. Quarta,quæ eſt adminiſtratio particularium operationum, diuiditur ſecundum tempora morbi:pręcedant ergo euacuationes primo, ut ſtyptica in augmento adminiſtrentur. In ſtatu autem ſtyptico ſimul cum reſolutiuo utendum eſt. Verum in principio ægritudinis particularitas adminiſtrationis ſuſpecta ẽ. fortaſsis.n.rheumatizat materiam in loco, ſed tũc quidem competunt cum iam euacuationes præceſſerint. Diſtinguamus autem in adminiſtratione particularium operationũ per tempora morbi hoc modo. In horis quidem augmenti ſit magis uincens medicamẽ ſtypticum prohibitiuum agitationis & diſcurſionis rheumatis & alteratiuum ipſius. Verbi gratia.Si ſanguinea ſit paſſio,incipiendum eſt ab adminiſtratione gargariſmatum, ſicut eſt proprie aqua roſ. cum aceto.Hæc eſt.n.conueniẽtior omni ſpecie eius. Aut aqua infuſionis ſumach,aut ribes, aut ſuccus corticum nucum recentium cum aqua ſumach,& aqua coriandri humidi & ſumach. Et ex eis aqua granatorum acetoſorũ & dulcium tritorum cum tota ſubſtantia. & ſuccus ſolathri cum femine roſarum eſt admirabilis. & ſimiliter cydoniorum, ſorborum,& iacur,& bellach, & ſimilium. Et quandoque admiſcetur cum iſtis quod eſt ſicut balauſtiæ,& gallæ, & ſemina roſarum,& alumen,& ſimilia, & uigoratur operatio eorum.Et ſucci agreſtæ ſicci cum prædictis liquoribus iuuamentum eſt ſublime.& ſimiliter ſucci ſumach ſicci, & ſimilium. Et ex compoſitis eſt diamoron confectum cũ moris ſylueſtribus,aut ex mori rhanni,& eſt iuuantius. Et ex ſuffitionibus in guttur quæ ſunt proprie huius intentionis, ſunt alumen proprie,balauſtiæ,& cortices ſumach, & ſuccus agreſtæ,& oleum omphacinum,& ſimilia. Si autẽ cholerica ſit materia,conferunt hæc quę diximus, facta magis inſrigidatia cum eo quod eſt proprie ſicut ſuccus ſolathri, & roſæ,& ſandali,& camphora,& mucilago pſyllii, & ſimilia.Et quædam ex eis non tantum gargarizata ſed etiam bibita,ſunt iuuamenti ſublimis,ſicut uerbi gratia, rob de papauere bibitum eſt iuuamenti ſublimis uehementiæ,& proprie cum aqua ſumach. Et ſimiliter lac quod mulgetur ex femine papaueris & aqua roſata, & ex eis eſt ſuccus ſolathri depuratus & bibitus mane & ſero ſecundum menſurã duarum teſtarum oui aut trium.Et ſimiliter mucilago pſyllii cum coriandro & grano uno & dimidio camphoræ. Si autem materia fuerit phlegmatica,gargarizãdũ eſt in principio cum aqua roſata & aceto. Deinde fiat cum rob nucũ & diamoron confortatis cum eo quod eſt ſicut galla, & alumen,& acacia, & ſimilia. Si autem ad ſtatum proceſſerit ægritudo,tũc medicamine ſtyptico ſimul & reſolutiuo utẽdum eſt. Et in calida quidem materia adminiſtratur ſicut mel roſatum,aut mel cum aliquo eorum,quæ ſunt ſtyptica, quorum narrationem faciemus iam. Et ex his eſt ſuccus ſolathri cum melle roſato aut melle & pulpa caſiæ ſi. cum ipſo eſt cõuenientior aut cum rob mori. Et lac ex his eſt quę conferunt gargarizatum in hac hora.lenit.n.& dolorem ſedat.Et quandoque adminiſtratur cum medulla caſiæ ſiſt. & confert gargarizatum & bibitum, & proprie cum pauco zuccharo & croco. Et oportet quod adminiſtretur lac calidum,& proprie cũ mulgetur: & oportet ut ſit proprie lac caprinum aut aſininũ.Et huius etiam intentionis eſt. Meybuthecog ex coagulato uuæ,& rob, & rob nucum cum eis quę ſunt ſicut myrrha & crocus, & ex eis etiam rob mororum cum ipſis,aut decoctio ficuum, & fœnugræci cũ bdellio & rob.& ſimiliter decoctio paſſularum, & fœnugræci, & ficuum, & dactylorum cum eo quod eſt ſicut myrrha & crocus. Et ſi fuerit materia frigida, conferunt aliqua etiã eorum quæ nunc dicemus.& ex eis eſt rob ſuccorũ, & rob mori facta fortia cum pyrethro,myrrha, & croco. Et ſimiliter lac caprinum cũ ſtercore canis albo & melle,aut aqua mellis cum pauco ſinapis, aut ſyrupus acetoſus cum ſucco raphani. Si autem ultimetur hora ſtatus,utendum eſt, tũc medicamine maturatiuo aggregante in ſe lenificationem, ſimiliter & reſolutionem:ſicut uerbi gratia, decoctio ficuũ cum baurach,& ex eis decoctio papaue.& paſſularum cum baurach.Ex eis autem quibus utimur ad lenificandum,ſunt lac proprie & decoctio ficuum & paſſularum, & mucilago pſyllii in calida materia,& ſemi.cydoniorum, & ſe.lini,& fœnug.& althęę,& decoctio dactylorũ,& meybeg ex coagulato uuæ,& aqua furfuris,& liquiritiæ,& rob,& ſimilia. Reſolutiua autem quibus utimur cum prædictis, ſunt ſicut ſal muri & meybeg,baurach,myrrha,crocus, ſal ammoniacus,pyrethrum,harmel,ſinapis,aſſa fœtida,raphanus, ſtercus canis album,& proprie qui comedit oſſa, ſtercus infantis nutriti ex lupinis,ſtercus hirundinis, & puluis hirundinũ combuſtarum, & ſimilia. Et nos modum comburendi hirundines dicemus poſt diuerſos modos compoſitionis ſecundum diuerſos philoſophos. Vtendum autem eſt extrinſecus emplaſtris quibus emplaſtraretur exterius guttur cũ rebus aggregantibus uirtutem maturationis & attractionis:de quibus mẽtionem fecimus in ca.de apoſtemate duarum amygdalarum. quare oportet ut pars illa afferatur ad hunc locum.Synanchia terminatur ſecundum unum trium modorum.aut.n.reſoluitur, aut ſuppuratur, aut permutatur. Verum medicamina quibus reſoluitur iam diximus. & medicamina quæ ipſam materiam deducunt ad maturationem, ſimiliter diximus. Cum autem ad maturationem peruentum fuerit: tunc ad apoſtematis apertionem ſtudendum eſt cum medicamentis proprie aggregantibus intẽtiones duas apertionis.ſ. & lenificationis. uerbi gratia. ſicut ex medicamentis acutis ſicut baurach, aut ſtercus hirundinum,miſceat cum aliquo eorum quod eſt ſicut ſuccus herbæ albeduſtar,quoniam eſt ſublimis.Rerum autem aperiẽtium apoſtematum huiuſmodi ſumma hæc eſt. ſal ammoniacus proprie,& baurach,& myrrha,& harmel,& aſſa fœtida,ſtercus canis album,qui diu paſtus eſt oſsibus, & ſtercus infantis paſti ex lupinis cum uino,& ſtercus hirũdinis, & cinis pullorum hirundinum uſtorum ſecundum formam quam ſcribemus poſtea.& ex his eſt ſtercus adib:& ex ſumma lenitiuorum, quæ admiſta eis faciunt apertionem apoſtematis ſunt lac, & ſuccus herbæ albeduſtar per excellentiam,ſuccus caulium,& decoctio ficuum & decoctio fermẽti,uel infuſio eius in rob,aut decocto ficuum.Si autem cum iſtis non fuerit apertum apoſtema: tunc recurrendum ad compoſita ex iſtis,quę dicemus poſt.Et ſi adhuc non aperiatur ex iſtis, recurrẽdum eſt ad apertionem eius cum ferro. Et ſunt ex hominibus ſcindentes huiuſmodi apoſtemata cũ unguibus poſtquam immiſerint digitos in guttur. Cum autem manare cœperit ſanies,locetur ſuper faciem ſuam, & liniatur guttur ipſius,& palatum fricando ipſum digitis cũ melle & ſale pauco, & frequententur gargarizationes ex eis,ut mũdificetur locus. Et de cætero fiat proceſſus noſter cum abſtergentibus & mundificantibus, deinde cum ſigillãtibus,ſicut in capitulo de ulceribus gingiuarum, & alcola diximus. Permutatio ſynanchiæ eſt ſecundum unum duorum modorum:aut deliteſcit ſubito,aut non ſubito. Et eius quidem delitеſcẽtia aut declinat in occultum corporis,aut manifeſtum eius. Et declinans quidem in occultum corporis, & ſubito ſicut eſt raptus proprie ad pulmonem aut cor interficit: ſed raptus eius ad cor interficit illico aut confeſtim præfocat, ad pulmonem uero non ſubito. Et dixit Hip.quod in.vii.diebus:& ſi contingat quod hoc effugiat, incolumitantur:& illud ideo,quoniam uirtus eſt, quæ uincit,aut uincitur. Et ineſt uirtuti forti, ut nihil poſſit ei reſiſtere,etiam ſi ſit imprimens ex imprimentibus fortibus ſicut uenenum.Vincit.n.uirtus fortis ſupra ueneni poſſe, & expellit illud. Quod autem declinat in occultum corporis,& non ſubito cauſa eſt interdũ pleureſis, aut peripneumoniæ,aut phthiſis. At uero quod declinat in manifeſtum corporis facit apoſtemata exterius: & aliquando bothor. Et dixit Gal.quod plerunq; ſynanchia permutatur in eryſipelas & ignem perſicum,& proprie in ceruicem, & manẽs quidem accelerat ſalutem. & deliteſcens ſubito cum mentis permiſtione petit cerebri medullas, & demum interficit. Quintam rem complent adminiſtrationes medicaminum dolorem uehementem ſedãtium ſicut de iacur proprie,& ſyrupus de papauere,& clauſuram gutturis elargantium,de quibus locuti ſumus in tertio canone.Sextam rem complet regimen conueniens in generibus rerum ſex, ut locetur in aere temperato, & ſint contenti in cibis eorum in principio hydromelite & aqua zucchari. deinde procedant ad aquam hordei.deinde procedant ad aquam lentium excorticatarum & hordei. extinguunt.n. inflammationem & acuitatẽ ſanguinis & ſint hordei partes.ii. & lẽtiũ pars.i. deide ad ius cicerũ cũ aqua hordei.deide ad ius cicerũ ſolũ. deinde gradatim procedant ad ſorbitiones ex farina fabarum atque ex amylo cum melle deinde ad iura furfuris cum melle. poſt hoc perueniendum eſt ad uitellos ouorum ſorbilium, & iura pullorum, & ſimilia. Et ſic quidem commenſurandum eſt ut adminiſtretur, primo lenitiua conuenientia: deinde maturatiua: ultimo uero reſolutiua,& aperitiua.Commenſurãdus eſt etiam eis ſomnus.nã in multitudine eius timetur ſuffocatio. quare oportet ut parum dormiant,& cum dormiunt, excitentur ſæpe, & proprie cum uidẽtur moleſtari in ſpiritu,& offendi ſtertendo:& in nocte moleſtior eſt eis ſomnus quam in die, & ſomnus immediate poſt ſorbitiones eſt moleſtus eis. Alexander. Oportet metiri medicamina ſecundum menſuram poſſe uirtutis cuiuslibet.Teneris.n.corporibus debiliora: duris autem fortiora ſunt adhibenda medicamina. Quare oportet ex debilibus & fortibus medicaminibus ſummas conſideres. Alexander.Diamoron ſimplex conferens egritudinibus uuæ,& ſynanchiæ, & apoſtematibus duarũ amygdalarum:proprie in principio. Accipe ſucci mororum de ſceni mediocrium in maturatione & acerbitate, & mororum rubi ſimiliter mediocrium inter maturũ & acerbum, & mellis,& rob:ana partes æquales. Decoquantur ſemper abiiciendo ſpumas uſq; ad eſſentiam mellis tenuis. & ſunt ex hominibus qui ponunt ex ſuccis mororum: ana partes. iii.&.s. Et eſt operatio eius melior. Idem. Rob de moris aliud,& eſt maturatiuum & lenitiuum. ℞. ſucci utrorumque mororum perfecte maturatorum:ana partes.iii. mellis partem.i.Decoque ſicut prius.Idem. Diamoron ex ſuccis mororum rhanni,& proprie non maturorum, & eſt ſtypticius cæteris.& eius operatio fortis in principio eſt. Idem Diamoron quod Gal.compoſuit.Accipe uini mororum,uini ſtyptici:ana lib.iii.&.s.mellis lib. s. omphacii, aut ſucci roſarum:ana.ʒ.ii. coquatur ſuccus prius cum uino, ultimo pone mel:poſtquam coctionem habuerit, pone puluerem: & ſunt qui addunt myrrhę,aluminis:an.ʒ.s.croci.ʒ.iii. Idẽ. Rob de cydoniis aut piris aut malis granatis aut meſpilis, aut zarur ad hoc conueniens eſt. & quandoq; miſcetur cũ prædictis. Idem.Rob nucum omnibus his excellentior eſt.dicta eſt autem operatio rob nucum in antidotario.

Idem.Medicamen conferens ſynanchiæ & apoſtemati gulæ ſanguineo & cholerico, & eſt medicina leuis. reſoluit.n.ipſum. Quandoque bibitur ex eo parum, & quandoque fit gargariſmus ex eo. Accipe ſucci ſolathri, & fœniculi:ana lib. s. bulliant duabus aut tribus ebullitionibus & cola:& da cum zuccharo tabarzet.ʒ.s.croci dauich. i. bonũ & expertum,ſi Deus uoluerit. Mahemet Araſi. Confectio medicaminis ad ſynanchiam experti. ℞. ſeminis harmel, ſinapis,pyrethri,ſeminis raphani,myrrhæ,aſſæ,baurach,ſalis ammoniaci,piperis,calamenthi,ſtercoris hirundinis, ſtercoris canis albi ſicci,ſtercoris hominis ſicci, cineris hirundinum:ana partes æquales. Terantur & fiant ſicut alcohol, & ex una parte eius inſufflетur in guttur, & ex alia fiat gargariſmus poſtquam conficitur cum melle,& accipitur ſicut una galla ex ipſo ad gargarizandum cum aqua mellis. Hoc autem medicamen eſt utile cum ægritudo fuerit ultimata. Aboali. Medicamen conueniens in fine ſynanchiæ quando feſtinatur ad apertionem ipſius. ℞. cineris pullorum hirundinum combuſtorum, ſtercoris canis albi adusti, ſtercoris adusti infantis paſti ex lupinis, ſtercoris hirundinis adusti:ana ſalis ammoniaci partem.s. Fiat ex eis puluis ſubtiliſsimus,& ſufflетur ex eo in guttur,& liniatur cũ mel le & gargarizetur ex ipſo, & fiat hoc in die cum iterationibus pluribus.Gal. Cinis pullorum hirundinum ſiue recentium ſiue ſalitorum & proprie cum radice liquiritiæ: & ſint partes eorum æquales: ſedat uehementiam ſynanchiæ ſtatim. & hoc quidem bibitum uel linitum & inſufflatũ in guttur,& gargariſma ex eis.Idem ſtercus canis albi comedentis oſſa & exiccatum & redactum in puluerem ſubtiliſſimum,& ſufflatum in guttur, & linitum cum melle & gargarizatum eſt ad illud medicina ſublimis. & ſi liniatur ex eo cum modico ſucci cucumeris aſinini & melle guttur deforis.& conferunt iuuamentum magnum. Ioannes Serapionis.Medicamen conferens ſynanchiæ fortiter.℞.balauſtiæ roſarum,ſalis ammoniaci,aluminis iameni: an.ʒ.i. pyrethri:cubebe:an.ʒ.s.gallarum,ſpodii,croci. an. chirat. iii. rob.ʒ.i.rob de moris.ʒ.iii.aquæ caſiæ ſi.ʒ.ii. Fiat ex eis gargariſmus. Idem.Confectio uia hirundinis iuuamẽti ſublimis ad dolorem gutturis & præfocationem & ſynanchiã. ℞. aniſi,ſemi.apii,ameos, florum ſquinanthi lilii cæleſtis, cinnamomi,amomi,ariſtolochiæ longæ, aluminis iameni, harmel,myrrhæ,caſię,liquiritiæ,croci: ana aure. ii. trochiſcorum

Ventoſationes.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

scorum croci,magnetis,se rosarum:ana aur.iiii. costi, cineris hirundinis recentis:ana aur.vi.spicæ,amyli: ana aure.i. gallarum aur.i.&.s.Confice cum melle colato. Cõfert medicamen istud in fine synanchiæ, & aliorum apostematum gutturis,& tunc ꝓprie cũ indigẽt apertione, & est ad illud fortius omni medicamine:& sumatur ex eo quantitas gallæ,& dissoluatur cum aqua mellis,aut hordei,aut succo rosarum, aut aqua rosata, aut lentium & radicũ liquiritiæ & gargarizetur cum eo:& leniatur cum eis deforis in gutture pluries in die.Modus autem comburendi hirundines est secundum hunc modum.oportet eas primo decollari ut sanguis earum fluat super alas ipsarum. Deinde puluerizetur super eas sal.deinde mittantur in olla uitrea stricti orificii, & cooperiatur.& sigilletur cum luto sapientiæ & ponãtur in furno usq; dum adurantur, & conseruetur cinis earum. Et utere cum necesse fuerit.Confectio trochiscorum croci magna. ℞. cinnamomi,croci:an.ʒ.ii.rosarum, amomi,costi:ana.ʒ.i myrrhæ.ʒ.iiii.radicum liquiritiæ,folii indi:ana. ʒ.ii.&.s.Aggrega cum uino & fac trochiscos.

Fortius oĩ medica.

Modus cõ burẽdi hirundines.

De raucedine uocis. Cap. 6.

RAucedo uocis aliquando accidit à malitia complexionis sine materia,& eius cura est alteratio sola. Si enim accidat à siccitate acquisita ex puluere, aut fumo aut uento sicco,aut cibo,aut potu inducẽte siccitatẽ, & imprimente in lacerto uociferationis.Cura eius est cum lenitiuis & humectantibus.de quorum summa est dragaganthum,& gummi arabicum, & liquiritiæ, & loch eorum & composita ex eis,& similia. Et si sit ex inflammatione & asperitate:cura eius est cum extinctiuis & lenitiuis,de quorum summa est mucilago psyllii,& se. cydoniorum, & medulla se.cucurbitæ,& citruli,& aqua melonis indi, & similia.Et si sit à frigore lędente & asperante lacertum vocalẽ: cura eius est cum rebus maturantibus & frangẽtibus quod acquisitum est ex infrigidatione,& cum hoc etiam lenificãtibus,de quarum summa est crocus,myrrha,& liquiritia cũ uitello oui, & ex eis est olibanum cum melle, & passulæ, & similia quæ dicemus,& distinguemus post. Et quandoque accidit ab humiditate superflua: & cura eius est cum eis, quæ resoluunt uentositatem & humiditatem. de quorum summa est calamẽthum,& iris,& piper, & similia.Aliquando autem accidit hæc passio à malitia complexionis cum materia calida uel frigida,& cura eius est duæ res.Prima est subtractio causæ.Secunda est adæquatio uel rectificatio effectus.Et prima quidem perficitur cum eductione materiæ facientis: & si quidem fuerit sanguinea cum phlebotomia cephalicæ aut basilicæ:& si fuerit cum permistione choleræ administranda est euacuatio eius cum eo, quod est sicut aqua fructuum & similia.& si non fuerit fẽbris,tũc euacuetur cum lacte dulci,& casia fistu.& iuiubis, & similibus.Si materia fuerit phlegmatica soluatur cnm hiera aut cochiis,& similibus.Conferunt etiam in calida aut in frigida materia clysteres & ęnemata solutiua secundum rei exigentiam.Secundam rem complent administrationes medicinarum impedimenta lacerti uocalis remouẽtium. & sunt quædam ex eis calida,quædam frigida,quædã lenitiua, quædam uero humiditatem superfluam exiccantia quamuis sic cum per se sit asperatiuum uocum.Summa autem calidorũ medicaminum emendantium nocumenta uocum hæc est. Cubebe proprie commasticatio,& administratio eius cum chesmes clarificat uocem.& ex eis est squilla secundum omnem modum administrationis eius:& similiter loch ipsius, & loch de caulibus,& medicamenta facta ex croco & myrrha,& medicamenta facta ex piperibus aut ex assa fœtida cum aceto squillitico & croco. & acetum squilliticum est medicamen bonũ et similiter opopanax & radix eius,& styrax,calamita,& gluten albotin, & olibanum, & calamenthum.Et expertum est medicamen quod. ℞. olibani partes.v.myrrhæ partem.i.Da cum uitellis ouorum.Et cibi eorum sint sorbitiones farinæ,aut mucilagines cũ melle. Frigidorum autem summa hæc est. mucilago psyllii & cydoniorum,& aqua melonum indorum,unumquodq; eorũ administratum cum zuccharo. & similiter aqua citruli, & aqua cucurbitæ,& medulla seminum eorum,& portulaca, & se-

E mina eius,& grana papaueris,& ius atriplicis in cibis maluarum:& aqua hordei,& aqua granatorum, & amyli, & amygdalarum,& iuiubæ,& cucurbitę,& cucumeris,& citruli,& iuleb subtile, & similia. Lenitiuorum autem summa hæc est liquiritia & succus eius administrata secundum omnem modum administrationis eius est lenitiuum bonũ clarificans uocem cui accidit exasperatio propter quamcunq; causam.& ex eis sunt chesmes passulæ sine ossibus, & mel passularum,& grana pini,& ficus siccæ pingues, & dactyli pingues,fœnugræcum,& semen lini,& radix lilii, & zucc. & canna mellis,& coagulatũ uuæ,& rob,& meyburegi, & sorbitiones ex fabis,& medulla tritici,& uitelli ouorum et lac cum melle in ieiunio,& sorbitiones furfuris ex tritico, & ex amylo penidiis,& amygdalis dulcibus, & amaris, & cerebella cum melle,& iuniores carnes cum rob,aut zuccharo,aut melle,aut iusculis:& hydromel, & syrupus mellinus,& uinũ dulce,& succus de granatis dulcib.& uinũ de passulis,& dactylis,& sorbitiões factæ ex eis.Ieiuni utantũ loch alchiochiris cum loch de liquiritia cum melle. & similia.Superfluitatem autem,& humiditatem exiccantium,& mollificationem impressam in lacerto uociferationis summa hæc est.squilla proprie & acetum: & oxymel ipsius: & maxime uocem corroborantium in hoc casu est sandaracha & proprie cum aceto squillitico:an.parum & sæpe gargarizata,et ex eis succus alphesare,& loch eius, & loch de caulibus,& de squilla,& piper cum uitellis ouorum: et cubebe similiter, et olibanum de rob:et sint cibi eorũ ius caulium,et ius cicerum cum pipere. et talli alphesare in primis cum eleuantur à terra, et oua apparata in cinere, et raphanus. Et confert eis uomitus,et proprie cum raphano et similibus.Rebus autem,quæ summe aggregant qñq; utimur in cibis,quandoq; in sorbitionib. quandoque in gargarismatibus,et quandoque in lenitionibus,et lambitionibus et quandoq; necessitas expetit permistionem ex aliquibus rebus,quæ sunt in summis.et tunc facimus id cum consideratione sicut ex necessitate cogimur.ea de his loquemur,si Deus uoluerit. Gal.Loch conferens raucedini,et asperitati uocis.℞.seminis lini assi,xyloaloes, granorũ pini,amygdalarum assarum:passularum,enucleatarum. Tere et confice cum melle.q.s.Gal.Confectio lenificans uocẽ.℞. dragaganthi.℥.s.granorum pini.℥.i.et.s. infunde dragaganthũ in rob.q.s.ad infundendum.deinde confice cum melle despumato.Dosis eius.ʒ.v.mane et sero et utatur sicut lambẽdo. Idem.Confectio pilularũ bechicarum.℞.carniũ dactylorũ ℥.i.piperis longi.℥.i.et.s.cubebe.ʒ.ii.se.fœnic.ʒ.ii.et.s. pinearũ purgatarũ.ʒ.s.amygdalarũ purgatarũ,zuc.an.ʒ.viii. Et confice et da in modũ nucis. Filius Zezar. Loch clarificans uocem exasperatam causa caliditatis.℞.dragaganthi, gummi arabici,liquiritiæ,amyli,semi.cucurbitæ, cucumeris,mellis,citruli,portulacæ:ana.ʒ.ii.penidiarum.ʒ.iii.croci.ʒ.i.Fac formas similes lupinis,et teneat sub lingua.Idẽ. Aliud in causa frigida.Accipe liquiritiæ,piperis albi,cubebe,myrrhæ,olibani,gummi arabici:ana aur.ii.spicæ aure.i. rob,penidiarum,et mellis colati quantum sufficit. Da cum aqua decoctionis liquiritiæ. Idem. Aliud ualens similiter. Reci.se.lini assi,amygdalarum dulcium mundatarum,et amararum:an.ʒ.x.penidiarum ℥.i.et.s.croci,cinnamomi,piperis:ana.ʒ.i.et.s.mellis quantum sufficit. Lohoc ex inuentione nostra remouens asperitatem uocis et raucedinem. ℞.dragaganthi.ʒ.v.gummi arabici,amygdalarum dulcium amyli,seminis cucumeris:ana.ʒ.iiii.seminis cydoniorũ, liquiritię,se.citrulorũ:a. ʒ.iiii.penidiarũ.℥.iii.Cõfice cũ melle colato.Aliud ex inuẽtione nr̃a.℞. ficcũ pinguiũ siccarũ, carniũ dactylorũ:ana.ʒ.i.calamẽthi sicci.℥.s.dragagãthi,cubebe:an.ʒ.i.et.s.Cõfice cũ melle colato.Isaac israelita.Cõfectio pilularũ da croco conferentiũ cũ uirtute Dei asperitati,et raucedini uocis ex frigiditate.℞.croci.ʒ.iii.cubebe ʒ.i.et.s.succi liquiritię,olibani:an.ʒ.i.Fac pilulas cũ rob et sint pilulæ magnæ,et teneat unã sub ligua,et deglutiat saliuam eius, et est expertum bonum. Isaac Heben Amaran. Medicamen conferens dolori gulæ,et asperitati, et raucedini,expertum.℞.croci,myrrhæ bonæ,piperis albi: ana aure.i.passularum enucleatarum, dragaganthi albi: ana aur. iii.amygdalarum dulcium mundatarum aureos.viii. Tere

F

G

H

omnia & confice cum melle colato, & reconde in uase uitreo.Dosis eius est sicut auellana .i. teneat sub lingua. Sabor. Confectio medicaminis conferentis raucedini uocis propter causam calidam & dolori qui est in lacerto uocis,& remouet inflammationem & sedat sitim. ℞.gummi arabici,draga.se.cucumeris: an. ʒ. i. succi liquiritię, amyli hordeacei uel frumenti:an. ʒ. ii. Tere & confice cum meibureg uel cum mucilagine seminis cydoniorum & psyllii. Et fac formas similes auellanis & accipiat lambendo mane & sero. Democritus. medicamen conferens abscisioni uocis à caliditate: & sedat sitim. ℞. seminis cucumeris mundati.ʒ.vi.succi liquiritiæ.ʒ.vii.seminis portulacæ. ʒ. i. Confice cum albumine oui & fac trochiscos. & teneat mane & sero.i.sub lingua.

SVMMA II. de medicinis ægritudinum pectoris & pulmonis.Et primo de asthmate. Cap. I.

Causæ.

ASthma quandoq; contingit propter causam, quę est in ipso pulmone & partibus eius. & quandoque propter confluentiam ad ipsum à cerebro & partibus capitis: quandoque propter communitatem ipsius cum aliis membris. Et contingens causa pulmonis quandoque communicat & thorax in occupatione: & compatiuntur in alterutrum: & tunc proprie cum sepelitur pulmo in thorace eadem occupatione cõclusi, & ẽ illud quod est suspectum & timorosum. pereunt enim plurimi subita præfocatione,& interdum quasi pręfocati spumas emittũt. & turget eorum facies & liuet,& oculi quasi foras pręeminent:& quandoque est propter impedimentum in ipso pulmone & partibus eius tantum. Est autem ægritudo hæc senibus familiaris,& non sanatur in eis.Pueris uero etiam accidit.uerum quandoque sanatur in eis in permutatione ætatis eorum,& iuuenibus raro tollitur, & quandoq; cum eo senescunt.Mulieribus uero non sæpe accidit:& citius sanatur in eis quam in masculis. Contingit autem in hyeme & maxime in fine hyemis secundum plurimum. & contingens in æstate est praua,& multiplicatur in locis humidis, & in antris & cauernis & testudinibus. Est etiam familiaris his qui metallica operantur & mineralia: & qui utũtur odore sulphuris, & colophoniæ, & picis: & qui exercent artes plumbeas, & qui conflant argentum uiuum. Et curantur quandoque per elongationem ab ipsis. Distinguendum autem in speciebus asthmatis hoc modo. Si causa est in pulmone ipso proprie: & est materia grossa adhærens, aut conclusa in pulmone ipso & cauernis & meatibus spiritus,& est illud quod est secundum plurimum. Tunc eius cura est quinque res. Prima est commensuratio regiminis in generibus rerum sex. Secunda est adæquatio materiei eius. Tertia est subtractio eius. Quarta est diuersio eius. Quinta est correctio accidentium. Primam quidem rem complent commensurationes regiminis eius, primo aeris, ut locentur proprie in aere temperato declinãte ad siccitatem magnam.& laudatur eis cibi abstinentia, & potus,& parcitas eorum, immo gradatio fiat in eis iuxta uirtutis exigentiam & morbi tolerantiã. Et sint cibi eorũ proprie calidi & sorbitiones calidæ:& sint boni chymi. & sint qui uentrem lubricum faciant sicut aqua hordei,& proprie aqua cicerum cum amygdalis amaris, & aqua hordei cum meliloto aut fœnugræco.Danda etiam sunt iuscula ex maluis cum amygdalis,aut ex chrysolochana aut bleta.Deinde perueniendum est ad uitellos sorbiles,& ad carnes teneras & sunt proprie ex animalibus carnes leporis, & capreolorum,& carnes algazel,& uulpis,& ericii, & cerui, & similium.Et ex uolantibus carnes pullorum gallinarum, & perdicum,& similium.Et pulmones animalium sunt mirabiles eis,& proprie uulpis & ericii. Panis uero quo utuntur sit coctus habens semina,proprie sicut anisum,cyminum, fœniculus,nigella,carthamus,nasturtium,& similia. Ex piscibus squamosis & petrosis & agilibus. Et saturitas est eis mala. Potus autem eorum sit uinum subtile antiquũ paucæ quantitatis.& uinum dulce est amicum eis confortatum

Corpora asthmati disposita.

Aer.

Cibi.

Pulmões animaliũ sunt mirabiles.

Potus.

A cum aliquo ex subtiliatiuis, & hydromel est eis potus bonus:& potus supra cibum est eis malus, quare oportet ut expectetur supra cibum diu.deinde bibãt parum hora post horam.Vitent autem repletionem & nauseam, immo si accidat,uomitu expellatur. Et ex bono regimine est ut eis semper assiduetur uentris lubricitas cum eis quæ sunt sicut ius galli antiqui cum medulla carthami, & aqua uolubilis, & siclæ & proprie administrata ante alios cibos, & conferunt ad hoc carnes conditæ & salitæ & oua tarachi. Si autem cũ his natura non leuatur, administretur aqua hordei cocta cum modico euphorbii parum post parum. est.n.iuuamenti sublimis,aut aqua hordei, cum puluere ireos, aut aqua decoctionis epithymi, cum rob aut melle: aut decoctio ficuum cum iride aut cum hasce aut calamẽtho,aut decoctio calamenthi cum melle:aut hyssopi cum rob: aut passularum & fœnugræci cum melle origani persici.Decoctio cum aqua hordei est mirabilis, & proprie cum melle,& similiter prassii & radicum raphani & similium. Vitent somnum supra cibum & parcitent somnum:& iaceant in domo lucida, & modus sit accubitus ut uideatur potius sedere quam iacere. Sedendo.n.melius quam iacendo respirant. iacendo autem difficulter. Exercitent autem oportet cum gradatione ex tardo ad uelocem, ex paruo ad magnũ qualiscunque fuerit in ieiunio. Et exercitatio per loca decliuia & arenosa confert, & similiter currere per ea interdũ iuuat:& uehi per mare & non multum,ne uirtus defatigetur.& similiter duci de loco ad locum lecto pensili.Exercitia autem animi iocunda conferunt eis. Secundam rem complent administrationes medicaminum morbi materiã carminantium & maturantium & aggregantium in se humectationem & subtiliationem & incisionem ut cadat maturatio in corpus materiæ integra.Quare uitãda sunt subtiliantia & incidentia pure & prouocantia ne excludatur & separetur subtile à grosso & non amplius recipiat curam. Ex uere autem maturantibus est ius galli antiqui præparati secundum artem,& oxymel squilliticum cum aqua passularum, etiam syrupus de hyssopo, & decoctio de hyssopo, & syrupus recipiẽs passularum enucleatarum & fœnugræci partes æquales:quoniam est iuuatiuus ualde, & syrupus de prassio,& alia quorum narrationem faciemus post. Et inungantur pectora eorum confricando frictione conuenienti uel uehementi cum oleo de cheiri: & proprie citrino & anethino oleo de chamæmelo aut laurino tepidis superponendo eis lanas hyssopi calidas. Et ex unctionibus magni iuuamenti est oleum de lilio,& oleũ de iride: & eis fortius est hyssopi cerotum,& cerotum nostrum cuius narrationem faciemus post,si Deus uoluerit. Tertiam rem cõplent administrationes euacuationum ex phlebotomia & solutione uentris cum medicina & ænematibus solutiuis. Et si quidem materia fuerit calida sanguinea, confert phlebotomia basilicæ. & si contingat passio propter retentionẽ hæmorrhoidum aut menstruorum,eorum prouocatio ẽ iuuamenti decentis.Si abundat cum sanguine cholera soluatur natura cum trochiscis de uiolis, quorum narrationem faciemus ut scribemus, & similibus. Si uero contingat ab exuberantia phlegmatis uiscosi,& pinguis: & est id quod est secundum plurimum: euacuetur cum cochiis, aut hiera, & pilulis de agarico, & pilulis de colocynthide quarũ permistionem scribemus post, & aliis. si non fuerit natura obediens, faciemus clysteres præcedere purgationem, & proprie si oportet,acutos. Et ex bono regimine est ut fiat euacuatio & proprie renouans numerum & cadat inter purgationem & purgationem administratio uomitus post raphanum & pisces salitos & almuri. Et sunt ex hominibus qui infigunt fustes ellebori albi in raphano & propinant raphanum post diem ac noctem extracto inde elleboro.Et sunt qui prouocant uomitum cum sinapi,& sale,& almuri iñ aqua & melle aut in oxymelite,aut cũ sinapi et baurach,et oxymel,et caue ne cadat in uicissitudinem administrationum frequentia et debilitetur uirtus sed sic interpolatio competens. Quartam rem complent frictiones factæ in extremitatibus,uentosationes factæ in scapulis et cruribus,et appositiones rubificantium, et cauterium in zuhendeg,& similia. Quintam rem complent administrationes medi-

B

C

D

Vẽtrem lubricum facientia.

Decoctio mirabilis.

Somnus.

Motus.

Digestiua.

Vnctio pectoralis.

Solutiua.

Facilitantia anhelitum.

medicaminum anhelitum facilitantium, aut materias quæ sunt in pectore per screatum facilem educentium, aut humiditates superfluas exiccantium. Medicinarum autem anhelitum facilitãtium summa hæc est. squilla assata & administrata cum melle, aut trochisci ex ea cũ rob, aut oxymel ipsius, & acetum, & loch ipsius elargant anhelitus vias & abstergunt. Et ex rebus mirabilibus ad hoc est pulmo uulpis siccus, & proprie. ʒ.ii.cum eo quod cõuenit ex potibus. Et ex eis est hyssopus, & hasce, & calamenthum, & origanum persicum, & anisum, & piper. Galenus autem dicit, quod decoctio passularum enucleatarum, fœnugræci, & rutæ cum modico castoreo commodius frequenter data operatur. Idem dixit quod gutta ammoniaci propinata cũ oximelite potenter liberat. Et ex eis est decoctio hyssopi cum melle & ficubus. Et ex eis est crocus cum melle: elargat.n.anhelitum, & similiter cyminum mistum cum aceto. Et ex ualde expertis difficultati anhelitus est laurus, & grana eius, & oleum ipsius secundum omnem modum administrationis eorum siue bibitũ, siue loch ex eis, & siue unctiones. Et ex rebus expertis est enula & succus eius. Et ex unctionibus expertum est oleum laurinum, & oleum de spica, & oleum rutaceum, hyssopi cerotum, & similia. Et ex eis quæ emplastrantur sunt anethum, & chamæmelũ, & sampsucus, quæ decoquantur, & euaporentur eis pectus & partes uicinæ. Ex medicinis autem compositis quæ conferunt stricturæ anhelitus & difficultati eius, sunt mithridatum, & theriaca, & arthanasia magna & parua, & medicina de musco dulcis & amara, & diasulfur, & diamarte proprie sagzenea magna & parua, & phylonium, & proprie diatriõ pipereon, & alia quorum narrationes faciemus post. Medicaminum uero pectus mũdificantium & pulmonem ab humore grosso & putrido & oppilatione summa hæc est. hyssopus proprie secundum omnem modum administrationis eius, & hasce, & origanum, & serapinum, & proprie cũ uino, & medicina de squilla: urtica uero & semen eius iuuamentum est manifestum: educit enim humores grossos sepultos in pulmone & pectore, & proprie sorbitiones decoctionis eius in aqua mellis, & hordei, & ficubus siccis: & radix alfesare secundum omnem modũ administrationis eius est mirabilis: & similiter talli eius in primis cum eleuãtur: & ex eis est nasturcium cum incisione & subtiliatione sua, & similiter capparis salita, & sisr porrum & semẽ eius cum aqua hordei & melle, & decoctio uolubilis cum oxymelite est mundificatiuum bonum & similiter seselis cum melle: & similiter iris: expellit enim materias, & mundificat pectus efficaciter. Serapinum autem cum aqua rutæ est ex mũdificantibus pectus fortiter extrahens ab eo humores crudos, & proprie eius. ʒ.unius tertiæ duæ. Mundificant etiam pectus omnes species granorum pini à sanie & grossis humoribus secũdum omnem modum administrationis eorũ. Iuuamentum decoctionis calamenthi cum ficubus aut passulis enucleatis in extractione grossorum humorum, & pectore & pulmone, & dilatatione anhelitus est sublime: & similiter facit comestio ipsius cũ amygdalis & zuccharo, aut melle, aut ficubus siccis. huius etiam intẽtionis est alhasce, & saror arabicum, & laurus & grana eius cum melle. Medicinarum autem exiccantium superfluam humiditatẽ aggregatam in pectore & pulmone, quibus utẽdum est in suffumigiis, & interdum potionibus summa hæc est. Arsenicũ tritum & distemperatum cum uitellis ouorum. Deinde accipe ferulam, & incide eam per frusta rotunda, & imbibantur prædicta medicamina, & dimitte exiccari. Et fiat suffumigatio cum eis. & recipiatur fumus in os per traiectoriũ, & assiduetur per aliquos dies omni die ter quoniam sanat. Et si derelinquatur uehementia exiccationis in pectore & pulmone redeundum ad mollificationem proprie sicut est syrupus de chesmes, & decoctio ficuum, et ius gallinæ, et ius atriplicum et maluarum decoctarum cum gallinis, et quæ hoc cursu procedunt, et ad inunctiones pectoris. Deinde redeundum ad administrationes medicaminum summæ huius, et non negligatur operatio hæc, quoniam sanat. Huius etiam intentionis est sulphur citrinum mistum cum arsenico, et proprie sint eorum partes æquales, et fac formas similes auellanis cum adipe renum caprarum aut uaccæ. Et

E utere sicut diximus per traiectorium. Et ex eis est myrrha, costus, aristolochia, et casia, & crocus, & arsenicum. Fiant ex eis formæ cum adipe caprino, et utere. Similiter arsenicum, et aristolochia, similiter cum adipe caprarum. Et ex eis autem huius intentionis quæ dantur per os est sulphur cum ouis sorbilibus: aut sulphur, et arsenicum cum ouis, et cum melle, aut arsenicum cum aqua mellis, aut pilulæ ex arsenico, et gummi pini. Et nos plura intentionis huius scribemus postea, si Deus uoluerit. Cura autem asthmatis facti à materia catarrhali est duæ res. Prima est intentio quam adhibere oportet in prohibitionem catarrhi. et hoc quidẽ dictum est in cura eius. Secunda intentio est in maturatione et expulsione eius quod aggregatum est in pectore et pulmone: et hoc dictum est in præsenti capitulo. Factum autem à complexionis malitia siue materia curatur cũ eis quę diximus. Et si quidem fuerit à siccitate et corrugatione pulmonis ad seipsum: tunc potest contingere secundũ duos modos. Aut.n.est sine febre. Et cura eius est inunctio pectoris cum ænematibus, aut cum emplastrationibus uel unctio

Cura... matis... nimia... monis... citate... tingen...

F nibus mollibus, et frequentatio potus lactis, et proprie caprini, aut asinini, et comestionis eius: et oportet ut sit pastus animalium ex rebus humidis, sicut proprie herba hordei, lactuca, et malua, et similia. Et frequenter balneatio in tina cum frictione facta cum ouis et mica panis infusa. Et sint cibi eorum iuscula ex atriplice, et portulaca: aut pullus aut oua sorbilia: et accipiant ex loch et aliis medicinis curantibus siccitatem pectoris, de quibus loquemur post. Si autem fuerit cum febre. Cura eius est potus aquæ hordei, et iuleb subtile, et aqua melonum indorum: aut cucurbitæ, aut aqua earum cum zuccharo aut per se. et sit cibus eorũ proprie cucurbitæ, lactucæ, olera et herbæ humidæ cũ oleo amygdalarum dulcium, et detur in potu in matutinis et in sero mucilago psillii in aqua citruli, et cucurbitæ, et melonis indi. Inungatur autem pectus eorum cum ceroto Galeni, aut cũ cera et oleo uiolato imbibitis in mucilagine psillii, aut in aqua portulacę, aut lactucę et citruli, et similium. et utantur loch et syrupis et medicinis cõuenientibus quæ dicentur post. Cum autem febris declinauerit: intret tinam

Cibi,

G et fricetur corpus, sicut iam diximus. Factum autẽ à super calefactione pulmonis et pectoris curatur, sicut hic proxime diximus. Galenus ait cum peruentum ad accessionem fuerit, tunc potius blandiendum quam curandum. Peruenitur.n.interdum ad præfocationem in exiccatione medicaminum, quare regimina distinguenda sunt. Et primo in regulatione uitæ eorum, ut parcitent cibis et potibus cum gradatione, sicut natura expostulat: et regulẽtur in aliis generibus rerum, sicut scis. Secundo, peruenitur ad maturantia, et proprie mediocris abstersionis aut debilis ex his quę scis, et gradatim ad linimenta et uaporationes ex his quæ scis. Tertio ad frictiones et ligaturas in extremitatibus cum gradatione. Quarto, si signa plenitudinis sanguinis appareant, phlebotomentur in basilica. Si autem signa aliorum humorum appareant differant à purgatione et uomitu et clysterizatione quousque iam uehementia paroxysmi cessauerit, et maturatorum et facilium excreatuum apparuerit abundantia et anhelitus melioratio. tunc.n. audendũ est super his cum cautela. Quinto, si paroxysmus usq; ad.

H xl. dies non declinauerit: tunc inter spathulas uentosetur cum scarificatione usq; dum competens sanguinis euacuatio fiat. Deinde administrentur hieræ et euacuationes notæ, et clysteres acuti cum gradatione et uomica medicina, sicut in canone distinctum est. Sexto, si adhuc ulterius paroxysmus extendatur: sinapismus in pectore aut medicamẽ rubificatiuum apponetur. hac enim operatione et ordine tollitur ægritudo. si Deus uoluerit. Democritus. Dandum in primis quæ aptant materiam et digerunt: et ad terminũ facilitatis et maturationis adducunt: qualia sunt fœnugræcum, uuæ passæ, ficus siccæ et pingues, et dactyli pingues, et mel, et syrupus ex eis. Et ex eis sunt unctiones circa pectus, et proprie ex hyssopi ceroto cũ calida lana. Cum autem materia et sputamina digesta apparuerint administrãda deinceps et maturantia prædicta, et materiam digestam educentia, pectus quoque mundificantia, qualia sunt urticę semina cum hydromelite, et origanum, et hyssopus sicca,

& calamenthum, & iris, & pulegium. Hæc enim pectus mũdificant. Et si materiei apparuerit exuberantia: uomitũ prouocabis, & cum iteratione & proprie cum elleboro in radice raphani incluso, & oxymelite. Et si adhuc opus maius per uentrem materiam educes. Vltimo autem, cum res magis processerit, danda sunt quæ exiccant materiam & pectus elargant, qualia sunt squilla in aceto cocta, pumices, baurach, fæces uini combustæ, auripigmentum, sulphur, de singulis partes æquales. Fiat eorum contritio bona, & misce cum melle & da mane quolibet cochlearium.i. Hoc nãque medicamen asthma difficile & tussim curat. Filius Zachariæ Arasi. Imprimis utendum est rebus, quæ materiam maturent in pectore, sicut est proprie decoctio hæc. ℞. ficuum siccarum ʒ.x. passularum enucleatarum ʒ.x. dactylorum pinguium ʒ.vii.se. apii, fœniculi, capillorum uene. liquiritiæ, hyssopi, prassii, fœnugręci: ana ʒ.v. Coquantur in aqua sufficienti, & da ex ea omni die circiter lib.s. cum mellis. ℥.i. Et cum maturationis signum apparuerit, da ex decoctione prædicta cum ʒ.ii. confectionis huius. Cuius hæc est permistio. ℞. succi liquiritiæ, hyssopi, capillorum ueneris: ana ʒ.x. cordumeni, piperis, amygdalarum amararum, aristolochiæ rotundæ, seminis urticæ, ireos, baurach, nasturtii, seminis raphani: ana ʒ.v. mellis despumati quantum sufficit. Est enim medicina benedicta ad expellendum superfluitates sepultas in pectore: potenter enim repellit eas. Cũ autem hoc per viii. dies, aut amplius feceris, prouocabis uomitum, & proprie post esum sinapis & mellis. Et postquam hoc feceris, tertio uentrem solues cum pilulis, quarum descriptio hæc est. ℞. agarici ʒ.iiii. pulpæ colocynthidos, hyssopi ʒ.ii.& s. succi liquiritiæ ʒ.iii. prassii, ireos, seminis urticæ, sinapis: ana. ʒ.i.& s. turbith, hieræ picræ: ana ʒ.v. Dosis earum est à drach.ii. usque ad iiii. Dabis autem ter usque in hebdomadam: perfecte enim mundificatur pectus: & si post hæc tota non tollatur ægritudo, redi ad administrationem omnium quæ dicta sunt secundum scriptum ordinem, & hoc facias usquedum tollatur ægritudo, si Deus uoluerit.

Quo nam mō Isaac asthmaticum curauerit.

Isaac Heben Amaran curauit quendam patientem difficultatem anhelitus, & tussim difficilem secundum hunc modum. Imprimis dedit maturantia, & digerentia materiam. Secũdo euacuauit cum his pilulis quas nominauit cochias. ℞. aloes rubei ʒ.vi. agarici ʒ.iiii. masticheṡ, colocynthidos, sarcocol. ana. ʒ.ii. stœchados, hasce, scammoneæ ana ʒ.i.& s. Fiant pilulæ sicut cicer cum aqua fœniculi humidi. Dosis earum est ʒ.ii.& s. de quarto in quartum diem in mane. Deinde habeat cibum, pullos coctos cum maluis aut atriplice. Tertio dedit de electario huiusmodi quod confert tussi, & constrictionibus anhelitus. ℞. semi. melonis, citrulorum mundatorum, alcherenben, fœniculi, anisi, amygdalarum, pinearum mundatarum, hyssopi, capillorum ueneris: ana ʒ.x. croci aur.ii. casiæ, dragagan. liquiritiæ: ana ʒ.ii. opii aur.i. Tere & confice cum lib.i. penidiarũ. Et dosis eius est aur.i. in mane cum decoctione hyssopi: & in sero ponat ex eo sub lingua circiter ʒ.i.& transglutiat saliuam eius, & sumat omni mane iusculum ex amylo & furfure cum penidiis & amygdalis, & seminibus fœniculi tritis, & in sero comedat maluas uel atriplices uel bletas cum pullis, uel pullos cum zuccharo, croco, & amygdalis, & passulis, & pauco aceto. Et erat ei de consuetudine si corpus erat plenum abundans post quartam purgationem, & si tempus fauebat, phlebotomare patientem de basilica & præcipiebat trahi de sanguine a ʒ.l. usque ad ʒ.lxxx. Et secundum istam uiam curauit plurimos. Isaac Heben Amaran fecit cuidam patienti asthma, & difficultatem anhelitus, & tussim. ℞. farinę cicerum, amygdalarum, dulcium, seminis melonis, dragaganthi, thuris masculi, botron: ana ʒ.x. prassii, capillorum uen. hyssopi calamenthi ana. ʒ.iiii. hyoscyami albi, liquiritiæ, seminis papaueris albi: ana ʒ.x. Tere & confice cum mellis duplo ponderis omnium, & reconde in uase uitreo. dosis eius est ʒ.ii. teneat sub lingua & transglutiat saliuam eius. Zeid. Medicamen conferens tussi & asthmati, ac stricturæ anhelitus. ℞. seminis melonis, citruli, cucumeris, cucurbitæ mundatæ, seminis lactucæ, liquiritiæ, amygdalarum dulcium & amararum, granorum emeluth magnorum: ana ʒ.x. papaueris albi dr.xx. styracis, granorum mahalep munda-

A torum, seminis maluæ: ana ʒ.v. croci, opii: an. drach.ii. Confice cum melle & zuccharo. Et sit dosis eius sicut nux cum aqua tepida, & inungatur pectus cum aliquo eorum quæ conueniunt. & ieiunet omni die super medicamine circiter horas vii. Idem. Loch conferens asthmati & tussi siccis factis à cholera sicca, & facit spuere. & confert apostemati pulmonis & panniculi & est expertum. Rec. farinæ fabarum ʒ.x. amyli ʒ.v. seminis cucumeris, melonis: ana ʒ.vii. semi. cydoniorum, maluæ, draganthi, liquiritię, alcheberon: ana ʒ.vii. papaueris albi ʒ.xxx. Tere & confice cũ rob. ʒ.c. penidiarum ʒ.xxx. Et fac formulas similes nucibus, & teneat sub lingua, & transglutiat saliuam eius. Deinde bibat sorbitiones furfuris tenues cum pauco oleo amygdalarum dulcium & penidiis: & in sero comedat spinachia, aut atriplices, aut siclam cum oleo sisamino, aut amygdalarum.

Syrupus mirabilis.

Hamech. Syrupus de prassio mirabilis conferens cum auxilio Dei asthmati, & difficultati anhelitus, & tussi, & phlegmati aggregato in pectore senum, bonum & expertum. Recip. passularum pinguium enucleatarum, iuiubarum pinguium

B sine ossibus & sebesten: ana ʒ.c. ficus pingues xxx. capilli ueneris hyssopi, calamenthi, liquiritiæ: ana ʒ.xx. corticum radicum apii, fœniculi, anisi: ana ʒ.x. prassii. ʒ.l. aquæ pluuialis lib.xv. Bulliant usque ad lib.iiii. & pone super residuo aquę lib.vi. & bulliant usque ad lib.ii. deinde accipe utranque aquam, & pone super eam mellis boni, & penidiarum, & meibuheg ʒ. an.cl. Et sit dosis eius ℥.iii. cum aqua calida. Et sit cibus eorum sorbitiones factæ ex furfure aut tritico cũ melle aut penidiis & oleo amygdalino, & carnes cum tritico uel bletis cum speciebus humidis sicut est proprie zinziber, anisum, darseni, & similia.

alius.

Hamech. Syrupus alius de prassio mirabilis conferens cum auxilio Dei tussi phlegmaticę, & asthmati difficili, & aggregationibus phlegmatis in pectore senum. Reci. prassii ʒ.xx. liquiritiæ, hyssopi, calamenthi, capilli ueneris ana. ʒ.x. radicum apii, fœniculi, anisi ana ʒ.v. amygdalarum pinearum mundatarum, & fœnugręci: ana ʒ.ii.& s. passularum enucleatarum ʒ.c. iuiube & sebesten: ana l. ficus siccas x. mellis, rob, penidiarum: ana lib.ii. Fiat sicut prius bonum, & expertum. Hamech. Syru

C dus iuiubinus confert asthmati & ęgritudinibus pectoris sanguineis & cholericis, & asperitati, & siccitati ipsius & dolori.

Syrup⁹ iuiubinus.

Accipe pulpę iuiubarum pinguium & pulpę sebesten ana ʒ.c. liquiritiæ mundatæ, capillorum ueneris: ana ʒ.xxx. seminis maluæ, dragaganthi: ana ʒ.xx. seminis melonis ʒ.xx. aquæ pluuialis calidæ lib.xv. Dimitte die ac nocte. Deinde bulliant lento igne usque ad lib.v. deinde cola, & pone super residuo iterum aquæ lib.viii. & coque usque ad lib.iii. Deinde accipe utranque coctionem, & pone medium pondus aquæ ex penidiis & zuccharo, & fiat syrupus. Et dosis eius sit ℥.i. cum aqua calida. Et si adsunt uigiliæ adiunge seminum papaueris & corticum eius, & seminum lactucarum: an. drac.x. uel exprime lac eorum. & misce cum syrupo, & da. bonum, si Deus uoluerit.

Syrupus mũdãs pectus ab humoribus grossis.

Hamech. Si asthma sit ex grossis humoribus, detur syrupus pectus & pulmonem à grossis humoribus mundans & conferens anhelitui. Recip. radicum apii, fœniculi, anisi: an. aur. vi. radicum liquiritiæ, aur.iiii. amygdalarum dulcium & amararum: an. drach.iiii. anisi, hyssopi, seminum maluæ ana drach.v. passu

D larum enucleatarum, carnium iuiubarum ana drac.xx. ficus siccas vi. Coque in lib.vii. aquæ usque ad tertiam partem. Et da bibere cum melle aut penidiis: & da usque ad hebdomadam unam.

Electariũ ad idem.

Deinde da cum eodem syrupo electariũ quod recipit ireos, hyssopi, orobi, aristolochię rotundæ, calamenthi, hasce, casię: ana drachm.ii. costi, spicæ: an. aur.s. prassii aur.i.& s. ficus siccas pingues, dactylos pingues: ana v. passularum enucleatarum, amygdalarum dulcium & amararum, pinearum mundatarum: ana drachm.vi. Confice cum melle colato quantum sufficit. Et sit dosis eius drachm.iiii. Hamech. Si asthma & tussis fuerit cum dominio sanguinis aut choleræ phlebotometur basilica. deinde succus scariolæ, aut solathri, & fœniculi humidi coctus & depuratus detur cum melle uel zuccharo uiolato, aut syrupus uiolatus cum aqua cucurbitæ. & si indiget mundificatione, soluatur cum aqua fructuum quę est secundũ hunc modũ. Rec. carnium iuiubarum ʒ.xx. succi cucur-

bitæ decoctæ in pasta ʒ.iiii.succi solachri,& fœniculi humi E
di: ana ʒ.iii.cassiæ fistulæ,zucchari uiolati,tereniabin: ana
ʒ.i.olei amygdalarum dulcium & recentium ʒ.vi.lactis mu
Vnctio ad pectus. lieris iuuenculæ ʒ.i. Pectus autem inungatur cum cerото
secundum hunc modum. Reci. olei uiolati.ʒ.iiii.ceræ al-
bæ ʒ.i.conquassentur prius in aqua dulci per uices plures.
Deinde conquassentur cum mucilagine semi.cydoniorum,
& mucilagine psyllii, & mucilagine dragaganthi, & lacte
mulieris, conquassatione super cõquassationem usquedum
impinguetur.Confectio loch conueniens eis. Reci. sem.
melonis,& citruli,& cucumeris,& cucurbitæ:ana ʒ.i.semi.
lactucæ,& portulacæ:ana aur.i.papaueris albi aur.ii.Teran
tur omnia contritione ultima: & inuolue ea cum oleo a-
mygdalarum dulcium & recenti. Deinde confice cum sy-
rupo. Cuius hic est modus. Reci. aquæ cucurbitæ coctæ
in pasta lib.i.& s.& proiice super ipsam seminum cydonio
rum aure.ii.psyllii.ʒ.ii.Dimitte ea per horas xii.deinde cõ-
quassetur manibus & coletur. Reci. mucilaginis eorum
ʒ.vi.syrupi uiolati ʒ.viii. coquatur usquedum mediocrem
habeat spissitudinem: & fiat loch cum aliis.Et sit dosis eius F
ʒ.iii.uel iiii.cum lacte recenti si non est febris: & si est fe-
bris,cum aqua hordei, aut cucurbitæ,aut citrulorum, aut
seminum portulacæ. & confert etiam febribus exasperan-
tibus,& siti uehementi cum aqua frigidissima. Et si adsunt
uigiliæ: da cum lacte quod mulgetur ex papauere albo, &
aqua frigida. Dioscorides dixit. Aquam decoctionis fi-
cuum, hyssopi siccæ,fœnugræci, esse mundificatiuum bo-
num pectoris & pulmonis, aut aquam decoctionis hysso-
pi,passularum, & fœnugræci cum melle. Et dixit aquam
decoctionis hordei cum urticis similiter mundificare pul-
monem & pectus à grossis humoribus: aut semen urticæ cũ
aqua hordei & melle, & est fortius. Dixit iterum porro-
rum eli.xaturam,aut semen eorum in aqua hordei cum mel-
le ualere asthmati,& mundificant pectus. Et si fiat uomitus
cum ea & baurach est iuuamenti sublimis.& dixit quod ius
galli mulcæ antiquitatis, & proprie cum hyssopo, & ha-
sce,& carthamo est ad asthma medicina mirabilis.Et decoc-
tio quandoque galli & ireos confert similiter, abstergit
enim & mundificat absterfione,siue mundificatione forti. G
Et quandoque additur polypodium cum anetho. Dixit ite
rum. Grana lauri cum aqua hyssopi, passulis, & melle esse
medicamen sublime: aut cum aqua calamenthi, & hasce,&
melle. Hermes tradidit medicinas mirabiles ad asthma,&
tussim.& eius descriptio est. Recip. fauinæ foliorum sic-
corum tritorum sicut alcohol ʒ.i.inuolue cum butyro uac-
cino pluries loto aur.iiii. Confice cum melle colato quan-
tum sufficit: & post ipsum alii addiderunt liquiritiæ ʒ.v.pi-
nearum purgatarum, amygdalarum mundatarum: an.dra.
iiii.Dosis eius est ab aur.ii.usque ad aur.iii. Paulus.Medi-
camen ad idem. Reci. fauinæ aur.ii.mellis & butyri quan
tum sufficit ad aggregandum.Et sit dosis ʒ.iii.cum decoctio
ne passularum & hyssopi. Rufus inquit. Trado medicamen
expertum, & est maxime secretum. Et est, vt des pulmo-
nis uulpis ficci ʒ.ii.cum aqua mellis,sumat cum celeritate,
& proprie frequens ipsius sit administratio. Filius Zacha-
riæ Arasi. Modus decoctionis hyssopi, & est decoctio mi-
nor conferens tussi & asthmati à caliditate, & asperitati
pectoris. Reci. ficus siccas x. & iuiubas xxx. sebesten to-
tidem, passularum enucleatarum,liquiritiæ rasæ:an.ʒ.x.se-
minum althææ,cydoniorum, hyssopi, uiolarum siccarum:
ana drach.v. Decoquantur cum aquæ lib.iii.usque ad lib.i.
& dosis eius omni die sit ʒ.iii.cum muroba.viola. ab aure.
iiii.usque adʒ.i. Et sumat post illud mane & sero ex hoc
loch quod. Rec. capilli uene.seminum melonum citrulo-
rum:ana ʒ.v.Confice cum syrupo uiolato. Et sit dosis eius
ʒ.iii.& si sufficit bonum.Et si fuerit cum eo febris detur ei
in potu cum uadit dormitum mucilago psyllii cum aqua ci-
truli aut cucurbitæ,aut cum aqua quæ mulgetur ex semine
portulacæ:& teneat in ore suo formas similes lupinis. quo-
rum hæc est descriptio. Rec. succi liquiritiæ.ʒ.x.seminum
cucurbitæ,citruli,portulacæ:ana drach.v.Confice cum mu
cilagine psyllii,& albumine oui,& bibat cum aqua permi-
stionis iuleb.Si autem non fuerit cum eo febris, detur lac
recens ad potandum,& comedendum cum pane,& sorben
dum ex ea hora post horã ut frangatur sitis, & sit lac, quod
mulgetur proprie ex capris,quarum pastus sit herba hordei
& lactucæ,& similia.Et confert emplastrare pectus cum ce
ra,& oleo uiolato imbibitis in mucilagine psyllii, aut aqua
portulacæ, aut lactucæ,& similium. Et sit cibus eorum pe-
des & capita hœdorum,aut pulli cum cucurbitis, aut chist
cũ oleo amygdalino,aut sorbitiones & sauich hordei, aut
tritici cum zuccharo,& frangat aquam frigidam cum iuleb.
Si autem sit in pectore aut pulmone materia calida aliquid
grossitiei habens, administrentur trochisci cum decoctio-
ne hyssopi prædicta.quorum hæc est descriptio. ℞. succi
liquiritiæ,uiolarum siccarum: ana drachm.x.amygdalarum
amararum,seminum althææ dragaganthi,semi.fœniculi:an.
drachm.iii.Confice cum mucilagine psyllii, & semine lini,
& cydoniorum & da cum syrupo uiolato. Festinant enim
maturationes, & faciunt sputum facilem. Si autem mundi
ficatione corporis indigeret, soluatur natura de quarto in
quartum diem cum hac infusione. ℞ pulpæ cassiæ fistulæ,
muroba. uiolarum siracost: ana ʒ.i. trochisci de uiol.ʒ.iii.
Distemperentur cum decoctione hyssopi prædicta & da in
mane.Confectio trochiscorum de uiolis est huiusmodi. ℞.
foliorum uiolarum mediocrium in exiccatione & humecta
tione ʒ.vi.turbith boni arundinei ʒ.iiii.succi liquiritiæ,te-
reniabin:ana ʒ.ii.scammoneæ ʒ.ii. Fac trochiscos, ualent
autem ad constrictionem anhelitus & leniunt naturam, &
mundificant pectus.Filius Zachariæ. Modus confectionis
hyssopi & est decoctio maior conferens etiam tussi & asth-
mati à materia grossa multæ humiditatis. mundificat enim
pectus & pulmonem ab ea & sanies fi fuerit in ipsis. Rec.
ficus siccas albas & pingues x.numero, & dactylorum pin-
guium tantundem, fœnugræci,radicum apii,fœniculi, se.
utriusque,seminum urticę, anisi,hyssopi siccæ, calamenthi,
ireos, prasii: ana ʒ.v. liquiritiæ mundæ drach. x. capillo-
rum ueneris drach.vii.Decoquantur in lib.iiii.aquæ usque
ad tertiam. Et sit dosis eius ʒ.iii.cum melle. Et datur con-
uenienter. Medicamen de gentiana, quod maturat & e-
ducit à pectore humorem grossum & sanioſum. Reci. ca
pillorum uen.ʒ.v.passularum enucleatarum, carnium iuiu-
barum: an.drach.x.amygdalarum amararum drach.v. ireos
ʒ.iii.corticum radicum capparum, orobi, seminum apii,
& fœniculi: an.ʒ.ii. gentianæ, aristolochiæ rotundæ: ana
ʒ.v.confice cum melle despumato. Et sit dosis eius à ʒ.dua
bus usque ad aur.ii.Confectio formarum similium lupinis
conferentium dyspnœæ,quæ tenentur in ore, & conferunt
uehementer. Reci. succi liquiritiæ, papaueris,zucchari:
ana partes æquales. Fiant inde prædictæ formæ.Confectio
unguenti quod maturat & lenit materias in pectore. Ac-
cipe ceræ citrinę ʒ.i.olei de cheiri & proprie citrinæ ʒ.iiii.
adipis anatis, & gallinæ,& mucilaginis fœnugræci, & se-
minis lilii:ana ʒ.v.styracis ʒ.vi.Fiat eorum aggregatio bo-
na & ungatur pectus ex eis est enim expertum bonum. Cõ
fectio pilularum de agarico ex nostra inuentione mundi-
ficans pectus & pulmonem: & conferens asthmati & tussi
antiquæ. Recipe agarici ʒ.vi.ireos,prasii:ana ʒ.i.turbith
ʒ.viii.hieræ picræ ʒ.viii.colocynthidos, sarcocollæ:ana ʒ.
iiii.myrrhæ ʒ.ii.Confice cum rob.Et dosis earum sit ʒ.ii.Ce
ratum ex inuentione nostra leniens pectus maturans mate-
rias in pectore,& pulmone.℞.hyssopi humidæ ʒ.xii. ceræ
citrinæ ʒ.x.olei de cheiri citrina ʒ.xl.medullę cruris uitu-
li,adipis anatis & uituli & gallinæ: ana ʒ.viii:myrrhę,bdel
lii,mucilaginis fœnugręci, semi.lini:ana ʒ.viii. sigię tere-
binthinę:an.drach.vi.mucilaginis althææ.drach.viii.Confi-
ce sic.myrrha,& bdellium redigantur in subtilem puluerę,
& misceantur cum mucilaginibus usquedum diffoluantur
in eis.Deinde cum cęteris fiat unguentum. & fiat inunctio
ex eo tepido. Ioannes Serapionis. Loch ad asthma confe-
rens ad constrictionem anhelitus,& subtiliat humores gros
sos. Rec. squillę affatæ ʒ.vi.radicum lilii cœlestis ʒ.iiii.hys-
sopi,prasij: ana ʒ.ii.myrrhę,croci: ana ʒ.i. Tere & confi-
ce cũ melle.Loch aliud eiusdem bonum ad asthma & cõstri
ctionem anhelitus.Rec.fisami excorticati, nasturtii: ana ʒ.
xxx.penidiarum ʒ.xx.hyssopi.ʒ.vii.Confice cum penidiis,
& sit dosis eius ʒ.v.cum decoctione hyssopi. Confectio ua-
poris exiccantis humiditatem in pectore & confert asthma
ti, &

ti,& tussi humidæ. ℞. arsenicum & tere contritione bona, A
& distempera cum uitello oui,& accipe ferulam siccam, &
diuide eam in rotundula multa,sicut est magnitudo nucis:
deinde illinias eam cum medicamine,& dimitte siccari,&
cũ uolueris unge eum cum sepo renum caprarũ aut bouũ,
& fiat suffumigium ex una post unam per hebdomadam, &
Alii tro. de arseni. co. recipiat patiens naporem ore aperto. Aliud. ℞. arseni-
cum, & sulphur, & fac formas similes auellanis cum sepo
renum caprarum, & utere similiter. Aliud conferens tus-
si & asthmati plurimæ humiditatis. ℞. aristolochiæ rotun
dæ,myrrhę,styracis,thuris:ana.ʒ.i.arsenici ʒ.v.Tere & con
fice cum butyro uaccino, & fac formas similes auellanis,
& suffumigetur una post unam. Ea autem quæ bibuntur
secundum hanc intentionem aut lambendo sumuntur,dicta
sunt in canone.

De tussi. Cap. 2.

De cura tussis ca tarrhalis. TVssis quædam est humida,quædam sicca, & quæcun-
que earum fuerit, aut est causa in membris ipsius spi-
ritus,aut ab aliis membris sicut tussis catarrhalis. Et
tussis quæ fit cum communitate aliorum membrorũ B
sicut stomachi hepatis & splenis, aut corporis totius sicut
in febribus. Tussis quidem catarrhalis cura sunt duæ res.
Prima est sedatio fluxus catarrhi. & diximus curam eius.
Secunda est secundum duos modos. Primus est maturatio
eius quod fluxit.Secundus est eductio, & absterfio eius ex
eis quæ dicemus iam. Cura autem tussis, quæ fit à cõitate
est duæ res.Prima est rectificatio illius membri. Secũda est
occurrere impressioni illatæ in spiritualibus membris ex
his quæ dicemus. Tussis aũt humida cuius causa est in spi-
ritualibus membris est secundum unum duorum modorum
aut à malicia complexionis fine materia, & dicta est cura e-
ius,aut cum materia calida & frigida, grossa uel subtili: &
dicta est cura eorum in capitulo de asthmate sufficienter.
Sicca autem tussis est secundum duos modos, aut cũ febre,
aut sine febre. & qualiscunq; sit,dicta est cura eius in capi-
tulo de asthmate à simili causa. Mahemet Arasi. Tussis ca-
tarrhalis à catarrho acuto calido,& subtili secundũ intẽtio-
nem primam curatur cũ rebus proprie ingrossantibus, &
coadunantibus ipsum,& tardantibus uelocitatẽ sui fluxus, C
sicut proprie syrupus de papauere,& fortius est eo iacur.
& gargarizet ante somnum aquam decoctionis balaustiæ,
Pilulę sub lingua ad tussim ca tar. & rosarũ siccarũ. Deinde ponat sub lingua sua ex his trochi
scis. ℞. amyli,dragaganthi,amygdalarum dulciũ ex cortic.
catarum,farinæ fabarum,seminis papaueris albi & nigri,&
corticum eius,gummi arabici,& boli armeni. Fac ex eis for
mas similes lupinis cum mucilagine psyllii,& seminis cydo
nii:& detur eunti dormitum ex deiacur circiter unam ʒ. &
est fortius eis.Et si significatur cum hoc plenitudinem esse
in sanguine phlebotomamus cephalicam post sedationem
acuitatis,& inflammationis superfluæ.Et mane damus aquã
hordei,decoctionis iuiubarum, & sebesten cum myrobal.
viol.& cũ syrupo de papauere in sero. Et damus cibos &
sorbitiones ex farina fabarum,& aqua hordei cum eo quod
mulgetur ex semine papaueris albi,aut ex semine & corti-
ce.Si.n.vigiliæ adsunt cum oleo amygdalino dulci,& peni.
diarum.Et damus etiam atriplicẽ, & maluas, & ex lactucis
Optima decoctio pectoralis cum amygdalis:& sorbitiones ex tritico donec dissoluatur
aut ex sauich.Si autem indigent uentris solutione,& tussis D
fuerit sicca,& asperitas in pectore. tunc accipe iuiubas,&
sebesten:an.xx.numero passularum enucleatarum ʒ.x. vio-
larum,liquiritiæ:ana ʒ. v.ficuum siccarum numero x.Deco-
que in lib.iii.aquæ usq; ad.i.& dissolue in ea casiæ fistulæ,te
reniabin:an.ʒ.i.Et si patiatur calorem cum hoc de myroba.
de viol.aut aquam hordei.Si autem screare cœperit occur-
rit nobis iam intentio secunda.& cum uolumus ut uentris
solutione pectus mundificetur: dabimus tunc myroba. uio
latum cum decoctione hyssopi minore,quam diximus in cu
ra asthmatis calidi,& similia pectus mundificantia. Si autẽ
fuerit tussis à catarrho frigido & grosso:tũc præcipimus vt
lambat omni sero ex myrrha circiter ʒ.i.cum melle, & gar-
garizet ante somnum proprie myrrham, & crocum cum a-
qua mellis,aut rob,aut cum iacur.si necessitas experit. Et si
necessaria est uentris solutio,fiat illud cum pilulis cochis,
aut cũ hiera diacolocynthidos,& si post illud fortiore indi-
get medicamine:da ex his pilulis. ℞. styracis liquidæ,myr Pilulæ de styrace.
rhæ,thuris masculi,opii,croci,succi liquiritiæ:ana. Fiant pi
lulæ sicut cicer. Dosis à ʒ.iii.usq; ad iiii.& sumat ex eis no-
cte:cum aũt quod aggregatũ est in pectore iam maturatur,
& expuitur da decoctionem hyssopi maiorem, & alia quæ
dicemus in tussi à materia grossa & humida. Si autem catar
rhus cum his non sistitur,& tussis superfluit, oportet ut de-
mus aliqua ex stupefacientibus,& catarrhi uehemẽtiam se-
dantibus ex his quæ dicemus. Si autem hæc non sufficiunt.
tunc oportet ut radatur caput & fricetur in loco zuhendeg
in balneo cum panno multæ asperitatis,donec locus rubeat
& si non sufficit, liniatur in eodem loco cum emplastro ex
sinapi contrita,& decoctione ficuum, & dimittatur donec
ueficetur locus. Deinde aperiantur ueficæ: & non consoli-
dentur tempore extenso. Et si adhuc non contulerit, caute-
rizetur super zuhendeg: & teneatur cauterium longo tem-
pore apertum. Hæc autẽ tussis curanda est exquisite cũ mul
ta solicitudine. Perducit enim ad phthisin plerunque.

Medicinæ frigidæ ad tussim catarrhalem.

Cap. 3.

MAhemet Arasi.Confectio syrupi de papauere mira Syrupus de papa.
bilis ad tussim ex catarrho calido & phthisim. ℞.
papaueris albi & nigri: ana.ʒ.c.se lactucæ ʒ.cc.se.
hyoscyami albi ʒ.xxx.coquantur in aquæ lib.vii. us
que ad li.duas. Deinde cola,& proiice super ipsum mucila-
ginis psyllii lib.s.rob.lib.i.coquantur donec inspissentur &
administrentur.Idem.Confectio trochiscorum de papaue- Trochisci de papa.
re conferens ut supra. ℞. papaueris albi ʒ.xxx.se.cucurbi
tæ,citruli,hyoscyami albi:ana ʒ.xx.amyli,dragaganthi, gũ-
mi arabici:ana ʒ.xv.Confice cum mucilagine psyllii. Dosis
ʒ.iii.cum syrupo de papauere aut cũ aqua hordei:sunt enim
boni ad tussim calidam catarrhalem cum qua est sputum su-
btile citrinum.bonum & expertum. Idem confectio pilu-
larum de papauere ad tussim siccam quæ infestat in nocte, Pilulæ de papa.
& ad catarrhum calidum. ℞. opii,amyli,gummi arabici,
succi liquiritiæ:ana partem.i.papaueris partes.ii.Fiant pilu
læ sicut cicer.& da ex eis à.iii.usque ad iiii.in sero. conue-
niunt etiam pueris qui uomunt,& nó possunt dormire pro-
pter tussim.De iacur & de diacodion dictum est in graba-
din nostro.Diapapauer ex inuentione nostra conferens cũ Diapa. ex inuentione ppria.
auxilio Dei tussi catarrhali noue,& multi temporis: & ma-
turat ægritudines pectoris: & est mirabilis. ℞. papaueris
ʒ.xxx.l.quiritię,dragaganthi,penidiarum: ana ʒ.xxx. gum-
mi arabici,succi liquiritiæ,farinæ fabarum,fœniculi, anisi,
seminis lactucæ,amyli,se.portulacæ,maluæ:ana ʒ.x.seminũ
cucumeris,melonis,cucurbitæ:ana ʒ.v.Confice cum melle
colato,aut cum penidiis & melle:ana quantum sufficit. Do, Alius syrupus de papa. ex inuentione propria.
sis est aur.ii. Syrupus de papauere ex inuentione nostra
confert catarrho & tussi ab eo: & proprie cum caliditate
& asperitate.Expertum. ℞. papaueris albi ʒ.xxx.papaue
ris nigri ʒ.x.semi.maluæ,gummi arabici,dragaganthi, semi
num citruli,& cydoniorum:ana ʒ.v.liquiritiæ ʒ.xv. psyllii
ʒ.vi.omnia præter psyllium contunde: & pone super ea a-
quę libras sex:& dimitte die ac nocte: & fac bullire usque-
dum redeat ad lib.iii. Deinde cola, & pone in eo meibu-
thegi lib.i. penidiarum lib.s.Coque lento igne usq; ad mel
lis spissitudinem da.bonũ,si Deus uoluerit. Diapapauer si-
militer ex inuẽtione nostra conferens cũ auxilio Dei tussi
catarrhali noue & multi temporis:maturat ægritudines pe
ctoris,& est mirabile. ℞. papaueris.ʒ.xxx.gũmi arabici,suc Cõfectio mirabilis facilis.
ci liquiritiæ,dragaganthi,penidii: ana ʒ.xxx.se.fœniculi,a-
nisi,seminis lactucæ,maluæ:ana ʒ.x.seminis cucumeris,me-
lonum,cucurbitæ:ana ʒ.v.confice cum melle colato aut cũ
penidiis,& melle quod sufficit. Dosis aur.ii. Hamech filius
Zachariæ.Syrupus de papa. confert tussi & catarrho.℞. pa Alius syr. de papa.
papaueris albi cũ corticibus suis ʒ.xxx.papaueris nigri,draga
ganthi,gũmi arabici:ana ʒ.x.liquiritiæ,se.maluæ:ana ʒ.xv.
febesten.xxx.Contunde omnia,& fac coqui cum aquæ lib.
v.usque ad lib.ii.deinde cum meibuthec,& zucchari ana.ʒ.
viii.Fiat syrupus bonus: si Deus uoluerit.Idem diapapauer Aliud dia papauer.
cuius iuuamentum est sublime ad tussim catarrhalem cum
caliditate & asperitate & siti:& ad raucedinem uocis, & ad
pleuresim. ℞. papaueris albi, penidiarum:ana drach.xxv,
succi liquiritiæ,gũmi arabici,dragaganthi:ana.ʒ.xx.amyg-

dalarum dulcium.ʒ.viii.amyli,ſeminis cydoniorum, ſeminis portulacæ: ana drach.v.ſeminis cucumeris, citruli,melonis,& cucurbitæ,lactucæ,& maluæ:an.ʒ.iii. Tempera cũ ſyrupo uiolato. Doſis eius ab aure. ii. uſque ad unc.s.cum aqua hordei decoctionis iuiubarum: & ſebeſten. Et ſi habet uigilias cum eo, quod mulgetur ex papaueris ſemine cum cortice ſuo.

Medicinæ ad tuſsim catarrhalem frigidam. Cap. 4.

Pilulæ de ſtyra.

HAmech Araſi. Confectio pilularũ de ſtyrace ad tuſsim catarrhalem abſque caliditate quæ inquietat in nocte,& inducit uigilias.℞. ſtyracis liquidæ albæ, olibani,myrrhæ,ſucci liquiritiæ,opii: ana partes æquales. Fiant pilulæ ſicut cicer. Doſis earum eſt.ii.aut. iii. Sabor,Girges. *Aliæ pi.de ſtyra.* Confectio pilularum quarum iuuamentum eſt ultimum ad tuſsim catarrhalem & phthiſim.℞.Styracis myrrhæ,croci,opii,olibani,caſtorei,ireos,pinearum purgatarum:ana. Confice cum galbano & ſtyrace diſſolutis cum pauco melle,& da bis uel ter in hebdomada. da.ii. uel. iii. *Trochiſci ad tuſsim catarrha.* Gale. Confectio trochiſcorum ad tuſsim catarrhalem qui tenentur ſub lingua:& ſiſtunt catarrhum,& ſedant tuſsim, & conferunt phthiſi. ℞. medicaminis trochiſcati quod habuimus ab Andromacho pinearum purgatarum, amygdalarum dulcium:ana aur.v.amyli,gummi arabici,dragagãthi,papaueris albi:an.aur.ii.fac formas ſimiles lupinis, & da in ſero tenẽdas ſub lingua. *Canon bene notãd.* Alexander dixit canonẽ quẽ præterire non iubeo. Etenim ante curabis catarrhum:quã ægritudines catarrhales:niſi in duobus caſibus ſcilicet cum timueris ne præfocetur,& ſuccurres tunc cum uomitu. Et cum timueris aduentum apoſtematis in parte nobili, præuenies cum phlebotomia. Et dico,quòd narcotica poſtquã ex catarrho in pectore & pulmone plenitudo acciderit, dare ſuſpectum eſt. Dabis igitur ante plenitudinem. Poſt uero plenitudinem euacuabis prius. Deinde ſecurius dabis,ſi iſta dari oportet. Alexander. Cõfectio pilularum ad tuſsim catarrhalem,& eſt ex medicinis benedictis,& eſt ex ſecretis,& confert ad omnes ægritudines catarrhales,& uocantur pilulæ alchabei.& dictę ſunt in capitulo de catarrho. *Aliæ pi.de ſtyra.* Idem. Confectio alia pilularum experta ad tuſsim, & ad alias ægritudines catarrhales.℞.ſtyracis,myrrhæ, opii:ana. Fac pilulas cum melle deſpumato. *Aliæ pi.de ſtyraci.* Aliæ ſecundum eundem modum,myrrhę,opii,galbani:ana. Fac ut prius. Iſaac Hebẽ Amaran. Pilulæ ſedantes tuſsim antiquam & nouam.℞.ſtyracis,caſtorei,opii,granorum pini:ana partem.i.croci partis.i.tertiam. Confice cum rob. Ioannes filius Serapionis. cum tuſsis ſicca,& aſpera cum caliditate fuerit, & rubore: & apparuerit ſanguinis plenitudo,ſicut diximus in aſthmate à ſimili cauſa facto facies ſcilicet ut phlebotomes adminiſtrando deinceps aquam hordei cum ſebeſten: cum ſyrupo uiolato,aut myrobalanis de uiolis,& inungimus pectus cum cerato Gale. imbibito in mucilagine pſyllii,aut ex cera,aut oleo uiolato ſimiliter imbibitis. Et ſi eſt neceſſe materiam ſepultam in pectore educere, dabis myrobal. prædictum cum decoctione hyſſopi frigida:& dabis ſpecies loch ex mucilaginibus pſyllii, & cydoniorum cum gummis, & granis,& medullis ex his quæ dicemus. Cibabis autem eos ſorbitionis,& proprie cum farina fabarum, & penidiis, & oleo amygdalino dulci,aut hordeo confracto. Et quandoque miſcemus propter uigilias illud quod mulgetur a ſemine papaueris albi,& aqua hordei: damus etiam ſorbitiones & ex tritico confracto cum zuccharo,nec non & iuſcula ex atriplice,& maluis:& quandoque miſcemus pullos, & pedes hœdorum & capita,& aues minutas teneras cum eis, aut uitellos ouorum diei ſui: & cucurbita eſt bonus cibus eis,& medullæ frigidæ,ſicut citrulus & cucumer. Et ſimiliter bleta,& portulaca cum amygdalis. Bibant autem aquã hordei, aut aquam frigidam & iuleb, cum maturationis ſigna apparuerint: & ſputum iam incipit impinguari dando ea quæ facilitant ipſum ad excreandum,ſicut decoctio hyſſopi frigida proprie & electuaria quæ lambuntur,& ſimilia *Pil.ſub lingua.* Confectio loch quæ ſumitur in hora hac.℞. paſſularum enucleatarum,pinearum,fiſticorum,amygdalarum dulcium, ſeminum citruli,melonis,& cucurbitæ,dragaganthi, gummi arabici, papaueris albi, ſucci liquiritiæ,portulacæ,zucchari

E tabarzet, & penidiarum:ana. Fac formas ſimiles lupinis: & teneat ſub lingua unam ex eis. Pectus autem ex maturatiuis inungatur. *Solutiuũ.* Si autem corpus mundificatione indiget, fiat iſtud cum trochiſcis de uiolis drac.iii. pulpæ caſiæ fiſtulæ unciam unam zucchari uiolati:& tereniabin: ana aur.v. diſſolutis cum decoctione hyſſopi frigida. *Loch ad tuſsim cal. & ſiccam.* Ioannes Serapionis. Loch conferens tuſsi factæ ex caliditate & ſiccitate & aſperitate multa:& eſt medicamen bonum.℞.amygdalarum dulcium excorticatarum.ʒ.ii.ſeminum maluæ althææ: ana.ʒ.x.ſeminum citrulorum mundatorum.ʒ.x.gummi:arabici,dragaganthi,amyli, granorum cydoniorum excorticatorum,ſucci liquiritiæ,granorum dulcium pini:ana drach. viii.penidiarum ſahari unciam unam. Terantur omnia contritione bona:& miſceantur cum ſyrupo. Cuius hæc eſt per miſtio. Accipe paſſularum dulcium,radicum liquiritiæ, ſebeſten,iuiubarum:ana partes ęquales. Decoque in aqua donec inſpiſſentur. Deinde cola & proiice in eam rob quantũ ſufficit. Deinde coagulentur cum ea medicinæ: & da cum ſorbitionibus ex aqua furfuris & hordei cum farina fabarũ

F cum penidiis,& oleo amygdalino dulci, & bibat ſuper ipſum aquam hordei. *Aliud loch ad idem.* Idem. aliud ualens ſimiliter. Recipe pſyllii,granorum cydoniorum:ana drach. v. ſe. papa.albi. drach.x.ſebeſten.I.iuiuba. xxx. radicis liquiritiæ drach.vii. cheſmes drach.xv.caſiæ fiſtulæ mundatæ unciam unam. Decoque in aquæ lib.viii.donec impinguentur. Deinde cola, & proiice ſuper ea rob libr.ii. zucchari,ſali iameni, ſyrupi uiolati,penidiarum:ana.unc.vi.farinæ fabarum dra.iii.dragagan.gummi arabi.ana aur.iiii.coquantur uſque dum trãſeat in eſſentiam mellis. deinde.℞.ſe.cucurbitæ, melonis, cucume.citruli:ana aur.ii.papaueris albi,aur.iii.aniſi, fœniculi:ana aur.ii. Confice & conſerua in uaſe uitreo. Doſis eius eſt ab aur.ii.uſque ad.iii.teneat parum ſub lingua: deinde bibat aquam hordei,eſt enim medicamen benedictũ. *Pil.ſub lingua ad id.* Confectio formarum ſimilium lupinis conferentium tuſsi & aſperitati:& eſt ex inuentione noſtra. Recipe.dragaganthi,gummi arabici,ſe.maluæ,ſeminum cucumeris,& citrulorum,amygdalarum dulcium,farinæ fabarum:ana.ʒ. iii.ſe. portulacæ,amyli:ana.ʒ.ii.fac formas cum mucilagine pſyl-

G lii. Et ſi uigilias patitur adde ſeminum lactucæ, papaueris: ana drach.iii. *Aliæ pil. ſub lingua ad idem.* Filius Zachariæ Araſi. Confectio pilularum conferentium tuſsi calidæ & ſiccæ,& auferunt eam. Recip. ſucci liquiritiæ,amyli,dragaganthi,gummi arabi. amygdalarum excorticatarum:ana drach.i.zucchari tabarzet drac. iii. Confice cum mucilagine ſeminum cydoniorum:& fiant inde prædictæ formæ & teneat in ore die ac nocte. *Pil. bechichæ ad id.* Idẽ. Pilulæ bechichæ quæ conferunt ſimiliter. Recipe ſucci liquiritiæ,zucchari tabarzet:ana aur.vi.amyli,dragaganthi, amygdalarum dulcium:an.ʒ.iiii. Confice cum mucilagine pſillii uel cydoniorum. *Trochiſci optimi ad tuſsi in calidam, & pleureſim.* Idem. Confectio trochiſcorum feſtinãtium maturationem in tuſsi calida & pleureſi facilitantiũ ſputum. Recipe ſucci liquiritiæ,uiolarum:ana dra.v.amyli,dragaganthi:ſeminum althææ,fœniculi:an.ʒ.i.&.s. Confice cum mucilagine pſillii:& ſemine lini: & ſemine cydoniorum. Da cum aqua hordei,& ſyrupo uiolato. *Alii trochi. ad tuſsim cal.& ſicci uehemen.* Idem Confectio alia trochiſcorum ad tuſsim ſiccam cum caliditate uehementi & ſiti. ℞. ſucci liquiritiæ, uiolarum:an.aur.iii. ſe.citrulorum,cucurbitæ,tereniabin:an.aure.i.&.s. Factro-

H chiſcos cum mucilagine pſillii, & ſeminum cydoniorum. Doſis aur.ii.cum aqua hordei, & ſyrupo uiola. *Loch ad tuſsim cal.* Filius Zachariæ. Loch conferens tuſsi calidæ, & maturans eam & facilitans in ea ſputum. Recipe iuiubæ. xx.ſebeſtẽ.xl.ficus.vi. liquiritiæ mundæ,paſſularum enucleatarum:an.ʒ. x. capillorum uene.ʒ.v.aquæ lib.v.bulliant uſque ad lib.i. Deinde Recipe penidiarum,& rob: an.ʒ.v. coquantur cum facilitate:uſque dum ſint ſicut mel currens. Deinde accipe ſe.lactucæ,cucumeris,cucurbitæ,portulacæ,fabarum excorticatarum:an.drachm.iii.gummi arabici,dragaganthi, amyli, papaueris albi,amygdalarum dulcium ana aur.i. Confice cum prædictis. Doſis.ʒ.v. *Pil.ſub lingua ad id.* Idem. Confectio ſimilis lupinis conferens tuſsi calidæ & abſciſsioni uocis: & ſedat ſitim. *Pil.ſub lingua alia.* ℞.ſe.cucume.mundati.ʒ.vi.ſucci liquiritiæ.ʒ.vi.ſem. portulacæ:aur.i. Aggrega ea poſt bonam contritionem cum albumine oui,fiant inde prædictæ formæ, & teneat quotidie ſub lingua. Sabor. Confectio pilularum conferentium

tuſsi. ℞. dragaganthi,gummi arabici, ſeminum cucume. papaueris albi,portulacæ,amyli,croci, zucchari, uel penidii:ana,confice cum rob:& teneat quotidie ſub lingua, eſt enim expertum,ſi Deus uoluerit. *Electuariũ ad tuſsim cali.* Sabor rex. Medicamen mirabile conferens tuſsi calidæ antiquæ, & ægritudinibus pectoris caliditate & ſiccitate expertum. ℞. mucilaginis pſillii extractæ ſecundum ſcientiã lib.iii.rob,penidiarũ,zucchari,ſal iemini:an.lib.i.& s.coque lento igne: uſq; ad mellis ſpiſsitudinẽ auferendo continue ſpumã eius. Deinde recipe ſeminum cucumerũ,melonũ,citrulorum, cucurbitarũ mundatarũ:aut aur.x.amyli,amygdalarum dulciũ, granorũ pineæ maioris: ana ʒ.xv.gũmi arabici,dragaganthi albi, ſeminis lini aſsi: ana ʒ.viii.ſemi. cydoniorum mundatorum ʒ.iii.croci ʒ.i.aniſi ʒ.vii.opii aur.i. ſemi. lactucæ ʒ.x. Tere & pulueriza, & pone ſuper medicamine. Et ſi non poteſt dormire,adde cum prædictis ſeminis papaueris ʒ.xx.hyoſcyami ʒ.xv.reconde in uaſe uitreo. Doſis eius eſt ʒ.iii.vel iiii.teneat ſub lingua & glutiat ſaliuam eius: eſt enim medicamen benedictum. *Syrupus de hyſſopo.* Syrupus de hyſſopo ex inuentione noſtra conferens cum auxilio Dei tuſsi calidæ difficili,& confert phthiſi,& dolori laterum. ℞. liquiritiæ,radicum fœniculi,uel ſeminum eius:ana ʒ.x.hyſſopi, capillorum ueneris:ana ʒ.v.ficus pingues vii.pruna x.iuiubas xx.paſſularum enucleatarum ʒ.xxx.ſebeſten c.decoque cum aquæ lib.v.uſque ad lib.ii.da tepide ℥.i.cum drach.vi.zucchari roſati,uel uiolati. Et ſi uis accipe huius aquæ lib.ii.& pone ſuper eam penidiarum ſahari,zucchari meibuheg, ſyrupi uiolati: ana lib.s.dragaganthi ℥.iiii. Et eſt ualde bonum tuſsi ſiccæ uel phtiſi, & ſiccitati pectoris & aſperitati. *Elect. ad idem.* Da cum aqua cucurbitæ aſſæ uel citruli. Aliud ualens ſimiliter. Accipe prædictæ decoctionis lib.ii.& pone ſuper ea penidiarũ lib. i.olei amygdalarum dulcium ℥.iii.granorum alben excorticatorum lib.s. Fac decoqui: & accipe uiolarum ſiccarum tritarum & cribellatarum,dragaganthi:ana ℥.i.gummi arabici ℥.s. Pone in uaſe uitreo.doſis eius eſt ſicut galla. bonũ & expertum. *Alius ſyr. de hyſſopo.* Syrupus alius de hyſſopo ad tuſsim & aſthma ex aſperitate pectoris. ℞. hyſſopi, capilli uene. an.ʒ.xvi. uiolarum,papaueris albi,hordei mundi,ſeminis maluæ: an. ʒ.x.ſeminum cydoniorum,lactucarum,cucume.ana ʒ.v.paſſularum enucleatarum ʒ.x.ficus.x.iuiubas,ſebeſten: ana xl. cum zucchari lib.ii.fiat ſyrupus. *Alius ſyr. de hyſſopo.* Syrupus alius de hyſſopo ad tuſsim & aſthma ex aſperitate cum caliditate. ℞. liquiri.ʒ.xx.ſemi.maluæ,cucumeris,hordei mundi, draga.ſeminis citrulorum:ana ʒ.iii.maratri,apii,capillorum uene.hyſſopi:ana ʒ.x.ſeminis cydoniorum,maluæ,aniſi: ana ʒ.v.iuiubę,ſebeſten:an.xl.ficus pingues albas x.paſſularum enucleatarum ʒ.x zucchari lib.ii.fiat ſyrupus. Dioſc.dixit quòd fructus algipur antiquus aſſus igni,deinde comeſtus in ſero cũ melle confert tuſsi difficili & laborioſæ. Et dixerunt quidã ex poſterioribus:quòd ſi infigantur in eo tria grana thuris, ita quòd ſepeliantur in ipſo,& deinde aſſetur & comedatur in ſero cum melle confert mirabiliter. Seruetur tamen illo ſero ſine cœna,& eſt expertum.

De tuſsi humida. Cap. 5.

Cura tuſsis calidæ materialis.

ALia autem tuſsis humida ponitur complexionalis: alia materialis. Materialis quidem eſt ſm alterũ duorum modorum:aut cum caliditate,aut cum frigiditate. Et huic quidem cum caliditate cura eſt tres res. Prima eſt adæquatio cauſæ eius. Secunda eſt ſubtractio ipſius cum ſubtractione communi. Tertia eſt eductio ipſius eductione propria. Primam igitur rem complent commenſurare regimini eius ſex res quemadmodum in capitulo de aſthmate dictum eſt.& poſt illud adminiſtrare ex medicaminibus quæ ipſius materiam digerunt ſicut eſt decoctio capillorum ueneris proprie, & ſyrupus ex eis: ſyrupus ex iuiubis,& decoctio ſebeſten in aqua hordei, & decoctio hyſſopi facta de papauere albo, & fabis excorticatis, & hordeo cum zuc.roſato aut uiolato & ſimilia. Secundam uero rem complent euacuationes factæ cum iteratione, & factæ de quarto in quartum diem ex caſsia fiſtula, & tereniabin & myrobalani de uiolis cum decoctione hyſſopi facta. Et quandoque addimus ei quod eſt ſicut trochiſci de uiolis & ſimilia. Et damus inter ſolutiuum: & ſolutiuum ex moderate uomere facientibus ſicut eſt raphanus aſſus cũ oxy-

A melite,aut ſyrupo acetoſo de radicibus,aut radices aſſas & oxymel & ſimilia. Et ſi corpus eſt plenum: & facies pulchra cum abundantia ſanguinis phlebotomamus ex baſilica. & *Phlebo.* quandoque cum phlebotomia remouente materiam. Tertiam rem complent adminiſtrationes medicaminum plenitudinem pectoris & pulmonis per ſcreatum educentium ſicut loch de pino,& proprie loch de fabis, & loch de hyſſopo,& ſyrupus de hyſſopo,& confectio de orobo & ſimilia. *Cura frigidę & humidæ.* Humidæ uero & frigidæ tuſsis cura eſt quinq; res. Et prima quidem eſt digeſtio & maturatio cauſæ eius. Secũda eſt ſubtractio eius ſubtractione cõi. Tertia eſt eductio eius eductione propria. Quarta exiccatio reſidui ſuperflui humidi eius. Quinta corrigit accidentia. Prima quidem res perficitur cum adminiſtratione medicaminum ſicut in capitulo de aſthmate diximus. Secundam rem complent euacuationes factæ cum eo quod eſt ſicut pilulæ cochiæ: & hiera diacolocynthidos,& pilulæ de agarico,quas diximus in capitulo de aſthmate,& proprie cum iteratione & iteratione, & cum interpollatione adminiſtrationis rei uomitiuæ. Et

B ſi oportet ut deueniatur ad adminiſtrationem ſolutiuorum etiam,ſicut in capitulo de aſthmate diximus. Tertiam rem complent adminiſtrationes medicinarum materiam educẽtium à pectore quas in capitulo de aſthmate diximus:& deinceps oſtendemus. Quartam rem complent adminiſtrationes medicaminum materiam diſſoluentium & reſoluentiũ, & conſumentium:& huiuſmodi quidem medicamina conſueuerunt medici exiccatiua vocare quæ adminiſtranda ſunt poſtquam adminiſtrationes mundificantium communium & propriorum cum iterationibus præceſſerunt conuenientibus:ut exiccetur reſiduum rei. Adminiſtrare autem ea in principio eſt præfocare, & ponere ægrũ ad mortem. Adminiſtratio autem huiuſmodi eſt ſecundum duos modos.ſ.aut lãbendo ſeu bibendo,aut uaporãdo:& nos plenam faciemus narrationem ex his. Et huius quidem ſummę eſt lambere ex myrrha ʒ.i.cum melle:facilitat enim anhelitum, & conſumit humiditatem. Huius etiam intentionis eſt ſtyrax:& opopanax:& proprie cum ouis,aut melle, aut ſerapino,factis ex eis pilulis cum aqua rutę, aut gluten al-

C botin cum melle,aut alchitran cum melle, aut ſulphur cum ouis ſorbilibus,aut arſenicum ſimiliter cũ ouis, aut cũ grano pini,& ſimilia. Ex euaporationibus autem ad tuſsim antiquam eſt arſenicum citrinũ cum ariſtolochia rotunda partibus æqualibus. Cõfice cum butyro vaccino: & fac formas ſimiles auellanis:& fiat ſuffumigium per embotũ in ieiuno. Dicitur enim quod ſtatim liberat. Vapor alius. *Trochiſci de arſeni.* ℞. arſenici citrini,ſtercoris leporis,& farinæ hordei,corticum fiſtici: ana fac formas cum uitello oui ſuffumigetur cum eis tribus uicibus. *Alii tro. de arſe.* Alius. ℞. ariſtol.rotundæ,ſtyracis,galbani:ana.arſenici ad pondus omnium:aggrega cum butyro vaccino & utere. *Alii tro. Alii tro. de arſe.* Alius. ℞. ſtyracis,myrrhæ,thuris ariſtol.ana.arſenici ad pondus omnium aggrega cũ butyro vaccino. Fiat ſuffumigatio omni die bis vel ter & bibat ſuper ipſum aquam cũ butyro ouino. Plura huius intentionis ſcripta ſunt in capitulo de aſthmate canone vltimo. Quintam rem complẽt adminiſtrationes medicaminũ confortantiũ pectus & pulmonem aut elargantium: & ſi uigiliæ adſint, cũ ſedatione tuſsis ſomnum inducentium. *Sedantia tuſsim.* Summa autem ſedantium tuſ-

D ſim cum confortatione pectoris & pulmonis eſt hæc. Rob aut ſyrupus factus ex ſucco granorum myrti completorum eſt ad illud mirabilis, & hoc in tuſsi calida. Sed in frigida quidem cum myrrha & croco modico: pulmonis autem uulpis ſicci iuuamen eſt ſublime in calida & frigida. In calida quidem aur.i.ex eo cum ſyrupo myrtino. In frigida vero cum melle & aqua calida. Huius autem intentionis eſt crocus cum ſyrupo myrtino,aut cum ſyrupo de hyſſopo & ſimiliter ſandaracha cum melle, & nux cypreſsi cum uino & melle: & grana pini ſunt ex rebus magnis in hac parte. Ex medicinis magnis autem quæ ſedant tuſsim,& pectus confortant,ſunt theriaca,& mithridatum,& diamuſcus dulcis & amarus, & athanaſia magna & parua: & diamarthe eſt confectio mirabilis Rabi regis quam ſcribemus: & ſimilia. Summa autem medicinarum pectus elargantium ſcripta eſt in capitulo de aſthmate. Summa autem medicinarum tuſsim ſedantium & corrigentium ſuper-

fluitates uigiliarum dicetur quando de medicinis ſtupefacientibus ſermonem faciemus, ſi Deus uoluerit. Afferantur ad hunc locum plura quæ ſcripta ſunt in capitulo de aſthmate humido ſiue calido, ſiue frigido, & proprie medicina quã ſcripſit filius Zachariæ. Filius Humain. Modus decoctionis de capillis uene. conferens tuſsi humidæ cum calore. ℞. capillorum uene. non ultime recentium. ʒ.i. hyſſopi ſiccæ, fabarum, excorticatarum, ſeminis fœni. aniſi, ſeminum lactucarum, portulacæ, papaueris albi, amygdalarum dulcium & amararũ, hordei excorticati: ana. ʒ.v. ſeminis melonis, cucurbitæ, granorum myrti: ana. ʒ.iii. gummi arabici aſsi. ʒ.ii. paſſularum enucleatarum. ʒ.xv. dactylos pingues. v. ficus ſiccas. v. iuiubas. xxx. decoquantur in aquæ lib. iiii. uſq; ad lib. i. & ſ. & da omni mane. ʒ.iii. cum zucchаro roſato aut uiolato. Et ſi uolueris, accipe ex hac decoctione libr. ii. & cum meibueg & zucchari. ʒ.x. fiat ſyrupus. Doſis eius eſt. ʒ.i. Filius Amaran. Syrupus de hyſſopo conferens tuſsi humidæ cum frigiditate. Recipe hyſſopi ſiccæ. ʒ.v. capillorum ueneris, liquiritiæ: ana. ʒ.vi. corticum radicum apii, fœniculi, & ſeminis aniſi: ana. ʒ.v. foliorum praſsii. ʒ.iii. paſſularum enucleatarum. ʒ.i. iuiubas. xx. ireos, fœnugræci: ana. ʒ.ii. & ſ. ſeminis maluæ & biſmaluæ: ana. ʒ.ii. ficus pingues. vi. numero dactylos. v. foliorum calamenthi aure. i. decoquantur in aquæ li. v. uſq; ad libram unam. & ſ. cum melle & meibueg: ana. lib. ſ. Fiat ſyrupus. Doſis. ʒ.i. Idem. loch conferens tuſsi & ægritudinibus pectoris & pulmonis & eſt expertum. ℞. farinæ fabarum, liquiritiæ mundatæ, thuris maſculi, gummi albotin, amygdalarum dulcium & amararum: an. ʒ.x. ſeminis fœniculi, aniſi, croci, ſucci liquiritiæ, dragaganthi albi, ſeminis cydoniorum mundatorum, papaueris albi: an. ʒ.vii. calamenthi, praſsii: ana. ʒ.x. opii. ʒ.iii. Tere & cerne, & adde eis penidiarum. ʒ.xxx. Deinde confice cum melle colato. ʒ.cl. & contunde in mortario: & ſit doſis. ʒ. ii. in mane cum decoctione hyſſopi: & in ſero teneat ex eo ſub lingua.

Democritus. Modus confectionis ad tuſsim humidam cum frigiditate. Accipe calamenthi fluuialis. ʒ. v. granorũ pini. ʒ.vi. ſeminis urticæ, ireos: ana. aur. i. piperis nigri, ſeminis lini: ana aur. ii. Confice cum melle cheſmes. Et ſit doſis ab aur. i. uſque ad. ii. cum decoctione hyſſopi. Idem. loch bonum & expertum conferens ad idem. Recipe mellis boni. ʒ.iiii. uitellorum uuorum recentium & butyri: ana. ʒ.iii. Mel & butyrum decoquantur uſque dum habeant modicũ ſpiſsitudinis. Deinde dimittantur modicum infrigidari. & miſce cum eis uitellos uuorum commiſtione bona. Deinde miſce piperis nigri puluerizati. ʒ.xii. & ſumatur ex eo lambendo mane & ſero. eſt enim expertum. Paulus. Pilulæ quæ tenentur in ore conferunt ad tuſsim frigidam & ſiccã & ſunt expertæ. Recipe myrrhæ, croci, granorum pini, granorum coti excorticatorum, fœniculi, aniſi, amygdalarum dulcium & amararum, papaueris albi, ſucci liquiritiæ: ana. Confice cum penidiarum partibus. iii. & ſucco fœniculi humidi. Hamech filius Zachariæ. Confectio conferens tuſsi antiquæ, & frigidæ, & uentoſæ. Recipe penidiarum drach. x. praſsii, capilli ueneris, hyſſopi, fœnic. aniſi: an. aur. iiii. croci, calamenthi, zucchari: ana aur. ii. ſucci liquiritiæ, pinearum purgatarum, & amygdalarum dulcium: ana. ʒ.i. Confice cum melle deſpumato quantũ ſufficit. da. ʒ. iii. Hamech Araſi. Syrupus de praſsio confert tuſsi de phlegmate groſſo, & uentoſitate. Recipe praſsii. ʒ.xl. liquiritiæ, hyſſopi, calamenthi, capilli ueneris: ana. ʒ.xx. radicũ fœnículi, apii: ana. ʒ.x. amygdalarum mundatarum, pinearum purgatarũ, fœnugræ. ſeminis fœniculi: ana. ʒ.v. maſtiches, darſeni. zinziberis: ana. ʒ.ii. paſſularum enucleatarum. ʒ.c. iuiubæ, ſebeſten: ana. ʒ.c. aquæ calidæ lib. xxiii. Dimitte die ac nocte: deinde coque uſque dum redeat ad lib. x. Deinde adde mellis, & rob, & penidiarum: ana lib. ii. Deinde ſuſpende in medicamine croci. ʒ.i. Doſis earum ab. ʒ.i. uſque ad. ii. Idem. Loch conferens ut ipſum. Accipe liquiritiæ, amygdalarum dulcium & amararum, ſeminis lini aſsi. ana. ʒ.iiii. ſeminis fœniculi, farinæ fabarum, & pinearum mundatarum: ana. ʒ. iii. myrrhæ, croci, olibani, darſeni: ana. ʒ.i. & ſ. penidiarum. ʒ.ii. Confice cum rob. Et fiant formæ ſimiles lupinis: & teneat ſub lingua. Sabor. Confectio. Loch de alliis, quod confert tuſsi phlegmaticæ, & maturat materiam eius bonum & expertum. Accipe alliorum mundatorum libr. ſ. & eliza ea in aqua decoctionis cicerum, & hyſſopi ſiccę, uſque dum ſint bene diſcocta. Deinde colentur & terantur alia ſicut medulla: & proiice ſuper ea mellis & butyri: ana ʒ.vi. & de coquantur lento igne uſq; ad terminum loch, & utere. bonum eſt. Idem. ℞. ſucci caulium lib. v. lento igne coque auferendo ſpumam eius uſq; dum redeat ad lib. ii. Deinde eo quatur cum rob, & mellis li. i. uſq; dum ingroſſentur. & bonum eſt. Idem. Loch de ſquilla expertum & efficax in tuſsi humida. educit enim ex pectore materiã eius. ℞. ſucci ſquillæ, & mellis: ana coquantur uſq; dum ingroſſentur. Idem. Confectio medicaminis ad tuſsim humidam cum frigiditate. ℞. ſpicæ, croci: ana. ʒ.i. hyſſopi ſiccæ, praſsii: an. ʒ.iii. myrrhæ, ireos: ana. ʒ.ii. farinæ orobi, & fabarum: ana. ʒ.vii. pineris. ʒ.i. & ſ. cheſmes, & carnium dactylorũ, ficuum pinguiũ & pinearum mundatarum: ana. ʒ.vi. Confice cum loch de caulibus. Verum & expertum. Confectio medicaminis ex inuentione noſtra. Syrupus ualens aſthmati & tuſsi, & maturat eas, & confert ulceribus renum & ueſicæ: & eſt medicamen bonũ. Accipe ficus albas & pingues. l. numero, iuiubas. c. Decoque in aquæ lib v. uſq; ad. iii. & cum rob li. ſ. zucchari lib. i. Fiat ſyrupus. Syrupus alius. ℞. ficuum ſiccarum pinguium. ʒ.iii. hyſſopi ſiccæ, capillorum uene. ana. ʒ.i. rutæ, praſsii, liquiritiæ: ana. ʒ.iiii. radicum marathri, apii: ana. ʒ.v. aniſi, ſeminis maluæ: ana. ʒ. ii. carnium iuiubarum. ʒ.ii. Fiat ſyrupus cum melle & rob lib. i. Alexander. Electarium mundificans pectus & pulmonem & conferens tuſsi. Accipe granorum pinearum, amygdalarum dulcium: ana drach. x. dactylorumque pinguium. ʒ.xv. pinguedinis ficuũ & cheſmes: ana. ʒ.i. dragaganthi albi, ſeminis fœni. ana. ʒ.vi. ireos ʒ.xv. Confice cum melle crudo. doſis à. ʒ.ii. uſq; ad aure. i. Alexander. Ad tuſsim quæ inquietat in nocte, & non ſinit dormire, & ad tuſsim catarrhalem. Fiant pilulæ ex ſtyrace myrrha, & opio: ana. croci partis. i. quarta. Confice cũ mel le aut rob in forma cicerum, & da in ſero. ii. aut. iii. aut ex myrrha, opio, & galbano, & pauco croco. Aut ex ſtyrace. ʒ.i. galbani, ſulphuris uiui, opii, piperis, terebinthinæ: an. ʒ. i. Aut ſtyracis, zinzib. opii, croci, galbani, granorum pini: ana partibus æqualibus. Confice & utere. Iſta enim ſedant tuſsim antiquam & nociuam. Gal. Medicamen quod ponit Rabit rex, dicitur quòd eſt tantæ uirtutis quòd nullum aliud ei equiparetur ad ſedationem tuſsis. Eſt enim mirabile. ℞. radicum opopa. ʒ.i. & ſ. loco radicum opopanacis ponatur opopanacis aur. v. caſtorei, ſemi. lini aſsi: ana aure. iiii. ſeminis lactucæ, aur. v. foliorum rutæ ſiccorum, myrrhę ana aur. iii. & ſ. opii, croci: ana aur. ii. & ſ. confice cum mel le colato. Et da in ſero febricitantibus cum aqua calida, & non febricitantibus cum uino. Et ſit doſis eius ſicut magnitudo fabæ. Eſt enim expertum & bonum. Gale. ex libro decem tractatuum. Confectio pilularum, quarum iuuamentum eſt ultimatum ad tuſsim antiquam humidam aut catarrhalem. Accipe caſtorei, myrrhæ, maſtiches, liquiritiæ, opii galbani, aniſi, fœni. enulæ, & in alio rafen. gentianæ, hyſſopi ſiccæ, ireos, dragaganthi, gummi arabici: ana. croci partis. i. tertiam. Confice cum rob. Da poſt menſes tres. Galenus ex eodem libro. Confectio loch quod expertus ſum ad tuſsim, & ad aſthma ex materia groſſa difficilis eradicationis. Recipe liquiritiæ, ireos, ſtyracis liquidæ, phiſticorum mundatorum, amygdalarum dulcium & amararum, granorum pini: ana aure. iii. olibani, glutini albotin, gummi, draga. agari. cinnamomi, ſeminis fœni. ana. ʒ.ii. & ſ. aloes, myrrhæ, ana aur. ii. cheſmes unciam unam. Tere, & ſica, & pulueriza. Medullas uero contere cõtritione ultima: aloen uero & myrrham infunde in rob circiter. ʒ.ii. aut. iii mellis colati, & ceræ quantum ſufficit. Deinde diſſolue in eo ſtyracem. Confice contundendo in mortario cum cæteris. Et ſit doſis eius: à. drac. i. uſque ad aureos. i. Inquit Gale. Faciebam hanc medicinam præcedere ſyrupum alcheſmes, & hyſſopi, & decoctionem eorum, & alia ex maturantibus: quorum forma eſt apud te: & hoc tempore conuenienti ut digeratur & maturetur materia. Galen. Trochiſci cognominati aſſemus, & ſunt trochiſci Stellæ, conferunt huic tuſsi, iuuamentum ſublime: & proprie dati cũ rob. Et ſit doſis à tertia. ʒ.i. uſque ad. ʒ.ſ. Et ſunt ex hominibus qui dant cum aqua hordei. Humain. Confectio alba cui eſt iuuamentum & operatio uehemens ad tuſsim difficilem & antiquam ex materia groſſa viſcoſa: & aperit oppilationes pectoris & pulmonis: & mundificat ea, & clarificat uocem, & educit ſaniem & materias corruptas ex pectore, & confert phthiſi. Reci. ſeminis lini aſsi, paſſularum enucleatarum, ana. ʒ.iiii. amygdalarũ dulcium & amararum, granorum pini: ana. ʒ.ii auellanarum aſſarum, ireos, glutini, albotin, añ. aur. ii. thuris maſculi, croci, myrrhæ: ana aur. i. Fac ex eis trochiſcos cum lacte aſinæ, & dimitte ſiccari. Deinde tere & confice cum melle: & eſt doſis eius. ʒ.i. mane & ſero teneat ſub lingua. Archigenes. Confectio quæ cognominatur mirabilis conferens cum uirtute Dei ad ſputum ſanguinis, & ad tuſsim chronicam & antiquam ex materia putrida ſanioſa ex ulcere & phthiſi. Mundificat enim & abſtergit cum uirtute Dei à materia groſſa & putrida: & ſunt uſi hac medicina prudentes. Et cum ſit ex fortibus, non ambigitur ſuper ea: & confert præfocationi matricis, & paralyſi, & veſicæ: & confert fluxui uentris, & periodis febrium, & reſiſtit venenis, cuius permiſtio hæc eſt. Reci. caſtorei, piperis longi & nigri, ſtyracis, ſpicæ, coſti, galbani: opii: ana drach. iiii. croci. ʒ.ii. Confice cum melle deſpumato quantum ſufficit. Doſis eius eſt ſicut faba, cum aqua mellis.

De fluxu ſanguinis ab ore. Cap. 6.

Sanguinis exitus ab ore eſt ſecundum unum quatuor modorum: aut enim expuitur tantum, & eſt ex parte oris: aut egreditur cum raſcatione: & eſt aut à colatorio, aut ab uuula, aut à palato & partibus eorum. Et quandoq; egreditur cum uomitu: & eſt aut à meri, aut à ſtomacho, aut ab hepate, aut à ſinibus eorum. Et quandoq; cum tuſsi: & eſt aut ex pectore, aut à pulmone, aut à canna, aut lacerto uocali, aut epiglotti. Et quidem qualiſcunque horum fuerit eſt ſecundum unum quatuor modorum. Aut enim eſt ſecundum ſemitam redundationis ex aliquo ſicut à uenis aut arteriis: & proprie quãdo accidit ebullitio in ſanguine, aut agitatio in apoſtemate ſanguineo: cuius materia eſt facilis reſolutionis. Secundus eſt ſecundum ſemitam redundationis ſicut accidit pluribus à retentione menſtruorum, & conſtrictione hæmorrhoidum non ſecundum ſapientiam, & ſicut accidit pluribus propter exuberantiã ſanguinis in toto. Tertius uero ex ruptura uenæ, & apertione eius cum uulnere: aut ſine uulnere. Quartus ex ulcere & corroſione ſuper venam. Sanguis aũt qui expuitur. dicta cura eſt in cap. de uulneribus & ulceribus oris & partium eius. Cum uero egreditur cum raſcatione cura dicta eſt in cap. de fluxu ſanguinis narium, & in cap. de ulceribus uuluæ & palati, & in cap. de alcola. & conferunt eis gargarizationes ex rebus ſtypticis: & ſi non tollitur, phlebotometur ex cephalica phlebotomia ſubtili uice poſt vicem. Et fiant alia quæ ſunt dicta ibi. Egreſsionis autem ſanguinis cum uomitu cura eſt tres res. Prima eſt rectificatio membri à quo eſt paſsio. Secũda eſt, ut fiat diuerſio, & hoc fit cum ſubtractione ſanguinis ex vena ſeruiente illi membro, & cũ applicatione uentoſarum ſuper ipſo, & ſimilibus. Et ſi eſt à corpore toto, propter exuberantiam ſanguinis in ipſo, fiant phlebotomiæ cum iteratione ex baſilica, nunc dextra, nunc ſiniſtra, & quandoq; ex ſaphenis: & hoc quidem differenter. Nam ſi ſolum in quantitate exuberat, phlebotomia larga neceſſaria eſt, uel mediocris largitatis. Si aũt acuitas & inflammatio ſit in ſanguine cum ſubtilitate & ebullitione, ſubtili phlebotomia utendum eſt. Tertia eſt adminiſtratio rerũ conglutinantium & conſolidantium ſicut cõperit ex his quæ dicemus. Nunc vero eorum quæ compinguunt, & ingroſſant ſanguinẽ ex his quæ dicemus. Sanguinis aũt egreſsio cum tuſsi eſt ex pectore aut pulmone: & eius cura eſt praua. Dixit. n. Hippo. Screatum ſanguinis ex pectore & pulmone concomitatur ſputum putredinis, & poſt illud phthiſis, & poſt illam deſperatio & mors. Verum quod eſt ex pectore eſt minus ſuſpectũ eo quod eſt ex pulmone. Raro quidem ſolutio continuitatis in pulmone ſanatur: & illud eſt propter quinque res. Et prima quidem res eſt, quoniam motio reſiſtit conſolidationi, immo addit ad ipſam, & dilatat eã. Et noſti quòd pulmo in ſimilitudinem follium fornacis dilatatur & coſtringitur continue ob cauſam uitæ. Secunda vero eſt, quia ſanies in ſpongioſo membro diu retinetur, & diu retenta magis acuitur: & magis acuta profundat ulcera. Tertia eſt quoniam ſolutio cõtinuitatis cadens in pulmone dilatat ipſum & retardat officiũ eius quod diximus, quare fumi calidi difficiler egrediũtur: immo cumulãtur in ſolutionis loco, & inflãmantur, & addũt ad ſolutionem: & diſperſi per corpus ſunt cauſa deficcationis mẽbrorũ, & febris hecticæ. Quarta eſt, quoniã pulmonis caro multæ paſsibilitatis eſt, & teneritatis cito ſubiecta putrefactioni: & illud ideo quoniam nutrimentum eius eſt ex ſanguine ſubtili & acuto, & eſt ipſum receptaculum phlegmatis. quare cito ſit in eo repugnatio cõtrarietatis in alterũ, & ex hoc cito accidit putrefactio & corruptio. Quinta eſt ſubſiſtentia eius catarrhis paulatim uulnerantibus & ulcerantibus. Ex his autem patet, ꝙ ex pulmone ſanguinis excreatio, aut in eo cõtinuitatis ſolutio eſt ſuſpectior. Et quidẽ Hippo. dixit ſanguinis ſcreatus ex ꝓfundo qualiſcũq; acſcẽdens ſuſpectus eſt: à ſuperioribus aũt fluẽs non eſt ſuſpectus. Egreſsionis aũt ſanguinis ex pectore aut pulmone cura eſt ſecundũ duas intentiones: vniuerſalẽ. ſ. & particularẽ. Vniuerſalis aũt intentio eſt quatuor res. Prima eſt ſanguinis adæquatio. Secunda eſt diuerſio. Tertia eſt mũdificatio. Quarta eſt accidentiũ correctio. Primã igitur rem cõplent correctiones cadentes in exuberantia in qualitate & quãtitate ſanguinis, aut in veriſq;. Et quãtitate quidem cum diminutione cibi & potius, & dimiſsione uini. & ſi excuſari non pores, ſit multę permiſtionis cũ aqua, & ſit vinũ ſtypticũ. Et dimittat dulcia, & pulmẽta ex lacte, & frumento, & tritico. & uitet oĩa generaliter quæ dilatãt, & multiplicãt ſanguinẽ ex his, quæ comeduntur & bibuntur. Et abhorreat quietis ſuperfluitatem multiplicantem materias ſomni, & proprie ſub radiis ſolis, & lunæ, & abhorreat laborẽ in horis uehementis caloris, laborem agitatiuum, & clamorem, & iram, & portationes ponderum & coitus ſuperfluitatem, & frequentationes balnei dulcis, & ſimilia. Et ſit contentus ſorbitionibus factis ex ſauich hordei & rizo & milio, & conceditur caſeus recens & lac ex quo extractũ ſit butyrum & fructus ſtyptici. Et ex oleribus portulaca, & lactuca, & endiuia, & atriplices, & cucurbitę, & citruli. Et ex carnibus, perdicum, turdorum, & minutarum auium minus pinguium, leporis, & ſimilium decoctæ cum fructibus ſtypticis, & ſuccis eorum. Et ex granis comedant lentes excorticatas, & mes, & ſauich hordei, & rizum, & milium, geguers, & farinam fabarum. Ex piſcibus piſces degentes in locis petroſis, & cancros aquarum dulcium coctos in lacte ſine butyro, & aqua hordei, & quæ hoc curſu procedunt. Bibant autem aquam roſatam, aut decoctionis roſarum, & aquam de minera ferri, aut aquam in qua extinguitur ferrum cum rob myrtino, aut aquam hordei decoctionis cancrorum aquæ dulcis, & ſimilia. Si autem peccatum ſit ex parte acuitatis ſanguinis & ebullitionis ſedamus id cum rebus extingentibus inflammationem, & ingroſſantibus ſanguinẽ. Sicut ſunt proprie cibi & potus frigidi, & proprie ſtyptici & extinctiui inflammationũ ſicut cibi congelati ex lentibus cum ſuccis aliquibus ſtypticis, aut ex cucurbita, aut citrulis: & portulaca eſt ex rebus mirabilibus ad illud. Sedat enim inflammationẽ, & ſtringit ſanguinem: & conceduntur eis cibi paucæ aceto ſitatis: ſicut zerolchiæ, & ſumachiæ, & cucurbita cum granatis acribus & dulcibus, aut muzis tritis cũ granis ſuis: & carnes pullorum & paruarum auium cum ſuccis ſtypticis & congelatum ex eis. Et confert eis iuuamentum magnum ad miniſtratio pſyllii aſsi conquaſſati in aqua roſata cũ coriandro aſſo. ſimiliter autem ſemen portulacæ cum aqua roſarũ: & hoc in matutinis. Hæc enim ingroſſant, & impinguant ſanguinem. Huius etiã intentionis eſt lac acetoſum extractũ butyro ex eo: & ſi extinguatur in eo ferrum, magnificatur eius operatio: & caſeus recens eſt bonus eis: & laudãtur eis iuiubæ, & aqua decoctionis earum, & fructus ſtyptici & ſucci eorũ, & ſimilia. Et ex rebus etiam ſanguinis inflammationem & acuitatem ſedantibus ſunt emplaſtrationes & epithemata circa hepar & cor ex rebus & ſuccis frigidis & ſtypticis: & appoſitiones aquæ ueri frigoris cum

aliquibus eorum circa ipsa:& sedere in aqua frigida:& simi
lia quæ diximus in capitulo de fluxu sanguinis ex naribus.
Si autem peccatum in quantitate sanguinis simul & quali-
tate fuerit: tunc nostra occupatio erit circa utrunque. Se-
cundam rem complent administrationes phlebotomiæ cũ
iterationibus si oportet ex uena basilica:nunc dextri, nunc
sinistri brachii mediocris apertionis:si solum in quantitate
sanguis exuberat: aut subtilis apertionis: si subtilitas &
acuitas dominantur in sanguine. Et quandoque conuerti-
mus sanguinem ad longinquam diuersitatem sicut ad par-
tes inferiores & hoc cum phlebotomia saphenæ, & uento-
satione crurium & scarificatione in ipsis. Et quandoq; exi-
git dispositio hæmorrhoidum aut menstruorum prouoca-
tionem,& facimus id.Et conferunt uentosationes in hypo-
chondriis sine scarificatione. Et dixit Rufus. quandoque
accidit mulieri ut spueret sanguinem postquam lac delituit
in mamillis eius,& restrictus est prouocato lacte: & acci-
dit ei illud tertio: & curata est post exuberantiam lactis.
Tertiam autem rem complent administrationes medicami
num sanguinem mundificantium. & si quidem fuerit acui-
tas,& inflammatio, & ebullitio in eo propter mistionem
choleræ acutæ in ipso oportet ꝙ euacuetur cholera prius.
Deinde phlebotometur. Hoc enim est secundum canonẽ
artis.Demum sequatur infrigidatio: & si oportet ultima in
frigidatione. Cholera autem euacuabitur cum aqua fru-
ctuum, facta ex eo quod mulgetur ex seminibus portulacæ
prius assis.Et in reubarbaro est uirtus mirabilis in hac par-
te.Euacuat.n.choleram & stringit de proprietate sanguinẽ
& proprie cũ succo linguæ arietis:aut cum aqua quæ mul-
getur ex seminibus portulace.Si autem phlegma abundat
cum sanguine faciens exuberare ipsum, euacuetur phleg-
ma cũ eis quę scis.Deinde phlebotoma.Et ex eis etiam quę
mundificant sanguinem simul, & diuertunt motum eius,&
inclinant inferius, sunt administrationes clysterium debi-
lium:& si oportet,habentium acuitatem ex his quæ scis:ni-
si timueris agitationes fieri in ipso: & proprie apud ebulli-
tionem eius. Tunc autem oportet blandiri cum clysteribus
debilibus. Hæc est enim operatio secundum sapientiam.
Quartam rem complent nunc abstinentia,& cessatio à re-
bus mouentibus & agitantibus sanguinem.Nũc autem præ
uentio & præseruatio à fluxu eius:& proprie in exposito ad
illud. Nunc uero remotio nocumenti facientis cadere in il-
lud.Res autem mouentes & agitantes sanguinem sunt ci-
bi acuti,& medicinæ acutę,& labor uehemens, & ebrietas
multa,& rixæ,& uociferationes, & casus, & percussio, &
his similia.Expositi autem ad sputum sanguinis sunt haben
tes pectus strictum & nudum, & humeros sicut curuaturæ
alarum, & collum subtile, & longum, & depressum inter
alas & humeros: & frequentat eis tussicula cum punctura
interdum,nunc apud dextram,nunc apud sinistram spathu-
lam, nunc apud aliquam mammillarum. Hos autem præ-
ueniemus ne cadant in illud cum phlebotomia ex basilica
& inclinatione sanguinis ad inferiora cum phlebotomia sa-
phenæ,& positione uentosarum, & prouocatione hæmor-
rhoidum aut menstruorum,& frictione facta in extremita-
tibus,& correctione in sex generibus rerum sicut scis. Et
hæc omnia maxime obseruanda sunt proprie in principio
ueris & in toto uere. Est enim tempus exuberare faciens
sanguinem. Nocumenta autem facientia cadere in sputum
sanguinis sunt sicut catarrhus acutus, tussis uehemens, apo
stema pleureticum,aut peripleumonicum, aut hepaticum:
& ex his est retentio menstruorum, & constrictio hæmor-
rhoidum consuetarum fluere. Et quidem iam catarrhi curã
scripsimus & tussis.Et in pleuresi quidem & peripneumo-
nia sanguineis apparens sputum est signum laudabile. resu-
dat.n.ex apostemate aliquid post aliquid ex eo, quòd mate-
ria est resolubilis non prohibita propter adhærentiã aut cõ
pactionẽ.In apostemate autẽ hepatico est eius apparitio a-
liquando causa ad malum,& proprie cum apostema est ma-
gnum exuberans.Et quandoq; est signum boni: & proprie
apud resolutionem ipsius.Hæmorrhoidum autem aut men-
struorum constrictio non secundum sapientiam si faciat ca-
dere in illud: aut si fit suspectio de illo:tunc eorum prouoca
tio excusat à susceptione vel suspitione, sicut Gale. super

Corpora ad sputũ sanguĩs exposita.

Causę corporales huius passionis.

E uerbis Hippo.dixit.Inquit.n.chronicus hæmorrhoidum flu
xus totaliter constrictus & subito cadere facit in hydropi-
sim,aut maniam,aut sanguinis screatum & phthisim. Parti-
cularis autem intentio habet quatuor modos. Primus co-
git uertere intentionem nostram ad curationem screatus
sanguinis:qui contingit propter resudationem ipsius. Et si
quidem fuerit de apostemate sanguineo, cuius materia po-
nitur in resolutione alicuius casus post aliquid curari non
indiget: est.n.significatio salutis.Si autem fuerit secundum
semitam resudationis ex uenis pulmonis aut arteriis, uel ẽt
pectoris propter agitationem & ebullitionem cadentem
in sanguine,dabimus medicamina sanguinis feruorem re-
primentia,& ipsum compingentia. Et huius operationem
facientium summa hæc est:portulaca proprie commastica-
ta frequenter,& parum post parum deglutitus eius succus
potenter stringit sanguinem, & sedat ebullitionem eius,
& compingit ipsum. Et similiter semen eius assum & tota
planta ipsius ẽt ẽm omnem modũ administrationis eius. Et
similiter albũ papauer assum. Iuiubæ autẽ sunt huius inten-
F tionis ẽm omnẽ modum administrationis earũ. In mucilagi
ne autem psyllii cũ lapide hæmatite diligenter loto & con-
trito contritione ultima inest uirtus mirabilis: & similiter
in coriandro:& similiter in lapide hæmatite cũ succo arno-
glossæ. Psyllium autem assum & conquassatum cum aqua
expressionis portulacæ,aut seminis eius usquedum fiat mu-
cilaginosum,est ad id mirabile.Et similiter semen hyoscya-
mi cum succo arnoglossæ:huius etiam est intentionis lac co
ctum cum lapidibus fluuialibus, aut cũ ferro ignito, prius
extracto butyro ex eo. Et similiter lac acetosum extracto
ex eo butyro,& caseus recens similiter.Lutum autem asse-
men,& lutum armenum & sigillatum sunt ex medicinis ue-
ris ad illud,& proprie cum succo plantaginis. Ista .n.cum
uirtute infrigidationis & conglutinationis: & ex eis com-
posita sunt ultima ad id: & quæcunq; sunt huius intentio-
nis.Et laudantur eis aqua ferri,& aqua pluuialis cum gum-
mi arabico asso, aut dragagantho. Et laudantur eis etiam
aqua hordei: & proprie asi cum cancris fluuialibus, aut
spodio,& similibus.Et quandoque exigit necessitas apud
G uehementem agitationem & uigilias,ut cum eis aliqua ex
narcoticis tribuamus,& tunc facimus id cum cautela.Secũ
dus modus docet uertere intentionẽ nostram ad curatio-
nem eius screatus sanguinis qui fit secundum semitam re-
dundationis:& huius curam iam diximus, quando modos
diuertendi fluxum sanguinis docuimus. Tertius modus qui
est ad curandum apertionem aut rupturam uenæ cum ul-
nere aut sine uulnere indiget administratione medicaminũ
stypticorum,& consolidatiuorũ. Et hoc quidẽ facientium
summa hæc est:sang.drac.proprie,& charabe,& bolus,& lu
tum sigillatum,& balaustiæ,& rosæ,& cornu ceruinum adu
stum,& coralli adusti:& chachie,& hipocystis, & cortices
& flores granatorum, & hæmatites,& gummi assum,& mu
mia, & rheubarbarum proprie assum, & cortice thuris, &
cortices mastiches,& coagulum leporis, & coriandrum,&
semen linguæ arietis, & capita & uirgulta rosarum, & fru-
ctus & folia myrt,& spodium,& cortices cancrorum usto-
rum & similia. Fundamentum autem & medicamina cum
quibus hæc miscẽda & propinanda sunt, uel aliqua eorum,
H hæc sunt. succus proprie plantaginis, & succus albuih san-
dani, & succus portulacę, & succus albedarogi, & aqua
alsauic,& aqua pluuialis infusionis gummi asi, & aqua ro-
sata, & succus cydoniorum, & miua, & succus granorum
myrti,& syrupus ex eis,& mucilago psillii, & semen cydo-
niorum,& aqua sumach & similia. Medicinas autem cõpo-
sitas scribemus post, si Deus uoluerit. de quarum summa
est zuccharum rosatum proprie: est enim medicamen eis
benedictum: & miua, & syrupus de rosis siccis, & syrupus
de iuiubis,& syrupus de myrtinus,& syrupus de pomis sty-
pticis,& trochisci de charabe, & trochisci de terra sigilla-
ta:quorum memoriam fecimus in antido. Medicamina au-
tẽ quæ administrantur emplastrando aut liniendo extra. Sũ
ma hæc est.Oleum rosatum cum mastiche, aut oleum myr-
tinum,& ex eis est oleum de cydoniis,& oleum nardinũ,et
succus coriandri humidi cum sauich,aut farina hordei, aut
cum sandalis, aut spodio & rosis cum modico camphoræ.
Hæc

Sanguinis feruorẽ primẽtia.

Venam ruptã consolidantia.

Zuccharum rosatũ eis medicamẽ benedictũ.

Hæc enim emplastra conferunt.Vel accipe acaciæ,hypocy
stidos,farinæ sauich,& fari.orobi:ana. Confice cum albu.
oui,& superpone. Vel accipe puluerem thuris subtilissimũ
& administra cũ albu.oui. Et quidem de rebus mulieribus
in hac parte est subtiliter inquirere ad inuestigandum locũ
uehementiæ doloris.Illic enim emplastrationes, & linimẽ
ta utilissime ponentur.Quartus autẽ modus docet abscin-
dere causas ulcerationum & corrosionum cadentiũ in par-
tes pectoris & pulmonis, & proprie pulmonis secundum
plurimum: hoc enim est id quod est suspectum & timoro-
sum maxime:& huius quidem curationem scribemus in ca
pitulo de phthisi, si Deus uoluerit & permiserit curari hu-
iusmodi.Gal.si accidit sputũ sanguinis à catarrho:tunc erit
consideratio nostra,utrum sit acutus aut non acutus. Et si
fuerit quidem acutus & cholericus,aut salsuginosus sedabi
mus impetum acuitatis eius prius cum regimine bono di-
stincto in cap.de catarrho. Postquam autem uehementia
acuitatis sedata fuerit, soluatur natura cum eo quod est,si-
cut infusio myrobalanorum,& similia.Et si fuerit salsugino
sus,cũ eo quod est sicut pilulæ cochiæ.Deinde præcipimus
eum phlebotomari de uena cephalica phlebotomia subti-
li:& si oportet cum iteratione: & fricamus extremitates
eius uice post uicem:& trahimus materias eius à capite cũ
clysteribus acutis:& si oportet fortis acuitatis,& cum posi
tione uentosarum in curibus: & super hæmorrhoidas post
apertionem earum cum phlebotomia. Et confert eis post
illud administratio aquæ hordei cum cancris fluuialibus:&
syrupus de papauere.Et si indiget medicamine fortiori: dẽ
tur trochisci alscendene:quorum rememorabimur post.Et
fortius est ex eis trochisci de charabe, & proprie cum syru
po de papauere,aut syrupo myrtino,uut rob eius. Et si res
fuerit prauior non est excusatio administrationis medicina
rum fortium:sicut theriacæ proprie & mithridati, & atha-
nasiæ,& trochisci Stellæ,& similium.Et iam quidem mulie
ri cuidam,& pluribus post illam cui acciderat sputum san-
guinis ex catarrho commensurauimus regimina, quæ iam
diximus,& instituimus post illa ut poneremus super caput
eius & proprie in parte zuhendeg medicamen ex fimo co-
lumbino postquam egressa est balneum,& adiuximus,& de
dimus sibi theriacam recentem anni sui,ut faceret eam dor
mire: & in crastinum iniunximus fricari extrema ipsius,&
constringi institis,& administrari ex theriaca recenti quã-
titatem minorem & minuimus quotidie quantitatem eius
donec deuenimus ad administrationem solius mellis ut mũ
dificaret pulmo sufficiẽter: & nõ recessimus ab administra
tione alicuius ex rubificantibus super partem, quæ dicitur
zuhendeg, & ab assiduitate frictionis extremitatum, do-
nec diuerteretur catharrhus:& remansit nobis post hæc so-
la una necessitas scilicet ut consolidaretur uulnus:& dedi-
mus ei phylonium persicum, & interdum trochiscos de lu-
to sigillato cum zuccharo rosato:& quandoq; zuccharũ ro-
satum solum in quantitate multa: & fecimus interpolatio-
nes in administratione ipsorum & uicissitudines: & quan-
do ex eorum usu stringebatur anhelitus. conuertebamus
studium nostrum ad administrandum res quæ dilatant ip-
sam, & educunt saniem, sicut proprie decoctiones hyssopi
& similia:& cum elargabatur anhelitus,tũc reuertebamur
ad phylonium, & trochiscum, & zuccharum rosatum cum
hac uicissitudine:& sanata est.Et non est modo comprehẽ-
sibilis numerus eorum qui sanati sunt secundum doctrinam
hanc.Filius Zezar.Confectio trochiscorum conferentium
tussi & sputo sanguinis. ℞. gummi arabici,boli arme.an.
ʒ.x.seminis portulacæ.ʒ.ix.spodii,foliorum rosarum,& se-
minis earum:ana.ʒ.ii.dragaganthi,amyli:ana.ʒ.v. Fac tro-
chiscos cum succo linguæ arietis & da cum eodem succo.
Idem.Confectio trochiscorum de papauere conferentium
screatui sanguinis,& tussi cum febre, & dolori pectoris, si
Deus uoluerit. Accipe rosarum,gummi arabici:ana.ʒ.iiii.
amyli,papaueris,drag.succi liqui.ana.ʒ.ii.spodii,croci:ana
ʒ.s.Confice cum triplicato melle,aut rob: & da cum tere-
niabin: & aqua.Idem.Confectio trochiscorum hæmatiti-
corum expertorum iuuamentorum ad screatum & sputum
sanguinis: & manationem eius undecunque.Recipe corti
cum cancrorum fluuialium assorum.ʒ.xvi.coriãdri asi.ʒ.

Documentum.

Quid factũ sit cuidã mulieri sputũ sanguinis habenti.

Troch. ad sputũ san. & tus.

Troch. ad papauere.

Alii tro.

A vii.seminis papaueris.ʒ.xv.boli armeni,& terræ sigillatæ:a
na.ʒ.vi.seminis portulacæ,foliorum rosarũ cum capitibus
suis,gummi arabici,dragaganthi:ana.ʒ.v.lapidis hæmatitis
loti.ʒ.iiii.eufistidos,acaciæ,cornu cerui adusti,charabe,ba
laustiæ,seminis myrti:ana.ʒ.iiii.choncularum incensarũ.ʒ.
ii.margaritarum non perforatarum.ʒ.i. Fac trochiscos cũ
succo linguæ arietis.Ex rebus mirabilis iuuamenti sunt tro
chisci de terra sigillata,& trochisci de charabe dicti in anti
do.Dioscori.Portulaca sanguinis sputum sedat ex pulmo-
ne:& proprie masticata,& frequens succi ipsius deglutitio
& similiter semen eius.Sedenegi autem est ad illud mirabi
lis,& proprie lotus,& administratus cum succo portulacæ
aut arnoglossæ.Et similiter coagulum leporis cum eisdem
succis stypticis. Et iam expertum est quòd seminum arno-
glossę,granorum myrti,& capitum rosarum cum foliis suis
an.ʒ.i.&.s.administrata cum succo arnoglossæ sunt ad illud
medicamen ultimum.Et in semine hyoscyami est operatio
bona: & hoc quando ægritudo est praua, & proprie cum
aqua mellis,& in mumia similiter est operatio perfecta, &
B proprie in sputo sanguinis ex percussione aut casu:& fit po
tio ipsius chirat.i. & proprie cum uino styptico. Andro-
machus. Confectio trochiscorum ad sputum sanguinis:&
screatum eius.Recipe acaciæ.ʒ.iiii.rosarum,balaustiæ:ana
ʒ.vi.gũmi arabici.ʒ.ii.draga.ʒ.i.Confice cum aqua pluuia-
li.Dosis.ʒ.i.cum aqua frigida:& est expertum.Paulus.Cõ-
fectio trochiscorum restringentium screatum sanguinis,e-
tiam si sit antiquus:& sedantium agitationes,& inducentiũ
somnum.Recip.acaciæ,scendene lotæ,hypocystidos,balau
stiæ,florum mali granati:ana.ʒ.v.gallarum.ʒ.i.&.s.opii, &
croci:ana.ʒ.iii.Fac trochiscos cum aqua pluuiali,dosis aur.
s.cum aqua frigida. Filius Zachariæ Arasi. Confectio tro-
chiscorum scendene.conferentium sputo sanguinis & eius
manationi undecunque, & sunt experti.Recipe thuris,san
guinis draconis,balaustiæ:ana.ʒ.iii.& tertiã alterius:chara
bæ.ʒ.i.scendene, terræ sigillatæ: ana.ʒ.iiii.aluminis.ʒ. ii.s
opii,cinnamomi:ana.ʒ.ii.hyoscyami.ʒ.i. &.s. Fiant ex eis
trochi.iiii. Et sit dosis.i.cum albedagori aut aqua portula.
aut linguæ arietis.Idem.confectio epithematis qua linitur
C pectus:& sedat dolorem,& restringit sanguinem,& conso-
lidat,& linitur super stomachum apud uomitum sanguinis
& uesicam,& super renes apud iuncturam sanguinis,& pes
sarizatur in matrice apud superfluitatem menstruorum, &
stringit fluxum hæmorrhoidum. Recipe succi eufistidos,
acaciæ,sanguinis draconis,gallæ,balaustiæ, croci, gummi,
arabici,myrrhæ,boli armeni,opii:ana. Fiant trochisci: &
lini ex eis ubi oportet.Sabor. Confectio papaueris confe-
rẽtis cum auxilio Dei ei qui spuit sanguinem propter acui
tatem,& inflammationem,& dolorem pectoris, & pleure-
sim. ℞.rosarum,gummi arabici:ana.ʒ.iiii.amyli,dragagã-
thi,papaueris,ana drach.ii.spodii,croci:ana drach.s. succi
liquiri.drac.ii.Confice cum syrupo de papauere:da cum a-
qua pluuiali,& syrupo myrtino,aut rob eius,aut syrupo de
papauere. Idem. Confectio trochiscorum conferentiũ
sputo sanguinis,& emanationi eius undecunque. ℞. luti
sigillati drach.iii.boli armeni,amyli,rosarum:ana drac.iiii.
charabe,granorum myrti:ana drac.vi.cancrorum ustorum,
seminis portulacæ:ana drach.x.corallorum, draga. spodii:
D an.ʒ.v.gummi arabici,scendene,succi liquiritiæ:an.ʒ. iiii.
Confice cum succo portulacæ,& aqua rosata: da cum aqua
pluuiali.Isaac israelita.Confectio medicaminis conferens
screatui sanguinis à pectore & pulmone, & emanationi e-
ius & uomitui,& hoc medicamen non permittit cadere in
phthisim.Accipe psyllii asi.ʒ.xv.granorum portulacæ asso
rum, gummi arabici asi, boli armeni: ana. ʒ.v.papaueris
albi, lactucæ:ana.ʒ.x.charabæ assæ, rosarum cum pedibus
suis: ana.ʒ.iii.coralli asi.ʒ.iii. Tere omnia sicut alcohol.
Dosis eius est.ʒ.iii.cum aqua frigida mane et sero.Et sit ci-
bus eorum uitelli ouorum,et pedes arietum et hœdorum.
Idem.Confectio lohoc quæ administratur ad manationes
sanguinis ex pectore et pulmone bona. Recipe dragagan
thi,gũmi arabi.sanguinis draconis, boli armeni,rosarum,
amyli,spodii:ana.ʒ.iiii.sendenegi,seminis arnoglossæ, pa-
paueris albi,mumiæ,acacię,succi eufisthidos:ana.ʒ.ii.peni
diarum,sahari.ʒ.iii. Confice cum syrupo facto ex rosis sic-
cis:

De portulaca.

Sedenegi uel sendenegi ẽ hæmatites lapis.

De coagulo leporis.

Troch. ad sputũ sanguinis.

Trochi.restringẽtes sputũ sanguinis.

Troch. de hæmatite.

Epithema ꝑ sedatione doloris & restrictione sanguinis.

Cõfectio de pap. ualẽs ad sputũ sanguĩnis.

Troch. cõferẽtes sputo sangui.

medicamẽ bonum ad sputũ san.

Lohoc ad sputũ sanguinis.

Phyloniũ optimum ad screatũ sãguinis.

cis : quantum sufficit : aut cum syrupo myrtino,& administretur. Philimon. Confectio phylonii persici uehementis uirtutis ad manationem sanguinis undecunque & screatũ eius cum tussi,& sine tussi,& superfluitatem menstruorum dolorosam,& hemorrhoidum,& egestionem sanguineam, & ad mulieres prægnantes,quibus erumpuntur menstrua, & conseruat fœtus in matricibus earum. Cuius hæc est permistio.

Pro prægnantibus menstruãtibus.

Accipe papaueris albi,hyoscyami:an.ʒ.xx.opii, terræ sigillatæ:an.ʒ.x.sendenegi,croci:ana.ʒ.v.castorei,spicæ,euphorbii,pirethri, margaritarum non perforatarum, charabæ,zedoariæ,doronici,ramich:an.ʒ.i. camphoræ ʒ.i. tertiam.Confice cum melle rosato colato quãtum sufficit. Dosis.à.ʒ.s.usq; ad.ʒ.i.cum succo arnoglossę,aut cum aqua rosata,& modico uini puri.

De pleuresi. Cap. 7.

Quid sit uera pleuresis.

PLeuresis autem quædam uera:quædam non uera. Et uera quidem est apostematio cadens in panniculis & lacertis distinguentibus inter uelamẽ distinguens magnum & costas:& proprie secus extremitates costarũ terminatarum in pectore aut sub eo: aut accidens in panniculo distinguente : & est diaphragma . & eius materia est sanguis:aut sanguis cholericus , aut cholera pura .

Quid non uera.

Et non uera quidem pleuresis est quæ fit in uelamine, & lacerto extrinsecis cooperientibus pectus & distinguentibus inter costas & commissuras earum: & communicantibus cum cute.Et eius materia aut est phlegma putrefactum: & inflammatum:& hoc est raro:aut melancholia : & hoc est rarius . Et illa quidem quæ fuerit in uelamine distinguente costas cum communitate cutis minus suspecta est, quæ uero in uelamine quod sub costis,magis. Quæ autem in uelamine distinguente est praua.Fit.n.cum permistione intellectus circa augmentum & statum eius:& illud ideo , quoniam communicat cum cerebro mediante neruo magno : qui dirigitur & dilatatur in substantiam panniculorum .

A quo humore fit ut plurimũ pleuresis.

Et quidem commune est intrinsecis & extrinsecis panniculis ab omni materia apostemari posse.uerum à sanguine & cholera frequentius:à phlegmate & melancholia rarius : & illud ideo quoniam ad membrum panniculare , & densum raro grossum aut uiscosum penetrant.

Quot modis terminãt pleuresis.

Pleuresis autem qualiscunque fuerit:aut resoluitur,aut suppuratur,aut permutatur .

De cura pleuresis per resolutionem.

Ars autem & ingeniatio ad resolutionem ipsius est secundum vii.res. Et prima quidem est repercusio materiei . Secunda est regimen ingeniatiuum quo requiritur scientia utrũ sit à plenitudine humorali,aut uentosali. Tertia est diuersio materiei. Quarta est subtractio eius subtractione communi post digestionem ipsius . Quinta est eductio ipsius eductione proprie post præparationem eius. Sexta est correctio accidentium. Septima est regimen uitæ eius quod in tota protelatione curæ extendendum est. Et primã quidem rem complent administrationes medicaminum mẽbrum confortantium , ipsiusq; uirtutem coadunantium ut non recipiat,nec ipsum uincat,quæ ad ipsum fluit,materia. Et ex hoc quidem facientibus est emplastratio facta ex lentibus excorticatis coctis cum aceto, aut ex farina fabarum cocta cum aceto,aut sauich cum aceto . Et fortius eis est emplastratio ex lentibus non excorticatis,lotis in aqua calida,deinde coctis cum aceto. Huius etiam intentionis est euaporatio facta cum spongia infusa in aceto decoctionis rosarum,aut balaustiarum,aut similium.

Qualiter suspectũ ẽ repercutere materiã pleuresis.

Verum hoc est suspectũ,nisi cum materia pauca fuerit aut in principio principiante cum nondum materia repsit in locum.Et hæc quidem cautela est ut administretur regimen diuersiuũ in eodem tunc.hæc.n.cura est secundum sapientiam . Secundam rem complent administrationes euaporationum nunc humidorum,nunc siccorum , sicut dispositio materiei exigit. Et præcipimus spongiam marinam aqua calida infusam & expressam alia euaporatoria præcedere , prius tamen loco palma manus leuiter fricto.& oportet ut sit spongia lata & ampla ex omni parte circundans . Et oportet inter carnem & spongiam pannum antiquum subtilem & siccum interponi:supra siccum alium permutari singulis iterationibus absque iterationibus administrationis spongiæ:& oportet esse aquam dulcem ac leuem: & quandoque decoctionis chamęmeli,aut anethi,aut similium. Et aqua salsa est fortior aqua dulci:& hoc quando oportet : & quandoque facimus illud cum uesica aqua calida semiplena. Ex bonis euaporatoriis est aqua decoctionis furfuris,& chamæmeli,aut anethi,aut herbæ uitri:& adhuc sacellationes ex herba uitri & furfuris,postquam calefactum fuerit in latere calido super quem roratum prius fuerit acetum permistum aqua: aut aqua sola,aut aqua salsa secundum quod exigit dispositio materiæ: & quandoque madefiunt in aliquo eorum prius, deinde calefiunt & superponuntur. Et fortius his est euaporatorium factum ex orobo , & seminibus aut foliis caulium & aceto positis super lanam imbibitam oleo aut oleo anethino. Ex siccis autem euaporatoriis est sacellatio facta cum furfure & sale calefactis, aut milio & sale calefactis , aut panico & sale. Ex mediis inter humidum & siccum est uas æneum: aut terreum aqua calida plenum : & oportet ut sit uas amplum conuexum ut ex omni parte circundet.

Canon notãdus.

Et quidem super omnibus his canon est : quem semper obseruare iubemus,quoniam circa cito & tarde resolubile intense aut remisse calidum:& circa in superficie aut in profundo positũ, euaporatorium administrationis oportet commensurare . sic.n.traditur scientia secundum sapientiam.

Aliꝰ canõ bene notãdus.

Et adhuc quidem canõ est debere ab humidis & debilioribus incipere . Et quanto compactior & siccior fuerit materia, tanto tardius ad fortiora prorumpet , ne resoluatur materiæ quod subtile est:& cadat deinde durities in residuo. Hoc nãque cauendum est.

Aliꝰ canõ.

Cauendũ etiam ne uapor ex euaporatoriis , ad ægri nares ascendat . Dissolutionem.n.& tristitiam , & anhelitus constrictionem generat:cum autem ex serie operationis huius peruenerit ad hoc, ut dolor & punctura qualiscunque fuerit resoluantur , aut secundum aliquid aut integre,subest excusatio transeundi ad aliud. Si uero multiplicatur usq; adeo ut dilatetur: & ascendat dolor usque ad furculas,aut usq; ad hypocondria extendatur: tunc certum est quod resolutionem repletio agitatiua prohibet : immo adhuc euaporatio dilatat agitatam , & multiplicat : & hoc maxime cum repletio fuerit in toto : tunc autem ad aliud genus curæ procedendum est quemadmodum dicemus iã . Tertiam igitur rem complent administrationes medicaminum secundum exigentiam unius duarum occupationum.

De phlebotomia.

Et prima quidem est quod si materia fuerit dilatata ascendens usq; ad furculam : & nondum ex toto repserit,sed adhuc est ut repat , phlebotometur basilica ex latere opposito: & extrahatur de sanguine usq; dũ alteretur color eius iuxta uirtutis & ætatis exigentiam. Et quandoq; apud pluralitatem repletionis iubemus phlebotomari ex saphena partis oppositæ. est .n. eius iuuamentum sublime festinum & proprie apud ascensum materiei ad caput . Huius etiam intentionis sunt uentosationes in cruribus:& frictiones in extremitatibus & clysteres lenes & quæ hoc cursu procedunt.Secunda uero est quod si materia fuerit decliuior ad hypochondria præponenda est clysterizatio . Deinde si necessitas expetit,phlebotometur basilica similiter partis oppositæ:& non excludatur, si uirtus permiscerit , phlebotomia saphenæ. Et uniuersaliter quidem extractio fœcis : & alleuiatio partium uentris a fæce & uentositate excusat ab additioue nocumentorum in hac ægritudine. Administrentur igitur clysteres lenes facti ex eo quod est sicut aqua hordei cum radice maluarum:& aqua siclæ pauca,& similibus. Et ne excedas in usum eorum nisi usq; ad illud quod significabitur tibi ex dispositione : quoniam consueuit ægritudinem hanc fluxus sanguinis sequi immoderantia . Et siquidem fuerit cum eis accessus incolumitatis ad anhelitum , & lentescentium febrium:tunc est huius apparitio significatio laudabilis.si uero non,contraria. Ex rebus autem maximi iuuamenti ad diuertendum morbi materiam est positio uentosarum super locum doloris:nunc cum incisione,nunc sine ea sicut exigit necessitas:sedatur enim ex hoc dolor interdum,& interdum materia ad partes cutis trahitur . Verum oportet operationem hanc quod præcedat corporis mundificatio cum phlebotomia:& solutione uentris ex his quæ dicemus. Verum hoc a septimo usq; ad decimũ quartum diem . & hoc proprie cum intellexerimus materiam morbi posse reuocari ad cutem. Huius etiam intentionis est emplastratio ex sinapi,& similibus. Quartam rem com-

plent

plent phlebotomia,& corporis mundificatio cũ medicinis solutiuis secundum necessitatis exigentiam.Et hoc quod nunc discutimus,dirigit intentionem nostram ad ægritudinem iam factam in qua repsit secundum totalitatem ipsa materia.Necessaria est ergo phlebotomia tunc,si ex sanguinis abundantia fuerit ex basilica partis quæ sequitur dolorem: facta usq; ad coloris sanguinis permutationẽ cum conditionibus uirtutis & ętatis . Excusat .n. ab aliis hęc phlebotomia,nisi fuerit constipatio naturæ,tunc.n.lenienda est natura cum his,quæ sunt sicut siracost .i. manna , & myrobal. de uiolis:& decoctio uiolarum cum iuiubis in aqua hordei . Et quæ hoc cursu procedunt aut cum ænemate leui. Si autẽ materia cholerica fuerit,tunc phlebotomia, & uentris solutio necessaria est,& similiter si phlegmatica,aut melancholica fuerit. Verum oportet phlebotomiam pręponi pharmaciæ,nisi uentris fuerit constipatio.tunc.n.præcipimus lenire prius naturam . Mundificationem autem corporis cũ medicina solutiua oportet quod præcedat præparatiua ad materiei digestionem necessaria, & si quidem materia cholerica fuerit, requirit inflammatio eius infrigidationẽ maiorem,& humectationem,non tamen expolianda à uirtute abstersionis, & de hoc quidem genere sunt aqua citruli , & melonis indi,& cucurbitæ,& similium , & proprie cum eo quod est sicut secaniabin quod scripsit Gale. cuius hæc est

Des. secaniabin siue oxymelitis simplicis.

permistio.℞.mellis partem.i.zucchari saliemeni partes. ii. aceti,& aquæ dulcis:ana partem unam.Inest autem huic secaniabin uirtus extinctionis,& sedationis sitis, & abstersionis,& si duplicatur in eo mel proueniet ex eo abstersio maior,& si additur ei ad acetositatem est obuiatiuum cholerę, & multiplicationis sitis,& sit dosis eius ab.℥.ii.usque ad.iii. cum aliquo ex prædictis succis, aut cum aqua habente temperiem inter calidum,& frigidum si æstas fuerit, & si fuerit hyems,detur cum aqua calida,ita tamen quod in matutinis præcedat haustum eius potus mucilaginis psyllii ex aqua sola,aut ex aqua granatorum dulcium , & aqua dulci cũ iuleb , & subsequatꝰ ipsum circiter per duas horas potus aquę hordei. Si autem rem pluris humectationis, & minoris abstersionis dispositio exigit, syrupus uiolatus cum aqua iuiubarum dandus est,aut aqua hordei cum uiolis conditis. Rescindantur autem omnia , quæ infrigidant , & compingunt sicut portulaca papauer: & similia nisi aliqua necessitas exigat sicut dicemus.Si autem febris,& æstuatio anhelitusque frequentia,& sitis inualuerint, succurrendum tunc cum eo in quo est humectatio sola , sicut est mucilago psyllii proprie,& iuleb subtile sorbẽdo ex eo semper aliquid post aliquid.& si fuerit cum hoc constrictio naturæ dandus est syrupus de prunis cum mucilagine psyllii,& similia . Si autem materia sanguinea fuerit , requiritur uirtus infrigidationis minor,& abstersionis maior,& proprie cum eo quod est sicut secaniabin in quo duplicatur mel,cuius haustum præcedat sicut in matutinis hydromel,& iuleb factũ subtile utrũque,& subsequatur aqua hordei,decoctio capillorum ueneris,& similium. Si autem materia fuerit sanguis phlegmaticus,requiritur minor infrigidatio,& maior abstersio cum eo quod est sicut secaniabin proprie , & decoctio hyssopi , & radix lilii.huius etiam intentionis est hydromel, & similia. Si uero fuerit materia sanguis melancholicus , detur syrupus mellinus,& hydromel cum decoctione anethi , uel lupini,uel buglossæ,& ireos,& similium . Et super his canõ est,ut res lenientes,& remouentes asperitatem præcedant res,quæ abstergunt:immo non expolientur ab eis,sic.n. facilitatur operatio. Cum autem administrationem medicinæ solutiuæ cognoueris necessariam esse in re est,ut cõsideres.Nam si febris uehementia inualuerit cum æstuatione , tunc timendum est solutiuum , & excusat ab ipso sola phlebotomia in qua non est timor nisi forsan apud naturæ constipationem,& iubemus eam liniri cũ aqua hordei , & uiolis conditis,& pulpa casiæfistulæ,& manna,& similibus,aut cum aqua prunorum,& quæ hoc cursu procedunt,aut cum clysteri lenitiuo ex his quæ scis .

Quęcunq; fuerit materia pleuresis semp est euacuãda cũ medicinis lenitiuis si euacuatione ĩdigeat.

Materia uero euacuãda qualiscunque fuerit , oportet ut euacuetur cum eis cũ quibus cum solutione est lenificatio , de quorum summa sunt uiolæ proprie humidæ,& siccæ conditæ , & syrupus ex eis , & siracost,& tereniabin,& zuccharum alsor , & casia fistula,& similia,& proprie si materia fuerit cholerica, & quandoque miscetur cum eis sicut sunt trochisci de uiolis habentes aliquid scamoneę,& nos scripsimus permistionem eorũ in cap.de asthmate . Et si fuerit phlegmatica materia euacuanda est cum eo quod est sicut puluis ireos,aut agaricus, aut hyssopus,alhasce cum myrobalanis de uiolis mellitis & tereniabin,& aqua hordei. Si uero fuerit melancholia , cũ eo quod est sicut elleborus niger cum aqua hordei : & iam quidem Gal.præcepit aquam hordei post solutiuum propinari debere,aut aquam mellis, ut lenificet,& abstergat uirtutem solutiui,& si dispositio aliqua est,quæ exigat, necessarium est uti clysteribus lenibus,mediis, & acutis secũdũ necessitatis exigentiam , & proprie cum dolor procliuior ad hypochondria fuerit. Quintam rem complent administrationes medicinarum sputum facilitantium ipsumq; uelocitantium. Et hoc quidem perficitur cum inchoatione ab humectantibus, & lenificantibus procedendo ad res temperatæ abstersionis. Et si quidem uehemens inflammatio fuerit cum eo quod est sicut aqua melonis indi , aut aqua citruli , aut cucurbitæ cum aqua zucchari,aut aqua hordei excorticati decocti in aqua pluuiali decoctione uehementi cũ iuleb.Et si quidem non adeo fuerit uehemens,sufficit aqua iuiubarum, & sebesten cum uiolis , & seminis cydoniorum , & oleo amygdalarum dulcium ,cum iuleb , & aqua mellis aut aqua zucchari. Et non prætermittatur post illam aqua hordei , sicut post horam , & in processu rei procedendum usq; ad id,quod est sicut decoctio radicum lilii,& capillorũ ueneris,in aqua hordei cum hydromelite .

Aqua mellis plus humectat q̃ aqua hordei.

Verũ aqua mellis est ultimior ad humectãdum quàm aqua hordei, & aqua ficuum,& passularum est huius generis post ista,& proprie cũ myrobalanis de uiolis,& aqua mellis, & oleo de amygdalis dulcibus, & similiter aqua liquiritiæ cum eis aut sine eis , & facimus sequi post illam aquam hordei: & est uia rectior,& quandoq; perueniemus ad gradum eorũ , quæ sunt sicut decoctio hyssopi,& similia. Et ex rebus sputum facilitantibus est sorbitio facta ex aqua ad caliditatem decliui hora post horam:& ex eis est embrochatio facta super locũ doloris cum aqua calida, minuit enim dolorem , & sputum accelerat,& si sit decoctionis maluarum,aut fœnugræci, & similium,magnificatur operatio eius, & conferunt ei cerota,& emplastra,& ex eis quidem sunt meliora in quibus est lenificatio cum resolutione non eleuata, sed quasi in gradu primo.Deinde procedendum paulatim ad ea, quæ amplius eleuantur:& ex rebus utilibus non eleuatis est cerotum ex oleo uiolato & cera,aut ex oleo amygdalino & cera, & eleuantur super ista quæcunque fiunt ex mucilaginibus aut adipibus aliis,& adhuc ex hyssopo humida, & ex eis est fortius ex radice lilii,aut fœnugræco,& semine lini , & absinthio coctis cum succo herbę uitri,& oleo de chamæmelo , & pauco melle,& adhuc est fortius his ex caulibus elixatis cum butyro,aut ex cinere radicum caulium cum adipe , & nos quidem plures his scribemus post,si Deus uoluerit.

De his q̃ ualde sputum facilitant ẽ dormire supra latus dolorosum.

Et ex his,quæ ualde sputum facilitant, est ut dormiat infirmus super latus dolorosum,& sorbeat hora, post horam paulatim ex aqua calida,& aqua zucchari,aut aqua mellis calida, & similibus.Sextam rem complent administrationes medicaminum sedantium accidentia superuenientia huic ægritudini,quæ si ultimantur,accidit eis timor , & desperatio , & sunt proprie permistio intellectus,alienatio uigiliæ,sitis uehemens,fluxus uentris,& sanguinis ex naribus .

Accidẽtia q̃ ut plurimum accidunt pleureticis.

Intellectus autem permistio,& alienatio quandoque accidit apud permutationem pleuresis , & nos loquemur de ea. Quãdoque accidit ex proprietate cuiusdam speciei pleuresis,sicut proprie quando fit in uelamine distinguente magno, & est diaphragma,& communicat cum cerebro mediante neruo quodam magno qui dilatatur, et contexitur in substantiam panniculare m,& oportet in hac parte geminare curam simul pleuresis,sicut scribemus nũc: & phrenesis sicut in proprio loco scripsimus.& hic erit modus curationis , si Deus hanc ægritudinem curari permiserit.

Vigilię superfluę ĩ pleuresi alienationẽ futurã significant.

Vigiliæ autem si accidant interdum accessum ad permistionem intellectus significant,& proprie dum multiplicantur , & tunc necessaria ẽ administratio specierum de iacur,& syrupi de papauere,& decoctionis eius , & hoc cum cautela ne sputum compingant,

gant,& prohibeant,quod est res deterior eis, & medicinæ ex femine papaueris meliores sunt eis, quàm ex cortice: cautela societatis aufert hoc nocumẽtum,& proprie si associetur eis,quod est sicuẽ decoctio passularum,aut aqua mel lis,aut rob, & quod est eis simile. Sitis autem accidens eis sedanda est cum humectantibus, & uehementiam inflãmationum extinguentibus, sicut cum aqua citruli proprie, & melonis indi,& mucilagine psyllii,& similibus, de iuribus loquemur in proprio cap. Verum oportet non esse frigida actu,& oportet admisceri aliqua eis ex abstergentibus subtiliter,ut lenificetur sputum,& si fuerit sitis à caumate spiritualium administretur libertas aeris temperati decliuis ad humiditatem, & ungatur pectus etiã ex ceroto de oleo uiola. & cera, & similibus. Si autem fuerit ab ebullitione choleræ rubeæ,cõfert secaniabin subtile,quod scripsit Gal. cũ aqua pluuiali:& syru. uiolaceus cum aqua plurima sedat hanc sitim: & aqua hordei habens bonitates suas ex materia permistionis suæ confert,sicut Hippocra. dixit. Fluxum autem sanguinis in naribus contingentem eis post crisim sistere non debemus,nisi superfluat & si fuerit non creticus sed propter exuberantiam sanguinis,confert tunc phlebotomia,& alia quæ diximus in capitulo proprio. Fluxus uentris accidens eis in morbi principio est secundum unũ duorum modorum: aut enim propter multitudinem materiæ cum præsistentia regulationis naturæ,& sequitur ex hoc anhelitus facilitas,& lentescentia febris:& est significatio bona: aut est propter exuberantiam materiæ præterquàm reguletur à natura: immo est sicut egurgitãs, & est significatio mala, & proprie cum non sistitur per ipsum difficultas anhelitus,tristitia,& febris inflammatio.tunc enim fortassis superueniet mors in.iiii.uel ante. Si autem accidat fluxus uentris in fine morbi,est similiter secundum alios duorum modorum:aut enim expellitur materia ad hepar,& ui scera,& sequitur ipsum incolumitas, aut accidat à debilitate hepatis, & prostratione digestiuæ uirtutis & contentiuæ in ipso,& sequitur post ipsum pernitiositas.Septimam rem complent administrationes regulationum circa regimen ægri in generibus sex rerũ,& proprie, ut dirigatur eis temperies in aere,quæ sit utcunque ad caliditatem decliuis & timeatur obtusio, & acuitas in ipso ex multiplicatione boreæ,& austri,inquantum possibile fuerit: & fiat elongatio à fumis,& uaporibus,& uentorum flatu, & ab aere agitationis aquarum,& ab æstuoso & ficco. Nutriens autem oportet commensurari eis secundum considerationem nostram quam dirigimus aut ad morbum,aut ad patiẽtem. Et ad morbum quidem aut secundum quantitatem acuitatis, aut secundum horam accessus,& recessus eius, & multitudo quidem acuitatis facit necessariam substrationẽ nutrientis sicut paruitas multiplicationem ipsius.Et Hippo. quidẽ dixit apud uehementiã doloris & acuitatis si cibus det, est ponere ægrum ad desperationem & mortem, & illud ideo quoniam natura debilis ad alteram duarum occupationum aut deficiet,aut ad utranq;,& certum est furiam ex resistentibus naturæ suppeditationem multiplicari,quare tunc nutriens omnino prohibendum est. Et adhuc nutrire circa acuitatis & doloris aduentum,seu augmentum horrendum est magis quàm circa ipsius ultimitatem. Apud uero acuitatis, & uehementiæ doloris declinationem non suspectũ est,& minus apud lentescentiam. Vlterius autem nutriendum,quando iam accidentia quieta,& leuia,& facilia fuerint,& adhuc ulterius,quãdo iam ex toto remissa sunt. Nutriens igitur cum nondum in toto dolor leuior fuerit,cum eo quod ẽ sicut aqua hordei,& aqua zucchari,aut aqua mel lis utrisque factis subtilibus. Et cum iam à dolore alleuatũ ægrum inueneris sed non integre, sis contentus aqua zucchari, & aqua hordei decocti in aqua plurima decoctione uehementi, aut aqua altereniabin cum aqua hordei decoctis uehementer,facilitant enim sputũ. & si ulterius solicitare uolueris,ex amygdalis iusculum decoctionis earũ admiscebis,& dabis cum melle modico aut zuccha. & ex eis est aqua alchanderes,& aqua triti.& proprie cum amplius ægrum alleuatum inueniris, similiter iusculum ex maluis, & chrysolochana,& bletis,& sicla,& cucurbita,& sorbitiones earum,& fabarum farina,& concedimus in fine febris pulmenta ex butyro. Et post febrem iuscula ex herbis cum carnibus teneris,aut uitellis ouorum. Et quidam ex antiquis dabant panem cum aqua zucchari,& iuleb.Gal.autem præcipit quod nunc comprehendit uniuersitas fermentum non dari:facit enim apertionem apostematis ante digestionem.Et azymum non dari,sputum enim inuisc at. Cum autem rupturam apostematis quærimus: damus fermentatum rupturam enim apostematis facilitat. Et uniuersaliter quidem conceduntur eis canna mellis,& granata dulcia,& poma dulcia elixata aut assata, & passulæ sine interioribus, & chesmes,& iuiubæ completæ,& amygdalæ. Et quandoque extendimus usq; ad pisces degentes in scopulis, & proprie habentes squamas,& hæc proprie tribuantur sicut exigit dispositio.Et in pleuresi quidem phlegmatica danda est aqua cicerum,aut aqua hordei, & cicerum cum melle, & aqua caulium cum oleo amygdalino,aut lacte amygdalarum, & cibẽtur sicla cum oleo amygdalino,aut lacte earum & melle: & detur etiam altereniabin cum hyssopo & melle, aut pulegio:est enim ei cibus bonus.Et dico quòd tẽpus, etas, regio & consuetudo in administratione quantitatis nutriẽtium,& numeri,utrum parũ,uel multum semel aut amplius dari debeat regulat, quare distinguendum est in illis sicut scis. Potus autem eis bonus est aqua zucchari,& aqua mellis,iuleb subtile,& aqua hordei subtilis. & quæ hoc cursu procedunt.Aquam autem in hyeme calidam bibant: ætate uero temperatam. Verum abhorreant aquam frigidam nisi in duobus casibus:& hoc quidem in tussi sicca & aspera: & in siti ex caliditate uehementi, tunc quoque concedimus ipsam,frangentes frigiditatem eius cum fecaniabin & iuleb,acquirentes ei ex uirtute incisionis alfecaniabin uirtutẽ penetrationis ut penetret, & discurrat in uenas & figillentur.Deinde ex frigiditate & humiditate uirtutis aquæ extingues inflammationẽ,& sedans asperitatem & sitim.Hoc est enim quod non omnes comprehenderunt. In morbi autem declinatione detur eis uinum album,dulce, subtile, & rob cum aqua pluuiali,& aqua mellis, & conceditur uinũ aquosum eis lene,& uinum chesmes, & aqua decoctionis alchesmes,& aqua passularũ,& iuleb,& quæ hoc cursu procedunt.In phlegmatica uero sorbeãt aquam mellis,& quãdoque decoctionis hyssopi,& quæ hoc cursu procedunt.In melancholica uero cibentur sorbitionibus factis ex fauich triticeo & melle,& altereniabin,& oleo amygdalarum, & ex sorbitionibus factis ex farina fabarũ in iusculis ex lingua bouis domestica & syluestri. Potẽt aquam mellis cum aqua Iupuli,anethi,& similium.Et quidem iam dictum est,in hac ægritudine uentrem fluxibilem cum moderantia fieri. Etenim eius structura,uel largitas plurima non est bona. In lubricitate igitur uentris prohibenda sunt iuscula ex herbis. Danda uero sunt apud uentris strictũram: & cum sitis aspera fuerit.Et prohibenda sunt granata, & poma cum uentris constipatio fuerit.Danda uero sunt apud lubricitatem ipsius,& sic intelligendum est de cæteris. Cibare autem, aut potum dare,non nisi à fœce purgatis uisceribus:uel saltem membris digestionis primæ Hip.iussit neq; accedente dolore,neq; præsente eo,neq; in hora deteriore horarum. Si militer autem nec aperias uenas fæce constipatis uisceribus,aut lubricitate dominante eis,& proprie uehementi, neq; in die cum natura obiicit morbo, sed in die minoris agitationis si possibile fuerit. Soluere uero apud uentris constipationem,& apud materiei declinationem ad hypocondria cum ẽnematibus magis esse conueniens Gal.iussit In euacuando uero membra nutritiua,& spiritualia abscindente pharmacia opus esse præcepit:& ænemata utilia esse non negauit,& proprie sicut dispositio exigit. Adhuc autem opus pharmaciæ abscindendum est apud febris,& accidentis uehementiam:excusat enim tunc ab ea sola phlebotomiæ administratio: nisi forte linire siccitatem uiscerum oporteat:& hoc magis cum clysteribus facias.

Sermo in aqua hordei. Cap. 8.

CONsueuerunt antiqui uocare aquam hordei, ptisanam,& consueuerunt uocare ptisanam, & chylum esse liquores resultãtes ex elixatione alicuius rei in aquoso ex actione caloris operantis in illa. Verum chylus habet artificem calorem animalis, & proprie in uase proprio. Ptisana autem habet artificem calorem ignis in uase communi,sicut est elixatio carnium,& frumẽti, & hordei, & aliarum rerum nutrientium. Elixationem autem rerum medicinalium consueuerunt uocare apozema. Et inuenerunt aquæ hordei duplex officium .s. lenitionis cum abstersione,aut sine abstersione,& si quidem est cum abstersione, potum medicinale uocauerunt.Eam uero, quæ sine abstersione est:quandoque uocauerunt potum tantum:& quando que potum & cibum. Et in his distinguitur modus operationis secundum artem & sciẽtiam: quare duplicem in eius operatione inuenerunt artem,unam.s.facientem eam potũ medicinalem: aliam facientem potum tantum, aut potum & cibum. Ars uero prima modificat sic. Accipe hordei ex corticati,& fricati cum panno aspero frictione uehemẽti, usq; ad excussionem tenuium corticum circiter libram.i. & sit hordeum subtile,medium inter antiquum, & nouum, super quod non cecidit de odore corruptionis aliquid, nec de contagione fumi,aut pulueris,& conseruatum fuerit in loco aeris liberi,& iam habuerit perfectionem, in maturitate sua,& pone illud electum in olla noua mundata, lota, & abstersa nimis, ut non remanserit in illa de odore quicquam omnino,& proiice super ipsum aquæ circiter, lib.xx. & sit aqua fontium,dulcis, lenis, & subtilis, & exerce coctionem ipsius cum omni facilitate inquãtum possibile fuerit.Et fine fumo auferendo à principio spumam eius, & de coquatur usq; ad consumptionem medietatis aquæ, aut duarum partium eius,deinde coletur & conseruetur in uase uitreo,habet.n. hæc aqua uirtutem lenitiuam resultantem in ea aqua ex medulla hordei. Absterſuam,& lenitiuam à nitrositate quadam expansa in cortice hordei interiori tegente medullam eius.Est igitur facilis lauatiua,& sputi facilitatiua.Ventrem lubricat:oppilationes aperit, & urinam prouocat.Ars uero secunda modificat secundum hunc modũ. Rx.hordei excorticati circiter,li.i.& frica illud cum panno aspero frictione uehementi usque ad exclusionem, & ad separationem intrinsecorum corticum omnino: & laua illud lauationibus pluribus cum aqua calida: deinde pone id in olla,& funde super ipsum aquæ circiter,li.viii.deinde bulliant cum facilitate ebullitione una,& proiiciatur ab eo illa aqua,deinde pone super ipsum aquæ calidæ circiter, lib. xx.& decoque cum facilitate usque ad lib.x. uel usq; ad lib. vii.deinde cola,& reconde in uase uitreo.Hęc autem aqua sitim,& asperitatem sedat, & inflammationem extinguit: pectus & pulmonem,& guttur lenit,sitim extinguit:uentrẽ lubricum reddit,præcordia humectat, & sputum facilitat. Hæc autem aqua ulteriorem recipiens coctionem infundẽdo adhuc in ea parum post parum circiter li.x.aquæ calidæ, efficitur cibus & potus:quem quibusdam colatum, quibusdam non colatum secũdum necessitatis indigentiã.Hippo. dari præceperit.Et quandoq; adhuc ulteriorem recipit decoctionem, usq; adeo donec habeat mediocritatem inter iunctum,& liquidum:& est cibus laudabilis,habens bonitates solennes.

Sermo in aqua cicerum. Cap. 9.

DIxerunt antiqui duplicem in ciceribus proprietatẽ esse.Ex eis una est, quæ est expansa in superficie corticum cicerum humiditas baurachia cum caliditate subtili, quæ tollitur sola ebullitione. Et est alia proprietas,quæ sedet in toto corpore eorum,& est humiditas dulcis,subtilis,nutribilis,tamen inflatiua.Si uero coxeris,lib. i. cicerum conseruantium adhuc nitrositatem suam cum li.xx.aquæ facili decoctione usque dum redeant ad li. x.tunc erit aqua eorum potus medicinalis,& proprie lauatiuus,& abstersiuus, & apperitiuus opilationũ tam præcordiorum,quam nutritiuorum, & uiarum urinæ, frangitiuus lapidum,in eis mundificat uiscera, sitim tamen non tollit. Et si ulteriorem excipiat coctionem: & cum plurima aqua usque dum acquirat mediocritatem inter tenue,& iunctũ: est cibus bonus ægritudinibus phlegmaticis.Verum oportet ut detur colatus. Ex ciceribus autem,à quibus iam expoliata fuerit nitrositas, fiunt iuscula incitantia uentrem, & impinguantia.Sermonem in aqua mellis iam scripsimus in antidotario nostro, quare non est hic necesse repetere. Aboali.Iuleb alchesmes conferens cum auxilio Dei pleuresi & doloribus pectoris.Rx.alchesmes,& passulas,& decoquãtur in aqua decoctione sufficiẽti:& accipe huius aquæ, partem.i.penidiarum,partem.s.decoquantur usq; dum sufficit,secundum eundem modum fiat iuleb.Idem. Syrupus conferens tussi,& pleuresi.Rx.succi granatorum dulcium, li.ii.succi cannarum mellis,li.i.penidiarum tantũdem. Fiat ex eis syrupus.bonus,si Deus uoluerit. Ioannitius.Iuleb subtile conferens pleuresi cum inflammatione,& siti. Accipe succi melonis indi,aut succi cucurbitæ assæ, lib.iiii. zucchari,lib.iiii.Fiat ex eis syrupus, & detur cũ aqua hordei. Idem syrupus uiolaceus conferens febribus,& pleuresi, & tussi siccæ.Rx.uiolarum recentium, seminum cydoniorum, & citruli:ana.ʒ.x.seminis maluæ. ʒ.xii. gummi arabici. ʒ. viii.dragaganthi.ʒ.iii.Funde super ea,aquæ calidæ,lib.vii. & dimitte die ac nocte. deinde bulliat ad consumptionem medietatis. Deinde cum penidiarum,li.ii. & fiat syrupus. Da cum aqua hordei, & mucilagine psyllii mane & sero. Ifraelita.Syrupus conferens pleuresi, & catarrho calido, & tussi calidæ cum asperitate, & siti uehementi factis causa siccitatis temporis.Rx.iuiubarum pinguium,sebesten: an. c.uiolarum siracost:ana.ʒ.x.liquiritiæ,florum linguæ bouis domesticæ:an.ʒ.xii.seminis maluæ,cydoniorum:an.ʒ.v.super ea proiice aquæ calidæ, li. vii. & dimitte die ac nocte: deinde coque usq; ad consumptionem medietatis, & cum zucchari,li.ii.& succi malorum granatorum dulcium,lib.i. Fiat syrupus,da cum aqua hordei,& mucilagine psyllii.Idẽ syrupus conferens pleuresi cum inflammatione,& acuitate uehementi,& tussi difficili.Rx. aquæ cucurbitæ, lib. iii.siracost uiolarum:ana.ʒ.xx.pulpę casiæfistulæ,ʒ.x.Infundantur omnia per diem ac noctem in succo prædicto calido. Deinde frica manibus,& cola, & cum succi granatorum dulcium,lib.i.& zucchari,li.ii.fiat syrupus,da ut superius diximus.Hamech.Syrupus de uiolis conferens pleuresi, & tussi calidæ.Rx.uiolarum.ʒ.ii.seminum cydoniorum & maluę: ana.ʒ.i.iuiubarum,sebesten:an.xxx.Decoque in li.vii.aquę cucurbitæ ad tertiæ partis consumptionem.Et cum zucchari,li.ii.fiat syrupus.Filius Zachariæ. Confectio trochiscorum festinantium maturationem in pleuresi,& facilitantiũ sputum.Rx.uiolarum, succi liquiritiæ: an.ʒ. x. dragaganthi amyli,seminis althææ,seminis fœniculi:an.ʒ.iii.confice cũ mucilaginibus,& proprie psyllii,& seminum cydoniorum, & seminis lini.Et fit dosis. ʒ.i. cum syrupo violato, Idem. Confectio unguenti lenientis pectus, & facilitantis sputũ. Rx.olei violarũ ʒ. iiii. mucilaginis seminis lini, & seminis cydoniorum,& mucilaginis seminis althææ:ana.ʒ.iiii. mucilaginis hordei mundi cocti ad perfectionem usque dũ rubefcat.vnc.i.& .s.succi radicum lilii,vnc. i. ceræ puræ,vnc. i.aggregentur omnia bona aggregatione, & inungatur cũ eo pectus.bonum,si Deus uoluerit. Sabor rex Medorum. Descriptio unguenti sedantis dolorem,& lenientis sputũ. Rx.olei violati.ʒ.ii.ceræ.ʒ.s,adipis anatis & gallinæ: an.ʒ. v.hyssopi humidæ.ʒ. viii.butyri ouiũ loti sæpe in aqua hordei.ʒ.iiii.mucilaginis seminis lini,althææ:an.ʒ.x. Et fiat ex eis unguentũ.bonũ & expertum. Et si materia compactior fuerit,pone pro oleo violato oleum de lilio. Idem. Confectio emplastri mirabilis ad ea, quæ diximus. Recip. foliorum violarum.ʒ.v.radicum lilii.ʒ. x. farinæ hordei & fabarum:ana.ʒ.vi.&.s.mucilaginis maluauisci, & seminis cydoniorum,& seminis lini:ana.ʒ.xii.florum chamæmeli,& dragagan.an.ʒ.vii.ceræ.ʒ.ii.olei uiolati.ʒ.viii.rob quantũ sufficit.aggregentur omnia & decoquantur & superpone. Si autem materia compactior fuerit, & indiget resolutione, addatur in eo farinæ seminis lini. ʒ. i. & pro oleo uiolato ponatur oleum de lilio.Et si caliditas intensior fuerit, adde eis succi foliorum cucurbitæ,nenufaris:ana.ʒ.xii. & subtrahimus semen lini.Idem.aliud sedans dolorem & maturãs. Accipe farinæ hordei,meliloti:an.partem.i.fa.fœnu. semi. lini:an.partem.s.semi.papaue.albi, partis. i. tertias duas, aut corticum papaueris partem.s. vitellum oui vnum, rob quantum sufficit ad aggregandum ea. Filius Amaran. Emplastrum conferens pleuresi.Accipe uiolarum siccarũ, furfuris farinæ albę,farinę hordei,& fabarum,maluæ, chamæ, meliloti,partes æquales. Confice cum cera,& oleo violato,quantum sufficit & vtere. Et si necessitas expetit ad maiorem

iorem resolutionem,adde ficus albas,farinam seminis lini, & fœnugræci.Si autem resolutio quam quærimus non fuerit possibilis,immo tendit ad hoc ut suppuretur: & hoc significatur ex eo quod non mundificatur in. xiii. die, immo multiplicatur dolor cum febre,& difficultas,& constrictio anhelitus,& tussis & alia.Tunc diuertemus nostram considerationem ad inuestigandum qualitatem accidentium significantium super alterum duorum ex his, quæ comprehẽdit ratio de esse uirtutis.Nam si dolor cum prędictis accidẽtibus non multum fuerit:neque propter phlebotomiam,neque propter sputũ,neq; propter alia sedatur: & uirtus non fuerit fortis,expecta casum eius & mortem. Et dixit Hippo.quod quando pleuresis non resoluitur,neque mundificatur usque ad diem.xiiii.tunc permutatur ad collectionem.

De cura pleuref. q̃ terminat p̃ suppurationem.

Et tunc oportet ut ars perducendi collectionem ad suppurationem,& ex suppuratione ad statum incolumitatis dirigat intentionem nostram ad sex res.Prima quidem est maturatio apostematis. Secunda est ingeniatio ad rupturam eius.Tertia est abstersio,& mũdificatio materierum. Quarta est mundificatio,& cõsolidatio.Quinta est correctio accidentium.Sexta est rerum sex regulatio. Primam igitur rem complent administrationes medicaminum aggregantium in se uirtutem lenificationis,uel simul & resolutionis, ut cadat maturatio ęqualiter in materiam iam collectam,& illa quidem oportet ut latitudinem cum gradatione administrationis medicaminum habeat incipiendo ab eis, quæ sunt in gradu temperatæ complexionis extendendo ad ea, quæ sunt maioris eleuationis, donec perueniatur ad gradũ fortium.Et scias quoniam principium operationis medicaminis fortis inæqualem facit maturationem,aut ante maturationẽ apostema aperit.Maturatiuorũ aũt quędã operãtur administrata interius per os,& quædã exterius. Et ex interius operãtibus,& tẽperatis ẽ aqua decoctionis ficuum siccarũ & dactylorũ:& forti⁹ eis est decoctio utrorũq;. Et ex eis ẽ decoctio fœnugræci,& ficuũ siccarũ cũ rob, aut sine eo,aut passularũ, & fœnugręci,aut aqua hordei decoctiõis ficuũ siccarum uel radicum lilii cum melle.Et ex eis est fortius decoctio ficuum,passularum enucleatarum,dactylorũ, fœnugræci,& seminis maluæ cum meibuteg. Et si fuerit in eo caliditas uehemens,tunc conueniens est aqua hordei cũ iuleb subtili, aut cum aqua mellis, aut cum aqua decoctionis maluarum,aut seminum earum, aut althææ, aut radicis lilii,aut ficuum siccarum & passularum,aut fœniculi, aut seminum cydoniorum,& similium. Confectio trochiscorum facientium maturationem, & proprie cum nõ est caliditas uehemens.℞.seminum maluæ,althææ, farinæ fœnugræci, seminis lini asi,farinæ cicerũ,succi liquiritiæ, tereniabin: ana.fac trochiscos cum mucilagine seminis lini. Da cũ eo, quod conuenit ex potibus. Cõfectio alia trochiscorum cõferens ei cum quo est caliditas & febris uehemens. ℞.uiolarum siccarum,dragaganthi,amyli succi liquiritiæ, seminũ cydoniorum, semi. citruli,& melonis,& cucurbitę,seminũ maluæ,althææ,florum meliloti:an. Fac trochiscos cũ mucilagine seminum cydoniorum,aut semi.lini, da cũ eo, quod conuenit ex potibus.Extrinsecus autem operantium quædam sunt embrochationes,& proprie ex aquis decoctionis maluæ,aut althææ,aut fœnugręci,aut seminis lini,aut cydoniorum,& similium administratæ cum spongiis. Et quandoque additur eis,quod est sicut melilotum,& anethũ,& herba uitri:quando oportet sedare dolorem. Et quando oportet,quędã sunt linitiones,& proprie, quæ sunt sicut cera,& oleum imbibita in mucilagine psyllii, & seminum maluæ, aut in mucilagine fœnugræci,& seminis lini, & althææ, & similium.Et ex eis est adeps gallinæ,& anatis, & similia.Et fortius eis est diachylon dissolutum in oleo de lilio. Et adhuc fortius,quod fit ex mucilagine radicum maluæ,althęę, farinæ hordei,fœnugræci,seminis lini,& semi. cydoniorũ, & melle aggregatis cum butyro loto, & cerato facto ex oleo & cera.Et quæcunque sunt emplastrationes,& proprie cum eis, quæ fiunt sicut ex farina hordei, & mucilagine ficuum cum melle simul coctis, aut ex farina hordei, & mucilagine cum melle,& oleo ueteri aut ex dactylis,& farina frumẽti,& rob:& ex ualde bonis est, quod fit ex oleo, & foliis caulium,& farina fœnugræci cum butyro simul co-

Maturatiua ab intra. *In caliditate itẽsa.* *Trochisci.* *Trochisci.* *Maturatiua ab extra.*

E ctis,& similiter ex radice lilii cocta cum rob & butyro. Et fortius eis,ẽ quod fit ex farina hordei,& semine lini,& fœnugræci,& semine maluæ coctis cum mucilagine ficuum & althææ cum melle,& butyro,& rob,& adipe antiquo. et adhuc fortius si addatur eis galbanum dissolutum in rob, aut uino dulci.Et adhuc fortius si addatur ex fimo columbino, & fortius adhuc si addatur utrunque. Hoc autem medicamen interdum collectionem usq; ad partes cutis adducit. Et si addatur in medicamine herbæ albedustur aliquid, operabitur id uehementius.Et confert in hac hora administratio quietis,& proprie in aere quieto,& temperato ad caliditatem & humiditatem decliui. Cibos autem manducent maluas,bletas,siclam,atriplicem cum oleo amygdalino.Et ex summa oleorum melius est leureng:est.n.ei cibus,& medicina citam & facilem faciens apostematis maturationẽ, & laudatur eis aliquid tereniabin, & ius cicerum dulcium cum meliloto,& sorbitiones frumentales, & ius caulium, & similia. & concedantur eis in secunda mensa ficus siccæ elixæ,& dactyli humidi,& chesmes, & poma dulcia elixa, & canna mellis,& similia. Secundam rem complent administrationes medicaminum aggregantium in se uirtutem lenitionis,& apertionis cum ingeniationibus ex modis operationum.Et ad hoc quidem genus medicaminis perueniẽdum est cum iam factum est dubelati. & hoc quidem significatur ex remissione doloris,& febris à multiplicatiõe grauedinis in loco collectionis.Medicamina autem quibus inest proprietas hoc facere ex eis quæ sumuntur per os sunt sicut syrupus de hyssopo,& de prasio. Et ex eis efficacior est syrupus de succo herbæ albedustur,& melle, aut apozema decoctionis eius cum modico fermenti simul distemperatis,& coctis.Et fortius eis est succus ipsius cum fermento & melle. Et adhuc fortius si addatur eis baurach modicum:& est forte,& confert in hac hora: & proprie cum natura est fortis,& febris non est, administratio theriacæ, & mithridati.Festinant.n.& facilitant apertionem. Et similiter sinapis cum aqua mellis,aut assa fœtida cum lacte. Ex his autem quibus linitur extra, est emplastrum factũ ex herba albedustur,& butyro,aut adipe antiquo,& melle:& fortius eis est,si addatur ex fimo columbino & fermẽto: adhuc fortius si addatur baurach. Modi autem operationum quibus ingeniamur ad apertionem apostematis, sunt prouocatio tussiculæ hora post horam. & fortius eo est prouocatio uomitus:& confert añ horam eruptionis,ut dormiat super latus infirmum deinde reuoluatur subito & impetuose ad latus sanum:& sunt ex ingeniantibus qui mouent & agitãt eos lecto pensili aut in cunis:& sunt qui agitant sedẽ in qua sedent gubernando eos ne cadant. Et sint cibi eorũ in hac hora sorbitiones fermentatæ ex farina cum melle, aut tritico,aut ex farina hordei,aut tritici,aut cicerũ. Et panis fermentatus infusus in aqua mellis,aut rob, & concedũtur eis oua sorbilia cum pane, & lac calidum sicut mulgetur cum pane,& passulæ & ficus siccæ cum pane. Et comedantur in secunda mensa grana pinearum cum ficubus siccis & amygdalis dulcibus,& amaris,& similia. Verum si cum hac arte apostema non rumpitur,tunc est timorosum:quare oportet ut aperiatur collectio cum phlebotomo aut cauterio, ut sanies egrediatur,& non subito,ne superueniat ei quod est sicut debilitatio & syncopis,& mors. Quare oportet ut paulatim omni die extrahatur & cum cautela. Cum autem sanies quæ expuitur post apostema iam factum aut egreditur post apertionem iam factam fuerit alba & uncta ęqualis nõ habens de odore corruptionem,aliquid omnino febris cõtinuatur, remissio paulatim:tunc est aliquid de quo ẽ spes ad incolumitatem,& proprie quãdo continuantur ei quinque aliæ significationes laudabiles, quæ sunt proprie leuitas,quies,iocunditas,& desiderium cibi, & bonitas aliarũ operationum,uidelicet naturalium,& spiritualium: quare in hac oportet hora ut conserues uirtutem cum carnibus & cibis temperatis,neque terrendum de febricula:quoniã eradicabitur paulatim exeunte sanie.Cum autem accidentia in contrarium eorum quæ diximus, apparuerint: tunc est illud de quo desperabitur. Inquit Hippo. Terminus rupturæ huius apostematis quandoque perscribitur in. xx. diebus,quandoq;.xl.& quandoq;.lx.& illud ideo:quia quãto ac-

(F at "& canna mellis"; G at "tius eis est,si addatur"; H at "latim omni die".)

Cibi ... *Ing... rump... apost...* *Qu... saniei est ... hendo bito ... posth... te.* *Termi... ruptu... posthe... tis.*

to accidẽtia collectionis fuerint uehemẽtiora, tanto status uicinior:& eruptio uelocior, & quanto accidentia leuiora & pigriora fuerint,tanto status & eruptio remotior. Accidentia autem super hæc significantia sunt febris, & dolor. Hæc enim uehementia aut remissa citam aut tardam eruptionem declarant. Tertiam rem complent administrationes medicaminum à sanie mundificantium post collectionis eruptionem.Et quidem hoc secundum exigentiam declinationis saniei.In quibusdam enim transitum habẽs per pulmonem excreatur cum tussi.In quibusdam uero recipitur in uacuitate corporis, & subintrans concauam uenam transit ad hepar, & siquidem aut in partem concauam eius declinabit ad intestina magis,& sicut ad propinquiores ductus, aut ad partem gibbosam ipsius, & declinabit ad uias urinæ,& in quibusdam fit post rupturam ad nullam partiũ saniei declinatio.quare conculcatur ibidem & est materia morborum difficilium & phthisis, & quandoque præfocat multitudine sua.Quibus omnibus iam succurrimus ut mundificetur à principio uulnus.Nisi enim (sicut Hippo.dixit) usque ad.xl.dies mũdificatum fuerit faciet cadere in phthisim.Cum autem natura expulsionem saniei per os iam fecerit,abstersiua,mundificatiua,lauatiua medicamina ante dari oportet,& in genere eorum est aqua mellis laudabilior, & aqua zucchari,& iuleb,& similiter aqua hordei, & aqua cicerum,& fortius eis est secaniabin Gale. quod scriptum est in capitulo quod est ante istud. Et adhuc eis fortius est decoctio hyssopi,& syrupus ipsius, & decoctio radicum lilii cœlestis,& syrupus eius mellinus.Huius etiam intentionis est lohoc de caulibus,& lohoc de squilla, & electuariũ de orobo,& lohoc de alliis est uehementis uirtutis in hac parte: & allia assa cum melle & butyro, & nos hæc scripsimus in ca.de asthmate & tussi.Plurima præterea & diuersa ex eis quæ pectus & pulmonem à putredinibus mundificant scripsimus ibidem quæ ibi requirantur.Confert etiam uomitus prouocatio cum interpolatione cum aqua mellis & sale,aut cum aqua mellis,& baurach,aut sinapi. Conferunt etiã super locum embrochationes, & linimenta & emplastrationes,& proprie ex rebus,quæ adiuuant ad mundificationem. Et ex summa eorum est decoctio alhasce aut hyssopi aut ireos,aut similium administrata cum spongiis. Et quandoque miscetur cum eis quod est sicut spica, & lignum balsami,& grana eius,& hueg,& aristolochia rotunda.Et ex eis,quæ liniuntur super locum,est oleum de spica & oleum de alcanna,& oleum de lilio,& oleum chamæmeli,& anethi.& fortius est eis oleũ de iride,& adhuc fortius est oleum balsami. Emplastrationes aũt oportet ut fiãt ex eis,quæ sunt sicut chamæmelum,melilotum,spica,& farina hordei,fœnugræci,& seminis lini,& seminis maluæ cõgregatis cum ceroto, quod fit ex hyssopo humida, & oleo de lilio,& oleo nardino,& oleo de iride & cera.& fortius eis est,& proprie quando quæritur ex unctione & proprie factum ex alumine, sulphure,& asphalto aggregatis cũ oxymelite.Et quidem super his canõ est medicinalia huiusmodi non esse euacuanda ad aliquam trium proprietatum. Et prima quidem est ut sit abstersiua & mundificatiua. Secunda ut sit membri per quod est saniei transitus confortatiua. Tertia ut sint expulsiones factæ per illud membrum facilitantia.Et primum quidem perficitur cum eis,quæ sunt sicut aqua mellis,& aqua zucchari, & syrupus mellinus, & alia quorum præcessit rememoratio. Secundum uero cum eo, quod est sicut hyssopus,hasce,chesmes, & similia in expulsione facta per pulmonẽ.& sicut spica,& cordumene, & amygdalæ amaræ,& similia in expulsione facta per hepar ad uias urinæ.& sicut trochisci diarodon,& mastiche,& such, & similia in expulsione facta per hepar ad intestina. Tertiũ uero perficitur cũ eo,quod est sicut iris, & semen alchurat, & carthamus, & similia quando sanies expurgatur sputo. Et sicut decoctio fœniculi,& apii,& aqua cicerum, & similia quando expurgatur per urinam.& sicut sal, & baurach, & carthamus quando fit expurgatio per intestina. Et sunt ex medicinis,quæ aggregant in se omnes intentiones sicut ius galli antiqui,& mel,& liquiritia,& capillus ueneris,& hyssopus,& casia fistula & manna & similia.Hæc enim adiuuant ad expulsiones omnes quas diximus. Et sunt ex medi-

Canon bene notandus.

A cinis magnis,quæ etiam aggregant omnes has intẽtiones: sed non sunt administrandæ,nisi cum morbus proprie chronicatur,& sunt theriaca proprie,& mithridatum,& athanasia,mundificant enim hæc sufficienter,& ex eis est cõfectio mirabilis relata ad Archigenem quam scripsimus in capit. de tussi,& similiter medicamen de piperibus.Verum super his cautela adhibenda est.oportet enim febre lentescente dari,& natura non debili existente,& cum melle plurimo, aut aqua mellis,ut exiccetur sanies,& mundificetur locus, & sit potio eorum circiter auellanam unam uel duas secundum exigentiam rei,cum eo quod conuenit ex potibus, & proprie cum aqua mellis.In crastinum autem sit quantitas eorum minor,sic semper diminuendo, donec perueniatur ad mel solum.Et si non plene cum eis mundificetur,iterum redeatur ad alia: & iterum si oportet, procedatur eadem doctrina usque ad id quod exiccetur in totum. Et si cũ hoc regimine adhuc non mundificabitur plene, accelerabimus cum sapientia,& administrabimus medicinam ex arsenico, & sulphure secundum scientiam traditam à nobis in cap.de B asthmate & tussi.Hæc enim exiccant cum fortitudine.Et si cum his constringitur anhelitus, redeundum est ad ea, quæ dilatant ipsum:& educunt saniem sicut aqua mellis cum medicamine hyssopi.Et si supercalefiunt ex eorum administratione:redeundum est ad aquam hordei cum aqua mellis, & iuleb & similia.Cum autem hæc accidentia cessauerint scilicet constrictio anhelitus supercalefactio, & exiccatio iterentur prædicta cum uicissitudine secundum exigentiam necessitatis.Cibi autem eorum sint sicut aqua cicerum, & altereniabin,& sorbitiones subtiles ex farina cicerum,hordei,& fabarum cum oleo amygdalino,& melle, & zuccharo,& ius caulium cum oleo amygdalino, & quandoq; cum gallinis nisi febris uehementia prohibeat, & ius gallinarũ antiquarum,& ius galli antiqui,& carnes pullinæ, & hœdinæ:& addatur eis in cibis aut iuribus eorum dum res expostulat ex pipere aliquid.adiuuat enim ad mundificandum, & exiccandum.Et præcipit Gal.dari cœpas & allium in ieiunio,ut uulnus non claudatur,donec mundificetur.Et præcepit dum sanies ad intestina declinat,dari cibaria quæ uen-C trẽ moueãt,sicut proprie malua, bleta, triplices,& leurẽg. Et cum per uias renum educere uolueris, dari quæ sunt sicut asparagi, aut baucia & similia. In secunda uero mensa comedat grana pini,amygdalas cum melle,& semina fœniculi,& dactylos humidos & similia. Et conceduntur etiam post cibos poma dulcia,& cydonia,& pira, & proprie sceburc,& similia.Potum autem damus eis uinum dulce,& uinum alchesmes,& uinum de passulis,& aquam mellis,& aquam zucchari. Si autem collectio corrumpitur, & diffunditur sanies in loco collectionis ad nullam partem declinans tunc oportet cauteria super eodem loco.iii.uel.v.uel plura si necessitas expetit imprimi cum cauterio puncti,& perforetur pectus usque ad locum saniei, & hoc si fuerit in pectore.Si autem fuerit in latere aperiatur cum sagittella usque dum perueniatur ad saniem. ut extrahatur & exiccetur extractionibus remouentibus materiam, donec sanies paulatim exiccetur in totum mundificationibus & abstersionibus quotidie factis cum aqua mellis. Aut cum uino mellito & similibus. Quartam rem complent adminiD strationes medicaminum aggregantium nunc uirtutem abstersionis & mundificationis: nunc uero incarnationis & consolidationis,& oportet medicamina huiusmodi subiinuicem succedant usque dum plena appareat sanitas. Et dictum est aquam mellis abstersiuum bonum esse. Et dictum est de aliis quæ non oportet nunc iterare. Et iam quidem compertũ est in lacte caprino aut asinino aggregari intentiones duas scilicet abstersionis ex parte aqueitatis eius & consolidationis ex parte caseitatis eius. Et oportet ut sit lac calidum statim cum mulgetur, & post bonum pastum, & proprie desiccatiuum. Verum asininum lac subtilius est quam caprinum,caprinum uero tẽperatius est eo,& aqua decoctionis hordei,& cancrorum fluuialium ... gregat similiter intentiones duas prædictas: & simili... coctum cum oleis.Medicinarum autem incarna... consolidantium uulnera pulmonis & pectori... cta est in ca.de sputo sanguinis. quare opo...

afferatur ad locum hunc. Et loquemur adhuc de eis in cap. de phthisi, si Deus uoluerit. Cibi autem eorum sint carnes paruarum auium, & extremitates hœdorum, & porcorum iuuenum, & arietum castratorum: & risum cum gallinis, & triticum, & sorbitiones teneræ ex frumẽto cum carnibus. Et ex ualde iuuatibus sunt sorbitiones ex farina orobi: aut ex farina risi cum lacte. Et lac coctum cum eis est cibus delectabilis, & proprie cum lapidibus fluuialibus aut chalybe, & similiter caseus recens, & similiter sorbitiones & pulmenta ex lacte cum farina cicerum, aut fabarum, aut amyli. Caueatur autem indigestio eius, contingens. n. ex lacte molesta est, & inimica, & proprie quantum eius nutrimentum est amicum. Potus eorum sit uinum mediocriter styptícum, & uinum album antiquum, & uinum antiquum dulce est bonum eis, & aqua in qua extinguitur ferrum, aut aqua de minera ferri, & aqua rosata, aut aqua pluuialis infusionis gummi assi & similia, & laudatur eis rob myrtinum, & syrupus eius, & miua cum aqua mastiches. Et non negligãtur excellentiæ zucchari rosati & administrationes eius omni hora. Fortasse enim est ipsum solum medicina curãs eos: & nos diximus in cap. de sputo sanguinis secundũ sermonem Gal. & dicemus hoc latius in cap. de phthisi, si Deus uoluerit. Medicinarum autem summa, quæ administrantur emplastrando, dicta est in cap. de sputo sanguinis. Quintam rem complent administrationes medicinarum sedantium accidentia in tota curæ latitudine superuenientia: sicut sunt uehementia doloris & febris, & prauitas angustiæ, & sitis, & tussis uehemens, & strictio anhelitus, & uigiliæ, & fastidium cibi, quæ tempore collectionis, & maturationis timorosa sunt: maturata autem ea suspecta sunt magis: post eruptionem autem ipsius remanẽtia mortalia sunt. Verum ex eis quædam remanentia sunt secundum magis & minus suspecta, & quædam corrigi possunt, quædam autem minime. Inquit Hippo. dolor & febris circa saniei

Secundo aphorisi. 4. generationem uehementiora sunt: generata autẽ ea remissiora, & amplius remissiora post eruptionem ipsius, & adhuc amplius mundificata & exiccata ea. Si autem in cõtrarium hoc acciderit, tunc nil aliud nisi pessimitas & profunda corruptio ex prauitate uenenositatis significatur, & hęc quidem uere mortalis, & testatur hoc uirus apparens sicut amurca, & fœtidum, & hoc quidem incorrigibile desperandum omnino. Et hoc idem de prauitate angustiæ dicimus, & similiter de tussi, & contritione anhelitus. Vigilię autem sitis & appetitus defectio aliam atq; aliam possunt habere causam propter quod non iudicanda mala simpliciter. Vigilationem autem efficit mala cerebri complexio sicut siccitas: & bauracitas ex mala humiditate occultata in ipso. Aliquando autẽ efficit frequens agitatio super aliquare: & iam quidem diximus curam eius in cap. de sahara. Sitis etiam causam potest habere extraneam, sicut est proprie salsuginositas ex mala qualitate existente in stomacho, aut caliditas, aut siccitas in orificio ipsius, & alia sicut dicemus in ca. suo, & curatur sicut dicemus ibi. Et similiter defectio appetitus potest habere causas, quas etiam dicemus in propriis cap. Sextam rem complent administrationes regiminum ex generibus rerum sex secundum exigentiam quinque canonum suprascriptorum. Et hoc quidem dictum est.

Trochisci utiles ad mũdificationem & consolidationem vulneris. Filius Zacharię. Confectio trochiscorum qui administrantur cum aqua hordei, cum qua cocti sunt cancri fluuiales, & syrupus de papauere, aut rob myrti. Et conferunt ad consolidationem & mundificationẽ uulneris pectoris, aut pulmonis, quorum permistio. ℞. papaueris albi, seminis cucurbitæ & citrulorum excorticatorum: an. ʒ .x. amyli dragagan thi, gummi arabici, succi liquiritiæ: an. ʒ .v. thuris masculi, sedenegi loti, boli armeni, sanguinis draconis, charabę: an. ʒ .ii. myrrhæ, cinnamomi, opii: an. ʒ .i. Et fiant trochisci, & administrentur. Idem. confectio emplastri festinantis maturationem pleuresis, sedantis dolorem eius. ℞. anethi, chamę meli, uiolarum siccarum, furfuris, althææ, farinæ seminis lini, fœnugræci, hordei: an. Decoquantur in aqua donec sint discocta. Deinde conterantur, & misce cum oleo antiquo.

Emplastrũ maturatiuum pleuref.

Et supponatur tepidum: & quandoq; adduntur in eo cinis caulium, & adeps anatis. Gale. Confectio lohoc mundificãtis & abstergentis saniem à pectore & pulmone. Accipe

Lohocmũ dificans saniem. amygdalarum dulcium & amaratum, granorum pini, seminis urticæ, farinæ lupinorum: ana partes æquales. Confice cum melle & da cum eo quod conuenit. Plures præterea ex medicinis mũdificantibus pectus, & pulmonem à sanie, & uiru dictæ sunt in cap. de asthmate & tussi, quæ requirantur ibi. Et ex medicinis sanantibus uulnera pectoris & pulmonis plures dictæ sunt in cap. de sputo sanguinis. Aboal. Confectio trochiscorum ad ulcera quæ fiunt in pectore & pulmone consolidantium ea. Recip. rosarum, balaustiæ: an. drach. ii. sanguinis draconis, amyli, olibani: ana. drac. ii. dragaganthi, mastiches: an. drach. i. s. acaciæ, croci, ana. drach. i. tertiam, charabæ & myrrhæ: an. drach. s. Confice cum rob cydoniorum & myrtillorum & da cum eisdem. Confectio medicaminis ex inuentione nostra, quod est medicamen forte, & expertum ad ulcera pulmonis, & pectoris, & mundificat ea à sanie, & materia uiscosa contenta in eis & facilitat expulsionem earum. Cuius hæc est permistio. ℞. olibani, myrrhæ, cinnamomi, amomi, granorum pini, radicum ireos, gummi albotin, croci, talch: an. ʒ .iiii. spicæ, casiæ fistulæ, carnium dactylorum: ana drac. iii. costi, drach. ii. galbani, drach. i. tertias duas, mellis quantum sufficit ad aggregandum ea. Decoquantur mel & albotin in uase duplici usque dum habeat spissitudinem. deinde permisce cum eis galbanũ, & fac bullire denuo: deinde proiice super ipsum puluerem aliarum rerum: & da cum eo quod conuenit. Per mutationum autem pleuresis ad alias ægritudines quędam sunt ad bonum, quædam ad malum. Permutatur autem in peripneumoniam, & ad phthisim, & ad malum. Et permutatio eius ad peripneumoniam est secundum alterum duorũ modorum. Quandoq; n. fit ex conuersione materiei pleuresis ad pulmonem: quandoq; ex conuersione uirtutis ad ipsum, cum non mundificatur usq; ad. xl. dies à ruptura collectionis. Et permutatio eius ad phthisim similiter fit secundum alterum duorum modorum, aut mediante peripneumonia, aut sine mediatione eius. Et proprie cum sanies acuta & mordicatiua resoluta ab eruptione apostematis transiens per pulmonem ulcerat substãtiam eius. Et dixit Hipp. quod quando pleuresis non resoluitur neque mundificatur in. xiiii. diebus in empyema transit. & si empyema non mundificatur in. xl. diebus à die rupturæ permutat in phthisim. Et dixit Gal. quod materia pleuresis quandoque rapitur fluxu uentris: quandoque natura uincit super ipsam, & expellit eam ad partem aurium, & facit collectiones, & est significatio incolumitatis. Et quandoque apparet uictoria morbi supra naturam & significatur ex permistione intellectus & uigiliis & fit permutatio in phrenesim. Et quandoque ultimatur materia morbi supra naturam: & declinat materia ad cerebrum, & interficit usq; in diem. iii. quandoq; declinat ad neruos, & facit spasmum. Et dixit iterum Gale. quod quando rapitur ad partes cordis multiplicatur tremor eius & syncopis & interficit in principio & quandoq; subito. Et dixit Hipp. quod aliquando accidit ex paruitate & uenositate materiæ, ut uincat supra posse naturæ omnino & conuertat partes loci ut appareat dorsum patientis quasi dorsum uerberati, & uiret latus eius & nigret, ita quod cõsueuit de eis dicere uulgus esse percussos à dœmone. Iterum Gal. dixit quod natura multoties uincit supra morbũ & expellit materiam eius ad loca uacua subascellarum & inguinum, & partium crurium, & aurium, & pedum, & conuertit in apostemata bene nata ad pleuresim, significãt n. salutem. & quandoque conuertit materiam & trahitur usque ad cutem & ducitur ad incolumitatem cum apostemate sub cute.

De peripneumonia. Cap. 10.

Peripneumonia ex ipsa membri denominatione nomẽ accipit: est. n. apostema pulmonis. Et dixit Gal. quòd est morbus difficilioris curę quã pleuresis, & proprior ad interficiendum: & illud propter duas res. Et quidẽ prima est: quoniam in pulmone sicut scis solutio continuitatis raro est susceptibilis curæ propter causas in capitulo de sputo sanguinis assignatas. Secunda est quia uirtus cordis non patitur: immo deficit inflammatione eius, creauit n. ipsum sapientia ut euentaret cor. Est autem peripneumonia

nia morbus per se, aut morbus ex altero morbo causatus. Et si quidem qui causatur ab eo quod est aptum natum esse nutrimentum pulmonis, aut à superfluitate nutrimenti ipsius, est morbus per se. Deriuatur autem ex altero morbo: sicut ea quæ fit post catarrhum & post pleuresim. Fit autem peripneumonia ex omni materia sicut pleuresis. Et ex ea quædã uera, quædam non uera. Et dixit Gal. quòd uera peripneumonia est, quæ fit à phlegmate. Et uidetur quòd dicenti quòd uera peripneumonia est, quæ fit ex cholera, sit magis credendum. Etenim pulmo est membrũ cholericũ: & eius nutrimentum est sanguis cholericus. Et iam quidẽ canon est, q; morbus, cuius complexio non recedit à complexione membri, nisi sicut naturale & innaturale, est morbus proprie uerus. Recedens autẽ ab eius complexione in contrarium ipsius est morbus zebdeg. i. morbus nothus. Et fortasis ratio pro Gal. est quoniam morbus proprie uerus minus molestus est quàm zebdeg. Et peripneumonia phlegmatica nõ est in uehementia prauitatis sicut cholerica. Interficit. n. cito cholerica acuitate sua: cum sit uicina cordi: & oppositio cum infrigidantibus non peruenit ad locum: nec perducitur: nisi post eius alterationẽ plurimã: eo quòd propter uiarum distantiam calefit. Hoc autem secus est in phlegmatica quoniam oportet medicamina esse maturatiua & resolutiua: quæ facile sunt peruenientia ad locum necessitatis sine diminutione uirtutis eorum. Præterea morbus proprius alius est qui fit de materia quæ deputatur ad nutrimentum alicuius membri: quæ dum corrumpitur facit morbum: aut fit de materia, quæ est superfluitas nutrimenti illius membri. Et iam quidem Arist. dixit quòd superfluitas est contraria illi rei, cuius est superfluitas: sicut fimus & chylus: & sicut urina & massa sanguinea: & sicut sudor & humores in uenis: & sicut medulla & nutrimentum ossium & sicut adeps & caro, & similia, nisi sit superfluitas delatiua potẽtialitatis eius à qua deciditur sicut sperma. Et scien dum quod pulmo sicut cætera membra partem sibi propriã de humoribus recipit, sed quod est sicut sanguis cholericus, de ipsis deputatur ad nutrimentum ipsius. Et superfluitas sui nutrimẽti, quod est phlegma mittitur in uacuitates eius propter causas utilitatum quas scis propter quod quidam crediderunt Gal. dicenti: quòd uera peripneumonia fit ex phlegmate: sicut ex superfluo nutrimento: & crediderunt aliis dicentibus quòd fit ex cholera sicut ex nutrimento cũ iam accidit corruptio. Et hoc secundum intentiones proprias. Terminatur autem hæc passio secundum unũ trium modorum sicut & pleuresis: aut. n. resoluitur, aut suppuratur, aut permutatur. Et cura eius est similis curæ pleuresis.

Peripneumonia ter minus tribus.

De empyemate. Cap. 11.

Empyema quandoq; fit ex pleuresi, & diximus curam eius. Et quãdoq; fit à peripneumonia, sicut dictũ est. Et quandoq; ex sanguinis sputo. Verũ causa eorum quandoq; est à pulmone, quandoq; à pectore, & partibus eius. Et iam quidem Gal. dixit factam ex causis in pulmone molestiorẽ esse ea, quæ est ex causis in pectore propter causas dictas in capitulo, quod est ante istud. Et simili ter curã eius difficilẽ esse propter causas dictas in capitulo de sputo sanguinis. Cura autem omnis speciei huius similis est curæ empyematis factæ ex pleuresi quam diximus.

De phthisi. Cap. 12.

Phthisis est detrimentum deficcationis & consumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitudinaliũ minutarum ex ulceratione pulmonis. Et ulceratio quidem huiusmodi causam habet: aut ex præcedenti catarrho acuto ulceratiuo instillante & imprimente in pulmonem hora post horam: sicut accidit ex frequenti instillatione super petram, vt perforetur petra. Et quandoq; fit ex præcedenti pleuresi: aut peripneumonia: mediante tamen empyemate, & quandoq; tamẽ sine mediatione. Et quãdoq; fit ex materia putrida diu stante in pulmone quam sequitur putrefactio & ulceratio. Et accidit nõnunquã post sputum sanguinis sine mundificatione: sicut Hip. dixit. Post sanguinis sputũ casus in saniei sputũ: & post saniei sputum casus in phthisim. Hic autem est sermo eius sub conditione. Etenim post sanguinis aut saniei sputum quibus non resistitur fit casus in phthisim. Raro autẽ contingit hæc passio pueris & se-

Senibus et pueris raro accidit hęc passio.

Corpora ad phthisim disposita quæ.

Phthisim quæ diu durauerit impossibile est curare.

Cura phthisis parũ impressæ.

De phlebotomia.

Solu. in materia cholerica.

In materia phlegmatica.

Aer.

Cibus.

nibus. Et si cadant interdum senes in illam occultari potest eis: & possunt diu uiuere cum illa. Viris autem & mulieribus frequenter accidit: & proprie paratis cadere in ipsam: & raro occultatur eis. Verum mulieribus occultatur interdum licet parum. Contingit hæc passio sicut Hipp. dicit, à decimo octauo anno usq; ad trigesimum quintum. Expositi autem, ut cadant in phthisim sunt habentes cerebrũ debile quare non prohibetur receptio superfluitatum in ipso, nec digeritur quod transmittitur de nutrimento ad ipsum, quare sunt catarrhizabiles, & ex parua causa. Et adhuc expositi ad id sunt habentes pectus strictum in creatione sua cũ multiplicatione uentositatum in ipso, & pulmone eorum, & uicinis partibus. Et habentes humeros alatos, sicut sunt curuaturæ alarũ, & collum subtile, & longum: depressum inter alas & humeros, & frequentat eos tussicula cum punctura alicuius spathulæ, aut mammillarum, & præcipue si sint ex irascentibus facile & cholericis. Tempus autẽ magis aptũ vt faciat cadere in phthisim: & quòd uehementius nocet facti phthisicis, est autumnus, & constipatio borealis multũ dominans & maxime quando præcessit auster, aut constitutio austrina: quam præcessit boreas. Et ex eis est regio borealis multum frigida, & sicca, & cibi & potus eius: & quæcunque hoc cursu procedunt. Curare autem phthisim, quæ uehemẽter impressit & diuturnauit impossibile est: & proprie quando continuatur ei lubricitas uentris fastidium cibi, & fœtor oris, curuaturæ unguium, & casus capillorum. Significant enim ex hoc corruptionem profundari, & nutrimentum esse abscissum. Curare uero non diuturnam, aut quę nõ multũ impressit: & in qua accidentia timoris nondũ apparuerunt fortasis præsumendũ est: quãuis nõ sit facile. Et intentio in curatione eius est duplex videlicet uniuersalis & particularis. Et uniuersalis quidem intentio est tres res. Et prima quidem est correctio causæ facientis. Secunda est absscisio eius. Tertia est regulatio ipsius uitæ patiẽtis. Primã igitur rem complent administrationes medicaminum absscindentium nocumenta catarrhi: si accidat à catarrho, & hæc est radix operationis in hac cura. Et iam hęc scripsimus in capitulo proprio: & si causa ipsius fuerit ex præcedenti empyemate, ex pleuresi, & peripneumonia, aut sputo sanguinis, cura eorum dicta est. Secundam rem complent administrationes euacuationum absscindentium causas: quarum præcessit rememoratio. Et siquidem malitiam complexionis calidam cognoueris ex plenitudine sanguinis phlebotomamus ex basilica. Et si uirtus permiserit demum ex salutella: & quãdoq; phlebotomamus plebotomia renouante numerum si necessitas expetit administrando ex cibis & potibus, & aliis quæ boni sunt nutrimenti. & hoc diebus quibus non phlebotomamus. Si autem cholerã abundare cognoueris, euacua cũ eo quod est sicut aqua decoctionis capilli ueneris, & chayare de singulis manipulos singulos, iuiubas, & sebesten: ana xl. pruna ficca xx. pulpæ calsiæ fistulæ, firacost. ana ʒ .i. zucchari uiolati ʒ .xii. si necessitas expetit: addatur eis quod est sicut trochisci de uiolis & similia. Si autem causam læsiuam materiam phlegmaticam esse cognoueris, euacua cum cochiis & similibus, qui bus ex bdellio & dragagantho partes addantur conuenientes. Et ex euacuationibus particularibus & utilibus huic ægritudini sunt prouocationes hæmorrhoidarũm, & menstruorum: & maxime si ex eorum retentione in nocumentum cadat. Et nos de his in cap. de sputo sanguinis. iiii. can. locuti sumus. Tertiam rem complent administrationes regulationum in generibus rerum sex: & proprie collocentur in loco aeris temperati ad siccitatem decliuis, & permutetur ad regiones aeris temperati. Et sint cibi eorũ ex eis quæ sunt quantitatis paucæ & pluris nutrimenti, & insuper ad digerendum faciles: sicut proprie hepata gallinarum, & testiculi gallorum qui non calcauerunt, & alas pullorum, & carnes minutarum auium tenerarum, & carnes iuuenum pẽdicum, & alcubugi', & columbarum, sint huiusmodi elixa aut in iuribus aut in aqua hordei, & proprie quando quæritur mundificatio, & oportet ut addatur tunc in iuribus eorum de melle aliquid, & congruunt eis uitelli ouorum sorbiles cum melle, & conceditur etiam eis in hoc casu ius caulium impinguatum cum gallinis & similia.

Quãdo autem consolidatio & conglutinatio uulneris quæritur: tunc oportet ut sint cibaria desiccatiua, nõ eleuata in gradu multæ exiccationis: & sint etiam conglutinantia, sicut proprie extremitates, & rostra hœdorum, & porcorũ iuuenum, & arietum castratorum. Pane autem utatur similagineo bene cocto habente aliquid mastiches: quandoque ponitur in eo ozimus & similia. Et ex cibis conglutinatiuis est triticum cum gallinis, & risum, & similia, & pulmenta, ex geguer, & milio, & sauich, & chist hordei post bonã decoctionem eorum, & lentes sunt bonæ eis. Et pulmenta ex orobo, & sorbitiones ex farina eius, & similia, & cibi ex lacte sunt eis magni iuuamenti: proprie cum non est febris: & caseus si est recens. Et nos diximus in cap. de empyemate diuersos cibos ex lacte, can. quarto.

Quãdo ẽ cũ febre.

Si autem fuerit cum ea febris uehementia, sit cibus eorum chist hordei bene cocti cum cancris fluuialibus: postquàm abluuntur abiectis extremis eorum cum aqua & cinere: & cum iteratione: & etiam cancri fluuiales assi aut elixi in aqua hordei. Et quandoque dantur cocti in lacte asinæ: & quandoque in oleis frigidis, & quandoque in aqua hordei aut cicerum: & quandoque in lacte acetoso abstracto ab eo butyro: & sunt iuuamẽti sublimis, & adduntur eis cucurbita & bleta cum oleo amygdalino, & citruli, & similia. Et ex rebus cibalibus simul & medicinalibus est lac acetosum coctum cum tortellis de sceni: & sit proprie lactis. ℥.iii. & tortellarum tritarum. ℥.i. In crastinum adde ex lacte circiter aur. ii. & minue ex tortellis circiter aur. i. Et hæc fiant singulis diebus, donec deueniatur ad lac solum. Cum autem peruentum fuerit ad ægritudinis declinationem, incipiamus diminuere ex lacte acetoso omni die: & addere ad tortellas, donec deueniat ad dationem tortellarum tantum. Hunc autem modum decoctionis lactis acetosi scripsit Paulus, & plures post ipsum laudauerunt illud.

Modus faciẽdi lac acetosum.

Operatio autem acetosi lactis est secundum hunc modum. Accipe lac caprinum mundum habens bonitatem ex sanitate animalis, & cõgruitate pascui ipsius: & extrahatur ex eo butyrum: & dimittatur una nocte in aere temperato: mane autem agitetur uehementer & excludatur spuma eius. Est autem lac huiusmodi sedatiuum uehementis caloris, constrictiuum, & consolidatiuum. Potus autem eorum non febricitantium sit in principio uinum albũ dulce, & cum peruenitur ad tempus consolidationis, sit album ad stypticitatẽ declinans permistum cum aqua pluuiali. Febricitantium autem potus sit aqua hordei, & aqua pluuialis, & rob myrti, & syrupus eius, & syrupus de papauere, cum uocat necessitas, & aqua pluuialis decoctionis cancrorum, & aqua granatorum dulcium & similia.

Fructus.

Et in secũda mensa comedant passulas cum granis post bonam masticationẽ, & granata dulcia, & cydonia de sceni cocta in rob & similia. Et oportet ante comestionem, ut approximẽt deambulationibus mediocribus: & post ambulationes utãtur frictionibus lenibus tenerum facientibus corpus, & hoc ut uiuificetur calor in ipsis. Et post comestionem uacent, & quieti sint per duas horas: & hoc in loco temperati aeris: in quo sint odores redolentium frigidorum & stypticorum cum administratione gaudii.

Somnus.

Deinde uacent somno, & quieti quantum possibile fuerit. Et si fuerint uigiliæ accedamus ad medicinas ex papauere: & hoc cum sapientia ne congelentur spiritus.

Balnea.

Elongentur autem à balneis resoluũt enim uirtutem: nisi apud declinationem. Tunc enim sunt iuuamenti sublimis quemadmodum dicemus post. Prohibeatur autem eis omnis lubricitas, & constipatio uiscerum & magis lubricitas uehemens, resoluit enim uirtutem. Particularis autem intentio est. v. res. Et prima quidem est mũdificatio & abstersio ulceris. Secunda est prohibitio cursus materierum ad ipsum. Tertia expulsio materierum saniei eius & exiccatio earum ex ipso. Quarta est consolidatio & incarnatio eius. Quinta est correctio accidentium. Et primam quidem rem complent administrationes medicinarum mundificantium & abstergentium ulcus & in genere eorum excellentius & nobilius est mel & aqua eius. Aggregant enim uirtutem mundificationis & abstersionis.

Mũdificatio ulceris

Et præter hoc est cibus & potus amicus naturæ, & iuuatiuus ualde. Et ex eis est aqua hordei, & aqua zucchari, & aqua cicerum. Et fortius eis est decoctio hyssopi, & syru-

E pus eius. Et adhuc fortius est lohoc de caulibus & de squilla. Et ex eis quæ sunt maximi iuuamenti est medicamẽ Gale. Ipsum enim est mundificatiuum bonum, quod. Recipe ireos, hasce, hyssopi: ana partes æquales. Confice cum melle. Da mane & sero à drachma una usque ad duas cum aqua mellis. Et dicit Democritus hyssopus, aut iris, aut farasion singulariter uel coniuncta cocta in aqua mellis, aut in aqua hordei sunt mũdificantia bona. Et nos diximus plura ex his in cap. de empyemate. Secundam rem complent administrationes medicaminum materias à pulmone prohibentium. Et hoc quidem perficitur secundum alterũ duorum modorum: & proprie cum prohibitione materiei quæ transfertur ad ipsum ex altero membro: & cum confortatione pulmonis ut non recipiat quod ad ipsum transfertur de materia. Et secundum plurimum quæ transferuntur ad pulmonem materiæ sunt catarrhales aut transmissæ à uicinis membris, & ex pleuresi & aliis. Et horum curam iam diximus. Summam enim medicinarum pulmonem confortantium etiam diximus in ca. de tussi humida. Et ex eis est rob

F myrti & syrupus eius cum. ʒ.ii. pulmonis uulpis sicci. Et ex medicinis quidem mirabilis iuuamenti aggregantibus uirtutem confortationis & mundificationis est medicamẽ Gale. quod Recipit pulmonis uulpis sicci, succi liquiritiæ, capillorum ueneris, seminis fœniculi, anisi: ana. Confice cum zuccharo decocto cum aqua quantum sufficit. Et quandoque conficitur cum rob myrtino, & est confortatiuum amplius.

Medicamen G... quo ... utitur ... dici ... noi... de pu... ne uulp...

Tertiam rem complent administrationes medicaminum putredinis quę sunt in pulmone exiccantium. Et nos quidem diximus in capitulo de tussi hæc administranda esse post mundificationem debitam ut extirpetur post eas residuum putrefactionis omnino. Et diximus quòd administratio ex myrrhæ rubeæ. ʒ.i. & mellis. ʒ.iiii. lambẽdo diebus interpollatis cum aliqua ex medicinis educentibus saniem est medicamen utile. Et fortius est lambere alchitran cum melle, aut cum melle & galbano simul liquefactis. Et ex maxime iuuatiuis eis sunt medicinæ magnæ, sicut theriaca & mithridatũ, & alia quorum in capitulo de empyemate præcessit rememoratio, & si indigetur adhuc medicamine

G exiccante procedemus ad medicinas de arsenico & sulphure scriptas in eodem capitulo cano. xxx. Et non negligantur medicamina huius summæ: quoniam ad sanitatem perducunt, si Deus uoluerit. Verum si peruenitur ex eis ad supercalefactionem succurrendum est cum aqua hordei, & iuleb cum trochiscis de camphora usque dum cesset accidens. deinde redeatur ad exiccatiua prædicta. Quartam rẽ complent administrationes medicaminum aggregantium in se duas uirtutes: mundificationis scilicet & consolidationis. Et ex medicinis propriis in hac summa est lac asininum cum uirtute subtiliationis in ipso, & lac caprinum cum tẽperie sua: & lac muliebre cum proprietatibus temperiei intra illam. Lac enim aggregat intentiones tres.

In his sunt ... intẽtio...

Est enim res cibalis & dilecta nimis & est ex rebus uelocis cõuersionis in sanguinem, est enim sanguis bis coctus: & est post illud medicina abstergens ulcus uirtute serositatis eius, & conglutinans ipsum uirtute caseitatis eius. Et oportet ut bibatur calidum cum mulgetur: & si posset sugi ex mammillis & hoc in ieiunio ante cibos alios. & oportet ut post ipsum

H quiescant, ne corrumpatur & acescat in stomacho eorum: nec dormiant super ipsum, nec suscipiant cibum nisi prius descendat. Et oportet ut bibatur in loco aeris temperati, et proprie cum fuerit gaudium & tranquillitas, & quando ipsum magis mundificatiuum esse quærimus dandum est cum melle. Et quandocunq; ipsum magis conglutinatiuũ & consolidatiuum quærimus detur cum zuccharo rosato & similibus aut coctum cum lapidibus. Et si sumens ipsum constipationem patitur uiscerũ, oportet ut eligatur ex lacte in quo multiplicatur serositas: & si non sufficit, multiplicetur quãtitas potus eius in die sequenti: & adhuc in die tertia, & si adhuc non sufficit miscendum est cum eo quod est sicut zuccharum & sal, & si adhuc non sufficit miscendum est polypodium cum ipsis: si autem sumens ipsum lubricitatem intestinorum patitur: tunc oportet ut misceatur ei quod est sicut hipocystis & similia. Et si tussim habuerit misceatur cum eo quod est sicut dragaganthum. Et si cum stomachi

A stomachi debilitate fuerit: miscendum est cum eo quod est sicut trochisci diarhodon: & similia. Et lac quidem de quo butyrum extractum fuerit, est magis conglutinatiuum, & coctum quidem amplius, & quod cum butyro est, est magis humectatiuum & impinguatiuum.

Modus de coquendi lac pro phthisicis.

Ars autem in decoquendo lac est huiusmodi. Accipe lac mundum, & recipe ipsum in uase puro absterso, & pone super ipso circiter quintam partem eius ex aqua pluuiali. Deinde extingue in ipso lapides fluuiorum ignitos sine fumo usque dum lac fuerit coctum & consumptæ aquæ partis in ipso.

Quorum animaliũ ẽe debeat lac.

Lac autem melius est, quod sumitur ex animalibus iuuenibus mediocriter nõ nimis remotis aut uicinis partui, quorum pascua sunt ex herbis montanis in quibus est subtilitas, & mundificatio cum stypticitate & exiccatione. Et laudauit Gal. herbas huiusmodi deputandas esse pascui eorum. s. ex herbis calidis, absinthium, hyssopum, hasce, polium, scea, iahde, fœniculus, abrotanum & similia. Et ex frigidis, rubus, rhamnus, solathrum, caiare, & similia. Et oportet ut dandi lactis quantitas comparetur possibilitati uirtutis suscipientis ipsum, quare incipiendum à quantitate minori dando ex eo circiter ℥.iii. prima die: & in crastinum addatur ei circiter ℥.i. & sic fiat aliis diebus à prima die usquedum deueniatur ad lib. i. vel parum amplius. Demum paulatim deueniendum est usque ad illud quod est sufficiens. Et iã quidem diximus cauendum eis esse ab indigestione in potu lactis. In ipsa enim est timor. Febricitantibus autem eis, aut caput dolentibus, aut siti uehementi obsessis abscinditur lac dulce: & laudatur eis lac acetosum de quo extractum est butyrũ secundum doctrinam traditam à nobis in hoc eodem cap.

Mod⁹ præparãdi cancros fluuiales.

Danda est etiam eis aqua hordei cocta cum cancris fluuialibus secundum quod etiam dictum est, & syrupus de papauere, aut syrupus de myrto cum eo. Et oportet cancrorum extrema abscindi. Deinde lauari corpora eorum cum aqua & cinere frictione uehementi, & hoc cum iteratione & iteratione. Et oportet ut detur in ieiunio. Et sit quantitas potus eius circiter vnc. iii. & in crastinum adde ℥.i. & sic die quolibet usque ad lib. i. s. mane & sero ante alios cibos.

Vlcus pectoris & pulmonis consolidãtia.

Summa autem medicinarum ulcera pulmonis & pectoris consolidantium est hæc. Sanguis draconis, & proprie lutum sigillatum, bolum armenicum, charabæ, sedenegi, olibanum, mastiche, balaustiæ, rosæ & semen eius, corallia, euphistidos, cortices cancrorum fluuialium vstorum, semen portulacæ assum, amylum assum, semen maluæ & althææ assum, semen arnoglossæ assum, gummi assum, fructus myrti, & similia. Medicamina autem cum quibus hæc danda sunt, proprie sunt uitelli ouorum, lac dulce & acetosum, aqua pluuialis, & aqua hordei, decoctionis cicerum, & cancrorum fluuialium, aqua alsauic, succus cydoniorum, miua, succus myrti, rosæ, & succus earum, mucilago psyllii, semen cydoniorum, syrupus de papauere, syrupus de iuiubis, syrupus de uiolis, & syrupus rosatus, & similia. Ex medicinis autem compositis sunt hæc. trochisci de luto sigil. aut de luto armenico, phylonium persicum est ultimum: mundificat enim & exiccat putredines, & consolidat ulcera. Et nos scripsimus ipsum, & adhuc alia multa huius intentionis in cap. de sputo sanguinis quæ efficaciter afferantur ad hunc locum.

Medicamen mirabile ad phthisicos est zuccharũ rosatum recens.

Ex rebus autem mirabilis iuuamenti ad consolidationes, & sanationes ulcerũ pulmonis est zuccharum rosatum recens super quod non præteriit annus. Aggregatur. n. in eo uirtus abstersionis ex succo rosarum et uirtus consolidationis ex parte substantiæ earum. Et nosti quòd uirtus abstersionis ex rosis propter antiquitatem abscinditur quæ adhuc possidetur in recentibus. Et Gale. quidem præcepit dari zuccharũ rosatũ singulis diebus in quantitate plurima: etiam cum rebus medicinalibus cibalibus & potabilibus secundum omnem modum administrationis eius: ita quòd etiam cũ pane. Et usi sunt eo post ipsum plurimi: & non est cõprehensibilis eorũ numerus qui sanati sunt ex usu eius tamen prius mundificationibus præcedentibus. Falluntur. n. utentes eo à principio dum mundificatio non præcesserit. Coartat. n. in pulmone materias.

Quo nam modo zuccharum rosatũ phthisicis febricitantibus exhibendũ sit.

Nos aũt dedimus cum lacte calido non febricitantibus. Febricitãtibus vero cũ aqua hordei decoctionis cancrorum fluuialium, & aliis multis modis administrationum: & inuenimus esse medicamen ultimum. Verum quoties ex eius administratione contingit constringi anhelitum, & dentur quæ elargant ipsum ex eis quę educunt saniem: sicut proprie syrupus de hyssopo & similia. Et si accidat supercalefactio propter desiccationem, detur syrupus de iuiubis, aut syrupus de uiolis, aut mucilago psyllii, aut cydoniorum cum aqua granatorũ, aut aqua expressionis seminum portulacæ cum trochiscis de camphora dictis in antidotario. Et si sequatur post ipsum constipatio naturæ, detur muroba. de uiolis, aut syrupus eius cum aqua hordei. Et postquam cessauerit huiusmodi, redeatur ad zuccharum rosatum dandum in omnẽ modum.

Accidẽtia phthisicorum.

Quintam rem complent correctiones cadentes in accidentia concomitantia & superuenientia huic morbo. Et ex concomitantibus est febris, consumptio, & macies, & debilitas. Et ex superuenientibus est tussis, fluxus uentris, constipatio, & fastidium cibi. Et iam quidem Hippocrates dixit mundificatiuum ulceris febris lentescentiã succedere debere: quæ si non successerit, constat corruptionem ulceris profundari. Nos autem experiemur circa om-

B ne tempus curationis eius interponere medicamina febris uehementiam sedantia: ut sigillentur ex his & illis beneficia concordantia: quorum finis est sanitas. Et succurretur constipationi, & arefactioni eorum cum eis quæ adæquant & humectant ex cibis, & potibus, & rebus medicinalibus, & administratione lactis dulcis, & aliis quæ diximus. Et confert eis balneatio in aqua dulci calida, postquam morbus in declinatione fuerit & ante illud est res prauior, & est ponere ægrum in desperatione.

Modus balneãdi phthisicos.

Forma autem balneationis est in hunc modum. Præparetur aer balnei ut sit liber non habens de corruptione odoris, aut prauæ qualitatis omnino aliquid & calefiat, vt sit caliditas balnei. & aquę caliditas temperata qua excitetur, & non resoluatur calor naturalis, & sit prima mansionum remissius calida quã alia. Tunc intret patiens mansionem primam, & fricetur in ea leui frictione, & proprie tenerum faciente corpus. Deinde intret mansionem secundam, & incipiat lauare corpus cum aqua calida utendo leui frictione cum manu. Deinde paulatim intret aquam calidam, & delectetur in ea,

C deinde incipiat lauare corpus eius cum aqua decoctionis capitum hœdorum, aut cũ aqua hordei conquassata cum ouis multis & oleo amygdalarum dulcium. Deinde ducatur ad mansionem primam: & inungatur corpus eius oleo rosato: & ducatur ad habitaculum exterius, in quo sit aer temperatus cum multitudine redolentium stypticorum, & quiescat in lecto. Deinde post duas horas cibetur cibis laudabilibus paucæ quantitatis & pluris nutrimẽti ex eis quorum iam mentionem fecimus. Et ex hinc tota intentio nostra ad humectandum sit occupatior, & cũ delectatione & quiete & somno & delitiis & similibus. In crastinum autem aut in die tertio balneetur similiter. Si autem patiens debilis fuerit ante per duas horas, quam balneum intret, accipiat sorbitionem, & ex carnibus teneris, aut ex lacte dulci, & quiescat super sorbitiones per duas horas, deinde intret balneum. Si autem patiens talis fuerit, ut uirtus eius tolerare possit, præcepit Galenus, ut post sufficientẽ lauationem in aqua calida, aut in aqua capitum arietum castratorum, spargi super corpus eius in prima mansione ex

D aqua frigida aliquid præterquam in capite eius. deinde inungi oleo rosato. Lauationes etiam in tina sunt huius intentionis, & proprie cum rebus humectantibus, & impinguantibus corpus ex his, quæ dicta sunt. Post hęc paulatim deueniendum est ad administrandum in balneis lauationes ex aquis decoctionum capitũ arietum castratorum, & similia. Et si corpus remanserit debile ungatur cũ oleo mastichino, & similibus. Et similiter paulatim deueniendum ad alia cibaria laudabilia, & solidiora. De tussi autem & constipatione uentris aut fluxu quæ superueniunt eis: dicemus sicut in præteritis iam diximus. Et si accidat eis casus appetitus curetur sicut in capitulo proprio dicemus.

De medicaminibus ad phthisicos. Cap. 13.

Phthisicis medicamina conueniẽtia scripta sunt plura in antecedentibus. Et ex eis sunt trochisci Galeni scripti in cap. de tussi catarrhali & descriptiones syrupi de papauere, & diapapauer, & trochisci & pilu-

læ de papauere & pilulæ de ſtyrace: & aliæ pilulæ de narcoticis ſcriptæ in eodem capitulo: & hæc proprie ad ſedationem catarrhi. Medicamina ulcus mundificantia & ſaniem eius abſtergentia partim dicta ſunt in cap. de aſthmate & tuſsi: & partim in cap. de empyemate. Summa autem medicinarum ulcera pulmonis & pectoris conſolidantium dicta eſt in cap. de ſputo ſanguinis. Confectio teſticulorum uulpis eſt phthiſicis & conſumptis medicina experta: & dicta eſt in antidotario. Hamech filius Zezar. Confectio

Loch pro phthiſicis.

loch quæ confert phthiſicis, & mundificat ulcera pulmonis & conſolidat. ℞. iuiubas l. paſſularum enucleatarum dra. xxx. ſeminis maluæ ʒ. iiii. cancrorum fluuialium drac. xx. capillorum ueneris, caiare, uirgæ paſtoris, linguæ arietis: ana ʒ. s. liquiritię ʒ. i. Decoquantur in lib. iii. aquæ uſq; ad lib. i. & adde eis ſyrupi de papauere, & zucchari tabarzet & ſapę ana ʒ. vi. Decoquantur ad mellis ſpiſsitudinem. Deinde proiciat ſuper ea ſeminis cucurbitæ mundatæ ʒ. i. gummi arabici, dragaganthi, ſeminum cydoniorum, amyli, ſeminis portulacæ, amygdalarum dulcium: ana ʒ. viii. papaue. albi. ʒ. v. Poſt bonam triturationem miſcentur cum aliis. da mane & ſero circiter ʒ. v. Idem ſyrupus de pſyllio conferens phthiſicis. ℞. ſpodii, ſeminum portulacæ, ſeminum cydoniorum, papaueris albi: ana ʒ. ii. pſyllii mundi ʒ. v. ſucci arnoglоſſæ cocti & depurati ʒ. xx. cancrorum fluuialium lotorũ ſecundum doctrinam prædictam ʒ. xx. Decoquantur in lib. iii. aquæ uſque ad lib. i. & cum lib. i. zucchari fiat ſyrupus. da mane & ſero cum ſucco arnoglоſſæ, eſt enim efficax. Et quã doque datur cum puluere huiuſmodi. ℞. pſyllii, gummi arabici, dragaganthi, boli armeni: ana. Da cum ſyrupo præ dicto, & ſucco linguæ arietis. Filius Zachariæ Araſi. Vlcera pulmonis, cum non ſunt chronica: ſed adhuc aliquid ex ſanguine egreditur cum tuſsi curari poſsibilia ſunt. Detur ergo cum non eſt febris lac recenter mulſum: & ſi fuerit cum eis febris, detur aqua hordei cum cancris fluuialibus: aut cum ſyrupo de papauere. Et dum non conſtringitur anhelitus eius adminiſtrentur trochiſci de papauere: quorum deſcriptio hæc eſt. ℞. papaueris albi, ſeminis cucurbitæ & citrulorum mundatorum: ana ʒ. iiii. dragaganthi, amyli, gummi arabici, ſucci liquiritiæ: ana ʒ. v. thuris maſculi, boli armeni, ſanguinis draconis, charabæ: an. ʒ. ii. myrrhę cinnamomi, opii: an. ʒ. i. fiant trochiſci. Da cum ſyrupo de papauere aut rob myrti. Et quando cum iſtis rebus conſtringitur anhelitus dentur in potu ea quæ elargant ipſum & educunt ſaniem ſicut ſyrupus hyſſopi & ſimilia. Sabor. Loch conferens phthiſicis & conſumptis. ℞. teſticulorũ nulpis ʒ. iiii. batrembuch, caiare: an. ʒ. i. cicerum dulcium trirorum ʒ. iii. ſeminis papaue. albi ʒ. i. & s. hordei mundi ʒ. i. paſſularum enucleatarum, ficuum ſiccarum, carnium dactylorum: an. ʒ. ii. cancrorum fluuialium ʒ. iii. decoquantur omnia in lib. iiii. aquæ uſque ad lib. i. & s. Deinde accipe zucchari, & penidiarum: ana lib. i. teſticulorum uulpium elixorum in dulci lacte ʒ. iii. aut cum olei amygdalini ʒ. iii. decoquantur uſquedum ſufficientem habeant coctionem. deinde proiice ſuper ea papaueris albi, ſucci liquiritiæ, ſeminũ citruli, melonis, cucurbitæ, cinnamo. ſeminum bombicis purgatorum, ſeminis maluæ, florum boraginis: an. drac. iii. amyli, dragaganthi, gummi arabici: ana ʒ. ii. carnium dactylorum, paſſularum enucleatarum: ana ʒ. v. Tere & confice cum prædictis: bonum, ſi Deus uoluerit. Filius Serapionis. Confectio de iacur conferens ad catarrhũ acutum & phthiſim ex eo. ℞. ſeminis papaueris albi & nigri: ana ʒ. ii. & s. radicum liquiritiæ ʒ. i. & s. ſeminis cydoniorum, ſeminis althææ: ana ʒ. i. & s. dragaganthi ʒ. s. gummi arab. ʒ. s. proiice ſuper ea aquæ. pluuialis lib. v. & dimitte die ac nocte. Demum decoque uſq; ad conſumptionem duarum partium, & adde mellis lib. i. & rob lib. i. s. penidiarum lib. s. decoque igni leni uſquedum mellis habeat ſpiſsitudinem. Da mane cum aqua hordei. Et accipiatur in ſero ex his pilulis. ℞. ſeminis portu. ʒ. v. dragaganthi, gummi arabici: ana ʒ. iii. ſeminis citruli ʒ. iiii. ſeminis cucurbitæ excorticati, & ſeminum cydoniorum: ana ʒ. vii. ſucci liquiritiæ ʒ. v. fac formas ſimiles lupinis cum mucilagine ſeminum cydoniorum. Dentur tenendæ ſub lingua.

Syrupus de pſyllio pro phthiſicis.

Trochi. de papa. utiles ad phthiſicos.

Troch. de papa.

Aliud loch cõferens phthiſicis.

Confectio de iacur.

Pilulæ ſub lingua ꝙ phthiſicis.

SVMMA IIII. *De curatione ægritudinum cordis. Et primo de ipſis in uniuerſali.* Cap. I.

Egritudines cordis ſunt debilitas pulſus, tremor, & ſyncopis. Et hæ quidem ęgritudines eaſdem fere habẽt radices non aliter inter ſe differentes, niſi ſicut debiles & fortes. Cauſantia autem has ægritudines cum ſint debilia, & remiſſa imprimentia debilitatẽ contra uigorẽ mineræ faciunt debilitatem cordis. Amplius autẽ eleuata, vt imprimant agitationẽ læſiuam in ipſo faciente cadere diuerſitatem in differentiis motus cordis ſenſu perceptibilẽ quæ ſunt ex magno ad paruũ: ex ueloci ad tardũ, ex raritate ad frequentiam & econuerſo. Tunc fiunt cõſtitutiones duæ aut. n. fiunt illa non integre, neq; in omni hora, ſed cum qua dam interpolatione & uiciſsitudine: & fit pulſus cordis aut integre cum quadã continuatione: & fit tremor cordis. Cũ fortiora fiunt ut imprimant uehementius impreſsiones for tius lędentes impedientes aut præfocantes motus eius: aut ſepelientes ſpiritus ad interiora: aut intercidentes abſq; interciſione omnino aut aggregantes ad principium, aut reſecantes abſq; eo quod eſt in radice faciunt ſyncopim. Vincentia aũt ea ultimata uictoria ſuper naturã ita ut abſcindatur ſpiritus & calor uitæ: aut extinguatur in minera, ſunt cã mortis. Cauſæ autẽ facientes has ægritudines, quædã ſunt cauſæ corporeæ, quædam extra corpus ſurgentes. Et corporeæ quidẽ aut ſunt in ipſo corde, aut in mẽbris uicinis ei, aut in membris cõicantibus ei propinqua communicatione aut remota. Cauſæ autẽ exiſtentes in corde lædentes ipſum: aut ſunt malitia cõplexionis ſine materia aut cum materia. Et malitia quidem complexionis dominans cordi facit debilitatem ipſius, debilitas autem facta fortis uſq; adeo vt ſit agitatiua uirtutis facit tremorem. Tremor autem ſuper ueniens generat ſyncopim. Vltimitas autẽ facta in ſyncopi eſt extinctio & mors. Sed malitia quidem complexionis frigidæ ſuſpectior eſt quam calidæ propter elongationem à re uitæ: & ſicca magis quàm humida: quamuis ſit dominãs in diſpoſitione corporis, & cauſa ẽt huius interdum ſit cauſa præfocationis, & mortis feſtinæ. Solutioné autẽ continuitatis, aut apoſtemationem fieri in corde uirtus non patitur, immo ſunt cauſa diſſolutionis & mortis, & quãdo ineſt dolor in ipſo ſit cauſa ſyncopis & mortis. Dixit Gal. ꝙ malitia complexionis puræ, aut cũ materia facit in uniuerſam corporis partem ſenſum læſionis qui eſt dolor: & quomodo non in corde. Fruſtrabitur ergo, & ſupponemus alterationes in corde non cor curari: & nos quidem diximus, quòd iam radix præpoſita eſt, etenim eſſe ægritudinũ cordis aut non confirmatur: quia non ſunt manſuræ, & tunc ordo medicationis incolumitat: aut confirmatur educẽdo ad mortem. Diſtinguemus autem in cauſis læſionum cordis, quæ ſunt ab aliis membris: quoniam læſio cadens in panniculis, & in membris quæ ambiunt cor dum redundat ad ipſum eſt cauſa ægritudinum eius prædictarum in ipſo. Et læſio cadens in cerebrum interdum eſt cauſa ad illud ſicut in epilepſia, mania, & melancholia: licet enim ſigantur in cerebro terminatur tamen in corde, & ſunt cauſa ægritudinum eius. Et ex eis eſt fluxus ſanguinis narium, aut undecunque: & communicat etiam cum corde communitate magis propria ſtomachus: & affert ei cauſas læſionum, & proprie cum corrumpitur in eo cibus, & res uenenoſa: aut fuerit in eo humor mordicatiuus: aut malæ qualitatis, aut uitreus viſcoſus, aut repletio agitatiua, aut fames uehemens, aut dolor acutus & pungitiuus, aut fuerit in orificio eius bothor, aut ulcus putridum. Et dixit Paulus quòd ægritudines, quæ ſunt in ſtomachi orificio: aut meri ſunt propinquę conuerſionis ad ferendum læſionem cordi: ita ut quidam putant tremorem factum in ore ſtomachi eſſe tremorem cordis: & quidam uoluerunt debilitatem in ipſo eſſe cardiacã. Et diſpoſitio hepatis cum eſt alterata, ut generet ſecundũ plurimum ſanguinem melancholicũ imprimit: & eſt cauſa ægritudinum cordis, & eſt prauior diſpoſitionibus aliis, ita ut faciat diſpoſitionem ſimilem maniæ, & melancholiæ. Adhuc autem cauſæ harum ægritudinum ſunt enacuationes

tiones omnes excędentes terminum, & ſimiliter in acuta aqua hypocondriorum, extractio autem ſaniei in apertione apoſtematis. Et ex eis eſt præfocatio matricis, & priuatio menſtruorum, aut exuberantia eorum. Et ex eis eſt impręgnatio & huiuſmodi & nocumenta ex uermibus, vt etiam appareat diſpoſitio ſimilis epilepſiæ. Et ſunt ex uermibus habentes aculeos pungentes orificium ſtomachi punctione uehementi, donec faciat cadere in dolorem acutum cauſam ad ſyncopim, & aliquando ad mortem, & ſunt quandoque ex penetrantibus uſque ad uicinas cordis partes, & quãdoque uſque ad cor, & ſunt cauſa mortis feſtinæ. A commu nitate autem totius corporis ſuperueniunt leſiones cordi, ſicut propter febrem, aut propter uehementiam raritatis corporis, aut propter uehementiam ſudoris & ſimilia. Ex cauſis autem extraneis accidit huiuſmodi ſicut ex aere peſtilentiali, aut ex odoribus fœtidis, aut uenenoſis, aut aſſumptione rerum uenenoſarum, aut ex morſu uenenoſorum animalium, aut incurſione timoris, aut ex balneatione uehementi, aut labore & ſimilibus.

Hic complentur dicta: & imponitur finis doctrinæ diui Meſuæ, licet imperfecte in de appropriatis: & per conſequens totius operis cum auxilio noſtri redemptoris.

Tabula capitulorum additionum Petri Apponi.

Continuatio cum ſermone Meſuę de ægrit. cordis.
Sermo de unctionibus.
De ſyncopi.
De tumoribus mammillarum.

De ægritudinibus membrorum nutritionis.

De dolore ſtomachi.
De medicinis materiam à ſtomacho repellentibus, & abſtergentibus, ac uillos eius mundificantibus.
De emplaſtris linimentis & unctionibus.
De indigeſtione ſtomachi.
De uomitu & exuberantia cibi.
De ſingultu.
De ſiti.
De appetitu mortuo.
De appetitu canino.
De ægritudinibus hepatis.
De ægritudinibus ſplenis.
De hydropiſi.
De doloribus uentris, & inteſtinorum.
De fluxu uentris.
Oratio ad memoriam impetrandam.

PETRI APPONI MEDICI Clariſsimi in librum Ioannis Meſuæ additio.

Et primum continuatio cum ſermone Meſuæ de ægritudinibus cordis in vniuerſali. Cap. I.

Si autem fuerit in eo humor mordicans cũ præcedenti eius adæquatione, & uirtus ſufficiet, & humorum accidentia dilationem recipiunt, materia in qualitate ei contraria repellatur, uel cũ cõtrario à forma & ſpecie: quod efficacius, et totius aſſero. Virtutẽ autem cordis confortare nõ negligas omni hora intrinſecus & extrinſecus, & ſtudeas cognoſcere mẽbrũ à quo nocumentum ad baſim emanat cõditione nõ dubia. Noſti quòd omniũ accidentiũ conuenientium corpori cauſa extrinſeca uel intrinſeca: primus concurſus eſt ad baſim, in qua naturalis uigor ſpirituũ, virtutũq; omniũ ſigillatim creauit ſpirituũ ſapientia, ſedem animarũ, uitæq; naturaliũ principiũ motus & quietis. Quo deficiente nulla amplius corpori dari poſſunt ſuffragia. continuo cum eo moriuntur omnia membra, erat. n. terminus omniũ operationũ animæ rationalis. In cerebro oẽs hæ & illæ incipiunt operationes, in corde uero ſuſcipiunt cõplementũ, eius uirtus tanquã forma omniũ membrorũ ea irradians & uiuificans, uirtutũ organicarũ perfectio. In materia uero non intelligibilis formæ: quia gloriоſus (ſicut diuini decoris ratio poſtulauit) tunc ſolicitũ mẽbrũ rectificauit mandans, & ſi à matrice cum his, quæ matricem reſpiciunt. & ſi à ſtomacho & pulmone, ſiue ſint mẽbra nutritionis, ſiue ſpiritui ſeruientia rectificare ne differas, & dolor uiolẽtus eſt ex maxime proſternentibus uirtutẽ eius, & ſi fuerit in officialibus mẽbris. Inquit Hipp. omniũ membrorũ unica eſt conuenientia & omniũ uirtutũ, & ſpirituũ unicũ eſt ſubiectũ: propter quod omnia mẽbra dolent adinuicem: omniũ uirtutũ unica eſt uirtus cum uſq; ad hunc terminũ diaforat dolor per ſpiritus lædendo uirtutes; occultatur in eo ſpiritus, & efficitur illa paſsio quã dicimus ſyncopim, non. n. uſque ad radicẽ patitur paſsiones, ſed cedit uitæ ſubiectũ eius læſionẽ nullã ſuſtinens: paruam æſtuationẽ influere recuſat. Si quidẽ contingit hæc paſsio malitia ſanguinis in quanto uel in quali auxilia adhuc non ſunt mortua omnino nec differenda. Dilatio. n. ducit ad mortẽ feſtinã, ſed tanquã theſauro nobiliſsimo ſuccurrendum eſt. Facimus hoc cũ auxilio Dei cũ rebus quarũ proprietas eſt naturalẽ conſeruare calorem, & extraneã extinguere. Et ſi fuerit ex abundãtia ſanguinis in toto corpore phlebotomare ne differas: & primo à remotis ut aperire ſaphenã, poſtea baſilicã, poſtea deuenire cũ uentoſis apud ſiniſtrã ſpathulã. Poſtea cum ſyrupis de boragine & bugloſſa, camphora, & pſyllio, & procedentibus hoc curſu potare ipſum non differas, hoc. n. refrigerat ſanguinẽ peccantẽ in quanto: & in quali. In malitia autẽ cõplexionis raro phlebotomamus: ſed alterantia, & confortãtia ei præparamus, & mulcæ eius paſsiones incomprehenſibiles atq; occultæ nobis exiſtunt. Et dicitur quòd aliquando uermis ad id. ſ. cor graditur, & continuo cũ mordet interficit: nec non ultimata gaudia, uel ultimatæ triſtitię inter eius paſsiones exiſtunt. Boni autem odores incolumitatem eius ſeruant: quia ſolo odore anima confortatur. Interdicẽdum eſt ei omne medicamen generans motum cordis, & quæ ſanguinem inflammant hæc eius motum effrænitare faciunt: quia nobiliſsima natura nihil ſuperfluĭ, nihil diminuti ſuſtinet. Ad figuram numeri, & naturalis ordinis conſonantia facta eſt: ut ſubſiſtat. eſt enim fons & principium uitæ decor animæ rex naturæ, & moderator eſt corporis diuina ſapientia conceptus ad latus exceſſus magnæ caliditatis poſita obuiare dicimus. Hæc. n. immoderatum motum cordis generat: illa uero trepidationem, & caloris hebetationem ei affert. Et ſciniſti, quoniam non eſt ſimplex natura in complexione calidius, & ſiccius ſubſtantia frigida, & ſicca. Ratione uero contenti ualde temperatiſsimus calidorum uſus eius eſt forma, ideſt craſsis minus moleſta frigidorum portat ſuper hoc à conſortio minus recedunt, niſi ultimitatẽ excedant temperamenta ſua caliditas eſt cauſa uitæ, & conſiſtentia maxime in phlegmaticis. Cuius uigore innata complexio quo membra in eſſe uiuificat & uigore continuo conſeruat, & conſiſtit. Et non ignores quòd hic calor eſt uirtus humanæ naturæ ſcilicet quem traximus à primo homine: per hãc enim ſpeciem indiuiduatur: & hæc ſubiectum & fundamentum innati caloris, quæ nullo genere febrium alteratur: immo eſt actus eius reductioni extranei & diuerſi caloris fortaſſe in nouiſsima ſpecie hecticæ celeratur: & tunc mors accelerat neceſſaria & feſtina. Non enim ſperabis hunc calorem poſſe naturali medicamine reduci. Hæc inter uirtutem regitiuam, & uirtutẽ rei adminiſtratæ diſtinguebat, & regulabat. & huic complexioni omni tempore ſimile regimen dandum eſt, puta calidum, & humidum, temperatum, hoc poſt mortem ſeni cõſiſtit quã quam æquiuoce. Cumq; ſecundũ ſciẽtiam tuam inueſtigaueris qualitates paſsionũ baſis: & mentionem cauſarum ſit tua præcipua & magnifica intentio confortare cor, & unire uirtutes, & ſic earum eſt auferre laſsitudinẽ. & hoc aux-

Phle.

Syrupi.

Qualiter uermis adcor graditur & quã primum mordet interficit. Solo odore anima confortatur.

xilio Dei cum rebus aromaticis & aliis generibus admini-
ſtratarum rerum eſt proprietas conferre rei unitę,maxime
in quibus natura delectatur,inquantum autem tua ſolertia
euigilantiſsime ſpeculari poteris,uirtutes cordis coaduna-
re,& confortare euigiles.Hoc erit ſummum bonum,& pri
mum ſtudium iuuamentorum, & tutelæ baſis: quoniam ſe-
curius non uacillando ad alias res tutæ curæ procedere po
teris:uirtutis enim unitæ non eſt recipere quod effunditur
ad membrum:ſed repellere & effugare contrarium.& eſto
ſolicitus non orbatis oculis intueri, ut ſi ſit aut propter in-
opiam caloris,& laudabilium humorum abſtinentiam: aut
propter exuberantiam multæ humiditatis dominantis cor
pori furioſitatiſq; ſanguinis:aut ſolius cõplexionis malitię
aliter enim & aliter medicabitur:& cum ignoraueris ueri-
tatem,& titubabit tua ſcientia ſuper hoc, ſemper ſecurius
erit calidis in temperamento uti & confortare cum ſtypti-
cis & odoriferis obliuioni non committe.Secunda eſt con
uerſio materiei uel eius qualitatis, quę funditur uerſus eã
ad partes remotiores,aut ignobiliores,ſicut iam diximus,
& in practica huius canonis rememorabimur, ſi Deo pla-
cuerit.Tertia res eſt mundificare membra mandantia eaq;
confortare,& reſiduum eorum:& eſt quandoq; primum in
diſpoſitione curæ cuius proprie cum aliis membris nocu-
mentum fuit obuiare accidentibus. Nec prætermittas con
fortare ſtomachum maxime in digerendo. Corruptio cibi
& potus in eo eſt præparamentum morborum. Primam rẽ
complent quæcunque complexione & ſubſtantia hac uel il
la baſim confortant,cibi laudabilis chymi,medicinæ ſtypti-
Cibi. cæ,& odoriferæ quarum memoriam legemus,ſi Deo place
bit.Sunt ex eis hepata gallinarum iuuenum, alæ auium, &
pullorum uitelli ouorum recentium ſorbilium, & quæ hoc
curſu procedunt paucæ quantitatis: & de numero ueloci-
ter permutabilium & nutrientium.Vinum ſubtile & odori
ferum eſt uelociter confortans formam baſis. Conferunt
etiam in huiuſmodi diſpoſitione emplaſtra,& unctiones ſu
per cor,ut rerum ſtypticarum & boni odoris conſeruant in
Vnctiones ad dorſũ. eo calorem ne reprimatur. Et noſti quòd unctio ſpinæ dor
ſi ad hoc eſt medicamen ſingulare per quam excelſus & glo
rioſus confortat uirtutem regitiuam totius proprietatis:&
eſt cauſa protectionis & longitudinis uitæ humanæ, & de-
fenſio ſpiritus uitalis:& occurrunt ad hæc abſq; dilatione,
oleum chamæmelinum,terebinthina partes eorum miſcen
do æquales,ſuccus arthemiſiæ cum quatuor partibus ipſius
olibani repellit rigores febrium,ſpiritus putridorum & mẽ
brorum febricitantium affirmatiuũ: aqua roſ.& muſco infe
cto imbibito:& ſuper manſionem baſis aſperſa cum ſyncopi
ſubuenit.Aurum electum in cibis adminiſtratum, medica-
men eſt ſobrium in confortando,cantus amoris,carnes ſyl-
ueſtres,os de corde cerui,diambra,& hęc ſubueniunt admi
niſtrata,ſi Deus uoluerit.Secundam rem complent conuer
ſio & deriuatio materiei,& fumoſitatum eius ad partes cir
cunferentiales:& confortatio cordis ad hoc principale, re
pellit enim per ſe uirtus fortis contrarium: faciemus hoc
cum auxilio largitoris ſanitatis,poni uentoſas in cruribus,
fricari manuum uolas & pedes frictione forti, & ligari do-
loroſe.Confortari adhuc ſtomachum eſt de intẽtione prin
cipali.facit enim repulſam humorum lædentium baſim: &
ſi neceſsitas exigit,ad ęnemata accelleramus: & quandoq;
uomitum proprie: & quandoq; in primis ductibus corpo-
ris extra uaſa materiam credimus eſſe ſubmerſam lædentẽ
uirtutem baſis: & quandoq; accidunt huiuſmodi terrores
uenenoſa potione,& hoc de neceſsitate curæ terrorum di
Ventoſa poſt ſpathulã ſiniſtram eſt poſtremũ remediũ. ximus, & confidas maxime in uentoſa poſt ſiniſtram ſpathu
lam,eſt enim huius paſsionis poſtremum remedium:& ſuc
currere poſtea cum uino ſubtili reſoluto cum eo pane aſ-
ſato facit ad reparandum & recuperandum ſpiritus, & om
ni ingenio & ſtudio auxiliari ne differas,nunc conuertẽdo
materiam ad remotiora,nunc confortando cor & principa
lia.Tertiam rem complent euacuationes decentes,ſicut te
ſcire fecimus,& rememorabimur ſi Deo placebit. Super
hoc enim multiplex conſideratio cadit. Quarum prima eſt
membrum ſcire alteratum.Secunda qualitatem materiæ læ
dentis:habita enim notitia qualitatis morbi medicinæ eum
repellentis fit euidentior.Tertia conſideratio eſt ſcire qua

E liter,& per quam uiam ad cor graditur læſio: aut propter
uirtutis defectum:aut fumoſitates materię,aut ſi ab aliis mẽ
bris conſurgit ei bellum: uel in ſuis manſionibus latet ini-
micus.Accidunt enim tales terrores emanatione humorũ:
puta ſanguinis fluxus narium,menſtruorum,& uenarum in
ciſione:uel ſi dominium humoris prædominatur corpori.
Et noſti quòd morbi ex penuria humorum qualitatis &
quantitatis non minus:immo moleſtius quàm ex medicina
eorum purgatiua & multitudine naſcũtur. Quare cum cau
tela,& timore ad purgationem gradieris, leuius eſt enim
inanire quàm replere,& minus, moleſtum replere quã ina
nire.Si autem ab alienis morbis hoc nocumentum ſurgere
uidebis:ſiue à cerebro,ſiue à ſtomacho,& matrice, eorum
rectificationem ſatagere ne differas cum his quæ ſcire te fe
cimus contra eorum paſsiones,& facimus illo duce glorio
ſiſsimo:cuius uirtute omnis natura agit. Electarium cõfor *Elect. cord.*
tans naturalem complexionem baſis procurans digeſtiuam
incolumem,adiuuans membra principalia confortando il
la:immo mundificat ea ab humoribus alienis, mundificat
F canales hepatis,& eſt expertum contra malitiam meſerai-
carum.℞.ligni aloes boni,aniſi mundi,reubar.recentis:an.
pondus æquale,zucchari ſufficienter.doſis à.ʒ.i. uſq; ad.iii.
ieiuno ſtomacho de ſero cuius paſsio diurna fuerit, in ma-
tutinis,cuius noua eſt ægritudo. Medicamen ex inuentio- *Aliud electari. dial. uen. prop.*
ne noſtra defendens baſim ab omni periculo præterito &
futuro:reddit naturam hilarem, aufert laſsitudinem mem-
brorum principalium,ſubuenit his,qui triſtantur, & melan
cholizant neſcientes radicem, diligunt ſolitudinem, &
ſeipſos odio habent,& ſuſpecti ſunt de re non ſuſpecta: &
dubitant multa pericula eis euenire,& remouet ab eis ma-
leficia,facit eos iocundos,& amantes curialitatis,ſubuenit
retentioni menſtruorum,fluxui, & ſyncopi mulierum, iu-
uat paralyticos. ℞. coral.rub.macis, oſsis de corde cerui,
ambræ,margaritarum,cryſtalli,auri cocti,argenti meri, oſ-
ſis eboris,ſapphiri,rubini,hyacynthi, ana.ʒ.v.balſami.ʒ.ii.
muſci.ʒ.s.anthos,ſpodii,ſandalorum,gario. galangæ, cala.
aro.cubebarum,ſpicæ,nardi,corticum phiſticorum, ſe.baſi-
liconis, carda. piperis al. & lon. baccarum lau. pyrethri:
G ana.ʒ.iii.ſtyra.cala.magnetis,myrrhæ electę,opii thebaici:
ana.ʒ.i.ſe.pæoniæ collectæ in nouiſsima ætate lunę,florum
chamæ.florum lilifagi,ſampſu.balſamitæ,meu,ameos,ariſto
lochiæ rotundæ dianthos:ana.ʒ.iii. croci orienta. ʒ.s.ligni
aloes,papa.alb.ana.ʒ.ii.zucchari,quod ſufficit.doſis à. ʒ.ii.
uſq; ad. iii. cum uino calido uel aqua calida ſecundum exi-
gentiam.Theriaca magna in huiuſmodi terroribus eſt dile
cta:& eſt commune medicamen ad diuerſa genera paſsio-
num,cor repletum inanit,inanitum replet, uenenis magni
fice reſiſtit,ſed pueris aut ſenibus parum, aut nihil dandum
eſt,& theriaca.x.annorum melior,& utilior. in diſpoſitio-
ne matricis cum aqua mandragoræ eſt medicamen ualde ef
ficax,doſis eſt ſecundum exigentiam naturæ & ſui materiã.
Roſmarinus aſſumptus in cibis reddit naturam hilarem: & *Nota roſmarino.*
eſt tutela maxima à potionibus mortiferis. Chiranus dixit
folia uitis albæ in tantum hilareſcere faciunt cor hominis,
ꝙ earum uſus effrænitare facit apud gaudium.Confectio fa *Cõfect. ad tremorẽ cor. & ſyncopim.*
ciens ad tremorem cordis,& ſyncopim calidam,confortãs
ſtomachũ:& ſitim calidam extinguit, facit odorem oris bo
num,& competit his qui febrem habent: cuius permiſtio.
H ℞.xiloaloes,balſa.ſiſeleos,cube.berberis,roſa.ſanda.ſe.cõ-
munium:ana.℥.s.coral.ſpo.charabæ,gummi dragagan.ſem.
acetoſæ,ſe.portu.bugloſſæ:ana.℥.iii.camphoræ.ʒ.s. marga-
garitarum.℥.iii.confice cum rob citri.doſis eſt à.ʒ.ii. uſque *nota de miniſtratione uentoſarũ præter ſpatulã.*
ad.iii.cum aqua frigida non ueri frigoris.Et ſcire debes, ꝙ
mundificatio corporis ſi occurrat adminiſtratio uentoſa-
rum poſt ſiniſtram ſpathulam eſt res faciẽs te ſecurũ à mor-
te,& proprie quando ſuſpitio eſt uenenoſæ potionis:& res
iam poſita eſt in deſperatione in omni cordis paſsione:ſyn
copi,& cardiaca.eſt medicamen fidele,facit liberam uirtu-
tem,& ſpiritus reſpirationem, ſi Deo placebit,& ſubuenit
ægritudinibus cerebri diuerſis, & ſplenis,& aliquando pul
monis:Iudæus.Potio confortans cor, & ducens materias *Potio ... lis ad paſſionẽ cordis.*
à regionibus ſpiritualium, & ab aliis membris mandanti-
bus læſionem ad eum, & liberat à tremore,& omni paſsio
ne cordis, ſi Deo placebit: & cum magna iocunditate
reſpi-

reſpicit membra principalia.℞.myro.citrinorum condito
rum ſecundũ doctrinam noſtram quam ſcire te fecimus,
vbi de eorum poſſe ſcripſimus ℥.iii.agarici electi ʒ.iiii.ſalis
gemmæ ʒ.s.rubar. rauedſe. præparati ʒ.ii.s. turbith ʒ.iii.
tar.vnc.i.gum.dragagan.oppo.ſarcocol.ana ʒ.ii.ſpicæ nar.
drach.i.dictãi ʒ.ii.maſti.myrrhæ electæ: ana dra.i. eorum
apozema eſt.℞. hyſſopi, thymi,ireos,balſamitæ,ſampſuci,
liquiri. macis:an.ʒ.i.cinnamo.gario.ana ʒ.ii.antale hype-
ricon. zedoariæ: ana ʒ.s.aromatizentur cum muſci ʒ.s. &
modico aquæ roſ. præparetur potio ſecundum modum ar-
tis notum, & propinetur in horis electis. Amplius ſcire
oportet,quòd non ſemper occurrunt medicamina præpara
ta: nec res terminum dant longum maxime cum ipſi infir-
mi ſint cum ſyncopi apparente. tunc enim ſtudium eſt in
confortando cum rebus cordialibus odoriferis, & conuer-
tere materiam ac membra diſtantia cum frictionibus liga-
Remediũ facile & excellens ad ſyncopim. tionibus in extremis doloroſis,& uentoſis ſub geniculis.Et
dare apud talem caſum flores caducos nucis redactos in
puluerem cum liquore calido, uino uel aqua ſecundum ne-
ceſsitatem eſt medicamen, quod conſequitur ſuam uirtutẽ
à maiori & nobiliori natura,& liberat una hora à ſyncopi,
ſi Deus uoluerit. Singularia paſsionum baſis medicami-
na, & quorumcunq; membrorum humanum organum nar-
rare non poteſt. Et uos iam ſciuiſtis, quòd ſcire ad igno-
rare paruam habet æquipollentiam, & ſciuiſtis etiam, ꝙ
ſolertia ſtudentium ingenioſa non eſt una omnino, immo
diſſonant, & obuij in multis tractatibus permanent, huius
enim mens illius ligamenti obuia eſt hæc potentia forma-
rum & ſpecierum receptiua aliud actu conſumat quam illa:
uis enim eorum ueriorem eliget opinionem cum uerum à
ſolo organo Spiritus ſancti germinetur, & abũdet,& quod
in noſtris intellectibus inuenitur ab ordine maioris guber-
nationis illud conſequimur: quod enim magis participat
nobiliorem perfectionem,comparatur ad illud quod mi-
nus participat, ſicut actus ad potentiã,& agens ad patiẽs,
ut luna gratia ſolis comparatur ad multas,& ſic anima intel
lectiua propter conſecutionem, & affinitatem quam ſorti-
tur à natura angelica, comparatur ad communem naturã
ſecundum genus efficiens in mundo:quod eſt natura ange-
lica omnium generum nobiliſsimũ: quia de ordine diuinæ
gubernationis,& ſcientiæ inenarrabilis, & incomprehenſi
bilis:ſine cuius irradiatione tenebræ ſunt, & deficit omnis
intelligentia,& omnis eloquentia analogica,& allegorica:
& ultima comparatio naturæ ab intelligentiis eſt: & quin-
ta eſſentia ad primam materiam generabilium compara-
tur:à cuius aſpectu dicimus uirtutem ſingularem ſupra na-
Optimum conſilium pro medicis. turam.Propterea ò tu curam corporũ gerẽs Deum in cun-
ctis præpone:& omnia tua principia ab eo incohent: & ne
terearis eum præponere,& te poſtponere, ſciens quòd tua
ſcientia non eſt ſcire,non eſt finita,nõ eſt perfecta,niſi quã-
tum ab eo perficitur.time eum,& cuncta experieris ſecure,
& ſit maior cautela capacitate tua,ut nos deuies à recto ul-
lis precibus,uel precio,uel odio,uel amore.Scis nãq; quòd
ſoli Deo eſt notum confirmare hominẽ,& hic heu,illic uæ,
uehementius tibi parantur,nec opprimes inopes ſalario,
nec ingenioſius nobilium curam impotentium cura porta-
bis.Amplius non dilatetur cor tuum diffuſa laude,& præco
nizata apud multos,ne auertat à te Deus gratiã ſuam: quo-
niam ſua intereſt ſanare non medici:& naturæ eſt rectifica-
re,non medici.tui non eſt,niſi naturæ conuenientia, & ne-
ceſſaria porrigere:nec ponas odium in anima tua aduerſus
Medicamen bonũ ad cor. medicos,hoc.n.à Deo ſeparat. Vgo.medicamen confortãs
cor,& ſubueniens ſyncopi.℞.macis,cardamomi, cubebarũ
aniſi,ana ʒ.ii.ambræ,margaritarum:an.ʒ.iiii.camphoræ tri.
i.zinzibe.ʒ.ii.galangę, ſpodii,cappa.an.ʒ.iii.maſtiches ℥.s.
Trochiſ. optimi ad paſsiones cordis. muſci ʒ.i.zucchari lib.i.s.doſis ʒ.i.vſq; ad ii.Confectio tro-
chiſ. expertorum iuuamentorum qui paſsiones cordis pati
conſueuerunt, educit enim materiam alienam in corde, &
ſanat ab huiuſmodi languoribus ſi Deo placet, & facit ægri
tudinibus ſine materia:& cum materia, & reſpicit matricẽ
malitioſam, & ſtomachum corruptum. ℞. florũ roriſmarini
pœoniæ,betonicæ,ariſtolochiæ longę & rotundę,dictamni
lilifagi,euphragiæ: ana ʒ.s.baccarum lauri, piperis albi &
longi, cardamomi, galangæ,macis, zinzibe. ſandalorum,

A ſpodii, papaueris albi, portulacæ, roſ.acori. corallorum:
ana ʒ.ii.opii thebaici, myrrhæ:croci:ana ʒ.i.limaturæ auri
ʒ.i.muſci tr.i.balſami, ſucci granatorum,mellis: ana ʒ.iiii.
mannæ, diagridii, maſtiches: ita quod horum trium fiat u-
num corpus:an.ʒ.iiii.agarici fœminini ℥.s.ſalis gemmæ ʒ.
i.confice cum aceto ſquillitico quemlibet unius ʒ. Doſis à
ʒ.i.uſque ad iii. cum aqua ſauinæ, cõtra malas diſpoſitiones
matricis cum aqua balſamitæ,arthemiſiæ, & modico man-
dragoræ. Electarium nobile pro magnatibus:& aſſumitur *Electariũ nobile ad cor.*
omni tempore & omni hora,& facit ad confortationem to
tius naturæ:& reſpicit omnia membra languida, ſtomachũ
confortat multum,& præbet audaciam timidis, & præſer-
uat à ſyncopi ſi Deo placet. ℞. ſpodii,ſeminis rutæ,cappa
rum,laccæ,corallorum,galan.macis,gario.cubebarum, ani
ſi,maſtiches,euphragiæ:ana ʒ.ii.muſci ʒ.s.pinearum mun-
datarum,amygdalarum dulcium,ſeminum communiũ mun
datorũ:an.ʒ.iii.margaritarũ,ambræ,ſapphiri,hyacinthi:an.
ʒ.iiii.balſami ʒ.i.mellis ℥.i.papaueris albi ʒ.ii.ſandalorum,
ſeminis endiuiæ:ana ʒ.iii.confice cum aqua roſ. ſucco gra-
B natorum,& zucchari duri,partes eorum miſcendo æquales
bulliant ebullitione debita,& fiat confectio electarii ſecun
dum,quod notum eſt in arte.

Sermo de unctionibus. Cap. 2.

INcipiamus protelare ſermones de unctionibus ſubue-
nientibus pulſui debilitante tremore,& ſyncopi ſi Deo
placet. Sed ſcire oportet, quòd ultimitas ſyncopis eſt
extinctio caloris & mors:hæc accidentia comparantur
inter ſe non aliter,niſi ut debile, & forte, cum autem for-
tia ſunt, ut imprimant uehementius, & uincant ultimata
uictoria ſupra naturam,ita ut abſcindatur uirtus & cor ui-
tæ,ita ut extinguatur ſpiritus in minera, ſunt cauſa mortis
præſuccurrere ergo oportet priuſquam imprimant, et uin-
cant uictoria ultimata. Aliquando.n.(ut uidiſtis)quòd ro-
buſti & ſine languore uidentur,accidit caſus uirtutum, &
ſubito moriuntur,& ignoratis cauſam.fuit hoc ſoli Deo no
tum,& naturæ propriæ: quoniam nulla apparuit cauſa co-
gnita medico. his autem ſubuenire non eſt medici,nec me
C dicinarum poſſe,ſed glorioſiſsimi,& excelſi eſt omnium lan
guorum ſanare paſsiones. Sermones inunctionis ſpinæ cre
do antiquos,& peritos philoſophorum traditionem & me
moriam,& laudem tanti beneficii.naturæ occultaſſe, cum
eius ueſtigium in eorum tractatibus ſit abſciſſum, & eſt de
elegantioribus iuuamentis præſeruans ſubiectum uitæ. Et
ſciuiſti quòd principium oſsium,& neruorum eſt nucha. & *Suppoſitum.*
generatur à cerebro,& ſpina eſt platea publica arteriarum
neruorum,ſpirituum, & uirtutum: & lectus ſpiritualium
membrorum, & continet medullam ueræ humiditatis: ſic
.n.aggregabis multas bonas intentiones,confortabis enim
ſubſtantiam uelatiuam & ſubſtantiam ſpiritualẽ,& neruos,
& oſſa uniuerſa ſubueniens paralyſi,& omnibus neruorum
ægritudinibus, ſaluti cordis,& tremori, laſsitudini ſubue-
nit manifeſte, & eſt medicamen omnium medicamentorũ
in celeri cordis confortatione.Modus confectionis eſt.℞. *Balſamus artificiatus*
myrrhæ electæ,aloes hepaticæ, ſpicæ nardi, ſanguinis dra-
co.thuris, mumiæ,opo.bdellii,carpo.armo.ſarco.croci,ma
ſtiches,gummi arabici,gummi ſtyracis liquidę:ana ʒ.ii la-
D dani,electi,ſucci caſtorei ʒ.ii.s. muſci ʒ.s.terebinthinæ ad
pondus omnium.miſce omnia hæc,& pulueriza pulverizan
da cũ terebinthina:& pone hoc totum in alembico,& inge
nioſe diſtilla.eſt.n.ars ſicut de aqua roſ.liquorem autem per
diſtillationem ſublimatum ſuſcipe in uaſe uitreo forti, uici
natur.n.balſamo & ſm hanc uiam ſubtiliſsimi ſophiſtarum
adulterant balſamum, ſed eſt modus nobiliſsimus modo-
rum. Et ſi ungantur eo corpora cadauerum,non patiuntur
putrefactionem in eis:& cum uolueris confortare corpora
extenuata, temperabis eum cum aqua roſ.ungendo ex eo
ſuper baſis manſionibus,& à nucha uſque ad renes. Et ſi ex *Vtilitates præſentis balſami.*
eo ante horam paroxyſmorum modicum tepefacto unga-
tur ſpina relinquendo ſuper ea ueſtigium eius cum pecia, *Contra rigores.*
repelles rigores erraticarum febrium, & quarumlibet ſim-
plicium febrium.Sed quartanis,& erraticis ſubuenit à prin
cipio ad totum periodum,in ſyncopi quaſi ultimata perun-
cta ſpina, ut eius organum uoce loquatur, ſub lingua in

firmi ex eo parum appones,postea in auribus,& naribus,si
Cōtra epilepsiam.
necessitas urget.Et da ex eo apud necessitatem , puta apud
suffocationem matricis , morbum caducum , & plurimas
passiones basis pondus tr.i.cum uino odorifero.est res con
fortās animam & naturam,& subuenit ad omnia quæ opor
tet.Et proprie assumptum melancholicis , & qui tristantur
in anima,& sunt languidæ uirtutes & membra , ac si essent
contusi,& debilitati bello.hecticis tempera cum oleo rosa
to,aut mastichino,& unge spinam eorum apud balneum ,
& sine balneo. Modus confectionis unguenti,quo si unga-
tur spina , repellit febres phlegmaticas , uel melancholi-
cas,& confert paralysi,& neruorum ægritudinibus.℞.suc-
ci arthemisiæ,succi gallistæ : ana.℥. iiii. baccarum lauri.℥.s.
mastiches.℥.i.olibani.℥.ii. camphoræ tr.i. olei chamæmeli-
ni,olei ros.ana.℥.iiii.ceræ.℥.iii.fiat mistio competens . Vn-
Vnguentū tēperatū utile phthisicis & extenuatis.
ctio temperata restauratiua cōueniens extenuatis,ut hecti-
cis,& phthisicis,& qui ex penuria humorum in cardiacam
incidunt. ℞. olei chamæmelini.& ro:& terebinthinæ, a-
dipis porcini,& arietini:ana.℥.iiii.olibani,mastic.ceræ,an.
℥.ii.mucilaginis hordei,mucilaginis psyllii:ana.℥.i. medul-
læ bouinæ.℥.iiii.olei scorpionis, qui inuenitur apud parie-
tes,& in cauernis lignorum uetustorum lib.s.camphoræ.ʒ.
ii.musci.tr.ii.&.unge ex eo totum corpus hectici apud bal
neum temperato cum duplo ipsius unguēti olei uiolati . Et
ex hoc consequeris duo utilia.Primum,est confortare mē-
bra languida.Secundum humiditates aqueas retinebit diu
tius apud membra inflammata: sic enim extraneam est ex-
tinguere inflammationem,& naturalem restaurare. Et sci-
re oportet quòd administrare balnea apud passiones basis
mundificato corpore,balnea dicimus temperata dulcia pro
prie apud languores matricis,nisi forte materia alia exigat
balnea,& tunc secundum necessitatem,& morbi exigentiā
ea elige:& complexionis malitia est res de intentione hu-
ius curæ.Et ungere spinam bene absterſam post exitum bal
nei uehementius confortat. & balneum apud infirmos de-
biles non laudatur,sæpe enim propter sui affabilitatem as-
sociat sibi unum contrariorum, aut naturam , aut morbum
& non purgatis corporibus balnea prohiberentur,nisi uel-
les eorum materiam quam quærimus expellere,crudam fa-
cere obedientem,& tunc cum cautela prǽsumendum est:&
nōn apud humorem,sed apud hunc humorem.Amplius sci
re oportet,quòd non est intelligere post purgationem cor
poris balneare post opus pharmaci prima die,uel secunda:
quoniam hoc sicut te scire fecimus non est secundum legē.
Medicamē nobile
Medicamen forte repellens inueteratas,& chronicas ægri
tudines,& materias diuersorum morborum cum diuturni-
tate habituatas in membris,quarum incolatu deuenitur ad
prædictas passiones.attrahit à remotis, subuenit uniuersis
ægritudinibus neruorum,sanat epilepticos, si Deo placet :
& cum præuisione uideto cui des.℞.colocynthidos electę,
ladani,aga.turb.hermod. ana.ʒ. iiii. diagridii cocti , masti-
ches:ana.℥.vi.zinzib.ʒ.ii.reubar.℥.i.spicæ nardi . ʒ.i.armo.
assæ fœtidæ,sarcocol.opo.euphor.an.ʒ.ii. mezereon . ʒ.ii.
mannæ,tereniabin:ana.℥.i.macis,muschi,spodii , galangæ ,
gariophyllorum:ana.ʒ.i.confice cum squillitico.Dosis à.ʒ.
Pilulæ ad multas passiones utiles.
i.usq; ad.iii.Pilulæ fideles cōtra multas passiones corporis
proprie membrorum principalium, & aliorum nutritionis
& earū usus continuus præseruat à syncopi,& tremore, re-
cipiuntur omni tempore,quando itur dormitum :& præser
uant à multis periculis futuris: & uiuere hominem incolu-
men faciunt.℞.mastiches,myrrhæ electe:an.ʒ.ii.sanguinis
draco.ʒ.ii.muschi.ʒ.s.aloes boni.℥.i.confice com succo ru-
tæ.Dosis sit usq; ad.vii.Et si uolueris ex eis laxare:adde aga
rici fœminini,diagridii recentis:ana.ʒ.i.

De syncopi. Cap. 3.

Quid sit syncopis.
Syncopis est casus uirtutis subito factus. Et fit secundū
unum duorum modorum,aut secundum actum ultima
tum,& tunc est mors;aut quantum ad habitum, & quā
do destruuntur uirtutes in membris , & nihil remansit
de illis,& tunc est mors illius mēbri:& si fuerit in toto cor-
pore,est mors totius indiuidui. Sed prætermissis omnibus
defectionibus quæ sunt mortales , de illa quæ mortalis non
est,sermonem afferamus.Defectionum enim quędam est ca
sus uirtutis releuabilis,& bonum est hic edocere ut inno-
E tescat hæc & illa.& quare & qualiter uirtus subito cadat:fit
Casus uirtutis fit secūdū trium modorum. Prim' modus.
que illud secundum unum trium,aut quatuor modorū.Aut
propter multitudinem materiæ diffusæ in uiis spiritus gene
rantis prohibitam respirationem ipsius delationis ad mem
bra propter oppilationem uentriculorum uirtutum anima
lium,& spiritualium à diffusa materia factam& talis synco
pis est idem cum apoplexia, sicut dixit Gale.deficit motus
omnium membrorum:quia uiæ spiritus, & uirtutum moti-
uarum clausæ sunt,& occupatæ multitudine materiæ.quare
aliud capere non possunt occupatione permanente. & sci-
re oportet,quòd subito , & immediate accedit casus uirtu-
tum generaliter propter prohibitionem motus spiritus ad
membra uniuersa,& tunc fit uirtutum congregatio ad radi
cem,& extrema relinquuntur expoliata colore, propterea
frigus in extremis,& æstuatio naturæ sentitiuæ magna ap-
paret:prohibitionis autem spiritus ad suum motum unius
trium modorum est causa,quorum scientiā iam incepimus,
Secundus modus.
& primum modorum posuimus . Secunda est conculcatio
spiritus circa cor,& contingit proprie in timore,tūc enim
F spiritus extrema non regit,propterea quod priuatus,& cō
culcatus ē in corde,& hoc magis mulieribus,& natura pro
prie frigidis ab innato,& terribilibus,& non consuetis ter
Tertius modus.
roribus accidit. Tertia prohibita respiratio proprie actio-
nis spiritus ad suos motus consuetos propter defectionem
quantitatis suiipsius,sicut uidisti in fluxu sanguinis immode
rato,& accidit illud apud phlebotomatos quando exube-
rat fluxus pręter modum:sanguinis fluxus undecunque exu
berat,animæ grauat officia,& spiritus extinguit ardorem:
simul cum eo labitur spiritus,quia mansio spirituum in san
Alii modi quib. syncopis fit potest.
guine circunscribitur.Amplius scire oportet, quòd non so
lum sanguinis emanatio,immo quælibet illicita euacuatio
num hoc operatur:etiam ultima ieiunia spiritum attenuāt.
Et scire oportet,ꝙ in ultima euacuatione spirituum . ita ꝙ
pars relicta non sufficit ad regendum sustētationem corpo
ris ſm quā artem nullus audeat mediocrium euacuationes
ultimare.Tolerabilius erit iterare & iterare, quā ultra de-
bitum modum in euacuationibus in præiudiciū naturæ ef-
frænitare:tunc & syncopis irreleuabilis:quando autē tantū
G remansit delatoris partis, quod sufficit ad regimē corporis
quāquàm damnosum,est syncopis releuabilis. Simile est in
opposito modo:quando enim delatores priuantur ad suos
motus,quia omnium semitatum,& uiarū uestigia sunt pri-
uata,& facta est tanta oppilatio uentriculorum,& fontium
cerebri usq; ad substantiam spiritualem diffusi sunt humo-
res,& mortuus est sensus fere & motus:tunc omnino est ir
releuabilis , in medio modorum est semper quasi releuabi-
lis.Amplius scire oportet,ꝙ multis aliis modis syncopis ac
cidit,quorum quidam sunt ignoti,sicut te scire fecimus:ra
pitur enim multoties à partibus pulmonis materia perip
neumonica subito ad basim,& continuo interficit talis syn-
copis.Similiter & ab aliis partibus ꝓpinquis,& possibile
est quod per occultos ductus distillet aliquid frandulēti hu
moris à cerebro ad basim,& fiat syncopis pernitiosa, si pe
cutiat substantiam spiritualem : aut tremor qui transit per
partes propinquissimas basi,& non est pernitiosa . & acci
dit potissime damnosissima syncopis ei,qui ducitur ad sum
ptū mortiferi in cibis & potibus,& credo succurri potuit.
H Quādo autem tamen imprimitur,& ultimata uincit uicto
ria , quòd nulla ualent suffragia , congregantur sæpe huius
modi accidentia mulieribus per resudationem humorum
à matrice aduersus spiritualia habētium semitam, & anima
les uirtutes,& huius intentionis curam scire te fecimus,&
signabimus , si Deo placet , cum de iuuamentis passionum
matricis legemus.Amplius scire oportet, quòd non minus
fixa malitia stomachi quam matricis malitia hoc continge
re potest:& te oportet has singulas uias,& uestigia singulo
rum modorum bene sentire.aliter enim & aliter medicari
oportet super hoc,uel huiusmodi accidentibus timorosis :
sine omni dilatione succurrendum est,& omne genus curæ
illico administrandum. Dilatio enim ducit ad mortem:nul
lam enim recipiunt tarditatem . Curam huius passionis iā
signauimus in uniuersali canone passionū , & est simillima
curis passionum membrorum creantium hanc passionem :
maxime quantum ad radicem protenderetur super hoc ser
mo

mo tędiosus si uellemus res assumere singulorum modorū
curæ ad mitigationem,quoniam in nostra summa Deo du-
ce de passione omnium membrorum,& iuuamentis eorum
protelabimus.Restat igitur confortare basim : consequēter
scire membrum mandans,& repellere eius residuum ipsum
que confortare , & rectificare & procedere in huiusmodi
terroribus secundum doctrinam practicæ limitatæ . & tibi
in sermone probabo de passionibus basis.Dei gratia.In car
diaca ex melancholia dare aquam lactis in qua resoluti sint
mirobalani, & epithymum est medicamen ualde dilectū in
mania,& omni morbo melancholico.

De tumoribus mammillarum. Ca. 4.

Tumor mammillarum fit secūdum plurimum ex lacte
corrupto in eis:& tunc iube apponi mollificantia, &
resoluentia, ut fiat resolutio prohibitæ resolutionis
factæ, & manda si exuberet lac apponi catulos par-
uos ad sugendum. Vtere exterius euaporatiuis intrinsecus
Cataplasma utile ad tumorē mamillarū. Aliud ad idē Vnguentum ad idem. Aliud ad idem.
oppositis. Cataplasma utile resoluens tumorem māmillarū
à corruptione lactis.℞.farinæ,seminis lini,farinæ lentium,
tempera cum oleo rosa.& croco.Aliud Inain . ℞. marrhu-
bii,ebulorum,foliorum papaueris albi,absinthii, rutæ , cu-
scutæ , & tepida appone. Dioscorides . ℞. olibani se.ab-
sinthii,mastiches,farinæ lentium : an.ʒ.iii. ceræ.ʒ. iiii. olei
rosa.ʒ.vi.fac unguentum,& unge . Aliud. Oua cum oleo
ro.mitigant dolorem,& sedant tumorem. Si autem tumor
mammillarum ex inflammatione sanguinis,aut choleræ fue
rit,tunc est occupari circa refrigerationē corporis: & ape-
rire saphenas est præcipuum:& magnificum in dispositione
hac est distrahere materiam : & si forte accidebat uitio ma-
tricis,est cura prima linimentum refrigerans ardorem mā-
millarum,extinguens acumen,& delens humorem.℞. succi
semperuiuæ,succi solathri, albuminis ouorum , & olei ros.
ana pondus unum, nunc frigidum , nunc tepidum appone .
Aliud ad idem.
Aliud contra humores calidos . Lini prius locum tumentē
cum albumine ouorum , & oleo rosaceo partes eorum mi-
scendo æquales:postea superasperge puluerem nitri subti-
lissimum, & iterum superpone tota submersa in eodem li-
quore.Amplius scire oportet,quod post saphenam oportet
aperire basilicam,puta si acumen humorum sit ualde super-
bum in quanto & quali.conuertimus tunc regimen in tali
occupatione ad ea , quæ sunt posita iuxta latus frigiditatis
& humiditatis , & purgamus humorem suspectum medici-
na temperata respiciente hoc complexione , & proprieta-
te,si necessitas urget purgandi . & si deueniatur ad corru-
ptionem ad illud quod est manuale.hoc illorum est, qui chi
rurgia sunt instructi, & non inficiam summam meam huius
uestigii,quod ad mechanicam spectat operationem. Et si
ex frigore frigidis humoribus tumores accidunt in mam-
millis,adhibę farinam fœnugræci cum succo apii & ebulo-
rum commistam. Aliud .℞.fimi bouini recentis , & caprini:
Aliud ad idem. Vnguentū contra ardores.
an.℥.ii.suc.marrhubii,succi ebulorum,fæcis aceti: an.℥.i.mi
sce & superpone calidum.Ioannitius cōtra uiuos ardores ,
& rubicundos,temperat.n.eos, & occidit audaciam eorū .
℞.mucilaginis psyllii,aceti,olei ros.olei uiolati:ana pōdus.
i.opii,camphoræ:ana tro . i. fiat omnium mistio cum farina
hordei,& albumine ouorum.

Sectionis primæ Summa tertia De ægritudinibus membrorum nutritionis. Prologus.

Dictorum recapitulatio.
Protelauimus hucusq; de ægritudinibus
membrorum animalium & spiritua-
lium , & posuimus modos curatio-
num ægritudinum , quæ possunt eue-
nire ipsis membris,& iuuamenta mem-
brorum communia,& propria secundū
scientiam & inuentionem peritorū phi
losophorum, & quæ uetustissimi medici sunt experimento
experti,liquida fecimus, & scripsimus illud secundum artē
nostram,secundum quod gloriosissimo , & excelso meū or-
ganum placuit eructare.ab ipso.n. emanat omnis scientia :
ipse de largitate sua medicinam produxit , & medicum ue-
lut naturæ refugium creauit , pluat super intelligētiam ros
ueræ huius scientiæ ueritatis,ab illo, qui non improperat ,
A cum exhibeat omnibus affluenter.Volumus autem nūc pri
Intentio noua.
mæ sectionis summam tertiam de ęgritudinis membrorum
nutritionis principiare , & significare modos curæ cuiusq;
ægritudinis membrorum , & aggregare huic intētioni res
necessarias.Auxiliatorem igitur petamus Deum,à quo cun
cta respirant,& à quo nostræ omnes gratiæ prodeunt . Re-
pleat igitur spiritus Dei mēte nostram, qui sit benedictus ,
Inuocatio.
ut res medicinarum aduersus indigentiam incolumitate
plenas,sua gratia ponere non deficiat.

De dolore stomachi. Cap. 1.

Dolor in stomacho uehemens indiget quandoq; blan
dimento.cura autem blandiens est cura non nota:
ut stupefacere apud uehementem dolorem ipsius,&
pulsationem,& hoc raro facimus,est.n. mendosum ,
nisi ultimata uictoria dolor prosternat uirtutem, tunc.n.ue
lut minus malum illud administramus . Nos uero in
primis incolumitatis largitorem inuocemus, ut de suæ cle-
mentiæ abundantia ipsam egenti sperantique annuat sanita
tem.Afferamus etiam ad hunc locum ex medicinis cœlesti
B uirtute dotatis,ut infirmorum anxietas abbreuietur. & cu
ra eius indiget obseruatione regiminum omnino , sicut in
capitulo hemicraneæ de genere uehementium dolorum si-
gnificauimus . & est huius intentionis præcipuum conuer-
tere regimen ad ea,quę laudabilium chymorum sunt alimē
ta,& est hoc regimen laudabile in generibus rerum sex. Se
cunda res est sine dilatione occupari aduersus accidentia ,
quæ sunt uehementia.Tertia res est confortare aduersus ac
cidentia,& coadunare uirtutem stomachi . Quarta res est
repellere materiam lædentem ad oppositum . Quinta res
est rectificare membrum mādans: & habetur super hoc ma
gis suspectum hepar.Amplius scire oportet, quod fiunt lan
guores eius aliquando absque materia à malitia cōplexio-
nis.Dixit Hippo.quod complexionis malitia infixa, & mā-
siua dolorem nō efficit:dolor est rei contrarię contrarieta-
tem sentire. Quando autem ,quę fuerat principalis,& ma
xime membri complexio,rei contrarię aduētu desolata est:
& quæ prius fuerat extranea, facta est , ac si esset principa-
lis,dolorem non facit uehementer , quid enim in eodem si-
C bi inuicem obuiabit:Actio.n.non uertitur nisi inter contra
ria,deficit bellum,& litigatio, altero inimicorum iam mor
tuo:& huius intentionis cura primum est alterare comple-
xionem, quæ fuerat aliena,post illud confortare. Primam
rem complent abstinentia cibi & potus, uehementia dolo-
ris perseuerante,& cibi, & potus subtiles styptici odorife-
ri,ut confortēt, & laudabiles chymos in corpore generēt ,
sed in eorum electione apud qualitatem non loquimur ne-
cessario.Prius autem scire oportet humores qualitatū pec-
cantium siue phlegma,siue cholera materiæ lāguorum exi-
stant, aut apostema in stomacho factum . Etiam scias post
scientiam qualitatis regimen cibi & potus exigere conue-
niens,& non negligas regimen confortatiuum proprie cō
plexionis stomachi , maxime post sedationem languorum
eius.Secundam rem complent sedantia uehementes dolo-
res,& nuncupatur in hac dispositione dolor, ægritudo,quo
niam absque medico à sua materia prodiit:necnon & acci-
dens:cum uehementius ultimatur, & producit quasi ad ue-
stigium syncopis. Vomitus autem non est accidens cui ob-
D uiemus:dummodo eius impetus non excedat debitam eua-
cuationem:& tunc eius curam significabimus, si Deo place
bit. Et scire oportet, quod uomitus electus est de intentio
ne principali omnium rerum curæ doloris stomachi, est.n.
regio conueniens,& apta huiusmodi euacuationi concaui
tatis magnæ.Inquit Hippo. materia quam euacuare opor-
Primæ aphorismorum. 21.
tet repellenda est per regionem ad quam magis declinare
uidentur. Est.n.uomitus conueniens ex maxime sedātibus
dolorem stomachi:potissimum quando retentio cibi,& po
tus dolorem in eo causabat, & ei opponuntur in quantita-
te,& huius etiam occupationis sunt ænemata. Post illud si
dolor adhuc operationes fortiter lędat,balnea administrē-
tur.Est.n.caloris opus dolores sedare,dispergit.n.grossam
Qualiter balnea sedant ultimos dolores.
materiam , & subtilem aliquando per quandam euacuatio-
nem, & resudationis lambentiam annihilat & emplastra cō
uenientia,& appositio uentosarum sunt huius rei consum-
matiua.Tertiam rem complent confortantia animā stoma-
chi ,

chi,& eius naturam,& sunt hæc res cordiales, & cibi subtiles boni chymi, & appositio alicuius rei conseruantis in eo calorem,de quorum summa est myrrha, mastiche proprie mista cum oleo myrtino,& chamæmeli,& cibi aggregantes,& coadunantes stomachi partes laxas, sicut sunt cibi proprie acetositatis,& ex aromaticis stypticis rebus cõdiantur,sicut asari,mumia,segebes, & similia. Et sit eorum exhibitio paucę quantitatis perueniendo ad gradum usque ad id cuius administrationi stomachus cõsueuit.Et ne prætereas quin cadat in cibis eorum,& iuribus mentha,& succus agrestæ,& succus granatorũ,& sumach, & species aromaticorum:& cydonia condita sunt dilecta,& similia. Potus autem eorum uinum odoriferum subtile, & lene decentis mistionis cum aqua solis irradiata parum radiis cui superponatur parum aquæ rosa.& uitet aquam frigidam ueri frigoris.depauperat enim in eo caloré. Calida uero stomachum mollificat,& eius disgregat uirtutes. & electio cibi & potus, paucitas eorum quies, aer præparatus ad temperamentum,somnus, & gaudium delitiæ sunt ex rebus cõfortantibus stomachum,& totum corpus restituentibus ipsum suæ naturæ:& si tantum exuberat quòd perducat ad hecticam stomachi:tunc est occupari,nunc circa administrationem rerum humectantium,nunc restaurantium corpus, nunc temperantium uirtutes ex his, quæ diximus, & dicemus,si Deo placebit.Quartam rem cõplent repellentia materiam,quæ est mater ægritudinum stomachi, & acquiritur horum sciẽtia,aut si est phlegma,aut si est cholera,aut grossa uentositas. Et nos non possumus medicamina intentionis necessariæ contra stomachi languores diffinitiue significare præter quædam, quorum opus non est à complexione, neq; substantia proprie, sed opponitur ægritudinibus à substantia intelligibili.& alia quorum interest hoc membrum respicere magis quàm illud.Et hoc scire uidetur uersari circa speciem.& uos scitis,quoniam scientia medicinę circa hunc hominem,& non hominẽ uersatur.Medicamen quod hunc morbũ destruit alteri morbo cui similis uidetur uires addit. Sunt enim diuersæ hominum complexiones, & operationi subiectæ.Quis enim medicorum omnia,quæ requiruntur ad ueram curam,aspectum,naturam, temporũ diuersitatem, regionũ, causam morbi,complexionem propriam,quam conseruare,& non alterare medicum oportet ætatem quæ de uinculo complexionis est, consuetudinem quæ natura inductu temporis longissimo efficitur, inuestigabit sine parte diuinæ clementiæ? Rogo igitur Deũ largitorem sanitatis,ut ipse annuat inter medicamina tibi eligere fideliora:& proprie contra ægritudinem, cuius curã suscepisti,& impleat animam tuam:quia uniuersa huius scientiæ uolumina relegisti.Medicinæ autem stomachum respicientes sunt proprie, quæ materias quibus obuiãt à stomacho,& intestinis educunt.materierum quæ habitant in stomacho,& intestinis omnium euacuandarum facilior est eductio de quarum summa sunt mirobalani,aloe lotum,& agaricus,& alia quorũ memoriam in hoc sermone (si Deo placet) dicemus.Quintam rem complent corrigẽtia,& rectificantia hepar,splenem,& matricem, habent enim quendam concursum ad stomachum.Dixit Hippoc. uidisse quẽdam cuius physionomia testificabatur illum esse phlegmaticum uomentem sæpe choleram:quia semita à stomacho ad hepar signata non erat angusta:immo ampla,& spatiosa,& respicientia hæc membra scire te fecimus in capitulis eorũ de quorum collegio est rhabarbarum,lacca,spodium,spica, eupatorium cassia ligna,tamarindi, myrobal.cappa.& similia.Hippocr. medicina respiciens stomachum confortans totam eius uirtutem,& fugat dolores factos in eo, & digestionem accelerat.℞.galangæ,masti.ligni al.cinnamo.sem. myrti.ana.ʒ.iii.eufragiæ,anisi.ana.℥.s. zingi. ʒ.i. corticum fisticorum exteriorum olibani,rosarum, ana.ʒ.ii.spicæ.ʒ.i.s.salis gemmæ.ʒ.iii.zucchari administrati cum aqua rosarũ li.ii.dosis,a.ʒ.i.usq; ad.ii.& ante cibũ, & post sumit. Hippo.medicamen cõtra frigidos & uiscosos humores,& grossos sepultos:& est conueniens senibus proprie in hyeme in uillis stomachi.℞.baccarum lauri,anisi,an.℥.i. pyrethri ultramarini,zingi.galangæ,ana.ʒ.iiii.masti.myrrhæ,ana.ʒ.ii. mellis,li.i.aceti.℥.i.Dosis,an.ʒ.i.usq; ad. iii. & est fortis o-

Documentum.

medicamẽtum stõm. cõfortans

E perationis contra dolorem,& est factum causa uẽtris.Gal. Medicamen ualens ad infirmitates stomachi frigidi, & ad dolores fortes uentris.℞.triũ piperum,spicæ nardi, zingi. rosarum florum chamæ.squinanthi,centaureæ, aristol.rot. ana.ʒ.vi. ligni al.℥.ii. conficiantur cum melle in quo cocta sunt masti.myrrha,& gario. Aliud ex arte nostra fidele, & expertum contra malitiam stomachi, & cerebri causatam à stomacho generaliter. subuenit omnibus passionibus stomachi,quoniam respicit ipsum à proprietate nobili.℞.corticis exterioris fisticorum,seminis pæoniæ,mastiches,myrrhæ,olibani,ligni aloes,spicę nardi,ana.ʒ.ii.corallorum ad pondus omnium rerum: confice cum zuccharo temperato cũ myrrha,& ros.Dosis an.ʒ.i.usq; ad.ii.ieiuno stomacho. Dioscorides.aristolochia rotunda stomachum confortat, & omnem putredinem ab eo separat:& si fuerit in eo apostema sanat,& eius permistio laudabilis est cum aqua rosata corallo,& myrrha:& subuenit hoc medicamen caducis. Aliud confortans stomachum, & est pro magnatibus cõtra morbos uentositatum grossarum, & eructuationem acetosam,procurat digestionẽ. F ℞.gariophil.galangæ,ligni aloes ana.ʒ.iiii.macis cheisim,an.ʒ.ii.zingibe.macropiperis,cinnamo.piperis albi,an.ʒ.i.s.zucchari,calamenthi:mẽthæ siccæ,spicæ heil.se.apii,fœniculi,anisi,carui, & calami aromatici,ana.ʒ.i.s.zucchari tabarzet.℥.x.mellis dispumati quod sufficit.dosis ana.ʒ.i.usque ad aur.i.Aliud medicamen conferens ad dolorem stomachi,& hepatis remouẽs ab eis putredinem à caliditate,& acuitate cholerę citrinæ faciẽs digerere cibum, & est ex conferentibus, & confortantibus stomachum & hepar debilia.℞.rosa.rub.ʒ.x trochis.diarodon trochisci de spodio,liquiritiæ,ana drac.iiii.gariophyl. calami aromatici,& spodii,mastiches,ligni aloes,ana drac. ii.trium sanda.drac.iii.asari spicæ,mus.macis,cardamo.portulac.lactucæ,scariolæ,sem.communium, albarum margaritarum cum fœnugræco,rasuræ eboris,& dragacan.gummi arabici,ana drach.i.s.camphoræ,drach.s.musci,drach.i.sextam.cõfice cum syrupo rosato,& aqua rosata. Dosis,unc.s. Aliud medicamen conferens stomacho debili anxiato: cuius dispositio maturat ad hecticam, & rectificat hepar, & G chistim fellis, & calefactis subuenit ictericis phthisicis cum febre,& sine febre,cuius permistio hæc est. Recipe foliorum rosa. rub.camphoræ, cinnamomi sublimati, & electi gariophyl.trochis.sanda.portula.an.drach.iii.suc. chelidoniæ, suc.absinthii,succi hepaticę præparatorum,an.dra. iiii.rhabarbari electissimi,drac.iii.spicæ nardi,drach.i.uini albi,& odoriferi,drach.i.trochis.de spodio trochis. diarodon.tro.de eupatorio, ana drach.iiii. granorum coriandri infusorum in aceto,& torrefactorum,balaustię, berbe.succi sumach. succi liquiritiæ ana drachmam unam liquiritiæ, drachm.iii.dragacan.drach.ii.corallorum,pæoniæ, ligni aloes,mastic.ana drach.iiii.seminum communium, drach.ii. confice cum syrupo recipiente succi granatorum,succi pomorum citrinum,succi citrangulorum,succi portula.sed loco succi pone semen eius,ana.lib.s. & fiat syrupus cum prædictis succis zucchari,lib.iii.s. Dosis,an.ʒ.i.usque ad aure. iii. Et est mirabile,quòd si masticet ieiunio stomacho cœpe album in dolore stomachi grosso præter febrem illo die dolorem æger non sentiet.Et puluis florum celesi datus cũ calida una hora liberat à doloribus stomachi. Medicamen H ex inuentione nostra,cuius uirtutem,& nobilem experientiam nullum transcendit medicamen:sanat omnes languores stomachi, si Deus uoluerit, siue sint à malitia complexionis,sine materia,siue cũ materia, digestiuam confortat,appetitiuam irritat,retentiuam uigorat,necnon expulsionẽ auxiliatur.Symptomaticos fluxus ab indigestione natos,siue superiores,siue inferiores emendat, & totum stomachum proprie naturæ restituit. Recipe mastiches, ligni aloes, myrrhæ electæ,cinnamomi,anisi,ana.ʒ.v. corticum exteriorum fisticorum, gariophyllorum, spicænardi, ana drach.iii.eufragiæ, unc.s. corallorum alborum, & rubeorum partes miscendo æquales ad pondus omnium rerũ zucchari quod sufficit.

De

De medicinis materiam à stomacho repellentibus,& abstergentibus,ac uillos eius mundificantibus. Cap. 2.

Dicamus modo medicinas: quarum proprietas est repellere materiam lædentem ab eo, & abstergere parietes stomachi,& mundare uillos eius ab omni superfluo de quarum secta est aloe bonum,lotũ, & præparatum secundum artem nostram: & agaricus fœmina, & myroba.& rhabarbarum rauedsceni, & thus,& his similia. Et acquirimus ei proprietatem laudabilem, & facimus eas eductiuas humorum, quorum non erat per se uigoratio facta per artem,facit acquirere alias proprietates nobiles,& consequitur quasi naturam. Filius Zachariæ. Medicina experta repellens putredinem à stomacho, & est eductiua humorum phlegmaticorum,& choleræ grossæ. Recip.myrobalano.citrinorum infusorum in aqua rosa.℥.ii.sem. portula.drach.ii.agarici,drach.iii.salis gemmæ,drach. i. s. aloes bonæ,vnc.ii.fiat confectio cum syrupo granatorum:& myrrhę.Dosis,ana drach.i.usq; ad iii.Iudæus. pilulæ efficacissimæ cõtra stomachi,cerebri uiscerum, neruorum uitia,educunt humores uiscosos à stomacho,& intestinis,& trahunt à remotis, mundificant instrumenta sensuum, & membra nutritionis,& spiritus,quarum confectio hæc est.Reci.colocynthidos electæ,& purgatæ,& tritæ cum oleo ros. ladani,thuris,ana.℥.i.mastiches,gummi,dragacan.ana.ʒ.iii.ros. rub.ʒ.ii.diagri.præparati.ʒ.i.s.aloes bonæ,ʒ.i.confice cum succo endiuiæ.Dosis,ana.ʒ.iii.usque ad.xi. post cibum quãdo itur dormitum. Nicodemus. pilulæ purgantes stomachum à grossis humoribus abstergentes uillos, & parietes eius proprie ab humoribus conglutinatis in eis, & mirabili iuuamento respiciunt renes & neruos. Rec.turbith.ʒ.i. agarici.ʒ.iiii.salis gemmæ.ʒ.i. zingib.ʒ.iii. sarco. opo. ana. ʒ.ii.mastiches,diagridii cocti,an.ʒ.i. anisi. ʒ.ii. aloes,℥.i.s. confice pilulas cum succo menthæ.Dosis est usque ad.ʒ.i.s. uel.ii. ad plus si ægritudo est noua, & membra tantum nutritionis purgare quærimus, & non alia. Potio mirabilis respiciens stomachum, & hepar cum proprietate mirabili educit à stomacho choleram citrinam,& prasinam,& mũdificat canales hepatis,& chistim fellis.℞. capillorum ueneris,eupatorii,apii,boraginis,scolopendriæ,betonicæ, pyrethri,hepaticæ,ros.uiola.ana.ʒ.i.asari. ʒ.s. spicænardi. ʒ.s. agarici,mastiches,ana.ʒ.ii.seminis portula.anisi.ʒ.i. in quorum decoctione secundũ modum artis resoluantur rhabarbari.ʒ.ii.mannæ,pulpæ,casiæ,tamarindi,zucchari uiol.ro.sicut scis,acori.ʒ.iiii.paret potio.ut scis.Syrupus adæquans materiam calidam lædentem stomachum, & hepar, quam euacuare quærimus ponit eam in necessitate ad expellendum,& confortandum uirtutes stomachi, & remouendum oppilationes.℞.absinthii,fumiterrę,plantagi nis,eupatorii, capillorum uene.polytrichi, zedoariæ,cichoreæ, chelidoniæ,solathri,an.M.s.se.communium,anisi,portu.papaueris albi,an.ʒ.iii.myroba.℥.ii.ro.℥.iii.aceti.℥.iiii. zucchari quãtitatem quam uolueris.Dosis,ab.℥.i.usque ad. iii. cum aqua frigida non ueri frigoris in aurora.Confectio de succo pomorum mirabilis ad confortandum stomachum, & damus ex ea conualescentibus:& his quorũ appetitus sopitus est, alterat malam complexionem stomachi, & confortat substantiam,& tollit dolorem stomachi.℞. succi cydoniorum, succi citrorum,an.li.ii.corticis citri bene decocti,& cõtriti,li.s.succi granatorũ.℥.iii.succi menthæ: succi,sansuci,an. ʒ.iiii.aceti puri,li.i.mellis despumati,li.iiii.zucchari. drac. iiii.bulliant omnia hæc simul mista usq; ad consumptionem ferè succorum,& aceti,cortex præparatus circa finem mittatur,& cum perfecta bullitione bulliat, spumam autem à principio paulatim proiicere incipias, & condiatur in fine cum hoc quod recipit gario.galangę.cinnamomi electi,an. ʒ.ii.macis.ʒ.i.anisi.ʒ.iii.ligni aloes,ʒ.vi.musci.tro.i.& quidam fortius condiunt,& cum pipere al.& cardamomo.Dosis,a.ʒ.i.usq; ad.iii.ante & post cibum. Pilulæ purgantes stomachum ab omni superfluitate humorum,& cerebrum: educunt utranque choleram, & phlegma: & remouent ab eo omnes dolores,& renouãt stomachum ad comedendũ. ℞.absinthii,mastiches,agarici,ana.ʒ.ii. trium myrobala.ʒ. iiii.turbith.ʒ.x.epithymi hortensis,salis indi, ana.℥. ii. pe-

Mũdificãtia stõm.

Aliud medicamẽ expellens putredinẽ à stõ.

Pilulæ ad sto. cere. & intesti. uitia.

Aliæ pilulæ purgantes stõm.

Potio ad stõm, & hepar.

Syrup⁹ cõtra materiam calidam lædẽtẽ stomachum.

confectio de suc.pomorũ confortãs stomachum.

Pilulæ stomachum purgãtes.

A nidiarum.ʒ.iii.hieræpic.ʒ.v.succi ros.ʒ.iiii. diagridii. ʒ ii. fac pilulas cum succo scariolæ.Dosis est.ʒ.ii.Iudæus. pilulæ confortantes stomachum mundificantes caput, & stomachum à cholera corrupta,& omni superfluo humore, & respiciunt hepar,& aperiunt oppilationes, & ualent ad febres antiquas ex humoribus natas, & sanant pruritum, & ulcera,℞.myrobal.citrinorum indorũ, & embli.an. ʒ.iiii. mastic,anisi,succi eupatorii,absinthii.ros.an.ʒ. ii. hieræ. ʒ. xii.succi rosa. ʒ. iii. confice cum suc. apii. & da cum calida aqua.ʒ.ii.Pilulæ præseruantes stomachum ab omni languore,& cerebrum:custodiunt uisum, & omnium sensuum instrumenta,si Deo placet.recipiuntur omni die ii.uel. iii. & melior hora est post cibum quando itur dormitum,Recip. masticis,diagridii bene electi,ana. ʒ.ii. resoluantur in unũ corpus diagridium,& mastiche in pomo aloes electissimę, & sublimatæ.ʒ.x.confice cum succo caulium. dosis est usq; ad.xix.pilulas.

Pilulæ aliæ confortantes,& mũdificantes stõm.

Aliæ pilulæ stomachum prę seruantes.

De emplastris,linimentis,& unctionibus. Ca. 3.

B Scribamus res, quæ administrantur in emplastris linimentis,& unctionibus supra stomachum,& modus earum: & sunt ex necessitate curæ languorem stomachi,aggregant,& coadunant partes stomachi & uirtutes:& caloré ne resoluatur,& exhalet indebite:& destruũt dolores in eo,& conferunt rei uitæ, & est unguentum confortans stomachum frigidum ipsum reddit sobrium ad naturalem suam operationem:facit exemptum ab omni dolore. ℞. aloes,mastiches,olibani,myrrhæ,ana,℥.i. corticum granatorum,ros.anisi,galangæ,gario.ana.ʒ. i. olei ros. olei chamæmeli,ana.lib.i.ceræ ℥.iii.aceti.℥.ii.bullitis oleo aceto,& cera prius perfecta decoctione superasperge in fine species has bene puluerizatas agitando donec fiat unguentum de quo perũcto stomacho super asperge myrrhæ, & mastiches,lineum pannum uel lanam succidam calidã super pone. Linimentum aliud nostrum confortans ad digerendum,& appetendum,& retinendum debilium,& conualescentium stomachũ,& remouet oppilationes, & dolores, & uentositates.℞.olei nardini lib.i.fac bullire cum sampsuco trito bullitione una,pone postea ceræ.℥.iii. ut liquefiat. C deinde perfice unguentum cum mastiches, myrrhæ, terebinthinę,ladani,an.℥.i.unge ex eo stomachum debilem,& superasperge puluerem anisi,& ros. Aliud quod administramus quando alia non contulerunt & æger dolorem habet intollerabilem:remouet dolorem,arcet uomitum, & fluxũ uentris compescit.Rec.colophoniæ, terebinthinæ, olibani,ana.vnc.i.sanguinis draconis,mumiæ,myrrhæ,ladani,sarcocollæ,ana vnc.s.rosarum corticum granatorũ, an. vnc.i. liquefactis gummis aliarum rerum recusantiũ liquefactionem puluerem mitte, & submerge in hac medicina calida antequam congeletur stupam lineam,& stomacho superpone calidam quantum æger pati poterit, relinquit ibi uestigium cauterii super eum:& propterea ad huiusmodi dolores fortes facit. Aliud confortans ualde stomachum febricitantium remouet dolorem ab eo,& uentositates. ℞. olei myrtini,olei ro.an.pondus, æquale bullitorum cum mastiche,& olibano,unge ex eo stomachũ, & superasperge puluerem rosarum,& granatorum arcet nauseam.Emplastrum restringens ardorem stomachi febricitantium extinguit ca- D lorem febris,æstuationem, uomitum, & subuersionem ab eo separat,dolores amputat stomachi,si Deo placet.℞.succi solathri,succi absinthii,ana.℥.iiii.farinæ hordei.℥.iii. masticis.℥.i.rosarum rub,puluerizatarum.℥.ii.fiat omnium cõglutinatio,& stomacho opponatur. Cerotũ, & est refugiũ conualescentium,& extenuatorum stomacho subuenit, est generale omnibus passionibus stomachi,& matricis: & cõfortat cerebrum, & cor, appetitum mortuum uiuificat; digestiuam rectificat: retentiuam corroborat, & est expertum,si Deo placet.℞.calami aro.se.rutæ,gario, sandal, olibani,myrrhæ,mastiches,ana.ʒ.iii.sang.dra.ʒ.ii. mumiæ. ʒ. s.aloes.ʒ,v.farinæ corticum granatorum.℥.s.ambræ.℥.i,musci.ʒ,i,camphoræ.tr.i.sampsuci,balsamitæ,absinthii: ana.ʒ. iiii.terebinthinæ:olei ro.chamæmeli,uel nardini, olei myrtini:an.℥.ii.ceræ.℥.i.s.myrrhæ electæ,ladani: ana.℥.i,corallorum rube.galangæ,anisi,cardamomi,nucis muscatæ, macis:an.ʒ.iii.pæoniæ.ʒ.i.terenda terãtur. liquanda liquefiãt, & bul-

Vnguentũ pro stomacho.

Linimẽtũ pro stomacho.

Aliud unguentum.

Aliud unguentum.

Emplastrũ ad ardorẽ stomachi.

Cerotum pro stomacho conualescentium.

liant bulliēda: & fac cerotū super stomacho & administretur super totum sicut docuimus.

De indigestione stomachi. Cap. 4.

Indigestio ē communis mater ægritudinum.

INdigestio est communis mater omnium ægritudinum potissime humoralium: & nosti quod digesta materia quiescit febris feruor, erat.n.inobediens, quia cruda & temperamentum substantiæ aut quantitatis, aut qualitatis transcendebat, & eius elementum est tepiditas emissa naturalis caloris: & huius rei causa est superabundantia cibi, & potus secundum quantum uel quale, aut ab utraque, necnō & secundum substātiam & debilitas stomachi naturalis. Et scire oportet, quod hæreditantes uitium hoc à parentibus raro, aut nunquam curantur perfecte: & hi tutius languores portant & horum perfecta medicina sola est abstinētia; residuum naturæ cibi, & potus in locis digestionū, quod in genus nutrimēti cōuerti nō patit suo uitio: aut natura conuertere non ualebit eius instrumento debili permanente: quod.n.nisi causa antecedentis efficitur morborum est: & maturat ad coniunctam suos excessus, quæ cū adest, cōtinuo est febris.

Quid sit digestio.

Digestio est fructifera alimenti consummatio: tunc eius perfectam dicimus consumationem, cum in fructifera semina ualuerit perficere alterū tale quale ipsum est. Indigestio autem è contra. Amplius scire oportet, quod indigestio non minus à superabundantia quam ex eius priuatione nascitur: temperamentum .n. caloris non dicimus absolute, sed in comparatione ad suum obiectum attenditur, ut obiectum non magis resistat, nec remissum in comparatione ad suum agens existat, quam suum agēs agere potest, proportionari debent agens & obiectum proportione æqua. Adhuc scire oportet, quod digestio fit ex coniacentibus. tunc.n.passiua actiuis omnino obediunt, & nullo modò resistunt. digestio non consummatur: aut si minus resistat utroque istorum modorum calor dicitur distemperatus siue quo multum possit, siue quo minus.

Calor naturalis ita per excessum sicut per defectū distemperatur.

calor sufficiens ad unius libræ plumbi liquefactionem impotens est ad ferri libræ liquefactionem. & non sufficiens faber aliter, & aliter calefactionem mensuraret in faciendo unam incudem & clauum: quare caloris temperantia & distemperantia est in comparatione ad suum obiectum, uerisimile quidem de calore nostri corporis, qui assiduo exercitantur artificiali labore, & grossæ sunt complexionis cibaria subtilia assumentes, minime digerunt, sed in eorum corporibus aduruntur: cibandi erant leguminibus pane subcineritio, & aliis de pasta cibariis. Et scire debes quod talis calor est in quibusdā

Caloris tēperātia & distēperātia non ē nisi respectu sui obiecti.

iuuenum: calor quorum adeo fortis est, quod humores adurit, & eos quasi in uenenum conuertit, & à quibusdam humorum materiæ resoluuntur fumi, qui quantumcunque distent à cerebro. quod si fuerit eorum incolatus in remotioribus membris ascendunt sursum ad cerebrum, & cum sentit sibi periculum, contrahit se totum & omnes suas uirtutes in unum trahit, & maxime per quas spiritus animatus transit ad præstandum sensum & motum omnibus membris corporis opitulatur. Et hoc considerans Hipp. in lib. separatorum sermonum posuit epilepsiam ægritudinem iuuenum.

Epilepsia ē morbus iuuenum.

quanquam & aliter è contra talis morbus nascitur: sed non est nostrū hic eius sermonem assumere, sed fortitudinis & debilitatis uirtutum exigentiam regimen administrare: & nos hic tractamus de digestione stomachi, quæ sæpissimæ corporibus propter ciborum, & potuum multam refocillationem & caloris inopiā ab ęgritudine & aliis causis accidit. Cura huius ægritudinis est quatuor res. Prima est non extendere uentrem cū cibis & potibus. Hoc enim præseruat corpus ab ægritudinibus & sufficiens est hæc sola cura huic ægritudini: & laudabilior est potione in multis morbis qualitas bona regiminis. Secunda res est confortare stomachum uniendo, & aggregando partes suas. Tertia res est corrigere accidentia digestionis. Quarta res est, si est causa ex humoris uitio, mundificare materiam lædentem: si est fine humoris uitio, malam alterare complexionem & post illud confortare. Primam rem complent prohibitio cibi, & potus grossorum. abstinentia dico non ultimata, quoniam nihil dare horridum est: superabundanter stimulosum est dare: prohibere ipsum à cibo pristino non digesto usque ad fructifera semina: fœcibus non exclusis parum quidem bibere, & subtile potabile cum siti assumere, hoc est primum intentionis. Et tua interest bene cognoscere complexionem. aliter.n.& aliter cibabitur cholericus & phlegmaticus proprie apud naturam. Molestius

Cholericus molestius famem tolerat q phlegmaticus.

cholerico est famem tolerare quā phlegmatico, & respicere cerebrum non est res fatua: cum ligatura quædam neruosa inter cerebrum, & stomachum sit, quæ transitiuam patiūtur passionem. consueuit stomachus cum cerebro dulcedinem communicare & amaritudinem. eligere aerem absque paludibus montium oppressa oppositione corruptione corporum cadauerum est de intentione propria, post illud cibare infirmum cibis stipticis, acetosis, aromaticis, conditis, sicut scire te fecimus & rememorabimur, si Deo placuerit.

Confortātia stō.

Secundam rem complent regimen stypticum temperatum odoriferum secundum ueram qualitatem electum: appositio rerum, quarum est conferre rei uitæ, iuuare partes stomachi, & ipsas confortare ne resoluantur. de quarum societate est sandaraca, mastiche, myrrha, menta aurea, proprie mista cum oleo ros. & liquore satis calido hepar, & cor non est frustra. Tertiam rem complent, quæ accidentia corrigunt iam illata, quorum diuersa sunt. est eorum primus concursus ad cerebrum, & cor, & consueuerunt generare fluxum symptomatis. Item fallacem dolorem uentris. Et si cū diuturnitate habitudinetur, dolor iūcturarum & podagra, & hoc cursu procedentia. Et scriptum est indigestionem esse hylen ægritudinum:

Indigestio ē hyle ægritudinum.

quare tua interest perspicacissime omnia hæc considerare, & satagere circa rectificationem stomachi. est.n. materialis pater & cibator membrorum, & uitæ. Quartam rem complent complexionem extraneam alterare, post illud confortare: & si aliquid humorale materiam ægritudinis debilitat, cum condecenti medicamine repellere: & primum complet regimen illud, & nos dicemus. hoc uero medicamē, tale uel naturale scire te fecimus & faciemus, si Deo placuerit. Hip.

Medicamē ad digestionē stomachi confortandū.

Medicamen confortans digestionem stomachi: alterans malam complexionem, defendit proprie, subuenit lubricitati fluxui symptomatico, & generaliter multis accidentibus ex indigestione factis. ℞.acori ru.℥.s.magnetis.ʒ.ii.castorei.ʒ.i.anisi.ʒ.iii.mastiches.ʒ.i.myrrhæ.ʒ.s.zucchari lib.i.Dosis à.ʒ.i.usq; ad.ii.ieiuno stomacho de sero quando itur dormitum. Iudæus.

Syrupus ad uitia frigida stō.

Syrupus contra mala uitia frigida stomachi, confortās ipsum confortatione magna: & facit appetere & digerere. ℞.sampsuci, balsamite: ana.M.i.galangæ, macis, nucis mus. dra.ii. ros.ʒ.i.masti.ʒ.iiii.fisticorum ʒ.ii.aceti.ʒ.ii.dosis est.℥.i. usque ad.ii.cum iunipero in matutinis.

Medicamē ad fortem stōi dolorem.

Medicamen forte cō tra fortem stomachi dolorem & inueteratam malitiā suā, abstergit uillos eius à grossis humoribus, & reddit ipsum sobrium ad digerendum. ℞.trium piperum, cardamomi, pyrethri, sumach, anisi, galangæ, mastiches, macis: ana. drach. iii. ro. drach.iii.zingib.drach.iiii. gario.ʒ.iii. cinnamomi. drach.iiii.coriandri.drach.ii.aceti.vnc.s.mellis quod sufficit. Dosis.drach.s.ante cibum & post.

Electariū stōm confortans.

Electarium confortans stomachum & uiscera: & subuenit materiæ quæ cibum retinuit: & quorum retentiua perit: & resoluuntur uapores ad cerebrum, & iam effigiem physionomiæ adulterauerunt, & cholerarum eminentiam indebitam produxerunt, cuius permistio est. ℞.ros.drach. v. mastiches, corallorum al.& ru.cinnamomi, sumach, calamenthi: ana drach.iiii.carnium citru.℥.ii.myrrhæ, mentæ, euphragiæ: ana.drach.s.gario.drach.i.confice cum syrupo de menta & myrto. Dosis à.ʒ.i.usque ad.iii.

Medicamē ad stomachi putredinē.

Medicamen bonum & expertum cōtra putredinem stomachi, & subuenit apostematis existētibus in stomacho. cuius stomachus residuum cibi, & potus propter caloris inopiam, aut malitiæ maxime sibi gubernat, & non patitur aliquam putrefactionem in eo generari: & custodit cerebrum, & corpus totum: confortat cor, & prouocat menstrua: & rectificat malitiam matricis. ℞.trium piperum: ana.ʒ.i.gariophyl.ʒ.ii. aristolochiæ rotun. & longæ optimæ, uiola. betonicæ: ana.ʒ.iii.salis gemmæ. dra.ii.myrrhæ electæ ad pondus omnium, confice cum syrupo de spica. Dosis.ʒ.s.usq; ad.i.

Electariū ad uitia stōi ex frigida cā.

Electarium descriptione Nicodemi, cuius operatio transcendit genera medicaminum in omni uitio stomachi ex frigida causa, & composita. confortat neruositates eius subtiles, & suas uirtutes excitat, & suam

mali-

malitiam complexiuam rectificat, confortat cor, & cerebrum, & hepar, & subuenit caducis, uertiginosis, & nauseæ & omni uitio stomachi, cuius mistio est hæc. Recipe anisi, corallorum, spicæ indæ ueræ, ligni aloes, ro. gariophyl. galangæ, zedoariæ: ana.ʒ.iiii.pæoniæ.ʒ.iii, nucis muschatæ.ʒ.ii.margaritarum.ʒ.vi.ambræ crudæ.℥.iii. muschi drachmā unam mastiches ad pondus omnium, confice cum syrupo corticum citri.

Electariū confortās stōm debilem.

Electarium nobile ad confortandum stomachum debilem & præseruandum digestiuam eius. Recipe.ʒ.iiii.spicæ nardi.ʒ.i.cinnamomi, gariophyl. liquiri. ana ʒ.ii.anthos.ʒ.iiii.menthæ: alhasce: ana.ʒ.iii.zucchari quantum sufficit. lauare cum aqua calida manus ante cibum, & post cum frigida, est custodia stomachi ab indigestione, & parū exercitari laboriosos, ociosos quiescere, & post hos, & illos parum non rapido motu exercitari est lex huius curæ scripta.

Sternutationis iuuamenta.

Sternutare post cibum facit descendere escam ad fundum stomachi, ante aperit, & humores uertit uniuersaliter, & stomachum mundat & nutrit, & mittit fœces pristini cibi ad interiora, & repellit, & sunt hæc mandata ad tutelam stomachi, & cerebri, calefacere uehementer uolas manuum, & pedum in dolore stomachi est amicabile naturæ: sed aliter & aliter huic uehementer infrigidari: illi uero calefacere, ut pulpam capitis uehementer calefacere facit uaporum respirationem. Et sciuisti quòd cor, cerebrum, hepar, & testiculi quendam fluxum concatenatum ad seinuicem habent, & stomachum non ignorant tristantem gaudentem: & scriptum est omnium membrorum unam esse compaginem, & dolere adinuicem. Et unctio spinæ est iterum res magni iuuamenti ad languorem stomachi, & omnium debilitatum membrorum maxime neruis contentorum: & calefacere stomachum actuali calore, est postremū bonum stomacho proprie iuueni uigoroso. Alii quidem actuali calore, festino motu exinaniūtur, cum cuiuslibet rei calor non uiuens in eo originaliter labitur, uelut aer in subito sole irradiato aut igne. Et fortassis balnea temperata quædam conferunt illis: & nos alibi scire te fecimus naturam balnei. Filius Zachariæ.

Ceratū cōfortās stomachum.

Ceratum confortans stomachum retinens calorem in eo ne resoluatur, & remouet duritiem eius, & omne oppilans partem stomachi, & uigorat in eo calorem, & sanitatem restituit, si Deo placet. ℞. ceræ mundę.℥.iii.terebinthinæ.℥.iiii.olei nardini.℥.ii.quibus liquefactis bullitione parua superasperge puluerem hunc. ℞.myrrhę, mastiches, aloes: ana.℥.i.ro.ʒ.vi.pæoniæ, castorei: ana.ʒ.ii.anisi.ʒ.vi. calamenthi.ʒ. vi. gario. nucis musc. cardamomi, calami aro. reupontici: an.ʒ.iiii.& bene stomacho adhæreant. Filius Serapionis.

Syru. stōi confortās digestionē & appetitum.

Syrupus excitans appetitum, confortans digestionem, educit humores grossos, & putridos, & confortat membra anhelitus educendo humores ab eis, & curat sciaticam, si Deo placet. ℞. thymi, menthæ, sampsuci, myrrhæ, zedoariæ: ana.M.s. agarici.ʒ.v. polypo. rasi & pistati, anisi: ana.℥.i.turbith electi.℥.ii.s. zinzi.ʒ.iii.reupontici.℥.ii.baccarum iuniperi.℥.i.cinnamomi, nucis mus. gariophyl. macis, omnium ana.ʒ.ii.ros.ʒ.iii.aceti.℥.ii.zucchari lib.iii. Alexan.

Puluis ad oēs stomachi passiones.

fiat puluis & propinetur ex eo ieiuno stomacho pondus.ʒ.iii.cum.℥.ii.uini electi, subuenit omnibus passionibus stomachi, & respicit pulmonē & cerebrum, aufert malitiam, & remouet dolorem uentris & uiscerum, & resuscitat appetitum mortuum, & docet digerere stomachum. ℞.thymi, sampsuci, balsamitæ, aristolochiæ rotun. origani, anisi, fœniculi, rorismarini, calami aro. corticum citri, se. uuarum & granatorum, lauendulæ, se. ro. basiliconis, hyssopi, euphragiæ: ana pondus.i. ligni aloes, pyrethri, galangæ, gariophyl. macis: ana pondus superioris ponderis: croci, opii thebaici, styracis calamitæ, trium piperum: ana partem.i.medii ponderis. sanat languores stomachi, & corpus incolume seruat, si Deo placet. Inquit Heben Mes.

Cibum bene masticatū ē cā melioris digestionis, & longioris uitæ.

molendinare cibum in partes minutissimas, uel subtilissimas: & ut lambendo uinum gurgitare est causa melioris digestionis, & longioris uitæ. Et uos iam sciuisti per alimenta uitam consistere: & secundum eorum qualitatem bonam, uel malam materiam uariare: propterea non ignores naturam stomachi: ne forte credens conseruare uel reducere, destruas. & sciuisti quòd natura de tribus dicit uirtutibus, complexione, uirtute regitiua, & compositione, & illuminatur ab anima, quam intelligentiam dicimus separatam, & omnium uirtutum unitiua est uirtus:

Natura de tribus dicitur uirtutibus.

sed diuersa baiulationum exercens officia membrorum diuersorum diuersis nuncupatur uocabulis. & tuum semper est naturam infirmi cognoscere apud sanitatē, si possibile est. Vētris aūt diuersæ sunt naturæ, sicut te scire fecimus propter diuersa uniuersalia, immo singularia oportet eligere medicamina: & hoc sufficienter tradere potest. In prouisione autem periti, & timentis Deum medici maior pars huius scientiæ relicta est, Deum diligenti omnia bene succedunt, ab ipso oē incolume & sanatiuum est: naturaliū scientiis omnium philosophorū magnorū, & cœlestium signorū uariis motibus bene eruditi Deum quasi obliti in suis operationibus credentes oīa scire, & se quasi naturæ authores existimantes, quibus omnia desunt oīa; scire credētibus. Et uos iam uidistis ualidas ægritudines super quibus medicorū multitudo elaborauerat peritorum, ab alienigenis medicorum cū paruo artis fundamento curari: quandoq; à mulieribus ab authomato operantibus. O tu qui curam humanorum corporum gerere uis à Deo non recedas.

Medice à Deo nō recedas.

Et ne dilateris scientia philosophica naturali. ille enim author naturæ & eam stabiliuit, & sine eius influētia deficit omnis motus naturæ. Amplius scire oportet, quòd negare cibū stomacho famelico, & ante famem offerre, est causa ægritudinum stomachi:

Negare cibū famelico & ante famē cibū conferre ē cā ægritudinum.

parum & rarū comedere debemus. ad mensam sedere, & post diu stare, & leuiter incidere, donec ad stomachi fundum cibus descendat, est de occupatione huius curæ prima. sternutare est iuuamentum singulare post cibum & ante. stomachum enim mundificat. Et sciuisti quòd est cura minoris epilepsiæ sæpius sternutare diebus continuis ieiuno stomacho, & subuenit surdis.

Vnguentū stōi digestiuum cōfortans.

Vnctio confortans stomachum ad digerendum, & retinendum, & appetendum, remouens dolores eius, inflationes, & uētositates. & est expertū, si Deo placet. ℞.olei ros. olei myrtini, olei nardini: an.℥.iii. ammoniaci.ʒ.ii.nucis mus.ʒ.i.post unctionem super asperge puluerem cinnamomi, anisi, corti. grana pondus.i. aromatiza unguentum cum muscho.

Vnguentū ad stōi & iūcturarū dolorem.

Vnguētum nostrum fidele, & ualde amicum naturæ stomachi remouet dolores, & consolatur substantiam eius inter omnia medicamina. ℞.lanæ succidæ ouium nigrarum recentium lib.s.pone in uase nouo, & superasperge aquā currentem quod sufficit ut madefaciat, fac bullire fere ad consumptionem agitando ne adhæreat fundo uasis, post torquendo suscipe liquorē super quo proiice mastiches.ʒ.ii: puluerizati ut liquefiat, myrrhæ.℥.s. terebinthinæ.℥.s.& facta unctione superasperge puluerem nardi, & est hæc unctio magna contra dolores iuncturarū uniuersos, si Deo placuerit.

Emplastrū stōm confortans.

Emplastrum optimum, & expertū contra malitiā stomachi confortans, ipsum in omni eo quo indiget. ℞.thymi, sampsuci, ro. ana.℥.i.pistati, & calefacti cū modico aceto quantum roretur, & condiatur cū mastiches ℥.ii.& stomacho superpone, & ē admirabile, si Deo placet.

Nota de aloe.

Dixit Hip. aloe hepatica cum aqua thymi propinata ieiuno stomacho sanat stomachum ab omni languore educendo ab eo materias fraudulentas, & confortat stomachum & cerebrum, & uiscera mundificat, repellit uermes, & sanat apostema stomachi, & uiscerum dolores, & mundificat hepar à grossis humoribus, & melancholicis.

Pilulæ mirabiles ad stomachi conseruationem.

Pilulæ conseruantes stomachum ab omni læsione intrinseca, & non permittunt humores putrefieri in eo, immo abstergunt ipsum, & mundificant rugas, & parietes eius, & qui assiduat usum earū diebus singulis illæsus permanebit à dolore stomachi: nunquàm dolore capitis uexabitur: & nihil est oculis (mihi crede) salubrius istis: & qui tristantur subuenit: & melancholicis, & in medicatione matricis uitiosæ, & uiscerum interiorum. quarum hæc est confectio. Recipe mastiches drach.iiii.aloes electissimæ drach.x.aga. boni drac. iii. conficiantur cum tille, & est uinum coctum. ut dicit Simon Ianuensis. Dosis.ii.pilulæ uel. iii. quando itur dormitum, & potest recipi secundum numerum uoluntarium usque ad.xxxi.

De uomitu & exuberantia cibi. Cap. 5.

VOmitus, cuius causa est exuberantia cibi, & potus extendentium uentrem ultra naturæ debitum. cura eius est euacuare, & post illud abstinere, & confor-

tare

tare ſubſtantiam ſtomachi cum cibis, & potibus ſecundum unum trium modorum: aut quantitate, aut qualitate, aut malitia utriuſq; . Quando autem ab humore acuto leuigato ad cacumina uentris uſq; ad meri, nauſea, & uomitus cauſantur, ſit tua præcipua, & magnifica occupatio contemperare chiſtim fellis: & hoc ſepe accidit habentibus uiam latã à ſtomacho ad hepar: & tu ſagaciſsime diuertas ad mẽbra inferiora uiſcerum, quæ natura fecit eſſe inſtrumenta expulſionis. Cum autem uomitus ſit ex malitia ſtomachi falſi, non dubitabis alterare: & confortare ſit proceſſus tuus . In deſtructionem autem retentiuæ uirtutis ſolum regimẽ laudabile ſufficit: & aſpergere ſuper eo tunc puluerem maſtiches, & nitri inuncto prius oleo myrtino eſt medicamẽ expertum. Cura huius eſt. iii.res . Prima eſt conuertere regimen ad oppoſitum qualitatis , & laudabile in proprietate, & qualitate non ſimpliciter: & ſuper hoc multiplex eſt conſideratio. aliter enim & aliter in malitia complexionis ſtomachi, & furia fellis: & tua intereſt bene diſcernere: ut ſcias regimen ordinare ad latus frigiditatis quando cholera & uomitum generat, & nauſeam: propina acetoſa condita ſtyptica propter uiam amplam , &c. ad latus caliditatis regimen habens proprietatem uomitus retinere . quando groſſorum humorum multiplicatione uomitus cholericus dicitur naſci, oportet cibare ipſum cum auaritia magna, donec facta ſit euacuatio humorum inobedientium, & rectificatio ſuæ complexionis, & uirtutis fortificatio: & ne dubites hos & illos potare uino. Illis autem ſubuenit qui calorem habent: quia eum diuertit per uias urinæ. ſed parũ dandum eſt, & electum, ut pôticum, & albi coloris. His autem, qui groſſos, & uiſcoſos humores habẽt, ſubuenire nulli dubium eſt: eos intercidit & habilitat expulſioni , & ſubuenit omnibus ratione propriæ ſtomachi complexionis, & potare aliquando illos inobedientes, & multa cholera abundantes aceto bono miſto aqua ueri frigoris eſt potus conueniens, & maxime in æſtate, & dare portulacas ieiuno, & lactucas cum aceto cum modico panis, & non poſtea cibare eos uſq; ad neſperas eſt diuidere choleram , & anguſtare porum illum cuius amplitudine graditur, & extinguere audaciam choleræ. Secunda res eſt parum comedere, & minus bibere , & hoc conſidera ſecundum quantum & quale. Tertia res eſt mundificare humorem lædentem: & ſuper hoc uera eſt conſideratio artis, ſicut in ipſo ſtomacho, & rugis ſuis aut quod ab hepate graditur ad ſtomachum , necnõ paſsiones quædam matricis nauſeam ex uomitu generant. aliquando ex certa abominatione uomere quis cogitur dedignante natura. Quarta res eſt ſubſtantiam ſtomachi cõfortare, & maxime retentiuas uirtutes, & inſpiſſare orificiũ ſtomachi cum ſtypticis, & recordari naturæ inferioré purgationem. Primam rem complent quæcunque proprietate ſtomachum confortant , & complexione opponuntur humori, & malitię complexionis, ut ſtyptica aromatica habentia acetoſitatem : ut nos ſcire te fecimus modum regiminis: menta maior, balſamita meliſſa in aqua aceto miſta , & cum menta bullita decocta . poſtquam ſciuerimus cauſam intentionum rerum cauſantium uomitũ , ſuccurrimus tunc cum rebus rectificantibus ſtomachum, & membra mãdãtia ad ipſum, quod quidem multoties accidit , & proprie quando in aliquo uicinantium membrorum materia occultatur, & eſt forte in mandando, & ſtomachus debilis eſt , & promptus in recipiendo. Agens nanque, & ſi non ſit ualde forte, imprimit maxime, quando rei eſt præparatio: & quando materia eſt de genere adiacentium , multo citius uehementer imprimit læſiones , & excitat expulſiuam , & facit eam ſolicitam ad uomendum . Agens nanque in rem multi ſenſus uehementer imprimit: tunc cum rebus abſcindentibus & corrigentibus cauſas debilitantes & lædentes, nunc cum rebus prohibentibus effuſionem materierum ab aliis membris ad ipſum facimus adiutorio Dei cum rebus proprie acetoſis, quæ ex aromaticis , & ſtypticis condiantur, ſicut cibus de agreſta, & cibus de aceto: & ſtudeas ligare extremitates cũ infuſione aquæ calidæ, & ſimilia: & cydonia , & matiana, & ſuccus granatorum. Potus autem eorum uinum ſit ſubtile, odoriferum, & lene, decentis commiſtionis cum aqua roſata: & euitẽt uinum dulce, & groſſum, & aquã calidam: quia molliſicat ſtomachum, & diſgregat uirtutes: frigida ueri frigoris depauperat calorem in eo . Potus ſit ualde paucus: nec ſatis faciendum eſt ſiti eorum. Tolerantia ſuper ſitim eſt ex eis, quæ uerificant ſtomachum: ſolẽtia ſitim extinguere in hac hora augent, & maiorem faciunt indigeſtionem . Secundam rem complent diæta auara quam æger portare poſsit, quia eſſet maius periculum multũ inaniri . Tertiam rem complent ſolutiua benedicta electa de genere benedictarum medicinarũ. Et nos dicemus in hoc ſermone , ſi Deo placuerit, Myrobalanſcum medicamen præparatum cum aqua roſa. & maſtiche , & eſt expertum & bonum. Et ſi eſt à materia quam miſit fel , curatur blandiendo acumen eius, donec euentetur cum ſucceſsione alterantium , pro quo ueſtigium impreſsionum remanet : & trahere, & diuertere materiam cum clyſteribus mouentibus choleram ad inferiora eſt huius occupationis . Scriptũ eſt fluxum eſſe curam uomitus , & uomitum fluxus . Inquit Hip. habito uomitu ceſſat fluxus . & è contra : & lauare pedes cum raſura confortat ſtomachum , & diuertit materiam. Quartam rem complent quæcunque ſtomachum complexione, & proprietate confortant. Conſtitit quidem hoc totũ in regimine, unctionibus ſuper eo , & emplaſtris , & aromaticis , aſſumptione nardini gariophyllati ſpodiati innata ab hepate . Syrupus arcens uomitum , & nauſeam de berberibus eſt medicina experta. ℞. berberis . vnc. iiii. uuę acerbæ. vn.ii. cichoreæ. M.iii. zucchari lib.ii. da ieiuno cum aqua maſtiches. Syrupus de myrto, ſtringens uomitũ & nauſeam . ℞. foliorum myrti lib.s. foliorum ſampſuci. vnc.ii. aceti. vnc.i. zucchari lib.s. da cum aqua foliorum zedoariæ. Et tu potes eligere in grabadin noſtro , poſtquam ſcieueris qualitates lædentes , medicamina multa compoſita ad hoc. Et non ignores quod morbi renum & ueſicæ , & ileos faciunt uomitus & ſingultum. Et nos dicemus illud, ſi Deo placuerit, à quo omnis finis ſequitur finitus , a quo opus medicaminum ſequitur perfectibile . Electarium noſtrum ualde dilectum & ſufficiens, confortans cor, & membra omnia , retinet uomitum & fluxum , emendat omnem malitiam ſtomachi. Rec. garia. 3 .ii. carnium cydoniorum . drach.ii. maſtiches. drach.iii. ambræ. 3 .vi. antheræ. dra.iiii. nardi miſci: ana. drach.i. corallorum rubeorum 3 .iii. ſyrupi de menta, quod ſufficit.

Puluis ſtomachi retentiuam cõfortãs .

De ſingultu. Cap. 6.

SIngultus eſt rebellatio humorum inobedientium naturæ ciborum impermutabilium : quoniam ſit motus in partibus ſtomachi reliquis natura aggrediente illos, ut expellat : & quia forte obiectum tranſgreditur exigentiam rei agentis , ſit motus ille ſpaſmoſus , quem medici ſingultum appellant, ſitque illud ſecundum unum . iiii. modorum ſcilicet euacuatione effrænante, repletione exuberante , mordicatione humorum fraudulentium, & malitia complexionis frigidæ . Euacuatione multiplicata in ſolutione itur expulſione egrediente naturam , aut prohibitione longa ciborum, repletione ex multitudine comeſtionis, aut multorum humorum inſpiſſatione in corpore ſtomachi, quibus natura non indiget. à mordicatione propter humorem cholericũ doloſum generatum in ſtomacho aut effuſum ad ipſum ab aliis membris , aut aſſumptione rei calidæ & acutæ : & uinum ſuper quo multitudo annorum præteriit, ſingultum facit. Amplius corruptio cibi & potus ſingultum concreat. Complexionis malitia frigidę propter ſubſtantiam ſtomachi illi remiſſam propter calorem naturalem , ſicut accidit decrepitis , & illis qui longis temporibus infirmantur : aut propter guloſitatem , ſicut accidit pueris . Amplius ſcire oportet ſingultum naſci ab aliis membris, quam à ſtomacho, ut ex magno phlegmate generato in hepate, & morbis ueſicæ, & renum ultimatur . & illud eſt penetrabile.

Cura ſingultus ex repletione ſunt duæ res. ſ. euacuare, & poſt illud confortare : & primam complent uomitus : & ſecundam quæcunque ſubſtantiam ſtomachi , & complexionem confortant . Singultus cura ex ultimata inanitione propriæ rei , & ſingultus ex repletione opponitur , & eſt periculoſus. Secunda res curæ ſingultus quidem ex

ex mordicatione acutorum humorum ſupernatantium ad ſuperiora ſtomachi curam recipit à uomitu: & ſicut ſubmerſus, & ſepultus in uillis , & rugis ſtomachi , & eſt compoſitus. Euacuamus cum potu hierę picræ, & pilulis de aloe . Et hoc eget maiori abſtinentia. Singultus uero ex malitia complexionis, cura eſt una duarum rerum . Primum alterare cum rebus calefacientibus, & ſubtiliãtibus, ex eis quæ emplaſtrantur, & potu ſumuntur: aut cum potu neceſſario , & omnium modorum ſingultus curæ eſt conuertere regimen ad ea, quæ laudabilium humorum ſint materia, & naturæ conſortium & beneuolentiam conſequantur, & confortare ſubſtantiam ſtomachi. Tertio membra mandantia recti ficare. Confectio Hip. rectificans malam complexionẽ ſtomachi frigidam, ſubtilians, & calefaciens, & expellens uentoſitatem: & liberat à ſingultu, ſi Deo placet. Recip. corticum ſiſticorum exteriorum, coſti amari, caſtorei, petroſel. ana. drach. i. balſamitæ, calamenthi, aniſi, maſtiches , ſpicæ : ana. drach. ii. ariſtol. drach. iii. confice cum oxymelite ſquillitico. Et da. drach. i. cum aqua ſiſymbri. Et decoctio ſquinanthi, & corticum ſiſticorum cum æqualitate liberat à ſingultu. Et puluis altiliæ cum aqua aur. i. liberat à ſingultu . Et ſe. rutæ cũ nitro, & aqua mellis curat ſingultũ ex uentoſitate groſſa, quæ eſt ex multitudine guloſitatis . Filius Serapionis . Squilla quando accipitur cum uino, curat ſingultum ex humoribus groſsis annexis in rugis ſtomachi, & mundificat ſtomachum à putredine. Et non ignores, quoniã hæc quæ diximus, non ſunt de intentione curæ ſingultus , quem facit euacuatio illicita: immo obuiatur illis quod eſt , quia ipſi indigent, quæ ſunt illis contraria. Illis autẽ ſtomachis , quos uexat humor acutus faciens euenire ſingultum , cura eſt uomitus poſt potum aquæ calidæ & ſe. atriplicis, & poſt illud aquæ hordei cum aqua granatorum dulcium , & aqua cucurbitæ . Et complet hoc , quod eſt mediocriter frigidum , cum ſtypticitate , ut confortet poſt euacuationem mali humoris . Habentibus ſingultum ex ſiccitate intenſa damus in primis aquam calidam cum oleo amygdalarum dulcium , & oleo uiolaceo : & mucilago pſyllii, & mucilago ſe. cydoniorum , cum oleo amygdalino dulci eſt medicamen , quod delectat ualde. Et eſt expertum : & diſpoſitio nem hanc complet adminiſtratio rerum humectantium interius & exterius. In ſingultu autem à phlegmone hepatis . Primum eſt aperire baſilicam , poſt illud dare caſiam ſiſtulam reſolutam in aqua endiuiæ, & ſolathri, & hordei: & ponimus ſuper hepar emplaſtra conuenientia phlegmoni : & nos dicemus. Pilulæ ad ſingultum groſſo humore, & compoſito. Recip. caſtorei, myrrhæ: ana drach. ii. agarici. drach. iii. ſalis gemmæ. drach. i. diagridii correcti. drac. ii. maſtiches. drach. i. s. aloes bonæ ad pondus omnium: confice cum ſucco mentæ . Doſis. drach. iii. in matutinis aut deſero, ſi antiqua eſt ægritudo, ſi noua, ut dormiatur ſuper me dicina: & fortaſſe parum dormire poteſt. Pilulæ gloriоſiſsimæ ex inuentione noſtra contra ſingultum calidum, & humores calidos acutos imbibitos , uel immiſſos ad ſtomachum ab hepate, & malitiã eius calidam, & ſiccam, & febrẽ cholericam, & amaritudinem meri. Recip. ſpodii, endiuiæ , portul. ligni aloes: ana: 3 .i. s. tamarindorũ pulpæ. 3 .iiii. rheu barbari, rauedſceni electi. 3 .i. confice cũ aceto . Emplaſtra & olea requirantur confortantia: requirantur etiam in uni uerſali canone de paſsionibus ſtomachi : & ſecundum exigentiam elige ea, & proprie in cap. de indigeſtione . Emplaſtrum contra ſingultum factum ex phlegmone hepatis bonum. ℞. trium ſandal. farinæ hordei, ſpodii confice cũ ſuco ſemperuiuæ. & ſternutare eſt ex iuuamentis inaniẽtibus ſuperiores partes ſtomachi. & repellit humorale, & cibum ad fundum: & ſi aſsiduetur, fortiter repellit ad inteſtina: & propter hunc motum ceſſat ab illo natura. Emplaſtrum cuius iuuamentum eſt contra ſingultum ex groſſo humore natum, & emundat ſtomachum, & delet dolorem eius , & abſtergit parietes eius. ℞. ariſtolo. rot. galangę, aniſi , baccarũ lauri, gentianæ, ru. an. 3 .iiii. caſtorei, myrrhæ: an. 3 .ii. gar. 3 . v. roſ. 3 .ii. maſtiches. 3 . iii. confice cum melle , & aqua ſampſuci. Vomitus ſit cum his, quæ proprietatẽ habẽt poſte humorẽ eradicare per ſuperiora, ut ſemen raphani, nitrum, & ſimilia. Et dixit Hip. 3 .s. ellebo. albi cum. 3 .i. caſtorei, & .ii. zucchari roſ. eſt medicina experta contra omnes paſsiones ſtomachi ex groſsis & uiſcoſis humoribus natas: repellit humores compactos in uillis per uomitum: & curat febres arteticas, & uertigines, & lithargiam : & omnes ægritudines ſtomachi, & delet eas. Sed cum cautela præſume propinare, etiam prouiſione magna, ne dederis extenuato corpori.

confectio ad ſingultum.

Pilulæ ad ſingultũ.

Aliæ pilulæ ad ſingultum .

Emplaſtrũ ad ſingultum.

Aliud ad idem.

No. iſtud.

De ſiti. Cap. 7.

SItis eſt auida, & guloſa delectatio bibendi aquam ueri frigoris magis, quam aliquem liquorem potabilium. Præcipua autem omnium intentionũ intentio , & cura huius eſt ſcire, propter quid ſitis nata eſt , aut propter malum humorẽ acetoſum cõtentum in ſtõ, uel cholericũ: aut ebullitione agitante humiditatem in ſtomacho , aut mala complexione. Et accidit ſitis, quando calor naturalis celeratur in agendo in forte obiectum groſſorum cibi & potus : uelut aliquis longo fatigatus itinere redditur ſitibundus , & hanc ſitim ab indigeſtione propter uiſcoſitatem ciborum inobedientium potus non extinguit, immo accendit cõfortando obiectum. Secunda occupatio eſt ſcire membrũ originale ſitis . Et ſcire debes, q̃ os ſtomachi facit accidere ſitim, pluſquam alia membra corporis: & ſi ab aliis procedat, donec imprimat effectum uſq; ad meri, & orificium ſtomachi deſiccandum, non apparet ſitis ualida proprie in ſiti facta malitia hepatis & fellis . & pulmo eſt ex illis membris , quorum eſt generare ſitim: aliquando renes & ieiunum. Sõnus autem eſt cura ſitis ex ſiccitate ſtomachi, & locorũ , ad quæ currit humiditas ab ore ad ſtomachum . & aliquando ab indigeſtiõe, propterea quod calor reuocatus ad interiora fortius agit in digerendo. Et ſcire debes , quod ſi afficiatur iſta malitia totus calor, maior erit ſitis , propterea tunc dignius eſt præcipere uomitum, & repellere obiectum rebellans, & confortare ſtomachum liniendo ipſum oleo roſ. poſt illud meri. Sitientiũ quidem propter caliditatẽ comeſtorum cura eſt potus aquæ frigidæ ſugendo paulatim proprie, uel lambendo. Inquit Gal. multi propter ſitim mortui ſunt, ſed nõ ſuit illud propter ſitim ſimpliciter , ſed propter ciborum uenenoſorum aſſumptionem, aut aliter & aliter . Sitientium autem ex caliditate eſt cura cibare illos rebus acetoſis, ſicut ſecaniabin de zuccharo, aqua granatorũ acetoſorũ, & rob de ribes, & ſyrupus de berberis , & quæ ſunt illis ſimilia. Et quorum ſitis ex ſola ſiccitate facta eſt, neceſſe eſt, ut adminiſtretur aqua cucurbitarum, & pſyllii, & quę hoc curſu procedunt , & nos legemus , ſi Deo placuerit ſimul. Ex ſiccitate, & caliditate frequentius eſt ſitim generare: cura uero eſt, quoniam humida, & frigida hæc cõpleſ, ſed non poſita iuxta latus narcoticorum , immo euitent ab omni ſiti narcotica. Infrigidare pedes, & fricare caput cũ oleo roſ. eſt de occupatione primæ curæ, & manus. Et ſciuiſti quod uolæ manuum reuelant malitiam ſtomachi propter neruorum uicinitatem , & productionem ad partes illas , quare & ſtomachus ſentit infrigidationem eandem , & cum aqua ueri frigoris proprie in æſtate , & ſuccus de liquiri. mirabiliter extinguit ſitim pulmonis lambendo . Et neceſſarium eſt , quod adducatur ad hoc capitulum illud quod ſcripſimus in grabadin noſtro de lacte , & ſecaniabin , & aliorum multorum , & alia multa capitula . & mucilago pſyllii, & cucurbitæ extinguit ſitim calidam , & aqua camphoræ , & pſyllii extinguit omnem ſitim febrilem proprie feb. peſtilentium , & ſitim hepaticam , & ſtomachicam , & alias calidarum materierum . Et infrigidamus renes in ſiti illa quam ſcis , nec non hepar , & alia quæ diximus, & ſtomachum , apponendo unicuique quod proprium magis ei uidetur . Et clyſterizetur in ſiti ieiuni , & uiſcerum , & hepatis , & renum cum liquore melonum perfecte maturatorum intrinſeco , aut cum lacte non actu calido , & cum aqua pluuiali ubi fuerit pſyllium conquaſſatum & uiola. Amplius ſcire debes cuius eſt ſitis calidi cordis & pulmonis . Cura autem eſt attrahere aerem frigidum, & ſugere aliquid aquæ roſ. uti fuerit pſyllium , quæ eſt ex uigiliis quies : & illius, cuius cauſa erat humor ſalſus & putridus poſt unam horam, uel duas ſugere aquam frigidam, & repellere humorem eſt principalius . Sitim autem ex phlegmate febrili qui extinguit, blandiri donec cauſa repellatur

Ex hy. 7. aphor. 27.

Volæ manũ reuelant ſtõ malitiam.

Vinū per miſtū melius ſitim extinguit quā aqua.

pellatur eſt neceſſarium.Et ſciuiſti, ꝙ uinum bene permiſtum eſt ſalubrius in ſiti extinguēda quàm aqua frigida diaforat enim citius ad loca generantia ſitim portando aqueū, & magis natura contenta eſt potare hoc quàm illud. Et ne dubites ſitientem febrili diſcraſia potare uino ſufficienter permiſto proprie poſt digeſtionem aliqualem materiæ,cuius color albus ſit origo eius montana, eſt illorum non bibere,ſed lambere paulatim,& cum ſuauitate.& zuccharum uio.mitigat ſitim febrilem,& calidam factam propter ſiccitatem. & ponere os infirmi in fluxu aquarum eſt mitigare ad tempus ſitim ualidam ſicut tenere cryſtallum in ore poſitam in aqua pſyllii:& tenere in ore feſtucas paleæ hordeaceæ mollificatas diu in aqua frigida,multiplicat humiditatē in ore,& cōſeruat gutt̄ in humiditate,& extinguit ſitim.

De appetitu mortuo. Cap. 8.

DEſtructio appetitus.Cura huius ſunt tres res.Prima eſt mundificare corpus ſtomachi, & ſupereſt multū ſcire, quoniam aut groſſus, & uiſcoſus,& frigidus humor,& tunc appareat nauſea,& ſunt interius retēti, aut annexi in rugis ſtomachi,aut mortuus eſt appetitus malitia calidorum humorum: & utimur uiis obuiis ſub hac diſpoſitione.Primo abſterſiuis,& incidentibus reſolutiuis ſuperiori,& inferiori ſecundum tempora, & membrorum diſpoſitionem ſuper rebus quarum eſt tēperare, & extinguere acumē humorum, & euacuatione regulata ad hoc & re. ſi Deo placet. Secunda res eſt confortare uirtutem ſtomachi,quoniam ſcire debes quòd omnes uirtutes debilitātur propter malitiam complexionis membrorum proſſidentiū malos humores in præiudicium ipſorum. Tertia res eſt alterare malitiam complexionis,quoniam per eam priuatur appetitus.& circa hanc occupationem duo ſunt conſiderāda,nam ſi eſt acuta & frigida,utamur contrariis ſuper hoc, uel in illa cum aceto,& endiuia,aqua granatorum acetoſorum,& quæ hoc curſu procedunt, & etiam hæc cum uino antiquo,& althæa,diagalanga, & cōfectione de calamētho & quæ ſimilia ſunt,& terminata eſt. Medicamen famoſum ad hoc,& nos experti ſumus iuuamenta eius magna, confortat ſtomachum,mundat ipſum ab humore uenenoſo, & fraudulento, & occidit malitiam complexionis frigidam, alterat,& reſtituit ipſam ſanitati:& nos iam ſignificauimus iuuamenta ſtomachi in uniuerſali canone paſſionum ſtomachi,ibi nanque inuenies genera medicaminum conferentium omni eius peccato, propterea tot partes ſermonum non aſſumimus prolixius.Primæ complent medicinæ quarum uirtus eſt ab eo, quod regulat humores hos & illos, ſecundum hoc non eſt una à natura complexionis. Poſſet autem eſſe hæc maioris uirtutis,& clyſter non eſt annullandus ad hoc,& diximus tibi in cura uomitus: & in illo caſu etiam iam docuimus euacuantia humores à ſtomacho, & dicemus.

De appetitu canino. Cap. 9.

Cauſæ.

INſatiabilis appetitus fit ſecundum unum trium modorum:aut malitia complexionis frigidæ ſtomachi ualde, cuius eſt bene appetere,& male digerere: & ſequitur hanc ut plurimum indigeſtio diarrialis propter quod inſtrumentum naturæ tantum nutrimentum inſpiſſare nō poteſt in ſoliditate membrorum ſubſtantiæ, immo hebetatur eo. Aut accidit humore groſſo aggregato in corpore ſtomachi, & ex euacuatione multiplicata accidere poteſt,ſicut uidemus in conualeſcentibus plurimum: ſed hoc mihi uituperabile eſt:quoniam talia reſtaurantur,qualia ſunt deperdita. Cura eſt primum mundificare humorem annexū in eo. Et ſciuiſti, quòd quando hic humor malitiatur in ſtomacho,facit deſiderium comedendi lutum,carbones, & ſimilia.& non eſt hoc niſi quia mala ſuperfluitas adhæſit uillis,& parietibus ſtomachi,& nominant eum, tartata medi. accidit proprie quibuſdam mulieribus quando imprægnantur,& deſiderant acetoſitatem,& ponticitatem, & forſitan deteriora,& fugit ab eis poſt quartum menſem, & alleuatur in tertio,quoniam pars quædam digeritur per uomitū alia annihilatur, alia mittitur ad nutrimentum. & inde remota eſt dubitatio,quòd huius,& illius cura eſt ante uomitum antequàm medicina ſolutiua educeret hunc humo-

Prægnantiū appetitus qualis.

E rem:ſed res eſt rectificare complexionem malam frigidam & cibare illos cibis pinguibus,& uino multo, cuius color ſit rubeus & roſatus, quorum appetitus mendoſe appetit, Inquit Hippo.potus uini ſoluit famem. & præparentur cibi reliqui acetoſi cum pinguedine multa ſine acetoſitate & ſtypticitate,& uolumus illos potari uino rubeo antequàm ſitiant,& poſt:& hoc regimen alleuat ægritudinem, & curat tempore longo,ſi Deo placet.Sed non illos, & eum qui comedit lutum,& timetur ſuper eo de hydropiſi, & eſt alafriſon. ℞. herbi,eupatorii,ſquinanthi.ana.ʒ.vi. myrrhæ, maſtiches: ana drach.iii. cupularum glandium drachm.vi. aloes drach.xvi.terantur omnia, & decoquantur in.ii. lib. aquæ pluuialis decoctione perfecta.detur in potu cum dia cidonitem.℥. iiii. Electarium ex inuentione noſtra curans hos,& illos,ſi Deo placuerit:confortat ſtomachum, remouent falſum deſiderium comedendi. ℞. cupularum glandium.ʒ.ii.aniſi.ʒ.iii.myrrhę.ʒ.ii.myrobalani embli.belliri. omnium ana.ʒ.vi.ſcoriæ ferri infuſæ in aceto,& exiccatæ, & torrefactæ.ʒ.viii.cardamomi maioris,cubebæ:ana.ʒ.iii. F zucchari tabarzet,quod ſufficit.Doſis.ʒ.i.s. cū aqua authos ieiuno ſtomacho.

De ægritudinibus & oppilationibus hepatis. Cap. 10.

OPpilatio hepatis.Cura huius ægritudinis eſt.vi.res. Prima eſt aperire uias,& mineras ab hepate ad ueſicam ſuccidere naturæ,& recordari illam uiam eſſe emunctorium ad aquoſitates ſanguineas,& cholericas expellendum in regionibus hepatis propter uiarum concurrentium ad eum,& aliquando ſtomachi falſitate oppilationes diu figuratas.Secunda res eſt ſtomachi, & hepatis complexiones proprias confortare, ne nutrimentum crudum hepar recipiat: ad quod meſeraicarū naturas inſpicere oportet.Tertia res eſt ſubtrahere naturam ad longinquiora:propter quod ad oppoſitum iam diuerſum,& in rectificatione poſitum,iam curatur in euacuatione oppilationis cum phlebotomia ſaluatellæ utriuſq; manus, clyſteribus de lupino,& oleo uio.& confidas maxime in phlebotomiis uenarum concauitatum pedum amborum,in omni hepatis ægritudine,& fellis, & maxime icteritia, curat enim horum locorum ſola ſanguinis ſubtractio,ſi Deus uoluerit. Sanguinem ſubtrahimus ſub ſubiecti uirtutum poſsibilitate,& magnam ægritudinis exuberantiam. Quarta res eſt extrinſeca,regimen laudabilis cibi & potus, cibus ſubtilis temperatus ſanguini uicinus circa principium declinans ad aliqualem frigiditatem ſi materia calida ſimpliciter fuerit,& in fine rei ſimpliciter cibus calidus, & humidus proprie complexionis ſimilis:in nulla ægritudine relinquenda eſt membri innata complexio,& priuanda à ſimili regimine.Obuiari autem oportet humori egredienti complexionem ſimpliciter: competit eis uinum ſubtile miſtum,ſi non febricitent,aquam omnino fugiēt ſine febre, & cum febre oppilat uias debiles,naturam omnino contriſtat,nullum iuuamentum ei præſtat.ſed laborem, & fluctuationem: uinū confert cholera abundantibus rubea, & ſubtili, quoniam urinam prouocando canales hepatis,& fellis chiſtim choleram expellendo mundificat: & remouet oppilationes oppilantes materiam rarefaciendo,naturam confortādo,ſanguinem clarificat, & ſpiritus uiuificando releuat. Et maxime poſt mūdificationem choleræ.Abſtineat à coitu, à uino nouo dulci, & fumoſo, & abſtineat à calidis tertium gradum aſcendentibus,& frigidis ultra primum gradum,nec extendant uentrem eorum cum cibo & potu. minus comedant quàm bibant. & parum bibant,& cum ſiti, & fame nec cibum aſſumant,niſi prius à fœcibus primi cibi inteſtinis mūdificatis: nec calefaciant pedes eorum: dormiant pedibus diſcoopertis:ſi quidem febricitauerint, aperiant baſilicam utriuſq; brachii,ſi expedit: & regimine regantur febricitantium humido magis, quàm frigido. Si quidem durum fuerit hepar ualde,& icteritiam habuerit,malum ſignum,ſi non durum non mala eſt icteritia, immo naturæ operatio. Et impoſsibile eſt oppilationem hepatis confirmari, quin ſplenis oppilationem natura non acquirat,eſt enim artifex & miniſter humorum,& fons primi ſanguinis, cuius uirtus impedita,multa membra contriſtat, arteriarum principiū eſt

eſt mediāte uena cōcaua à gibbo hepatis per mediū diaphragmatis ad dexteram auriculā cordis: & egredit̄ p ſiniſtram, ubi ſubſtantia cordis aſſumit tunicam,& facit eam arteriā: & dicitur ab orthi, quod eſt principium omnium arteriarum,hæc eadem in tres ramos diuiditur,quorum maior mittitur ad ſpinam,diuidens ſe ad multas alias arterias miſſas ad inferiora membra. Secundus materiam dirigit ad pulmonem. Tertius minor eſt ſiniſtro ramo, quia per mediū ſigillat,& figurat naturam. Et uirtus corporis eſt cuſtos portans,& uenit ad ſiniſtrum brachium: inde eſt quòd uerius,& fortius ibi ſonat. Vero quidem artifice infirmatur, cor ab eo ſanguinem recipit: vt à debitore debitum,& alia contriſtari principalia membra maxime: quoniam eius uirtus gerit & complet,ſatagendum eſt tanti membri rectificabilem complexionem rectificare eſt rectificabilius cæteris membris propter ſuam dulciſsimam naturam hepar hœdulinum calidum poſitum ſuper ipſum, eſt magna medicina in rectificando complexionem eius hepata animalium, & agnorum,hoc maxime operantur propter uicinitatem,hilaritatem præſtant magnam. ponantur ſuper eo calida non artificio: ſed cum de uentribus extrahuntur, remouent maxime dolores,& oppilationes nouas. Spongia marina imbibita aqua roſ.& camphorata eſt medicina magna in omni ægritudine fellis, & hepatis ſi in figuratione in eo eſt oppilatio diuturna:nulla actu frigida ſuper eo ponantur, nec calida natura,& maxime ſi dolorem patitur,& euitentur ſuper eo narcotica, remouent dolorem ad tempus: ſed ſunt mater oppilationum:& animæ membri inimicantur: ſtupefaciunt enim & ſenſum tollunt,& ſic mendoſe prodeſſe uidentur. eſt res magni erroris curare cum narcoticis prorūpit.n.materiam poſt tempus non diu extenſum, & redit ægritudo nouiſsima periculoſior: impediunt purgationem per vrinam, quæ eſt prima, & vltimata cura ægritudinum fellis,& hepatis,ſi fere laborauerunt uiolentia, & vinum bibere formident,ſi opus eius aqua cocta modicum acetoſa aceto albo,& non uacillent in ſuis cibis aliquid aſſumere aquæ uinatæ uino pontico ſubtili, & albo, refrigerat talis potus membra calefacta, ipſorum uirtutes, & ſpiritus releuat & confortat: acumen choleræ extinguit, ut dictum eſt,urinam prouocando eam expellit, cichorea coriandrū, & portulaca à proprietate conferunt, & remouent oppilationes fellis hepatis,& ſplenis,& meſeraicarum, non quia calida,nam frigida ſunt borag.portu.ſcariola, cichorea hepatica eſt cibus laudabilis, fructus buccæ in ſaporibus ſine fe.& cum feb.Hepatica herba eſt medicina magna, & probatiſsima in omni genere fellis,& hepatis, bibant ſuccum eius ieiuno cum aqua lactis caprarum in qua fuerit ſpica nardi,& ſpodium,& aqua lactis capræ uiolata, eſt eis diuerſiuum bonum,& ſpongia marina ſubmerſa oleo roſ. ſuper eo eſt laudabilis: in frigida & calida materia, flores ſambucorum recentes cum aqua lactis caprarum eſt laudabilis medicina ſitim extinguit: uenas meſeraicas, hepatis canales clarificat: & facit ad prouocationem urinæ, & gaudet ea natura: facit mineram gaudii,longus eius uſus,& eſt medicina nobiliſsima cholera abundantibus nigra, & manifeſtum affert iuuamentum phthiſicis,& hecticis, & fluxu ſanguinis menſtruorum,& hæmorrhoidum, & narium,& proprie per partem dextram:& eſt ſumma cura cæteris ægritudinibus hepatis maxime ex ſanguine, & uomitu in magna neceſsitate, & habentibus choleram diſperſam non tamen paratis ad phthiſim,nec ad aliquam ſpiritualium membrorum malitiam, & in doloribus hepatis maxime cholericis, & tempore æſtiuo eſt medicina,& cura magna. Flores tamariſci ſecundum omnem modum adminiſtrationis,& proprie cū iure cicerum ru.eſt cibus medicinalis, & ius cicerū mundificat hepatis canales: & facit ad bene eſſe prouocationis urinæ,& eſt medicina magna habentibus choleram diſperſam,& proprie adminiſtratum cum carnibus ſerpentum ſecundum doctrinam noſtram eſt medicina: quorum ægritudines iam ſunt cum diuturnitate infiguratæ in corpore eorum,& quorum cutis citrinitate adulterata eſt, & attenuari clamat: & morbo ſubiugari conſumptio demonſtrat, & quorum oculorum orbes diriguntur omni tempore colore icteritio adulterari, & eorum retentiua ad partē

Hepar hœdi calidū ſupra hepar poſitū ipſum confortat. Nota ſpōgia marina.

Nota laudes hepaticę herbæ.

De florib. tamariſci.

A inferiorem eſt ueriſsima ad ſuperiorem partē propter choleram ſuperius leuigatam eſt imbecillis, abhorreant multum cibum,& potum ſemel: immo parum ſubtilis & ſæpe. Ius autem ſerpentum cum cichorea & floribus roriſmarini croco adminiſtratur, nec prætermittas parum diptami aſſociari cum eo: corrigunt quodcunque corrigibile in eis Diptamus & ſerpentum carnes laudabiliores ſunt albi nō aquatici, nec montani abſciſsis menſura digitorum vii.capite & cauda: nec aliter moriantur: prima ebullitionis aqua abiiciatur. eſt medicinarum materia in diuturnis ægritudinibus, quarum materia fuit cholera, & maxime aduſta, & omnium humorum aduſtione, & infectione ſanguinis diuturna, & credas de hac medicina in leproſis, & proprie cum lacte hecticis nullum huic æquipollens medicamen & ictericis, & ſupercalefactis hepate, & malitia fellis non ex coniunctione complexionis & ſubſtantiæ, quamuis aliquid ad bene eſſe ſecundum hanc faciant, nec ſubſtantiam, nec complexione ſcriptum eſt quia tale, & non quare minuit medicinam largitor bonorum, uel naturali, & ſupernaturali uirtute utraque cœleſti, & elementali ſicut Deus creauit, quędā eſt nobiliſsima in rebus uirtus non natura hac,ſed altera natura in uita,non de naturis eorū,quę ſunt ſub ſole,ſed alterius noſtro intellectui ignotæ. Quintam rem complent mundificatio putridorum humorum,rectificatio mēbri,immo ſit prima intentio alterare malam complexionem,adæquare materiam ad expulſionem,expellere,& confortare ſtomachum & hepar, & hoc complent omnē rē huius curæ,ſequeſtrare humores nociuos ponere eos in neceſsitate,ut facile ſine turbatione naturæ expellātur, trahere materiam ad oppoſitū per conuenientes regiones,& maxime per eā partem qua natura utebatur añ rebellatiōem huius humoris.facimus hoc cum urinam prouocantibus,& clyſteribus, & phlebotomiis uenarū manuum in extremis,ſubtractione ſanguinis à concauitatibus pedum cum ſanguiſugis,uentoſis ſequeſtramus, & digerimus oppilationes,ſedamus cum ſyrupis, emplaſtris, diæta laudabili in quanto,& quali proprietate:& gaudium hilaritatis iniungimus omnino.Gale.electarium ualens ad debilitatem hepatis,mundificat canales hepatis, fellis, & ſubtiliat humorem, prouocat urinam,confortat hepar cōfortatione magna. Recip. ligni aloes, ro. ſpicæ, nardi, cinnamo. reu.ana drach.ii.laccæ,gari.an.drac.s.aſari, aniſi,maiora.maſtiches,granorum balſ.an.ʒ. iii. fu. meu. ſquinan.ſpo.an.ʒ. i.Confice cum aqua decoctionis ligni aloes, & ſpicæ. doſis. ʒ. i. uſq; .iii. Syrupus ex inuentione noſtra adæquans materiam nociuam, ut expellatur, mundificans hepar,& malitiam fellis per ueſicā: extinguit audaciā choleræ,fugat febrem omnino,rectificat effigiem,eo quod mēbra harum ægritudinum rectificat:, ſi Deus uoluerit. Non redarguatur à ſtolidis medicis hoc uerbum,ſi Deus uoluerit, ſæpe repetendo. omnia uelut fumus deficiente igne deficerent, & uelut pluuia recedentibus nubibus euaneſcerent, ſi modicum ſua quieſceret influentia. ℞. ſcariolæ, ſaluiæ, portu.capil.ven.ſcolop.eupatorii, lupini, ſaxifragiæ,hepaticæ, radicum,foliorum,& florum cichoreæ,radicis apii, fœniculi, bruſci, ſemperuiuæ, tamarindorum, & uuarum cum teneritate ſua. ℞. roſ. quæ habent folliculum cum pomo intrinſecus rub. ad modum ceraſi. Quidam tradunt eam genus ſolathri: habent ramuli ſui prærogatiuam ſuper omnes medicinas de mundo in prouocando urinam, & lapidem ex ueſica repellunt. ℞. ſolathri domeſtici foliorum ſalicis: ana M.s.ſe. communium, portula.apii, fœnicu.aniſi, ſubtile puluerizatorum: ana ʒ. iii.florum boraginis, pſyllii præparati, tamariſci. vio. roſ. ana drac.s.ſanda.al.& ru.berbe.odellii, calami aromatici, ſpodii, maſtiches: ana ʒ.i.ſucci plantaginis deſpumati,ſucci fumiterræ, ſucci thymi, ſucci apii, ſucci pomi acetoſi, ſucci ſcariolæ, & pomi terranei perfecte deſpumatorum: ana drac.iiii.rheupontici ʒ.iiii.rheubarb.præparati, & electi ſecundum doctrinam meam ℥.i.s.camphoræ ʒ.i.zucchari boni,lib.iiii.in fine ſui aromatizetur ſyrupus. ℞. ligni aloes,ſpicæ,gario.cinna.an.ʒ.s.aceti infecti muſcho ʒ.iiii. Doſis ℥.i.uſq; ad ii.cū aqua cichoreæ, uel aqua lactis caprarum de mane ante lucem. emittant ſi poſsibile prius fue-

Nota laudes carnium ſerpētum & qualiter debēt præparari.

Elect. ad debilitatē hepatis.

Syrupus ad idem.

Nota de ſolathro ueſicatio.

rit ſuperflua primæ,& ſecundæ digeſtionis, ut naturam in-
Syrup. ad caliditatē hepatis. ueniat exoneratam,& excitatam. Syrupus in materia hepa
tis calida ſimpliciter refrigerans membra ſupercalefacta &
hepar: audaciam fellis,& cholerę extinguit, & eſt mors fe-
brium,& releuat infirmum ab hectica, & ictericia, ſi Deus
uoluerit ſanator cunctorũ morborũ. ℞. berberis,florũ bora
ginis,florũ & foliorũ cichoreæ,foliorũ & ſeminũ ſcariolæ,
& portulacarũ,pſyllii cõquaſſati in aqua frig. hepaticæ:an.
ʒ.i.plantag.pimpinellæ,ſemperuiuæ,ſolathri:an. M.s. ſucci
hepaticæ,ſucci cichoreæ,ſucci ſcariolæ ſylueſtris,& dome-
ſticæ,ſucci ſemperuiuæ,ſucci apii depurati:ana ʒ.iii.ſpodii,
ſanda.ſe.communium mundatorum:ana.ʒ.iiii. camphoræ,
ʒ.i.s.aceti.ʒ.iiii.uiol.roſ.ana.ʒ.i.zucchari lib.ii. Doſis. ʒ.ii.
in aurora cum aqua frigi.& caue ne ſit infirmus cum oppi-
latione ſplenis uel hepatis,nec ſit ſenex aſſumens eum. fe-
bricitantibus ſola colatura detur de mane,ſicut dictum eſt,
& modicum ante accesſionem fe.ſi uoluerit eam abbreuia
re,& in fine paroxyſmi potus.iii.ʒ.da cũ frigida. extinguit
tertianam duplicem,& febrem incendioſam,ſi Deus uolue
rit. Dixit Agazo experimentator magnus de ciuitate Athe
narum,lacca remouet omnes oppilationes hepatis, & de-
coctio gaſit cum lacca & ſpodio curat in paucis diebus om-
nino oppilationes hepatis, & maximũ iuuamentum affert
Elect. ad oppilatio. hepatis. habentibus hydropiſim. Electarium contra omnes oppi-
lationes hepatis antiquas ex groſſa materia, confert cere-
bro,& ſtomacho,& omnibus membris interioribus,aperit
uenas meſeraicas, & eſt potens prouocare urinam in edu-
cendo proprie materias contentas in hepate, & regioni-
bus ſuis: curat hydropiſim. ℞. radicum lilii cœleſtis, agari-
ci,ammoniaci,calami aromatici,laccæ,aſſari,roſarum, ſpi
cæ nardi,cinnamomi,ligni aloes:ana.ʒ.viii. gaſi fiſticorum,
gummi hederę,ariſtolochiæ:ana.ʒ.iiii.maſtiches. ʒ. ii. flo-
rum chamæmeli.ʒ.s.ſeminis endiuię,ſpodii:ana.ʒ.iii.pulue
rizentur,& conficiantur cum uino & melle. doſis huius ma
gni antidoti ſit.ʒ.iii.cum decoctione radicum lilii cœleſtis
& gaſit. remouet oppilationum omnium nutritiuorum mẽ-
brorũ,& maxime hepatis,& fellis,& remouet fortes dolo-
res hepatis,& iuuat hydropicos. immo ſanat eos adiutorio
Sanat hydropicos. Dei. Dixit Gal. ſu. meu. lacca ſubtiliſsime puluerizata cum
decoctione hyſſopi & ſatureiæ. Doſis drac.i. eſt ſumma me-
dicinarum in prouocando ſubito urinam, & expellit aquo-
ſitates groſſas contentas in hepate & renibus, & proprie
materiam diuturnam groſſam,& ſine febre. Succus gaſit,
& lupulorum cum bono & electo agarico eſt medicina ma
gna in remouendo oppilationes quaslibet hepatis,& maxi
me ex frigida cauſa & antiqua,omnis enim materia longo
tempore diuturna tãquam frigidus calido medicamine cu-
ratur. remouet magnos dolores, & ſanat hepar à languori-
Syr. ad he par ſuper calefactũ. bus ſuis,ſi Deo placet. Alexander. ſyrupus utilis habenti-
bus hepar ſupercalefactum, & choleram exuberantem in
chiſtim fellis. extinguit acumen eius,& mundificat. Recip
pe ſucci endiuiæ,ſucci plantaginis,lupuli,fumiterræ: ana
lib.iii.depurentur,& bulliant cum lib.ii.aquæ frigidiſſimę,
in qua fuerit quantitatis rheubarbari boni,& modicum ſpi
cæ nardi,diebus. ii. & uas huius aquæ cum rheubarbaro ſit
nouum: & mittatur ſuſpenſum in puteum aquæ frigidiſſi-
mę: bulliat in hac aqua uſque ad conſumptionem libr.iiii.a-
quæ colatæ à rheubarbaro & zucchar o,lib.i. doſis drach.ii.
Potio uti liſſima laxatiua. cum aqua frigida ieiuno. Potio nobiliſsima ex inuentio-
ne noſtra purgat quancunque hepatis,& chiſtis contentam
& adhærẽtem materiam,membrum rectificat, canales eius
abſtergit, oppilationes eius rapit, & opponit ſe medicinæ
frigidæ,& calidæ compoſitæ. Recipe rheubarbari recentis
ſine adulteratione.ʒ.iiii.pone ex ipſo in ſyrupo uiola. unc.
v.per.iii.dies, & cum eo ſpicæ. ʒ. s. colato ſyrupo ſigillata
eſt anima in eo,& relicta anima rheubarbari. ſubiũge cum
ſyrupo,pulpæ bonæ,caſiæ magnæ electæ, tamarindorum re
cencium,zucchari puri:ana.ʒ.ii.informa trochiſ.ʒ.i.s.& ſit.
doſis.ʒ.iii.trochiſ. uſque ad.v. & poteris colare ſyrupum à
ſubſtantia omnium medicinarum. Syrupi huius nobiliſsi-
mi.ʒ.iii.da cum aqua lactis caprarum in matutinis primis,
& cuſtodi potionatum tuum ſollicite, liberabitur data po-
tione,ſi Deus uoluerit. In ſenectute hepatis ægritudine,
Pilulæ nobiles. & omnium principalium, & maxime forenſium membro-

rum à uiis primæ expulſionis danda eſt medicina, quan-
do itur dormitum,prima digeſtione completa,ut dicta me-
dicina cum cibi anima, & ſubtili ſubſtantia ad membra re-
mota portetur: & detur in pilulis quarum eſt hæc compoſi-
tio. ℞. rheubar. boni.ʒ.vi. mannæ electæ.ʒ.i. & pulpæ tama
rindo. & caſiæ:ana.ʒ.ii. omnium generum myrobalanorum
recentium ſine oſsibus.ʒ.iiii.ſpicæ nardi tr.i. laccæ.ʒ.i. con
fice cum ſucco thymi. Doſis earũ eſt pilulæ.xi. uſq; ad. xvii.
poſt cibum hora dormitionis. attrahunt, & eradicant mate
riam poſt à gibbo hepatis ad inteſtina,& eſt medicina pro
prie in omni ægritudine hepatis,fellis,& omni materia,&
proprietas quidem eius opponitur cholerę in ſubſtantia in
tolerabili, complexioni ſubſtantialis phlegmati in ſubſtan
tia naturali,& omni materiæ miſtæ. confidas in huiuſmodi
potionis uirtute ſanat cũctos hepatis languores,ſi Deo pla
cuerit,quãdo ex groſſa uentoſitate propter perfidam oppi-
lationem retentam dolores generãtur terribiles, & timẽs
debellationem uirtutis acumine doloris non tardes balnea
re infirmum nudum febre & apoſtemate,placat.n.dolores
caliditas dulcis balnei poros aperiendo: uentoſitatis affec-
tus,& oppilationes. cauſamq; doloris remouet,& effugat,
non tamen aſsiduandum eſt balneum, niſi in tali neceſsita-
te. ex foliis roſ. ſit balneum aquæ dulcis & chamæmeli infri
gidatum. Clyſter conferens ægritudinibus hepatis. ℞. lupu
lorum,uiolarum,fellicinci. ſabbucorum:ana.M.i. caſiæ,zuc
chari uio.ana.ʒ.i.olei uio.ʒ.iii.butyri recentis.ʒ.i.ſalis indi
ʒ.i. ut aſſocietur in calida materia. Clyſter ex aqua lactis ca
prarum cocta modico aniſo puluerizato,olei uio.ʒ.ii.eſt ſu
blime in prouocãdo urinam: & dolores, quorum mater eſt
uẽtoſitas,& oppilationem remouet. Clyſter in materia diu
turna & maxime frigida. ℞. lupulorum,ebulorum,foliorũ
ſambuci,uio.ana.M.i.aga.ʒ.iii.hieræ Gal.aniſi puluerizati.
ʒ.i.been.ʒ.ii.ſalis,mellis,& olei ad ſufficientiam. Hippoc.
Syrupus utilis hepati inflammato, & paſſioni oppilationi
uenarum. ℞. florum tamariſci,berberis:ana.ʒ.ii.endiuię,he
paticæ,ſcolo.apii,lupulorum:ana.ʒ.i.gyra ſolis. M.i.ſanda.
albi & rub.ʒ.i.zucchari lib.ii. Doſis eſt.ʒ.ii. ieiuno ſtoma-
cho quoties ſiciuerit,ſitim extinguit,hepar rectificat & con
fortat,datur cum aqua cocta. Pilulæ Hippocra. contra op
pilationes hepatis,& ægritudines inueteratas. Recı. aga.ʒ.
ii.ſene.ʒ.i.aloes bonæ opti.& lotæ.ʒ.iii.baccæ,florũ tama-
riſci:ana.ʒ.i.maſtic.zinzibe.ana.ʒ.i.rheubar.ſpicæ:ana.dra.
iii. conficiantur cum ſucco fumiterræ. Doſis à.ʒ.ii.uſq; ad
iii. Filius Zachariæ. Modus emplaſtri refrigerantis hepar
inflammatum,& fel.co. Recipe. ſand.ʒ.iiii.maſti.ʒ.ii.ſem-
peruiuæ tritæ.ʒ.i. farinæ hordei, interiora trium onorum
camphoræ unc.s.olei.ro.aquæ roſ.ſucci ſolathri, ſucci ner-
benæ:ana.ʒ.ii.aceti.ʒ.i. utantur hoc liquore ſuper hepar à
tertiis uſque ad neſperas. Hiera deſcriptione Conſtanti-
ni,medicina benedicta, & maxime in acutis febribus mul-
tæ caliditatis ſitim extinguit, ebullitionem ſanguinis, in-
flammationem hepatis,fellis, corporis ſtomachi, & omnẽ
inflammationem ſedat,cuius hæc eſt permiſtio. ℞. raſuræ,
coſti boni.ʒ.iiii.tamariſci. ʒ. v. medullæ caſiæ. ʒ. iiii. zuc-
chari unci.v. ſucci endiuiæ, ſucci apii, ſucci malorum dul-
cium acetoſorum,ſucci acetoſitatis citri:an.ʒ.iii. foliorum
lupini,capillorum ueneris:ana uncias.ii.pruna ficca nume
ro.c.myroba.roſa.ana unci.i.ſpicæ unci.iii.decoquantur in
lib.iii.aquæ fontium uſque ad lib.i.s.& proiice zucchari li.
ii.aceti boni lib.i.& coque bullitione una, & demerge ſu-
per illud: & coque cũ melle ad ſpiſsitudinem. Vltimo proii
ce in medicamine ſand.rub.ſpodii, charabæ, berberis, fe
portul.ſem.acetoſæ:an.ʒ.iiii.ligni aloes.ʒ.ii.cubebæ.ʒ.iii.
camphoræ.ʒ.i.repone in uaſe uitri.eſt medicamen nobile.
Doſis ab.ʒ.i.uſque ad.ii.cum frigida: & hoc in æſtate. Dixit
Auemus de ſimplici aqua decoctionis corticis exterioris
fiſtici. mundificat canales hepatis,& maxime confortat ſto
machum. Medicamen magnum, & maxime in ægritudi-
nibus diuturnis hepatis,& ſalſo phlegmate,& lepra. ℞. fu-
miterræ,ſeminis lapathi,ſeminum abſinthii,ſcabioſæ; ana.
3.viii.omnium myrobalanorum ſine oſsibus: an.ʒ.v. hieræ
picræ Gale. ſucci roſa. ʒ.i. thymi,epithymi,macis, & ſene.
ana.ʒ.vi.rheupontici.ʒ.i.mannæ,pulpæ caſiæ,tamari.ana.ʒ.
iiii.rheubar.boni.ʒ.ii.conficiatur ſyrupus. ℞. lactis,ſpodii:
ana.

ana ʒ.iii.ſpartanæ.ʒ.i.polypodii,aniſi: ana ʒ.i.eupatorii,he
Vnguentũ infrigidãs hepar mirabile. paticæ: ana ʒ.i.miſceantur. Doſis ʒ.s. cum aqua lactis ca
prarum. Vnguentum refrigerans hepar,acumen follis, &
febrem caliditatis magnæ. Accipe axungiæ porcinæ recẽ.
tis quantitatem quam uolueris: lauetur cum aqua calida de
cies,& toties cum frig. poſtea teratur cum ea, & incorpo-
retur roſ.rheub.ſecundum mediam quantitatem, ſandali,
boli,ſpodii,camphorępartem x.ceræ al.ʒ.ii. olei roſ.ſucci
ſemperuiuæ:ana.ʒ.iiii.coquantur cum maxima facilitate,
& coletur: eſt mirabile ubi oportet. Inquit experimenta
tor,ſuccus hepaticæ cum albo ouorum agitatus miſtus per
decem dies,ieiuno aſſumptus curat malitiam hepatis & fel
lis,eſt.n.efficax et probatum in icteritia, ſi Deus uoluerit.
Inquit theſaurus,ſucci ſemperuiuæ pars x.mellis. pars una,
aceti pars.s.bullitis ad partem mellis.s.eſt medicamen ef-
ficax in calida & frigida cauſa. Idem ſyrupus quo utuntur
Syrupus utilis ad oppilatio nes hepa tis. nobiles remouens oppilationes,& cachexiam,& icteritiã,
extinguit febres magnæ inflammationis. ℞. ſucci endi-
uiæ, cichoreæ,pomi terranei, ſucci ſemperuiuę, apii, he
paticæ:ana lib.i.depurentur ſucci cum ſuauitate, & fiat ſy-
rupus cum aceto, zuccharo albo duro, & aromatizentur
cum ʒ.i.gariophyllorum, zinzib.tr.s.cinnamomi.ʒ.ii.'Do-
ſis.ʒ.ii.cum frigida extinguit acumen,& audaciam fellis,ſi-
tim ualidam, & obuiat omnibus accidentibus cholerę, &
effectibus, ſi Deus uoluerit. Pilulæ de rheubarbaro contra
Pilulæ de rheubarb. ad omnes hepatis ęgritudi nes. omnes hepatis ægritudines magnificæ,& ſufficiẽtes in om
ni quo hoc membrum indiget. ℞. pulpæ caſiæ ſiſtulæ re-
centis,pulpæ electæ,tamarindorum, mannæ probatiſsimę,
ſpodii:ana ʒ.ii.maſtiches ʒ.i.ſeminum plantaginis,ſe.abſin-
thii,florum nucum caducorum,ſpicæ nardi: ana ʒ.i.s.rheu-
barbari recentis ad pondus ſingularum rerum. Rheubarba
rum ponatur in aqua lactis puluerizatum cum ſpica,& con-
fice pilulas. Doſis eſt à ʒ.iii.uſq; ad.iiii.

De egritudinibus & oppilationibus ſplenis. Cap. ii.

CVra harum ægritudinum ſunt quatuor res. Prima
eſt ſolicitudo,ut mundificetur corruptio eius. Se-
cunda eſt,ut confortetur, & rectificetur hoc mem-
brum,& fiat minera mere laudabilis,& non recipiat
corruptũ immo repellat. Tertia res eſt regimen cõtra adę
quationem cauſæ eius,quod eſt in eo corruptum, & dilata-
re uias circũadiacentes ei,& ponere materiam in neceſsi-
tate facillimæ expulſionis, mollificare faciem membri ex-
trinſecam. Quarta res eſt,ut ſit perſona parciſsima auari-
tiæ cibi,& potus,& maxime omnium liquidorum,& uapo-
roſæ ſubſtantiæ: immo ſit tua magnifica intentio, & prima
in ordinando diætam parciſsimam, & laudabilem in quan-
to,& quali,& proprietate. Primum modum complet ſub-
tractio materiæ ad diuerſum, & mundificatio ſtomachi, &
uerificatio hepatis eſt huius materiæ ſcopa, & receptaculũ
melancholici humoris, & maxime omnium ſuperfluitatum
hepatis groſſarum, & ideo prima intentio eſt mundificare
hepar, confortare uirtutes ſanguinis gelidi, ut ſecundum
exigentiam membrorum humores aſsimiler, rectificare pri
mam digeſtionem, ſecundam, & tertiam, & quartam, &
hoc membrum in ſua innata complexione, ut ſua uirtute im
pugnet humoribus concurrentibus ad membra debilia, &
accipiat, quod auariſsimæ naturæ ſufficiat, & quod aſsimi-
lare poteſt præter læſionem. facimus hoc cum auxilio Dei
Phlebotomia. cum phlebotomia ſaluatellæ utriuſq; manus, & uenę pedis
ſiniſtri poſita iuxta minimum digitum,& rectificantibus cõ
plexionem hepatis, quorum memoria eſt in tractatu de paſ
ſionibus hepatis,& maxime, quæ habent a proprietate con
ferre complexionibus diuerſorum membrorum, & coriandrum,portulaca,ſcolopendria, bucea cortex & fructus ta-
mariſci, grana hederæ,dictamnum,endiuia. Secundam,ter
tiam,& quartam rem complent adęquando materiam,& re
ctificando membrum cibis medicinalibus, & medicinis ci-
balibus: regantur cibo expoliato ab humiditate,& omni ui
ſcoſo, non appropinquent pani azymo frixo, & quicquid
eſt de paſta, triticum coquinatum,& quicquid eſt crudum,
& fugiant omnia poma, & carnes porcellorum iuuenum,
agnorum, habeat odio nocturnam cœnam,& piſces,& car-
Nocumẽta male nes,& maxime ex ſale induratas: & repentina cum feſtinan
tia cibi maſticatio eſt materia cauſarum oppilationum, ma-

A ſticatio in partes ſubtiliſsimas cibi,& potus ſuauiſsima gur maſticatio-
gitatio in lambendo eſt cauſa uelocioris digeſtionis, & lon xium.
gioris uitæ. Dormire ſtatim poſt crapulam multum nocet:
diligant uinum ſubtile odoriferum, nihil uel parum miſtũ
aquæ magnetis,uel ferro alteratæ ignito: nihil bibat inter
prandium,& cœnam: panes ſint optime fermentati,& parũ
ſalici carnes animalium,& auium digentium in aquis eſſet
contra. & peruerſum hoc membrum rectificare,& alia qui
bus inimica huius amica ſunt committere nobiliora oblitũ
laudabilius eſt diuturnare quàm perdere carnes perdicum,
agnorum, auium paruarum multarum, faſianorum,gallina
rum,& pullorum: aqua lactis caprarum cum hepatica,cpi-
thymo,& ſene eſt medicina benedicta adæquans materiam
oppilantem, repellens eam,quanquam paulatim ſit eius o-
peratio in purgando. ineſt ei proprietas,& complexio pur-
gare choleram nigram,& generat mineram gaudii, & non
facit ſcandalum alicui membrorum: & in complendo rem
primam balneamus corpus, & euacuamus cum medicinis
euacuantibus choleram nigram, & medicinis proprietate
B dotatis. Et forte in fine rei mandamus cauterizare: necnon
uſque ad proprium membrum mundificato corpore deue-
nimus cum uentoſis, & ſanguiſugis. prouocatio fluxus ſan
guinis menſtruorum, & hęmorrhoidum eſt de intentione
rei primæ,& quia de ociosis membrorum eſt, bene ſe ha-
bet: ad diſtemperata magis quam ad temperata temperatæ
complexionis, temperatum mittimus nutrimentum, cali-
da calidis gubernantur,ſicca ſiccis,frigida frigidis: nocen-
tur uero immoderato uſu ualde, affinis humanæ naturæ ca-
lidis gubernentur, nec nocentur à frigidis uſu raro,& mo-
derato: frigida quidem complexio & ſicca, quia calidiori-
bus extranea rectificatur, frigidis gubernatur, & nocere
ab eis uſu continuo ad remotionem oppilationis eſt primũ
uias aperire,& ampliare,& habilius dura labitur materia.
facit autem hoc omne quod generat gaudium, & lætitiam
cordis, haſce, &ſiler montanum, antimonium, magnes,
lapis lazuli præparatus eſt ex maxime remouentibus oppi-
lationem. exercitium moderatum delectabile eſt de in-
tentione primi modi huius curæ. Dixit Gal. ægritudines
C melancholicæ non niſi forti medicina remouentur, uelut
neruorum materia. hoc pondus cibi, & potus, quod aſſu-
munt hodie,aſſumant cras. Dixit Affrain. aqua in qua de-
cocta eſt radix iridis remouet oppilationes omnino anti-
quas,& eſt fortis operationis. Dixit Gal. decoctio abſin-
thii, & centaureæ minoris eſt medicina maxima in remo-
uendo oppilationes ſplenis: educit utranque choleram, &
maxime aduſtam, aperit uias, adæquat materias ad expel-
lendum,& fortaſſe confortat membra mittentia materiam
in ualorem oppilationis, & eſt de intentione rei ſecundæ
ad ſtomachum & hepar. Medicamen magnum diſſoluens
Medicamẽ ad duritiã ſplenis. ſplenem durum, attenuans eius magnitudinem. ℞. aro-
matici ʒ.iiii.florum chamæmeli, florum anethi, florum ta-
marindi: ana ʒ.i.radicis capparorum, carui,granorum bal
ſami, granorum tamariſci,rubeæ: ana ʒ.ii.ſquillæ aſſatæ ʒ.
iii.ſcolopendriæ, ariſto.rotun.ana ʒ.ii. conficiantur cum
melle,& dentur ex eis ʒ.iii.cum aceto ſic præparato ſpar-
tanæ ʒ.ii.mittantur in vii.ʒ.aceti boni, & bulliant uſque ad
iiii.ʒ.ſit doſis in medicinis ʒ.ii.uſque ad tres cum ii.ʒ.huius
aceti in hora dormiendi. egreditur uirtus huius medicami
nis uſque ad profundum, & abſconſas materias huius mem
bri melancholicas, aperit, attenuat,& conſumit materiam
rebellem & ſepultam. Syrupus ex inuentione noſtra,uio-
Syrupus deoppilatiuus. lans & debellans perfidas oppilationes & antiquas, ponẽs
materiam matrem oppilationum in uiam expulſionis: im-
mo expellit eam,membra rectificat, & eſt potens in omni
oppilatione nutritiuorum membrorum. cuius hæc eſt de-
ſcrip. ℞. abſinthii,radicis iridis,centaureæ minoris,ſcolo
pendriæ, radicis capp. & fructus eius,& fructus tamariſci,
cupatorii, haſce, hyſſopi montani:ana drachm.ii. ariſtolo.
lon.& rot.corticum praſsii, dictamni,florum chamæmeli,
aniſi: ana ʒ.i.ellebori nigri vnc.i.s.maſtiches, ſerapini gal-
bani, oppopa.lapidis lazuli præparati,ſquamæ ferri, myr-
rhæ electæ,gummi hederæ, ladani: ana ʒ.i.gario.cubebæ,
macis, galangæ,cinna.ana ʒ.iiii.cum quibus aromatizetur
ſyrupus in fine ſui. epithymi,ſene,agarici: ana drac.s.ſucci

radicum ebulorum,ſucci cucu.aſi.ana lib.i.magnetis.℥.i. aceti.℥.iiii.zucchari,lib.iiii.Doſis. ℥.ii.uſq; ad.iii.cum aqua ſcolopendriæ in ſtomacho uacuo,quando itur dormitum et maxime ſi oppilatio fuerit cum diuturnitate tẽporis filtrata in membro:ſanat hæc medicina,ſi Deus uoluerit.Democritus dixit fructus hederæ,folia,& gummi eius à proprietate remouent oppilationes hepatis, & ſplenis antiquas, & fit ex puluere foliorum tragea laudabilis,quæ aſſumitur in cibo omni hora.℞.pulueris prædicti.℥.ii.aniſi.℥.i.limaturę argenti.℥.s.auri boni.℥.iii.ambrę.℥.i.magnetis ſubtiliſsime pulverizatæ.ʒ.ii.gario.cubebæ,macis, zinzi. gummi hederæ:an.ʒ.i.zuccha.boni.lib.ii. & bibatur poſt immediate parum boni uini uetuſtiſsimi. eſt medicamen regum, & magnorum dominorum, reſpicit cor, & membra principalia,generat gaudium,& eſt medicamẽ diuinum in remouẽdo oppilationes cum gaudio naturæ.

Pilulæ ad oppilationes utiles.

Pilulæ reſoluentes oppilationes hepatis,& ſplenis & hydropiſis circa principiũ. ℞.rauedſceni.ʒ.v.ammoniaci,ſerapini,bdellii:ana.ʒ. viii. laccæ.ʒ.i.oppo.ʒ.iiii.mezereon.ʒ.v.turbith, ſpicæ, polii, aloes:ana.ʒ.v.maſtiches ʒ.iii.omnium myrobalanorum:ana.ʒ.iiii.lapidis lazuli abluti,epithymi,ellebori nigri, ſalis indi:ana.ʒ.ii.hieræ picræ.ʒ.x.diſſolue gummas cum uino, & forma pilulas.Doſis.ʒ.ii.cum aqua caſei.

Vnguentũ ad duritiẽ ſplenis.

Vnguẽtum expertum ad dolores,& oppilationes ſplenis, & duritiem in eo,& dolorem matricis.℞.bdellii,maſtiches,galangæ, ammoniaci,aloes,colophoniæ,mellis:ana.℥.iii.terebinthinæ. ℥.ii.ſerapini,ſtyracis liquidæ:an.ʒ.viii.cerę citrinę.℥.iii.ſucci cyclaminis,ſucci abſinthii:ana li.i. olei chamæmelini li.i.butyri,lib.s. terenda terantur,& liquefiant liquefacienda & incorporetur unguentum: quo ungatur ſplen continuis diebus.mollificat ipſum,& rectificat,& reducit complexionem eius,& conficitur cerotum, & remouetur à membro diebus multis.

Not.de cyclamine q̃ eſt panis porcinus.

Dixit Dioſcorides.cyclamen ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius ſuper membrum eſt medicina probatiſsima,& experta in ſedando oppilationes,& mollificat, & attenuat ſplenem inter omnia medicamina: ſuccus eius cum tantundem aceti,mellis,& ceræ partes.iiii ad ſpiſsitudinem mellis & cerę bullitum,eſt medicamẽ probatum in oppilationibus antiquis ſplenis.

De hydropiſi & eius ſpeciebus. Cap. 12.

Hydrops,& ſpecies eius dixit Gal. omnes uniuerſaliter generantur errore uirtutis ſanguinis generatiuæ cum ceſſauit ab actione propria,& deeſt ei complementum eius.uelut enim nocumentum in uirtute accidit ſtomachi digeſtiua fortaſſe paruum,fortaſſe magnum ſimul etiam eſt in hepate.& nocumentum accidens in hepate eſt ex cauſa in eo etiã,& in ſtomacho:hæc enim duo mẽbra cum aliquod accidens recipiunt,quia naturæ inſtrumẽta,ut nutriant complexionem corporis,& curſum mutant naturæ.

Quo nam modo hydrops fiat.

Et dixit Hippo.hydropiſis naſcitur ex iliis & lũbis, & eſt eius proprium accidens fluxus uentris: neq; per hũc fluxum detumeſcit uenter: nec dolores ſedantur ilium & lumborum,& hæc eſt fallacia uenarum guedegui, cũ enim non ſeruiũt hepati more ſolito propter debilitatem,& oppilationem acquiſitam remanet cibus in ieiuno,& minutis inteſtinis:quæ cum grauãtur cibo,expellere ipſum moliunt penitus ad inferiora:quare fit ut accidat fluxus uentris, & corrumpitur cibus,& conuertitur in choleram malitia mẽbrorum apoſtematorum apoſtemate calido habẽtibus hãc diſpoſitionem: & fit mordicatio uehemens mordicans eã continue ad expellendum retentum in eis: & uenter illorũ totus eſt apoſtematus,& eſt dolor fluxus eorum propter apoſtema calidum uentris inflatio propter uentoſitatem retentam:& eſt cauſa horum accidentium doloris, & uentoſitatis inflammationis error, & debilitas uirtutis digeſtiuæ & expulſiuæ. Gale.hydropiſim ſimpliciter hepaticam hæc accidentia non ſequuntur,nec attrahitur fluxus, ſed fortaſſe accidit in fine,cum fœx cibi moratur in corpore eius,cuius ratione inflatur uenter eorum multum propterea, quia pars eius reſoluitur,& reſpirat propter decoctionem tantæ aduſtionis.Et dixit Gale.ſeipſum prouocet ad tuſsim habens hydropiſim hepatis: & cum non iuuatur abſtineat à tuſsi.

in.6.aphoris.35.

Et dixit Hippocrates Hydropicus cui accidit tuſsis propter exuberantiam multæ materiæ nutritiuorum uſque ad ſpiritualia,& canales pulmonis, propinquus eſt morti. hydrops cum feb.& feb.cum ea multum facit ad maiorem errorem uirtutis,ſanguinis generatiuæ.

Hydropiſis ſpecies 3.

Et ſunt tres hydropiſis ſpecies propriis nominibus à medicis appellatæ, aſcites,tympanites,& hypoſarca,& quarumlibet ſpecierũ cauſa eſt defectus,& malitia uirtutis hepatis,ſanguinis generatiuæ,quanquam hoc à ſplene magis quam ab hepate cauſetur,& hoc ab aliis magis quàm ab hepate.Ad hydropiſis cõſumationem hepar, ſtomachus, ſplen, & alia adulterantur & conſumunt eius ultimum gradum.& conſumunt ipſa malitia hepatis,ſtomachi,guedegui:& ſplenis omnino concomitatur in onere phlegmatis,& contrarii continuantur ad ſeinuicem hæc membra,& eadem regione cum ipſarũ uirtutum digeſtiuarum ſtomachi, & hepatis correlatiua perditio:& hoc accidens ſequitur fluxus quaſi quamlibet ſpecierum hydropiſis, maxime in fine. illã autem prius ex iliis falſitate guedegui:& uirtutis ſanguinis generatiuæ non attrahentis nutrimentum ab eis ſecundum præteritam conſuetudinem.Et ſequitur hanc ſpeciem uſque ad mortem uelut umbra corpus.Scripſimus autem in tractatu hepatis & ſplenis magnam partẽ huius ægritudinis curæ maxime circa principium:

Documentũ ad medicos.

nam quorum iam conſumatus eſt hydrops cum diuturnitate temporum in corpore infiguratus,animę grauat officia,ſpiritus extinguit ardorem:debellatur natura regens:cuſtodiæ corpus relinquimus:neq; onus illorum curæ ſuſcipiendum eſt,maxime cum ſpiritualia læſa non dubitas:quorum fe.non ſeparatur:& mala accidentia iam inualuerunt:& inimicatur cibus,& uirtus appetitiua, & continue languent, bibere aquam frigidam eſt res non recipiens curam.Cura huius ægritudinis eſt. Primum in uita laudabili.Secunda coartat materiam. Tertia abſcindit eã. Quarta rectificat membra mãdantia materiam & maxime uirtutem ſanguinis generatiuam: quorum malitia coacta fuit ægrotare. Quinta corrigit accidentia: & eſt hoc aliquando propterea,ut obuietur periculo accidentium.Primum autem eſſe complent adminiſtrationes regiminũ in. vi.generibus rerum: de quibus eſt elegantior cibus ſiccus uino calido affinis: & contrarius compoſitus febricitantibus,& aer ſine paludibus & aquis & cadaueribus mortuorum.Cibus conſiderandus eſt in quanto & quali proprietate:ſicut proprie cibus boni nutrimenti,& permutabilis,nõ generatiuus uentoſitatum:nec ſumatur ſecundum appetitum.Inquit Dioſcori.puluis hyſſopi attenuat uentrem hydropici.piſces & omnia liquidorum genera ſint eis moleſta:& diligant corporis exercitium:

Carnes.

& carnes uulpinæ, & caſtratinæ,perdicum,& caponum dilectæ, & quæ hoc curſu procedunt:

Panis. Vinum.

panis cum aqua pluuiali confectus ſalita. Inquit Macer galiſta:eſt efficax. uinum impermiſtum ſubtile odoriferum,& ſtypticitatis & ponticitatis parum habens, & eſſet elegantius uinum ebullatum:& uinum cum ſene ſecundum doctrinam noſtram:dulce,& groſſum eſt malum, & ſi debet permiſceri,aſſocietur aqua mellis, uitent autem potum ſuper repletionem, & potum omnem aquæ,

Fugiant aquam tanquam baſiliſcum.

& fugiant aquam tanquam baſiliſcum:& elegantius ei ieiunum repletione,& abſtinere ſuper ſitim,& famem eſt bonũ primum.& nocet quies ante & poſt cibum, & mandatum eſt ſecundum legem cibum,& potum certo pondere eis propinari:anguſtia,triſtitia,dolor, & ſolicitudo laborioſa uitetur.eupatorium,& ruta eſt eis cibus medicinalis. Secundã rem complent,quæ materiam complexione & proprietate adaptant, ut eius facilis fiat expulſio: qualia ſunt oxymel ſquilliticum,aqua lactis bullita cum epithymo, & ſene:ſuccus ſe.maturorum ebulorum,reſolutus cum pulpa caſiæ, & proprie hydropiſi ex cauſa hepatis: & ſyrupus eius: cuius hæc eſt confectio.

Syru. uti. de ... ad hydropiſim.

℞.ſucci ſe.ebulorum,ſe.maturorum ſambucorum,ana libr.iiii. ſucci eupatorii, ſucci endiuiæ: ana lib.ii.pulpæ caſiæ,tamarindorum recentium:ana.℥.iiii.zucchari lib.iiii.aromatizetur in fine ſui cum hoc quod.℞.galangæ, gario. zedoariæ,maſti.cro. ana. ʒ.iiii. Doſis eſt.ii. uel.iii.℥.cum aqua mellis ſquillitici in matutinis, uel oxymelite de polipodio, aniſo,& agarico.& eſt efficax medicamen, & ponens materiam in neceſsitate expellendi, & ſimilia. Tertiam rem complent euacuationes decentes,habentes

bentes prærogatiuam proprietatis maioris educendi hanc materiam:quarum fama,& memoria rememoratur. Clyſteres leues & acuti, ſuppoſitoria, & emplaſtra ſupra umbilicum,& balnea laudabilia ſalita, & ſulphurea, & cauteria, prouocatio hæmor.

De phlebotomia. De cauterio.

Euitent omne genus phleboto. & forte in fine purgato corpore, & poſito in uia ſalutis aperitur ſaluatella. Cauterium non appropriatur ſpeciei tympanitis, nec aſcitis penitus. nam illud eſt mortale. quando tu iam medicatus es hanc ſpeciem hydropiſis tympanitis cum medicinis rememoratis, & non conſequeris curationis effectum,tunc conſidera ſi infirmum conſecuta eſt debilitas:aut eſt cum eo infirmitas aliqua præter hydropiſim: aut ſi ſit cum eo tuſsis: aut uentris ſolutio: aut ſimilia illis: tunc caue ne mediceris ei cum ferro: quoniam illud eſt timor.ſi autem eſt in uia ſalutis,aperiatur ſaluatella, & ſi caret omni ægritudine præterquam ſola hydropiſi.ſi autem non eſt puer neq; ſenex,tunc modus cauterii eſt dilectus,& elongari cum ſectione ab umbilico,ſi hydropiſis fuerit ex parte inteſtinorum quantitate iii.digitorum ad inferiora in directo eius ſuper pectinẽ. Si propter ægritudinẽ hepatis, ſit ſectio tua ſiniſtra ab umbilico iii. digitorum, ſi propter ægritudinem ſplenis,ſit ſectio in latere dextro eadem quantitate:

De quantitate aquæ extrahendæ.

nec iaceat ſuper locum ſectionis infirmus, nec currat humiditas plurima ad locum debilem. & perfora cutem,& euacua ex aqua in hora quantitatem mediam: quoniam ſi maiorem partem euacuares in hora fortaſſe moriretur infirmus propter reſolutionem ſui ſpiritus animalis aut accidit ſyncopis vicina morti: ueruntamen euacua ex aqua ſecundum quod ſignificabit tibi diſpoſitio infirmi ex uirtute pulſus eius, & ex bonitate fortitudinis corporis: tunc extrahe inſtrumentum,& retine aquam, & itera cum inſtrumento die altera. ſi uides infirmum tolerantem, extrahe quantitatem paruam,& fac diebus aliquot. tamẽ propter timorem,ſi times ſuper infirmum,ut dimittas ex aqua quantitatem magnam,cura ipſum cũ ſepultura in arena calida,& ſudore multo,balneo,& ſole:& ſpectet ſuper ſitim: & cura ipſum cum medicinis exiccatiuis,donec ſanetur:& cauteriza ſi expedit ſuper ſtomachum hepar & ſplenem nõ curatiue ſed aduſtiue. Quartam rem cõplent ſtomachi,& hepatis uirtutum rectificatio digeſtiuarum,& retentiuarũ, & mundificatio uenarum guedegui, vt ſeruiant hepati, & hepar attrahat ab eis, & aſsimilet.

Nota de maſtiche.

Nec prætermittas confortare cor,& ſpiritualia, ut repellant nociuum nutritiuorum materiæ:& reſpicias matricem ſecundum omnẽ uiam ſui adiutorii,& uiam uiuificationis,& rectificationis ſtomachi,& hepatis,ſicut ſcire te fecimus. cõfortamus ſtomachũ cum maſtiche ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius,& eſt medicamen dilectum ſtomacho cum oleo maſtichino ſuperaſpergendo puluerem maſtiches, & myrti, & aliis:ſecundum quòd diuerſæ ſunt uentris naturæ, ſic diuerſa ſunt genera medicaminum dilecta,ſuper quibus euigilantiſsime tua euigilet ſolertia. Medicamen, quod hunc morbum deſtruit:alteri ſimiliter uires addit:& fortaſſe quædam uirtus cõtinuo curat:& in diuerſis naturis lætificare hepar facit:clarificare ſanguinem eſt potentiſsimũ in cura huius ægritudinis:ſubtile & maxime odoriferum uinũ bibere eſt ex maxime facientibus hilaritatem cordis & hepatis,

Nota de uino ſubtili & odorifero.

& mũdificat ſanguinẽ à cholera:& fortaſſe facit ſanguinem furioſum & cholericũ,& facit ẽt mineram ſpirituum:reddit irradioſum cor,vt influat & irradiet calorẽ per membra,eſt pabulum complexionis qua uita conſiſtit, & corrigitur pane aſſato poſito in eo, cuius poros uaporoſum ingreditur.Vinũ autem ſubtile,& auara manu bibitum confortat uirtutẽ animalem,& ſpiritualem:& illuminat potentias ſenſitiuas, & omnia inſtrumenta animæ & cordis:

Inter ſapientiſsimos eſt cõputandus qui prius uinum de uitib⁹ molitus eſt.

qui primus uinũ de uitibus molitus fuit educere, inter ſapientiſsimos eſt computandus.nã ſicut lupinorum amaritudo aqua iniecta tollitur, ſic animæ noſtræ aſperitas uino ebibito in dulcedines eſt mutata:& facit contrarium eius plus,& eſt ualde dilectũ in malitia guedegui. Quintam rem cõplent ſitis tolerãtia: non quia frigida ualde: & aqua lactis caprarum eſt dilecta in hoc: & quæcunq; in proprietate & natura ſpirituali reſpiciunt,& repellunt accidentia:& mitigantia dolorẽ hepatis,& ſplenis,& uentris accidentia cum emplaſtris & clyſteribus, & fortaſſe cum balneis ualde ſtypticis,& conſumptiuis corpore mundificato.

De balneo.

Dixit Dioſcorides.balneum de ſemine,& foliis iuniperi eſt efficax. Theriaca magna cum uino decoctionis betonicæ eſt medicamen benedictum in fine rei:& poſt exitum balnei inteſtina,& hepar calida omnium mitigant dolores iliorum,hepatis, & uentris, & hydropiſi.Oleum de chamæmelo coctum cum cymino, & ruta,clyſterizatum mitigat omnes dolores uentris ex uentoſitate,& groſſo phlegmate creatos. Succus plantaginis eſt medicina magna, & efficaciſsima hydropicorum. ſedat in eis magnũ fluxũ,& remouet fe.extinguit apoſtemata inteſtinorum:attenuat uentrem:ſitim mendoſam delinit:& confert hydropiſi cauſa hepatis propria natura, & aliis ſpeciebus hydropiſis.nam & à proprietate nobili habet ſpirare bonum aerem,& eſt ex maxime iuuantibus in cura huius ęgritudinis.

Medicamẽ ad hydropiſim.

Medicamen orzelei magnum contra hydropiſim:& reſpicit ſpiritualia. ℞. iridis,ſucci marrubii, ariſtol. rot.& longæ,laccæ,pondus æquale. conficiantur cum aqua decoctionis iridis,& melle:& detur cum aqua decoctionis gentianæ.

Electariũ ad hydropiſim.

Inquit Gal.electarium iridis eſt multarum utilitatum,& eſt efficax,& mirabile ſupra hydropiſim,& debilitatem hepatis,prouocat urinam & laxat inteſtina humores diuerſos. ℞. ariſtolochiæ longæ,& rotundæ, laccæ, ſquinanthi,marrubii:ana ʒ.ii.ligni alo.ſpicæ: ana ʒ.iiii. turbith ʒ.v.zinzi.ʒ.i.agari.ʒ.viii.ſene.ʒ.ii.iridis ʒ.iii. conficiantur cum melle bono, & dentur ſecundum uirtutem cum aqua calida decoctionis ſpartanæ,& ſatureiæ.

Aliud ad idem.

Agretius electarium contra hydropiſim,& frigiditatem hepatis, & eſt efficax citrino colori,& rectificat digeſtionem hepatis, & ſtomachi. ℞. aga.radicum lilii cœleſtis, laccæ,ariſto.lon.& rotun.ſucci ſtœchados,ſucci marrubii, olibani, ſucci chamædryos,chamæpi.cinna.ana ʒ.ii.folii gariopyl.ana drach. iiii.rhabar.aniſi: ana drachm.v.ligni aloes ad pondus omnium. Doſis eſt, drachm.iii.ſanat. ſi Deus uoluerit.

Syrupus utilis.

Syrupus ex inuentione noſtra adęquans materiam, & ponens eam in neceſsitate ad expulſionem facilem: & reſpicit hepar,& ſtomachum, & ſpiritualia,& eſt efficax in omni materia. ℞. ſcolopendriæ, capillorum ueneris,aſparagi,bruſci,apii uel haſce, hyſſopi,epithymi,radicis cucu.aſinini,eupatorii, iuæ, marrubii,aſari,ſtœchados: ana ℥.ii.tamariſci, cap. gummi hederæ, ſquinanthi, ellebori nigri, radicum ebulorum,gentianæ,dictamni: ana drach.iiii.aniſi,polypodii,aga.aro.maſti.galangę,ſerapini, mezereon: ana drach. ii. uiolarum, roſarum,ſeminum communium, endiuiæ,portulacæ, coriandri, florum boraginis,ſemi.abſinthii, lapathii, fumiterræ: ana drach.ii.ace.drach.v.mellis quod ſufficit.doſis drach.ii.cum aqua iuæ.in matutinis eſt uirtuoſus, ſi Deus uoluerit.Dioſcorides dixit. magnetis drach.ii. cũ mulſa propinatum attenuat uentrem hydro.& educit humiditates mucilaginoſas: & ponit concordiam membrorum dilectam. Gummi hederæ cum mulſa datum remouet oppilationes: ſedat dolores,& maxime affert iuuamentum hydropiſi,ſi Deus uoluerit.

Vnctio fortis.

Continua ſuper umbilico butyri unctio fortis eſt medicina benedicta laxans uentrem ſine turbatione naturæ: & maxime ſi iungatur cum eo aliquid colocynthidos,rapit propriũ humorẽ.

Clyſter utilis.

Clyſter efficax educens materiam globoſam. ℞. radicum cucu.aſinini, ebul. ana ʒ.ii.uiol.lupulorum,rutæ fœtidæ,centaureæ minoris, ana.m.s.butyri. ℥.iii.aceti vnc.i.ſalis vnc. ii. mellis vnc.ii. olei uiolarum vnc.iii.præcedant hæc leuiora.Succus uerbenæ bibitus cum aqua lactis caprarum eſt ultimum medicamen in prouocando urinã,& ſedat tortuoſitatẽ uentris dextri.

Cerotum uentrem attenuãs.

Cerotũ attenuans uentrem groſſum, & tumefactũ. ℞. ſalis gẽmæ,ſulphuris uiui,butyri:ana ʒ.ii.ceræ, terebinthinæ: ana ℥.i.rutæ,abſinthii, cineris quercus, myrrhæ, maſtiches, olibani: ana ℥.s.urinæ uaccinæ, olei communis: ana ʒ.iiii.eſt utile, ſi Deus uoluerit.

Pilulæ de mezereõ.

Pilulæ maiores de mezereon purgantes oẽs hydropicos,educunt phlegma groſſum choleram hanc & illam,euacuant aquam citrinam,& corrigunt accidentia,expugnant effectiuam cauſam,omnino extirpant, iuuant membra mandantia iuuamento magno:quarum uſus reſtituit ſanitati,ſi Deus uoluerit.

Pilulæ utiles.

Confectio. ℞. myro.in genere, abſin.aga.electi.ʒ.iii.rhabar. drach.ii.ſpicæ nar.drach.i.mezereon triduo in aceto correcti drach.

viii.ſerapini.opop.maſti.laccæ:an.ʒ.i.myrrhæ electæ, ſang. draco.an.ʒ.s.aloes bonæ hepaticæ ad pondus omniũ quędã gũmi diſſoluantur cũ uino,& informentur pilulę paruæ:dosis eſt pilulæ xi.in matutinis magnis.Syrupus magnæ prærogatiuæ proprietate,& complexione contra hydropiſim: & confert paralyſi,ſi Deus uoluerit.℞.ſe.rutæ domeſticę,origani,hyſſopi,epithymi,macis,pentaphylli,zedoariæ, herbi acori,folia ſalicũ,herbæ paralyſis:an.m.i. chelidoniæ, myrrhæ,thymi,fumiterræ,eupa.lapathii,cichoreæ,portu.coriãdri,gentianæ,altiliæ,eufragiæ,dictãni, radi.ebulorũ, cucu. agreſtis,bryoniæ,ellebori nigri:an.℥.i.bugloſſæ,uerbenę arnogloſſę:an.m.s.ſe.apii,ſe.cõium,ſambucorũ,tamari.mezereon,ebulorũ,omnium an.ʒ.s.macis, myrrhæ,magnetis,ſerapini,ammo.laccæ,ſpicę,gummi hœdere,gariophyl.galangæ:an.ʒ.iiii.tamariſci lib.s.aceti ℥.iiii.zucchari lib.iiii.Dosis eſt.℥.ii.in matutinis cũ aqua eupatorii,& maſtiches.educit humores diuerſos uiſcoſos & compoſitos,& eſt ſicut bezoar huius ægritudinis,& aliarum,ut eius compoſitio oſtẽdit. Balneũ laudabile. ℞. aquæ currentis,olei oliuarum æquo pondere,harenæ,gypſi, ſalis:an.lib.s. ſulphuris lib.s. baccarum lauri,uio.ro.florum roriſmarini: an.lib.s. magis conſumat quam diſſoluat.diſſoluit,& reſoluit uentoſitatem ſupercalefactionem refrigerat,infrigidata calefacit,rarefacit phlegma imbibitum in neruis,confortat ſubſtantiam eorum , hydropicos omnino extenuat. conſideretur uirtus morbi,& eſt utilis ieiuno ſtomacho.

Syrupus ualde utilis ad hydropiſim. — *Balneum utile ad hydropiſim.*

De doloribus uentris & inteſtinorum. Cap. 13.

CVra huius ægritudinis in duas partes ſufficienter diuiſa eſt. Prima eſt ſolicitudo feſtina circa accidentia. Secunda res eſt mundificare materiam,ſi humoralis eſt cum adęquatione,ſi poſsibile fuerit,quòd fugat dolorem & cauſam,& econtra maxime cum humoralis eſt illico facienda ſunt genera medicaminũ, cum tarditatẽ non recipiant longã.Regimen credo nõ ſcripſimus iam: & fortaſſe aliquid medicinale recipiũt.Regimen erit ſubtile, & facilius permutabile abſq: uentoſitate, immo mordicãs, & mouens uentoſitatẽ oppilantẽ, groſſo phlegmate natam incidens:& ſcordeon eſt de elegantiori,& incolumiori medicamine medicaminum in aliis laboratoribus,& aliis complexione groſsis. Primam rem conſumunt balnea,appoſitiones uentoſarũ ſuper loco doloris, & clyſteres acuti ſecũdum partẽ cathartici laxans cõplexione, & proprietate humores phlegmaticos,ut agaricus, cui zinzi.eſt aſſociatum, eſt medicamen ſublime & efficax.Theriaca magna cũ optimo uino eſt ſatis dilecta. Inquit Hip. bacca lauri puluerizata cum æquo aniſo eſt medicamen remouens omnem colicam. Et alibi ſcripſit, & laudauit flores nucum caducos contra colicam,& omnes dolores interiorum uẽtriculorũ propinari cũ uino calido parũ miſto in colica: aut cum cauſa ſimpliciter. Clyſter educens phlegma crudum & groſſum,expellens uentoſitatem extendentem inteſtinum: & ſanat,ſi Deo placuerit. ℞. Rutæ.m.i.ſcordeon ℥.ii.cymini,aniſi:ana ℥.i.baccarum lauri ʒ.s.aſſæ fœtidæ ʒ.ii. mellis, ſalis indi:ana ℥.i.bulliant in oleo oliuarum,& paretur clyſter. Et uomitus non eſt res extrinſeca à cura huius ægritudinis cum aqua raphani,& raparum ſemine , & eſt medicamen,quod colicis occurrit. Balneum autem ſi non times naufragium uirtutis,præcedit clyſterem.ponatur in balneũ ſcordeon,aniſum,bacca lauri,chamæmelum,ſpica nardi, & quæ hoc curſu procedunt.Confectio mirabilis contra colicam,& abſcindit materiam,& remouet accidentia,ſi Deus ſublimis uoluerit. ℞. aniſi,cymini,zinzib.fœniculi,galãgæ,ſcordeon, aſparagi:ana.ʒ.ii.aſſæ fœtidæ.ʒ.i.pirethri ultramarini ʒ.ii.ariſto.rotun.ʒ.ii. dictamni ʒ.i. myrrhæ, maſtiches, olibani, ſang.draco.ana ʒ.s.opii thebaici grana.i. balſami ʒ.s.agarici ʒ.ii. mezereon ʒ.vi. ellebori nigri ʒ.ii. turbith ʒ.iiii.diagri.diſſoluti cum maſtiche, & repreſsi in pomo ʒ.iii.alo.boni ℥.ii.s.zucchari ſufficiẽter. Doſis à ʒ.i. uſque ad iii.Vnctio ſæpius repetita butyri aſſociati cum colocynthide ſuper umbilico,ſoluit uentrem, & remouet colicam,ſi Deo placuerit. Clyſter benedictus pro nobilibus complexione, cum ſuauitate educens phlegma, & melancholicum humorem: remouet omnem uentoſitatem, & ſanat colicam, ſi Deo plucet. ℞. aniſi, croci,polypodii tri-

Nota de ſcordeon. — *Pulueres.* — *Clyſter.* — *De uomitu.* — *De balneo.* — *Cõfectio mirabilis ad colicã.* — *Clyſter benedictus.*

E ti: ana ℥.ii.bulliant cum aqua lactis caprarum lib.v. & diſſolue hieræ picræ ℥.i.mellis ℥.ii.ſalis ℥.i.olei uio.℥.ii. fac unum poſt aliud , quoniam non eſt res turbans naturam.Exulet à cura huius omnis phlebotomia.& omne frigidum narcoticum aſſumptum. Sit regimen confortans, & dilatans, animam ne tabeſcat uirtus in extremis propter caloris reuocationem,& acceſſum ad locum doloris. Gal.dixit. aqua chamæmeli calida bibita remouet omnes dolores ſtomachi fortes inteſtinorum & renum. Gal.aqua calida cũ aloe ſanat omnes languores corporis, ſi Deus uoluerit. Spongia marina magna ſubmerſa in uinum bullitum cum chamæmelo,& lauro calida quantum ſufferri poteſt appoſita ſuper locum doloris magnifice auxiliatur. Submerſa in aceto,& bullita cum ſale calida appoſita mirifice operatur ebulliens diaforat,& egreditur uſq; ad profundum eius uirtus,annihilat, & expurgat quam inuenit materiam omnino. Pilulæ efficaciſsimæ contra omnia genera dolorum frigidorum:ſiue ſit materia in uiis expulſionis proprie: ſiue in meſeraicis: aut in protelatione uenarum membrorum: F & à neruis & iuncturis attrahit, & ſanat languores eorum ſi Deus uoluerit. Educunt phlegma,& choleram utranq;, & ſunt bonæ contra podagram, & huiuſmodi ægritudines concomitantes hanc. ℞. colocynthidos electæ, ladani boni:ana ʒ.vi.ariſtol.rotun.aga.electi:ana ʒ.ii.ſucci ro.℥.s. diag.maſti.ana ʒ.iiii.diagridium,& maſtiche redigantur in corpus unum.cola & laua cum oleo roſaceo in corpus unũ. conficiantur pilulæ magnæ cum una ſtilla uini pontici. Doſis,quando itur dormitum, contra ægritudines quarum mater eſt humor compoſitus,& infiltratus cum diuturnitate in altiſsimis membris,& iuncturis,& cathenationibus, põdus ʒ.iii.vſque ad iiii.incolumior uſus eſt habentibus podagrã arteticam,& cerebri ægritudines ii.vel.iii.pilularum continuatio de tertio in tertium,quando itur dormitũ, & poſt cibum,& cum doloſa colica colaphizat. non eſt hora diſtincta,ſed cum neceſsitas clamat. pollent inter alias prærogatiuas proprietatis nobilis, & complexione earum aſpectus,& dandum eſt ad ægritudines ſimplices, & compoſitas diuturnas,& ſepultas in mineris occultis membrorum fri- G gidorum: facit contra peſsimas matricis ægritudines , & uulnera corporum fraudulenta.

De phlebotomia. — *Fomentationes.* — *Pilulæ utiles contra omnia genera dolorum.* — *No. laudes iſtarũ pilularũ.*

De fluxu uentris. Cap. 14.

IN tertia noſtra intentione ſectio irreprehenſibiliter implicita eſt cuiuslibet fluxus cura per electarium nati. hunc ſpontaneum natura inuitat, immo uim patitur ſine lege humore fraudulento pungente, & mordicante humore:nanq; fortaſsis non egrediente nequiſsime excoriat ſanguinoſa inteſtina.dicimus ſiquidẽ in hepaticos flueret: canales uulnerans, faciens emanare humores ſanguini miſtos. murmurat anima, & triſtatur natura cum uidet ſe uiolenter deprædari, eſt huiuſmodi materia actio furioſa uelut gladius in manu ſanguine inebriati furioſi,terrens naturam extinguit ſpiritus ardorem cõtinua euacuatione: Cura huius ægritudinis ſunt tres res. Intentio. Prima pręcipua omnium intentionum ſit cura,regimen ordinandum laudabile hilaritate circunſpecta ſecundum oẽm adminiſtrationem vi.rerũ quas ſcis,dilatans animam confortans cor, oẽs partes membrorum,& uirtutes,ut fortiores exiſtant. H Secunda res eſt ſolicitudo perſpicaciſsima, vtq; repellant hanc lachrymoſam, & fallacem materiã cauſa fluxus, præcedente adæquatione,& blandimento huius materiæ. Tertia res uentrem ſtringit,membris auaritiam præſtat retentiuã, releuat arterias, & ponit materiam ut reſtaurentur perdita: claudit oſtia aperta uenarum minerarum offuſcat turpitudinem naturæ lætificans eam. Quarta corrigit accidentia. Quinta rectificat membra mandantia. Sexta ſedat fluctuationem,& agitationem in cörpore eorum, ponit ſilentiũ membris,& prodeſt naturæ animæ:& eſt pręcipua,& ultima hæc intentio in ſedando omnem fluxũ. Primum complet diminutio ciborum,& maxime difficile permutabiliũ abſque uentoſitate, & mordicatione prohibenda calidorũ actu, & frigidorum ultra ſecundum gradum narcoticorum maxime in principio eſt ſepelire mortem ſub umbra membrorum fallacem eſt cura ſophiſtica, & mendoſa proprie in multa materia non abſciſſa ſimul priuat, & accelerat

rat mortem,& non in nulla neceſsitate uti multum poteſt naturaliter quaſi amor debellari,quam ipſa ſua uirtute priuari,ſi videris neceſsitate te cogente narcotico magnam tibi cautelam adhibeas cum timore maturando ea, corrigendo complexionem ſuam incompletã eſt elegantius, & tutius uti eis in emplaſtris quã in potione:& operatur cibi effectus prohibentes ſedationẽ ſm ſomnũ. Somnus quidẽ cũ quiete: quies dulcis cum ſuauitate animæ delectatione naturæ eſt cura prima huius ægritudinis. Senſitiuorum quidam medicorum cibant hos,& illos cibo groſsiſsimo,& impermutabili ignorantes,quoniã hæc ſanis indigeſtionem faciunt,& indigeſtio mater eſt uentris fluxus, & morbus diuerſæ naturæ:nec proportionatur agenti hoc obiectũ.certe magni folles ſuper paruum ignem non liquefaciunt maſſam ferream excedentem uirtutem ignis:neq; parati ſunt ad fũdendam uiolentiam quidem ignis liquefaciendo conſumit ſi paſsiue nihil reſtiterit aut multum. digeſtio nãq; completur,& ſi minus aut plus ſimiliter agentis, & obiecti ſecũdũ legem non excedit uirtus modum uirtutis contrarii:nec econtra faciunt,& diuertunt materiã ab actione fluxus: im- B mo obliti huius propter quod inſufficiens eſſet hoc ſi naturæ motus hic eſſet. Scriptũ eſt ea in uita.quid.n.idem in eodẽ ſubiecto inuicẽ obuiarunt ſicut agens & patiens omnino diſtincta in ſitu abſurdũ eſt poſſe aliquẽ morbum curari abſq; opere naturæ.quapropter utamur amicitia naturæ regimine pleno delectatione,cibus eſt ei dilectus ſtypticus & odoriferus. facimus hoc cũ ſocietate aliarũ rerum habentium ſibi hoc innatũ,& ſedamus putredinem,acumen,& audaciã humorũ natura egrediente ſua aduſtione,& furia doloſa,& cõplent hoc. uitent calida frigida,cruda, & impermiſta uino potenter ſtyptico,& odorifero,& continuo pane aſſato ei aſſociato miſtaq; aqua maſtiches cibo & potu: quia fluctuationem & motum naturæ agentis prohibere nõ poſſumus propter caſum uirtutis:& defectũ caloris influentis illico operatur abſtinentia ſecurius prolongare quã periculum fortaſſe irreuocabile incurrere. Et ſcriptum eſt minus malũ eſſe repletionẽ quam inanitionẽ magnam incurrere morbos.maſtiche ſm oẽm modum adminiſtrationis eſt utile medicamen.fructus buccæ in cibo & potu propinare C optime cũ ſalute poteſt. Nullum eorũ regimen ab hac ſpecie ſumach expoliandum.adulteretur ex eo cibus,& potus medicamina: aqua pluuialis eſt melior omnibus aquis, & cocta eſt magis obediens maxime aliquo ſtyptico,& odorifero aſſociata:& regimen conſolidatiuum,& faciens adhærentiam:& unionem partium & membrorum eſt elegãtius, & magis reſpondet poſt abſciſsionem huius materiæ ſciſsiuæ,vlceratiuæ,& excoriatiuæ fit hoc principium adæquare & blandiri,ut facilius ei committatur ad expellendum, ne oriatur error maior,non præſumetur abſq; aliquali blandimento expellere hunc humorem latronem,ciba eos delitioſe.Vtantur aſtantes cum eo ſermonibus rerũ delectabiliũ, cantationibus,melodiis dulciſsimis,ut obliuiſcantur aſſella,delectatio,& ſocietas,ſecurior exiſtit ſomnum quemcũque ei non prohibeas.carnes aſſę maioris nutrimenti,& cõfortationis exiſtunt.Vitelli ouorũ molles in aceto miſti,& decocti conferunt ex parte naturæ.Virtus aceti innanitum replet,& repletũ inanit.& iam nota eſt ab experimentatore magno,nõ prolongetur ab eis locus aſſellationis: motus D .n.fluxum augmentat, & ſalutiferum nihil moueri. adhibe eis omnẽ delectationem quam noueris eos delectaſſe ſi inhoneſtum promitte.& ea ſpe nutriatur.Secundam rem cõplent adæquatio quædam cum blandimento, & feſtina ante ullum defectum naturæ malæ materiæ expulſionem: quod omnipotentis,& ſummi Dei facimus adiutorio,cum medicus habeat complexionẽ innatam artificio acquiſitã à Deo mutuatã:ſunt hæc medicamina glorioſa.Myrobalanorũ genera conditorum,& aſſociatorũ rhabarbaro. ℞. aſſum pſillium conquaſſatum,rheuponticum:caſsia cum rhabar. aſſo. aſſociata blanditur hunc latronem,apparens eũ aſſociare rapiens ipſum ſimul cũ hoc,& expellens,ſedans per hanc uiã accidentia dolorum. Myrobalanicum medicamen ſecundũ legem magnificum educit materiam hanc, relinquens ueſtigia conſtipationis in membris poſt expulſionem doloſi latronis,rhabarbaro magis ineſt proprietas,& natura ſedare.

De ſomno. — *De maſtiche.* — *Carnium preparatio.* — *De motu.* — *Soluti.*

A omnem igitur fluxum ſanguinis per quamlibet partem proprie ſputi conferre dolorem pũgitiuum:& habet hoc credo denotatione cœleſti,vt ſit medicina dyſenteriæ, eſt eius prouocatio cũ ſucco plantaginis modico. & petito modo non,aſſum cum caſsia protendit natura adhuc forti præcedit aſſum hoc.Pſillium frixum & conquaſſatum cũ oleo eſt medicina omnium uentris fluxum cotenaſmon humore periclitantium ſymptomati non naturali. Clyſter hordeaceus cum oleo roſaceo,& melle eſt magni iuuamenti circa principium blãdiens:abſtergit uiſcera à malitia ulcerante ea,& confortat & relinquit aliquale cõſtipationis ueſtigium ſed tua intereſt bene ſcire quando clyſter eſt neceſſarius poſitione & complexione,& quando utrunq; cognoſcas ſi inferioribus mediis:aut ſuperioribus inteſtinis eſt excoriatio ubi maior:& ubi ſitus fraudulẽtæ materiæ: & ſcitur hoc per differentias ſitus dolorum:& puncturæ,& incẽſionis,& per differentias ſcientiæ proceſſus præcedentes ſanguinem:vel ſequentes uel miſte ſimul egrediẽtes:& per alia omnia,quę ſapientes ſcripſerunt ſigna, & excoriationis uere tradiderunt qualiter ſuperiori,& inferiori conuenit: & te quidem oportet ſcire illud: aut ſi extenuetur e ueſtigio medico derelicto nulla accidere cura:tunc eſt cũ his,quę proprietate, & complexione ueritatem materiæ frangunt, & expellunt à corpore. Poſt illud autem,quæ uirtutem incarnandi, & conſolidandi habent innatam,& acquiſitam artificio ſociali electione,& paucitate eorum quietis gaudio aere temperato delitioſo,& omni tali regimine. Et ſcito,quòd balneum eſt ex eis,quæ magis lædunt poſt pharmaciam faciens mala multa niſi forte dum quis immoderate ſubiicitur. tunc.n. balnea eſſe neceſſaria dicimus dilatanda, & aperienda poſt illud ſtyptica ſi à materia excoriante cura eſt adæquatio illius,& blandiri ei poſt illud,ut facilius expellatur. Clyſter tunc magis rectificans eſt cum inteſtinis inferioribus eſt excoriatio. Potio myrobalanica cum ſuperioribus utraq; in mediis,& uomitus facit ad oẽ genus fluxus, cũ præuiſione tamen ſpũalium diuertit materiam,quæ in præiudicium ipſorũ erat.necnon balnea,& uentoſæ neceſſaria dicimus maxime ad ſedationẽ doloris.Aloe aũt niſi quia ei ineſt,ut aperiat orificia uenarum eſt medicamen nobile præſeruãs à putrefactione remouens dolores educens ſecundũ exigentiã educendi hæc,quam ſi aſſocietur loto tertia pars ſang. draconis:quarta gummi quercini,& fiant pilulæ cum ſucco plãtaginis,erit inde capax ad quamlibet rem huius curæ, adminiſtrentur hic primitus educentia.Cũ autem noueris materiam abſciſſam per ceſſationem doloris, & gurgulationis: & aduentus quietis utaris tantum ſigillatiuis,& unientibus partes membrorum,& conſolidantibus ea adinuicem.Cõfice hoc electarium,propina cum adiutorio immenſi, & excelſi creatoris ſatisfaciet tibi in educendo materias cauſantes fluxus,ſi Deo placuerit. ℞. myrob.citri.aſſatorum:& non infuſorum.ʒ.viii.pſillii conquaſſati cum oleo ro.ʒ.iii. pulpæ caſsiæ ʒ.iii.rheupontici ʒ.ii.rhabarb. mediocriter aſſati ℥.s.maſti.ʒ.ii.ſpodii, ſandali,ana ʒ.i.s.fiat electarium cũ ſucco plantaginis,& cinnamomo.doſis à ʒ.ii.uſq; ad iii. cũ aqua pluuiali cocta. Poſt illud propina hoc. ℞. ſumach ʒ.ii.ſang drac.℥.s.mumiæ,ſe.plantaginis,ana ʒ.i.acaciæ,hipocyſti,balauſtiæ,an.ʒ.i.gummi quercini ʒ.iii.ſpodii,anthere,ana ʒ.iiii.boli,aniſi,hyoſcya.croci, opii, thebaici,ſtyracis,ana ʒ.s.muſci gra.iii.fac trochiſcos ʒ.i.doſis vnius cum aqua ro.hæc adhibenda ſunt ſecundum magis, & minus:& fluxum genera diuerſorum. Ad dyſenteriam periculoſam: & oẽm fluxum quorũ cauſa eſt materia ſciſsiua,& dura,diariæ autem,& indigeſtioni, & huiuſmodi fluxibus hoc curſu procedentibus ſufficiat confortatio naturæ, & ſigillatio membrorum.Plantago inter oẽs habetur complexione, & proprietate circa dyſenteriam pollet,ſanat apoſtemata, eſt mors cholerae rubeæ:& manifeſtum iuuamentum inteſtinis confert.confortat ea ſuper omne medicamen ſecundũ oẽm modum,exhibe in ſyrupo electariis groſsis,& cibis, ſi poſsibile tibi fuerit.Tertiã rem conſummant ſtyptica medicamina:& quæcunq; proprietate uentrem ſtringunt: & uirtutẽ habent incarnandi,& conſolidandi: confert membris proſtratis,& deperditis refugium,& nouam reſtituunt uitã uirtuti membrorũ,orificia uenarum claudunt, mineras mem-

De pſyllio. — *Clyſter.* — *De balneo.* — *Electariũ utile ad fluxum uentris.* — *Trochiſci utiles ad idem.* — *Nota de plantagine.*

rorum repa rant:& da eis in salsamentis præstantibus berberis,succus menthæ,sumach fructus,myrrhæ,non uides ꝙ coria inspissantur,& fortificantur:& per appositionem gallarum,& stinchorum,quāto magis in quibus natura operatur uiuentium consistunt:& ne prætermittas quin cadat in cibo,& potu aliquid mastiches.

Nota de hypericone.

Hypericon est medicamen simplex habens cœlesti uirtute cohibere fluxum,& ita, ꝙ lotis pedibus in sero sedatur fluxus.Acrimonia in cibis cōfert iuuamentum magnum.Dysenteriæ cōsolidare species omnes dilectæ,& maxime mumia,& exhibitio minimæ cōsolidæ cum.ʒ.i.quarta radicis mādragoræ subtilis farina, & uitellis ouorum ad inuicem commistorū sic propinata ieiuno super linitum medicamen confectum modicum theriacæ compescit,si Deo placet omnem fluxum.

Trochisci utiles ad fluxum uētris.

Theriaca cū uino mista aqua pluuiali decoctionis mandragoræ de sero in hora dormiendi propinata est uerax satis experta in sedando fluxum, & quicquid stypticum in cibum consuescere poteris,prosperum inuenies.Succus plantaginis cum aqua parte succi myrti,& consolidæ. iii. cannorum rubi. & iiii.aceti bulliti ad consumptionem dimidiæ partis post illud cum melle ad mellis spissitudinem adde in fine mastiches,balaustiæ sumach.hypocystidos:acacię,ana.ʒ.iiii.opii grana.ii.citri.i.mandragoræ.ʒ.s.gummi quercini arabici, uernicis antheræ,ana.ʒ.iii.musci grana.iii.fiant trochi.ʒ.i. & da cum uino styptico de sero & mane.Sunt.n. si Deo placet,efficacissimi sufficientes in sedando fluxum & accidentia.

Nota de uentosis.

Ventosæ magnæ sæpe repetitæ in concauitatibus manuum,& pedum conferunt ad hoc.Vrtica græca cum aqua pluuiali cocta mista cum fa.hor.& suc.menthæ cataplasmata stringit uentrem,& cum balneis si uideris expedire habentibus uirtutem incarnandi,& stringendi uentrem proprietate,& omni uirtute rememorationem dicemus. Trochiscos expertos in omni fluxu dysenterio scire te fecimus Quartam rem complent sedantia dolores,& omnem mendosam delectationem assellandi,ut balnea ad hoc utilia emplastra ad hoc proprie: appositionis uentosarum regimen inde necessitatis.Quintam rem complent confortantia hepar,& stomachum,& alia mēbra minerosa, & maxime propinqua uiis proprie expulsionis euacuantes uentres. circa primam expulsionem fit attractio ab aliis longinquis, & longinquioribus.& ipsa quidem membra in præiudicium ipsorum mittere coguntur per mineras apertas propter attractionem euacuitatis humorum ipsorum naturam fortasse minime egredientem.styptica & odorifera medicina hoc complent:& quæ cum ipsorum membrorum naturis affinitatem habent propinquam & similem, & quæ ad oppositū eis uiam ponunt expellendi & attrahendi.Sextam rem cōplent somnus & quies.narcotica quanquam mendosam uirtutem habeant in operatione eorum iuuant: & confectiones diuersę quarum notitiam tradémus in hoc canone.

Pilulæ restrictiuæ.

Cōfectio pilularum filii Zachariæ cohibentium fluxum membrorum & confortantium iuuamento magno, si Deo placet.℞.anisi.ʒ.i.masti.sumach,pilorū leporis,balau. san.dra. se.citoniorum,an.ʒ.ii.ligni aloes.ʒ.ii.leuistici,olibani, mādragoræ,terebin.ros.an.ʒ.i.cōfice cū succo arnoglossæ,dosis est pilularum.iiii.

Aliæ pilulæ ad idē.

Pilulę constipantes naturam & uentrē maxime qn̄ fluxus ex debilitate uirtutis retentiuæ est, confortant intestina,& membra interiora. ℞.ro. pulueris granorum myrti,sumach,luti armeni,æqualiter confice cū succo plantagi.Et da cū aqua decoctionis granatorū.

Medicina fluxus uentris sedatiua.

Medicina magna sedans fluxum uentris proprie qui sequitur causam frigiditatis membrorum:& iste modus quando accidit uix separatur.℞.cinnamo.ligni,aloes,gario.anisi,carui,chamædryos,aris.ro.asparagi,an.℥.i.conficiantur cum succo althęę,& ligni aloes.Dosis.ʒ.i.

Syrup. restrictiuus.

Syr.ex arte nostra constipans naturam,confortans intestina,facit appetitū,sedat sitim, & febres eorū,si Deo placet.℞.suc.pulegii,suc.mēthæ,suc.malorū lunaticorū,succi consolidæ,suc.citonio.an.li.iii.depurent post illud in bullitione ponātur balaustiæ,sumach,berberis,anisi,se.citonio.an.ʒ.i.zuc.sufficienter.in fine aromatizetur cū cinna.ʒ.iii.musci gr.iii.& camph.ʒ.s.aloes.ʒ.iiii dosis.℥.i.ieiuno de mane in uesperis & in media nocte cum aqua plu.decoctionis hypericō.

Electariū restrictiuū & cōfortatiuum.

Electariū de materia repercussiua uerificat naturam,lętificat cor,& oīa membra & est

E bezoar extenuatiuum fluxus dysenterici,& quorum uia subiugata est morti defendit eos,si Deo placet. ℞. pulpæ citoniorum,pulpæ panis positæ in aqua pluuiali, corticis citri,an.℥.i.s.sapphiri,& hyacinthi,sardonii,granatorū, & sęnu.an.ʒ.ii.zedoariæ.ʒ.i.drag.masti. coral. rub. berbe.ligni al.anisi,cinna.limaturæ eboris,calami arom.masti. san. dra. gummi quærcus,an.ʒ.ii.s.ambrę.℥.s. auri cocti.ʒ.iiii. argē. meri.ʒ.v.musci.gra.iiii. granatorum myrti.ʒ.v. confice cū zuc.& aqua zedoariæ. Dosis.q.s.cum uino ualde odorifero potus est ille expertorum iuuamētorum, quorū natura perforata est propter inopiā humorū calidorū natura, si Deus uoluerit.

Confect. restring. uentrē.

Filius Zachariæ.Confectio constringens uentrē, sedans oēs fluxum.℞.pilorum leporis,se.urticæ,se.plantagi se.ro.se.balaustiarū.se.perforatę,an.ʒ.i.san.dra.masti.an.ʒ. iiii.terebin.ʒ.ii.confice cum succo plantagi.

Natura carnib. pauonis.

Dixit. Inain, ꝙ carnes pauonis comestæ stringunt uen.& inter alias carnes expertę morbis laudabiliores dysentericis exigunt.

Troch. restrict.

Cōfectio trochiscorum ex inuentione nostra, & sunt ultimi inter cæteros. compellūt oēs rheumatizantes mineras uiscerū extingunt dolores fortes cholericos remouent cōfortā

F tes animā faciētes somnū,& stringūt omne genus fluxus, si Deo placet. ℞. bdel.sandarachæ,coaguli,gallarū, sumach, rhab.asari,fructus tamarisci,corticum granatorū,myrti,spicæ,spodii,an.ʒ.iii.hyoscya.opii,croci,castorei,myrrhæ,olibani,mandragoræ,an.ʒ.s.se.ro.acaciæ,hypocystidos,balaustiarum,san.dra.gallarum,citri.anisi,boli,an.ʒ.i.gūmi quærcus,se.cytoniorum,se.pirorum,ana.ʒ.i.s.conficiantur cum syrupo.℞.mandragoræ.ʒ.iii.balaustia.℥.ii.cōsolidæ, zedoariæ,plātag.an.M.i.aromatizeť cū cinna.& gario.ʒ.i. fit trochis.dosis cum aqua ro.

Baln. restric.

Balneum expertorum iuuamentorum in fluxu uentris confortans naturam sedans accidētia mala.℞.folio.pini,zedoariæ,balau.foli. ficus corticis quercus,sorbarum acerbarum,myrrhæ, lapidum ignitorū oīum positorum in aceto post illud sufficienter cū aqua plu. sufficienti bulliant,ut balneetur ſm posse uirtutis die ac nocte: sedat cito fluxū,si Deo placet.Et iam uerificatū est uentosæ post balneum essent sublime iuuamentū proprie sub umbilicohinc inde & in medio assiduitas.

Fum. restric.

Filius Zachariæ. Fu-

G migium constipatiuū.℞.acatiæ,balau.an.℥.ii.corticum sorbarum. M.i. foliorū pini. M.iii.lapidum ignitorum in hoc aceto multum cum supra dictis bullitio extinctorum,cuius ebullitionis uapores per partē inferiorē recipiantur:& proprie suis assellationibus ualet,optime ingrediuntur in loca emanātia aperta.

Clyst. ad fluxū uētris utilis.

Clyster ad fluxum uentris.Accipe aqua cisternæ,li.iiii.succi planta.℥.v.in aqua bulliant,li.ii. liquefacturæ,adipis hirci,rizi.℥.ii.adipis anserini, adipis pauonū, ana.℥.ii.corroborat,& confortat, & superaspergatur sang. dra.masti.subtiliter puluerizatorum,ana.ʒ. viii. & fit tepidum saginosum,ut uentrem ingrediatur.quod si assiduatur & repetatur sæpe in die & nocte est efficax & probatum.& proprie subuenit ulcerationibus uiscerū:& defendit substātiam uiscerum ne uiolentur: & separat inter mortem & uitam,si Deo placebit.Confortat uiscera ualde laxa:adhærēs eis in loco in quo educitur substātia intestinorum:quòd interdum stringitur acumen,& uitium scissurę materiæ fluxū faciētis.ꝙ si fuerit ex mala complexione intestinorū,fluxus statim sedat,& remouet eum,si Deo placet.Inquit Hip.po

H sita sitia magna in prora capitis sæpe in fluxu uentris maxime cholerico,& ſm posse completum confortat stomachū & hepar.

empl. restric.

Emplastrū constringēs uentrē.℞.succi mēthæ,balau.albu.ouorū,fa.hor.san.dra.apii:ſm coniecturā tuā, terebin.boli ar.aceti,cāpho.masti.oliba. picis liquidæ pone talē confectionē frigidam super totum uentrē:& maxime super locū ubi existimas primo moueri dolorē & gurgulationē.Dixit Hip.℞.omni mane ieiuno stō, masti. ʒ.iii.cū aqua pluuia.cōfortat stomachum,& uiscera,& oēs partes membrorum adinuicē,& sigillant,& san.dra.eo modo acceptus & est expertorū iuuamentorū & maxime cū succo plātagi.

Petri Apponi medici clarissimi in librum Ioannis Mesue additio feliciter finit.

Oratio ad memoriam impetrandam.

O Dñe Deus rex angelorū,inuoco te per sanctissimā Mariā matrē tuā,matrem misericordiæ,& pietatis per angelos,& archāgelos tuos,per.xii.apostolos per

per martyres per confessores,per.cxliiii.millia innocentiū, & per omnes sanctos tuos,ut tua gratia mediante, & matris tuæ subuentione auxiliante, proficiam ad laudem, & gloriam nominis tui omniumque sanctorum tuorum. Muni domine conscientiam meam splendore luminis tui,& cōfirma intellectum meum odore suauitatis spiritus tui.Adorna domine animam meam,ut intelligam, & intellecta memoriter teneam. Reforma Deus cor meū.Restaura Deus sensum meum.Placa piissime uiscera mea.Aperi mitissime os meum.Tempera benignissime linguam meam, per gloriosum,& ineffabile nomen tuum,qui es fons bonitatis, & pietatis origo: patientiam habe in me: & da mihi memoriam tuam & quod à te petii in hac oratione sancta largire mihi.& qui peccantem non statim iudicas: sed pęnitentem miseratus expectas:te quæso indignus peccator, ut facinorum,& scelerum,& peccatorū,& delictorum meorū squallores abstergas.Et me petitione tanta per angelos, & archangelos tuos, de quibus præfatus sum dignum & efficacem efficias. per Christum dominum nostrum amen. Et per gloriosam maiestatem tuam: qui es trinus & unus Deus. Amen.

FRANCISCVS DE PEDE MONTIVM

Hic prosequitur, & complet secundam diuisionem superius annotatam in primo de appropriatis Diui Ioannis Mesue.

De omnibus passionibus cordis in generali. Cap. 1.
De medicinis simplicibus, & compositis ad omnes passiones cordis. Cap. 2.
De cura titillationis pulsus, & tremoris cordis. Cap.3.
De cura passionis cordis per compassionem ad cerebrum. Cap. 4.
De cura passionum cordis per compassionem ad stomachum. Cap. 5.
De cura passionis cordis per compassionem ad hepar. Cap.6.
De cura passionum cordis per compassionem ad splenem. Cap.7.
De cura passionum cordis per compassionem ad intestina. Cap.8.
De cura passionum cordis per compassionem ad intestina,& ad os stomachi. Cap.9.
De cura passionum cordis ex fluxu sanguinis menstruorum,& hæmorrhoidum. Cap.10.
De cura passionum cordis ex retentione menstruorum in prægnantibus. Cap.11.
De cura passionum cordis ex rarefactione pororum cutis ex sudore diaphoretico per se, uel balneo, uel ex exercitio. Cap.12.
De cura passionum cordis ex aere pestilentiali. Cap.13.
De cura passionum cordis ex fœtore contingentiū.Ca.14.
De cura passionum cordis ex morsu uenenorum,& assumptione ueneni.Cap.15.
De cura passionum cordis ex timore contingētiū. Ca. 16.
De cura passionum cordis ex labore, & accidentibus animę. Cap.17.

De omnibus passionibus cordis in generali. Cap. I.

ADuertendum autem, quòd dictæ cordis ęgritudines habent indicia:inquantum enim sequuntur causas ex enumeratis, quæ sunt per se morbus, ægritudines proprie non dicuntur, sed accidētia de genere actionis læsæ ipsius, quorū significationibus ſm Gal. oportet cognoscere ipsum pati,prout infra dicetur.Inquantū uero sequūtur ex eis causæ, quæ per se morbus non sunt ægritudines dici possunt,prout Abo.dixit.Et tamen hic cū utraq; sequūtur, magis dicimus eas ægritudines quàm accidentia, eo quòd

A ægritudinibus, quæ sequuntur in perceptis extrahentibus ab infirmo ipso,solæ, ut ægritudines sentiuntur. non enim sentit patiens cordis discrasiam: sed solummodo nocumentum actionum eius, scilicet debilitatem corporis, pulsum cordis,tremorem,uel syncopim,quibus æstimat se infirmū: at quia sua magnitudine lædendo uirtutem assumentes naturam causæ præiudicant sibi curam,quæ proprie nō causę, nec accidenti,nec ægritudini factæ debetur,prout Gal. mōstrauit,quod in ægritudinibus dictorum membrorum,& dicendorū idē est intelligendum.Sciendum quoq;, ꝙ tremor hic non proprie accipitur,sed improprie: proprie enim est accidēs,si actione uolūtarie mobili,sicut Gal.ostēdit.Actio uero motiua cordis est naturalis: sed improprie pro agitatione quadam,& motu inordinato cordis dilationis impetuosæ ad repellendum nocentia, ut ex superius dictis apparet.Ponit ipse cordis ægritudines,cum fortes sint,& continuæ,uel frequentes præ magnitudine causę,& maxime proprie secundum quam differunt quantitatem,ut supra est dictum inter se habitudinem habent: una enim minatur aliā,

B seu protendit,ut debilitas pulsum pulsus,tremor:syncopim syncopis repentinam mortem prout Hip. monstrauit in aphorismis:cum inquit.Qui exoluuntur fortiter,& frequēter absq; manifesta occasione repēte moriuntur.Positis aūt ægritudinibus cordis,& assignata cōuenientia,& essentiali differentia inter eas per quas distinguere, & cognoscere te oportet:necnon enumeratis eorum causis, sine quarū cognitione perfecta eorum scientia non habetur: assignatisq; earum indiciis, expedit ex imperio quam plurimum reuerendi domini:domini mei:domini Roberti Dei gratia Hierusalem,& Siciliæ regis summi,quia genere præclarissimi omnibus uirtutibus moribus bonis scientiis cunctis maxime theologica propter animam: & medicinali sciētia propter corpus ad complementa doctrinæ præsentis terapeutici operis prosequendi:ut accidentia essentialia subiūgamus: quorum significationibus causas ipsas cognoscere ualeas, etiam si quæ sint aliquę ipsarum occultæ. Hac enim duplici cognitione præmissa membri iam habita ad generalem curationem necessariam tute curam poteris aggredi

C propitiante Deo.Inquit enim Gal. oportet autem, ut primo cognoscamus ægritudinem quæ sit. Deinde procedamus ad ipsam medicandi.& alibi. Curam confestim sequitur cognitionem facientis causæ,& etiam substantiæ, scilicet membri cordis,quod ostendit cum ait. Ex quibus duobus,scilicet cognoscere membrum,& morbum, poteris cognoscere generalem eius curationē,quæ à morbo ē aliqua. plurima uero à patiente particula. s. corde. Quod equidē pati cognoscere poteris ex ægritudinibus dictis inquātum sunt accidentia læsæ actionis ipsius à qua signum sumptū in significando supra membrum patiens certum est, & perdurans. Cū enim debilitas corporis adest,cor pati agnoscas: cum uero additur pulsus,uel tremor,cognitio tua completur:cū uero perducit ad syncopim cognitio est confirmata, prout dixit Aboali.

Tertio techni.

Cum itaque ipsarum ægritudinū causa duplex sit intrinseca corporea .s. & extrinseca extra corpus insurgens.Et corporea,aut in ipso corde, aut in membris uicinis ipsi,aut in membris cōicantibus ei cōmunitate propinqua,uel remota. Tūc si quidē primo mō cor pati cō-

Aegritudinis causa duplex.

D tingat,ipsæ dictæ ægritudines fortes erūt,& continuæ, uel frequētes.Si uero secūdo mō patiatur,debiles erunt,& discōtinuæ recipiētes uariationē per absentiā, & præsentiā augmentū,& diminutionem ſm absentiā,& præsentiā:intētionē & remissionē dispositionū illorū membrorū iā inuentarū,quorū uicinitate,aut cōitate patiatur. Sed si quidem à causa extrinseca patiať cor:prędictę passiones debiles erūt cito:& facile trāseūtes,ut Hip.uoluit: & cū inuētiōe causarū extrinsecarū nulla præcedēte apparitiōe interioris causæ.Si uero ab utrisq;, signa erunt ex utrisq; confusa.Et hæc sunt signa, seu accidētia causarū generaliū ipsarū sumpta à loci uarietate.Præter quæ alia sunt accidētia causarū ægritudinū ipsarū cordis intrinsecarū spiritualiū ab earum sumpta essentia,quas secundario te scire oportet. Sunt aūt quadruplicis generis.Tria simplicia ſm triplicē naturā eius:singulariter permutatā:& quarū est cōpositū significans super oēs insimul permutatas.Inquit enim Gal. sed propria passio

sio cordis est plurimum mala complexio, aut æqualis, aut
inæqualis,singularis,uel commista: pura uel cum materia:
aut mala cõpositio,puta intentio:uel repletio receptaculo-
rum,aut oppilatio in uenis eius: & uiis spirituum ac coar-
ctatio corporis eius propter coarctationem spatii capsulæ
in qua mouentur ex repletione sanguinis, & humiditatum
ibi facta,ut in suo simio per anotomiã inuenit. & per gros-
sitiẽ præter naturam ibi ẽt coniunctã, prout in suo gallo re-
perit manifeste. Aut est solutio cõtinuitatis quã ipsum non
pati cũ salute possibili Aboali dixit. Aut ãpa confirmatio
cuius nullatenus expectabitur: cũ morte præueniatur. Sic
ægritudinum eius,est plurimum mala complexio: quia fre-
quentius contingens aliis,& cum possibili salute,& si cum
impossibili tarde non subito, uel cito mortem inducit: ut,
& compositio mala,solutio continui,uel apostema. Idcirco
eius signa erunt bene, ac subtiliter consideranda. Sed ipsa
mala complexio,si quidẽ sit æqualis eius signa omittãtur ad
præsens,cum sint manifesta ualde sicut uoluit Gal. cum in-
quit. Morbi uero, qui non sunt nisi in mala complexione,
difficile cognoscuntur, nisi cum mutatio ultima sit extra na
turam,cumq; plurimũ salutis sit impossibile magis ad pro-
gnosticum,quã ad curatiuũ medicum spectat. Solutiones
quoq; cõtinui,& apostematis signa, cũ priusquã appareãt,
uel simul,& antequã confirmentur,sint,mortem subito,uel
paulatim finaliter inducentia, omittuntur. Si uero sit inę-
qualis,siue diuersa:quia ut plurimum est possibilis curatio-
nis,ei signa propria adaptemus: quia est nostræ utilis consi
derationis. Si ergo mala complexio diuersa sit in corde, si
quidem sit calida simplex,& pura,erit cum ea debilitas cor
poris minor,pulsus cordis,tremor, & syncopis cum agita-
tione,& motu corporis inordinato,seu angustioso, & pul-
sus arteriarum,mutatio præter naturam: quia ad debilita-
tem,& frequentiam cum inæqualitate, & quandoq; ad ue-
locitatẽ. Et similiter anhelitus,& eius expiratio cũ exuffla-
tione calida ualde,& inspiratio uehementior, & inflamma
tio totius corporis,& plurimum febris cum siti, & appeti-
tu frigidi,quo iuuat,& aeris frigidi inspiratiõe magis, quã
frigidi cibi,& potus assumptione. Et læditur calido quocũ-
que cũ similitudine circunstantiarum,& consuetudine faci
le inflãmandi. In genere enim proportionali facilis est trã-
situs dixit Aboali. Si uero frigida fuerit,contraria erunt si-
gna. Si autem sicca durities apparebit in pulsu arteriarum,
& per consequens in corpore toto,ãc consumptio, & are-
factio multa. Cum enim consumptio corporis commune sit
signum omni discrasiæ cordis,& passioni, cum sanguis eius
sit formalis in alimento:& dixit Auerrois. In sicca eius di-
scrasia erit maior debilitas quoque pulsus tremor, & synco
pis tardius ueniẽs,& tardius recedẽs,aut difficilius. Si quo
que humida fuerit,signa erunt contraria. Et si commista sit,
signa erunt commista. Et quia si est pura,erit in ea inuentio
procatarticarum causarum cum antecedẽtis priuatione. s.
humoralis,eiusq; alteratio,& reductio erit leuior. Sed si cũ
materia fuerit, erunt cum prædictis signis signa dominãtis
humoris, quæ Hippo. in suis innuit aphorismis,cum dixit.

In prima aphor. 2.

Contemplari autem oportet ægritudinem, cõplexionem,
ætatem,consuetudinem,artem tempus,regimen, & regio-
nem,ac signa repletionis,uel cacochymiæ. hæc enim domi-
nantiam humorum ostendunt,qui etiam in existentibus ap
parebunt,& quod erit difficilius alterabile. Si uero cor pa-
tiatur oppilationem in suis poris,aut repletionem,uel ina-
nitionem,prædictæ cordis ægritudines erũt fortes,& fre-
quentes cum signis plurimæ plectoricæ,& cacochymiæ,uel
alicuius euacuationis notabilis sanguinis proprie, uel su-
doris. Quod si patiatur coarctationem propter uicinitatẽ,
uel communitatẽ,aut colligantiã,signa repletionis,& pluri
mũ sanguinis apparebunt,& pręcedens illorum passio cum
sequela ægritudinum cordis dictarum debiliũ tamen, & ua
riationem habentium, ut dictum est supra. His ergo erunt
ęgritudinũ cordis causarum ipsarũ,in ipsius natura speciali
ter manifesta. Ex quibus ſm Gal. curationis ipsarũ intentio
est sumenda. Cura passionũ cordis duplex est. s. generalis &
specialis: generalis aũt est quinq; res. Quarum prima diri-
gitur ad mẽbrũ patiens,ꝙ est cor. Et est,ut sollicite studea-
mus cõfortare ipsum eiusq; uirtutẽ, quia debilẽ, & ubi ca-

E dẽs est,ut in syncopi expergefacere,& uiuificare:deĩde ubi
expedit eã resumere,& nutrire. Est.n. cor fundamentũ ani-
mæ omniũq; uirtutũ,prima radix,quarum aggregatione na
tura consistit. Cuius quidẽ naturæ,ut Hip. dixit, est curare,
nõ medici. Medici uero porrigere naturæ. Fons quoq; spi-
ritus,qui est radix,& substantia uitæ organũ, & uehiculum
uirtutũ, & caloris innati cuius uigore complexio consistit
in eẽ,& corpus,& omnia mẽbra in esse, & uigore uiuifico
cõseruãtur. Et eius extinctio mors est. Hic causa est omniũ
operationũ naturaliũ,unde ipse est, quẽ nostrã naturã dici-
mus. Ipsum quoq; cor basis est uitæ, seu uitalis uirtutis per
quã mẽbra recipiũt animam primũ,& deinde uirtutes, reli
qua sensus motus,& operationis uitæ. Nec mors accidit,ni
si propter intẽperamentũ complexionis suæ. Merito igitur
prius,& sollicite studendũ est,circa ipsius confortationem
eiusq; uirtutis cum his,quæ confortare habent interius, &
exterius,& per omnem modum approximationis. Secũda
uero res nititur circa causas intrinsecas,& extrinsecas,pro
prias,& cões talium ægritudinũ:& est, ut auferatur extrin-
F seca. Interior propria abscinditur uicina,& quę cõitatis est
corrigitur. Inquit.n. Gal. non est possibile ullam dispõnem
curare finaliter adhuc manante cã faciente eam. Tertia ue
ro uertitur ad modũ curandi prædictas ægritudines à cau-
sis prædictis. Causæ.n. superius enumeratæ, aut causant ta-
les ægritudines per modũ aggrauationis, & conculcatiõis
coarctationis,& suffocationis spirituũ, & caloris innati in
sua radice receptaculis atq; uiis. Necnon per modũ furio-
sitatis morbi ui doloris, uel cuiuslibet alterius accedentis
impugnantis contra naturam,aut per modum resolutionis,
& euacuationis ipsius. Quorum modorum diuersitas auxi-
lia uariat,& differenter informat. Regimen quoq; siue eius
debitum ignoratur. Inquit enim Hip. nec quisquam medi-
corum mihi inuẽtus est,qui ægrorum habitudinem cogno-
scere queat,sicut oportet si defectionem patiatur. An ipsa
sit ex uenarum euacuatione,an ex alia furia,uel labore cor
poris,uel accidente alio naturam efficiente,puta repletio-
ne suffocante, & proinde ignoras cibum dare eis an expe-
diat,uel negare. Quarta ponit studium in regimine cũ re-
G ctificatione aeris,& aliarũ rerum non naturalium ministra
tione debita,prout intentiones exigunt supradictæ. Quin-
ta conuertitur ad accidentiũ correctionẽ,quæ sunt plura se
cundum pluralitatem membrorũ compatientium cordi, &
si non propria sint. Si enim ipsum aliis compatitur propter
colligantiam,& uicinitatem, ut dictum est: quanto magis
alia membra compatientur eidem,cum ipsum cor omnibus
tribuat uirtutem,calorem,& spiritum, & à nullo recipiat?
Inquit.n. Hip. Totũ corpus est una substantia,& ipsum totũ
est confluxibile,& compassibile. Dictę aũt sunt hę res quin
que generales,quæ oẽs generaliter omnibus cordis ęgritu
dinibus congruũt,ac uniuscuiusq; causam generaliter com
prehendũt,sed primę tres sunt principales,& essentiales in
cura ipsorũ cõplentes:uerũ duæ primæ sunt materiales, &
tertia est formalis. Non enim sufficit ad ueram curã cõfor
tare cor debile,eiusq; uirtutẽ,nec causam passionis abscin
dere,nisi sciatur modus qualiter, & cum quibus quodãmo-
do causandi nobis proprie demonstratur, ut infra patebit.
At ipsarum,ut materialium prima est,ut in qua,& genera-
H lior in aliis attendenda generalibus:& specialibus ẽt obser
uanda. Omnes enim debent esse confortatiuæ, uel confor-
tatiuis admistæ. Secunda uero est, ut ex qua causam ex qua
ægritudo prouenit auferens,& abscindens. Quarta res est
dispositiones,& qñq; sola sufficiens. Vltima est cõplẽs,quia
rerum præter naturam omnium causam explens est quoq;
coadiuuans:corrigendo enim accidentia,quę causam impe
diunt,coadiuuant ipsam. Specialis autem intentio est quã
ex diuisione generalium accipientes in operationẽ deduci
mus,ut circa singulas earũ speciales medicinas ponamus,
atq; auxilia, quibus prædictæ compleantur res generales
intentionis:necnon qualitatem, & apertum modum utẽdi
eis. Medicina enim à modo dicta est,ut Isido. ait. Et primo
circa cordis confortationem. Cõpletur autẽ cũ his,quæ ha-
bẽt ipsum tripliciter confortare. s. substantialr, accñtaliter,
& utroque modo. Substantialiter cum his,quæ restaurant
eius substãtiam,& spiritum eius,quæ calorem multiplicãt:
quibus

Cordis cõfortatio triplex.

quibus restauratis, ut organis uirtutis, & substantiis pro-
priis,ac propinquis:uirtus restauratur & confortatur:& ta
les sunt cibi & potus,cordi appropriati. Appropriati cibi

Cibi.

quidem sunt,qui sunt placidi in odore, delectabiles in sapo
re,qui etsi naturaliter non sunt tales,artificialiter cum aro
matibus,& sapidis cõdiantur. & sint facilis digestionis pau
carum superfluitatum,multi & boni nutrimẽti, quales sunt
carnes fasianorum, perdicum, pullorum, gallinarum, aui-
cularum paruarum,& montanarum: & aqua carnium ipsa-
rum,seu succus ipsarum per decoctionẽ in duplici uase tra-
ctus:hœdorum,& biennis arietis, seu annualis agni, & ca-
strati. Hepata gallinarum pinguiũ & iuuenum: uitelli ouo-
rum,recentium gallinarum,perdicum, & fasianorum sorbi
les,uel serosi. Et panis mundus,qui bonum generat sangui-
nem. Inquit enim Ioannitius,bonus cibus est, qui bonum
generat sanguinem opere,& commistione,qualis est panis
mundus,caro annualis agni,& piscium mediocrium magis
mobilium,& minus pinguium,& squamosorũ proprie ma-
rinorum,& petrinorum. Potus quoq; uini subtilis clari in

Potus.

substantia in colore rubei,uel subrubei, aromatici medio-
crem habentis stypticitatem,& placidi in sapore. Inquit.n.
Hip. in apho. facilius est repleri potu scilicet tali quã cibo.
Accidentaliter uero ipsum confortant odores: & medici-
næ,quæ contemperant eius complexionem,& substantiam
uniunt:& sicut uirtutem eius confortant, quæ compellunt
nocẽtia,& corpus in uita conseruant. Inquit enim Hip. uir

In secũda aphori. 21.

tutis uitæ est contraria repellere,& nõ recipere. Harũ quę
dam sunt illud agẽtes à ꝓprietate, ut est terra sigillata,cha
rabæ,myrobalani,& similia. Quædam à complexione,qua-
rũ quædã sunt calidæ,quædã frigidæ,quędam siccæ,quædam
humidæ,& quædam temperatæ, & quædam utroq; modo,
ut infra dicetur. Et ex illis est rosa,& oleum eius. Inquit.n.

Nota de oleo ro.

Gal. oleũ ros. confortat. calefacta enim infrigidat:& infrigi
data calefacit modo utroq;:quia substantialiter,& acciden
taliter ipsum confortant cibi medicinales, & medicinæ ci-
bales simplices,& compositæ. Simplices sunt caro serpẽtis,
lingua bouina,borago,endiuia,acetosa,& similes, quas in-
fra sufficienter enumerabimus. Cõpositæ sunt, quæ ex præ-
C dictis componuntur cũ aliquibus ex medicinis simplicibus
infra enumeratis decoctis:& paratis acquirentibus eis uir
tutem intentioni habitæ conuenientem. Virtutem autẽ ca-

Aspersio aquæ rosatæ subito facta in faciem leuat à syncopi.

dentem subito,ut in syncopi expergefacerent irroratio,&
aspersio cum forti impulsione, & iactu subito aquæ frigidæ
actu,& proprie rosatę super faciem,& membra:& si fiet mi
stio musci,cum eo quandoq; confert, & quandoq; confert
miscere camphoram,sandalos,& similia ſm diuersitatẽ cau
sæ,& modi,frictiones asperæ,ligaturæ dolorosæ, auriũ tra-
ctiones,& euulsiones pilorum strepitus, & clamores. Ex-

Offa ex pane calefacto i uino lymphato expegefactum uiuificat. Not. de uino.

pergefactum autem uiuificat offa ex pane calefacto in uino
prædicto lymphato,cũ aqua ro. uel buglossa, distillata pro-
ut exigit dispositio. Inquit enim Gal. talis cibus etiam facit
redditionem,& redditur cito:quia actu frigidũ,& antequã
calefaciat actu à proprietate cito in spirituum substantiam
permutatur membra quoq; uelociter nutrit. Omniũ enim
uelociter,& multum nutrientium est maxime uinum. Cum
dixit Gal. sic uirtute uiuificat,& confortat. Sed miscuit ad
panem calefactum,panẽ quidem,ut eius nutrimentũ,quod
est facilis resolutionis firmũ sit, & perdurans quandiu au-
D feratur dispositio causans casum. Inquit.n. Gal. quæcũq; hu
midã,& liquidã consistentiam habẽt,nutrimentũ dant cito
dissolubile:ut in breui tempore alio opus sit. quæ aũt durã
& solidam habent,multum tribuunt,& perdurant. Talẽ aũt
uirtutem expergefactam,& uiuificatam restaurant cibi, &
potus prædicti:ubi hæc expediat. Talis autem expedientia
à diuersitate causarum,& modorum causandi dependet,ut
infra patebit. Secundo consistit specialis intentio circa ab-
scissionem causarum specialium ægritudinum superius di-
stinctarum. Exterior ergo auferatur,& permutetur. Inte-
rior quæ propria est eius ægritudo abscindatur. Et si quidẽ
sit mala complexio pura,alteretur. Si cum materia replen-
te,oppilante,uel coarctante, euacuetur. deinde si aliquid
remanserit, alteretur. Inquit enim Gale. Manifestum est
autem quòd facientium causarum discrasiam per euacuatio
nem est sanatio:ipsarũ uero discrasiarum alteratio sanatio

A est. Si quidem intentio præmittenda esset primæ intentio-
ni,uel rei,quę circa cordis cõfortationẽ uertebatur eiusq;
uirtutis. Dixit enim Gal. oportet uniuscuiusq; ægritudinis
causam abscindere prius:deinde ad eam,quæ ab ea facta est
ægritudinem peruenire: ſm cum uirtus, quæ in curatione
principalis existit,non subsistat:immo deficcat, & cum defi
cit,non ualeat curatio:nec accidens præstat solutiuũ:opor
tet primo cor,& uirtutem eius confortare tanquàm in cu-
ra priorem. Et si non totaliter propter præsentiam causæ
quoquo modo possibili iuuet. ab ea enim omnis prima in-
tentio sumitur,nocumentum quoq; est periculosius. & ad
inferendam mortem promptius. Deinde oportet debilita-
tis causam abscindere,uel simul permistione auxiliorum u-
tranq; rem prosequi,uel uicissim agere. Est autem ipsorum
auxiliorum permistio triplex:partialis,localis, & tempora
lis:ut supra monstrauit. Hanc autem rem,seu intentionem
complent medicinæ,& proprie cordiales,cibi quoq; medi
cinales. Medicinarum autem cordialium, quædam sunt sim

Diuisio medici. cordialium.

plices,& quædam compositæ. Et simplicium, quædam sunt
B ex animalibus sumptæ,quædam ex terra nascẽtibus, quædã
ex mineralibus:& ex istarum quibuslibet,quædam sunt fri-
gidæ,quædam calidæ,quædã siccæ,quædam humidæ, & quę
dam temperatæ,& quædam solutiuę. Sciuisti enim supra cũ
de consolatione medicinarum soluentium loquebamur, ꝙ
medicinarum,quædam confortant tantũ: quædam confor-
tant alterando,& quędam soluendo. Frigidę ex animalibus
sunt os de corde cerui,& ebur. Calidæ ex eis sunt corda, &
proprie porci propter conuenientiã nimiam. caro serpẽtis
muscus,seta,& proprie cruda. Et terrę nascentib. facta sunt
rosa,myrta acetosa,coriandrum,acetositas citri,granata:&
proprie acetosa nenufar,endiuia, sandalus, spodium, fœx
non adusta,matiana,& camphora. Calida ex eis sunt doro-
nigi,zedoaria,cyminum,zurumbeth,crocus uterq; beẽ. xy-
loaloe,gario. enula,& ambo sunt mirabiles melissa,& semẽ
eius,macis,hascescebran,& semen eius, cubebe,acetosa,&
semen eius,& cardamòmum,quod.n. heterogeneæ est natu
ræ potest dici calidum. Frigida sunt folium,& cortex citri,
spica,cinnamomum indum,damascenum,& gario. magnũ;
& calamenthum,iris,lilium,mentha,ozimum, utrunq; stœ
cas,sandaracha,lĩgua auis,magaleph,odor galliæ,& in sum
ma omnia odorifera. Temperata ex eis sunt lingua bouina
& aqua eius in cuius datione,uel decoctione sis audax cum
cibis & potibus:borago,charabæ,lacca,usnea,& poma dul
cia,& odorifera,& granata dulcia,& muza. Ex mineralibus
uero frigida sunt corallus,margaritę,lutũ sigillatum, & ar-
menum. Calida est ambra. Temperatæ sunt aurum,argentũ
lapides prætiosi,& proprie hyacinthus. Siccæ sunt omnes
præter lac,poma granata dulcia,endiuiam, linguam boui-
nam,boraginem,& nenufarem,quæ sunt humida. Ex reso

Diuisio medi. sol.

lutiuis uero,quædam soluunt choleram, ut myrobalanus ci
trinus. tamarindi,& pruna, muza: ex eis sunt uiolæ,succus
rosarum,& aqua infusionis earum recẽtium. Quędã phleg-
ma,ut agaricum,myrobalani,chebulus,& emblicus. Quæ-
dam melancholiã,ut epithymum,lapis armenus, lapis lazu
li,myro. indi,& bellerici,quędam phlegma & melancholiã
ut stœcas,& polypodium. Quædã humores adustos, ut my
roba. nigri,& indi,sena, fumoterræ: quem diximus esse de
numero prætiosarum medicinarum, Quædã fumum mundi
ficant à sanguine,& spiritu,ut melissa. Quædã mundificant
sanguinem,ut lupulus capil. ue. endiuia,& similia. Hæ sunt
simplices ex quibus eligere habes,quæ tuæ intentioni sunt
cõformes:siue alterare,siue digerere,siue soluere, siue utrũ
que simul intendas. Etiã si aliquã ex quatuor ęgritudinibus
specialiter inspicias. Oẽs nãq; conueniunt insimul. & in cõ-
fortatione debilitatis proprie:sed aliter una quã altera: &
una est uini dispositioni,seu accidenti cordis proportiona-
ta,alia uero alteri. Debilitati nãq; appropriatus est crocus
spica,ambra,poma redolentia,& oĩa tẽperata. Tremori ue-
ro beẽ:myrrha,usnea,sandaracha,charabe, doronigi ualde,
myrob. bibiti. Tremori uero à causa extrinseca, scilicet ex

Medicinæ cordis debilitati appropriatę.

tristitia & timore,endiuia,spodiũ,& emblici calido. Et co-
riandrum,lacca,& cyminũ:frigido lingua auis:& lac sicco:
mumia,ameos,carui,muscus ozimum,gario. conferunt tre-
mori ex melancholia,& phlegmate comesta. Calamenthũ
iris:

iris:& sandali,conferunt tremori accidenti in febre: & aurum bibitū,& linitum.Endiuia uero syncopi. Spodium ei: & proprie factæ ex effusione choleræ ad stomachum, uel à stō bibitum,& linitū lingua bouis, & magalef cū aqua mellis bibitum doloribus cordis, & melancholiæ animi: & ei qui loquitur solus aurum,& spodium melancholiæ. & timori de præteritis,& timori de futuris. Muscus melancholiæ ex solitudine xyloaloes etiam,quia lætificat,ozimū, gario. enula,omnia poma,& acetosa, & omnia aromatica omnibus maxime si fiat ex angustia: & oīa aromatica proprie,ut est odor galliæ,& calamēthum,ireos,& ozimū super aspersο aceto: & odoratum excitat syncopatum, & sanat eum. Compositæ sunt, quæ ex his componuntur. Et similiter si ægritudo sit instrumentalis,ut aperire euacuare plectoriā, & sanguinis abundantiam, quæ esse causam eius plurimum consueuit intendas,utere phlebotomia basilicæ dextræ. Et si repletionē uaporosam,& fumosam, quā tibi fumosa multum expiratio cū mētis turbatione ostēdit.Cōplexio ætas, & habitudo,& regimē præcedēs phlebotomiā sinistræ basilicæ celebrabis. Sed pdicta auxilia uariabis,uarietate ægritudinū,& causarum efficientium ipsas in fortitudine, & debilitate. In debilitate nanq; cordis approximabis leuia,in pulsu fortia,in tremore fortiora, & in syncopi fortissima. adhuc si earum causa est debilis,leuia:si fortis,fortiora:nec nō si sit ex propria cordis passione,fortiora: si ex cōpassione,leuiora.Et tamen cōsiderata materia, & dignitate particulari,quę cordi est,omnia approximabis: cum mō: & non subito fortia neq; pura. Ait enim Hip. ſm multū & repēte: calefacere,aut infrigidare,replere, aut euacuare, uel quomodo libet corpus mouere non oportet.Fallax enim est,& euacuatio naturæ insuaue: maxime uero debiliter, ut hic supponitur.Cum ergo in talibus ægritudinibus repletio ad euacuandū inuitet:quia debilitas uirtutis prohibeat,partiatur phlebotomia tenendo mediū.hæc enim Gal.edocuit, nec omittatur omnino, maxime cū repletio debilitatis causa existat.Item ait Aboa.amplius ea dare pura quæ alterāt, & maxime frigida.& quæ laxa faciunt principalibus membris timorosum est in re uitæ. Ages enim cum simplicibus leuibus, & maxime in principio, & paulatim deuenies ad cōposita,& fortiora ubi priora non sufficiāt:ut excessus auxiliorum non sit succedēs auxiliorū effectiua paulatim proportio cum salute.hæc enim est operatio ſm sapientiā:præstat enim iuuamentū præter aliquid læsionis. Et frigidis ad miscebis calida:ut crocum,& gario.propter calorem naturalem,& spiritum.Et calidis laxatiuis odorifera stiptica:ut spicam,& mastichen, charabe, rosam, & myrrham,quibus prohibeas cōfortādo à facili resolutione cui sunt parati calorem,& spiritum. Si uero patiatur propter uicinitatē uel cōitatem membrorum: corrigatur dispositio membrorum uicinantium,& cōmunicātium superiorum prout superius diximus:& inferiorū,prout infra dicemus cū auxilio Dei: & si aliquid mittant euacuetur:& quod remāserit,uel regenerabitur deriuetur:& per interualla modici temporis expurgetur:deinde confortetur. Et ductus eorum quibus superflua eorum consueta sunt expurgari aperiātur. Ipsumq; cor recipiens confortetur ne recipientes uiæ stringantur: & quod influit repellatur,& si quid influxum est,resoluatur prout in cura catarrhi te scire fecimus: quorum auxilio talia complentur.Electarium, seu medicinam huius superius habuisti. Tertio consistit specialis intentio circa considerationem modi causandi, qui cum sit duplex ut dictum est: & diuersus secundum eius diuersitatem diuersis auxiliis est utendum:oportet enim uariare, & eligere omnia auxilia: tàm confortantia,quàm abscindentia causam:& alterantia: & uniuersale regimen:& ea adaptare unicuiq; modorum, prout ratio exigit. Si ergo causentur tales cordis ægritudines primo duorum modorum dictorum:omnia confortātia interius,& exterius approximanda abscindētes causas, & etiam alterantes debent declinare ad calefactionem, & humorum subtiliationem,rarefactionem corporis,& resolutionem,& attractionem materię caloris,& spiritus de cētro ad circunferentiam corporis. Adhuc si causa eius sit debilis leuia:si fortis,fortiora:necnon si sint ex propria passione cordis fortiora:si ex compassione leuiora. Regimen quoque in omnibus non naturalibus rebus, quod est quartæ intentionis generaliter sit tale. Locetur autem patiens in domo cuius aer sit temperate calidus naturaliter,aut artificialiter cum ignis temperati accensione suffumigiis ex spica,ligno aloes,gallia,& similibus, in qua etiam sternantur folia,& rami plantarum calidarum, & redolentium ut citri,aranciorum,rorismarini,calamenthi, & aliarū superius nominatarum medicinarum. In cibis cōfortantibus ex prædictis sint medicinæ tales calidæ subtiliatiuæ, & aperitiuę, mistæ,uel associatæ. Et sit eorum quātitas pauca,sustentatiua,non resumptiua:uel solum uiuificatiua concedas,& proprie ubi repletio ad syncopim perducat, quo casu oportet tantū uiuificare uirtutem, deinde ad remedia repletionis redire.Similiter & potus sit uini talis,quia subtilis,& clari magis uirtuosi parte exhibiti. Exercitia ubi sint possibilia temperata,& frictiones asperæ à superioribus ad inferiora extremitatum tràhentes à corde, & spiritalibus ad circunferentiam corporis atq; cutem.Somnus & uigilia sint temperati uicissimq; concessi,ut quod digerit somnus, euaporent uigiliæ.Inanitio sit correspondens uirtuti. licet enim repletio inanitionem fortē requirat,uirtus tamen quæ tolerare habet,& regulare,nō assentit. unde paulatim oportet agere,& illud cum frictionibus dictis respicientibus repletionem tertiæ digestionis,& secundarum uenarum,& abstinentia cibi,& potus repletionem respicientes primæ digestionis maxime si humoribus non sit putredo.qua existente desperandum est de infirmo.& proprie si in uisceribus est apostema: quæ sufficiant donec apparet robur in pulsu. Et tūc oportet clysteribus uti respiciētibis repletionem intestinorū,& primarū uenarū.repletio enim locū non habet, sed contentetur cibis,& potibus paucis, & subtilis ac resolubilis nutrimēti in medio tēporis qualis diætat extenuatiua diæta infra in primo de cura oppilatiōis hepatis,& quarto;de regimine sanitatis. Et cum subtiliātibus incidētibus, & diureticis notis propriatis,& in pauca quantitate oblatis,prout conueniunt ad sustentandum donec repletio educatur non resumendum: & hora syncopis omnino priuati præter panem ex modo ut superius iam est dictū. nā uiuificata uirtus per illam statim redire oportet ad dispositionis & repletionis curā cū euacuatione: non cum renutricatione. Animæ accidentibus sic regatur,ut ad iram,indignationem,& solicitudinem prouocetur. Si uero causentur per modum resolutionis,& euacuationis omnia prædicta in oppositum conuertantur ac etiam regimen in omnibus quæ dicta sunt.Alteretur ergo primo aer cū redolētibus ex herbis,plantis,foliis, & floribus frigidis,& stypticis,& pprie cū myrto,salicibus,citoniis,& rosis: & speciebus superius noīatis,ut sandalis,cāphora, & irrorationibus aquarū frigidarū,ut aqua rosarū frigida pluuiali,& odoribus frigidis ex aceto cū aqua ros.mistis,sandalis,& camphora, & flabellationibus,& uentis. Exercitia,frictiones, calefactiones penitus omittantur.Iniungatur quies corporis,& animi. Cibus sit ex prædictis,& electus ex solidis, & uiscosis mediocriter,tamē,ut ex eis possit præualere uirtus. ut est panis, & sorbitiones factæ ex condro,oua tenera, & testiculi gallorum nutritorū ex lacte, cerebra porcorum sufficienter decocta ex albo iure cū puluere coriandri,cōdita. Fructus styptici,& pontici,ut citonia,pira,sorba,mespila,& similia non multæ quāticatis cū noceant stomacho. licet humores inspissent. Potus autem sit uini aquosi infrigidati, & cum aqua lymphati in principio cibi acceptum. & hoc propter discrasiā:propter syncopim autē sit calidum subtile, & aromaticū calefactum cum pane,ut cito reddatur propter materiam,& sit uinum nigrum grossum,& stypticum:& breuiter quæcunq; habent inspissare. ita tamen ꝙ alterabilia sint per naturam. Cum uero natura sit debilis in alterando, & qualitas corporis minorata,ex prędictis cibis dare oportet parum,& sæpe.sicut enim in prædicto modo caliditatis ipsarū paulatim est digerendum,& euacuādum,ita in presenti paulatim est renutriendum,& restaurandum.Vigilię sint temperatæ.Somnus leuis non profundus. Inanitio superfluorū, & humidorū secundū quantitatē assumptorum est utilis,& prouocanda cum lenitiuis, & lubricantibus ante cibum exhibitis,& ponticis,post hac cum collyrio, & clysteribus

De phlebotomia. *In secunda aph. 51.* *In passionib' cordis ex repletione contingētibus.* *De aere.* *Potus.* *De accidētibus.* *In passionibus cordis ex solutione contingentibus.* *Modus ...bandi.*

steribus leuibus. Sed humorum, & humiditatum euacuatio,seu resolutio est prohibenda omnino. Inducatur ad gaudium tēperatū,uel remissum,& lætitiam, & spē futuræ salutis.Cōuertitur ulterius specialis ad accidētiū correctionē, quæ sunt plura ſm pluralitatem mēbrorū cōpatientium cordi,ut dictum est.Primo uicinorū ex propinquo, ut spiritualium,& superiorū animaliū colligatorum eis: quorum curā superius habuisti,& inferiorum naturaliū uicinorū ex longinquo,quorum passionū Christo duce infra ponemus auxilia.Deinceps rememorabimur cōpositas medicinas proprias,& expertas ad ęgritudines cordis dictas ſm unamquāque causarum ipsarum superius dictarum incipientes à confortantibus,& primo ab odoramentis eo, ꝙ refocillando spiritus confortantur citius.Inquit enim Gal. qui celerius uult reintegrari,reintegratur odoribus.

De medicinis simplicibus,& compositis ad omnes passiones cordis. Cap. 2.

Galenus ait.ad primū autē omniū reddamus nunc sermonē ęgritudinū,qui similibus innascitur.Est autem mala hæc cordis complexio talis. Et subdit ostēsum est enim in secundo huius libri.s.terapeutices,ꝙ necessarium est genus ægritudinis huius uidelicet medico ad sciendum.Et illud quidem, quod plurimum est cōtingens, ut superius dictum est plerunq; lædit. Cum enim non sit bene terminabilis in corde ipso, sed plurimū extēsibilis cū calore,& spiritu ad totū corpus omnia mēbra lædit læsione principii,ac euersione eucrasiæ proprię cuiuslibet mēbri. Proinde necessarium est inuestigari nunc ut opportunè sanetur,& methodo, quæ ē iā dicta non à medicinis simplicibus dictis,& compositis, quæ sequuntur incipiens. Odoramentum calidum conferens passionibus cordis à mala complexione frigida causatis.℞.balsamitā,uel maioronā, folia citri,& pomū eius,& irrora uino, & superasperge puluerē gario.aut inuolue bursam scarlati in eis,& odorētur.Aliud frigidū conferēs passionibus cordis à calida discrasia causatis.℞.rosarū,sandalorū,margaritarū,cymarū myrti:irrorētur aceto,& camphora: & quandoq; irroratur parum uini odoriferi.Et ex similibus,est aqua ro. sola. Aliud calidum fit ex gar.nu.mus.cypero,thuræ,;foliis lauri, & gallia mus. cuius odore epileptici excitantur,calamenthū,ireos, & alharā,quæ cū irrorantur aceto,& odorat syncopizatus sanatur.Et ex illis est pomum confectū ex eis,& ambra, & musco,prout in soda dictum est. Et gallina assa cum illis frixa, & odorata.Et aqua florum aranciorum,& citrorū. Suffumigationes fiant in frigida causa ipsarum ex confectione hieræ,quā Nicolaus in antidotario suo descripsit. Aliud ad idē fiat suffumigiū ex auiculis cyprianis,quæ sunt.Reci.ambræ, ʒ.i.ligni aloes,vnc.ii.musci.ʒ. i. carbonū de palmitibus uitis,gummi arabici,ana.ʒ.ii.gallia mus.& lignum aloes conuertantur in carbones,& cum aqua ros.dissoluantur omnia simul,& glutinentur,& informentur auiculæ: quarum una super prunas ponatur,& suffumigetur camera. Et sunt qui suffumigant ex ligno aloes,madefacto in uino solum, & est bonum,& suaue, cuius odorem diligunt principalia, sicut dixit Aboali. Aliæ fieri possunt ex prædictis frigidæ ad eas ex causa calida. Sunt autem non frequenter approximādę, & proprie suffumigia:immo raro sicut supra in soda te fecimus scire.suffumigia enim replent, & dissoluunt cerebrum inflammando ipsum,& spiritalia omnia cum superfluunt.Inquit Heben Mes.syrupi ex inuentione nostra de succo acetoso,& succo macinorum,& de succo alleuię cōferunt pulsui,& tremori,& omnibus passiōibus cordis calidis & propriis.Et ex illis est syrupus acetosus diarhodon. Passionibus uero eius frigidis,& causatis ab oppilatione,seu repletione receptaculorū ab humoribus grossis,& uiscosis difficilis eradicationis oxymel simplex,& squilliticum. Itē trochisci de camphora ad pulsum cordis, & tremorē calidum & febrem extinguunt,& confortant descriptione Almāsoris.℞.spodii seminis cucumeris,& citruli,scariolæ, portulacæ,ro.sandali albi,an.partes ęquales, & pro unoquoq; pondere auri unius ex eis sumat cāphoræ triū granorū hordei pondus. ex quibus cū succo macinorū conspersis, & croci. ʒ.i.fiant trochisci aur.s.de quibus quaq; die tribuatur unus usque ad duas hebdomadas. Item lac de quo extractum est butyrum est fortius.Item pruna nutrita aceto, uel agresta, sunt cibus conueniens.Item trochisci de spodio ad pulsum tremorem,& syncopim ex caliditate fluxuum,& collyricā passionem,melancholiam,& tremorem secundum diem.℞. spodii.drac.x.rosarum albarum.ʒ.iii.seminis acetosæ, portu.granorum coriandri infusorum in aceto,& torrefactorū myrtillorum,ana.ʒ.vi. pulpæ sumach.ʒ.ii.s.amyli,assæ,berberis,galangæ,ana.drach.ii.margaritarum,corallo.rub.an. drach.i.ossis de corde cerui.drac.ii.sandali albi.dra.i.gummi arabici.drach.i.s.confice cum succo agrestæ, & da cū aliquo rob styptico,& succo buglossæ. Item myroba. conditi secūdum modum nostrum.Item trochisci muscati, & de xyloaloe conferunt eis ex causa frigida, quorum confectio ē secundum eundem.℞.masti.spicæ,xyloaloës, cinnamo.gariophyl.galliæ musca.cubebæ,cardamomi maioris,& minoris,corticis citri,omnium pondus,aur.i.ex his omnibus cū uino odorifero asperso fiant trochisci. Cōferunt ēt syncopi magnę,& paruæ.Potio cōfortās cor,& cōferēs tremori,& syncopi calidæ,& frigidæ.℞.buglossæ puluerizatæ,aur.i.distempera ad frigidam cum uino, & ad calidā cum aqua ros. & da hora somni noctibus continuis. Item gar.masculorū puluerizatorum.ʒ.i.sumach dissoluta in. xii. aur. lactis dulcis in ieiuno,ualet ad frigidam.Item theriaca, mithridatū, confectio de musco dulcis,& amara emendant cordis frigiditatem,& humiditatem cerebri,& stomachi, & conferūt passionibus eorum frigidis. Diambra quoque electarium de gemmis.Confectio de xyloaloe,confectio quoq; alchermes,& electarium sarboteg:quorum descriptionem in antidotario nostro posuimus.Et ex expertis secundum nos est, ut assumatur cor porci,sicut assumitur de thorace eius cum sanguine suo,& ex gar.masculis pomocetur, & assetur sufficienter lento igne:deinde comedatur, & superbibatur uinum subrubeum clarum,odoriferum,temperatum, & lymphatum cum aqua buglossæ: ualet autem ad passiones cordis frigidas,& calidas cum aromatibus frigidis, ut sunt rosæ,sandali,magazire,& uino albo superbibito cum aqua rosata lymphato.Et confortat cor à proprietate nutrit. Dixit Aboali. Cerebrū hominis,cerebrum galli,pulmonē pulmo uulpis. Stomachum, uentres gallinarum,& pelles interiores ipsarum.Hepar hepar adip.Renes renes hœdi.uesicam uesica mustellæ.Neruos nerui nutriunt,& cōfortant, & sic de aliis.Nutricatio enim,& confortatio fiat à simili, ut dixit Gal.cum ait,unaquæq; species animalis simili totius substantiis,& proprietatibus alimento nutritur: ut homo ex pane,& carnibus,canes ex ossibus. Equi ex paleis. Turdi ex hyoscyamo.Coturnices ex elleboro,& si unaquæq; species proprie alimentum,uel cibum, & unumquodque in diuiduum,atque membrum proprium cibum habebit, quod uidetur innuere,& approbare Aboa. cum dixit, quod unicuique corporum,& unicuique membro inest proprietas, ut ab una medicina patiatur, & non ab alia.Epithema confortans cor debile,& corpus ex malitia complexionis calidæ,conferens tremori calido cum febre, quod dixit Archige. ℞.sandali, magaziri, spodii,ana.ʒ.s. summitatum myrti,coriandri,ana.ʒ.iii.ro.seminis endiuiæ, & acetosæ, ana ʒ.iii.macis.℈.i.croci.℈.s.aquæ ro.quod sufficit.Et quandoque additur camphoræ.℈.i.cum dispositio exigit, & excessus caloris in ea non ueri frigoris intinge pannum lineum simplicem,uel de serico albo,& supra cor frequenter appone.Et si apparuerit siccitatis excessus adde parum succi pomorum dulcium,uel buglossæ,uel lactis. Aliud conferens tremori ex frigida causa.℞.macis gar.usneæ,charabæ,ana. drach.s.ameos,carui,anisi, ana. ℥.i. tertiam partem.xyloaloes,ambræ,musci,an.℈.i. croci. ℈. s. succi buglossæ, aquæ ros.& uini odoriferi,ana.vnc.ii.Tepefiant,& infundatur tela serici rubei duplex, & super cor apponatur sæpe. Item aliud ex inuentione nostra conferens omnibus dispositionibus eius frigidis.℞.ligni aloes,se.ozimi,gar.se.melissæ, se. linguæ bouinæ,ana.ʒ.ii.florum citri,sampsuci, ana.drach.i. gar.charabæ,corallo.rub. ana.ʒ.i. suc. linguæ bouinæ, uel aquę eius,& uini odoriferi, ana. quod sufficit. Terantur omnia, & conficiantur, & ministrentur modo prædicto: sunt enim sana, & experta etiam si per modum sacellationis approximentur. Ioannitius. emplastrum conferens tremori.

Odoramētū calidū. *Aliud frigidum.* *Aliud calidum.* *Auiculæ cyprianæ fiant hoc modo.* *Documentum.* *Syrupi cordiales.* *Troch. de caphora.* *Troch. de spodio.* *Trochi. muscati.* *Potio cōfortans cor.* *Not. istud experimētū de corde porci.* *Epithema cordiale.* *Aliud conferens tremori.* *Aliud ex inuentione propria.* *emplastrū conferens*

Tremori & syncopi.

tremori,& syncopi calidis.Recip.spodii,sandali, ana. ʒ.ii. calamenthi,ireos,endiuiæ,an.ʒ.i.coriandri.ʒ.ii. croci.℈.i. fari.hor.ʒ.i.confice cum succo acetoſellę,& aqua ro. & modico uini odoriferi. & confert etiam febri, & miniſtretur ſæpe innouando.Aliud ad frigidum ſecundum eundem. ℞. caſtorei.ʒ.i.macis.xyloaloes,ameos,cubebarũ,ana.ʒ.ii. cymini,linguæ auis,an.ʒ.s.charabæ,doronigi, ana.ʒ.i. croci, gar.ana ʒ.s.Confice cum ſucco ozimi,gar.& uino odorifero,& emplaſtra ſuper pectus,& eſt ſanum. Linimẽtum Andromachi ad idem.℞.ſandali,calamen.ireos,ambræ,an.Et tere ſubtiliter.confice cum aqua bugloſſæ,& pomorum, & oleo roſ.& cera,& lini ſuper pectus.Confert debilitati, & tremori calido,& frigido proprie ſi conficiantur cum oleo nardino,& ſanabitur,ſi Deus uoluerit.

De cura titillationis pulſus,& tremoris cordis.C.3

GAlenus ait titillationẽ uero cordis.i.pulſum, & tremorem plurimum ſanis iuuenibus reperi euenire. & hoc abſq; manifeſtis accidẽtibus,ſed cum hæc quibuslibet contigerint,ſanguinis detractione iuuantur,maxime ſi ſubtilibus diætis aſſueſcentur. hæc enim duo ſanguinis multitudinem replentem,& oppilantem, & coarctantem educunt.Aitq; ſi cacochymia,quæ ægritudinẽ operatur cum multitudine fuerit facienda eſt minutio de baſilica hac autem non potente fieri illi proportionale aliquid.puta prouocatio menſtruorum mulieribus,& prouocatio hæ morrhoidum in uiris.Neutra uero fieri potente fiat ſcarificatio crurium & uentoſatio.Si uero non fuerit cum multitudine,purgandi ſunt cum pharmacia humorem contriſtãtem educente.hæc enim propria eſt cacochymiæ.& ſubdit, multitudo extenuatiua corrigitur,ſed in lõgiori tempore, quàm euacuatione manifeſta iam dicta. Decoctio ſoluens humorem calidũ,& choleram de corde, & uicinis mẽbris, & confortãs ipſum in omnibus diſpoſitionibus ſuis.℞.aquę fructuum,lib.s.bulliant in ea pulpæ tamarindorum, cheirõ ʒ.i.pulpæ myroba.citrinorũ.ʒ.s.croci,grana.v.mac. ʒ.i. & dimittantur uſq; mane.tunc uero colentur,& colaturæ rhabarb.ʒ.i.addatur quod puluerizatum reſideat prius in ſuccirоſarũ.ʒ.s.& detur ubi oportet,& eſt archidia. Alia ſoluẽs humorem phlegmaticum conferẽs paſſionibus eius, & eſt Sera.℞.hyſſopi,menthæ,calamenthi,meliſſæ, ana.ʒ.i.radicum lilii.ʒ.s.linguæ auis.ʒ.s.ſpicæ,cinnamo.ana.ʒ.i. acetoſæ.ʒ.s.polypodii.ʒ.ii. Bulliãt in aqua boraginis,uel bugloſſæ quantitate ſufficienti.Deinde colentur,& in parte ſufficiẽti bulliãt pulpæ myrob.chebu.ʒ.i. & ſuper addatur agapuluerizati.ʒ.s.zucc.roſ.nouũ:uel reſidentiæ eius,uel geleniabin.ʒ.i.& detur in aurora.Decoctio de epithymo ſecundum inuentionem noſtram confert prædictis paſſionibus, ſoluendo humorem melancholicũ,dicta in antidotario.Itẽ decoctio de fumoterræ etiam prædictis paſſionibus cõfert cauſatis ab humorib.& fumis aduſtis, & oppilationibus ꝓpriis cordis,& aliorũ uiſcerum educens cũ facilitate ipſos.

De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad cerebrum. Cap. 4.

GAlenus ait.diſcretæ naturæ cerebri facile multas generant ſuperfluitates,ex quibus nocumẽta fiunt ſubiectis organis ad quodcunq; ipſorum uertitur ſuperfluitas. Ludæi decoctio educens choleram,phlegma,& melancholiam,cum facilitate confortans cor, & omnia uiſcera,& conferens prædictis paſſionibus cordis ex communi H tate ad cerebrum patiens ex frigiditate oppreſſum epilepſia melancholia,uel mania,uel catarrho frigido.℞. ſtœchados,meliſſæ,hyſſopi,ana.ʒ.i.ireos.ʒ.i.coriandri præparati. ʒ.s.cubebarum.ʒ.i.ſpicæ.ʒ.s.Bulliant in aqua cicerum: deinde colentur,& in colatura bulliant polypodii.ʒ.ii. Et diſſoluantur aga.puluerizati.ʒ.i.pulpæ myroba.citri.chebulorum,& indorum: & iterum colentur, & colaturæ addatur rauedſceni.ʒ.i.& detur mane.eſt enim ſana,& experta, & neminem decipit unquam.Et ſunt aliqui,qui addunt hierã, & proprie cum ex communitate,ſeu compaſsione ad inferiora membra nutritiua,ut eſt ſtomachus,hepar,& ſplẽ, & uiarum ipſarum ad cor: & ad putrefactionem ipſorum, & ulcera: & etiam expulſiones,ut renes,ueſica,& matrix quorum prædicta compaſsione,cor paſsiones incurrit. Aboa: lutum ſigillatum ſumptum,& retentum in ore prohibet ca-

E tarrhum calidum ad ſpiritalia, & ſpica frigidum: & etiam linitum extra cum oleo ro.Item grana papaue.albi, contrita cum zucc.al.& retenta in ore, & retinẽt catarrhum acutum,& ſalſum.Et diacodion,& loch eius ſimile operantur, & thus album retentum in ore frigidum. Sacculus confor- Saccul tans cerebrum,& retinens catarrhum frigidum.℞.ſandaracħe,thuris,pulegii,ſpicæ,& ſalis communis,ana.ʒ.s.ſpicæ. ʒ.i.ſi calidum ſit loco pulegii,ponatur myrtus,& ſandali.

De cura paſsionum cordis per compaſsionem ad ſtomachum. Cap. 5.

INquit Gal.antiqui os ſtomachi, cor, ſemper appellare conſueuerunt.Compatitur enim patienti cor ualde, & principalia reliqua,& totum corpus cor, quod propter alligantiam eius ad ipſum in arteriis cerebrum in duabus F neruorum partibus,& propter alligantiam in uenis,& neruo ſubtili,& proinde totum corpus,& maxime cum ei miniſtret in re nutrimenti.Inquit proinde Aboali.ſtomachus eſt membrum, cuius communitate patitur totum corpus. Modus ſaccellorum, quibus uſi ſunt antiqui, & habentur Saccel nunc in uſu confortantium ſtomachum & infrigidantium, & prohibentium effuſionem humorũ calidorum ad ſtomachum:ac mordicationem inducentium à qua cõpatitur cor cum incurrit cardiacam eſt talis.℞.cimarum rubi, foliorũ uitis ſylueſtris,roſarum cum ſtipitibus cimarum, myrrhæ humidæ, ana.ʒ .i. ſandali,ſpodii,ana drachm.ii. bulliant in aqua roſa.& ſucco citoniorum,cum modico uino pontico, & tepidi applicentur frequenter ſuper ipſum.Emplaſtrum empl ad idem.℞.ſandali.ro.al.ſpodii,lenticularum aquæ,ana.ʒ.i. terantur,& conficiantur cũ oleo ro. & cera,& aqua fabarũ & emplaſtretur.Receptio ſaccellorum confortantiũ ſtoma Sacc chum,alterantium diſcraſiam eius frigidã, & prohibentiũ effuſionem humorum ad ipſum,& conferentium nauſeę uomitui phlegmatico,ſingultui,& oxyremiæ uẽtoſitati,& cardiacæ,& ſyncopi uitio ſtomachi.℞.menthæ ſicc,æ,abſinthii ſampſuci,ana.ʒ.i.ſpicæ.ʒ.ii.maſt i. galãgæ,macisgariophyl. galliæ muſca.nucis muſca,cardamomi utriuſq;.ana.ʒ. i.cortex citri ſicci.ʒ.s.corticum thuris, ana.ʒ.i . s.bulliant in uino pontico cum ſucco citoniorum , & calidi ſufficienter G applicentur ſæpe ſuper ipſum.Idem operatur cerotum ſtomaticum.Gale.Emplaſtrum de maſtice liquefacto ſimplici ad idem aggregat enim in ſe proprietates quatuor in cura ſtomachi plurimum neceſſarias.ſ.aromaticitatẽ,ſtypticitatem:& temperatam caliditatem, & liquefaciẽs phlegma in ipſo. Et modus eſt quem Rabi deſignauit.accipe maſti.albam,& groſſam pinguem,& diſſolue eam in lamina ferri ſupercalefacta,& malaxa manibus , & extende in forma manus,& applica.Dixit quoq; q̃ ſuccus maioranæ, & bugloſſæ,cum gar.tritis,ut alcohol multum ualet in tremore ſaltu cardiaca quod cafatan dicitur.Et ſi quidem cauſa prædictarum paſsionum cordis ſint ulcera ſtomachi, & bothor curẽ tur cura propria,quæ infra dicetur.Gal.ait.uinum cum pane ſtomacho ieiuno ſumptum prohibet curſum humorum ad ſtomachum.Sed ſi quidem ſint cholerici ſit uinum debile ſtypticum,& lymphatum.Si uero frigidi, & phlegmatici ſit uinum ſtypticum,& aromaticum purum nõ fumoſum ut uernacia, & græcum,& uinum piſſotiæ: & uina quoque aromatica,& acetoſa in calidis operantur idem.Et ſyrupus de mentha in frigido.& ſyrupus de agreſta in calido,& diacitonitem in utroq;,& melicratum cõditum noſtrũ,& tragea ex aniſo,carui,gar.macegalanga,cardamomo, & zucc. Et decoctio haſce ſm noſtrã inuẽtionẽ cõfert prædictis paſſionibus cordis cauſatis uitio ſtomachi ex indigeſtiõe educens humorem phlegmaticum,& uentoſitatem hipocõdiſſoluit . Puluis Serapionis ad ſtomachi , & hipocondriorũ uentoſitatẽ.℞.ameos,ſe.apii,ana.ʒ.v.gar.maſti. thuris maſ. an.ʒ.vii.radicum ſquinanthi,coſti,an.ʒ.iii.naſturci.torrefacti.ʒ.xxx.extenuat,& confortat.Idẽ operantur commouẽtia eructuationem,ex quibus ſunt origanum,folia menthæ, aniſum,carui,calamenthum,mentha,ameos,galanga, maſtiche.& gar.qui ſunt proprii in hoc caſu.prout dixit Aboa. Raſis.Emplaſtrum ad apoſtema ſtomachi , & hepatis cuius communitate patitur cor cum eſt antiquum,& ubi non eſt caliditas.℞.fœnugræci,ſemi.lini,caul.& carpobalſami,an. ʒ.v.cordumeni,ireos,amygdalarum , coſti, myrtæ , ſpicæ , cyperi,

cyperi,an.ʒ.v.bdellii,ſubalbidi.ʒ.vii.ſtyracis liquidæ.dra. iii.naſturtii.ʒ.ii.aromatici,ceræ,citrinæ,adipis anatis, omnium,an.ʒ.iii.olei chamæmilini i.ʒ.xx.deinde aggregentur, & emplaſtrentur.cum eo . Aliud ad apoſtema ſtomachi , & hepatis cum nõ eſt antiquum.℞.fœnugræci, ſe.lini,anethi ſicci,uiolarum ſiccarũ,chamæmillæ ſiccæ,althææ,ſiccæ, maana.ʒ.v.ſpicæ,cyperi,ſquinanthi,calami aromati, ana.ʒ.vi. ceræ.ʒ.vi.olei chamæmili.drach.xv.omnia aggregentur,& fiat emplaſtrum. Ariſt.grana granatorum muzorum,& acetoſorum in cibo,& poſt ſumpta,uel ſuccus eorum in cibis: & ſalſamentis,aut ſyrupus ex eo factus prohibet corruptionem fumoſam in ſtomacho ciborum,& potuum , quę cauſa eſt cardiacæ paſſionis.Nicolaus.diacinnamomum,& diacinminum,prohibent corruptionem acidã cibi,& potus , quæ cauſa eſt paſsionum dictarum cordis.Dixit Gal.hierapicra confortat ſtomachum,cor,& cerebrum,& hepar,& putrefactionem in eis corrigit , quæ paſsionum dictarum poteſt eſſe cauſa.Etiam ſi ex xyloaloe ſumatur. ʒ. i. s. puluerizato cum uino aromatico lymphato cũ aqua ferri , remouet humiditatem putrefactam ſtomachi , & confortat ipſum he- B par,& cor,generat lętitiam,& prohibet iram.Dixit Aboa. Et darſeſecham lętificat putrefactionem,& emblici conditi.Et naſturtiũ putrefactionem uacuitatis uentris,& cinnamomũ,in aliis partibus exiſtentem.Idem operatur oxymel ſquilliticum,& acetum eius,& aqua mellis; & geleniabin , & ſolus aloes . Trazea confortans ſtomachũ : & prohibens aſcenſum uaporũ,& fumorũ ad cor,& cerebrum, ſecũdum intentionem noſtram.℞.coriandri præparati. ʒ. ii. ſeminis meliſſæ.ʒ.s.cinnamomi electi. ʒ. i. zucchari tabarzet. ʒ.iiii. puluerizentur & miſceantur. Doſis cochlear unum poſt cibum non ſequente potu.& ſana experta. Idem trifera ſaracenica Nicolai,& noſtra operatur . & electarium noſtrum lætificans , & confortans capitulo de melancholia dictum. Et omnia ex cibis,& fructibus ponticis poſt cibũ ſumpta.

De cura paſsionum cordis per compaſſionem ad hepar. Cap. 6.

DIxit Gale. hepar unum ex principalibus membris exiſtit . Eſt enim fons , & minera naturalis uirtutis ſanguinem generantis , à quo uenæ originem habẽt C quibus ſanguis ad totũ corpus diſtribuit, & ſingula membra reuutricationis gratia,& generationis ſpirituum. Quapropter ſapiens natura ab ipſo uenam magnam chilis uocatam extraxit, quæ tranſiens per ſubteriora aſcendẽdo dorſi imbibitur in dextrum uentriculum cordis à quo pro parte tranſiens tranſcolatur,& purus in ſiniſtrum uentriculum eius confert in ſpiritum.Et reliquum eius informationem recipiens ibidem nutrit corpus eius , ac tranſiens per uenam de dextro cordis aſcendens ad corporis ſuperiora, ut caput nutriat . Et ipſa proinde nimirũ ſi illi grauiter patienti compatiatur cor.Alligatur enim uena ipſi, & ea mediante ab ea recipit ſanguinem pro alimenti materia ſui generationis ſpirituum quibus uirtus eius , & aliorum membrorum irradiantur: cum quo etiam mittit quandoque melancholiam,& fumum cordi paſsiones inferentem prædictas propter communitatem remotam. Syrupus de endiuia,remittit hepatis inflammationem,& oppilationem cor rigit.Et trochiſci de berberis,& remittunt hepatis inflammationem eius multiplicantem fumum,& uaporem peten- D tem cor,& cerebrum,& confortant ipſum. Et triaſandali , & cerotum de ſandalis,& rhabarba. cum ſucco ro. & aqua lactis,decoctionis ſcenæ , mundificat ab ipſo choleram , & uſtiones phlebotomia ex baſilica dextra minuit repletionẽ eius qua paſsiones cor prædictas pati contingit.

De cura paſsionum cordis per compaſſionem ad ſplenem. Cap. 7.

INquit Gale.ſplen eſt membrum ad hoc generatum , ut ſemper fœces ſanguinis attrahat, & de eis hepar mundificet,quibus non mundificatis ſanguis infectus , melancholicis humoribus tranſit ad cor , & cerebrum , & tales paſsiones cauſabunt,atq; timorem, maniam , & melancholiam .His autem , quæ rectificant ipſum confortant , ut ſanguinem à ſuis mundificet fœcibus eſt utendum . Dicetur autem in capitulo de cura ſplenis,ſi Deus uoluerit, qui ſit benedictus.

A De cura paſsionum cordis per compaſsionem ad inteſtina. Cap. 8.

AIt Gal.Repletio ſecundum uentrẽ ſuperioré aq uomitum euacuetur. Quæcunq; uero ſm partẽ inferiorem eius ſubductione proprie collyrio,uel clyſteri. Inteſtinorũ quoq; repletio, & ſi ex uentoſitate fuerit,curetur cura inflationis,& colicæ,quæ infra dicetur. Et ſi ex fœcibus,ſiccis,humidis,lubricis,& mucillaginoſis.Similiter ſi ex uermibus cura propria, quæ dicetur . plurimũ enim prouocant ſyncopim,& tremorem:epilepſiam quoq; & ſubeth,& ſtuporem fumum mittẽdo uenenoſum ad cor , & ad cerebrum mordicando inteſtina,& ſtomachum.Abo. Nimię fa dixit hora comedendi eſt cum aderit fames. cum uero aderit,non tolleres eam, quoniam tolerare famem ſtomachum putridis replet humoribus.Ga.ait,illud eſt , ſi hepar de bono ſanguine minus , quam ſibi expediat habet , & de malo plurimum:& quandoq; choleram ſuperfluentem immittit, quæ eſt cauſa morſus eius ex quo paſsiones cordis prædictæ ſequuntur . Et quandoq; eſt phlegma mittens frigidum uaporem ad ipſum plurimũ à cerebro miſſum,uel in ſtomacho concretum. Quod ſi plus non habeat de bono, nec de malo,nihil illi remittit : quia in famem ſyncopalem deuenit. Cibus ergo illico eſt cum aderit exhibendus . Et ubi non habeatur,& ſyncopis timeatur , panis infuſus in uino puro eſt tribuendus in frigido,& phlegmatico, & in cholerico miſto , ſeu lymphato , uel aliquod rob ſtypticorum , puta granatorũ,citoniorũ , uel agreſtæ:& ubi iam cucurrit humor repletus eſt ſtomachus ante cibũ , uomitu educatur uel aliquo uentris ſubductiuo, & lubricum faciente premiſſo,ſicut Gal.oſtendit,& Aboali.

De cura paſsionum cordis per compaſsionem ad os ſtomachi. Cap. 9.

AVerrois ait.theriaca,& phylonium ſunt conuenientes in ſedatione doloris ſtomachi cholicæ, & reliquorum membrorum:ex quo poſſunt euenire ægritudines cordis prædictę,& proprie ubi cauſam eius imprimentem non poſſumus prędauferre . Conueniũt enim utriq; cauſæ imprimenti,& percipienti , ac confortat : ſed theriaca reſpicit cauſam imprimentem magis , phylonium uero percipientem.Et ſi quidem earum cauſa ſit uomitus , & collyrica paſsio curetur primo. prout Hip. dixit. Inquit enim uomitus uomitu : fluxus fluxu : uomitus fluxu : fluxus uomitu,& uterq; ſudore curantur . Secundo confortantia cordis miniſtrentur quæ dicta ſunt .

De cura paſsionum cordis, & fluxu ſanguinis menſtruorum , & hæmorrhoidum. Cap. 10.

Ippocrates ait in fluxu muliebri ſpaſmus , & animi defectio malũ.Quod approbans cõmen.ait.In fluxu ſanguinis plurimũ deficere cõſueuerũt. Ait quoque Aboa.q̃ ex matrice accidit præfocatio,quæ ẽ quidã ſpaſmus cũ ſyncopi:& illud apud retentionem mẽſtrui , uel etiam ſpermatis quibus uolens curã apponere. Hipp.ait in apho. Mulieri menſtrua ſi uolueris retinere , ſithiã maiorẽ mãmillis appone. Aboali autẽ ſecutus eſt eũ dicẽs. Phlebotomiã de ſuperioribus partib⁹ deriuabis euacuãdo,ipſamq; inſtitis fortiter ſtringas. Ingroſſantibus , & ſtypticis cibabis demũ , & fomẽtabis,emplaſtrabis,epithemabis,applicabis,& impones collyria ex ſtypticis, & põticis cõglutinantibus,ac quæ dicuntur appropriatis:ut eſt ſcoria ferri ſumpta cũ aqua arnogloſſæ,uel ſumpta emplaſtra : licet conceptioni præſtet impedimentũ. Et ſolatrũ hortulanũ ſuppoſitũ ſtatim ſtringit,& ſimiliter hæmorrhoidũ fluxum. Ex his autẽ,quę in ſtringẽdo fluxũ mẽſtruorũ,& hęmorrhoidũ ſunt efficacia & experta,ſunt trochiſci noſtri de charabe de terra ſigillata.Paulus quoq; dixit lutum ſigillatum non eſt me dicina magis abſcindens ſanguinem undecunque fluat. Inquit quoq; Hipp.in apho.Muliebria educit ex aromatibus calefactio. Qualia ſunt ſpica,gallia,folium,crocus,& her In.5.aphe barũ aliquæ,ut calamenthum,pulegium,ruta, marrubium , abſinthium,ſauina , & huiuſmodi. Aboali autem phlebotomia ſaphenæ,uel uenæ,quæ ſub poplite eſt : ac uentoſatio inguinum prouocat menſtrua , & fluxum hæmorrhoidum , & appoſitio ſanguiſugarum in pudico eſt conueniens . Aboali ait.collyria ex bryonia, pane porcino , ellebo. pulpæ

pæ colocynthidos,felle taurino inuenta, & collyria ex opo
panace,ſerapino,ammoniaco, uel puluere euphorbii cum
ſucco rutæ coto infuſo prouocat mẽſtrua, & ſanguinem ex
hæmorrhoidibus:& leuiora eis ſunt radix althææ, fœnicu-
li,ſiſamum,& fœnugræcũ. Et ex mediocribus urticæ folia,
& mercurialis,& herbę confortatæ,& aloe ſuppoſita,abſin
thium,& nigella,& rubea tinctorum bibita, & ſuperpoſita
acquirunt enim hæc omnia ſanitatẽ in paſsionibus cordis,
& aliorum membrorũ,quæ ex retẽtione mẽſtruorũ, aut hæ
morrhoidum, uel ſuperfluo fluxu proueniũt ſubſequẽtibus
aromatibus notis & cordialibus,ſi Chriſtus uoluerit. Phi-
lonium perſicum deſcriptione filii Serapionis ualet ad ſan
guinis eruptionẽ ex menſtruis,& hæmorrhoidibus,& præ-
gnãtibus quibus deſcendũt menſtrua,& uẽroſitatibus, quæ
in matricibus fiunt,& cõſeruat embryonẽ in uentre matri-
cis, ſed eſt ex ultimis,quia opiatũ. Rec.pi.al. ſeminis hyo-
ſcyami al.an.ʒ.xi.opii,terræ ſigillatæ,an.ʒ.x. croci. ʒ. viii.
uel.v.euphorbii,ſpicæ,pirethri,myrtæ, ana. ʒ. ii. caſto.ʒ.i.
zedoariæ,& doronigi,margaritarum non perforatarum, &
muſch.ana.ʒ.s. mellis colati, & ſpumati quantum neceſſe
eſt.potio fit pondus.ʒ.i.cum eo quod conuenit ex potibus,
ſumma medicinarum eſt quindecim.

De cura paſsionum cordis ex retentione men-
ſtruorum prægnantibus. Cap. 11.

DIxit quoq; Ga. In conceptu oris ſtomachi nocetur;
nec mirum cum purgationes non exeant, quę ſm ſu
perabundantiã redundant ad ſtomachũ,& cõſequen
ter fumum mittunt ad cor,& cauſa eſt paſsionum di
ctarum,quæ rectificatione regiminis, & uſu rerum confor-
tantium ſtomachum,& cor emendantur.

De cura paſsionum cordis ex rarefactione pororum
cutis ex ſua re diaphoretica per ſe,uel ex bal-
neo,uel exercitio. Cap. 12.

ABoali dixit,oleũ myrtinum, ſuccus citoniorũ, oleũ
omphacinũ de balauſtiis,& roſaceum iniunctum ex
terius ſtypticitatem ac denſitatem corporis poris
acquirit rarefactis ſuperflue. Et quibus reſolutio
corporis occulta ſenſui manifeſta cũ ſudore diaphoretico
per ſe,uel balneo exercitio ſuperfluo euenire contingit,
ex quibus paſsiones cordis dictas quãdoq; euenire uidiſti.
Oleum. Oleũ ex inuẽtione noſtra ad ſudorẽ diaphoreticũ. ℞. roſa.
cũ ſtipitibus immaturarum. ʒ.xx.ſanda.balauſtiarũ, an. ʒ.x.
gallarũ.ʒ.iii.cimarũ myrtæ. ʒ.i. Omnia coquantur in aqua
pluuiali,lib.ii.quouſq; ad.iii.partem reducantur deinde co
lentur,& colaturæ addatur olei roſ. lib. s. Et iterum uſque
ad aquæ conſumptionem. Poſt uero oleum ſeruetur, & co
ungatur cũ opus fuerit,ſpina,pectus,pulſus, hypochõdria.
Et emplaſtretur ſuper extrema raſura cucurbitę,uel mittan
tur in aquã frigidam,& da zucch.roſ.cum aqua frigida, uel
aqua ſeminũ cõmunium. Sed ubi frigiditas extremorũ ap-
paret perdurans,& pulſus debilitas, & corporis uniuerſi à
fortibus infrigidantibus abſtinẽdum eſt. Fortis enim diſtin
ctio deiicit uirtutem. Dixit Aboali. ſed ſuper poros cutis
puluerem ſpicæ ſuperaſpergas:ſuperaſperges quoq; pulue-
rem maſt.thuris,charabæ,gummi arabici, quæ conglutinã-
do abſque infrigidatione conſtipant poros,& uenarum ori
ficia humiditates, & ſpiritus congregant, & à reſolutione
facili uetant, & uiuificata uirtute cum pane & uino demũ
cum cibis inſpiſſantibus,& ſtypticis nutriatur: prout infra
dicetur,& ſupradictum eſt. Nicolaus dixit ro. nouella ſudo
Roſatę nouellę compoſitio. rem diaphoreticum retinet cuius recepta eſt.℞.ro. liquiri-
tiæ,zuccha.an.℥.i.ʒ.i.Ɔ.ii.s.cinnamomi.ʒ.ii.Ɔ.ii. & gra. ii.
gariophyl.ſpicænardi,galangæ, zingi. nucis mu. zedoariæ,
ſtyracis,cardamomi,apii,an.Ɔ.i. & gran. viii. mellis quod
ſufficit, loco autem mellis ponatur zuccharum in hoc loco,
& loco zuccha.mel ſuperius.

De cura paſsionum cordis ex aere peſtilentiali. Cap. 13.

SI ex aere peſtilentiali contingant,docuit Aboali patiẽ
tem ex aere in aerem bonum mutari, & de regione in
regionẽ,quod ſi non ualeat,mutet habitaculum ſuum.
Sed ſi quidem accidat ex cauſa ſupercœleſti peſtilen-
tia,habitet in ſubterraneis locis. Si uero ex cauſa terreſtri,
habitet in domibus altis,& rectificet aerẽ cũ aromaticis fri
gidis uel calidis,prout eius expetit qualitas. Nutriatur ace
E roſis,& aromaticis:ac in cibis utatur aceto, & potibus ẽt.
Inquit .n. Gal.aceto aũt in cibo & potu,uti eſt à nocumẽ-
to eius aſſecuratio. Dixit quoq; plures iã ſanati ſunt ex pe-
ſtilentia magna propter conſuetudinẽ bibẽdi lutũ armenũ
cũ uino ſubtili permiſtũ cũ aqua ro. ut perducat id ad cor.
G.quoq; ait. Tria ſunt quæ hominẽ à peſtilentia præſeruãt,
ſeu impreſsione ipſius,ut ꝗ corpus ſit mundũ,& bene tran-
ſpirabile. Et ꝗ aer rectificetur & alteretur. Pilulæ præſer-
uãtes ab impreſsione aeris peſtilẽtis ſm deſcriptionẽ Aboa
li. ℞. aloes, croci,an.partes æquales myrrhę partis.i.mediã
confice cũ aceto.& da omni die.ʒ.i.ſunt.n.expertę & ſanę.

De cura paſsionum cordis ex fœtore
contingentis. Cap. 14.

ISaac ait. Si ex fœtore quis tales paſsiones incurrat, abii
ciantur putrida,& mundentur, fœtida aer fiat euentabi
lis,& odoriferus. Miniſtrentur calida uel frigida prout
inuitat neceſsitas, ſicut te ſcire fecimus ſupra de cura uer-
tiginis ex uapore fœtido.

De cura paſsionum cordis ex morſu uenenoſorum
& aſſumptione veneni. Cap. 15.

F INquit Aboali. Morſis ab animalibus uenenoſis: & eis
qui ſumpſerunt uenenum ſubuenies cum uomitu feſti-
nanter:deinde lac uel butyrum ſi calidum ſit uenenum,
da. Si uero frigidum, aſſam ſeu confectionem eius dianu-
ſcum,uel alia miniſtrabis. Et ſi contrarium à ſubſtantia. my-
thridatum uel theriacam,& lutum ſigillatum: prohibet pe-
netrationem eius ad cor:& extra corpus expellit,cor con-
fortando. Deinde conſideretur cuius generis ſit: & ei pro-
pria medicina curetur. Serapionis uomitiuum ad eos qui
ſumpſerunt uenenum,& morſi ſunt ab animalibus uenenoſis.
Reci.ſalis indi.charabæ,baurach,ana partem.s. terantur
& dentur cum aqua mellis. Modus gargariſmatis quod ex-
pertus ſum.dixit.G. In lepore marino:& cãtharidibus ſum
ptis educes ea uomitu ſtatim: & iam expertus ſum ipſum
morſu canis rabidi cum uino,& liniui cum ipſo morſum ui
peræ cum aceto,& poſui ſuper ipſum poſt linimentum fo-
lia ſcordeon,uel centaureæ. Pilulæ contra omnem uenenũ
ſumptum,& contra morſum cuiuslibet animalis uenenoſi.
G ℞.terræ ſigillatæ,luti armeni,an.ʒ.s. Confice cum ſucco cy
peri,& utere cum oportet.

De cura paſsionum cordis ex timore
contingentis. Cap. 16.

SI ex timore perterriti tales paſsiones incurrant indu-
cãtur ad ſecuritatẽ & gaudium cũ ampliatione aeris,
& claritate,& aſpectu uiridium & picturarum placibi
lium,& cum fabulis & cantilenis placidis, & ſuauibus
ac læta ſociorum & amicorum ſocietate ac delectabilium
perſonarum uigilent,quæ læta ſunt narrent,& blandiantur
atq; mulceatur. Fricentur,& potentur uino, & cibẽtur ele-
ctario de muſco dulci & gemmis: & aliud addit ex ſolutis
ex gaudio frigidis, & ſtypticis mitigantur, & cordialibus
cibis frigidis nutriantur, & uiſcoſis cum mixtione xyloa-
loes,& occupentur ſomno.

De cura paſsionum cordis ex labore: & acciden
tibus animæ. Cap. 17.

HIppocrates inquit in apho. In omni motione corpo In ſecũ apho.
ris cum cœperit quis dolere, ſtatim quieſcere reme
H diũ eſt. Quod generalizans Gal. ait in motione ani-
mæ etiam locum habet.

SVMMA IIII. ſectionis primæ,ſecundæ particulæ, continens capitula quatuor.

Prologus.

HAec omnia, quæ ſunt dicta & ſimplicia,
& cõpoſita ſunt de genere medicinarũ,
quibus ſanabuntur cordis ægritudines
omnes,ſi Chriſtus uoluerit. Subſequẽ
ter ſecundum præmiſſum ordinem
procedere expedit ad medicinas ægri-
tudinum partium forinſecarũ pectoris,
quę mammillæ dicuntur: quarum ſubſtantia glandoſa eſt,al
ba

ba, & ſpongioſa, in ſe plures continens arterias, & uenas,
ipſas cum matrice continuantes. Iuuamentum quarum ad
quod eas in maribus ſapientia generauit eſt ad perfectio-
nem decoris ut aliquid dicunt. Et tamen non ſunt in mari-
bus ueræ mammillæ: ſicut nec mulieri ſunt ueri teſticuli.
Sed æſtimo ad hoc factas fore ut ſua ſpongioſitate colligãt
humiditatem lacti conſimilem:non tamen uerum lac, ſicut
in hirco qui lactauit,inuentum eſt.prout Ariſto. in de hiſto
rijs animalium dixit:& hodie in uiris humiditate abundan
tibus eſt uidere ac cordi propinqua ad contemperandam
eius ſiccitatem ad quod forte humiditas hepatis, & cere-
bri propter eorum diſtantiam non ſufficit: nec etiam humi
ditas aeris inſpirati ſicut eorum frigiditas ad contemperã-
dum caliditatem ipſius: nec etiam humiditas ſanguinis, &
tempus generati in ipſo:& ſi ſint ei magis propinqui eo, ꝗ
ſiccitas eſſentialis in ipſo à calore ſuo motu effectiue ſem-
per excreſcit, vt proinde multiplicatis humectantibus ege
at: quibus prout vitæ conuenit cuius eſt principium ualeat
temperari. Cum enim uita per calidum,& humidum con-
ſtet, indiguit, cor vitæ principium calidum & ſiccum exi-
ſtens propter motum neceſſarium vitæ comtemperantibus
pluribus ſuæ ſiccitatis exceſſum quàm caliditatis:licet hæc
in eo ſit maior,& etiam eſſentialis, tum quia humiditas eſt
minus quàm frigiditas, tum quia multa remiſsio ſiccitatis
in corde eſt magis conueniens vitæ, vt conſiſtat in ea,quàm
ſit multa remiſsio caliditatis,cum ſit formalis in ea: & pro-
inde magis præiudicialis eſt vitæ. Abſque enim caliditate
multa ipſius vita eſſe non poteſt:abſque ſiccitate vero mul-
ta,& cum temperantia in paſsiuis cor eſſe poſsibile eſt. Iu-
uamentum vero ad quod illas in fœminis generauit,exiſtit
ad lactis generationem,quo nutriatur infans de vtero pro-
diens vſque ad tempus productorum iam dentium in quo
mandere dura poſsit, ex menſtruis nutrientibus ipſum in
vtero: quibus cum careat mas,lac non generat quanquam
mammillas videatur habere: habet enim ſed non ſic. ſicut
mulier. Cui iuuamento quandoque accidit nocumentum:
quod tripliciter fieri contingit. Diminuitur enim, aut au-
fertur, aut corrumpitur: & hoc propter reſpectum ad ſpe-
ciem,& infantem pro cuius alimento lac generatur. Sed ꝑ
reſpectum ad matrem nocumentum talis actionis exuberã-
tia lactis eſſe dignoſcitur, vt infra patebit, cuius quidem no
cumentum euentus eſt ex ægritudine earum propria, vel
ex communitate propria ſimplici & compoſita: & ſimplici
complexionali primum cum materia cum ſanguinis ſuper-
fluitatem recipiant ad lactis generationem, vt dictum eſt.
Et quia debiles ſunt raræ,& frigidæ:ac menſtruali,& com-
muni & compoſita, vt apoſtemate. Ex communitate autem
ad alia membra corporis,& proprie nutritiua, & maxime
ad matricem aut ad corpus totum.& ſecundũ hoc iſta quin
ta ſumma ſecundæ particulæ continebit quatuor capitula.

De diminutione lactis. Cap.1.
De exuberantia,& de caſeatione lactis, & de corruptione
eius. Cap.2.
De apoſtemate mammillarum, & de earum vlceratione.
Cap.3.
De earum magnitudine. Cap.4.

De diminutione lactis. Cap.1.

DIminutio lactis, & eius exuberantia notæ ſunt: eſt
autem lactis diminutio contraria exuberationi eius
non ſolum in ſpecie,ſed etiam in effectu. Nam pri-
ma nocet fœtui, & non matri:ſecunda vero matri,
& non fœtui: utraque igitur eſt corrigenda: & contrario-
rum contrariæ ſunt cauſæ, & contrariarum cauſarum con-
traria ſunt ſigna & curæ. Proinde correctio vnius erit per
correctionem alterius declarata. Et quia diminutio abla-
tioni conuenit genere cauſæ,& differt in quãto ipſius.ideo
per cauſam diminutionis curam ablationis comprehende
re habes. Cum ergo lac ex ſanguine alterato in mammillis
Modus uendicãdi diminutio lactis. ad ſuam naturam proprium generetur,cum uides lactis di-
minutionem,inſpicias ſanguinem:quia non euacuabitur ab
altero duorum, puta quia aut eſt diminutus in quanto, aut
A mutatus in ſubſtantia,& qualitate generationi lactis incon
uenienti:quia ſuperflue calidum,frigidum, ſiccum, uel hu-
midum,& maxime frigidus,& ſiccus,aut groſſus,uel ſubti-
lis,& aquoſus. Diminutio autem talis ſanguinis, aut eſt in
corpore toto, aut in mammillis. & ſi in toto, aut ex parte
cauſæ materialis eius.ſ.cibi & potus:quia ſit diminutæ quã
titatis & inconuenientis, aut qualitatis ex parte cauſæ effi
cientis.ſ.complexionis corporis habentis ſanguinem gene
rare:quia ſit malitia complexionis in toto qualiſcunque,&
proprie frigida,& ſicca pura,uel cum humoris uitio mixto
in ſanguine,uel dominante in mammillis: quia ſanguis de-
clinet ad illam partem, & matricem maxime, qui ad mam-
millas uenire cõſueuit: ex quibus cauſas exuberationis col
ligere poteris. Signa quorum omnium diſtincta ſunt: hæc ſi
quidem ex diminutione ſanguinis in quanto erit priuatio
ſignorum dominij ſanguinis in toto corpore in qualibet
parte. Si ex peccato eius in quali,videbis ſanguinem ſuper
calefactum vel infrigidatum liquidum uel ſpiſſum. & in eo
dominari alterum trium humorum,cum extraxeris de cor-
B pore per phlebotomiam,& poſueris ipſum in catino ex di-
ſpoſitione corporis, & regimine præcedente inueſtigare
poteris. Et ſi quidem diminutio in quanto, & eius mutato
in quali ſit ex parte ſuæ materiæ.ſ.cibi, & potus tibi ſenſus
declarat. Si uero ex parte ſuæ cauſæ efficientis.ſ.malitiæ cõ
plexionis in toto corpore cognoſces id per ſigna malæ qua
litatis calidæ,frigidæ,ſiccæ,vel humidæ, & calidæ ſi ſit pura
ſecundum inflammationem corporis & feb. quandoque ſi-
tim,appetitum frigidorum per quæ iuuatur, & læditur per
contraria: & ſi cum humoris uitio perpendes per exeuntia
& proprie ex eis,ut eſt lac per qualitatem mutatam, & co-
lorem corporis per regimen præcedens per complexio-
nem,ætatem,artem,tempus,regionem,& ſimiles circunſtã
tias. & ſic de aliis qualitatibus tribus. Diminutionem uero
ſanguinis in mammillis: & quia declinat ad aliam partem
perpendes ex uenarum,& arteriarum occultatione in mã-
millis,& ex fluxu eius: & ex aliis partibus corporis ex qui
bus fluere conſueuit: ut ſunt nares hæmorrhoides, & pro-
pria menſtrua. Inquit enim Hippo. Si mulier,quæ nec præ
C gnans eſt,neque generauit lac habet,huic menſtrua defece
runt. ex quibus ſigna exuberationis tibi ſunt per contrariũ
manifeſta. Cura diminutionis lactis,ut ex prædictis colligi
tur,eſt.iii.res. Prima conſiſtit in ſanguinis adæquatione, ut
ſit ſufficientis quantitatis,& conuenientis qualitatis ad la-
ctis generationem,& multiplicationem. Secunda conſiſtit
in attractione ipſius ſanguinis generati & multiplicati ad
mammillas. Tertia conſiſtit in confortatione ipſarum ad ip
ſius ſanguinis conuerſionem in earum propriam naturam
qua lac generatur. Primam rem complent cibi & medici-
næ:& illa,quæ ſunt cibi & medicinæ. Inquit Gal. illa, quæ
multiplicant ſperma,ſunt multiplicantia lac, & ſimilis uir-
tutis, & ſpeciei præter agnum caſtum. de quo dicit Aboa.
Omnia multiplicãtia ſperma multiplicant lac præter agnum caſtum.
quod multiplicat lac minorando ſperma,quod quidem æſti
mo à proprietate habere. Gal. uero ſermo uerificatur in o-
perantibus complexione cibi, & proprie ubi peccatum di
minutionis ſanguinis eſt ex parte materiæ.ſ.cibi in quanti-
tate diminuti: & ſit cum additione cibi qui à tota ſubſtan-
tia habet generare, & multiplicare ſanguinem bonum, &
D uniũr declinantẽ ad caliditatẽ & humiditatẽ tepidã ſimilẽ
& æqualem caliditati ſanguinis, ex quo habet generari lac
ut ſunt panis lac mundum recens,caro annalis agni, uitulo
rum, gallinarum iuuenum, & pinguium, & hœdorum, &
oua ſorbilia decocta non aſſa.& proprie multum lac & bu-
tyrum uaccinum cum uino ſumptum,& ſiſamum mollitum
cum uino ſumptum. Cicera,frumentum,fœnugræcũ,ubera
ouium,& caprarum cum lacte, & ea, quæ in eis continen-
tur propter ſimilitudinem,& proprietatem in membris,&
humiditatibus eorum. Et uinum album & rubeum. & con
uerſio regiminis in omnibus aliis rebus nõ naturalibus ad
caliditatem æqualem abſq; ſiccitate. Medicinæ & proprie
ubi peccatũ diminutionis ſanguinis eſt ex incõueniẽti qua
litate,ſiue propter inconueniẽtiam qualitatis cibi propter
inconuenientiam malitiæ complexionis in toto corpore
& mammillis. & ſunt contrariæ qualitatis qualitati prædi-
ctorum: puta ſi fuerit illorum malitia cõplexionis calidæ,

danda est aqua hordei, aqua cucumeris,& seminum cõmu-
nium,papauer,lactucæ,spinacia, atriplices, & similia,puta
granata muza . Si uero fuerint frigida , & danda sunt aqua
anethi,fœniculi,erucæ,apij, & electaria calida, & diacala-
menthum diacinnamomum,spicanardi,& ieiunet.Et si fue
rit sicca, dandæ sunt humidæ prædictæ: & recentes non sic-
cæ,& multiplicentur potus,iura, quies,& somnus:& dimi-
nuatur exercitium: & si fuerit humida prędictæ dandę sunt
siccæ non recentes.Et diminuatur potus,iura,& fructus:&
augeatur exercitium & uigiliæ: & si quidem sanguis fuerit
grossus,detur oxymel cum aqua substantialium:ut est men-
tastrum,hyssopus,ameos,halsce,calamenthum,& origanum
montanum. Et cibetur ex hatarabe. & in cibo eius sit parũ
croci,& uinum subtile,& utatur exercitio temperato,&ui
gilet.Et si sanguis subtilis fuerit,utatur inspissantibus : ut ẽ
aqua iuiubarum, & aqua frumenti decocti, & condrum, &
lenticularum excorticatarum,& caulium.Secunda:& si in
sanguine dominetur cholera , utatur mundificantibus san-
guinem alterantibus,& soluentibus choleram : qualia sunt
endiuia,lupulus, aqua lactis, borago, buglossa, succus ros.
mel casiafistula,tamarindi, siracost, & similia cum epithy-
mo sena myrobala.belliricis & nigris.Et si phlegma utatur
his,quæ phlegma in sanguinem conuertunt, ut sunt medici
næ calidæ in primo uel in secundo gradu:ut zinziber,macis
Cibi & medicinę ubi peccatum diminutionis sanguinis est
expertæ materiæ , & efficientis causæ sunt eruca, bauciæ.i.
daucus,fœniculus,anethum,& apium syluestre,& nigella ,
quæ phlegma conuertunt in sanguinem. Et operatio cũ eis
in hoc est melior,quàm cum his,quæ sunt medicinæ tantũ .
Et si sanguis mali fuerit odoris,dabis cibum boni odoris:&
uinum similiter: & epithymabis mammillas cum alteranti-
bus prædictis . & his quæ in decoratione dicentur, si Chri-
stus uoluerit. Secũdam rem complent fricationes mammil
larum manibus blandis multum , & partium adiacentiũ, ut
pectoris,& spatularum cum melle,& puluere calamenthi .
Epithemata,emplastra,& unguenta ex calidis,quæ trahant
sanguinem a profundo cum melle:& aqua ipsorum epithe-
matum calida,uel aqua simplici: & si quidem fuerit oppila-
tio in uenis eius,aut debilitas uirtutis attractiõe earũ : aug
mentabitur nutriens subtile ad caliditatem decliue:& con
ferunt ualde ad hæc ipsæ bauciæ , & semen ipsarum , & sub
mammillis uentosæ ponuntur magnæ , & cum multa com-
pasione tractabuntur,& emplastrabunt cum nigella rubea
tinctorum,calamẽtho,& melle,& ficubus, quæ trahunt san
guinem à profundo . Tertiam rem complent,emplastra,
& unctiones mammillis applicata ex rebus tepidæ calidita
tis,& humiditatis iuuantibus digestiuam,& nutritiuam uir
tutem , & etiam cum appropriatis qualia sunt emplastrum
factum ex sisamo bullito in uino:prædicta sunt ad causam di
minutionis lactis:ex quibus curam exuberationis compre-
hendere per contrarium poteris , & ad actum reducere si
sancti spiritus gratia tibi adsit.Inquit Aboa.quidam exper-
ti sunt elixaturam capitum sallorũ piscium in aqua .i. succo
anethi bibitam . Et æstimo ualere propter proprietatẽ ubi
causa diminutionis sit ex humida,& frigida causa. Et ex eis
quæ lac multiplicant est butyrum uaccinum. ℥.i. cum uino
bibitum , & similiter sisamum mollitum . Item ex expertis
Panis. per me est , ut fiat panis ex farina tritici cum semine iuriu-
leæ,& eo utatur.Et ex stercore turdorum cum lacte asinæ ,
Emplastrum. & oleo more emplastri liniantur mammillæ : & est satis tẽ-
peratum confortans naturam mammillarũ,& omni dyscra-
Placentulæ. siæ conferens.Item.℞.amygdalarum dulcium,pinearum,&
festucarum,farinæ granorum uiridium,iuriuleę,& secacul,
ana partes æquales:terantur : & conficiantur cũ butyro, &
fiãt placentulæ:de quibus omni die mane,& sero sumat unã
Sorbitio. quæ sit quãtitatis oui unius . Sorbitio facta ex succo fesaræ
cum frumento decocto,& melle facit exuberare lac secun-
dum inuentionem nostrã.Medicamẽ ualde bonũ faciẽs exu
Mixtura. berare lac.℞.seminis anethi.℥. iii. seminis mandragoræ , se.
porri,ana.ʒ .i.se.fœnugræci,& se.esulæ,an. ʒ . ii. Totũ cum
succo fœniculi,& melle butyro misceãtur: & in potu sumã
tur . Aestimo ualere ubi causa diminutionis sit ex pecca-
Cõfectio. to sanguinis in quanto,& qualitate frigida.Item alia confe
ctio impinguatiua nostra faciẽs lac,&sperma exuberare.℞.

E mugracij nucis neriden,& been, & doronigi, & draganthi
se.papaueris,charabæ,ana.ʒ.iij. tere & pulueriza , & frige
cum butyro frixione leui cũ duabus heminis paruis sauich
tritici,&mina una zucchari mensura,& mina una parua,de
ea sumatur omni die. ʒ.xx. & decoquatur cum duabus lib.
lactis.& proijce desuper de butyro quantum necesse est:&
sorbeatur,quoniã bonum & rationabile est . & est expertũ
in complenda tua intentione,si confidis in Deo . Suffuf ad Pului.
impiguandum faciens exuberare lac,& sperma. ℞. ciceris
infusi in lacte uaccino,aut ouis exiccati.ʒ . l. risi quod ablu-
tum est multoties,& exiccatum.ʒ.xx.tritici, & hordei tri-
torum,& excorticatorum,ana.xxx.amygdalarum dulcium
excorticatorum.ʒ.i.papaueris.ʒ.ii. panis de sisamo triti,&
exiccati.ʒ .xl.zucchari tabar.lib.i. terantur & dentur omni
die ad sorbendum. ʒ. xxx. postquam decoquitur cum lacte
aut aqua furfuris,uel amyli, & proijciatur in ea quando dę
coquitur.ʒ . i. cimi. Electarium quod auget sperma & lac, Elect.
℞.se.lurinę.i.arboris , quæ dicitur liburnus.se. naponum ,
cęparum,radicis sparagi,secacul,pinearum mundatarum ,
F festucarum amygdalarum dulcium, auellanarum, zinzibe.
piperis albi, ana.partes æquales. Terantur conficiantur cũ
melle,& butyro,& cum lacte nouiter mulso: sumatur omni
die quantitas.ʒ.iij. Aboa.dicit agnus castus est de eis,quæ
multiplicant lac , & minuunt sperma à proprietate . Idem
confectio medicaminis multiplicantis lac.℞.seminis napi Cõfect. Auic.
esulæ,raphani,porri,cępæ,fœniculi farinæ ciceris,ana par-
tes æquales. Sumatur ex eis puluis mane & sero : comeda-
tur post ipsum cicer infusum in lacte.& superbibatur lac ip
sum.Nocumẽtum diminutionis lactis,quod infanti proue-
nit est diminutio alimenti.Cuius augmentum dupliciter si
bi necessarium existit:corrigit & emendatur aut per inuen
tionem alterius nutricis sufficientis, quæ eligenda est con-
ditionibus debitis,quas sciuisti. Quod si inueniri non pos-
sit animal magis simile homini loco eius inueniatur,ex qui
bus esset sus,cuius sanguis est sanguini hominis magis pro-
portionalis , & caro magis similis secundum Gal. sed quia
indocilis est,& immunda abijciatur.Eligaẽ ergo,quę mitis
est,& munda,docilis,& suauis.s. capra cuius lac est medio-
G cris consistentiæ, & nutriatur bonis pascuis , & lactetur ex
ea . quod si ipsa non possit haberi,habeatur lac eius , & eo
immisso in ore suauiter nutriatur.Item administrabis ex iu
sculis ex uitellis ouorum cum mica panis , & iure carnium
lacte amygda.amylo.& pulmentis ex farina tritici, uel simi
lia bene abluti,uel fabarum , uel cicerum : aut ex carnibus
bene tritis cibetur.Et potetur uino bene lymphato in quo
mica panis resederit.His enim ad ætatem dentium planta-
tiuam in qua dura mandere potest conuenienter perduces
cum auxilio eius dispositione omnia uegetantur,& uermis
interclusus in lapide recipit nutrimentum .

De exuberatione lactis , & eius caseatione ,
& corruptione. Cap. 2.

EXuberationis lactis nocumentum matri proueniens
ẽ multiplex scilicet caseatio seu coagulatio lactis in
mammillis, apostematio , & ulceratio . Caseationis
seu coagulationis lactis in mammillis duplex est cau
sa,materialis.s.& efficiens.Materialis est lactis exuberatio
in eis.Efficiens autem est caliditas mammillarum siccitate
H coagulans,& condensans,aut frigiditas spissitudine conge
lans proprie secundum sententiã Abo. Primã causam cõco
mitantur inflãmatio caliditatis mãmillarum,& plurimũ fe
bris grauitas,& dolor capitis cũ turbatione mẽtis, quando
corrumpitur.Inquit Hipp.mulieribus,quib.ad mammillas
sanguis conuertitur maniã significat grossities seu tumor,
& grauedo mãmillarum,& partiũ circunstantiũ,quã dispo-
sitionem uocant mulieres communiter pilum descendisse
ad mammillas,quod declarat exitus eius apparentis ad sen
sum,qui sanationis est causa:quod non impossibile uidetur
cum dicat Aristo.in de generatione animaliũ,ꝙ in sangui-
ne pilus est : uel res sicut pilus,quo ablato sanguis non con
gelaẽ sicut testãtur croci.Secundã cãm concomitaẽ graue-
do,frigiditas mãmillarũ,& partiũ circunstantium cũ pigri-
tia & lassitudine. Cura huius ægritudinis est duæ res . pri-
ma respicit causam:secunda effectũ . prima est duplex . vna
respicit causam materialem,alia efficientem.Prima est pro
hibere

Ingenia sanguinẽ à mãmillis diuertẽtia
hibere lactis exuberantiam,cuius curam superius compre
hendere habuisti.Exempli gratia fit cum diminuẽtibus san-
guinem,& deriuantibus à mammillis , vt est phlebotomia
saphenæ primo,& ventosatio crurium,& phlebotomia ba-
silicæ secundo:& cum diminutione cibi in qualitate,& quã
titate,& naturæ frigidæ & siccæ,vt sunt milium , panicum,
lentes,& caules,& herbæ cum aceto,vel acetosis decoctæ,
& semen canabis,& breuiter cum conuersione omnis re-
giminis ad frigiditatem & siccitatem , & cum exterius ap-
plicatis repellentibus sanguinem à mammillis : non tamen
excedentibus,quæ frigiditate & stypticitate multa : ne re-
pellant ad cor,quod propinquũ est.Quapropter in eis de-
Epithema bent esse remissa,vel temperatæ caliditatis mixta.Apocru-
stica.n.pectori approximari prohibuit Gal.licet in ægritu-
dinali dispositione loquatur:& ex illis est epithematio par
tium pectoris circunstantium mammillis cum oleo rosa.cõ
quassato cum aceto,sandalo,spodio,coriandro,vel myrrha.
Emplastratio cum planta cicutæ contrita cum suo semine
prohibet lactis exuberantiam & mammillarum augmentũ.
Quæ vero respicit causam efficientem,& effectum, qui est
inspissatio,coagulatio lactis in mammillis,vt dissoluatur,&
educatur ab eis conueniunt.simul enim alterantia causam
efficientem lac inspissatum dissoluunt,& educunt . Inquit
enim Abo.Quæ coagulantur à calido,dissoluuntur à frigi-
do:& quæ congelantur è frigido,dissoluuntur à calido . Si
ergo inspexeris caseationem à calido,ministrabis primo su
Oxyrodinũ in materia calida. per mammillas oxyrodinum simplex,vel mixtum cum suc-
co solathri,vel aqua coriandri in modum epithematis.dein
de lenticulas in aceto decoctas emplastrabis . Et res mani-
Empl'm. festi iuuamenti,quã multoties sum expertus,est emplastra
re mammillas cum portulacis contritis , sicut accipiũtur,
& multoties innouare.prohibet enim caseationem & pu-
trefactionem,quæ timetur ex ea.Si vero à frigido epithe-
Epithema in causa frigida. mabis mammillas primo cum aqua calida decoctionis me-
liloti.quoniã liquefacit ipsum,vel cum vino quod coagula
ta dissoluit interius,& exterius approximatum.Deinde cũ
suctione facta ore mulieris infantis seu catuli,vel ventosa
seu expressione,vel resolutione,vt dissolutũ lac educatur.
Oleum expertum. Et ex eis,quæ ad hæc experta sunt est oleum oliuarum epi-
thematum:ita ꝙ non tangat papillam.facit.n.egredi totum
lac,quod descendit in mammillas,& non facit amplius de-
scendere sm Arist.Et ex eis,quę resoluunt ipsum lac est epi
thematio cum succo mentæ,& aceto,& salis gemmæ adda-
tur.ʒ.i.Et ex eis expertis est epithema,& emplastrum cum
succo apii,& mica panis,cymino nabati,quoniam dissoluit
omnem tumorẽ mammillarũ.Et ex eis,quæ prohibẽt sanio
sitatem,& putredinẽ lactis , est assiduatio embrochationis
cũ aqua decoctionis rerum habentium temperatã calidita-
Lactis saniositatẽ prohibentia. tẽ,& cõfortantium calorem naturalem in eis, vt fœniculi,
anethi,chamæmeli, balsamitæ,fœnugræci.Et si expedit, a-
brotani,castorei,salis myrrhæ,aloes , accipe partes æqua-
les,contere,& confice cum oleo & melle.prohibent enim
putrediné,& resoluunt caseationẽ. Et ex oleis est oleũ de
lilio narcissi,& de costo inunctũ.Item emplastrum de mẽ-
ta prohibet caseationẽ.Linimentum aperiens oppilationẽ
venarũ mammillarũ,ex lactis coagulatione in mãmillis. ℞.
lũbricos terrestres:contere,& lini cũ oleo de lilio . Item
aliud.℞.myrrhæ quãtũ vis,& tere.dissolue in aqua calamẽ
thi,aut farinæ ciceris,foliorũ lauri,apii,cymini, nabati , &
aqua virgæ pastoris,& epithema.Coagulũ & proprie lepo
ris sumptum cum vino lac coagulatum dissoluit,& liquefa-
Problema de coagulo. cit.Sal & mel intus & extra approximata prohibent,& dis
soluunt coagulationẽ lactis vbiq;. Sed dices . Fili quid est
coagulũ,& nunquid,oĩa animalia coagulum habent, & nũ-
quid coagulum stypticum sit:& quare cõtraria agit. Ad pri
mũ dico auctoritatem Elabin Aboa.in suo libro, ꝙ coagu-
lũ est arabice appellatum amphaha . & est superior venter
animalium paruorũ lactantium.Et est substantia alba inuen
ta in ipso ventre qua coagulatur lac,& notũ est.Et sm Pa-
piam dicitur à cogo cogis eo,ꝙ cogit lac coagulari.Et sm
Arist.coagulum est substantia in qua est calor spiritualis ad
iuuans & confortans lac.Lac enim est vna de rebus maxi-
me alterabilibus,sicut ponit Gal.& propter heterogenei-
tatem substantiæ suæ,& sui caloris paucitatem. Vnde po-

A nit Gale.ꝙ oportet:aut in primo loco esse.s. mammillarũ,
aut in corpore animalis ipsum recipere debentis sine inter
medio temporis esse,sicut semen,& pro tãto indigebat ali-
quo quod ipsum iuuaret,& confortaret.& in corpore aĩa-
lis quod ipsum recipit.& extra corpus cum ad vsum aĩaliũ
recipitur,& mulgetur.In corpore aĩalis quidẽ recipientis
ipsum.Nã infantis corpus proprie,& naturaliter recipien
tis dũ lacte nutritur primo recipit ipsum in stomacho , qui
est substantiæ neruosæ frigidæ,& contentiuæ debilis pro-
pter humiditatẽ ætatis,sicut ponit Gal.Et ipsum lac quo nu
tritur frigidæ est substantiæ,fluidæ,& liquidæ:& pro tanto
non potuit in eius stomacho bene,& sufficienter retineri,
donec digeratur & nutriat:propter quod natura nostri cor
poris magis operatiua,& summa ars , quæ videtur semper
vniuscuiusq; enargiorũ corporis vtilitatẽ vndiq; expellere
sicut ponit Gal.in frigidiori stomacho talis animalis, ꝙ est
lacte nutritũ,dum lacte alitur ordinauit talẽ substantiã coa
guli,quæ est,vt patet ad sensum,ad spissitudinem,& albedi
nẽ caseitatis accedens:& quæ suam desiccatione confortat
B retentiuam stomachi & villos eius,& sua coagulatione ap
propriat,& ingrossat substantiam suam liquidã fluidã lactis
quatenus possit sufficienter teneri ibidem:donec perfecte
digeratur, & sua caliditate ignea forti calefaciendo substã-
tiam adiuuet digestiuam,necnon sua operatione liquefacti
ua,& dissolutiua cõplexione nocumẽtũ quod ex lactis coa
gulatione,& conuersione in stomacho prouenit in via pro
uisionis prohibeatur:& hoc,vt dictũ est , in corpore aĩalis
quod ipsum naturaliter recipit ad sui nutrimentum . etiam
causa extra corpus ad vsum aliquẽ recipit,& mulgetur coa
gulatione confortante,& conseruante suum debilẽ calorẽ,
& suam substantiam heterogeneam.vnde facile permutabi
tur,vt non facile permutetur,& corrumpatur.Talis decla-
ratio potest haberi,& eligi ex dictis Abo . secundo cano.
cap.1 .& Auerro.colliget in.v. Et ex his potest patere ad
secundum tertium & quartum quæsitum.Ad secundũ quæ-
situm dico,ꝙ qui lacte nutriuntur,dum lacte alũtur,& sunt
parua habent prædictam causam:qui vero non nutriuntur
non habent,quia natura eorum est minus humida.vnde re-
C tentiua eorum est fortior,& eius digestiua,& quia cibis so
lidioribus,& stypticioribus,seu spissioribus vtũtur, & cru
dis.vnde non indigent coagulatione,& per hęc potest pa-
tere ad tertium quæsitum. Ad tertium dico,quòd proprie
stypticum est frigidum & siccũ,sicut dicitur quarto de sim-
plici medicina.licet aliqua calida styptica sint:vt infra pa-
tebit:dicitur enim à põtico,sed magis & minus,vt ibi Gal.
& Abo.in secundo:sic coagulum cum sit calidum,& siccum
igneum non potest proprie dici stypticum.vnde dicit Ela-
bin,quod non est de eius intentione,ꝙ stypticum sit calidũ
proprie intelligendo virtualiter,& potentialiter : licet sic
habens in se qualitatem passiuam styptici.s.siccitatem : sed
accipiendo stypticum effectiue prout stypticum habet reti
nere fluxibilia,& coadunare,vel constringere laxa.dico ꝙ
coagulum potest dici stypticum. Nam fluida inspissat , &
subtilia ingrossat,& laxa membra constringit : & hoc à sua In fluxu uẽtris puerorum.
proprietate sicut ponit Aboa.& Auerro . in.v. ubi ponunt
ꝙ fluxibus conuenit uentris,quorum causæ sunt ignotæ: &
hoc est à proprietate.Inde est ꝙ positum supra ventrẽ pue
D rorum à proprietate retinet fluxum ventris ipsorum faciẽ-
do operationem inspissandi,& ingrossandi humores ipso-
rum.Sedat complexione calida & sicca ignea habet subti-
liare,spissa liquefacere,& dissoluere congelata : & sic con-
traria operatur.propter quod patet ad ultimum.Sed uide-
tur,ꝙ non omne sit igneum:quia sic esset oẽ acutum , quod
Abo.uidetur ibidem innuere cum inquit . Non administre
tur quod ex coagulo est acutum:ubi necessaria est constri-
ctio.Sic per hoc uidetur uelle Gal.ꝙ aliquod coagulũ nõ
sit acutum,quod est contra Abo.ibidem cum dicit . Omnia
coagula calida,& sicca ignea sunt. Ad quartum dico, quod
omnia coagula inquantum talia sunt calida, & sicca ignea,
sed prout possunt differre secundum differentiam aĩalium,
quorum sunt specie,& ætate seu tempore unum est minus
calidum acutum alio sicut leonis,ursi , & antiquatum dici
potest acutum respectu coaguli agni,& hœdi nouiter acce
pti:& id non est acutum.

De apatibus mammillarum: & earum ulceratione. Cap. 3.

Conuenié tia pul. & mãmillæ.

APostema mammillarum est notum. Et est aut ex infusione rheumatis: aut ex impotentia conuersionis proprii nutrimẽti: quorum duorum modorum causæ sunt generaliter notæ: propter id quod in cura apostematis in generali infra dicemus. Specialiter aũ est, ut plurimũ ex superfluitate ipsius: ut ex lactis exuberantia sicut monstrauimus in cap. de cura peripneumoniæ. Cõueniunt.n.hæc duo membra pulmo, & mammilla nutrimenti specie: quia ex sanguine nutriuntur, & in raritate & sponsitate substantiæ nutrimentum superfluitatem ipsius, & humiditatem trãsmissa colligunt. ex quibus ea apostemari cõtingit & in tumorem extolli. Est.n. lac superfluitas nutrimenti mammillarum. Ordinauit.n. sapientia, q̃ sanguis trãsmittatur ad ipsas plurimum, quã sit eis pro alimento necessarius, quem cõuerterent in proprium alimentũ. & quod supereſt pro fœtus nutrimento reseruaretur conuertendum in lac quod est magis sibi propriũ propter conuenientiã in materiã eius. s. sanguinem menstruũ quo nutriebatur in utero. Inquit Gal. omne membrũ generatũ humiditatẽ habet superfluam quã sibi ad alimentũ sufficiat propter necessitatem alioꝝ membrorũ generandorũ uel nutriendorũ ab ea: quod quare magis, quã aliud habeat, soli Deo est ratio referuanda. Cũ ergo superfluus sanguis ad mammillas transmissus, & in lac conuersus non mulgetur ad nutriendum fœtũ: uel aliter nõ educitur remanẽs in eis calefactis: uel algoratis caseatur: & mãmillas in tumorẽ eleuat & generatur apostema: quod quidẽ ad sensum cognosces per suam essentiam quã tibi sua notificatio manifestat. Est aũt ſm Ga. apostema tumor præter naturam quo mẽbra magnitudine deficiũt ab eo, quod est ſm naturam. Et si quidem sunt ex rheumatis in fluxione signis cognosces huiusmodi ex dispositione. s. mittentis, & recipientis. Mittẽtis si sit totum corpus ex passione eius. s. fe. repletionis ipsius signis plectoriæ, uel cacochymiæ, quæ sunt nota, uel si sit aliquod ex membris principalibus cerebrum maxime, cor, hepar & matrix ex particulari ægritudine ipsius. Et signis repletionis ipsius recipientis. s. mammillarum, quia sint quibiles, quod ex defectione operationum ipsarum cognosces. Et quia frequenter pati consueuerunt, & ex caliditate, & dolore ipsarum trahente. Si uero sit ex impotentia conuersionis cognosces ex mutata qualitate ipsarum: quam tibi malitia ostẽdit complexionis: quæ in essentia uirtutis efficit nocumentum cum priuatione signorum repletionis totius, & partis: & absq; exuberantia lactis aut ex signis repletionis uel cacochymię aut ex utrisq;: sed si quidem exuberantia lactis fiat, causa est tibi manifesta. Curatio autem apostematis huius completur, ut in cura catarrhi diximus cum euacuatione extenuatiua dicta: & conuersione regiminis ad exiccationem, & cum dyscrasia mẽbri, & humoris peccantis correctione. Et est duplex. una est dum est in fieri. Alia dum iam factum est apostema. Prima est composita ex præseruatiua & curatiua, & est ut prohibeatur materia colligi in ipsis: & quod collectum est resoluatur. Primum completur cum euacuationibus repletionis totius, & partis mittentis, & cum deriuatione eius quod supereſt, & confortatione ipsius, ut nõ regeneretur & cum apertione ductuum: ut si quid regeneretur per ductus consuetos expellatur: & cũ constrictione uiarum per quas fluere consueuit si est possibile, & cum confortatione membri recipientis. s. mammillarum: ut non recipiant, sed repellant nec trahant & generent: & hæc cum alteratibus malitiã complexionis earũ, & substantiam minuẽtibus. Et illud fit cum medicinis contrariis dyscrasiæ ipsarũ, & stypticis habẽtibus mistionem aliarum subtiliantiũ, ut est epithema ex aceto & oleo ros. uel ex melle cum aqua rosarum & myrti, & cum prohibentibus exuberantiam, & caseationem lactis, quæ hic habuisti. Quod autem collectum est deinde resoluatur, & fit cum temperate calidis anodinis notis cum stypticis mistis. Est.n. ut supra dictũ est: membrũ humidũ multam recipiens humiditatẽ, & superfluitatem, quæ si non repellantur, uel etiam resoluantur cito perducunt: & frequenter ad cancrum. Et ex conuenientibus est, ut radix asphodeli emplastrata cũ fœce uini. Cum uero iam factum est, cura est, ut pro posse studeas ipsum soluere cum prædictis calidis anodynis, quæ hic superius habuisti. Quod si nõ sit tibi possibile, & ueniat ad dubellari, uacare te oportet in saniando, & saniatum aperiendo, & apertum mundificãdo cito, & exiccando, & ultimo consolidando. Quæ omnia supra de cura pleuresis, & peripneumoniæ tibi specificauimus, quæ per chirurgum ministrata sanabunt ab apostemate & ulcere, si Christus uoluerit. Sequuntur medicinæ compositæ. Medicina prohibens fluxum rheumatis ad mammillam & apostema calidum: & sedans dolorem apostematis ipsius. ℞. sandali, spodii, acaciæ, luti armeni nil. an. tere subtiliter, & distempera in aqua ros. & myrto, aceto, & succo solatri, & epithema mammillam. est.n. ex inuẽtione nostra. Emplastrum. ℞. panis hordei cũ furfure, & dissolue in oleo ro. & emplastra. prohibet.n. apostema mammillarum. Item furfur emplastratum cum uino madefactum, confert phlegmatico & uentositi rarefacit.n. & resoluit. Emplastrum resoluens apostemata mammillarum. ℞. farinæ fabarum, meliloti contriti, ana partes æqual. confice cum oleo sisamino & emplastra calefactione præcedente cum aqua calida. Itẽ ex semine lini, & aceto fiat emplastrum. Item aliud ultime resoluens ipsum. ℞. panis contriti, farinæ hordei, & fabarũ fœnugræci, assæ fœtidæ, & uisci, ana. ʒ. i. uitellos ouorũ numero quatuor. myrtæ. ʒ. s. croci. ʒ. i. Confice cum melle & emplastra. Aboali inquit. Ex omnibus speciebus nucum fit emplastrum apostemati mammillarum in resolutionis uia. Item emplastrum prohibens caseationem, & apostemata. ℞. menthã, & contere & emplastra, prohibet.n. caseationẽ & lactis sedat apostema. Ad idem. Portulaca emplastrata prohibet caseationem calidã, & apostema in quo timetur putrefactio. Idem linimentum resoluens caseationẽ, & apostemata. ℞. aquæ ficlæ, farinę tritici, nigellæ, salis, ana partes æquales terantur, & dissoluantur in aqua calamenthi, & foliorum lauri & apii. Et oleo de lilio ex inuẽtione. Itẽ aliud resoluens apostemata à caseatione lactis. ℞. hyssopi, radicũ apii, lenticularum integrarum, foliorum althææ, asphodeli rum an. quantum uis decocta in aqua mellis albi & aqua, uino albo æqualium partium: deinde confice cum melle, fœce uini, ana partes æquales. & adde menthã tritã recentem & in modũ emplastri mammillæ apostemosæ appone. Emplastrum maturans, & insanians apostemata mammillarum ℞. se. lini, fœnu. radicis althææ & lilii, an. partẽ. i. gũmi pini, stercoris capræ, an. ʒ. i. Confice cum axungia porcina uteri, & medullis cruris uaccæ, & appone. Emplastrũ aperiens apostema saniatum. ℞. stercoris colũbini, fermenti, & confice cum succo flammulæ, & puluere cãtharidarum, & utere. Item contere limacias cum corticibus, & appone. Item emplastrum ex urtica contrita. Item granum. i. arsenici sublimati: cera cauata impone, & applica desuper. Item foliũ unum herbæ alcanæ coque sub cinere cum puluere cymini & deinde ipsum aperi, & emplastra. Item ex melle, anetho, & pice liquida fiat unguentum in catia, & unge. Vnguentũ ceruseos, & unguentum ægyptiacum sunt mundificantia saniem & putredinem apostematum & ulcerum mammillarum. Medicamen expertum exiccans ulcera mammillarũ. Rec. uini pontici, lib. xx. & confice in eo sumach, lib. i. gallarum immaturarum, lib. s. cassiæ ligneæ. libr. s. uel gallarum cypressi, lib. i. Et dimittatur diebus. xx. deinde coquantur, & commoueãtur cum ligno cypressi, donec minuatur medietas: deinde cõmoueantur fortiter, & reducantur ad ignẽ & calescat sitq; leuis ignis. Et conseruetur in uase uitreato est enim bonum omnibus ulceribus, quæ accidunt in membris mollibus, sicut os, lingua, mammilla, testiculi, et emunctoria, et alia exiccat, et consolidat, et prohibet corrosionem. Emplastrum ex farina ciceris cum aceto cõfert ulceribus cancrosis. Et infusio decoctionis lupinorum confert corruptioni. Lutum armenum cũ aceto prohibet ablutionem putredinis membrorum. Et uirga pastoris confert apostematibus calidis ulceratiuis excoriationi, et ulceribus papillarum. Auellana assa masticata, et inuncta est sufficiens et experta. Quod si apostema non dubelletur, sed lapideatur: emplastrum de mucillaginibus de meliloto appone, uel diachylon magnum et paruum, uel cerotum hyssopi et cerotum diapente secundum nostram inuentionem inũge. mollificat enim, et resoluit, et cõfert nodis et glãdulis si uero

Apostema secũdum Gal.

Mãmillarũ augmẽ cum prohibitio.

uero apostemata sit frigidum, phlegmaticum, contere apii folia, & emplastra. similiter & chamæmelum per se, uel utra que misce. Cicer emplastratum confert apostematibus glãdulosis. Filius Serapionis. diamach ad dubelet & apostemata dura, & resoluit utraq;. & est ualde magnum iuuamentum. Rec. tarasacon tritam, siccam, & cribellatam ʒ. iiii. fœnugræci contriti & cribellati ʒ ii. maratri cribellati ʒ. i. misceantur & conficiantur cum lacte recente mulcto, & oleo de lilio, & emplastrentur cum eo, & sanum est cum Christi auxilio.

De magnitudine mammillarum. Cap. 4.

DE magnitudine autem mammillarum, & aliorũ mẽbrorum dicere postponemus usq; ad sectionem tertiam. ubi de medicinis, quæ sunt ad decorem, de ea generale capitulũ faciemus, si Deus uoluerit. Hic.n. specialiter dicemus. s. q̃ magnitudo ipsarum non est ægritudo: sed inter ægritudines numeratur: & proinde indigent medicina, qua conseruentur in paruitate, & proh ibeãtur à magnitudine. Curatio in duobus consistit. In quiete primo, & abstinentia ab omnibus dilatantibus, & extendẽtibus ac trahentibus sanguinem ad ipsas, ut est motus, fricatio, balneatio. Secundo in constrictione cum aquis frigidis epithematibus, unguentis & emplastris & stypticis, & ponticis prædictis hic & ligaturis: cum uero magnificatæ fuerint, minui non possunt, sed abscondi, & cælari, & illud cum diffusione, & dilatione earum in partibus subasselarum: & hypocondriorum, & constrictione cum camisia chordelata stricta super eas quantum expedire uidetur. Et ex his, quæ à proprietate operantur, est oleum uespertilionum inunctum prohibet enim augmentum earum in pueris: & fricatio lapidis cum quo acuitur. Et idem ex curantibus est testiculorum augmentum seu magnitudinem. Cataplasma utile resoluẽs tumorem mammillarum, & corruptionem lactis. Rec. farinæ se. lini, farinæ lentium, an. partes æquales tempera cum oleo ros. & croco. Aliud Humayn. Reci. marrubii, ebulorum, foliorum papaueris albi, absinthii, rutæ cuscutæ, ana partes æquales permisce tepida & appone. Dioscorides ad idem. Reci. olibani, masticbes se. absinthii, farinæ lentium, ana ʒ. iii. ceræ. ʒ. iiii. olei ros. ʒ. vi. fiat unguentum & inunge. Linimentum extinguens ardorem mammillarum, & tumorem delens. Reci. semperuiuæ, succi solatri, albuminis ouorum, & olei ros. ana partes æquales: quod nunc frigidum nunc tepidum appone. Quod si deueniat ad ulcerationem, chirurgi tunc auxilium inuocabis. Si autem tumor cum inflatione fuerit, tunc oua cum oleo ros. & aceto appone. Quod si ex retentione sanguinis menstrualis accidit, phlebotometur ex saphena. deinde si expedit ex basilica, & pharmacia detur. Ad tumorem in mammillis ex frigidis humoribus adhibe farinam fœnugræci cum succo apii. & ebulorum commixtio. Aliud. Reci. fimi bouini recentis & caprini, ana ʒ. ij. succi marrubij, succi ebulorum, fœcis aceti, ana ʒ. i. misce, & supone calidum. Aliud contra uiuos ardores & rubicundos. temperar enim eos, & obtundit audaciam eorum. Reci. mucilaginis psilii, aceti olei rosati, & olei uiola. ana. pondus. i. opii camphoræ, ana. ℈. i. fiat omnium mixtio cũ farina hor. & albo ouorum, & emplasta. Caue tamen à superfluo, ne impellat ad antrum.

PARTICVLA TERTIA sectionis primæ, quæ est de medicinis ęgritudinũ membrorũ nutritionis.

Prologus.

PRotulimus hucusque sermonem nostræ mentis explicantem conceptum in medicatione ægritudinum membrorũ deseruientium spiritui. In quo intentiones, & modos curationis summauimus debite ordinando, necnon inseruimus medicinas simplices, & compositas propriãs, & expertas, quas primo philosophi ratione & methodo inuenerunt, antiqui medici iudicio, & experimento approbauerunt, & quas secundum intentionem nostram efficaces uidimus opere, & effectu, prout Dei gratia inspirauit, qui illuminat philosophos, & medicos suos ministros de cœlo creauit. Medicinam quoq; in terra de sua largitate produxit: per quos uisitaret, & redimeret plebem suam. Et quia secundum præmissum ordinem procedẽdo sequitur, ut deinde aggrediamur curam ægritudinum membrorum nutrimentalium, scilicet stomachi, & hepatis, & aliorum seruientium eis, ex quibus cætera nutriuntur membra. Quod est tertiæ particulæ sectionis primæ. Imploremus auxilium ab eo per quem omnia facta sunt, & sine ipso nihil. Suppliciter exorantes quatenus mittere dignetur spiritum sanctum suum spiritum ueritatis, qui nos doceat, & suggerat nobis omnia, quæ ad recuperandam sanitatem prædictorum celerem sint efficaciter iuuatiua. & quod bene incepimus sui gratia prosequi, & mediare melius possimus suo auxilio in fluente, & optime explere sua potentia confirmante.

Continet autem hæc particula tertia sectionis primæ summas quatuor.

Summa Prima est de medicinis ægritudinum meri qui stomacho transglutiendo ministrat.
Secunda de medicinis ægritudinum stomachi.
Tertia de medicinis ægritudinum hepatis & venarum.
Quarta est de medicinis ægritudinum splenis.

Summa I. continet Cap. VI.

Generalis sermo in meri & ægritudinibus eius, causis, & signis, & cura secundum modum uniuersalem. Cap. 1.
De mala complexione meri, & cura eius. Cap. 2.
De instrumentalibus ægritudinibus eius, uel mala compositione eius, & cura. Cap. 3.
De solutionibus continuitatis eius & eorum, quæ ex illis accidunt ut est fluxus sanguinis, & eruptio eius ex ore & cura. Cap. 4.
De apostematibus eius & cura. Cap. 5.
De nocumentis transglutionis & cura. Cap. 6.

Est generalis sermo in meri, & ægritudinibus eius, & earum signis, & cura secundum modum uniuersalem. Cap. I.

Quid sit meri.

CIendum autem, q̃ meri est membrum ad formam intestini existens concauum & oblongum ex duabus tunicis compositum continuatum cum orificio stomachi, & perforans diaphragma, & procedens superius inter cannam pulmonis, & spondyles colli cum suis lacertis transiens terminatur in gutture. Quo mediante transglutiendo recipit cibum ab ore. Potest autem pati omne genus ęgritudinum, sicut alia membra habentia regimẽ ex quibus necessario operationi eius ad quam principaliter constituit ipsum sapientia prouenit nocumentum. quod est transglutire cibum & potum, qui sunt materia nutrimẽti ad quorum transglutionem ordinare stomacho desiderante & trahente: mouetur tanquam sibi seruiens delatorie. Et ambabus suis tunicis ex quibus componitur operatur interiori attrahente naturali uirtute cum uillis in longitudine situatis in ea, & exteriori exprimente aliter cum uillis latitudinaliter seu lacertis in ea positis recipientibus neruum à nucha mediantibus spondylibus colli, qua in uomitu solũ operatur. Inquit. n. Gale. transglutio stomacho desiderante, & trahente fit, sed uomitus nulla oris stomachi desiderãte particula & trahente: sed sola exteriori tunica exprimente cum uillo latitudinalis in ea situato. Adiuuat autem transglutionem gravitas, & lubricitas substantiæ ipsorum, quæ petunt descensum, & proinde difficilior transglutione uomitus esse comprobatur, & etiam fluxu uẽtris. Inquit enim Galen. uomitus omnibus difficilis est, patet, inferior autem purgatio facilis. Signa ex quibus relinquitur, quòd nocumentum transglutionis, q̃ plurimum est difficultas ipsius commune est signum omnium generum prædictarũ ægritu-

dinum posſibilium fieri in ipſo meri, & etiam ægritudinũ aliorũ membrorum, quorum uicinitate poterit pati ut eſt epiglottis,uel canna pulmonis, & eius lacerti, & ſpondyles dorſi inter quæ ſituatur & ſtomachus, & totum corpus & cerebrum cui ſupponitur. Sed præter hæc alia ſunt ſigna propria: alia magis propria conſideranda, quæ ad cognitionem perfectam ueræ curæ debitam ſunt neceſſario opportuna. Propria autem ſunt ſigna quibus diſtinguuntur genera ægritudinum propriarum prædictarum, & ægritudinum membrorum quorum communitate pati poteſt. Et ſunt. nã illam cuius cauſa eſt malitia complexionis debilitas ſignificat, ꝙ in longo temporis ſpatio tranſglutitur quod ſumitur & cum tepiditate, & paucitate feſtinationis in toto ſpatio meri, & ſine dolore: niſi figatur in parte meri uiſibiliter, & conſtringat illic ſiue extendat, & ſentiatur dolor cũ retentione eius quod tranſglutietur. Illã uero cuius cauſa eſt mala compoſitio, & oppilatio oſtendit impotentia tranſglutionis ét rei paruæ liquidæ, & potus: & cum conatur tranſglutire egreditur per nares. Et illam cuius cauſa eſt ſolutio cõtinuitatis, manifeſtat ſanguinis exitus ab ore: & humiditas naturalis, & proprie cũ in ſuprema eius parte fuerit, & ardor, uel punctio percepta in collo, & inter duas ſpathulas, & proprie apud trãſglutionem, & uomitum, & eructationẽ rei acutæ qualitatis magis, quã excedentis quantitatis. Sed illam cuius cauſa eſt apoſtema, declarat tumor, & proprie ſi ſit magnũ: & q̃nq; febris, & dolor in illa parte acutus & grauatiuus, & compreſsiuus, & proprie in loco priori, qui inter ſpathulas exiſtit maxime ſi in ſuperiori parte meri ſit ulcus, uel apoſtema. & magis in parte correſpondente loco. uel parte meri ulcerata uel apoſtemata: et magis apud tranſglutionem uomitum: & eructationẽ rei magnæ quantitatis magis quã acutæ qualitatis. Et difficultas tranſglutiẽdi eſt in una parte meri magis quã in alia nõ in toto ſpatio eius. Illam etiã cuius cã eſt cõpaſsio mẽbri uicini inſinuat præcedens paſsio mẽbri ipſius, quæ ſuis propriis eſt cõſideranda ſignis. Nec inuenit ibi tactus dolorem, nec aliquam paſsionem, niſi nocumentum actionis tũ. Magis propria ſigna ſunt, quæ ſpecialiũ, ægritudinum & cauſarũ ſunt demõſtratiua: & ſunt, quæ infra in ſpecialibus dicentur capitulis.

Indicatio ſ curandis ægritudinibus meri duplex.

Cura. Indicatio curæ meri ægritudinum duplex eſt generalis. ſ. & ſpecialis. generalis eſt duplex. una quæ indicat locũ in quo medicinæ exterius ſunt applicandæ: & eſt ut in collo, & loco qui eſt inter duas ſpathulas applicentur, ut iuxta. G. Alia inſiniuat modum ẽm quẽ medicinæ interius ſunt ſumendæ. Et eſt, ut medicinæ non ſubito deglutiantur prout in ægritudinibus ſtomachi oportet fieri: ſed in ore retineantur, & lambendo tranſglutiantur, ut trahendo moram in trãſitu: licet decliui impreſsione faciãt earũ proprie qualitatis. Specialis eſt, quæ docet ſpecialẽ talẽ ægritudinẽ: & cãm corrigere accidentia, & regimen ordinare: necnõ ſpeciales medicinas cũ quibus inſinuat: & deſcribit, quæ in ſequẽtibus capitulis ſerioſius ponemus, nomẽ dñi inuocãdo.

De mala complexione meri, & cura eius. Cap. 2.

MAla cõplexio meri, aut eſt pura, aut cum materia. Pura aut eſt ſimplex aut compoſita. & ſimplex aut calida, aut frigida, aut ſicca, aut humida: & cã eius procathartica ſi pura ſit: cauſa uero humoralis cuiuslibet generis eſſe poteſt. Et ſigna eius ſunt alteratio per cepta in loco cum difficultate tranſglutiendi abſq; tumore uel ulcere in eo exiſtẽte. Et ſi quidem fuerit pura cauſa, eſt procathartica, plurimum abſq; inuentione antecedẽtis cauſæ, & infectione oris, & linguæ ex humore, & fluore humiditatum. Si uero ſit cum materia erit ibi inuentio antecedẽtis cauſæ cum infectione oris, & linguæ ex humore: cuius ſpeciem tibi color, & ſapor oſtendit, & fluor humiditatis ſit adſit. & ſi quidem ſit calida, erit ibi ſenſus inflammationis: & cõbuſtionis, & caliditas in ſuperficie oris, & linguę. & ſitis. Si uero ſit frigida, & eſt illa, quæ ſuperius ſit, ſigna ſunt contraria. Sed ſi ſit humida mollis, ſignum eſt humiditas oris, & linguæ, & priuatio ſitis. Si uero ſicca, ſigna erũt contraria. Cura malæ complexionis meri ex cura malæ cõplexionis ſtomachi poteſt haberi. Inquit enim Aboali. In pluribus diſpoſitionibus meri ſequũtur ſtomachi diſpoſitiones. Eſt enim uia ad ipſum contigua conſimilis in natura & proinde cura utrorunq; erit eadem ut multum.

De ægritudinibus inſtrumentalibus meri, uel mala compoſitione eius, & cura ipſius. Cap. 3.

MAla compoſitio meri, ex qua plurimum eſt oppilatio in uia eius tripliciter eſſe contingit. ſ. coarctatoria, & attenuatoria, & carnoſa. Attenuatoria aut eſt ex compreſsione, & coanguſtatione parietum ipſius meri. & eſt aut ex cauſa intrinſeca, quæ compreſsio, & remanſit compreſsio, ut eſt laqueus uel manus, & huiuſmodi. Aut eſt frigiditas multa congelans, aut eſt à cauſa interiori, aut in ſe, aut à uicinitate. In ſe, à caliditate, & ſiccitate adurente, ut in febribus acutis, uel ex ſpaſmo, & alcuzez propinquo lacertorum meri, & illorum: & proprie la tirudinalium, ex quorum contractione contrahuntur latera ipſius: & uia coarctatur: uel ex uẽtoſitate coarctata inter duas eius tunicas: & intercluſa in lacertis eius conſtringente, & impellente parietes eius intus, ut coarcteť uia. Et cauſa uicinitatis eſt: ut ab apoſtemate in lacertis epiglottis uel ſus meri à parte interiori: ut in ſquinanticis contingit: aut in lacertis colli reſpiciẽtibus eum à parte poſteriori: aut à declinatione ſpondylis dislocati ad interiora uerſus meri. Coarctatoria eſt qua cadit in eius uia aliqua res exterior ibi adhærens ſicut ſpina, ut accidit in præfocat ione, uel humor uiſcoſus ibi coarctatus, & adhærens, ut in apoplecticis, & epilepticis, & rheumatiſmis euenire contingit. aut ſanguis congelatus, qui ad illud conſueuit deſcẽdere in fluxu ſanguinis nariũ aliqua parte eius regurgitante per foramina palati ad os, & deueniente ad ipſum. uel quæ in uomitu ſanguinis in eo remanſit, aut uermes, & lumbrici in eius cõcauo multiplicati, ſiue infixi ut aſſerit Aboa. ſe uidiſſe in quodã notorum ſuorũ: ex quibus accidit ei difficultas trãſglutiendi. Carnoſa uero eſt ex apoſtemate exiſtente in lacertis, & tunicis ipſius œſofagi græce dicti, quod arabice meri nuncupatur, uel uerruca, uel cicatrix, in eo facta, qui paſſus fuit uulnus: ſeu ulcus in perſo. & liberatus fuit: cuius cã extitit ętas, ſicut recitat Ga. Signa quas per cauſas oportet cognoſcere, & diſtinguere hoc modo. Nã ſi quidẽ attenuatoria ſit, ſietq; à cauſa exteriori ſenſu manifeſte cognoſces per eius ueſtigia, & relatu infirmi: & aſtantiũ et tibi indicabitur: & nocumentũ trãſglutionis: ut puta difficultas: & minus ſi quoq; ex frigore cõgelãte accidit præſentia frigoris: & eius anteceſsio indicabit. Si uero à cã interiori in ipſo exiſtẽte, & ſiccitate per inſpectionẽ acutæ ſe. illud euenire uidebis, & nocumentũ trãſglutionis maius erit. Si uero ex ſpaſmo, & alguzez ex propinquo accidit ex cognitione ipſius: & cauſarũ præcedentiũ ſcire poteris ét ſi accidat ex uentoſitate præcedens regimẽ multiplicans cã ſonitus, & motus, & dolor extenſiuus, & cõtrictiuus indicat illud. Cũq; ex cauſa uicinitatis accidat, & ab apoſtemate ſ lacertis epiglottis dolor in epiglotto erit cũ ſpiritus malitia: & q̃nq; cũ orthomia & tumore, & rubore ibi apparente. ſ. in gutture & in collo, & febris. Si uero ex apoſtemate lacertorum colli recipientibus eũ apparebit dolor colli à parte interiori cũ difficultate mouendi, & inclinãdi collũ, & proprie ad poſteriora. Si quoq; ex declinatione ſpondylis ad interiora, ex concauitate in collo apparente percipies, ut cũ inclinatur collũ ad poſteriora difficilior trãſglutio erit. Sed ſi quidẽ ſit coarctatoria: eritq; à cauſa exteriori cadente & infixa, ut ſpina pũctio: & proprie ad motũ ibi percepta, & relatio infirmi tibi inſinuat. Sed ſi ſit ab humore uiſcoſo regimen declarat, & præſentia ægritudinũ prædictarum. Si uero ſanguis congelatus fuerit, fluxus ſanguinis ab ore, uel ex naribus, qui regurgitauit ad os, & guttur tibi oſtendit. Si uero uermes, & lumbrici, & nauſea, mordicatio & uomitus, & ſyncopis tibi oſtendunt. Et ſi quidem ſit carnoſa ex apoſtemate, ſigna apoſtematis dicta ſuperius tibi indicant, & quæ infra in capitulo proprio tibi ponemus in ſpeciali. Si uero ſit uerruca eſt impedimentum partium tranſglutionis in loco ubi eſt, in toto uero meri non, nec eſt dolor, & eſt priuatio ſignorum aliarum cauſarum. Si uero ſit ex cicatrice, tibi præceſsio ulceris ipſius indicabit. Cura eſt duplex: generalis ſcilicet & ſpecialis. Generalis eſt duę res. una eſt ablatio cauſæ, alia eſt remotio impreſsionis factæ: ſi qua remanſit. Specialis cõſiſtit in ablatione ſpecialis

cialis cauſæ, & in adminiſtratione medicinarum propriarũ ad illam. Si ergo fuerit ex exteriori cauſa: à qua remanſit impreſsio, & cõſtrictio: amota illa approximentur balneæ: & fomentationes circa guttur & collum, & ſpatulas ex aquis calidis, & ſimplicibus, uel cum decoctione medicinarum dilatantium, & confortantium, ut meliloti, maluarum, fœnugræci, apii, & ſimilium. Et frictiones ſuaues cum oleis temperate calidis reddentibus tractabile membrum: ut eſt oleum de fiſticis, de amygdalis dulcibus, & de pineis, & de meliloto, & chamę. & ſimilibus. Et cerota ex eis butyro: & mucilaginibus notis hyſſopo humida, & dialthæa, & ſimili bus. Et cibi interius ſumendi ſint ex calefacientibus: & humectantibus ſupradictis. Ita ꝙ boli ſint magni in quorum tranſglutionem conetur, & cum retentione anhelitus. Si uero ſit ex caliditate adurẽte in febre acuta: primo oportet febrẽ curare: ut infra dicetur. deinde ficcitatem, & adustionem ibi impreſſam remouere. & hoc cum interius, & exterius approximandis. Interius ſicut cum mucilagine dragacanthi, ſemine citoniorum, pſyllii, & pulpa tamarind. & tereniabin, & lacte ſeminũ cõium, & ſepinis papa. & ſucco liquir. & cum carnibus prunorum, & aquis fructuum ut iuiubarum, granatorum, lactucarum, uiolarũ, hordei, & cum ſyrupo uiola. & roſa. bibitis ſorbendo, & recentis in ore, & gargarizati: & cum caudis eorum: & cum cibis ex amylo de cucurbita, & pulmento, & attriplicibus, ſpinachiis, & lactucis, & ſimilibus. Exterius cum inunctionibus: & oleis uiolatis de cucurbitis, & ſimilibus prout in cura febrium facie mus te ſcire. Si uero fiat à frigore congelante interius adminiſtrabis diacalamenthum: & diacyminum, diatrion, ſyrupum de haſce, theriacam, mithridatum, & oleum balſami cũ uino: & cibos & potus calidos notos. Exterius uero calefactiones ex aquis calidis paulatim ſuperius dictis. Et unctiones ex oleo anethino, de lilio, & eſt proprium, & de caſtoreo, coſto, uel aliis calidis ſuperius dictis. Et calefactiones ex floribus chamę. calamentho, pulegio, floribus lauri, abrotano, & ſimilibus, & cum pannis calidis, & calefactis & ſtupa lini, uel canapis, uel lana ſuccida. Si uero fiat ex ſpaſmo ſi quidem humo, facies unctiones de oleo de euphorbio, de piperibus. Et ſi expediat euacuetur totum corpus cũ clyſteriis, & collyriis, dabiſq; ad bibendum aſſam cum aqua granatorum: uel cũ uino, pipere, ruta, & ſimilibus. Si uero ſit ſiccus, adminiſtrabis regimen humectantium ex cibis, & potibus. Cibis ut aqua gallinarum pinguium & iuuenum. Et carnes hædorum, & agnorum, & uitulorum lactantium, piſana, pulmenta ex amylo, & alæ pullorum, & teſticuli gallorum in lacte nutritorum, & piſces parui, & petrini, & oua ſorbilia, lac, butyrum, medullæ, & ſimilia. Olera ſunt, ut boragines, bugloſſæ, ſpinachia, attriplices & ſimilia. Fructus ſunt ut poma dulcia, pineæ, ſiſtici, amygdalæ, ſiſamus, & ſimilia. Potus ut uinum lymphatum, aqua cum zuccha. uel iuleb uiolatum. Et electaria humectantia ſunt diacodion, diadraganthum: diaboraginatum: & diabugloſſatum. Et electarium ad reſtaurationem: & impinguatium ſuperius dictum: & panis aloe & ſimilia. Exterius uero cum embrochis uel epithematibus, & fomẽtis ex aquis dulcibus enarratis: & fricationibus, & balneis, & inunctionibus, & oleis, & cerotis, & humectantibus: ut eſt oleum amygdalarum dulciũ, pinearum, ſiſticorum, uiolarum, ſuccus, maluarum, cucurbitæ, melonis, cucumeris. Et ſemina, & aquæ ipſorum, & ſorbitio facta ex eis, & grafulis, & pinguedinis gallinæ, porci, anatis, & medullis uiculorum & lacte. in domo & aere locetur, & in quiete, & ſomno ſeruetur. Et ſi quidem remanſerit impreſsio conſtrictionis operaberis ad eam: ut hic ſuperius habuiſti. Si autem à uentoſitate ſit, dabis interius oleum de kerua, dianiſum, diagalangam, diacyminum, confectiones de ſeminibus, & commouentia eructuationem, ut aniſum, cyminum, rutam ſiccam, erucam, carui, ameos, maſtiche, & thus maſticata uel hauſta, & in cibis: & in potibus miſta. Exterius pones uentoſam, & unges ex oleo nardino, de enula, rutaceo, de aſſa, & ſimilibus ſuperius enarratis. Si uero ſit à uicinitate apoſtematis gutturis, lacertorũ, uel colli, curabis curatione ſquinantiæ, quam ſuperius habuiſti. Sed ſi fuerit à diſſolutione ſpondylis colli cura propria poſita eſt infra. Similiter ſi ſit coarctatoria, quia cadit in eius uia aliquid extraneum adhærens ut ſpina, & ſimilia: curabis cura præfocationis ſuperius poſita.

Et ſi ſit humor uiſcoſus ibi deſcendens, & adhærens curabis ipſum expurgatione cũ incipiuis: & abſtergentibus phar maciis, puta cũ gargariſmatibus ex ſyrupo acetoſo ſimplici, uel oxymelle ſquillitico, uel aceto eſus cũ melle roſato, & aqua mellis hyſſopi, uel ſtaphidis agriæ, uel ſinapis, uel pirtri, & calamenthi, origani, & pulegii, paſſuiarum ſicuũ ficcarum: & cum prouocatione uomitus cũ prædictis, & clyſteribus acutis notis ſupra. Necnon ſi expedit ægritudines capitis à quo prouenit rheumatiſmus, oportet curare, ut ſuperius dictũ eſt. Etiã ſi fuerit ſanguis congelatus duæ res cõuenient in cura eius. Prima eſt ipſum liquefacere. ſecũda eſt ipſum educere, prout infra de cura congelationis ſanguinis in ſtomacho: & uentre dicemus, & hoc cum ſimplicibus & cõpoſitis. Simplicia ſunt coagulum, bitumen, bdelliũ, & huchuę, cum aqua cineris ligni ficus, & quercus ſumpta & gargarizata. Secunda eſt ipſum educere cum uomitus prouocatione cũ melle, & ſucco apii, & terra ſigillata diſſoluta in aqua: & farina tartari diſſoluta in ea calida uel uino. Inquit. n. Gale. uinum coagulata diſſoluit, & ſuo motu citius extra pellit, uel fluxu uentris. & hoc cum clyſteri ex ſucco apii, opopanace diſſoluto in eo cũ ſal gemma: & melle: uel reſolutione ipſarum cũ emplaſtro facta ex haſce, ſal gemma opopanace cum melle confectis: & approximato gutturi. Si uero ſit ex lumbricis, & uermibus ibi coadunatis, & infixis. Cura eſt duæ res. ſ. interficere: & educere, ſicut ſupra de ægritudinum cordis cura diximus. Et hic breuiter dicamus quę illis duobus ſunt propria: & ex illis eſt baurach, kebuli, myrrha decocta in oleo centonica, & centaurea ſumpta. Et poſtquã prouocatur uomitus, & emplaſtrata kitrã, & petroleon inunctũ aloe, & hiera interficiũt, & educũt illos. Si uero ſit carnoſa, & ex apoſtemate in lacertis, & tunicis ipſius meri. Cura eſt quã infra dicemus. Si uero ſit ex uerruca uel cicatrice. Curabis cũ abſterſuis ſtypticis, uel ſubtiliatiuis, ut eſt aqua mellis cũ uirtute radicis capparis, & paſſulis, & floribus abſinthii ſquinantho, & cappares cũ aceto boni uini. Et ficus ſiccæ cum granis myrti: & aqua caulium reſeruata per tres dies bibita: & ſiſtici, & amygdalæ pineæ ſumptæ: & oleũ earum ſumptum: & exterius inunctum, & aqua nucũ cypreſsi, calami aromatici, aniſi, meliloti embrochata & ſimilia prout tibi ſapientia monſtrabit: & quãdoq; eſt incurabilis. Medicamen diſſoluens ſanguinem congelatum in ſtomacho, & meri. ℞. coaguli leporis 3. xxxvi. coaguli gazelli 3. xxxii. gentianæ, ariſtolochiæ rotun. ſeminis rutæ ſyluęſtris myrti, an. 3. iiii. Conficiantur cum melle. Et ſit doſis eius ſicut uis in aqua calida, aut in ſyrupo acetoſo.

Sanguinẽ coagulatũ liquefaciẽtia.

De ſolutione continuitatis meri: & eorum, quæ ex illis accidunt, ut eſt fluxus ſanguinis, & eruptio eius ex ore, & cura eius. Cap. 4.

SOlutio continui meri eueniens duplex eſſe contingit: ſimplex ut eſt plaga, pũctio, ſciſsio: & ſimilia: aut cõpoſita: ut eſt ulceratio eueniẽs ipſi: & quãdoq; aut eſt ſuperficialis ſicut eſt excoriatio: aut profunda penetrans tunicã, uel pelliculã unã uel ambas. Simplicis cauſa eſt interior: & exterior. Interior eſt humiditas in ſui ſubſtantia aggregata, & pelliculis eius penetrans, & perforans ſui acuitate, aut ſua quantitate replente: aut ſua uentoſitate extẽdente ſcindens ipſum profunde: & quãdoq; totaliter. Exterior eſt uel tranſglutio rei ſcindentis, uel pungentis, vt oſsis acuti, uel ſpinæ, uel uitri, uel percuſsio cũ re incidente, pungente, & perforante. Et ſuperficialis cauſa interior eſt cibus acutus uel medicina, aut humor tranſiens acutus cũ uomitu de ſtomacho ſaliens: aut deſcendens intrans ad ipſum: aut eſt malitia complexionis calidæ, & ſiccæ exiccantis ipſum: quare ſuperficies eius aduritur: & cadit ſicut in febribus adurẽtibus contingit frequẽter. Cauſa uero cõpoſitæ. ſ. ulcerationis eſt duplex, ſcilicet interior, & exterior. Interior autẽ eſt apertio apoſtematis, aut plaga q̃ facit ſanguinẽ, aut humor corroſiuus tranſiẽs, & in catarrhis deſcendẽs ad eũ, uel alias ibi imbibitus corruptus, & putrefactus corrodens ipſum. Exterior eſt quæ partem de eius ſubſtantia ſcindẽdo aſportauit, & eſt nota. Signa ulcerum eius dicta ſunt ſupra. Sed diſtinguentia inter ulcera meri, & ſtomachi à tribus ſumuntur,

Cauſæ.

Signa ſtomachi, &

meri distinctiua.

scilicet à loco, à tempore, & ab accidentibus concomitantibus. A loco: nam in ulceribus meri dolor, punctio, & ardor sentitur in collo usque ad ossa dorsi: & furculam superiorem pectoris: & illud quod est inter duas spathulas, in ulceribus uero stomachi dolor, punctio, & ardor sentitur in interioribus ossibus pectoris puta furcula inferiori pectoris infra. A tempore: nam in ulceribus meri sentitur dum transglutio fit uomitus, uel eructuatio rei acutę qualitatis. in ulceribus uero stomachi sentitur postquam transglutitus est. Ab accidentibus concomitantibus quando ulcera stomachi plurimum, & proprie sunt in superiori parte stomachi perducūt ad minorationem, uel ablationem anhelitus: & prouocationem sudoris frigidi, & syncopim, & infrigidationem extremitatum. Sed simplicis solutionis causæ interioris humoralis signum est inuentio signorum antecedē tis causæ, & regimen præcedens multiplicans talem humorem, & infectio partium oris ex humore acuto: quem dolor & sapor ostendit, & consuetudo passionis illius. Si uero sit à causa exteriori est manifesta ex se, uel relatu infirmi. Sed si sit superficialis ardor, & punctio est parua cito transiens. Et egreditur quandoq; sicut truscula, & pellicula adusta. Si uero profunda dolor est fortior, & diutius durans, & egreditur sanguis, & humiditas naturalis, & inuentio causarum interiorū, & exteriorum ipsas insinuat. Signum autem ulceris ipsius fœtor est in ore perceptus, & exitus per os puris, & saniei, & quandoq; associantur ei pelliculārū frusta. Cura solutionis continui meri difficilis, uel impossibilis esse dignoscitur, sicut cura solutionis continui cuiuslibet membri, quod est uia per quam aliquid extraneum transit, trahitur uel expellitur: ut sunt meri, intestina, renes, pori, uritides, & uesica, & maxime cum est intrinseca, composita, & profunda, & penetratiua: non enim potest bene medicina apponi, & si apponatur, non tandiu permanet, ut suā impressionem faciat, quin cibi, & potus transglutione abstergatur, & asportetur, qui etiam ampliati quātitatem magis bucellis, & sua qualitate acuta si quam habent pungunt, & dolorem faciunt, qui est prouocatiuus rheumatis, & sic ulceris augmentationis. Si ergo sit simplex, & recens plaga, & superficialis: cura eius est tres res. prima aufert causam exteriorem, & interiorem abscindit. secunda solutionem unit. tertia corrigit accidentia.

Primam rem complent phlebotomiæ de cephalica, uel magis clysteres, & pharmaciæ solutiuę uentris non uomitiuæ cum propriis stomachi dictis cum etiam cerebro si expediat, & consequenter cum confortantibus ipsum, & retinētibus ipsum catarrhum, & ablatione omnis rei exterioris infixæ aut teli. prout infra de solutione continui dicetur, si annuat omnipotens.

Rem uero secundam complent styptica, & conglutinatiua interius, & exterius approximata. Interius gargarizata, & retenta in ore, & lambita simplicia, & composita. Simplicia sunt, ut grana, & cymæ myrtorum, lentisci, oliuarum, & rubei, & grana granatorum, & citonia, & corticis balaustiarum ipsorum, & rosæ immaturæ masticatæ & transglutiatur succus eorum sicut resudat, & gargarizatio cum aquis ipsarum, & cum rob ipsarum, & rob mori gummi dragagan thi, lutum armenum, & lutum sigillatum, & thus, albumen ouorum, & similia. Composita ad alcola dicta sunt supra, & quæ inferius tibi traduntur ad ulcera, quæ etiam exterius per omnem modum administrare poteris, & proprie circa collum, & guttur, & locum, qui inter spathulas existit.

Tertiam uero rem complent, quæ dolorem, & punctiones corrigunt, quæ sequuntur. Si uero sit profunda penetratiua eius cura est tres res.

Prima est, ut sanguinem fluentem restringas, & dolorem sedes, & illud cum approximatione, & epithematione albuminis ouorum, & aliis, quæ dicemus in capit. subsequenti.

Secunda est, ut sicca stypticantia, & conglutinantia, & consolidantia prædicta interius, & exterius applicentur.

Tertia, ut regimen adæquetur in sex rebus non naturalibus proprie in cibo & potu. Seruetur ergo in quiete, & ab oibus dilacerantibus: & aperientibus uomitiuis, & prouocantibus rheuma. Custodiatur à cibis calidis, & à potibus, & acutæ qualitatis: sed sint ex lenientibus glutinosis, & stypticis: ut sunt oua sorbilia pulmentum ex riso, vel amylo cum iure carnium præparatum, ut uinum stypticum, & similia, & buccellæ sint paruæ, & repletio pauca. Si autem sit ulceratio in eo facta curabis cura ulcerum. quam tibi in ferius subiungemus. Fiant formulæ in modum lupinorū, quarum una retenta in ore, & sicut dissoluitur, deglutitur, remouet solutionem continui, & ulcera meri, & consolidat, & incarnat, & lenit. Reci. gummi dragaganthi, masticches, thuris albi, ana 3.i. ireos. 3.s. liquiritiæ, 3.i. hypocysti dos, granorum myrtæ, & cymarum eius, & oliuarum: an. 3. s. seminis citoniorum, scrup. ii. luti sigillati, & luti armeni, ana 3.i. contere, & conficiantur cum rob myrtæ, uel lentisci, & est ex inuentione nostra.

Vnguentum aliud expertum, & efficacissimum ad ulnera, & ulcera in quacunq; parte corporis sunt, & proprie capitis cum fractura cranei, & est Romanorum. ℞. terebinthinæ, vnc. viii. succi betonicæ, vnc. v. & substantiam eius, misceantur simul. Et stent per duos dies: deinde ponantur super ignem leuem, & calefiant, donec liquefiat terebinthina: deinde colentur per stamineam, & colatura iterum ponatur super ignem, & bulliat usq; ad consumptionem succi. postea addatur gummi abietis, vnc. s. olei ros. vnc. s. ceræ, vnc. iiii. & utere. Eruptio fluxus sanguinis ex meri ex uena aperta, & incisa fracta, uel corrosa prouenit. cuius causa interior, & exterior esse potest, sicut supra de sputo sanguinis habuisti: & infra cū de stomacho inuenies loquemur. In proposito est ipsius meri ulceratio ex vena corrosa. Eius autem signum est exitus eius cum fastidio: & quodam uomendi motu minore, quam si à stomacho proueniret: & si est uena facta incisa uel corrosa dolor est in collo, & loco qui est inter duas spathulas proprie si sit magna incisio fractura, uel corrosio, & maxime apud sumptionem rei acutæ. Si uero sit à uena aperta non est dolor, & facilius retinetur. si uero sit à uena corrosa ab ulcere eius signa, sunt signa ulceris ipsius prædicta, & emissio saniei, & puris, & difficultas retentionis. Cura eius est quam superius de sputo sanguinis habuisti, & de fluxu sanguinis narium, & infra in cap. de stomacho: cuius meri est instrumentum ad attrahendum, quæ sibi sunt iuuatiua, sufficienter loquemur.

De apostematibus meri, & cura eius. Cap. 5.

Apostematis meri signa superius habuisti singularia, & propria, quibus subiungenda sunt magis propria. Et sunt: nam si quidem apostema eius calidum sit cum prædictis, erit fortitudo doloris, inflammatio, caliditas, & proprie in partibus oris, & colli percepta. Et quandoq; est febris parua, quandoq; magna hora post horam. Et quandoq; est horripilatio: & est cum siti uehementi. Cum ergo naturaliter cessat horripilatio, & cum aperitur, egreditur pus, & horripilatio redit. Cum autem est apostema frigidum, signa sunt contraria, cuius curam habere poteris, si eorum memor eris, quæ in cura phrenesis lithargiæ, & mammillarum diximus, & magis si inspexeris, quæ dicemus in cura apostematum stomachi.

De nocumentis transglutionis, & cura. Cap. 6.

NOcumentum transglutionis est triplex, scilicet corruptio, ut si cum tremore perficiatur. diminutio, seu difficultas cum fit cum labore, & conamine, & eius ablatio cum nullo modo fieri queat. Et plurimum est difficultas transglutiendi, quæ nota est superius per eius signa distinctiua causarum in primo capitulo huius posita: Est autem periculosa, & uitæ animalis contraria cum enim uita animalis nō persistat nisi per nutriens, quod restaurat illud, quod ex corpore eius dissoluitur: talem autem restaurationem facere nequeat, nisi intra corpus sumatur, & illud est per transglutionem, ea ergo facta difficili, & diminuta uerendū est ne totaliter auferatur, & pereat animal, & proinde insistendum est circa correctionem eius attente tanquam circa accidens, quod præ cęteris ægritudinibus ipsius plerunq; curam sibi præindicat, seu correctionem. Cura. Res prima & certa est abscisio eius causæ scilicet ægritudinis proprie, quā comitatur, quæ omnis generis esse

esse potest de qua infra dicemus, uel alterius membri cuius communitate patitur epiglottis. uidelicet associati, uel stomachi, cerebri nuchæ contiguorum quo lacerti epiglottis mouentur, & meri spasmantur, uel mollificantur, & transglutio fit difficilis, uel aufertur, & spondyles dorsi dislocati & interius conuersi comprimendo uiam claudentes ipsius uel totum corpus, ut in febricitantibus, uel morti propinquis in quibus uirtutes, sicut in tota deficiunt, ita & in parte de quibus etiam dictū est, & de stomacho infra dicetur. Secunda est stomachi regimen, ut mundificetur, & alteretur: nā in pluribus dispositionibus sequitur meri oris stomachi complexionem, & illud cum his, quæ infra in cura dispositionum eius dicentur, duce Deo complebitur. Tertia est ipsius confortatio. Fiat autem cum temperantibus complexionem eius, dyscrasiam alterando cuiuscunq; generis fuerit, & proprie frigidæ, & siccæ, quæ plurimum est in causa, ut supra dictum est. Et ex compositis cōuenientibus frigidæ est balsamum transglutitum, theriaca, diacalamēthum & aqua raphani, & uinum cum eis. Et ex his, quæ inungun tur exterius, est oleum anethinum, & de lilio, de narcisso, de croco, nardinum, muscelinum, & de balsamo, quoniam confortant lacertum transglutiendi, & cerebrum, quod est neruorum principium, quare oportet, ut ex eis inungatur caput, & nucha colli à qua neruis tali lacerto procedit. Et confortetur omnibus modis cum emplastris, saccellis, cerotis, fomentationibus ex aromatibus calidis, & stypticis, ut castoreo, myrrha, ammoniaco, ruta, prasio, abrotano, lauro, & similibus. Et ex conuenientibus siccæ dyscrasiæ eius est regimen humectatiuum. Et ex exterius inungendis est butyrum, oleum amygdalarum dulcium, pinguedo gallinę, porci, & similia. Ex ex simplicibus conuenientibus humidę sunt anisum, utrūq; been, spica celtica, & folium indū, thus & minutum eius, & cortex ipsius, & myrrha, & sandaracha & similia. Et quandoq; oportet ipsis admiscere frigida temperantia eorum calorem. Sint autem ex stypticis confortātibus, ut sunt rosæ, sandali, myrta, & similia. Ex quibus saccellationes fiant supra caput, & nucham, & cum ex humiditate sunt. Et ex expertis secundum magistrum Arnaldū est, ut sumantur mane quolibet tres caricæ cū intercluso in eis puluere pumicis, & sandarachæ puluis est proprius. Et cum ex uētositate grossa intercluſa fuerit repellente, & propellēte superius cibum, & potum in quam talis humiditas fuerit cōuersa, quam eructuatio manifestat, curetur cura inflationis stomachi & uentositatis ipsius, quam infra dicemus.

SVMMA. II. particulæ tertiæ, sectionis primæ de medicinis ægritudinum stomachi.

St autem secundum Gal. stomachus minister uiscerum. Cibaria enim & potus per meri exterius sibi transducta recipit tanquàm lebes, & à uirtute, & proprietate qua uniuersalis dotauit natura, illa alterat coquit, & digerit & aliis membris in re nutrimēti operationem faciētibus apta reddit. Et si de se suiipsius gratia digerit cibū, non ut mēbris aliis aptū reddat, sicut dixit Gal. uū G. dixit. Stomachus minister est uiscerū: de stō. n. cætera nutriuntur mēbra. nimirū igitur si in eius constructione summa sapiētia subtilissime tanquá in eo qui est paterfamilias laborauit. Formauit ipsum nāq; concauū, ut ad cōtinendū quod recipit ex cibis, & potibus esset aptus, & quasi rotundū, ut esset capacissimus non solū cibi, & potus proprii, sed membrorum ēt aliorū; & ut caliditatis alterantis ipsius, & decoquentis circa cibū totū ex qualibet sui parte influētia esset calidi. Et sibi substantiā dedit panniculosam, & neruosam, ut in recipiendo cibū & potum pro toto sufficienter posset recipere extensionē, necnon ut tēpore digestionis esset totaliter contrahibile super ipsum. Ipsum ēt ex duplici cōposuit tunica, exteriori. s. magis neruosa ut res sibi occurrētes sentiret melius, & discernēdo eligeret quod bonū est, & reprobaret malū, & interiori magis carnosa calida, cuius caliditas cū mediatione attingendo cibū melius alteret, decoquat, & transmuteat, sicut ignis mediāte olla melius cibaria decoquit. In quibus uillos triplicis generis ordinauit, quorum consideratione Auer. dixit ipsum ex triplici tunica cō positū esse. quemadmodum G. econtra asseruit de utraque uesica, fellis. s. & urinæ, quibus uirtutes operātes in ipso uterentur, sicut propriis organis, ut in eo, quod intendūt habilius operētur. Quibus multis, & uariis ipsum fulciuit, & adornauit sapientia summa. Et proīde mēbris ipsum principalibus alligauit neruis mediantibus cerebro quemadmodū partem eius superiorem, ut esset multi sensus in sentiendo suā inanitionē, & complendo defideriū suiipsius, & mēbrorū omniū arteriis cordi, & uenis hepati. Ipsum quoque mēbris calidis circūdedit quæ in alteratione illorū suæ cali ditati debili suggerant supplementū, à quo protraxit duo mēbra cōtinuata, ut duæ uiæ ductiles. s. meri à parte superiori orificii sui deseruiens transglutiendo, deferendo cibū & intestinum duodenū inferius à portenario sibi deseruiēs delatorie, ut infra dicetur. Si ergo sequentes naturā sapientissimā, ut Hip. iussit in cura egritudinū eius adeo sollicite procedamus, ut nomē dīi inuocādo, ut ingeniū, & modum curationis inueniamus, atq; medicinas simplices, & cōpositas, & expertas cū oi diligētia perquiramus, quibus sanitatē amissam recuperare ualeat, & in tēperādo alimentū quo corpus subsistat perdurare omni propulso errore. Error. n. in eo nocumētum generat, quod commune existit toti corpori, & principalibus mēbris quibus notabiliter alligatur. Continet autem hæc summa capitula triginta ēm pluralitatem ægritudinum quas stomachus pati potest.

De cura ægritudinum stomachi ēm modum uſum. Cap. 1.
De cura malæ compſonis calidæ stōi simplicis & puræ. c. 2.
De cura malæ complexionis frigidæ. Cap. 3.
De cura malæ complexionis siccæ. Cap. 4.
De cura malæ complexionis humidæ. Cap. 5.
De cura malæ complexionis compositæ puræ. Cap. 6.
De cura malæ complexionis cum materia simplicis, & cōpositæ. Cap. 7.
De cura ægritudinum in plasmate: & primo de regimine eius cuius stomachus est rotūdus, paruus, & protensus, uel magnus. Cap. 8.
De cura ęgritudinum accidentium eis in uiis, scilicet oppilationum eius. Cap. 9.
De cura repletionis eius, scilicet nauseatiuæ satietatis, & inanitionis ipsius. Cap. 10.
De cura inflationis stomachi, rugitus, tortionis, & gurgulationis ipsius. Cap. 11.
De percussione obuiatione, & casu supra stomachum, & cura. Cap. 12.
De solutione continui ulcere, & ruptura stomachi, & cura eius. Cap. 13.
De medicinis apostematum eius. Cap. 14.
De correctione accidentium sequentiū ægritudines dictas & primo de debilitate stomachi. Cap. 15.
De medicinis doloris stomachi. Cap. 16.
De nocumentis appetitus, ex quibus est debilitas, seu diminutio, destructio, seu ablatio & corruptio. Cap. 17.
De medicinis appetitus canini famis syncopalis, & bolismi. Cap. 18.
De medicinis appetitus corrupti. Cap. 19.
De siti, & medicinis eius. Cap. 20.
De nocumentis digestionis ex quibus est debilitas destructio, & corruptio, & cura earum. Cap. 21.
De nocumētis retentionis ex quibus est tarditas & uelox defcensus cibi digesti de stomacho in uentrem, & cura eius. Cap. 22.
De lenitate stoma. siue lubricitate siue lienteria. Cap. 23.
De nocumentis expulsionis, & primo de eructuatione, & cura eius. Cap. 24.
De singultu. Cap. 25.
De subuersione nausea fastidio uomitu, & eructuatiōe, seu anxietate cum turbatione stomachi. & cura. Cap. 26.
De uomitu. Et primo de phlegmatico, & cura eius. Capitu. 27.
De cura uomitus cholerici. Cap. 28.
De cura uomitus melancholici. Cap. 29.
De cura uomitus sanguinei. Cap. 30.

De

De cura ægritudinum stomachi secundum modum uniuersalem. Cap. 1.

CVra ægritudinum stomachi proportionalis, est curę aliorum membrorum pro toto operantium, uel præstantium iuuamentum. Correctio enim omnis immoderaminis per contrariam immoderationē est fieri. Dixit Gal. intantum autem differens à cura ægritudinum aliorum membrorum inquātum eius natura propria, & operatio à natura, & operatione aliarum diuersa existit, quæ auxiliorum species elegit, quantitates eorum determinat, & usum ac modum eius aptum ostendit. Est autem, ut dictum est natura stomachi propria, & prima frigida: quia pauci sanguinis, & neruosa proinde sensibilis ualde. Quapropter expedit, ut auxilia immoderationes eius corrigentia sint non excedentia ualde, quanquam lapsus, & immoderatio exigat maxime cum non sit ualde positus in profundo. Si enim sint frigida ualde, eius paucam caliditatē extinguēt forte. Quapropter Hip. in apho. ait, frigidū inimicum neruis: & fortasse contrariam dispositionē adducent, quæ periculosioris curæ, & difficilioris esse comprobatur. prout Gal. dixit. Si uero calida eius tepidam caliditatē resoluent: & si acuta mordebunt, & in spasmū, aut cordis morsum adducent. Si lapsum facientia est nisi correpta, & repressa, uel ex benedictis electa nocumentum imprimēt, & substantiam eius dissoluent, cū ad ipsum primo perueniāt. Oportet ergo esse temperata, & infra gradum discrasiæ: ut paulatim, & in longo tempore i ntentum tuum compleant potius quam subito, & in breui. Est enim hæc secundum sapientiam operatio. Est enim panniculosus, & uillis contextus habens uias amplas, quarum auxilia non oportet esse ualde humida, & liquida cum mollificent, & uillos eius relaxēt, fluātq; de facili. Et ad alia mēbra trāseant priusquā ibi imprimant, sed oportet esse grossæ, uel solidæ, ut in eo permaneant donec imprimant, quod oportet, aut quia pellicula eius os, & lingua existit uestitū, & proinde quid uirtutis percipientis habet saporem: debet esse saporis nō mali ne nauseent, sed delectabilis illis proprie pharmacosa in quantum potest. Inquit enim Gal. ꝙ una quidem communis debet esse intētio facere pharmacum delectabilissimū inquantum possumus, dum eius ad ultimitatem custodiatur uirtus: non enim hæc est dissoluenda gratia delectationis. Et quia eius officium, & operatio est digerere cibum pro toto, & digestio fit per decoctionē. decoctio uero per calorem: oportet esse temperate calida, caliditatis enim tēperate est digerere: ut ait Gal. Et si frigida sint, non oportet esse penitus à caliditate denudata: at quia digestio retētione indiget, oportet ea esse styptica, uel moderatam stypticitatem habentia. Et cum digestio quoque fiat per uirtutem spiritus qui odoribus gaudet, oportet ea esse ex aromatibus electa, uel eis admista. Verum quia ex decoctione cibi in eo relinquitur superfluitas ei inhærens sicut in olla ciborum: ut Gal. dixit: oportet esse talia abstersiua, ut est absinthium proprie, & spica, & similia. Porro cum ex natura stomachus sit principalibus alligatus oportet ea omni carere malitia, & qualitate praua, ne ad illa per compassionem impressa perueniant nocumenta. Et quia diaphragmati suppositus, & uicinus oportet quæ extrorsum supponuntur ei frigida à costis secedere, ne infrigidando diaphragma ad difficultatem anhelitus patientem adducant.

Stomachi cōplexio qualis.

De cura malæ complexionis calidę stomachi simplicis, & puræ, &c. Cap. 2.

MAla cōplexio stomachi est secundum alterum octo modorum: ex quibus est calida simplex pura, & est ægritudo quędā ipsius immediate lędens actiones eius sensibiliter in discrasia qualitatū primarū elementorū uincēte calida fiens causa eius est omnis causa pro cathartica exterius adueniens & calefaciens ipsum immediate, uel mediante aliquo uicinorū membrorum propinquo, uel remoto, quæ est multiplex. Gale. uero medicorum princeps omnes ad quinque genera causarum reduxit. Primum genus est, intromissio rei calidæ non superfluæ. Secundum est, contactus rei calidæ non superfluæ exterius aduenientis, & contangentis mediante exteriori cute. Tertium est, motus animalis, & corporeus fortis nō super

E fluens quòd ad resolutionē perducat, & proprie quē circa digestionem alicuius cibi duræ digestionis, & calidi passus fuit: ut est raphanus, & similes. Quartum est, spissitudo pororum eius non nimia perducens ad extinctionem. Quintum est putrefactio cibi in eo sufficiens ad inflammandum, & calefaciendū ipsum pręter naturam. Quę uero est mediante uicino aliquo membro: est ut à corde febriente, uel hepate inflammato, & quandoq; à cerebro, quæ si pura sit sine humoris uitio generati causata ab illis causis erit procatharticis, & plurimū est diuersa. Signa eius cōplexionis essentialia sunt æstuatio stomachi, ardor perceptus in eo: in ore etiam nō sumpto cibo, uel potu calido: & quādoq; corporis totius inflammatio, & febris cum fuerit uehemens cū nocumēto proprie actionis: ut sitis magna, parua fames, & cito cessat, & proprie cum non datur cito cibus, & quādoq; tūc accidit syncopis, & dicitur fames syncopalis. Et appetitus erit frigidus, & iuuatur ab eo, & lęditur à simili, & cibaria subtilia aduruntur, grossa in eo, & dura melius, & sine corruptione alterātur, & eructuatio erit fumosa, &
F superflua in uomitu, & egōne, apparebunt adusta, uel sicca, & corporis color erit mutatus: quia ad citrinū tēdens & ēē habitudo: quia erit corpus siccū, & paucæ carnis qm̄ sanguis eius erit paucus, malus, fœtidus, & acutꝰ: quē abhorrēt mēbra diuersa ei, & in cōplexione, & uenæ eorū sunt apparentes qm̄ sanguis eorū reclusus est in uenis quo natura nō utitur. Concurruntq; cū similitudine circunstantiarum, & cum assuetudine similiter patiendi. Et ex consequenti corpus erit debile cū cutis infectiōe, & carbūculis, scabie, morphea, & similibus. Sed signum eius quod est sine humoris uitio, est inuētio prædictarum procatharticarum causarum cum priuatione signorū antecedentis causæ .s. repletionis humorum. Et si quidem sit ab intromissione rei calidæ: ardor perceptus erit in stomacho, in exeūtibus alteratis percipitur. Et si ab eius contractu exterius facta sit, uel motu superfluo antecessio earum, & notificatio ab infirmo facta, uel ab astantibus tibi declarat. Si uero à spissitudine pororum eius frigidæ, & stypticæ causæ inuentio interius, uel exterius approximatæ insinuat. Et cutis tēsio, & durities.
G Sed si à putredine cibi existat fumosa, & fœtente eructuatione cognosces, quod in uomitu, & egestione perpendēs præcessione cibi corruptibilis, ut est lac, & oua in patella decocta. Et si à uicinitate cordis, uel hepatis existat calefactio per oēm modum illorū præcedens inflāmatio demonstrabit. Cura eius est alteratio. Completur autem cū medicinis, cibis, aut potibus, interius, aut exterius approximatis. Cibi ergo conuenientes sunt ex granis, ptisana hordeacea, lentes, cum aceto decoctę, pulmentum ex condro cum aceto pauco, uel agresta condito, & sumach. Et ex carnibus carnes perdicū, & myrticorū turdorum, & auium paruarū cum aceto agresta, uel succo granatorū decoctæ. Oua decocta in aceto cum totalitate sumpta. Ex herbis uero lactuca, cū aceto proprie, & excitat appetitum, spinachia, endiuia, portulaca, coriandrum, & similia. Et ex fructibus citonia, pira, chrysomella, persica, pruna damascena, cerasa, acria, cucumeres, citrulli, & cucurbita, batecha, & granata: quod si non perduxit ad debilitatē, ciba eos cū grossis, quales sunt carnes uaccinæ præparatæ cū aceto, & coriandro,
H & uētres ipsarū, & pisces recentes cum aceto, uel agresta, uel succo granatorū decocti, & actualiter sint frigidi, non tamē multū, ut quia nō ueri frigoris sint, Et oīa in quibus frigiditas cū stypticitate existit, quę si non naturaliter, artificialiter acquiratur cū condimentis ex coriandro, agresta, sandalis, & similibus. Potus autē sit aquæ frigidæ fere nō excedentis qualitatis nec quantitatis, ne in transglutiendi difficultatem ueniat ex ipsius frigiditate curato ab inualetudine sua stomacho, ut Gal. ait, uel succus agrestæ, uel granatorum acrium, uel aceti odoriferi misti aquæ, quod locum magis haberet, ubi esset profunda, & in remotis posita. Sed quia est in propinquo prædicta frigida styptica sunt magis efficacia cum diu in eo sint permanentia, & hoc si tolerat stomachus, quod si non sit potus uini odoriferi albi moderate styptici, & pauciferi lac acetosum uaccinum, & similes. Medicinæ approximandæ proprie sunt simplices, & cōpositæ. Et simplices, quæ exterius, & interius exhibentur, sunt

sandali, rosa, myrta, folia uitis, & salicis, acetosa, rubus, spodiū, coralli, coriandrū, psilliū, camphora, maciana, aqua, & succus eorum, & semina herbarum, & fructuū frigidorum, & succi ipsorum dictorū, & aliorū. Cōpositæ uero sunt, quæ ex prædictis componuntur, & quæ administrātur interius sunt, ut syrupus de papauere, iulep de succo cucurbitæ, & succo acetosæ, & acetositatis citri, & trochis. de cāphora, & de spodio, ubi uenter soluatur superflue. Et quæ administrantur exterius sunt, cerotū sandalorum, in antidotario nostro scriptum. Et epithema ex sandalis, oleo ros. & prædictis, & euaporatio ex aquis ipsorum cum aceto. Et uitreum uas, uel uesica plena frigida aqua supra stomachum retenta, uel per embrocationem superinfusa. Et emplastrū ex foliis uitis, cum sauich hordei, quod est propriū. Ex quibus si leuis est dyscrasia leuia approximabis, fortis uero fortia. Inquit enim Gal. proportionale medicamen magnitudinis dyscrasię ad illam conueniens inuenire oportet. Et tibi sit generalis regula in alteratiōe cuiuslibet discrasiæ simplicis stomachi, & cuiuscunq; alterius membri, ut contrarium alterans sit in qualitate expediente excedens unius oppositionis in oppositione alia qualitatē medium teneat, uel ab eo parū recedat, ne ad dyscrasiæ cōpositionē perducat, q̄ maioris nocumēti est, & difficilioris curę, ut Gal. ait.

De cura malæ complexionis frigidæ stomachi, &c. Cap. 3.

MAla complexio frigida stomachi. Causa eius & signa ex contrario ad malam complexionem calidā supradictam sunt intelligenda. Cura autem eius cura illius minoris considerationis, & attentionis est, quia minoris timoris, licet tempus alterationis sit æquale, quia alterans medicinale, & instrumentale, quod est calidum naturæ amicum est, utile confortans, licet ipsa natura, quæ est principale operans sit magis læsa ratione dyscrasiæ, & proinde magis periculosa. Sicque in cura eius, duæ res, seu intentiones concurrunt, generalis, & specialis. Generalis est subalteratio ipsius. Specialis docet copiam auxiliorū, & aptum usum ipsorum ostendit. Et sunt talia auxilia, seu contraria calida à natura, & qualitate ægritudinis sumpta ex cibis, & potibus, & medicinis simplicibus, & compositis interius, & exterius approximandis. Et sunt uerbi gratia ex cibis ex granis, ut panis de frumento furfuris habens multum salis, & fermentatis bene, cicera, & similia. Et ex carnibus carnes columbarū, & proprie syluestrium, & anatum siccarum carnes salitæ porcorum, & aliorum præparatæ, & conditæ cum speciebus infrascriptis. Quorum uitelli cocti cum herbis, & speciebus calidis, ut saluia, menta, fœniculum, maiorana, & similibus. Ex oleribus sunt, ut sinapis, eruca, nasturcium, rapistæ, piper, aqua, & raphanus, & similes. Ex fructibus sunt ficus, passulæ, amygdalæ, nuces, dactyli, auellanæ, pineæ, fistici. Et pisces saliti cum sinapi, uel eruca. Potus autem sit uinum antiquum uinosum, ut græcū flauum, & rubeum, & calabrense, & puteolanum purū, uel parum lymphatum, prout tolerat cerebrum. Ex medicinis simplicibus sunt ex speciebus, quæ sunt proprie stomachi, & cinnamomū, gariophylum, crocus, spica, mastiche, thus, nux mus. galanga, zedoaria, cardamomum, zingiber, macis, gallia musca. grana paradisi, amomum squinanthum, xyloaloe, assarum, & piperum grana, quæ sunt fortiora, & magni iuuamenti in hac ægritudine. Cōfortant enim omnes eius uirtutes stomachi, quæ cū sint defectæ in omni eius dyscrasia maxime in ista. Inquit enim Gal. omne membrum complexionis frigidę actiones defectas habet ex necessitate, & si naturaliter tales habeat, quanto magis ægritudinaliter. Et enula, & raphanus, & pirethrum, & cyperus, costus, ambra, muscus, & balsamus, & succus eius, xylobalsamus, carpobalsamus: alia sunt etiam ualde iuuatiua. Ex herbis, chamæmelum, absinthium, menta, proprie fœniculus, anethū, marrubium, sampsucus, id est maiorana, ruta, mentastrū origanum, ozimum, petroselinum. Ex similibus anisum, ciminum, fœniculum, apium, carui, & similia. Ex gummi styrax liquida, & sicca, bdellium, & similia, quæ interius, uel exterius, & per omnem modum approximabis. Ex compositis interius approximandis, sunt zingiberis cōditum cū zucch. rubeo, & proprie cum melle dispumato. Ipsum enim in ci-

Panis. Carnes. Olera. Potus.

A bo potu, & medicinis sumptum optimum est frigido uentri, nocibilissimum uero calido, ut Gale. ait, diacinnamomum, diaga. syrupus de menta, quæ sunt leuia. Et ex fortioribus sunt diatrion pipereū, diacyminum, theriaca magna, mithridatum, sagzenea, omorusta, diamus. & diambra, triphera magna, & consimilia. Ex his autem, quæ exterius approximanda sunt propria oleum anethinum, de lilio, de alchanna, mastichinum, & nardinū. Et fortiora illis sunt oleū costinum, oleum de been, & sambucinum, & de piperibus, & oleum de terebenthina, de balsamo, & oleum apostolorū supponatur lanā calida, & proprie si aer fuerit frigidus. Et si ceram adiunxeris ei, & confeceris cerotum diutius adhærebit, sed epithema citius penetrabit, & emplastra fortius imprimenτ uirtute in sua propria substantia inhærēte, & membro diutius adhærendo, & quod si præcalefeceris ipsum stomachum habilius subintrabit. Et in delicatis proprium est pannus lineus duplicatus, & suffumigatus cum ligno aloes infuso in uino, spica mastiche, squinantho, & thure, & proprie si stomachus fuerit humidus. Et embroca-
B tio cum aqua calida est mirabilis, & proprie si fuerit siccus. Et ex eis est emplastrum antidotarii nostri calefaciēs, & confortans. Et appositio uentosæ supra stomachum est maxime iuuans. trahit enim illuc calorem, & sanguinem, & calefacit. Et scias quod calefactio extremitatum perducit ad calefactionem stomachi ex proximo. Totius autem corporis calefactio cum balneo ex aquis thermarum calidis, & aliarum medicinarum habentium uirtutem calidam, stypticam, prædictarum confert dummodo non superfluat, & perducat ad resolutionem: tunc enim maxime nocet. Inquit enim Hippoc. quæcunque infrigidata sunt calefacere oportet, & similiter si solum stomachum, & epicastrum calefeceris, & pyriam feceris ex prædictis aquis, uel embrocationes epithemaueris infusa spongia in eis, uel filtro cū frequenti innouatione antequam infrigidentur, aut cū uase uitreo, uel uesica ex eis plena, uel ex rebus aliis prædictis calidis, utile quidem operaberis, & in nullo falleris. Vsus autem, & modus utendi est, ut si leuis sit dyscrasia, leuibus contenteris, & si fortis, fortioribus. & per omnem modum ipsum stomachum sic dyscrasiatum studeas calefa-
C cere: habet enim suas uirtutes maxime refectas. Inquit enim Hippoc. frigidum inimicum est naturæ impediens, & ab omni prohibens operationibus, & paralyticum faciens, & mortificans.

De cura malę complexionis siccę stomachi. Cap. 4.

MAla complexio sicca stomachi simplex, & pura est nota ex notificatione calida. Causa autem eius est una uel plures extrinsecæ, & est breuiter enarrando, diminutio cibi & potus in quantitate & qualitate, ac siccæ complexionis, & medicina sicca ex simplicibus, ut sandaracha, sal, baurach, cyperum, sulfur, acetum, & proprie squilliticum, & labor nimius corporis & animæ, ut ira, angustia, tristitia, & etiā ꝓprius labor stomachi quem patitur in tolerando famem, & sitim, & uigiliæ multæ, & ex eis est aer siccus, & uentus borealis, balneum aluminosum, salsum, sulfureum, & piceum, & medicinæ siccæ prędictæ exterius applicatæ. Signa autem ipsarum cognitio est ma-
D nifesta. per præsentiam enim ipsarum quamlibet cognosces, & per priuationem signorum antecedentis causæ humoralis, uel per infirmum si sagax sit, uel per astantium relationem. Cura huius est ex humectantibus temperatis, uel parum excedentibus in actiuis qualitatibus intrinsecus, & extrinsecus approximatis, & maxime cum regimine humectatiuo superius posito, cum de cura malæ complexionis meri siccæ diximus, illuc ergo redeas. Memorare tamē nocentium talis dyscrasiæ ualde à quibus nisi quis diligenter abstineat iuuatiua conferre non poterunt, & sunt styptica, & pontica. Ex cibis, ut mespila, sorbæ, zarur, atrineæ, cornula, pira, citonia, & maciana immatura. Et ex potibus, ut est uinum calabrense, & aqua aluminosa, & similia. Consumunt enim omne quod innatæ humiditatis in eo remansit hæc quidem exhibendo, hæc quidem comprimendo in uentres concauitatem, uel in circunadiacentes particulas, & ue-

& uenas,& poros, & orificia per quas alimentum humecta E
tium cõsueuit recipere. Inquit enim Aboa. nihil est, quod
tantum humectet, quantum uinum temperatum, & balneũ
in tina aquarum eucratarum dulcium.

De cura malæ complexionis humidæ stomachi. Cap. 5.

MAla complexio stomachi humida simplex, & pura. Cauſæ eius & ſigna ecõtrario intelligenda ſunt malæ complexionis ſiccæ ſuperius dictæ necnon, & cura. Quæ enim cauſæ ſunt unius, cura ſunt alterius, & econuerſo. Et quod uni nocet, alteri prodeſt, & econuerſo. Eſt autem facile ſanabiliſſima aliarum omnium, ſiue ſola conſiſtat, ſiue aliis qualitatibus complicetur. Et quia minus excedens eſt, & magis naturam in talibus principaliter operantem conſeruat quàm aliæ res. Et quia contrarium curans ipſum fortius habet quàm ſua oppoſita, ſic tẽpus exicandi, & humectandi non eſt æquale. Studendum autem ne ſicca & ſtiptica approximanda in ſubſtantia liquida miniſtrentur, ſed in ſolida magis: læduntur enim à prædictis, & F
à plurimo potu.

De cura malæ complexionis ſtomachi compoſitæ, & puræ. Cap. 6.

COmpoſitarum uero dyſcraſiarum purarũ modi ſunt quatuor, ſicca complicata frigidæ, uel calidæ, humida complicata calidæ, uel frigidæ, qui & eorum cauſæ, & curæ, & ſigna uno generali comprehendendo capitulo ex præmiſſis poſſunt haberi inuicem ſimplicibus cõplicatis. Inquit enim Gal. Compoſita ex ſimplicium cognitione habetur. Et iterum ſimplices ſimplicibus, & compoſitæ compoſitis curantur medicaminibus, æqualia æqualibus, & inæqualia uno plus altero minus &c. Speciali uero capitulo ad curam frigidæ & ſiccæ conueniunt calida, & humida, & temperate calida interius, & exterius per omnem modum approximata. Et quæcunque ſanguinem, & alimentũ trahunt ad ipſum abſque euaporando, ut eſt frictio temperata balneum calefactio partis, & epithematio ſecundum G
menſuram facta, & quæ calorem naturalem in ſubſtantia, & quanto augent eius feruata eucraſia, quæ iuuat digeſtionem, ut eſt amplexus pueri tota nocte nudi, ita quòd totum tangat epicaſtrum. Et loco eorum aliqui applicant catulos pingues. Et alii uolam manus, & utrunque eſt bonum. Nocibiliſsima uero ſunt ſtiſantia, & acuta niſi aliquibus humidis miſceantur. Siccæ uero, & calidæ conueniunt humida & frigida tẽperate. Nocibiliſsima uero ſunt pontica, & acria. Humidæ uero, & frigidæ acria ſunt conuenientia. Nociua uero pontica niſi aliquibus acribus ſint commiſta. Humidæ uero, & calidæ ipſa pontica ſunt propria. Nociua uero pontica, acria, niſi aliquibus ponticis ſint commiſta, quorum copiam habes ex prædictis ſimplicibus quibus ſimplicibus, uel inuicem commiſtis ex eis uti modo competenti poteris, ut dictum eſt.

De cura malæ complexionis ſtomachi cum materia ſimplicis, & compoſitæ, &c. Cap. 7.

MAla complexio ſtomachi cum materia eſt eius dyſcraſia à uitio humoris facta, & in principio eſt diuerſa, ſed cum perdurat fit manſiua. Humor autem H
hic eſt duplex, aut in eo generatus, aut ei influxus. generatus, aut in eo non eſt uerus humor cum illius generatio ſiue ſit naturalis, ſiue inaturalis, ſiue digeſtus, ſiue indigeſtus ſoli digeſtioni ſecundæ ſcilicet hepatis, & uenarum ſit propria, & conueniat non primæ ſecundum uentrem tantum, utrum ſi has duas effugiat nequaquam ſit generatus humor. Si ergo ſit humor hic generatus in ſtomacho non erit uerus, ſed eſt ſimilis humori, & maxime cum non ſit ex digeſtione, ſed indigeſtione potius generatus. Inquit enim Gale. Cum cibus non digeritur proculdubio in phlegma conuertitur. proinde Gal. phlegma appellauit. Et quandoq; eſt de genere choleræ præſinæ ex aduſtione cauſatæ quam ſuperflua ſtomachi caliditas, & cibi etiam operatur. Influxus autem eſt qui à toto corpore, uel qui ab aliqua particula corporis ei influat fortior illi debili propter cauſam aliquam extraneam maxime ſi aliquam cauſam trahentem in ſe habuerit, puta calorem, dolorem, uel inanitionem, puta à cerebro, hepate, uel ſplene, quod eſt plurimum eis. Et ſi à cerebro, plurimum erit phlegmaticus, ſi ab hepate plurimum erit cholericus, ſi à ſplene, erit plurimum melancholicus, qui ad excitandum appetitum ei ſolet immitti. Et qualitercunque ſit tripliciter in eo exiſtit, aut in concauo eius natans, aut tunicis eius inuiſcatus, aut intercluſus, & imbibitus. Signa. talem autem dyſcraſiam eius cum materia ex prædictis ſignis iũctis cum grauedine ſatietate, & eius motibus ad expellendum ſcilicet nauſea, uomitu, & ſingultu, & regimine antecedente percipiens, & etiam in exeuntibus uidebis humorem. Signum uero humoris generati in eo ẽ ex dyſcraſia ipſius, uel regimine cibi, & potus, & aliis poteſt haberi cum priuatione ſignorum plectoriæ, uel cacochymiæ corporis uniuerſi, uel particulæ alicuius & paſſionis eiuſdem. Sed ſignum q̃ influat à toto corpore, eſt ſignũ plectoriæ, uel ſignum cacochymię, ſeu abundantiæ alicuius quatuor humorum. Et ſumitur ex regimine ipſius, quia fuit uſus delitioſa uita, & quiete, & dimiſſo exercitio conſueto non habuerit ſolitas euacuationes ſpontaneas per fluxum ſanguinis narium, per hæmorrhoidas, uel menſtrua, ſi ſit mulier, per fluxũ uẽtris, uel uomitus, & ſimilia, uel quia ſolitas artificiales omiſit, uel quia fuit eius membrum aliquod mutilatũ: cuius nutrimentum in corpus ſuperfluat, uel quia dolores periodicos pati conſueuit in aliqua particula corporis: puta artheticam, uel podagram, nũc uero non patiatur. Signum aũt q̃ ab aliqua particula corporis influat, puta cerebro, haberi poterit ex conſuetudine patiendi aliquã ęgritudinem iſto tempore: puta cephaleam, hemicraniam, & huiuſmodi. nunc uero patiatur, uel quia conſueuit catarrhizare ad oculos, nares, aures, uel fauces, & pectus. nũc uero non, ſed immittat ſtomacho, & plurimum eſt phlegmaticũ mucoſum, & in fine digeſtionis magis. Signum uero q̃ ex hepate influat eſt præcedens eius paſſio: puta inflammatio multiplicans choleram quam mittere conſueuit illi ad adiuũdum digeſtiuam hora digeſtionis, uel oppilatio, quæ nũc aperta eſt, & materiam immittit retẽtam, & cõſuetudo mittendi ad illum, quia debilis eſt, & porus per quem immitte re conſueuit illi choleram, ſit amplus: unde ſequitur uomitus cholericus quaq; die. Sed q̃ ex ſplene influat ſimiliter ſignũ eſt præcedens eius paſſio: puta oppilatio, & eius groſſities, quæ aperta immittit melancholiam ſtomacho, ut conſueuit, & eſt hora uacuitatis magis, & oppilatio eius ceſſauit, atq; groſsities non apparẽte aliqua manifeſta eius euacuatione: ſed materiam in uacuitate eius natantẽ oſtendit eius fluctuatio in ieiuno apud motum, & ſumpto cibo, uel potu ſubleuatur, & ſupernatat, & facit nauſeam, & ſi multa ſit ſemper nauſeã facit, ſi uero pauca, non ſine ſumpto cibo, & facili egreditur uomitu, uel fluxu uẽtris dato aliquo ſubductiuo. Sed inuiſcatã adhærentẽ ſignificat nauſea: nec facile educitur uomitu, uel ſeceſſu, & etiam dato aliquo abſterſiuo, ſi multũ ſit adhærẽs, nec fluctuat in motu corporis. Imbibitã aũt ſingulcus proprie tibi demõſtrat, nec eſt aliquod prędictorum. Signũ aũt diſtinctiuũ cuius ſpeciei humor ſit, colligere potes hoc modo. Nam ſi quidem materia ſit calida ex cordis morſu tenebroſitate, & faſtidio, ut dixit Hipp. ſcies ex ſiti, & oris amaritudine, uel falſedine ſi ſit phlegma falſum, & eius ſitis ceſſat cũ calido, ſcilicet uino, & aceto. Choleræ uero cum frigido, ſcilicet aqua cum ſucco granatorum, uel aceto cum aqua miſto. Si uero ſit humor ſanguineus ex dulcedine, & priuatione ſolitæ euacuationis naturalis ſanguinis, uel omiſsione artificialis: necnon & membri mutilatione, & coniecturari poterit, & quæcunq; ſit manifeſte in exeuntibus apparebit. Si uero materia ſit frigida ex faſtidio, & paucitate ſenſus apud rei acutæ receptionẽ, & defectu appetitus, niſi ſit phlegma aceroſum, uel melancholia inter quæ diſtinguit melancholica imaginatio timor & puſillanimitas in domino, uel muliere contingens complexio corporis, & regimine, & apparitio cuiuslibet in exeuntibus ipſum manifeſtat. Et quandoq; plures cauſæ ſimul conueniunt, quas cõmiſtio, & confuſio ſignorum tibi oſtẽdit. Et ſi quidẽ ſit diuerſa, erit cum dolore, cũ uero perdurat, & tranſit in mãſiuam, ſedatur dolor, & arefactio creſcit.

ſcit. Cura uero eius eſt quatuor res. prima educit materiam in ſtomacho exiſtentem, & aggregatam, ſiue generata ſit, ſiue influxa, quia non poſsibile eſt ullam diſpoſitionem curare finaliter adhuc manente cauſa faciente eam, ut ait Gale. Et ſi quidem ſit in concauo ſtomachi natans, & impetum faciens ad os ſtomachi, quod per nauſeam ſcies uomitu cum aqua tepida, pura, uel pauco aceto permiſta prouocato educatur. Et ſi ſimul non ſufficiat, reiteretur nõ quod ſuperfluat: ultimo cum aqua multum calida lauetur, & mel le roſa. quoniam aut expellet eam, cum uomitu, aut ſoluet uentrem, & confortabit. Si uero inferiora petat, quod per grauedinem in fundo ſtomachi perceptam cognoſces, collyriis, clyſteribus uel propriis pharmacis uentris ſubductiuis, quæ infra Chriſto duce dicentur, educatur. Et ex propriis eſt turbith non confortatum, quoniam trahit humorem ſubtilem, & groſſum à ſtomacho non trahendo à remotis ad ipſum. Si uero ſit adhærens, & inuiſcata cum inciſiuis, & abſterſiuis uomitu prouocato, ut puta cum piſana, uel aqua mellis expurgetur, uel cum oxymelite ſimplici, uel ſquillitico miſto cum aqua raphani, ſi multum ſit inuiſcata, & expulſionis inobediens, uel cum ſolutione uentris cum prædictis modis & appropriatis, ut turbith, & hiera. Si uero ſit imbibita, & eſt plurimum cholera, uel phlegma falſum cum hiera. Gal. euellatur, & mundificetur, quæ eſt communis in omni materia, & ſi propria ignoretur, & ſuperfluitates educit abſq; humiditatibus innatis, ac mundificentur etiam humiditates putrefactibiles, ſeu putrefactiones à circunadiacentibus particulis ad ipſum non trahit, & conforrat, ut nec regeneret, nec recipiat. Et ſi quidem cacochymia generata, ſeu influxa à longo tempore in ipſo permanſerit ob penuriam, uel inſcitiam, uel negligentiam medicorum, uel infirmi inobedientiam, ſeu delictum aſtantium miniſtrorum. & aliquod impreſſerit, ut prędictum eſt, alteretur cum prænarratis. Secunda res rectificat membrum: puta ſtomachum ſi generans ſolus ſit, uel corpus mẽbra alia, & ſtomachum, ſi materia ſit eis ab illis influxa. Et ſi quidem ſit ſtomachus ſolus generans, duo requiruntur. Primum eſt mundificationem eius, ut dictum eſt facere. Secundum eſt dyſcraſiam, quæ cauſa efficiens eſt, prout ſupra dictum eſt cum contrariis confortantibus alterare, & regimen, ut non regeneretur materia, digerere & adæquare, quod tibi qualiter fiat conſequenter adiiciemus. Si uero ſit influxa materia, oportet duo agere, primo prouidẽtiã mittenti, uel influenti præmittere, quod uelut fons eſt, ut non mittat ſecundo ſtomacho curam ſubiungere, ut non recipiat. Circa primum tria ſunt etiam opportuna. primum eſt præmittere eius euacuationes, & ſi quidem totum corpus mittat, quia plectoricum ſit, phlebotomia præmittatur de nigra uel proportionale illi, ut ſcarificatio crurium, ſpathularum, & uentoſatio, prouocatio hæmorrhoidarum, uel mẽſtruorũ, ieiuniũ, exercitiũ, frictio, purgatio, diuretica, & balneum, omnia tẽperata. Si uero quia cacochymiũ primo digeratur humor. Deinde propriis pharmaciis expurgetur. Nã ſi quidẽ ſit cholera. Oxyzacchara uel ſyrupo aceroſo ſimplici, uel cum leuiori. ſſucco granatorum muzorum, & aceroſorũ, uel arancio loto cum zuccha. maturabis: deinde cũ rhabar. myroba. citrinis, tamarindis, ſucco roſarũ, & aliis ſolutiuis uentris, nõ uomitiuis, & leuibus expurgabis, & ſtypticitatẽ habentibus, quæ ſtomachũ cõfortent nõ debilitẽt, nec ad ipſum trahant. Et hoc eſt cõe præceptũ attendendũ in purgationibus materierũ ægritudinũ ſtomachi omniũ, ſi ue generatarũ, ſiue influxarũ. Si uero ſit phlegmatica, cum ſyrupo, aceroſo ſimplici, uel cõpoſito, uel oxymelite ſimplici, cũ geleniabin, uel ſquillitico, prout materia exigit, maturabis, & cũ aqua hyſſopi, origani, calamẽthi, & ameos, ſi ſit groſſa ualde. deinde cũ agarico, colocynthida, ſtœcados, & myrobalanis, chebulis aſſociata ſpica, uel maſtiche, uel rhabarbaro, uel aloe, uel turbith, cõfortato cum zingibere, uel hieris magnis, de hiera Hermetis, logodion, & colocynti de expurgabis. Et pilũlis de quinque generibus, & rhabarbaro. Si uero materia ſit melancholica, digeres cum ſyrupo acetoſo de bugloſſa, de boragine diaboraginato, & ſucco pomorum dulcium, & diabugloſſato cum regimine humectatiuo ſuperius dicto: deinde expurgabis cũ decoctione epithimi, & myrobalanis indis, emblicis, & belliricis, hieræ Archigenis, & pilulis de lapide lazuli, & de lapide arme. Si uero ſit adulta cum regimine humectatiuo, & cum zuccharo uiolato, cuſcuta, lupulo, & calendula: deinde purgabis cum aqua lactis decoctione folliculorum ſenæ, & fumiter. diaſenæ, & ſimilibus. Si uero ſit ãtiqua particula, puta cerebrum mittẽs, preparetur, & purgetur materia eius, ſi non ſit ſanguis cum appropriatis, qualia ſunt in præparando eius materiam, quæ plurimum eſt phlegma ſyrupi aceto ſi prædicti habentes uirtutes meliſſæ, hyſſopi, ſtœchados, acori, & ſimilium cum geleniabin. Et in expurgando cum agarico colocynthide, hieris magnis, pilulis cochiis, & de hiera. Et deinde cum gargariſmis, & caputpurgiis ex ſucco ireos proprie, & ſternutationem prouocantibus notis, ac maſticationibus, & proprie de maſtiche factis: deponit. n. phlegma de capite, quod plurimum ibi abundat, & ſtomachum ipſum confortat, ut non recipiat iterum. Et ſi quid in eo poſt eius mundificationem remanſit liquefaciendo facit deſcendere: quod ſi groſſum fuerit, & compactum miſceatur cum eo aliquid piperis, uel radicis ſtaphiſagriæ, aut fiãt cum pirethro, & caricis. Si uero ſit hepar eius materiã cholericam præparabis, ut ſupra dictum eſt, & cum ſyrupo aceto. ſimplici, uel uiolaceo de endiuia, & expurgabis: deinde cum prædictis ſolutiuis uentris ſi materia ſit in concauo hepatis, uel cum diureticis frigidis ſi ſit in gibbo. Si uero ſit ſplen eius materiam digeres cum oximellite habente uirtutem corticis tamariſci, & capparorum, ſcolopendrię, & corticum ſalicis, deinde expurgabis cum prædictis miſtis cum appropriatis ſpleni nunc numeratis. Si uero materia ſit ſanguinea, euacuetur phlebotomia appropriata illi. Secũdum eſt ſubiungere deriuationes eius, quod derelictum eſt poſt euacuationes, uel regeneratum ne influat donec rectificatio fiat. Et illud ingroſſare, quietare, uel compingere: & ductus per quos fluit ſi poſsibile eſt coanguſtare. Sed deriuationes fiant cum frictionibus ſiccis, & duris, extremitatum cõpreſsionibus, & ligaturis doloroſis, & aliis in cura phrenęſis ſuperius enarratis, & replicabilibus euacuationum cõſuetarum naturaliter, ac artificialiter factarum. Tertium eſt confortare, & rectificare ipſum corpus, uel membrum mittens, & etiam regimen, ut non regeneret materiam, & ductus eius naturales expurgare, ut ſi qua regeneretur, exinde per naturam educatur, uel per artem cũ aliquo pharmaco appropriato ex prædictis, & per interualla modici temporis exhibito. Confortatio corporis, uel membri mittentis per contemperantiam ſuam complexionẽ, & ſubſtantiã eius uenientia, ut ſunt alterantia ſtyptica, & aromatica ex cibis, & potibus habet fieri ex medicinis, quæ ſupra in conſolatione medicinarum diximus, cum de cura ęgritudinum, quas hæreditare faciunt ſolutiuæ medicinæ in ſtomacho loquebamur. Regiminis rectificatio ſtatim ſubiungetur. Expurgatio corporis ductuum cum uomitibus, clyſteribus, diureticis, & rarefactiuis pororum, quę frictionibus cum oleo chamæmelino, uino, & aqua tepida completur. Hepatis, & ſplenis, & cerebri cũ gargariſmis, & caputpurgiis antedictis. Quæ autem materiam ingroſſent, & compingant, ac ductus, & orificia auguſtent, & quietent humores corporis in conſolatione medicinarum diximus, & aliis etiam rebus. Secundo poſt prouidentiam exhibitam membro mittenti, uel corpori oportebit curam ſtomacho adhibere. Fit autem hoc dupliciter. uno modo, ut quod fluxum eſt educatur, ut ſupra dictũ eſt. Et ſi quidem fuerit cholera proprie uomitus prouocatione cum aqua tepida cum pauco aceto, uel cum ſolutione uentris cum hiera, cũ aq̃ abſinthii, quòd ſi fuerit cum multa inflãmatione, melius eſt ipſam dare cum aqua lactis, uel roſis, uel lacte aceroſo, uel aqua prunorũ, & tamarindorũ, & myroba. citrino. cũ aqua roſa. endiuia, & ſimilibus. Si uero ſit phlegmatica groſſa uomitu cũ aqua raphani, ſinapis, narciſsi, aceto, & porro cum aceto, uel ſolutione uentris cum hieris, & proprie magnis propter illud, quod eſt in ipſis de medicinis calidis, & fortis reſolutionis, & abſterſionis. Et præmittes oxymel ſquilliticum, diatrion, & diacyminum, & cibabis eo aqua cicerum, & carnibus leporum, cum ſpeciebus calidis, & colum barum, & uino uinoſo non ſtyptico, quia in eo eſt error:

&

&etiam in medicinis stypticis maxime ante mundificatio-
nem perfectam. Et si fuerit phlegma humidum, & aquo-
sum, dabis zingib. corticem thuris, balsami, cinnamomi, my
robalanorum, styracis siccæ, xyloaloes, ameos, scoriam fer-
ri, & muri, & caricas cum eo. Et uteris aqua ferrea minerá
li, uel in aqua sit extinctum ferrum ignitũ, & oxymelle squil
litico: quoniam sunt exiccatiua omnium humiditatũ stoma-
chi. Et Gal. commendauit ferratum per succum citoniorũ,
coaceruantibus cacochymiam phlegmaticam, uel choleri-
cam, uel utrunq; quod infra Christo duce dicetur. Et si fue-
rit melancholia, educatur cum decoctione epithymi, & ca-
lamenti campestris cum melle, & hiera Archigenis, ut su-
pra stomachum in hora infusionis apponatur spõgia in ace-
to calido ualde, uel sacculus ex lẽticulis in aceto decoctio-
nis cum integritate sua. Et si sit sanguis etiam uomitu uel so
lutione uentris cum melle, casia, aqua lupuli, capillis uene-
ris, & lentibus syluestribus, cum drach. i. thuris. Et succus
porri, educit sanguinem, & cucumer asininus, & quædam
species uolubilis mala, & cabem, & allium syluestre cum su
perfluit in solutione, sed nocet stomacho: ideo non conue-
niunt nisi apud necessitatem. Et ultimo approximentur bal
nea, quia resoluunt materiam, & deriuant. Alio modo fit, ut
quod mundificatum est confortetur, ut quod influat non re
cipiat, sed repellat maxime si quod influit non sit principa-
le. Et per medicinas, quæ contemperant suam complexio-
nem, & eius substantiam aggregant, quæ sunt cõtrariæ suæ
dyscrasiæ à rheumate sibi illatæ, & stypticæ aromaticæ simul
approximatæ. Harum autem quædam sunt interius approxi
mandæ, quædam exterius. Et harum quædam sunt calidæ,
quędam frigidæ, & quædam sunt simplices, & quædam com
positæ, quæ infra duce Christo dicentur. Simplices nunc
dicamus. Frigidæ, & stypticæ interius approximandæ sunt,
Citonia, sumach, & granata cum granis bene contrita dul-
cia, muza, uel acria, flos eorum, & etiam cum pulpis eorum
expressa, pira, maciana, zarur, ribes, coriandrum, spodium,
rosæ, sandali, uua, & agresta, aquæ, & succus eorum, fœx ui-
ni, & charabe, & barba hircina, & proprie succus eius, &
myrobalani conditi, & similia. Calida, xyloaloe, mastiche,
spica, thus & cortex eius, gallia muscata, pęonia, nux musc.
& proprie decocta in syrupis, galanga, macis, cinnamomũ,
menta, absinthium, sampsucus, uinum stypticũ, & uinosum,
& crocus, capillus uene. & omnia breuiter calida, aromati-
ca, styptica, quorum mentionem fecimus supra in cura me-
ri. Exterius approximanda frigida sunt prædicta omnia, &
cymæ, & fructus rubi, folia, uitis, & salicis, & cito niorum,
acacia, hypocystis, lentes, & similia. Et calida sunt prædicta
omnia, & fructus uitis syluestris, qui dicitur raspa, myrrha,
aloe, & similia. Si ergo fit eius dyscrasia debilitans ipsum
frigida, administrabis calida. Et si sit calida, frigida. Et quæ-
dam confortant ipsum à proprietate, ut corallus supensus
ad collum, ita quòd tãgat stomachum, uel sumptus interius
in quantitate, drach. i. Cura malę complexionis compositę.
Sed si contingit quod plures causæ simul conueniant in ta-
li dyscrasia, puta duæ, uel tres, ut quia sit materia in conca-
uo adhærens tunicis, & uillis imbibita, uel quia sit cacoc hy
mia in stomacho generata, & à cerebro etiam illi influxa:
certe huiusmodi cura in duabus rebus consistit, scilicet in
copia medicinarum habentium uirtutem curatiuam, & pro
prietatem ad illam quam iam hic supra habuisti. Et in apto
usu earũ, qui in ordine curationis cõsistit, & est ab eo prius
curam incipias, quod periculosius uidebis, & maius secun-
dum magnitudinem dispositionis, uel dignitatem uirtutis,
quia nobilius sit, ut est dyscrasia cerebri, uel hepatis, uel ma
gis lædens uirtutem, ut est cacochymia in tunicis adhærẽs,
uel imbibita uillis. Quæ magis perducit ad uirtutis dissolu-
tionem, & syncopim, uel subuersionem. Item considera-
bis si æqualia sint quæ sit inter illa, & quæ sit alterius causa.
Nam ab eo quod est ut causa incipies prius, & eam amo-
uebis ante: deinde quod est ut causatum, ut quia à cura ca
cochymiæ incipiendum, deinde ad curam dyscrasiæ pro-
cedendum est. Et si quidem illa simul posit curare, ut quia
dyscrasia stomachi cacochymia aggregata, & influxa sit fri-
gida, optimum erit, & breue. Attende quoque & inspice
si aliud sit sine quo aliud curari non posit, ut puta, quia ca-

E cochymia stomachi sine cura influentis nõ potest fieri à cu-
ra. ergo influentis incipere debes, deinde ad curam caco-
chymiæ stomachi generatæ, uel aggregatæ, & ultimo ad cu
ram dyscrasiæ stomachi peruenire, nisi paruæ sint eius caco
chymia, & dyscrasia, & dent spacia. Tertia res principalis
ponit curam in ordinatione regiminis in omnibus rebus
non naturalibus. Regatur igitur in aere temperato, & exer
citetur ante cibum temperate, & ad consuetum gymnasiũ
redeat si omisit, quiescat post cibum, donec digestionem
compleat. Cibetur leuibus facile digestibilibus. Inquit
enim Gale. uenter infirmus non bene digerit. Et paucarum
superfluitatum, & laudabilem chymum, ut sunt cibaria, &
potus superius dicta in cura ægritudinis cordis. Potetur
uino electo in uirtute, ætate, & misto prout exigit disposi-
tio prædictorum, & proprie stomachi. Sit autem eorum
quantitas parua, quæ non repleat: sed sustentet tantum, &
non deficiat, & qualitas, prout dyscrasiæ conuenit stoma-
chi, & aliorum membrorum. Tempus ut cibetur hora
alleuiationis, & maxime si sit hora consueta. Ordo, ut cũ
F diuersa oporteat ministrare propter appetitus defectum,
lubrica, & subtilia præmittantur styptica, & grossa postpo-
nantur. Modus prout digestioni complendæ conueniens
est. Inanitio fiat superfluitatum quotidianarum quaq; die
arte si non sponte sua quoq; bono exitu egerant. Et siquidẽ
euacuatio naturalis omissa fuerit consueta, uel artificialis
ad eam redeat. Et materia si qua in corpore superfluat, quę
membrum consueuit mutilatum nutrire, uel periodicũ do-
lorem inferre, arthreticum, scilicet podagricum, uel alium
expurgetur uel euacuetur, dormiat die post cibum, ut iu-
uet stomachum in digerendo, sed ad nocte in sero bene ui-
gilet, & proprie si influat materia à cerebro. si uero ab he-
pate, & splene influat ei melius est dormire hora consueta,
sed non profunde, animæ accidentibus disponatur, quæ iu-
uant digestionem, ut est gaudium & lætitia temperata.
Quarta res principalis ponit, studium in correctione acci-
dentium, quæ curam morbi scilicet dyscrasiæ impediunt, &
ipsius causæ abscisionem, quæ plurimum est dolor stoma-
chi, morsus cordis, & oris eius fastidium, & debilitas dige-
G stionis, uel nocumentum, lienteria, uel constipatio, uomi-
tus, spasmus, singultus, syncopis & siccitas, & consumptio
habitus totius corporis, & proprie cum perdurant, & fit
mansiua, de quibus infra dicemus cum auxilio Christi, cum
de corde, de spasmo, & syncopi supra diximus, ubi cardiacá
curare ostendimus, Siccitas autem, & consumptio habitus
corporis totius simili, cura indiget supradictæ, siue accidẽs
sit dyscrasiæ stomachi siue sit per se morbus, uel quia longi-
tudinem febris sequatur. Differt autem, quia quæ accidens
est stomachi indicationem habet à particula patiente, alia
uero nonnulla existente in ea particula principaliter patiẽ
te. Hæc est cura malæ complexionis stomachi cum materia
in generali, & speciali. Ex quibus poteris ad cuiuslibet par
ticularis curationem accedere ratione manuductus si natu
ra sapiens, & mente fueris exercitatus. Deinceps medici-
nas compositas subiungemus ad illas rationabiles, & exper
tas. Vomitiuum Hippo. quod facit facile uomere, & abster-
git uiscosam cacochymiam tunicis stomachi inhęrentem.
In principio comestionis suæ comedat duas cępas, uel qua
H tuor, & accipiat ex cępis narcisi, pondus aureorum qua-
tuor, aut quinque, & post cibum suum incidantur, & elixen
tur cum aceto, & ex illa aqua bibat qui uult uomere. Ipsum
enim bonum facit uomitum eiicere quod est, quia in cępe
narcisi est uirtus attractiua qua abstergit, Gale. dixit.
Aliud filii Serapionis teratur sinapis, & proiiciantur su-
per ipsum capita raphani, & comedatur, & bibatur super
ipsum aqua calida, & mel, & immissa pena uomat. Con-
fectio collyrii, & clysteris posita est supra in cura malitiæ
complexionis meri, & est filii Serapionis. est enim ual-
de conueniens in educendo materiam in fundo stomachi
situatam, & est fortis attractionis. Aliud collyrium tra-
hens materiam à superioribus. Et est secundum inuentio-
nem nostram. Recipe pulpæ colocynthidos puluerizatæ,
℥.s. salis gemmæ, drach. ii. stercoris muris, & baurach, ana.
drach. iii. serapini ammoniaci, ana. drachm. i. conficiantur
cum melle, et decoquantur, et informentur ad modum da-
ctyli

Clyster attractiuũ.

ctyli, & immittatur unum ex eis. Confectio clysteris attra-
ctiui secundum inuentionem nostram in aqua decoctionis
polypodii, foliorum mercurialis, centaureæ, asari, anisi, &
fœniculi, ana. ℥.s. furfuris. M. i. bulliant pulpæ colocynthi-
dos, tertia pars. ℥. serapini, ammoniaci, ana. ℥. iiii. & dissol-
uantur mellis communis. ℥. ii. succi blitis. ℥. iii. hierę picræ,
laxatiuæ. ℥. iiii. olei cucumeris asinini. ℥. s. salis gemmæ. ℥. s.

Hierapicra siplex Gal.

& immitte. Confectio hieræ picræ Gal. ℞. cinnamomi, xy-
lobalsami, asari, spicæ, croci, diamasticis, ana. ʒ. i. aloes. ʒ. vi.
Si uero lotus non fuerit aloe sufficienter euacuat, lotus ue
ro minus purgat, corroborat autem magis uentrem. Qui-
dam autem hoc pharmacum miscent cum spumato melle,
ut melius conseruetur & edatur. Quidam uero siccum dãt,
& melius, magis enim subdit, & magis roborat uentrẽ. Do
sis uero communis est duorum cochleariorum mediocriũ,
magna uero duorum magnorũ, minor uero unius cochlea
ris cum aqua tepida tribus cyathis uacuo uẽtre. Hoc enim
pharmacum abstergit optime cacochymias tunicarũm uen
tris, & cõfortat ipsum, ne regeneret, & minus quod influe-
re consueuit recipiat. Quidam uero sunt qui dant in aqua
absinthii quãdo in stomacho est materia calida. Inquit Ga.
Eupatorium, & absinthium uirtutem habent, & proprieta-
tem confortandi hepar frigidum aperiendi suos ductus &
abstergendi, & spica, casia, & fisticum, & similiter endiuia
frigidum, ut dicit Aboa. Et illud idem operantur confectio
nes earum, ut syrupi, trochisci decoctiones, epithemata, &
emplastra. Inquit quoque Gal. scolopendria, & cortex cap
parorum uirtutem, & proprietatem habent confortandi
splenem, aperiendi, & abstergendi ductus eius. Et illud idẽ
operantur confectiones eorum, ut syrupi, trochi. decoctio
nes, epithemata, & emplastra. Et diximus in libro consola-
tionis, ubi de uirtute simplicium te scire fecimus, quòd stœ
cados, hyssopus, hortensis uirtutem, & proprietatem habẽt
confortandi cerebrum, & mundificandi, & aperiendi, & ab
stergendi ductus eius. Similiter & confectiones eorum, ut
syrupi, decoctiones, epithemata, & emplastra, & caputpur-
gium etiam factum ex succo ireos, commouet sternutatio-
nem ducit per uiam nisi superfluitates ex cerebro plurimas
pronas fluere corporis ad partes occultas, ex quibus est sto
machus, & caputpurgium ex semine urticæ, uel nigellæ cũ
aceto, euaporatio cum aceto aperit oppilationes colatorii
& ozimum gariophyllatum comestum, & odoratum, & ca
lamenthum, & similia. Inquit Aboa. carnes uaccinæ cũ ace
to, coriandro, & croco confortant stomachum, prohi-
bent effusionem materierum calidarum ad ipsum. & illud
idem etiam operatur emplastrum ex foliis rubi cum sauich

Sacculi.

hordei. Item sacculi ex inuentione nostra ad idem. Re. gra
norum myrti, sumach, ana drach. ii. rosarum immaturarum
cũ stipitibus. ʒ. s. absinthii loti in aqua ro. ℥. s. coriandri, ʒ. i.
s. spodii, sandali rubei, an. ʒ. iii. bulliant in aqua ro. cum suc-
co citoniorum. & quandoq; additur parum aceti calidi, &
sunt experti. Et si ex prædictis feceris emplastrum est pro-
prium. Item oleum omphacinum rosatum de citoniis, de

[illegible]citoni[illegible] cõfor[illegible]tiuum.

balaustia, operatur idem. Confectio de citoniis confortans
stomachum, & prohibens ipsum recipere humores calidos
& est Aboa. ℞. citoniorum assatorum in massa quantitatem
℥. iii. croci, absinthii. an. ʒ. ii. & . s. olei mastiches arboris, &
olei de citoniis an. ℥. iiii. Conficiantur cum uino odorife-
ro. Et epithemetur stomachus. Syrupus de agresta confe-

[illegible]r. de agresta quẽ scribit. [illegible]v. cã.

rens ad stomachum calidum & solutionem naturæ ex cho-
lera citrina, & ægritudines accidentes ex corruptione ae-
ris, & abscindit sitim, & stringit stomachum prægnantis do
nec non recipiat humores melancholicos, & cholericos &
confortat embrionẽ, & stringit ipsum, cuius permixtio est.
Rec. succi agrestę lib. ii. & coquatur donec consumetur me
dietas, & coletur & dimittatur una die. Deinde reducatur
ad ollam in secunda die. & decoquatur cum pondere. ʒ. ii.
de gariophyl. donec cõsumetur grauis odor eius, & donec
fiat ei spissitudo substantiæ ut rob, & coletur, & reponatur
& administretur. Et si uis adde zucchari quantitatem quam
uis secundum quantitatem subtilitatis agrestæ & spissitudi
nis eius. & est Serapionis. Confectio miuæ acetosæ nostra
illud idem operatur. Et etiam trochisci de spodio & de ro-
sis: & rob myrrhæ, & rob de succo granatorum dulciũ, ace-

A tosorum, & muzorum, & rob de ribes. Sed miua aromatica
confortat stomachum frigidum, ut non recipiat superfluita
tes phlegmaticas decurrẽtes ad ipsum. Idem sacculi & em-

sacculi stomachales boni.

plastra ex prædictis calidis simul commixtis, & electis idẽ
operantur. Et experti sunt. Re. menthæ siccæ substantiæ ab-
sinthii loti in aqua ros. donec remoueantur malitia odoris.
i. sansuci. an. ℥. i. myrtillorum balaustiarum an. ʒ. i. spicæ. ʒ. i.
galliæ muscatæ, cyperi, myrtæ ana. ʒ. i. s. masti. thuris ma-
sculi an. ʒ. ii. Conterantur, & recludantur in sacculis, bul-
liant in uino styptico & applicentur, & si emplastra confice
re uelis addas mastiches duplum, & laudani medietatem
olei nardini, & ceræ quantum sufficit & utere.

Electariũ ꝓbatum.

Item electarium ex inuentione nostra ad hoc probatũ
et expertum. Rec. carnium citoniorum decoctorũ in aqua,
& uino styptico. ℥. v. cinnamomi. ʒ. ii. spicę. ʒ. s. macis, gal-
liæ muscatæ an. ℈. ii. nucis mu. ʒ. i. galangæ. ʒ. s. piperis albi.
ʒ. i. zinziberis. ʒ. s. corticum citri rosarum immaturarũ an.
ʒ. ii. xyloaloes. ʒ. s. gummi arabici, et dragacanthi an. ʒ. i. sy
rupi rosati de cortice citri et melissæ quod sufficit.
B Item confectio nostra de citoniis cum speciebus et aro-
matibus in antidotario nostro descripta idem operatur, et
quidam mastichen uel tantum amomum addunt. Item ele-

Electariũ de scoria ferri.

ctarium de scoria ferri ad humorositatem stomachi cũ cali-
ditate et est filii Serapionis. Recipe scoriæ ferri infusæ in
aceto. vii. diebus et coletur et frigetur in patellam, et terã-
tur. ʒ. v. myrobalanorum chebulorum emblicorum belliri-
corum, radicum liquiritiæ, ro. squinanthi ana. ʒ. x. et cõfice
cum zuccharo tabarzeth et dentur ex eo. ʒ. iiii. cũ aqua ma-

Aliud electariũ stomachi cõfortatiuũ.

lorum. Item aliud confortans stomachum, et exiccans hu-
miditatem eius cum frigiditate. Re. trium myrobalanorum
prædictorum, radicum liquiritiæ, zinzibe. xyloaloes crudi,
nucis muscatæ, galliæ, rosarum, spicæ, squinanthi mastiches
omnium, ana. ʒ. x. musci. ʒ. i. limaturæ acuum secundum põ-
dus medicinarum, quæ infundantur in uino odorifero. vii.
diebus. deinde frigantur in sartagine et terantur, et linian
tur cum oleo de amygdalis dulcibus, et conficiantur cum
melle, et dentur ex eo aur. ii. cum uino odorifero antiquo
aut miua aromatica. Et si quidem detineatur propter sty-
C pticitatem eius in stomacho post ipsum sumatur mane. ʒ. i.
cum geleniabin uel casiafistula, quoniam educit abstergen
do & confortat. Tryphera mundificans stomachum mollifi

Tryphera stomachi mundificatiua.

catum ab homiditate, & resoluens uentositatem, & calefa-
cit ipsum. Rec. myrobalanorum citrinorum. ʒ: xx. myroba-
lanorum nigrorum emblicorum & bellericorum, ana. ʒ. x.
radicum liquiritiæ, passularum mundatarum ab interiori-
bus suis ana. ʒ. v. mastiches, cinnamomi, ana. ʒ. ii. terantur,
& cribellentur, & liniantur cum butyro uaccino. Et confi-
ciantur cum melle despumato, & administretur pondus. ʒ.

Electariũ ad humiditatẽ stomachi.

ii. cum aqua tepida. Electarium ad humiditatem stomachi,
cuius permixtio est. Re. myrabo. emblicorum zinzibe. ana.
ʒ. ii. hiel. anisi, mastiches ana. ʒ. iii. terantur, & cribellentur.
Et confice cum melle & detur ex eo pondus. ʒ. ii. cum aqua

Aliud electariũ contra humiditatẽ mucilaginosam stomachi.

calida uel uino, & est expertum. Item aliud de nersinthia &
accipe ante cibum & post, & confert ei in cuius stomacho
est humiditas mucillaginosa. Re. heil pondus. ʒ. i. cardamo-
mi, cinnamomi an. ʒ. i. musci. ℈. iii. zinziberis. ʒ. vi. macropi
peris. ℈. v. gari. cinnamo. an. ʒ. ii. zucchari tabarzeth. ʒ. xxx.
D terantur & conficiantur, et dentur. ʒ. ii. Confectio pharma

Pharmacũ de succo citoniorũ.

ci de succo citoniorum quã posuit Gal. ad illos qui dyscra-
siam frigidam et humidam stomachi habẽt et cacochymiã
aggregant phlegmaticam, et quæ à capite influxam uel cho
lericam uel utrunque, et confortat, et prohibet ne recipiat
superfluitates influxas, et resoluens et exiccans, quæ influ-
xa est et generata, prouocat appetitum, et iuuat eos qui nõ
bene digerunt. Re. succi citoniorum nouorum, et stifantiũ
.i. ponticorum sextaria. ii. romanorum. mellis electi et di-
spumati tantundem, aceti sextarium. i. s. decoquantur super
carbones moderate, et misceantur zinzi. ℥. iiii. piperis albi.
unc. ii. et ita in simul ardentibus carbonibus coque quous-
que ad mediam consistentiam in quali stomachica pharma-
corum construuntur. Hoc etiam pharmacum cõfert his qui
imbecille habent hepar, dosis est coclear. i. commensura-
tum in ieiunio ante cibum per. ii. uel. iii. horas. neq; nocet
etiam si post cibum accipiat quis. Sed ita confectum cõfert
his

his qui dyscrasiatum secundum frigiditatem habent stomachũ,& cacochymiam phlegmaticam aggregant. Illis autẽ qui dyscrasiatum habent secundũ caliditatẽ,& plenũ chola ra,auferatur zinziber & piper. Sed illis qui mediisunt dimidium prædictæ commoderationis zinzib.immitte. Aromaticum ro.descriptione Gabriel.& elefanginę boni sapo ris est conueniens in hoc casu, ubi adsint dispositiones in quibus eum laudauimus.

De cura ęgritudinũ in plasmate, & prio de regimine eius,cuius stomachus est rotundus, & paruus,& protensus,uel magnus. Cap. 8.

STomacho etiam quandoq; accidit ęgritudo instrumentalis in figura,quia cum debeat naturaliter esse oblongus,sit rotundus, & in quantitate, quia sit paruus per comparationem ad corpus pro quo coquere cibũ habet,ac in situ,quia sit superius nimis,& iuxta diaphragma propensus,& quandoq; tales ægritudines ei simul contingere possunt,& quandoq; unaqueq; per se.Vnde Gal. ait manifestũ quoniam duo & tria peccata simul inesse possunt, ut quod stomachus sit rotũdus,paruꝰ,& propẽsus iuxta diaphragma Cuius causa est interior tantum,quia error naturæ solũ quãtum ad figuram & situm,& eius causæ, & materiæ quantum ad paruitatem.Et cognoscitur ex tumore rotundo, tensione, & malitia anhelitus apud cibi repletionem apparente in superiori uentre,& ructuatio proprie absq; quod tactus inueniat dolorem in eo, & priuatione eius apud inanitionem.Et tamen curari non potest secũdum Gal. in techni.sicut nec mala figura, & situs aliorum membrorum interiorũ.Et proprie in procedẽtibus multum ultra natiuitatem, & maxime post augmentum. Potest tamen alleuiari & remediari à prauitate & nocumento ipsius cum regimine cõ ueniente,& proprie cibi & potus. Et est ut cibus detur facilis digestionis, & potus parum & sæpe, prout Gal. edocuit. Et in aliis regatur non naturalibus prout digestioni complendæ conueniunt quod infra dicemus diuino auxilio confidentes. Paruitas uero eius curari poterit per ad ditionẽ cibi,& potus calidi & humidi paulatine factam,& per frictionem, cataplasmata, & emplastra ex rubificantibus trahentibus sanguinem ad ipsum donec magnitudinem sufficientem accipiat conueniẽrem corpori infra adolescẽtiam,donec corpus sit in augmento.Et est talis paruitas toti corpori nociua,sicut superflua est magnitudo in quo sunt corrigibiles magis,quam in aliis membris interioribus, tũ propter positionem eius, cum iuxta exteriora magis aliis mẽbris sit situatus,ita ꝙ absq; multo medio põt extingui,tũ ẽt quia eius officiũ est primo recipere cibum & potum ab exteriori, & medicinas quibus argumentari poterit infra adolescentiã,& post ipsam naturali completo augmento dilatari & extendi, ut dictum est.non tamen augmentari uere,cum uerum augmentũ à natura sit sola,& terminus eius præfixus.Inquit enim Gal. solius igitur naturæ est distrahere undiq; facere continuũ sibi manens,& principalẽ custodiens speciẽ corpus adhuc.Et hæc est augmentatio sine influenti & applicato cibo non potens fieri. Arist.quoq; ait. omnium.n.natura constantium terminus est ei ratio magnitudinis & augmenti.quia ad.xxv.annum.uel. xxx. ut Ioannitius dicit.Magnitudo quoq; cũ fascia cinta, & stricte suligata,& cum paucitate cibi & potus,& quiete curatur.

Regimen obseruandũ ab habentibus stomachũ paruũ rotundũ & appẽsum.

In primo physicorum.

De cura ægritudinum stomachi in uiis oppilationis eius. Cap. 9.

ACcidit etiam stomacho ęgritudo instrumentalis in poris & ductibus & uiis eius,quæ oppilatio est prohibens transitum eius quod uenire ab aliis mẽbris ad eum ordinauit natura eiusque quod ab eo impellitur ad alia instituit, & expellit. Potest autem esse multiplex. Vna,quæ est in neruis qui sunt inter cerebrum & os eius continuantes, prohibens transitum spiritus sensibilis ad ipsum. Secunda esse potest in poro qui est inter splenem & ipsum prohibens transitum melancholiæ quam transmitti ordinauit natura ad eius excitandum appetitum. Tertia esse potest in uia, quæ est inter os & ipsum prohibens transitum cibi, ut est oppilatio meri de qua supra diximus. Quarta potest esse oppilatio, quæ est in uenis, quæ sunt inter hepar & ipsum,per quas consueuit illi hepar mittere sanguinem ad nutriendum ipsum. Quinta potest esse in uia,quæ est inter ipsum & anum seu rectum intestinum prohibens transitum superfluitatum ipsius,quas expellere consueuit ad ipsum,ut est oppilatio intestinorum. Sexta est, quæ est in uenis meseraicis prohibens trãsitum chyli generati in eo quem impellere consueuit ad hepar. Harum omnium causa est duplex exterior.s.ut frigiditas aeris & constrictio adueniens,& plurimum est.s.interior aliqua.s. ex illis quas in oppilationibus meri nominauimus & plurimũ humoralis. Et ex illis est catarrhus descendens ad ipsum & malitia digestionis,quæ est causa generalis.Signa primę sunt paruitas appetitus absq; ꝙ inueniatur in stõ malitia cõplexionis,seu alia ægritudo cũ perseuerãtia digestionis in dispositione sua,nisi aliud sit quod impediat,& paruitas sensus apud deglutionem rei acutæ pungentis uel mordicantis,nec accidit fugultus ẽt si in ieiunio sumatur. Secũdæ signum est paruitas appetitus cum grossitie splenis.Tertię signũ superius habuisti.Quartæ signũ est sitis intensa in principio,in processu uero ipsius minor accidit, & defectio omnium operationum eius,& consumptio,& arefactio totius corporis ex arefactione ipsius priuato sibi solito sanguinis alimento absq; causa aliqua apparente illius. Quintæ uero signa sunt accidentia ileos & colicæ.Sextę signũ est multitudo egestionis,& humiditas ipsius,& proprie chylosę, & sitis & paruitas sanguinis, & per consequens alteratio coloris ad pallorem,& consumptio uel extenuatio corporis,& defectio. Sed signa causarum ipsarum tam exteriorũ quàm interiorum ex signis causarum oppilationum meri comprehendere poteris & generaliter etiam curam si prudens natura fueris & mente exercitatus. Cura) est autem cura eius duplex generalis scilicet & specialis. Generalis est apertio eius ex medicinis aperitiuis,et generalibus omnibus oppilationibus talibus.Et ex simplicibus est spica. Et ex compositis hiera,et proprie cum aqua absinthii parua et magna. Ex cibis aqua cicerum cum decoctione spicæ,uel radicum communium. Et ex potibus uinum clarum subtile purum uel mixtum prout dispositio exigit, & proprie cum aqua ferrea.Et breuiter omne regimen aperitiuum & curatiuum nocumentorum exteriorum causarum quod ex prædictis & dicentis est manifestum. Sed cura specialis est abscisio specialium causarũ,sicut abscisio primę est cura catarrhi quam superius diximus, & malitiæ digestionis stomachi quam subiungemus. Et ex cõuenientibus huic oppilationi est costus oleum eius & spica. uehementer enim in neruorum oppilationibus commendantur, & istorum maxime cum assumptione eorum immediatius attingantur.Secundæ cura est cum incidentibus & abstergẽtibus,ut est hiera,& aqua absinthii, & corticum capparis, & syrupus ex eis. Sed tertiæ cura est diæta. Quartæ cura est cum hiera & absinthii,cuscutæ,& eupatorii decoctione proprie.Sed cura quintæ est cura iliacæ & colicæ quam infra ponemus. Sed sextæ ultimæ cura est cum clysteribus ex aqua mellis,& hiera,& cum bibitione ipsius. Et breuiter eius cura est cura fluxus chylosi quam inferius subiungemus,si succedat nobis pietas trinitatis. Insuper te scire uolumus quod largitas dictorum ductuum pororum, siue uiarum ægritudinalis maxime accidit, quod si cõtingat per curam oppilationis contrariam,contrariam exercebis curam eius. Inquit Abo. cuscuta aperit oppilationes stomachi,& calamus aromaticus cũ semine apii,et melle,et marmacur aperit oppilationes uiscerum.

De cura repletionis stomachi siue nauseatiuæ satietatis,et inanitionis ipsius etc. Cap. 10.

REpletio seu satietas nauseatiua est ęgritudo instrumentalis eueniens stomacho in eius concauitate receptionis cibi et potus à natura ordinata. Est autem repletio ipsius superflua plurium ciborum et potuũ crapulosa,et quandoq; humorosa,phlegmatica obtundens sensum stomachi,quare nec famescit, sed potius nauseatur desiderans eam expellere, et non ualet propter adhærentiam et uiscositatem eius in tunicis et uillis eius. Et causa huius est duplex, aut exterior et materialis, ut cibus et potus aut interior et efficiens, ut est mala complexio in stomacho acquisita in eo materiam generans, aut ei à sotocorpore uel aliis membris influxa. Signa) & eius signa sunt grauedo in stomacho cum nausea. Et quandoque est singultus & dolor stomachi, & ructuatio acetosa uel fumosa fœtida & inflatio in uentre & hypocundriis, & constipatio quandoque lubricitas,& inflatio faciei, & proprie in conchis oculorum malitia anhelitus & pigritia,& tarditas motuum & coloris albedo uel citrinitas quandoque. Sed signa generationis causæ eius.s.humoralis in stomacho,uel quia sit influxa ex his, quæ diximus supra de signis malę complexionis cum materia possunt haberi etiam si sit phlegmatica,uel cholerica mixta,& si sit exterior est manifesta. Cura) & similiter cura eius est cura illius, nam consistit in quatuor sicut illa.In euacuãdo repletionem.Inquit enim Hipp. ex plenitudine quæcunq; ægritudines fuerint euacuatio sanat &c. Et si quidem sit ex cibis & potibus altero complebitur ipsa.Aut uomitu si recens sit & non incepta digeri secundum Gal. aut si in uia digestionis sit, cum his quæ iuuando digestionem citum descensum eius de stomacho operantur qualia sunt piper longum,& diatrion,et semen raphani præmissum,& cum descenderit ad intestina cum ęnemate antequam transeat ad secundam, ꝙ si transierit cum phlebotomia uel pharmacia complebitur proprie si fuerit ex humoribus uomitu aut solutione uentris. Et abstinentia est cõis in rectificando membrorum dispositionẽ & confortãdo.s.generantium mittentium,& recipientium in rectificando regimen. Et in accidentia,quæ ex signis hic positis colligere poteris,& copiã eorũ, quæ illa complent & ẽt modũ eorũ,apertũ eorũ usum tibi tradidimus seriose.

Secunda apho. 22.

De cura inflationis stomachi, rugitus, tremoris, & gurgulationis ipsius. Cap. 11.

Inflatio-nis causæ.

INflatio stomachi est etiam ægritudo instrumentalis ipsius concauitatis eius. Cuius causa est duplex intrinseca.s.& extrinseca.Intrinseca duplex,immediata & mediata. Et immediata est uentositas grossa multa quieta inclusa in concauo stomachi replens concauum ipsius,& extendẽs tunicas eius.Sed causa mediata est, aut ex parte stomachi,& complexionis eius,& est efficiens,aut ex parte cibi & potus uel humoris,& est materialis. Ex parte autem complexionis & caloris stomachi, quæ in generando uentositatem causa efficiens est, ut quia sit caliditas stomachi alterans pauca debilis,quæ cum agit in cibum temperatũ stomacho aduenientem uel in humorem in eo contentum non perfecte coquit & digerit. Sed eius partem subtilem humidam aut aquosam dissoluit, & in uentum conuertit, temperata autem caliditas illam cõsumit nisi sit multa quã cõsumere nequeat. Frigiditas uehemens congelat, non dissoluit sic uẽtositatem,nec generat,proinde æstatis tempore propter caliditatem eius acutam non conuertuntur in uentum uel nubem,& in hyeme propter frigiditatem intensam,emanationes & uapores peruenientes ex terra & aqua non conuertuntur in uentum uel nubem, sicut uentus uel nubes consumptis uel congelatis illis prædictis tẽporibus non apparent, sed uere & autumno propter tepiditatem caliditatis per modum dissolutionis agentis.

Ex parte uero cibi & potus uel humorũ qui sunt in generatione eius ut materialis est,uel quia in seipso habet humiditatem extraneam cibus ut sunt legumina & alia similia ex herbis & fructibus. Et potus ut uina grossa & dulcia multæ cõmixtionis,& aqua grossa mellis crudi, & similia. Et humor qui sit phlegmaticus,grossus, uiscosus, frigidus & humidus uel siccus melancholicus multiplicatus in eo propter ægritudinem splenis in quos calor stomachi alterans cum agit,licet sit tẽperatus,& æqualis ut in sano corpore extrahit illam humiditatem extraneam, non potest coquere & commassare bene, sed dissoluit in uaporem & uentum,sicuti si temperato igni grossa ligna uiridia, uel aquosa superponantur,est uidere quòd multum fumum generant antequam superet & comburat ea. Si uero igni fortiori uel fortissimo immittãtur,statim cõsumit & superat, & comburit ea nulla uel pauca effumatione resultante ex ipsis. Sic quoque si calor stomachi sit fortis prædictos cibos & potus,& humores præsentes coquit & digerit nulla uel pauca uentositate resultante ex eis, nisi forte non sit tam fortis quòd possit superualere eis, uel quia forte quantitatẽ excedant quam nequeat superare. Et illud innuit Ga.cũ multũ calida in dolore colico inhibuit ministrari.Si uero ex utriusq; parte cõtingat utroq; dicto erit mõ.

Extrinseca uero causa est quælibet res debilitans calorem stomachi in actu digestionis super insurgens exterius sicut si aeri multum calido resoluenti uel frigido exponantur,& similiter balneo uel forti exercitio sumpto cibo exponantur corpora,uel frigida potetur aqua. & breuiter si illis adueniat,quæcũq; sit ex cãis debilitãtibus digestiuam quas infra sufficiẽter Christo ꝓpitio intẽdimus numerare.

Et signa & causæ eius immediatę sunt tensio cũ dolore, quandoq; absq; grauitate multa,qualis in nauseatiua facie tate existit,nisi sit propter multitudinem cibi & potus uel humorum & absq; sonitu ut in rugitu,uel gurgulatione cõtingit,quia in hac uentositas est quieta, & compressione sedatur.In illis uero non est commota simpliciter ut in rugitu uel humiditati aquosæ commista, ut in gurgulatione. Nisi sumpto potu, quoniam tunc etiam si temperatus uel modicus existit sonitũ cõmotionis eius & fluctuationis in uacuo apud cõmotionem corporis percipies manifeste.

Sed signũ cãæ efficientis est ex rememoratione debilitatis digestionis stomachi,quæ præteriit & frequenter accidit,& quando bonitas regiminis in omnibus aderit cum priuatione signorum repletionis, uel cacochymiæ humoris phlegmatici, uel melancholici nulla apparente ex interioribus causis. Sed signum quòd sit ex cibis in substantia qualitate, uel quantitate, uel aliis operantibus in uentositatis generatione est inuentio ipsorum cum priuatione prædictorum,& cum permutatione ipsorum cessat.

Signum uero quòd sit ex humoribus est signũ abundantis cacochymiæ ipsorum in toto corpore,& proprie in stomacho cum prædictorum priuatione. Sed signum quòd sit ex humore phlegmatico,est,quòd est sine siti & humiditate oris ac linguæ ac infectione eius in illo.

Sed si sit ex melancholico,siccitas erit oris & linguæ.Et signũ utriusq; erit ex utriusq; cõfusum,& poteris generale si gnũ super oẽs cãs cõprehendere ex totius corporis cõplexione,habitudine,cõsuetudine,ætate,regimine,& aliis circunstantiis.Signũ uero exterioris cãæ est eius inuẽtio,quę tibi uel ex relaxatione infirmi uel astantium est manifesta.

Cura inflationis stomachi est dũ res prima respicit causam immediatã.s.uentositatem magis lædentem stomachũ resoluẽdã,secunda dirigitur ad causam mediatã absciendam.Prima est generalis in aliis subsequentibus obseruanda.Oẽs.n.uel debent esse uẽtositatis resolutiuæ, uel resolutiuis admixtæ,cõfortatiuę quoq; uel cõfortati stomachi mixtæ,et ex cõuenientibus stomacho et grossæ uẽtositati est andachoca cum uino sumpta. Secunda est triplex. prima dirigitur ad cãm materialẽ extrinsecã cibi et potus. Secunda uertitur ad causam materialẽ intrinsecam humorosam, sed tertia ad causam efficientem.s.digestiuæ stomachi debilitatiuam.Primam complent carminantia, extenuantia, et resoluentiam uentositatem, quæ in cura meri superius habuisti.Secundam complent mutatio cibi et potus uento si ad cibum et potum facilis digestionis paucarum superfluitatum,quam superius habuisti habẽtem in se uirtutem resolutiuam uentositatis admixtam. Et cõuersio uniuersalis regiminis ad regimen resolutiuũ uẽtositatis,et confortatiuum quod in proprio loco dicemus. Tertiam uero cõplent incidentia et abstergentia materiam humorosam, et educentia per uomitum uel per secessum absq; stomachi lęsione,quæ superius habuisti. Sed quartam et ultimam rem complent,quæ digestionem stomachi debilem habent confortare,quorum infra Christo duce faciemus capitulũ speciale.Rugitus.Ex prædictis patet quòd est preco seu sonus uẽtositatis nõ multæ simplici uel paucæ humiditati commixtæ in concauo stomachi impetuosæ commotæ in rectum ex arcto loco in amplũ, et quãdoq; uersus inferiorem partem intestinorum uel superiorem, ut in eructuatione contingit,differens ab inflatione in qua uentositas erat multa extendens et quieta sine sono ut superius habuisti.et à gurgulatione in qua humiditas præsentes coquit & digerit nulla uel pauca uentositate resultante ex eis, nisi forte non uentositati admixta,proinde est commota sola uel paucæ uentositati admixta,proinde est cum sono obtuso non cla-

ro,ut est rugitus,sicut uoluit Gal. Et a cortione in qua est paulatim commota in gyrum acuta humiditas, uel uentositas,uel utraque æqualiter iuncta absq; sono. Quorū causæ & signa ex prædictis sunt manifesta. Et cura similis est curæ inflationis,facilior tamē inquantum eorum causa seu materia nō est quieta inclusa,sed commotæ expulsioni per superius aut inferius prompta. Cuius expulsionē complet simplicia,& composita ex medicinis communia,quæ superius habuisti, & proprie,quæ sequuntur.

Ex simplicibus appropriatis inflationi stomachi sunt da rasce sicca,& myrrha pura,iuniperus,& fœniculus bibitus cum aqua meu. Et ex communibus uirtutis fortis est castoreum,cyperum,nigella,spica,ameos,semen coriandri,macis,cyminum gar.& commouentia eructationem superius in cura meri narrata sunt per os sumpta secundum omnem modum,& cum clysteribus immissa & emplastra,euaporata & uncta. Et ex compositis est suffuf, quod fit ex semine anisi,ameos,rutæ,calamentho sicco, & castoreo, & spica nardi. Euaporatio iuuans illos quibus accidit inflatio ex cho. nigra. ℞. polii,chamæmelū, florum sansuci, seminis rutæ & baccarum lauri, ana partes æquales & bulliant & decoquāntur in aceto.deinde infusa spōgia uel filtro in eo fiat euaporatio.Vnguentum dissoluens uentositatem,& inflationem stomachi. ℞. nigellæ,granorum lauri, rutæ siccæ,an.partem unam infundantur in aqua & coquantur in ea in oleo ueteri ana partes æquales. Item oleum nardinū cum puluere castorei est ultimum,& est Inaim.

Euaporatorium.

Vnguentū dissoluti-uum uentositatum

Clyster ad idem.

Item clyster ad idem. ℞. prædicta & adde seminis anisi fœniculi,carui,apii.an.ʒ.s.rutæ. aristolochiæ rotundæ,an. 3.ii.coquantur in uino ueteri & aqua, & addito melle & sale communi sufficientis quantitatis fiat clyster.

Puluis ad idem.

Puluis ad confortandum digestionem & expellendam uentositatem conferens inflationi, & rugitui, & tympanti. ℞. cinna.electi.ʒ.iiii.nucis muscatæ,macis,gar.gingib. zedoariæ,doronigi,galangæ,cardamomi,ana.ʒ.i.spicæ.ʒ.i. anisi fœniculi, cymini an.ʒ.s.croci.ʒ.ii. utatur in cibis & salsamentis & clareto.

De stomachi percussione & obuiatione, & casu supra stomachum,& cura. Cap.12

DE lenitate stomachi omittentes hic eo q̄ infra usq; ad capitulum de lienteria referuamus, de solutionibus continuitatis stomachi nunc dicamus, & quæ illius generis sunt. Sciendum igitur, q̄ contingit ut homo percutiatur supra stomachum, uel obuiet alicui rei duræ, uel cadat supra eum ex quo substantia eius contunditur, uel relaxatur,disgregatur,& debilitatur maxime si cibo repletus fuerit.Et causa quia exterior est, est manifesta. Et eius signum est causę inuentio,dolor,& nausea.

Cvra eius est quinque res. Prima est euacuatio repletionis si qua fuerit in stomacho & toto corpore. Secunda est confortatio stomachi,& renuitio eius substantiæ disgregatæ ut non recipiatur,si quod mittit. Tertia est resolutio eius quod recipit uel tractum fuit. Quarta est regimen. Quinta est accidentium correctio.Primam rem complent uomitus,si cibo fuerit repletus,deinde phlebotomia de nigra,ut corporis repletio euacuetur si adsit, uel si nō sit,mēbra corporis reddantur auara immittendo ad ipsum dolorosum & debilitatum.Inquit enim Gale. phlebotomamus non solum in multitudine, sed etiam in ægritudine ægritudinis cum moderationehumorum existente.

Secundam & tertiam complent medicinæ styptiæ,aromaticæ, & odoriferæ,& resolutiuæ simul quas enumeraui mus supra de cura meri exterius & interius approximatæ.Et ex his,quæ in principio approximanda sunt, est substantia absinthii decocti in oleo ro.& cataplasmati desuper confortat enim & prohibet fluxum humorum, & dolorem sedat trahentem. Deinde uero fiat emplastrum quod est. ℞.pomorum de sceni decoctorum in uino styptico & aromatico usq; ad dissolutionem.deinde terantur & sumantur ex eis.ʒ.l.laudani.ʒ.x.ro.ʒ.viii. aloes.ʒ.vi. absin.ʒ.v. mumiæ.ʒ.iiii.aggregentur omnia trita cum succo arnoglossæ & foliorum cypressi,& oleo de lilio & mastichino,& emplastrentur & stringantur supra stomachum tepida, & teneantur per dies.9. Ex his autem, quæ interius apponun

Cataplasma.

Emplastrum.

tur ad has intentiones est medicamen nostrum dictum in antidotario nostro cap.de rhabarbaro, quod conficitur ex mumia rubea tinctorum & uino styptico. & iterum medicamen ex granis nasturcii nutritis in succo citoniorū quod in loco consolatiouis medicinarum scripsimus.

Quartam rem complent administratio cibi & potus facilis digestionis boni chymi, & paucarum superfluitatum styptici & aromatici,ut sunt carnes perdicum, arcearum, turdorum de myrta,turturum,& capreolorum & similium uinum styptico & aromaticum, & rubeum lymphatum mediocriter cum aqua pluuiali,uel ferrata. Et oportet ut sint paucæ quantitatis.& quies,somnus,& lætitia, & gaudium temperatum,& omnia in loco aeris temperati.

Dia.

Quintam rem complent, quæ dolorem & nauseam sedant,quæ omnia infra dicentur,si Christus uoluerit, qui sit benedictus. Abo.mumia cum aqua cymini ad debilitatem stomachi & casum supra pectus, stomachum & hepar cum duobus dauich de luto armeno apposita est efficax & experta.

De solutione continuitatis stomachi,& ulceribus,& ruptura,& eius cura. Cap. 13.

ACcidit stomacho ægritudo communis suæ unitatis substantiam soluens sicut est solutio continui simplex,ut plaga,punctura, incisio, et huiusmodi, aut composita,vt est ulceratio. Est autem aut superficialis ut excoriato uel medium tunicæ scindens tātum, aut profunda penetrans tunicam seu pelliculam, aut ambas,ut ruptura. Et simplicis causa est duplex, & interior & exterior. Interior est humor in sui substantiam perforans, & penetrans sua acuitate,aut sua quantitate repellendo, & extendendo scindens,aut uentositas intercluſa petens exitum. Exterior est duplex intus sumpta,uel exterius aduenies. intus sumpta est res acuta ut os acutum spina uel uitrum. Exterius aduenies est sicut percussio cum cultello incidente uel cultello pungente.Et superficialis causa exterior est cibus uel medicinæ acutæ,aut humor descendens in eū acutus ut in catarrhis contingit absque perseuerantia.

Profunda uero causa est humor acutus ibi descendens cum perdurantia quandiu perueniat ad fundum tunicarum alterius uel ambarum.

Causa uero compositæ scilicet ulcerationis est duplex interior & exterior. Interior est apertio apostematis uel bothor, aut plaga faciens saniem, aut humor corrosiuus adustus descendens in eum, ut in catarrhis contingit, aut imbibitus corruptus & putrefactus, propter quod acquisiuit uirtutem corrosiuam,quæ ulcerauit ipsum.Exterior est res quæ patrem de sua substantia scindendo asportauit, & est manifesta.

Signa simplicis solutionis sunt dolor & ardor proprie, scilicet post transglutionem rei acutæ,ut est acetum, & sinapis,& exitus quandoque sanguinis & aperitio in uomitu uel secessu.Et si sit ab humore acuto ostendit linguæ infectio ex eo,& sapor amarus & acutus, & ardor,& fumosa eructuatio,& acuta,& stomachi inflatio & angustia,& sitis absq; quòd sumatur res acuta, & ipsius aperitio in uomitu uel secessu.Si uero sit ab extrinseca causa ostendit eius inuentio, quæ præcesit. Et superficiale signum est exitus corticis quandoque. Et si est a cibo acuto uel medicina, ostendit eius inuētio,quæ pcesit.Et si est a catarrho incipiente ēt ostendit inuentio eius,& q̄ nō est diu q̄ incepit. Et si est profunda signū est catarrhus acutus inuētus qui diu fluxit,si est a causa intrinseca.Signū uero ulcerationis stomachi est dolor,et proprie eo mō,ut dictū est, contingens & fœtor in eructuatiōe cū eleuatione uaporis faciētis incurrere ficcitatē linguæ & oris.& si sit penetratiua,est incontinentia cibi & potus,quare egreditur, & colligitur in uacuum uētris,& quandoque fœtor & aperitio saniei,& corrupti humoris &corrosiui in uomitu uel secessu. Et si sit superficialis,declarat eā exitus corticis, & aperitio ipsius in uomitu uel secessu absq; q̄ sit excorticatio uel ulceratio meri,cuius signa distinctiua supius diximus,uel i intestinis cuius signa distinctiua hic subiūgemus. Si uero sit profunda, & sit a cā exrinseca oñdit eā inuentio eius, & partis ablatæ,& incōtinētia cibi & potus & exitus eius ad exteriora.

Sed

Sed signum distinctiuum quod sit in orificio stomachi uel in fundo eius,sumitur à tempore doloris, & a loco doloris,quantitate ipsius,ab accidentibus, & à concomitantibus.A tempore doloris,nam si sit in ore stomachi,dolor est statim post tranglutionem rei acutæ. Si in fundo,dolor est post quietem cibi in eo. A loco, nam si sit in ore, dolor est in inferiori ventre circa furculam pectoris inferiorem.Si in fundo,dolor est circa umblicum declinans ad partem dexteram ventris seu hypocondrium dexterum. A quantitate nam si sit in ore,est dolor fortior,quam si fuerit in fundo. Ab exeuntibus,nam si sit in ore, cortex & sanies magis exibunt cum uomitu.Si in fundo,magis cum secessu.A concomitantibus.Nam si sit in ore minutio anhelitus,aperitio sudoris frigidi, & extremorum frigiditas & syncopis est magis quàm si sit in fundo. Signa uero distinguentia inter ulcerationem meri & solutionem eius,& stomachi, quæ cōmunicare uidentur simul superius in cura meri habuisti.

Sed signa distinguentia inter solutionem & ulcerationem stomachi & proprie fundi eius & intestinorum gracilium superiorum sunt ualde difficilia proprie propinquitatem vel colligantiam,quare oportet ut subtiliter inuestigues & proprie sciri poterunt ex quantitate doloris loco exeuntibus & concomitantibus. Ex quantitate doloris, quia fortior uel acutior est si in fundo stomachi fuerit.Ex loco etiā quia si sit in intestinis est locus doloris magis infra ad umblicum declinans.Et exeuntibus,quia cortex ex intestinis gracilibus est magis subtilis,& frequentior, quàm si sit ex stomacho. Ex concomitantibus,nam sudoris,& extremitatum frigiditas & syncopis erit minor si sit in intestinis gracilibus,quam si fuerit in stomacho.Si uero sit in grossis intestinis dolor declaratur,& distinguit locus doloris,quia inferior sub umblico,& quantitas quia minor,& exeuntia non sunt permixta ut in aliis, & concomitantia sunt minus contingentia in eis.Inquit Hipp.'solutio continuitatis stomachi & incisio est mortalis. Subdit Gal. uerum est si sit profunda concaua & penetratiua. si uero non sit profunda concaua & penetratiua est curabilis. Et addit si sit superficialis,facile curatur,si sit ꝓfunda, & penetratiua difficile.

aph.28.

Cvra. & duplex est in cura eius intentio, vniuersalis & particularis. Vniuersalis respicit totum corpus: & est quadruplex.prima est rectificatio totius corporis,& etiam membri catarrhizantis si quod sit. secunda est diuersio humoris,ubi mittatur uel trahatur ad stomachum lassum & passum.tertia est regiminis debiti, & confortatiui ordinatio.quarta est accidentium correctio. Primam rem complent euacuantia & alterantia dyscrasiam corporis & membri.Euacuantia sunt phlebotomia,si peccatū est in sanguine,uel pharmacia,si peccatum sit humoris alterius cū præmissione digestionis ipsius,quæ sunt nota. Alteratio fit cū frigidis obtundentibus acuitatem humoris,& humidis inspissantibus subtilitatem humorum: ut non ualeant perforare,& etiam alterantibus dyscrasiam corporis calidi, & membri catarrhizantis,uel cum calidis temperatis, si fuerit humor uentosus. Secundam rem complent frictiones extremitatum,compressiones dolorosæ,& fomentationes mordaces, & alia superius narrata in cura catarrhi & aliis locis.Tertiam rem complent habitare in locis temperati aeris decliuis ad siccitatem,& quies, & somnus, & cibus paucus facilis digestionis boni chymi, & styptici,quem diximus in.1.cap.& potus similiter sit uini rubei & styptici, lymphati cū aqua ferri & pauci,ut nō repleat,& extēdat,et mollificet sua substantia & animæ accidentia temperata. Quartam rem complent anodyna mitigantia dolorem,& quæ curant syncopim,& sudorem diaphoreticum, quæ superius habuisti in cura cordis & calefacientia extrema frigida,ut sunt fomenta & calefactoria nota. Particularis uero respicit membrum patiens & passionem eius.s.solutionem continui.Et siquidem sit simplex,non profunda,unica erit intentio.s.reunitio & conglutinatio & solidatio. Sed si sit superficialis,illam complent styptica ex cibis & potibus & medicinis,quæ superius fuerunt enarrata. Si uero profunda illam complent pontica ex medicinis interius approximatis. Tales autem medicinæ sunt simplices & compositæ,quas infra Iesu Christi gratia mediante dicemus.

nunc uero simplices,& sunt balaustia, granatum, tribuli, alcanna,alumen,& pira ficca,& proprie siluestria. Magis styptica,ut barba hircina,lingua arietis & in antiqua non est melior ea cauda equina hypocystidos.

Et glutinantia ut lutum armenum, quod mirabile est in re uulnerum,& prohibet ambulationem putredinis, & lutum sigillatum,& thus & cortex eius, & mastix, gummi, dragaganthi & arabici & carur, & quæ sigillant ut sunt galæ & similia,& omnia, quæ diximus in cura fluxus sanguinis narium,& in de consolidatione medicinarum ad fluxū catharri,ex quibus aliqua sunt approximanda interius: alia exterius,quæ sunt nota.Si uero fuerit composita,& ulcerosa,duplex erit intentio.s.mundificatio prima,secunda consolidatio. Primam rem complēt abstergentia non fortia & acuta,quæ addant in ulcere,sed suauia ut est iuleb uel aqua mellis,uel geleniabin, uel aqua passularum, quæ sunt conuenientes stomacho. Et quandoque cassia fistula, ubi est necessaria uentris solutio. Nam cum hoc quòd mundificat,facit solutionem facilem, nec trahit ad stomachum aliquid. Et si materia fuerit uiscosa & adhærens quia fuerit salsa,fiant cum aqua caulium uel oliuarum salitarum, quæ etiam confortare haberet ipsum ubi aqua passularum uel cassiafistula non sufficeret.Inquit Gal. uulnera non sanantur,nisi perfectę exiccentur, & mundificatio eorum exiccatio est,quòd si fuerit illic corrosio, & caro mortua,oportet quòd mundificetur cum medicamine proprio adhuc in carnatiuo, quale est aloe sola, vel hierapicra Ga. simplex, quæ mundificat,& abstergit,& confortat, ut non recipiat nec trahat ab aliis membris, non autem hierapicra magnæ descriptionis,ut est hiera colocynchidos.logodion & similes,quoniam habent in se res acutas mordicantes, ulcerantes,et trahentes ab aliis membris aq̄ stomachum.& deinde detur lac acetosum uaccinum,quia lauat & styptcat, uel syrupus de absinthio, & de eupatorio, quia mundificant styptcant. Et ultimo administres rob de fructibus styptricis superius nominatis,& cum eis oportet ut administres incarnantia,ut est iris,thus album,mastix,& similia. Et cū ulcera sint in orificio eius administres conglutinantia,quæ teneat medicamen superius, & non permittant ipsum descēdere ab eo ad eius fundum cito,ut est gummi,dragaganthum cum pauco seminis raphani, & lutum sigillatum, & armenum, & proprie cum fuerit ibi exitus sanguinis. Et fortiores sunt trochisci de terra sigillata, & de carabe in nostro antidotario tibi traditi. Et cum fuerit ibi dolor fortis,oportet ut misceas aliquid phylonii, uel seminis papaueris,& portulacæ,quia sedant styptcitando.

Vulnera stomachi glutinantia.

Emplastrum Oribasii conferens rupturis intrinsecis, & solutionibus continuitatis expertum & efficax,si Christus uoluerit. ℞. lithargyri,opii, lapidis hæmatitis,sanguinis draco. et hois recentis,galbani,masti.thuris,costi,boli armeni,lumbricorum terrestrium,mumiæ, ammoniaci ana. 3.quartum.picis naualis,et græcæ, ceræ albæ et rubeæ,an. ʒ.v.rosarum,mirtæ,cardamomi,aloes, ana.ʒ.v.colocynthidos,palmæ marinæ adustæ,gallæ, balaustiarum,aristolo.lō. resinæ,consolidæ mediæ et minoris ana.ʒ.i.uisci quercini. ʒ.v.fiat fic. decoque pellem hœdinam in aqua donec tota dissoluatur, et ipsa aqua coletur, et fortiter prematur, et omnia alia terenda terantur, et liquefacienda liquefiant, et lumbrici bene contriti cum aqua prædicta, et uiscus fortius misceantur, et incorporentur omnia bene donec ueniant ad spissitudinem emplastri, et applicetur.

Item,emplastrum in primo capitulo positum est sanum et expertum.Et unguenta posita supra capitulo de cura solutionis continuitatis meri. Abo. syrupus de uua conferens ad ægritudines gutturis,et apa quod fit in eo,et ulceribus factis in stomacho, sumantur succi uuæ ponticæ lib. vi.et decoquatur usq; ad tertiam, et fundatur super ipsum mellis lib.i.et sumach,et radicū liquiritiæ,gallarū balau.sui perioris ro.an.sextariū.i.croci.ʒ.ii.mirtæ, aluminis iamen,an.ʒ.i.decoquantur et colentur, et usui reseruetur.

De medicinis apatum stomachi. Cap.14.

CIrca apostemata stomachi,sciendū est quòd apatum stomachi quoddā fieri cōtingit in superiori parte.s. circa orificiū eius, quoddam in inferiori.s.circa fun

dum,quoddam in pariete,seu tunica eius intrinseca, quoddam in exteriori,& quoddã in parte posteriori, quæ respicit dorsum:quoddã in anteriori,quæ respicit uentrem & la certos eius.quoddã in toto & raro contingit, & plurimum est mortale.Et ex causis ipsius spãlibus est dolor antiquatus stomacho:& motus fortis aduenies ei ex pharmaco soluti uo malitioso:quod trahendo ad ipsum ex partibus corporeis humores:& debilitando ipsum in eo retineri & colligi operatur & uomitus frequens,& difficilis:& maxime intẽperate factus:utpote in principio morbi alicui us, puta febris factus in quo materia indigesta grossa, & uiscosa cum difficultate uomendi ad stomachum trahitur : & præ sui uiscositate,& adhærentia stomachi præ debilitate non potest expelli:unde corpus eius apostematur,sicut dixit Abo. Signa generum eius.si sit calidum uel frigidum : ex generalibus habẽtur:quia si sit calidum:dolor erit acutior & febris & sitis,si frigidum,econtra.Sed signa spẽrum eius ex parte materiæ:ex qua in secunda sectione postponimus dicere.Si gna uero spãlia ex parte materiæ in qua siue localia ex parte apostematis.s.existentis in superiori parte stõi, circa ori ficium sunt propria,ut dolor magnus & proprie post assum ptionem cibi statim:& tumor circa furculam , nocumẽtum desiderii & appetitus:& ex concomitantibus sunt spasmus cum alienatione,si sit calidum,uel cum subeth & stupore,si sit frigidum,& pulsus cordis frigiditas extremitatum sudor frigidus,& syncopis magis ueniens,& est malum signum. Si uero sit in fundo dolor minor. & proprie post assumptũ cibum per horam tumor uersus hypocondrium malitia digestionis,& cum aliorum accidentium apparitione minori.Et si est circa interiorem tunicam,dolor erit maior,& apud assumptionem cibi augetur,magis quàm si fuerit in exteriori & tumor minus apparens tactui.Si uero in exteriori fiat econtra erunt signa.similiter si in parte posteriori uersus dorsum tumor non erit perceptus sensu, & dolor in dorso,& uersus eum. Si uero in parte anteriori, quæ respicit uentrem,esset magis exterius apparens,& dolor in furcula & uersus lacertos ventris superioris.

CVRA eius est quatuor res . prima est euacuatio repletionis corporis uel membri mittentis,si adsit, uel etiam si non adsit:etiam quocunq; prædictorum modorum fiat. secunda est euacuatio partis apostematæ, seu materiæ apostematis.tertia est regimen.quarta est accidentium correctio, puta doloris & similium,qui si sit fortis & acutus,curam impediret,& ordinem eius peruerteret.

Primam rem cõplent phlebotomia,& de saphena si multa fuerit plectoria totius:uel de basilica si non fuerit multa,uel de nigra . Et si fuerit cacochymia totius pharmacia uentris solutiua non uomitiua educi poterit , ut superius fuit inuentum : cum talis eũ debeat anticipando fieri , ut superius dictum est.Talis autem pharmacia ad stõm apostematum trahit,& magis replet quàm euacuet . Vt ergo cacochymia totius expurgetur anticipando & minoretur, expedit medicinis uentris solutiuis stypticis , uel diureticis leuibus educentibus per uias urinæ uti:ut sunt diuretica calida,sicut radix apij,& semen petroselini,& dauci , asparagi,& similia,& frigida,ut sunt semina cõia dicta & nota:uel prouocantibus eũonem sensibilem,per cutis poros,ut sunt sudorem prouocantia leuia:qualia sunt apium,anethum,calamenthum,aquæ,& olera eorum,& assarum cum oleo de spica super unctum:& cyclamen cũ melle emplastratum.Et frigida ut aqua hordei & melonis indi:si calida fuerit & cũ febre:& uinum quod uniuersas mouet excreationes . Siue insensibilem,ut sunt frictiones multæ & suaues,& ieiunia, et abstinentia,et clysteres cũ medicinis habentibus uirtutẽ educendi leuiter cacochymiam,quæ sunt diuersa sm diuersitatem cacochymiæ quæ superius habuisti . Et si sit in uentris uacuo cacochymia pharmacis illis appropriatis ducentur leuibus et stypticitatem habentibus , quæ mundificent et cõfortent,quas ẽt ibi habuisti,ut sunt hiera,casiafi.aloe, allubleth,turbith non cõfortatũ,et similia.quæ leuitate soluunt,non inquietant,nec impediunt dissoluendo et trahendo ab aliis.Et simi'r si repletio sit alicuius mẽbri,phlebotomia de uena respiciente illud membrũ,et si fuerit cacochymia pharmacia appropriata illi,quę sit ex leuibus ducet eã.

Item,tractio ad longinqua,et deriuatio ad propinqua cum uentosationibus,frictionibus,duris ligaturis , et compressionib.doloris,et aliis,quę supra de cura phrenesis habuisti.

Secundam rem complent euacuatio per recursum tantum:si tota materia sit recurribilis;uel per recursum et extractum simul si tota materia nõ sit recurribilis;et si per modum influxionis sit fiens uel per extractum tantũ , aut pulsum si sit per modum congestionis fiens.Recursus autem fit triplex per pulsum,tactum,et transmissum:per hæc omnia, uel aliquod ex eis,uel plura pulsum complent in stõ apostemato si quidem sit calidum,quod indicat dolor acutus, feb. et sitis,frigida stiptica aromatica stomacho approximata interius,et exterius in principio apostematis , et usque ad septimum et quandoq; magis interius , et quandoque magis exterius,quandoque in superiori parte ventris , quandoque inferius , quandoque versus medium , et quandoque versus dextrum secundum diuersitatem situs apostematis ministrata : qualia sunt , quæ tibi narrauimus supra de cura malæ complexionis eius cũ materia.talia.n. pellendo materiã sedant dolorem et inflãmationem : quæ hãc intentionẽ complentia impediunt,et retardant,q; si non sufficiãt: quia apostema calidũ sit cholericũ vel adustũ, approximabis fortiora,vt portulacã,semperuiuam,virgã pasto.lactucã et suc cum earum , sandalum, et mucillagines psillij cum modico camphoræ dabis: et si expediat,etiam succum papaueris,et seminis hyoscyami,vel parum tebaici opij, immiscebis : et exterius emplastrabis : etiã lenticulas aquæ super eis aliquid calidum et aromaticum admiscendo:et propriũ quale est spica,mastix,mentha,et similia. Tractũ autem complent euacuatio partium longinquarum cũ ventosis exercitio vel frictione : pũta cruris vel brachij,vel intestinorum,vel hepatis propinquorum illi. Transmissum complent confortatio stomachi cum stypticis ibi numeratis, et capiculo de cura solutionis continui eius . Et si quidem tota recurrit materia,sanus remanebit stomachus. Et subest excusatio transeundi ad aliud.Si vero non tota, sed aliquid derelictum sit in apostemate: erat illud viscosum et grossum,compactum, et indissolubile:et proinde nequit recurrere.Expedit ergo ut educatur per extractum à parte patiente.s. parte apostematis:et hanc complent diaphoretica appropriata:ut est calamentum,apium,spica,menta,absinthium,et similia illi appropriata tali ordine et modo : ut quòd talibus frigidis et stypticis approximatis usq; ad septimum,donec fuit in principio,deinceps dum fuerit in augmento miscebis diaphoreticorum aliquod prædictorum æqualiter , et proprie quod nirtutem habet maturatiuam parumper et absterſuam uirulentiæ resudantis qualis est bleta,et alubeth.

Quod si doloris augmentatio inflammationis,et febris, quæ augmentum apostematis sequuntur diaphoresim prohibeant,approximabis quod cum frigiditate stupefacit: et resoluit cum complexione,quale est coriandrũ et uiolæ siccæ:uel cum proprietate:ut est solathrum & aqua eorũ intus et exterius:uel quod cũ mollificatione resoluit, ut est malua et bismalua,semen lini,et fœnug.cataplasmata . uel prædictis calidis diaphoreticis admiscebis , quæ infrigidando abstergunt , ut est syrupus acetosus , aqua seminis citruli. melon.et cucurbitæ,aquam hordei, et mucilaginem psyllij et mel casiæfistulæ dabis cum aqua endiuiæ.hæc enim dolorem moliunt,et febrem remittunt.Sedatis uero inflammatione et dolore,et cum iam peruenerit ad statum.et. xiiii. diem tempus erit diaphoreticis calidis uti , quibus etiã admiscebis aliquod ex stypticis, et aromaticis appropriatis , quale est mastix et absinthium , spica , et crocus , ut robur conseruet in eo:quæ etiam in declinatione similiter exercebis.Et si quidem totaliter resoluatur,bene se habebit stomachus. Si uero non resoluatur , sed transeat in dubellati quod est plurimum propter dispositionem materiæ, et mẽbri:tunc oportet ut ad statum perducas incolumen studiũ tuum circa maturationem exerceas sm regulas sex,quas supra de cura pleuresis numerando declarauimus, illuc ergo recurre.Tertiam rem complent debita sex rerum non naturalium ordinatio,quæ supponendo regimen supradictum diuersificatur sm diuersitatem intentionum seu rerum intentarum quas prosequimur , quæ sunt iam declaratæ : et etiam

etiam accidentium quorum correctionem intendimus , quæ qualis esse debeat intentio tibi declarat : & tu si natura prudens fueris & mente exercitatus scies hæc conuenientia & propria inuenire.

Quartam rem complent auxilia plura & diuersa secundum q; plura & diuersa sunt talia accidentia apostemata calida consequentia,ut sunt eius essentialia , & propria sicut dolor,& inflammatio, quorum correctionem iam supra fecimus: nocumentum desiderii: & digestionis quorum correctionem Christi misericordis auxilio inferius subiungemus. Et accidentium,quæ ex communitate insurgunt cerebri.s.ut spasmi alienationis,stuporis, & subeth,quorũ correctionem supra de cura capitis præmisimus , uel ex communitatæ cordis:ut est pulsus cordis,syncopis,sudor frigidus,& frigiditas extremorum,quorum correctionem etiã ante diximus in cura cordis: ad illa ergo loca recurre .

Quod si apostema frigidum fuerit econtrario sunt intelligenda omnia.i.& cura,quæ ex dictis in apostemate aliorũ membrorum sunt nota, & circa bothor in stomacho est cura apostematis prædicta: quare oportet ut mollificantibus utaris.deinde abstergentibus et resolutiuis uel aperientibus,et ultimo stypticis in cura ulceris prænarratis. Et si frigidum fuerit nasturtium sumptum ac exterius emplastratum aut resoluit sua complexione,aut maturabit , & rumpit proprietate sua. Sacculi in principio apostematis calidi stomachi approximãti,sed precedẽte phlebotomia de basilica. Recip. utriusque sandali ros.ana.ʒ.s.camphoræ.ʒ .i.in fundantur in aqua ros. et succo citoniorum nutriãtur sola aqua hordei,custodiantur à carnibus,et uino,et confectionibus,quæ cum melle fiunt,et bibant succum granatorum, et rob de fructibus frigidis.Et sedata doloris uehementia, detur casia fistula dissoluta in aqua endiuiæ bullita et despumata .

Sacculi in prin. apostematis applicandi.

Si autem dies ægritudinis elongati fuerint:et calor non quieuerit,sed remanserit apostema cum duritie, ex hoc emplastro epithemetur locus, cuius confectio est. ℞. uiolarũ siccarum.ʒ.x.ro.ru.ʒ .v.spicæ indæ masti.ana.ʒ .ii. cyperi, squinanthi, calami aromatici an.ʒ .iii.farinę fœnugr.ʒ .xx. chamæmeli,seminis malauauisci albi,fari. hordei. ana.ʒ.x. Conspergantur omnia cum mucilagine seminis lini: deinde locus ex oleo de neriden calefacto inungatur, et emplastretur ex predicto per quatuor horas antequàm comedat.

Emplastrum ad idem.

Et post digestionem cum stomachus fuerit à cibo euacuatus,ungatur cum oleo prædicto de neriden.i. spica calido et superponatur lana .

Trochisci de ber.

Trochisci de berberis.Abo.℞.berberis,succi liquiritiæ ro.seminis cucu.seminis melo.excorticati contriti et cribellati.an.ʒ .iii.masti.spicæ odoriferæ,succi euapatorii an. ʒ.ii.rubeæ rauedsceni,croci an.ʒ .i.semi . cuscutæ, et semi. endiuiæ.an.ʒ .iii.spodii.ʒ .i.s.tereniabin.ʒ .v.Tere et cõfice cũ aqua tereniabin,et iforma trochiscos aur.i.et potetur.

Si uero apostema stomachi per uiam influxionis sit frigidum fiens aut sit per modum congestionis uel factum quod plurimum est phlegmaticum factum uel melancholi cum,aut enim fit ex uia indigestionis cibi, qui ex indigestione in phlegma conuertitur,aut ex impotentia conuertendi proprium nutrimentum,uel ex superfluitate ipsius retenta,non expulsa,quæ est melancholia, cum stomachi substantia sit neruosa melancholicæ naturæ,ut superius habuisti.Cuius signa sunt prędicta calidi apostematis præter dolorem se.sitim et æstuationem , et quæ comitantur ipsum apostema calidum. Et si sit per uiam influxionis uel congestionis superius habuisti signa,ibi quære,et etiam locorum in quibus fuerit situatum,signa habuisti ibidem . Et cura eius est ut post euacuationem uel purgationem uniuersalẽ, quæ prætermittenda est, si plectoria uel cacochymia adsit quæ est prima quatuor rerum in cura communi et etiam speciali.ut est repletio particularis.s.apostemati membri. scilicet stomachi,et materiæ in apostemate collectæ euacuetur secundo.et hoc per extractum plurimum qui per diaphoretica habet compleri,et resolutiua calida stipticitatem habentia uel stypticis mixta,et maxime cum per modum influxionis fuerit fiens ut non solum robuꝭ uirtutis in membro custodiat , ut oportet in eo per uiam congestionis facto,sed etiam membrum confortat , et confortato repellat quod influit ei, quorum caliditas debet esse tẽperata , quæ non trahat, sed maturando et subtiliando materiam,et poros rarificando diaphoresi et resolutioni debitæ prout materia,et membrum exigit:cum materia a fluxu cessaueriit,apte disponat. Horum autem quædam sunt simplicia,et quædam composita , quæ inferius subiungemus. Simplicia diaphoretica fortis stypticitatis sunt quædam interius approximanda, quædam exterius applicanda . Interius sunt ut cinnamomum,casia,calamus aromaticus , spica celtica,et alia,quæ superius in cura malæ complexionis distinximus.Quæ uero minoris stypticitatis sunt , sunt uelut menta,absinthium,fœniculus,anethum,chamæmelum, melilotum,cappa.apium,et similia . Quæ uero exterius applicanda sunt,sunt hæc et alia,ut succi et olea prædictorum et sicut cortex cypressi, et aristo.utraq; siquidẽ totum resoluatur bene se habebit stomachus,si uero non , sed transeat in scilirosim quod est ut plurimum per materiam eius, et materiæ eius,tunc eius cura est duæ res, prima ut studeas mollificare , deinde resoluere,et utraque simul agere.

Primam rem complent mollificantia interius , et exterius approximata simplicia,ut adipes,butyrum , mucilagines.Et cõposita ut emplastrũ de mucillaginibus, oleũ amygdalarũ dulcium,et sisaminum,et similia simul commista.

Secundam rem complent diaphoretica temperata proportionata membro et materiæ prædicta.Vtrunq; simul cõplent emplastrum de meliloto, diachylon, et cerotum hyssopi,et alia simplicia quorũ copiam superius in cura pleuresis scire te fecimus. Illic ergo perquire, quę propria et proportionata sunt illi et in usum deduc cum diligentia opportuna. Et si Deũ timebis oia experta tibi succedẽt ad uotum.Si quoq; transeat in dubellati cura eius est quam diximus in pleuresi,et peripneumonia,illuc ergo recurre.

Emplastrum Rasis ad apostema stomachi et hepatis du rum cum nõ fuerit antiquitatum.℞. semi.lini,anethi ficci, uiolarum siccarum,althææ,chamæmeli siccarum,maluæ an. ʒ.v.spicę,cyperi,squinanthi, calami aromatici , ana.ʒ.vi. croci.ʒ .iii.olei chamæmeli.ʒ .xv.aggregentur cum eo .

Emplastrum prę apostema te stomachi.

Confectio emplastri eiusdem fortiter resoluentis apostema durum stomachi et hepatis, et administratur ubi nõ est caliditas,et apostema est antiquum. ℞. fœnugręci,seminis lini,sem.caulis,carpobalsami , ana. ʒ .v.cordumeni, ireos, amygdalarum amararum,costi,myrrhę,spicę, cyperi an.ʒ . v.bdellii subalbidi.ʒ .vi.styracis liquidę.ʒ .iii. masti.ʒ .ii . liquiritiæ.ʒ .iii.ammoniaci ceræ citrinæ , adipis anatis an.ʒ . iii.olei chamæmelini.ʒ .xx. gummi dissoluantur in pondere uini.ʒ .xxi.deinde aggregentur oĩa, et fiat emplastrum cum eo uel unguentum diachylon.Abo.

Confectio trochisc.de spica apostema durum in stomacho iuuatiua ualde. ℞. florum squinanthi,tapsiæ,ligni aloes,cinnamomi,rhabarbari an.ʒ .iii.croci,myrrhę,apii, anisi,piperis,costi an.ʒ .i. semi. calami, spicę nardi ana.ʒ . iii. bdellii subalbidi.ʒ .ii.mastiches,styracis liquidę an.ʒ .i. ammoniaci.ʒ .s.trochisci informentur in põdere an.ʒ .i.de quibus detur unus cum syr.ace.et proprie qñ antiquatum est.

Trochisci de spica.

Confectio solutiui mundificantis stomachum, et expellentis superfluitates humiditatum remanentium in eo ex fructibus humidis et cibis grossis ualde. ℞. turbith albi et mundi.ʒ .xx.zucchari albi.ʒ .v.gar.gingiberis,florum chamæmeli.ʒ .ii.pulueriz entur,et dentur in modum trazeę cochlear unum magnum,uel parum prout naturę conuenit et necessitas exigit. Et est proprium in debilitate stomachi:de qua immediate dicetur. Si autem non confortetur turbith,educet superfluitates grossas et subtiles simul:nec trahet ab aliis partibus corporis ad ipsum : et est melius: post quod detur gingi.non conditum:quoniam exiccat et consumit illas:præ aliis melius est,et est proprium.

Solutiuũ stomachũ mundificans.

De correctione accidentium sequentium ęgritudines dictas , et primo de debilitate stomachi. Cap. XV.

DIximus supra in primo libro cum posuimus curam ægritudinum,quę post purgationem solutiui eradicãt,q; debilitas stomachi nomẽ est cõe: sed quãdoq; cadit i toto corpore eius:et sequitur ipsius debilitas oĩum

eius uirtutem innatæ.s.& influentis: & quandoq; in superiori parte eius: & sequitur ipsam debilitas appetitus. & quandoque cadit in inferiori parte, & sequitur ipsam debilitas digestiuæ.& quando cadit in fundo ipsius, & villis retentionis ipsius,& sequitur illam debilitas retētiuæ. Verum tamen est. quia simpliciter & indefinite sumpta sua significatione comprehendit defectionem oīum uirtutum: quarum est instrumentū. Sed ſm cōem acceptionē eius significatio supra defectionē digestiuæ proprie cadit. Est.n. eius operatio principalis ad quā ordinatur principaliter à natura uirtutibus ministrātibus aliis deseruientibus illi.

Ait.n. Gal.nomen simpliciter prolatum si eius significatio sit in bonum,debet intelligi meliori suo esse: & à contrario sensu in deteriori suo esse: si enim eius significatio protendatur in malum,& proprie in his in quibus natura cōpugnat morbo totaliter, ut ipsum expellat ut in crisibus & similibus:ubi uero non totaliter sed potius in se confortatur uel debilitatur:non ut est confortari mente: & bene se habere ad oblationes. Vnde Gale.ait bonum uel malum non certum signum dant ad salutem uel mortem: ut in cura leuitatis supra dictum est. Et proinde quemadmodum F fortitudo uirtutis corporis seu membri simpliciter dicta uirtutum omnium denotat: complementum similiter, & debilitas simpliciter prolata ipsarum uirtutum uniuersaliter omnium includit defectionem secundum quam equidem ipsam hic sumimus cum nocumentum uirtutum eius singularium infra annuente Dei filio singularia capitula subiungamus. Signa autem ipsius debilitatis existentis in ipso absque eo,quòd fit ex parte cibi & potus, & aliarum rerum nostrum corpus ingredientium, necnon etiam ex parte regiminis aliarum rerum extrinsecarum accidentiū ex quibus frequēter accidere consueuit: sunt omnes ægritudines eueniētes ei prædictę ex quibus potissima est complexionis ęqualis uel diuersæ malitia in se principaliter eueniens: aut ex uicinitate aliorum membrorum propinquorum seu remotorum,prout supra in mala complexionē stomachi dictum est.cum sit in toto corpore eius extensibilis maxime:& secundum Gale. in essentia uirtutum efficiat nocumentum.cum enim uirtutes operātur in eo per qualitatiuam crasim,quæ est ex quatuor qualitatibus sub al G terati one facta ipsarum per dyscrasiam accidentem nō poterunt ipsas qualitates eligere debitas ut quod unicuique proprium est agant conuenienter. Talis aūt malitia complexionis diuersæ est omnis generis simplex & composita pura uel impura & maxime frigida,& sicca,quæ cum sit dyscrasiarum pessima, & uitæ contraria ex ea uirtutes deficiunt omnes: uel humida, quæ uillorum eius texturam ratificat & relaxat.& maxime si eius materia sit imbibita: sicut aqua in charta madefacta ex quo necessarium est uirtutes eius ualde debilitari omnes: & maxime retentiua sicut frigida digestiua:& attractiua: sicca uero expulsiua, cum enim omnium operatio fit per uillos ut organa eius eis debilitatis necesse est ipsas debilitari maxime. uirtutes enim naturales non deficiunt,nisi defectione organi.

Frigida, sicca est dyscrasiarum pessima.

Signa eius sunt duplicia:quædā sunt immediata: & quædam mediata & consecutiua, consecutiua prima sunt signa defectionum uirtutum eius, quæ ex defectu operationum colligimus.

Inquit enim Aboali. uirtutum & operationum adinuicem aliæ ex aliis cognoscuntur. & primo appetitiuæ & attractiuæ,puta, quia stomachus non appetit, uel diminute appetit, nec trahit, nisi cum pœna,aut est attractio uaria quasi tremula, & sicut spamosa. Item in retentiua, puta, quia non cōtrahitur supra cibum omnino nec comprehendit ipsum, aut debiliter & mala comprehensione retinet, quia tremula & cum tremore, uerum quandoque non percipitur illud, sed sentitur labor stomachi cum desiderio deponenti cibum a seipso. Et ad illud sunt uocantes: rugitus,tensio,& inflatio.

Et signum debilitatis digestiuæ est tardatio cibi in eo, & multiplicatio inflammationis,& uentositatis rugitus,& eructuationis,inflatio palpebrarū, & multiplicatio phlegmatis,& plurimum si perdurat, perducet ad cachexiam & hydropem carnosam. Signa uero debilitatis expulsiuæ

E sunt,quia tarde descendit de stomacho cibus et grauitas superioris uentris perdurat diu.et tarditas exitus fæcum, et cum egreditur exit cum dolore,tortione,et tenasmone.

Inquit Hipp.Eorum,quæ nutriunt uelociter et copiose ueloces secessus fiunt, et econuerso:quæ tarde,tardæ erūt. quæ omnia infra in specialibus capitulis Christo suggerente distincte ponemus. Secunda sunt ex facili passione assumpta. facile enim ex qualibet re nocumentum in suis actionibus manifestum fit,et augetur.Et si multa sit defectio a similibus et contrariis patietur. Sed signa prædictarum ægritudinum,quæ causæ sunt ipsius sunt signa ipsarum prędicta superius: quæ debent esse recondita menti tuæ.

Curam eius properare oportet cum sit ipsa omnium ægritudinum corporis causa:ipse quoq; stomachus sit membrum cuius debilitate totum corpus debilitatur.Et breuiter,sicut supra de consolatione medicinarum diximus, est tres res.Prima est remotio ægritudinū prædictarum, quæ causa sunt eius,quam superius habuisti.Secūda est confortatio eius,quam complent cibi et potus et medicinæ stypticæ:et contrariæ dyscrasiæ ipsum ad commoderationem adducente:quæ secundum naturam simplices, et compositæ interius approximatæ: et exterius secundum omnē modum,quas omnes superius habuisti,quæ diligenti tuo iudicio prout dispositio exigit discernentur suadente gratia Saluatoris. Tertia est regimen, quod consistit primo in prohibitione rerum,ex quarum usu nocetur stomachus secundo in approximatione iuuantiuum, sicut enim in moralibus uel spiritualibus primo extirpanda sunt uitia:deinde inferendæ uirtutes:ita in naturalibus & corporalibus, primo prohibenda sunt nocētia:deinde ministranda utilia.

Inquit Gal.et animæ igitur,quæ sunt immundæ cum tu erudies eas per sermonem, qui erudit animas cum hoc ꝙ non iuuantur per illud aliquo iuuamento:læduntur per usum maiori nocumento.Hip. quoque sequens Platonem in hoc illud testatur in naturalibus.d. Nam pura corpora quantuncunque nutries tanto magis lædes.

Aduertēdum tamen illud uerum esse ubi causa debilitatis est multa eo,ꝙ ipsa confortationem fieri impedit, sed ubi pauca sit,potest præcedere confortatio,uel simili fieri eo,ꝙ causa confortationis potest esse causa ablationis causæ debilitatis,sed de hoc supra in cordis est dictum.Res autem in quarum usu nocetur stomachus sunt: uerbi gratia aer malus. In cuius substantia sunt uapores mali admisti humidi ex aquis stantibus stagnorum lacuum gurgitum et paludum resultantes,et malæ qualitatis.Ex herbis, et fructibus uenenosis,ut est colocynthis,laureola,anabula,oleādrum,et similia.Et ex terris in quibus serpentes, et reptilia uenenosā inhabitant. Et ex ipsis sunt ædificia noua, et multum antiqua:et etiam aeres corrupti, ut sunt pestilentiales,et aer intolerabilis,qualitatis calidæ uel frigidæ proprie,et ualde uariabilis in ea. omnis enim talis aer lædendo corpus uniuersam impedit stomachi digestionem,et ex consequenti uniuersas eius actiones perturbat.Nimia quoque quies,quoniā ipsum molit,et infrigidat:exercitium diminutum,et superfluum resolutiuū,et proprie post cibū. Cibus quoq; malæ substantiæ,quia grossæ,uiscosæ,heterogeneæ,durus,non bene masticatus. Nutriens.n.masticatione aliquā recipit digestionem,uel corruptibiles,ut sunt pi H sces magni,malathia enthoma,et male castrata, et ostraca dirimia,carnes bubalinę,equinæ,salitæ,uetustæ,et nouiter natæ,panis opirus,cucumeris, persica, pira, poma immatura,lac res brodiales,et ēt unctuosæ, ut sunt olea, medulla,pinguedines,et similia. Et semina unctuosa, ut sisamus et similia.et cibus superfluæ quantitatis præstantis satietatem nauseatiuā,et grauedinem.Inquit.n.Abo.nihil est deterius nausea,et discretæ quātitatis,quia non sit ex diuersis.Vnde Aboa.nihil est deterius quā diuersa cibaria simul comedere,et longū tēpus in mēsa prolōgare. malæ qualitatis,et diuersę,quia frigidæ, ut sunt fructus ualde frigidi, sicut sunt de genere aranciorum, et batheca, cucurbita,lactuca,et papauer,et acuta, ut sunt eruca,nasturcium, sinapis,et similia,et diuersæ qualitatis,ut sunt caules,lentes et similia,et subleuātis cibū ad os stōi,ut raphanus.Et abominabilis,et fœtidus,et uenenosus, ut fungi,et extremitates caudæ

caudæ cerui.Et ex fructibus,vt grana pini, non abluta, & similia.Et ex herbis,vt olera mollia, ut malua,& similia,at triplices,& bleta,nisi cum almuri, & aceto,& oleo,& porro sint condita.Et ex seminibus,vt fœnugræcum,semen canapis,iuniperi,& agni casti,& similia. Et ex radicibus,ut raphanus,napi,non in decoctione dissoluti, & similia. Intēporanee assumptus: vt puta cū non fuerit præassumptus iam digestus:nec cum fames aderit, & cum aderit sustinuerit. Vnde Aboa.nihil est deterius quàm nutriens supra nutriens quod nondum digestum est mittere.Et subdit.sustinere famē,stōm putridis replet humoribus.Et tunc non permisso ꝙ illos putridos deponat comedere.Itē inordinatus, vt subtilis facilis digestionis postponatur grosso. & præter modū,vt subito multum repleat quo ad virtutē. Inquit Hip.vbicunq; cibus præter naturā intrat illic ægritudinem facit:manifestat uero sanatio. Et potus nociuus,est potus uini grosi,& turbidi dulcis,& diuersi,& nimis antiqui,& malæ qualitatis uenenosæ,quia sit illud in quo ceciderit,& mortuū fuerit aliquod ex reptilibus uenenosis, ut scorpio qui sui natura petit illud:& superfluæ quātitatis,ut fluctuātis,intēporanee sumptus,ut ieiunio stō, & post cibum fiente digōne nisi sit assuetus. Inquit enim Aboa.super cibum tamē duas phialas, aut tres bibere non nocet ei qui cōsueuit,& aquæ prædictæ grossæ, & valde frigidæ, & tepidæ.Et uigiliæ superfluæ quæ prohibent ipsum a digestione,& superfluus somnus,& insuetus qui est secundum Hipp.stōm mollit,& lassum reddit, vel diminutus intēporaneus malo modo,& figura factus. Inanitio cū forti medicina violenta,& malitiosa, ut supra diximus. Et uomitus frequēs difficilis, & uiolentus qui stōm facit lacunā super fluitatū,ipsum debilitando,& superfluitates corporis ad ipsum currere prouocādo.Repletio superflua cibi, & potus, & humorum quæ superius dicta sunt, necnon & superfluitatū fœcaliū,& ventositatis in intestinis, & ipsius retētio. Nā regurgitādo per sui naturā superius circulariter redit, & ascendit ad stōm & caput ipsum debilitat, & perturbat. Et dimissio consuetæ euacuationis, omnia animæ accidentia naturam extenuantia ab ea quæ secundū naturā est existentia,ut tristitia,iracundia,timor, & gaudiū immoderatum.Coitus quoq; plurimus,& proprie post cibum, & balneum superfluū, & resolutiuum. Omnia prædicta sunt in quorū usu nocetur stomachus sani corporis, & multo magis lassi, & debilitatus, & contrariis iuuatur, & confortatur quæ per te eligere potes,si prudēs natura,mēte exercitatus fueris, ut oportet in sciēdo naturā stōi, & propriorū & memor sis eorū,quæ natura ipsius exigit, quæ in cura ægritudinū eius,& malitia cōplexionis secundū modū uniuersalē tibi nota fecimus, & capitulo de cura ægritudinis instrumētalis in quātitate. Medicamē expertum Archidiaconi cōfortās stōm debilē. ℞.miuæ aromaticæ.℥.i.thiriacæ bonæ.ʒ.i.misceantur, & dentur cū uino aromatico decoctionis mentæ siccæ,confortat ēt totū corpus. Pilulæ Abbatis. ℞. laudani.mast.an.ʒ.iii.Informētur pilulæ, & dentur.iii.mane & sero quotidie ante cibū sunt expertæ. Pilulæ ad idē cōfortat stōm,& oīa uiscera debilia, & mollificata. ℞. masticheS albi.ʒ.i.mētæ siccæ.℈.ii.macis, galāgæ,gario.cinnamomi,ligni aloes.an.ʒ.s.assæ odoriferæ,corticū thuris.an.ʒ.s.squināthi.℈.i.spicæ.℈.s. & si est nausea, adde ameos,& cardamomi, & corticū citri,ana.ʒ.i. puluerizentur & cōficiantur cū miua aromatica, & dentur mane & sero tres ante cibū.Pilulæ Andromachi sapiētis, & sumūtur oī hora,mundificant stōm, & cōfortant. ℞. aloes,turbith, myro.citrinorū.an.ʒ.iii.ro.masticheS,salis indi, croci,anisi,an.ʒ.i.Cōfice pilulas cū oximelite,dosis est.v.vel.vii.

2. apho. 17. — *2. apho.*

Vomitus frequētis nocumenta.

Medicamē expertum & stomachi cōfortatiuū. Pilulę stomachi cōfortatiuæ. Pilulæ ad idē.

De debilitate stomachi cum siti. Cap. 14.

CVm stōi debilitas cū siti,& tarda descēsione cibi de stomacho fuerit,& acido ructu, fuerintq; prædicta parua,neq; uetusta stomachus cū trochiscis de rosis est curandus,qui.℞. pulueris rosarū rube. ʒ.iii. xyloales,spicæ,masticheS,cassiæ ligneæ,squinanthi,cinnamomi,absinthii,an.ʒ.i.aspergātur cū uino ueteri,& informentur trochi.aur.i.&.s.& detur in mane.i.cū.℥.i. potionis de seminibus quotidie,quæ est.℞.cymini, ameos, ana.ʒ.i.& bulliant in mina una aquæ, donec aqua sit rubea de qua sumantur cum eo.Nutriatur uero cum his quę sunt facilis digestionis, & paucarum superfluitatum, quæ cū redolentibus speciebus,& seminibus sint condita, & potentur uino ueteri.Si aūt prędicta accidentia uetusta fuerint, sumatur diacymini,& diaolibani,aur.i. cum uino ueteri puro, uel diacyminum solum detur si uenter strictus fuerit: si autē solutus,detur diaolibanum,horum aūt confectiones sunt notæ.Si autem hæc nō suffecerint,squama ferri cū uino danda erit.Cuius cōfectio est. ℞. seminis anisi,fœn.apii.cymini,ameos,aniudē,origani,cheisim,carui,seminis coriādri, piperis lōgi,melanopiperis,cinnamomi,thuris,spicæ, gar. nucis musca,cyperi,zingi,an.aur.v. scoriæ ferri, aur.x.his oībus sextuplū uini addatur,& coquātur donec ad medietatem redeant, & coletur:deinde ęger quotidie de hoc.ʒ. xxx.sumat,& nutricationes alleuiet, & abstineat à fructibus,& herbis,& cibis,& potibus frigidis, & aqua spāliter frigida,licet eam appetat ualde. Emplastrū Ibernici cōfortans stōm,& est temperatū sanū, & expertum. ℞ foliorū ro.sandalorū rubeorum,& alborum, pulpæ sumach,ana.ʒ. B ii.spicæ,squinanthi,styracis calamitæ,ana.ʒ.iii. absinthii loti in aqua rosa.mentæ siccæ,ana.℥.s.laudani,cymini, torrefacti, an.ʒ.ii. olei ros.& ceræ quod sufficit masticheS.℥.s.

Trochisci de rosis. — *Potio de semini-bus.*

Cōfectio de squama ferri.

Emplastrum stomachi cōfortatiuū.

Emplastrū aliud quod stōm reddit robustū & calefacit. ℞. styracis,spicæ,squināthi,absinthii, calami aromatici,masticheS,an.ʒ.ii.Ex his cū uino ueteri, & succo citoniorum aspersis fiat emplastrum,& superponatur stō. Item emplastrum nostrum supra in antidotario nostro positum calefaciens & confortans. Et stomachicon Galeni in delicatis uel panus suffumigatus cum ligno aloes madefacto in uino odorifero suppositus calefactus sufficiēter, & diu retentus,prodest.Pilulę magistri Ioānis Casamizulæ contra stōi debilitatē & purgāt.℞.ro.masticheS, rhabarbari, ana.ʒ.v. aloes optimi ad pondus oīum,salis gēmæ,pulpæ myrobalanorū chebulorū,& citrinorū,ana.℈.i. conficiantur cū succo mētæ,& informentur pilulæ de quibus sumantur.v. uel vii.ante cibum,& post cibum.Pilulę Pauli facientes ad defectionem stomachi,& debilitatem appetitiuæ uirtutis, & uomitum & defectionem uirtutis digestiuæ, quæ est ex for C titudine sensus stomachi quam patiuntur aliqui post pharmaciam,uel ebrietatē,uel ingluuiem. ℞. rosa,masticheS, gallæ,ana.ʒ.i.s.ligni aloes,charabe, seminis berberis, sumach,ana.ʒ.ii.gar.masticheS,cubebarum,cardamomi,ana. ʒ.v.s.ligni aloes,charabe,se.accide, corallo, incensi, boli armeni,ana.ʒ.i.spicæ,cinnamomi. alochin, asari, ana.ʒ.i. fac puluerem, & frica cum oleo rosato, deinde adde zucchari.ʒ.xx.da bibere.ʒ.iii.cum aqua fructuū, uel cum syrupo rosato si uis eos contemperare.Oleum masticninum ualet ad stomachi debilitatem. Electarium de cinnamomo secundum Aboa.& de xyloaloe ad frigidam. Et ad calidam syrupus de agresta Aboa.ait.Corallus rubeus,suspensus ad collum,ita ꝙ tangat stomachum,cōfortat ipsum, & præseruat,a dolore eius de quo sequitur dicere.

Aliud emplastrum ad idem.

Pilulæ stomachi cōfortatiuę, & purgatiuæ.

Pilulę Pauli facientes ad stōi defectionem.

Nota de corallo.

De medicinis doloris stomachi, &c. Cap. 16.

SEquitur de dolore stomachi. Circa quem sciēdum est, ꝙ dolor stomachi in speciebus,causis, & signis, & incentionibus curatiuis conuenit cum soda, & dolore aliorum membrorū quantū ad generalia, differt uero D quantum ad specialia, quæ uariantur in membri natura.s. stomachi in quo est dolor. Vnde aduertendum ꝙ dolor stomachi est sensus nociuus accidens ei, & distinguitur plurimum ratione suæ essentiæ,& ratione loci: ratione suæ essentiæ,quia est acutus extensiuus uel grauatiuus: ratione loci,quia,aut est in toto,aut in parte, ut in orificio eius, uel in fundo.Et post causas cōes & generales enumeratas supra.Causa specialis in eo est multiplex secundum multitudinem ipsius euētum. Ex hominibus nāq; sunt quibus aduenit dolor ante cōmestionem,& cum comedunt,sedatur. Et ex eis sunt quibus accidit dolor post comestionem, & post cōpressionē cibi,quod & post quartā horā,& fiente digestione cessat.Et ex his sunt quibus perdurat,& non sedatur nisi euomāt quoddam quod est sicut acetū, quod proiectum in terra ebullit. Et ex eis sunt in quibus non sedatur dolor nisi cū descēsione cibi ab eo,& egestio apparet cholerica.Ex eis uero sunt in quibus ꝑdurat lōgo tēpore, nec

Causæ.

sedatur aliquo prædictorum modorum. Et ex oibus est cui accidit dolor facta digestione, uel circa finem eius, & uomitu liberatur. Et ex eis est cui accidit dolor propter multitudinem comestionis eius in fame mendosa, & canino appetitu. Et ex eis sunt quibus accidit propter iterationē comestionis, & inordinationem ipsius. Et ex eis sunt quibus accidit a re calida adustiua. Et ex eis sunt quibus accidit dolor propter potum aquæ frigidæ. Et ex eis est cui accidit dolor extensiuus, percussiuus, vel grauatiuus. Et ex eis sunt quibus accidit dolor extensiuus, pungitiuus, vel grauatiuus continuus. Et quandoque est periodicus. Et ex eis sunt in quibus permutatur, & ad cerebrum ascendit, & ad cor, & ad neruos. Et ex eis sunt in quibus permutatur ad intestina. Et causa cuiuslibet est, aut in se, aut ex cōitate, aut vtraque. Primi autem causa, & in se est, si fit ex cibo, vel aliis superuenientibus debilitas eius, & caloris ipsius multiplicantis uentositatem aliquam, quæ est causa doloris. Ex cōitate causa est multa effusio melancholiæ de splene ad stomachum ad excitandum appetitū cum superfluit, aut concursus superfluitatum ad ipsum apud tolerantiam famis. Inquit enim Aboali. Tolerare famem putridis stomachum replet humoribus. Causa aūt secundi est effusio choleræ de hepate ad stomachum iuuandæ digestionis gratia, quæ ambæ non lædunt in principio, quoniam ambæ cadunt in profundum, cūq; cibus sumptus permiscet eas, mouentur cum cibo, & faciunt dolorē, & quod currit, & ascendit ad os stomachi, educitur uomitu, & quod ad fundum descendit educitur egestione, & quiescit dolor. Tertii vero causa est imbibitio prædicti humoris, vel collectio apostemosa in ipso, quare nec supernatat, vt uomitum faciat, nec descendit, ut cum secessu egrediatur. Quarti causa est effusio catarrhosæ materiæ ad ipsum de cerebro in quo multiplicata extitit hora digestionis, & factæ in somno maximè, nec ex tunc descendit, & infert dolorem, & cum uomitu educitur cessat. Quinti causa est repletio extensiua ipsius quo ad uasa. Sexti cā est disturbatio digōnis, quæ uē tositatem multiplicat. Septimi cā est diuersitas rei assumptæ. Octaui cā est frigiditas aquæ quæ indigestibilis, & naturæ contraria est. Noni cā est uētositas in eo. Decimi cā est phlegma multiplicatum in stomacho. Vndecimi cā est materia prædicta in stomacho generata, & facta māsiua. Et si est periodicus cā est dispō particularū mittentiū aliquarum, & ipsius recipiētis & generantis. Inquit. n. Gal. quæcunq; in periodis exacerbantur febres particularum innascuntur dispositionibus mittentiū recipientium, attrahentium, & generantium. Vltimi uero causa est motus humoris naturalis uel symptomaticus. Signa aūt doloris sunt sensus corruptus, quia nociuæ rei præsentis perceptio, quę si fortiter imprimat, & dolor nō sentiatur, més ægrotat, ut voluit Hip. cum ait. Quicunq; dolētes aliquid corporis
2. apho. 5. plurimum doloris non sentiunt, his mēs ægrotat. Et signa specierū eius sunt nota ex earum proprietate uocabulorū. Et signa cārum spālium & principaliter primæ sunt signa debilitatis superius dictæ. Signa vero secundæ sunt exeuntia prædicta post dolorē ad quę sequitur quies ipsius. Signa igitur tertiæ sunt singultus vel apatis signa. Quartæ signū est descēsus catarrhi, cū dictorū priuatione exeuntiū ac signorū apatis dicti. Quintæ signū est manifestū. Sextæ causæ signū est manifestum, & tumor circa stōm cum grauedine. Et ét signa septimæ cāæ sunt manifesta. Et similiter octauæ. Et nonæ causæ signū est repletio extēsiua cum impetu superueniens, ac si ictu percutiatur. Deinde est sensus grauitatis. Vndecimæ vero cāæ signum est dolor continuus cū malitia cōplexionis stomachi, & dispositionis ipsius ab eo quod inueniatur in aliis membris. Et causæ ultimæ signum est dispositio particularum prædictarum apparens. Signa permutationis eius sunt. Nam si permutatur ad cor, & est cum materia, & est calida & effumans, accidit debilitas pulsus, tremor cordis, syncopis, & sudor frigidus, & extremitatum frigiditas, & dyspnoea, seu spiritus offensio non continua, quæ sunt mali signa, & quandoque mortis. Et signa permutationis ad cerebrum, & neruos est paralysis, & antecedit eam congelatio, stupor, scotomia, & vertigo. Et signa permutationis eius ad intestina, & cum materia est frigida grossa, & uentosa, sunt yleon, & colica, & dolor archreticus ex permutatione ad iuncturas.

Cvra. In cura doloris stomachi duplex est intentio, generalis. s. & spālis. Generalis est, quæ causas imprimentes ipsum generales; quæ sunt tres. s. mala compto diuersa, solutio continui, & utrūq; cōplectens. s. ut apa considerat remouendas, & est eadem ei quam supra in cura sodæ diximus. Specialis est quæ spāles causas hic enumeratas, & alias consimiles est abscindens prout membri natura. s. stomachi innuit quæ auxilia eligit sibi conuenientia, & sunt propria. Præsuppositа ergo generali, ut ex præmissis ibidem, & in hac particula nota spālem prosequamur attente sine dilatione, est enim talis dolor fortis ét si ex leui sit causa. Imprimit. n. in stōm quod mēbrum cæteris membris sensibilius est secundū Gal. & sic magis est perceptiuus ipsius, & proinde maioris nocumēti impressio eius, ac nocumentum ad principalia, & uniuersum corpus extenditur quibus alligatur. unde accidentia insurgunt plurima, & uerēda. Sic equidē raro est adeo paruus, quin fortis sit. Et raro est fortis, quin resoluēdo spūs virtutē prosternat. Ob qđ frequenter mortis est prouocatiuus cū superexcedat modum quo casū mitigare oportet eum primo: deinde cām eius imprimentē quæcūque sit auferre. Si uero sit suauis natura tolerabilis tantū cām eius oportet abscindere. Auferendo. n. eam simul, & doloré auferimus. Ait. n. Gal. mitigatiua doloris super excessum, vt infra de cura dicemus arthreticæ sunt duplicia, quædā respiciunt, & pertractāt cām imprimentē, & percipientē simul, & quædā solū cām percipientē, & nō imprimentē nisi calida fuerit, & subtilis. Prima sunt duplicia frigida apocrustica, qualia sunt rosæ, myrta, rubus, folia uitis, salicis, citonia, sumach, spodiū, sandali, & similia. Et alia sunt calida tēperata primū gradū nō excedentia, stomacho cōuenientia cōia, & propria, qualia sunt chamemilla, melilotum, anethum, anisum, apiū, semen cauliis: napi, amomum, absinthium, squinanthum, amygdalæ, fœnugrægcum, semen lini, radix althææ, malua, hyssopus humida, & cerotum eius, & similia in primo gradu calida, & proprie quando cū eo fuerit consolidandi potentia, sicut gummi prunorum, & ceraforum, terebinthina, amylum, crocus, & laudanum, hæc, & ipsorum olea, fœces, & aquæ exterius applicatæ secundum omnem modum, scilicet embrocationis, infusionis, epithematis cum spongiis, filtro, pannis, lana, stupa, in uesica uitrea, balneo, in sacellis inclusis cataplasmata emplastrata, & cerotis iniuncta. Et quædā ex eis interius sumpta, & composita per modum apozematis. Et ex eis est somnus, qui retrahendo sensum, & calorem materiam digerit. Prouocātium autem somnum quædam sunt frigida, & stupefactiua, quæ infra specificantur, quædam calida, ut anethum, & oleum eius, ulnea, myrrha, crocus, flos amygdalarum, & similia. Et inebriantia, ut uinum purum, & tumōsum non antiquum. quoniam secundum Gal. uigilias gignit. Et gallia, & crocus in uino, zizania, amomum, armel, & marmacur, attalis permista cum uino inebriat magnifice. Et agrimonia sub capite posita à proprietate facit dormire. Prouocetur ergo somnus si frigida fuerit causa doloris cum calidis prædictis, & proprie si per interius approximanda prouocare intendas. Si uero fuerit calida cum frigidis. Si uero per approximanda exterius cum quolibet poteris prouocare, & cū eo quod a proprietate habet prouocare intus, & extra. Secūda uero sunt narcotica stupefacientia, quorū multæ sunt species in fortitudine, & debilitate stupefactionis differentes: eorum. n. fortius est opiū. Vnde Aboa. ex opio cum castoreo iuuatur quandoque stomachus lapsus ex dolore: deinde poma mandrogoræ, semen eius, & cortex radicis eius. Deinde papauer & hyoscyamus, deinde solatrū, deinde coriandrum, & mucillago psyllii, deinde nix, & ultimo aqua frigida. Inquit enim Hip. dolores, & tumores, & podagra, si in rubeum fuerint tendentem aquæ frigidæ infusio refrigerat, & attenuat. stupor enim mediocris quē inducit, soluit dolorem. Alia uero sunt ex his composita, ut theriaca, philonium, tryphera magna, athanasia. Et alia antidota magna. Quæ oia secundū ordines approximabis, & prout superius in libro cōsolationis diximus: quæ cū re habente uirtutem & pro-

& proprietatem confortandi, & defendendi stōm, ministrabis, vt est menta, mastiche, spica, & castoreū. Et ex eis est dolor inductus in aliquo extremorum vehemētior, qui denigrat ipsum sicut, Hipp. dixit in aphor. ex eo quòd trahendo virtutem sensibilem ad remota sensum minuit in stomacho. Et ex eis sunt cibi, & potus grossum generantes sanguinem, lentes, frumentum coctum, carnes bouinæ, extrema & viscera animalium, & pisces magni, & vinum magnum nigrum spissum, & ponticum, qui sensum operātur obtusum, & acutum insp̄issant, & obtūdunt humorem. Quæ vero causam specialem abscindunt imprimentē sunt diuersa, sm diuersitatem ipsius superius numerata. Aut ergo causa est debilitas stomachi, & caloris digerētis ipsius, & huius cura est duę res. s. confortare, & resoluere ventositatem, & tradidimus hęc supra quę sunt illam complētia, & per quem modum. Et si quidem sit per cōitatis viam, & ex effluxione materiæ melancholicæ de splene ad ipsum, cura est quatuor res. prima est splenis eūo. secunda est materiæ melancholicæ ad contrarium tractio, vel ad aliud deriuatio. tertia est ipsius cōfortatio, & ductuum ipsius apertio, vt ad exterius expellat. & nō stōm. quarta est stomachi cōfortatio, & viarum constrictio, vt ipsam repellat fluentem, & non recipiat. Primam rem complent euacuantia ipsum proprie, vt est epithymū, polypodium, lapis lazuli, armeni myrobalani indi, emblici, bellerici, & similia. Et si fuerit cum peccato sanguinis, phlebotoma de basilica sinistra, vel de seylen sinistræ manus, nel hæmorrhoidum apertio. Inquit enim Gal. in maximo enim dolore, & in acutissimo apostemate nulla melior medicina hac esse potest.

Secundam rem complent uentosarum proiectio in hypocondrio sinistro, uel in alio loco stomachi oppositо, & splenі, ut in renibus, vel inguinibus.

Tertiam rem complent, capparus, scolopendria, tamariscus, intus & extra, & per omnem modum approximata.

Quartam rem complent calida styptica stomacho approximata intus, & extra. intus, ut myrobal. conditi, citonia condita, xyloaloe, cinnamomum, spica, macis, et aliæ species appropriatæ, & cibus præparatus cum eis, & aceto, et potus uini puri, in quo decocta sit pæonia, ministratus. Extra, vt spongia madefacta in aceto calido, cum spica, mēta, & mastiche. Si autem ex tractu superfluitatum ad stomachum tempore famis cura est altero duorum modorum, sicut docuit Aboa. quia aut cum euacuatione ante cibum per uomitum, aut cum assumptione alicuius lubrificatiui ante cibum, quòd ipsum deponat de stomacho, et est not ū.

Secundi cura, est simpliciter quatuor res. Prima est mittentis hepatis euacuatio quam complent absinthij succus, et uinum eius, rhabarba. cassiæ fi. tamarindi, manna, et myroba. citrini. Secunda est materiæ deriuatio quam ventosatio in dextro hypocondrio complet, uel in dorso renibus, & inguinibus. Tertia est confortatio hepatis quam complent absinthium, eupatorium in decoctione seri caprini, vel aqua fructuum, uel succus rosarum, et endiuiæ, et similia intus, et extra approximata secundum omnē modum.

Quarta est confortatio stomachi, et viarum constrictio, ne recipiat influentem choleram quam complent, citonia, pira, sorba, nespila, sumach, granata, muza, interius exhibita, et rob ipsorum, panis cum uino, et extra cymæ rubi, spodium, et folia uitis, cum sauich, et agrestа empasta, et alia quæ superius diximus in prima particula. Tertij curam habuisti hic supra de cura malæ complexionis cum materia, & de cura apostematis. Quarti cura est, sicut catarrhi.

Quinti cura, est vomitus, et abstinentia. Sexti cura, est vomitus, & ordinata comestio, et bibitio. Septimi cura, est vomitus, ministratio rei frigidæ temperatæ, ut sunt grana, persica parum, muza, & acria. Et si cum mordicatione ipsum sedant magis frigida, vt lac acetosum, succus macianorum, aqua frigida, et similia, & succus foliorū uitis, exterius applicatus cum sauich hordei. Octaui cura, est vomitus ipsius, & ministratio rei calidæ intus, vt zigi. gar. cinnamomi, galangæ, diacalamenthi, et diacrion, thiriacæ, et similium. Extra, vt est absinthium emplastratum cum uino, aut melle, panni calefacti, et fumigati cum spica, et ligno alo. et vnctio cum oleis calidis supradictis, scilicet de

lilio, anetho, nardino, mastichino, et de piperibus, et balneum in delicatis proprie, & in robustis, emplastro calefacto, et confortato in antidotario nostro dicto. Noni cura est, cura ventositatis, et inflationis, & ex appropriatis est ius galli antiqui, et darsesehan, andachoca, er ſalgemma, spica, castoreum, galanga, et confectio eius. Decimi cura, est ventositatis stomachi cura supra in cura ventositatis stomachi dicta. Vndecimi cura, est cura malitiæ complexionis stomachi cum materia phlegmatica, quam hic diximus. Et proprium est agaricus transgluttitus. Et si est mansiua est eadē cura, sed fortior. Si uero sit periodica, & permutabilis dispositionum particularū correctio ipsius est curatio, quæ ex cura secundæ, & tertiæ causæ tibi est manifesta si Christus tua illuminatio sit quem timebis.

Pilulæ Hippoc. quas Ni. in suo antidotario ponit experte sunt, & de vltimis ad dolorem stomachi ex quacunque causa si dentur tres vel quinque ponderis, drach. i. præcedēte digestione, cum oxymelite squillitico, & gelentabin, & a qua decoctionis mentæ siccæ, & anisi, & fœniculi, & ameos, si materia fuerit grossa, viscosa, & difficilis eradicationis, uel cum syrupo acetoso, & prædictis si facilis, & nos infra ponemus capitulo de cura scrofularum.

Aboali si dolor stomachi ex ventositate fuerit præfocata in stomacho, aut in eis quæ sequuntur eum, conferunt ei grana lauri, et cyminum assatum cum mele cōfecta, stomacho applicata per modum emplastri, uel euaporata cum uino. Et si est dolor ex melancholia inflatiua, tunc oportet vt euaporatio fiat cum alumine, & dragagantho contritis, cum acetoso, additis ramis anethi contritis. Dolor autem qui fit post cibum, & non sedatur nisi uomitu, malus est, et rectius ut sumat aliquid melius ante cibum. Et ut consideres causam illius ex capitulo uomitus, & euacues illud quod oportet euacuare ex infusione aloes, & sitibus. Dein de administra trochiscos de stella, qui valent ad dolorem stomachi, & ipsi recipienti superfluitates expulsas ex reliquis membris. Et ex eis quæ cōferunt ad hoc est, vt fumatur olibani, mastiches, nigellæ, ameos, corticum fisticorum viridium, & xyloaloes crudi, omnium, ana partes æquales, terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle emblicorum. Et fumatur ex eis omni die ante cibum quantitas 3.ij. vſq; ad auū.ij. Et confert etiam ministratio coriandri, & syrupus granatorum cum mēta. Et ex eis quæ conferunt doloribus stomachi cum proprietate secundū quòd testat Aboa. sunt pelles intrinsecæ stomachorū auium, et proprie gallinarum exiccatæ & puluerizatæ, & bibitæ cum vino, et carnes ostracorum, neq; decoctæ, neq; assatæ. Et radix pęonię, & semen eius. Et etiam. 3.ij. ex succuti bibuntur cum hydromele ad dolorem, & mordicationem, & corallus suspensus ad collum, ita quòd tangat os stomachi.

Confectio trochiscorum stellæ, qui in potu dantur ad dolores stomachi valde profundos. ℞. spicæ, mastiches, cinnamomi, thuris, squinanthi, castorei, myrrhæ, piperis, mandragoræ, seminis hyoscyami, absinthij, opij, aloes, aā. 3.x. informentur trochisci, & dentur in potu. 3.ij. cum uino, et sunt de vltimis, & sunt Almansoris.

Item confectio trochi. de rosis maior conferens ad dolorem stomachi, & malitiam digestionis, inflationi, & inceptioni hydropisis, & febribus antiquis. ℞. rosa. 3.iij. xyloaloes, spicæ, mastiches, casiæ lignæ, florum squinānthi, cinnamomi, absinthij romani, ana. drach. i. informentur trochisci cum uino veteri, & dentur in potu cum aqua radicis, quorum dosis sit drach. ij.

Confectio alia trochis. de rosis minor ad dolorem stomachi phlegmaticum cum quo est humor cholericus, & ad inflammationem anhelitus, & malitiam digestionis. ℞. rosa. rubearum tritarum. 3.x. spicæ, aromaticę, mastiches, aā. 3. i.s. informentur trochis. cum uino quorum dosis sit. 3.ij.

Trochisci Andromachi facientes ad dolorem stōi, & difficultatem ventris, & difficultatem vrinæ. ℞. se. apij. 3.vij. seminis anisi. 3.iij. reuseni, piperis albi, florum squinanthi, castorei, spicæ, cinnamomi, opij, ana. 3.i. & s. aloes succutrinę, mastichę, croci, ana. 3.i. absinthij. 3.iij. tere, & cribella, & cōfice cum succo mentæ, & informa trochi. & utere.

Hip. medicamen confortans stōm, & uirtutē eius fugans dolores,

dolores,& faciens accelerare digõnem.℞.galangæ, masti E
ches,ligni aloes,cinnamomi,seminis myrtę, añ.3.iii.eufra
giæ,anisi,añ.ʒ.s.zing.3.i.cortic.fisticorum exteriorum,oli-
bani,ros.ana.3.ii.spicæ.3.i.salis gẽmæ.3.iii.zucchari admi-
nistrati,uel syrupati cum aqua ro.lib.ii.dosis,est ana.3.i.us-
que ad.3.i.& s.ante cibum,& post. Aliud. quo ad dolores
eius ex grossis,et uiscosis humoribus sepultis in stõ,et eius
uillis,& est conueniens senibus proprie,& hyeme.℞.bac-
cha.lauri,anisi,añ.3.i.pyrethri,ultramarini,zing.galangæ,
añ.3.iiii.mastiches,myrrhę,añ.3.ii.mellis lib.ii.aceti lib.i.
dosis est ab.ʒ.s.usque ad i. Gal.medicamẽ ualens ad infirmi
tates stomachi frigidas,& dolores fortes.℞.trium piperũ,
spicæ nardi,zingi.rosarum,florum chamæmillæ,squinan-
thi,centaureæ,aristolochiæ rotundę,añ.3.vi.ligni aloes.3.
ii.Conficiãtur cum melle in quo cocta sit mastiche,& gar.
dosis est.ʒ.s.cum aqua calida.

Aliud medicamen conferens ad dolorem stomachi,& he
patis remouens putredinem ab eis ex caliditate,& acuita-
te choleræ citrinæ,faciens digerere cibum, & confortans
ea.℞.rosarum ru.3.x.trochiscorũ, diarhodon, liquiritiæ, F
ana.3.iiii.gario.calami aromatici,spodij,mastiches, ligni,
aloes, ana.3.ii.trium sanda.3.iii.seminis portulacæ, lactu-
cæ,scariolæ,se.cõmunium mundatorum,albarum margari-
tarum cum fengerase,rasuræ, eboris, dragacanthi, gummi
arabici,ana.3.i.s.camphoræ.3.s.confice cum syrupo aceto
so,& dosis est.3.s.cum aqua calida,uel frigida.

Medicamen ex inuentione nostra, sanans uniuersos lan-
guores stomachi,si Iesus Christus uoluerit,omnes uirtutes
eius confortat,& uomitum sistit, & ipsum proprie naturæ
restaurat,quo nullum est melius.℞.mastiches, ligni aloes,
myrrhæ,cinnamomi,ana.3.v.corti.exterioris filti.gar. spi-
cæ, ana.3.v.eufragiæ.ʒ.s.coralli albi, & rubei, partes mi-
scendo æquales ad pondus omnium rerum,syrupi ro.quod
sufficit. Pilulæ purgantes stomachum ab omni superflui-
tate humorum,& cerebrum,& remouẽt dolorem.℞.absin
thii,mastiches,agarici, ana.3.ii.trium myro.3.iiii.turbith.
3.x.epithymi hortẽsis,salis indi,an.3.ii. penidiarum.3.iiii.
hieræ picræ.3.v.succi ros.3.iiii.diagridii repressi.3.i.fac pi
lulas cum succo scariolæ.dosis est.3.ii.

Confectio anacardina diacimimum,& diatrion pipereon
sunt conuenientia,dixit Aboa. Pilulæ quę conferũt ad do
lorem stõi,& singultum,& sunt Serapionis.℞. aloes abslu-
ti,3.i.s.musci,piperis,ana.dauic.i. Conficiantur cum uino
puro, & aliqui addunt spicæ.3.s. Pilulæ ad dolorem stõi,
& tussim,& eos qui pausare nequeunt.℞.aloes,3.vi.absin-
thii,enulæ,ana.3.vi. mastiches, mentæ saracenicæ, añ.ʒ.s.
Confice cum melle,dosis est.v.ante cibum,uel post.

Deinceps scribamus medicinas quæ administrantur exte
rius ex emplastris linimentis unctionibus super stõ, & mo
dos eorum, & sunt ex necessitate curæ languoris stõi. ag-
gregãt enim & coadiuuant partes ei⁹,& uirtutes & caloré
ne resoluaẽ,& exalet indebite,& destruunt in eo dolores,
& conferunt eius uitæ. Emplastrũ philagrii ad dolorem
stõi,hepatis,& matricis,& apa cum linitur exterius,et ad-
ministratur mulieribus in lana linita cũ ea matrice.℞. cro-
ci.3.ii.bdelii,mastiches,cal.aroma.aloes,styra.humidæ,añ
3.viii.ceræ.3.iii.adipis anseris.3.xii.hyssopi, siccæ & humi
dæ.3.xxx.olei nardini quantum sufficit.

Calefactorium ad doloré stomachi frigidum.℞. cineré
calidum, & imple parapsidem quam uis, & desuper aspер-
ge cymas origani, & inuolue in panno lineo, & super-
pone cum compressione.

Idem operatur tegula ignita extincta in uino græco, &
superposita stomacho. Sunt etiam experta calefactoria sic
ca ex sale,& milio, uel furfure secundum Hippo. & humi
da ex spongia madefacta in uino decoctionis anisi fœnicu-
li,absinthii,& chamæmillæ.

Vnguentum ad pdicta.℞.aloes,mastiches,olibani, myr-
rhæ,ana.3.s.corticum granatorum,rosarũ, anisi, galangæ,
gar.an.3.iii.olei ro.chamæmillæ,añ.lib.i.ceræ.ʒ.iii. bulitis
oleis,aceto,& cera post perfectam decoctionem supaspge
in fine spẽs pdictas pulueriz atas bene agitando donec fiat
unguentum. de quo puncto stõ supasperge myrrham, &
mastichen,lineum pannũ,& lanã succidã calidã suppone,

Linimentum aliud nr̃m confortans stõm, & oẽs eius o-
perationes,& remouens oppilationes,dolores,& uentosi
tates.℞.olei nardini,lib.i.& fac bullire cum sampsuco trito,
bullitione una:postea pone ceræ.ʒ.iii. & fiat unguentũ
cum mastiches,myrrhæ,terebinthinæ,laudani,an.ʒ.i.& un
ge,& superasperge puluerem anisi,& rosarum.

Aliud ad eandem in febricitãte.℞.olei myrtini, & ros.
añ.3.ii.& bulliãt cum mastiche,& olibano,& unge stoma-
chũ ex eo,& superaspge puluerẽ ros.et granatorum,& re-
mouet,uel arcet nauseã. Ad idem.℞.succi solathri,et succi
absinthii,anisi,añ.3.iii.farinæ hordei.ʒ.iii.mastiches.ʒ.i.ro
sarum rubearum puluerizatarũ.3.ii. fiat cõmistio, & unge.
Aliud quod administratur quando omnia alia non contule
rint,& sedando dolorem, arcet uomitum, & nauseam, &
fluxum.℞.colofoniæ, terebinthinæ, olibani, an.unc.i.san.
dra.mumiæ.myrrhæ,sarcocollæ,ana.ʒ.s.ros.corticum gra-
na.ana.ʒ.i.infunde stupam,& superpone.

De nocumentis appetitus ex quibus est debili-
tas, seu diminutio,destructio,seu ablatio,
& corruptio. Cap. 17.

DEstructio, seu ablatio appetitus eiusq; diminutio,
seu famis quę est secundũ Gal.cibi indigẽtia, seu de
siderium calidi& sicci,sicut sitis est indigẽtia potus,
& desiderium frigidi, & humidi, cuius organum os
stõi, natura instituit,sunt notæ.sunt enim species nocumẽ-
ti appetitiuæ actionis,quod est triplex secundũ Gal.s. abla
tio eius, & est cum stomachus nihil appetit, & diminutio
eius,et est cum appetit parum respectu cõsueti,et eius cor
ruptio,quæ est cum appetit inconuenientia,sed de hac in-
fra distincte dicetur Patris sapientia succurrente. Causæ
autem eius ex notitia causarum naturaliter perficiẽtium
ipsum possunt haberi. Inquit enim Gal.cõtrariorũ cõtra
riæ sunt causæ.

Causę autem perficientes ipsum appetitũ naturalẽ secũ
dũ Gal.sunt quinq;.s.inanitio membrorũ, naturale desideri-
ũ eorũ trahẽs,suctio uenarũ,stõi sensus, et desideriũ ani-
matũ complẽs. Si uero auferat,aut destruat, illud erit, aut
quia mẽbrorũ inanitio nõ pcessit, aut quia naturale deside
riũ fuit destructũ,aut quia uenarũ suctio nõ interuenit,qui G
bus mediãtib⁹ membra trahũt à stõ,& intestinis, sicut radi
ces arborum à terra:aut quia organum appetitus.i. stoma-
chus suã inanitionẽ nõ sentit, ut in bolismo, unde animatũ
desiderium.i.uoluntas replẽdi non sequatur,quæ fames es-
se dignoscitur, aut quia nulla affuit. Primi causa est re-
pletio membrorum, & proprie ex humoribus crudis, con-
stipatio pororum,& caloris naturalis debilitas, & occupa
tio ipsius in rectificando humores crudos,& grossos, & di
gerendo,& administrando ipsum loco eius,quod dissoluit
tur,ut in animalibus accumbentibus in cauernis sanis hye-
me est uidere,& in ualde pinguibus,& in febrientibus fe.
phlegmatica. Secundi causa est, quia licet præcesserit
inanitio sensibilis,uel insensibilis, tamen quia fuit ultima,
& superflua,& sic naturale desiderium, & naturam destru-
xit,quia à uenis trahere non potuit,ut in ulceratiuo fluxu,
& proprie sanguineo,& febribus acutis, & proprie pesti-
lentialibus,& hecticis est manifestum,& etiam in conuale
scentibus,& superfluo exercitio, & resolutiuo, & diapho-
retico sudore,& fame diuturna, & similibus. Tertii cau H
sa est uenarum, & hepatis debilitas, seu oppilatio, sicut in
apostemate hepatis,& febribus peracutis, & fluxu hepati
co est apparens. Quarti causa est quę est in organo.s.sto
macho,& est multiplex cã.s.interior, & exterior. Et inte-
rior aut est propria stõi, aut ex cõitate. Et stõi propria est
ꝙlibet ægritudo destruens sensum eius animatum sibi ultra
naturalẽ et cõem aditũ,ut trahat nõ solum ꝓ se, sed pro to
to ꝙ desiderium animatũ cõplet,et tñ hepar licet pro toto
trahat illud,tñ nõ habet ut stomachus eo ꝙ trahit ab intus,
et à ꝓximo,sed infra de hoc summæ tertiæ cap.i.dicetur,si
Christus annuerit.Et plurimum eueniẽs est mala cõplexio
pura uel cũ materia:et pura,uel calida & sicca,per se uel p
accñs illud operans. Per se quia auferẽs cãm appetitus ci-
bi,qui est calidus,et siccus,quæ cã est frigiditas,& humidi
tas inducẽs in eo cãm appetit⁹ potus,qui est frigidus et hu
midus,sic priuat famẽ & inducit siti.ꝙ autẽ ita sit, patet in

iter agentibus in aere calido & æstatis tempore,& in exer A
citantibus,& balneantibus in aqua calida, in quibus est ui-
dere,quòd deficit fames,& sitis augetur. In contrarjs autẽ
crescit fames,& diminuitur sitis.Per accidens autem,quia
non sit caliditas resoluens,& inaniens stomachum,ut in ca
nino appetitu,licet raro, sed dissoluens uillum longitudi-
nalem trahentem,& eius humiditatem, & trahens ex alijs
partibus circuniacentibus ad ipsum,& repellendo stupefa-
ciens:uel frigiditas,uel humiditas,quia non sit temperata,
ut prædicta cooperans ad naturalem,nec superfluens parũ,
ut in canino appetitu, sed ualde adeo, ut paralyticum fa-
ciat,quare destruit simul sensum,& attractiuam eius,& na-
turalem uirtutem,ut in bolismo.Vel cum materia,aut gene
rata,aut influxa.Et generata,uel calida,dissoluente, & re-
plente,& calfaciente,uel frigida uiscosa,grossa adhærente,
& sensum obtundente.Influxa plurimum est,aut a cerebro
ut in catarrhis:aut ab hepate ut in sustinẽtia famis quæ sto-
machum putridis replet humoribus hepate non habente
de bono sanguine,nisi quantum sibi sufficiat,uel non putri-
dis,sed bonis,hepate de bono habente pluſquam sibi suffi- B
ciat,ut innuit Gal.ut supra dictum est. Aut etiam à splene
cum multam melancholiam mittat illi quæ repleat,uel me-
lancholiam adustam,quæ calefaciat locum appetendi: aut
à toto corpore,ut cum præcessit uomitus uiolentus,& fre
quens qui debilitauit stomachum, & prouocauit cursum su
perfluum à toto corpore ad ipsum:unde factus sit lacuna su
perfluitatum. Ex communitate uero causa,& est absoluta
ut plurimum:ut in ægritudinibus cerebri.s. soda lithargia,
stupore,& similibus. & quandoque est cum communitate
nerui,ut uiæ intermediæ inter cerebrum, & stomachi orifi
cium,quia paralyticus:aut in ægritudinibus hepatis dictis
in quibus debilitatur naturalis uirtus omnis non solum ap
petitiua in radice, uerum etiam in consequenti in stoma-
cho,& in toto corpore.Aut in ægritudinibus splenis: quia
non mittat melancholiam.Aut in ægritudinibus intestino-
rum,ut in dysenteria, uel in uermibus existentibus in eis,
& pungentibus ea quibus communicat stomachus: licet
quandoque cibum præaccipiendo de eo causa sit appetitus
caninus,ut ait Aboa.sed illud consideratione indiget, & a- C
lia debilitantia dicta cap.i.quæ mouent ipsum ad expellen-
dum,seu uomendum,& non appetendum:aut propter ma-
tricem,ut accidit in retentione menstruorum,& in princi-
pio impræguationis,licet sibi accidat tunc corruptio appe
titus magis,nec sit uere communitas absoluta.Exterior ue
ro causa,est causa primitiua ex aere calido resoluente uir-
tutem suo excessu,uel dissoluente humiditate, & replente
non consumente,aut frigido suo excessu stupefaciente, &
prohibente resolutionem,ut in debilibus natura,uel solum
recludente calorem ad interiora,& calefaciente stomachũ
ut in robustis natura,& exercitium superfluum resolutiuũ,
& quies nimia. Inquit enim Hipp. derelinquentes exerci
tium frequenter hecticam incurrunt.uigiliæ superfluæ, &
& somnus superfluus, & proprie insuetus qui stomachum
mollit,& coctum reddit,ut ait Hipp.cibus superflue cali-
dus uel frigidus,& huiusmodi,ut supra capitulo de debili-
tate dictum fuit.Potus aquæ frigidæ plurimæ, & proprie
in ieiuno. Inquit enim Hipp.qui aquam frigidam uentre
biberint inanito eorum corpora in defectionem adducit. D
Potus quoque uini antiqui,qui est causa sitis non famis, ut
ait Gal.licet per accidens possit esse causa appetitus, quia
sit inebrians,& acescat. Dimissio etiam potus delatiui in
habentibus meatus hepatis angustos,superflua repletio,&
inanitio prædicta,& animæ accidentia,ut tristitia, timor,
ira,imaginatio rei abominabilis,& præsentia eius, & simi-
lia.& destructio,seu casus appetitus in ægritudinibus chro
nicis est malum per uiam signi,& causæ,ut ait Hip.in apho.
Sed satis quòd causæ destructionis appetitus sunt ipsæ eæ-
dem causæ debilitatis ipsius cum sunt,& ipsa facta a frigidi
tate est deterior facta à caliditate, eo quòd frigiditas est
acuens appetitum non destruens. Signa uero quibus ha-
bent cognosci sunt sensus,qui operantur in eis: & inuentio
quia nihil uel parum inueniatur appetere respectu eius,
quod consueuit appetere.Causarum uero signa, & primo
Primæ causæ habentur ex diæta præcedente, quæ tales cru-

dos humores habuit multiplicare, & ex habitudine grossa
& pingui colore liuido,& plumbeo. Inquit Gal.color.n. 1.apho.2.
corporis humorum dominium ostendit cum priuatione
omnis insensibilis uel sensibilis euacuationis, & pprie per
poros.Ex complexione,ætate,tempore,regione,arte,& a-
lijs similibus circunstantijs. Inquit enim Hip.contempla-
ri autem oportet tempus,ætatem, &c. Et quia ex iniuncta
abstinentia longa non minuitur corpus,neque ex feb. lon-
ga. Inquit enim Hipp.febricitantibus non omnino in su-
perficie permanere, neq; corpus minuere magis eo, quod
secundum naturam,longitudinem morbi significat:quia hu 2.aph.28
morum cruditatem pororum constipationem ostendit, &
ex pigritia corporis,& defidia animæ tarditate motus, tur-
gitate,& hypocondriorum suspensione, & exeuntium cru-
ditate. Secundæ autem causæ signa sunt, signorum prædi-
ctorum contraria cum inuentione euacuationum sensibi-
lium,uel insensibilium ulceratarum,narratarum hic in ad-
ductis exemplis,& proprium signum est debilitas appetiti
uæ uirtutis,& est,ut præparentur infirmo cibi quos deside-
rat,& cum ministrantur cibi,& gustat,uituperat illos.

Tertiæ etiam causæ signa ex his,quæ in exemplo adducun-
tur,sunt manifesta. Quartæ uero causæ in organo consiste
bant.s.stomacho:signa sunt, quia sit inanitionem suam non
percipiens,& apud transglutionem rei acutæ,pura piperis
non sentietur ardor nec sequetur singultus. Et si quidem sit
eius causa interior,& sic mala complexio eius propria,pu-
ta calida uel frigida,signa superius habuisti. Ex eius signis
est,si sit calida sitis, & iuuatur potu aquæ frigidæ, uel cibi
frigidi actu.nam alterando dyscrasiam eius excitat appeti-
tum ablatum.Sic enim est uidere, quòd febricitanti redit
appetitus cum receptione panis infusi in aqua. Si uero sit
frigida,signa erunt contraria. Si uero sit mala complexio
cum materia generata in eo,signa stomachi sunt debilitas,
& dyscrasia præcedens cum malitia regiminis. Si sit calida,
erit sitis,amaritudo oris,& eructatio fumosa, & exeuntia
cholerica,& ex assumptione cibi,& potus frigidi,& abster
sui appetitus excitatur.Si uero sit frigida signa erunt con-
traria,& cum incipit comedere cibum,& potum calidum,
& absterſuum excitatur appetitus,materia enim quæ inhæ
rebat sua uiscositate,& sensum stomachi obtundebat, cum
ex cibo uel potu tali abstergatur,sensus stomachi redditur,
& appetitus.

Signa uero materiæ influxæ sunt præcedens mala dispo-
tio prædictorum membrorum cum inuentione catarrhi cõ
sueti, uel cum præcedente abstinentia inueniatur, uel cum
uomitu frequentato. Si uero causa debilitatis, & destruc-
tionis sensus animati desiderij stomachi sit ex causa com-
munitatis aliorum membrorum, signa erunt inuentio, seu
processio dispositionum, seu ægritudinum ipsorum mem-
brorum quibus dictum est compati. Signa uero causarũ
extrinsecarum sunt sensus,& inuentio prædictarum ex te,
uel relatu infirmi,uel astantium ministrorum,& facilis euẽ
tus eius,& facilis cessatio, quia in die uel nocte sequente,
ut ait Gale.

CVRA. curationis intentio est duplex generalis.s.&
specialis.Generalis est tres res.prima est ablatio causæ.se-
cunda confortatio stomachi, & proprie superioris partis
eius,sensus,& appetitus uiuificatio,& exiccatio iandiu exi
stentis destructi,uel sopiti,& confortatio ipsius debilitati.
tertia est accidentium correctio, ut est debilitas syncopis,
& similia.Specialis est quam ex diuisione generis.s.appeti-
tus destructionis,& debilitatis in suas speciales causas acci
pimus,& in actum uel operationem unicuiq; speciali cau-
sæ conuenientes adducimus medicinas, & propria auxilia
demonstramus.

Si ergo causa destructionis appetitus fuit defectus ina-
nitionis membrorum,& ipsius causa specialis fuit repletio
ipsorum ex humoribus crudis cum pororum constipatio-
ne,& caloris naturalis debilitas nihil uel parum resoluen-
tis,cura erit quatuor res.prima est humorum ipsorum dige
stio,seu adæquatio.secunda est pororum rarefactio. tertia
est ipsorum euacuatio & resolutio.quarta est caloris natu-
ralis confortatio. Primam rem complent usus ciborum
potuum,& aliarum rerum non naturalium calefacientium
temperate,

temperate,& extenuantium,prout in cura cordis specifica uimus,necnon & medicinarum eandem uirtutem habentium,quas in cura malæ complexionis stomachi frigidæ cū materia curauimus. Ex quibus est syrupus acetosus mellinus cum seminibus & radicibus,& de hyssopo,calamentho origano,ameos,& similibus,& oxymel squilliticum, & diatrion,& diacalamenthum proprie,& diacyminum, & similia. Secundam rem complent frictiones temperatæ in uniuerso corpore,& multæ cum blandis manibus calefactis cum oleis rarefacientibus,& subtiliantibus ibi superius enarratis.Et ex illis est oleum chamæmeli,anethinum, de amygdalis amaris,de meliloto,& similia. & balnea temperata naturalia,ut thermarum,uel artificialia ex aquis habentibus uirtutem florum herbarum prædictarum,quę etiam primæ rei sunt conuenientia. Inquit Aboa.est autem cū balneum cibum indigestum digerit,& humorem crudum maturat. Tertiam rem complent frictiones fortes prolongatæ,& longa mora in balneo resolutiuo,ut est thermarū sulfurearum,& salsarum,& unctiones cum resolutiuis oleis, ut oleo de croco,de spica,de costo, de iride, & similib.uel prouocantibus sudorem,ut de apio,de calamentho, & pyrethro,si non fuerint multi. Si uero fuerint multi quòd in uenis abundent præcedat purgatio cum prædictis laxatiuis ibi superius dictis.Et ex propriis est agaricus,quoniam uirtus eius adducit ex uenis,& extenditur usque ad extrema corporis,& perducit uirtutes aliarum medicinarum tales humores educentium,uel alios usque ad ea,& cum sit incolumis,non offendit ualde stomachum, & ex illis est electus sed abhorreo hic,quoniam de malitiosis ualde nocentibus stomacho existit. Quartam rem complent prædicta omnia,& ieiunium,& abstinentia,donec calor igniatur, & à grauamine releuetur.Et ex appropriatis est theriaca antiqua,& ministrata post digestionem,& purgationem humorum talium.Consumit enim reliquias, & naturalem calorē à tota substantia confortat,ut ait Aboa. Si uero causā destructionis appetitus fuerit defectus naturæ & desiderii naturalis ex aliqua prædictarum euacuationum ultimarum, licet præcesserit membrorū inanitio. Cura erit duæ res. prima est euacuationem illam si adhuc perduret, retinere. secunda est naturam paulatim resumere,& confortare. Primam rem complent,quæ sunt illius causæ inaniētis correctiua,uel fluxus proprie retentiua, quæ supra in cura fluxus sanguinis ex naribus diximus,& in cura cordis de sudore diaphoretico,& infra Christo Iesu concedente dicemus in aliis,& ex aliis partibus corporis procedentibus. Et ex communibus omnibus sunt myrrha,charabe, lutum sigillatum,trochisci de charabe,et de terra sigillata,et succus, et rob myrtæ,et similia.Et ex expertis per nos est theriaca in hoc casu.s.ulceratiuo fluxu sanguinis deiiciente uirtutem, nouā cum aqua sumat eam,ut ponit Aboa. Secundam rē complent cibi,et potus facilis digestionis paucarum superfluitatum,multi & boni nutrimenti,& cordialis, & etiam medicinæ,ut electaria,& similia,in quibus gradatim procedatur,parum & sæpe ministrando, ut supra in cura cordis diximus,quibus aliqua aperitiua parumper admisceantur, ut uias alimenti aperiant,quæ à stypticis, & ponticis fluxū retinentibus fuerunt præclusæ. Inquit enim Gale.apertos fore eos,qui secundum hepar exitus alimenti, non solum in sanis,sed etiam ægris est securissimum.Et ex propriis est cinnamomum, calamus aromaticus cum semine apii, crocus,casia lignea,spica,& similia,apium,marathrūm,petroselinum,& proprie fisticum, quod mundificat stomachum & hepar.& aperit nutrimenti meatus, & etiam ficus siccæ cum amygdalis,uel nucibus, quæ aperiunt oppilationem in extremitatibus uenarum,& etiam quies. & somnus in loco temperati aeris,& animę accidentia naturam debilitātia,& confortantia,ut lætitia,& gaudium temperatum.

Si autem destructio,& defectus appetitus fuerit ob defectum suctionis uenarū,licet fuerint inanitæ, & hoc quia fuerint debilitatæ,uel ex mala complexione feb.peracutarum uel etiam ex qualitate pharmaci alicuius acuti, uel ex frigiditate alicuius rei assumptæ,ut aquæ apii,& similium, uel fluxu hepatico,uel oppilante. Cura est duæ res. prima est causæ (quæcunque sit) abscisio cum his, quæ in pro-

E priis capitulis describentur.secunda est ipsarum uenarum, & hepatis à quo sumunt principium,& etiam uirtutem attrahendi,confortatio,prout in cura debilitatis hepatis te faciemus scire,si annuerit gratia Saluatoris.

Sed si quidem destructio,et defectio appetitus fuerit ob causam in organo.s.stomacho,quia suam inanitionem non sentiat,quam uenarum suctio præcausauit: fueritque eius insensibilitas ob causam interiorem ī seipso propriam, quæ sensum obtundit,ac eius desiderium animatum,cura est causæ ablatio,scilicet ægritudinis cuiuslibet, quam in proprio perquires cap.Et si quidem sit mala complexio dura,uel cū materia generata,uel influxa,curam eius superius habuisti. Si autem insensibilitatis & defectus desiderii causa fuerit ex communitate ad principium.s. cerebrum à quo recipit sensum,ut in lithargia,et stupore destruente, uel debilitante cerebrum,et uirtutem eius,cura est duæ res.s. ægritudinem cerebri corrigere,si possibile sit:si uero non sit possibile,signis prognosticis derelinque.secunda est ipsum cerebrum confortare. Primam rem complentia tibi supra F diximus seriose,et etiam secundam.Et ex illis sunt medicinæ simplices et compositæ.Cibi sunt auellana, caro gallinarum,et cerebrum earum,caro,et ius serpentis confortant sensum,et uinum temperate sumptum contemperat calorem eius,et sua temperata caliditate dilatat animam:et spiritum multiplicat,et ipsum clarum reddit, ut ait Aboa. Medicinæ simplices sunt olibanum,et cortices eius, scoria ferri,sal gemma,myrobalani,chebuli conditi,aloe,ambra, xyloaloe confortant sensum infrigidatum, et muscum, et oleum rosa.et camphora confortant ipsum calefactum, et lac muliebre. Compositæ uero sunt diambra,diaolibanū, diamuscum aromaticum rosatum,et mithridatum, et similia communiter omnia principalia,et uirtutes eorum confortant.Et si quidem sit ex communitate nerui existentis, ut uia intermedia inter cerebrum, et stomachi orificium, quia paralyticatus,cura eius est cura paralysis, quam superius habuisti,et etiam cura catarrhi oppilationis stomachi in poro,et uia quam diximus. Si uero sit ex communitate ad hepar passum in prędictis ægritudinibus,cura est tres G res.prima est ægritudinem, quæuis sit, curare quæ in proprijs dicetur capitulis Christo duce.secunda est ipsum confortare,ut in proprio cap.infra dicetur.Et ex illis, quæ cōfortant hepar,et etiam stomachum simul,ut in hoc casu expedit,sunt cibi,et medicinæ simplices,et compositæ. Cibi uero,sunt endiuia,acetosa, almuri, et lac fætarum nouiter camelarum,et excitat appetitum,rosa,et aqua eius,lactuca .s.coriand.cucumer,cucurbita,et semen eorum,et aqua frigida,quantitate quæ non superet calorem,et extinguat innatum,moderate enim sumpta omnes eius uirtutes confortat.Ericius,et caro eius ad calidos,ad frigidos uero,nasturcium,menta,allia,cœpe,apium,cappares conditi, passulæ, et uinum stypticum,piper, et aromaticum, et fisticum ad utrosq;. Medicinæ uero simplices ad ipsos frigidos cōfortatiuæ sunt,ameos,helbuch,acorus,galanga, et uinum purum,et melicratum conditum,et zingi.et digerit materias utrasq;,summitates squināti,zarabanum,piper, cuscuta, et cyperum,folium absinthium,origanum,zuccharum album, casia,gar.rhabar.à complexione,spica,et cōfortat ea, et aperit,et sedat mordicationem stomachi,sicut passulæ, bal- H samus,calamus aro.eupatorium,ad calidos uero spodium, sanda.rhabar.per accidens resoluendo cholerā:et breuiter omnia absterſiua,styptica,et aromatica. Compositæ uero, sunt,quæ infra dicentur suadente gratia Trinitatis. Et ex illis est,syrupus de absinthio,de cuscuta,de eupatorio,trochisci de rosis,de endiuia.de eupatorio,de absinthio, de capil.uene.aqua fructuum,et similia electaria, ut aromaticū rosatum,& diābra,& diacinnamomum,& similia. Tertia res est paulatim naturā corporis resumere, ut superius dictum est.Et si quidem sit ex cōitate ad splenem melācholiā solitā non mittentem,quia fuit oppilatus, cura est aperire, & confortare: quæ illā compleāt infra dicentur. Et ex illis,quæ ambo hæc insimul complent, & cū hoc stomachum confortāt,& sunt medicinæ simplices,et compositæ,quæ infra proprio capitulo dicentur.Et breuiter in summa omnia quæ aperiunt oppilationes pulmonis, et hepatis aperiunt oppi-

oppilationes splenis, et uiarum eius quando splenis oppi- A latio non est fortis: qm̄ quando fortis est,ut asserit Gal.necessariæ sunt medicinę fortiores istis quales sunt capparorum cortex,cortex tamarisci,et scolopēdria, agnus castus, squilla,& herba nominata græce asseliz,idest mundificatiua splenis,et est cortex salicis,et fraxinus,de quibus in antidotario nostro fecimus mētionem capitulo de trochiscis de capparibus: interpretatur autem fraxinus.i.frangens sexum, et habet mirabilem proprietatem contra duritiem splenis,et lapidem renum,& uesicæ,sed folia, et lignum decoquantur in aqua ferrea, et de ea quolibet die sumatur scyphus unus in ieiunio simplex, uel cum oxymelite squillitico, & fiant ex ligno eius uasa in quibus comedatur, et bibatur.sunt enim efficacia,et experta. Si uero fiat ex cōitate ad intestina patientia,ut dyssenteria ex uermibus,cura eius, est cura passionis intestinorum.s. dyssenteriæ uermium,quæ infra dicetur. Et si quidem etiam sit ex cōitate ad alia membra, ex quibus prouenit debilitatio stomachi: de quibus supra in cap. debilitatis fecimus mentionem:cura est illorum rectificatio, ut ibi prædiximus. Etiam si ex B cōitate ad matricem,cura est duæ res.prima est eius.s.matricis rectificatio.secunda est stomachum confortare,ne recipiat fumum, uel materiam. Primum infra demōstrabitur. Secundum iam supra ē præmissum. Et ex illis, quæ à proprietate habent stomachum confortare ne recipiat fluxum menstruorum ad ipsum,est emplastratio ipsius cum fæce uini non adusta.Et melissa, et acetositas citri, prohibet fumos à corde,& stomacho,et cerebro,ascendentes à matrice quocunq; modo sumatur. Si uero à causa extrinseca primitiuarum aliqua prouenerit, ablatio illius erit facilis reditionis ad sensum,et desiderium animatum,et appetitū. Secundā rem generalē complent confortantia prędicta in cap.debilitatis,et aliis capitulis. Et ex his,quæ confortant os,sunt cibi,et medicinæ simplices,et compositæ. Cibi uero sunt,et quæ comeduntur,et bibuntur,ut extrema animalium,lac camelarum nouiter fętarum, oliuæ salitæ, cappares conditi cum aceto,apium trifolium, cum aceto, lactuca,et petroselinum,lupini non amari, menta comesta cum cibo,et salsamento,citonium,secundū cōem modum admi C nistrationis excitat appetitum mortuum. Et proprie syrupus eius,fructus uitis syluestris,nasturcium cum aceto,uinum acerbum,aqua mellis,et aqua extinctionis ferri uirtutes desideratiuas erigit omnes calamēthum,fisticum, p̄sica recētia nō sicca,granata acetosa,morum de scemi acre.Horum uero, q̄dam sunt confortatiua,et excitātia appetitum in calido,quædā uero in frigido: et quædam in utroq;,quas per te discernas,si sapiens fueris. Medicinæ uero simplices cōfortātes,& excitātes appetitū in frigido sunt hahasce,et syrupus eius,mastiche,xyloaloe,piper, ruta,absinthium,semen raphani,radix squinanthi, et aloe. In calido uero sumach,morum de scemi,ribes,et alii cibi frigidi superius seriose numerati.Compositæ uero infra dicentur.

Tertiam rem complent,quæ obuiāt debilitati,et syncopi,quæ superius in cura cordis diximus. Et ex appropriatis,quæ in hoc conueniunt,confortant enim,et excitāt appetitum,est approximatio odoramētorum delectabilium, & ex cibis ipsi infirmo,sicut est hœdus lactans,et gallina assata cum odoramentis interclusis in ipsis, sicut est folium, D cinnamomum,gario.et alii ex herbis,ut origano,rosmarino,et satureia,et spēbus confortantibus,et excitantibus appetitum,et sumptio sorbitionum ueIociter nutritiuarum, et panis infusus in uino frigido,et in aqua frigida,etiam calido. Confectio diaolibani boni ad frigus stomachi, et ad destructionem appetitus, et festinandum penetrationem cibi in corpore, et retinet fluxum uentris prouenientem ex frigore stomachi,et hepatis. Reci.piperis, calamenthi, spicæ,macis,cardamomi,resinę,ameos,anisi,nigellæ,omnium ana partes æquales,thuris,balaustiarum, ana partes.ii. Conficiantur cum melle dispumato, et sit dosis,drach.iii. Confectio epithematis ad idem Reci.absinthii romani,costi,piperis albi,zingi.cyperi,ana.drach.v.olibani.ʒ.iii.mastiches,drach.v.calami aromatici,gallię,squinanthi,gario. cinnamomi,ana.ʒ.ii. immitte miuæ factæ ex uino ueteri, et aqua citoniorum, quæ aggregentur post horum contri-

tionem, et liniantur. Electarium cum aqua citoniorum, quod facit appetere cibum.℞.aquæ citoniorum.li.iii.mellis,lib.iii.aceti fortis, li.iii. decoquantur super prunas, et accipe spumam eius:deinde sumantur zingi.ʒ.v. trium piperum, ana.ʒ.iiii. terantur cum prædictis, et decoquatur donec fiat sicut substantia mellis, et detur ex eo cochlear unum,et est aur̄.i.et detur mane in ieiunio ante prandium per duas horas.

Triphera mundificans stōm à cholera, et phlegmate, et soluit uentrem cum facilitate, et facit appetere cibum.℞. myrobalanorum, citrinorum chebulorum,emblicorum,et belliricorum, ana.ʒ.x.radi.liquir.ʒ.v.turbith albi mundati ʒ.vii.zingib.ʒ.v.cinnamomi,heil,ana.ʒ.ii. terantur,et cribellentur,et liniantur cum oleo de amygdalis dulcibus, & confice cum melle,et detur ex ea potio integra.ʒ.iiii.cum aqua calida.

Composita bona ad excitandum appetitum mortuum. ℞.citoniorum,pomorum, pirorum mundatorum à corticibus,et granis,frustatim incisorum,radicum fœniculi,apii, B petroselini,capparorum ablutorum à sale, bulliant in aceto,et aqua,et uino,ana partibus æqualibus, et addatur cinnamomi puluerizati, et seminis sinapis puluerizati, ana quod sufficiat, et adde daucos,et rapas.

Salsamentum ex inuentione nr̄a.℞.mentæ siccæ, pulpę sumach,panis asi,ana.℥.i.infusi in aceto,uel succo citoniorum acetosorum,cinnamomi.ʒ.ii.terantur,et colenr̄,et colaturæ addatur parum ipsius aceti,uel succi,& utatur.

Gelea ex inuentione nr̄a.℞.extremitatum pullorum zabrelorum,et porcellorum,ana.lib.i.fasianorum, p̄dicum,et auicularū paruarum,ana.lib.s. decoquanr̄ in succo citoniorum acerborum,et succo granatorum,et uino acerbo, ana æqualium partium,pulueris,cinnamomi.℥.s. et parum croci,ad colorādūm tm̄, decoquanr̄ donec inspissenr̄ succi, et minuanr̄,ita q̄ carnes non operiātur ex eis deīde deponantur ab igne, et p̄mittantur cōgelari in puteo, uel in cisterna. Et si non congeletur, resideat in eo psillii.℥.s.ligati in pecia. Pilulę,quæ sumptę post cibum,et ante tollunt uentris cōstipationē,fastidium auferunt hepatis,et spleneticis C conferunt,et hypochōdriorum inflationē tollunt.℞.mastiches,zingib.cimini(alio thymi)gario. seminis basiliconis, piperis longi,ana.ʒ.i.piperis,anisi,marathri, seminis apii, & ameos,ana.℥.s.turbith albi,et mundi.ʒ.vi.Confice cum succo absinthii,da.vii.ante cibum. Pilulæ de absinthio, et aromaticum rosatum nostrum in antidotario scriptum, et syrupus de agresta. Confectio aleagiri, et de citoniis ad idem conferunt. Medicamen expellens appetitum bolismi. ℞.cardamomi maioris,cubebe, ana.partem.i.zucchari albi, partes.iii.dosis sit aur̄.i.post uinum cum aqua tepida ieiuno stomacho ex frigiditate cum humoris uitio acetosi.

De medicinis appetitus canini, famis syncopalis,et bolismi. Cap. 18.

Caninus appetitus destructioni eius noscitur esse cōtrarius.In ea enim nihil appetitur.In isto autem superfluum in quantitate continua, et discreta ex assumptione eius facta non satiatur, et proinde caninus dictus est appetitus. Canis enim de sui natura multa, et diuersa appetēs,quærit, et inueniens intantum repletur ex eis q̄ eius stomachus non potēs quādoq; continere com D pellitur illud expellere ante digōnē uomitu,et qn̄q; secessu:unde mēbrorum inanitio non cessat,neq; desiderium naturale,nec uenarum suctio,nec etiam stomachi inanitio,et sensus eius.quinimo frigiditas superfluens parum exterior uel interior pura uel cum materia phlegmatica generata, uel catarrhosa in stomacho regnans os stomachi exprimēdo inanitionē ac ipsum inspissatum tenens,pungens, commotionem in eo generat,quæ est similis suctioni uenarum, quæ excitat desiderium uelut fames naturalis, sic semper appetit:non enim quod recipitur mēbris appetētibus satisfacit,quia prius fluit q̄ uenarum suctio assequar̄.Et si quid sugar̄ mēbro nutrimētū nō est conueniēs. Inquit enī Gal. nō ex trāsglutitis,sed ex bene digestis nutrir̄ corpus, et sic mēbra remanēt inanita,& arefacta supra appetētia.Sic.n.ī coruo est uidere,qui cum unum intestinum, et rectum habeat propter quod cibū assumptū tandiu cōtinere non possit,

Margin notes: Nō.de fraxino. — Diaolibanū bonū ad frigus. — Electariū quod facit cibum appetere. — Triphera mūdificās stōm. — Composita bona ad appetitum incitādū. — Salsamentum. — Gelea bona ad idē. — Pilulæ bonæ. — Medicamē ad bolismum. — Appetitus canin' vū. — Propositio aurea.

ſit,quandiu di geratur,et membris diſtribuatur trahētibus, immo fluat illis remanētibus,inanitis eſt in continuo appetitu. Aliquando autem quod recipit naturaliter ſtomachus continet,& membris attrahentibus deſtinatur ſugentibus uenis,ſed ad ea non peruenit, quia uermes multi exiſtentes in inteſtinis pręaccipiunt: uel tranſit ad membra, ſed in eis non remanet, immo reſoluitur à forti caliditate ipſorum non circunſcripta ori ſtomachi,ſed extenſa in corpore toto: unde remanent inanita, & ſemper naturaliter deſiderant,et etiam ſtomachus, et tunc eſt conſtipatio uentris,et retentio uomitus. In proceſſu autem temporis eſt uidere, quod ubi aliud non interueniat accidens periculoſum,et mortale,ut ſubeth,ſtupor,et ſimilia,plurimum permutatur in boliſmum: cum enim cibus non digeratur, proculdubio cōuertetur in phlegma ſecundum Gal.et multiplicatum ſua groſsitie, et uiſcoſitate ori ſtomachi adhærendo occupat ipſum et eius ſenſum obtundit, et ſua frigiditate ſuperante ualde eius uirtutem ſenſibilem ſtupefacit,adeo quod licet membra ſint inanita manifeſte, et trahant,et uenarum ſuctio interueniat, ſtomachus tamen ſuam inanitionem non ſentiat,non ſuccedet deſiderium animatum, id eſt uoluntas replendi: unde ſequitur deſtructio appetitus quædam quæ dicta eſt boliſmus, in qua non eſt deſtructus appetitus, ut ſupra cum ibi ſit poſsibile, quod nulla cā canini appetitus adſit, nec eius quælibet cauſa interueniat,ut in canino appetitu plurimum,ſed quædam ſic quod membrorum inanitio, et eorum deſideriū naturale, uenarumq; ſuctio adſit, ſed deficit ſenſus ſtomachi in ſentiendo ſuam inanitionem,unde animatum deſiderium non ſucceſsit,ſed dicitur boliſmus.i.magnus appetitus membrorum inanitorum cum ſatietate ſtomachi non quod ſit ſatiatus,ſed quia ſuam inanitionem non ſentiat,ac ſi fuerit ſatiatus, uel quia ſic parū ſentiat, quod ſolo bolo ſatiatur,cuius contrarium eſt in ſyncopali fame. In ea.n. caliditate reſoluente in uniuerſo extenſa corpore, uel circunſcripta ſtō multum reſoluente accidit inanitio membrorum, ſuctio uenarum,et ſenſus inanitionis ſtomachi non temperata,ut in naturali fame,nec ſuperflua ualde,ut in canino,ſed multa,unde ſequit̃ fames non ſitis cum eius debilitate,ita quod niſi cibo ei cito ſuccurratur,deducetur ad reſolutionem,et ſyncopim.Ex quibus abundantibus in intellectu manifeſta apparet differentia inter deſtructionum appetitus, debilitatem,et ſuperfluitatem eius quæ eſt caninus appetitus, et boliſmum,atque ſyncopalem famē, quo ad eſſentiam, cauſas,et etiam accidentia quibus hñt cognoſci.Et ex dictis ēt in p̄cedētibus capitulis cura uniuſcuiuſq; in generali poterit comprehendi:in ſpeciali autem,et proprie cura appetitus canini ſi fuerit à frigiditate oris ſtomachi pura,uel cum acetoſa materia eſt duæ res.Prima cauſam tollit.Secunda ſedat appetitus exceſſum. Prima completur cum calefacientibus,abſtergentib.reſoluentib.et exiccātibus prædictis numeratis in cap̄.antecedēte,quæ materiā alterāt frigidā, et illam materiam acetoſam abſtergunt. Ex quibus conferunt maxime eſt uinum,unde Hip. potus indigentiam ſoluit.Talis autem potus debet ſecundum Gal. eſſe uini antiqui,uinoſi, puri,multi,calefacti,in ieiunio ſumpti ī quo nō ſit pōticitas, nec acredo,niſi adſit fluxus,ſeu uomitus quod eſt p̄ſ̄m.Tunc enim oportet,uel quod oē uinum auferatur, nā ponticum augmentū efficit in canino,acetoſum & amarum in fluxu: uel quod ſit uinoſum moderatū,habēs ſtypticitatem non amarum.hoc enim reſpicit utrunq;,et eſt cura cauſæ primæ.Secunda completur cum unctuoſis,et pinguibus,et his quæ ſupernatando,et replēdo ſua uiſcoſitate,ori ſtomachi adhærendo nauſeent,& appetitum tollāt. Si uero caninus ſit ex caliditate reſoluente curabis cum his, q̄ dicta ſunt in cura ſyncopis reſolutionis, et cura boliſmi.

Cura appetitus canini.

2.aphoriſ. 21.

Cura deſtructi, et canini, ex utraq; cauſa eſt tres res, oportet enim primo ſtomachi prouidentiam facere cum calidis calefaciētibus, et abſtergentibus p̄dictis. Secundo uero membris occurrere:quare ipſorum reſolutionē,et inanitionē prohibere.Tertio ſyncopi ſubuenire,et cibare cum redolentibus ex cibis,et potibus,et pane cum uino, et cæteris cordialibus, et ſtomachalibus. Cura uero ſyncopalis famis eſt cura canini,ex caliditate facti,& iam dicta eſt ſupra plurima pars regiminis eius in cura doloris ſtomachi, et eſt tres res. Prima eſt ſyncopi ſubuenire,ut ſuperius dictum eſt. Secunda eſt poſtq̄ euaſit ab ea obuiare, et prouidere ne re incidat, et illud fit cum exhibitione panis in uino frigido infuſi,et in rob de granatis, et citoniis, et ſimilibus qñ tradatur cibus, et cum aliis confortantibus ſtomachum interius,et exterius approximatis.Tertia eſt ſenſum obtundere,et humores,et poros corporis inſpiſſare, et illud cum cibis groſſis, et frigidis ſtypticis. Pilulæ educentes phlegma acetoſum de ſtomacho cōueniētes appetitui canino ex frigiditate cum humoris uitio acetoſi.℞.turbith albi et mundi,agarici,ana.ʒ.i.ſpicæ.℈.i.Confice cum oxymelite ſquillitico,et dentur,deinde detur diatrion pipereon,diacyminum,quod digerit,et conſumit humorem acetoſum,et alterat dyſcraſiam ſtomachi frigidam. Cum uero adeſt fluxus,quod eſt plurimum, tunc cōueniens eſt confectio electarii alefanginę, quod fit in tempore ęſtatis poſitum in antidotario noſtro. Cibus autem expertus eſt ex raphano uitellis ouorum,et unctuoſis,et pinguedinibus multis.conſumit humores, aufert dyſcraſiam frigidam, et ſenſum obtundit ſeu appetitum.

De medicinis appetitus corrupti. Cap.19.

CORRUPTIO appetitus eſt appetitus inſolitæ, et nutrimento hominis inconuenientis rei. Eſt autem ut plurimum ad acuta,et ſalſa, quæ ſunt nota, qñq; ad ſtyptica,et pontica,et ſicca,ut ſunt teſtæ,lateres,lutum,terra,carbones,et ſimilia,et eſt mala qñq; ad acria, et acetoſa,ut ſunt fructus acres,immaturi, et limones, p̄ſica, pruna,acetum,agreſta, pira, nepſila, cotana, et maciana: quandoq; ad unctuoſa,et dulcia:et quandoq; ad fœtida, ut ſunt cimices,ſcarabei,et ſimilia, et eſt deterior corruptio. Contingit autem ex humoribus malis in qualitate plurimum frigidis,et humidis,uel calidis, uel in ſubſtantia corruptis etiam uermes generantibus, in ſtomacho aggregatis et generatis, uel ab aliis membris influxis ad quorum correctionem natura appetit aliqua illis contraria,ut rectificet illos ſicut in marium corporibus naturaliter, uel accidentaliter diſcretis, et proprie mulieribus ſeu defectis, et maxime prægnantibus in primis menſibus tribus, et aliis in quibus menſtrua intēporanee retinētur,eſt uidere,quod appetunt talia. Cum.n.natura moleſtetur ex illis os ſtomachi pungentibus, uel grauantibus, uel afficientibus quoquo modo, appetit illis contraria, quibus corrigantur, et conſumantur,ut ab eorum moleſtia à grauedine reueletur, Inquit.n.Gal. dyſcraſia naturalis ſtomachi appetit ſimilia, accidentalis uero contraria. Nec mirum ſi eſt natura,quæ noſtra diſpenſat corpora indefecte, et ordinanter, quia ſapientiſsima, ut ait Gale. In inteſtinis ad conſumptionem phlegmatis congregati ordinauit lumbricos generari,multo magis ſtatuit,ut natura ſtomachi,quæ nobilis eſt,moleſtata uel grauata ab illis humoribus appetat talia,quibus illis conſumptis releuetur,et ad appetendum ſolitum,et conueniens redeat alimentum ſicut appetit acuta acrimonialia, & ſalita quibus frigidus humor, et humidus conſumatur,quia eius cauſa eſt:uel frigida,& ſicca, acetoſa, quibus humor calidus, et humidus excitetur, et exuccetur à quo cauſatur appetitus talis. Et quandoque,licet raro,fœtida, non quia ſimpliciter fœtida,ſed quia eorum fœtori, & naturæ contraria,et eorum materia conſumentia,et educentia, ut ſunt acrimonialia, cimices,et ſcarabei, qui uirtute diuretica extra corpus ipſam expellunt. dictum eſt enim ſupra,quod appetitus, eſt à cōtrario ad cōtraria ſeſe fugantia.Talium.n.humorum in ſtomacho aggregatorū generatio eſt à corrupta eius digeſtione,quæ qualiter fiat,et à quibus cauſis infra dicet̃,& latius capitulo p̄prio prout Chriſtus annuēs nobis erit. Nūc autē ſcias,quod ſit à calido inflāmante,uel à frigido extiguēte calorē naturalē ſtomachi, et debilitāte ipſum:quare cib⁹ nō digerit̃,ut oportet, nec benignū cōuertit̃,ſed in acetoſum potius uel fumoſum. Et ſi calor extraneus dominet̃ et humidæ ſit ſubſtantię, tranſmutabitur in putredinem,& fœtorem,ipſorum uero influxio, aut eſt à toto corpore, ut in febrientibus febre putrida, uel in non febrientibus, ſed ſcabioſis artheticis, & leproſis,uel aliquo membro,puta hepate,uel ſplene.Et ī mulieribus à matrice non munda, et maxime ſtomacho exiſtente debili, et famelico diu. Inquit enim Aboa.ſuſtinere famem ſtomachum putridis replet humoribus.

Signa corruptionis appetitus, et ſpecierum eius nota ſunt: quia ſenſus infirmi ſtomachi, & inuentio per medicum illud oſtendunt. Sed, ſi quidem ſit ex humoribus aggregatis calidis in ſtomacho,ſigna ſunt ſitis,et æſtuatio, et eructatio fumoſa,et iuuantur frigidis, calidis uero læduntur. Si uero ex frigidis ſigna erunt econtra,quia ſine ſiti,et æſtuatione,et cum oxyregmia erunt,et iuuantur calidis, à frigidis uero læduntur. Si autem ſint in eo generati, ſigna erunt præcedens regimen cibi, et potus aliarum rerum non naturalium, & dyſcraſia ſtomachi manifeſta, et apparens abſq; læſione, immo cum ſanitate totius corporis, & membrorum. Sed ſi ſint influxui, ſigna erunt præcedens diſpoſitio corporis,uel membrorum inualida,et diſcreta ſeu morboſa ad quam ſequitur talis appetitus corruptio eiuſq; uariatio,quia intentio, & remiſſio penes uariationem per intenſionem,et remiſsionē ipſius tibi indicat,et declarat.

CVRA corruptionis appetitus eſt duplex, eſt generalis, & ſpecialis.Generalis eſt tres res. Prima eſt humoris corrupti in ſtomacho congregati euacuatio quam complent uomitus et ſolutio uentris. Secunda eſt diſpōnis ſtomachi illum humorem generantis correctio, quam complent regimen, et medicinæ eius dyſcraſiam alterantes, et ipſum confortantes. Tertia eſt corporis,uel membri(ſiquod mittens ſeu influens ſit) rectificatio quam complent illa quinque, uel quatuor, quæ in cura dyſcraſiæ eius cum materia influxa recolimus ordinaſſe. Specialis eſt multiplex ſecundum multiplicem eius ſpeciem,in quarum unaquaq; prædicta ſunt attendenda.Si ergo appetitus ſit ad acuta acrimonialia,et ſalita,quē efficit humor frigidus,et humidus, ſtudebis primo ipſum educere uomitu poſt piſcium ſalitorum comeſtionem cum raphano, et oxymelite prouocato cum aqua decoctionis raphani,anethi,ſe. erucę, naſturcii, et ſimilium cum aceto ſquillitico,aut oxymelite eius, ſi expediet,et hoc conuenientius, et proprius, quia talis humor in ſuperiori parte ſtomachi dignoſcitur abundare. quod ſi ſua grauedine fundum petat, purgabis cum clyſteri, uel pharmaco, ut cum turbith non confortato ſi in ſtomacho ſit generatus, uel cum confortato, ſi aliunde influat, uel agarico ſi à toto corpore. Et ſi quidem ſit imbibitus cum hiera aliqua ex magnis,ut ſupra de cura malitiæ complexionis ſtomachi cum materia tibi oſtendimus de oībus ſerioſe, et complete.Secundā rem cōplentia ibidē oſtendimus, et præcedenti capitulo immediate, ac etiam tertiā rem cōplentia. Et ex conueniētibus talis appetitus corruptioni eſt poſt purgationem uti exiccantibus, et abſtergentibus uentris putredinem ex quibus ſunt medicinæ, et cibi appropriati. Cibi ſunt ut carnes leporis, cappares conditi cum aceto in principio cibi, naſturcium im prima menſa et etiam potus aquæ ferreæ,et in ſecunda mēſa fiſticum, et paſſulæ.Sunt etiam medicinæ ſimplices,et compoſitæ.Simplices ſunt cyminum carmenum, et ameos ante cibum, & cardamomum poſt: & ex illis ſunt xyloaloe bibitum, et ſtœcas,et balſamum,ſal napticus,et ſquilla,et acetum eius, et cinnamomum, ſpica, myrrha, & alia, quæ ſupra in cura cordis enumerauimus. Compoſitæ uero ſunt confectio de ſcoria ferri aromaticum roſatum,et ſimiles.

Si uero talis appetitus ſit ad pontica, et ſicca, et lutum, primo humidum humorem qui eius eſt cauſa euacuabis cum p̄dictis uomitum prouocantibus,et uentrem exoluentibus cum exiccatione,ut turbith,polypodium, hiera tartarum,et chebuli, deinde ſtomachi dyſcraſiam humidam alterabis cum ſiccis cibis,et medicinis, et potibus exiccantibus, et cum regimine exiccatiuo macrefactiuo noto infra cum de decoctione loq̄mur, ſi Chriſtus uoluerit. Et qñq; iuuantur ex acutis, ſicut ſinapi, et ſimilibus, ipſum.n. malū abſcindit humorem,et excitat appetitum,et eſt ultimū ī reducēdo appetitum mulie℞ luti. Et tertio ad quod iſluit qđ ſit mēbrum uel corpus prędictis modis habebis reſpectum.

Sed ſi ſit ad acria uel acetoſa. Primo humorem calidum cholericum uel ſalſum,qui eum efficit curabis, uel euacuabis uomitu cum aqua tepida,et aceto,uel aqua ptiſanæ,uel aqua decoctionis ſeminis atriplicis, aut clyſteri ſi petat deorſum, quod ex punctura, et ardore in ſtomachi fundo facto percipies, aut cum aloe, quæ confortat ſtomachum et mundificat à cholera,et phlegmate, et erigit appetitum corruptum,et ſalſum,q̨ eſt à ſalſo humore,et hiera Gal. & infuſione decoctionis abſinthii,et fumiterrę.Secundo alterabis ſtomachi dyſcraſiam calidam cum frigidis notis ſupra abſterſiuis capitulo præcedenti,et cum regimine infrigidatiuo,et humectatiuo.Et ex illis eſt aquam frigidam bibere in ieiunio,& aquam lactis,et lac acetoſum, et ſuctio acetoſitatis citri, et proprie ſi à matrice propter retentionem menſtruorum cauſatus fuerit, & ſuccum granatorum muzorum proprie.Si uero talis humor in ſtomacho fuerit generatus, et ingroſſatus, ut puta cum cibis groſsis, lacte, & amylo,et uino groſſo,et cucumeribus imaturis,frumento, lactucis, et granis granatorum. Et tertio influenti ſi quod ſit,puta hepati,prædictis remediis obuiabis.

Quod ſi ſit talis appetitus ad unctuoſa,et dulcia. Primo euacuabis humorem ſiccum melancholicum, qui eius eſt cauſa cum decoctione epithymi,& myrobolanis nigris, & ſucco granatorum dulcium expreſſorum cum pulpis eorum,et ſimilibus, et clyſteribus ex appropriatis notis ſuperius nominatis in cura malæ complexionis cum materia uomitu uero non tentabis euacuare. Inquit enim Hippo. in apho.Melancholicos uero inferius uehementius eadem ratione contraria apponentes.Secundo dyſcraſiam ſtomachi corriges, et confortabis cum cōtrariis alterantibus,& regimine humectatiuo, quod ſuperius diximus & etiam infra dicemus: & ex conuenientibus eis eſt zuccarum, bugloſſa,meliſſa ſecūdum omnem modum approximata,et uinum aromaticum ſubtile, & clarum, et maturum, granata dulcia,et poma dulcia redolentia,et ſimilia. Et ultimo ipſi ſpleni ſi mittens fuerit,ut dictum eſt de aliis curam approximabis.

Si autem fuerit ad fœtida,primo humorem corruptum, et fœtidum, qui eſt ipſius cauſa expurgabis, quem qualis fuerit, poteris cognoſcere ex fœtidis,quæ appetũtur,nam illis ſunt cōtraria. Et tunc expurgatiuum appropriabis ei. Quod ſi ignoretur qualis,uel cuius fuerit ſpeciei, uomitu cum aqua mellis,uel geleniabin,uel aqua naſturcii educet̃. Et etiam cum hierapicra, quæ mundificat uentris putredinē,et omnem materiam putridā,uel putreſcibilem etiam ſi p̄pria ignoretur,ut p̄dictum eſt,:et etiam ſi fuerint ibi lumbrici,et ipſos necabit,et ipſos educet, et alia quę in ſuo dicētur capitulo. Secundo caliditatem præter naturā ſtomachi alterabis cum medicinis frigidis mūdificantibus, et abſtergentibus,& regimine cum frigidis, et ſiccis abſtergentibus ſuperius enarratis. Et tertio ad matricem appones ſi expediat, remedium prelibatum ſuo capitulo.

Nota de hiera picra.

Decoctio vtilis contra bolum malum comeſtum.

Decoctio ualens ad eum,qui comedit bolum,et corruptus eſt ſtomachus: quare timetur ne corrumpatur eius complexio.℞.copularum glandium.ʒ.viii. aloes.ʒ.vi.polycariæ.ʒ.vi. radici ſquinanthi.ʒ.iiii.myrrhæ.ʒ.ii.frangantur, et coquantur in rotulis duobus aquæ,donec perueniat ad medium,recipiatur tertia pars qualibet die per triduum, et reiteretur cura deinde.

Decoctio ad eū qui comedit lutum.

Modus decoctionis ad eum qui comedit lutum,et eius corrumpitur ſtomachus,et citrinatur color,et timetur ſuper eum ex hydropiſi,et eſt alfuſe.℞.copularum glandium.ʒ.ii.paſſularum enucleatarum.ʒ.vii. aniſi.ʒ.iii. myrobal̃.nigrorum belliricorum,et embli.ana.ʒ.v. ſcoriæ ferri contritæ infuſæ in aceto acuto,et exiccatæ, & torrefactæ ſuperpatella.ʒ.iii.ſumach.ʒ.vii. decoquantur cum uini pontici.℥.viii.tandiu donec remaneat medietas, & coletur, et detur in ieiunio.vii. diebus.

Medicamē deiiciens lutum.

Medicamen deiiciens lutum.℞.cymini carmeni, uel cardamomi, marathri, ameos, uel cubebarum, ana partem unam, detur ex eo in ieiunio.℥.i.et maſticetur maſticatione bona, et deglutiatur aqua eius in ueſperis.

Electariū bonum ad caninū appetitum.

Electarium bonum ex inuentione noſtra curans caninum.appetitum,et corruptum deſiderium.℞. paſſularum enucleatarum.ʒ.v. copularum glandium.ʒ.ii.aniſi.ʒ.iii.myrrhæ myroba.ni. emblicorum, & belliricorum,ana.ʒ.vii.ſcoriæ ferri infuſæ in aceto exiccatæ, & torrefactæ.ʒ.viii. cardamomi maioris, cubebe, ana.ʒ.iii.zucchari tabarzet, quod ſufficit,doſis eſt.ʒ.i.cum aqua

E aqua anthos stomacho ieiuno. Electarium bonum, & expertum contra putrefactiones in stomacho, & subuenit apostematibus stomachi, & ei cuius stomachus residuum cibi, & potus propter caloris inopiam, aut melancholiæ male gubernat, nec patitur aliquam putrefactionem in eo generari, confortat cor, cerebrum, & totum corpus, prouocat menstrua, & rectificat malitias matricis. ℞. trion pipereon, ana. ʒ. i. gar. ʒ. ii. aristolochiæ longæ, zedoariæ, uiolarum, betonicæ, ana. ʒ. iii. salis gemmæ. ʒ. ii. myrrhæ electæ ad pondus omnium. Confice cum syrupo de spica. dosis est à. ʒ. s. vsque ad, ʒ. i. s. Pilulæ præseruantes stomachum ab omni læsione intrinseca, nec permittunt humores putrefieri in eo, immo abstergunt, & mundificant rugas, & parietes. Et qui assiduat vsum earum diebus singulis, permanebit illæsus à doloribus stomachi nec à doloribus capitis vexabitur vnquam. Et nihil est oculis mihi crede salubrius istis, & eis, qui tristantur subuenit. Et est medicina matricis vitiosæ, & viscerum interiorum, quarum permixtio est. ℞. mastiches. ʒ. iiij. aloes electæ. ʒ. x. agarici boni. ʒ. iij. conficiantur cum succo altiliæ. Dosis est. ij. pilulæ vel. iij. quando itur dormitum. Et possunt recipi secundum modum voluntarium vsque ad. xv. vel. xxv.

Electariũ aliud bonum.

Pilulæ stomachum præseruantes ab omni læsione. Eædem infra habentur.

De siti, & medicinis eius. Cap. 20.

SItis, vt superius habuisti est appetitus frigidi, & humidi, quod est potus. Causarum autem eius, quædam est interior: quædã exterior. Et interior, quædam est propria ori stomachi, cuius est propria passio, quædam ex vicinitate, vel communitate propinqua, vel remota. Et causa immediata, & coniuncta est mala complexio rei desideratæ contraria, quia calida ipsius oris stomachi, vel sicca, vel vtraque pura, vel cum materia in stomacho congregata, & rugis eius. s. cholerica salsa, & ebulliens, seu corrupta in eo generata, vel influxa. Ex vicinitate autẽ seu communitate propinqua, & est causa antecedens ex mala complexione ventris, meri, intestini ieiuni, cordis, & pulmonis. Cum. n. inflammantur, & excitãtur calidis, vt sua caliditate, & siccitate eorum calefiat, & exiccetur os stomachi, algamasat, & glandulæ in radice linguæ positæ: quare exiccantur in eis humiditates, & minuuntur, quæ humectare linguam & os naturaliter habent, aut cõmunitate ad meseraicas, cum opilantur: quare quod bibitur non penetrat de stomacho ad hepar: quare remanent semper membra exiccata desiderantia irrorari, licet plurimum bibatur sicut accidit in hydropisi, & colica. Ex communitate longinqua sicut cum accidit propter hepar supercalefactum, vel apostematum calido apostemate calefaciente, & exiccante humiditatem corporis omnem, vel infrigidatum: quare non attrahit potum. vnde membra remanent exiccata, & desiderantia irrorari, aut propter ægritudines cerebri, vt est phrenesis, mania, & melancholia: aut propter ægritudines, vt diabete: aut ex cõmunitate ad totum corpus, vt in febris sudore diaphoretico, crisi, hectica, phthisi, & similibus. Causa autem exterior & est causa primitiua, est res necessariæ, & non necessariæ indebite approximatæ, & necessariæ sunt causę non naturales, vt aer calidus, & siccus, qualis est sub cane, & ante canem, & post canem naturaliter existit: vel artificialiter, vt in balneis, & stuphis, & similibus, & exercitium laboriosum, & proprie locutio multa, & cibus valde calidus actu vel potentia, vt sunt allia, sinapis, & similia, aut siccus, & salitus, & grossus, vt sunt carnes bubalinæ, equinæ, vaccinæ antiquæ, & similes, & viscosus, vt sunt carnes porcinæ piscium magnorum non squamosorum, mallatium, ostracorũ & similium, aut multus, & diuersus in cuius digestione stomachus laborando valde inflammatur, & exiccatur, quare sitis sequitur sicut accidit homini quando multum laborat. Et potus vini vinosi antiqui plurimi, & noui bullientis non depurati, aut habentis malitiam acquisitam venenosam. Aut quia vespæ mortuæ fuerunt in eo, vel quia fuerit spaciatum superflue, aut aquæ malæ qualitatis necessitatis tempore, vt salsæ, sulphureæ, aut nitrosæ, aut paucitas propter abstinentiam à cibo, & potu in ieiunantibus voluntarie, vel de necessitate, & somnus plurimus, & profundus in complexione calida, et sicca in ieiunio frigidus, vel super cibum calidum, & siccum, vel medicinam. Et etiam vigiliæ superfluentes, & exiccantes. Et etiam animæ accidentia, vt fortis ira, indignatio, timor, & imaginatio mortis festinæ, vt in ductis ad mortem apparet, & gaudium superfluum, & similia. Non necessariæ vero sunt puncturæ animalium venenosorum, vt serpentium, apum, vesparum, & similium. Et medicinæ calidæ, & siccæ, vel laxatiuæ in solutione superfluentes, vel sufficienter soluentes, quæ inducere habent sitim à complexione, & ab effectu, quia educunt à corpore humidum, quæ si in principio solutionis non appareat, sed in processu, & sit moderata, significat sufficientem purgationem. vnde Hippoc. ait quicunque in pharmacijs non sitiunt, cum purgantur, non quiescant donec sitiant. Signa sitis sunt sensus, & molestia, sed facta à causa interiori propria sunt signa malitiæ complexionis calidæ, & siccæ stomachi quam superius habuisti, & sitis continua, & æqualis. Sed factæ à vicinitate, & communitate est antecessio dispositionis illorum membrorum, quorum communitate patitur, & variatio sitis in augmento & diminutione secundùm varietatem dispositionis illorum. Factæ vero à causis exterioribus signa sunt inuentio, & antecessio illarum exteriorum quæuis fuerit.

CVRA sitis est generaliter nota ex his, quæ dicta sunt in cura malæ cõplexionis stomachi calidæ & siccæ, vel vtriusque puræ cum materia generata vel influxa. In speciali autem est duæ res, scilicet auferre causam, & sedare eam, sed si quidem est tolerabilis, tunc oportet primo causam abscindere, deinde accidens, vel ipsam si impressio facta fuerit mitigare. Si vero sit intolerabilis, tunc oportet primo eã mitigare, deinde causam auferre. Primum proprie complent potus, & cibi frigidi, vel humidi, vel vtrique, & declinatio vniuersalis regiminis, & in alijs ad frigidum, & humidum. Et si à propria passione fuerit, & à sola pura qualitate quales sunt chist hordei, amidum, cucurbita, medulla, citruli, melones, pruna, persica, granata, chrysomela, & olera, vt spinacia, atriplices, lactuca, panis mundus, carnes hœdinæ, vitulinæ, & oua cum totalitate eorum. Potus autẽ sit ex aqua frigida, quę de stomacho trãsire moratur secundum Hippo. vel aqua hordei in qua residẽt rosæ cum stipitibus si sint maturæ, vel sine si fuerint immaturæ, vel iuiubæ, & aqua ferrea, & coriandri, & cũ alijs succis, qui stypticitatem habeãt & aliquam grossitiem substantię, vel aliquam rem admixtã, quæ teneat ipsum in stomacho, nec suæ veloci penetrationi consentiat, sed resistat quales sunt vinũ acerbum, & lymphatum cum aqua frigida, succus granatorum, agresta, succus macianorum, & citoniorũ cum frigida aqua, in quibus sit panis infusus qui præmittatur, vel cibus alius, deinde potetur. Cibus enim & proprie panis cum sit spongiosus potum in stomacho retinet diu qui impressionem faciet, & eius complexionem propriam alterabit nisi causa fuerit in membris remotis: tunc enim frigida et humida subtilis substantiæ, & facilis penetrationis sunt conuenientia, vnde si aquæ admisceatur vini modicũ, vel aceti, optimũ est secundũ Gal. quòd si alteratur aer cum frigidis, & humidis, vt infirmi quiescant, & dormiant, repleantur, non abstineant à prædictis, & gaudeant, & lætentur, citius curabuntur, & potissime vbi à medicinis sument auxilium, quæ sunt simplices, & compositę. Et simplices exterius existunt, vt rasura cucurbitæ, & succus eius, solathri, lactucæ, portulacæ, flores rosarum, violarum, nenufaris aqua ros. agresta, succus citoniorum cum aceto, & folia salicum, & similia ori stomachi applicata: sandali quoque, camphora, & spodium vbi materia cholerica influat ei. Interius autem vt lac acetosum, succus macianorũ, mucilago psillij: aqua melonis indi, & aqua seminum communium, aqua prunorum, sebesten, iuiubarum, & lactucarum, & liquiritiæ, & similium. Infrigidatio quoque pedum cum aqua frigida caliditatem stomachi extinguit in debilibus proprie non robustis, sicut calefactio eorum frigiditatem alterat, calefacit, & confortat, & proprie si sit tẽperata. medicinæ compositæ infra subiungentur. Quòd si fuerit à mala complexione stomachi cum materia cholerica, complent ipsius ablationem aqua prunorum,

aqua absinthii cum rosis, & sebestẽ, succus ro. uiolarum, & syrupus earum, & pulpa tamarindorum, & mel cassiæfistulæ, & ex compositis aqua fructuum. Si uero sit amara salsa cõplent succus & aqua fumiterræ, & syrupus eius, & aqua lactis, & hiera. G. cum aliquo prædictorum frigidorũ exhibita, & aloe cum aqua lactis, & similiter si fuerit à materia putrefacta, necnon, & quæ stomachi putrefactionẽ habent mundificare, quorum cognitionem pręcedenti capitulo habuisti. Sitis autem mitigatur cũ prædictis, & proprie potu alicuius prædictorum, & frequenti ablutione, & proprie cum aqua pura, uel permixta succo granatorum acetosorũ, si fuerit à sola, & pura complexionis malitia proprie, uel cum materia cholerica, conferunt. n. causæ, & accidẽti, & syrupus acetosus facit illud. Quòd si fuerit à salsa, & baurachia acetum lymphatum maxime aufert, ait Gal. Sed, ut non cito penetret de stõ, sit in eo uirtus raphani, à proprietate. n. habet ut medicina retrahat ad os stomachi, & teneat in eo, ut non cito penetrent, & materiã digerat grossam, quæ est pars eius, anisum quoq; proprietatem habet ad illud. Inquit Abo. Si uero fuerit à putrefacta materia, mitigabunt granata acria & muza. Et si sit influxa, membro influenti curam adhibebis, stomachum mundificabis, & confortabis. Quod si ex communitate propinquorum, & uicinorum membrorum fiat, duæ res sunt necessariæ, primo. n. illa rectificabis cum propriis, quæ ex prædictis sunt tibi nota, secundo si impressio dyscrasiæ in ore stomachi facta fuerit, & remanserit alterabis cum prædictis. Et si quidem fuerit in meri, cum his, quæ in ore tenentur, ut cum carne prunorum, pulpa tamarindorum, liquiri. melonis indi, seu aliquo prædictorum frigidorum, & humidorum, & crystalli, paleæ hordei, quæ resedit in aqua frigida, & masticatio ramorum portulacarum, & præputiorum uitis, & cum potu aquæ frigidæ sugendo sumpto in uase stricti orificij, ut ait Abo. Et similiter si fuerit ab algamasat stomachi, & ieiuni. Si uero fuerit ex pulmone, & corde cum inspiratione aeris frigidi, & cum cibis, & potibus frigidis, & cordialibus, & medicinis interius, & exterius approximatis, quæ in cura cordis diximus, in quibus sit aliquid leptomeris substantiæ mixtum uel uirtus eius deferens ad ipsum, ut crocus. Et si ex uicinitate ad meseraicas cum aperitiuis, quæ diximus supra in cura ægritudinis in uia, & poro ipsius.

De raphano.

Similiter si sit ex hepate cum endiuia, cum aceto, & syrupo eius, & aqua seminũ cõmunium, triasandalis, & diarhodon, & frigido genonis, & ceroto de sandalis, quod in nostro posuimus antidotario; si fuerit supercalefactũ: si uero infrigidatũ, cum dialthæa, diacurcuma, & absinthio, & syrupis eorũ, & eupatorio, & aliis, quæ in proprio eius loco dicemus summa Trinitate fauẽte. Et si ex cerebro cũ his, quæ in cura passionũ eius diximus. Et si ex renibus cũ his quę in cura diabetis dicemus. Et similiter si ex cõmunitate ad totũ corpus fiat cũ his, quæ curant febrẽ hecticã & phtisim, quæ dicemus in propriis capitulis, et aqua frigida cum uino mixta, uel aceto quod sufficiat est propria, dicit Gale. Et si ex sudore diaphoretico, cum eis, quæ diximus in cura cordis. Et si ex crisi cũ tolerãtia eius, si possibile est. Inquit. n. Hip. ea quorũ crisis sit, aut facta est, nihil dare oportet, si aũt non sit possibile, mitigetur cũ aliquo quod crisim, & euacuationẽ creticam quã ex propriis signis præcognoscendo expectas, habeat prouocare, nõ impedire, ut est aqua hordei et melonis indi, quæ à proprietate habent sudorẽ prouocare, & semina communia, quæ habent prouocare euacuationẽ per urinam, & aqua fructuũ, quæ prouocare habet euacuationem, & crisim per fluxum uentris, & similia. Si uero sitis sit ex causa exteriori, & primitiua causa, quæcunq; fuerit auferatur, deinde eius impressio, si remanserit in ore stomachi corrigatur, & alteretur, vt est prædictum. Et si quidẽ sit ex cibis grossis, & uiscosis multis, & diuersis in quorum digestione laborando stomachus inflãmatur, & sic sitit ualde, cura est somnus, non potus. Inquit. n. Hippo. Quibus nocte bibere desiderium est ualde, his si superdormierint bonũ. ait Gal. Intellige & hoc si sitis sit tolerabilis, & fuerit proportio cibi, & potus præassumpti. Quòd si non fuerit tolerabilis, nec fuerit proportio inter cibum, & potum, bibere aliquid ad mitigationẽ sitis est utile, deinde superdormire, nihil autem bibere pœna est sine iuuamine. quasi dicat, tũc bibere iuuat, & non nocet, non bibere aũt est pœna, nec inde sequitur iuuamentũ, immo potius nocumentum. Inquit. n. Gal. igitur nullus prudẽs illud dabit uel faciet, quod nullã afferat utilitatem, nocumentũ uero secum habeat immensum, quare bibere oportet parum uini puri quod iuuat secundũ Hipp. digestionẽ proprie in consueto bibere post cibũ. In non consueto bibere uinũ detur ad mitigationem sitis parũ aquæ frigidæ, & proprie si cibus calidus fuerit, & siccus: uel uini lymphati si stomachus non tolerat aquã in uase stricti orificii sugendo, & quanto frigidior fuerit, minus sufficit ex ea. ait Abo. Si uero ex cibis salsis, & aqua salsa cũ potu aquæ maris fuerit succurratur ei cum xylocrate granis muzorũ, & pomis dictis zarur, & cum unctuosis, ut est butyrum, & proprie ius, & brodiũ carnium. Et si fuerit ex potu aquæ uitiosæ, & sulphureæ succurratur cũ lacte, lactuca, cibis grossis, & amylo, & uino subtili odorifero, & utrisq; cũ aceto lymphato. Quod si fuerit ex punctura animaliũ, & reptilium calidorum, primo curetur cum eo quod generaliter respicit uenenum ipsorum, ut puta cum frigidis, qualia sunt coriandrum, lac uaccinum acetosum infrigidatum in niue, & aqua camphoræ, & similia, uel aqua frigida cum puluere terræ sigillatæ, quæ extinguit inflammationem, & eius educit substãtiam, deinde cum cognoueris speciem animalis, administrabis, quæ sunt propria, quę infra dicemus. Si autem ex medicina soluente sufficienter, aut superflue fuerit, succurrendũ erit prout te scire fecimus cum de consolatione medicinarum locuti fuimus in accidentibus, quæ hæreditare faciunt medicinæ solutiuæ. Sitis autẽ ex qualibet aliarum causarum procatarticarũ cura est ipsarum amotio, & priuatio cũ regimine supradicto de ablatione sitis. Ablatio sitis, & diminutio ex contrariis erit causis, & cura erit etiam contraria: corruptio uero sitis ex similibus causis corruptionis appetitus proueniet, & similis erit cura. Syrupus extinguens sitim ex causa calida, & sicca propria uel coniuncta. ℞. endiuiæ, cicoreæ, hepaticæ, lupuli, boraginis, acetosellæ aleluie, ana. ℥. i. uiolarum ros. florũ nenufaris, & cucurbitæ, lenticularum, aquæ florũ vuæ, ana. ℥. i. hordei mundi partem. i. prunorum sebestẽ, iuiubarum, ana numero. xxv. seminum frigidorum, ana. ℥. i. seminum cõmunium. ℥. ii. psillii integri, se. citoniorum, ana. ℥. i. zucchari albi, lib. i. succi granatorum muzorum, lib. s. aromatizentur cum sandalis albis, & rubeis, & spodii, ana. ʒ. i. camphoræ. ℈. i. croci grana. v. sumat cum aqua frigida, & teneat in ore crystallum. Item fiat iuleb de succo limonum uel de cucurbita quod posuimus in antidotario nostro, & trochisci de camphora, & electarium triasandalorum. Itẽ epithemetur stomachus cor, & hepar ex puluere camphoræ, sandalorum cum succo rasuræ cucurbitæ, aqua rosa. & pauco aceto, & cataplasmetur cum foliis salicis uitis in aqua rosata. Medicamen Gale. quod magister Ioannes de Procida fecit Imperatori in siti uehementi. ℞. aquam frigidam, & irrora desuper acetum album purum quantum tolerare poterit bono modo, & da bibere stomacho ieiuno quantum est cupa, sanabitur, statim secundum Gal. si Christus uoluerit.

4. aph. 16.

Syru. utilis ad sitim.

De nocumentis digestionis ex quibus est debilitas, & destructio, & corruptio, & cura eius. Cap. 21.

DEbilitas digestionis est nocumentum actionis digestiuæ stomachi, & fundi eius cui propria est. Cum enim nocumentum ipsius sit triplex tantum, scilicet diminutio, destructio, & corruptio, nec sit in superfluitate, ut aliarum ministrãtium, debilitas digestionis erit nocumentum diminutionis ipsius, & est cum minus digerit, quàm consueuit, & in longiori tempore. Sed destructio est cum nihil penitus digerat, uel aliquid de quo non sit curandum, sed derelinquit crudum reliquum. Et corruptio est cũ in malam conuertat qualitatem. s. adustam seu fumosam, aut acidam, uel corruptam, putridam, & fœtentem, & naturæ odiosam, non autem consistit eius nocumentum in superfluitate, ut aliarum. Cum enim omnis actionis uirtus existat initium, actio quæcunque erit principaliter à uirtute, sed mediante organo, ut si quidem nocumentum fiat in ea, non erit ex parte uirtutis proprie, sed ex parte organi, uel obiecti, ut ait Galę. & hoc in alia scientia est monstratum.

Cum enim asserat, ꝙ singulũ membrum operetur propriã actionem per propriam qualitatiuã crisin, quæ ex quatuor est qualitatibus, stomachusq; organum existat primæ digestionis, hepar secundæ, & alia membra tertiæ, tunc proprie uirtus digestiua perfecte operabitur cum eo, cum ipse qualificatus seu complexionatus existat, prout ipsa uirtus, & eius operatio exigit. Cum autem digestio, sit alteratio, fiatq; per decoctionem indiget uirtus organi ipsius calore. & cũ sit eius alteratio quædam adæquatio uirtuti nutritiuæ, indigebit calore temperato in sua qualitate non distempera to. Temperati enim caloris est æqualiter agere in omnem partem decoquibilis rei temperatæ seu æqualis elixabilis, & etiam assabilis ut superius est monstratum in cura melancholiæ. Et proinde Gal. air, Et non oportet, ut sit in mẽbro quod indiget digestione nisi spiritus uaporosus multæ quãtitatis. Et sic secundum finem æqualitatis in qualitate, ita quòd quãto maior erit digestio tanto maior erit æqualitas, & econuerso. Et quia quãto maior erit digestio, erit magis naturalis, nec eius maioritas, generabit peccatũ, uel nocumẽtum in operationibus aliis, sicut maioritas aliarum cũ omnes aliæ ordinentur ad ipsam non econuerso. Si uero di minuitur, obtunditur, & debilitatur. Aut adeo diminuitur, & debilitatur, ꝙ nihil tentat alterare, & coquere de quo sit curandum, & fit indigestio seu digestionis ablatio. Aut adeo diminuitur, ꝙ incipit alterare, & coquere, nec deficit in alteratione, sed uigorose non agit, immo tepide paulatim, & sic in lõgo tẽpore deuenit ad decoctionis perfectionem, & qualitatem, & tunc fit digestionis debilitas. Aut deficit uia non potens uenire ad terminum æqualitatis in alteratione, & tunc fit corruptio in acidam qualitatem. Cũ uero superfluit, conuertit in fumum, & maxime si obiectum subtile existat: uel etiam corrumpit cum calor non stet cũ natura, sed fit ita debilis ex superfluitate factus adeo ꝙ non regat, & extraneus dominetur superfluens. Talis autem in fumum conuersio seu adustio non facit superfluitatẽ in digestione, cum superfluum dicat additionẽ quanti, quod præsupponit speciem & non mutationẽ eius. Conuersio aũt in adustionem, uel fumum non seruat speciem adæquationis quam intendit digestio, immo de æquatione alterat, & trãsmutat in speciem diuersam. Cadustionis & fumi, nec reducibilem cũ fit crudũ, & in acidũ mutatio. Nã ſm Auer. quod super excoctum est incrudari non potest. Quod autem crudum, & semicoctum est, potest in omnẽ adæquationis perfectionem adduci. Inquit Ga. manet autem quod corrumptũ & ſm uentrem & hepar, sed tempore procedenti paulatim digeritur, & fit benignum quod prius habuit indignum, & illud per naturam enumerãdis digestionem fouẽtibus quo ad uitam. Talis autem mutatio dicitur corruptio à medico sicut in acidum mutatio, licet non proprie, quia nõ est obiecti derelicto à regimine naturalis caloris, sed tamen large ut suæ est considerationis ad ueram, & nõ ueram. Et inquãtum talis alteratio non est ad generationem, quæ est æquatio intenta à digestione. conuersio erit in contrarium talis autem est corruptio, nec potest esse aliud, cum generatio & corruptio sint immediate contraria, nõ sic aliæ ministrãtes. cum.n. earum actio non sit per motum alterationis ut digestio, sed potius per motum localem, qui non diuersificat speciem superfluitatis qualitatis organicæ ipsarũ, non mutabit, nec alterabit in diuersam speciẽ, quã sua intendat uirtus in actione, sed in specie actionis præsupposita addet quantũ sic possunt superfluere sicut diminui ſm intensionẽ & remissionẽ propriæ qualitatis agentis, hoc quoq; declarat ipsarum corruptio, quæ in malo consistit motu.

Ex quibus abundantibus intelliguntur species nocumẽti digestionis, quot sunt, & quæ, & quomodo conueniant propter quod in uno redigemus capit. & quomodo differunt inter se innotescit, & etiam causæ eorum in generali, aut enim sunt ex parte organi & agentis instrumentalis, aut ex parte obiecti, scilicet cibi & potus, aut ex parte extrinsecus superuenientium habentium indispositionem ipsam. Ex parte autem stomachi dupliciter, aut quia patiatur in se principaliter, aut propter communitatem & colligantiam. In se principaliter, ut quia patiatur quamlibet ægritudinem, uel quia sit dyscrasiatus, quod est plurimum, & tunc aut est dyscrasiatus dyscrasia digestioni principaliter nociua, aut dyscrasia nociua aliis operationibus deseruientibus digestioni. Primo modo quia sit dyscrasiatus stomachus, & fundus eius dyscrasia frigida & sicca, pura uel cum materia quod est plurimum aut parum excedente, & tũc accidit debilitas, aut ualde, & tunc accidit destructio, ut cum est confirmata, aut mediocriter, & tunc accidit corruptio. Iraq; frigiditas omnis nocumenti potest esse causa, caliditas autem solius corruptionis nisi tantum superfluat, ꝙ destruat actũ uirtutis, & tunc causabit destructionem, non debilitatem. Secundo modo quia sit dyscrasiatus stomachus quantum ad os eius dyscrasia frigida, quæ dum superfluit, attractiua trahit plus, quã digestiua digerere possit, uel quia sit dyscrasiatus quantum ad fundum, & concauum eius dyscrasia frigida & humida, unde contentiua deficit nec poterit continere quandiu operata fuerit digestiua. Aut quia dyscrasiatus quantum ad os aut inferiorẽ eius partem, quæ portinariũ dicitur dyscrasia calida acuta, & pungitiua pura uel cũ materia magis molestãte expulsiuam ad expulsionem cibi, uel potus antequàm digestiua suam compleat actionem, sic digestiua deficiat nõ propter se, sed propter defectum aliarũ ministrantium ordinatarum ei, ut dixit Gal. parum uel multum. Propter colligantiam uero & communitatem, quia aut ad totum eorum, ut in febrientibus uel algoratis, aut aliquid aliorum membrorum maxime principalium, quibus alligatur. & tunc aut propter communitatem absolutam, & est cum nihil corporeum aduenit stomacho ex illis, ut est in forti dolore capitis, uel neruorum, uel in spasmo, uel dolore arthretico, unde stomachus debilitatur, uel in fluxu superfluo sanguinis hepatico, unde compatitur, & debilitatur stomachus. Aut non absoluta, & est ut cum aduenit ex aliis membris ad ipsum humor, puta cholericus ab hepate, & à splene melancholicus, uel corruptus à matrice corrũpens cibum ad fumosum uel acidum, uel quia ad eũ uapor emittatur, ut superius habuisti. Ex parte autem obiecti cibi & potus, & ex parte extrinsecus superuenientium qualiter contingat superius in causis debilitatis stomachi extitit declaratum, redi ergo ad illud, ibiq; considera.

Signa aũt, quæ hic oportet cõsiderare signa sunt, quæ demõstrant digestionem deficere ex se principaliter, & deficere propter defectum aliarũ ministrantium, & sunt, nam cũ digestiua deficit ex se, aufertur uel tardatur digestio nulla apparente causa manifesta, & nocumẽto, in aliis ẽt cibi facilis digestionis, uel consueti plus solito. Quãdoq; uero est ex defectu appetitiuæ, & attractiuæ, & tunc præcedit læsio in ea, quæ est manifesta. Quandoq; uero retentiuæ est retentio mala, & citius egreditur solito, non præcedente nocumẽto in appetitu. Sed signum distinctiuũ qſi talis exitus sit uelox ex defectu contentiuæ, & quãdo ex superfluitate expulsiuæ est, quia cũ est ex defectu contentiuæ egreditur præter uoluntatem, & quod egreditur maioris est quantitatis, nec apparet in eo aliquid acutum & est uelocioris exitus, qſi uero est ex superfluitate expulsiuæ est ecõtra. Et attẽde antequam ad curam perueniας, ꝙ cum digestio introducẽs speciem in obiecto sit triplex. ſ. stomachi, hepatis, & membrorum, in quibus quod dictum est in stomacho, & in aliis uerum habet, licet addatur quandoq; quarta, quæ est depurationis nõ speciei generatio, ut est uenarum inter se, quæ ordinem habent, & habitudinem, nã digestio stomachi est præuia, & dispositiua ad secundam, & licet stomachus suiipsius gratia appetat, & digerat cibum, ut ait Gale. illud totũ de intentione suæ naturæ particularis est, sed de ordine uniuersalis naturæ omnia dispensantis, quæ regulariter digerit pro toto, & in digestione efficit iuuamentum digestioni hepatis disponẽdo. Secũda est hepatis, & operatiua chyli fons, & principium uegetatiuæ uirtutis. Tertia est membrorũ, & completiua. Ad hæc.n. digestio alteratur utraque ut in aliis mẽbris, & nutricationi ipsorum digestibilia aptareddat, & proinde nocumentum unius in aliam extenditur & econuerso, & proprie cum nocumentum diminutionis aderit, quod in generatione specierum hydropisis est manifeste uidere, unde Gale. inquit, ꝙ sicut cibaria deficiẽter cocta, uel assata extrius uenter non potest digerere bene, sicq; ſm uentrem male digeruntur, & in secunda coctione, ne, quæ in uenis est similiter, & contingit superfluitates in corpore generari, ex quibus ęgritudines generari reliquas in uniuerso corpore est uidere, & maiores quanto nocumẽtum maius existet, cum mater sit oĩum indigestio ægritudinum, sic quaſcunq; adducit pasiones, uel ægritudines nõ solum proprias, ut sunt species hydropisis, quæ propter insortuniũ digestionis eius est siens, ut ait Gal. sed ẽt ex colligãtia, & uicinitate alterius cõpatientis ad ea, ut. ſ. cerebro ad ipsum, cuius plurimæ dispositiones sunt propter dispositiones membrorũ digestionis, & proprie stomachi, licet conuertere illud sit per parũ ut dixit Abo. sic adducit epilepsiã indigestio, & corruptio melancholiã, mirachiam, uel ẽt cordi cui adduxit ægritudines proprias. Vel ẽt totius corporis cui adducit indigestio consumptionem, & hecticam senectutis, & debilitas eius extenuationem, & macredinẽ, corruptio uero febrẽ & in cute pruritum, scabiem, morpheã, & similia secundũ diuersitatem digestionum, & nocumentorum ipsarum. Et proinde ẽt nocumentum ipsarum ægritudinum est prognosticum signum in dispositione egra, qua re eructuatio acetosa, & fumosa magis in conualescentibus ex febre prognosticatur recidiuationem.

Cura eius nõ erit stolidi medici, sed solertis solliciti memorantis, & experti quem ut perfectũ approbat Gal. Sciẽdum igitur ꝙ cura nocumentorum digestionis est duplex, quædã destructionis & debilitatis: quædã corruptionis. prima est illis cõmunis cum non differant in specie, nec in cã, sed in quanto, causa. n. cum maior est, & ualde lædens facit destructionem, cum uero parua lædens parum generat debilitatem, ut superius dictum est. Talium aũt cura est quatuor res. prima abscindit causas & aufert. secũda ordine digestionis confortat stomachũ hepar, & membra. tertia corpus uel membrum si quod sit, cuius cõmunitate proueniae nocumentum rectificat ut dictũ est, & dicetur in loco suo. quarta accidentia consurgentia mitigat, quæ sunt inflatio, rugitus, angustia, dolor, & arsura, quorum causam iam diximus. Abscisionem aũt causæ interioris cõplent curæ ægritudinum prædictarum complexionalium purarũ, uel cum materia diuersarum, uel æqualium uel complexionaliũ simplicium, & compositarum stomachi, quas superius habuisti hepatis, & membrorum habentium debilitare ipsa, quas infra dicemus propitiante Christo. Ablationem uero causarum extrinsecarum complent priuationes, & mutationes ipsarum ad rectum, & debitum digestioni prout in cura debilitatis stomachi extitit intimatum. Secundam rem cõplẽt administratio rerum confortare habentium ipsa organa digestionum cum qualitate contraria causæ debilitanti, uel cum proprietate uel utroq; quas in debilitate stomachi habuisti, & in cura hepatis dicentur, & cura cuiuslibet membrorum corporis, quæ sequetur. Ex his.n. quæ confortare habent corpus, & omnia membra, quædam sunt cõia, quedã unicuiq; propria. Communia sunt, quę eius, & ipsorum dyscrasiam alterant, & ad temperamentum complexionis adducunt, & substantiam uniunt, aut complexionem, ut oleũ ros. quod calefacta & infrigidata calefacit secundum Gal. Aut à proprietate ut lutum sigillatum. Et quædam sunt, quę à complexione simul et proprietate habent confortare corpus & membra, ut est acetũ squillæ, stœcas, omnes species olei, sandaracha, lac, caro, granum pini, manna, dactyli immaturi, myrtus, glans, lubem cordumenum, xyloaloe, chamæmelum, & folia citri, vua passa, myrrha, & gallia. Et balnea, unctiones, & olea cũ prædictis diuersificatis secundum diuersitatem dyscrasiæ corporis & membrorum. Et ex confortantibus corpus & omnia membra in digestione sunt exercitium moderatum. Inquit.n. Gal. exercitium utile est. nã commouet calorem naturalem, & ualidas facit uirtutes uitales & animales ad suas peragendas actiones. Cibi caldi & humidi complexione subtãtiæ subtilis, & frangibilis, digestio.n. ut Gal. ait per calidum & humidum fit, quies, & somnus digestioni complendę proportionatus, ut primo super dextrum fiat, secundo super sinistrum, & tertio redeat super dextrum, & sit continuus, sufficiens sine interruptione, quãuis aliqui dicere uelint quòd digestio tertia melius in uigiliis compleatur, cum.n. cã eius calor naturalis sit, & in uigiliis ad regionem ipsius redeat digestionis, & ad interiora reuocetur in somno, ut dixit Gale. cum ait, somnus & uigiliæ reuocatione naturalis caloris interius, & exterius fiunt, igitur in uigiliis confortans ex reuocatione in ea digestionem cõplebit melius, quàm in somno. Cuius contrarium Arist. in de somno dicit. & Gal. in de accidenti, & si reuocetur in somno ad interius, non tamen derelinquet exteriora, quin sufficiat ad digestionem ipsorum maxime cũ nõ solum in eis per calorem naturalem digestio compleatur, sed ẽt per complexionem propriam uniuscuiusq; temporũ fouentibus conseruatam. Et ex illis est amplexus infantis carnosi uel catuli secundum Gal. & humiditas uentris tem perata. Inquit.n. Hipp. in apho. Quicunq; uentres habent humidos, iuuenes quidẽ existentes, melius cõmutant siccos habentibus. Et uinum bonum temperate sumptum, per oia enim digestionem adiuuat, dicit Gal. & pauca comestio, & potatio uel abstinentia quod dicit Isaac summã medicinam oium aliarum & gaudium temperatum. Et ex eis sunt medicinæ simplices, & compositæ, quæ infra dicentur, si trinitas annuet. Et simplices quidem sunt proprie sicut piper, zinzib. galanga, nux mus. gario. herimc. crocus, hahasce, & syrupus eius nasturtium, cuscuta, mastiche, menta, cortex olibani, arbor styracis, radix siseleos, ruta, raphanũ & similia, & acetum excitat appetitum & digerit, propria unicuique in cura ipsius propria dicentur cum aderit locus & tẽpus, & breuiter ut unumquodq; membrorum ad suam naturam propriam reducatur, per quã operatur propriam actionẽ, ut superius dictum est, quæ in alio esse non possunt, differũt enim operationes in membris secundum diuersitatem complexionum in eis, & econuerso ut dicit Gale.

Cura uero corruptionis digestionis est tres res consimiles illis quas in cura corruptionis appetitus diximus. prima est humoris corrupti in locis, et organis digestionis mũdificatio. Secunda est abscisio causarũ dispositionum à quibus procedit corruptio. tertia est corporis uel membri (si quod sit cõmunitate cuius prouenit) mũdificatio. Primam rem complent mundificãtia stomachi putredinẽ, quæ supra in cura corruptionis appetitus posuimus, & abstergẽtia putredinẽ & corruptionem hepatis, quæ infra proprio dicemus capitulo. Et ex illis est ẽt cinnamomum, casia, & crocus, & spica, endiuia, absinthium, & eupatoriũ. & ẽt abstergentia putredine à membris, quorum quædam propria & cõmunia sunt simplicia, & cõposita. simplicia sunt, cinnamomum, crocus, & breuiter omnia mundificantia sanguinem, quorum summã possumus in consolatione medicinarum: & uinum, uniuersas. n. mouet excreationes, ut ait Gale. cõposita sunt, quæ cõponuntur ex eis, quæ in antidotario nostro sunt dicta, & propria unicuiq; in suis capitulis quæres. Secundam rem complent administratio medicinarum alterantium dyscrasiam membrorum & ciborum corruptibilium, quarum in præcedentibus capitulis præcessit rememoratio. Tertiam rem complent curæ ipsorũ membrorum quorundam, quæ dictæ sunt, & in suis aliquorum dicentur capitulis, illuc perge. Et aliqui addunt quartam, quæ accidẽtium est correctio, si qua insurgant, ut sunt corruptio appetitus, seu debilitas ardoris, seu frigiditas sensus in ore stomachi, & eructuatio acida, fumosa, & fœtens, quam nausea sequitur, quorum curam aliquorum diximus supra, & infra ponemus in parte spiritu sancto annuente qui sit benedictus. Electarium nobile confortans stomachum, & digestionem eius. Recip. galangæ, nuc. muſca. cardamomi, ana ʒ.ii. anthos. ʒ.iiii. mentæ, hahasce, ana. ʒ.iii. syrupi de zuccharo quantum sufficit. Electarium descriptione Nicodemi contra uitia stomachi ex frigida causa, & confortat ipsum cor, cerebrum, & hepar, & subuenit epilepticis, & uertiginosis quod Rec. anisi. ʒ.s, coralli, spicæ, ligni aloes, ro. gar. galliæ, galangæ, zedoariæ, ana. ʒ.iii. pæoniæ. ʒ.ii. myrrhæ. ʒ. iii. margaritarum. ʒ.vi. ambræ crudæ. ʒ. ii. muſci. ʒ.i. masti. drac.ii. Confice cum syrupo corticum citri. Filius Zachariæ. Cerotum confortans stomachum & retinens calorem eius. Reci. ceræ mundæ. ʒ.iii. terebinthinæ. ʒ.iii. olei nardini. ʒ.ii. liquefac eas & superasperge puluerẽ. ℞. myrrhæ masti. aloes, ana. ʒ.i. ro. ʒ.vi. pæoniæ, castorei, ana. ʒ.ii. anisi. ʒ.vi. calamenthi. ʒ.vii. gario. nuc. muſ. cardamomi, calami aro. rheupontici, ana. ʒ.iiii. Confiee ut bene

Electarium nobile stomachi cõfortatiuũ. Aliud electariũ ad idem.

Cerotum stomachi confortatiuum.

t. apho. 51.

stomacho adhæreant. Vnctio stomachum confortans & digestionem eius, & uniuersas operationes eius. ℞. olei ros. myrtini, olei nardini, ana. ʒ. iij. ceræ. ℥. i. mastich. myrrhæ, aloes, mumiæ, ana. ʒ. iiij. armonia. ʒ. ij. nu. mus. ʒ. i. Cōfice & inūge, & superasperge puluerem cinnami. anisi, corticū granatorum, ana. pondus aur. i. aromatiza unguentum cum xyloaloe, & musco. Hippo. quoq; dixit aloen hepaticam cum aqua arthemisiæ seu absinthij propinatam ieiuno stomacho sanat stomachum ab omni languore educendo ab eo materias fraudulentas, confortat cerebrum, & uiscera mundificat, uermes occidit, & repellit, & sanat apostemata stomachi & uiscerum & hepar mundificat. Pilulæ confortantes stomachum in omni eius lāguore & læsione intrinseca nec permittunt humorem in eo putrefieri, sed abstergūt, & qui utitur eis diebus singulis illæsus permanebit à dolore stomachi & capitis, & sunt salubres oculis, & ei qui tristatur, & est medicina matricis uitiosæ, & aliorum uiscerum. ℞. masti. ʒ. iiij. aloes electæ. ʒ. x. agarici boni. ʒ. iij. confice cum succo altile. dos. est pilulæ. ij. uel. iij. quando itur dormitum, & possunt capi secundum numerum uoluntatis.

Vnguentū stomachi confortatiuum.

Remediū hy.

Pilulæ ualde nobiles ad dolores stomachi. Eędem supra habentur.

De nocumentis retentionis ex quibus est tarditas, & uelox descensus cibi digesti de stomacho in uentrem & cura eius. Cap. 22.

EX quo diximus de nocumentis attractionis uel appetitus, & digestionis stomachi, sequitur de nocumētis retētionis. Ad quod sciendū est ꝙ retentio stomachi ordinatur digestioni eius principaliter, quia est proprie iuuatiui cibi, & potus ut superius dictū est. digestio enim retentione indiget cum fiat in quiete, ut ait Gal. retentio. n. secundum naturam pręcedens tandiù retinet quandiù digestio fit. cum autem digestio completa fuerit, retentio ex armonia naturæ cedit expulsioni, quæ donec fiebat retentio quiescebat. Primo enim digerit stomachus cibum suiipsius gratia, & dum digerit retinet, cum autem digesserit quod est benignum suis tunicis apponit. Reliquum uero aperto portinario ad intestina impellit, ut ait Gal. Si ergo retineatur cibus in stomacho quādiù digeratur, descendat atq; ad intestina digestus usq; ad horam statutam, seu tempus commune quod est latitudinem habens maiorem quanta est infra. xij. horas uel quanta in unoquoque corpore consueuit naturaliter esse retentio erit conueniens et naturalis. Si uero ulterius prolongetur quantum est à. xii. horis usque ad xxii. secundum plus & minus, & illud propter multitudinē diuersarum habitudinum existentium inter agentia seu digestionem & digestibilia arguet super intemperantiam, & peccatum retentionis uel digestionis ipsius: quēadmodum si infra subsistat, ut quia cibus descendat digestus, & tempestiuus syllogizabit super digestionem fortē. cuius seruitio ordinatur, deinde super retentionem à qua etiam mediate procedit aut super utrunque.

Causa ergo descensionis cibi de stomacho longe & breuis erit aut propter digestionē fortē uel debilē cui ordinatur, aut propter peccatū retētiuæ principaliter & in se deseruiens ei. Peccatum aūt digestiuæ aut est propter se principaliter, aut propter peccatū aliarū ministrantium ei, principaliter aūt peccare pōt in se retentio ut superius dictum fuit in aliis operationibus ministrantiū quadrupliciter, aut enim nihil retinet, quia non circūtrahitur cibo, nec aliquo modo tenet ita ut cibus indigestus descendat inferius, sicut est uidere in lienteria manifeste uel uomitu illico post cibū facto de quibus dicetur, aut parum retinet, quia nō usq; ad perfectā digestionem, licet contrahatur cibo bene, ut in fluxu, & uomitu semidigestorum facto post cibū per aliquod tēpus sumptum, aut corrupte retinet, ut quia nō circū trahatur cibo recte, & perfecte, sed cum tremore, quare accidit rugitus, & inflatio, aut superfluit, ut quia digestum ultra tēpus constitutum teneat. Ex causa in se. s. propter cōplexionis stomachi malitiā non propter cibi, uel uiæ oppilationē inter stomachū & intestina, ut superius dictum est, sed qualitercunq; cōtingat nocumento expulsionis aliqualiter cōmiscetur. si. n. debilitetur retentio superfluet expulsio. & si superfluat retentio, expulsio deficiet, et si corrūpatur expulsioni disponatur, & præparetur, & ecōuerso. Et aliqñ male retinet retentiua, & male expellit expulsiua ut in singultu

E contingit sicut ait. G. Et quod diximus in stomacho etiā in aliis intelligas mēbris proportionalibus eis. Causa aūt nocumenti retentionis est diuersa secundū diuersitatē specierum eius, si. n. auferatur ut nihil retineatur de quo sit curandum cā est quā in lienteria dicemus, & uomitu. Si uero sit debilis non usq; ad completā digestionem tenens, causa eadem est, sed minor, quia plurimum cholera missa ad stomachum fiente digestione excitans expulsiuā, & faciēs deficere contentiuā, quod significat mixtio ipsius choleræ cum cibo cum egestione inuentæ uel uomitu. Et quandoq; est causa extrinseca superueniēs hora digestionis, ut est motus fortis et uiolentus deponens cibum faciendo deficere contentiuā antequā digestio cōpleatur. Si uero corrupte teneat, cā erit mala cōplexio frigida humida non permittens bene circumtrahi cibo, & perfecte ita ut nullum relinquatur uacuū. Si uero superfluat, cā erit cōplexio sicca stomachi, uel cibi natura uel oppilatio uiæ quā in ileon dicemus. Signa quoq; eadem erunt, quæ ibi dicta sunt & dicentur. Et cura similiter, & si quidem longa retentio cibi in stomacho iam F digesti, & tardus descensus ad intestina ex debilitate proueniat digestionis confortatio digestionis iam dicta erit curatio eius. Si uero propter superfluitatem retentiuæ duo oportet agere, mollificare. s. et lenire ante cibum, et post cōprimere cum notis & cum cibis facientibus ipsos descendere in uiscera, ut est piper longum, diatrion, triasandali, semen præmissum. Et post digestionem, quæ faciunt descendere, & penetrare, ut est exercitium, uinum, calamēthum, & diacalamenthum, theriaca, zinziber conditum, balneum aquæ calidæ, & frictio ficus nuces, uel amygdalæ, fisticum, & similia uias nutrimenti aperientia. Si uero breuis retentio sit & uelox descensus ad intestina propter digestionis fortitudinem curationē non habet, quia stat cum natura. Si uero propter aliquam causam debilitantem contentiuam, quā in lienteria dicemus cura erit quā dicemus ibi. Medicamen expertum ei à cuius stomacho descensus cibi festinat. Sumatur uitellus oui assati, & cochlear unum mellis, & mastiches contritæ, danich. ii. & iungantur omnia in cortice oui, & assentur super cinerem calidum, & sine intermis- G sione moueantur, donec parata sint, & comedatur hoc, & ministretur tribus diebus, & oportet ut administretur aliquid ante cibum ex stypticis frigidis siue calidis prout dispositio requirit, quæ te scire superius fecimus. Et etiā emplastra galliæ nostra, quæ in antidotario nostro diximus ministrentur secundum necessitatem, & dormiat supra cibum & quiescat, neq; exercitetur omnino. Emplastrum de mucilaginibus expertum ei à cuius stomacho tardatur descēsus cibi propter superfluitatem retentiuæ, & oportet ut præmittātur lubrica ante cibum calida uel frigida, prout notat necessitas, & post cibum sumantur styptica, ut ait Gale. lubrica frigida sunt fructus recentes æstate, & pruna persica uuæ, & similia, & hyeme pruna sicca. Et utroq; tempore cassiafistula, tamarindi, uiolæ, & syrupus earum, & succus rosarum. Calida sunt ficus recentes & caricæ, mucilago, fœnugræci & seminis lini, oleum sorbium & huiusmodi.

De lenitate stōi siue lubricitate siue lienteria. Cap. 23.

IVuamentum stomachi & ministerium ad quod ipsum natura instituit principaliter, ut ex dictis habetur, est cibi H exterius attracti ab ore per meri alteratio, & digestio cum uirtute, & proprietate qua ipsum dotauit natura, sed ut alteret necesse est ut detineat, si autē detinet instrumentaliter ex asperitate detinet. Est aūt asperitas inæqualitas quædā secundum durum corpus in stomacho naturaliter fiens ex corrugatione aut contractione tunicarum eius cū uillis earū supra cibum clauso portanario, ut nullū inter eos uacuum relinquatur ad quod disponit eius neruosa substantia, & natura ut superius monstratum est. Si ergo stomachus digestionis organum debet ut detineat naturaliter esse asper, & si fiat lenis lædetur principaliter retentio, & digestio, consequenter ægrotabit ægritudine, quæ secundū essentiā suā dicitur lenitas ex nominis significatione, ut helenes posuerunt, sed secundū accidēs immediatū dicet lubricitas, & fm mediatum lienteria. i. cibi indigestio uel uelox exitus cibi indigesti sicut uoluit Gale. primo. n. lenitur stomachi interior superficies, deinde ex ea deficit conten-

tiua,

tiua, & lubricat cibus ex quo consequenter deficit digestiua, & ultimo cibus egredietur indigestus.

Causa autē eius est duplex interior & exterior. Interior est principalis, & essentialis, & est duplex. quædam per se, quædam per accidens. Per se est mala cōplexio humida pura uel cum materia phlegmatica, uel mucilaginosa lubricū faciente in stomacho aggregata, & adhærēs, uel à cerebro, uel toto corpore illi influxa cibum & potum secum asportans, uel faciens lubricare. Per accidens est duplex, una est mala complexio frigida paralyticum faciens, & prohibens stomachum, & uillos eius agere supra cibum, calida uero & sicca eam non efficit nisi adeo ultimetur, ut destruat actū proprie uirtutis sicut in propinquis mortis accidere consueuit. Materia quoq; calida & cholerica per se exasperando contrarium operatur, per accidēs autē efficit eam mordicando & ulcerando. Alia eius causa est ulcera, & in interiori superficie stomachi quibus cibus, & potus adueniens stomacho mordicationem, & punctionē infert atq; molestiam, unde uirtus expulsiua eius ad eorum expulsionē mouetur antequàm operationem suam exerceat retentiua. Causa uero exterior est ut coadiuuans ad depositionē cibi & potus ante digestionem, & est cibi dispositio & natura, quia sit substantiæ grauis & grossæ, aut subtilis, quæ aduritur & pungit & molestat naturam, aut liquidæ fluxibilis, aut mucilaginosæ lubricantis, aut heterogeneæ, ut est lac, quòd corrumpitur uel molestatur, uel sit qualitatis acutæ, ut piper, uel sinapis, & eruca, uel uenenosæ uirtutis, ut species fungorum malæ, uel quantitatis respectu retentiuæ nō respectu expulsiuæ, hoc. n. stringit uētrem secundū Gal. prima laxat secundum Hip. & Gal. in apho. uel quia sit multarum superfluitatum, aut inordinate sumptus, ut quia præcedit lubricus & acutus, sequitur stypticus qualem dictat Alexandrina diæta, aut quia præcedit grossus, & sequitur subtilis facilis digestionis, qui corrumpitur, & corrumpit reliquos pręcedentes, quare uocat naturā ad expellendum, aut intemporanee sumptus, ut quia sumatur secundus cibus supra primum adhuc crudum, quare uterq; corrumpitur, & grauat naturam, atq; molestat ad expellendum, aut quia sit sumptus non hora famis, sed post tolerantiam eius, cū iam stomachus repletus fuerit malis humoribus non prius eductis, quàm natura incitat ad expulsionem. Aut quia sumpsit supra cibū aquam frigidam multam, quæ subito ipsum deponit, aut quia fortē corporis, & animæ supra cibum exercuit motum equitando, peditando, uel saltando, coeundo, & irascendo. Aduertendum autem, ꝙ non est inconueniēs eandem passionem membrorum esse diuersorum, ut lienteriam esse stomachi, & intestinorum de qua infra dicetur duce creatore summo. Nā stomachi est principaliter, intestinorum est consequenter proprie superiorum, quorum actio in cibo prædigesto in stomacho descendente ad ipsa etiā digestio est, ut ait Abo. Ipsorumq; intestinorum retentio non per uirtutem fit sed per circūuolutionem magis, ut dixit Gale. Signum lenitatis est lienteria cibi. s. & potus indigesti exitus uelox, & quasi in eisdem quātitatibus quibus assumpti fuerint. Signa causæ eius intrinsecæ, & malæ complexionis frigidæ & humidæ purę, & cum materia superius in huius summæ principio habuisti, ex qbus est oxiremia semper uel in principio existens cum difficultate curæ, ꝙ si non fuerit in principio, sed superuenerit, erit signū bonum, sicut Hippo. dixit in apho. (6. aph. 2.) Signa uero ulcerum infra subiungemus ex quibus est ardor & fumosa eructuatio, sed oxiremia nunquàm cum facilitate curæ respectu complexionis malæ. Exterior uero causa tibi prompte est manifesta. Et cura eius est cura malæ complexionis stomachi quam diximus uel etiam cura ulcerum, quàm infra in proprio capitulo subiungemus. Est autem sollicite agenda, ut non perduret, qm̄ perdurans ad rasurā intestinorum, uel hydropē perducet secundum diuersitatē suæ causæ, ut Serap. dixit. Et ipsa breuiter est duæ res. prima adæquat materiā, & euacuat, & cōplexionis malitiā alterat, si oportet. secunda mēbri exasperat superficiē, & confortat ipsum. Primam rem complent digerentia & euacuantia phlegma & materiam cholericā, quæ causa est ulcerum, alterantia, quæ sunt nota circa quæ Hipp. locutus est in suis aphoris. d. Quibus

A lienterici uentres fiunt hyeme superius medicari malū est. ergo inferius bonum, et ęstate superius bonum. Abo. quoq; dixit lienteriā habēti facere, ut uomat est difficile, sed præmisit cuius humor est descendens, ut in ea, quæ ex mala cōplexione humida est cum materia phlegmatica, quæ de se est descendens, ꝙ si materia impetū faceret ad os stomachi, uel ex se, quia sit cholerica, ut ea, quæ est ex ulceribus uomitus, nō esset difficilis, sed prouocandus, & permittēdus, & solutio uentris difficilis, quia & si non deriuat euacuat. præcipit. n. Hippo. in apho. (1. aph. 21) materiā esse purgandā per locū ad quem declinat conuenientē, ut declinando ad regionē aliquā ad quā fluat, & superfluat, unde inquit uomitus fluxu, fluxus uomitu, & uterq; sudore curatur. Secundā rem cōplent styptica simplicia & cōposita frigida & proprie in ea, quæ est ex ulceribus interius & exterius approximata, quæ in cura malæ cōplexionis sunt dicta. Et ex simplicibus propriis in ea sunt coriandrū sumach, rosæ, citoniū, zarur, morū immaturū & summitates eius, & litium, & nabath. Et ex compositis sunt medicinæ & cibi. Medicinæ sunt rob de B agresta de zarur, de ribes, de citonio, de myrta. & trochisci de spodio, de balaustia, & de charabe. In ea aūt, quæ est ex mala complexione cum phlegmate styptica calida. s. amara & aromatica sine mordicatione & acuitate sunt conueniētia, ut est aloe & substantia absinthii non succus, quoniā est superatus à stypticitate & acutus nocens ei, & ex eis sunt passulæ in secunda mēsa, quæ abstersione sua moderata abstergunt, & sedat mordicationem si modica sit, & spica si sit multa, & proprie in ea, quæ est ex ulceribus, & ex eis est enula & mēta. Inquit Humain. Caue ne in ægritudinibus stomachi prætermittas mentam, qm̄ menta, & proprie hortulana confortat stomachum plus cæteris herbis. Castoreū cæteris carnibus, mastiche cæteris gummis. Galanga plus aromatibus omnibus, & enula magis radicibus singulis, & cappares conditi plus omnibus floribus. Et ex compositis conuenientibus est miua aromatica, syrupus de mēta, diaolibanum, diacitonitē cum mastiche & similia. Et electariū nostrum alefanginæ, boni saporis, quod fit tempore æstatis. Et zinziber cōditum, retinet. n. fluxū ex indigestione, & lu- C bricitate stomachi. Emplastrum efficax & expertū ad stomachi frigiditatem & humiditatem, fluxum phlegmaticū, & lienteriā & digestionis defectionē. ℞. ligni aloes, absinthij, gummi ara. mastic. cyperi, costi, zinzibe. ana. ℥. s. calami aro. olibani, aloes, ana. ʒ. iij. cymarum sambuci. ℥. i. mentæ siccæ, cymini torrefacti, rasæ liquidæ, ladani, terebinthinæ, ana. ℥. i. gario. macis, cinnamo. spicæ, nucis mus. galangæ. squinanthi, ana. ʒ. s. ceræ albæ. ℥. i. spodij, balaustiæ, sandalorum alborum & ru. gallarum, ana. ʒ. iij. Confice simul cum puluere capillorum ve. & incorpora cum miua aromatica. Trochisci ualentes ad omnem solutionem uentris lienteriam & lenitatem stomachi, & intestinorum. Rec. ros. spodij, ana. ʒ. iij. berberis se. acidæ hypocystidos, gummi arabici, thuris se. myrtæ, ana. ʒ. vi. coriandri infusi in aceto die & nocte ʒ. i. Omnia assentur & fac puluerem & tempera cum succo citoniorum, & fac trochiscos, & da bibere cum syrupo citoniorum. Paulus dixit similiter hos trochiscos ualere. ℞. corticis malorum granatorum gallarū, ana. ʒ. viij. se. myrtæ. ʒ. iij. sumach. ʒ. xiiij. fac puluerem, et D tempera cum uino odorifero & fac trochiscos. ʒ. ij. da cum aqua frigida, & proprie in ea, quæ est ex ulceribus. Abo. syrupus ualens ad stomachi defectionem ardorem, & uomitum & lienteriā. ℞. sumach. corticum granatorum se. myrtæ. ana. ʒ. viij. omnia coquantur in lib. iij. aquæ donec redigantur in unam, & colentur: deinde succus pirorum, nespilorum, & citoniorum misceantur cum eis æquali pondere, & adde zucchari, lib. i. & s. & fac syrupū, & da bibere cum aqua frigida in cholerica.

Nota, quæ magis ægritudinibus stomachi appropriāt.

Emplastrū bonum ad stomachi frigiditatem

Trochi. ad oēm solutionē uentris.

Alij trochi ad idē

Syrupus ad idem.

De nocumentis expulsionis stomachi, & primo de eructatione, & cura eius. Cap. 24.

DIximus de nocumentis actionum trium stomachi. restat dicere de nocumentis expulsionis ipsius. Circa quod sciendum prout Gal. ait, ꝙ stomachus secūdum naturam se habens cum duo orificia habeat, per supremū cibum & potum recipit à meri, & quod superfluū est in eo per inferius tantū aperto portinario cum suis uillis lati-

cudinalibus circuntractus expellit,& impellit ad intestina. Cum autem egreditur à natura superfluum in eo contentū quantum uel quale uel utrunq; grauans,uel molestans cogitur expellere,aliquādo per inferiora,ut in lubricitate stomachi,ut superius dictum fuit,aliquando uiolenter per superius,ut per uomitum.unde Ga.ait uomitus omnibus difficilis esse patet.Huius autem diuersitatis causa quantū est ex diuersitate stomachi,expellentis est,cum enim superior stomachi pars fortior fuerit,& inferior debilis sequitur expulsio per inferius.Si uero econtra fiet expulsio per superius,ut uoluit Ga.In tali autem motu per inferius uel superius expulsio qūq; omnino prohibetur:aliquando debilitatur,& diminuitur:aliquando superfluit ſm maiorem,& minorem fortitudinem suarum partium prædictarum: aliquādo malo motu mouetur.In tali quoq; motu uiolēto expulsionis per superius multas malas spēs motus euenire cōtingit,ut sunt uidelicet eructatio,singultus: aliquando turbatio,æstuatio,nausea, & uomitus. Horum autem diuersitas ex diuersitate materiæ expellibilis in eo contentæ,& dispositionis membri expellentis, & uirtutis ac motus eis cum consecutione,uel sine consecutione intenti in tali motu cōtingit.Aut enim materia in eo contenta expellibilis est uēfosa sursum petentes non intercluſa,ut in inflatione,sed natans, ut in concauo cum uirtute existente forti subito expellitur:& tunc accidit eructatio faciens sonitum, quia est ei in amplum exitus per angustum,ut ait Hip.sicut impulsa inferius transiens de gracilibus in amplitudine colon facit rugitum.Si uero materia expellibilis sit humoralis, seu uēfosa,nec apta expelli, quia imbibita in tunicis rugis, & uillis eius,cum sit difficilis expulsionis stomachus in suis partibus corrugatur,& cōtrahitur, sicut uermis, seu lacertus in spasmo,ut fortiore,& impetuoso motu moueatur ad expellendum eam,nec consequitur intentum, & tunc accidit singultus propter quod motus stomachi dictus est in singultu esse minor,quā in uomitu,cū in uomitu plurimū natura expellat,licet rōne rei expellibilis,& essentiæ motus, motus eius in singultu sit fortior.Similiter accidit ēt si non sit materialis,quia sit mala cōplexio frigida sine humoris uitio, quemadmodū ex mala cōplexione frigida pulmonis ex aere accidit tussis,nec aliquid cū ea expellitur cū nō sit apta: aut sit materialis,sed nō sit apta expelli,quia sit adhærēs, & inuiscata,& tunc facit nauseam:aut sit apta expelli, quia sit in cōcauo eius natans, & tunc cum mouetur ad uomitum facit turbationē,seu subuersionē: deinde ueniens ad os stomachi facit uomitum, sicut plurimū cōsequitur stōs in suo motu intentum,quia materiæ extra expulsionem.Sed qnq; talis materia est sanguinea,& uomitus erit sanguineus:aliqn phlegmatica,aliqn cholerica,& aliqn melancholica:& talis erit uomitus:sed quæuis fuerit,aliqn erit à stō,aliquando ei ex aliis influit partibus,& tanquā nociuā expellit, ut infra dicetur.Quod si expellere non ualeat, sintq; nocētia multa,& fortiora manētia in stomacho,commota tristitiā, & angustiā gignunt,anxietatē,& æstuationē, dolorē quoq; & tortionē cū cordis tremore,uertigine,'& scotomia qnq; & simili.cām aūt inflationis & rugitus,& curā, & quid sint habuisti:eructatio quoq;,de qua hic est sermo,q̄d sit,& eius causa immediata ex dictis ibi,& hic, & eius signum patet, quia ē manifesta sensui. Causa uero eius immediata duplex est ſm duplicē speciem eius,aut.n.acida quæ oxyremia dicitur ab oxy græce,acetū latine,aut fumosa. Acetosæ aūt causa ſm Auer.est duplex,frigiditas per se, seu dimissa caliditas crudū faciēs, & indigestū relinquens quemadmodū in fructibus immaturis est uidere,& proprie in uuis, quæ antequā matureſcant prius sunt ſtypticitatē à quo oriuntur seruantes:deinde parum adaucta caliditate propria & per auxiliū caliditatis aeris fiunt acres, ulterius uero adaucta,ut maturationem in eis acquirāt,fiūt dulces,prout Gal.iii.de ſimplici medicina, auctoritate Theophrasti ostēdit.Per accidēs uero caliditas superaddita multa caliditatē naturalem resoluit,quia res dulcis redit ad suā primam naturam,& acidam:ut in uino,& lacte, cū acescūt est manifeste uidere.Fumosæ uero caliditas sola est multa; sicut enim diminuta caliditas in materiam temperate agēs est causa acetositatis,& uentositatis propter impotentiam suam qua non digerit,sed dissoluit, & non consumit, & sic conuertit in uentum,quæ acidæ eructationis materia existit,ita fortis,& multa caliditas in materiā dispositam conata agere sua qualitate uel quātitate,uel quia sit in omnibus illis disproportionata,ut ēt phlegma dulce,subtilis, cibus calidus,& quātitatis mediocris ipsum in fumum comburēdo conuertit,quæ causa est eructationis fumosæ.Cura eius est,quia si quidem sit difficilis eructatio,quæ non sit diffusa & subtilis uentositas,sed grossa in ore stomachi intercluſa, iuuetur cum extenuantibus, & commouentibus eructationem à proprietate,ut est coriandrum,& à cōplexione,quę tibi superius sunt monstrata.Si uero sit facilis,& moderata dimittatur quouſq; ad perfectum uentositas expellatur. Si autem superflua sit atq; tædiosa,molesta,& turpis, corrigēda est,quemadmodum in aliis naturæ motibus ad expellendum nocentia est agendum,ut in sternutatione, oscitatione,tuſsi,alicibus,uomitu,singultu,uentositate per inferius & aliis consimilibus. Cum enim sunt moderati naturales, sunt & boni,cum uero infra subsistunt,uel superfluunt præter naturam,sunt dolorem,& naturæ angustiam inferentes & uerecundiam,& alias operationes naturales mēbri eius sunt impedientes,& proinde malæ in uia signi,& causæ.

Cura est tres res.prima est causam eius abscindens, secunda est uentositatē generatā extenuans,& cū euacuatione diminuēs.tertia est stomachū confortās, ne ulterius gra uetur.Primā rem cōplent regiminis rectificatio cum abstinentia à uētosis,& indigestibilibus,& cum adęquatione humoris uētosi,phlegmatici uel melācholici, & expulsione ipsius cum his,quæ superius habuisti in cura inflationis.Secūdam rem complent clysteres,& collyria generantia uentositatē,extenuantia,trahentia,& educentia per inferius,ipsamq; impellētia,ut sūt sternutatiōes retētiones anhelitus, & similia: calefactoria,& ēplastra,euaporationes,& uentosæ,quæ superius habuisti. Tertiā rē cōplēt,quæ stomachi dyscrasiam contemperando cōfortant,& eam regenerare uetant.Et si quidē fuerit acetosa talia complentia sunt medicinæ calidæ uentositatem carminantes, & digestionem cōplentes ſmplices & compositæ.Simplices,ut est anisum,& fœniculum,apium,carui,cyminum,zing.galanga, piper lōgum,& aliæ eructationem commouentes superius dictæ. Compositæ sunt,ut diacyminum proprie, & diatrion.Si uero fuerit fumosa cum frigidis extenuare habentibus,& calorem remittere ſmplicibus,& compositis:ſmplicibus, ut est coriandrum proprie.Compositis,ut est rob fructuū frigidorum,cibis,& potibus temperate extenuātibus mistis qualia sunt anisum,ſemen apii,carui,& ſimilia.

De singultu. Cap. 25.

INquit Gal.singultus est spasmus,quem stomachus patitur,& meri.Fit enim in stomacho,sicut spasmus in neruo, cuius specialem causam cum capere uolueris non proprie spasmus,sed quidem in ore stomachi ad uomendū motus,fortior tamen quàm in uomitu. Non est ergo spasmus essentialiter,eo quòd spasmus est motus præter naturam tātum,singultus uero à natura coacta,& quia esse eius est ineſſe stomacho,spasmus est in lacerto uel neruo,singultus uero in mēbro neruoſo,& uillis ipsius,& sic est spasmus quantum ad causam efficientem,quæ est repletio, uel inanitio tantum,essentialiter autem,& quo ad subiectum nō est proprie spasmus,sed quidam ad uomendum motus:fortior tamen quàm in uomitu,quod qualiter sit supra præcedenti capitulo dictum est.

Causa ergo eius est duplex.ſ.generalis & ſpecialis.Generalis est immediata,& ē inanitio,aut repletio.Inquit Hip. spasmus fit ex inanitione,& repletione, similiter et singultus.Specialis est mediata,et est duplex,aut in se,aut per cōmunitatem.In se quęlibet causa inaniens,aut replēs ipsum. Inaniens,sicut,feb.incensiua nō dissoluens tantū,ex qua accidit spasmus de repletione maxime in pueris,ut ait Hipp. sed dissoluens,et consumens subito,ut causon, non paulatine,ut hectica,in qua,sicut paulatine consumitur, ita paulatine ex cibo resumptiuo,qui ei competit,humectantur, et irrorantur nerui,et lacerti:quare hectici, licet sint consumpti non spasmantur. In incensiua est consumptio humiditatis subita, licet per respectum ad infusionem materiæ facientis spasmū de repletione sit paulatina, vt ait Gal.nec succedat restauratio cū cibus non cōperat: immo diæta vltime tenuis,secundū Hip. Euacuatio etiam spontanea,uel artificialis nimia,& proprie sanguinis,fames,& similia. Et siquidem non sit confirmatus,quia siccitas, & consumptio corporum solidorum substantiam non tangat, curatur cum qualibet re humectante. Quando uero confirmatus fuerit, vt quòd non solum humiditates, sed substātiam tunicarum stomachi terigerit est mortalis,vt ait Hippo.in apho.

Causa replens est multiplex.Cres nocēs sua qualitate frigida,& est, aut exterior primitiua, aut interior accidens. Exterior est replēs per accūs,vt est aer frigidus,aqua frigida,nix sumpta,& res frigida subtilis penetratiua, vt acetū. Et frigiditas, triplex facit singultū, & spasmū repletionis, quia inspissans poros:quare retinetur quod consueuit resolui ex tunicis & uillis stomachi,replens, & grauādo nocēs. Et quandoq; per uiā indigestionis est materiā multiplicās, & suo excessu ultra æqualitatē lædens. Inquit.n.Hip. Frigidū uero spasmos,quia inimicū neruis, licet aliquādo faciat de inanitione exprimendo, & nutrimento neruos priuando,sicut Gal.ostendit.Interior causa est humor frigidus in ore stomachi,& tunicis eius abundans,& replēs,& sua frigiditate nocens:aut uentositas nocens sua extensione generata à caliditate uaporosa retenta in uillis & tunicis eius, quæ non pōt resolui:& res nocens sua qualitate calida inflāte,pungente,& mordicante, quæ etiā est duplex interior, & exterior.Exterior,vt potus sinapis, trium piperū,& medicinarū acutarum mordicantium,vt est euphorbium, diagridium,& similes. Et potus diatrion pipereon cum uino, & proprie in habente os stomachi sensibile: vel cibus corruptus conuersus ad qualitatē mordicatiuam, sicut accidit proprie pueris cū lacte nutritis calidis naturaliter uel accidentaliter apud productionē dentium propter eorū gulositatē,sicut dixit Hippo. & decrepitis propter dispositionē stomachi sui,quia debilis est in digerendo.Interior est multiplicatio choleræ,et humorū omnium,& uermium in stomacho generatorum sua qualitate mordicantium, & pungentium ipsum:quare corrugatur,& contrahitur in seipso ad expellendū ipsum,& facit singultum. Aut per uiam crisis,sicut accidit in crisibus per uomitū factis,in quibus cholera missa ad stōm,vt expellatur,pungit,& singultum facit: deinde sequitur uomitus,& cessat singultus,aut res nocens sua qualitate grauante, vt accidit in repletione humorum cibi & potus superflua:aut quantitate,& qualitate simul,ut in repletione humorū carnium cum piperata, & uini antiqui uinosi,uel cibi dicta galea,et nimio potu aquæ ad cuius expulsionem stomachus forti motu singultus mouetur.

Factus autem à cōmunitate, aut est ex cōmunitate alicuius membri:aut totius alicuius, ut est singultus factus propter hepatis apostema,& proprie in ephimera:cuius causa est choleræ effusio de hepate ad ieiunum, & de ieiuno ad os stomachi pungens, & mordens, & sic singultum repletionis inducens,ut ait Gal.Licet alij dicant, quòd illud sit propter continuitatem existentem inter stomachum & hepar in neruo minuto:sed prima est potior, ut innuit Aboa. de apostematibus eius loquendo.Aut propter apostema in intestinis,aut in uelaminibus cerebri in capitis percussione,& cranei fractura contingere consueuit: & est malū signū, si cum rubedine oculorum fuerit, ut dicit Hippo. Ex cōmunitate totius corporis accidit singultus ex effusione choleræ,& humorū frigidorū, uel mordaciū ad stomachū, quod cōtingit,aut in dispositione sanitatis,sicut accidit pluries:aut tolerātia famis,& proprie cholericis:aut in dispositione ægritudinali,sicut accidit in feb.aut per uiā sympto matis, ut in principiis paroxysmorum: aut per uiam crisis per uomitū expectatæ: in quibus cholera emissa ad stomachum,ut expellatur,pungit, & singultum facit repletionis per se:deinde sequitur uomitus,& cessat singultus.Quòd si præcesserit uomitus,deinde ueniat singultus, est malum signū,maxime si rubei fiāt oculi,ut dixit Hippo. Et factus in crisibus quandoq; est bonū signū,quandoq; malū.Cū enim præcesſit digestio,fueritq; in die cretica,& leuis cum leuitate accidentiū aliorum,& cum uirtutis ualescentia, est signū bonæ crisis:econtra uero malæ.Et dicitur in libro mor tis uelocis. Si habenti singultū accidit apostema in latere dextro egrediens à matura absq; causa cognita,& est singultus uehemens,egredietur anima eius ex singultu ante ortū solis. Et ex illo est ille, qui habet cum singultu punctionē, uomitum,& cuzez,& permissionē rationis, quoniam moritur.Et si singultui superueniat uomitus, est bonum. Et si per eum non cessat singultus,ostendit materiam ualde imbibitam.Quòd si cū rubedine oculorū fuerit,ostendit apa, aut in stō, aut in neruo descendente ad ipsum ex cerebro, inter quæ signa apatis stōi prædicta distinguunt.Et si singultum patienti superueniat sitis, est bonum signum,& causa, quia resoluitur causa eius:similiter si singultui superueniat sternutatio, est causa salubris, & cessare faciens stātim,ut ait Hal.& infra summi Luminis pietate dicetur.

Signa.singultus notus est tanquā sensui manifestus in quo sentitur contrahi stōs in se, & ad superiora impelli cū quodā sonitu aeris superimpulsi. Et siquidē sit ex inanitione frigidus,cognoscitur ex causis inanitionis præcedentibus,& euacuationibus læditur,& nō iuuatur.Si uero ex repletione ex causis repletionis præeuntibus: quarū signa singulariter subiungentur,et uomitu,& euacuationibus sedatur.Et si aduertis,si causa inanitionis fuerit febris inflāmatio consumens non dissoluens,tūc uidebis præcedere fortē febrē in corpore sicco cū circunstantibus dispositionibus siccitati:quæ si tangat substantiā stōi solidam, cognoscetur ex fortitudine, & continuitate,& frequentia eius, nec solētia iuuare iuuant.Si uero non tangat, minor erit singultus non frequēs,nec ita continuus,& iuuare solentia iuuāt. Si uero causa inanitionis fuerit euacuatio naturalis, uel artificialis superfluens,subito ex reliquiis euacuationis,& pulsu duro,ut ait Gal.uel saltē ex infirmi,seu astantium relatione cognosces ipsam præcessisse.Similiter,& si fames,ex tornalitate facies,& oris siccitate,& ſimilibus. Econuerso uero si causa repletionis fuerit frigiditas exterioris, causa tibi erat sensui manifesta,saltē ex infirmi uel astantiū relatione, & siquidē frigiditas inspissationē facit minorē cognosces frigiditatē: si uero per uiam indigestionis materiā replentem multiplicē, uidebis eam fortiorē magis & mansuam. Etiā si suæ qualitatis excessu offendat neruosum stomachū, senties eam mediocrē,et minus durantem.Et siquidem causa interior fuerit humor frigidus abundans,sua frigiditate nocens,sensus frigoris in stomacho cum grauedine, & cū præcedenti regimine multiplicatiuo frigidorum humorū, & phlegmatis,& similibus circunstātiis cognoscetur. Et si uomitus subsequitur,apparebit in ipso.Si uero replēs apostemauerit per signa apostematis prædicta cognosces. Si uero uentositas fuerit, signa habuisti, capitulo de inflatione,& rugitu. Si uero nocēte sua qualitate calida pura à re assumpta acuta pungente,& mordēte,sciatur ex præassumptione ipsius stomachi sensibilitate multa quā punctio percepta ex acutis assumptis prompte insinuat, & declarat,vt superius habuisti. Etiam si ex cibo corrupto acciderit mordicatio, signum erit corruptionis cibi in stomacho, quod est proprie eructatio acetosa, uel fumosa cum circunstātijs consimilibus sibi. Si uero causa interior fuerit causa cōtractionis,& etiam repletionis fuerit multitudo choleræ, & humorū dominium aggregatorū in ipso, sensus caloris, & punctionis,amaritudinis sapor, acuitatis, uel salsedinis, sic & regimen præcedens cū circunstātiis similibus tibi declarat,dixit Hipp.& in exeuntibus apparebit. Si uero fuerit causa repletionis cibus,& potus, quare grauando tantum, uel pungendo impellit stomachū ad singultū, crapula præcedens tibi indicat, & demonstrat. Si uero causa communitatis fuerit,quæ est hepatis apostema, præcessio signorū apostematis calidi hepatis in syma facti tibi ostendit, quæ infra dicētur auxiliante Christo Iesu, & sensus mordicationis in hora augmēti apostematis, & influxionis materiæ in ipsum,& apud stomachi inanitionē in illis, & in fundo stomachi.Si uero apostema in intestinis fuerit,signa quæ dicētur,apostematis eorū uidebis præire. Et si ex apostemate in uelaminibus cerebri,signis ipsius,q̄ dicta sunt præcognosces.Si uero fuerit ex cōmunitate ad totū corpus in dispositione sanitatis, cognoscetur ex dispōne cholerica corporis,siue febriēdo stomachi debilitate,et q̄ cōsueuit incurre

re in syncopim,debilitatem,fastidiū, & stomachi morsum apud tolerantiam famis,& oris amaritudinem, uertiginē, & scotomiam,ut ait Hippo. Si uero in dispositione ægritudinali accideritquia symptomatice euentus eius in principiis paroxysmorum,& proprie in principio uniuersali,seu augmento indicabit.Si uero per uiam crisis accidat, cōcurret cum aliis accidentibus,& si bonus fuerit uel malus, cognosces,ut superius dictum est.

CVRA eius,quæ ex inanitione fuerit,perfectam substātiam uillorum,& tunicarum stomachi tangens, non separatur:si uero non tangens fuerit,curatur regimine humectatiuo in cura siccitatis stomachi superius dicto. Et siquidem causa siccitatis,& inanitionis fuerit feb. humectatiua tēdat ad frigiditatem:si euacuatio declinet ad stypticitatem. Si uero fames ad temperiem, uel caliditatem, quorum copiā supra in cura malæ complexionis stomachi habuisti. Cura eius,quæ ex repletione cuius causa frigiditas fuerit aeris, seu alterius rei assumptæ est calefactio cū rebus calidis assumptis approximatis interius & exterius in furcula stomachi,usque ad umbilicū pectore,& collo,& iūcturis quibuscunque,& per omnē modū, quorū summam tradidimus in cura malæ coplexionis stomatichæ frigidę,& puræ quas uariabis secundū plus,& minus prout exigit gradus frigiditatis.Et cū fuerit fortis,non excusatur quin ponantur uentosæ supra stomachū sine incisione,& cōsequenter medicinæ rubificantes.Eius autē cuius causa est humor frigidus generatus in eo nocens sua qualitate uel quantitate , uel utroq; absque eo quòd sit apostemans:cura est quatuor res. prima est ipsius adæquatio.secunda est euacuatio . tertia est ipsius deriuatio,seu tractio,seu impulsio ad loca euacuationis opposita ori stomachi,distractio naturæ ad intentionem oppositam.quarta est stomachi confortatio. Primā rē cōplent in cidentia suā uiscositatē qua adhærent stomacho, & uillis eius quibus est imbibitus,& calefacientia,ut est oxymel , & proprie squilliticū,cū aqua calamenthi,rutæ,abrotani, mastic.cinnamomi,& similiū:zingib.conditū,diatrion, & diacyminū,& somnus longus . Secundā rem cōplent uomitus per potū prædicti syrupi præcedente cibo ex acutis, & salsis,& acribus,& purgatio cum hieris magnis , & salis indi, duorū dauich,& pilulis stomachicis,& de opopanace,quīque generibus,& expectatio super sitim,& famē consumet materiam.Tertiā rem cōplent clysteres acuti noti superius constrictio extremitatū dolorosa, frictio aspera extremorū & fomentatio,& balneatio mordentis aquæ, & positio uētosarum sine scarificatione supra stomachū, & inter spathulas utrasque,& applicatio medicinarum rubificantium in cruribus,& brachiis:motus,& exercitium laboriosum , & equitatio fortis impulsionē materiæ ad inferius cōplent secundū Gal.sternutatio uehemens cōprehendendo nares , & os,ut dixit Hippo. & uociferatio , & retentio anhelitus multa post tractionē aeris fortē,& expectatio in tussi . Inquit enim Gal.in retentione spiritus si similiter tendantur epigastrini musculi,& diaphragma inferiora uiscera purgabuntur:spiritus enim retentus undique impellitur,& intra re cogit subtiles poros,& si magis constringatur,& impellatur,omnes subtiles poros pertransit, & defert secum aliquid subtiliatarū superfluitatū. distractionē naturæ ad contrariā operantur intentionem terrefacientia,ut combustio ignis,ruina,insultus latronū,& inimicorū, & tonitrua,fulgura,tēpestates,& soni fortissimi,& subiti,ut est cāpanę,et aliorū,& imaginatio mortis subita,& aspersio festina aquæ frigidæ,uel accti super faciem,ira,timor,gaudium,tristitia superflua,& suctio alicuius liquoris uini clareti , uel aquæ delectabilis.Quartam rem complent myro.conditi, electaria,& emplastra confortantia,supra capitulo de debilitate dicta . Et hæ duæ causæ ultimæ sunt communes generales omni singulti,& ex quacunque causa.Ille etiam cuius causa est generata in eo uentositas,extendendo nocens,similiter curetur,ut dictum est supra capitulo de cura inflationis & eructuationis cum regimine , & adæquatione humoris uentosi,& euacuatione ipsius : quòd si euacuatio fieri non potest aliqua impediente causa , approximentur medicinæ quæ habent materiam humoralem,& uentosam carminare & resoluere,& consumere,simplices,& compositæ: simplices interius sumptæ sunt,ruta ficca, & nitrum , potata cum aqua mellis,uel cum uino uinoso antiquo.Et sum expertus acetum squilliticum:aquam apii,basiliconis, asarum , neriden,maioranam,aniuden,& est radix herbæ,unde fit asa fœtida,quod olfactu sedat singultum,aristolochia,daucus,anisum,zingiber,enula ficca,succus eupatorii,folium,acorus, & abrotanum,galanga, & est mirabilis . Et compositæ ex eis in modum electarii,& diatrion,diacyminum,zingi.diagalanga,theriaca antiqua,& similia grossæ substantiæ, quoniam magis remanent in stomacho,& ore eius , quàm ea, quæ subito descendunt,ut syrupi,& alia substantiæ liquidę. Et iuuat quandoq; has medicinas administratio rerum sternutare facientium.Exterius uero approximandæ sunt uentosæ magnæ,& emplastra ex prædictis,unctiones , olea , & unguenta,balnea calida actu,& potentia,naturalia,uel artificialia.Et ex prædictis est castoreum puluerizatum, dissolutum in succo rutæ,& menthæ,sufficiēter calidum epithematum supra stomachum:pertransit enim sua caliditate, & subtilitate consumit humorem,& uētrem resoluit. Eius uero cuius causa est res mordicatiua sumpta in potu: cura est duæ res.prima est eius euacuatio cum uomitu prouocato cum aqua frigida,seu tepida mista aceto , & oleo uiolato, uel amygdalarum dulcium , uel butyro cum lacte nouiter mulso,aqua cucurbitæ,& citoniorum,& mucilaginibus frigidis,& glutinosis,& gummi dragacanthi,sem. citoniorū, & huiusmodi.Secunda est stomachum confortare cū frigidis stypticitatem habentibus moderatam, ut sunt myrobalani conditi,citonia , & similia , quorum copiam superius habuisti.Si uero eius causa fuerit humor interior, qui mordicationem fecit,quatuor sunt necessaria . primum est ipsius adæquatio.secundum est sensus stomachi obtusio . tertium est ipsius humoris euacuatio.quartum est stomachi,& membrorum confortatio.Primum completur cum exhibitione succi granatorum acetosorum,uel muzorum,agrestę aquæ frigidæ,aquæ lacti s acetosi,aceti lymphati,& similiū. Secundum complent stupefacientia exhibita simplicia , & composita.Simplicia.ut est aqua coriandri , & solathri , & alchechengi,mucilago psillii,& cibaria grossa , ut frumentum coctum,& extrema animalium,lactucæ,papauer, & similia.Composita sunt phylonium,theriaca noua,& alia infrascripta,& occupari somno longo.Tertiū cōplent uomitus prouocatus cū prædictis,& aqua hordei, & uentris solutio cum hieris , & syrupis de succo absinthii, & aqua granatorum dulcium expressorum cum pulpis , uel muzorum declinantium ad dulcedinem,& rosis.Quartum completur cum myrobalanis conditis,& rob,succis fructuum stypticorum,ut miua,syrupus de agresta,de ribes,de myrta,de sumach,& aqua acetosæ,quoniam simul mundificat,& cōfortat,& balneatio in tina,& unctiōe stomachi , & iuncturarū cum oleo ros.& cucurbita,& similibus.Si autē mordicationis causa fuerit cibus corruptus in stomacho,curam habuisti supra de cura corruptæ digestionis. Sed siquidem fuerit nocēs sua grauitate,& fuerit frigidus humor,cura est , quā hic supra in humore frigido diximus.Si uero sit apostemās cura erit , cura apostematis superius dicta.Si uero sit cibus & potus,cura est duæ res.prima est euacuatio,& hoc completur uomitu.secunda est alteratio,& hoc completur cum administratione ciborū,potuū, & medicinarū calidarū uel frigidarum dictarū,prout dyscrasia exigit.Facti autem à cōmunitate alicuius membri apostemati cuiuscunq; cura est tres res.Prima est cura illius apostematis, quæ in suo loco dicetur auxiliante Christo.Secunda est humoris influentis ad stomachū,euacuatio,& deriuatio,seu ad oppositum tractio.Ea autem quibus fieri debet superius dicta sunt in particula ista.Tertia est ipsius stomachi confortatio,ut non recipiat cū prædictis sed si quidē ex cōmunitate totius fuerit & in dispositione sanitatis propter tolerantiam famis,cura est duæ res. prima est humorum effusorum cholericorum euacuatio cū uomitu,uel assumptione alicuius deponentis ipsum,ut sunt pruna,sebesten,tamarindi,& casiafi . Secūda est confortatio cū aliquo ex rob stypticis , & cibis,& potibus.Si uero in dispositione ægritudinali,siue fuerit symptomaticus siue creticus;cura ē duæ res,scilicet uomitus ,uocatio,donec perfecte euacuetur,deinde stōi cōfortatio:horum complentia habuisti.Quod si superfluat,nec uomitu sedetur singultus,redire oportet ad ea , quæ adæquare habēt materiam,& ipsius inhibitionem auferre , & adhærentiam educere,& expurgare,impellere , trahere , et deriuare , & naturam distrahere,ut superius dictum est.

Cōfectio ueritis ad singultū.

Confectio Hipp.rectificans malam complexionem stomachi frigidam expellens uentositatem , & liberans à singultu si Christo placet. ℞.corticum sistic.exteriorum, costi amari,castorei,petroselini,an.drach.i.balsamitæ, calamenthi,anisi,mastiches,spicæ,ana. drach.vi, aristolochiæ , ʒ.iii. Confice cum oxymelite squilliticо,& da.ʒ. i. cū aqua fimbrii.Alia decoctio squinanthi,& corticum sisti.cum qualita te liberat ab eo.Et semen rutæ,cum nitro,& aqua mellis curat singultum ex uentositatibus grosis , quæ sunt ex multitudine gulositatis.Inquit filius Serap.squilla qū sumitur cū uino,curat à singultu ex humoribus grosis annexis in rugis stōi.Et ēt turbith educit illos, & mundificat stomachū.à putrefactione humorū,dixit Hipp.ellebori albi.ʒ.s.cū. ʒ.i. castorei, & duabus zucchari ros.est medicina experta , quæ curat omnes passiones stomachi ex grosis , & uiscosis humoribus natas,& expellit humores compactos in uillis per uomitum,& curat uertiginem,& lithargiam.Sed cū cautela præsume propinare,ne dederis corpori extenuato.

Pilulę ad singultū.

Pilulæ ad singultum natum ex grosis humoribus.℞.casto rei,myrrhę,an.ʒ.ii.agarici.ʒ.iii.faliſgēmę.ʒ.i.diagridii cor recti.ʒ.ii.masti.ʒ.i.s.aloes bonæ ad pondus omniū. Cōfice cū succo mētæ,dosis est.iii.in sero . Pilulæ gloriosissimæ ex inuentione nostra,contra singultū calidū , & humores acutos ascendentes ad stomachū ex hepate,& malitiam eius calidam & siccam,& febres.℞.spodii,endiuiæ , portulacæ , ligni aloes,an.ʒ.i.s.pulpæ tamarindorū.ʒ.iiii. raued electi.ʒ. i.Conficiantur cū aceto.Emplastrum ad idem.℞.trium dalorum,farinæ hordei,spodii,an.partes æquales . Confice cum succo semperuiuæ. Emplastrum cōtra singultū ex grossis humoribus,& delet dolorem eius.℞.aristol. rotundæ,galangæ,anisi,baccarum lauri,gentianæ,rutæ,an. ʒ. iii. castorei,myrtæ,an.ʒ.ii.gario.ʒ.v.rosarum.ʒ.ii.mast.ʒ.iiii.Confice cum aqua mellis,& sampsuci.

pilulę alię ad singultū calidū.

amplastrū ad idem.

amplastrū aliud ad singultum ex grosis uentositatibus.

De nausea,subuersione,fastidio,uomitu,& æstuatione, seu anxietate,& conturbatione stomachi,& cura eius. Cap. 26.

NAusea, seu subuersio stomachi , quid sint , & ex quibus causentur,& signa quibus cognoscantur : & cura ex prædictis capitulo de nausea tua satietate sunt manifesta.Est enim motus malus,seu inclinatio uirtutis expulsiuæ stomachi ad expellendum nocentia per os absq; hoc q; cōsequatur intentū nisi sequatur uomitus,quod si non sequatur,nocētia,quę cum sint multa,& fortia in stomacho retenta,commota inducunt ęgritudinis æstuationē, aut siccitatem,tristitiam,& angustiā , ita ut permutētur de figura in figuram:& ex cōitate quandoq; cardiacā, seu cordis tremorē absq; cognita causa. Quandoq; sequitur uertigo,& scotomia,& mutatio coloris,sudor frigidus,& extremitatum frigiditas fere perducens ad syncopim.

Et causa in hoc est duplex interior, & exterior.Interior est humor generatus uel influxus stomachi adhærens grauans,& molestans: qui dum mouetur in concauo stomachi facit conturbationem,dum inclinatur ad os stomachi facit nauseam,cum non possit expelli,inducit tristitiam sua grauedine,& acuitate,& fumatione ad cor,& cerebrum , nec non inducit cordis tremorem,uertiginem, & scotomiam , & per consequens sudorem,& extremitatum frigiditatem. Et quandoq; est eius causa uapor ex humoribus commotis ex medicinis uomitiuis . Exterior est omne quod feruet in stomacho ex cibis,& fructibus,& succis dulcibus,ut est uinum nouum ex uuis,& pomis: & quod corrumpitur in stomacho,ut lac,& similia:& aqua frigida bibita in hora non consueta conturbat,& fit causa additionis feb. in debili stomacho.quare currunt humores ad ipsum,ut ad minerā putredinis,innouantes paroxismum, ut accidit in phlegmaticis:quare non oportet,ut bibatur in feb.tali nisi aqua calida.Et quandoq; est in causa melācholia, & uentositas pharmaci assumpti,ut fœniculi,& electarii sine admistione anisi,dauci,& ascæ,ut dixit Hip.Et coadiuuāt aspectus, & imaginatio rei abominabilis,& similiter fœtor.

SIGNA æstuationis,& anxietatis stomatichę nota sunt ex prædictis hic, & in notificatione ipsarum cum de nocumentis expulsionis stō generaliter loquebamur. Et siquidē sit à causa interiori,ut à malo humore mordicatiuo retento,& cōmoto à sua grauedine,& acuitate,& fumatione nocente,cognoscitur apud ægrum natura prudentem , & sensatum:apud uulgū quandoq; stolidū causa non cognoscitur etiam si sit causa exterior,quæ sensui est manifesta.

CVRA eius est duplex generalis , scilicet & specialis . Generalis consistit in quatuor rebus, quas supra de cura repletionis,& societatis nauseatiuæ diximus. Specialis consistit in correctione accidentium, scilicet tremoris cordis , tristitiæ,& angustiæ,uertiginis,& scotomiæ, quorum cura specialiter dicta est.Est tamen attendēdū : nā si causa parua est,& tunc sufficiēs est sola strictio,& exhibitio eius, quod humores habet quietare,& mūdificare. Et siquidem sint frigidi,detur uinū mistum,uel aqua mellis , uel rob granatorum,si sit calida,uel mista aqua mellis rosata:si influxa sit,& calida,da cum spodio:si frigida,da cum mastiche, seu carda momo.Si uero causa fuerit plurima , redi ad curā superius dictā.Et si quidē sit simplex in lacte ,seu sanguinis congelatione eius cura dicetur infra in propriis capitulis. Si uero sit ex malitia pharmaci , supra de consolatione medicinarum diximus,cum docuimus, qualiter succurrēdum sit accidentibus,quæ medicinæ laxatiuæ hæreditare faciunt.

De uomitu,& primo de phlegmatico, & cura eius. Cap. 27.

VOmitus,ut ex prædictis potest haberi, est uiolentus motus naturæ,seu uirtutis expulsiuæ stomachi ad expellēdum nocentia.Variatur autem , & specificatur uariatione suarum causarum communium quatuor: materialis.s.formalis,efficientis,& finalis, quæ in dicta notificatione per ordinem inueniuntur. Materialis nanq;,aut erit exterior,ut cibi & potus, uel medicinæ : aut interior , quæ plurimum est humor , aut phlegmaticus , aut cholericus,aut melācholicus,aut sanguineus:& hic, aut purus,aut mistus,aut corruptus: & hic , aut ex stomacho procedens , aut ex aliis membris sibi influxus,uel toto corpore, ut supe rius dictum est capitulo de cura malitiæ complexionis stomachi cum materia.Formalis,quia,aut erit facilis, & temperatus,aut difficilis,diminutus,superfluus,& assiduus.Efficiens nāq;,aut erit naturalis & creticus , aut ui morbi , & symptomaticus.Finalis,quia ad expellendum nocentia sal tem sibi,quorum omnium consideratione generalem recipit diuisionem.Aut enim est laudabilis,aut illaudabilis:laudabilis enim est ſm Hip. cum phlegma choleris est admistum:facilis enim,& temperatus : quia repletioni proportionatus,unde Gal.ultimatæ repletioni, ultimata debetur euacuatio:moderatæ uero moderata:non frequens,& continuus.Hic enim debilitat stomachum, & facit eum lacunā superfluitatum.Caput & instrumenta sensuum os & dētes, pectus & pulmonem lędit,& uenas eius aperit:& hepar debilitat,& totum corpus extenuat,& consumit. Sed per interualla sic factus saltem semel in mēse:hic enim primo purgat stōm,& corporis superiora:ex consequenti uero ipsius inferiora.Quapropter Hip.ut Aboa. dixit , commendauit ad regimē sanitatis fieri uomitū:quolibet mēse duobus diebus continuis,ut prima die quod in stō,& superioribus existit mēbris eradicetur : secunda die quod fuit tunc tractum ab inferioribus ad ipsum ēt expellatur : uomitus. n. à superioribus eradicat,& ab inferioribus trahit . Econtra fluxus sic quandoq; liberat à spasmo subeth , lamentatione repletionis cibi,singultu clamoso,& eruptione uenarū , ægritudinibus renū,& pedum;& breuiter oībus materialibus totius corporis ægritudinibus.Naturalis,seu spōtaneus ad expellendū nocentia cū conueniētia consimiliū circūstantiarū.ſ.ægritudinis compōnis cholericæ,ætatis iuuenilis,cōpositionis pectoris,latæ habitudinis,gracilis, cōsuetudinis uomēdi,artis fabrilis,ætatis tēporis , horæ regionis , aeris calidorū,& siccorū.Illaudabilis aūt est ei cōtrarius. Laudabilis & creticі cā est fortitudo uirtutis expulsiuæ,obedientia materiæ,& aptitudo uiarum.Illaudabilis & symptomatici

Vomitus quid.

Causa materialis.

Formalis.

Vomitus ille est laudabilis cū phlegma choleris admiscetur.

tici causa est uirtutis debilitas retentiuæ: & quantitas, uel qualitas, uel utraq; causæ materialis facientis deficere uirtutẽ contentiuã: & quãdoq; est mala cõplexio interior mẽbri scilicet stomachi sine materia incitãs ad uomitũ, & maxime calida, & sicca, sicut erat in singultu: & quandoq; est coadiuuãs malitia regiminis, & proprie motus corporeus & animalis fortis, & agitans supra cibum, imaginatio aspectus, & fœtor rei abominabilis, & dispositio aeris.

SIGNA eius sunt duplicia: quædam enim ipsius genera liter & absolute considerati sunt signa remota: quædã propinqua. Remota sunt dolor frontis, & scotomia. i. rerum ingrarum apparitio, ut muscarum uolãtium; frigiditas extremorum, & in hypochondriis. Et os amaricatum cordis. i. oris stomachi, morsus, nausea, subuersio, & iectigatio inferioris labii significãt ipsum propinquum. Signa uero ipsius specialiter considerati, puta specierũ ipsius formaliũ: ut laudabilis uomitus, quæda sumũtur ex antecedentibus, quædã cõcomitatibus, quædã ex subsequentibus. Ex antecedentibus, quia præcesserũt signa digestionis inualescente uirtute supra morbum, leuitas accidentiũ protendentiũ ipsum, quod est signũ leuis pugnæ. Et ex cõcomitantibus, quia est facilis temperatus in processu morbi, expellens nociua, & qualia oportet, quia cholerã phlegmati mistam, & bene toleratur. Et ex subsequentibus, quia confert, & alleuiat patientem. Inquit Hip. si qualia oportet purgari purgentur, confert, & bene ferunt. Signa illaudabilis uomitus ecõtra intelliguntur: nam fit signis decoctionis nõ apparẽtibus, & in morbi in principio uniuersali. Inquit enim Hip. ægritudinibus quibuscunq; incipie ntibus, si fel nigrũ sursum, aut deorsum exierit, mortale: & Gal. dũ inquit morbus in principio est cum nulla sm uiam naturæ sit euacuatio. Signa. n. cretica non oportet esse subita: fit enim nulla apparente uictoria, & inualescentia naturæ supra morbum, & cum accidentium ipsum protendentiũ dictorũ supra, fortitudine & austeritate est difficilis, malus, intolerabilis, & angustiosus, expellens nõ quale oportet, quia inuatiuũ non nociuũ: & si nociuũ non coctum, neq; mistum: sed purũ, aut cholericum aut phlegmaticũ, aut sanguineũ: Inquit enim Hipp. sanguis sursum qualiscunq; egrediens malũ, aut melancholicum. Inquit Hip. melancholicos uero inferius, neque cõfert, quia nec ægrum alleuiat, nec morbum minuit, immo ægrum in defectionem adducit. Signa specierum ipsius materialium ex exeuntibus colliguntur: & similiter si sint ex stomacho uel ex aliis ei influxæ ex dictis de mala complexione nota sunt. Earum autem causæ infra specificabũtur. Vomitus laudabilis, & creticus est permittendus: ꝙ si diminutus fuerit, & difficilis, coadiuuandus est, & facilitandus, ut infra Christo Iesu duce dicetur: deinde permittendus quandiu fuerit sufficiens, & temperatus, & cognoscitur, quia cõfert, & bene ferunt. Tunc tamen confortatiuis stomachi, temperate stypticis est utendum, quę habent retinere, ne materia efrenitet, & superfluet, nec est retinẽdus nisi superfluat: quo casu effectus illaudabilis est retinẽdus: & cognoscitur: quia incipit fieri intolerabilis, angustiosus, & debilitans corpus unde Hip. in aph. iam dicto. Si uero non, contrariũ. Si autẽ sit illaudabilis, & symptomaticus, aut est cũ naturæ regulatione, ut supra diximus de fluxu uentris in cura pleuresis: et tunc est permittẽdus: est. n. bonus per uiam causæ quam minuit, & quam eradicat, & per consequens morbũ uniuersalẽ, & particularẽ curat. Inquit enim Aboa. uomitus in principio paroxysmi, aut minorat, aut eradicat paroxysmum: natũram quoq; alleuiat, & supra residuum potentem reddit. Vnde Hip. inchoãtibus morbis si quid uidetur mouere, mouc. Aut est sine regulatione naturæ: & tunc cum sit malus per uiam signi, & causæ, est retinendus.

Veilitates uomitꝰ facti in principioparoxysmi.

CVRA. in retentione autem eius duplex est regimen: commune. s. & proprium. Commune in sex rebus plurimũ consistit. Prima est materiæ, seu causæ ad eius excessum incitantis mundificatio, uel ablatio. Secunda est ipsius stomachi confortatio, & etiam totius corporis, ut subsistat, & toleret. Tertia est membri, si quod sit mittens, rectificatio. Quarta est materiæ influentis interim donec illius rectificatio fiat quietatio, ingrostatio, & deriuatio, & ductũ angustatio. Quinta est regiminis rectificatio. Sexta est accidentium, siqua sint, qnæ insurgat, correctio. Sic ergo congregabis omnem curatiuam intentionem in retẽtione uomitus, & euacuationis cuiuslibet de qua infra dicetur. Primam rem cõplent uomitus reiteratus, donec materia si humoralis sit, eradicetur: qui si non sit facilis, & sufficiens propter eius adhærentiam facilitet: & hoc cum cibis multis in quantitate continua, & discreta, scilicet potibus, & medicinis, quæ sunt triplicis generis, ut supra in de consolatione medicinarum diximus: in quarum usu ordinate procedas incipiendo à debilibus, & procedendo ad fortia, deinde ad fortiora sequens naturam sapientissimam, ut iusit Hippo. Inquit Gal. natura est sapientissima, cuius sapientiæ nõ est finis: adhæret enim uiæ uni, & ordini uni. Si uero nõ sit humoralis, quæ incitat causam, sed complexionalis, alterantia sunt ipsum complentia, quę sunt superius tibi nota: si etiam exterior sit auferatur. Secundam rem complent styptica aromatica calida uel frigida prout dispositio stomachi exigit: quæ superius tibi fuerunt tradita in cura malæ complexionis, & retentione solutiui cum superfluit. Tertiam rem complẽt illa tria, quæ supra in cura malæ complexionis stomachi cum materia diximus. Quartam rem complent somnus, & quies corporea, & animalis motiuam materiã quietantes. Inquit enim Hippoc. Cum uolueris elleborum stare, somnum fac, & noli mouere: imaginatio rei delectabilis, & odores boni, Confortant enim cerebrũ, & stomachũ nauseam sedant, & uomitum: ut supra de consolatione medicinarum dictũ est. Ibique medicinas ingrossantes, & coãgustantes dictus, & orificia notas fecimus calidas, & frigidas prout dispositio exigit. Eius autem deriuationes complent frictiones duræ, & asperæ, fomentationes mordaces, compressiones extremitatum dolorosæ. Inquit enim Gal. dolor prouocat rheuma, & ligaturæ uentositationes cũ scarificatione uel sine, sanguisugationes, phlebotomiæ, cicatizationes in eis: & euacuatio per fluxum uentris cum clysteribus trahentibus, & medicinis solutiuis uentris, collyriis, & sudorem prouocantibus, ut sunt balnea, unctiones, rarefactiones, quæ superius dictæ sunt. Inquit enim Hip. uomitus uomitu, fluxus fluxu, & uomitus fluxu, & fluxus uomitu & uteroq; sudore curatur. Quintam rem complẽt debita sex rerum non naturalium ordinatio: loceto ergo in aere temperato, ut superfluo calore materia non dissoluatur, nec frigore interius comprimatur, & declinet ad frigidum tẽperate, & siccũ. Quiescat & dormiat. Cibus sit spissæ substãtiæ, & styptícæ qualitatis, calidę, uel frigidę ẽm necessitate, pauc um in quantitate continua, & discreta, facilis digestionis, & boni chymi, quem superius habuisti in quo sit parcus, licet multum appetat, unde repletio est fugienda, & proprie subita. Inquit enim Hipp. secundum multum, & repente replere, &c. Et alibi. nõ plenitudo, nõ indigẽtia, nec aliquod quicquam bonum, quod magis naturæ fuerit, & maxime si præcesserit inanitio debilitans. Inquit enim Aboa. nihil est deterius saturitate in tempore fertilitatis quam præcessit inanitio in tempore sterilitatis. Alienenturq; cibaria liquida nisi sint stypticis confecta, & tunc minorentur. Sextam autem rem complent, quæ accidentibus superuenientibus congruunt, quæ sunt diuersa secundum eorum diuersitatem, ut infra patebit nutu Creatoris. Propriũ uero regimen in retentione uomitus cuiuscunq; est uarium & diuersum uarietate causarum ipsius materialiũ, & proprie intrinsecarum prædictas res cõmunes generalis intẽtionis diuersificantium, prout exigit unaquæq;.

Si ergo sit cã uomitus causa extrinseca, eius remotio erit cura, contrariæ introductio: ipsiusq; stõi confortatio. Si uero intrinseca, & phlegmatica, cuius causa est mala complexio frigida, & humida cũ malitia regiminis præcedẽtis multiplicãtis phlegma in stõ, seu in eo, & toto corpore, uel cerebro ex quibus influxit ei plurimũ: puta, quia fuit cã indigestionis in eo cerebro, & toto corpore, ut supra ca. de debilitate stomachi diximus, cũ conueniẽtia circunstantiarũ quibus oibus, & exeuntibus cognoscetur, Cura erit in sex rebus prædictis, tali ordine, & modo, ut uomitus primo fiat prouocatio cũ uomitiuis phlegmatis, quę supra ca. de cura malitiæ cõplexionis cũ materia dicta sunt. Et ex eis ẽ aqua tepida decoctionis raphani, uel fœniculi. Et fortior est aqua nucis uomicæ, uel ascæ, uel cæpe narcisi cum secamabin squillitico: talis enim uomitus causam incitantem ad eius excessum educit, si materialis sit: & alterat, si fuerit complexionalis frigida, & humida. Quod si uomitu nõ cesset uomitus, sed adhuc redit, licet quiescat, aliquãdiu quod est, quia ab alio sibi. s. stomacho influat, quod plurimum est à cerebro, uel toto corpore, mẽbro mittenti auxiliũ prius oportet adhiberi, & aliis, prout supra de cura malæ cõplexionis cum materia diximus. Quod si adhuc perduret, quietetur, ingrossetur, & deriuetur materia prout hic, & superius dictum est. Et proprie cum rubificantibus qualia sunt urtica, squilla, tapsia, & similia: uentositis cum multa flãma, & fomentationibus ex aqua decoctionis urticæ, foliorũ lauri, calamenthi, parietariæ, abrotani, & similium, ligaturis pedum, & manuum dolorosis, cauterizationibus, & sine scarificatione, & cum phlebotomiis, si phlegma naturæ sanguinis sit propinquum de cephalica, uel nigra, cum educãt de membro mittente: & etiam deriuent à stomacho clysteribus ex acutis trahentibus proprie, qualia sunt agaricum, colocynthis, species gummorum, centaurea, asarum, polypodium, hieræ magnæ, species salis, & huiusmodi. Etiam cum medicinis solutiuis phlegmatis: quas superius explanauimus. Et stomachus confortetur cum his, quæ à proprietate materiam effusam prohibere habent, & retinere nauseam, & phlegmaticum uomitum. Ex quibus sunt simplicia & cõposita, quę infra dicentur duce Christo. Simplicia sunt myrti, mastiche, olibanum, uinum põticum nigrum, apium crudum, aqua aluminis, mumia, sambucus sylueſtris, ameos, & menta, citonium, calamenthum, ireos, quæ interius, & exterius approximabis, & per omnem modum, prout discretio prouidebit. Et ex illis est fisticum utrunq;, & cortex eius, gar. cardamomum, cum aqua mastiches. Cõposita sunt mina aromatica, syrupus de absinthio, de menta diamuscum amarum, melicratum cõditum, electarium de citoniis, rob citri cum xyloaloe. Confectio de citoniis nostra, & ultimo theriaca antiqua, & plura alia, quæ supra de cura malæ cõplexionis cum materia sunt enumerata. Regimen autẽ proprium declinet ad calidum, & siccum, & si cum prædictis omnibus non sedatur, oportet ut iterentur donec Saluator gratiam monstrabit.

De uomitu cholerico. Cap. 28.

SI autem uomitus sit cholericus, eius causa erit malitia regiminis multiplicantis choleram plurimum in hepate, & toto corpore, & quandoq; in stomacho, ut supra dictum est capitulo de mala complexione cum materia, & malitia complexionis ipsorum mẽbrorũ cũ circunstantiis consimilibus coadunantibus: quibus, & exeuntibus cognoscetur: quo casu prædicto ordine quo supra tentabis materiam & causam incitantẽ ad ipsum abscindere prius, & quia est humoralis, uomitum cum aqua simplici tepida. Quod si sit in uillis stõi adhærens, & nauseans, cũ aqua decoctionis seminis atriplicis, & pauco aceti, uel aqua batecæ, cucurbitæ, cucumeris, & citruli, & cum aliis consimilibus frigidis, & humidis: his enim materia si qua sit in stomacho generata cholerica, quæ est rarius, uel influxa quæ est plurimũ, educitur, & mala cõplexio stõ generans, & trahẽs influxã alterabiẽ. Quod si uomitus omnino nõ cesset, sed aliquãdiu stãs redeat: quod est, quia ab hepate, seu toto corpore influat il liꝰ oportet ut prædictũ est mittẽti auxiliũ apponatur, materia quietetur cum quiete, & somno nõ profundo & longo, & cum inspissantibus, & congelantibus frigidis potentialibus, & actualibus sumptis, & stupefacientibus, si oportet, uias ẽt constipãtibus. Et deriuetur cum frictionibus exteriorũ minus, asperis fomẽtationibꝰ, & balneis dulciũ aquarũ sudorẽ prouocantibus, ligaturis minus dolorosis quã in phlegmatico, phlebotomia basilicæ donec extinguatur inflãmatio choleræ, & ebullitio eius, ubi peccatũ sanguinis apparebit, & uirtus tolerãs, uentosis absq; scarificatione in oppositа parte nisi coassocietur sanguis, clysteribus lenientibus, & habentibus uirtutẽ hieræ ex aloe, & cũ medicinis aliis cholagogis, quas in nostro antidotario, & hic supra enumerauimus: & proprie lenitiuis, ut casia si. tamarindi, tereniabin, & aquæ fructuum materiam blandientibus, & alterantibus non fortibus, & acutis, cũ materiã agitent, inflammẽt, & ad motum incitent. Stomachus quoq; confortetur, ut non recipiat cum his, quæ à proprietate habẽt nauseam, & cholericũ uomitum retinere. Ex quibus sunt simplicia, & compositа: simplicia sunt duplicia, quædã interius approximanda, ut granata utraq;, fructus uitis sylueſtris, myrrha, sumach, coriandrum per se: & in cibis, succus acetosus, citri, & rob eius, uel agrestа, & succus eius, fœniculus bibitus cum aqua frigida, spodium, charabe, lupinus, nõ habens amaritudinẽ, camphora sumpta in potu cũ aliquo rob, & olfacta atq; iniuncta supra stomachum, & fructus põtici, ut pira, sorba, nespila, ribes, zarur, glandes, & proprie copulæ eius, & castanearũ, & fabæ cum corticibus suis, & lentes in aceto decoctæ. Cõpositа sunt, ut rob de granatis, de agrestа, de ribes, de citoniis, & syrupus acetosus, & oxyzacchara, & alia, quæ in cura malæ cõplexionis cũ materia diximus, quæ interius, & exterius, & per omnem modũ approximantur. Quod si prædictis omnibus non sedetur, interest tua, ut reiteres ea donec cũ Christo cõsequaris intẽtũ.

De uomitu melancholico. Cap. 29.

SI uero melancholicus fuerit cuius causa est malitia regiminis declinans ad frigiditatem, & siccitatem, uel caliditatem, & siccitatem, malitia complexionis consimilis hepatis, & totius, & malitia compositionis. s. oppilatio, & proprie splenis cũ circunstantiis consimilibus, quibus exeuntibus cognoscãtur. Aduerte quod humor melancholicus cũ sit sm Gal. naturæ cæteris humoribus odibilior exiens de corpore undecunq; nõ est retinendus inquã cũ possibile est: sed inquãtum superiori regioni cæteris est inconueniẽtior, est diuertendus ad contrariã regionẽ. s. inferiorem conuenientẽ sibi: & inde mundificandus, maxime cum talis humor in stõ nullatenus generetur, sed influat ei plurimũ à splene, uel hepate, uel corpore toto, & proinde prædictas res sistentes ministrabis mõ & ordine tali. Primo enim spleni, hepati, uel toti corpori mittenti curã adhibebis, prout superius dictũ est: & proprie cũ purgationibus eorũ ac humore melãcholico, quæ sunt notæ cum phlebotomiis basilicæ sinistræ, uel dextrę saphenæ, & apertione uenarũ hæmorrhoidũ habentiũ educere, & diuertere sanguinẽ melancholicũ: si quis peccet rectificatione prædictorũ membrorũ, necnon & deriuationibus iam dictis, si expediat, & quietationibus etiam. Secundo stomachũ confortare: ut non recipiat cum approximatis interius, & exterius. Exterius cũ spongia infusa in aceto tepido, uel lenticulas in aceto decoctas superponens, & hoc si melãcholia sit adusta quã ex luciditate eius, & ebullitione eius super terram cognosces. Si uero sit melancholia naturalis, uel congelatione causata quã ex eius fuscitate, & opacitate coloris nigri, & quiete cognosces, spongiã infusam in uino styptico calido stomacho superpones, in quo aliquid xyloalo. fuerit permistũ. Interiꝰ uero cũ syrupo de granatis, & xyloaloes, si humor fuerit adustus: uel cũ syrupo de mẽtha, cuius in nostro antidotario descriptionem fecimus, si adustus non fuerit, & sorbeatur mel emblicorum, & uinũ aromaticum, & stypticum cũ aqua bugloſſæ, & boraginis, & sene in utroque. Cum sedatus fuerit fluxus talis humoris ad stomachũ, ꝙ ex eo influxũ est studeas educere, & hoc cũ clysteribus, in quibus sit acuitas aliqua assumpta ex polypodio, carthamo, tribulis, epithymo, sene, alhasce, chamæ. uinea cũ oleo issamino, & melle, & cũ medicinis solutiuis uentris ex prædictis, ut agarico, lapide lazuli, armeno, & miroba. nigris, Et compositis in antidotario nostro dictis prout tibi uidebitur expedire materiæ uirtuti, & membro. Regimen quoque proprium ad humidum temperatum, uel frigidum parum, uel declinet secundum humoris diuersitatem.

De uomitu sanguineo. Cap. 30.

VOmitus sanguinis à stõ solo prouenit. Inquit enim Galen. nihil uomitu exit, nisi quod in stõ solo erat: qui autem est exiens ab eo quandoq; est ex eo, quãdoq; ex alio: sed missus ab eo cum sanguinis locus sit in uenis secundum Gale. aut erit ex uenis ipsius apertis, aut fixis, aut fractis, aut corrosis ab alio stomacho missus: aut est à meri, qui cum sit uia ad ipsum, exiens sanguis ab eo cadit in stomachum, et facit nauseam, et uomitum consequenter: ut est ab hepate, et est plurimum, aut à splene, aut à capite, aut

diaphragmatis locum in suo laborioso motu, quod attingit in puncto sua amplitudine coarctaret. In quo uenas implantauit in uillos, atq; poros. unam quidem magnã in parte cõcaua, quæ hepatis porta uocatur, per eam. n. subintrat chylus, quem ab intestinis meseraicis ramificatis ab illa, ut suis manibus fugat cum sua uirtute attractiua una ex quatuor supradictis, & per eas redditur intestinis si qua sit in sima eius, seu toto corpore grossa præter naturam aggregata materia, ut per secessum proprie, uel uomitum uirtute ipsius expulsiua operãte expurget. Ipsumq; in ramos quinque ipsius tẽdentes ac quinq; eius pennulas, & ramos alios eorum diffusos in hepatis substantiam cum secũda uirtute retentiua continet, donec in sanguinem alteret, & humores uillis circũtractis, sic autem diffusus sua uirtute melius alteret digestiua. cum. n. totum corpus agens attingit patiens, aptior, & perfectior operatio fiet. Aliam autem implãtauit uenam magnam in parte gibbosa uenam chilis uocatam per quam progredientem ex eo sanguinem sua uirtute impellente cordi transmittat, & per suos ramos corpori toti à membris uirtute cooperante attractiua corporis, & membrorum. Et quia in alteratione chyli in sanguinẽ tria superfluitatũ genera insurgebãt, sicut in uino nouo bulliente apparet. s. fœculenta, melica, spumosa, cholerica, & aquosa, quæ in transitu stricto meseraicarum opitulabatur chylo, explantauit ex porta seu lactea poros quibus ipsas superfluitates sequestret à sanguine, & propriis receptaculis, & expurgatoriis destinaret melancholicam fæcem per porum explantatum ex ea in parte concaua in qua ghatio sanguinis, & humorũ potissima in splene trãsmittat ab eius substãtia separatũ, ut melãam, & cholerã nigrã naturæ maxime odiosas, & in actione digõnis impedientes in membrũ à se distinctũ substãtialiter seqstraret. Cholerã aũt per porũ inde ẽt ortũ in cystim fellis transmittit, quæ suæ hepatis. s. substãtiæ manet affixa, ut suo calore sicut accẽsio ignis sub uase digõnis coctionẽ uigorando ipsum in sua coagulatione cõseruet. Si. n. ab eo auferatur statim substantia eius dissoluitur, & corrũpitur sicut experiẽtia dictat. His enim duabus superfluitatibus sanguinem oportet esse purgatum antequã ad chylum perueniat per quam in alimentũ ad corpus, & cætera mẽbra destinatur cum non sint aptæ per ulteriorem decoctionem conuersioni in sanguinẽ, & ad nutrimentũ mẽbrorũ, scilicet melancholia propter cõplexionẽ, & superfluã grossitiẽ, & terrestreitatẽ, cholera rubea, & nigra propter malã morigerationẽ: & quia sanguis redditur per eas naturæ horribilis: non sic phlegma, & aquositas cũ phlegma naturale per ulteriorẽ decoctionẽ cõuertatur in sanguinẽ, & aquositas ipsa ẽt iuuet sanguinẽ per ramos subtilissimos chylis trãsire. Et quia superexcrescẽtia factus sanguis fluidus mẽbris nõ debite uniretur, procreauit natura renes in quos uena illa chylis inferius protẽsa infigitur, ut aqua per ipsos ab illis uirtutibus membri impellentis, & attrahentis ad sanguinem transcoletur, & discernatur nõ uirtute per se distincta ab illis prędictis, & per uritides poros in uesicam transmissa extra corpus finaliter excludatur, necnon propria materia, si qua accidentaliter in eius gibbo fuerit aggregata. Continuauit ipsum per dictas uenas cordi, cerebro, testiculis, corpori toti, & omnibus mẽbris, & intestinis, etiam stõ per subtilem neruum, cordi quoque per alteram concauam uenientem ab illo portantem spiritum, & calorem, & sanguinem: quibus sua innata caliditas cõseruatur, & temperatur eius pulsu ac diaphragmatis motu. Ex quibus enarratis & sic ex anatomia collectis scire & intelligere possumus hepatis naturam: qualesq; & quantæ sint ægritudines ei euenire possibiles. Eas. n. ignotas, nec cognitas saltem quodã uicino ueritatis arbitrio curari nullatenus est possibile. Inquit. n. Gal. Qualiter aũt dignoscituras modus curatiuus ægritudinũ erit, quis ignorans eas quales, quãtæ & quæ sunt, quasi dicat nullatenus. Loca quoque ægritudinum, causas & accidentia propria, & modos, utrum. s. ex se proprie, uel ex uicinitate seu colligantia accidant: quæ omnia secundum Gal. in cura ægritudinũ mẽbrorum sunt necessario prænoscenda. Sciẽdum ergo quod hepati accidunt ægritudines in se: & ex colligantia & uicinitate. In se quidem & in eius substantia carnosas simplices

Nota hãc similitudinem.

E triplicis generis, scilicet mala cõplexio, mala compositio, & solutio continui. Et composita ex omnibus puta apostema, accidit quoque in suis poris, & uenis. Et primo prædictæ ægritudines simplices, & plurimum oppilatio, & suo ẽt panniculo, scilicet solutio continui, & plerunq; apostema seu uesica, quæ cum scinditur egreditur aqua, & currit in uentre. Ex colligantia uero, & uicinitate ad prædicta patiposset prædictas maxime in suis actionibus nocumentũ. Ad quarũ cognitionẽ certã, & possibilẽ inuocato Christi auxilio, qui solus intuens cuncta reuelat, prout possibile est, arbitrandum est, seu coniecturaliter ueniendum ex his, uidelicet nocumento operationum, dolore, exeuntibus, tumore eius, dispositione totius corporis, & membrorũ uicinorum ortorũ ab eo eique colligatorum sibi compatientium, siti, & aliis accidentibus notis, & comparatis, uidelicet regimine, circunstantiis similibus iuuantibus, & nocentibus, & consuetudine patiendi, quę exercitatis, & abundantibus intellectu sunt nota, & infra specialiter Spiritusancto annuente declarata ponemus.

F Continet autem hæc summa capitula. 15.

De gñali modo curationis dispositionum hepatis. Cap. 1.
De cura malæ complexionis eius simplicis, & compositæ, quæ sunt octo. Cap. 2.
De paruitate hepatis, & cura eius. Cap. 3.
De cura oppilationum eius. Cap. 4.
De percussione, casu, & obuiatione super ipsum, & cura eius. Cap. 5.
De fixura, & incisione hepatis, & cura eius. Cap. 6.
De apostemate hepatis, & cura eius. Cap. 7.
De apostemate meseraicarum, & lacertorum uentris, & cura eius. Cap. 8.
De hepatis inflammatione. Cap. 9.
De dolore hepatis, & est actio læsa, & hypochondriorum. Cap. 10.
De debilitate hepatis. Cap. 11.
De cachexia, & est qualitas mutata. Cap. 12.
De hydropisi. Cap. 13.
De egestionibus, quæ sunt ab hepate seu fluxibus eius, &
G est exiens à corpore. Cap. 14.
De icteritia citrina, Cap. 15.

De generali modo curationis dispositionum hepatis, Cap. 1.

SPecificatis ægritudinib. hepatis per capitula, & distinctiones, ad curam ipsarum secundũ generalẽ modum ueniendũ est prius, & secundum specialẽ deinceps. Inquit enim Gale. uniuersalia, & generalia præcedunt specialia artificialiter, & naturaliter. Talis autem modus generalis ex natura membri colligitur prænarrata, si enim secundum Gale. in cura non solum, quod præter naturam est contrario sit remouendum, immo ẽt, quod naturale est suo simili conseruandũ, sicut in morbis singulis est facere, maxime in cura principalium, & uirtutem influentem habentium, quibus totius machina gubernatur, illud est aduertendum. Et quia contrarium illud rebus conseruantibus est plerunque oppositum, & naturalibus inimicum, & utrunq; simul oportet agere, ideoq; contrarium, quod ad remotionem rei præter naturam hepati contingenter approximandum
H est, sic modificandũ est appropriatũque eligendum, quia remouendo illam naturalia non offendat sed conseruet, nocumentum enim eorum extensibile est in uenas, alia principia, & etiam totum corpus. Per conseruationem autem eorum ad temperamentum & naturam reducetur, quod est pretiosissima rerum sanitas desiderantibus uiuere secũdum naturam, ut ait Gal. Talis autem modus, seu modificatio, & approximatio, ut dictum est, à natura membri ipsius eligitur, sicut ab ægritudinibus uariatur contrarium curatiuũ, & quia natura hepatis cõsistit in hoc quod principalis est, aliisq; principalibus alligatum: in quibus uirtus existens, & spiritus gaudent aromaticis medicinis, & stypticis confortantur, & conseruantur, non debet esse puris contrarium, sed naturaliter insitas tales habens in se proprietates, & uirtutes, uel aliis habentibus tales artificialiter mixtum;

tum. Inquit enim Gal. Tale melius est si idem pharmacum
A sinul stypticũ sit & aromaticũ, insitas enim uirtutes habens melius operabitur, etiam si aperitiuum sit in oppilationibus eius datum, illius mixtione non cargeat, talique confortet, à resolutione ipsorum prohibeat, & non nocea t oppilando, nec propterea debet esse excedẽtis uirtutis, uel qualitatis, & maxime cũ uirtus ipsius, & spiritus fundata in substantia teneræ consolidationis, ac calidæ, & humidæ complexionis existat, quæ frigido superfluo congelatur, & inducatur uirtus spiritus, & calor extinguitur. calido excedẽti, resoluitur, & humido aquoso relaxatur, stypticus superfluo in suis uenis & poris ac pontico oppilatur, quare superflua in generatione sanguinis necessario insurgentia à sanguine non sequestrantur, quæ omnia multa sequuntur incommoda, quæ dicentur, sanguinis alimenti exitus obstruuntur, ꝙ est ualde malũ, & arefactionis causa. Proinde Gal. ait aperte esse eos, qui secundum hepar exitus alimenti non solũ in sanis, sed etiam in ægris est securissimum. Item lapsum faciente dissoluitur: debet ergo esse approximandum ipsi suæ
B ægritudinis contrarium temperatum seu excedens modicum, & si non sit illis in neruis proportionatum in quantitate multa frequenti, multisque partibus, & per omnem modum approximatum ei saltem proportionabiliter effectiue, debetq; esse aperitiuum, & absterssiuum, quod quia acuit sanguinem, generatq; humores diuersos, & inæquales, ut est aqua radicum oportet, ut cum dederis eam duobus, uel tribus diebus consequenter naturam soluas cum aliquo lenitiuo, & alteratiuo, ut sunt tamarindi, cassia, & manna, & cum sit in profundo positum, non debet esse substantiæ pachimeris, sed leptomeris, ut ante uirtutis eius resolutionẽ ad eum perueniat: & ne sua uehementi subtilitate, & uirtute subito de hepate transfundatur ad ulteriora membra, misceatur ei aliquid raphani, uel feminis eius, quod trahendo ipsum ad stomachũ in medio. s. hepate remaneat diu: & ne impediatur in uia sit hora inanitionis stomachi, uel cõpletæ digestionis eius ablatum, & infra de cura splenis dicetur ad plenum de facile, & difficile transeuntibus, si Spiritussanctigratia sim imbutus. Etiam cum sit à sima intestinis & stomacho associatum, uicinum, & alligatum uenis, & poris, & zirbo, renibus, & uiis urinæ, ac uenis superioribus basilicæ. s. & cephalicæ tendenti ad caput, & nares materia si qua educenda de ipso fuerit, euacuatiuum quodcunq; debet esse tale, quod per illas, & uicinas partes expellat, natura. n. quam iussit Hip. medicum in omnibus semper sequi, per propinqua, & latiora semper expellit, & per longinqua quandoq;, quia per poros in sudorem materiam utriusq; partis expurgat, quãdoq; materiã unius partis in aliam deriuãdo expel- 4aph. 83.
lit, sicut testatur Hip. cũ dicit. Vrina multa noctu facta modicum secessum significat, & econuerso. Etiã cum diaphragma attingat, frigidum ei approximandum exterius à falsis secedat costis, ne indurando illud ad spiritus difficultatem adducat. debet quoque esse non solum uirtute elementaria morbo oppositum, sed etiam proprietate, uel saltem morbo à complexione contrarium. A proprietate uero conueniens morbo, sic enim supra de medicinis ægritudinum cordis recolimus fore dictum. Stude ergo eligere medicamẽ, quod conueniat hepati à proprietate, & complexione in conditionibus dictis, contrarietur autem ægritudini, à cõplexione à proprietate etiam, si possibile fuerit naturaliter
D inueniri, ut est absinthium, & eupatorium in phlegmone, scliroſi, & oppilatione eius, prout Gal. edocuit, & sicut contingit reperiri in coriandro, cuius complexio cum proprietate est in prohibendo fumos, & uapores à capite, quare cõmendãt ipsum in dolore capitis calido pulsatino, ubi uero nõ conuenit, ut in solathro, quod proprietatẽ habet ad resoluẽdũ apostema cerebri, & quia frigidũ natura, & stupefactiuum resolutionem uctat, & in Scorpione frigido, qui sua proprietate lapides renum cõminuit, & resoluit, certe præeligendũ est, ꝙ à proprietate cõtra operatur morbo ei, ꝙ contra agit à cõplexione: andagoga ergo in cura fe. phlegmaticæ præeligenda est hyssopo. Et oleum de scorpionibus in lapide renum præeligendũ est oleo de piperibus, quod est quia proprietas est potentior, & efficacior complexio-
C ne ac generalior in operatione ita ut præueniat operatio-

ni illius. At quia proprietas respicere põt ægritudinem, & membrũ cuius est, sed cõplexio in medicinis curatiuis ægritudinẽ respicit, & non membrum, ẽt operatio à proprietate est appropriatio, & magis articulata dispositioni cui cõuenit quam operatio à complexione. Primum patet quia complexioni, quæ contrariatur proprietati potest melius obuiari quam proprietati contrarianti complexioni, ut patet infra, est efficacior in operatiõe, quia aer frigidus quantumcũq; complexione uirtute solis, & stellarum corpora nostra resoluit, ut ait Abo. & magnes cum sit frigida, trahit ferrum à proprietate non obstante frigiditate sua. Est quoque generalior cum respiciat membrum, & ægritudinem omni dispositione sua, ut proinde eius operatio sit certior & ab errore remotior. compto uero respicit ipsum in altera tñ, ut infra de medicinis iunctarum Christo duce dicetur. Secundum est manifestum, quia endiuia respicit inflammationem hepatis, ut hepar lactuca inflammationem eius, non ut hepatis, sed ut inflammationẽ. Sed tertium etiam liquet, quia complexio operatur idem in pluribus differenti
B bus specie, & numero, sed proprietas idem operatur in omnibus, uel pluribus differẽtibus numero sub una specie contentis, uñ operatio à proprietate à tota specie dicta est seu forma specifica, ut ait Auer. Primum quoq; patet, ꝙ complexioni contrariãti proprietati obuiari põt miscẽdo ei cõtrarium, sicut endiuiæ albæ in hepatis algore miscemus mel quod cõtrariatur suæ frigiditati. Et in oppilatione eius eligimus endiuiam rubeam, ut docet Aboa. Sed proprietati sic non põt obuiari cũ nõ sit illi contrarium in operatione ipsius, non. n. sic aperte inuenitur, ꝙ solathri à proprietate operationẽ impediat, sicut ꝙ eius frigiditatẽ à cõplexione alteret seu remittat, eo ꝙ multo plura sunt, quæ complexioni cõtrariantur, quam quæ proprietati saltem cognita, quo ad nos. & dato, ꝙ inuenirentur, ut est in napello cuius proprietati sola obuiationi interficienti natura associauit contrarium. s. murem in eo inuẽtũ, & aliis uenenosis alia theriacalia, gñralia, & specialia, creauit, & hoc quia nihil fecit cui contrariũ non opposuit, ut Ari. dicit sicut iuxta fabã barbã hircinã procreauit naturæ ipsius contrariã, & lino
C cuscutam, nõ tamẽ est sic mutabile, & uariabile per gradus, & mansiones, sicut alterans cõplexionẽ, quare non sic apte obuiari potest. Vt igitur electio talium contrariorũ curantium, & conseruantium, simul & confortantiũ à natura prædictas conditiones habentium ac propriorum quibus in cura dispositionũ hepatis indigemus tibi sit facilis, anteponemus arcam eorum de quibus eligere ualeas, quę sunt tuę intentioni conformes. Sciendum est ergo, ꝙ rerũ conuenientiũ hepati, & dispositionibus eius, quædam sunt simplices, & quædam compositæ, & simpliciũ, quędã sunt conuenientes à complexione, quædam à proprietate, quædam utroq; modo conferunt. A complexione autem quędã sunt, quæ in temperamẽto ipsum conseruant, uel ad aliud reducunt, & substantiam uniunt, & harum quædam sunt calidæ, quædam frigidæ, quædam siccæ, quædam humidæ, & quædam temperatæ. Calidę sunt elbub, acorus, zinzibe. hyssopus humida bibita, & linita, costum, gallia, amomũ, crocus cinnamomũ, cassia lignea, summitates squinanthi, myrta, aranabum, nasturtium, apium, masticke, ameos, cyperum, folium, origanũ, spica, xyloaloe, gar. mumia, & similia. Frigidæ uero sunt
D sandali, spodium, uiolæ, nenufar, camphora, aqua hordei, acetũ, ungula caballina, rosæ, & aqua earum, solathrum, polythricum, coriandrum proprie, adianthos, aqua lactis proprie capræ, & lac acetosum, granata, acetosa, & muza, pruna acria, & cæteri fructus frigidi insipidi. Si uero sint stypti ci sint pauci, & post cibum sumpti, ne uestigium oppilationis dimittant semina communia, & semina frigidorum acetosa, & aqua hordei acetum ex ungula caballina, siccæ, & humidę colliguntur ex his. Temperatæ sunt zuc. & proprie albusac, & cuscuta, & lacca. A proprietate conuenientes sunt, quæ sunt cibi, & medicinæ, ut est endiuia, utraq; cichorea, & hepatica, & spinachia, batheca, melon indus, citruli cucumeris, lactuca, portulaca, & proprie muza, & absinthium, & eupatorium secundum Gale.

Et, quę sunt cibi absolute, ut hepata aialium boni chymi, & proprie hepar adib carnes limaciarum, & ericii, perdicum,

eum,turturum,gallinarum,piscium petrinorũ,& ficus auel
lanę,fistici,amygdalę,fructus serbin,uua passa,& potus ui-
ni odoriferi subtilis,& dulcia substantiam eius impinguan-
tia, quæ si sint grossæ substantiæ, oppilant, si subtilis in-
flammantur facile nisi cum subtilibus,& acidis misceantur,
& breuiter omnia boni chymi non grossa nec uiscosa ciba-
ria. Vtroque modo conueniunt utraq;, & quæ ipsum mũdi-
ficant,& ab eo materias euacuant,& purgant, quarum quę
dam sunt euacuantes materias gibbi,quædam simæ eius, &
quædam utriusq;.Gibbi,ut est phlebotomia basilicæ dextrę
& prouocatio fluxus sanguinis ex naribus & urinam pro-
uocantia,quorum quędam sunt calida,quædam frigida,quę
dam temperata. Temperata sunt capil.uen.squinanthum,
infusio sisami.decoctio.v.radicum communium, & semẽ ip
sarum,fœnugræcum,& aqua althææ,& similia, & quædam
calidæ,& fortiores,ut daucus,acorus,ameos,spica, crocus
urtica,chamæpitys alhasce,aristolochia, & similia quædam
fortissimæ,ut cãtharides,rubea,mestramesis,& similia.Fri-
gida sunt semina communia,& fructus eorum harhag,& si-
milia.Purgantium uero materiam simæ quædam sunt pur-
gantes per uomitum,& intestina.& horum quædã purgant
choleram,ut tamarindi,rhaba aloe rectificata,myrob.citri
ni,diagridium in robustis corporibus ad soluendum duris.
Est enim de furiose soluentibus,quare rectificationis indi-
get.Quædam phlegma,ut agaricum,quædam melancholiã
ut epithymum myrob.nigri indi.quædam humores adustos
ut aqua lactis,& quædam utrosq;,ut scenæ: quædam aquam
citrinam,ut cyclamen,& iris,serapinum euphorbium, cu-
cumer asininus,laureola,ascebram:nocet tamẽ hepati,qua
re oportet rectificare,quæ educunt materiam utriusq; eius
partis.sunt sudorem prouocantia, quæ dicta sunt supra in
cura apostematum cerebri.Compositæ sunt,quæ ex his cõ-
ponũtur,& in nostro antidotario dicta sunt, & ab aliis sum
pta infra Spiritussancti gratia ponemus.

Nota tamen,ꝙ prædictorum omnium quædam sunt,quę
conferunt eius dyscrasiis, quædam ipsius oppilationibus,
quædam icteritiæ,quædam cachexiæ,& hydropisi, quædam
percussionibus,& vulneribus eius,quædã apostemati, quæ
dam inflationi,quædam doloribus eius,quædam debilitati,
& quædam fluxibus,qui ab eo procedunt, quorum summã
sigillatim ponemus in capitulis propriis, quibus infra dice
tur de eis.Et ex his sunt,qui cum stypticitate temperata cõ
fortant,& maturant,ut crocus,& darsesaha.Et ex his sunt,
quæ exiccando mundificant uirus malum,& contrariantur
putrefactioni,& expellunt causam corrumpentem, & resi-
stunt medicinis mortiferis,& ueneno,ut cinnamomum,&
casia,quæ sunt fortiores in his omnibus aromaticis, & ut
est spica & allia, & uinum etiam odoriferum contrariatur
putrefactioni.Et quædam uni conferunt, sed alteri disposi-
tioni nocent,& proprie ubi sunt dispositiones eius contra
riæ:unde Gal.ait.Itaq; difficillimũ est inuenire,quod mul-
tum prosit,obsit autem nihil.& quædam dispositioni confe-
runt,hepati uero nocent,& ecõuerso,quæ doctrinæ simpli-
cium relinquantur propter breuitatem. Mirabile autẽ est,
ꝙ proprietas à complexione in aliquibus, ut prædistinctis
discrepet,cum semper ei debeat conuenire, complexio.n.
disponit ad proprietatem semper,ut ponit Aboa.& ea cor
rupta non remanet proprietas,quare discrepare non debẽt
saltem in operatione.Et secũdum Gal.plurima, quæ simpli
cia uidentur ad sensum composita sunt secundum uirtutem
itaq; ex tali compositione acquiritur alia complexio, quã
sequitur proprietas diuersa à prima cõplexione,à qua prin
cipaliter dependet actio,sicut in prædistinctis .s. solathro,
& scorpione est uidere.In prima.n.earum substantia domi
natur frigiditas stupefactiua,in secunda uero substantia su-
perficiali pauca caliditas,quam sequitur caliditas resoluti-
ua,quæ in operatione resoluendi conueniunt semper.

De cura malæ complexionis hepatis simplicis, & compositæ. Cap. 2.

MAla complexio hepatis est dyscrasia qualitatũ qua
tuor primarum,elementorum eius, cõmunis exi-
stẽs ei, & aliis consimilibus inquantum consimilia
sunt.habet autẽ suas diuisiones,& subdiuisiones,ut ait Gal.
aut commixta,& hoc plurimũ est, & unaquæq; est quadru-
E plex,& est,aut pura,aut impura,& est plurimum: & quæli-
bet,aut diuersa,aut æqualis,& est raro. Et causa eius est du
plex,interior & exterior,& exterior est una, uel plures ex
procatharticis causis supra in mala cõplexione stomachi di
ctis,interior,aut est propria,aut ex communitate . propria
est malæ qualitatis humoris generati in eo, & mala cõposi
tio,solutio,uel apa.Ex communitate est, ut mala cõplexio
cordis stomachi,& cerebri & totius corporis,ut fe.quibus
non potest contradicere hepar.Variantur autem illæ causę
& specificantur secundũ uarietatem specierũ eius præmis-
sam:nã quælibet ipsarum propriam habet causam, propria
signa,& propriã curam. Si sit mala complexio hepatis cali
da,& sit pura,& diuersa apparebit una, uel plures ex proca
tharticis causis supra in mala complexione stomachi dictis
absq; significatione aliqua antecedẽtium causarum interio
rum,& contristationis sensu, & nocumento generationis
sanguinis,& humorum.Et eius signa essentialia sunt quali-
tas mutata ad tactum,& ad uisum, puta calor in totum cor
pus extensus, & maxime in hypochondrio dextro perce-
F ptus,si nihil aliud contradicit.Et cum augetur, ut non solũ
contristet,sed uniuersas lædat actiones,& passiones, fit fe-
brilis,& color citrinus,& actio læsa,quia sitis magna appe
titus cibi,uel fames nulla,uel modica, quare egestio modi-
ca,& sicca,desiderium frigidi quo iuuatur, & læditur con-
trario, multiplicatio choleræ in sanguinis generatione ẽt
ex frigidis cibis,ut etiã augeantur humores adusti,sanguis
quibus paucus fit & naturæ horribilis,quare membra ex eo
non nutriuntur,sed fiunt macilenta,ut similiter in mala cõ
plone stomachi calida dictũ est,retentio debilis, & expul-
sio fortis.quare multiplicatur urina,& fit tincta,cõcurritq;
cũ circũstantiis consimilibus,& consuetudine inflãmandi.

Cura malæ complonis calidæ eius est tres res, quaꝝ una
est causæ exterioris,& procatharticæ remotio. secunda est
alteratio dyscrasiæ.tertia est accidentium correctio.

Primam rem complent ab eis abstinẽtia, & permutatio
ubi obediat,ubi uero non,abstinere ab eorum intemperã-
tia, ubi uero neutrum possibile sit cura est nulla. Inquit.n.
Hip.in apho.Oportet autem non solum se præbere,quæ o-
G portet facientẽ,sed & ægrotantẽ.& Gal.Non est possibile
ullã dispositionẽ curare finaliter adhuc manente eam faciẽ
te causa.Secundam rẽ cõplent administratio frigidorum ci
borum potuum,& medicinarũ habentiũ temperamentum
passiuarum simplicium prædictorum, & compositorum ex
eis aggregantiũ in se conditiones prædictas, & proprieta-
tes,quæ tua interest,ut eligas prout exigit dispositio,& ap
proximes interius cũ modo ordinate incipiendo à leuiori
bus,& simplicibus,& gradatim, ubi non sufficient, ad for-
tiora & cõposita tendas,& maxime ubi membri uicini, &
proprie stomachi dispositio te inuitat. Si ergo stomachus
non toleret frigida ex cibis,& potibus,& medicinis,opor
tet ut eius calida,& propria illi admisceas,& calidis actu il
lis utaris.Sitq; illorum caliditas talis, ut non extẽdatur ad
hepar.Si dabis quoq; calida propter illud sint grossæ substã
tiæ,& uinũ leue paucę stypticitatis,uel approximabis exte
rius calida stomacho,& hepati frigida,uel dabis modo cali
da propter stomachũ,modo frigida pp hepar. Tertiã rẽ cõ
plent,quæ infra dicentur de cura fe.debilitatis hepatis, &
H nocumenti,& actionum eius.ad ea ergo procedas. Si uero
fuerit mala complo hepatis frigida pura,& simplex,causas
signa,& curam econtrario intelligas supradictis. Inquit.n.
Gal.unum contrariorum per aliud intelligitur.Sed si sit hu
mida pura simplex licet sit raro, tum quia membrum gene-
ratiuum humorum cuius dyscrasia sit humorem nõ habeat
generat statim ex cibis & potib.quotidie præassumptis, tũ
quia humidus naturaliter,& principium existens uenarum
confluentiam habet humorum prægnitorum contentorum
in eis.Causa eius erit una,uel plures ex pocatharticis cau-
sis humectantibus supra in mala cõplexione humida stõi di
ctis.Et eius signa sunt albedo coloris,inflatio faciei,& ocu
lorum,mollicies carnis,& laxitas corporis, quia cordis sic
citas nõ resistit,paucitas sitis,& fastidium,attractio,& retẽ
tio debilis,quare ergo mollis,& aquositas in sanguinis ge-
neratione,quare unitur mẽbris:urina est multa spissa nisi a-
liud contradicat contrarium cum circunstantiis consimili-
bus

bus,& consuetudine humefiendi. Cura malæ complexio-
nis frigidæ humidæ eius similiter est tres.prima aufert cãm
secunda introducit cõtraria ipsius discrasiæ. tertia corrigit
accidentia.Prima cum notis. Secunda cũ administratione
rerum exiccantium completur habẽtium temperiem acti-
uarũ,uel declinatium ad caliditatẽ parumper generalium,
quas supra de cura malę complexionis humidæ stomachi
habuisti,& specialium propriarum,quas tibi hic supra nar-
rauimus, nec non cum aliquibus euacuantibus humorem
prægeneratum,uel generandũ deinceps,debilibus tamen,
ne suo excessu ad rarefactionẽ perducant. Tertiã rem com
plent,quæ corporis habitum confortant exiccando, ut est
stœcas,myrtus,chamæmelum,glans,myrrha,gallia,xyloa-
loe,lupini,cordumeni,olea ipsorũ,folia pomi citrini, san-
daracha,squilla,& similia. Si autem mala complexio hepa
tis sicca fuerit pura & simplex,causa,signa,& cura erunt il-
lis contraria,& eis quibus cura fieri habet ex dictis hic su-
pra in cura malæ cõplexionis stomachi siccæ colligere po-
teris.Si ergo sit commixta commixtæ erunt causæ prædi-
ctę,signa,& curę,differentes tamen secundum diuersitatẽ
cõmixtionis,qnæ est quadruplex quarum cognitiones ex
simplicium cognitione præmissæ sunt supra hic, & in cura
malitiæ complexionis stomachi commixtæ habuisti. Et si
quidem sit mala complexio hepatis in pura siue simplex si-
ue commixta similes prædictis habet causas, & signa,& cu
ram,addit tamen causam interiorem humoralem, & signa
eius,& euacuationem ipsius, cuius euacuatione si recens
fuerit nec impressa mala complexio cessat. Si uero impres
sa fuerit post euacuationem digestione permissa si expe-
dit alterabis cum contrariis ex prædictis electis prout di-
spositioni conuenit secundum conditiones prædictas.

Syrupus de endiuia cõpositus.

Syrupus de endiuia ad hepatis calefactionem, & debili
tatem mirabilis. ℞. endiuiæ utriusq;,ana.M.i.seminum cõ
munium recentium,℥.ii. aceti albi.℥.ii. zucchari tabarzet,
li.i.& syrupentur cum aqua hordei, & aromatizentur cum
sandali utriusq;,& spodii,ana.ʒ.i.Item syrupus de hepati-

Syrupus de hepatica.

ca ad idem. ℞. hepaticæ. M.i.lenticularum aquæ. M.i.flo-
rum curcubitę,uiolarum,rosarum,an.℥.i.cymarum squinan
thi.ʒ.i.zucchari tabarzet lib.i.irroretur cum succi granato
rum.℥.iiii.& aromatizetur cum sandali,& spodii,an.ʒ.i.

Syrupus de nenufare compositus.

Item syrupus de nenufare efficacissimus,& uniuersalis.
℞.florum nenufaris.℥.ii.ungulæ caballinæ aquaticæ, psil-
lii integri,aceto sæ,ana.℥.i.seminum cõium.℥. ii. seminum
frigidorum.℥.s.radicum fœniculi.℥.i.bulliant in aqua hor-
dei,& addatur zucchari lib.i.aceti albi,& succi granatorũ,
ana.℥.ii.& aromatizetur,ut supra,& addatur parum spicæ,

Syrupus alius ad caliditatẽ hepatis.

ne frigiditate oppilationem inducat.Alius syrupus. ℞.suc-
ci endiuię al.succi solathri,succi cucurbitæ, ana,lib.i.succi
granatorum muzorum li.s.zucchari li.i.& aromatiza ut su
pra,da ℥.ii.cum aqua rostri porcini,& uno trochisc.de cam

Diacassia fistula.

phora.Diacassiafistulatum educens choleram refrigerans
hepar.℞.mellis cassiæfi.lib.ii.penidiarum.℥.iiii.succi uio-
larum.℥.iiii.candi.ro.℥.iii. tamarin. ℥.iiii. syrupi uiol.℥.s.
fiat cum decoctione herbarum frigidarum, & quatuor se.
usualium,& prunorum,quod sufficit,& rhabar.℥.i. & sunt

Maran siue emplast. ad calefactionẽ hepatis.

qui addunt mannæ.℥.iiii. Idem operatur electarium dia-
prunis siue diagri.Maran ad calefactionem hepatis, & pro
prie iter agentibus conuenit,qui epithemata,& cerota,nõ
ualet expectare.℞.utriusq; sanda.spod.ana.ʒ.iiii.foliorum
ros.& foliorum nenufa.ana.℥.s.camphoræ.ʒ.ii.se.frigido-
rum.iiii.ana.ʒ.ii.puluerizentur, & conficiantur cum cera
al.& malaxentur cum ace.& oleo ros.bene,& adde florum
absin.ʒ.ii.& extendatur super hepar, applicetur, & fera-

Epithema ad idem.

tur iter agendo. Epithema ad hepar supercalefactum. ℞.
utriusque sanda.spo.ana.ʒ. iiii. rosarum.℥.i. farinæ hordei
pugillum.i.capitum uiol.lenticularum aquæ,ana.ʒ.ii.succi
endiuiæ depurati.℥.ii.summitatum squinan.ʒ.i.aceti.℥.i.o-
lei ro.℥.ii.aquæ ro.al.lib. i.Tepida fiant, & intinctis petiis
successiue applicentur super hepar hora meridiana. Aliud
maran Arist.℞.succi grana.muzorum,aceti leuis, & aquæ
ro.ana,lib.s.infundantur petiæ,& superponantur. Item a-
liud. ℞. succi sola.uel cucurbitæ lib.ii. ace.℥.ii.calefiant
suauiter,& infundantur petiæ,& superponãtur. ualet pau-
peribus quibus succus sola.uel endiuiæ,uel lactucæ,uel lac.
A acetosi serũ,uel suc.macia.cum pauco aceto,uel succus ro-
stri porcini,uel succus lupuli,uel plantaginis, uel semper-
uiuæ,cucur.cum pauco aceto idem operatur.

Trochisci ad idem.

Trochisci Hip.℞.se.citru.melonis utriusq; cucur.an.ʒ.
i.se.lactu.scariolarũ,portula.papaueris al.liquiri. an.ʒ.vii.
spodii,san.ru.an.ʒ.i.spicæ grana.v.cõfice cũ mucilla.psilli,
& fiat trochi.ʒ.i.dabis.i.cũ aqua lactis caprini,uel secania-

Syrupus ad oẽs ægritudines hepatis calidas

bin mane ieiuno stõ,uel cũ aqua hor.Syrupus ex nostra in-
uentione cõtra oẽs ægritudines hepatis calidas ualens etiã
potẽter ad fe.oẽs,& hecticas,audaciã fellis,& choleræ ex-
tinguit,& releuat infirmũ ab icteritia,si Christus uoluerit.
℞.ber.florũ bora.cicho.scariolæ,portula.psillii cõquassati
in aqua frigida hepaticæ,an.ʒ.i.planta.pimpinel.semperui
uæ,solathri,nenufa.an.M.s.succi hepa. succi cicho.suc.sca-
riolæ sil.& domesticæ,suc.semperuiuæ, suc.apii depurato-
rum,an.℥.iii.spodii,sandali,seminum cõium mundatorum,
an.℥.iiii.campho.℥.i.s.aceti.℥.iiii.uiol.ros.an.℥.s.lenticula
rum aquæ.ʒ.i.zuccha.lib.ii.succi granatorũ.ʒ.iiii.& fiat sy
rupus.Dosis est.℥.ii.in aurora cum frigida si non sit oppila
B tio,uel senectus,febricitantibus solum de mane si ex pura
cholera patiantur,& modicũ ante accessionẽ febris. Si uo
lueris eam prohibere,uel abbreuiare,& in fine paroxysmi
potus.℥.iii.cũ aqua frigida extinguit tertianã duplicem,&
causonẽ,si Christus annuat. Auer.dixit nenufar, & syrupus
eius ac usus eius secũdũ oẽm administrationis modũ eripit
cholericos a febre.Alias quæras ĩ de cura icteritiæ citrinæ.

De paruitate hepatis. Cap. 3.

DE ægritudinibus cõpositionalibus hepatis quid di-
ci oporteat siue in figura, siue in quantitate, siue in
suis sitibus existant supra de ægritudine stomachi in
quantitate habuisti,illuc ergo recurre.Et secundum modũ
illum hic cum propriis hepati operare,quæ ex dictis, & di
cendis intelligere te oportet.

De oppilatione hepatis. Cap. 4.

OPpilatio hepatis est morbus in uiis eius prohibens
transitum eius ex humoribus bonis & superfluis,
quod per ipsum transire naturaliter consueuit. Est
autem duplex,quædã in uenis, & quædam in poris
eius,& utraq; est duplex. Quæ.n.in uenis est,aut in paruis
C aut in magnis.In magnis,ut quæ accidit in porta, & in ra-
mis eius grossis,& est plurimum,& in chyli, & est rara.In
paruis uero,ut in ramis earum subtilibus, & proprie in ca-
pitibus ipsarum sibiinuicem occurrẽtibus, & infra hepar,
& hoc est frequentius propter earum stricturam,& luctuo
sam eius substantiam non propter materiæ delictum, sicut
in splene conuenit, vt Gal.distinxit.Et sequitur plerunque
eam fluxus primo uentris, & postea hepatis. Quæ autem
in poris contingit duplex est, aut enim est in poris excrea
tionis superfluitatum,& est plurimum,& sequitur eam pri
mo citrinum,ictericium,uel nigrum erysipelas,uel cancer,
aut est in poris substantiæ eius per quos transit de parte in
partem ipsius nutrimentum sanguinis, & hoc est rarius,&
sequitur eam grossities substantiæ cum duritie & extenua
tio corporis totius,quod est commune signũ omnium, po-
test eã quælibet ægritudo alia cõcomitari, cũ oppilatio he
patis mater sit ægritudinũ oĩum. Et unaquæq;,aut est anti-
quata,aut noua,aut simplex, aut cõposita. Causa,& modus
causarum eius secundum Gal.est triplex, aut.n.est coarcta
D toria corporea,puta humor grossus multus, & uiscosus co
arctatus in eis,& eius causa est malitia regiminis,& debili
tas digestionis tibi nota superius.Aut incorporea puta res
grossæ substantiæ, ut aqua turbida lacunalis, & stagni, &
dulcis assumpta,& chylus grossus,& uiscosus,& est frequẽ
tius eueniẽs.Aut est attenuatoria,quæ est duplex, interior
aut exterior.Interior ẽt est duplex disponens & perficiẽs.
Disponẽs est,quia si naturaliter creatũ angustũ in exitibus
suis,ex quo secuta est fortitudo attractiuæ, & debilitas ex-
pulsiuæ.Et perficiẽs est cõpressio apatis adiacẽtis partibus
& mala cõplexio ex re sumpta malæ qualitatis frigidæ, aut
aqua frigoris uehemẽtis & siccæ põticæ seu stypticæ aggre
gãtis partes uiarũ, ut aquæ aluminosæ seu grossæ,& ꝓprie
post exercitiũ balneũ calidũ,luti sigillati,armeni, gypsi,&
aliorũ similiũ,quæ in corrupto appetitu assumi cõsueuerũt
ut supra ĩ ægritudinibus stomachi habuisti.Exterior est cõ-

ſtrictio uehemens, caſus, & percuſsio ſupra ipſum: & eſt frequenter contingens. At cauſa eſt carnoſa, ut puſtulæ in lateribus, & parietatibus uiarum, ſeu bothor, caro cicatricis addita, ſeu uerruca nata, quæ tamen non eſt generalis in omnibus uiis, ſed in aliqua potius contingens, & raro.

Signa oppilationis hepatis inquanum huiuſmodi ſunt mutata qualitas, puta quo ad uiſum color citrinus, uel pallidus in toto corpore diffuſus, quoniam ſanguis cum totalitate ſua propter ſtricturam uiarum ad cutis ſuperficiem non accedit, ſed ſubtile eius potius aquoſitate, uel cholera mixtum trahentibus membris exinanitis, ut donec ceſſet oppilatio iuuat actio læſa, quia granitas in hypochondrio dextro circũſcripta uniuerſaliter in toto, quæ ſequitur plethoriam, tum propter materiam oppilantem, tum propter ex oppilatione retentam, & impedimentum anhelitus in motu, & proprie in aſcenſu propter frenon inferius tractionem, & compreſsionem, uel lacertum. Et licet in his cõiceret apoſtemati duro, tamen hęc in apoſtemate duro exiſtũt maiora, & plurimum abſq; feb. quoniam talis oppilatio humoribus retentis & ſuperfluitatibus euentationé, quæ per uenarum & arteriarum orificia poris occurrentia fieri haber, non uetat, exiens etiam à corpore, quæ fluxus uentris ex materiæ groſſæ regurgitatione oppilatione ſibi tranſitum prohibente, & urinæ multitudo, & ſubtilitas propter ſubtile aqueum multiplicatum ex indigeſtione penetrans, ſi aliud, ſ. hepatis, & totius ariditas corporis non obſiſtat.

Sed ſignum diſtinctiuum inter oppilationem uenarum & pororum eius eſt, quia oppilationem uenarum prædicta ſigna ſequuntur a principio, & corporis conſumptio, ſed in oppilatione pororum eius illa non ſunt a principio, immo multitudo ſanguinis, quæ ad nutrimentum eius non acceſſit apparet in uenis ſi oppilatio fuerit in poris ſubſtantiæ eius, & tranſitus nutrimenti, & color rubeus in cute.

Si uero fuerit in poris excretionis ſuperfluitatum apparebit in ſanguine multiplicatio choleræ ſeu melancholiæ, cum colore citrino, uel nigro in cute, & hoc eſt ſignum diſtinctiuum inter oppilationem pororum. In proceſſu autem debilitato hepate non nutrito apparet in uenis ipſius diminutio, & per conſequens in toto corpore conſumptio & ariditas, & ſiquidé in nocumentũ extendat ad uenas ꝓdicta ſequentẽ ſigna. Signũ uero diſtinctiuũ inter oppilationẽ uenarũ magnarũ, & paruarũ eſt, quia ꝓdicta ſigna in oppilationibus magnarũ ſunt fortia, in paruarũ uero debiliora.

Sed ſignũ diſtinctiuũ inter oppilationẽ uenæ portæ ramorum eius, & uenæ chyl. eſt quia oppilationẽ uenæ portæ ſequitur fluxus chylo ſus niſi ſit propter debilitatẽ attractiuæ ipſius cuius ſigna diſtinctiua infra ponemus chylo nequeũte penetrare ad hepar. ſiue propter oppilationem antecedentem meſeraicarum, quæ manus hepatis ſunt quibus trahit. Exiſtẽte.n. oppilatione in porta, & ramis eius, uel meſeraicis totus chylus non põt recipi, nec cõprehendi in ea, & ramis eius, ut uirtute ſubſtantiæ carnoſæ hepatis conuertatur in ſanguinem, & humores: quare redit ad inteſtina nulla alteratione apparente in eo, & cito egreditur, ſi oppilario præcedat in meſeraicis, uel pauca, & tardius egreditur ſi oppilatio ſit in porta, & ramis eius & ſenſus tactus nec groſsitiẽ nec duritiẽ cõprehendit in hypochõdrio dextro. Oppilationẽ aũt chylis, & ramorũ eius ſequitur fluxus uentris ſanguinis, & humorũ ià generatorũ in hepate, & eius ſima non potentiũ penetrare ad mẽbra oppilatione chylis tranſitum prohibente ad totius ambitũ, & proprie quantũ ad partẽ eorum groſſam, quare regurgitant ad portam, & deinde per meſeraicas ad inteſtina. Et urinæ ſubtilis multitudo & tinctura propter debilitatẽ digeſtionis multiplicantis aquoſitatẽ, & ꝓp tranſitũ ſubtilis partis ſanguinis, & aquoſitatis mẽbris trahentibus inanitis. Groſsities, quoq; & duricies hypochõdrii dextri ſenſuieſt manifeſta. Et ſi qui dẽ ſit oppilatio ex cauſa coarctatoria corporea, ſunt ſigna plethoriæ prædictis generalibus addita ſi multitudo humorum fuerit in ea. Vel ſigna cacochymiæ ſi groſsities, & uiſcoſitas, & regimen præcedens cũ malitia digeſtionis, quæ ſi multiplicet uentoſitatẽ, apparebit groſsities, & duricies augeri, & diminui ſubito, uel in breui. ſi uero non permanebit de ſe ſemper æqualis durities ad quod iuuabit regimi nis uariatio debiti, & mixtio humorũ in egeſtionibus, uel urina erit apparens. Si uero incorporea ſit præſſumptio alicuius ex extrinſecis rebus prænarratis, & memoria ęius. Sed ſi cauſa eius fuerit attenuatoria interior, & diſponẽs ſignum eſt diuturnitas paſſionis a principio generationis apparens cum fortitudine retentiuæ, & debilitate uirtutis hepatis expulſiuæ. Sed ſi ſit perficiens, ſigna erunt apoſtematis hepatis, quæ dicuntur, uel præſſumptio alicuius ex prænarratis aggregantibus, & conſtringentibus materias eius. ſi uero fuerit exterior comprimens eſt manifeſta.

Porro ſi cauſa eius fuerit carnoſa, puta puſtula ſeu bothor, ſigna apparebunt apoſtematis, & bothor. Si autem ſit carnis additæ ſeu uerrucæ natæ, ſignũ eſt, ꝙ oppilatio non eſt uniuerſalis in oĩbus uiis hepatis, ſed partialis in aliqua ſui uia, uel poro, propter quod oppilatio nõ erit multa, & magna, & per conſequens ſigna oppilationis debilia, & cũ hoc erit paruitas iuuamẽti aperitiuorũ approximatorũ illi.

Cura. oppilatio hepatis, quæ cum naturali diſpoſitione antiquata eſt, & ad ſclyroſim reducta, curam non habet, uel difficilem maxime ſi compoſita eſt. Quæ uero eſt accidentalis, & ſimplex, & noua eſt curabilis. Inquit.n. Gale. quod natura eſt, ſemper eſt maxime ſi nec efficiens, & conſeruãs forte exiſtat, quæ accidentalis eſt nec firmantem cãm accepit, curabilis eſt. In cuius cura duplex eſt intentio generalis, & ſpecialis. Generalis eſt tres res. prima eſt oppilatiõis aperitio. conſiſtit aũt in abſciſsione cauſæ. ſic.n. fiens, & factum in oppilatione ſunt ſibiinuicem cohęrentes, ꝙ ceſſante cauſa ſimiliter ceſſat fiens, & factum. Secunda eſt membri confortatio ex eo, quòd principaliter eſt ex ægritudine debilitatum. Tertia eſt accidentium correctio quorum libet paroxyſmaliter contingentium in eo, quòd oppilatio mater eſt ægritudinum oĩum, quapropter eſt diligenter, & ſollicite medicãda. Specialis in ſpeciali trium dictorũ conſideratione, & auxiliorũ inuentione, quibus prædictæ tres compleantur intentiones. Et primo in abſciſsione ſpecialis cãæ ipſius. Si ergo ſpecialis cauſa ipſius ſit coarctatoria cura ſpecialis eſt quinque res. Prima erit abſciſsio cauſæ. completur autem cum adminiſtratione euacuationis, & particularis cãæ, & propriæ ſi fuerit in cã multitudo prius cum phlebotomia de cõi, ſi adſit repletio uniuerſalis, deinde de baſilica, ſi remaneat particularis: & ſi particularis ſola de baſilica tantũ uirtute tolerante, & ætate cõcedente, uel cũ proportionali phlebotomiæ, ut eſt hæmorrhoidas præclauſas aperire, uel mulieribus per matricem menſtrua promouere, uel quibus nihil horũ poſsibile fuerit ſcarificare crura, quibus non conuenientibus ei euacuatio facienda erit cũ exercitiis temperatis non tolerantibus illa frictionibus, euaporationibus, pharmaciis, & ieiuniis. ſic.n. uoluit Gal. hæc.n. euacuãt, & deriuant, uel compleẽ cũ purgatione ex pharmaciis propriis prænarratis in canone curationis eius ſecundum modũ uniuerſalẽ, ſi in cã fuerit humoris groſsities, & uiſcoſitas quibus præmittenda ſunt pharmaca, & ſtyptica, ut eſt oxymel ſimplex, uel ſecaniabin ſimplex uel cõpoſitus cũ radicibus, & ſeminibus, uel oxymel ſquiliticũ, & aliæ aperitiuæ medicinæ ſimplices, & cõpoſitæ, quæ dicentur infra Chriſti auxilio. Et eſt ſciendum, quòd ſimplicium quædam ſunt frigidæ, quædam calidæ, & alia ſunt æqualitati uicinæ. Frigidæ ſũt ſicut endiuia hortulana, & cã peſtris, & tarafacon, & aqua plantaginis cum foliis, & radicibus ſuis, & omnia prouocantia cum infrigidatione, ut ſemina communia, & aliqua ex appropriatis, & confortantibus dictis ſupra, quibus utendum eſt in oppilatione cum caliditate. Calidæ uero ſunt diuretica fortia, ut aſarum, caſsia, petroſelinum, ariſt. ro. rub. tincto. iris, fiſtici, agaricus, epithymum, ſquilla, polium, ſpica, centaurea minor, & ſuccus eius, & gentiana, ſyrupus acetoſus factus cum rubea, & melle, & ſyrupus ſquiliticus, & ficus ſiccæ infuſæ in oleo amygdalino, & ſunt fortes in prouocatione menſtruorum, & ſimiles, quæ dictæ ſunt in propriis quibus uti oportet in frigidis, & antiquis oppilationibus. Aequalitati autem uicinæ ſunt lupuli, & cuſcutæ, & lacca, & capil ueneris. ſunt enim ambo aperitiua ualde cum æqualitate, & melliora in oppilatione cum caliditate, uel frigiditate, propriſsimæ autem ei ſunt rhabar. abſinthium, & eupatorium, cymæ

cymæ ſquinanthi, amygdalæ amaræ, & ſuccus fœniculi humidi, & camæpithys, & proprie quãdo oppilatio eſt in uiis ſtrictis acetum ſquilliticum, ſparagi, radix lilii, & ſimiles, & iſta potentur ſecundum neceſsitatem in frigida cum uino, uel aqua ſe. calidorum, uel lupinorum, cicerum, uel abſinthii & ſimilium. Et etiam exterius ſecundum oẽm modũ approximetur in calida oppilatione cum aqua endiuiæ, & cuſcutæ, licet conueniat hoc utique, & proprie cum oppilatio eſt in felle, aperit enim oppilationem hepatis & felliſ: uel coriandri, uel ſeminum frigidorum cõium, uel ſine his, & proprie ſi frigidæ non ſufficiunt, nec curãdum de inflammatione cum iuuamentum aperitionis infrigidando prævaleat nocumẽto, quod efficit calor earum inflammando, eo ꝙ ad extinguendum facilis eſt poſt aperitionem. Et ex compoſitis ſunt, quæ ex prædictis componuntur ſecundum triplicem modum dictum, & in noſtro antidotario di ximus plura ex his ſecundum oẽm ſpẽm. Syrupos, trochiſcos, decoctiones, iuleb, electariorũ, pilularũ, cerotorum, emplaſtrorũ, & oleorũ quibus ẽr uti oportet ſecundũ neceſsitaté prædictã: & alia ſunt, quæ infra Chriſto duce dicentur.

Secunda res ſpãlis in cura eſt mẽbri confortatio, completur aũt cum exhibitione aliquorum confortantium prædictorum ſupra, debent ergo aperitiua, aut ex prædictis eſſe confortantibus ſumpta, aut alicui ex eis admixta, & proprie eſt athanaſia propter illud qđ recipit ab hepate adib.

Tertia res eſt ſirus ſeu partis oppilatæ conſideratio, aut enim eſt oppilatio in ſima, & tunc aperientia oportet eſſe minus fortia abſtergiua, & uẽtris ſolutiua ſimplicia, quæ ſuperius nota ſunt. Et cõpoſita, ut hierapicra, hieralogodiõ, theodoricon & ſimilia. Aut eſt in gibbo, & uiis uitramenti. & tunc debent eſſe fortia, & urinæ prouocantia, quæ ſuperius dicta ſunt, quibus parum ſeminis raphani, uel radicis eſt admiſcendum, quod dictorum aperientium uirtutem trahentiũ ad ſtomachũ prohibeaẽ uelox eius trãſitus ad urinalia mẽbra, ſicq; diu in medio remaneat, quod eſt hepar.

Quarta res ponit ſtudium in uita cum ordinatione regiminis in omnibus ſex rebus non naturalibus. Viuat ergo in aere ſubtili ſicco, & temperato inter actiuas. Exerciteatur temperate, non dormiat in die, utatur diæta cibi, & potus extenuatiua. Eſt autem ſecundum Ga. leguminũ aptiſsima ptiſana, olerum uero lactuca, piſcium uero petrini, panis clibanacei, & fermentati, & puri moderate, auiũ montanæ potuum oxymel melicratum, uinũ ſubtile album, ſimiliter uero dicendum, quæcunq; euchyma eſt purgatiua. i. abſterſiua non uiſcoſa nec groſſa, & humoris uretica. i. generatiua, uiitet repletionem, tẽperatis & opportunis utatur euacuationibus, & gaudio tẽperato, & breuiter oĩbus operantibus ad digeſtionis perfectionem. Quinta res corrigit accidentia proprie, ut eſt fluxus uentris hepaticus, icteritia, arefactio, & alia de quibus dicetur. Si uero cauſa ſpecialis ſit cauſa attenuatoria, & proprie, & particulis ſit interior ſcilicet apoſtematis adiacentis partis cura eſt cura apoſtematis illius de qua infra dicetur. Si autem ſit exterior cura eſt duæ res. ſ. amotio cauſæ exterioris illius, & uſus aperitiorum temperatæ caliditatis, & humiditatis alterantium malam complexionem impreſſam, quæ ex prædictis ſimplicibus eligas, uel ex eis commiſceas ex quibus eſt lac camelarum fœtarum peſtarum fœniculo, apio, hordeo, boragine, & ſimilibus, & ſerum lactis caprini, cum decoctione abſinthii, & eupatorii, & uinũ prædictum aqua cicerũ, & decoctio radicum communium cum floribus boraginis & bugloſſæ lupuli, cuſcutæ, & fiſti. Et ſimiliter regimen in omnibus ad caliditatem, & humiditatem temperatam declinet. Sed ſiquidem cauſa ſpecialis ſit carnoſa, & proprie puſtula ſeu bothor in lateribus uiarum, cura eſt reſolutio, uel eius ſanatio, & eruptio. Inquit.n. Hip. Quibus in urina li uia puſtulæ naſcuntur, ſanie facta, & erupta ſolutio. ſimiliter in propoſito. quibus autem hæc compleantur, in cura apoſtematis dicetur. Si uero fuerit carnoſa, & neruoſa, incurabilis eſt, ut dicit Aboa. tentandum autem eſt eam extenuare, quod ſiccantibus ſubtiliantibus, & abſtergentibus, & reſoluentibus ſit aperitiuis, quæ ex prædictis enumeratis eligere oportet, uel ex illis componere, uel mollificatis ex balneis calidis, cerotis, & emplaſtris, lenitiuis quo

quo modo materiam habilitantibus, & membrum diſponentibus dilationi per quam materia tranſire conſueta uirtute impellente ualeat penetrare, ut infra in cura ſtrangu riæ dicetur duce Chriſto. Solutiuũ bonũ filii Serapionis ad oppilationem hepatis ex groſsis, & uiſcoſis humoribus. ℞. hierapicræ ſimplicis. ʒ. i. agarici puluerizati. ʒ. i. da cũ aqua polypodii, abſinthii, apii, aniſi. aſari, & maſtiches, ana. ʒ. i. Aliud medicamen factum cum camepity. & ſpica romana ad idem, & maxime quando oppilatio eſt in uenis, & poris ſtrictis. ℞. ſpicę romanæ partes tres, abſinthii partem. i. chamæpityos partes. ii. Terantur cribellentur, & confician tur cum melle deſpumato, & adminiſtrentur. Solutiuũ ad oppilationẽ hepatis.

Syrupus Vrſonis contra oppilationem hepatis, & ſplenis. bonam digeſtionem operatur, diſſoluit uentoſitatem, calorem reparat, renes, & ueſicam aperiendo mundificat. ℞. maſtiches, cinnamomi, gari. croci, nucis muſ. gingib. galangæ, an. ʒ. i. aniſi, apii, cartui, fœniculi, petroſelini, cappa ris. ana. ʒ. iii. ſaxifragiæ, ſtœcados, folliculorum ſenæ, thymi, epythymi, ana. ʒ. iiii. zucchari, quod ſufficit. Syrupus ex pertus ad oppilationes hepatis, ſplenis, & matricis, in muliere, quæ non habet menſtrua, prouocat præcedente phlebotomia ſaphenarum. ℞. eupatorii, lupuli, hepaticæ, ſcolopendriæ cum radice, ana. M. i. calamenthi fluuialis, & cãpeſtris rubeæ tinctorum maioris, & minoris, pulegii, an. M. i. corticum ſummitatũ tamariſci. ʒ. i. corticũ radicum, cappa ris, & ſalicis, ana. ʒ. i. quinque radicũ cõium, an. ʒ. i. laccæ lotæ. ʒ. s. ſeminis bruſci, ſparagi, ana. ʒ. i. paſſularum enucleatarum. ʒ. i arifto. longæ, & rotundæ, rubeæ tinctorum, abſinthii, ſeminis apii, aniſi, fœniculi, ameos, nigellæ, dauci, acori, ana ʒ. iii. cichoreæ. M. i. ſeminum cõium. ʒ. ii. zucchari li. iii. ſucci lupuli depurati, apii, fœniculi, endiuiæ, depuratorum, ana lib. s. Radices uero ſtent in aceto per diem, & nocte, deinde purgetur cum pilulis infraſcriptis. Syrupus a ad oppilationẽ hepatis, & ſplenis

Pilulæ rhabarbaratę expertæ ad oẽm oppilationem uiſcerum antiquam, caput, ſtomachum, articulos, uiſcera, & cutem mundificant, & pectus hydropiſim curant, aſcytẽ, & hypoſarcã quartanã, & icteritiã. ℞. ſucci abſinthii, ſucci eupatorii, cuſcutæ, ſeminis fumiterræ, epithymi, folliculorum ſenæ, ana. ʒ. s. agarici, rhabar. hierępicræ, laxatiuæ, an. ʒ. ii. foliorum roſa. capitũ uiolarũ, ſeminis portulacæ, an. ʒ. s. ſpicæ, ligni aloes, ſquinãthi, gingi. gar. aniſi, ſemi. apii, an. ℈. i. pulpæ colocynthidos, ſerapini, ammoniaci, laccæ lotæ opopanacis, lapidis lazuli loti pluribus uicibus cum ſucco bugloſſæ, foliorum mezereon repreſſorum in aceto, ſaliſgemmæ, polii, ana. ʒ. ii. turbith, pulpæ myrob. citrini. an. ʒ. ii. diſſoluantur gũmi in uino odorifero, & cũ ſuc. fumiterræ, uel endiuiæ informẽt pilulæ. doſis eſt. ʒ. ii. Decoctio conferens ad oppilationẽ hepatis, & ſplenis. ℞. ſquillæ capil. uene. amygdalarum amararum fœnugræci, extremitatũ abſinthii an. partes æquales, ſemi. raphani. ʒ. i. decoquantur, & ſumatur decoctio eorum cum melle. Et eſt ualẽs ad eam, quæ eſt longi temporis. Pilulę de rhabarbaro experte ad oppilationes hepatis. Decoctio ad oppilationes hepatis, & ſplenis.

Confectio ualens ad oppilationem hepatis, quę eſt pro pinqui tẽporis. ℞. piperis. ʒ. s. ſpicæ aromaticæ, carmet. vi. fœnugræci, coſti, aſari, an. carmet. vi. mellis lib. i. s. Confice cũ eo. Et ſit doſis cochlear unũ cum aliquibus ſyrupis conueniẽtibus ad hanc cauſam, ut ſyrupus acetoſus de zuccharo cum ſeminibus, & fortior illo eſt mellinus cum ſeminibus, & ſquilliticus, & aqua mellis in qua fortiter decoctæ ſint ſpẽs aromaticæ, in quibus eſt ſtypticitas, & decoctio lupinorum amarorũ in qua poſitus eſt ſuccus eupatorii. Et ex aperientibus etiam oppilationem ſunt trochiſci de lacca, de abſinthio, de eupatorio, de ſcolopendria, & aniſo. Confectio ad idem.

Solutiua aũt cõuenientia ad hoc capitulum ubi oportet ut ſolutio uentris fiat, non oportet, ut adminiſtrentur fortia niſi cũ uehemens fuerit neceſsitas, ut quia ſit antiquata, & indurata parũper, quoniã materia, quæ eſt in eo, eſt proxima medicinę, & quoniam membrum cum uirtuoſum ſit ſufficit quodlibet adiutorium ad expellẽdum ipſam. Et medicinæ bonæ ad hãc rem ſunt hierapicra, polypodium, agaricum, abſinthium, turbith, & poliũ. Et detur in potu de hierapicra forti uſq; ad aur. i. s. & de debili uſq; ad aur. ii. Et pilulæ ſtomachicæ, & de ſerapino, & ea, quæ ſunt ſicut theodoricon, & hierologodion. Inquit.n. princeps Aboa. Solutiua.

deinde facta ſolutione cũ prædictis neceſſe eſt, ut des diacurcuma,dialacca,omoroſiam, & athanaſiam,& ſimilia.

Ex his, quæ exterius approximãtur ſunt emplaſtra, ex quibus eſt emplaſtrum factum ex polio, & farina lupinorum & ſeminibus diureticis confectis cum melle,& aceto. Item emplaſtrum factum ex fœnugræco, ammoniaco, abſinthio, ameos, maſti. croco, oleo de neriden,& cera.

Item ex prædictis cataplaſma facere poteris: Et ex ſuccis,& aquis eorum epithemata,& infuſiones, quæ celerius penetrabũt. Medicamen factum cum ſpica roma.eſt ualde iuuatiuum ſecundum Serapionem. Reci. ſpicæ romanæ partes.iii.abſinthii partem.i.terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato, & adminiſtretur, ſpicæ enim uirtus eſt fortis in huiuſmodi ægritudinibus, immo poſsibile eſt,ut curetur cum eo hepar quod infrigidatum eſt,& induratum, & non eſt iuuamentum trochiſcorũ dictorum in hoc parum.

Medicamen ad oppilationes hepatis.

Medicamen laudabile, & expertum ex inuentione noſtra. Reci. carnes ſerpentis albi non antiquati nec montani abſciſsis menſura digitorum.vii. à capite & cauda. etiam moriatur & bulliat in aqua, & prima aqua proiiciatur,deinde bulliat cum ciceribus, & floribus roriſmarini, & parum croci,& dictamni,& bibatur aqua.Mire ualet ad oppilationem eius. Carnes etiam eius corrigunt quodlibet, quod corrigibile eſt. Et ualet diuturnis eius ægritudinibus quarum mater fuit cholera, & maxime aduſta, & humorum omnium aduſtionum, aut ſanguinis infectionem corrigunt, & eſt propria medicina leproſis, & hecticis proprie cum lacte, & ictericis, & ſupercalefactis in hepate, & felle.

Medicamen aliud expertum ad hoc.

Dixit Agaz experimentator magnus de Athenarum ciuitate.Lacca remouet omnes hepatis oppilationes, & affert iuuamentum magnum hydropicis ex calida cauſa. Dixit Græcus fu,meu,& lacca ſubtiliſsime pulueriza cum decoctione hyſſopi,& ſatureiæ eſt magni iuuamenti. Doſis eſt.unc.iii.

Syrupus Hipp.uniuerſalis hepati inflammato, & poſſeſſori oppilationum uenarum. ℞. foliorum tamariſci, berberis an.℥.ii.endiuiæ,hepaticę,ſcolopendriæ, apii, lupulorum ana.℥.i.mirabolis. M. i. ſandali albi & rubei an. ℥.ii. zuccharili.ii.doſis.℥.ii. da ieiuno ſtomacho cum aqua repida,uel frigida non ueri frigoris.Dixit Amenius de ſimplicibus,aqua decoctionis exterioris corticis ficticorum data mundificat canales hepatis, & maxime confortat ſtomachum.

Syrupus ad oppilationes hepatis.

Pilulæ Hip.contra oppilationem hepatis, & ægritudines inueteratas.℞. agarici.℥.ii.ſcoriæ.℥.i. aloes optimæ,& lotæ.℥.iii.laccæ, florum tamariſci ana ℥.i.maſt.gingib.ana ℥.i.rhab.ſpicæ.ana ℥.iii.confice cũ ſucco fumiter. Doſis eſt a ℥.ii.uſq; ad.iii. Lotura uero aloes cum aqua decoctionis ſpecierum alefanginæ boni odoris eſt facienda, rectificat enim aloen, & bonificat operationem eius.Sunt enim ex his,quæ confectionem hieræpicræ ingrediuntur, quæ illud habent operari prout docuit Gale.ſeptimo therapeutices, & Abo.quinto canone aſsignauit cauſam.

Pilulæ ad idem.

De percuſsionis caſu,& obuiatione ſuper hepar, & cura eius. Cap. 5.

PErcuſsio caſus, & obuiatio rei duræ ſuper hepar non eſt ægritudo,ſed eius ægritudinum exterior cauſa,puta ſolutionis,& apoſtematis plurimum & aliarum,puta cõplexionis,& compoſitionis,& eſt manifeſta.

Curam eius in cura ægritudinum hepatis quarum cauſa primitiua & exterior,inueniesſed quid, & quibus conſiſtit ex his,quę dicta ſunt ſupra in paſsione ſtomachi diſces. illuc ergo recurre:& illas intentiones, & res hic proſequaris cum hepati appropriatis quorum aliqua ex narratis hic & ibi ſunt communia,quæ ex te uideas: & ex appropriatis in hoc loco ſunt ſimplicia,& compoſita. Simplicia quædã ſunt frigida,ſtyptica,repercuſsiua humorum fluentium ex quibus timetur apoſtema, & retinentia ſeu prohibentia fluxum ſanguinis,qui timetur,ut ſpodium,corallus, ſandali,& ſpecies non aromaticæ camphora,terra ſigillata, lutũ armenum,lutum ſcenium,& aliæ ſpecies luti, hæmatites, marchaſita, ſanguis dracon. herba, & ſuccus corrigiolæ, ſuccus conſolidæ utriuſq;,lingua ceruina, cauda equina,citonium,myrta,roſa,neſpila,ſorba,albumen ouorum, gummi dragagandhum,& gummi arabicum cũ farina ſiliginis, panici,& milii,rizi,& hordei,myro.zarur,acatia, hypociſtidos,& acetum parũ accredinis,& agreſta,& alia,quę in cura fluxus dicentur,quibus oportet uti in principio.Quædam ſunt ſtyptica temperata,uel parum calida,ut charabe, lacca,alumea,maſtiche,thus,& cortex eius, cypreſſus, & nux eius,& ſubſtantia rhabarbari, quibus utaris in proceſſu,cum repercutere,et retinere uolueris,& reſoluere. Et ex propriis in hoc caſu eſt plantago,coriandrum extra approximatum, & mumia rubea, & unum nigrum ſtypticũ, ut calabrenſe. Et quædã ſunt dolorem mitigantia, ut eſt abſinthium,cum oleo de alcãa facto cerato,lacca,acorus,& ſimilia,quæ in cura doloris eius dicentur ſi ſancti Spiritus gratia nobis adſit. Et quædam ſunt calida reſolutiua paucæ ſtypticitatis quibus utendum eſt in fine cum reſolutionem materiæ intendis,ut eſt crocus,ſanſucus,eupatorium,abſinthium,ſpica,flos ſquinanthi,arſenicum citrinum, in parua quantitate,quoniam eſt mirabilis uirtutis in repercuſsione,& reſolutione ſanguinis,apium,calamentũ, & calamus aromaticus,hyſſopus ſicca,cyminum,& huiuſmodi,quæ interius,& exterius per omnem modum approximabis.

Et ex compoſitis eſt medicamen conferens ad aliud in principio cum eſt caliditas,& inflammatio,et timetur cur rere curſu ſanguinis. ℞. ſubſtantiæ rhabarbari,balauſtiarũ, ſanguinis draconis, aluminis iameni, ana partes æquales pulueriza.Et doſis eius ſit aur.i.cum zuccharo ro.antiquo, & proprie ex roſis albis cum aqua citoniorum. Et ex ultimis in hoc caſu ſunt trochiſci noſtri quos in antidotario noſtro diximus de terra ſigillata.

Aliud medicamen quãdo fuerit illic caliditas plurima, et uolueris repercutere reſoluere, et confortare.℞.charabe. ℥.x.roſa.rubea.℥.v.acatiæ.℥.iiii.ſpicę indæ, croci amborũ ana.℥.vi.maſti.corticum capparis ana ℥.iiii. luti armeni.℥. vii.nucum cypreſsi.℥.viii. Conficiantur cum aqua arnogloſſæ,& fiant inde tro.uſq; ad aur.i. Et ex ultimis in caſu ſunt tro.de charabe, quos in antidotario noſtro diximus.

Aliud medicamen ad idem. ℞. aquæ neriden. ℥.x. laccæ ablutæ.℥.vii.rauedſceni.℥.iiii.croci.℥.iii.&.s.aſæ.℥.iiii.cicerum nigrorum.℥.vii.luti armeni.℥.x. Conficiantur cum oleo de lilio in quo diſſoluta ſit mumia. Et fiant ex eis trochiſci.℥.i.doſis ſit.i.ii.iii.cum aqua roſa. & ſyrupo myrtino. Et ex expertis eſt rauedſceni,lutum ſigillatum,& grana myrti,an.℥.i.pulueriza,& ſumpta cum ſucco caudæ equinæ,linguæ ceruinæ,uel conſolidæ.

Aliud medicamen quo utendum eſt in fine, cum ſanguinem mortuum,& congelatum reſoluere intendis. ℞. rauedſceni,laccæ,gingib.an.℥.s fiant ex eis trochiſci.℥.i. cũ uino prædicto,& adde parum arſenici citrini,da cum uno unum.Item linimentum ad hoc.℞. xyloaloes, croci,& fac lauari,& bdellii, & calami aromatici,maſti.an.℥.ii.mumię ℥.iii.Confice cum oleo zarachi,& almeiſus,& cera, & ſuperponatur. Item aliud eſt ſola mumia cum iſto oleo, & non eſt ei ſimile.

Emplaſtrum conferens ei, quod ex percuſsione incipit apoſtemari,& indurari,eſt emplaſtrũ roſaceum cũ ſcebra.

De ſciſſura,& inciſione hepatis,& cura eius. Cap.6.

SCiſſura,ſeu inciſio accidens in hepate, eſt ſolutio continui in eo cueniens,aut in panniculo eius tantum,aut in ſubſtantia eius,& hoc,aut eſt in carne,pennulis, & uenis eius ſubtilibus,diſſeminatis in eis,aut in profunda eius ſubſtãtia,& eſt perueniens ad magnas uenas,& ubicunque fit,aut eſt ſimplex,aut cõpoſita.Et cauſa eſt duplex interior,& exterior:interior eſt multitudo, & acuitas ſanguinis,& eſt incipiẽs a uenis,& procedit ad carnẽ,ut apoſtema,& proprie dubellatũ,& ulceratiuũ, & eſt incipiens econuerſo,ſa ſubſtantia carnoſa,& procedit ad uenas. Exterior eſt percuſsio enſis,uel gladii, & ſimilium.

SIGNA. nam ſiquidem ſit in panniculo eius tantum dolor, et punctio in hypochondrio dextro ſentitur, et quod currit ex eo deſcendit in uentrem, et tunc grauitas ſuper pectinem percipietur ex illius aggregatione ibi dem cum tumore, ſi fuerit multum. Quod ſi ſit in ſubſtantia, & uenis eius,ſigna erunt dolor grauatiuus in hypochõdrio dextro, & fluxus ſanguinis per urinam ſi ſit in parte gibboſa,uel per ſeceſſum ſi fuerit in concaua parte.et ſi fuerit in paruis paruus erit,& ſi in magnis,magnus erit fluxus: nec aliquid deſcendet ex eo in uentrem, & proprie cum fuerit extrinſeca,nec tangat panniculum, & eſt palledo coloris, & defectio naturalium uirtutum omnium,& in ſtomacho, & toto corpore. Et ſiquidem à cauſa interiori,puta multitudine ſanguinis fuerit, ſigna apparebunt plethoriæ præuia. Si uero eius acuitas, ſigna cacochymiæ calidæ, quæ ſunt nota.Si uero apoſtema,ſigna præcedentis apoſtematis illius dubellati, & aperti,ſeu ulcerati, quæ infra dicentur. Si uero fuerit à cauſa exteriori,ſigna ex præceſsione eius manifeſta.

CVRAM eius dupliciter conſiderabis, generaliter, & ſpecialiter. Generaliter autem ex cura ſolutionis ſtomachi dicta ſuperius comprehendes. Conſiſtebat enim in quatuor rebus,quas te oportet hic ſimiliter proſequi, & complere cum adminiſtratione medicinarum appropriatarum hepati.ex quibus ſunt ſtyptica, & conglutinantia, quæ ſint leptromeris ſubſtantiæ, uel aliquibus aperitiuis, & diureticis admiſti, & proprie ſi inciſio ſit in gibbo: ſic enim in cura oppilationum eius aperitiuis, & diureticis, & proprie fortibus oportet admiſceri aliquod detentiuũ, quod retrahẽdo ipſa ad ſtomachũ prohibeat eorum uelocem penetrationem ad urinalia membra. Ita in cura ſolutionis continui ipſius ſtypticis,& conglutinantibus oportet admiſceri,quæ eorum uirtutem difficilem pertranſibilem ad ipſum hepar adiuuent penetrare.Talia autem ſtyptica conglutinantia, tam ſimplicia, quam compoſita ex his,quæ dicta ſunt ſupra in cura ſolutionis ſtomachi, & fluxus ſanguinis narium, atque ſputi, & ex his,quæ in cura fluxus hepatis dicentur eligere poteris,& ſimiliter coadiuuantia pertranſire ex cura oppilationis iam dicta.Specialiter autẽ cõſiderabis:nam ſi ſit in panniculo eius tantum, & ſimplex cum prędictis ſtypticis, & conglutinantibus curabis interius approximatis,& exterius magis. Si uero ſit in ſubſtantia,pennulis,& uenis paruis,& ſimplex, curabis cum præ dictis exterius approximatis, & interius magis.

Si uero ſit cum diminutione partis magnæ,uel pennulæ maximæ,& proprie cum cibis multum ſanguinem generantibus,quæ partem ſanguineam habeant generare, licet ſpermaticam ſemper regenerare non poſsint, nec omnem niſi capita paruarum uenarum tantum, & in circunſtantiis calidis & humidis.Et ſi cum ulcere compoſita eſt mundificabis prius, deinde conſolidabis. Si ex plethoria euacuabis:ſi ex cacochymia expurgabis. Si ex apoſtemate dubellato, & ulcerato, cura eſt cura illius,quæ infra Chriſto duce dicetur. Quod ſi inciſio peruenerit ad magnas uenas, eſt curabilis,& proprie ſi cum deperditione ſubſtantiæ fuerit.Inquit enim Hippocra.ueſica inciſa,aut hepar, mortale eſt. Ait enim Gale. uerum eſt cum inciſio ad concauam ueniat uenam:& quia inde multus ſanguinis fluxus prouenit, & qua non poteſt apponi medicina,quare infirmus moritur antequam conſolidatio fiat. Trochiſci de rauedſceni conferentes ad grauitatem in hepate & ſplene, & apoſtemate in eis, & percuſsionem cadentem in hepate. Recipe rauedſceni, drach. viii.rubeæ, laccę,ana drach.iiii.ſeminis apis,ſucci eupatorii,aniſi,ana drach.iii.terantur, & cribellentur:& fiant trochiſci, drach.i. & detur.i. cum eo, quod conuenit materię,ſunt enim efficaciſsimi, dixit filius Serapionis.Et ex expertis eſt medicamen ſecundum intentionem noſtram, quod diximus in antidotario,capitulo de rhabarbaro, & rheupontico. eſt proprium cum ſucco caudæ equinæ,pulueriza.ę ſumptum.

De apoſtemate hepatis,& cura eius. Cap.7.

APoſtema hepatis eſt tumor præter naturam eueniẽs ei,aut in uelamine eius, aut in ſubſtantia: & hoc aut in parte gibboſa, aut in concaua, aut in aliqua pennularum ſuarum,aut in toto, & illud eſt rarum, & mortale plurimum. Cauſa autem eius omnis ex cauſis apoſtematum infra ſectione ſecunda numeratis,ubi de cura apoſtematum ſecundum uniuerſalem modum locuti eramus duce ſacro Flamine erit manifeſta. Et ex cauſis materialibus eius, quod in uelamine prouenit plurimum eſt aquoſa uel uentoſa, prout anatomia declarat. Et quia in uentio eius in animalibus degentibus in locis aquoſis, & paludoſis eſt magna,cuius cauſa eſt uapor ex eius digeſtionis malitia reſultans petens circunferentias, ſed propter denſitatem uelaminis non reſoluitur.Sed eius quod in ſubſtantia euenit plurimum eſt humoroſa,ſanguinea, uel cholerica, raro phlegmatica, uel melancholica,non uentoſa, cum ſit uentoſitas in ramos,& uenas expanſibilis non colligibilis in unum cuppum:immo in eis retenta propter oppilationem,uel uſq; ad uelamen expulſa coadiuuante calliditate,& raritate ſubſtantiæ membri ibidem propter ſolidi tatem uelaminis congregatur. Et ſecundum diuerſitatem cauſarum ipſarum materialium diuerſæ erunt ſpecies apoſtematis eius, quia calidum & frigidum, & calidum pluri mum ſanguineum,& frigidum phlegmaticum, melancholicum,& aquoſum. Et ex cauſis effectiuis eius plurimum eſt oppilatio, prohibet enim nutrimentum in ipſius ſubſtantiam diffundi,& ſuperfluitates ex eo expelli,immo eas quas conſueuit interdum recipere ab omnibus membris, ad inteſtina ad ſtomachum non tranſmittit, ut Gal. dixit, cum ait.Egeſtio autem egrediens a natura fortaſſe ſignificat,quòd membra, quæ ſunt in uentre ſunt tantum infra, & fortaſſe ſignificat, quòd effunditur ad hæc membra,quæ ſunt ſuper ea humiditas,quod eſt,quia ſtomachus continuatur omnibus membris mediante hepate, & recipit ſuperfluitates omnium membrorum mediante ipſo. Et fortaſſe quod effunditur ad ipſum, expellitur à natura cum uult mundificare totum corpus, aut aliquod ex membris eius, aut duo membra, aut multa, & multoties eſt illud ſecundũ uiam accidentis: quare remanentes in eo neceſſarium eſt uenas eius replere magnas,& paruas uſque minimas:& ex eis præter naturam effundi aliquid reſudans in uacuas regiones ſubſtantiæ eius. Etiam chylus, uel nutrimentum ſi quod diffunditur imprimendo, uel propter malam complexionem nec conuertitur nec expellitur, quare ſuperfluens neceſſe eſt ipſum aggregari: & utroque modo neceſſarium eſt ipſum oppilari, ac etiam apoſtemari, nec etiam inconueniens cum chylus ſimilis ſit phlegmati, ut dixit Abo.uel in ipſum conuertatur ſi per indigeſtionem nõ in ſanguinem,& humores alios conuertatur, licet illud ſit raro.Sed ipſius præterea apoſtema cõuenit terminari, uel ad bonum,quia ad reſolutionem,& euacuationem per fluxum ſanguinis narium,urina,& ſudorem,ſi fuerit in gibbo uel per uomitum, fluxum, & ſudorem, ſi fuerit in ſima, uel ſaniationem, uel permutationem ad minus periculoſum membrum, puta renes, inteſtina, uel ſplenem,aut ad malum,quia ad ſuffocationem, & permutationem ad nobilius membrum, puta cor, & cerebrum, putrefactionem, uel ſclyroſim:& quandoque perducit ad hydropem.

Vrina.

Egeſtio.

SIGNA apoſtematis eius, quædam ſunt communia, & quædam propria. Communia ſunt inuentio doloris, & grauedinis in hypochondrio dextro maioris, quam ſint in oppilatione, inſeparabilis etiam abſque uehementia anhelandi inuentæ, cum extenſione uſque ad furculam, & attractio furculæ ad inferiora propter attractionem ad inferius ſuſpenſorium, quare accidit durities in anhelitu, & magis ſi fuerit in gibbo. Et quandoque accidit in apoſtematibus hepatis,quod non poſſunt dormire ſuperlatus dextrum propter compreſsionem,& grauat eos dormire ſuper ſiniſtrum propter tenſionem ſuſpenſorii ad inferius: immo plurimum inclinatur dormire ſupine: & accidit alteratio in forma, & colore, quia inflatio in facie,& membris,& color ad citrinum tendens,uel pallidum: & urina in colore uergens in oppos. in ſubſtantia ſpiſſa obumbrata in ſuperficie confuſa manifeſte liuens ſuperius cum ſpuma citrina, rubea, uel alba, & egeſtio chyloſa, & uirulenta. Propria uero ſunt duplicia, quædam quę indicant locum,quædam naturam apoſtematis. Locum: nam ſi uelamine fuerit,ſigna erunt grauedo cum dolore acuto, licet minor & proprie apud compreſsionem tactus, febris permittitur, & proprie ſi fuerit cholericũ, pulſus quaſi ferri-

nus: quoniam arteriæ eius sunt diffusæ in panniculo eius, & E cum rumpitur currit in uentrem, & cum fuerit aquosum, seu uentosum, toleratur absque impedimento multo, nisi sit ualde magnum. Si uero in eius gibbo, signa propria erunt durities, & tumor in dextro hypochondrio, tactu perceptus si corpus non sit pingue: & in hoc licet communicet apostema lacertorum uentris, tamen differt ab eo in figura tumoris, quoniam apostematis hepatis tumor est figuræ rotundæ lunaris, sed apostematis lacertorum tumor est oblongus procedens secundum situm lacertorum ad modum caudæ muris. Etiam differunt in accidētibus aliis propriis, quæ sunt apostemati hepatis, & etiam communibus hepati, & aliis interioribus membris. Et ex eis est: nam cum uides mirach declinare ad tenebrositatem, & tenuitatem, tunc æstima quòd non est apostema lacertorum, sed hepatis. Etiam accidit tussis sicca, constrictio, seu duri ties in anhelitu propter tractionem, & compressionem diaphragmatis proprie cum adest uehementia anhelandi, & minoratione naturæ. Et quandoque retinetur omnino propter oppilationem gibbi, & proprie cū apostema est magnum, & urina cum rubóre cœperit in febre acuta, & cum rubedine fuerit turbida & taliter permanserit apostema significat in hepate. Et ut dixit Aboa. quoniam caliditas apostematis ipsam rubeam reddit, & ebullitionem faciens dissoluit materiam, quāquā oppilatio sit, quare redditur spissa cum perseuerantia maxime cum humores cōcurrunt ad ipsum, & fit liuescens propter caloris suffocationem a materia collecta, & concurrente simul. Et cum apostema est magnum est chylosa uirulenta, & retinentur humorosa. Et cum ei associatur uentris solutio humorosa, mortalis est, ait Gal. si hoc apostema sine hepatis detectione fuerit egestionem prohibebit, & maxime si fuerit in sima, & calidum. Item prædicta accidentia cum est in gibbo non erunt uel siquidem sint propter hepatis partium continuantium minorantur, & sunt debilia. Et plurimum sequetur hydropisis propter nocumentum digestionis, quæ celebratur in ea. Signa uero eius, quod est in pennulis sunt proportionalia illis, sed sunt debiliora. Si uero sit adeo magnum quod comprehendat totum, & omnes partes eius G signa prædicta concurrent omnia.

Quæ uero indicant naturam ipsius, & materiam sunt, nam si apostema fuerit calidum illic erit feb. acuta. & proprie si fuerit in carnosa parte, & si uehemens ablatio desiderii, nausea, uomitus, singultus, rubedo linguæ, deinde nigredo, frigus extremorum, & syncopis, & totum cum est in sima. Cum uero est in gibbo accidit cum feb. malitia anhelitus, & dolor extensus à dorso usq; ad furculam, & tussis, & communicat in his accidentibus cum pleurisi, uerū differt ab ea, quoniam in pleurisi feb. est acutior, dolor lateris est acutus, malitia anhelitus maior, tussis est semper, & primo sicca, & secundo humida, cum maturatur pulsus serrinus. In apostematibus uero hepatis dolor est grauatiuus sub costis semper incipiens. Et tussis semper sicca, & pulsus est undosus. Et si est phlegmaticum apparent signa dominii sanguinis. Si uero cholericum prædicta erūt signa acutiora, & cum signis dominii choleræ, & cum resoluitur cessant accidentia. Si uero collectionem fecerit accidentia intenduntur cum facta est sedantur, & augetur grauitas in loco. Et cum rumpitur accidit horripilatio, & exitus puris, & saniei per egestionem si fuerit in sima, uel per urinā si fuerit in gibbo. Et cum fuerit alba, & sequitur alleuatio est bona. si uero cœnosa, uel sicut amurca, & fœtens, & se- H
Signa frigida, quitur debilitas est mala, ut Hip. ait in apho. Si uero frigidum, signa erunt contraria, uel mitiora quā quæ sunt cum signis dominii phlegmatis, uel melancholiæ, uel uentositatis, de qua infra dicetur. Et cum induratur quod est plurimum propter inobedientiam materiæ, & excessum diaphoreticorum, & administrationem ingrossantium apocrusticorum, signa sunt grauitas multa, tumor sine dolore & feb. & communicat in his cum oppilatione, sed differt propter reliqua quæ sunt dicta, & sequitur illud hydropisis. Et egestio conturbata nigra in principio ægritudinis acutæ significat apostema esse calidum magnum in hepate, & in processu est uirulenta: deinde saniosa cum peruenerit ad dubellati: grauitas quoque in ipso maior est ea, quæ fit cum apostema est in sima, quoniam pars simæ sustentatur supra stomachum, gibbosa uero non sustentatur supra aliquod ni si in eo, quod est uehementer adhærens, & continuatum costis falsis. Sed eius quod est in sima, signa sunt priuatio duritiei, & tumoris in dextro hypochondrio nisi sit magnū & proprie in pingui grauitas minor propter dictam causam, & dolor uehementior propter compressionem. Et in hoc licet communicet apostemati meseraicarum, tamē differt ab illo, quoniam grauitas in apostemate meseraicarum est minor, & est cum tensione magna, & profunda uersus stomachum, & uentrem, & egestio est chylosa propter oppilationem, & debilitatem ipsarum, & subcilis, propter stomachi debilitatem in digestione, & si quidem sit fe. propter eius caliditatem, erit leuior quā in eo, quod est in hepate. In apostemate autem hepatis est econtra. Itē ex subsequentibus, nam si egrediatur aliquod spumosum post dies aliquos, siquidem sit illud ad rubedinem, & citrinitatem declinans erit ab hepate, & uomitus, abominatio I desiderii ablatio atq; singultus propter illud quod effundit de hepate ad stomachum propter uicinitatem, & propter colligantiam inter hepar, & ipsum in neruo subtili, & proprie cum apostema est magnum, & calidum: & secundum Hippo. cum ait, in hepate phlegmonem patienti singultus superuenit, ait Gale. non superuenit apostemati hepatis singultus nisi apostema sit magnum, & proprie calidum.

Cvra apostematum hepatis calidorum duplex est intentio generalis, scilicet & specialis. Generalis consistit in quatuor rebus, scilicet in euacuatiōe uniuersali totius corporis, in euacuatione partis, seu materiæ apostematis in regimine, & quarto in accidentium correctione. Specialis autem consistit in consideratione speciali apostematis, scilicet causæ eius materialis propriæ naturæ loci, scilicet membri, ut hepatis, & partium eius, de quibus dictum est supra, ac intentione auxiliorum propriorum, quibus præ dictæ quatuor compleantur res generalis intentionis, nec non & apti modi utendi eis.

Si ergo apostema hepatis sit phlegmonicum, ut primam rem compleas generalis intentionis phlebotomiam de saphena, uel de basilica partis contrariæ, uel eiusdem præmittes, prout exigit dispositio, scilicet usque ad defectionem. Inquit enim Hippo. Et ubi oportet usque ad defectionem ducere, & hoc facere si sufficiat ægrotans. Quod approbans Gale. ait. In acutissimo enim apostemate, maximo dolore, & in febribus peracutis nulla medicina melior hac esse potest. educit enim materiam generatam, & influentem, & fortasse influxam, sed oportet eam præmittere: ait enim Gal. quòd ante eam omne aliud auxilium per recursum, scilicet & per extractum est inefficax, & periculosum. Quòd si uirtus non permiserit partiri oportet eam cum re iteratione non omittere: ætate uero non concedente ali quid proportionale illi præmittes, ut est prouocatio sanguinis narium cum instrumento ex setis porcorum facto, quod est notum, & cum fuso intromisso in nares, uel cum unguibus, uel saltem cum sanguisugis appositis naribus, si apostema fuerit in gibbo, uel aperitione hæmorrhoidum cum frictione ex foliis parietariæ, uel ficus, uel cum nastali ex pane porcino, seu bryonia, & scarificatio crurium, & proprie si fuerit in sima. Deinde præmissa euacuatione uniuersali ad secundam rem, scilicet euacuationem partis, seu materiæ apostematis ueniendum. Oportet autem, ut eā compleas cum administratione eorum, quæ materiam recurrere faciunt, repellunt, & trāsmittunt: & si quid influat, trahunt, & deriuant, & quæ fluxa est, nec recurrere poterit, euacuant: & etiam quæ per modum congestionis fuerint aggregata, recursum, uel repulsum, & transmissum complent frigida & styptica, interius uel exterius approximata secundum omnem modum simplicia, & composita, quæ infra dicentur, hæc enim non solum influentem repellunt materiam, sed confortant hepar ne transmittat, nec non ea, quæ per modum congestionis aggregantur, prohibent generari.

Simplicia propria, quæ interius sunt approximanda in principio: sunt aqua endiuiæ cum syrupo acetoso de zucchoro, charo, aqua portulacæ, uirgæ pastoris, aqua granatorum A sarum, & rhabarbaro, & aloe rectificato, & similibus leuiter educentibus sine agitatione, & confortantibus. Et clysteres ex lenientibus si apostema fuerit in sima, uel diureti ca frigida nota, si fuerit in gibbo: deinde calida gradatim perueniendo ad fortiora: & deinde apocrustica interius fortiora, qualia sunt coriandrum, aqua melonis indi. & simi liter nenupharis, alchechengi, iuiubarum, & aqua psillii, & syruporum cum endiuia, cuscuta, uel spica: & exterius emplastrum ex prædictis, & epithemata cum camphora, sandalis, & lenticulis aquæ actu frigidis parum, & diaphoretica debiliora, uel mista, uel pura suis temporibus, qualia sunt cuscuta, lacca, absinthium, eupatorium, spica, & similia, & zuccharum: intus sumpta, & exterius approximata per omnem modum simplicia, & composita. Et siquidem totum resoluatur sana remanebit particula: si uero non, sed transeat in dubellati, & suppurationem propter materiæ dispositionem, quod ostendit prolongatio eius usque in diem quadragesimum sine defectu feb. & doloris, ut dixit Hippo. tunc oportet, ut maturationem eius ad statum perducas incolumen, & quòd studium tuum exerceas secundum regulas sex, quas supra in cura pleure fis diximus: illuc ergo recurre, & eas cum propriis medicinis compleas. Et licet quæ ibi dicta sunt, hepati nō sint propria, tamen secunda uirtute in his intentionibus complendis operationem habent propter propinquitatem. Sicut enim quæ frangunt lapidem in uesica, frangunt & in renibus. Ita quæ maturant, aperiunt, & mundificant, & incarnant, & consolidant, in pleura illa agent in hepate multo magis: sicut etiam aperitiua oppilationum splenis sunt aperitiua earum hepatis. Et ex medicinis appropriatis Apostema hepatisma turantia. adiuuantibus in maturatione apostematis hepatis sunt, lac asininum, cum zuccharo albo, aut zuccharum almuscet, & sicut aqua de radicibus cum passis ficubus, dactylis, & aliis similibus communibus, & decoctio polii in ieiunio. Et ex illis sunt emplastra ex farina hordei, calamentho, cœpe assaro, radice lilii, farina fœnugræci, & radice althææ. Et potus aquæ mellis cum aqua hordei, & de tarasacon sicco, drach. i. & cum lactæ asinæ. Et ex medicinis iu- Apostema hepatis rū pentia. C uantibus ad eruptionem apostematis hepatis appropriatis in quibus etiam cum subtiliatione est confortatio est scabiosa, & succus eius, nasturtium: & sic absinthium, crocus, & spica, radix pæoniæ, & radix althææ, & radix rubeæ, & grana alfagredi, & succus eupatorii, & radix centauræ, & oleum de neriden, & oleum de arbore mastiches, & de lilio. Et ex illis est emplastrum de farina hordei bau rach, fimo columbino, calamenthum, glutine albotin, & pice, & similibus. Et ex illis est balneationis assiduatio, & dormire supra hepar, & exercitari, & deambulare quantum possibile est. Facta eruptione oportet, ut administres mundificantia, & abstergentia ex parte declinationis materiæ. Et siquidem declinet ad uias intestinorum sanies, dabis aquam mellis simplicem cum succo scabiosæ, uel cum diureticis si declinet ad uias urinæ, sed oportet, ut diuretica non sint fortia quæ lædant, & ulcerent simul cum sanie meatus urinæ, quod si accidat, tunc rectius est, ut fit aqua mellis decocta cum æqualitate, & permista cum ali quo glutinatiuo pauco, scilicet amylo, ouo & oleo rosato. D Et cibetur cū candarusio, & maluis. Et potetur cum aqua hordei, cum gumma dragaghanti.

Cum autem fuerit mundificatio facta perfecte oportet Cibi. ut sumat in ieiunio incarnantia, & conglutinantia. Et ex propriis est, ut sumatur thuris, sanguinis draconis, ana aure. i. seminis endiuiæ, se. apii, mastiches, ana aur. i. Et fumatur in potu cum aqua mellis, uel iulep, & post illud cibetur cum stypticis, ut confortetur.

Quod si materia, seu sanies erupta effundatur ad spatiū uentris, tunc necessarium est, ut incidatur cutis apud inguina, & discooperiatur lacertus adeo, ut appareat siphac nominatus biceron: deinde fiat in eo foramen, & ponatur in eo cannella per quam curat pus paulatim: deinde cū em plastris appropriatis consolidabis, & totum hoc sic per materiam nō resoluatur, quod plerunq; fieri consueuit per ipsam trahentem saniem per medium ossis. Tertiam rem principii complet debita sex rerum non naturalium admi-

Emplastra

In cholerico.

niſtratio. Et etiam quartam rem complent auxilia pura, & diuerſa, & unicuique propria ſecundū pluralitatē,& diuerſitatem accidentium,quæ dicta ſunt,& aliorum,quę dicta ſunt ſecundum modum ſupra in cura apoſtematis ſtomachi declaratum : illuc ergo redi.

In phleg. & melancholico. Quod ſi apoſtema frigidum fuerit phlegmaticum, uel melancholicum,quod eſt raro, econtra in pluribus eſt procedendum.Primo enim facta phlebotomia de baſilica propter cauſam iam dictam in minori quantitate tanquam in præcedenti,& loco cholagogi adminiſtrabis phlegmagoga in uia minoris cauſæ leuia, ut eſt aqua albulet, gelenabin,uel & melangogum,ut aqua ſenę,boraginis,et bugloſſæ,& polypodium.Et prius clyſteres ex abſtergentibus,& aperientibus,miſti cum aromatibus in principio ſimplices & cōpoſiti,qui ſupra dicti ſunt in cura oppilationis. Et ex propriis eſt oleū de cherua,& de geſeminis, quod de zambrica nuncupatur , & ſambucinum. Et ex emplaſtris propriis melius eſt emplaſtrum ſtomachicum , ſeu cerotū ſtomachicum Gal.& de ſeminibus.Et ex electariis diacurcuma,dialacca,et ſimilia,et trochiſc.de ſpica,et ſtitici, ſunt magni iuuamenti. Et ſyrupus de ſeminibus cum camedryos, polypodio,& ſimilibus . Et diaphoretica fortia illis mixta, uel pura temporibus ſuis , qualia ſunt , quæ ſuperius dicta ſunt.

Quod ſi peruenerit ad ſclyroſim quod eſt plurimum propter indiſpoſitionem materiæ ad reſolutionē , & exceſſum diaphoreticum,& malitiam regiminis, tunc ſi cōfirmatum ſit,& quietum nō curatur . Si uero fuerint in principio ſui curatur. Et quandoque perdurat cum uita, & quandoque tranſit in hydropem ſecundum Gale . Et ſi ſequitur fluxus, moritur .

Cura apoſtematū frigidorum eſt duę res, ut ſupra in cura ſtomachi dictum eſt.ſ.mollificare,& reſoluere,quas conplere oportet cum iis,quæ dicta ſunt ibi , & cum propriis hepati,quæ hic dicentur, ſimplicibus, & compoſitis intus, & extra approximatis. Simplices ad has intentiones ſunt grana pini maioris medullæ , & adipes temperatæ calidæ, ſemen lini,fœnugræcum,althæa,glutē albotin,& potus apozematis,coſti,& eupatorii,fœnugræci,et paſſularum,& oleum amygdalarum dulcium, & de nucibus recentibus.
Et ex eis,quæ ualde conferunt ad reſolutionem poſtquam tres regulas attendiſti in ea,quarum prima eſt , ut aperias cum ſubtilibus rebus,ut uirtus reſoluentium , & mundificantium ſubintret . Secunda eſt,ut permittas calefactēcia, ſubtiliantia,& incidentia humorem groſſum, et frigidum, atque uiſcoſum,quæ eſt materia eius. Tertia eſt,ut præmittas mollificantia,uel admiſceas ea cum eis,ut eſt ſomnus ſuper latus dextrum.Et coſtus eſt uehementis iuuamenti cū ex eo ſumitur in potu,an.ʒ.ſ.uſque ad aur.i.cum aqua mellis,aut uino. Et quandoq; confert ſumere in potu oleum coſtinū,aut de neriden,de cherua,aut de balſamo, cū aqua decoctionis rutæ, & anethi:& ſit quantitas olei de neriden drach.iiii.& adminiſtretur per hebdomadam,& cōfert maxime.Et ex illis eſt ſemen agni caſti,in ſyrupo de eupatorio,& de arnogloſſa ſicca,cū aqua fœniculi,apii, endiuiæ. Et decoctio lupinorum cum ſpica aromatica,et amygdalis ama.in uino.Et baccæ lauri,& radix fu.et cicer nigrum,& polium,& camedryos,& porrum.Et ex compoſitis confectionibus conferentibus ad illud eſt diacurcuma , athanaſia,theriaca diateſſeron,dialacca,diacoſtum,& ſagena . Et ex trochiſcis trochiſci de ſpica. Et ex emplaſtris bonis ad illud,eſt emplaſtrum de meliloto in antidotario dictū : aut de diamoron decocto cum uino pontico, aut ſpica,& oleo de fiſticis,& de praſio , & de anetho decocto. Et ex cerotis,cerotum hyſſopi,& diapente.Et ex medicinis bonis eſt ſecundum Gale. ut ponantur ſupra membrum uentoſę calefactæ ſine ſcarificatione : deinde adminiſtrentur medicinæ fortiores in ſubtiliatione,& reſolutione,& fac adhærere ea loco , quæ ſunt ſicut nitrum, & ſulfur citrinum per hebdomadam uel mediam : deinde adminiſtra epithemata cum ſinapi ſingulis decem diebus : poſtea fac uomere ægrum cum raphano . Quod ſi inobediens fuerit apoſtema , adminiſtra elleborum album . Et quandoque deue-
6.aph.38. nit ad cancrum , & non eſt ſpes in eo . Inquit enim Hip-
po.quibuſcunque cancri abſconditi ſiunt nō curari eſt melius:curati enim citius pereunt,non curati longius tempus proficiunt .

De apoſtemate meſeraicarum , & lacertorum uentris,& cura eius. Cap. 8.

ET cum apoſtema fuerit in meſeraicis cura eſt , cura apoſtematis concauitatis hepatis. Et cum apoſtema eſt in lacertis almirach,curatur cum apocruſticis,& reſoluentibus fortioribus, quoniam intentio quæ ſumitur a particula in illis eſt nulla , uel modica , in hepate magna. Quapropter oportet,quòd repercutias in hepate & reſoluas cautius , & cum minori audacia quàm in illis. Compoſitæ ſunt medicinæ,quæ ex prædictis componuntur ad unamquāq; intentionem propriis quæ ſequuntur. Deſcriptio emplaſtri reſoluentis apoſtemata hepatis laudabile,& expertum.℞.ſtyracis,ceræ,ana danich,iiii.uini,cotylas.ii.ſ.liquefiat cera,& oleum,& miſceantur cū eis.Aliud ad idem.℞.lilii,amomi,folii,ana danich.i.ſtyracis ceræ,an. danich.i.olei de arbore,maſti.quantum neceſſe eſt. Aliud. ℞. aloes,unc.iii.maſti.unc.i.chamæmille, & meliloti, ana. unc.vi.olei de lilio,quantum ſufficit. Aliud reſolutiuum, & confortatiuum. ℞. croci,unc.ii.bdellii , unc. vii. fordes urceoli,unc.iiii.amomi,ſpicæ romanæ , carpobalſami, an.unc.vi.olei de lilio,quantum ſufficit. Aliud reſolutiuū, & proprie ei quod indurationi eſt proximum , & confert in doloribus ſplenis,& renum.℞. ſquillę aſſatæ, lilii cœleſtis,aſſari,dauci,ſeminis apii, aniſi,ſpicæ aromaticæ, caſiæ, caſtorei,calamenthi montani,& fluuialis, cimini,acori,pyrethri,piperis longi,nucis muſca.amomi, apii, euphorbii, ſeminis althææ,ſtecados,polii,ſiſeleos,ſeminis rutæ,ſe.fœnic.corticum radicis cappar.ariſtol.ro.cinnamomi groſsi, gingib.baccarum lauri,ſeminis hyoſcyami albi,coſti,ameos,ſeminis carui,omnium,ana partem unam.Conficiantur cum melle deſpumato, & applicetur poſtquam applicatū fuerit ſufficienter emplaſtrum de mucillaginibus.

Medicamen aliud factum ex alliis campeſtribus. ℞. aliorum,gentianæ albæ,eupatorii,coſti, ariſtol.cheiſin,ſiſeleos,piperis longi,ana danich.iiii.ſeminis apii,aſari, meu, fu.nucis muſca.ameos, aniudē nigræ,ana danich. xv. caſtorei,& aqua roſ.ana danich.xii.ſoluantur omnia iſta cum uino,& allia terantur,& miſceantur cum melle , & approximentur in modum cataplaſmatis. Inquit Iſaac,ſi apoſtema fuerit ex percuſsione, uel caſu, uel colliſione præcedente phlebotomia,dentur rhabarbari,drach.ii.cum uino, uel ſero caprino.Et rubeæ,drach.i.cum uino, & ariſtolo.ro.ʒ.i. cum aqua calida. Et ſi infirmus patiatur in hepate calorem damus balauſtiam,bolum armenum cum aqua arnogloſſæ, uel ſucco ſolatri. Puluis ualens ad percuſsionem hepatis, & caſum. ℞. balauſtiarum, uiolarum, myrtæ, boli, amidi ana drach.iii.ſanguinis draconis,laccæ,an. drach.i.ſ.doſis, drach.i.cum apozemate de roſis , maſti . & arnogloſſa .
Medicamen Aſclepiadis factum cum melle : ipſum namq; expertum eſt conferre propter illud , quod in ipſo eſt de ſpeciebus medicinarum ualentium ad illud ſecundum conditiones ſuas quas diximus. ℞. camepithyos, & praſsii, ſeminis apii montani,gentianæ,ſeminis agni caſti,fellis urſi,ſeminis cucumeris,ſcolopendriæ , radicis opopanacis, amylorum,litii,rubeæ,ſeminis caulis,ariſto.piperis,ſpicæ indæ,coſti,ſeminis apii hortulani, et erucæ , herbæ iudaicæ , polii apii, eupatorii, granorum iuniperi , ana partes æquales,terantur,et conficiantur cum melle,doſis pondus auellanæ cum uino.

De inflatione hepatis. Cap. 9.

INflationis hepatis modum, cauſam, et locum habuiſti in præcedenti cap. Et generaliter cauſas,et ſigna eius, atque curam ex dictis ſupra in cura inflationis ſtomachi poteris comprehendere.Illuc ergo recurre,et cum propriis intentionem complentibus operare,quæ tibi narrata ſunt ſuperius. Et ſi quidem fuerit in ſimo cum clyſteribus,cibis , et potibus operare magis . Si uero in gibbo, cum diureticis intus , et cataplaſmatibus exterius magis. Si in utraque parte cum utriſque.et feb . ſuperueniens eſt cura utriuſque cum conſumat inflationis cauſam.

De

6.apho.4. De dolore hepatis,& hypochondriorum. Cap.10.

INquit Hippo.quibuſcunq; dolor fit circa hypochon.ſine phlegmone feb. his ſuperueniēs ſoluit dolorem qui eſt antecedens actionis læſæ ipſius ſequens prædictas ægritudines eius . Et eſt grauatiuus , ſed non fit uehemens,niſi cum apoſtemate calido,aut uentoſitate,& ſimila tur dolori hypochondriorum:differt tamen ab illo,ut ſuperius dictum eſt. Qui cum fuerit in hypochondriis quandoque ex propriis : quandoq; ex communitate hepatis cum eſt in dextro: quandoq; ex communitate ſplenis cum eſt in ſiniſtro quandoq; communitate diaphragmatis,et eſt in utroq; : et quandoq; communitate ad coſtas apoſtematis in lacertis et quandoq; communitate totius , ut cum accidit in febribus,et cum tenſione multiplicatur in peſtilentialibus : et quandoq; accidit propter apoſtemata intrinſeca alia , et quandoq; accidit in criſibus cum materia tendat ad inferiora,ut egrediatur per ea. Et quandoq; accidit etiam propter tenſiones ſpaſmoſas ſequentes malitiam complexionis. Cauſas, et ſigna eius,locum,et curam ex iam dictis in hac ſumma,et ſupra in dolore ſtomachi poteris comprehendere.Illuc ergo recurre,et canones illos iſtuc reducas,et compleas cum adminiſtratione propriarum medicinarum hepati,quæ ſuperius hic ſunt narrata,natiuram hepatis in omnibus attendendo.

Et ex medicinis ſpecialibus in dolore hepatis in quibus fiducia eſt habenda ſunt ſimplices,et compoſitæ. Ex ſimplicibus uero , eſt abſinthium , emplaſtratum cum oleo de alchanna, uel decoctum in oleo ſimplici ſecundum Gale. et cum oleo chamæmelino in hypochondriis . Trochiſci de rhabar.cum deſcriptionibus prædictis diuerſis in antidotario noſtro.Confectio de rhabar.et diacurcuma.Confectio meu , ſolutiua de cordumeni, et de ceſareæ , athanaſia minor . Et confectio Aſclepiadis dicta ſupra . Et ex expertis eſt ſucci foliorum perſici , unc.ii.cum ſyrupo acetoſo , aut decoctio eorum cum rhabar.drac.ſ.croci.ʒ.i. et ſeminis apii , & fœni.ana drach.ſ. Et Gale. uidit in ſomno quod phlebotomia arteriæ inter pollicem,et indicem exiſtentis curat dolorem eius . Confectio medicaminis ad dolorem hepatis experti.℞.roſ.drach.iiii.ſpicæ, maſti.ana drach.ii. ſucci eupatorii,abſinthii, laccæ,rhabar.croci, ſuperiorum corticum ſquinanthi , rubeæ tinctorum, aſari , trium ſeminum,xyloaloes crudi,ana drach.i.xylobal.drach.ſ . Confectio medicaminis ad dolorem cum ſolutione uentris.℞. fœcis uini decocti, laccæ , ſpicæ , rhabarb.ana aur.i. ſcoriæ ferri , drach.viii. bibantur de eis puluerizatis permiſtis , drach.ii. cum unc.ii. aquæ coriandri . Et ex emplaſtris eſt emplaſtrum de cordumeni,de meliloto, de euphorbio , et ſimilia ſunt meliora. Et regimen , et diæta ſunt extenuatiua. Confectio trochiſcorum Azenſis frigidorum ad dolorem hepatis.℞.foliorum mezereon tritorum, agarici, miro.citrinorum,ſerapini, ana drach.v.ireos, drach.iii. ſucci eupatorii,ſpicæ, ana aur.ii. Conficiantur cum melle doſis. ana drach.iii. uſq; ad iiii. Confectio trochiſc. Azenſis calidorum ad dolorem hepatis fortem.℞.mezereon,chalcuce caumenon, ſtercoris columbini , ana æqualiter , & quarta pars harum euphorbii.Conficiātur cum iulep.doſis,drach. ii.ſ.Aut cum ſyrupo uiolato informentur pilulæ de quibus in potu tribuantur cum aqua paſſularum de corafceni.Sitque cibus eius eſca,aut cibus cum ſumach,aut acetum cum oleo, aut ſyrupus acetoſus. Confectio ad dolorem hepatis calidum.℞.azen.fic.drach.v. ſeminis citri, endiuiæ portulacæ,fœni.ana drach.ii.ſ.ſucci liquiritiæ, drach.i.ſ.roſarum,drach.i.fiant trochiſci cum aqua roſa. & dentur in potu cum ſyrupo acetoſo , aqua endiuiæ , & aqua ſolathri , uel abſinthii . Serapio , confectio , pilularum de eupatorio ad dolorem hepatis icteritiam et feb. iuuatiuarum.℞. aloes, ſucci eupatorii, miro.citrinorum, ana partes æquales. confice cum aqua apii. Iudæus.quando ex groſſa uentoſitate fuerit dolor hepatis intrare tinam decoctionis abſinthii, florum chamæmillæ, et ſquinanthi eſt utile ualde . ſi feb.et apoſtema non adſint.Et ex propriis ad idem ſpongia infuſa in aqua decoctionis abſinthii,eupatorii,ſquinanthi,aniſi,acori,et ſpicæ. Et emplaſtrum ex abſinthio,& oleo roſ.in principio, & proprie ubi timetur apoſtema , et
in principio cum ceroto facto ex eo, et oleo de alchanna, uel ſtercore caprarum mōtanarum,et oleo facto emplaſtro ſecundum Aboali.

De debilitate hepatis. Cap. 11.

DEbilitas hepatis eſt læſio uirtutis,& actionis naturalis ipſius, ſicut dolor eſt læſio uirtutis , et actionis eius ſenſibilis. Simpliciter autem,et ſpecialiter ſumpta poteſt:et quid ſit utroq; modo ſumpta,& cauſæ eius quæ ſint extrinſecæ, et intrinſecæ, et quæ propriæ ſunt ei , et ex communitate aliorum membrorum uicinorum , ut ſellis,et ſplenis:et remotorum,ut ſtomachi, inteſtinorum, renum,ueſicæ: et ſpiritalium, ut cordis, pulmonis , et diaphragmatis:et animalium, ut cerebri: & potius corporis, ut in febricitantibus,et algoratis,& reſolutis corporibus, et etiam membris currentibus ex eis ad ipſum , et quibus maxime , & plurimum contingat ex cauſis ſupra capitulo de debilitate ſtomachi habes , & ſpecialiter ſumpta poteris colligere ex generali .

SED SIGNA ipſius habes ſumpta , uel ſimul , nec non,et cauſarum eius in ſpeciali,prout ea uariat ipſius natura, à natura ſtomachi diuerſa inueſtigando ſic unicuique applicabis. Nam ſi quidem debilitatem hepatis quis abſolute,& ſimpliciter patiatur,quem Gale. hepaticum appellauit , ſigna erunt mutata qualitas ad citrinum , uel albedinem,uel uiriditatem, et quandoque ad fuſciditatem, prout ſupra in ſignis complexionum ſtomachi , et hepatis fuit dictum.Cum enim color corporis ex rubeo,et albo fuerit adnuſtus ſanitatem eius ſignificat.Et exeuntia,ſcilicet urinæ , et egeſtio mutata ſecundum plurimum propter illud , quod ſupra dictum eſt,a naturali in colore citrino, uel pallido,rubeo,uel glauco in ſubſtantia ſubtili,groſſa,& aquoſa,et ſedimine multo,uel pauco ſecundum diuerſitatem facientis cauſæ , et etiam actio læſa , nam plurimos eorum, qui debilitatem habent in ſuo hepate , concomitatur , & proprie , cum penetrat cibus , dolor leuis extenſus uſq; ad crura.Si uero debilitatem patiatur ſpecialiter, et principaliter digeſtionis ipſius,ſigna erunt,quoniam ſanguis egrediens in phlebotomia erit aquoſus,quoniam membris non unitur,nec aſsimilatur:quare inflammatur, et proprie faciens et oculi . Etiam urina , et egeſtio ſecundum plurimum eſt, ſicut lotura carnis, quoniam non ſeparatur aquoſitas à ſanguine,ſed tranſit ſanguis cum ea , uel ſubtile eius niſi illud ex debilitate retentiuæ ſit, quæ tandiu non retinuit donec digeſtiua perfecte cibum in ſanguinem alteraret. Et ſigna debilitatis digeſtionis quando eſt principalis, et quando eſt ex peccato adminiſtrantium ſupra de debilitate ſtomachi habuiſti, aut quia generatum ſanguinem totum continere non poteſt , ſed pars aliqua egreditur non retenta cum urina uel egeſtione,unde ſequitur, ſicut dixit Gal.fluxus ſanguinis,et proprie urina ſanguinea. Inquit Aboa.& eſt præterea cum ægritudinibus acutis ſanguineis urina ſicut ſanguis ipſe emittitur apertione uenæ in ea non exiſtente ſignificat repletionem ſanguinis ſuperfluam,et talis fluxus longus in proceſſu non mutatur , et ſit in habente complexionem calidam cholericus, uirulentus: deinde ſicut fex,et ſicut ſanguis nigrefactus, aduſtus: et in habente complexionem frigidam ſit ſicut nigreſcens congelatus differens ab aduſto in multitudine,opacitate,et obſcuritate nigredinis, et doloris priuatione, et perueniunt ambo ſimul ad fluxum diuerſorum colorum in fine,et illud oſtendit quòd digeſtio ſit mutata ad corruptionem . Quod ſi egeſtio fuerit alba, et urina proprie alba translucens,erit ſignum quòd eius digeſtio omnimode ſit ablata,unde debilitas corporis ſequitur multa , nec erunt ſigna ſuperfluitatis cum nō ſuperfluere poſsit ut ſupra de debilitate ſtomachi eſt oſtenſum.

Debilitatem autem attractiuæ ſpecialiter, & principaliter ſignificat egeſtio chyloſa niſi ſit ,ppter oppilationem meſeraicarum , cuius ſignum diſtinctiuum eſt quoniam in oppilatione earum citius egreditur chyloſa egeſtio , & eſt groſsior propter ſubtile chyli , quod tractum fuit ad hepar groſso nequeunte penetrare & eſt minoris quantitatis propter hoc. Et quando cum hoc fuerit urina tincta, ſignificat quòd nocumentum eſt in attractiua tantum ,

non in

non in digeſtiua:urina enim eſt magis ſignificatiua debilitatis digeſtiuæ:egeſtio autem magis attractiuę. Et certificat debilitatem digeſtiuæ,debilitas corporis: debilitatem uero retentiuæ ipſius ſpecialiter, et proprie ſignificat quã ab hepate feſtinat expulſio cibi,quoniam ad debilitatem unius ſequitur fortitudo alterius,et econuerſo,ut ait Gale. quo expulſo antequam fiat humorum generatio ſequitur ſuperfluitatum trium minoratio non tantum humorum,& etiam urinæ, & tincturæ eius: et etiam tinctura egeſtionis minoratur,quoniam cholera non generatur,quæ tingat:& minoratur etiam neceſsitas ſurgendi ad ſellam, cum cholera non tranſmittatur ad inteſtina,quare perducit quandoq; ad colicam, & melancholia cum non generetur, ad ſplenẽ non tranſmittitur, nec ad os ſtomachi, ut excitet appetitum,quare minoratur.Et apparent ſigna debilitatis digeſtiuæ ex debilitate ipſius, & ſunt quia nutrimentum perueniens ad membra eſt illaudabile imperfecte digeſtum, & aquoſum,quare non bene unitur,nec conuertitur in membra, ſed ſuperfluens in eis, cauſat inflationem cum mollicie, et calore ſubalbido. Et quandoque perducit ad hydropiſim. Sed ſigna cauſarum debilitatis abſolute, & ſpecialiter ſumptæ extrinſecarum, & intrinſecarum, & propriarum, & ex communitate exiſtentium, ex ſignis prædictarum cauſarum eius cognoſcere poteris,necnõ, et curã.

CVRA. ergo intuere illic, et illa reducas in hunc locum,& prout oportet curam cum propriis operare prędictis ſimplicibus & compoſitis, & quæ hic ſubiungemus cum auxilio Ieſu Chriſti omnipotentis, cuius nomen ſit per infinita ſecula benedictum.

Medicamẽ ad debilitatem hepatis.

Medicamen bonum ad debilitatem hepatis. Aboa. ℞.laccæ ablutæ,ariſtolochiæ, aloes, ana drach.iii.ſucci eupatorii, ſeminis fœni. & atriplicis, ana drach.v. abſinthii romani, drach.vii. ſeminis endiuiæ,et anethi, ana drach.v.ſemi.apii, drach.iiii. fiant ex eis trochiſci, aut ſuffuf. Aliud medicamen Galen.expertum. Recipe paſſularum enucleatarum,aur.xxv.croci,aur.i. &.s.calami aro.aur.ii.bdellii iudaici, drach.ii.s. cinnamomi, aur.i.caſiæ, aur.s. ſpicæ, aur.iii. ſquinanthi, aur.ii.s.myrrhæ, aur.iiii. gummi albotin, aur.iiii. darſeſahan, aur.ii. mellis, aur.xvi. uini quantum ſufficit. Et quandoq; imponitur in ipſo opium, & ſemen hyoſcyami, cum aſſociata eſt debilitas caliditati, & propter phylonium conuenit. Et æſtimauit Galen.quòd hoc medicamen eſt ex conuenientibus ei cum ſuis proprietatibus.

Euaporatio bona ad idem.

Euaparatio conferens ualde.℞. cinnamomi, caſiæ ana unc.s.ſpicæ, drach.i.ſubſtantiæ, abſinthii, eupatorii, ana drach.v. bulliant in uino odorifero, ſtyptico, in quo ſint commiſtæ tortellæ, et addatur olei de neriden, unc.i. & infuſa lana fiat euaporatio ſi debilitas ex cauſa fuerit frigida.

Alia ad idem cum fit ex calida cauſa.

Si uero ex calida, fiat hoc.℞.endiuiæ cum radicibus.M.i. ſandali utriuſq;,ſpodii, ana drach.ii.cuſcutæ,florum abſinthii ana drach.vi. bulliant in aqua ro.cum ſucco granatorum muzorum, uel parum aceti, & prædicto modo fiat euaporatio.

Empla. ad idem.

Emplaſtrum bonum ad idem,in cauſa calida.℞.roſa. præputiorum,uitis albæ,cymarum rubi.ana.M.i.uiolarum unc.s.ſpodii,ſandali,endiuiæ,florũ ſquinanthi;ana. drach. ii.& confice cum oleo roſa. & cera. Emplaſtrum bonum in cauſa frigida.℞.cyper.maſthiches, ſpicæ, thuris galliæ, nucis cypreſsi. ana unc.s. cymarum ſquinanthi, aniſi, fœniculi,apii ſeminis,añ.unc.iii.muſchi.drach.i.aceti, unc.i. ſucci eupatorii, unc.ii.olei de rhabarba. et ceræ quod ſufficit, et qñq; additur aloes. Inquit Aboa. cum uides impreſsionem debilitatis hepatis peruenientem ad digeſtionem, conforta cum his in quibus eſt ſtypticitas, et caliditas cum menſura, et aromaticitas. Et ſi in eis maturatio ſit,ſicut ſunt medicinæ compoſitæ ex his, ut ſpica, folium, nux muſca.coriandrum, uel cardamomum, maſthiche, calamus aroma. cyperi, & ſimilia. Et ſi fuerit perueniens ad retentiuam adde in ſtypticitate,et minue de calefactione, aut conforta huiuſmodi medicinas cum medicinis compoſitis ei, cum infrigidatione, ſicut ſunt balauſtiæ, roſæ, hypocyſtis,et ſimiles.Et ſi peruenerit ad attractiuam, conforta cum eis, in quibus eſt parua ſtypticitas ea menſura, quę conſeruet uirtutem hepatis, et ſit in eis caliditas, & aromaticitas,quæ ex prædictis eligere debes ſimplices, & compſitas ſecundum modum approximatas ſtudendo in apertione oppilationum. Et ſi peruenerit ad expulſiuam confortabis cum calefacientibus aromaticis,et humectantibus. Et calefac renes:ſplenem,et uiſcera,et aperi oppilationes: his prædictis medicinis obuiabis malitiæ complexionis à qua plurimum debilitas abſoluta,& ſpecialis prouenit.Et quia ex omni malitia complexionis prouenire poterit, ſtudebis ipſam cognitam cum prædictis alterare, et cum diæta extenuatiua,uel reſumptiua ſibi,prout oportet, & ubi proſpera inuenies, ſi Chriſtus uoluerit. Gale.electarium ualens ad debilitatem hepatis, mundificat canales eius, & fellis,et ſubtiliat humores,prouocat urinam, confortat hepar confortatione magna. Recipe ligni aloes,roſarum,ſpicæ nardi,cinnamomi, ana drach.ii.laccę, rhabar. gariophy.ana.drach.s.aſari,ani.maioranę,maſthiches,granorum balſami,ana drach.iii.fu,meu, ſquinanthi, ſpodii, ana drach.i.camepithyos,cuſcutę,ana drach.i.s. Conficiantur cum aqua, ſyrupo de ligno alo. aqua roſa.& zuccha.Doſis, à drac.i.iuſque ad ii.

De cachexia,& eſt qualitas mutata. Cap. 12.

CAchexia ſecundum Ariſto. generaliter ſumpta eſt mala corporis diſpoſitio quam ſequitur ægritudo. Specialiter autem eſt mutata qualitas, ſeu habitudo corporis antecedens hydropiſim. Cuius cauſa mediata eſt debilitas hepatis,& proprie digeſtiuæ eius,cuius cauſas immediate præmiſimus. Cum enim debilitatur ipſius digeſtiua, ſanguinis generatio fit phlegmatici, et aquoſi:cum digeſtio ſecundum Gale. inſpiſſando procedat, qui membris non unitur,ut ait Gal.quare remanet in facie ipſorum, et ſuperfluens habitudinem ipſorum immediate naturalem permutat, alterat, et inflat, & tunc dicitur cachexia.Et cum ſuperfluit,ita quod phlegma,uel aqua,adeo uincat in ſanguine,quod natura ſegregare nequeat,ſed trãſeat cum ſanguine ad membra, et in eorum uacuitatibus aggregetur, ſequitur hydropiſis, differens à cachexia in quanto eius quod eſt ex toto genere præter naturam. Et cognoſcitur ex permutatione coloris corporis,et faciei ad albedinem,et citrinitatem,et apparet inflatio in palpebris et extremitatibus manuum et pedum: et quandoq; ſpargitur in totum corpus, ita, ut fiat, ſicut maſſa in qua impreſſiones dimittunt ueſtigia,& concauitates. Et quandoque appetitus multiplicatur propter phlegmatis acris multiplicationem ex debilitate digeſtionis. Et quandoque debilitatur appetitus, & creſcit ſitis cum digeſtio corrumpitur in proceſſu,et ſeroſæ, et nitroſæ ſuperfluitates ueniunt ad ſtomachum, et accidunt tunc uigiliæ, et in cõmiſſuris, et in gingiuis caliditas, & pruritus propter uaporem corruptum aſcendentem,& minoratur urina, & ſudor, & multiplicatur uentoſitas ex qua accidit inflatio in mirach, & deſcendit, & inflatur burſa teſticulorum, & cum accidit in eorum corporibus ulcus, fit difficilis conſolidationis propter complexionis corruptionem, & humiditatis abundantiam.

CVRA cachexiæ, eſt duæ res. Vna eſt hepatis confortatio,et digeſtiuæ eius proprie,necnon, & aliorum,ſcilicet ſtomachi, et membrorum, ut materiæ non generentur. Alia eſt exiccatio generatæ humiditatis multiplicatæ in ſanguine. Primam rem complent, quæ in præcedenti cap̃. habuiſti, et in cura debilitatis ſtomachi, et digeſtiuæ eius, illa ergo per te uideas. Secundam rem complebis cum his,quæ in cura malæ complexionis ſtomachi humidę meri, & hepatis diximus, et ſpecialiter, et proprie cum euacuationibus humiditatum per omnem regionem conuenientem ei, puta per ſeceſſum, et hoc cum clyſteribus, & abſterſiuis, cum aperitiuis,ſubtiliantibus,& incidentibus, & confortantibus, & ſoluentibus, in princpio cum facilitate. Deinde cum fortioribus, quæ ſunt ex prædictis nota cum pharmacis, & proprie ex hiera Gale. factis ſi caliditas fuerit miſta,uel cum hieris magnis, ſcilicet colocynthidis propter phlegma,& hieralogodion,ruffina, & aliis. Mundificant enim hæc ſanguinem, & membra prædicta à ſuperfluitatibus abſque humiditatibus inanitis. Phlebotomia autem in hoc locum non habet, niſi raro,ſcilicet cũ debilitas fuerit ex repletione ſanguinis,uel retentione,& proprie menſtrualis in mulieribus, et hæmorrhoidalis in uiris,et tunc in principio locum habet antequam debilitas creſcat, et in pauca quantitate, et diſpartita, donec compleatur indigentia, et uirtus melius toleret, et cum uomitu prouocato cum his quæ materiam reſpiciunt propriam, quæ ſuperius in cura ſtomachi dicta ſunt. Et cum prouocantibus urinam hic ſupra in cura oppilationis,et apoſtematis hepatis dictis, & ſudorem prouocantibus, ut ſunt unctiones,potiones,& balnea naturalia thermarum & artificialia ſicca non humida,frictiones,& exercitia ſupra in cura ſtomachi dicta,cum regimine exiccatiuo in omnibus non naturalibus rebus ſuperius declarato, quæ omnia infra in cura hydropiſis, ſerioſe ſignificata ſubiungemus duce Chriſto.

De hydropiſi. Cap. 13.

Varię hydropiſis notificationes.

HYdropiſis uario modo notificatur. à Ioãnitio enim quòd ſit mala complexio humida, materialis: ab Aboa.apoſtema aquoſum,uel ægritudo malæ compoſitionis in quãtitate ſuperfluitatis magnitudinis membrorum: a Galen.quod eſt diſpoſitio, uel mala qualitas,ſeu habitudo corporis ſequens peccatum digeſtionis, et unionis actus nutritiuæ uirtutis. Nec mirum cum ſecundum eum nihil mi randum. eadem ſigna tres habere rationes in differentibus habitudinibus,et ſana,et ægra, et neutra dici. Similiter eãdem ægritudinem diuerſis conſiderationibus in diuerſis generibus ægritudinum, et diuerſis præter naturam rebus reponi nõ eſt mirabile.

Hydropiſis ſpes. 3.

Cuiuſcunq; autem generis ſit, tres ſunt eius ſpecies,ſcilicet aſclites,hypoſarca, et tympanites:hypoſarca uero,anaſarca, et leucoflantia ſynonyma ſunt ſpeciei ſecundæ.

Cauſæ cõmunes.

Eius autem cauſa duplex eſt,communis, et propria unicuiq; ſpeciei. Communis eſt quincuplex,naturalis,localis,efficiens,formalis, et finalis. Materialis eſt materia frigida de genere phlegmatis,aquoſa,uel uentoſa. Localis eſt uacuũ uentris inter zirbum,et ſiphach,in quo materia prædicta colligitur, aut ſpongioſitas membrorum corporis uniuerſi. Efficiens,eſt triplex coniuncta antecedens,et primitiua. Coniuncta eſt duplex,uere, et quaſi:uere coniuncta eſt materia ipſa frigida membra alterans,et in tumorem eleuans,quaſi coniuncta eſt debilitas hepatis,et digeſtionis eius continue iſtam materiam regenerans,dicente Gal. omnis hydropiſis cauſa propter infortunium ſanguificationis eſt fiens. Antecedens eſt mala diſpoſitio hepatis, et aliorum membrorum digeſtionis de genere malæ cõplexionis puræ, uel humoralis ex ſe,uel uicinitate,ſolutio continui,et apoſtema habens efficere nocumentum in digeſtione. Primitiua eſt omnis cauſa exterior nocumentum in digeſtione imprimens,et debilitatem maiorem quam in cachexia prædicta quæ ſuperius dicta ſunt hic, et ſupra de cura debilitatis ſtomachi,et digeſtionis eius.Cauſa autem formalis,eſt ſua eſſentia habita per notificationem ipſius.Cauſa finalis eſt,ut deſtruat totaliter digeſtiuam hepatis,et ad interitum perducat,et plurimum ita eſt cum fuerit antiquata, et confirmata,et proprie aſclites,deinde tympanites,deinde hypoſarca,ut infra.Cauſa autem propria unicuiq; ſpecierũ eius ex uarietate cauſarum prædictarum poteſt aſſumi. Cum enim hepar, et digeſtiua eius fuerit debilitata principaliter, non tamen multum, quia generat ſanguinem, ſed phlegmaticum,qui tranſiens ad membra digeſtionis tertię infrigidata non perfecte coquitur, nec in ſanguinem conuertitur purum,ſed in phlegmaticum potius. quare eis nõ unitur, ſed ſup̃fluens eorum ſpongioſitates replet, et cum non poſsit reſolui, et multiplicatur, et ea eleuat in tumorẽ,et tũc efficit hypoſarcam,quæ cum à debilitate digeſtionis minori procedat,et cauſam coniunctam,et diffuſam habeat in omnibus membris minoris periculi erit. Et licet aquoſitas, et uentoſitas ſint diffuſibiles magis quam phlegma p̃ omnia membra, tamen quia ſunt facile reſolubiles, ita diffuſæ, ut non permanent, hypoſarcam generare non ualebunt,ſicut phlegmaticitas ipſa.Cum uero hepar,et digeſtiua ipſius fuerit debilitata principaliter,et in ſe, et fuerit augmẽtata ualde,et p̃fecte, adeo ꝙ nõ generet ſanguinem phlegmaticum,ut prius, ſed omnino eius contrarium quod eſt aquoſitas quædam ſuperabundans multum in ſanguine pauco,nec poſsit ſequeſtrari ab eo,et expelli, et ad conſuetas regiones,aut propter debilitatem expulſiuæ hepatis, et attractiuæ renum, aut propter multitudinem, et abundantiam eius,aut propter uiarum obſtructionem,nec membra illam trahant cum abhorreant, remanens in hepate cum natura ſibi illam nequeat ſuſtinere per reſudationem quandam per poros uelaminis eius tranſit in uacuum uentris, et ibi colligitur, et tunc efficitur uera, et propria hydropiſis,quæ aſclites dicit̃,quæ eſt aquoſitatis collectio. Et quia materia eius, quæ eſt cauſa coniuncta ſimul collecta eſt,et à cauſa maiori,et quaſi perfecta debilitate procedens, ideo magis periculoſa dignoſcitur, et quoque quia ſpiritalibus eſt magis coniuncta.Cum uero debilitas digeſtionis incipit in ſtomacho,et propter aliquam ſuarum cauſarum,fueritq; caliditas ſtomachi, et inteſtinorum debilis in ſe, uel licet in ſe fortis,debilis tamen reſpectu cibi,quia fuerit groſſus,uiſcoſus, uel naturaliter uentoſus, multiplicabitur uentoſitas in eis cum aliquali humiditate propter diminutam decoctionem cibi, quæ tranſiens ad hepar non corrigitur in eo propter debilitatem ipſius ex compaſsione grandi ad ſtomachum, ſicut ſupra de debilitate ſtomachi auctoritate Gal.eſt dictum. Et cum hoc non poſsit expelli aliqua prohibente cauſa, nec natura ualeat tolerare ibidem, ſubtilitate ſua penetrabit per poros uelaminis in uacuum uentris,et ibi faciet inflationem,quæ improprie, et abuſiue dicta eſt hydropiſis ad ſimilitudinem tumentis uentris in hydropicis: proprie tamen à modernis dicitur tympanites à proprietate tympani, quod percuſſum reſonat propter repercuſsionem aeris per pellis extenſionem: ab antiquis uero ſicca dicitur hydropiſis cum uentri non inſit aquoſitas aliqua de qua ſit curandum, immo uentoſitas ſicca, quæ à caliditate proceſsit, et hydropiſis uera à frigiditate procedat,unde Hippoc.ipſam hydropem nominauit ſiccam, quæ cum à debilitate minori digeſtionis procedat,et à caliditate minus deficiente quàm aſclites,maiori quàm hypoſarca,et cauſa eius coniuncta ſit magis reſolubilis tenebit medium in inferendo periculum, et mortem inter prædictas ſpecies eius.

Signa. hydropiſis quoq; ſigna habet communia,et propria.Communia uero ſunt duplicia,quædam ſunt communia ſpeciebus inquantum huiuſmodi,et quædam ſunt communia eis inquantum ex communibus cauſis procedunt. Prima ſunt ex parte qualitatis mutatæ,quia coloris alteratio ad citrinum,pallidũ,uiride,ſeu nigrum, et inflatio palpebrarum, et oculorum propter cauſam ſuperius dictam, inflatio extremorum, et proprie pedum propter elongationem à fonte caloris propter motum,et ſitum eorum infimum,et propter materię grauitatem,et feb.tepida plurimum. Et ſunt alia ex actione læſa,ut ſitis clamoſa,à qua non euacuantur,cuius cauſa eſt triplex.

Cauſa ſitis hydropico triplex

Prima eſt propria paſsio ſtomachi,et nutritiuorũ ex qualitate nitroſa,et acuta aquoſitatis collectæ in eis, quæ inflat,et exiccat ea. Secunda eſt compaſsio eorum ad ſpiritalia, et eſt conſtrictio anhelitus,et inflammatio ſpiritalium ex uaporibus aſcendentibus,ut in aſclite,et tympanite, ſicut dixit Galen.uel propter materiam crudam in ſpiritalibus aggregatam, ſicut in hypoſarca. Et tertia eſt, quia potus aquæ non penetrat ad membra exiccata, ut ponit Aboa. propter oppilationem,quæ præcedit,uel concomitatur plurimum,uel ſequitur neceſſario.Et paucitas appetitus cibi, niſi accidat à frigiditate hepatis, ut cum prouenit ex potu aquæ frigidæ ſup̃fluo in hora nõ ſua.Et alia ſunt ex exeuntibus à corpore.

Notandũ.

Nam in omnibus ſpeciebus,et proprie in aſclite minoratur urina, et in pluribus diſpoſitionibus rubet propter impotentiam ſequeſtrationis ipſius à ſanguine et cholera ru.non ergo oportet,ut iudicetur per tincturam urinæ, & rubedinem eius, caliditas hydropiſis frigidæ, nec cholericæ frigidæ, nec oppilationis ex frigidis humoribus, ſicut nec per eius albedinem frigiditas fe.acutæ,et phreneſis,ut ait Abo.Et multoties accidit eis bothor, quæ eruptæ emittunt aquam citrinam, et multiplicatio egeſtionis ſanguinolentæ,et proprie in hypoſarca,et tympanite. Et breuiter ſigna communia ſpeciebus hydropiſis ſunt cõmunia ſignis cachexiæ,et eadem ſpecie ſecundum plurimum:differentes ta-

rentes tamen in quanto, ſicut et cauſæ: ſi enim ſint paruæ, demonſtrant cachexiam præſentem, et pronoſticantur futuram hydropiſim: ſi uero augeantur, demonſtrant hydropiſim preſentem tantum. Communia uero ſi inquantum ex cauſis omnibus procedunt ſunt. Nam ſi fuerint ex propria hepatis paſsione debilitante ipſum, et digeſtiuam eius, ſigna ſunt in eo incipientia, et perdurantia. Et ſi quidem ſit mala complexio calida, et ægritudo acuta debilitàs ipſam, ſigna ſunt inflammatio, et ſe. plurimum tepida, quia ephimera propter dictam cauſam, ſitis, amaritudo oris, citrinitas coloris, caſus appetitus, uomitus cholericus, uiridis, et citrinus, urina citrina, non neceſſario propter cauſam dictam. Et ſi ſit caliditas liquefaciens, ſigna erunt liquefactiones in urina, et egeſtiones, et antecedo urinæ, et egeſtionis lauatiuæ, et uirulentæ. Si uero mala complexio fuerit frigida, ſigna erunt contraria. Et ſi quidem cauſa debilitatis fuerit mala compoſitio, puta oppilatio ſigna præcedent oppilationis prædicta. Si uero ſolutio continui, ſigna ſolutionis præibunt. Si etiam apoſtema, ſigna apoſtematis eius iam dicta, et tuſsis. Si uero debilitas cauſa ſit ex compaſsione ad aliud membrum, ſigna paſsionis membri illius præcedent, et debilitas erit uariationem recipiens ſecundum intentionem, et remiſsionem illius paſsionis. Et ſi quidem fuerit ex compaſsione ad animalia, et ſpiritalia, ſigna ægritudinum illorum præcedent.

Si uero ad nutritiua, et alia, præcedẽt ſigna ægritudinum inteſtinorum, quia colica, et ileon. et ſi ex compaſsione ad renes præcedent ſigna ægritudinum renum diuerſarum. Et ſi ex compaſsione ad ſplenem, præcedent ſigna ægritudinis ſplenis, ſcilicet debilitatis, & oppilationis plurimum, & color decliuis ad uiriditatem.

Signa propria ſunt etiam duplicia, quædam ſunt propria unicuiq; ſpeciei, et quædam unicuiq; ſpeciali cauſæ. Prima ſunt. nam in aſclite ſunt grauitas ſenſibilis cum tumore magno in uentre, et cum percutitur non ſonat, ſed cum commouetur auditur ſonitus aquæ commotæ, et tactus eius eſt tractus utris pleni aqua non inflati, et membra, et extrema in eo non ſunt grauia, et tumida, ſicut in hypoſarca, immo ſi inflantur in principio eius in fine areſcunt, & inflatur uirga, et teſtes, et eſt paucitas urinæ, et pulſus eſt paruus, frequens, tendens ad mollitiem propter humiditatem. Et quando aſclites eſt eueniens ſubito poſt lapidem renum exeuntem abſq; cauſis in hepate manifeſtis, et aliis membris: et tunc ſcias quod una duarum uiarum, ſeu poro rum uiridium eſt diſrupta. In hypoſarca autem apparet inflatio in corpore toto, et in extremis membris, et facie & proprie oculis et preſsio cum digitis relinquit foueam in eis. Neq; eſt de inflatione in uẽtre eius et ſimine illud q eſt in aſclite et tympanite. Et ſecundum plurimum ſequitur eam fluxus ſanguinolentus, et lenitas naturæ tendens ad albedinem, et pulſus eſt magis mollis quam in aliis propter diffuſam humiditatem in membris, et brachiis. Sed in tympanite egreditur ſumen et umbilicus multum, et téſio ſine grauitate et cum percutitur ſonat ut tympanum, non gargulat, et membra extrema non ſunt inflata: immo tendunt ad arefactionem, ut eſt appetens eructationem, quæ iuuatur ex exitu uentoſitatis, et pulſus eſt longior, & durior quam in aliis: immo eſt ſicut ſpaſmoſus. Signa propria uniuſcuiuſque cauſæ, ex prædictis ſunt manifeſta, quæ per te diſcernas. Hydropiſis quoque ſignificationes, et indicia habet propria et communia. Communia et ex parte antecedentium et ex parte concomitantium, uel comitantium et ex parte conſequentium. Antecedentium ſcilicet cauſarum. Nam, quæ accidit à cauſa propria hepati, quæ plurimum eſt mala complexio deterior eſt ea, quæ accidit ex communitate et compaſsione et quæ ex compaſsione eſt, plurimum eſt ex lumbis iliis renibus, et quæ accidit in ægritudine acuta deterior eſt, unde Hipp. omnis hydrops in acuta ægritudine malum, infeſtatur enim fe. grauedine et dolore: conſurgit autem ex lumbis et iliis, et etiam ab hepate. Ex parte comitantium ſcilicet circunſtantiarum, nam, quę cum ſimilibus accidit leuior eſt in uia generationis, periculoſior uero uia curationis. At, quæ ex cauſa calida prouenit periculoſior eſt uia utraq; .ſ. generationis, eo

In tertio prognoſti corum.

A quod frigidus morbus exiſtens à contraria cauſa procedit, et in membro calido .ſ. hepate fit. Et uia curationis cum materia hydropiſis, ſeu cauſa coniuncta exigat calida, et cura cauſæ quaſi coniunctæ .ſ. caliditas contraria requirat et frigida, et contraria eſt et compoſita cura. Ex parte uero conſequentium. Nam ſi ſuperueniat fluxus, uel urina educens materiam hydropiſis de loco ſuo: bonum erit per uiã ſigni et cauſæ. Si uero non, ſed ex compaſsione aliorum membrorum fuerit, eſt. Item ſi tuſsis ſuperueniat, malum ſignum unde Hip. hydropicus ſi tuſsim habeat, deſperatus eſt. Gal. enim oſtendit compaſsionem ſpiritualium ad mẽbra nutritiua ex materiæ exuberantia, et translatione ad ſpiritualia. Prima autem indicia ſunt duplicia. .ſ. comparationis, et abſoluta. Comparationis ſunt: nam aſclites periculoſior eſt, deinde hypoſarca propter dictam ſuperius cauſam. Abſoluta uero ſunt: nam ſi aqua conuerſa in uaporem per uritides translata fuerit in ueſicam, ut multiplicetur urina, uel per inteſtina in concauum eorum et extra ducatur ſolutio ſequitur ipſius aſclitis. Vnde Hippo. quibuſcunq; inter renes et uentrem phlegma concluditur, et dolorem præſtans non habens exitum in uentre, his ſecundũ uenas in ueſicam converſo phlegmate .i. aqua ſolutio fit morbi. Et dicitur, quod quandoq; accidit habenti ulcera inteſtinorum, ut uenter eius infletur ſicut aſclites propter effuſionem egeſtionis ad uentrem eius, et non moritur niſi in longinquo. Sed experientia dictat non eſſe uerum cum illud mors antecedat, et proprie cum ulcus et eruptio fuerint in ſuperioribus. Et multoties hepar impletur aqua, et fiunt in panniculo eius ueſicæ, et cum rumpuntur curritaqua ad panniculum intrinſecum ſiphac, et uenter impletur aqua, et moritur, ſicut dixit Hippo. in apho. Et proprieſi non fuerit educta. Et cauſa eſt quam Gale. dicit quod eſt, quia hæc aqua deterior eſt in ſua ſubſtantia aqua aſclitis, quare corrumpitur in ſpatio, et inficit uapore ſuo. Et, qñ hepatis tunica ipſum continens eſt corrupta. In hypoſarca ſi quidem diarrhœa ſuperuenerit fortis, ſoluit ægritudinem. ut dixit Hippo. In tympanite ſiquidem percutiatur uenter manu, et reſonat ſicut tympanum eſt ſignum malum. Eruptio uentoſitatis per os, et anum ſi ſit continua, et multa, bonum.

C

Regimen ſiue cura hydropiſis duplex eſt commune .ſ. et proprium. Commune autem communicat in re ei, quod conuenit cachexiæ, ſicut enim communicant in cauſa efficiente ſecundum rem, ſolum autem differebant in quanto: ita et in cura, quæ plurimum uertitur ad partem cauſæ, differunt tamen in quanto. Erit ergo regimen eius tres res. prima erit confortare digeſtionem et membra eius debilitata, ut materiam non regeneret. ſecunda eſt materiam generatam euacuare, et tertia eſt corrigere accidentia. Primam complent res duæ .ſ. adminiſtratio rerum abſcindentium cauſas debilitatis, et res quæ confortare debent proprie membra digeſtionis, et totum corpus. Ex quibus ſunt cibi et medicinæ ſimplices, et compoſitæ ad ſiccitatem decliues proprie. dicit enim Gal. Mala complexio humida præcedit, et ſequitur hydropiſis, ſicca autem præcedit, et ſequitur conſumptio et macies, quorum omnium tibi ſuperius notitiam fecimus. Secundam rem complent duæ res. prima eſt, quæ materiam illam habet educere per omnem euacuationis modum qui eſt quadruplex ſm Iſaac. primus eſt per reſolutiua uentris clyſterizata, et ſuperpoſita & ſumpta et prouocantia uomitum. ſecundus eſt per diuretica. tertius eſt per ſudorem prouocantia reſoluentia, et euaporantia exiccantia. quartus eſt per cauteria et inciſiones et phlebotomiam. Solutiua uentris, puocantia uomitus ſunt, quæ educere habent phlegma et aquoſitatem, uentoſitatem qnoq; extenuare, et reſoluere, quæ in noſtro antidotario ſunt deſcripta, et ſimplicia, et compoſita, ut ſupra in ſumma ſecũda huius. diuretica et ſupra hæc capitulo de cura ſecundum uniuerſalem modũ et de cura oppilationis ét dicta ſunt. Sudorem prouocantia ſunt frictiones et unctiones cum aquis et oleis decoctionis rerum ſiue medicinarum proprietatem in hoc habentium quas ſupra præcedenti ſumma cap. de cura apoſtematis ſtomachi diximus. Et balnea ſicca aerea non aquoſa, niſi aquarum ſalſarum ſulphurearum

De cauteriis modo, & tempore.

D

ſulphurearum aluminorum et ſimilium, ut ſunt thermarum et artificialiter conſtructa. Reſoluentia euaporantia ſunt frictiones multæ et aſperæ, et cum exiccantibus, ut eſt baurach, ſal nitrum, ſpuma maris, ſulphur, ſpongia, et ſimilia. Et cum rubificantibus, ut tapſia, vitica, ſtafide agria et ſimilibus. Emplaſtra, unctiones, euaporationes ex rebus prædictis, et reſoluere habentibus, ut ſunt chamæmelum, melilotum, fœniculus, anethum, calamenthum laurus, & alia ſimplicia ſuperius dicta, & compoſita in antidotario dicta, et ex eis eſt ſtercus uaccarũ, et caprarum montanarum, et limaciæ combuſtæ cum corticibus ſuis linitæ & ſuperaſperſæ. Sepeliri in arena & reuolui in ea et ſub ſole ſtare et iuxta ignem, ſeu clibanũ intrare calidum ſufficienter, & exercitia temperata prout poterit ſuſtinere, & exiccantia, ut famis tolerantia & ieiunia, abſtinentia à cibo brodiali, et humido et potu proprie, cauteria autem et inciſiones ſunt de ultimis, et inciſiones ſunt proprie aſcliti, cauterizationes et hypoſarcæ. In quibus omnibus ſic ſecundum ſpeciem diſtinctis attendenda ſunt hæc ſcilicet locus quantitas tempus ordo et modus, ut Ioannitius dixit.

A

B

In ſolutiuis enim eſt, ut incipias adminiſtrare ea poſt digeſtiuorum præmiſsionem, quæ eductiua ſunt phlegmatis, et aquoſitatis, et uentoſitatis, quæ ſupra in cura malæ complexionis hepatis, et ſtomachi cap. dicta ſunt incipiendo à leuioribus in quanto, et uirtute, et ſimilibus, & ſi expediat procedere gradatim ad fortiora, et compoſita, prout natura tolerare uoluerit, et primo cum collyriis, et clyſteribus, deinde dare per os. Et ſit eis admixtum ſtypticum aromaticum, ut eſt xyloalo. crudum quod confert robur ſtomachi et membrorum, quæ ſunt minera uirturum et à malitia talium pharmacorum defendat. propterquod debent rectificata adminiſtrari, prout in proprio loco dixi mus, ſitque hora quietis et non ſe. et damus per interualla, et in medio tempore aliquod digeſtiuum et aperitiuum detur. In prouocatiuis autem uomitus oportet, ut fiat cum propris educentibus phlegma, et aquoſitatem eius cum aqua raphani primo, deinde cum elleboro et aliis, quæ ſupra diximus in libro et ãtidotario noſtro, et ſit leuiter pro uocatus ante cibum proprie, uel poſt, prout melius uidebitur expedire. In diureticis uero oportet, quòd incipiatur à debilibus et ſimplicibus, et deinde procedatur ad fortiora et compoſita, et ſint uehementer in trituratione ſubtiliata, ut facile perueniant ad gibbum eius, et membra urinæ, poſt quæ oportet, ut adminiſtres aliquod de iuribus pinguibus, et proprie gallinæ, ne a fortitudine uirtutis diureticorum, et proprie cantharidum ulcerentur membra: quod etiam dabis in die ſolutionis, ut incitatio multiplicata mitigetur: et omnia iura prohibentur niſi cicerum galli antiqui, et gallinæ in hoc caſu. In prouocantibus ſudorem oportet, ut poſt euacuationem cum ſolutiuis prædictis ſint approximata, et forti uirtute exiſtente, ut ait Hip. & proprie in balneo: ſimiliter autem & in reſoluentibus & euaporantibus. Inquit enim Galen. euaporantia pharmaca multitudine exiſtente in toto corpore, particulis quibuſdam allata replent magis, quam euacuent, et uniuerſo corpori diſſoluẽdo magis, quam reſoluendo nocumentum præſtant, et ex eis exercitium eſt, quod magis conuenit hypoſarcæ: ſepeliri quoq; in arena, et ſub ſole ſtare, uel circa ignem, et clibanum introire. Sed oportet, ut ſit illud in loco in quo non ſit uentus, nec caput ſit diſcooperatum ſoli. In rubificantibus quoque oportet, ut in extremis applicentur, et coxis, et anchis, ſed parum eſt iuuamenti in eis. In emplaſtris autem, unctionibus, et conſimilibus oportet, quod attendatur proprietas et locus ubi apponantur. In hypoſarca enim in mebris uniuerſi corporis. In tympania et aſclite in uentre, et in omnibus in hepate, quæ alterent, et confortent. In cauteriis autem ſciendum, quæ communia ſint hypoſarcæ, et aſcliti, ſed oportet, ut fiant poſt ſolutionem per tres dies, uel quatuor, et poſt abſtinentiam. Et ſint ſex cauteria, tria in latitudine et tria in longitudine incipiendo à caſſo uſq; ad fæmur. Inciſio. Sciendum eſt, quod propria eſt aſcliti, ſed parum, pficit niſi in corpore ualde forti quod potẽs eſt tolerare exercitiũ

D

A temperatum, famem, et ſiciũ. Et fac ultimo cum alia non contulerint, et cum ſit non oportet, ut multum de aqua ſubito educatur, ne cadat uirtus, ſed paulatim. Inquit enim Hippoc. Quicunq; empyici, aut hydropici uruntur, aut in ciduntur, ſanie, aut aqua multa, et ſubito educta repente moriuntur. Modus autem inciſionis ad extrahẽdum aquã, ut Aſirnius ait, eſt ut erigat ſe æger æqualiter ſi poteſt, uel ſedeat æquali ſitu, et comprimant ſeruitẽtes latera eius, ut expellant aquam ad inferiora ſuminis, deinde adminiſtretur inciſio ita ut menſuret inferiora ſuminis quãtitatis triũ digitorum coniunctorum, deinde incide ſi fuerit initium hydropiſis ab inteſtinis. Et ſi fuerit a parte hepatis faciei ſionem à latere ſiniſtro ſuminis. Et ſi fuerit à ſplene, incide à latere dextro ſuminis et ſubleua ipſum, ut ſcindatur ſiphac, deinde excorietur mirach uſq; ad ſiphac paruuper ad iferiora lateris ſciſionis mirach inferius ſub foramine ſiphac, quatenus cum extrahitur canna cooperiatur illud, et retineatur aqua propter diuerſitatem duorum foraminum, deinde intromitte in ipſam cannulam æream. Cumq; acceperis, fac ipſum iacere reſupinum. Et oporter, ut conſideres pulſum, et cum inceperit debilitari paruuper retine ipſam aquam. Cumq; aquam extraxeris et in fine extractionis remanſerit aliquid, tunc iam ſufficiet, ut laborent in ea medicinæ ſolutiuæ. Et quandoq; fiunt poſt inciſionẽ cauteria, quæ diximus. Et quandoq; fiunt in ſtomacho hepate, et ſplene, et in inferioribus ſuminis cauteria minuta. Et quandoq; ſubtiliantur quidam, et faciunt currere aquo ſitatem ad ſiphac, et ueſicam quam faciunt cauteria, & incidunt illam, et faciunt currere aquam illam paulatim. Et eſt conueniens regimen ad illud & adiuuat ad illud ſternutatio, et quod facit currere aquoſitatem ad inferiora. Et oportet, ut caueatur, ne ueniat res cum ruptura. Et quandoq; pungimus inflaturam teſticulorum cum acubus multis, ut aqua reſudationes habeat plurimas, et cum ſolutio ſuccedit dolor et punctura, oportet ut adminiſtretur effuſio olei anethini, uel chamæmelini, et oleorum uicinorum. Et emplaſtra facta ex fœnugræco, ſemine lini, & althææ. Et effuſio aquæ calidæ, et olei ſufficit quãdoq;. In phlebotomia uero quæ inciſionis eſt ſpecies, ſciendum quod ipſa non conuenit, niſi cum fuerit ex cauſa calida, et ex retentione ſanguinis conſueti euacuari, et cum ſignis repletionis, et proprie tunc conuenit in principio, dum uirtus eſt fortis, et phlegma et aquoſitas non uincunt in ſanguine multum, et proinde oportet gradatim, et cum trepiditate procedere in eo. In fine uero cum ſit econtra, negetur, ne ſub trahat nutrimentum, et faciat excreſcere aquoſitatem uentoſitatem, uel phlegma. Et eius competentia in hypoſarca eſt magis, in aſclite minus, in tympanite mediocriter, ſolutionis uero competentia magis in hypoſarca et aſclite, minus in tympanite. Ait enim Gale. cum humor parum eſt à natura ſanguinis diſtans phleboroma audacter, cum uero plus uerenter, cum uero plurimum nequaquam. Manifeſtum autem, quod phlegma eſt à natura ſanguinis parũ diſtans, aqua uero plurimum, uentoſitas mediocriter cum ex phlegmate generetur. Res corrigens accidentia eſt, quæ inſtat et mitigat ea diuerſimode ſecundum eorum diuerſitatem et pluralitatem. Et eſt per antecedentia & ſequentia nota. Proprium autem regimen eſt, quod cuilibet ſpeciei ipſius debetur cauſa ſi uniuſcuiuſque gerat auxilia propria, quibus prædictæ res communis regiminis in quolibet obſeruandi habent compleri.

C

Si ergo ſit eius ſpẽs hypoſarca, et cauſa eius efficiens ſit calida cum ſignis prædictis repletionis, præmittatur phlebotomia ſecundũ ꝓdictum modum, quod liberabit à præfocatione multitudinis, deinde ſequatur euacuatio minoratiua phlegmatis ex collyriis, et clyſteribus, et uomitibus, digeſtiua ipſius ex ſyrupis de endiuia, et abſinthio roſ. & aliis aperitiuis calidis mixtis cum frigidis ſupra in cura ſecundũ modũ uꝝ dictis, et trochiſcis ſicut ſunt trochiſ. de roſis ſiccis, de alchechẽgi, de lacca, et de ſpodio, et ſimiles. Et alteretur hepar cum tẽperatis, uel frigidis parum excedentibus, ut ſandalis propter caliditatem eius. Deinde ſequatur purgatio cum rhabarbaro et pilulis eius, aloe rectificata, ſucco roſ. et aqua myrob. citrinorum, & chebu. & agarico.

De phlebotomia

In hypoſarca in cã calida.

Syrupi.

Trochiſci

Solutiua.

In tertio prognoſticorum.

agarico. Deinde resoluatur, et euaporetur residuum modis prædictis proprie cũ balneo, et unctionibus membrorum digestionis tertiæ ex rebus habẽtibus confortare illa & digestionem eorum, ut sunt chamæmelum melilotum, lupini, et folia citri, et alia calida temperate. Si uero causa eius sit frigida, postponatur phlebotomia, et minoretur materia cum uomitibus clysteribus, & collyriis proprie, quæ infra in colica, Spiritus sancti auxilio, dicturi sumus. A causa frigida.

Digeratur quoque phlegma cum syrupis .s. de eupatorio, de hyssopo, de calamentho, et trochiscis de rhabarbaro, de eupatorio cum aqua iuniperi, quod est proprium, & aqua radicum, & electariis, ut est dialacca, diacucurma proprie, & confortetur hepar cum temperate calidis superius dictis, ut est oleum nardinum, de cinnamomo, xyloaloe, & compositis. Deinde purgetur cum agarico, elleboro albo, quibus inest uirtus attractiua humorum ab extremitatibus corporis, & serapino, & proprie cum pilulis eius, et pilul. de raued, cum gummis quas in antidotario nostro descripsimus, deinde residuum resoluatur, & euaporetur modis prædictis, si expediat, gradatim de spẽ leuiori ad fortiorem transeundo, et proprie cum balneis, et unctionibus membrorum tertiæ digestionis ex rebus habentibus confortare illa, et digestionem eorum cum caliditate manifesta, ut sunt stœcas, amomum, sandaracha, cordumeni, laurus, & similia. Et diætentur subtiliter in utraque causa & cum siccis ad caliditatem declinantibus, uel frigiditatem, prout exigit dispositio causæ. Si uero sit spẽs asclitis, ei conueniens regimen est regimen exiccatiuum et eductiuum aquæ citrinæ, quæ est causa coniuncta et materialis ipsius secundum omnem modum dictum in cõmuni regimine, et sunt ea, quæ in nostro antidotario enumerauimus, quæ sunt de genere lacticiniorum et aperientium urinatiuorum. Et si quidem à causa frigida hepatis caliditatem naturalem extinguente fuerit facta, digeres primo cum syrupo de eupatorio, de iride, calamentho, syrupo acetoso squillitico, et cum aqua squinanthi, amomi, spicæ et aliorum subtiliantium, et minorabis cum clysteribus, et collyriis proprie, deinde dabis digestione apparente aliquod ex prædictis pharmacis simplicibus, quod fuerit leuius, et salubrius, ut est iris, semen urticæ excorticatum, et cõfectum cum melle, et aqua foliorum raphani, & ammoniacum, uel serapinum, ascebram, & euforbium cum uitello ouorum, & uinum infusionis pulpæ colocyntidos, uel æris usti, et tubel æris in quantitate drachm.i. deinde succum ebuli, uel medianæ corticis sambuci, et puluueris carnis ericii exiccatæ in hyposarca. Syrupi.

Et caricas cum lacte tithymali drach.i. cum guttis drach.i. cocondii, stercus columbinum in syrupo, deinde succum cucumeris asinini, uel radicem eius cum syrupo acetoso, deinde syrupum de foliis mezereon, deinde folia mezereon rectificata contrita, et confecta cum melle, uel puluerizata in syrupo, et est de ultimis, uel compositis ex eis quæ infra duce Christo dicentur, sint autem successiue administrata. Inquit enim Gale. uarie oportet, uti pharmaciis. Et sint cum interpolatione exhibita ut quieti & cibo resumatur natura in medio tempore. Inquit enim Hippocra. cum pharmacaueris, sorbitionibus utere. Et resumpta digestione intendat, propter quod utile erit in medio tempore aliquod digestiuum aperitiuum et subtiliatiuum dare, ut est diacurcuma proprie, et theriaca, et trochiscus amygdalarum amararum, de eupatorio, de ascebram, & alia similia in antidotario notata.

Diæta.

Deinceps uero dabis diuretica & urinam prouocantia calida prædicta in capitulo uniuersalis curæ, incipiendo à leuioribus, et ex appropriatis est lac camelarum fœtarũ, serum eius, et urina ipsarum, et proprie arabicarum purum, bibitum, uel mixtum cum his, quæ prouocant ut fœa, spica, amomum, abrotanum, et similia. Nec attendenda sunt sophistarum uerba scilicet, quòd natura lactis similis est hydropisi. Nam est ei contraria propter illud quod in ipso est de abstersione & proprietate sua qua educere habet aquam citrinam propter similitudinem, sicut endiuia in ægritudinibus calidis hepatis. Et experientia confirmat hoc, quia plurimi ex ea sani facti sunt, sed melius, ut tria

Diuretica conueniẽtia.

Contra sophistas.

buatur per hebdomadam, aut trochisci de aloe cum .3.s spodii, et cum non sustineat fortes in syrupo, nisi in exiccatis, et consumptis corporibus quibus detur hic proprie lac. Sed attendendum in quantitate eius, et natura corporis. In quantitate, ut sit eius quantitas quam bene digerere possit, non acescat nec caseetur. In natura corporis, ut si sit mollis natura, et tunc oportet, ut rectificetur, & modus eius est notus ex præcedentibus in summa secũda. Deinde frigidos fortes purga cum mezereon, et similibus. deinde procedas ad resolutionem cum balneis thermarum siccis, nitrosis, et salsis, uel artificialiter constructis cum fumis ex aquis subtiliantibus resoluentibus prædictis supra in hyposarca. Et sit appropriata & circunscripta regioni uentris sicut in hyposarca in corpore uniuerso, & proinde per modum embrocæ, & infusionis prædicta approximentur. Vnctiones quoque & emplastra super regionem uentris ex resoluentibus, & euaporantibus sunt utilia.

Et supra hepar approximabis styptica aromatica uirtutem & robur eius seruantia, deinde ad cauteria, et ultimo ad incisiones si expedit, est ueniendum. Si uero fuerit ex causa calida facta asclitis calorem naturalem hepatis resolũendo debilitatem cum qua est plurimum feb. & inflatio, regimen prædictum exiccatiuum, et euacuatiuum causæ ipsius est cum contrariis quodammodo complendum, puta cum frigidis cõpetenter. Nec attendant uerba sophistæ, dicentis, quòd hydropisis non curatur, nisi eo modo quo omnis ægritudo curatur, et illud est cum contrariis, sicq; cum hydropisis sit ægritudo frigida, curatur cum calidis. Cum enim sua cura proprie uertatur ad partem causæ, ut superius dictum est, siquidem causa efficiens sit calida, nisi illa alteretur, prius semper causa coniuncta, et materialis regenerabitur, et multiplicabitur, qua multiplicata hydropisis augebitur. unde Gale. Qui curat morbum, auget causam, qui auget causam, auget morbum. ergo qui curat morbum, auget morbum. Oportet ergo, ut principalis causa & efficiens antecedens, quæ est mala complexio hepatis calida debilitans hepar, & digestiuam eius, primitus in euacuatione & exiccatione inspiciatur, & auferatur, qua inspecta et ablata exiccatio et euacuatio causæ materialis coniunctæ cum calidis erit facilis. Alteratio autem ipsius erit cum regimine frigido competenter, puta composito, & mixto calido secundum uariam compositionem contrariorum morborum, hydropisis scilicet et febris per æqualitatem & inæqualitatem eorum. Vnde Gale. singuli morbi simplices simplici medicina medicabuntur compositi com positis æquales æqualibus, uel uno plus, altero minus. Hydropici quoque cum fe. sic medicandi intelliguntur, ut pleuretici, & sanguinem screantes, & phthisici. Hi enim morbi qui sunt contrarii medicaminibus, indigent contrariis, æqualib. si æquales sint. Si uero inæquales, oportet, ut fortior medicetur prius, alter uero negligatur. Intelligas quoque compositionem non solum temporalem sed partialem & localem, ut docuit Gale. Si ergo præcesserit retentio sanguinis, & signa repletionis apparent, phlebotomabis in principio, et minus quam in aliis. deinde minorabis materiam cum clysteribus, & collyriis propriis ad hæc. Et digere cum syrupo de endiuia, & alchechengi de cuscuta, de succo solathri, succo granatorum mucorum, & syrupo acetoso simplici. Deinde facta digestione aliquali dabis aliquod ex pharmacis prædictis eductiuis aquæ. Alterabis cum aqua lactis caprini asinini, uel succo endiuiæ, uel rosarum, uel aqua feminum communium frigidorum, uel succo prædictorum aliquo.

Sintque in liquida substantia, & aquea bibita propter dictam superius causam, & ordinate per interualla exhibita, & potata. Et in medio tempore detur aliquod alteratiuum & confortatiuum, ut trochiscus de berberis, uel de spodio, uel myroba. citri. si uenter sit solutus, uel aqua fructuum, si sit constipatus. Deinde dabis diuretica & urinam prouocantia sicut est aqua feminum communium frigidorum confortata cum aliquo diureticorum calidorum, quæ superius sunt narrata. Et ex illis est aqua lactis caprini, uel asinini, uel etiam lac camelarum, si causa non fuerit multum calida, uel si fuerit, sit cum decoctione endiuiæ, &

diuiæ, et seminum communium exhibita. Deinde procedas ad balnea unctiones, et emplastra embrochationes & epithemata ex resoluentibus temperatis, et parum stypticis habentibus conferuare uirtutem mirach, non resolutionem impedire, et deinde si expedit ad incisiones. Cauteria autem in hoc locum non habent cum sint uehementis inflammationis, et alia, quæ superius tradita sunt. Regimen autem in omnibus aliis non naturalibus rebus sit exiccatiuum, sitque cibus facilis digestionis laudabilis chymi, & paucarum superfluitatum, ut sunt carnes pullorum, perdicum, fasianorum, et auicularum paruarum montanarum non pinguium, capreolorum affatæ, non coctæ, exiccatæ sumantur sine brodio, ut in casu prædicto, & quando cum subtiliatiuis & aperitiuis fuerint coctæ. Et panis sit aliquid furfuris habens & salis, bene fermentatus, cliba naceus, et biscoctus, et sit calidis et frigidis mixtus, prout causa requirit. Et potus in facta ex calida sit aqua habentis uirtutem diureticorum, uel uini albi multum lymphati cum aqua ferri. In facta ex frigida sit potus ex uino albo lymphato competenter subtili, uel paruo. Si uero fuerit species tympanitis, regimen proprium ei conueniens est regimen dictum inflationis stomachi, et hepatis. Et oportet, ut minuantur solutiua, nisi quantum conueniunt humori phlegmatico qui potest esse materia uentositatis et etiam diuretica, superfluitas enim in eis, et proprie calidis perducit ad generationem uaporum plurimorum. Et multiplicentur resoluentia uentositatem et eructationem commouentia prædicta ibi supra, et frictiones cum aliis et cum semine rutæ, gentianæ, et similium, et euaporationes cum milio, et sale, et aliis propriis, et uentosis, & similia ex emplastris, et cataplasmatibus, et spongiis, et balneis, et embrochis cum siccis et extenuantibus dictis. Et si fuerit ex calida causa resoluentia uentositatem, sint ex temperate calidis, ut est fœni. apium, anisum, carui, melilotum, anethum, tribuli, et similia. Si uero ex causa frigida sint ex calefaciẽtibus manifeste, ut est cyminũ, spica, ameos, ruta, castor, iuniperũ, et salis species, et cortex thuris, et ex compositis confectio de acoro cum nigella, et collyrium ex baurach, cymino, ex foliis rutæ cum melle, et oleum ruta. & nardi. clysterizatũ, et oportet, quòd omnia olea et unctuosa alienentur, oppilant enim, et prohibent resolutionem inuncta exterius. Diæta autem cibi et potus sit qualis in prædictis, ut est diæta, et hæc supra in cura inflationis. Deinceps ad medicinas compositas de ueniendum, quarum multarum descriptionem fecimus in antidotario nostro secundum omnem modum ex syrupis, decoctionibus, confectionibus, electariis, trochiscis, pilulis, unctionibus, emplastris, & oleis appropriatis, quæ per te inuenies & approximabis, prout oportet, & te scire superius admonuimus. Isaac quoq; descriptionem omnium seriosam fecit. Gal. quoque & Abo. in antidotariis suis. quæ omissa propter breuitatẽ per te inuenies, si oportet. Syrupus contra hydropisim ex frigida causa. Reci. origani, camedryos, camepityos. spinæ albæ, siclæ, calamenthi fluuialis, & campestris, hyssopi, ana. M.s. cappar. scolopendriæ, eupatorii, lupuli, capil. vene. endiuiæ, ana. M.i. afari, foliorum ana drach.ii. quinque radicum communium, fumeu, passularum enucleatarum, corticum capp. ana. vnc.i. squinanthi, absinthii, thymi, epithymi, aristo. ro. ana. drachm.s. semi, anisi. fœniculi, cinnamomi, ana. ℥. iiij. seminũ communium vnci. ii. zuccha. lib.ii. aromatizentur cum his. Recip. spicæ, asari, croci, folii, carpobalsami, cyperi, gallię muscatæ, ana drachm.i. dos. unc.ii. cum aqua fer rea tepida donec digesta sit materia. Pilulæ contra omnem hydropisim. Reci. foliorum mezereon infusorum in aceto, vel oxyzaccara drachm. v. myrobal. citrinorum drachm.iiij. rhabar. drachm.iiij. Confice cum succo apii & anisi, aut fœniculi syluestris. dosis, a drach.i. usque ad.i. &.s. Et ex illis sunt pilulæ rhabarbaratæ positæ supra capitulo de cura oppilationis hepatis. Inquit Arist. radix fœniculi syluestris ministrata secundum omnem modum curat hydropisim ex oppilatione. Medicamen utile hydropicis in quibus nõ est caliditas ad educendum aquã in paucis diebus per urinam. Recipe ameos, fructus fauinæ, cymini, salis albi, ana partes æquales terantur, & sumantur cum uino.

Pilulæ ad idem.

Pilulæ ualde utiles hydropicis. Reci. eris usti, stercoris columbini, rutæ siccæ, ana drachm.iiii. euphorbii drachm. ii. fiant pilulæ cum succo apii. Dos. drachm.ii. Emplastrum ad uentris inflationem hydropicorum. Reci stercoris bouini, uel caprini montani exiccati. lib.i. succi prasii, lib.ii. olei communis lib.iiii. sulphuris rubei unc.iii. cum uitellis ouorum. Confice & emplastra. Idem operatur stercus caprinum cum urina mixtum si superponatur. Emplastrum bonum et forte. Reci. calcis uiuæ, nitri, ireos, cordumeni, sulphuris, armoniaci, baccarum lauri, staphidis agriæ, stercoris columbini. Terantur et diltemperentur cum urina, resoluit enim aquam mirabiliter superinunctũ.

Emplastr. ad inflatiõẽ hydropicorum.

Vnguentum magistri Archidis. Recipe sanguisugas cura tas triginta, et pone in phiala uitri plena oleo chamæmelino minus tertia parte, & dimitte donec ibi moriantur.

Vnguentũ ad idem.

Deinde reple eam uino græco, & oppila eam bene, & fac bullire eam in uase aquæ dulcis pleno usque ad consumptionem totius. Deinde auferas & reponas, fiet enim sicut unguentum quo liniatur uenter ascliti mane et sero. Et detur quolibet mane uitellus unus oui cum limatura chalybis.

Confectio emplastri ad hydropisim asclitem, et quandoq; emplastrantur ex eo aquam habẽtes, et est expertum. Reci. farinæ hordei, cyperi, styracis, origani sicci, nitri, cymini, baurach, boli armeni, ana partes æquales. Conficiantur cum melle, quoniam exiccant aquam uirtute forti. Cõfectio Rasis de chechengi ad hydropisim in qua non est caliditas nec solutio uentris ualde. Bꝛ. foliorum mezereon in fusorum in aceto exiccatorum et tritorum drach.v. agarici, turbith, ana drach.v. succi absinthii drach.iiii. myrobal. drach.v. rosarum rubearum, endiuiæ, ana drach.iii. tereniabin drach.x. succi liquiri. drach. ii. decoquatur tereniabin donec fiat sicut mel, et conficiantur cum eo, et detur ex eo in potu, a drach.ii. usq; ad.iii. Pilulæ conferentes ad febres antiquas ex humoribus diuersis, et dolorem hepatis et inceptionem hydropisis iuuatiuæ ualde. Reci. absinthii, et succi eius, succi eupatorii, myrobalanorum citrinorum, aloes, mastiches, croci, laudani, laccæ ablutæ, anisi, asari, sceitaragi, sicci, hieræpicræ, ana partem.i. terantur et cribellentur, et conficiantur cum aqua solathri. Dosis drach.ii. cum aqua tepida in nocte. Et si est tussis adde succi liquiritiæ medietatem medicinarum ponderis. Pilulæ Xyrasi regis Medorum conferentes hydropicis. Reci. lactis tithymali, serapini, ana partes æquales, decoquantur cum uino, et fiant pilulæ sicut cicer, et sit potio ex eis duæ aut tres plurimum eius cum uino permixto ante cibum, et post cibum. Syrupus expertus ad hydropisim ex causa calida. Reci. endiuiæ cum radice, lupu. cum radice, capil. ue. cichoreæ, hepaticæ, ana. M.i. absinthii, polycariæ minoris, cuscutę, scolopendriæ cum radice bletæ, bedeguar, ana. M.s. radicis fœniculi syluestris, radicis opii, radicis asparagi residentium in aceto, ana unc.i. squinanthi drac. i. rhabar. drachm.iii. spicæ drachm.i. semi. communium unc.i. ros. myrobal. citri. ana unc.i. zucchari lib.ii. succi endiuiæ, succi eupatorii depuratorum, ana unc.v. aceti prædictarum radicum, et succi granatorum, ana unc.ii. In petia rara bulliant, sandali, spodii, ana drachm.ii. Syrupus ad hydropisim ex causa utraque. Reci. hyssopi, absinthii, cuscutæ, ros. endiuiæ cum radice, capil. uene. bedeguar, bletæ, polycariæ minoris, ana unc.ii. squinanthi, liquiritiæ radicis fœniculi silueſtris, radicis apii, et seminis eius, ana unc.i.s. anisi, fœniculi, meu, fu, ameos, ana unc.s. florum buglossæ, et rob eius, ana drachm.i. spicæ, folii, ana drac. iii. rhabarbari, mastiches, ana drachm.ii. omnia bulliant in aquæ lib.x. usque ad tertiam partem. Deinde colentur cum expressione, et colaturæ addantur zucchari. lib.ii. succi endiuiæ depurati, succi polycariæ minoris, et succi apii depurati, ana lib.s. uel succi fœniculi, et absinthii, et syrupentur cum decoctione sandali, et spodii. Et in processu si uis facere laxatiuum, adde secundum indigentiam cautæ, ut in tympania, polypodium: in hyposarca, rhabarbarũ uel agaricum: in asclite mezereon. Filii Serapionis.

Empla. ad asclitem.

Cõfectio chechẽgi, ad hydropisim.

Pilulæ ad idem.

Syrupꝰ ex pertus ad hydropisim ex causa calida.

Syrupꝰ ad hydropisim ex vtraque cã.

Pilulæ ad hydropi.

Pilulę ad

Pilulæ ad hydropicos, et dolorem ſplenis. Reci.mezereon infuſi in aceto et exiccati, colocynthidos,ſauich hordei, ana partes æquales, terantur et conficiantur cum melle et dentur omni homini ſecundum quantitatem uirtutis, ſoluunt enim aquam ualde. Dioſcorides inquit. Quando ſumitur de radice cucumeris aſinini ad quantitatem anoloſath ad minus, et de radice eius quantitatis .iiii. kiſt laxat choleram et phlegma et proprie in corporibus hydropicorum,et abſq; quod nocumentum inferat ſtomacho, et accipiatur ex radice eius lib.s. et teratur cum duobus kiſt uini et maxime babylonici, et miſceatur bene et teratur cũ eo. Et dentur ex eo hydropico.iii. amoloſath in ieiunio quolibet die,donec diminuatur tumor uentris diminutione completa excludendo aquam,quæ eſt in uentre eius.

Pilulæ de ſpica.

Pilulæ de ſpica aperientes oppilationes hepatis,et ſplenis conferentes hydropiſi, et ſoluunt naturam. Rec.ſpicæ drachm. iiii. agarici,amomi, raued, epithymi, maſtiches, coſti,camedryos,ana drachm.iii.myrrhæ,cinnamomi, ſquinanthi, gario. ana drachm.i.aloes drach.viii. fiant pilulæ cum uino antiquo. doſis drachm.ii. cum uino commixto ante et poſt cibum. Pilulæ ad hydropicos, & tympaniticos, reſoluunt enim uentoſitates groſſas, et uaporoſas. Recipe ſemi.apii, aniſi, maſtiches, ana danich.ii.ariſtolochiæ rotundæ, acori, gentianæ, ana danich. i.ſalis indi, ſerapini,ana danich.i.aloes drachm.vi.terantur, et fiant pilulæ.doſis drachm.ii.cum aqua calida. Et aliqui addunt galangæ, zedoariæ, ana &c. Decoctio Serapionis ad hydropicos, quando non eſt febris. Reci. camedryos, camepityos, petroſelini, hyſſopi ſiccæ, ſquinanthi,ſpicæ romanæ, delegenſiter, et eſt ſaguaſſera, ſiſeleos,ana unc.i.myrrhæ, gentianæ, epithymi, dauci, ana unc.s. aloes ſuccotrenſis unc.iii.decoquantur cum lib.x. aquæ donec remaneat tertia. Colentur,et dentur in potu ex ea ab unc.ii. uſque ad quinq; ſecundum quantitatem uirtutis uniuſcuiuſque. Alia cum ſerapino, et ſoluit cum uirtute. Recipe ſerapini ſextaria.ii.opopanacis, ammoniaci, ariſtolochiæ longæ, ana drachm.iiii. turbith, mezereon, ana drachm.ii. eupatorii, aſſæ fumiterræ, colocynthidos interioris, calamenthi, ireos,myrobalanorum citrinorum, radicum lilii cœleſtis, ana drach.i.cæpe, ſquillæ drachm.ii. terantur omnia, & infundantur cum zuccharo, et ponantur ad ſolem.vii.diebus, deinde colentur et dentur ex eo omni die drachm.ii. uel drachm.iii. conferunt enim ualde. Emplaſtrum contra omnem ſpeciem hydropiſis. Recipe farinæ hordei, et confice cum ſucco ebuli.ana. et emplaſtra. Balnea thermarum, et proprie ſicca et fumoſa, et quæ ex aquis ſalſis nitroſis ſunt, hydropicos iuuant. Et ſunt de ultimis prout tolerat uirtus. Quod ſi non inueniantur in regione artificialiter conſtruantur ſic.In tina clauſa ſit tabula una perforata in medio eius pluribus foraminibus in qua ſtet patiens, et in fundo ſit aqua ſalſa decoctionis calamẽthi,origani,rutæ, ſauinæ, hyſſopi et in illam proiiciantur lapides molares igniti,et recipiat fumum tina exiſtente bene clauſa et cooperta,donec ſudet. Alii faciunt bullire prædicta in caldaria bene cooperta,ut nihil expiret,et habente con cauam per quam fumus,et uapor perueniat ad tinam bene coopertam in qua patiens ſtet, et ſudet ibi fortiter quãtũ uult,et toleret, ut ſuperius dictum eſt. Emplaſtrum contra inflationem tibiarum,et etiam uentris hydropicorum. folia urticæ conterantur et tepefacta emplaſtrentur. prodeſt. Item fomententur tibiæ, et euaporentur cum aqua maris,uel ſalita decoctionis tribulorum marinorum, chamæmeli,et radice ebuli.

Pilulæ ad hydropicos & timpaniticos. *Decoctio ad hydropicos, quã do nõ eſt febr.* *Aliud ad idem.* *Emplaſtr. ad oẽm hydropiſim.*

Dioſcorides narrat de quodam,qui crura habuit inflata, qui fecit emplaſtrum de fimo columbino, farina hordei et aceto. et liberatus eſt. Adde ſandaracham ſi uis, et ſi rubor ibi appareat, ſe. communia uetera cum oleo roſato commixta proſunt, et adde ſi uolueris, memithe.

De fluxu hepatico. Cap.14.

Quoniam fluxus hepaticus ẽ ex exeuntibus à corpore,et quod ab hepate fluit, et exit de corpore, ut eſt ſuperius dictum, aut per nares ſanguinis fluxu,aut per os uomitu, aut per poros ſudore, aut per renes, et ueſicam urina, aut per inteſtina erit,per quæ exiens ultra modũ conſuetum proprie dicĩt fluxus uẽtris, ideo uſque ad ſummam de medicinis ægritudinum inteſtinorum cum de medicinis fluxus uentris loquemur Chriſto præſtante dicere poſtponimus.

De icteritia. Cap.15.

De icteritia citrina et medicinis eius uſq; ad ſummã quartã cum de medicinis ægritudinum ſplenis ſermonem afferemus dicere reſeruamus.

SVMMA QVARTA ET vltima particulæ tertiæ, primæ ſectionis de ægritudinibus ſplenis.

Continet autem hæc ſumma capitula quatuor.

Primum capitulum eſt proœmiale, et eſt ſermo generalis in ſplene, et ægritudinibus eius. Cap. 1.
De oppilatione ſplenis. Cap. 2.
De apoſtematibus ſplenis. Cap. 3.
De ſpeciebus icteritiæ. Cap.4.

De ægritudinibus ſplenis, in generali. Cap. 1.

Galenus inquit commentari,et exponere quid circa generationem humorum in hepate contingere dicant antiqui, per exempla licet addiſcere. Vinum utique nouiter intelligere expreſſum ab uuis non colatum, et bulliens et alteratum calore, qui in ipſo eſt, demum ſecundũ ſui tranſmutationẽ duas generatas ſupfluitates in eo eſſe apparebit,hãc quidem leuiorem et meliorẽ,hanc autẽ terreſtrem et grauiorem, quarum hanc quidem florem, hanc uero fæcem uocant, quod ex eis depuratum in medio exiſtit,uinum. Similiter et in generatione ſanguinis in hepate alterato chylo, et tranſmutato à colore hepatis eſt uidere in eo duas generari ſuperfluitates.unam ſupernatantem uocatam choleram ſpumæ aſsimilatam,alteram deſcẽdentem grauem aſsimilatam fæci uocatam melancholiam, et quod depuratum eſt ab eis medium ſanguinem aſsimilatum uino depurato ab illis à quibus depuratum oportet eſſe ſanguinem naturalibus exiſtentibus pro parte, et etiã factis innaturalibus per aduſtionem propter dictam ſupius cauſam in capitulo primo huius antequam in alimentum tranſeat ipſorum membrorum. Ad huiuſmodi autem mundificationem artificialis natura duo creauit membra. unum quod propter amaritudinem xanctæ choleræ naturalem ſibi admixtam trahat, ſcilicet ueſicam fellis, cyſtim ab antiquis uocatam, quæ duas tunicas habet contextas ex triplici genere neruorum ad modum tunicæ unius ortorum a uenis hepatis,ad quam ueniunt ex neruo,et uena pulſatili duo rami parui à cerebro et corde, quæ per porum explantatum ab eis ipſam choleram ab hepate ſibi impulſam trahit cum uirtute propria, ut ex ea nutriatur & quod ſupereſt expellat per porum alium, qui in pluribus hominum eſt unus mittens choleram ad gracilia inteſtina ad expurgandum ea non ad ſtomachum cum lædatur per eam, nauſeetur, & eius digeſtio corrumpatur. In quibuſdam etiam duplex eſt ſiue bifurcatus, & per unum mittit choleram ad inteſtina,et per alium ſtomachum non in uacuum eius propter dictam cauſam, ſed inter duas tunicas eius ad faciendum et adiuuandum digeſtiuam. Et in quibuſdam eſt amplior primus, ut in Audino philoſopho, et in quibuſdam ſecundus,ut in Sabino ſacerdote, ut recitat Gal. At quoq; creauit membrum quod proprie trahit fæces eius.ſ.ſplenem,quod adhuc eſt, ut fęcẽ ſanguinis naturalem et innaturalem ſemp trahat cum uirtute propria per porum coniunctum hepatis uenis à parte concaua,qui ĩ uenis pulſantibus in eo digeritur,ut ex ea nutriat, ex ſanguine et ſuæ ſubſtantiæ raritate recipiat cũ ſit groſſa,et retineat donec digerat, et quod ſupereſt ei remandet ꝑ aliũ porum ad ſtomachum,ut cum aliis ſuis ſuperfluitatibus expellat.qui in homine figuræ eſt clypealis ſicut in porco linguoſę,et eſt cooperta pellicula orta à ſiphach, et diaphragmate, et ſuſpenſus panniculis coſtarum quaſi ligamentis à parte

à parte ſiniſtra ad cõtemperandum caliditatẽ cordis ſua frigiditate. Si ergo deficiat mundificatio ſanguinis ab illis ſuperfluitatibus totaliter,uel pro parte, ſiue propter cauſam membrorum.ſ.debilitatẽ hepatis expellentis, & ipſorum.ſ. fellis, & ſplenis trahentium, ſiue propter cauſam in poris, per quos ab hepate trahunt.ſ. oppilationem, ſiue per cauſam ſuperfluitatum, quia ſit amplior,quàm trahere poſsint, remanens cholera xãtha cum ſanguine in hepate facit apoſtema euenire in eo, ut ſuperius dictum eſt uel tranſiens de eo cum ſanguine: per uenas facta occaſione aliqua intranſpirabilis putrefit, & accendit fe. tertianam continuam, uel cauſonem: ueniens ad lacertos, & ſubcutaneas partes putrefacta accendit feb. tertianam interpolatam: uadens ad cutim diffuſa in ea cum ibi tranſpirabilis ſit per poros eius facit icteritiam citrinam. Collecta in aliqua ſui parte facit eryſipelas: ſi aduſta facit eryſipelas vulneratiuum, ſeu carbunculum, ſicut in cerebro charabitum.Similiter intelligas ſi melancholia cum ſanguine mixta, facit enim ægritudines ſimili modo ſecundum genus ſuum. In hepate permanens facit ſcliroſim, uel oppilationes in totum corpus, uel habitudinem lacertorum diffuſa: ſi fuerit aduſta facit lepram: ſi in cute ſit diffuſa, facit icteritiam nigram: ſi in uno membro collecta non aduſta facit duritiem: ſi aduſta quantum ad partem groſſam facit cancrum, quantum ad ſubtilẽ anthracẽ. Si uero trahat perfecte, non tamen ex eis, quod ſupereſt poſſunt expellere ad ſtomachum, & inteſtina, ſiue propter cauſam exiſtentem in membris.ſ.felle, & ſplene, & hepate.ſ.debilitatem, accidentem eis, ſiue propter cauſam exiſtentem in poris per quos excernunt, & mandant illas,puta oppilationem,ſiue cauſam exiſtentem in ſuperfluitate,quia ſit amplior, quàm expellere poſsint, remanente in eis neceſſe eſt ipſa membra ingroſſari, ſi in uacuũ ſit collectum, & apoſtemari ſi colligatur in poroſitate ipſorum & cupum. Et cũ conuertatur in uentum neceſſe eſt ipſum inflari, & cum ſplẽ ingroſſatur corpus neceſſe eſt ſubtiliari,& econuerſo,ut ait Hipp. Et illud ex triplici cauſa una, quoniam deſtruitur uirtus hepatis uehementer cum contrarietate humoris, quare minoratur generatio ſanguinis. Secunda eſt,quia cum hoc quod attrahit de ſanguine bono corporis illius inferunt rem plurimam propter magnitudinem ſuam. Tertia cauſa eſt,quia ex multiplicatione melancholiæ ſanguis remanens fit infectus quem abhorrent mẽbra, ſic non nutriuntur,& extenuantur. cum ergo ſplen extenuatur, accidit ex contrariis cauſis ex quibus corpus impinguatur, & ingroſſatur. Si uero tractas ſuperfluitates perfecte nequeant ſuſtinere propter defectũ contentiuę illorum mẽbrorum,uel amplitudinem pororum,uel propter multitudinem, & malitiam ſuperfluitatum, tranſiens cholera ultra modum ad ſtomachum, & ſimiliter melancholia faciunt nauſeam, & corrumpunt digeſtionem: ſi ad inteſtina faciunt multum fluendo diſenteriam. Inquit.n.Gal.plurima diſenteria ex cholera rub.fit. Et ſi à cholera nig.& felle inceperit,eſt mortalis,ait Hip. Si uero tranſeat cholera ad uias urinę,quę ſunt eius euacuatoriũ propriũ ſecundum Gal.facit ardorẽ urinæ,& deinde ulcera eorundem. Quod autem ex prędictis colligere oportet,eſt ſcire naturã prędictorũ mẽbrorum.ſ.cyſtis fellis,& ſplenis operationes, & iuuamenta,necnon & ęgritudines eis euenire poſsibiles,cauſas quoq; quarũ quædã ſunt propria & in ſe, & quædam ex colligantia,& uicinitate,& illud eſt ad hepar plurimum,& ſunt omnis generis,ſcilicet mala cõplexio debilitãs ſuas naturales operationes,mala cõpoſitio.ſ.oppilatio impediens debitam operationem eorum ad quam ordinauit ipſa natura,ſolutio continui,& apoſtemata ſeu groſsities præter naturam,ad quas ſequitur plurimum accidens fœdatiuum coloris naturalis,qui facit ad pulchritudinis bene eſſe, quod icteritia dicitur,de quibus dicetur per ordinẽ Chriſto Ieſu auxiliante,qui ſit benedictus. Et quia prædictæ ægritudines cyſti poſsibiliter contingentes, & ægritudines hepatis cui affixus eſt,in cura non differunt,ideo omittantur,eſt.n. eadem utraque cura. Sed de ægritudinibus ſplenis plurimũ contingentibus,& cum ſit membrum ab hepate diſtinctum ſpecialiter dicere eſt in hac quarta ſumma neceſſe.

De oppilatione ſplenis. Cap. 2.

Oppilatio ſplenis eſt ægritudo officialis ueniens in uiis,& poris eius ꝑ quos trahere, & excernere habet fæcem ſanguinis ab hepate,quatenus mundificetur,& conueniens fiat alimentum mẽbrorum. Et eſt triplicis ſpeciei,aut.n.eſt in poro qui eſt inter ipſum & hepar, ꝑ quem habet trahere ſanguinis fęces ab ipſo,aut eſt in poro, qui eſt inter ipſum, & ſtomachum per quem quod ſibi ſupereſt mandat illi,aut in utroq;.Cauſa autem ipſius ex cauſis oppilationis hepatis eſt manifeſta,& plurimum eſt coarctatoria. Cuius cauſa,ut præcedenti capitulo dictũ fuit eſt humor melancholicus fęculentus,& luctuoſus,quem trahere habet,& excernere ſua multitudine,& groſsitie non potens tranſire per poros illos,ſed remanet obſtructus in eis. Et quandoq; eſt attenuatoria ex ſiccitate,& punctione choleræ,uel uentoſitate uicinorum,uel apoſtemate comprimẽte.Et raro eſt carnoſa,& cum eſt non ſperatur cura. Signa uero oppilationis pororum diſtincta ſunt. nam ſiquidẽ oppilatio ſit in poro per quem trahit extenuatio erit in ſplene. Et etiam ſi ſit in utroque magis. nec pro tanto corpus erit pingue,ſed extenuatum magis propter ſanguinis impuritatem,& maiorem infectionem,& prædicta accidẽtia apparebunt in aliis membris,& uniuerſo corpore,& cute. Si uero ſit in poro per quem illam excernit,& mittit ad ſtomachum, groſsities & durities cum grauedine apparebit in ſplene,non ex natura, & diſpoſitione membri, quia ſit ſtrictorum pororum, ut hepar cum ſplene raræ & mollis ſubſtantiæ exiſtat, ſed ex natura ſubſtantiæ humoris obſtruentis,& detenti qui groſſus eſt,& terreus,ſicuti Gal.dixit. Et in utraque eſt defectio appetitus,& urina magis ſecundum plurimum,& egeſtio quaſi cõſueta minus ſecundum diuerſitatem pororum. Si.n.in primo poro per quem trahit ſit oppilatio,omnia erunt minora. Et ſigna cauſarum, & modorum aliorum ex dictis in oppilatione hepatis ſunt nota. Signa uero uentoſitatis, & apoſtematis infra dicentur.

Oppilatio ſplenis triplex. *Cauſæ.* *Signa diſtinctiua.*

Cura oppilationis ſplenis,ſicut cura aliarum ęgritudinũ eius generaliter ex cura oppilationis hepatis ſuperius dicta eſt manifeſta. Eadem.n.utriuſq; eſt in re, & intentione. Cõplementũ tamen eius ſeu proſecutio fiet quandoq; cũ eiſdẽ,quandoq; cũ fortioribus propriis, & diuerſimode miniſtratis. Inquit.n.Gal.nos nõ inuenimus medicinas alias, quæ ſint magis inciſiuæ, & ſubtiliatiuæ humorum groſſorũ & uiſcoſorũ,qui ſunt in pectore,& pulmone, & ſaniei exiſtentis in pectore,nec melioris aptitudinis, & conueniẽtię ad maturandũ,& iuuamenti ad ſpuendum illud quod oportet,quã prædictæ. Et de proprietate earum eſt huius,ut aperiant oppilationem hepatis, & mundificent uenas eius, & faciant ſimile illi in ſplene, qñ oppilatio non eſt uehemẽs, quoniã oppilatio qñ eſt in ſplene uehemens,indiget medicinis fortioribus iſtis,ſicut ſunt radix, & cortex capparis, & radix tamariſci,& medicina nominata græce ſcolopendria,& ſquilla,& herba nominata aſceleni, cuius expoſitio eſt mundificatiua ſanguinis,& æſtimo, ꝙ ſit cortex ſalicis, uel fraxini,& conuenit tibi, ut ſit uſus uniuſcuiuſq; earum diuerſus. Medicinæ enim ſplenis approximandæ ſunt cum aceto. Hepatis cum ſyrupo acetoſo,& aqua hordei. In pectore, & pulmone cũ aqua mellis,& chiſt.hordei,ſed oportet,quòd ſint medicinæ materierum reſolutiuæ, ſplenis magis ſtypticę medicinis hepatis propter ſubſtantiæ raritatẽ ſplenis,ut dicit Gal. Specialiter,quoniam plurimum coarctatoria eſt, cura eius eſt quatuor res prima eſt euacuatio. ſecunda pori expurgatio.tertia ponit ſtudium in uita.quarta eſt accidentium correctio. Euacuatio eſt duplex. prima eſt cauſæ retentæ in hepate, & uenis. ſecunda cauſæ oppilantis,& retentæ in ſplene.

Primam complent, ſi cum melancholico humore peccare ſanguis appareat, quod tumor uenarum illarum partium proprie indicat, phlebotomia de baſilica primo, deinde de ſaluatella ſiniſtræ manus, quæ tandiu fluat, quandiu reſtringitur per ſe,ſi natura corporis tolerabit,uel phlebotomia de ſaphena loco eius, uel apertio uenarum hæmorrhoidum, proprium ſi retentio ſanguinis menſtrualis, uel hæmorrhoidum præceſſerit. Inquit enim Gale.

melancholicis hæmorrhoides innatæ bor..m. Et quandoq; tibi necessarium est,ut phlebotomes quidem sinistram,deinde cum euacuatione ipsius melancholiæ per fluxum uentris proprie,dicente Hip. Spleneticis disenteria superueniens bonũ.Quæ si prolongetur accidit ei hydrops,aut lienteria,& pereunt splenetici.Spleneticus autem est qui duritiem,& grossitiem habet in splene.

6.apho. Dicit Aboa. Secundam euacuationem causæ oppilantis complent euacuationes cum medicinis educere habentibus humorem melancholicum à splene proprie, simplicibus,& cõpositis,quæ infra dicentur cum præmissione medicinarum maturantium,& aperientium humorem & mẽbrum,quas dicemus. Et ultimo cum medicinis resoluentibus ipsum de loco quibus mollificantia sunt præmittenda, uel permiscenda, ut infra dicetur. Medicinæ uero simplices,quibus est maturatio,& apertio sunt aperitiuæ, incisiuæ,subtilitatiuæ, & abstersiuæ. Et harum quædam sunt tales à complexione, quia sunt temperate calidæ & amaræ, stypticæ,& confortatiuæ,quædam à proprietate cõfortatiuæ.Quæ uero sunt tales à complexione,sunt duplices,quædam leues,& quædam fortes uirtute.Leues camedrys, camepitys,cicera,succus caulium domesticorum,acorus,anisum,agnus castus,scolopẽdria, canabit,polium,asparagus, nil,acetosa,anethum,eupatoriũ,bedeguar,fœn.hasce,spica, calamenthum,,& similes.Fortes sunt nasturtium, uolubilis,semen raphani,& synapis,prassium, lupinæ, iuniperus,fructus rubeæ tinctorum,qui aperit & mũdificat à proprietate,squilla,oxymel eius est,& ultima. Leuibus ergo utere in oppilationibus leuibus & fortibus,& compositis. Inquit enim Ga.forti infirmitati fortis medicina occurrat.

Cum ergo in materia apparuerit digestio, euacuabis cũ epithymo,à.ʒ.iii.usque ad. v. cum syrupo acetoso, & cum reiteratione.educit enim id qđ est in splene, & detumescere facit illum,uel ammoniacum cum syrupo acetoso,& decoctione lupinorum,& capparorum,uel succus eius, educit enim materiam grossam,& sequitur sanitas, & radice lilii,uel urina, & lacte camelarum nutritarum ex scea,aniso, & fœniculo.Secundam rem complent confortantia ex cibis,& potibus qui infra dicenẽ. Et medicinæ operantes illud à proprietate sunt tales, scilicet sumach,seminis portulacæ drachm.ii.cum aceto,aut coralli ualde decocti aur.i. cum syrupo acetoso. Et emplastrum de cucurbita tenera, aut cucurbita ipsa teratur post exiccationem, & bibantur ex ea drachm.ii. cum syrupo acetoso, & semen cannæ, & semen cuscutæ,& folia salicis,& semen acetosæ,& atriplicis,& fructus tamarisci, & folia eius, & pulmo uulpis, & splen anisi siluestris, & pulli equini exiccati, & hepar ipsius exiccatum drachm. ii. cum syrupo acetoso. Medicinæ resoluentes simplices sunt prædictæ operantes à complexione, quas per te eligas, & ex eis componas prout & inuitat necessitas, & alia infra dicemus, & etiã mollificantes. Secunda res completur cum euacuatione partis seu expurgatione pori oppilati. si enim sit in poro qui est inter ipsum & hepar completur apertio cum leuioribus. sed in poro qui est inter ipsum stomachum seu in utroque, cõpletur cum fortioribus prædictis,similiter & in cysti. Tertia res, quæ ponit studium in uita completur cum ordinatione regiminis in cibo,& potu. Et est,ut cibi sint leues & pingues ex iuribus & carnibus præparatis cum subtiliantibus & calefacientibus cum æqualitate, ut cappares cum aceto & reliqua,quæ sciuisti supra. Et potus sit sicut aqua in qua extinctum sit ferrum ignitum multoties, & uinum subtile. Et breuiter in aliis rebus appropinquat regimini oppilationis hepatis. Quarta res scilicet accidentium correctio & proprie duriciei ac splenis doloris, quæ nunc dicentur. Aliorum uero accidentium, quæ in membris & toto corpore contingunt ex ea,infra sectione secunda, & tertia dicetur,ubi de unoquoque emplastrum faciemus appropriatum.

Sciendum ergo,ꝙ duritiei splenis conuenientia, quædã sunt simplicia,& quædam composita. Et primorum quædã sunt operantia à complexione,quædã à proprietate. A cõplexione sunt mollificantia humida & temperate calida & unctuosa,ut fœnugræcum,semen lini,carricæ,althęa,& mu-

E cilago earum,& radi.filicum,& radix lilii, oleum amygdalarum dulcium & amararum, de lilio, hyssopus humida & similia.Vnctuosa,& pinguedines,adipes omnes,& proprie gallinæ,anatis,anseris,porci,& uituli, & medullæ ipsorum & alia supra in cura apostematis dicta. hæc enim inuncta mollificant,& resoluendo extenuant.

Operantia à proprietate sunt urina splenetici, quæ bibita est mirabilis,decoctio nucis communis, uel cypresi cũ aqua & aceto sumpta ualet duriciei, & succus caulis cum succo de passis,& decoctio foliorum scetaragi cum aceto bibita confert ualde. Et scolopendria confert magnifice sumpta cum oxymelite,facta decoctione foliorũ eius diebus.xv.Spica cum uino bibita,ostracum purum cum aceto bibitum,been,quando bibitur cum aceto mixtum in pondere.ʒ.ii.acorus confert grossitiei,& extenuat ipsũ ammoniacũ,& opopanax cũ aceto more emplastri superponitur & bibitũ cũ acet.uiscus cũ calce extenuat splenẽ. hyssopus humida cũ caricis,& baurach confert duritiei. aristo. cum melle superinuncta resoluit duritiẽ,etiã emplastrum ex na-

F sturtio cũ melle. Et fœnugræcũ emplastratum cum nitro, granum uiride & proprie albotin cũ des resoluit duritiẽ. Cortex raphani cum oxymelite emplastratus, si emplastrũ ex accalo centaurea ualet duritiei bibita, & emplastrata, sertaragi.i.thapsia linita super splenẽ extenuat,sinapis extenuat,lactuca asinina cum aceto comesta,& emplastrata,stercus caprarum montanarum proprie emplastratum, succus etiam,syrupus,& rhabarbarum emplastratum, & similes. Dolori autem eius conuenientia sunt hæc, & betonica cũ ex ea sumuntur,ʒ.iiii.cum melle,& aceto,& similia. Attendere ãt oportet,& naturã splenis propter iuuamẽtum eius in cura:& medi.dictæ, & quæ splenis in passionibus ministrantur in uirtutis uehemẽtia sint illis proportionatæ. Ait enim Gal.nigra cholera potioni non obedit, & in oppilationibus eius maxime non facile pertransibilis, duplici enim interueniente alteratione ac mora in transitu per arctos et coarctatos meatus periculum est earum exolui uirtutem antequam ad profundum eius deueniat, quæ ex naturali complexione substantiæ,ac proprietate substantiæ,

G inuestigari oportet.Que.n.calida sunt cõplexione,et similia proprietate seinuicem trahunt et trahuntur,et sic uelociter penetrabiles fiunt proprie si adsit substantiæ dispositio,et subtilitas:quæ uero econtra contrariũ. Cooperatur autem ars,ut inquit Heben Mes.cum tritura, permixtione et corporis præparatione.tritura,ut si sint grossæ, et solidæ substantiæ terantur subtiliter,sicut alcohol, permixtione.s. cũ aceto,uel syrupo acetoso, quod facile est pertransibile subtilitate substãtiæ suæ,et uirtute grossitiẽ subtiliat,humorum uiscositatẽ incidit,et poros ripticando exfractat.Corporis præparatione,ut non pleno corpore,sed ieiuno, uel appetenti exhibeantur,et post frictionem,uel exercitium, seu balneum,ut membris inanitis,et calefactis uelociter attrahuntur.Syrupus extenuans splenem et aperiens oppilationes eius.℞.epithymi,corticum radicis capparis, scolopendriæ,fructus tamarisci,corticis salicis,rubeæ,ireos,asari,acori,ana partes æquales,decoquantur cum aceto forti, deinde coletur,&cũ zuccharo fiat syrupus acetosus zuccharinus,uel mellinus,et bibatur.Dosis.ʒ.ii.et in qualibet do-

H sis sit.ʒ.i.ammoniaci.Est.n.mirabilis adeo,ꝙ si prædictę medicinæ dentur aliquibus diebus bibere porcellis, nõ reperietur in eis splẽ.Troch.expertorum iuuamentorũ in oppilationibus splenis.℞.rubeæ drach.ii.corticum radicis capparis,arist.lon. ireos,ana drac.ii.terantur ualde,et conficiã tur cum oxymelite acetoso,et fiant trochisci aur. i. et dentur cum aqua absinthii et corticũ radicis capparis.Dixit Almansor si cum duritie splenis fuerit caliditas,da trochiscos de agno casto si frigiditas,da trochis.de cappare.confectio trochiscorum de agno casto.℞.sem.agni casti,sem. tamarisci,scariolæ,et portul.ana drach.v. fiant trochisci drachm. iii.cum aceto de quibus detur unus cum syrupo acetoso. Alii. Recip.foliorum raphani recentium, corticum radicis capparis, fructus tamarisci, scolopendriæ, squillæ assatæ.piperis alb.ana,partes æquales,informentur ex eis trochi.aur.ii.dosis.i.cum syrupo acetoso. Syrupus ex inuentione nostra contra antiquas oppilationes omnium uiscerum

rum & splenis,rectificans ea.Recip.absinthii,radicis ireos centaureæ minoris,scolopendriæ, radicis capparis, & fructus eius,fructus tamarisci,eupatorii, hasce,hyssopi montani,ana drac.ii.aristo.lon.et ro.corticum fraxini,dictami,florum chamæmeli,anisi,ana vnc.i. ellebori ni.drach.i.s.mast. serapini,galbani,opopanacis,lapidis lazuli præparati, squamæ ferri,myrrhæ electæ,gummi hederæ,laudani,ana unc.i. gar.cubebæ,macis,galangæ, cinnamomi, ana drach.iiii.cũ quibus aromatizetur syrupus. In fine decoctionis suæ adde epithymi,senæ,agarici,ana unc.s.succi radicum ebulorum, succi cucumeris asinini, ana lib.i. magnetis unc.i. aceti.ʒ. iiii.zucchari lib.iiii.dosis ab.unc.ii. usque ad.iiii.cum aqua scolopendriæ in stomacho uacuo, quando itur dormitum, & maxime quando oppilatio fuerit infixa cum diuturnitate temporum in membro, sanat enim hæc medicina, si Christus uoluerit.

Pilulæ op pilat. hepatis, & splenis resoluẽtes. Pilulæ resoluentes oppilationes hepatis splenis, & ad principium hydropisis. Recip. rauedsceni. drach.v.ammoniaci,serapini,bdellii,ana drach.viii.laccæ unc.i.opopanacis drach.iiii.mezereon drac.v.turbith,spicæ,polii, aloes, ana drach.v.mast.drach.ii.omnium myroba. ana drach.iiii. lapidis lazuli abluti,epithymi,ellebo.ni.salis indi, ana.ʒ.ii. picræ drach.x.dissolue gummas in uino,& informa pilulas. Dosis drach.ii.cum sero. Et hi pondus cibi,quod sumunt hodie,sumant cras. Dixit Gale.ægritudines melancholicæ non nisi forti medicina curantur, quoniam melancholia nõ obedit ei. Dixit Afrayn, aqua in qua decocta est radix iris remouet oppilationes omnino antiquas,& est fortis operationis. Dixit Abo.decoctio absinthii, cẽtaureæ minoris est medicina maxima in remouendo oppilationes splenis.Educit enim utranque choleram, & maxime adustam, aperit uias, adæquat materiam ad expellendum, & fortasse confortat membra mittentia materiam in ualorem oppilationis. Et est de intentione rei secundæ,ut stomacho,& hepati conferat.Dixit Democritus.fructus hederæ, folia,& gũmi eius à proprietate remouent oppilationes hepatis, & splenis antiquas. Et fit ex puluere sceitaragi puluis laudabilis qui assumitur in cibis omni hora. Reci. pulueris præ-

Puluis lau. pro cibis. dicti unc. ii. anisi unc.i. limaturæ argenti unc.s. auri boni drach.iii.limaturæ æris albi drach.i.magnetis drach.ii.gar. cubebæ,macis, zinzibe.gummi hederæ, ana drac.i.zuccha. lib.ii.dosis drach.ii. Et superbibatur parum post parum uini antiqui. Et est medicamen regum, & magnorum dominorum. Respicit enim cor, & membra principalia, & generat gaudium, & est medicamen diuinum in remouendo oppilationes. Medicamen magnum resoluens splenem durum, & attenuans eius magnitudinem, & grossitiem.

Medi. resoluens splenẽ durum. Recip.ammoniaci drach.iiii.florum chamæmeli, anethi, tamarisci,ana drach.i.radicum capparis, carui,granorum balsami, tamarisci, rubeæ, ana drach.ii. squillæ assatæ drach. iii. scolopendriæ. aristo.ro. ana drach.ii.Conficiantur cum melle, & dentur ex eo drachm. iii. cum aceto sic temperato, spartanæ drach.ii.mittantur in unc. vii. aceti boni, & bulliant usque ad quartam. sit dosis mediocris, ana drach. ii.usque ad.iii. cum unc.ii. ipsius aceti in hora dormiendi. Egreditur uirtus huius medicaminis usque ad profundissimas, & absconsas materias huius membri melancholicas, & uiolenter operatur, attenuat, & consumit materias rebelles,& sepultas.

Dixit Aboa.accipe uespertilionem,& decolla,& exicca ipsum,& contere,& accipe ex eo quantum tolerant tres digiti,aut accipe septem uespertiliones pingues, & decolla eos,& exicca ipsos,& pone eos in uase uitreato submersos cum aceto forti,& luta, & dimitte in furno clauso. Cum ergo decocti sunt, depone uas extractum donec infrigidetur. Et deinde extrahe eum,& dissolue digitis in aceto,& sumatur ex eo omni die in potu pondus drac.ii. & est sana, & experta medicina. Inquit Aboa. emplastra unguenta, & olea sunt ex conuenientibus medicinis ægritudinibus splenis prædictis. Medicina uero, & electarium illorum est, quoniam quandoque quidem sumitur ex simplicibus prænarratis, puta quia fit emplastrum de stercore ouium cum aceto, uel stercore caprarum montanarum cum aceto,& quandoque ex fęce ipsius aceti, quandoque fit euapo-

A ratio cum ipso.Et quandoque fit cataplasmatio cum filtro infuso in aceto tepido. Et quandoque sumitur stercus uaccarum herbas pascẽtium,& exiccatur, deinde coquitur cũ aceto,& fit emplastrum bonum. Et quandoque puluerizatur super ipsum sulphur citrinum.Et emplastrum c..m flore æris est mirabile. Et ex eis, quæ propinqua sun.m [illegible]alitati est sicla decocta cum aceto,& similiter radices, &..æ. Et quandoq; fiunt unguenta ex ammoniaco, & st.rcore ouiũ, & aceto,& oleo rutaceo.

Et olea sunt de amygdalis amaris,de se.agni casti,de granis narcisi,aut alchannæ,aut fraxini:& quandoq; fiunt cõposita ex prædictis,ut est maram basiliconis, & marã Gal. & marã factum de radice cappa. infusa in aceto diebus tot donec lenificetur,deinde exiccetur, & fiat marã ex ea cum cera ex oleo de alchanna: aut assumatur nigredo uasis de ære,& fiat ex ea cum farina hord.& aceto,& syrupo acetoso emplastrum,quoniam est ultimum.

Euaporatoria experta secundũ Alchindum.℞.rutæ,corticum radicum cappa.absinthii,calamẽthi,origani,ana par-

B tes æquales,decoquantur in aceto,& infundantur frusta filtri,& exprimantur,& applicentur.xx.uicibus,& cum infrigidantur auferantur.Item si dominatur caliditas,euaporetur splẽ cũ uapore aceti in lapide crudo,& ipsum filtrũ infusum in aceto calido applicetur super splenẽ. Et proprie si decocta sit salicis cortex,uel ruta,& proprie in balneo.

Euaporatio ad uentositatem, & inflationem splenis, & etiam apantem.in aceto bulliant cortex capparis radicis, ruta,agnus castus,calamenthum, ammoniacum,& spica & infusum filtrum frequenter applicetur,& est Rasis.

Trochis. ad splenẽ. Confectio trochis.ad splenẽ cum caliditate. ℞.razerich drach.v.laccę reu.succi eupatorii,anisi,spicę,masti.ana.ʒ.i. detur cum decoctione radicum, & sunt Rasis. Confectio emplastri ad splenẽ cum caliditate. ℞.ligni salicis, & folia eius,tamarisci,extremitates myrti,& cypressi,& contere, & misce cum aceto uini,& est Rasis. Empl.splenem.

Empla.ad duritiem splenis. Emplastrum ad duritiem splenis,& uentositatẽ.℞.foliorum ru.drach.x.nitri,mentastri sicci, ana drac.iii.ammoniaci drac.vii.ammoniacum dissoluatur in aceto, uel uino, &

C cum cera cõspersa fiat emplastrum, & super ponatur, & est Almansoris. Decoctio Serapionis ad splenẽ experta.Rec. foliorum capparis, & terantur cum aceto, & exprimatur ex eis quantitas unc.ii.quæ bibantur, & dentur tribus diebus. Sed pueri sumant ex eo postquã expressum fuerit sine aceto. Alia sagassara, & est alfelesif æqualis ei teratur,& exprimatur,& detur ex succo eius æquale ei,& detur in potu etiam drach.s.armoniaci cum aqua raphani, & misceantur cum aqua raphani,qui expressus fuit, quod sit æquale ei de sisamo,& terantur, & fiat emplastrum ex eis super splenẽ tribus diebus, expertum enim est. Dimach Serapionis ualens ad duritiem splenis,& stomachi, & confert ad reliquas exituras,& apostemata calida in eis. ℞.bdellii,armoniaci,ana,unc.i.caricarum.v.fabarum,passularum, enucleatarũ, cicerum,& meliloti, fœnugræci,& seminis lini,chamæmillæ, aluminis, farinæ lupinorum,ana unc.s.olei rutę, & chamæmillæ quantum necesse est. Infunde ficus in meibutegi,& aceto die ac nocte,& terantur ualde,& misceantur cum medicinis,soluantur,quæ soluuntur cum meibute-

Decoctiõ experta ad splenẽ. Pro pueris.

Empla. ad splenem.

D gi in quo infudisti ficus, & rectifica illud,& administra ipsum. Aliud, armoniacum soluatur cum aceto forti donec fiat sicut alcac, line ipsum super pannum, & epithima. Aliud sumatur myrrha,bdelium, armoniacum, thus, æquali pondere, & soluantur cum aceto forti epithimentur. Similiter abscindatur charta secundum quantitatem splenis,& liniatur super ipsam fauus mellis,& pulueriзetur super ipsum sinapi humectatum non tritum, & epithimetur cum eo nocte una.

Vnguentũ expertum ad dolorẽ splenis, & matricis. Vnguentum expertum ad dolorem, & oppilationẽ splenis,& duritiem eius,& dolorẽ matricis. Recip.bdelii,masticis,galangæ,armoniaci,aloes, colophoniæ, mellis communis,ana unc.i.terebinthinæ, unc.ii.sagapeni, styracis liquidæ,ana drach.viii.ceræ citrinæ, unc.iii. succi cyclaminis,& absinthii, ana lib.i.olei chamæmilini, lib.s.terantur terenda,& conficiantur,& emplastrentur continue:mollificat enim et resoluit,et rectificat complexionem eius.

Dixit Dioſco.cyclamen ſecundum omnem modum adminiſtrationis eſt medicina probatiſsima in ſoluendo oppilationem ſplenis,& mollificat,& reſoluit,& attenuat. Et ſuccus eius cum tantundem aceti mollis, & ceræ partes . iiii. bullitis uſq; ad ſpiſsitudinem eſt medicamẽ expertum ualde in an[illegible]is oppilationibus eius.

Electariũ expertum ad ſplenẽ.

Antid[illegible]m ad ſplenem probatiſsimum. Recipe radicum enulæ campanę, raphani maioris, ana uncias. ii. medianæ corticis tamariſci,unc.ii.florum eiuſdem, unc.s. betoni.ſiſymbrii, ana unc.s.limaturæ ferri,unc.iii.mellis quod ſuffi cit ſumatur bis uel ter in die,adde ſpicæ, unciam unam neminem fellit unquam, & puluis tamariſci cum ſpica,& cinnamomi,proprius eſt.

De apoſtematibus ſplenis,& tumore eius. Cap. 3.

APoſtema ſplenis eſt tumor præter naturam eueniẽs ei . Eius autem ſpecies ſequuntur numerum materierum ad mod[illegible]m apoſtematum contingentium in hepate,& ſimilibus membris,ſed plurimum eſt melancholicum durum propter cauſam ſuperius in principio dictam.Et quandoque eſt phlegmonicum,quod eſt,quia in eo ſunt arteriæ,& uenæ continentes ſanguinem , qui præter naturam influens , & in ſubſtantiam ſplenis collectus , phlegmonem fecit.Et aliquando eſt phlegmaticum molle, ſed raro propter phlegma craſſum aggregatum in hepate ex indigeſtione, uel membro catarrhizante illi per poros occultos,ad eius mollitiem adiuuat ſubſtantia eius mollis, & cum calefiat ſimul cum melancholia à tepida caliditate accidente ei fit uentoſum ſi colligatur . Si uero in uacuo ſit diffuſa,uel interclusa facit inflationem . Cholericum uero rariſsime accidit , cholera.n.ſi ſuperexcreſcat in hepate tranſmittitur ad cyſtim non ad ſplenẽ.Oppilatione uero in poro cyſtis contingẽte,ut non poſsit tranſmitti habilius tranſit cum ſanguine per uenas,quã in ſplenẽ mittatur ſplene repugnante illi,& natura ſui ignea,quæ de centro ad circunferentiam ſemper mouetur.Et ſi per uenas , & arterias tranſeat in illis obtunditur, & alteratur , inſpiſſaturq; ſplenis frigiditate, & humoris melancholici in eo cõtenti,quare non remanet cholericum,ſed tranſmutatur in durum.

Cauſæ. Cauſæ eius ſunt notæ ex dictis hic , & ſupra de apoſtemate hepatis,cui delatorie ſeruit.Et ex cauſis eius eſt phlebotomia plurima,& conuenientia circunſtãtiarum eſt cauſa exterior.Et quãdoq; fit permutatione apoſtematis hepatis:cum eius materia transfertur in ſplenem , & eſt melius quàm ſi econuerſo fiat.Et quandoq; confortatur ſplen ſubito,& educit eius materiam fæculẽtam,& euadit infirmus . Et eius eductio eſt quandoq; per fluxum ſanguinis naris ſiniſtræ,quandoq; per uomitum,quandoq; (licet raro) per urinam,& quandoq; per ſeceſſum.

Signa. Et ſigna eius abſolute ſunt ſigna oppilationis ſuperius numerata,ſed ſunt cum dolore grauatiuo propter tenſionẽ ſuſpenſorii,quare extenditur uſq; ad furculam, & compatitur diaphragma,ex quo ſequitur malitia in anhelitu , & fit uelox,frequens,& interceptus,ſicut accidit pueris quando plorant,& eſt cum melancholia, & quandoq; cum riſu . Et cum eſt phlegmonicum,eſt minus durum cum inflãmatione,& feb.& maiori dolore. Et magis cum eſt cholericum , & eſt cum alienatione: eius autem quod eſt phlegmaticũ , ſigna ſunt prædictis oppoſita.Ventoſi uero, ſigna ſunt abſq; grauitate,& cum premitur tactu,reſiſtit illi,& ſonat .

Cura apoſtematum ſplenis ex cura oppilationum ipſius & apoſtematum hepatis innoteſcit . Curam ergo illorum proſequere ſecundum illorum intentiones , & modos . Et compleas cum appropriatis ſimplicibus,& compoſitis,quę ſunt deſcripta ibidem.Et ex appropriatis in apoſtemate calido eſt alumen:in eo enim eſt inciſio aliqua cum qualitate æquali,& ſtypticitas,& uirtus frigiditatis.quare oportet , ut miſceatur cum medicinis eius apocruſticis , & reſolutiuis.Et acetum etiam eſt ex illis,& aqua foliorum ſalicis,& foliorum algarab,& aqua portulacæ,& capil.uen.humidi.

Et ſumere in potu de ſemine portulacæ.ʒ.i.cũ aceto,arnogloſſę exiccatę & pulueriʒatę omni die coclear.i.& alia quæ à proprietate operantur frigida ſuperius numerata.

De ſpeciebus icteritiæ. Cap. 4.

ICteritia,ut dicit Aboa.eſt alteratio coloris corporis fœda.Eſt autem triplex,citrina,nigra,mixta,ſeu uiridis.Et cauſa eius eſt quadruplex ſecũdum quatuor actus interuenientes ad eius cauſalitatem ſeinuicem ordinate habentes,ſicut cauſa ad cauſam,& ſunt immediata,mediata , magis mediata, remota.Immediata ſm Ga. eſt effuſio cholerę in toto corpore,& proprie in cute,nec mirum, cũ cutis ſecundũ eum ſit membrum ordinatum ad receptionem ſuperfluitatum corporis totius.Eſt quoq; illius effuſio quandoq; critica,quandoq; ſymptomatica,& ſiquidẽ ſit choleræ citrinæ,facit citrinam:ſi uero nigræ,facit nigrã:ſi uero utriuſq; mixtam,ſeu uiridem operatur . Cum enim miſcentur duo humores,citrini coloris,& nigri,uiridis reſultabit color , dixit Aboali.Nec erit tertia ſpecies ſimplicis icteritiæ , licet ſit tertius humor , qui naturaliter per uenas uadit cum ſanguine phlegma,ſcilicet album colore, dicente Hipp. in aph.Si albo phlegmate.Tale enim phlegma eſt naturale,ꝙ à ſanguine non ſequeſtratur,nec ſub propria forma inalteratum tranſeat in cutem , ut proprium imprimat colorẽ in ea, ſicut color uterq; facit . Et ſi phlegma innaturale à ſanguine ſeparetur quandoq;,illud tamen propter ſui uiſcoſitatem,& craſsitiem nõ bene eſt effuſibile per uniuerſa corporis membra & cutem ſine ſanguine , quare totam cutim dealbare non poteſt,licet interdum diuerſus,& circunſcriptus in aliqua parte cutis illam dealbet, & morpheam albã operatur,ſicut melãcholia,nigram,quæ differt præter hoc ab icteritia,quoniã morphea ex errore tertiæ digeſtionis fit,& membrorum eius,icteritia uero ex errore ſecundę & membrorum ipſius. Et ſi quandoq; colorem pallidum , & plumbeum in uniuerſo corpore imprimat in naturale,facit ſuperexcreſcens in ſanguine, & effuſum cum eo in totum, & cutem,illud eſt,quia in ſua ſuperexcreſcentia non ſeparatur à ſanguine,ut tranſiens in cutem proprium, & per ſe calorem imprimat in ea,ſed mixtus cum eo ipſius calorem obtundit ,ita ꝙ alteratũ cum eo in natura membrorũ cutis colorem pallidum,& plumbeum reddit,qui & ſi non ſit naturalis,tamen non eſt fœdus,ut color icteritiæ cum nõ tãtum à naturalis recedat,quare icteritiam facere non eſt dictum.Et in ſumma phlegma quodcunq; non efficit icteritiam albam,licet ſit albũ,cum icteritia,ut dictum eſt,ſit alteratio coloris corporis, & cutis totius fœda , ipſum phlegma corpus totũ,& cutem alterare non poteſt , & ſi alterat totam,ipſius alteratio non eſt fœda .i. multum recedens à naturali,ſicut eſt citrina,& nigra,ut poſsit icteritia dici.

Cauſa mediata eius eſt effectus mundificationis illorum humorum à ſanguine in uenis , & hepate , ut ſuperius dictum eſt . Cauſa magis mediata eſt debilitas in membris, & oppilatio in uiis , & in materia choleræ multitudo in membris,ſcilicet cyſti quantum ad citrinam , & in ſplene quantum ad nigram , & in utriſque quantum ad uiridem . Remota cauſa eſt quælibet ægritudo debilitans ipſam in attractione, & hepar in expulſione , & proprie mala complexio quælibet,ut ſuperius dictum eſt in hepatis debilitate , & apoſtemate. In poris oppilationis cauſa eſt nota ex cauſis prædictis in materiæ quantitate multa , ſeu illorum humorum,& magis quàm per illa membra mundificari poſſit.Talis ſecundum Gal.eſt duplex,interior,ſcilicet & exterior.Interior eſt duplex,ſcilicet materialis,ſcilicet cibi, & potus,quia ſunt acuti,unctuoſi,& dulces in utraq;: uel melancholici,& craſsi,& terreſtres in nigra . Et efficiens , ut complexio calida multum hepatis, multiplicans choleram citrinam,in citrina : uel calida multum adurens ualde , & choleram nigram multiplicans in nigra : uel complexio totius corporis , & membrorum calida multum ſanguinem in choleram citrinã permutãs in citrinã , uel in nigram per aduſtionem ſuo ſuperexceſſu in nigra icteritia: uel frigida ualde totius,& hepatis ipſum ſanguinem congelans, & denigrans,qui ueniens ad cutem,nigram icteritiã operatur, licet cauſa hæc ſit rariſsima , & cum adſit in hepate potius egeſtionem nigram qualis eſt ſanguis nigreſcens quã icteritiam operatur propter craſsitiem ſui nõ bene effuſibilem in circunferentias cutis,ſed petentem potius centrum , & inteſtinorum intimum propter grauitatem . Et cum acciderit nõ reſoluitur eius materia cito,& eſt timoroſa.Exterior eſt coadiuuans,& eſt per ſe,& per accidens, per ſe oĩs circunſtantia conſimilis calida uel frigida cooperans ad generationem illorum humorum : per accidens eſt diſpoſitio temporis,aeris,regionis,& ſimilium, frigida, & ſicca, quæ calorem remittunt, & fortificãt in interioribus igniendo, unde humorum prædictorũ ſequitur ex prædictis cibis generatio,& poros cutis conſtipant, non tantum , ꝙ per hoc intranſpirabiles illos reddat humores,quia ſic febrem accẽderet,ſed quod ad eorum retentionem in cutis ſubſtantia operetur,ut in hyeme,& borea, & in regionibus ſimilibus eſt uidere. Vel eſt ſumptio ueneni,ſeu morſus animalis uenenoſi,& propie tyri ſanguinem , & humores corporis & membrorum corrumpentis,& in citrinum colorem , & uiridem conuertentis,qui perueniens ad cutim, citrinã operatur uel uiridem icteritiam,unde Gal.ait. Redeamus igitur ad hepar,& uideamus an in omni tempore hepar icteritia exiſtente patiatur,& an ſit ad hoc accidens operans. Dico ergo quòd multoties hepate ſalubri exiſtente, uidemus choleram rubeam diuidi,& extra cutim exire hoc eſt ſecũdum criſim.Item ſine criſi ſanguinem conſpicimus in choleram mutari,cum ex peſsima,& aliena corruptione corrumpitur,ſicut ex morſu reptilium uenenoſorum , quemadmodum uidi Regis miniſtrum,cuius officium erat tyros capere,quodam tẽpore à tyro morſum fuiſſe, qui tardãs ſumere medicinam ſolutiuam,mutatus eſt in colorem praſsii.

Signa ſpeciei icteritiæ unaquæq; per ſe uiſui nota eſt, cũ ſit membri exterioris coloratio fœda,cuius uiſus eſt iudex proprius. Cauſarum uero ſigna,quę ſunt occultæ,oportet ſubiungere diſtincte, & proprie remotarum , interiorum, quę licet ſint poſteriores in ipſis impreſsione,priores tamẽ ſunt in curatione. Eis enim ablatis prompte fit mundificatio ſanguinis,ceſſatq; effuſio choleræ,& fœda cutis coloratio fiens,necnon & facta ceſſabit facile. Inquit enim Gale. Quod prius eſt in intẽtione,poſterius eſt in operis executione , & econuerſo recto curationis ordine procedendo. Hoc aũt dixit,quia inutiliter quis prouidebit febribus , & etiã aliis diſpoſitionibus,niſi prius meminerit cauſæ:cuius cognitionem cura confeſtim ſequitur,ut dictum eſt.Si igitur cauſa eius ſit ægritudo quælibet , & maxime oppilatio quæcunq; mala,& debilitans,& frigida, & humida,& attractiua cyſtis,& etiam ſplenis coniecturando cognoſces ex ſignis prædictis diſpoſitiones hepatis,quas plurimũ ſequitur cyſtis,propter affixionem:& ſplen,propter colligãtiam: & utraq; propter ſeruitium ægritudinis debilitantis hepatis expulſiuã.Signa ibidẽ habuiſti.Ipſius ergo præſentia cũ priuatione ſignorum ſubſequentium cauſarum indicant illam.

Signa uero diſtinguentia inter debilitatẽ attractiuæ ipſorum,& ſequeſtrationem hepatis ſunt,nam debilitatem attractiuæ illorum abſq; debilitate expulſiuæ hepatis ſignificat pauca tinctura egeſtionis , & minor ſolita naturali , & minor tinctura urinæ cum præceſsione ægritudinũ cyſtis, & ſplenis,& abſque ægritudine hepatis . Debilem ſequeſtratiuam hepatis abſq; debilitate attractatiuæ illorum mẽbrum ſignificat anteceſsio ægritudinum hepatis cum læſione in aliis operationibus eius , & tinctura in egeſtione, & urina minor ſolita . Et quandoque ſunt ſanguinolentæ, ſicut lotura carnis,& ſequitur cachexia, deinde hydropiſis. Si uero ſit cauſa eius oppilatio in poris per quos trahunt, & tranſmittunt ſuperfluitates, ſigna erunt egeſtio alba , & conſtricta in citrina,non neceſſario in nigra: & urina citrina , uel nigra , et color obtuſus in icteritia , et ſubito eueniẽs.Signa uero ſpecierum,& modorũ oppilationis ex prędictis in hepate,& ſplene ſunt manifeſta.Signa quoq; diſtinctiua oppilationis pororum ex dictis in oppilatione hepatis ſunt manifeſta cũ prædictis oppilationis ipſorum ſignis, quæ percipies abſq; ſignis præcedentis, & ſequentium cauſarum.Si uero in cauſa ſit materia , & multa quantitas choleræ,cuius cauſa materialis ſit cibus,& potus,ſcies ex relatione infirmi,& aſtantiũ. Si uero in cauſa efficiente ſit culpa,quæ eſt alia complexio calida multum hepatis multiplicans cholerã citrinam,uel nigram,ſigna erũt,quæ ſuperius dicta ſunt in mala complexione hepatis calida,& eſt paulatim eueniens: & cum hoc uidebis in citrina citrinitatem maiorem,& in nigra maiorem nigredinem , urinam quoq; rubeam uehemẽtis rubedinis donec ad rubedinem trahat, & pannum taliter tingat,ut uix remoueri poſsit , & ſimiliter egeſtionẽ.Et omnia exeũtia per nares, & ſudores quaſi citrina in citrina,uel nigra in nigra, uel mixta ex utriſque, ſeu uiridis in uiridi, & commixta. Et ſiquidem ſit ex mala complexione multum calida totius corporis , & membrorum,ex tactu membrorum corporis,& cutis calido inflammato,& uenarum rubore,& pruritu:& erũt in colore icteritiæ,& modo ueniendi,mediocres tunc , & urina,& egeſtio naturales,uel quales in principio. Cholera enim multiplicata in membris tendit de ſui natura ad circunferẽtias cutis,non regurgitat ad interiora,cum hepar cum ſuis emũctoriis ſaluum exiſtens egeſtionem , & urinam naturales tunc operetur, licet in proceſſu contingat mutari,& eſt ſignificatio bona,quia hepatis ſanitatem oſtendit, quare hydrops non timetur. Vnde Hippo.Icterici non ualde inflati ſunt. (Quinta apho. 72.) Et ex his,ſpecierum cauſarum ipſius icteritię nigrę, & citrinæ ſunt notæ . Et erunt cum priuatione ſignorum præcedentium cauſarum. Et ſimiliter ſi ſit cauſa mala complexio hepatis frigida,uel totius corporis,& membrorum, ex ſignis contrariis prædictis cognoſces. Cauſarum uero exteriorum,quę per ſe ſunt, ſunt manifeſta,cognitis eis ẽt, quæ per accidens cauſæ fiunt.Et ſiquidem ſit uenenoſa,ſi ab animali eſt morſus,oſtẽdit punctio,ſi uero à ſumptione ueneni,ſignificat ipſam præterita ſuſpicio,& ſanitas , & bonitas humorum,& aduentus illius ſubito cum priuatione prędictarum cauſarum, atq; egeſtionis , & cum urina fiſticali, ſicut ireos proprie,uel in colore ſimili ærugini æris,uel ſucco porri ſecundum diuerſitatem complexionis ipſius ueneni,& ſpecierum icteritiæ.

Signa uero ipſarũ ex critica uel ſymptomatica effuſione choleræ prouenientium ſumi poſſunt ex præcedentibus cõcomitantibus,& ſequentibus. Ex præcedentibus quidẽ,nã criticam præcedit ægritudo acuta hepatis uel ſplenis apta terminari per eam,nec fit ſubito , ſed præcedentibus ſignis digeſtionis,& aliis ſignis bonæ criſis . Ex concomitãtibus, quia eſt cũ bona tolerãtia,cũ ſit ante ſtatum , ſed in ſtatu,& in die critica,quæ eſt poſt.vii.non ante niſi in corpore calido,& regione calida,ut eſt regio. Auer. Et nõ cum duritie hypocondrii dextri , immo cum bona diſpoſitione ipſius, (Quarta apho.63. & 64.) unde Hipp.Icteritia ante.vii.mala, in.vii.uero,&.xi.bona ſi dextrum hypochondrium non durum fiat. Ex conſequentibus,quia ceſſet ægritudo, & uirtus confortetur . Inquit Hippo.Si qualia oportet purgari purgentur,confert,& bene ferunt: ſi uero non,contrarium.Sed ſymptomaticam cõtraria prædictis ſigna oſtendunt.

Cura icteritiæ ſymptomaticæ , ut ex prædictis eſt habitum, eſt duæ res . prima eſt cauſarum ablatio , ſecunda eſt ipſius alterationis cutis fœdæ factæ ad naturalem permutatio. Primam rem complent proprie , quæ cauſas debilitatis cyſtis,& ſplenis attractiuæ auferunt . cauſas quoque debilitatis ſequeſtratiuæ hepatis, & uenarum, ſiue ſint de genere malæ complexionis , compoſitionis , ſolutionis , uel apoſtematis,quæ omnia in cura hepatis , & ſplenis tradita ſunt. Inquit autem Aboa. ſi fuerit cauſa icteritiæ in hepate,& felle,curetur cum regimine prædicto in debilitate hepatis: nam cura ipſius fellis eſt illa , quæ oppilationes pororum cyſtis fellis aperiunt, cauſas earum auferendo quæcunq; ſunt, quæ omnia ſuperius in cura oppilationis hepatis,& ſplenis tibi nota fecimus. Et ex propriis eſt cuſcuta, quæ fellis oppilationem aperit,& hepatis , & etiam omnia amara,quæ quoniam aperiunt , & abſtergunt, curant icteritiam. Dixit Aboa.ex conuenientibus attenuatoriæ ex ſiccitate quam ſignificat corporis ariditas , eſt adminiſtratio lenificantium,& ſubalterantium choleram, ſicut mucilagines frigidæ,& ſicut ſebeſten,& ſimilia cũ oleo de amygdalis. Si uero fuerit ex naſcentia rei alicuius, non extimo , ꝙ ſit cura : ſi uero fuerit ex apoſtemate , cura eſt cura illius. In coarctatoria aziniar eſt ex melioribus medicinis icteritiæ.Et debilior iſta eſt in qua oppilatio eſt in meatu choleræ . Et quando cũ oppilatione eſt feb. tunc atriplices ſunt boni ualde,quoniam ſunt aperitiui , & extinctiui , & ſimiliter radix lactucæ de qua ſumantur , drach.ii. cum melle,

& similiter aqua cuscutæ, endiuiæ, lactucæ, & myrthi, cum rotulo casiæ fi. & oleo amygdalarum dulcium, & amararũ. Et ex appropriatis in oppilatione eius, est rhabarbarũ, hypericon, capil. vene. olibanum, rubea tinctorum, ana partes æquales, de quibus detur, drach. i. cum aqua fœnicu. gentianæ, aristolochiæ, costi, polii, centaureæ, & similium si non sit feb. Serapio ait, & confert in hac specie icteritiæ uomitus, fortasse enim aperitur oppilatio propter motum eius impetuosũ. Clysteria quoq; ex polypodio, epithymo, & thymo in nigra, & absinthio, endiuia, malua, & uiolis, in citrina, uel ea, quæ malam hepatis complexionem calidam, uel frigidam ualde alterant, & permutant, quæ etiam supra in cura ipsius diximus, uel totius corporis, & membrorum complexionem malam calidam adurentem, quæ ibidem ẽt tetigimus. Et ex eis proprie est balneum uniuersi corporis cum aquis dulcibus ex frigidis mollificantibus, & rarefaciẽtibus, non stipticis, quæ densando poros inflammant, qualia sunt uiolæ, maluæ, lactucæ, atriplices, melilotum, coriandrum, solatrum, acetosa, & similia. Ex eis est alterare hepar cum cerato, uel epithemate de sandalis. Et cum syrupo de endiuia, trochiscis de camphora, de seminibus communibus, & frigidis. Ex electariis, diarhodon, & triasandali, & cum seminibus, & succo frigidarum herbarum, & aliis frigidis aperitiuis appropriatis, quæ superius dicta sunt, & alterare etiam cum frigidis appropriatis supra in cura ipsius enarratis, ait. n. Gal. cum cor, & hepar est frigidum, totum corpus frigidũ erit. Et urina rectificabitur, & icteritia cessat, uel quæ frigidam complexionem totius corporis mortificant alterant, & calefaciunt, & etiã hepatis, quæ sunt ex calidis numeratis ibi in cura hepatis interius, & exterius approximandi. Oportet autem ne subito approximentur, sed paulatim, & cum caliditate non superflua, adustiua: nam taliter approximata calorem naturalem debilem existentem in eis resoluunt. Reginimis quoq; rectificatio in cibis, et pũtibus; & aliis non naturalibus rebus fit ita, quòd in contrarium uertatur dispositioni materiæ, & membrorum habẽtium ipsam generare. Et caro ericii est iuuatiua ualde propter fortitudinem prouocationis, mundificationis, & conuenientiæ suæ ad hepar. Et ex regimine lauante fel, & remouente putrefactionẽ eius, & incrassante illud, quod est in eo, & est, ut cibetur frigidis, pane non azimo, sale trito, & endiuia plurima septem diebus. Et si quidem fit à causa uenenosa, cura est ea, & cum his, quæ supra in cura ægritudinum cordis ex simili causa diximus. Gale. autem dixit, cum autem ad me ueniret, qui punctus fuit à thiro, & causam passionis narraret, iussi eum theriacam assumere, quæ sumpta in pauco tempore in naturalem rediit colorẽ. Post ipsam autem dixit Aboali, bibat patiens aquam malorum macianorum, granatorum, succum endiuiæ, portulacæ, micilaginum berberis: & omnia in quibus est infrigidatio cũ uirtute theriacæ, & cordiali. Et in ipsa iam expertus sum cum accidit in principio, & proprie cum uenenum est ibi bibitum, & bibit lac assidue cum oleo amygdalino. Et ex regimine conueniente, & communi symptomatica quacunque, cuius præmissa est cura. Et est, ut iuuetur cum prouocatione fluxus uentris, & sudoris, & confortatione naturę. Inquit Galen. icteritia ante. vii. mala nisi cum de uentre nimia humiditas exierit. Aboa. quoque dixit, icteritia ante vii. mala, nisi succurratur fluxu uentris, aut sudore naturali, & natura fit fortis: illud tamen consideratione indiget quemdmodum de fluxu uentris in pleuresi, & uomitu in principio diximus. Si uero critica fit, dimittatur naturæ. Inquit enim Hippoc. ea quorum crisis fit, aut facta est, non mouere oportet, neque nouum facere, sed finere. Secundam rem complent, quæ materiam cholericam in poris, & substantia cutis imbibitam resoluunt, & abstergunt, & lauant, & sic ipsum secundum naturalem calorem dimittũt. Quorum quædam sunt illam cõplentia à proprietate, quædam à complexione. à complexione resolutionem cõplent exercitia temperata, frictiones, & proprie cum aquis, & oleis ex resoluentibus materiam subcutaneã, ut est chamæmilla, ireos, & proprie anethum, & sudorem prouocantia, quæ in cura hepatis in uniuersali dicta sunt. Absterfionem complent unctiones cum frictione, proprie ex acetositate citri, aqua acetosellæ, se. melonis, & aqua cucumeris, & aqua, & aceto, & aliorum abstergentium frigidorũ, si adsit febris, uel calidorum, si nõ adsit, quorum summam in de coctione infra faciemus annuente Christo. Lauationem complent balnea naturalia, & artificialia ex aquis dulcibus & decoctione atriplicis, ficlæ, tribuli, endiuiæ, capil. uene. cuscutæ, anethi, & similium in citrina. In nigra uero cũ epithymo, thymo, boragine, & buglossa, sene, & similibus. in mixta cum utrisq;, uerantamen ante introitũ balnei oportet, ut sumatur aqua decoctionis asparagi, cicerum, ana. M. i. quæ decocta sit in uase uitreato cum. v. uesij aquæ, & sit cũ uino mixta si non sit feb. si uero adsit, sola bibatur. Et similiter aqua cuscutæ cum semi. apii, & zuccharo tabarzeth, & si bibatur ex ea sacraial. i. est iuuatiua ualde, uerum particularia balnea, seu lauationes sunt conuenientia oculis, & citrinitati ipsorum cum superfluit, cum sit eis nociua. Et sint cum aqua fœni. chelidoniæ, usnea, rutæ, uel cum aqua tribulorum, & memithæ, solatri, coriandri, & fructuum frigidorum habentium uirtutem absterſiuam iam dictorũ, & submerguntur etiam oculi in ea. Et ex conuenientibus eis est sternutatio prouocata secundum diuersitatem dispositionis cum calidis, ut est succus foliorum nasturtii, prasij, aut ciclaminis, sicut est uel cottum infusum in lacte mulieris, deinde in mane expressum, aut succus radicis raphani, uel foliorum eius, uel cum parum calidis, ut est succus siclæ, uel cum succis frigidis, ut est succus semperuiuæ, & acetum ipsum quando sugitur, naribus, & tenetur hora una. Et stet infirmus in pila balnei, quoniam est bona curatio, motu enim choleram de oculo excutit, & pernares deriuando educit.

Dicit Galen. Complentia uero à proprietate sunt, ut sumantur nucis cupressi, drach. i. casiæ lignea, drach. iiii. & bibantur cum uino antiquo, & deinde abluatur, quoniam minget icteritiam. Item sumatur fel urſi cum uino, aut de cornu cerui, drac. i. aut pulueris sulfuris, drach. ii. Et ex eis, quæ laudantur est, ut sumatur in potu cum uino de lumbricis terrenis exiccatis, quoniam ipsum mundificant statim. Et ex expertis est, ut dentur radices acetosæ, & ut patiẽs in sole, & ambulet in ipso hora una donec calefiat, & sitiat, deinde sumat in potu decoctionem capillo. ueneris, rubeæ tinctorum, & mentæ. Et similiter si bibatur post balneum confert ualde. Et ex solutiuis propriis est, ut perforetur cocolocynthis, & expellatur illud quod est in ea, & repleatur uino, & bulliat super prunas, deinde coletur, & bibatur.

Syrupus in materia hepatis calida, siue refrigerans hepar, & membra supercalefacta audaciam fellis, & acumen choleræ extinguit, & omnes morbos febriles. Et releuat infirmum ab hectica, & icteritia citrina, si Christus uoluerit senator omnium lãguorum. Rx. berberis, florum boraginis, cicoreæ, seminis portulacæ, scariolæ, lactucarum, papaueris, psilii conquassati in aqua frigida hepaticę, ana unc. i. plantaginis, pimpinellæ, semperuiuæ, solatri, ana. M. s. succi hepaticæ, succi cicoreæ, scariolę syluestris, & domesticę, succi semperuiuæ, succi apii, depuratorum, ana unc. iii. spodii, sandal. ana unc. iiii. seminum communium mundatorum. ʒ. ii. camphoræ. ʒ. i. zucchari li. ii. aceti. ʒ. iiii. dosis ʒ. ii. in aurora cũ aqua frigida, caue ne sit infirmus cum oppilatione hepatis, & splenis, & senex, & debilis stomachi.

Alexander. syrupus utilis habentibus hepar supercalefactum & choleram exuberantem in felle extinguit, & mundificat. Recipe succi endiuiæ, succi plantaginis, lupuli, fumiterræ, ana lib. iii. depurentur, & bulliant, aquæ fontis in quibus resideant rhabarba. drach. x. spicæ nardi. ℈. i. s. per duos dies, & bulliant deinde usque ad consummationem, lib. iiii. deinde coletur, & aqua zucchari, lib. i. & syrupentur, dosis, unc. ii. cum aqua frigida. Syrupus ex inuentione nostra ad hepatis materiam nociuam ut expellatur, mundificans hepar, & malitiam fellis per ueficam, extinguit audaciam choleræ, fugat febres omnino, rectificat effigiem, citrinitatem oculorum, & icteritiam ex caliditate inflammante, & urente, eo quòd membra, quæ sunt radix ægritudinum rectificat, si Christus uoluerit. Omnia enim uelut deficiente igne deficerent, & uelut pluuia deficientibus nubibus euanescerent si modicum sua quiescerent influentia.

Rx. capillorum ueneris, scariolæ syluestris, portulacarum, scolopendriæ, eupatorii, lupul. saxifragiæ, hepaticæ, radicis & foliorum cicoreæ, & florum, radicis apii, fœniculi, bruſci, asparagi, semperuiuæ, tamarindorum, rubi, uuarũ cum sua teneritate, alchechengi, uel nenufaris, solatri domestici. ana. M. s. seminis coriandri, portulacæ, apii, fœniculi, anisi, subtilissime puluerizatorum, ana drach. iiii. florum boraginis, uiolarum, psillii præparati, rosarum, ana drach. iiii. sandali utriusque, calami aromatici, spodii, masticis, ana drach. i. succi plantaginis depurati, succi fumiterræ, succi apii, succi arthemisiæ, succi pomi acetosi, succi scariolæ, & pomi terranei perfectè depuratorum, ana drach. iiii. reupontici, drach. iiii. rhabarba. electi. ʒ. s. camphoræ, drach. i. spicæ, drach. s. zucch. lib. iiii. aceti infecti in musco. ʒ. iiii. Dosis, unc. i. usque ad. ii. cum aqua cicoreæ, uel lactis caprini in mane. Hippo. syrupus ultimus hepari inflammato, & possessori oppilationum uenarum. Rec. florum tamarisci, camepitheos, berberis, ana. ʒ. i. endiuiæ hepaticæ, scolopẽdriæ, lupulo. apii, ana unc. i. aristo. M. i. sandal. albi & rubei, ana unc. i. zuccha. lib. ii. cuscutæ, absinthii, ana unc. i. Filius Zachariæ. modus emplastri refrigerantis hepar inflammatum, & fel, & choleram. Recipe sandali, drach. iiii. semperuiuæ tritæ. ʒ. ii. farinæ hordei, unc. s. masticis, drach. i. albuminis ouorum trium, camphoręˌ drach. s. olei ro. & aquę ro. succi solatri, succi uerbenæ, ana drach. ii. aceti, unc. i. applicentur permixta bene à tertiis usque ad uesperas. Syrupus Iudæi. Rx. succi endiuiæ, succi absinthii, succi eupatorii, ana lib. i. depurentur, & addatur zuccha. lib. i. aceti, radicum, unc. ii. Et aromatizentur cum utriusque sandali, spodii, ana drach. ii. spicæ, drach. s. ualet icteritiæ citri. & nigræ ex adustione, & oppilatione, expertum est. Similiter si fiat ex succo rostri porcini, & si præmittatur cum aceto albo, est efficax, & expertum. Græcus, medicamen magnum in ægritudinibus diuturnis hepatis icteritia nigra, & ægritudinibus phlegmatis salsi, & lepra. Recipe fumiterræ, se. lapatii, se. absinthii, scabiosæ, ana drach. ix. omnium myrob. sine ossibus, ana drach. v. hieralogodion, succi ro. ana ʒ. i. thymi epithymi, fœnæ, ana drac. vi. reupontici. ʒ. i. manæ, pulpæ casiæ, tamarindorum, ana. ʒ. iiii. rhabar. boni, & raued sceni, ana. ʒ. i. conficiantur. Syrupus. Rx. laccæ, spodii, ana drach. i. spartanæ, drac. i. polipodii, anisi, ana. ʒ. i. eupatorii, hepaticæ, ana. M. s. dosis. ʒ. s. cum aqua lactis caprini.

Vnguentum refrigerans hepar acumen fellis, & feb. calidas magnas. Rx. axungiæ porcinæ recentis quantitatem quam uolueris, laua eam cum aqua calida decies & octies cũ frigida, postea pistetur, & cũ ea i ncorporetur rosa. ʒ. i. sandali, utriusq; spodii, ana. ʒ. iiii. rhabarba. ʒ. iii. spicæ. ʒ. i. cáphoræ. ʒ. i. ceræ albæ. ʒ. iiii. olei rosati, succi semperuiuæ, ana. ʒ. iii. coquantur cum facilitate, deinde coletur, & permitte congelari, est maximæ efficaciæ ubi oportet. Inquit experimentator magnus. Succus hepaticæ cum albumine uorum agitato mixtus, per decem dies cum ieiunio assumptus curat dyscrasiam hepatis, & fellis calidam, & est efficax, & appropriatum in icteritia, si Christus uoluerit. Inquit Thesaurus. Rec. succi semperuiuæ depurati partes decẽ, mellis partem unam, aceti, partem. s. & bulliant ad partẽ mellis. Ius serpẽtis, ut supra de cura oppilationum hepatis positum est, & expertum in utraq; icteritia, & supercalefactis in hepate, & malitia fellis, necnon & coniunctione cõplexionis, & substantiæ, quãuis ad bene esse secundum aliquid faciant, nec substantia, nec complexione. Scriptũ est enim, quòd tale ex non quali muniuit medicinam largitor bonorum naturali, sed supernaturali uirtute utraq; cœlesti & elementaria, sicut Deus creauit, sicut quædam est nobilissima in rebus uirtus non natura hac, sed altera natura, natura ignota, non de naturis, quæ sunt sub Sole, sed alterius naturæ nostro intellectui ignotæ. Aboa. syrupus de absinthio, curat icteritiam citrinã, & confortat stomachũ, & chamæmilla, ex cheehengi, aqua decoctionis cuscutę, lacca, & syrupus de mẽta, lactuca cũ aceto, casia fi. acetositas citri, & succus ros, curat eam: & albaras, rhabarbarum, & aloes, cum aqua lactis caprarum, uel camelarum. Idem, decoctio polii cum aceto curat icteritiam nigram, litiũ indum bibitum, & linitum prohibet icteritiam nigram & splenem. Et asa administrata cum ficubus, & decoctio cicerũ, & chamedryos, chamepitheos, confert icteritiæ nigræ. Succus caulis cum uino de passis, succus radicis pentaphylli, calamentum syluestre, & radix peoniæ. & syrupus ex eis compositus, est efficax, & expertus, si Christus uoluerit. Scolopendria, os sepiæ, & uenæ tinctorum conferunt icteritię ex oppilatione, & proprie cum aniso, & uino albo. Aqua foliorum raphani aperit oppilationes hepatis, & remouet icteritiam rhabarbarum, agaricum, et aloes. Filius Serapionis. medicina solutiua quæ abstergit icteritiã. Rx. scãmo. aloes, siracost, seminis atriplicis, ana partes æquales, terantur, & detur in potu ex eis. ʒ. i. cum aqua bulliente. Idem. medicina solutiua ad icteritiam ualde mirabilis. Rx. scammo. ʒ. iiii. myrobal. citri. ʒ. vi. succi eupatorii. ʒ. ii. terantur, & cribellẽtur, & detur potio. ʒ. ii. ex ea cum aqua, & zucch. Serapio. medicina solutiua ad icteritiam nigram experta, &c. Rec. succi ciclaminis. ʒ. iiii. aliàs. ʒ. i. & solue, in. iii. lib. zucch. & decoque quousque remaneant duæ, & detur in mane. Item alia ad icteritiam, & inceptionem hydropisis, & datur cum lacte camelarum uel aqua casei, & sic illic est caliditas cum aqua solatri, & endiuiæ, & uolubilis. Recei. succi eupatorii, rauedˌ croci, ana. ʒ. i. s. laccę, seminis cuscutę, ana. ʒ. ii. cimarum schinanthi, se. citrulli, se. cucumeris, se. portulacæ, scam moneæ antiochenæ assatæ in citonio, ana. ʒ. i. terantur, & cribentur, & detur potio ex ea, aur. i. cum eo, quod uidetur ex rebus prædictis. Syrupus ex inuentione nostra, ad hepatis inflãmationem, choleram reprimit, & eius furorem in cysti extinguit, membra totius calefacta infrigidat, febres alterat, & diuturnas abbreuiat, & icteritiam citrinã sanat, si Deus uoluerit. Rec. succi endiuiæ, succi lupul. depuratorũ, ana lib. i. succi apii, succi absinthii, & eupatorii, succi boraginis depuratorum, ana lib. s. bulliant in eis permixtis. v. radices communes ro. in aceto, ana. ʒ. i. lactucarum, portul. pauperis, endiuiæ, ana. ʒ. s. eupatorii. M. i. coquantur, & colẽtur cum expressione, & colaturę addatur, zuccha. lib. ii. aceti, prædictarum radicum, & succi granatorũ muzorum, ana. ʒ. iii. & in pecia rara bulliant sandali, utriusq; spodii, ana. ʒ. ii. & quidam addunt camphoræ. ʒ. s. dosis. ʒ. ii. cum tepida, in aurora: & præmittatur phleborotomia, si expedit. Deinde finito syrupo ministretur infusio. reu. ʒ. ii. s. in aqua casei, fructuum, uel succi ros. et alteretur hepar cum sandalis cum munibus, & succo endiuiæ, deinde balneum temperatum dulcis aquę intret, & seruato bono regimine liberabitur, si Christus uoluerit: quia cum tali regimine liberaui multos, & est expertum.

PARTICVLA QVARTA sectionis primæ, quæ est de medicinis ægritudinum membrorum expulsionis.

Prologus.

EXplicauimus hucusq; sermonem in medicinis ægritudinum membrorum nutritionis, quæ ad tertiam spectabant particulam sectionis primæ, tempus est, ut afferamus illum ad eius particulam quartam, quæ erit de medicinis ægritudinum membrorum expulsionis. Sciendum prout retulit Falco quòd expulsio superfluitatibus proprie debetur, tanquam corpori inutilibus. Circa quam Galen. summus medicorum inquit. Et quia ex necessitate cibariis superfluitas insequitur, organa ad euacuandum eam natura constituit, eisque uirtutes imposuit, quibus mota alia quidem attrahunt, alia nutriuntur, alia uero expellunt superfluitates. Attrahunt splen, cystis fellis, & renes, ut in primo capitulo summæ tertiæ, & quartæ præcedentis tertiæ particulæ dictum est. Nutriuntur uero splen, & cystis fellis, sicut dictum est in summa præcedenti, ubi de eis diximus. Expellunt superfluitates intesti-

na uesica,& uiæ urinales. Triplici autem existẽte digestione,à triplici superfluitate,quæ illi sequitur necessario,sicca scilicet,humida,& uaporosa,ad expulsionem siccæ taliter à prædominio nominatæ,quæ digestioni primæ stomachi insequitur,constituit proprie, & principaliter natura intestina sex numero,tria gracilia,& tria crassa continua in seipsa,incipientia à fundo stomachi, & protensa usq; postremũ sphicterim,longa,circunuoluta inuolutionibus pluribus, ligata dorso ligamentis stringentibus ea, quibus adueniũt arteriæ,uenæ,& nerui plurimi tanquã sensu plurimo indigentes, composita ex duplici tunica neruosa,solida, ne rumpãtur à superfluitatibus transeuntibus,habente tria in se uillorum genera,quorum latitudinales in interiori tunica sunt situati in exteriori aliis situatis.Inquit enim Gal. & omnia scilicet organa uidebis secundum uillos mota. Et propterea unicuiq; quidem intestinorum rotundi.i. latitudinales secũdum alterutrum tunicarum inuoluti sunt, qui circũtrahuntur solum,attrahunt nihil,& sua circunuolutione retinent magis quàm propria uirtute, quorum tria superiora gracilia intrinseca superficie sunt fulcita humiditate mucilaginosa,tria crassa inferiora pinguedine,ne à motis,& discurrentibus superfluis offendatur. *Intestinorũ numerus, ordo & iuuamẽ* Primum ipsorum uocatum est duodenum,quia longitudinis.xii, digitorum,in rectum exiens à stomachi fundo,cui continuatur: cuius officium, & iuuamentum est,ut sit porta inferioris meatus stomachi, & eo clauso teneatur cibus in stomacho, donec digeratur perfecte,& sicut cibus per meri in stomachum ore aperto trahitur,ita eo aperto expellatur per eum de stomacho ad intestina alia gracilia continua ipsi,scilicet ieiunũ, & ileõ,quibus multipliciter inuolutis teneatur,donec meseraicæ eis affixæ multæ traxerint ex eis succum ad hepar, cuius sunt manus(aliter autem corpus semper appeteret, ut gulosum)donecq; si quid diminutum à digestione in stomacho habuerit compleatur per uirtutem eius mediãtibus meseraicis ab hepate uenientem,& sua propria complexione,quæ est similis cõplexioni substantiæ stomachi. Et quia maxime tales uenæ sunt affixæ ieiuno à quo maxime attrahendo ipsum inanitum à uiscositate cibi dimittũt,& à crasso fæculento inaniente ipsum cholera rubea illi transmissa per felleum porum à cysti,quæ excitat expulsiuam, dictum est ieiunum. Ileon autem iuuamẽtum est idem, licet ab eo minus trahatur quàm à ieiuno:plus tamẽ digestió fit in eo quàm fiat in inferioribus crassis, quæ ab ea etiã nõ euacuãtur,sicut nec à uenis hepatis uenientibus ad ea propter sectionẽ,licet modicũ sugant,& ab eo passio iliaca dicta est. *Qualiter ægritudines sortiũtur noĩa.* Inquit. n. Gale. Aegritudines multis modis sortiuntur nomina,ut à membro,& huiusmodi. Intestinis uero,ileon cõtinuantur alia tria crassa,quorum officium generale est prẽparare fæces,compellere, & exiccare, sicut triũ graciliũ generale officium est cibum à stomacho missum continere donec meseraicę traxerint eus succum,diminutũ digestionis supplendo. Horum primum dictũ est monoculus, quia unum habẽs orificium per quod cibum à superioribus gracilibus recipit,& si quid in eo sit indispositum:suctioni propter indigestionem stomachi,& superiorum intestinorum detinendo ipsum quietum in eius concauo,tanquã in bursa decoquendo perfectius, ut aptum faciat suctioni meseraicarum in aliis intestinis crassis inferioribus affixarũ, licet illa sit pauca quarum proportio eius ad intestina alia crassa est,sicut proportio stomachi ad superiora gracilia. Et propterea situs eius est ad posteriora,& declinãs ad partẽ dextram,ut uirtutis hepatis opportune recipiat influentiam,quod uero omnino indispositum est illi præparat, ut conuertat in fæcem quam postmodum per idem orificiũ expellit ad inferiora,& plurimum ad consumptionem phlegmatis in eo aggregati per indigestionis modum lumbricos & serpentes ex ipso corrupto generat:paucos tamẽ numero & quantitate:sic enim iuuant ad ipsius consumptionem nec nocent.quare corpus raro est sine eis. Et ex eius iuuamentis est,ut colligat fæces,& paulatim subsequenti ipsum scilicet colo emittat,ut exiccentur,& compleantur in eo, atq; aggregentur,donec expellantur, à natura grauata, & melius comprehendente totum coniunctũ quàm dispartitum:si enim simul expelleretur ad intestinum colon, & si-

E mul uenirent omnes,timeretur euẽtus colicæ propter multitudinem oppilãtem. Et hoc intestinum dignius est, ut descendat in bursam testiculorum aliis propter rupturam inguinis,seu siphach,cum non sit alligatũ mesenterio per meseraicas,ut alia intestina:immo pendens ab aliis, sicut bursa oblonga. Huic enim ab inferiori parte cõtinuatur aliud crassum intestinum,uocatum colon. Cuius iuuamẽtum est fæces exiccare,& complere,& aggregare,ut dictum est,& ab eo dicta est colica,sicut iliaca ab ileon. Et hoc intestinũ cum elongatur à monoculo declinat ad partem dextram propinquã hepati:deinde ad partem sinistram descendit,& pertransiens splenẽ coarctatur:quapropter in crassitie splenis,uentositatis exitus prohibetur:dum uero comprimitur super ipsum, deinde redit, & declinat ad partem dextram propinquam hepati descendens ad posteriora:& tunc communicat renibus,& uiis urinæ,quare in lapide renum cum aggregatur,& descendit cum urina accidentia accidũt colicæ propter compassionem ex colligãtia,& uicinitate. Et illic continuatur cum recto,quod est postremum intestino- F rum,in rectum procedens,usq; ad sphicterim,cui sui extremitas ampla continuatur:& in suo processu sustẽtatur propter dorsum alchatim. Cuius iuuamẽtum,ut dictum est,est fæcis expulsio ad exteriora:ut sit facilis fuit in rectum positum:ad cuius expulsionem adiuuant lacerti uentris almirach,octo numero secundum Gal. Et lacerti,qui sunt in ipsis præter quasdam extremitates ipsorum, & aliorum, quæ sunt uia cibi,ut est guttur,& caput, & extremitas, quæ est in sphicteri,quæ iuuantur lacerto latitudinali,illa ad attrahendum,hæc uero ad retinendum. Ex quibus sic per anatomiam collectis scire,& comprehendere poteris eorum naturã & quales,& quantæ sint ægritudines eis accidere possibiles:loca quoq; ægritudinum causas, & modos, necnon propria,& communia accidentia insurgentia, quæ omnia sunt in cura ægritudinum necessario præsciẽda. Scire ergo oportet ꝙ intestinis accidere possunt morbi cuiuslibet generis,scilicet malæ complexionis,compositionis, solutionis continui,& apostematis:uerum quia infirmo, cum sint intestina in profundo posita,ipsorum morbi sensu non sunt G percepti,nec medico,nisi specie alterius duorum symptomatum communium omniũ,doloris scilicet & fluxus,quæ secundum Gal.suo excessu imprimunt naturam, substantiã ipsius resoluendo,& euacuando.quare medicum cogũt desistere à natura prædictorum morborum.& uehementiæ ipsorum instare,ac fixioni,& permanentiæ eorũdem, quibus ægritudinis naturam assumunt,ægrotis illud idem petentibus præ molestia,& defectione quam sentiunt, ut supra in stomacho diximus,& etiam in corde. Ideoq; antiqui de ęgritudinũ intestinorũ cura agentes moti sunt curam illorũ duorum symptomatũ tantũ pertractare:cura enim illorum uero est cura prædictorum,quos sequitur morborum.

Continet igitur secundum hoc,hæc quarta particula summas quinq;.

Prima erit de medicinis ægritudinum membrorum deseruiẽtium expulsioni superfluitatis siccæ,ut intestinorum, & ani.

Secunda de medicinis ægritudinum membrorum deseruiẽtium expulsioni superfluitatis aquosæ,ut renum uesicæ, & aliorum.

H Tertia de medicinis ægritudinum testiculorum & uirgæ.

Quarta de medicinis ægritudinũ matricis,quæ generationi deseruit,& expulsioni seminis atq; fętus,de gñe superfluorum ẽm ꝙ existentium indiuiduo expellenti.

Quinta de ægritudinibus membrorum,& partium uentris ex quibus sunt lacerti uentris, & aliæ cooperantes prædictorum membrorum expulsioni,ut Gal.dixit.

SVMMA. I. continet capitula decem.

De dolore intestinorum,& medicinis eius. Cap.1.
De cura uermium,& medicinis eorum. Cap.2.
De fluxu uentris omnium modorum,& medicinis eius. Cap. 3.
De tenasmone,& medicinis eius. Cap.4.
De hæmorrhoidibus,& medicinis earum. Cap.5.
De

De apostematibus ani & medicinis eius. Cap.6.
De medicinis ragadiarum ani. Cap.7.
De medicinis fistularum ani. Cap.8.
De pruritu ani. Cap.9.
De medicinis mollificationis ani,& exitus eius. Cap.10.

De dolore intestinorum,& medicinis eius. Cap. I.

Species. Dolor intestinorum est sensus nociuus eorum, & est diuisionem recipiẽs. Nã aut est in omnibus,aut in aliquibus. Si in omnibus, ut totum comprehendat uentrem, hypochondria scilicet supra & infra umbilicum:& hic, aut est in motu, & dicitur tortio, aut ẽ quietus, & dicitur proprie dolor uentris:qui si mediocres sint,indicant dispositionem naturalem,& futuram protendũt ægritudinem:si uero fortes, ut actionem lædant, sunt ægritudo Inquit Gal.tortio quidem in uentre, aut aliquis mediocris dolor,aut secundum stomachum,aut secundum intestinorũ aliquod,de genere sunt eorum, quæ sunt præter naturam: & hæc sunt ægritudinum signa quandiu fuerint parui,nondum uero ægrotare ita habentes dicuntur, quando nõdum propter hoc à consueta operatione impediunt,& ægritudines eius,ista est in talibus dispositionibus, & propterea in ad aliquid,eandem dispositionem,& neutram,& ægram dicimus.Si in aliquibus,aut est circunscriptus in aliquo particulari loco alicuius quatuor partiũ uentris, & tamen paruus,& dicitur punctio,& est de genere neutrorum, aut est magnus,fixus,& perdurans,ad opera consueta impediens, & tunc aut est in crassis,& dicitur colica proprie à colon, aut est in gracilibus,& dicitur iliaca ab intestino ileon proprie:horum autem nominum impositio, à nomine ipsorum duorum intestinorum sumpsit originem propter eorũ aptitudinem,& proprietatem inter alia ad hunc incurrendum dolorem:sunt enim strictiora aliis, & circunuoluta circunuolutionibus pluribus,quibus apta sunt repleri, & oppilari,maxime superfluitatibus,quæ sunt causa doloris, non sic duodenum,propter eius sitis rectitudinem,& breuitatem, & orificium largum. Non etiam sic rectum,propter eius rectitudinem,curtitatem,oris largitatem,& propinquitatem ad extra:& hæc est diuisio quam dolor recipit à locis, sine causæ percipientis uarietate. Alia est diuisio quam dolor recipit ratione suæ essentię,& imprimentis causę,& est quia, aut est pungitiuus,aut grauatiuus,aut extensiuus, aut corrosiuus,aut perforatiuus. Causa enim interior ipsum dolorem imprimens,aut est calida & acuta, & subtilis ipsorum separans continuitatem,licet sit raro,& tunc facit pungitiuum:aut est frigida,crassa,uiscosa,alterãs,& tunc facit grauatiuum:aut est uentosa,& utraq; est plurimum causa eius, & tunc facit extensiuum, & dolorem uentris comprehendere totum,licet hic quandoq; à frigiditate exteriori procedat, aut est discurrens cum adhærentia cum circunuolutionibus intestinorum:& tunc facit tortuosum,seu tortionem,aut penetrans inter duas laminas intestinorum, & separãs inter eas,& tunc facit perforatiuum,ac si uiscera perforentur terebello,sicut in seipso patiẽte colicam Gal. sensit,quæ si sit debilis,facit dolorem,primum de neutralitatis genere,si fortis,colicum & iliacum. Et si quidem suæ impressionis fortitudine multum debilitauerit intestina alterando, soluendo, oppilando perfecte: ut quia fuerit uentositas contorquens ea crassa, & fixa, quemadmodum apostema iam factum, & confirmatum in eis, cum confirmatum relinquet: si uero non multum debilitauerit intestina,erit in fieri non confirmatum. *Causæ generales.* Et generaliter,aut causa eius erit interior,aut exterior. Et interior, aut est in ipsis intestinis,aut in aliis perueniens ad ipsa propter colligantiam,& communitatem propinquam absolutam,& non absolutam. In ipsis existens est ægritudo quælibet debilitans eorũ expulsiuam,scilicet mala complexio, mala compositio,solutio continui,scilicet apostema. Mala complexio diuersa subito alterando ipsorum naturam,dolorem facit quælibet,& materialis,& plurimum frigida,propter proportionẽ in natura:minus uero humida de se pro-

A pter debilitatem impressionis. Mala compositio, est ipsius causa per accidens,nõ per se:cum enim dolor sit sensus nociuus non fiet nisi ex permutatione grandi, fiente à re præter naturam imprimente in organum uirtutis sensibilis, & in naturam eius,quæ est complexio,& unitas, seu continuitas,cuius fit permutatio,& alteratio in dolore:est enim uirtutis sensibilis tactiuæ,cuius dolor est passio, organũ principale,& completiuum,consimile membrum, puta neruus secundum Gal. non officiale, cuius natura est compositio, & contiguitas proprie,& non unitas, uel continuitas proprie,ut Auer.ponit. Ad hoc autem compositio ipsa mala non est imprimens,& permutans naturam organi sensus tactus iam dictam,cum non sit illi contraria:sicut mala cõplexio,& solutio,quibus mediantibus res alterans, & soluens imprimunt in illam,& si res imprimens malam compositionem in membro composito soluat eius compositionem, & sic inducat dolorem,illud tamen non erit,quia compositione soluat,quæ est eius natura propria,sed unitatem,& continuitatem,quæ secundum Auer. est propria natura mem- B bri consimilis,quod est organum sensus,& sic per accidens faciet. Ex quibus concludendũ,quod mala compositio per se non sit causa doloris,tum quia permutatio dolorem non causat,tum quia ipsa non imprimit,nec permutat naturam organi sensus per se:cuius permutatio doloris ẽ causa. Per accidens autem mala compositio fit causa eius dupliciter, puta quia sit in eis oppilatio. primo ratione suæ causæ replentis,& oppilantis eius receptaculum atq; uiam prohibentis expulsioni,prout spectat ad pręsens,quæ potest multipliciter præstare dolorem. Aut quia sit stercus durum, siccum,crassum,& multum,quod extendendo dolorem imprimit:aut humor crassus uiscosus,qui multipliciter,infrigidãdo,& extendendo inducat dolorem. Aut lapis, aut uermes multi,& crassi,& cõglobati, qui extendẽdo & pungẽdo,dolorem inducunt. Aut apostema,quod alterando, & soluendo dolorem præstat,& sic coarctatoria fit,non carnosa nec uerrucosa,aut attenuatoria: & eorum partes constringendo,ac comprimendo dolorem præstans, ut est adiacentia membrorum uicinorum comprimentium, ut splenis, pro- C prie apostemati,& indurati:& similiter hepatis,& lacertorum almirach:aut uentositas circunuoluendo, & torquendo oppilans, & per consequens replendo, & extendendo ipsa faciens dolorem consideratione aliarum superfluitatũ ex ea retentarum,quæ causa doloris esse possunt. Solutio continui eorum naturam mutans soluendo dolorẽ facit per se,licet Auer.ostendat contrarium dicens,quòd cum dolor sit sensus nociuus à contrario impressore non sentitur, nisi per complexionem membri naturalem,nõ integre permutatam:si enim esset integre permutata,non sentiretur. Impressor autem contrarius complexioni naturali erit mala complexio alterans naturalem, ut est mala complexio seu qualitas non solutio continui, ut dixit Gale. & errans Aui. confirmauit. Cui Falco respondit di. quòd si solutio continui,seu soluens continuitatem inquantum huiusmodi non sit contrarium imprimens in naturalem complexionem mẽbri, est tamen imprimens in unitatem ipsi etiam naturalem:ambæ sunt enim naturales ei secundum eum, & proprie unitas,& complexio,licet secundum Gal.una sit com- D munis,& alia propria,& ambę à se luent,quasi insimul permutatæ:sic enim inuicem in membro consimili sunt coniunctæ,quod mutata unitate,seu continuitate statim inducitur mala complexio,licet non ecõuerso sequatur:& illud quoniam solutionem euacuatio communicat,sequiturq; occursus alterius caloris,& spiritus, qui malæ complexionis est causa.quare solutio continui causa per se erit doloris, & maioris quam mala complexio : quod etiã sensus declarat, cnotra quem nulla ratio ualet, sicut Gal. & Aris. dixit. Et causa soluens eorum continuum est aliqua ex prædictis, puta humor acutus,uel multus,uentositas, uermes & lapis in intestinis generatus, ut recitat Gal. *Qualiter interdum in intestinis generatur lapis.* Et uidimus nos quendam puerum emittentem plures lapides crassos, sicut nux, & plus,per anum,non tam magnos per uirgam, cui contulerunt ualde melones,& mirum, quia sine dolore, licet in lapide intestinorum minor dolor sit, sicut etiam generatio minor:& illuc propter complexionem,amplitudinem mẽbri,

bri,& uacuitates eius. Apoſtematis autem cauſæ,& modi, ſuperius dicta ſunt. Cauſa autem eius ab aliis proueniẽs ad ipſa,& influens cum communitate non abſoluta, & propin qua eſt,ut cum à ſuperioribus iteſtinis , & ſtomacho aliqua prædictarum cauſarum ad ea peruenit,ſeu mittitur. Aut remota,cum ab hepate uel ſplene,aliqua ex illis immittantur eis,ut eſt plurimum cho.rub. uel nig. Aut à ſpiritalibus , ut cum eis ſanies mittitur ab ulceribus pectoris, & pulmonis per uenam magnam extenſam ſupra dorſum mediante hepate,licet illud ſit raro. Aut à cerebro,ut in catarrhis,Aut à toto corpore,ut in diarrhæa, & fluxu liquefactiuo , & feb. diſſolutiua. Aut propter communitatem abſolutam , & eſt ipſorum compaſsio ad renes,& uias urinę habẽtes lapides, & ſtranguriam:aut neruos,ut in ſpaſmo,& tetano:aut ad ſiphac rupturam cum deſcẽdunt in burſam teſticulorum. Exterior uero cauſa eſt aer frigidus,uel peſtilentialis, & uentus ſeptentrionalis,balneatio in aqua frigida, ſeſsio in lapide frigido,& potus aquæ frigidæ,uel uenęni alterantis , & corrumpentis,& proprie in ileon , & cibus , & potus , qui ſua proprietate habent facere colicam,ut cucur. uua , pira immatura,fructus pontici,& alii recentes. Et potus aquæ frigidæ ſuper ipſos,& cibi ex ponticis,& ſtipticis , & caſus ſuper uentrem,percuſsio contundens,& ſcindens. Sed ſpecialiter inquirendo,ipſius cauſa eſt , quæ uniuſcuiuſq; ſpeciei eius generalem cauſam ſubdiuidit, & ſpecificat prædiſtinctam: pungitiui enim doloris cauſa cum ſit calida,& acuta,& ſubtilis,aut erit humor cholericus,aut ſalſus ſua uiſcoſitate eis adhærens,& ſua bauracitate mordens,aut ſanguis corruptus,aut uermes ſuis capitibus , aut aculeis ea perforantes,& pungentes,aut ulcus apoſtematis , aut uentoſitas coarctata,quæ petendo exitum,perforat & pungit. Et omnium cauſa quo ad quædam,dicta eſt , quo ad aliqua , dicetur infra. Et grauatiui cauſa,cum eis cauſa ſit frigida , craſſa,& uiſcoſa in eis aggregata , aut erit humor phlegmaticus,aut ſanguis congelatus,aut melancholia, quæ de ſe dolorem talem faciunt ſuauem,qui cõuerſi in uentũ exacuũt, & intendunt ſecundum Gal. Extenſiui tortiui,& perforatiui cum eius cauſa ſit uentoſitas,aut erit ex parte cauſæ efficientis, aut materialis , aut utriuſq; ut ſupra de inflatione ſtomachi dictum eſt. Et cauſa materialis, aut eſt humor craſſus,& humidus ex guloſitate,& indigeſtione cauſatus , aut cibus,qui ſua natura multiplicat phlegma,& uentoſitatem, quare colicam facit,qui tibi ſupra notus eſt,& ſimiliter potus,& ſiccitatis ſtercoris,aut craſsitiei cauſa ẽ,aut ex parte cibi,aut ex parte corporis. Cibi quia fuerit ſiccus , & paucus. Si ex parte corporis , aut ex cauſa in inteſtinis , aut in reliquo corpore. In inteſtinis,per ſe , & per accidens , per ſe,quia ſint calida & ſicca naturaliter,uel ex frigiditate extrinſeca aeris conſtringente caliditatem interius , quæ habet facere exiccare,& phlegma craſſum condenſare in lapidem. Per accidẽs autem,quia longo tempore eam retinuerit,& cauſa eſt quia ſint fortis retentionis,& debilis expulſionis naturaliter,aut ex tempore,aut quia ſint debilis ſenſus,aut ex ægritudine,ut paralyſis,aut ex medicina narcotica ſumpta. Si in reliquo corpore , aut in aliquibus mẽbris , aut in totius habitudine . primo modo , ut cum fuerit in lacertis uentris debilitatis in complexione , aut quia nõ fuerit miſſa cholera excitans ipſa ad expulſionem propter pec H catum in hepate,cyſti,& uiis choleræ ad inteſtina, aut quia multa urina fuerit prouocata. Inquit enim Hipp. in aphor. multa urina noctu facta modicum ſeceſſum ſignificat . Si in habitudine totius ut quia fuerit corpus inanitum,uel multæ reſolutionis manifeſtæ cum ſudore:uel occultæ,quia fuerit raræ compoſitionis,aer calidus,& reſoluens, ars coadiuuans,ut laborioſa in aere calido,ut fabrilis,uitrealis, & ſeruientium in balneo,& in Sole,ut curſorum , ligonizantiũ , & remigantium,murantium,& aratorum. Et modus cõmunis in euentu colicæ eſt,ut repleatur primo monoculum in teſtinum fæce,& phlegmate craſſo,& oppiletur quod calefactum à circunſtantium membrorũ caliditate, uel approximatione auxiliorum,& conuerſum in uentum,& extenſum ad inferiora,colicam,& dolorem fortem faciat. Et dum nõ euacuatur monoculum non ſanatur perfecte , immo tunc accidit,ut ſi fiat clyſtere, aut euaporatio , agitetur materia E in monoculo aggregata,quare duplicatur dolor,ſicut accidit etiam in iliaca maxime. Cum enim clyſtere immittitur, materia in gracilibus contenta, ad quæ non peruenit ænema ſubſtantialiter,ut dicit Gal. ſed ſecundum uirtutem agitatur & commouetur,quare dolor augetur. Et quandoque clyſtere,& materia mota per ipſum nõ habens exitum per inferiora,ſuperius expellitur,& cum ſtercore ſimul per os emittitur,& eſt mortale,ut dicit Gal. Et quãdoq; in ſtomachi ore imbibita manet,& facit ſingultum. Et quemadmodum colica , & iliaca ex aliis membris patientibus accidit propter colligãtiam uicinitatem ac communitatem , ita ex eo paſsio,& nocumentum aliis prouenit membris propter communitatem non abſolutam,& permutationem materię ipſius ad ſtomachum,& proprie iliacæ. Et quandoque accidit ſingultus & uomitus,ut dictum eſt: quandoq; ad iuncturas dorſi,& aliorum membrorum articulos , ex quibus dolor in eis debilis offuſcatus propter colicæ uehementiam , ut dixit Hipp. quæ ſi ſit ex materiæ ipſius multa extenſione, malum eſt,ſi uero ex permutatione,eſt bona. Et quãdoque F fit translatio materiæ,& permutatio ad neruos , & accidit paralyſis,& quandoq; ad cerebrum,& accidit epilepſia,uel melancholia,& tunc proprie cum balneum approximatur ante euacuationem. Et quandoq; propter communitatem abſolutam corumpit hepatis complexionem,& accidit hydropiſis,& quandoque cordis,propter utranq; communitatem,& accidit tremor eius , & malitia anhelitus , & ſudor frigidus,& ſyncopis,& eſt malum ſignum totum. Et ex colica,& iliaca deterior eſt cuius cauſa eſt oppilatio perfecta ex apoſtemate. Deinde ex uentoſitate torquente : deinde ex humore,deinde ex fæce.

Signa doloris uentris,& inteſtinorum, quædam ſunt rememoratiua,quædam demonſtratiua , & quædam prognoſtica. Rememoratiua ſunt quæ rememorant cauſas eius primitiuas extra corpus,& corpus intrantes ex potibus,& cibis,qui per naturam,& proprietatem habent commouere ipſum,& conſuetudo etiam eueniendi. Inquit enim Aboa, cauſa eſt quę primo eſt ex qua prouenit inuentio diſpoſitionis in corpore humano,quæ ex medici rememoratione ac G infirmi relatione,& aſtantium aſſertione habetur. Demonſtratiua ſunt,quæ præſentem dolorem,& ſpecies eius declarant,& cauſas,& generaliter colliguntur ex ſenſu qui contrarium impreſſorum ſubito percipit in uariis partibus uẽtris uario modo ſecundum diuerſitatem cauſarum imprimentium ipſum,ut ſuperius dictum eſt . Specialiter autem ex ſignis propriis diſtinctiuis inter eas,& proprie inter colicam,& iliacam,oportet colligere illa propter conuenientiam earum,quia error poteſt accidere inducens periculũ ex reſolutione uirtutis quam important,& proprie iliacæ. Vnde dicta ẽ ab antiquis,Domine miſerere . Inquit Aboa, dolor fortis reſoluit uirtutem,& membra à ſuis operationibus prohibet. Circa quod ſciendum , quod colica , & iliaca quanquam in cauſis generalibus conueniant prænarratis, diſtinguuntur tamen, & differunt in ſpecialitate ipſarum, ac ex eis plurima contingentia , necnon & in ſpecie doloris,in quãtitate ipſius,in loco eius,in permutatione illius, in exeuntium diuerſitate,ac remediorum iuuamẽto. In ſpecialitate cauſarum,nam iliaca plus accidit ex cauſis primitiuis,& extrinſecis,& mala complexione ſtomachi, & frigida,& à potu aquæ frigidę non ſecundum neceſsitatem , & hoc quia gracilia ſunt ſtomacho magis propinqua,& etiam ab apoſtemate accidenti magis , & ab aere peſtilente propter propinquitatem ad cor,ad ſtomachum,quare permutatur de regione in regionẽ,& de corpore in corpus ad modum peſtilentis morbi à tota ſpecie uenenorum ſumptorum,propter uicinitatem gracilium ad ſtomachum,& propter uehementiam uirtutis retẽtiuę,quia ſtrictiora: & quia ad retentionem gracilia ſunt generata potius quam ad expulſionem. In ſpecie doloris, nam in iliaca dolor eſt magis oppilatiuus,& tortuoſus propter eius ſtrictũram, & pungitiuus,propter choleram miſſam ad ea . In quantitate doloris,nam in iliaca dolor eſt maior ſecundum Gal. id eſt acutior. Inteſtinum enim ileon eſt magis neruoſum ſecundum Gal. & magis principalibus propinquum, quare magis percipitur,& magis uirtutem reſoluit,quare interpretatus eſt ab

ab antiquis,Domine miſerere,à quo nos tueatur Chriſtus , A qui omnium eſt protector . In loco,nam in iliaca dolor eſt ſupra umbilicum,& in hypochondriis proprie. In permutatione illius,nã eius materia eſt maioris permutationis ad membra prædicta propter maiorem uicinitatem ileon ad ipſa,& colligantiam,unde prædicta ſequuntur incommoda. In exeũtium diuerſitate,nam in iliaca egreditur per anum parum , uel nihil,unde Gal. ileon eſt cum nihil egredi tur , etiam ſi acutius clyſterizetur , ſed per uomitum, & illud eſt phlegmaticum , quandoque cholericũ rubeum , & quandoque uiride æruginoſum , uel praſinum magis , & quandoque nigrum , & intenſum , & plurimum uentoſum cum eructuatione , & raro fœtidum , & ſterquilinoſum , quòd ſi accidat , ut emittatur tale per uomitum nominatur ſcrophus,aliàs fœtidus , nam os eructuatio anus , & totum fœtet corpus , eſt mortale ſecundum Gale. Item in iliaca Vrina in iliaca. urina eſt colorata multum propter dolorem inflammantẽ acutiorem , & quandoque propter retentionem choleræ non miſſæ ad gracilia propter oppilationem accidentem in ipſis,quare redit ad canales, & uias urinæ,& tingit . Sudor quoque in iliaca magis contingit,propter doloris uehementiam in ſpiritalibus anguſtiam imprimentem , & eſt frigidior . In iuuamento remediorum , nam in iliaca cum uomitu magis ſit iuuamentum , cum clyſteribus , minus. In colica uero cæteris æqualiter . Conſiderabis alia ſigna, uel accidentia : nam plus accidit ex cauſa antecedente , & interiori phlegmatica , & uentoſa propter frigiditatem craſſorum aggregantium illam,& ſtercore craſſo,ſicco, & multo quod in eis generatur , & aggregatur , quod expellere nequeunt , ad quod ſunt ordinata magis , & dolor eſt magis grauatiuus , extenſiuus,& perforatiuus, ac pungitiuus , ex uermibus ibidem generatis,& multiplicatis,& eſt maior , quia magis perdurans per longam materiæ retentionem ex ipſorum ſpiſsitudine, & carnoſitate,& ſenſus eius eſt infra umbilicum , & circa pectinem , & eſt minoris præſtationis nocumentorum ad ſuperiora principalia , licet ſit maioris permutationis ad iliacam quàm econuerſo. Et hoc propter naturam compoſitionis ipſorum ſcilicet ſitus,& uiarum aptitudinem atque materię:colon enim cum C ſit inferius poſitum , oppilatione adueniente in eo , materia ſuperfluitatis exiſtens morbo,quo à ſuperioribus prouenit ei non potens inferius tranſire , regurgitat ſuperius ad gracilia,quæ cum ſint ſtricta apte retinẽt in eis,ſicq; oppilatur,& iliacam cauſat. Ileon uero cum ſit ſtrictum,quod recipit à ſuperioribus, licet non poſsit infra expellere , illud tamen regurgitando , ſuperius emittitur per os , cum nulla inter ipſum,& ſtomachum incidat oppilatio. Et,ſiquidem emittatur inferius cum ſit ſubtile , & tranſeat de ſtrictis ad larga nõ poteſt retinere in eo, ut faciat oppilationẽ & colicam,& cum clyſteri,& collyrio in ea egreditur per anum mucilaginoſum , & ſcibaloſum mucilagine inuolutum ſeu infectum,& ſicut uitrum liquefactum, cum uentoſitate egrediens multa , ſonante , quod eſt actu frigidum ſecundum Gale. & tamen in principio paucum eſt , deinde multiplicatur , nec uomitu egreditur aliquid niſi propter communitatem ad inteſtina , & compaſsionem gracilium ad ea, & ſtomachi ad gracilia. Et urina in colica rubet propter dolorem inflammantem magis , quam propter choleræ regurgitationem ad uias urinæ , & etiam propter compaſsionem renum in dolore, quare urina retinetur diu , & tingitur . Et in colica iuuamentum ex clyſteri , & collyrio maius eſt , quam in iliaca. Cauſas uero doloris interioris occultas indicantia ſigna per ordinem percontaberis. Nam , ſiquidem cauſa eius fuerit mala complexio frigida inteſtinorum,patiens ſentiet frigiditatem in uiſceribus, & iuuatur calidis,frigidis uero triſtatur,dolor erit minor , exeuntia quoque erunt indigeſta,alba,phlegmatica, uel melancholica,& uento admixta. Si uero ſit mala compoſitio , puta repletio oppilatio,retentio fæcum,uentoſitatis , & aliarum ſuperfluitatum egredi conſuetarum declarat. Et,ſiquidem oppilatio, ſit ex tortione inteſtinorum , ſignificat ipſam eius euentus ſubitus poſt motum laborioſum , aut ſaltum uehementem , aut caſum , aut percuſsionem , aut luctam , aut tolerantiam ponderis , aut multam uentoſita- D tem retentam rumpentem , & ſeparantem inteſtinum à meſenterio,& circunuoluentem ipſum, ſicut etiam circunuoluerit in crepatura. Solutio uero continui , ſi cauſa fuerit doloris , & cauſa fuerit exterior, ſenſus & inuentio demonſtrat . Et ſi interior,& ſit tumor acutus, dolor acutus declarat, regimen quoque præcedens , grauedo , pauca ſitis,& inflammatio,exeuntia citrina , uel nigra , ſimilitudo circunſtantiarum, & iuuatur frigidis , & ponticis , calidis uero læditur,& triſtatur. Si uero fuerit uentoſitas, demonſtrant ipſam præcedens regimen, tenſio , & inflatio , rugitus,& perforatiuus erit dolor , ac ſi terebello perforarentur inteſtina. Et exeuntia erunt inflata,ſpumoſa , & ſupernatantia,& iuuantur cõpreſsione, & calefactorio , & proprie ſicco , cum cauſa uentoſitatis humida fuerit , & non ſicca . Si uero fuerit eius cauſa , lapis acutus pungens , & ſcindens,erit ibi grauedo,& punctio,& rememoratio eius præcedenti tempore,& aliàs generati,& educti . Si uero fuerit ulcus apoſtematis præcedere uidebis apoſtema, deinde exitum puris,& ſaniei. Si uero fuerint lumbrici,ſigna B lumbricorum inferius poſita tibi demonſtrabunt , & dolor erit pungitiuus . Si uero fuerit apoſtema, ſigna erunt dolor fixus in uno loco cum grauedine plurimũ,& inflatio & tumor ibidem . Et ſiquidem fuerit calidum,dolor erit acutior cum febri acuta , & pulſatione , & ſiti uehementi , inflammatio erit,& rubedo in toto corpore , & oculis, licet quandoque appareat frigiditas extremitatum arſura in teſtinorum,adeo,quòd operimenta pati nequeant, & illud proprie cum eſt apoſtema magnum in eis, & eſt malum ſignum,& mortale. Inquit enim Hippocr. in acutis morbis 7.apho.x. frigiditas extremitatum malum. Et,ſiquidem fuerit cholericum erit grauitas , & pulſatio minor , ſi febribus inflammatio,& mordicatio uehementior,& regimen præcedens decliue ad calidum magis . Si uero fuerit phlegmaticum cõtraria erunt ſigna,& ſi non ſpecie,ſaltem gradu, & frigiditati atteſtantia . Inquit enim Aboa.minus calidum reſpectu magis calidi dicitur eſſe frigidum. Si autem dolor fuerit propter compaſsionem , & communitatem abſolutam & propinquam,puta ad ſtomachum erit apparens repletio & grauedo in ſtomacho, & nauſeatiua ſatietas cum eructatione , & ſingultu atque impotentia euomendi eam. Si uero ad hepar , uel ſplenem , uel immittentia choleram , uel melancholiam ſuperfluam, præcedens inflammatio hepatis , uel oppilatio ipſius , & ſplenis craſsities cum circunſtantiis multiplicantibus illos humores tibi indicat, & declarat,& dolor ſecundum periodos exacerbatur. Similiter & ſi à toto corpore,quod feratur ad regionem,quæ ſecundum uentrem. Et ſi cholera fuerit , calidis læduntur , frigidis uero,& ponticis iuuantur ualde,ut Gale.ait, & expertus ſum.& proprie cum educentibus choleram,uel ſanguinem,ad ſanitatem priſtinam reducantur. Si autem ad ſpiritualia,præceſsio ſitis,phthiſis , & ulcerum partium pectoris,quorum ſigna præmiſſa ſunt ſupra , ubi de eis locuti ſumus,tibi oſtendunt. Similiter ſi ad cerebrum,catarrhus antecedens oſtendit . Et ſi ad totum corpus,diarrhæa , & fluxus liquefactiuus antecedet . Sed,ſi quidem fuerit propter compaſsionem , & communitatem abſolutam , ut ad hepar,ſplenem, uel mirach apoſtematos ſua craſsitie , & grauedine comprimentes inteſtina, & oppilantes , ſigna apoſtematum illorum membrorum percipies antecedere . Et ſiquidem ad renes,& uias urinæ patientes ſtranguriam propter humorem craſſum uiſcoſum aggregatum , aut apoſtema,uel lapidem comprimentem , & oppilantem inteſtinũ colon , dolor inteſtinorum ſeu colica fuerit , ſigna erunt humoris calidi dominantis,ex regimine,circunſtantiis, & exeuntibus,collecta, & calidis , & diureticis iuuantur , & feb. ſuperueniente . Inquit enim Hippocra. Quibuſcun- 6.aph.44. que ex ſtranguria ileos innaſcitur in. vii. diebus pereunt , ſi non feb. ſuperueniente multa urina fluxerit. Si uero propter apoſtema , ſigna uidebis apoſtematis ipſorum , quæ infra dicentur auxilio Saluatoris . Si autem propter lapidem quem patiuntur renes ad quos compatientia inteſtina craſſa doleant , & colicam patiantur , quod frequenter accidit , ad ueram curam expedit ſigna diſtinctiua habere,& propria,quando ipſa colica uera eſt , quia ex inteſtinorum

norum propria paſsione accidat: & quando eſt non uera, quia ex compaſsione, aut communitate ad renes lapidem habentes prouenit, & proprie in principio cum tunc ſint occulta, niſi enim habeant, ſtolidus quidem medicus cum curare uoluerit non curabit, ſed magis augebit dolorem.

Magna eſt differẽtia inter colicam, & nephreticam.

Eſt ergo aduertendum ſecundum Gal. quod inter colicã ueram, & nephreticam grandis eſt differentia quam pertractans Abo. eius interpres ait, quòd differentia talis ex ſex rerum conſideratione accipitur, ex diſpoſitione ſcilicet doloris, ex uicinantium proprietate, & ex eo, quod conuenit, & confert, & quod non conuenit, neque confert, & ex diſpoſitione exeuntium, & ex parte ultimæ conſecutionis accidentium, & ex parte cauſarum antecedentium, & ſignificationum. Ex diſpoſitione autem doloris, quia diſpoſitio doloris diuerſificatur in eius quantitate, loco, & tempore, & motu. Quantitate uero, quoniam ille qui eſt lapidis eſt paruus, quaſi ſit acuus, & colicus eſt magnus. Loco autem, quia colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris, & tendit ad ſuperiorem ſiniſtri propter ſitum colon, & ſplenis, & quando dilatatur, confirmatur in dextro, & ſiniſtro. Et ſecundum quoſdam non incipit colica niſi à ſiniſtra, ſed illud non eſt uerum, nam licet propter eius frigiditatem poſsit eſſe, nos tamen contrarium experti ſumus. præterea eſt ad anteriora, & uerſus pectinem decliuior, quàm ad poſteriora, & renalis incipit à ſuperioribus, & deſcendit paulatim uſq; ad locum ubi confirmatur, & eſt decliuior ad poſteriora. Tempore uero, quoniam renalis ſit fortis hora uacuitatis, colicus uero alleuiatur in ea, & ſit fortis in fine ſuo, & antecedit ipſum cum ſumitur aliquid, & colicus incipit ſubito, & in tempore breui, & lapidoſus paulatim, & ſit fortis in fine ſuo, & antecedit ipſum dolor dorſi, & difficultates urinæ, deinde apparent ſigna, & dolor in colon. Motu autem, quoniam colicus ad partes mouetur plures, renalis uero figitur. Ex parte autem uicinantium propriorum, quoniam tremor multiplicatur in renibus ambobus, & nõ partium colon.

Differentia uero accepta ex eo, quod conuenit, & non conuenit eſt, quoniam clyſteria, & exitus uentoſitatis, & fæcis alleuiant dolorem colicæ, & non alleuiant dolorem renum alleuiatione de qua ſit curandum in pluribus diſpoſitionibus, & medicinæ lapidem fumigantes alleuiant dolorem renum & non dolorem colicæ. Ex parte autem eius quod egreditur, eſt quoniam in renali non eſt retentio fæcum uentoſitatis, & rugitus ſicut in colica. Ex parte autem ultimæ conſecutionis accidentium, eſt quoniam dolor crurium, & dorſi, & tremor in renali eſt plus, & caſus appetitus, & uomitus conſequens phlegmaticus, & paruitas digeſtionis, & uehementia doloris, & perductio ad ſyncopim, & ſudor frigidus, & iuuamentum cum uomitu, in renali eſt minus. Ex parte autem cauſarum & ſignificationum antecedentium, eſt quoniam aſſumptio ciborum malorum, & aſsiduatio nauſeatiuæ ſatietatis, & retentio fæcis, & uentoſitatis rugitus, & punctio eſt magis præcedens in colica: & urina arenoſa, & filoſa eſt præcedens in renali. Et cum accidit dolor renum ſit primo ſubtilis, & cum apparet in conſueto pati, indicat renalem, deinde fit filoſa ſeu aſpera, in ultimo eſt arenoſa, & eſt bona. Et ſi quidẽ colica fuerit per compaſsionem ad cerebrum apoſtematum, priuans & auferens ſenſum inteſtinorum quo minus expellant, ſigna apoſtematis cerebri antecedunt, & appoſitio collyriũ ex acutis non ſentietur, & nec clyſtere impoſitũ nec per os ſumptum aliquod acutũ faciet declinare fæces, ut neq; porrum, cæpe, & piper in aſſellatione ſentiatur. Et quando que accidit, ut ſit illi fiſtula corrumpens ſenſum. Similiter ſi propter cõpaſsionem ad neruos ſpaſmatos, quare maſculus contrahitur fortiter, & retinet ſuperflua, uidebis ſpaſmum, & tetanum in aliis membris manifeſtis. Si uero accidat colica propter rupturam uidebis apparentem rupturam, uel herniam.

Reſtat ſigna ad præſciendum futurum bonum, uel malũ euacuare. Scias ergo, quod cum in eo non eſt retentio ſeu conſtipatio multa, nec dolor uehemens, & alleuiatur plurimum quamuis redeat, & inuenit æger remedium per exitũ uentoſitatis, & remedia iuuare ſolentia iuuant, eſt ſignificatio bona & incolumis, & proprie ſi ſpiritus bonus exiſtat. Contraria uero ſunt mala. Inquit enim Gal. ſolentia iuuare ſuo tempore ſi nõ iuuent cum debeant iuuare, eorum ſignificatio protenditur in malum, proculdubio, quod ſi eis accidat uomitus conſequens, & ſingultus, frigiditas ſudoris, & extremorum, perturbatio rationis & ſubeth, ſyncopis, & ſyncopis, eſt mortale.

Cura doloris inteſtinorum ſimilis eſt curę aliorum membrorum quam ſupra in dolore ſtomachi generaliter pertractauimus, differt uero ab aliis quo ad naturam membri auxilia uariantem & modum utendi eis. Eſt autem in ea intẽtio duplex generalis ſcilicet, & ſpecialis. Generalis ordinat ponit, & modum, & eſt. Nã, ſi quidem paruus & mediocris dolor ſit, ut ſunt ſpecies eius de genere neutralitatis ſuperius enarratæ, eius ſanatio eſt una res tantum: nam ad cauſæ ablationem oportet tantum: ſimul enim cauſam & ſymptomata tollemus: non autem à ſymptomate: ſic enim agendo nõ intendimus ad ſanitatem, ſed delectationem potius. Inquit enim Gal. Adulatoris eſt largiri ægrotanti intentioni quorum gerit, ponentis delectationem non ſanitatem. Si uero eorum dolor fortis ſit magnus, cõſuetas operationes impediens, ut eſt colicus & iliacus, eius cura erit quatuor res. Primo enim oportet ad eius mitigationem inſtare, deinde ad cauſæ ablationem. Secundo procedere non eccontrario, ſi enim econuerſo procedamus uita ſimul cum ægritudine priuabimus hominem, unde Galen. ait. Siniſtri quidem uiri opera ſimul cum ægritudine uita priuare hominẽ. Tertio oportet regimen ordinare. Et quarto accidentium inſurgere poſsibilium correctionem ſubiungere. Quę autem ſint dolorem mitigantia, quæ dolorem auferentia, generaliter fuerunt tibi ſupra tradita. Vt autem ad ſpecificationem eorum deuenias ac propriorum, quæ ad dolorem talem inteſtinorum notitiam, præſcire oportet, quod colica & iliaca in tali cura conueniunt & differunt, ſic in cura ipſarum intentio poteſt eſſe communis, & propria. Communis quidem inquantũ in cauſis conueniũt pluribus: accidere enim poteſt iliaca ex eiſdem cauſis omnibus ex quibus colica generatur, & proinde medicinas, & regimen in utraque operari eſſe eaſdem. Propria uero eſt in eis diuerſa, inquantum ipſa iliaca ex certis propriis cauſis accidere poteſt, uel magis à communibus ſibi & colicæ diuerſis ſuperius numeratis. dolor etiam in ea eſt fortior. natura quoque graciliũ inteſtinorum à natura craſſorum uaria eſt & diuerſa, necnõ & accidentia inſurgentia, ut ſuperius eſt monſtratum, & proinde ſpeciem medicinarum quantitatem ſeu uirtutem, locum, & modum utendi eis à medicinis communibus uariare oportet. Sciendum ergo, quod mitigantia dolorem primam rem complentia communia colicæ, & iliacæ, quædam ſunt, quæ tantum imprimentem cauſam, quędam ſunt, quæ utranq; cauſam, ſcilicet imprimentem, & percipiẽtem reſpiciunt, & quædam, quæ percipientem tantum. Et prima quidem in ordine ſunt priora, & quædam ſunt ſimplicia, & quædam compoſita. Simplicia ſunt ſupra in dolore ſtomachi numerata. Compoſita uero hic inferius ſubiungentur auxilio Creatoris: propria uero colicæ & iliacæ ac eis ex certa cauſa, cum de ablatione cauſæ uniuſcuiuſque loquemur. & non omittemus mitigantia, quæ percipientem cauſam reſpiciũt. ibi etiam ſupra in dolore ſtomachi habuiſti, & infra in dolore iuncturarum habebis & ſimplicia & cõpoſita, & etiam, quæ utraq;, tempus quoq;, modum, & locũ utendi eis, quod proprie ſecundum Gal. eſt, cum dolorosa, aut calida ſint uirtutibus & ſubtilia conſiſtentiis: tunc enim non ſolum percipientem cauſam ſtupefaciendo auferunt, uerumetiam imprimentem obtundendo & inſpiſſando adquant, eius quoque dyſcraſiam calidam alterant, & ad temperamentum adducunt. In aliis uero doloroſis frigidis nõ conueniunt, cum dolorem fortem talia expectantem non cauſent, & ſi per conuerſionem in uentoſitatem talem cauſent dolorem iuuamentum imprimunt non ſine nocumento magno, uſus enim, ait Gale. talium pharmacorum non eſt niſi inſtare ad ſymptoma, augent enim hæc diſpoſitionẽ hanc, & eam difficile ſolubilem operantur, uirtutem debilitando, calorem & ſpiritum obtundendo, & ſuffocando, uel extinguendo, maxime ſi recẽtia ſint narcotica, & multa, & poros

poros membrorum & inteſtinorum inſpiſſando, proinde rem magni erroris componunt qui talibus pharmaciis in talibus utuntur, ut in ſeipſo Cæſar medicus ipſe fecit, niſi quo euitari non poſſunt, ut puta cum talia frigida dolorosa uentoſa fuerint, & perforando fortem inducant dolorem, ad cuius mitigationem cum alia mitigantia anodina non contulerũt, nec euacuãtia, propter reſolutionem utendum eſt eis, ſed cum modo, ut ſuperius monſtratum eſt.

Specialis autem intentio in cauſæ cuiuslibet imprimentis dolorem abſciſsione uerſatur, quæ recta eſt cura, & ad perfectionem eius neceſſario comprobata, circa quam deinceps ſigillatim per ordinem procedemus, incipientes ab inferioribus cauſis, & propriis inteſtinis ipſis exiſtentibus. Si quidem ergo cauſa earum ſit materia frigida phlegmatica alterans, replens, & oppilans inteſtina, cura eſt duæ res, digeſtio & euacuatio. Digeſtio autem ſit cum ſubtiliatibus & incidentibus, & poros dilatantibus. Inquit. n. Gal. Secãt enim ambo humorum craſsitiem acetoſa & pontica, hęc cũ frigiditate, hæc uero cum caliditate. Talia autem ſunt ſimplicia & compoſita, quæ infra dicentur opitulante Chriſto. Simplicia uero ſunt anodina ſupra in dolore ſtomachi numerata, & alia magis calida non multum excedentia, & proprie in principio cum materia fuerit multum abundans, cum. n. eam non poſſunt conſumere ſeu reſoluere diſſoluẽdo, in uaporem & uentum conuertunt, & ſic dolorẽ augent immiſſa & euaporata, ut ſupra in cura inflationis ſtomachi dictum fuit. Talia ſunt organum, calamentum, pulegium, hyſſopus hortenſis, ameos, maiorana, ſicla, nemen, meu enula, gallia, radix peoniæ, ſtercus columbinum, & adib, fel tauri, abrotanum, aſpaltum, myrrha, ſcordeon, & aſa fœtida, ſeſelis, iris, andacoca, laurus, & baccæ eius, anethum, tribuli, naſturcium, muri, ruta, galanga, crocus, & uinum antiquũ, aſparagi, & ſimilia, clyſterizata & ſumpta, ſimplicia & compoſita ſecundum omnem modum etiam exterius applicata per modum emplaſtri, & alia.

In proceſſu uero cum materia fuerit diminuta, & euacuata, caliditra poteris miniſtrare ad reſolutionem, & cõſummationẽ reliquiæ, qualia ſunt, piper allium, ſinapis, zinzi. & ſimilia, abſtergentia & riptica. i. radentia & euaporantia. Abſtergentia ſunt centaurea minor, urrica, ſemen eius, aſarum, ſuccus blitis, ſalis ſpecies & baurach, ſulphur, mercurialis, & ſuccus eius, ius gallorũ antiquorum, cartamus, & ſtercus canis, caricæ, & ſimilia clyſterizata & ſumpta, & fortiora illis ſunt hiera Gal. aloe, polypodium, ſagapenum, & alia laxatiua leuia, quę non agitant, & commouent materiam, & phlegma trahunt ab aliis membris ad inteſtina, trahendo enim ad ea, dolorem augent. Et ex eis ſunt uomitiua, quæ phlegma uomitu ſoluunt, & ſic trahunt ad ſtomachum, nõ ad inteſtina, quę ſupra in cura ſtomachi habuiſti, & in libro conſolationis medicinarum. Euaporantia ſunt interius, & exterius approximanda. Et ex eis eſt balneum thermarum, & ex aqua marina, uel dulci habente uirtutem prædictarum, poſt prædicta approximatum, & proprie cum prędicta dolorem non ſedant, quandoq; uero oportet ante approximare, ſedat. n. dolorem, prouocat urinam, & ſomnũ, & cauſam maturat ſi cibus ſit, ſiue humor. Inquit Abo. eſt autem cum balneum cibum indigeſtum digerit, & humorem crudum maturat, etiam acutum ſi ex aqua dulci, & tepida fiat, ſimplici ſecundum Galen. Ex propriis eſt petroleum inunctum, uel ceratum, quod ſcripſimus capitulo de cyclamine, & frictio cum manu uncta ex oleis calidis, ſicut anethino, de lilio, de ſpica, de caſtoreo, & aliis ſupra in ſtomacho dictis, & dolore iuncturarum, ſi ſuperponantur, quæ caliditatem conſeruent, & augeant, ut eſt pellis uulpis, & proprie ſacculi ex pulueribus, ſpongia & ſubarum eſt bonũ in uentre, & ſapo, ſemen raphani, & aqua multũ calida etiã ſumpta, quæ colicam reſoluit & ſplenẽ. Sed oportet, quod ſint multoties hæc & prædicta reiterata, donec multitudo materiæ tota ſit euacuata, ſint cum intermiſsione ſpatii, donec natura conforteturr, & materia digeratur per approximata euacuantia. Quod ſi prædicta euacuantia non ſuffecerint præ multitudine craſsitię, & uiſcoſitate materiæ, nõ eſt malum ſi conforteturr cum aliis, quę materiam educant cum uirtute, & proprie in iliaca, & ſi trahant ab aliis ad inteſtina cito, & non retineant cum ſua tarda & debili operatione in eis, ut eſt agaricum in frigida, & aloe in calida. Conforteturr ergo cum colocynthide, & ſpeciebus gummorum, & in calida cum diagridio rectificato, & aliis facile & cito ſoluentibus appropriatis, quæ in libro conſolationis medicinarum ſufficientius habuiſti. Sint tamen, ſi ſufficit, quantitatis paucæ, ſic enim ſoluendo, ſi quod nocumentum extractione humorum ad ipſa afferant, non durabit, ſed cito tranſeundo iuuamentum ilico maius ſequetur. Et proinde talia per inferius poſita, & clyſteriza in colico ſunt meliora, quam per os ſumpta, & proprie ſi aliquam antiquam, uel nouam ægritudinem patiantur. Euacuat enim à craſsis proprie inteſtinis, nec à toto corpore trahunt ad ea rẽ de qua ſit curandum, nec debilitant ſicut illa. Ideoque in clyſteribus ſtandum, nec per os aliquid ex illis ſumendum, niſi ab aliis membris, & toto corpore aliquid influat ipſis, ut infra dicetur auxilio Saluatoris, quo caſu ad cautelam fæcum, & ſcibalorum euacuationem oportet præmittere, ut infra dicetur. Vomitus quoque, & uomentia locum in ea non habent, niſi cum à ſtomacho, & à ſuperioribus inteſtinis aliquid ad ipſa craſſa mittatur, quod declarat grauitas ſupra umbilicum, & nauſea, aliter autem non cum à uilibus traherentur ad nobilia, quod eſt maxime uetitum. In iliaca uero ægros oportet, quod talia ſumant per os, & proprie uomitiua, primo enim educunt à gracilibus cum ſint ſtomacho aſſociata, deinde clyſteria imponantur ad fæcum eductionem, & humorum inferius tractionem, quamuis cõmode non educantur. quod ſi non ſufficiat, per os, & fortiora ſumãtur ſimplicia, & compoſita, quæ infra ponemus, & proprie cum ab aliis influat illis, ut dictum eſt. Tempus autem clyſterizandi, & propinandi ſolutiua uentris eſt cum cibus iam digeſtus in ſtomacho fuerit, ne aliquid crudum trahatur ad inteſtina per clyſteria, ne quoque medicina ſolutiua uentris efficiatur uomitiua, natura enim ſtomachi grauata cibo ſuperueniente pharmaco ſolutiuo magis grauatur, & moleſtatur, quare ad utriuſque euacuationem antequam deſcendat, uomitu incitatur, ex quo ipſa ualde deiicitur à dolore præcedente defecta, quod in re uitæ ualde timoroſum eſt. Et quia prędicta ſunt acuta, & inflammantia maxime cũ corpora ex dolore ſunt calefacta, ne ipſio eorum ad principalia tranſeat, & fumus proprie, cum clyſterizata, ſeu bibita non ſoluant, uel ſi ſoluant non inferius, ſed per os, & ileon proprie, oportet, ut principalia cuſtodiantur cum frigidis, & ſtipticis aromaticis, puta cerebrum cum oxirodino, cor cum roſis, ſandalis, ſpodio, & camphora epithematis. Hepar cum eiſdem, & ſtomachus cum oleo maſticino, uel de cydonio, uel myrtino, & pauca maſtiche ſuperaſperſa.

Quod, ſi ſitim patiantur, melius eſt tolerare, ſi poſsibile eſt, quòd ſi non, parum dabis ex granatis dulcibus, uel iulep cũ aqua calida, iuuat enim talis potus cum cito penetret, & humectet. Quod ſi clyſterizata non ſoluant, iuuentur per inferius cum collyriis, & per ſuperius cum humidis mollificãtibus maturantibus, & abſtergentibus, ut eſt ius galli ſimplex, uel compoſitum, & deinde cum ſtypticis. & ponticis parum ſumptis, & etiam calida proprie. Si uero cauſa eius fuerit ſtercus craſſum durum, & ſiccum in inteſtinis in tercluſum, cura eſt duæ res. Prima eſt mollificatio duritiei, & ſiccitatis ipſius. Secunda ipſius mollificati euacuatio.

Primam rem complent mollificantia interius, & exterius approximata. Interius autem per os ſumendo iura pinguia carnium, & proprie gallinarum ſiue gallorum ſimplicia, & compoſita, ut ſupra in antidotario noſtro diximus ſpecies oleorum, ſcilicet ſiſaminum, uiolarum, & amygdalarum niſi adſit fe. tunc enim loco eius dabis in potu aquam hordei, uel prunorum, ſebeſten, & iuiubarum, tamarindorum, & lenientium, & aliorum fructuum frigidorum, & herbarum, ut maluæ, uiolæ, ſiclæ, atriplicis, & ſpinaciorum, mucilagines fœnugræci, pſyllii, & dactylorum, ſecũdum quod neceſsitas te uocabit. Et ex propriis, & expertis eſt mel caſsiæ fiſtulæ ſumptum, & clyſterizatum, complent. n. utranque, ſed oportet, ut poſt horum ſumptionem moueantur fortiter, ut deſcendant detenta, & fæces faciant deſcendere detinentes, & clyſteria, ſi oportet, deinde cum prędictis.

Exterius

Exterius emplastra,ut unctiones,& fomentationes ex præ E
dictis, & frictio tractatiua uentris cum manibus, & oleis
prænarratis. Secundam rem complent prædicta drimiari-
ptica,& solutiua clysterizata proprie, uel per os sumpta,
prout dispositio exigit, sed ad perfectam curam, & in uia
præuisionis à recidiua oportet,ut causa siccitatis, & indu-
rationis fæcum auferatur omnino. Si ergo causa siccitatis
eius fuerit cibus siccus,& paucus,cibetur cũ prædictis her
bis cum carnibus coctis pinguibus, & iuribus ipsarũ. Aut
ante cibum præmittantur fructus maturi lubrici non uẽtosi
ut caricæ,pruna,& persica sicca, deinde multiplicentur ci-
bi nutrimenti multi noti.Si uero multa caliditas stomachi
& intestinorum deficcans,& condensans sit,prædictis opor
tet utaris recentibus, & frigidioribus & lactucis,spinaciis
atriplicibus,blitis,solatro,portulacis,mucilagine pſylii, &
melone indo. Et cibes eũ gelea & aqua hordei potabis cũ
infrigidata,uino lympharo cum ipsa. Si autem causa fuerit
fortitudo retentionis,& debilitas expulsionis intestinorũ,
ministrabis prædicta lubrica quibus admiscebis aliqua acu
ta molestantia,ut porrum,cœpas,siclam, & allia cum mul- F
to sale.Et si cum debilitate sensus fuerit, ministretur in so-
lutione eius hiera,& agaricus,hiera Hermetis,& pilulę de
sagapeno.Et confortabis deinde naturam & spiritum cum
theriace & mitridato diamarte odoricon & sagenea.Et ci-
babis eos carnibus laudabilibus. Similiter si fuerit ex
debilitate in lacertis uentris. Si autem illud sit,quia cho-
lera, ut consueuit, non mittatur ad intestina, corrigatur
oppilatio hepatis & pori cystis, ut superius in hepate di-
ctum est.

Si uero siccitas fæcum ex multa prouocata urina fuerit,
extrahe fæces cum prædictis,deinde ministra ea, quæ mino
rant urinam non cum retẽtione uentris,ut sunt zarur, bdel
lium,mechium,excorticatæ lentes & pontica, quæ per se
faciunt,sed quæ minorando urinam,leniunt naturã,ut sunt
dactyli,passulæ dulces,penidii,cassia, & similia, quæ illud
per accidens operantur.Si quoque ex raritate,& resolutio
ne corporis illud accidat,prohibeatur resolutio & sudor,
prout supra in cura cordis diximus.Et cibetur crassis,& ui
scosis quantum poterit tolerare,& exponat uentris:& irro G
rationibus frigidis,& quietibus & abstinentibus laboriosis ab
stineat consuetis.Similiter autem si ex lapide fuerit dolor
causatus prędictis humidis & lubricis ac abstergẽtibus cor
rigatur & educatur,quibus admiscenda sunt aliqua ex fran
gentibus lapidem in renibus,& uesica,si enim in remotio-
ribus lapidem frangunt, multo magis in propinquioribus
intestinis.Sed,si ex uermibus,cum interficientibus & edu-
centibus prout infra in cura eorum dicemus. Porro si ex
uentositate intercluſa, & perforante, cum extenuantibus
interius & exterius approximatis procedes prout supra in
cura inflationis stomachi,hepatis, atque splenis plenius di
ctum est.Si uero ex uentositate torquente intestinum, cu-
ra erit,ut situetur superius in loco temperato, & manibus
inunctis cum oleo de enula,uel nardino,uel castoreo frice
tur uenter leuiter,& cum tactu subtilis adæquante intesti-
na,& reducente ipsa ad situm & statum pristinum deinde
extenuantia,& resoluentia ministrentur prædicta superius
& inferius cum clysteri,quod cruribus eleuatis, & cõpres-
sione suaui manus repellatur ad superiora, ut peruẽiat ad H
gracilia intestina,deinde uentositer locus, & propinetur
oleum de cheria cum uino albo, uel rutaceum loco eius,
& ungatur ex eis dorsum, & restringantur crura fortiter
ualde. Quod si causa fuerit humor melancholicus (licet
raro contingat) educatur cum propriis clysterizandis, ut
sunt stœchas,polypodium, epithymum, cortices radicum
mori,borago,buglossa,& succus earum cum diaborigina-
to & diabuglossato,& diascene.Et sumptis,ut est decoctio
epithymi,pilulæ de lapide lazuli,& lapide armeno, & col-
lyriis factis ex eis iuuetur,uenter quoque & splen euapo-
retur ex armel,stœchade, origano,& chamæmela in ace-
to decoctis,& proprie cum à splene influit istis.Et siquidẽ
sanguis congelatus fuerit euacuetur cũ dissoluẽtibus & e-
ducentibus prout in stomacho diximus.Si autem sit aposte
ma causa eius,studebis curare apostema secundum diuersi
tatem specierum eius,prout supra in stomacho diximus,&

In materia melancholica Clysteria.

medicine.

si contingit plurimum q̃ prædictæ causæ simul conueniant
in caliditate doloris.Quare oportet,ut prædicta simul me
dicinas commisceas,uel nunc unam, nunc alia ministra-
bis. Et quoque si ex ruptura,& descensu intestinorum in
oscheum dolor causetur,cura erit duæ res. Prima est intes-
tina ad locum proprium reducere.Fit autem cum mollifi-
cantibus cataplasmatibus deinde cum eleuatione crurium
ac manuum compressione suaui repellente superius. Secũ
da est rupturam regere cum ligaturis, & consolidantibus
emplastris,& per os etiam ministratis. Et siquidem causa
eius fuerit solutio continui intestinorum & fuerit ex cau-
sa exteriori,puta uulnere,& percussione scindente, si pe-
netret usque ad uacuum ipsorum est mortale.Et maxime si
in gracilibus fuerit.Inquit enim Hippocra. Si intestinorũ
incidatur aliquod gracilium, non conglutinatur nec con-
solidatur,si uero non pertranseat in profundum, cum stipti
cis,& conglutinantibus regatur, quæ infra dicentur sectio
ne secunda.Et si fuerit ulcus,mundificare oportet primum
deinde consolidare. Si autem à causa interiori fuerit,pu-
ta ab humore acuto pungẽte actu & soluente effuso,& col-
lecto intestinis,tunc dolor erit non de genere colicæ, uel
iliacæ ueræ,sed mendosæ,& proprie est de genere punctio
nis,& erit dolor pungens,in cuius cura excitatur,ex eo sci
licet,quòd ipsorum intestinorum dolor plurimum ex cau-
sa frigida prouenit humorosa,& uentosa, ac fæcum consti-
patione quibus calida approximata,ut prædictum est,iuua
mentum præstare consueuerunt, & frigida nocumentum.
Proinde procedunt ad eius curam communiter stolidi, &
improuidi medici cum calidis,& aperientibus, ex quibus
dolor exasperatur & acuitur,cum ex eis talis humor subti-
lietur & inflammetur ac bulliat,curratque ad intestina ef-
frenus,& trahatur,& proprie cum ab hepate & cysti fellis
uel toto corpore influat illis.Recta itaque cura est,ut talis
humoris complexio adæquetur, & obtundatur eius acui-
tas,& subtilitas inspissetur,& constipentur uiæ per quas in
fluit.Confortẽtur intestina & educatur quod fluxit,& hoc
primum cum rectificatione regiminis, & conuersione ip- Regimen curatiuũ.
sius ad frigidum,& humidum quod est notum.Et cum frigi
dis humidis lenientibus etiam clysterizatis prius, & sum-
ptis deinde.Et proprie in colica,qualia sunt uiolæ,malue,
iuiubæ,pruna,sebesten,furfur,fœnugræcum,& sicla clyste-
rizata cum oleo uiolato,& zuccharo uiolato,& cassia fistu.
Et sumantur pruna perforata cum acu,& infusa cum iuleb
chrysomila,& persica,cassia fistula,tamarindi, tereniabin,
aqua fructuum,& syrupus uiolatus, uel de succo rosa. cum
aqua hordei & granatorum muzorum. Deinde pontica no
ta,quæ comprimendo effusam humiditatem exprimant &
educant,& influentem ab hepate, cysti, uel toto corpore
compescendo retineant,quo casu hepar,cystis, & totũ cor
pus rectificetur,prout in cura icteritiæ diximus. Clysteri-
bus quoque addantur oleum omphacinum uel rosa.succus
portulacæ,aqua sumach,uirgæ pastoris,spodium, & adeps
hirci,& similium,ut anatis,& gallinæ. Et si materia imbibi
ta fuerit,administrabis cum eis hieram, & scamoneã cum
pilulis de aloe.Et si expediat admiscebis illis stupefacien-
tia & proprie theriacen nouam,quoniam cõfert causæ im-
primenti,& percipienti,ut supra dictum est. Et siquidẽ su-
perius petens impetum faciat ad os stomachi,uomitus pro
uocetur si facile fit, si uero nõ,inferius trahatur clysteribus
frictionibus extremorum,& ligaturis dolorosis, fomentis
mordentibus,& uentosis.

Siquidem humor talis salsus fuerit ministrabis cum illis
subtiliantia & abstergentia qualia sunt carthamus, succus
alubleb,& siclæ, & baurach, & sal in quantitate, superius
uero siclam decoctam & almuri, cappares quoque cõditos
cum sale & aceto, & hieræ admiscebis agaricum & colo-
cynthidem,& similia. Stercus quoque adibdabis quod est
huic ægritudini proprium,sit autem in uino dissolutum, et
inunctum cum oleo nardino, et suspensum in collo etiam
cum filo de lana animalis quod lupini comedit, et sit illud
quando comedit ossa, et illud est album, et in rubis inue-
nitur suspensum. Et eis est cornu cerui adustum cum uino
in potu sumptum quoniam sedat statim. Si uero causa e-
ius fuerit acutus cibus, uel potus, prouocetur uomitus cum

cum aqua tepida, & oleo sisamino, uel butyro, & propi- A
netur lac, conuertatur quoque regimen ad frigidum &
unctuosum.

Quod si causa eius fuerit sanies à spiritualium ulceribus
missa,cura est duæ res.Prima est mundificatio saniei cũ cly
steribus prædictis absterſiuis proprie.Secunda est, ut ulce-
ra spiritualium medicentur, prout supra in prima sectione
dictum est.Si uero humor à cerebro missus, cura eius erit
cura catarrhi,quam superius diximus. Si uero à toto corpo
re,ut in diarrhœa,& similibus,cura erit cura diarrhææ,& flu
xus liquefactiui, de quibus subsequenter dicemus auxilio
Spiritussancti. Si uero compressio ex uicinis apostematis,
ut hepatis, splenis, & lacertorum almirach, cura est cura
apostematis illorum membrorum, quæ superius dicta est.
Secunda est mundificatio, & confortatio intestinorum. Si
uero causa doloris fuerit compassio ad renes lapidem habẽ
tes,cura erit duæ res. Prima erit cura lapidis renum quam
infra ponemus. Secunda est mundificare intestina à super-
fluis,& confortare,ne debilitate retineant superflua,& co-
licam ueram & propriam incurrant.Si uero passio eius sit B
compassio ad cerebrum apostematum,& neruos patientes
spasmum, uel tetanum cura erit cura apostematis cerebri
quam præmisimus,& etiam spasmi.Si uero à causa exterio-
ri accidat,quę plurimum est iliacę,ut puta mala complexio
ne frigida,& pura,impressa à potu, uel balneo aquæ frigi-
dę,uento septentrionali,uel sessione in lapide frigido,cura
erit duæ res.Prima est,ut auferatur causa. Secunda est, ut
calefiant intestina per cibos,& medicinas calidas intus, &
extra,& per omnem modum approximatas, prout in cura
malæ complexionis frigidæ stomachi diximus. Si uero ab
aere pestilẽte accidat,Cura eius est,quã supra in cura ęgri-
tudinum cordis diximus. Similiter si à ueneno sumpto cu-
ra est quam ibidẽ prædiximus. Si uero fiat à cibis stipticis,
& ponticis proprie tamen habentibus colicam commoue-
re,aut causare,cura erit illos educere cum lubricis, & pro-
uocatione uomitus,& proprie in iliaca. Regimen autẽ or-
dinandum est duplex.unum est curatiuum, aliud præseruati
uum.Curatiuum est,ut regantur in aere temperate calido,
ne fortitudine doloris,& calore aeris resoluantur. Exerci- C
tentur pedibus, uel manibus, uel reuolutionibus in straru
quantum possibile est,& dormiant deinde quantum opor-
tet proprie post solutionem uentris, & supra inanitionem
nisi à causa calida fuerit,abstineant uero & sitiant quantum
tolerare ualent donec repletio corrigatur, & proprie si à
frigida causa fuerit & uentosa, & tunc sufficit eis ius cice
rum,& gallorum antiquorum, & panis furfuraceus siccus
cum aliis,& uinum antiquum,& aliquod ex extenuantibus
uẽtositatem.Gal.uero ait,quod operariorum quidam cum
sentiebat colicum dolorem,cingebat se non prius cinctus.
Comedebat autem cum pane allia,nullam derelinquens cõ
suetam gestionem,bibebat autem per totam diem nihil, ad
uesperum uero meracius,deinde dormiebat per totam no-
ctem,mane uero surgebat omnino indolorabilis. Sic ergo
alendi sunt nisi ad resolutionem perducantur propter dolo
ris uehementiam,& euacuationẽ,& proprie in iliaca. Tũc
enim oportet,ut cibus sit facilis digestionis,& boni nutri-
menti,lenitiuus,lubricus,& absterſiuus, sicut est aqua car-
nis dissolutæ,uel distillatæ,& colatę,& proprie columborũ D
iuuenum non pinguium,& gallorum iuuenum, uitelli ouo
rum sorbilium,medullæ dissolutæ in iure,uel uino,& quan-
doque oportet in iure eorum, ut ponatur carthamus &
alubleb, semen urticæ, & polypodium, turbith,uel scamo
nea dissoluta prout inuitat necessitas. Et cõdire cibaria cũ
porro,allio,& sale,& speciebus,puta cinamomo, zinzi.ori
gano,pipere,cimino,& aniso.Et ex fructibus concedantur
caricæ,passę dulces,& cappares cõditi cũ aceto. Et ex ole-
ribus ruta,sicla,sinapis,uitent uero crassa, uiscosa, frigida,
stiptica,constipantia, & uentosa. Si uero à causa calida
fuerit,quies est magis conueniens, & somnus supra reple-
tionem,necnon plurima abstinentia, & cibus humidus le-
niens,& lubricus frigidus,ut est ius herbarum,& fructuum
prædictorum supra in cura pungitiui doloris,& potus aquę
hordei. Vitent uero stiptica & pontica, nisi cum causa illa
influat intestinis ex alio,tunc enim ibi competunt, ut supe-

rius dictũ est.Et cibus difficile corruptibilis,ut factus ex cõ
dro in aqua decocto immissis granis malorũ granatorũ,si-
cut Gal.ostendit.Et potus etiã frigidus non ueri frigoris,
si sticulosus,& hora æstatis fuerit. Sed ius galli decrepiti
negatur omnino,inanitio est communis, & quotidiana cũ
propriis,repletio est nociua,& retentio fęcis & uentosita-
tis petentium exitum. Animæ uero accidentia per se nocẽt
generaliter omni,ex omni causa inquantũ natura externi-
nãt,& debilitant.Per accidens autẽ conferũt inquantum na
turã inflãmant,& infrigidant,& distrahũt à dolore. Specia
liter autẽ conferunt,ut ira & indignatio in eo,qui est ex cau
sa frigida,gaudiũ,uel tristitia, & timor in eo,qui ẽ ex cali-
da.Si uero ab hepate fuerit,regatur sicut in apostemate sto
machi dictũ fuit.Regimẽ uero præuisiuũ infra ponemus au
xiliante Christo.Circa correctionem ultimo accidentium
insurgentiũ est instandum secundum diuersitatem ipsorum,
quorum uniuscuiusque quæres curationem in propriis ca-
pitulis,ubi de eis dictum est,uel infra dicetur.

Positis ingeniis curationis ad dolorem uentris,& specie
bus eius,atq; numeratis simplicibus medicinis quibus com
pleri habent & debent,ad subiunctionem medicinarum cõ
positarum deueniemus,quibus ualeant ubi simplices nõ suf
ficerent per se compleri.Sciendum ergo,quòd ex eis quæ-
dam sunt ęnemata,quædam collyria,quædã uomitiuæ,quæ-
dam syrupi,quædam electaria,quædam trochisci, quædã po
tiones,quædam pilulæ,quædam emplastra,quædam euapo-
rationes,quædam unctiones,quędam balnea,quædam olea,
& quædam uentosæ.Et ex ęnematibus, quædam sunt ad fri- Clystere ad colicã.
gidam & phlegmaticam ex quibus est,quod digerit & est ℞.
℞. florum chamæmeli,meliloti,absinthii, parietariæ, cala-
menti,origani,maluæ,ana.M.i.fœnugræci,seminis lini,an.
℥.i.caricarũ.x.hyssopi.℥.i.cimini,aniſi,fœniculi,an.℥.s. fur-
furis partem.i.bulliant in aqua fontis, & in tribus partibus
particularibus dissoluantur mellis communis ℥.ii. olei ane-
thini.℥.ii.salis communis,quod sufficit. Oportet autem, ut
forma clysteris sit secundum meliorem modum, & est,ut fo
ramen eius cannæ sit ita largum,ut cito iniiciatur,& quan-
titas eius secundum quantitatem corporis,& ætatis,simili-
ter & ęnema,& sit calidum in hoc casu, tepidum in alio nõ
frigidũ.Tempus est dictum superius,ut cum iã digestus fue
rit cibus,& pertranserit,& est secundum Gale. post sex ho
ras sumptionis ipsius & plus. Sitq; modus iniectionis sua-
uis.Ad hoc igitur cannella clysteris inungatur oleo dulci,
& impellatur ęnema cum expressione continua,ut aer non
simul impellatur cum eo,& suaui in colica, forti,in iliaca.
Sitq; corpus supra genua & inclinato capite situatum. Et
quandoq; oportet eleuare crura,ut ad superiora melius im
pellatur.Sitq; situatus infirmus supra uentrem in colica ue
ra & iliaca,supra renes,& dorsum in colica non uera, & ne
phretica,uel supra latus patiens. Deinde uenter manibus
fricetur & moueatur,& quã diutius potest toleretur, dein
de uero emittatur,quod si nõ exeat,collyrio iuuetur, quod
si non suffert,repetatur clystere,cui addatur plus salis,ut ex
citet expulsiuam. Et quandoq; oportet admiscere calidio-
ra aliqua ex prędictis,quæ magis expediunt.Aliud solutiuũ
ex inuentione nostra.℞.mercurialis,asari,stechadis maluæ,
chamæmeli,absinthii,& nasturcii,urticæ,parietariæ,cẽtau-
reæ minoris,rutæ siccæ.an.M.i.polypodii.℥.ii.aniſ,seminis
aneti,an.℥.s.cartami,colocynthidis,panis porcini, ana.℥.i.
bulliant in aqua fontis,& in partes dissoluantur mellis cõ-
munis.vnc.ii.cassiæ fistulæ.dra.i.hieræpicræ.℥.iij.baurach.
drach.i.olei de been.vnc.i.educit enim phlegma & uento-
sitatem,& sedat dolorem colicæ, & iliacæ & sanat:si Chri-
stus uoluerit.

Aliud.Recip.baurach.℥.i.tere & dissolue in aqua rutæ,
uel oleo eius,& clysteriza,expertum est. Aliud.Rec.asari,
centaureæ,rutæ siccæ, & seminis eius, an.M.i. bulliant in
oleo antiquo cũ colocynthidis pulpa.℥.s.& clysterizetur.
Et quandoque additur hiera quando materia est in rugis
intestinorum & tunicis intercluſa & inuiscata,educit enim
eam facile. Aliud Gal.ad colicam uentosam. Rec. semi-
apii,anethi, dauci, rutæ,& ciperi,ana.℥.i.bulliant in oleo
antiquo,uel subtilis substantiæ. Deinde colentur & in co-
latura dissoluantur adipis anatis,uel anseris,uel gallinæ li-
quefactæ.

quefactæ.ʒ.ii.& immitte:ſedat enim dolorem, quod ſi nõ ſe
dauerit,rurſus immittendum eſt idem,quod ſi non ſedetur,
iterum adde illi caſtorei puluerizati.ʒ.i.Et ſi cũ hoc non ſe
detur, adde opii.ʒ.s.Et quandoq; cũ ſolo ŏleo rutaceo cly
ſterizantur.Et quandoq; admiſcetur baccæ lauri.ʒ.i.

Aliud Serapionis laxatiuũ humoris phlegmatici.℞.cha-
mæmeli,haſce,uiolarum ſiccarum,ſebeſten,ficuum,ſeminis
lini,alcheę,an.partem.i.decoquãtur in lib.iiii. aquæ donec
remaneant lib.i.&.s.& coletur.Et fundantur ſuper eã olei
myrtini.ʒ.ii.ſalis.ʒ.ii.baurach.ʒ.s.muri,& zucchari,an.ʒ.ii.
& clyſterizetur cum eo tepido. ualet ad colicã cum febre
acuta,cuius natura eſt ſicca. Et cum phlegma ex aliis in-
fluit,illis adde macem.

Aliud ad dolorem colicæ frigidum abſq; febre miſceatur
colocynthidis cum prædictis rebus.ʒ.s. Deinde decquantur
& colentur.deinde ſumatur caſtorei aur.s. & colocyn-
thidis tricæ.ʒ.i.& quarta,centaureę.ʒ.ii.mellis.ʒ.ii. ſalis tri
ti.ʒ.ii.baurach.ʒ.s.clyſteriz etur cum eo tepido. Et ex ho-
minibus ſunt qui addunt ſagapenum,bdellium,armoniacũ,
& oppopanacum.Aliud ad colicam ex uermibus.℞.centau
reæ minoris,agarici,abſinthii,carui, granorum lupinorum
in quantitate conuenienti, diſſoluantur, fellis taurini ʒ. s.
olei amygdalarum amararum,& baurach, quod ſufficit. Et
clyſterizetur præcedente clyſteri ex lacte, uel ex hydromel
le,& aliqui addunt hieram.

Aliud ad colicam phlegmaticam ex retentione fæcis.
Rec.origani,ſtœchadis,aſari,cẽtaureæ,maluæ,althęæ,ſemi
nis lini,ana partem.i.aniſi,fœniculi,carui,ſeminis rutæ,an.
vnc.s.olei amygdalarum dulcium,baurach,& ſalis commu-
nis,quod ſufficit,mellis uiolati.ʒ.i. & clyſterizetur. Et ſunt
aliqui qui addunt ſuccum ſiclæ, & proprie cum phlegma à
capite profluit inteſtinis.Et deinde, ſi oportet ſupponatur
cum collyrio de pane porcino. Aliud abſterſiuum in aqua
maris bulliant furfuris frumenti pars.i.ireos, ariſtolochiæ
rotundæ,caricarum,ana.ʒ.i.ſtercoris columborum,ſtercо-
ris canis comedentis oſſa,ana.ʒ.ii.diſſoluantur in aqua pre
dictorum,terebenthinæ,& baurach,ana.ʒ.ii. mellis rubei.
ʒ.i.olei de been.ʒ.i.& fiat clyſtere deinde ſi expediat ſup-
ponatur cum radice brioniæ.

Aliud ad frigidam colicam abſque materia. Rec.olei an-
tiqui ſimplicis ſecundum Gal. & eo temperato cum adipe
anatis fiat clyſtere,calefacit enim & non trahit.Et quando
que miſcetur cum alchitram.ʒ.ii.Et quandoque bulliant in
eo abrotani,calamenti,pulegii,ſambuci,haſce,anethi, radi
cis lilii,an.ʒ.i.& clyſterizetur. Et aliqui faciunt prædicta
in uino uinoſo antiquo bullire. Et aliqui clyſterizant ſo-
lum cum oleo ſambucino, uel de raphano. Et caleſiat ſæ-
pe uenter cum panno calido. Et quandoque clyſterizatur
fimus. columbinus, & proprius canis cum ſucco chamæ-
meli. Aliud ad colicam ex ſiccitate.Rec.extrema anima-
lium humidorum, ut capita & pedes agnorum, hœdorum,
& arietum iuuenum, & bulliant in aqua, & in parte diſ-
ſoluantur olei ſiſamini, uel amygdalarum dulcium, & cly-
ſterizentur. Et aliqui cum iure gallinarum pinguium,
& aliqui cum lacte aſinæ clyſterizant,humectant, & impin-
guant. Aliud Raſis ad colicam calidam ex infuſione cho-
leræ ad inteſtina.Recip.olei roſa. vnc. ii. & diſſoluantur in
aqua decoctionis uiolarum & clyſteriza. Et accipe oleũ
citoniorum,& cum aqua uiolarum,& ſumach miſce, & ſu-
peradde ſpodii.drach.ii.& clyſteriza, & ſi quod influit fue-
rit phlegmaticum,ſuperadde macem,myrrham, & charabe
loco illorum. Aliud ad colicam ex apoſtemate frigido.
Recip.olei laurini vnc.i.olei de oliuis partes. ii. adipis an-
ſeris partem.i.clyſteriza. Eſt enim mirabile ſecũdum Abo.
Et conſequenter adhibe emplaſtra facta ex abrotano, &
aneto,ſquinantho, & meliloto, & reliquis quibus cura-
tur tale apoſtema. Aliud Iſaac ad frigidam phlegmati-
cam & uentoſam.Recip.chamęmeli,anethi,ana vnc.i.s.cẽ-
taureæ, liquiritiæ,ſeminis lini,& fœnugræci, ana drachm.
x.apii,ameos,calamenti,meu,croci,hortenſis,ana drachm.
iii.caricarum octo,coquantur in aqua,& in partes tres mit
tes mellis vnc. i. obſomagarũ olei oliuarum, ſiſameleon,
ana drachm.i.ſambucini,lenticuleon,ana drach.s.nitri.ʒ.i.
Et fiat clyſtere.

Et ex eis, quæ ualde conferunt eſt emplaſtrum de abro-
tano factum cum aſpalcho. Et emplaſtrum noſtrum factũ
de granis lauri. Ad colicam autem melancholicam clyſte
rizatur polypodium cum ſale indo & epithymo, boragine,
bugloſſa & melle. Et ex collyriis eſt collyrium Alman-
ſoris.℞.ſalis,drach.ii.colocynthidis, ſcammoneæ, ana ʒ.i.
&.s.mellis,quod ſufficit,decoquãtur uſq; ad ſpiſsitudinem
decentem.& fiant inde collyria.

Aliud ex radice brioniæ,& radice panis porcini inũctis
cum oleo anethino.Et ualet ad frigidam phlegmaticam ex
fæce. Aliud ex litio.Rec.litii ʒ.i. myrrhæ, ſtoracis calami
tæ,opii,thuris,an.ʒ.i.croci.ϑ.s.Confice cũ ſucco arnoglo-
ſæ,& impoſitum teneatur per horam,ſedat dolorẽ, ſtringit
materiam,& dormire facit.

Aliud quod diſſoluit uentoſitatem. ℞. cimini, foliorum
uiridis rutæ,ana.M.i.burchormarien,& eſt radix pirethri,
uel mali terræ ʒ.ii.nitri ʒ.v.puluerizentur,& conficiantur
cum melle,& coquantur ad ſpiſsitudinem.Et fiant collyria,
& ungantur oleo de ruta,uel nardino,uel de cherua, & im
mittantur cum oportet.

Aliud Aboa.℞.ſtercoris porcini,ſalis gẽmę,& baurach,
an.ʒ.v.terantur & miſceantur cum melle vnc.ii.& coquan-
tur ad ſpiſsitudinem, & inungantur oleo, & immittantur.
Confectio ſuppoſitorii,quę ſoluit uentrem:cõteritur enim
& proiicitur in clyſteri ſolutiuo, & nominatur ſuppoſito-
rium album à Raſi.Re.baccarum.ʒ.x. colocynthidis,nitri,
bdellii,ſagapeni,an ʒ.v. ſcamoneæ ʒ. ii. s.& fiat collyrium
ex eis.

Aliud Aboa. Cõteratur ruta cum aqua mellis donec fiat
ſicut illud de quo fit linimẽtum,& ponatur medietas ipſius
de cimino,& quarta pars de nitro, & ſumatur glans longi-
tudinis.vii.digitorum,uel fiat ex oleo rutaceo cũ caſtoreo,
& melle felle naccino,& baurach,an.aure.s.ſagapeni bdel-
lii,colocynthidis,& althęæ,an.ʒ.iiii.& fiat ex eis glans.ua-
let ad phlegmaticam & uentoſam.

Vomitiuum bonum ad iliacam frigidam, uinum Græ-
cum ſimplex,uel fianum ſimplex, uel ſclaum ſicut eſt, uel
calidum,uel aqua cæpe narciſſi, ſeminis raparum, uel ra-
phani ma.ſimplex,uel cum aceto ſcillæ,& uinum infuſionis
aſari per noctem ante,& aqua nucis uomicæ,uel infuſionis
hellebori albi. Aliud ad colicam ſumatur aqua decoctio-
nis attriplicis. Et bibatur ſola, uel cum aceto, & oleo
uiolato. Aliud ad uentoſam. Rec.carui,ſeminis anethi,
& rutæ,bulliant in aqua, & tepida cum oleo de neriden,
uel de enula ſumatur. Aliud uomitiuum, & eſt Raſis,&
eſt forte.Recip.tartari,nucis uomicæ, nigellæ, ſeminis ra-
phani, & anethi,ana æqualiter, ſalis indi, baurach, ana
partem.s.doſis drachm.iiii.cum tepida. Et quandoque ad-
ditur in ea drach.iiii.de condiſi. Syrupus conferens co-
licæ,& iliacæ phlegmaticæ & uentoſæ.Rec.calamenthi,ori
gani,hyſſopi hortenſis, ſampſuchi, ana. M.i. ſiſeleos, aniſi
fœniculi,carui,ſeminis apii,raphani,ana drachm.s. radicis
enulæ.vnc.ʒ.ireos.vnc.s.meu,fu,aniſi,acori,an.ʒ.s.ſquinan
thi,ſeminis urticæ, ana. vnc.s.florum roriſmarini, boragi-
nis, & bugloſſæ, ana.ϑ.i.mellis communis diſpumati lib.
ii,aceti ſcillitici.ʒ.iiii. in pecia bulliant zinzibe. galangæ,
gar.an.drachm.ii.ſpicæ drachm.i. Et quandoque ſufficit ſy-
rupus ex melle ſcillitico cum geleniabin, ana. ʒ.i. cũ aqua
aniſi, & fœniculi. Idem operatur ſyrupus de hyſſopo &
calamento, quorum deſcriptiones poſuimus in antidota-
rio noſtro. Syrupus conferens colicæ, & iliacæ calidis.
Recip. endiuiæ lupu. lactucarum, portulacarum,trifolii,
cimarum rubi,chryſolocannæ, acetoſellæ,ana.M.i.prunо-
rum,ſebeſten,iuiubarum,ana drachm.xxx.liquiritiæ,uiola-
rum & roſa.ana.ʒ.i.zucchari li.i.ſucci citoniorum, & aquæ
ro.ana.ʒ.iii.in pecia rara bulliant,ſpodii ſandali utriuſque,
ana drachm.ii.ſucci granatorum muzorum drachm. iii. Et
quandoque ſufficit ſyrupus uiolatus ſimplex, uel de ſucco
uiolarum, & proprie cum uolueris ſoluere materiam iam
collectam. Syrupus ad colicam non ueram, quæ eſt ex
lapide renum. Recip.chamædryos,chamepityos,ſenatio-
num, & cretanorum marinorum,parietariæ,capil. uen. os
mundi,calendulæ,ſcolopendriæ,cum radice endiuiæ, cum
radice cicoræe,hepaticæ,bugloſſę,acrimoniæ,ſiclæ,penta-
phylli,

phylli,filipendulæ, ana.M.i.quinq; radicum communium,
and drach.i.liquiritiæ,maluarum,ſeminis uiolarum, florum
boraginis,acori,enulæ, radicum iridis, radicum cardonis,
& arundinis, faxifragiæ,milii, foliі, ana unc.i.ſileris, aniſi,
fœniculi,ſe.apii,ameos, cordumeni, petroſelini, macedo-
nici,aſari,meu,ſchinanti, ana.ʒ.s.caricas.x.ſeminis urticæ,
radicis raphani,ana unc.i.ſemi.nis aſparagi,bruſci,caſsiæ li-
gneæ,ana unc.s.prunorum, ſebeſten,ana.xxx.ſeminum cõ-
munium,cicerum nigrorum, ana.ʒ.iiii.ſeminum lactucarũ,
portulacæ,ſcariolæ,ana unc.s.hordei mun. parte.i.gummi,
dragacanthi, lapidis iudaici, lapidis qui inuenitur in ſpon-
gia marina, ana unc.i.medullæ oſsium ceraſorum, berouі-
cæ,ana unc.i.ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, ana drach.ii.
alchechengi unc.s. paſſularum enucleatarum zucch.an.lib.
ii.mellis roſati.lib.s.ſucci capil. vene. ſucci ſcabioſæ, ſucci
urticarum paruarum depuratarum, ana lib.s.aceti unc.iiii.
& ſit ſcilliticum. Et quandoque additur, cum uolueris
quod laxet, hermodactylorum, & corti. radicis celſi, ana
unc.ii. polypodii unc. iiii. Et aromatizetur cum cinnamo.
cubebe,& ſpica.

Electaria. Electaria,ad colicam frigidam, diacalamentum,diãbra.
Et fortius eſt diatrion. Et ad uentoſam diagalanga, confe-
ctio de ſeminibus.Et fortius eſt diaciminum & theriaca an
tiqua,& ſimilia. Ad eam,quę eſt ex conſtipatione facit dia-
caſsia ſiſtulatum, & diaprunis, & ualent etiam ad colicam
calidam,et diarodon & triaſandalum,quorum deſcriptionẽ
ſupra habuiſti in antidotario noſtro.

Trochiſcos ex prædictis ſimplicibus poſſes etiam confi-
cere eligendo propria tuæ intentioni. Similiter & potio-
nes ad maturationem & reſolutionem naturæ per uomitũ,
uel ſeceſſum, & plures in antidotario noſtro eligere pote-
ris ad hanc ægritudinem,ſi uolueris. Ex pilulis ad colicam
frigidam phlegmaticam ſunt pilulæ de ſagapeno, de ſarco-
cola, de opopanaco,pilulæ fœtidæ noſtræ, pilulæ de eufor
bio,de colocynthide. Pilulæ de quatuor rebus expertiſsi-
mæ. Reci.colocynthidæ, ſagapeni,ſalis gemmæ, diagridii
cocti,ana partes æquales, terantur & conficiantur cum ſuc
co porri,à drach.i.uſque ad ii. Pilule ad colicam.

Ad idem. Reci.hieræ magnæ & proprie logodion & co
locynthidis,& benedicta,& iuſtinum, ad nephreticam filã-
tropos. Ad colicam calidã,& cholericam,pilulæ de hiera
Gal.de rhabarbaro.℞.pulueres hieræ Gale.drach.ii.agari-
ci,rhabarbari,ana.ϑ.ii. uel diagridii cocti. Informentur pi
lulæ cum ſucco rolarum. Et pilulæ noſtræ quas in noſtro
poſuimus antidotario, quæ ualent ad febres cholericas,&
ægritudines de genere choleræ citrinæ, & ſanguinis ad me
lancholiam. Pilulæ de colocynthide,de lapide armeno,&
de lapide lazuli.

Et ex emplaſtris ad colicam, & iliacam frigidam eſt em-
plaſtrum de granis lauri, & de aliis, & relatum ad Andro-
machum, & relatum ad Herafiſtratum, & ſinapiſmum, & re
latum ad Andromachum cauterizãs ubi oportet Et empla-
ſtrum ad cholericã eligas ex eis,quæ dicta ſunt in cura icte-
ritiæ. Et ex prædictis ſimplicibus cõponere poteris,prout
oportet. Et ſimiliter unctiones & cerota. Et ex euapora-
tionibus quædam ſunt humidæ, ut ſunt ex ſpongiis, filtro,
cotto,uel lana, & infuſis in aqua decoctionis prædictorum
anodinorum. Et quãdoq; impletur ex ea uas æneum, uter,
uel ueſica,& applicatur uentri & hypochondriis. Et quan-
doq; bulliunt extenuantia uentoſitatem. Et quandoque fa-
ciunt faccelli ex quibus quidam ſunt ſicci, quidam ex ſale,
& milio, uel panico fiunt,nec ualent niſi in materia humi-
da & uentoſa,& quandoque ex parietaria in uino cocta.Et
quidam ſunt temperati, ut qui fiunt ex chamæmelo, abſin-
thio,& ſe.lini,& quidam ex aliis puta ſe. lini, fœnugræco,
radice althęæ, uiolarum, malua, chamæmelo,meliloto, &
proprie in colica nephretica cum bullierint in aqua, & ui-
no,& applicentur ſupra renes.Et balnea quoq;,& olea,quę
ad frigidam,ſunt oleum anethinum, de abrotano, de lilio,
quod habet uirtutem theriacæ, oleũ onfacinum, & ultimũ
eſt oleum apoſtolorum. Et ad uentoſam oleum rutaceum,
nardinum,& de enula,& de cherua,ad utranque. Ad cali-
dam oleum ro.& uiolarum, & de ſe.melonum, & de ſcor-
pionibus ad nephreticam inunctum ſupra renes.Et ad utrã

que ſcilicet ueram & nephreticam,& oleum de piperibus.
Ventoſæ quoque debent eſſe magnæ cum multa flamma &
fint de uitro,uel cornu,uel de argilla.

Clyſtere educens phlegma craſſum & uentoſitatem, ſi Clyſtere ad colicã.
Chriſto placuerit.℞.rubeæ.M.i.ſcordeon.ʒ.ii.cimini,aniſi
ana.ʒ.i.baccarum lauri.ʒ.s.aſæ fœtidæ.ʒ.ii. mellis & ſalis,
ana.ʒ.i.bulliant in oleo antiquo,uel uino ueteri, & fiat cly-
ſtere. Vnctio ex butyro confecto cum puluere colocyn-
thidis ſupra umbilicum ſoluit uentrem, & curat colicam, ſi
Deo placuerit. Clyſtere benedictum pro nobilibus cum Aliud clyſtere nobile.
ſuauitate educens phlegma, & melancholicum humorem,
reſoluit omnem uentoſitatem & ſanat colicam. ℞.aniſi tri-
ti,polypodii triti,ana.ʒ.ii.bulliant cum aqua lactis caprarũ
lib.v.& diſſolue hieræpicræ.ʒ.i.mellis.ʒ.ii.ſalis.ʒ.i.olei uio,
fac cum reiteratione ſi opportet. Regimen præſeruatiuum
à colica,& ileon, cum apparent ſigna repletionis, & ince-
ptionis ex tortione dolore leuiter et punctione,oportet ut
interdicatur repletio,& iniungatur abſtinentia, & euacua
tio cum uomitu,& fluxu uentris, cum clyſteribus prædiſtin
ctis.deinde cum aliquo ſolutiuo leui, deinde ſi expediat cũ
forti præmiſſa digeſtione cum appropriatis unicuiq; cauſæ
repleti. Et ex digeſtiuis bonis in uia præſeruationis ad co- Puluis bonus ad colicam.
licam ueram & iliacam,& etiam non ueram, ſeu nephreti-
cam eſt ſecundum Iudeum belzamen de thymo, ut ſumatur
quolibet mane coclear unum huius puluris cum uino al-
bo ſubtili.℞.ſe.anethi fœniculi apii, fœnugræci,ana.ʒ.i.s.
ſchinanthi.ʒ.v. Item aliud, fiat uinum ex trifolio, uel pen-
taphylon,uel betonica, & gramine contritis, & poſitis in
uegete cum uinum in uindemiis ebullit de quo ſumatur
medius cyathus ante cibum cum puluere zedoariç.Et ex ſo Tragea pro præſeruatiõe colicæ.
luiuis leuibus eſt alia tragea experta, etiã ſi ſit cum febre
uera & mendoſa.educit enim humores craſſos qui ſunt cau
ſa utriuſq;,& etiam calculos. ℞.turbith boni,hermodacty-
li,ana.ʒ.i.eſulæ.ʒ.s.piperis longi,zinzibe.ſpicæ,ana.ʒ.i.ma
cropiperis.ʒ.i.croci.ʒ.s.ſeminis leuiſtici, granorum ſolis,
ſeminis geniſtæ,ſaxifragiæ, ana.ʒ.ii.medullæ carthami.ʒ.i.
zucchari,quantum ſufficit, de qua ſumatur coclear unum in
menſe,& deſuper bibatur parum aquæ tepidæ. Et ſunt qui
addunt caudas grillorum,cicadarum,& cineres ſcorpionũ,
& cantharidarum in hyeme, & in frigidis circunſtantiis.
Aeſtate uero,& in calidis non addantur: ſed ſumatur loco
eius mel caſsiæ ſiſtulæ cum aqua liquiritiæ ſeruato bono re
gimine. Et eſt ut in principio cibi, uel parum ante ſumat
aquam cicerum nigrorum cum ſemine melonis. deinde ſu-
mat ſubtiliantia & incidentia, & à contrariis abſtineat.
Item ſumat poſt cibum trageam cõfortatiuam digeſtionis,
& reſolutiuam uentoſitatis,quæ eſt.℞.gar. inciſorũ.unc.s.
galãgæ.ʒ.s.zinzibe.ʒ.i.granorum paradiſi.ʒ.iiii.aniſi, fœni-
culi,ana.ʒ.iii.liquiritiæ.ʒ.ii. ſeminum melonum mundato-
rum.ʒ.iiii.uinum eius ſit ſubtile uinoſum.

De cura uermium & medicinis eorum. Cap. 2.

QVia curam uermium exiſtentium una ex cauſis co-
licæ,ut patuit præcedenti capitulo, reſeruauimus,
ut loqueremur de ea lacius,eorum genera, cauſas,
ſigna,& medicamina inueſtigandum propria, cum ſint acci
dentiũ plurium horrendorũ & mortiferorũ: ideo de ea ad
præſens loquemur prout miniſtrabit gratia Saluatoris.
Sciendũ igitur, q; ſecundum Gal. uermium tria ſunt gene- Vermium gene. triplex.
ra.ſ.lumbrici rotundi,aſcarides ſubtiles parui, & tertiũ ge-
nus eſt eorum,qui lati uocantur & cucurbitini, producen-
tes ſemina ad modum ſeminis cucurbitę.cęteris longiores,
utpote alternatim ſibi continuantes ad modum chordellæ
ſeu zagarellæ,ſicut ſenſus declarat. Cauſa autẽ in genera- Cauſa generationis uermium triplex.
tione ipſorum triplex eſt, materialis, localis, & efficiens,
Materialis eſt humiditas inſipida alba & uiſcoſa in unum
condenſabilis & cõpactibilis,& talis eſt phlegma non cho-
lera rubea,nec nigra, licet effundatur ad inteſtina cum ſint
ſiccæ,diſpartibilis ſubſtantiæ,non condenſabilis bene, & ni
mis calidæ,uel frigidæ,ſaporis contrarii generationi,& cõ
ſeruationi ipſorum, ut quia amari, uel acetoſi ualde quibus
necantur,coloris diſsimilis quia citrini, uel nigri,non etiã
ſanguinis licet ſit conueniens propter ſaporem, quia dul-

eis est, ad intestinorum tamen uacuum nõ effunditur, sed à natura stricte in uenis, ut thesaurus cõseruatur existẽs proportionalis, & necessarius generationi, nutrimento, & augmẽto membrorum radicalium, & carniformium quibus in colore est similis non sicut uermibus. Localis est intestinorum uacuitas in qua ipsa materia phlegmatis, ut superflua: quia ex digestione, & ciborum malitia & regiminis in aliis aggregatur, cuius consideratione eorũ generatio in ætatibus omnibus est cõmunis, & in tempore proportionali est magis, in qua qui manet, & conseruatur præ frigiditate, & circunuolutione ipsorum ab eius adhærente uiscositate, & præ debilitate caloris ipsorum ibi manens nõ regulata corrumpitur, & putrescit, & sic calorem accendit: quia cum nequeat eam consumere eius humiditatẽ resoluit, & crassum condensatum dimittit: nec rectificat, sicut ignis materiam luti putridi sibi subiectam, quam consumere nequit. rectificat consumendo humiditatem, uel minuendo, & crassum relinquendo lapideum, sic ipsam rectificat condensando, & cũ influentia constellationis, cooperante natura corporis formam, & figuram uermium imprimit in illam ad hunc finẽ, ut materiam putrescibilem in id quod minus malum est cõuertat, & residuum putredinis naturaliter in intestinis aggregandæ consumat se pascendo ex illa cuius caloris consideratione, ut disponentis ipsi efficienti causæ. dixit Hippocra. in aphoris. Eos maxime in senioribus, idest in procedentibus ultra ætatem dentium plantatiuam generari.

Causa uermium effectiua triplex.

Ex quibus iam causa efficiens nota est, & est triplex, disponens ut est calor putredinalis, operans ut natura, perficiẽs ut cœlestis influentia, prout Aristote. dixit. sic enim est uidere in animalibus exterioribus mundi, quæ non generantur ex semine, ut sunt muscæ, crabrones qui ex stercore bouis, & uespæ, quæ ex carnibus generantur equorum corruptis, cum enim calefiunt à calore solari in ipsas agente, & nequeat ipsas consumere, depurantur, & condensantur in unum, & natura cœlestis corporis scilicet constellatio formam, & figuram talium uermium diuersorum secundum diuersitatem materiæ, & aptitudinis eius ad eos imprimit. unde Aristot. dixit propter melius. quòd enim ex putrida tali materia generẽtur tales uermes siue talia animalia, melius est quàm dimittantur secundum suam putredinem puram, & ut residuum eius, & aliæ congregandæ putredines consumantur, sumptæ & conuersæ in nutrimẽtum eorum, existentes in aere, terra, & aquis, multisq; modis nociuæ hominibus, melius est quàm permaneant sic. Sed contra hoc est, quod sequitur. Natura enim si quod melius est agit et minus malum aget, sed minus malum est, quòd tale phlegma putrefactum in concauo intestinorum remaneat, quæ sunt ut dictum est, deputata collectioni putredinis, & expulsioni ipsius, cholera ru. coadiuuante & ex ordinatione naturæ infusa in ea ad illud, quàm quod talia uermium genera procreentur.

Aceña uermes insequentia.

Et cum superius dictum sit, quòd plurium & horrendorum accidentiũ frequenter sint causa & mortis, quod equidem non sint cum in quantitate fuerit moderata, tunc enim solum iuuamentum quod positum est faciunt absque nocumento, ut supra de anatomia intestinorum est dictum. Sed si quantitate superfluant continua, uel discreta, accidẽtia inducent plura, & etiam mortem frequenter ut statim dicetur. Nec obstat, quod ibi dictum est, quòd cholera intestina habeat expurgare: quia illud est non semper, & tunc quando generantur ipsi, cum tunc occultetur cholera, & phlegma abundet in eis, quo etiã porus obstruitur mittens choleram ad intestina. Et ex accidentibus eorum horrẽdis est quod est, quia in loco in quo generantur ipsi, cum tunc occultetur cholera, scilicet in intestinis, faciunt accidere colicam & iliacam, ut supra dictum est, sic locum generationis eorum nutrimenti & augmenti conseruationis principaliter pungendo contra naturam offendunt, & tunc maxime cum feb. aderit, cum enim consumat eorum materiã nutrimenti, inflammet eos, & choleram super eos effundat, ad furiam & motum in quęrendo cibum incitat, & circũuoluti in intestinis, & acuiliter pungant, & quandoq; profundius tendunt fugiendo, donec intestina, mirach uẽtris perforẽt, & cutem, ut exeant inde sicut multi dixerunt, licet sit raro, uel incredibile, & consequenter subrapiendo cibum, fa-

E mes generatur canina, & quandoq; bolismus, & casus uirtutis ori stomachi propter ascensum eorum ad ipsum, & tunc quandoq; uomitu expellũtur, quod est abominabile ualde, & quandoq; infrigidantur extrema, & quandoq; per compassionẽ, & propter utrasq; dispositiones prędictas, tremor cordis magnus. Et propter eleuationem fumorũ ad caput generatur ex eis epilepsia & stupor, quę maxime in hora cõmotionis insurgunt, quæ est de sero, & hora somni, tunc.n. quærendo cibum stomachum ascendunt, & superiora, & sic talia accidentia causant, quorum generũ diuersitas à diuersitate causæ materialis & localis procedit. Materia.n. ipsorum phlegmatica, aut est uiscosa ualde inseparabilis, aut parum, aut mediocriter, aut prima existente in superioribus intestinis.s. gracilibus seu ileo & ieiuno, quandoq; generatur longissimi dicti cucurbitini ex ea, quæ est parum uiscosa adhærente recto & fœcibus corruptis & schibalatis commixta generantur rotũdi ascarides subtiles & parui, ex media generantur lũbrici de genere longorũ existentes, quia quandoq; secundũ palmũ, uel cubitum prolongati apparẽt F in mediis intestinis scilicet colo & orbo. Et eorũ deteriores sunt lati, aliis longiores cum ex materia putrida uehementioris adherentiæ generentur. Et in loco superioribus principalibus situentur magis propinquo. Et minus nociui sunt parui ascarides & subtiles ad modũ aristæ cũ à superioribus principalibus sint magis remoti propinqui ano, ut facilius expellãtur, licet ex materia magis corrupta. Quapropter si dimittãtur diutius ut augmẽtentur & ascendãt superius magis fiẽt nociui, cũ ex magis putrida materia ptocreẽtur. Sed lũbrici medii sunt in malitia & cũ diu retineantur oẽs febrem præ eorum corruptione accendunt, & augent.

Et uermes quidem sua habent iudicia. Cum enim exeũt antequam morbidi fiant, uel cum in febribus acutis exeunt uermes uiui, significant uirtutis expulsiuæ potentiam, & est signum bonum: cum uero mortui, malum, quoniam ibi multam caliditatem mortificantem eos demonstrant, & siquidem puri exeant mali sunt, cum materiæ putrefactæ inobedientis multiplicationem ostendant. Sed cum fuerint permisti fæcibus, boni sunt, & proprie cum in declinatione emittantur, G uel fine status non in temporibus præsentibus morbi. vnde Hippocra. inquit, bonum est si lumbricos admixtos habuit, scilicet stercus intestinis stomacho, & corpori manifestant, à quo stomacho si uomitu exeant, horribilis est, & malus cum malos humores in stomacho esse portendant, si generentur ibidem, uel si causa quærendi cibum ascendant, naturam impotentem repellere eos demonstrant.

Signa uermium quædã sunt communia omni eorum generi, quædã sunt unicuiq; propria. Cõmunium autem quædam sunt signa sumpta ex his, quæ sequuntur accidentibus immediate ipsos generatos, ut est mordicatio, punctio intestinorum, & grauitas percepta, & commotio, quę immediate eos generatos sequuntur, ut dictum est. uerum non sunt certa, ex eo, quòd talia ex humoribus cholericis ibi retentis fieri possunt, ut supra de dolore intestinorum dictum est. Quædam sunt sumpta ex his, quæ mediate sequuntur cũ nocumentum eorum extenditur ad superiora membra, scilicet stomachum, cor, & cerebrũ. Et illa sunt, quæ dicta sunt supra. Ex quibus sunt, quòd strident dentes, & abstergunt H labia semper. Et cum dormiunt, accidit eis masticatio habens uicissitudines ex eo, quòd comestio eorum illa hora commouet imaginatiuam, quæ imperat motiuæ, ut moueat genas ad masticandum, ac si comederet simili modo. Et hęc minus sunt certa, cum ex aliis causis possint accidere, quæ sunt notæ. Quędam sunt talia signa ex antecedenti ipsorum generatione sumpta, & talia sunt, quoniam præcesserit paucitas, & corruptio digestionis, gulositas, & appetitus multus, & assiduatio ciborũ phlegmaticorũ, & corruptibilium habẽtium generare ipsos proprie, ut lac, caseus, & frumentum, & similia. Et hæc etiam non sunt necessaria: non enim necessarium est, quòd ex prędictis lumbrici generentur, & uermes. Alia uero sunt ex essentialibus sumpta, quæ concomitantia dici possunt, ut sunt ipsorum euacuatio, & apparitio exitus eorum per uomitũ, uel secessum; uerumtamen eorum euacuatio non est semper, sed cum iam

quasi

quasi uicti sunt à natura, ut critice, uel symptomatice expellantur, quare oportet alia certiora quærere, quibus à principio cognoscantur, & certa, uel prædicta certificare. Certificantur autem si omnia simul coniungantur, uel saltem fient unitati magis propinqua, impossibilis enim est certa interiorum quorundam cognitio, ut Galen. ait, sed coniecturalis possibilis. Cum ergo consideraueris, quòd escæ facientes ad eorum generationem præcesserunt, & antecedentia, & sequentia senseris accidentia, quæ sunt dicta, eos coniecturabis adesse. Et cum in exeuntibus apparebunt uermes per uomitum uel secessum, eorum certificabis cognitionem. Hæc enim est doctrina medicorum principis Gal. seruanda in dictis, & dicendis omnibus causis, & ægritudinibus cognoscendis occultis, quorum signa non sunt inseparabilia, non perdurantia, neque certa per seipsa distincta.

Signorum uero propriorum, quædã sunt longis propria magis, ut sunt commotio oris stomachi, mordicatio ipsius cum punctione, & grauedine, & humore ibi percepto, quãdoque casus appetitus, & difficultas transglutionis, nocumentum ex cibo, & lubricitas, & fluxus saliuæ, & quandoq; nocent pulmoni, & cordi propter uicinitatem suam, unde accidit tussis, & tremor cordis, & diuersitates pulsus, & somnus, & excitatio non secundum ordinem, & cum pigritia, & accidit pruritus, & intuitus, & palpitatio, & apertio oculorum cum declinatione ad clausionem, & accidit eis, ut nunc rubeant, nunc uero offuscentur: & quandoque tenduntur eorum uentres, & fiunt hydropici: & quandoq; superueniunt fluxus uentris, lumbricis uero, & rotundis appetitus secundum plurimum multiplicatur, quoniam elongantur à stomacho, quare non nocent ipsi. Et rapiunt cibũ, & commouentur in tempore famis motu forti nocente, & debilitante uirtutem. Et sunt cum punctione, & grauedine incidente in eo, quod sequitur umbilicum. Paruos autem significat pruritus ani, & inseparabilitas cõmotionis apud ipsum. Et inuenit habens eos grauitatem sub hypochondriis suis, & dorso. Et exitus uniuscuiusq; generis rectificat cognitionem cuiusque.

Cura uermium est quatuor res. Prima est regimen. Si enim causa prima generationis ipsorum est malitia regiminis in cibis, & in potibus, & in aliis diminuendo, & corrumpendo digestionem, multiplicans phlegma, quod est crassum, frigidum, humidum, & uiscosum, ergo si cura ordinata, est, quòd prius oporteat causam abscindere, primum erit in cura regimen emendare. Secunda est ipsorum interfectio, ut facile educantur, nisi enim interficiantur euacuationi non obedient: uiui enim tenentur in intestinis, & adhærent secundum dispositionem cuius dissolutio est difficilis. Tertia est eorum euacuatio, si neque eos mortuos, neq; uiuos natura expellat: non enim oportet, ut eorum prolongetur statio in uẽtre post mortem, ne inferat uapor eorum nocumentum uenenosum principalibus membris. Quarta est accidentium correctio.

Cibi.

Primam rem complent rectificatio regiminis in cibis, & potibus sumptis secundum cõtrarietatem escæ, & prout digestioni complendæ oportet, ut sint cibi subtiles, facilis digestionis, & boni chymi, qui non corrumpantur, calidi, & sicci, nec uiscosi, immo sit in eis abstersio qua educantur, & interficientes natura, uel proprietate, uel sint ex interficientibus, & abstersiuis, uel eis admisti, quales sunt aquæ cicerum, & cicera comesta infusa in aceto, postquam abstinuerunt per medium diem, folia caulium, oliuæ salitæ ante cibum cum ruta comestæ, panes furfuracei, cum carui confecti, aniso, uel fœniculo, uel cimino, carnes columborum, passerum, & aliarum cum decoctione mentæ, uel salsamento facto ex ea, pane asso, & aceto forti, & potus aquæ salsæ simplicis, uel commistæ uino austero, uel forti aceto, uel aquę dulcis cum cimino in ea decocto, aniso, uel fœniculo, uel gramine, & aliis fit ordinatio congruens confortationi digestionis, & perfectionis ipsius, prout supra in cura stomachi dictum est.

Interficiẽtia uermes.

Secundam rem complent medicinæ interficientes uermes, quarum quædam sunt cõmunes omnibus generibus, quædam sunt propriæ. Et cõmunium quædam sunt simpli-

A ces, quædam compositæ. Et ex simplicibus quædam sunt calidæ, quædam frigidæ, quædam propriæ.

Communes omnibus simplices, & calidæ sunt peruenientes ad gradum tertium nisi sit cum eis feb. uel apostema, & sunt amari saporis, acuti, & contrariantes qualitate, & sapore illis, quæ magis diligunt ipsi, quæ sunt dulcia, & unctuosa, qualia sunt macis in multo usu, nux indica antiquata, & comesta, & nasturcium, & semen apii, sunt ambæ fortes in interficiendo omnem uermẽ, & sisymbrium, hasce, carui, cappar. aqua lupinorum, & ipsi amari, chalcanthum, drachm.i. cum melle sumptum, ziniar, lactuca, anisi, & nigella, & si super sumen ungatur radix enulæ exiccata, & sumpta, aur. ii. persica, & folia eorum emplastrata sumini, & oleum eorum, & menta, petroleon causa licinio immixtum, & proprie ascaridibus. Farach, cum syrupo de melle, myrrha decocta in oleo bibitur ad omnes. Calamentum syluestre, chitran, & costus cum ponuntur in clysteri, scea, radix chamęleon interficit uermes, & proprie albi, prassium, cordumeni, grana ademestæ. Et credo B quòd sunt grana, quæ nõ est diu, quòd habita sunt in usu, fœniculum, ciminum, asarum, chamepitys, pulegium, origanum, abrotanum, sicut & absinthium. Hæ medicinæ interficiunt omnes acuitate, & sua qualitate, & amaritudine, & à proprietate longos: & ascarides aliquæ ex eis, ut puta polium, allium, proprie chitram ministratum in clysteribus, & epithematum, costus amarus, & lancis mirabilis est, asiniar, & succus persici.

Communes simplices frigidæ, et paucæ caliditatis interficientes, sunt semen coriandri bibitum tribus diebus cum rob, & lac acetosum cum semine apii bibitum, uel syrupo acetoso, & decoctio fausel, et spina ægyptiaca, & sunt absq; plurima caliditate, & semẽ atriplicis, cortex radicis mori, et rubus, et decoctio arborum granati acetosi, & muzi, et aqua decoctionis radicum eius, & succus arnoglossæ, aut ipsa sicca, et sumach dissolutum in aqua, est mirabile, si cum eis sit fluxus, et hypocisthis, et lutum sigillatum cum uino est mirabile, uel indicum, ut dicetur, et est magis mirabile semen portulacæ, cum multum sumitur in interficiendo C uermes. Endiuia amara, tribuli, uermicularis, myrtus, & apium aceto conditum, et acetum ipsum in hora somni secundum aliquam sui quantitatẽ statim est conueniens: quæ enim sunt non qualitatis, et saporis excedentis à proprietate sunt interficientes illos cum non illud agant à qualitate. Et aliquę ex ipsis frigidis sunt interficientes latos, ut est serratura salicis, coriandrum, endiuia amara cum bibitur cum lacte acetoso, aut syrupo acetoso, aut aqua calida. Compositæ uero interficiẽtes omnes sunt, sicut theriaca magna, & confectio de centonica. Hæ sunt medicinæ quibus te oportet interficere uermes.

Documentum.

Sed in earum administratione oportet te attendere earum speciem, potentiam, seu uirtutem, tempus, locum, & modum. Speciem, ut proprias, prout dictum est, administres. Potentiam seu uirtutem, ut in occidendo ascarides ex eis eligas fortiores: in lumbricis, et rotundis, et latis fortes: in longis debiliores, et maxime cum sint ex iis, quæ bibuntur, à quibus remotiores sunt ascarides, deinde lumbrici lati, et longi sunt propinquiores. Tempus, ut administres D illa uacuitatis tempore: medicinæ enim tunc nullo modo impediuntur ad eos peruenire, et ipsi famescentes magis trahuntur ad ipsas. Locum, ut interius approximanda approximes, non approximanda deneges, ne maius nocumentum adducas, sed potius exterius administres, et proprie umbilico, et infra, ubi sunt crassa intestina in quibus generantur, et proprie monoculus: supra enim applicata stomacho nocent plurima. Et aliqui applicant super ilia, et renes illa, immo cum interius ministrabis tales medicinas interficientes, et proprie calidas, tunc oportet, ut stringantur nares, ne aliquid ex uapore earum malo perueniat ad caput, et multiplicetur expiratio ne aliquid ex eo perueniat ad cor. quare oportet, ut os teneatur apertum. Et etiam melius est, ut tunc liniatur stomachus cum stypticis confortantibus ne lædatur ab earum malitia. Et sint ex interficientibus qualia sunt sumach, hypocisthis, et acatia dissoluta in uino, et in longis

proprie per ebibita, & quouis modo meliori sumpta, dum modo sint superioribus minus nociua, in ascaridibus, clysteribus uel collyriis immissa, in lumbricis, & mediis per utrasque, & in omnibus per extrinsecus applicata secundum omnem modum emplastri, scilicet epithematis, cataplasmatis, & unguenti.

Qualiter premittenda sūt dulcia pro interfectione uermium.

Modus, ut præmittas eis delectabilia, scilicet dulcia, & unctuosa, quæ sunt eis, ut esca ad quam currant, & hoc per horas diei unam uel duas, deinde medicinas interficientes & proprias illis subiungas, uel utraque simul misceas: cum enim currunt ad escam inueniunt inuoluta uenena quibus occiduntur, sicut pisces in propriis escis hamis quibus capiuntur: hoc, siue interius approximes, siue exterius, & per omnem modum illud agas. Tertiam rem complent medicinæ uentrem soluentes solutione eos educentes, quarum quædam sunt disponentes, quædam complentes. Et disponentes sunt duplices, quædam occidentes, ut prædictum est, quædam inferius ad loca propinqua sphicteri, puta intestinis inferioribus illos trahentes, qualia sunt dulcia, & unctuosa, ut mel, lac, & similia clysteribus immissa, uel collyriis supposita, uel peritoneo, ano, & aliis partibus ei accidentibus inuncta trahentia illos, quæ adiuuant amara, acuta, salsa, & acetosa, illos fugantia per os sumpta, & supra stomachum, & umbilicum approximata. Et eductionem complentes, quædam sunt tantum educentes, quædam interficientes. Et educentes quæ educunt tantum: sunt illæ quæ non interficiunt, sed delectant, ut lac, mel, & aqua mellis, & similes, simplices, uel mixtæ in suppositoriis immissæ, & sphicteri inunctæ, sicut baurach, chebuli, hyssopus sicca, quæ soluunt phlegma, uermes, & ascarides, semen coriandri cum rob, educit serpentes, uerum extrahit uermes, & ascarides, origanum, etiam polypodium. Et tales sunt proprie habentes locum in superioribus, & mediis, non inferioribus, ut sunt ascarides subtiles, & minuti quibus meliores sunt interficientes, & soluendo educentes modo infra dicto approximatæ, quarum quædam sunt simplices, quædam compositæ. Et simplices sunt colocynthis, fel tauri, absinthium, epithymum carthamus, allium, cētaurea, nigella, & semen atriplicis. Solutione educentes omnes, & mortificatione, & breuiter omnes solutiuæ medicinæ quas in antidotario nostro seriatim diximus, & maxime laboriosæ educentes. Sed melior est aloe omnibus, quoniam mortificando educit omnes, & oleum bibitum in quantitate interficit cū sua amaritudine, & uiscositate educit. Et oleum omphacinum latos interficit sua amaritudine, & educit sua uiscositate, quare si non potest multum semel bibi, bibatur ter. Et grana nil interficiunt serpentes, & extrahunt eos.

Medicinę aduermes cōpositæ.

Compositæ sunt hierapicra, etiam si sumatur scea, & absinthii, ana scrupul. iiii. pulpæ colocynthidis, drachmæ duæ, & quarta salis indi, danich. i. & sumatur in potu cum aqua mellis. Et nitrum, & ciminum, & fœnugræcum, ana aurei duo. Item nigri piperis, cordumeni, ana partes æquales, cuius dosis sit utrisq; ad drachmam unā & mediam. Item ciminum indum, mastix, grana lauri, ana conficiantur cum melle, & sit dosis in mane coclear. i. & tantundem in sero, & quandoque additur enula. Et pilulæ de absinthio, educunt longos. Et aliæ quæ sunt compositæ ex prædictis secundum diuersas intentiones eligendis non solum interius per sub & supra, sed etiam exterius secundum omnem modum approximandæ. Modus autem, & regimen ascaridum, & paruorum est, ut interficiantur, & educantur cum suppositoriis ex prædictis, & sale, & clysteribus ex aqua calida, quæ eradicant materiam eorum. Et fortius est in quo recipitur centaurea, carthamus, hyssopus sicca, pulpa colocynthidis, & baurach. Et fortius illo est collyrium alchitram, et clystere cum eo, et petroleo, & proprie cum oleo de chrysomilis, aut medullis perscorum amarorum, et arthanita, uel buchormariem, et cortex radicis hasce. Et ex eis, quæ colligunt ipsos in ano, est caro pinguis, solida, et lardum, sit autem ligatum cum fimbria fili, ut post horam cum fuerint collecti extrahantur, et iteretur donec mundificentur. Quartam rem complent medicinæ diuersæ secundum diuersitatem accidentium comitantium, ex quibus est febris. quare oportet, ut administres frigida, ex quibus sunt semen portulacæ intus, & grana uermicularis extra, & acetum intus, & extra, & similiter coriandrum, atriplex, & similia non calida nisi moderate calida uel frigida ex cibis, & potibus, prout exigit dispositio, & cum debilitat fluxus uētris, necessaria sunt quæ nutriunt cum fortitudine, ut est aqua carnis, & carnes, & alia quæ sunt boni chymi, & uelocis digestionis, & maxime in paruis, nam uirtus eorum per se in causa operationis non peruenit ad eos omnino. Et si sunt boni chymi, minoratur chymus corruptus, qui est materia eorum, quare indigent etiam eis & uermes, cum enim fluxus minuat, uel auferat nutrimentum mordicant acriter stomachum, & faciunt magis cadere uirtutem, quare cibentur ante motum eorum, hora quietis, & somni. Et separetur cibus eorum, ut sit paucus, & permistus aliquibus ex interficientibus stypticis, & confortantibus. Ex quibus proprie est sumach, & myrtus, & coriandrum, & similia, quæ stringunt confortant stomachum, & excitant appetitum, qui si timetur ne cadat, confortabis stomachum cum epithematibus, & emplastris in quibus est stypticitas, & interfectio, & eductio suauis non deiiciens uirtutem, & confortatio, & ereptio appetitus. Et proprium est quod fit ex aloe, & absinthio. Et pilulæ factæ ex eis cum succo citoniorum, uel menthæ. Medicinas compositas ad eos aliquas supra in cura ægritudinum cordis diximus. Et nunc addemus alias expertas. Ex quibus est. Recipe foliorum perfici, granorum lupinorum, absinthii, ana. M. ii. tere crasso modo, & fac bullire in aqua, & aceto, ana partes æquales. Et super umbilicum, & renes cum fascia liga, statim educit uiuos uel mortuos, expertum est. Idem. ℞. succi menthæ, panis assi, aceti fortissimi, ana partes æquales, misce in modum salsamenti, de quo dabis ante cibum, & ligabis in pulsibus brachiorum, probatum est, & si odoretur etiam. Item grana uermium, quæ sunt grana centonicæ, de romania fricata, & exhibita cum zucch. uel melle rosa. in omni ætate sunt experta, & omni dispositione, & in causone cum granis aranciorum. Item acetum fortissimum haustum de sero cum uadit dormitum, est expertum. Item centaurea decocta in oleo de perscis, & inuncta super umbilicum, experta est. Emplastrum Archi confortans stomachum interficiēs, & expellens lumbricos & nalet ad fluxum. Recipe absinthii, menthæ siccæ, rosarum cum stipitibus centonicæ, ana unc. i. farinæ lupinorum unciam unam panis assi infusi in aceto forti unc. s. fellis tauri ʒ. iii. aloes. ʒ. s. cornu ceruini usti. ʒ. iiii. spicæ, macis, galliæ muſca. gar. calami aroma. macis, nucis muſca, galangæ, carui, ana unc. i. s. hypocisthidos, acaciæ, sumach, berber. ana unc. tertiam. Confice cum oleo myrtino, succo mē tæ, & cera quod sufficit. Item ungatur uenter melle, si sine feb. fuerit, uel lacte si fuerit cum feb. post horam puluerizā aloes caballini mirabiliter interficit. Item fiat embrocha super stomachum, & uentrem contra lumbricos. Recipe panem assum in aceto forti bene molificatum, & exprime per peciam, & cum liquore misce succum absinthii, sisymbrii hortensis, succi foliorum persici, perscariæ, uniuscuiusque menthæ, & marrubii cum oleo modico, et aceto. Et omnia ponantur in olla una, et fac bullire, postea asperge puluerem aloes caballini, et colocynthidis, ana drach. ii. fellis tauri. ʒ. i. Et peciam infusam in eo tepidam supra uentrem appone, et adde puluerem lupinorum. Adde cingulum, qui ex longioribus uermibus causatur, cura ex inuentione antiquorum medicorum efficax est. ℞. granorum piperis. 300. et. ii. radices rapistri, et duas radices antiquæ fabæ lupinæ maioris, et radices granati acetosi, tere, et coque cum quinque cyathis albi uini, donec tertia pars remaneat, de quo uino detur ad mensuram trium digitorum, et in tertia uice emittet totum. Pilulæ ad interficiendum singulos, et omnes uermes. Recipe succum asphodeli, et succum absinthii, et centonicæ, et sisymbrii, fabæ lupino, ana, et decoquantur donec inspissentur aliquantulum, et addito aloe fiant pilulæ, et dentur. iii. uel. v. mire operantur. Puluis ad idem. ℞. cornu ceruini usti, centaureæ, menthæ, pulegii, sisymbrii,

brii, absinthii, centonicæ, lupinorum amarorum, ana drach. iii. s. utatur hoc puluere cum lacte, uel aceto, uel uino calido, uel quocunque modo accipere potest. Electarium ad lumbricos omnes secundum Nicolaum, &c.

De fluxu uentris omnium modorum, & curis eius. Cap. 3.

FLuxus uentris secundum Gal. generaliter est accidēs exeuntis materialis à corpore per intestina. Speciali ter autem est motus naturæ, seu uirtutis expulsiuæ intestinorum ad expellendum nocentia saltem sibi. Diuiditur autem, & specificatur quincupliciter secundum quinq; genera causarum, quæ Galen. ponit communia omnibus, siue quorum cognitione cuiusque scientia non habetur, ut ponit Aboa. quæ scilicet in hac notificatione tanguntur, scilicet formalis, cum dicit, est motus. Efficientis, cum dicit, naturæ, seu uirtutis expulsiuæ. Materialis subiectiuæ, siue instrumentalis, cum dicit, intestinorum. Finalis, cum dicit, ad expellendum. Et materialis obiectiuæ, cum dicit, nocentia. Et ex parte quidem causæ formalis, quia aut est temperatus, & suauis, quia repletioni proportionatur, & uirtuti, aut est difficilis, & diminutus, uel superfluus. De cura cuius hic intendimus specialiter. Ex parte causæ materialis subiectiuæ, siue instrumentalis: aut enim est ab intestinis, quia in eis materia sit aggregata, paulatim, & est multipliciter, quia aut lubricitas, & dicitur lubricitas intestinorū, aut dysentericus, & est triplicis speciei, seu gradus, ut Hippoc. dixit. Et est, aut à superioribus, aut inferioribus, aut recto: & quandoque est ab ipso, quandoque ab extremitate eius, & sphycteri, aut est ab aliis membris influentibus materiam illis. Et hæc, aut est à cerebro, & uocatur fluxus cerebralis, aut à stomacho, & uocatur lienteric us, seu lubricitas stomachi: aut est ab hepate, & cysti fellis, & uocatur fluxus hepaticus, & est multipliciter, ut infra dicetur: aut propter peccatum hepatis, uel meseraicarum absq; influxione materiæ ad illa, & uocatur chilosus: aut est à splene, & uocatur spleneticus, & melancholicus: aut à toto corpore, & est diarrhæa, & fluxus liquefactus, uel sanguineus, uel pasio collyrica. Ex parte uero causæ materialis obiectiuæ, quæ in fluxu expellitur sic, nam aut est exterior corporea, ut cibus, & potus, & medicina, & comprehenditur sub lubricitate, & ex eo est fœculētus multi ster coris. Aut interior, & corporea, & hæc, aut est ex continentibus, ut membrum pars membri, seu frustum, & pellicula: aut ex contentis, & hæc, aut erit ex naturalibus humoribus, puta sanguine, phlegmate, cholera, & melancholia, ab humore proprio generaliter nuncupatur, quia sanguineus, phlegmaticus, cholericus, & melancholicus, & specialiter à specie uniuscuiusque ipsius. Aut erit ex non naturalibus, ut est fluxus corruptis prædictis humoribus, quia fœtidus æruginosus, sanios us, uirulentus, lotiuus, sicut lotura carnis, aquosus, fœculentus, niger sicut sanguis uel crasi uini fæx, & felleus niger, & niger melancholicus, & sanguinis puri, & diuersorum colorum, & sunt species hepatici. Et quandoque est ex uermibus quotidie, & frequenter expulsis, sicut accidit infantibus, qui lacte nutriuntur, & quandoque est ex lapidibus, licet raro. Et uisum est à pluribus in uno cholerico Neapolitano cuius cognomē erat Medicus. Et seruaui duos ex lapidibus quos emisit continue per mensem, per uirgam, & anum, & erant plures, & magni, sed emissus per anum fere, sicut ouum: per uirgam, sicut nuclea, & cum melonum comestione liberatus finaliter extitit. Ex parte efficientis causæ dupliciter, scilicet naturæ, seu uirtutis principaliter operantis, & aeris coadiuuantis, & similium, ut uenti, balnei, & similium, primo modo, scilicet ex parte uirtutis, aut expulsiuæ principaliter mouentis ipsam ad expulsionem, aut contentiuæ principaliter deficientis, & per consequens expulsiuæ. Primo modo, ut cum erit à natura factus naturaliter operante, ut quia primo digesserit, deinde diuisit, & finaliter expulit, & dicitur criticus. Secundo modo, ut non naturaliter operante à natura factus, & uocatur symptomaticus. Ex parte coadiuuantium, ut aeris, & similium, nam aut sua caliditate erit dissolutiuus, aut sua frigiditate cōpressiuus. Ex parte autem finalis, quia ad expellēdum nociua, aut iuuatiua corpori, nociua tamen sibi. Ex quarum combinatione generalem potest recipere diuisionem, nam aut erit fluxus laudabilis, aut illaudabilis, & hæc est causa fluxus uentris generalis, & communis, attribuitur autem potissime, ut efficienti: cum enim in eo præstantior sit materia: nititur enim causa uniuscuiusque ad debilitatem, uel fortitudinem ipsius, ut dixit Aboa. debilitas scilicet contentiuæ, & fortitudo expulsiuę uirturis, talem habitudinem inter se habent hæ duæ uirtutes dispensante natura, cum sit commune in eorum proprio actu, quòd nisi una cedat alteri, uel deficiat reliqua, suum non exercebit actum nec fortificabitur, ut dixit Galen. sic est inquam in retentione, quòd nec cedat, quiescat, uel deficiat contentiua non retinebit. Sic quoq; in expulsione, & fluxu nisi cedat, uel deficiat contētiua, expulsiua expellere, & fortificari non ualebit. Verum quandoque præcedit debilitas in contentiua, & sequitur operatio, uel fortitudo expulsiuæ, & est plurimum, ut in fluxu symptomatico, qui cum procedat à multitudine, quam contentiua intestinorum cum suis uillis bona comprehensione capere nequit, & cōtinere, nec etiam musculus ani fine mala qualitate pungente illa, necesse est illam deficere, & deinde expulso sequitur. quandoq; est econuerso, ut quia præcedit, & incipit expulsiua expellere, & tunc cedit contentiua, & illud est proprie in fluxu critico, digestam enim materiam, & diuisam contentiua retinet quandiu agat expulsiua, & tunc sicut expulsiua expellit ita paulatim, & ordinate contentiua dimittit. Similiter accidit in apertione oppilationum, & apostematis dubelati, in qua sicut expulsiua aperit, ita contentiua cedit.

Alia est causa specialis unicuique propria speciei dictæ post generales in unaquaq; seruanda. Et quidem primi causa est obedientia materiæ membrorum, & uiarum aptitudo, & naturæ fortitudo cui nihil est impossibile in expellendis nocentibus ex sua sapientia ordinata, & infinita, ut dixit Gale. Contrarii uero contraria est causa, quia debilitas naturæ nostri corporis oppressæ à natura elementari taliter quòd à natura cœlesti regulante, & gubernāte nostra corpora, & alia semper, ut Galen. ait subleuari non possit membrorum debilitas, uiarum oppilatio, uel largitas, & materiæ inobedientia, quia crassa sit uiscosa, uel subtilis imbibita in diminuto, uel eius effrænitas, & furia, & grauedo in superfluo. Et causa intestinalis, & lubricatiui, est quam supra in lubricitate stomachi diximus. Et causa dysenterici est plurimum cholera rubea in intestinis collecta uel influxa secundum Galen. & quandoque est fel nigrum, quandoque phlegma salsum, & sanguis acutus, & quandoque sanies ex apostemate in eis acuto, & aperto. Et causa eius, qui est à recto est interior, & exterior, interior est multiplex, sed plurimum est phlegma nitrosum putridum, quod acquisiuit acuitatem, quare abradit intestina, adhærendo sua uiscositate illis, deinde ulcerat, & egreditur, sicut punctura sanguinis, & æstimat æger quòd in suo ano sit sal puluerizatum propter bauracitatem suam, & est cum dolore, & grauedine. Et ex illis est hæmorrhois intrinseca, fistulæ, & rhagadiæ. Exterior est frigus aduenies ano, & sessio super duro. Et causa eius, qui est ab extremitate eius est sanguis quem natura expellit sine dolore, & per uenas hæmorrhoidales, quæ sunt in sphicteri, critice, uel symptomatice. Et causa illius qui ab illis membris existit, & cerebralis, est causa catarrhi, quam supra in cura hepatis diximus, & est breuiter mala complexio cerebri, & plurimum frigida, impediens & corrumpens nutrimentum eius, quæ multiplicatur in eo superfluitas, & est plurimum phlegmatica, quam coadiuuat dispositio membrorum inferiorū, & maxime stomachi, & totius corporis repletio, in eo multiplicans uapores, & fumos, porosque cutis oppilans, & ductus eius per quos superfluitates consueuit naturaliter expurgare, & expirare. quare regurgitant ad alios canales occultos, & fluunt inferius ad stomachum, sicut in cura stomachi diximus, & ad intestina propter eorum debilitatem. Causa autem eius, qui est à stomacho, dicta est supra ibidem. Et causa eius, qui est ab hepate, & cysti fellis, est, ut plurimum cholericus, radens, excorians, & ulcerans intestina. quare sanguis profluit ab eis, & pinguedo,

guedo, uel pelliculæ, uel frusta ipsorum educuntur, & fit dysentericus, aut sanguineus, & quandoq; est aliarum specierum superius prædictarum. Sed causa cholerici est multitudo choleræ, & acuitas ipsius propter dyscrasiam calidam ipsius hepatis, & membrorum cum regimine calido, uel propter oppilationem in poris cystis cum fortitudine expulsiuæ. Sed sanguinei ab hepate causa est oppilatio uenarum chylis, & ramorum eius ad membra procedentium, quare sanguis in hepate generatus ad membra nutrienda transire non ualet, sed remanens in hepate tanquam superfluus ab eo ad intestina transmittitur, & per ea expellitur, ut nociuus. Aut ruptura uenæ portæ: hæc enim causa est egestionis sanguinis, sicut ruptura chylis causa est urinæ sanguineæ. Et causa fœtidi est corruptio materiæ, & quandoque à longa retentione in eis procedit. Et causa gruinosi, est adustio sanguinis, & humorum inspissatio, & quandoque perducit ad adustionem corporis hepatis, ut supra in causis caliditatis hepatis dictum est. Et causa uirulenti est liquefactio sanguinis, & humorum uel resudatio apostematis calidi in eis, & sæpe fit resudatio ex apostemate hepatis calido. Inquit enim Gale. In omni apostemate sub cute cœlato solet uirulentus exire liquor, Aboali uero æruginosum, quem Gale. sub uirulento comprehendit, dicens tamen quòd &c. Et saniosi causa est apostematis dubelati apertio, uel ulcus sanioſum in eis, uel superioribus membris, ut in præcedenti capitulo habuisti. Lotiui uero causa est debilitas uirtutis alteratiuæ hepatis, aut ex se, aut ex defectu contentiuæ ei deseruiẽtis, aut debilitas sequestratiuæ aquositatis à sanguine propter debilitatem hepatis, & renum. Et aquosi est maior debilitas alteratiuæ hepatis, quàm sit in lotiuo, immo qua si destructio multiplicans aquositatem quam coadiuuat multus potus aquæ, & potentia uirtutis expulsiuæ hepatis expellentis per meseraicas ad intestina, quę si deficeret, esset causa ascitis, ut supra dictum est, aut conuersio aquæ ascitico rum per uenas in uacuum intestinorũ quam natura expulsiua ipsorum expellit, & soluitur ascites, sicut Hippocra. dixit. Et causa in nigro fæculento, sicut est sanguis, uel crasi uini fæx est secundum Gale. caliditas hepatis adurens, uel frigiditas eius massam sanguineam congelans proueniens ex melancholia non mundificata ab hepate, quæ superfluens in eo putrescit, & accendit calorem, & febrem, uel manet sicut est, & infrigidatur, si sponte & in principio appareãt cum febribus uel sine feb. sunt pessimæ, & mortales. Si uero in processu sponte, uel cum pharmaco sunt meliores, ut dixit Hippocra. Et quandoque est nigredo à longa mora in transitu ab hepate ad intestina, sed illa est parua nec est propter causam ab hepate. Et causa nigri fellei est adustio choleræ rub. in hepate, uel multę, & proprie subtilis partis eius. Et causa nigri melancholici, qui est ab hepate, est debilitas splenis, uel oppilatio eius, quare non mundificatur melancholia ab hepate, sed superfluit, & expellit hepar ad intestina. Et causa eius, qui est diuersorum colorum est diuersitas humorum confluentiũ ab hepate ad intestina critice, uel symptomatice, cuius causa est diuersa, & inæqualis hepatis, & stomachi, & uenarum dyscrasia, & diuersitas regiminis: Et eius qui ex uermibus, causa est quam supra in præcedenti capitulo diximus. Et chylosi, causa est debilitas attractiuæ hepatis, uel oppilatio meseraicarum, uel multitudo cibi chylum augens supra potentiam hepatis attractiuæ, ut Gal. dixit. Et causa splenetici, & melancholici est multiplicatio humoris melancholici in hepate, & membris absque oppilatione, & debilitate splenis, quare splen multam melancholiam trahit, quam mittit ad intestina uirtus eius expulsiua, uel apertio oppilationis ipsius. Et causa facti à materia influxa à toto corpore, & diarrhici proprie est secundum Serapio. multitudo humoris in corpore, & uenis, & non mali, quia cibus non digeritur, nec conuertitur in mẽbris, nec resoluitur propter cutis densitatem, sed tanquam grauans à natura per intestina expellitur. Et causa liquefactiui est caliditas dissoluens, & liquefaciens humiditates membrorũ quas natura, ut nociuas expellit quandoque per urinam, & fit urina oleagina, uel unctuosa, sicut sperma, in superiore habens, sicut telam araneam, & quandoque per intestina, & facit fluxum uentris unctuosum, sicut in hectica contingit, & phthisi. Et causa fluxus sanguinis, qui est à toto corpore, & est superflua repulsio uenarum ex sanguine quam multitudo cibi, & proprie carnium, & potus, & proprie uini rubei spissi efficit, uel membri mutilatio aggregauit, uel dimissio exercitii consueti non resoluit, nec solitæ euacuationes naturales, uel artificiales eduxerunt, sicut Gale. dixit, sed natura grauata ad intestina apertis uenis hepatis transmittit, quam intestina expellunt, & fit egestio sanguinis. Et interdum ad renes, & ueficam uenis renes imbibentibus, non apertis, sed solum rarefactis ipsam transmittit, & urina sicut sanguis ipse emittitur, ut contingit in ægritudinibus acutis sanguineis, sicut dixit Aboali.

Et causa fluxus, qui collyrica passio dicitur, est multiplicatio malorum humorum in corpore ex indigestione, & corruptione ciborum propter malitiam ipsorum reginis, & dyscrasiam membrorum, & proprie corrumpentem digestionem, & multiplicantem humores ipsos malos, sicut accidit infantibus, & gulosis, & proprie in æstate, & autumno in quibus est digestio debilis, & proprie ciborũ habentium proprietatem in commouendo quos natura nõ conuertit, sed abhorret, quare mouetur ad expellendum, & reddit eos ad intestina, & fit fluxus uentris collyricus, aquosus, & æruginosus, & reddit etiam eos ad stomachum, & accidit uomitus cholericus, & uirulentus, uiridis, uel aquosus, & secundum plurimum fit fluxus uentris collyricus, & uomitus simul: natura enim ualde ab eorum corruptione, & malitia molestata toto conamine mouetur ad eorum expulsionem, & sic simul per uomitum, & secessum expellit. Et facti à cibo, & potu causa est manifesta. Et fluxus multi stercoris causa, est quantitas, & qualitas cibi, & paucitas eius, quod ad hepar et membra trahitur ex eo, et multitudo eius, quod ex eo, & utraq; cholera ab eo mediante cysti fellis, & splene redditur ad intestina, ut Galen. ait. Et causa eius in quo membrũ, pars, seu frustũ eius, ut pellicula emittitur, & uocatur excoriatiuus, ulcerosus, est causa dysenterici, & collyrici, & eius qui collyrica passio nuncupatur quam supra diximus. Cum enim humor acutus in intestinis colligitur, aut diu per ea fluxerit, ipsa ulcerat, uel abradit, & excoriat, & pinguedinem eorum, sanguinem, ac pelliculas educit, demum ulcerat, & frusta eorum expellit. Et quandoque ex superioribus, quandoque ex inferioribus, & quandoque ex ueneno, & quandoque ex acumine medicinæ. Sed species excoriationis sunt, sanguinea, uirulenta, sanioſa, & tyriaca corticalis, & habentes comparationem adinuicem, prima est saluior, & erit quandoque ex ægritudinibus acutis, & febribus aduretibus, & unaquæq; ex exeuntibus est manifesta. Et causa eius, qui est ex sanguine, uel phlegmate, uel cholera, uel melancholia contenta in intestinis, & multitudo eius proueniens à superioribus ad ea paulatim in eis aggregata propter constipationem uentris donec superfluat, & lædat sua quantitate, uel qualitate, uel utraque expulsiuam. quare mouetur ad expellendam ipsam quam adiuuat quandoque humiditas, & lubricitas materiæ, & humores, & proprie cum fuerit ex phlegmate aquoso, uel mucilaginoso. Et causa uniuscuiusque speciei ipsius ex præcedẽtibus est nota. Et causa naturalis critici laudabilis, & qui est ad expellendum nocentia ex dictis causis temperati nota est, & contrarii causa ex contrariis causis.

Signa. Signorum, quædam sunt communia, quædam propria. Communia ex præcedentibus comitantibus, & sequentibus assumuntur: sunt enim communia temperato critico, & laudabili, qui est ad expellendum nocentia, & eius contrario, ut supra in uomitu dictum est. Et signa facti à fortitudine expulsiuæ sunt, alleuiatio quæ sequitur, & facilitas eius cum bona tolerantia. Sed facti à defectione contentiuæ, signa sunt communia, quia nec conferunt, nec bene ferunt.

Signa uero specialia uniuscuiusque sunt. Et quidem lubricatiui sunt, signa malæ complexionis stomachi cum materia frigida uel calida, et ulcerum eius superius dicta. Differunt tamen lubricitas intestinorum & stomachi, quoniam in lubricitate intestinorum cibaria, & potus sunt magis digesta quàm in lubricitate stomachi.

Signa uero dysenterici sunt apparitio prædictorum humorum in exeuntibus acutorum, & ipsorum exitus cum dolore, tortione, & punctione, & plurimum est cum feb. & deinde permiscetur ei sanguis paucus, & pinguedo, deinceps si perdurat, pelliculæ, & si ultra intendatur, frusta intestinorum apparebunt. Et per ea distinguuntur tres species notæ dysenteriæ, prima in qua educuntur sanguis, & pinguedo, secunda in qua educuntur pelliculæ, & tertia in qua educuntur intestinorum frusta, sicut Hippo. & Gal. in aph. ostendunt. Et si quidem tales humores ab intestinis fuerunt in quibus aggregati paulatim fuerint, prædicta erunt quasi continua. Si uero ab aliis membris influxa eis, prædicta exeuntia, & dolor erunt periodica, & membrum à quo fluxerunt per præcedentem eius dispositionem, uel passionem cognoscere poteris si quod est. Et siquidem fiunt ex intestinis superioribus cognosces per dolores supra umbilicum, & cum rasura apparente in eo, & exitum egestionis post longum tempus doloris, & per quantitatem sanguinis, qui est plus, & per quantitatem pelliculorum, quia sunt minores, & tenuiores, & per mistionem ipsorum cum fæce maiorem. Si uero in inferioribus econtra perpendes omnia, & loco rasuræ pinguedinem, & dolorem sub umbilico. Et siquidem talis fluxus inceperit à cholera, uel phlegmate salso, uel ab aliis acutis collectis uel infusis, est curabilis, si conueniant necessaria ex parte medici, infirmi, astantium, & necessariorum. Quod si à felle nigro incœperit est mortale, ut dixit Hippo. Et tamen si mutantur in bonum, & naturales superfluitates admixtas habuerint est bonum, ut Hippo. dixit in aphor.

Signa cerebralis sunt signa corruptionis complexionis cerebri, scilicet frigiditatis eius, & humiditatis, & est, ut plurimum, uel caliditatis, & humiditatis, & est rarius, quæ supra in cura ægritudinum hepatis diximus.

Signa catarrhi sunt, quòd est seruans periodos, ut quia de nocte mouetur, & post somnum magis, eo quòd illa hora generatur, & retenta aggregatur materia, & post somnum aggregata fluit ad intestina, & apud descensum cum transit per meri transglutiet infirmus, & cum peruenit ad stomachum sentiet quandoque grauedinem, uel dolorem, & transiens per eum educit ab eo indigestum cibum secum si inuenit ipsum in eo, & apparebit sicut lubricitas intestinorum. Differt autem ab illa, quoniam lubricitas de se horas non habet distinctas in quibus crescit, & minuatur, sicut cerebralis, sed secundum regimen tantum, quare non accidit nisi sumpto cibo. & cerebralis etiam apparet absq; cibi assumptione, nec signa cerebri corruptæ complexionis in ea apparent, nec repletionis, nec alia accidentia, quæ apud descensum materiæ in cerebrali contingit, & hæc est in ea, quæ est ex malitia complexionis. Sed si sit lubricitas ex ulceribus, in ea apparent cortices, & sanies, quæ non apparent in cerebrali. Et signa eius qui est à stomacho, sunt signa lubricitatis idem dicta. Et signa eius, qui est ab hepate, & cysti, sunt signa inflammationis heparis, & regimen præcedens multiplicans choleram absque signis oppilationis, & debilitatis cystis, & hepatis cum circunstantiis similibus, & apparitione choleræ in egestionibus, & urina alba, & cum consuetudine patiendi, quæ in ictericia diximus, & si sit cholera præsina, est magis in stomacho. Et signa sanguinei, qui est ab hepate sunt signa oppilationum uenarum, & ramorum portæ, uel ruptura eius quæ supra in hepate diximus. Et est sine dolore uentris, & est differens à lotiuo, quia hic est sanguis purus, ibi sicut lotura carnis recentis. Et ab eo, qui est ab intestinis, quia hic est sine dolore, & apparens subito multus, & interpolatur duobus, uel tribus diebus habens intermissionem donec materia aggregetur: deinde fluit, & deinde fit æruginosus, subtilis, deinde passione augmentata fit crassus, sicut fæx. Et est cum rasura, & diuersitate colorum à principio propter dissolutionem substantiæ hepatis, quam cum natura diu pati non possit, signum est citæ mortis ille paulatim, & post exitum choleræ, & humoris acuti cum dolore quasi continuo. Et si est à recto est, sicut guttæ fila, & sputum sanguinis paucæ quantitatis non commixtum, sed circumuolutum stercori, uel humori mucoso, & etiam cum expressione, & quandoque est cum dolore, & uocauit Aboa. ipsum azair. Et si est ab hæmorrhoidibus manifestis sensus declarat: si intrinsecis, occultis, dolor est sine expressione, & sanguis est niger in principio, & per se emissus, uel ualde distinctus. Et est etiam differens ab eo, qui est ex toto corpore, quod est, quia qui est ex toto corpore, est cum causis suis, quæ sunt manifestæ: ab hepate uero ueniens non est. Et signa fœtidi sunt fœtor cum præcessione causę corruptionis, ut est putredo humoris ulceris, & apostematis. Et signa æruginosi sunt uiriditas, sicut æris ærugo in egestione apparens, & signum multæ inflammationis hepatis, & corporis totius adurentis, & regimen præcedens calidum. Et cum perducit ad hepatis adustionem apparet quandoq; urinæ hypostasis orobina, & orobus est fragilis, & rubeus tendens ad nigredinem ad differentiam eius, qui est ex renibus, & est mortalis.

Et signa uirulenti est inflammatio apparens non adusti ua, sed liquefactiua, uel signa apostematis calidi sub cute subtili celati, ut est apostemati hepatis, & quandoque stomachi, & intestinorum. Et signa sanioſi ex præcedenti capitulo nota, & sunt signa ulcerum, & apostematis dubelati, & aperti. Et quandoque est ulcus sordidum, & quandoque corrosiuum. Et distinguitur, quoniam corrosiuum est cum maiori dolore, & fœtet etiam, & quod egreditur est decliue ad nigredinem. Et signa lotiui sunt signa debilitatis alteratiuæ hepatis dicta supra, tam si ex se defecta sit principaliter, quàm etiam si deficiat ex contentiua deficiente prius, quæ omnia posiumus in debilitate digestionis stomachi & hepatis dicta supra ibidem, et est cum paucitate urinæ, & proprie quando est ex defectione sequestratiuæ renum. Et signa aquosi sunt signa eadem, sed fortiora, & regimen præcedens, sicut comestio fructuum, & potus aquæ, & paucitas urinæ, & priuatio sudoris, uel ascitis præcedẽs cum confortatione uirtutis, & aqua tunc est citrina, ex præcedenti uero causa est alba.

Et signa nigri fæculenti, sicut ex fæx sanguinis, & crasi uini, sunt signa debilitatis, & oppilationis splenis, & regimen præcedens multiplicans melancholiam in hepate, & sanguine cum corruptione, & inflammatione hepatis, & febris pestilens multiplicans, uel signa frigiditatis, & regimen præcedens melancholiam in hepate, & sanguine cum corruptione, & inflammatione hepatis, & febris pestilens, uel signa frigiditatis, et algoris ipsius absque corruptione, & febris. Et quæ est à frigiditate, est paucæ nigredinis, & sine odore, & crasioris substantiæ, quæ est à caliditate est econtra, & præcedunt eum egestiones, & urinæ cholericæ, & uirides, & mixtæ. Quæ est à longa retentione, est minoris nigredinis, & procedens absq; omni nocumento hepatis, immo causa est in intestinis. Et signa nigri fellei sunt caliditas, & inflammatio fortis in hepate cum signis debilitatis splenis, & oppilationis eius, et regimen præcedens calidum uel melancholicũ. Et quod egreditur super terram effusum ebullit, sicut acetum à quo fugiunt muscæ, et est ualde nigrum lucidum, et acris odoris, præcedens autem nihil ex his tribus habet. Et signa nigri, melancholici, hepatici, sunt debilitas, et oppilatio splenis, præcedentes cũ dominio melancholiæ in hepate, et sanguine. Et est minor duabus nigris prædictis sine compactione, et sine odore. Et est differens à splenetico melancholico, quoniam in illo non est apparens debilitas, et oppilatio splenis saltem in poro per quem trahit, sed sola malitia regiminis multiplicans melancholiam, et cum circunstantiis similibus. Et quandoque oppilatio in poro expulsionis est retinens melancholiam quam traxit splen ab hepate, et cum aperitur sequitur fluxus melancholicus, et quandoque uomitus, et est tunc maioris nigredinis propter moram in longa retentione. Et signa eius qui diuersorum colorum est sunt apparitio ipsorum in egestione, et regimen præcedens diuersum cum inæqualis dyscrasiæ corporis signis. Et signa chilosi sunt apparens chilus in egestione, et signum frigiditatis hepatis, uel oppilationis eius, uel signa oppilationis meseraicarum. Sed differt qui est ex

oppilatione meſeraicarum ab eo, qui eſt propter oppilationem in uenis hepatis, nam cum eſt ex oppilatione venarum hepatis eſt chilus tendens ad rubedinem aliqualem propter alterationem aliquam quam recipit in meſeraicis, ſed cum eſt in meſeraicis oppilatio, & orificiis earum eſt chilus albus, & citius egrediens, uel eſt præcedens regimẽ multę quantitatis, & qualitatis abſque aliquo prædictorum.

Signa ſplenetici. Et ſigna ſplenetici, & eſt, ut plurimum, melancholicus, iam dicta ſunt. Et ſigna diarrhici cuius materia fluit à toto corpore ad inteſtina, ſunt ſigna expulſionis naturalis, & plethoriæ, uel cacochymiæ cum forti uirtute abſque paſſione alicuius membrorum ad differentiam collyricæ paſſionis, quæ ſemper eſt ſymptomatica. Et ſigna criſis, uel melancholicæ materiæ, & ſymptomaticæ compellentis naturam. Et ſigna liquefactiui ſunt ſigna phthiſis, & hecticæ procedentis cum teneritate membrorum, ut eſt puerorum, & infantium, & eorum proprie quorum lacerti ſunt molles, & humidi, & exeuntia ſunt, ſicut humiditas liquefactiua alba uiſcoſa, & proprie cum procedat à ſubſtantia radicalium membrorum, quandoque enim eſt ex liquefactione adipis membrorum, differt tamen ab illa quia hæc non eſt uiſcoſa, ſicut illa, nec cum tanta defectione, & arefactione, & cum eſt alba eſt adipis recentis. Si uero eſt citrina eſt adipis antiquæ. Et cum expellitur per uias urinæ, urina eſt alba ſimilis ſpermati uel lacti. Et ita uidimus in fratre noſtro, cuius corpus totum fuit ex feb. longa conſumptum, & diſſolutum per talem urinã, & mortuus eſt, cuius animam Chriſtus recipiat benedictus. Et cum eſt ex liquefactione adipis, urina eſt oleagina per totum admixta, & proprie cum eſt ex liquefactione ſuperiorum membrorũ, ſed cum eſt ex liquefactione adipis renum, pinguedo eſt conglobata, & ſeparata ſupernatans, unde Hippocrates in aphoriſ. Quibus uero pinguis hypoſtaſis, & conglobata nephriticam ſignificat.

Signa fluxus eretici. Et ſigna fluxus ſanguinis, qui procedit à toto corpore, ſunt ſigna plethoriæ, dimiſsio exercitii conſueti, & quies, & multus uſus carnium, & uini, mutilatio membri præcedentis, & retentio euacuationis conſuetæ abſque oppilatione, & ægritudine alicuius membri. Et ſigna collyricę paſſionis ſunt ſigna digeſtionis diminutæ, & corruptæ, & malitia regiminis particularis multiplicantis humores diuerſos, & calidos magis. Et ſimul apparet fluxus, & uomitus, & eſt cum anguſtia ſiticuloſa, uigiliis, & dolore uenteris, & quandoque perducit ad raſuram, & excoriationem inteſtinorum, & meri, & gutturis debilitatem, ſudorem frigidum, & extremorũ frigiditatem, & ſyncopim, & ſpaſmum, & eſt malum ſignum. Et cum materia conuertitur ad uias urinæ eſt bonum, ſed cum ſuperfluit inde, perducit ad excoriationem, & ulcus, & accidit ardor urinæ inteſtinis perducens ad reſolutionem. Et ſigna facta à cibo, potu, & medicina ſunt manifeſta, & etiam ſigna ſtercoris apparentis. Et ſigna excoriatiui, abraſiui, & ulceroſi, ex exeuntibus patent, ex regimine præcedente, & fluxu humorum acutorum longo, qui ipſum minantur, & portendunt. Et ſigna eius, qui eſt ex ſanguine, cholera, uel phlegmate, & melancholia contenta, & aggregata in inteſtinis, & grauedo, & punctio perſeuerans abſque nocumento, & paſsione manifeſta in ſuperioribus membris, & eſt regimen præcedens multiplicans humores corporis, & ſtringens uentrem ex quibus in inteſtinis materierum illarum aliqua coadunatur.

De cura fluxus in uniuerſali. Cura fluxus eſt multiplex, nam ſi ſit laudabilis, & criticus permittatur, quia ſi ſit difficilis, & diminutus eſt coadiuuandus, & facilitandus, ut dixit Hippocra. Et qualiter fiat illud infra dicetur: deinde permittendus donec ad perfectionem ueniat, & cognoſcitur, quia confert, & bene ferunt, & cum confortatiuis membrorum temperate ſtypticis eſt utendum, quæ ſint ſicut habenæ materiæ, ne effrenitet, & ſuperfluat fluxus, quòd ſi ſuperfluat ex tunc fluxus eſt illaudabilis, & eſt reſtringendus. Et cognoſcitur ut Hippocra. dixit. Nam quandiu confert, & bene ferunt, eſt, ut laudabilis permittendus. Cum autem nec conferre incipit nec toleratur bene, quia natura debilitari appareat, eſt, ut illaudabilis retinendus. Si uero ſit illaudabilis, & ſymptomaticus, aut eſt cum naturæ regulatione, ut ſupra in cura pleureſis habuiſti, & tunc eſt permittendus. Eſt enim ſaltem per uiam cauſæ bonus quam minuit, & per conſequens morbum dependentem ex ea, & naturam ſupra reſiduum materiæ potentem facit, ut Gale. dixit. Aut ſine regulatione naturæ, & tunc cum ſit à toto genere præter naturam & malus, eſt retinendus. In retentione autem eius, duplex eſt intentio generalis ſcilicet, & ſpecialis. Generalis eſt generalem cauſam inſpiciendo & immediatam res una, ſcilicet confortare ſemper retentiuam, & per conſequens debilitare expulſiuam, ſiue quieſcere facere, quæ eſt in omnibus ſpecialibus etiam attendenda. Si enim ſpecialis cauſa quælibet non niſi debilitando contentiuam confortando fluxum gignit: ergo quælibet cura ſpecialis ſit, cauſæ ſpecialis fluxus cuiuslibet debet eſſe ablatiua, quòd confortet retentiuam, & debiliet expulſiuam, uel quieſcere faciat. Completur autem inquantum huiuſmodi frigidis ſtypticis, uel calidis prout diſpoſitio exigit, quæ infra dicetur Trinitatis auxilio. Sed conſiderando omnes cauſas eius mediatas, & materiales eſt duplex, quia ſex res quibus omnibus, uel pluribus oportet, ut compleas præter regimen commune, quod quanquam præmittendum ſit hic, ut commune, & principale in cura, poſtponemus tamen uſq; in finem, ut illud ex propriis melius colligamus, quas res ſupra diximus in conſolatione medicinarum, ubi ſolutionem medicinæ cum ſuperfluit te docuimus retinere, & in cura uomitus, & quibus complentur: illuc ergo recurras, & inſpicias diligenter. Et adapta unicuiq; ſpeciei res prædictas ſibi conuenientes, ſiue omnes, ſiue plures expediant. Specialis intentio uaria eſt, & diuerſa ſecundum uarietatem ſpecierum eius, atque cauſarum proprię materialium, & interiorum maxime.

Si ergo fluxus ſit inteſtinalis, & lubrificatiuus curandus eſt, prout ſupra in lubricitare ſtomachi dictum eſt. Et eſt breuiter cura eius ſex res. Prima eſt mundificare & alterare. Secunda eſt ſtypticare, & confortare cum his, quę dicentur infra, & proprie in hoc caſu mundificantia ſunt ſolutiua uentris bibita ſi cauſa ſit in ſuperioribus, uel clyſterizata, ſi ſit in inferioribus maxime, uel utraq; ſi ſit in utriſq;, ſicut lienteria cum eſt in ſtomacho uomitiua. Inquit. n. Galuomitu uero non educitur niſi quod in ſtomacho ſolo erit. Maxime cum clyſtere non tráſcendat ieiunum, ubi mundificando deriuare intendas, quo caſu utraqua in utraq; lienteria cõgruunt, & uomitus, & in ulceroſa magis. Et ſumpta etiam omni eius cauſa ex lauantibus, & lubrificantibus, ſeu lenificantibus, & abſtergentibus, proprie eſt aqua furfuris, uel hordei, mellis, uel paſſularum, uel aquæ lactis, & aqua oliuarum ſalitarum calida, & ſalitorum piſcium, mucilagine, caſia fiſtula, mel, & zuccharum rubeum ſimplex, & compoſitum cum roſis confortantibus, quod confortat, & ſoluit, ut eſt geleniabin, & zuccharum roſ. olea, puta roſatum, chamæmelinum, amygdalarum amararum, nardinum, & irinum, baurach, & alia abſterſiua calida, & frigida, quæ oportet eligere ſecundum neceſsitatem puta. Nam ſi inteſtinorum lubricitas fuerit ex ulceribus, eligas immordacia cum quibus aliqua immiſcebis ſtyptica confortantia inteſtina, ut repellant ſi adſit materiam fluentem, & clyſterizabis donec mundificatio ulcerum facta ſit plene: deinde clyſterizabis cum ſtypticis conglutinantibus, & ex propriis eſt terra ſigillata, & ſanguis draconis, & ſuccus rubi immaturi, & caſeus uetus aſſatus, ut infra dicetur cum aqua ſumach, quoniam ſunt bene propria in conſolidatione ulcerum eorum, & præter hæc ſumach, quia reprimit tales humores rheumatizantes à ſuperioribus membris ad inteſtina. Et cum datur aqua eius cum theriaca noua eſt ultima. In ea uero, quæ eſt ex materia frigida, & humida eligas acuta per ſe ſine ſtypticitate multa, deinde confortabis. Tertio autem ſi aliquod membrum aliquid influat rectificabis, & ſpica eſt propria, & alumen, & macis, & pæonia in ſyrupis: prohibet enim curſum talium membrorum ad ea. Et quarto materiam deriuabis, & exiccabis, & in hoc zingiber eſt proprium, & cinnamomum. Quinto regimen ordinabis cũ ſtypticis conglutinantibus. Sexto accidentia corriges, ut ibi ſupra dictum eſt.

Sed

Sed ſi ſit fluxus dyſentericus cum ſtypticis, & glutinantibus ex materia aggregata paulatim in inteſtinis non fluẽte ab aliis, cura erit quatuor res tantum. prima eſt mundificare materiam: ſecunda eſt confortare, congregare, & unire inteſtina debilitata, & relaxata, uel reſoluta per fluxum: tertia eſt regimen, & quarta eſt accidentium correctio, quæ dimittatur ad præſens, cum non ſit de eſſentialibus curationibus, ſed accidentalibus, & ideo in fine capituli reſeruetur. Mundificationem complent clyſteria ex abraſiuis, lauãtibus dictis, frigidis, aliquam ſtypticitatem habentibus, ut aqua hordei, zuccharum roſatum, oleum roſa. & ſuccus portulacæ, cum materia fuerit calida, & ſubtilis. Et ſi plus fuerit calida, & adueſta addes mucilaginem pſyllii, cucurbitæ, & melonis, uel ex ea cum aqua lactis clyſterizabis oleo roſa. & aqua ſeminum communium, uel caſsiæ fiſtulæ. Si uero uiſcoſa, quale eſt phlegma ſalſum, fiat ex aqua furfuris, melle communi uel roſato, oleo amygdalarum amararum, & ſale, uel ex aliis fortioribus abſterſiuis, in unoquoque ſequantur compreſsiuæ ex ſpeciebus myroba. electis prout requirit materiæ diſpoſitio, quæ aggregant uirtutem in ſe mundificatiuam non aſſatæ, uel parum confortatiuam. Et ex illis eſt rhabarba. parum aſſum, & alia conſimilia, rheupõticum, & etiam uomitiua, & proprie cum materia in ſuperioribus eſt inteſtinis, quas ſuperius in cura ſtomachi habuiſti.

Confortationem autem & unionem complent inteſtinorum medicinæ ſtypticæ habentes in ſe aggregatiuã uirtutem confortationis, quatenus effuſam ſi quam materiam propter debilitatem eorum non recipiant, ſed repellant, coadunationis, & unitionis partium eorum, & retentionis materiæ calidæ, & frigidæ, prout qualitati ipſius materiæ congruit, & dyſcraſiæ inteſtinorum quas ibi ſupra in conſolatione medicinarum enarrauimus ſimplices, & compoſitas, quarum aliquas Chriſto duce infra ponemus, prout diſpoſitio exigit illas miniſtrabis interius, & exterius per omnem modum. Et ex illis eſt hypociſthis, lutum armenum, gallæ puluerizatæ, charabæ, cortex ſorbium, papauer album. Et ſi cum ſyrupo uiolato ſumatur ſoluit. Et ex illis eſt camphora, ſandali al. ſemen acetoſæ, alumen, & ſucci prædictorum exiccati, & rob ipſorum, & ramich, & roſtrum porcinum. Et ex herbis conſolida, uirga paſtoris, & burſa, corigolus, faſolaria, cauda equina, portulaca, daraſceni, diurdea, endiuia decocta cum aceto, & proprie ſylueſtris. Omnia diuretica frigida, & calida, ut aſparagus ſtringunt uentrem, quia urinam multiplicãt. Et fructus ſtyptici alii noti, ut matiana, pira, & citonia, ſorba, meſpila, ribes, zarur, & lac acetoſum decoctum cum lapidibus, molaribus, uel ferro. Et eſt melius ſecundum Aboali à quo eſt penitus abſtractum butyrum, & per decoctionem eſt ferocitas minorata, & frigida ſtypticæ uirtutis uitellus oui elixatus in aceto, & alia frigida, & calida, ut aſparagus ſtringunt uentrem, quia urinam multiplicãt. Et fructus ſtyptici alii noti, ut matiana, pira, & citonia, ſorba, meſpila, ribes, zarur, & lac acetoſum decoctum cum lapidibus, molaribus, uel ferro. Et eſt melius ſecundum Aboali à quo eſt penitus abſtractum butyrum, & per decoctionem eſt ferocitas minorata, & frigida ſtypticæ uirtutis uitellus oui elixatus in aceto, & alia frigida, & ſicca conſimilia. Et ex eis calidis eſt ſandaracha, ameos, radix fœniculi ſemine ſuo, pulmo, & uiſcera animalium uſta, & pulueriza, & xyloaloe, macis, gallia muſcata, maſtix, ſtyrax ſicca, quæ dicitur calamita, ſanguis hirci diarſcelaam. Et temperata eſt cera, ſuccus foliorum coti. Et ex propriis ſolutioni puerorum eſt ladanum, & capillus ueneris exiccatus, cui ineſt proprietas, ut confortet ſtomachum & uentrem, ne recipiant ſuperfluitates, ſicut ſumach. Et ex eis eſt coagulum hœdi, & pulli equi, quando datur in potu infanti pondus quartum, drachmas unius in aqua frigida, & magno ſupra illum drachmã unam ſicut ex coagulo leporis, quoniam coagulando materiam liquefactam retinet uentrem ſtatim, ut dixit Aboa. Et addit, & oportet, ut incipiat qui ad potandum dat coagula a drachma una ſi uero non ſufficiat, uel confert, addat in eo uſque ad illud, quod non pertranſeat in pondere, drachmam unam quoniam eſt uehementis caliditatis, & ualet in fluxu, cuius cauſa ignoratur, ut ait Auer. & omni proprietate, & frigido plus quoniam in eo iungitur proprietas cum complexione. Et caſeus quidem uetus cum primo fuerit ablutus cum aqua, & ſale pluries, & decoquatur bene, ut egrediatur ab eo ſal: deinde exiccatus, uel aſſatus cum ex eo datur in potu pondus drac. i. eſt minoris nocumenti, & fortioris conſtrictionis quàm coagulum.

Et alia ſunt ex eis compoſita ad frigiditatem declinantia, alia ad caliditatem, quæ infra Chriſto duce ponemus. Et ſiquidem ſiſtatur fluxus ex his, nec facta remanſit aliqua leſio in inteſtinorum ſubſtantia, ad alia procedere non oportet. Quod ſi facta ſit, oportet ad alia procedere auxilia, ut ſequetur. Quod ſi talis dyſentericus fluxus à materia acuta ab aliis mẽbris influxa fuerit, uel etiam medicina, prędictis rebus præmittes res alias ad curæ eius perfectionem quæ membrum reſpiciunt, ſi quod mittit rectificandum, uiam coanguſtandam per quam mittitur, materiam quietandam inſpiſſandam, compingendam, & repellendam, & deriuandam, quas prædictæ medicinæ, & in cura uomitus, & ſupra in cura accidentium medicinarum, habent complere. Cum ergo abſcinditur, quæ currebat tota, tunc oportet, ut redeamus ad inteſtina, & curemus impreſsionẽ factam in eis cum primis duabus rebus. Si ergo fuerit primæ ſpeciei talis fluxus in compingendo inteſtinorum craſſorum, uel mucilaginoſitas, & raſura gracilium apparet in exeuntibus, præmiſſa mundificatione, ex prædictis ſufficiunt leuiora, ſtyptica, & forte ſimplicia. Quod ſi ad excoriationem, & ſanguinem, & corticum emiſsionem deuenerit, oportet ut eligas fortiora, & ſtyptica ſem per proprietatem habentia in prohibendo materiæ acutæ effuſionem ad ea, qualia ſunt citonium, ſuccus mori immaturi, & ſuccus cheil, qui prohibet materiæ attractionem: ſumach, adeps hericii, & hepar eius. Et ſi ad ulcerationem, fortiſsima conglutinantia, incarnantia, & à proprietate conſolidantia, & ſigillantia, & ſanguinem reſtringentia, quæ infra Omnipotentis gratia annuente dicentur, & non ſolum ſimplicia, ſed etiam compoſita, & forteſſe non ſufficiunt, quare oportet procedere ad cautelizantia, & ultimo ad narcotica, quorum omnium per ordinem recolimus nos ſufficientiam poſuiſſe ſupra in cura fluxus ſanguinis narium, & in cura phthiſis plurima: illuc ergo recurre, & miniſtra, quæ ſunt huic conuenientia, & propria, quæ per te eligas. Et ut abundantior ſit tibi electio, ponam ante te aream medicinarum propriarum aliarum, adhæc ſcilicet, dyſenteriam, raſuram inteſtinorum, excoriationem, & ulcera ac fluxum ſanguinis, & dolorem ex quibus eligas prout diligentia te inuitat. Ex quibus eſt glans, ſemen lini aſſatum, cum ex eo, & oleo roſato ſit clyſtere ſtringit, & iuuamentum eius eſt magnum in ulceribus inteſtinorum. Et ſumitur ex myrrha quantitas fabæ ad omnia. Fabæ decoctæ in aceto cum corticibus ſuis, & ſauich ex eis quam non approbamus, quia uentoſa eſt, & dilatat ulcera. Et ſic per accidens nocet magis quàm per ſe conferat. Sanguis capræ, uel hirci bibitus cum melle confert dyſenteriæ, & acutus confert dolori, & raſuræ eorum. Stercus canis comedentis oſſa clyſterizatum, & bibitum in lacte in quo extinctum ſit ferrum confert ſolutioni, & ulceribus inteſtinorum, & ſolutioni antiquæ. Semen acetoſæ confert fluxui, & raſuræ, fœnugræcum per omnem modum confert dolori, & ulceribus, uinum in quo extinctum ſit ferrum, uel ſtypticum, uel aliud non dulce cum aqua extinctionis ferri confert. Taratir bibitum in lacte caprino decocto retinet fluxum, & deſcenſionem ſanguinis in egeſtione, & dyſenteria, & talibus taliſaphar. i. cortex citri omnibus confert. Camphora, & ſuccus uitis, eſt conueniens dyſenteriæ calidæ. Barba hircina, & flos eius, & ſuccus, qui eſt hypociſthis bibita eſt fortior medicina ad ulcera inteſtinorum. Et cum hoc ſtringit membra, & eorum ductus infundentes materiam ad ipſa, & ſtomachum, & ad omnia membra: & potus ſeminis eius, & clyſterizatio ſucci linguæ arietis ulceribus confert. Carnes uaccinæ, & proprie cum coriandro. Caro leporis aſſata bona eſt ulceribus eorum. Merdaſengi datur in potu ad fluxum uentris, & ulcera inteſtinorum. Et cum aqua minuitur nocumentum. Muri in ſorbitionibus ex milio, & panico, & riſo ſumptum uidelicet ad ulcera. Sal eſt ultimum ad dyſenteriam, quoniam mundificat, conſtringit, & confortat. Radix nenupharis, ſuccus portulacæ ſolutioni choleræ, & dyſenteriæ confert, & ſolutioni antiquæ & ulceribus eorum. Et uitellus oui elixati in aceto, eſt pro prius inteſtinali non hepatico, nec ſtomaticho, lac recenter

ter mulsum clysterizatur ad ulcera.Succucuri confert omnibus,cornu cerui adustum,poma pôtica ad dysenteriam, & dulcia,& acetosa retinet uentrem si inueniant uacuum, & cum humore soluunt.Cinis lignis ficus uidelicet ad dysenteriam,papauer album,& nigrum stringit,& compingit materiam,& prouocat somnum.Grana altheæ retinent uẽtrem.Et decoctio radicis eius confert ardori intestinorum & solutioni malæ. Carub alneabut bona est dolori uentris pungitiuo,& solutioni malæ . Et clystere ex aceto, & sale ad ulcera ambulatiua intestinorũ post lenitiuum, & abstersiuum.Eupatorium datur in potu cum uino , & confert ulceribus intestinorum. Omnes species luti sunt proprie in sanguine retinẽdo,& lapis hæmatitis,& sanguis draconis, myrrha,& succus plantaginis,acatia, consolida, & similia. Rhabarbarum retinet sanguinem,stringit, & omnibus confert.Composita sunt quæ ex his componunt. Et experta infra ponemus ad ulcera,annuente Christo . Sed aduerte,ne dictum hic ordinem in eorum administratione prætereas, ut qui à posterioribus ultimis incipias,& fortioribus,& cõpositis.Est enim causa magni erroris incipere à stipticis, & constringentibus,ut Serapio dixit. Cuius causam inferius subiungemus,& multo magis ab ultimis, quæ sunt cauterizantia,& narcotica.Cauterizantia enim fortasse indigentiam excoriationis transcendunt,quibus stiptica conglutinantia incarnantia,& sigillantia sufficerent, quæ cum prætermittantur,& cauterizantia ministrentur excoriationem augent & ulcera ex eo,quod crustam,& escaram in facie ulcerum generant,quæ cum facile cadant,materia acuta fluẽte,& educente ipsam,relinquit excoriationem,& ulcera dilatata,& augmentata.Etiam narcotica materiam non mundificant cum retineant ipsum,congelando & ingrossando, & uias constringendo pororum,& uenarum orificia,uirtutem sensibilem stupefaciendo,ne sentiat nocumentum materiæ,quare non mouebitur expulsiua debilitando uirtutẽ, calorem naturalem extinguendo,& spũm congelando, cõtentiuam post paucum tempus ad defectionem adducunt, quare redibit fluxus fortior,quam fuerit prius,immo secũdũ sapientiã operare.Et præmissis mundificatiuis propriis quantũ oportet,procedas ad stiptica leniora,deinde ad fortiora deinde ad cõglutinãtia, & incarnãtia,& sigillantia,& cũ hæc non suffecerint,procedas ad cauterizantia,& ultimo ad stupefacientia,nisi in casu puta cũ ulcera fuerint ex materia corrosiua,quã prædicta in ulceribus detinent, & ea augent,quare post abstersionem oportet,ut incipias à cauterizantibus,quæ consumunt materiam illam,& crustam in facie ulcerum gignunt.Et ubi dolor fuerit grandis quẽ oportet prius narcoticis sedare,deinde stipticare, & conglutinare semper caue ne cadat escara, & ne narcotica ad ultimam infrigidationem perducant, & mortem, quare eligas ex eis composita magis,quam simplicia,qualia sunt trochisci de charabe, arsenico,& stella, & philonium . Commixtione enim eorum extrema caliditas, uel frigiditas remittitur,& malitia,& naturę fit tolerabilis magis.Nec propterea cum oportet retardes, uel præmittas illa, ut puta postquam uulnera siue ulcera uideas augmentari, & infirmum debilitari ualde.Tunc enim si paras medicinas tales, facias, ut dicit prouerbium . Consilium bonum post consummationem litis,ut Serapio dixit. Quare solicite, & cum continuitate & ordine,ut dictum est,oportet,ut dispositio exigit approximare illa. Et cum materia est acuta corrosiua,& dolor, & mordicatio fortis in ulceribus, non est malum clysterizare cum unctuosis,& pinguedinibus, qualia sunt pinguedo gallinæ, & proprie porci, & anatis, & propria magis est pinguedo renum hirci, uel capræ cum fuerit dolor cum ulceribus, sua enim facili congelatione obtundit acuitatem materiæ adhærentis in ulceribus, & in eorum facie adhærentes,& tuentur ea ne ab acuitate transeunte ulterius augmententur ulcera,& doleant magis, & sua stipticitate consolidant ea, ut ait Gal. Et ex illis est roseum & cerotum cicatrizatiua, & prassii succus, & passæ cum interioribus suis sumptæ, dolori sunt propriæ, ut est sandium. Et cura eius, qui est à recto est tres res, & dicentur infra in cura,auxiliante Christo. Et si est ab extremitate eius,& sphinctere,cura est duæ res.Prima est, ut præ-

Documentum.

Cura fluxus intestini recti.

cedat mundificatio, & ablutio cum aqua fœnugræci,& seminis lini,& sisami,uel cum uino decoctionis illorũ, & deinde sequentur stiptica conglutinantia,& sigillantia,qualia sunt merdasengi,balaustiæ,cerussa plumbi, & abstracta assata,& sanguine draconis puluerizata desuper & emplastrata.Et oleum uetus permixtum cum aqua acrestę confert cũ ex eo fit clystere ulceribus ani intrinsecis,& est proprium. Et si est à medicina acuta,cura est supra in consolatione medicinarum posita.Et ipsius regimen proprium ad frigiditatem,& siccitatem tendat.

Quod si fluxus uentris sit ab aliis membris,ut puta ex cerebro,qui dictus est cerebralis,& plurimum est phlegmaticus,cura eius est cura catarrhi quam supra diximus, & breuiter est duæ res,una,quę debetur cerebro mittenti primo, alia uero,quæ debetur stomacho, & intestinis recipientibus à quibus fluit. Quæ debetur,primo cerebro mittenti duplex est. Prima,quæ debetur ipsi cerebro. Secunda, quæ debetur uiis & ductibus per quos mittit. Tertia est, quæ debetur transmissæ materiæ. Prima est, ut cerebrum siquidem repletio in eo appareat,euacuetur, & mundificetur à cacochymia,& demum eius complexio temperetur, & confortetur, ne materiam regeneret. Secunda est, ut ductus, & uiæ per quos naturaliter eius superfluitates cõsueuerunt emitti, puta nares, & palatum aperti teneantur, ut natura apte per illos possit eas more conueniente, & solito expurgare. & proinde,ut currant ad ipsos, situetur ut iaceat, & dormiat cum inclinatione capitis uersus anteriorem partem non supra collum, quoniam diuertit eas ab illis ad uias occultas posterioris partis capitis per quas fluunt ad uias. Ipsę quoque uiæ occultæ debite constringantur, ut infra dicetur propitiante Christo. Tertia, quæ debetur materiæ fluenti, donec euacuatio cerebri fiat illis ex quo facta est ei,quod superest, aut regeneratur donec complexio cerebri adæquetur,est,ut exiccetur,uel deriuetur. Ex quibus hæ omnes compleantur res dictæ, supra in cura catarrhi seriosius habuisti: Ordinem quoque, modum, & usum aptum utendi eis. Et ex appropriatis in eius retentione,& exiccatione est sacculus supra coronalem commissuram compositus ex sale pauco, sandaracha, spica,& myrrha, & radice nenufaris, quæ est propria, & ultima cauterizatio supra in primo cap. dicta. Secunda res principalis, quæ debetur stomacho, & intestinis recipientibus est duplex.Prima est mundificatio eorum ab humore qui fluit cum uomitu, & hoc cum peruenit ad stomachum & antequam descendat ad intestina, uel cum clysteribus saltem ex quo fluxit ad ipsa. raro enim materia intestinorum educitur uomitu,uel postponit tempus. Secunda est confortatio stomachi, & intestinorum cum stipticis aromaticis prohibentibus effusionem materię talis ad ipsa. Ex quibus proprie est thus,spica,capillus ueneris, macis, & alia dicta hic & supra. Et inde cum calidis ualde consumentibus materiæ reliquias,& alterantibus dyscrasiam impressam in eis frigidam,& humidã,simplicibus, qualia sunt proprie cortex citri,zinziber,ameos cortex thuris,& similia dicta supra in mala complexione stomachi,& ex compositis intus & extra,& per omnem modum approximatis,& habentibus confortare naturam & spiritum,qualia sunt diambra,mithridatum,amorusia,& theriace. Et si est phlegma salsum sint minus calida,uel frigida stiptica,& ex eis appropriatis est semen papaueris albi, & diacodion retentum in ore masticatum,& transglutitum, terra sigillata, & lutum armenum est efficax in retinendo ipsum ne fluat retentum in ore, & sum expertus.In subtili calido proprie sicut spica,& thus in frigido proprie, & ipsius regimen ad siccitatem,& caliditatem,uel frigiditatẽ declinet proprie. Et quandoque oportet,ut ministres narcotica composita, quæ sunt res magni iuuamenti, & cura stomachi est cura lubricitatis stomachi quam supra in cura ęgritudinum stomachi tibi tradidimus,illuc ergo accede.Et cum fuerit ex cholera prassina,cura est mundificatio cum frigidatiuis lenitiuis,& lubricatiuis.secundo confortatio stomachi cum stipticis frigidis notis supra.

Cura hepatici sanguinei est eadem,quæ cerebralis,& cõsistit in duabus rebus similibus illis. Prima, quæ debetur hepati

mittenti,quæ triplex est,& ea quibus compleri habet,supra in cura hepatis,& ictericitiæ habuisti. Et quæ debetur intestinis recipientibus,quæ est triplex, & ea quibus habet compleri,hic,& in cura malæ complexionis stomachi cum materia,tibi tradidimus sufficienter,& bene, & in summa non oportet,ut curam incipias cum stipticis, & oppilatiuis superius,uel de subtus ministratis,perducunt.n.ad ęgritudines fraudulentas,& difficilis eradicationis, ut dicit Aboa.immo incipias cum euacuantibus,& expurgantibus operationem,& repletionem eius siue sit apostemans siue non,& cum diminutione cibi multæ qualitatis, ut carnis, panis,& uini, sed sit contentus in principio patiens potu aquę,uel sauich hordei & passulis pinguibus.& ex medicinis conferentibus ipsi,cum sint apostemata, est corallus.Et si est ex ruptura uenæ portæ,uel ramorum eius,præcedente phlebotomia si toleret de basilica,stiptica,conglutinantia,& sanguinem retinentia ac ipsum deriuantia sunt conuenientia,& ex appropriatis est succus plantaginis cũ lapide hęmatitis. Et similiter si sit ex ulcere, cura est cura ulceris cum propriis hepati, & cum aperitiuis si oppilatio sit ex facientibus penetrare sanguinem,& in hoc proprium est diacalamenthum,theriace, & uinum subtile, frictio,& balneum,piceatio,& huiusmodi, & cum temperantibus eius complexionem non multum frigidis,ne materiã retineant in eo,& inclinentur,nec multum calidis, ne dissoluant,& cum cõfortãtibus si debilis existat, & qualia sint hæc complentia supra in cura eius sunt dicta mundificãtia, & materiam ab intestinis diuersam secundum diuersitatem speciei eius ibi etiam habuisti,& in cura doloris stomachi, & iam confortantia hic supra.& cura aquosi est eadem,quę & lotiui,quia mundificatio & digestiuæ hepatis confortatio.Sed oportet,ut illas cum fortioribus compleant, & ex propriis ei est potus seminis, & clysteria succi linguę arietis,& laudanum cum uino,& omnia prouocantia calida,confortant enim digestiuam hepatis, & educunt aquositatem à sanguine,& sic retinent,& ex illis est proprie, spica, cassia lignea,& huiusmodi, & si est ex conuersione aquæ sciticorum in uenis illis iuuatur,& regimen ad siccitatem tendat. Et cura sanguinei nigri,& fœculenti est duæ res,mundificatio intestinorum,& hepatis ab humore tali proprie cũ rhabarbaro,& clysteribus,& deoppilatio splenis, & eius confortatio atque hepatis,& ipsius infrigidatio, uel calefactio prout exigit dispositio similiter regimen, ut supra in cura splenis,& hepatis habuisti,& si est a longa mora in intestinis confortetur expulsiua ipsorum,& debilitetur contentiua.Compleatur autem cum humidis lenientibus, uel lubricantibus notis,& eadem est cura nigri melancholici qui ex hepate est,& cura nigri fellei est festina mundificatio eius, ne sua malitia moram trahendo ulceret intestina,& hæc cũ bibitis,& clysterizatis notis supra in cura hepatis, & splenis,& hepatis,& totius corporis etiam confortatio,& alteratio cum regimine declinante ad frigidum stipticũ moderate.Et cura eius,quæ est diuersorum colorum, est ęquatio complexionis membrorum nutritiuorum,& etiam regiminis,& illorum humorũ mũdificatio præcedens.Et cura chilosi est cõfortatio attractiua hepatis cũ calidis propriis emplastris,& uentosis,apertio oppilationis uiarũ, & meseraicarũ,& diminutio cibi cum temperamẽto,& potus,& omnia hæc complentia supra in cura hepatis dicta sunt.

Et cura splenetici, qui ut plurimum est melãcholicus, est tres res.Prima est conuersio regiminis ad humoris boni,& sanguinis generationem.Secunda est splenis rectificatio cum purgatione,& euacuatione humoris melãcholici, & cum deriuatione eius proprie cum uẽtosis positis supra splenem cum apertione oppilationis splenis,& eius cõfortatione.Tertia est mundificatio stomachi ad quem plus melãcholicus humor peruenit,& deinde intestinorum ad quę duo maxime tendit humor melãcholicus, & ipsorum confortatio.Et ea quibus hæc compleantur supra in cura splenis,& hic dicta sunt. Et ex appropriatis huic fluxui est rauedsceni,& reuponticum nigrum,aggregat enim in se uirtutem in communi conuenientem.Et ex compositis est diascene.Et ex appropriatis in repletione ipsius, ex simplicibus est aqua myrrhę,& xyloaloe.Et ex compositis micletũ. Et ex confortantibus est diamuscum dulce,& similia.

Cura fluxus diarrhici ex prædictis in principio ubi de regimine critici,& symptomatici dictum fuit est generaliter nota.Specialiter autẽ ubi oporteat ipsum retinere est duæ res.Prima debetur toti & completur tribus modis .s. cum euacuatione totius,& hoc cum phlebotomia, uel pharmacia si toleret uirtus,& cum deriuatione materię, & hoc cũ uomitu.Inquit.n.Hip.Abo.à diarrhia habito diuturna,spõtaneus superueniẽs uomitus soluit ægritudinem, & etiam artificialis,ars.n.est imago naturæ, & sequela ipsius secundum Hip. Et similiter cum frictione proprie uniuersaliter totam cutim,quæ calefaciat,& poros aperiat, & resoluat, uel inspissatione ipsius,& coangustatione uiarum, & pororum per quos fluere habent, & cum diæta extenuatiua declinante ad stipticitatem.Secunda res debetur intestinis si in eis aliqua impressio facta sit,quę ex prędictis patet,& ex appropriatis est,ut sumatur uenter struthii,sed oportet, quod limetur cum lima,& detur in potu ex eo quantitas.ʒ.iii.in rob myrti,aut in rob de cydoniis secundum declinationem complexionis.

Cura fluxus diarrhici.

6.aph. 15

Cura liquefactiui fluxus generaliter est cura phthisis, & hecticæ,& specialiter est duæ res. Prima est,quæ recipit causam,& est alteratio, & infrigidatio corporis, & membrorum principalium.Et complentia sunt frigida moderatæ stipticitatis,& frigiditatis non uehementis, qua extinguant caliditatem naturalem,& subito retinẽtia, sua enim forti stipticitate oppilando prohibent transitum nutrimenti simplicia,& cõposita ex medicinis, cibis & potibus actu frigidis,nutritiuis,& restaurantibus, quales sunt ex carnibus perdicum,& gallinarũ præparatis in gelatina ouis sorbilibus,& sorbitionibus ex lacte ĩ quo extinctum sit ferrũ. Et melius est lac muliebre,deinde asinæ, & deinde capræ, deinde bouinũ.Et ex farina hordei,& semine acetosæ, quoniam est proprie.Et quãdoque inspissatur cum gummi dragacanthi,& puluere coriãdri,quod est proprium. Inspissat enim humiditates,& eas reddit uiscosas, & adhærẽtes mẽbris,& proinde minus liquefactibiles.Et ex illis est charabe,& puluis coriandri,& hyoscyami, & folia surseæ sunt propria inspissando,& prohibendo liquefactionem,& resolutionem.Et alia,quæ non subito, sed paulatim retineant, & constringant,quæ oportet eligere ex prædictis simplicibus,& composita infra dicentur duce Christo. Secunda est confortatio membrorũ digestionis,& ministratio ciborũ, & potuum restaurantium humiditates dissolutas. Et complentia talia supra in cura stomachi, & hepatis, & cura phthisis copiose habuisti. Et si est à radicalibus membris, oportet,quod tu procedas cum fortioribus.Si uero à carniformibus,sufficiunt leuiora.

Cura fluxus liquefactiui.

Et cura fluxus sanguinis qui procedit à toto corpore generaliter est cura fluxus sanguinis procedentis ab hepate, & diarrhici.Specialiter autem ubi ipsum oporteat retinere,est duæ res.prima aufert causam,et debetur toti corpori,fit aũt tribus modis.primo cũ euacuatione plethoræ, et illud est phlebotomia uenæ nigræ,uel basilicæ, uel proportionabilis sibi,quæ sciuisti supra,et proprie si sint ei cõsueta,quia cõsueuit habere fluxum sanguinis ex naribus hæmorrhoidibus,uel mẽstruis,quibus fuit priuatus, quare reiteratio,et prouocatio illius cũ hoc quod proportionalis phlebotomiæ cura est eius,et cum extenuatiua diæta, reiteratiua uero exercitii consueti quod ultra solitũ excedere debet si cũ mẽbri mutilatione sit,sed licet euacuet,et deriuet plenitudinẽ,quia tamẽ corpora turbat in cura huius locum non habet,sed in processu magis, quare uice huius uniuersalis frictio ordinetur,euacuat enim per poros insensibiliter sicut illud,et deriuat sine turbatione. Secundo cũ deriuatione,et inspissatione sanguinis,et eius infrigidatione.Tertio cum uiarũ coãgustatione,ex quibus breuiter compleantur nota sunt ex prædictis.Secunda est, ut si facta sit impressio aliqua in intestinis,procedatur ad alia,quæ mundificant, stipticant,et confortant, et retinent. Et ad hæc propria est acatia cũ sanguine draconis, et charabe,et species luti, et lapis hęmatitis cũ succo plãtaginis,uel consolidæ, uel caudæ equinæ sumpta,et clysterizata,prout regio exigit.

De cura fluxus sanguinis.

Et cura collyricæ passionis est difficilis, et maxime in processu,

De cura collyricæ passionis.

processu,est enim acuta & sine intermissione,& prauorum accidentium,& plurimorum terentium, quare indiget medico constanti,& prudente, quem non terreant accidētia. Et generaliter est cura uomitus, & fluxus, dicta superius. Specialiter autem est quatuor res. Prima debetur mēbris nutritiuis secundæ, & tertiæ digestionis malos humores quos generant mittentibus ad intestina,& stomachum. Secunda,quæ debetur intestinis,& stomacho recipientibus, & expellentibus illos. Tertia est,quæ debetur uirtuti,& est regiminis rectificatio in cibis,& potibus, & uniuersaliter etiam in omnibus sex rebus non naturalibus. Quarta est, quæ debetur accidentibus prauis insurgentibus, & est ipsorum correctio,quæ infra dicetur in fine,si Christus adiuuerit. Prima est triplex. Vna est ipsorum membrorum .s.hepatis,& uenarum,& aliorum membrorum mittentiū euacuatio,quare oportet,ut fluxus,& uomitus non constringatur sed dimittatur donec repletio seu cacochymia sit expurgata perfecte,& illud est cum in egestione egreditur chilus, uel aliquid homogeneum perducens ad defectum,& siquidem non procedat ad sufficientia iuuetur cū leuibus, & uomitu. Inquit.n.Hip.uomitus vomitu,& fluxus fluxu,& fluxus vomitu,& ecōuerso curatur. Iuuetur itaq; vomitu, & proprie aderit nausea cū aqua simplici tepida,uel cū pauco aceto,plurimo enim mordetur stomachus,& intestina, uel cum aqua mellis,& oxymellis acetositatis paucæ, uel aqua calida cum pauco baurach,aut cū sale napthico, aut pauco cimino,quod in hoc est iuuatiuū valde sm diuersitatē materiæ non cum oleis,& unctuosis,qū mollificāt,& debilitāt. Et iuuetur fluxus cum clysteribus lenitiuis, uel abstersiuis scilicet ex aqua siclę pauco baurach, zuccharo ru. & oleo ro.vel sesamino. Et cum collyriis ex melle seu zuccharo, & manna,uel cum aliquo ex lenitiuis quod deponat suauiter & proprie cum humor est descendens quod ex grauedine, & punctione uentris percipies,sic:u.oportet iuuare illos, ut modo vnum,modo alium secundum declinationem materiæ,quomodocunque enim iuues curabis illum,& aliū, illum euacuando,& alium deriuando. Simul autem eos artificialiter iuuare non oportet, sequeretur enim cōtrarius motus materiæ perducens ad resistentiam, vt ait Aboa. Secunda est materiæ,seu humoris deriuatio,quietatio,incrassatio,uel compositio si propter eius effrenitatem alia non sufferrent,& complentia superius nota sunt. Tertia est uiarum,& ductuum coangustatio,& proprie cum succo barbę hircinæ,luto armeno,& aliis,quæ superius habuisti in consolatione medicinarum. Secunda principalis,quæ debetur stomacho & intestinis est duplex. Vna, ut siqua materia adhæserit eis,mundificetur & cum prædictis modis. Secunda est,ut confortetur stipticis,& alterantibus,& retencuiuis,quatenus in fluxas materias si adhuc fluant non suscipiant,& ad pristinam dispositionem bonam adducantur,ac æqualitate complexionis & substantię,quæ complentia ex prædictis sunt nota, quæ eligas prout oportet. Et sunt ex speciebus rob,syrupis,trochiscis,& pulueribus intus,& extra emplastris & cerotis notis ibi supra calidis, & frigidis ,put dispō exigit, & ex appropriatis est aqua andacochæ, qm confert ei stringendo uentrē. Et siquidē nulla facta sit in eis impressio,nō oportet ad alia ,pcedere sed regere tm.

Regimē ergo,q; quarta res erat,est,vt nullo modo cibetur, nec porū sumat donec famescat si uirtus eius tolerat tā diu. Et tunc balneetur prius,deinde cōtentetur patiens ali quo cibo leui boni chymi, sicut est sauich hordei, uel amyli,uel ex granis granatorū contritorū cū pulpis eorū, & sumach in prin. Et cibetur deinde cū carnibus perdicū & auiū paruarū,& proprie montanarū,uel minutarū,& piscium cū agresta,uel succo granatorū conditorum, & decoctorū cum coriandro præparato. Et potetur aqua granatorū muzorum,& aliorum fructuū ponticorum, & aqua frigida habente uirtutē florum vuæ. Et quandoq; iuuatur calida,quia spargit materiam, & facit sudare. q; si nō toleret stomachus aquā, potetur odorifero uino pontico bene lymphato cū aqua ferrea,uel pluuiali,& hoc in dispositiōe calida. In frigida uero cibetur cum pane dissoluto in uino pontico, & rubeo,& ouis serosis in principio,deinde cum carnibus columborum parulorum non pinguium, uel gallinarum cū

E speciebus,& vino passo,& rubeo parum lymphato. Et paulatim addatur donec confortetur,& redeat ad dispositionē sanitatis. Quòd si uirtus non toleret usq; ad perfectā purgationem,& cadit in medio,& syncopizet, uiuificetur cū pane similagineo calefacto in uino,deinde cibetur colatio, uel aqua gallinarum iuuenū distillata,quæ ex propriis carnibus earum,uel perdicum contritis,& decoctis in duplici uase,& expressis colligitur,ut docuit Abo. in qua sit uirtus sandali,magazir,& spodii in dispositione calida,& fiat acetosa cum acrestæ succo,uel granatorum acetosorum,uel cydoniorum,uel macianorum. In frigida uero sit habens similiter uirtutem xyloaloes,menthæ,uel galliæ. Et si dissoluatur panis similagineus in ea ē uirtuosior de qua detur paulatim. Quòd si non toleret stomachus cibos,& abhorreat, donec non accipiat oportet,ut ei tribuas fructus ponticos quos masticet,& ungat proiecta substantia donec viuificetur. Ex quibus sunt fructus delectabiles. Et ex illis est vua passula masticata cum contritione suorum granorum. deinde uiuificato,& roborato stomacho cibetur ex prædictis cibis,& superdormiat,quoniā somnus est cura eius, & ministrentur odorifera,quoniā confortant cor & cerebrū,& generant gaudiū,& sedant nauseā,& uomitū, vt superius habuisti. Quòd si tardet diu in stomacho eius cibus, iuuetur cum digerere facientibus,& facientibus penetrare. suino diatrion,diacalamento,& theriace,& trahatur cum imposi tione extremorum in aqua calida,compressione,& frictione,& cum uentosis in umbilico,& hepate,& cum fortificatus fuerit,redeas ad mundificationem corruptionis,& indigestionis,& cacochymiæ donec sit expurgata perfecte, deinde etiam de stomacho ad membrum. balnea etiam post tertium,& ciba paulatim, donec ad dispositionem redeat sanitatis. Regimen autem in aliis rebus in omni regimine reseruetur infrà. Correctio quoq; accidentium, cum infra de eis,dicetur ad plenum propitiante Christo.

Cura eius qui factus ē à cibo, est breuiter tres res,prima est mutatio regiminis in contrarium,quod est causa eius. Secunda est,ut dimittatur fluere donec corruptus,& indigestus cibus totaliter exeat,& interim abstineat propriesquantitas superflua fuerit retentio,aut ipsius causa est cholicæ passionis. Tertia est,ut stomachus,& intestina relaxata à multitudine nocita à qualitate acuta,& substantia subtili leni,ut in superioribus dictum est reaggregentur,& cō temperentur,exasperentur,& confortetur etiam totū corpus quod fuit nutrimento priuatum,& extenuatū, & debilitatum,bonis cibis,& humectantibus restauretur.

Et stercorosi regimen est tres res. Prima est, ut cibetur cibis multæ quantitatis,& paucarū superfluitatum, & sint moderatæ quantitatis donec sufficiat. Secunda est, ut aperiantur uiæ alimenti cum ficubus, & fisticis, cum amygdalis,nucibus,& aliis aperitiuis,& facientibus penetrare cibum prædictis. Tertia est,ut confricentur membra uēr, & balneentur donec trahant multum ex cibo, & per poros,si quidē eis superfluat,resoluatur ne reddatur stomacho,et in testinis. Et cura eius,qui factus est à medicina,dicta est supra in consolatione medicinarum. Ex his autem, quæ abrasionem prohibent intestinorum ab acumine medicinæ est bdellium,licet in uia prquisitionis non curationis sicut illud.

Et cura facti ab aere est quatuor res. Prima est contēperare aerem,ut supra in cura cordis,et aliis dictum est. Secūda est corpis euacuatio si aliqua sit repulsio dissolubilis,uel cōpressibilis,et hæc cum phlebotomia, uel pharmacia prout repulsio requirit abstinentia,ieiunio,et fame.

Tertia ē materię inspissatio,et incrassatio si à caliditate eius dissoluente fuerit,et hoc cū cibis crassis ex carnib. bouinis,et extremis animalium decoctis in lacte, et frumento riso,et similibus,et iuuibis,coriandro,et papauere et aliis frigidis,uel ipsius retractio ad membra quibus comprimuntur si à frigiditate eius fuerit,et hoc cum frictione uniuersali cum manibus,et pannis calidis, et siccis, et similiter balneis. Quarta est intestinorum mundificatio et cōsotatio cum his,quæ nota sunt supra,ut foliis barbæ hircinæ, uel eius semine. Et cura excoriatiui,et ulcerosi est cura dysenterici dicta superius. Et cura humoris phlegmatici,cholerici,et melancholici est cura diarhici,et est nota.

Sequitur

Sequitur Quinta res communis curatiua fluxus,& est regimē scilicet cōe conueniēs,& uniuersas res non naturales rectificās debito modo infinuās,& demonstrans,locetur ergo primo patiens in domo temperati aeris inter actiuas declinantis ad siccitatē,& si non sit naturaliter, fiat artificialiter cum his,quæ sciuisti supra in cura cordis, & lucidi non tenebrosi,quia recludit uires,& spiritus ad interiora,& clari non turbati,quia aer turbatus tristificat animam, & permiscet humores secundū Abo. Qui si turbatus existat clausis portis fiat cum luminaribus lucidus, & quiescat in lecto mollis culcitræ,durus enim confrangit,& debilitat, & frequenti reuolutione in eo mouet humores. Inquit Gal. Motibus nobis mouent & ea,q̄ sunt in nobis,quare nō oportet,ut moueatur,immo ingenietur cum excitatur ad sellā, ut in lecto,uel iuxta ipsum sicuetur sella, ut cesset à motu. Inqnit Hip. in aph. manifestat nauigatio, quoniam motus corpora turbat. In cibis autem regimen est, ut non sit in eis acuitas,non dulcedo,non salsedo,nec acetositas multa, ne sua mordicatione iugulet expulsiuam, & proprie cum peruenit ad ulcera,quæ dilatet, non unctuositas multa nec humiditas,nec liquidas,non debilitent contentiuam, & fluāt, sed sint insipidas,& tēperati saporis ac delectabilis, ut acris & stiptici,uel agresti quoniam appetitū excitat, & restringit,& substantiæ spissæ,& solidæ,& qualitatis siccæ, calidę, uel frigidæ actu,uel potentia prout exigit dispositio, & stipticæ parum in principio donec fiat materiæ euacuatio, & mundificatio,licet enim humidi plures conueniant euacuationi,& mundificationi, tamen parum stiptici conferunt, confortant enim membra,& materiam effrenitare non permittunt nec mundificationem impediunt, quales sunt lac decoctum cum lapidibus fluuiorum ignitis,uel ferro,& est melius propter stipticitatem suam,& panis infusus in eo adhuc,aut euacuat humiditates corruptas,& cholericas corrumpentes,& quod remanet in corpore temperatur, & refrenatur. Sed oportet, ut lac sit quātitatis cōuenientis quā digerere possit,uel sit infusum in succo granatorum, & sorbitio ex hordeo assato,& riso cum lacte cocto, frigido, & amylo. Deinceps uero materia adhuc fluente sint electi secundum alteram trium uirtutum, uel quia sint stiptici plures,ut constringant ductus,& retineāt,quales sunt sorbitiones factæ ex milio,panico, uel riso torrefacto, uel sumach uel lētibus excorticatis cum amylo decoctis cum aqua pluuiali,uel ferrea,& conditi cum pauca pinguedine gallinæ, hædi,uel capræ,uel hirci,& cū pauco sale torrefacto, oleo omphacino,ut sint sapidæ. Et si uis,ut sint magis stiptici, fac decoqui cum eis aliquid ex fructibus ponticis, & si uis calidos expetente dispositione condias cum cinnamo. pōtico, xyloaloe,cimino,uel anisō torrefactis,ameos,& similibus, ut caseo assato,uel coagulo,uel sint spissæ uel uiscosę substātiæ,ut materiam in crassent,quales sunt sorbitio facta ex cādarufio,quæ stringit,& incrassat,& maxime si addatur gummi,dragacanthū torrefactū,& ex tri.& riso decoctis cū pedibus animaliū,& lacte bouino. Et lentes excorticatæ, uel decoctæ,cū corticibus bis,& illud mutatum. Et etiā caules bis cocti,& portulaca,& acetosa,& plantago,& similia.

Et carnes bouinæ cum puluere coriandri,si uirtus digestiua toleret,iuuetur cum seminibus,& speciebus calefaciētibus,& subtiliantibus,uel sint ex pingentibus materiam, ut est sorbitio facta ex amylo cum semine papaue. albi, & coriandro uiridi,& lactuca factis acerbis cum granis granatorum,uel acrestæ,& tandiu ministrentur donec sistatur materia ab effluxione,& fluxu. In carnibus autem non est iuuamentum magnum cum sint multi nutrimenti ualde addentes ad materiam,nisi apud necessitatem,& tunc eligantur uolantia super pedestria, & pedestria super aquatilia. Et ex uolatilibus eligantur,quæ sint frigidæ,& stipticæ,uelocis digestionis,ut sunt perdices,coturnices,turtures,turdi,nutriti ex myrtil. Vel stipticæ calidæ,ut sunt columborū syluestrium pulli non pingues,passerum,& qualiarum. Et ex pedestribus,quales sunt capreoli,lepores,cuniculi,gazeli,& arietum castratorum,& campestrium,& sint præparatæ,quia assæ,uel frixæ,uel decoctæ in aqua pluuiali,uel ferrea,cum fructuum aliquo ponticorum,ut cydoniorum,sorborū,mespilorū,uel sumach. Et ex aquatilibus sunt pisces

A petrini,parui,squamosi,quales sunt triliæ,lucii,fragilia,gābares,& similia. Et sint assati,uel decocti in acresta,uel aceto lymphato,uel uino pontico conditis cū speciebus sm dispositionem. Et cum materiā uolumus incrassare, & humectare,sint ex aqua dulci,quales sunt cancri,trutæ paruæ, & similiter pcparati. Hora autem cibandi est,ut in principio abstineant ab omni cibo usque ad duos dies donec materia minoretur,& natura reddatur auara in transmittendo materiam si qua fluat,deinde cibentur cibis paucę stipticitatis donec euacuetur,& mundificetur materia,deinde aliis secundum intentionem quam habes,ut sint paucæ quātitatis, & numeri non multi nisi faltidiat. Faltidientis.n.stomachi est multa degustare. Seneca dixit. Et cum sapit aliis contenetur eo,& oportet,ut premittatur stipticus,uel aliis ex fructibus ponticis cuius substantia trahatur,sed uiscositas tantum, & sumpto cibo premantur extrema, & proprie superiora,quod si non sufficiant cibi prædicti, quia prolōgetur fluxus,& debilitetur uirtus,oportet,ut concedas cibos ex carnibus prædictis,& eligas cibaria paucæ quantitatis, & B multæ qualitatis,qualia sunt hepata gallinarum iuuenum, & pinguium,testiculi gallorum nondum coeuntium assati, & uitelli ouorum seroſi,& similia, quæ in cura phthisis habuisti. In potibus uero regimen commune est, ut abstineat omnino si possibile fuerit,est enim cura per se, & absolute ipsius,quod si sitiat uehementer nec toleret, potus sit aquæ pluuialis,uel ferrea pauca,simplex, uel commixta alicui exsuccis,ut granatorum,acrestæ,cydoniorum, uel robub stipticorum,uel zucch. antiquo,uel sit habens uirtutem masticis,& cinnamomi secundum diuersitatem dispositionis, & proprie in principio cū materia est multa,& calida. Et interdicatur ei uinū,quoniam inflāmat,& dissoluit, effumat, & repere facit subtile eius ad superiora, quare dolor capitis,& mentis percussio ualde timetur, quod si stomachus aquam non toleret,& uirtus sit requirens, quia debilis, ut reuiuiscat,& confortetur,detur ei uinum maxime si appetat tunc,& maxime in processu,sit autem nigrum,palmeū, & ponticum,purum,uel lymphatum secundum diuersitatē dispositionis materiæ,& membrorum superiorum animalium,& inferiorum nutritiuorum,requirit, ut Hip. dixit, C uel subtile si oppilatiuus fuerit fluxus,& oportet,ut sit actu frigidum,quia restringit,& tepidū resoluit, nisi in eo qui ē à debilitate digestionis,oppilatione, collyrica passione,& apostemoso,ut ait Aboa. In somno regimen est ut dormiat omni hora,& maxime sumpto cibo post parum,quoniā tūc confortat somnus,& quietat humores motos prius licet renocet intus uirtutem sensibilē. quare quiescit expulsiua in testinorum,& contentiua confortatur,& sic fluxus sistitur. unde Hip. dixit in apho. Cum uolueris helleborum magis educere: moue corpus,cum uero stare,somnum fac, & no- 4.aph.25. li mouere. Et si non potes per se,uel impediatur, artificialiter procuretur in calida dispositione cum narcoticis,in frigida cum calidis somniferis ordinate approximatis,quæ in cura doloris stomachi habuisti. In repletione uero, & inanitione est regimen, ut inaniatur corpus in principio si repletum fuerit,inaniātur intestina ex materia infusa,deinde confortentur. Et finaliter corpore,& intestinis mundificatis,& confortatis repletio subsequatur paulatim ex laudabilibus cibis prædictis. In accidentibus animæ regimen est, ut omnia lętificantia,& dilatantia animam per omnes sensus approximentur. Finalis,& ultima res curam fluxus comD plens & impedientia remouēs,quæ erat sexta subiungitur, & est accidētium correctio insurgentiū ex speciebus eius, sunt autem plura & diuersa,quæ superius tacta fuerūt in positione signorum. Et breuiter,quędam sunt propria & essentialia,ut est punctio,dolor,& grauedo, seu mordicatio uiscerum,excoriatio,ulceratio,& tenesmon. Quędam ex cōitate,aut propinqua ad stomachum,ut sitis,nausea,fastidiū, & uomitus,& dolor eius. Quædam ad hepar, ut est debilitas,hydropisis,cachexia,dolor in eo,& grauedo,& illud ,pter duo.s.propter colligantiam,et uicinitatem ad intestina solum,secundo quia stomachus cōtinatur omnibus mēbris mediante hepate et recipit superfluitates omnium mēbrorum mediante ipso. Gal. dixit,et quandoque in splene, et aliis. Quædam ex communitate remota,puta ad cor, ut

est

est debilitas,& extremitatum frigiditas,& sudoris , & syncopis,& febris.Quædam magis remota,puta ad cerebrum, ut sunt vigilię,spasmus siccus uniuersalis, qui incipit primo in mandibularum neruis quibus mouetur, propterea quod ex mębris mobilibus sunt propinquiora cerebro, & sicciora præter cutim frontis,& palpebras , quæ cum moueantur lacertis,& neruis dilatatis ad modum panniculorum ad cerebrum non habentium rectitudinem non spasmantur , ut illi,& oculi ,quia sunt de se humidi non spasmantur prius. Aut ad renes,ut est dolor grauedo in eis,& uesica,& quandoq; ardor,quę omnia imprimunt in naturam , & debilitãt uirtutem,& sic curam impediunt,quare correctione, & remedio indigent.Et,quia quorundam dicta sunt remedia, & quorundam dicentur,in propriis capitulis requirantur , & reseruentur ibi,solum autem hic de essentialibus dicemus. Et proprie de tenesmo cum citet , & trahat inferius materiam ad fluendum,& de aliis sit dictum supra in cura dysenterici,necnon & de febre cum sit addens ad causam humoris dissoluendo,& acuendo,uias aperiendo , & dilatando , ac membra debilitando omnia miscentia,& suscipientia sic sit fluxum seruans,& augens.Et quia modis pluribus est nociua,ideo de ea quantum ad hanc materiam pertinet prius dicamus,deinde de tenesmo.

Sciendum igitur quod febris,quandoq; antecedit fluxũ, & fluxus sequitur ipsam,ut causam eo modo,ut dictum est , quandoq; superuenit feb.illi,& comitatur illum, quandoq; sequitur fluxum,qui præterit,& cessauit . Primo modo nõ est præsentis considerationis , & de eius regimine supra in principio cum de fluxu liquefactiuo , & symptomatico loqueremur dictum fuit.Etiam modo non est præsentis intentionis cum illa non sit eius accidẽs,sed morbus alius factus ei succedens.Solum ergo secundo modo generata est præsentis nostræ propõnis,cum tunc solum sit fluxus accidens, & non causa nec per consequens morbus. Scire ergo te oportet,quòd fe.accidere, & superuenire fluxui potest dupliciter, uno modo ex commotione humorum spiritus inflammante,& est ephimera,alio modo ex putrescentia ipsorum commotorum,quia in motu non regulantur, uel retinentur, intranspirabiles fiunt , ut in eo , qui est oppilatiuus,& apostemosus,& est putrida . secunda simpliciter est mala,quia facit morbi compositionem, & additionẽ , cuius cura periculosa est,fortasse enim quod uni nocet,alteri cõfert,& econuerso.prima non est simpliciter bona, sed plurimum mala.Sed circa secundam correctionem est magnum studium adhibendum,ut dicit Aboa.Cum enim sit causa fluxus conseruans,& augens,& econuerso,& sint conuenientia indicantia,quia fe.inquantum huiusmodi, semper frigida,& humida,fluxus uero inquãtum huiusmodi,semper sicca,& quandoque frigida,& quandoque calida, ut superius habuisti. Et inquantum in medicatione passiuarum saltem conueniunt,diligenter oportet aduertere ordinẽ, ut Gale. docet in compositis corrigendis &c. ut prius inspiciatur , & corrigatur instantius quod in magnitudinem: molestia , seu lesione superet,& aliud non negligatur,miscendo illius correctioni aliqua, quæ alterius correctionem respiciũt ex his,quæ dicta sunt,& his,quæ dicentur duce Christo.Quod si in magnitudine sint æquales fluxus,& feb.rectus ordo curationis est,ut incipiatur à fluxu cum sit principalior in causando,& febris posterior,& cum non sit solum causa cõseruans & augmentans sicut fe.sed efficiens quoq;,& proinde sit etiam illud sine quo feb.curari non possit . Inquit enim Gal.Inutiliter quis prouidebit febribus nisi prius memineritcausæ,quoniam nullatenus est possibile curare dispositionem aliquam penitus adhuc manente causa faciente eã , cum plurimum etiam in magnitudine superet, sic ea correcta fe.cessabit . Et si remaneat post propter correctionem fluxus,eius detenta putredine,atque causa sine impedimento exierit,putredo fe.melius digeretur,& expurgabitur,ac humectabitur feb.& frigidis extinguetur , & proprie ubi fluxus indicet calida . Si ergo fluxum prius prædicto modo præmissis mundificantibus quantum uirtus tolerare potest cum siccis curabis,& stipticis fluxum sistentibus, quæ respiciant membrum mittens,& recipiens uiam atque materiã, ad cuius mundificationem propter eius putredinẽ ne detineatur à simpliciter stipticis, sicut quandoque aliqua ex stipticis comprimendo soluentibus notis superius,quæ per iugulla,prout uirtus tolerat,& dispositio exigit, ministrabis,& cum uirtutem confortantibus cum cordialibus ex cibis,& potibus,& medicinis superius demonstratis, quibus alternatim ratione febrilis siccitatis admiscenda sunt humida temperate ex medicinis cibis, & potibus , in cura malæ cõplexionis siccæ stomachi superius numeratis , & hoc ubi fluxus indigeat frigidis. Vbi uero calidis admiscenda sunt humida, qualia sunt ex medicinis aquæ cucumeris , cucurbitæ,& melonis indi,& herbæ,ut chrysolocanna , lactuca , blitæ,spinacia,semperuiua,solatrum, & composita ex eis. Et ex cibis,ut sauich hordei,& amyli , & sorbitio facta ex prædictis herbis,& fructibus,iura gallinarum,aquæ,& collaticia eorundem atque hædorum, granata,& poma. Et ex potibus aqua zucchari,uel cũ iuleb,& similibus præter lac, quæ si sint alicuius solutionis abstergentia, & lenientia conferent propter putredinis absterſionem,tamen fortiter soluant,& ea mixta tripliciter,ut Gal.docuit ministrabis.Vno modo particulariter,ut simul siccas,& humidas,frigidas,& calidas,in eadem medicina cibo,& potu æqualiter permiscendo,quod est non omnino laudabile licet ab autoribus sit omnino concessum saltem respectu aliquorum modorũ, cum sint aduersantium uirtutum , & impedientium operationum,dixit Abo.stomachum aggrauantes,& naturam inquietantes,ac reddentes solicitam circa distinctionem ipsum,& in appropriatione impedientes,& disturbantes, cũ non sit tota soli rei intenta,ut innuit Hip. Alio modo temporaliter,ut nunc stiptica propter fluxum,nũc humida propter feb.& nunc stiptica in medicinis ministrabis interius propter fluxum,nunc in cibis , & potibus humida propter feb.Tertio modo localiter,ut interius sicca propter fluxũ, & exterius humida propter feb.& interius calida, dicta superius propter fluxum,quandoque & exterius frigida , propter feb.Sic epithemabis cor cum frigidis superius dictis in cura cordis.Hepar cum ceroto de sandalis. Et spinã dorsi cum ceroto Gal. quorum descriptionem in nostro antidot.habes etiam,quæ propter fluxum stomachum , & intestina , & membrum si quod sit mittens stipticis emplastra bis,& quandoq; calidis,prædicta uero membra cum frigidis,& humidis prędictis,uel aliis propter febrẽ.Circa correctionem feb.secundo modo insurgentis, quę est ephimera , sciendum quod licet in aliquo fluxu , puta lubricatiuo phlegmatico,uel ex frigore fe.competat alterando, & materiam consumendo,studendum tamen cum hoc, ne illam aliquandiu dimittens propterea quoquo modo augmentantes . Est enim molesta naturæ ipsas actiones uniuersaliter lædens,& passiones,ut ait Isaac impediens curam atq; cõponens,& tunc maxime cum in aliud genus mutetur . Ipsa enim de se paucam,uel debilem indicationẽ , ut Gal.dicit, immo semper cum aliquo frigido remittas, & cum tibi sufficerit,debito modo extinguas;prout in secunda sectione, si Christus annuat,describemus .

De tenesmo,& medicinis eius. Cap. 4.

SEquitur de tenesmo deinceps dicere , sicut proposuimus in cap.præcedenti.Est autem tenesmus secundum Gal.expresio recti intestini,cuius causa est res molestans uel grauans,ipsi intestino adhærens,et infixa,ad cuius expulsionem mouetur natura cum conamine,et expresione propter eius adhærentiam,et fixionem . Est autem talis res duplex interior.s.et exterior.Interior duplex est , propria in eo existens,et à superioribus ei effusa. Propria est materia cholerica in eo imbibita pungens, uel phlegmatica adhærens,quæ à putrefactione acquisiuit salsedinem , et bauracitatem,naturam grauans, et corrodens , uel apostema durum,aut calidum quod acuẽs , quod putrefactionem acquisiuit,et sua uirulentia egrediente molestans, aut ulcera,et corrosio in eo,fistulæ,hæmorrhoides occultæ, et ragadiæ.A superioribus effusa est duplex,aut acuta materia fluens per intestina,ut in præcedenti capit.dictum est, aut errum fæce sicca exasperante,et sua uiscositate in suo transitu adhærente ipsi , ad cuius expulsionem natura cum conamine mouetur,et talis dicitur mendosus tenesmus . Exterior res,

res,est frigiditas ad ipsum per anum magis aduenięs, & impressa,aut ex aere frigido cum exponuntur, aut aqua cum balneantur,aut ex lapide duro frigido cum sederint in eo sua compresione conquassante,& sua frigiditate lædente, ad cuius expulsionem natura mouetur uiolento motu expresionis,ac si effet corporea,sicut in fingultu , & tussi est uidere,ex aeris , uel aquæ , uel alterius frigidi attractione causatis,ut superius dictum est in propriis locis eorũ. Et quia natura ad talis frigiditatis expulsionem impressæ decipitur cum mouetur,credens eam expellibilem, ut corpore am cum non sit expellibilis,sed alterabilis proprie , licet ut plurimum ex eo causetur propter proportionem in natura membri.In genere proportionabili facilior est transitus,dicit Abo. merito talis tenesmus proprius potest dici mendosus .

Et signa ipsius sunt quia cum accidit homini subito desiderium egerendi ualde cum conamine,donec tendatur in rectinum rectum , & anus extensione uehementi , & quod egreditur in principio est paruum ad modum stercoris galinæ,pingue,uiscosum,& unctuosum:deinde apparente,ut plurimum in fæce puncta sanguinis parua , deinde sanguis maior non ualde permixtus, tunc ægritudo est in intestino recto,& uocatur tenesmus.Et signa causarum eius quatuor sunt sumenda,ex causis procatharticis,& antecedentibus , ex accidentibus,& concomitantibus,& exeuntibus, & iuuantibus,& nocentibus.v.g.si fit.ex cholera imbibita pungente cognoscetur ex præcedenti regimine multiplicante choleram cum circunstantiis similibus,& ex signis dominii choleræ ipsius in corpore, & ex punctione perfecta in recto,& exeuntia sunt citrina parũ,uel citrinitati admixta & ex eo,quod alterantibus,& mundificantibus choleram iuuãtur,& à multũ calidis læduntur manifestæ.Ec si ex phlegmate falso processerit,ex præcedenti regimine multiplicãti phlegma à prædominio, & colore manifestabitur cũ circunstantiis similibus.Et ex signis abundantiam ipsius significantibus,phlegmaticam cacochymiam demonstrantibus cum cholera mixtã,& ex corrosione , & pruritu percepto in loco.Et exeũtibus phlegmaticis,& corruptis,Et ex eo , q iuuantur calidis anodinis,& humidis abstergẽtibus,quæ Christo duce dicentur,& contrariis lęduntur manifeste.Et si ex apostemate sit,processerunt causæ multiplicantes humorem,& signa ipsius dominantis,& sentitur grauedo,uel dolor in loco continuus,& magis apud emissionem sterco ris,& calor.Et quandoq; est fe.& exeuntia difficile emittũ tur,& sunt cum uirulentia,quandoq; distincta non permixta,& alia apostematis signa,& iuuantur mollificãtibus anodinis,& contrariis offenduntur.Et si sit ex ulceribus,& corrosione,& rhagadiis,præcesserunt causæ ulcerantes , & humores acutos multiplicantes:uel apostema,quod fuit ibi apertum:uel dysenteria,& fluxus æruginosus,cholericus,niger,felleus,uel phlegmatis falsi:uel medicina ulceratiua,ut euphorbium,& similes: uel sumptio alicuius rei duræ,acutæ indigestibilis, ut uitrum & similium , uel mala immisio clysteris,cuius cannula fuit acuta : uel collyrii , & sentitur ardor in loco assiduus,& sanies & putredo in exeuntibus apparebunt, & iuuantur lauantibus & acutis mordẽtibus . Et similiter si ex hæmorrhoidibus occultis , & intrinsecis , & sanguis niger apparebit in exeuntibus,& distinctus . Et siquidem ex fluxu precedente fuerit,significabunt ipsum eius præcessio,& reliquiæ eius,quæ remanserunt , & pulsus erit chordosus.Et si ex fæce sicca , egressio eius cum cibis precedentibus constipantibus,labor, & regimen,& omne exiccans fæces in cura cholicæ dictum, & exasperatio percepta in loco,& humidis,& lubricis iuuantur,& læduntur contrariis.Et si sit ex frigiditate antecessit expositio in aere frigido,& iteretur in eo balneatio in aqua frigida,& potus eius post laborem,uel balneum, & sessio super marmora,& proprie in mensibus erratis,& sensus obtusus, & congelatio in loco,nec est in exeũtib.aliquid nociuũ ex prædictis apparẽs,& calidis ualde iuuẽtur,& lædũtur contrariis.

Cura uero eius generalis est quatuor res prima est mundificare , seu resoluere materiam imbibitam & fixam . secunda est retinere fluentem si adsit . tertia alterare complexionis malitiam , confortare membrum , & passam particulam eius mitigare dolorem . quarta est regimen ordinare . his enim rebus omnibus , uel pluribus tota eius cura completur.

Specialiter autem singulas causas inspiciendo est talis , ut siquidem fuerit ex cholera imbibita in recto, Cura eius est quatuor res . Prima est alterare,& inspissare ipsam . Secunda est mundificare,& resoluere . Tertia est confortare, sedare dolorem,& punctionem,& hoc complebis clysteribus,collyriis,euaporationibus,& emplastris.Primo clysteriza bis cum aqua hordei tepida , oleo uiolato , succo liquiri.iuiubis,& mucilagine dragacanti, deinde addas mel uiolatum,& medullam cassiæ fistu.& ultimo hieram simplicem,ut imbibitam materiam,& maturatam euellas,uel pilulas,seu collyria ex cassiæ fistu.succo liquiri.& dragacãto primo,deinde ex melle,& aloe immittes,deinde euaporabis anum,& emplastrabis ex fœnugræco,semine lini , maluis,meliloto,radice althææ,sisamo,caulibus , chamæme.& & similibus mollificantibus anodinis decoctis in aqua , & emplastratis cum uitellis oui , & oleo rosato , uel impositis saccellis,in quorum aqua sedeant:uel spongia,filtro,lana,uel coto infuso tepido cataplasmentur , & euaporetur aggregant enim in se hæc uirtutem maturandi,resoluendi, confortandi,ac sedandi dolorem . Et proprium est sesamũ clysterizatum,& oleum eius. Regimea.

Regimen quoque quod est quarta res sit declinãs ad frigidum,& stipticum moderate confortatiuum stomachi cũ defectionem patitur ex compasione , quod hic etiam dictum est.Si uero ex phlegmate putrefacto , & humiditatibus baurachiis adhærentibus fuerit primo mundificabis cum clysteribus ex aqua oliuarum salitarum, deinde cũ suc co foliorum siclæ cum uirtute turbith, uel bdellio cũ aqua mellis,& aliis,quæ supra in cura fluxus,ex falso phlegmate dicta sunt,deinde mitigabis dolorem cũ euaporationibus ex prædictis additis fumoterræ,parietaria,scabiosa , & absinthio.Deinde immittes collyrium ex bdellio,croco, adipe gallinæ,& cera,& laudano,hoc enim sedat,dolorem lenit,maturat,& resoluit,& est rationale,& expertum.Regimen autem ad calidum temperatum declinet,& stipticum, & confortatiuum. Quod si fuerit ex apostemate , & fuerit calidum rege ipsum,ut superius dictum est,sicque eius regimen in tribus rebus consistit in retinendo illud quod currit ad apostemata,si per modum influxionis fuerit causatũ, in temperando humores,& in regendo ipsum apostema . Prima res completur mutatione sui cũ phlebotomia si necessarium fuerit , uel pharmacia cholagoga, & minoratione cibi multa , immo fac eum ieiunare si possibile sit duobus diebus,ut natura in transmittendo reddatur auara , & materia in ieiunio consumatur . Deinde da post illud prius parum cibi.Sit autem panis infusus in lacte multum decocto , quoniam est melior,euacuat enim superfluitates cholericas corrumpentes,et quod remanet in corpore temperat,et retinet,ne fluat ad apostema,deinde dabis sorbitionem de rizo,cãdarusio,et milio . Secunda completur cum exhibitione alicuius frigidi,et inspissantis materiam,et alterantis caliditatem eius , sicut est succus granatorum , et macianorum,aqua lupuli,endiuiæ,lactucæ,cucumeris, cucurbitæ , hordei , coriandri, et similium . Et ex compositis est oxiaccarum,iuleb rosatiolatum, et similium , potio de iuiũbis , et similia. Tertiam rem complent medicinæ particulares approximandæ loco apostemato , quæ sunt secundum diuersitatem temporum apostematis , ex quibus sunt stipticæ aliqualiter frigidæ . Et cum hoc mollificantes approximandæ in principio,prohibentes , et repellentes illud quod effunditur ad apostema , clysteribus immissæ , et collyriis,et linitæ , et epithematæ exterius , quale est clystere ex aqua hordei , aqua coriandri,rosarum,oleo.rosat.et myrtinum clysterizata , et collyrio ex licinio inuncto in in oleis ipsis,et albumine oui,et alchanna , et inunctio renum,sphicteris,pectinis,inguinum, et peritonei cum eis , et filtrum infusum in aqua myrti,coriandri , rosat. cum pauca alchanna epithimatum sphicteri , et aliis adiacentibus membris . procedente uero administrabis prædictis modis omnibus resolutiuorum aliquod prædictorum , deinde procedente confortabis,& multiplicabis illa , & sic admiscebis

miſcebis ei bdellium, quoniam lenit, maturat, & reſoluit. Et ex illis eſt cæpe album aſſatum cum butyro, uel hyſſopo humida, & laudanũ, & anethum ſiccũ emplaſtra, & ſimilia. Et ſimiliter in declinatione balneabis cum reſoluentibus prædictis parũ ſtipticis decoctis in aqua in qua facies ægrũ ſedere, & inunges locum cum oleo lilii, amygdalino, anethino, irino, uel nardino, modis prædictis. Quod ſi apoſtema fuerit frigidum ſiccum in principio miniſtrabis prædicta anodina ſtiptica temperate. Et ſiquidem aliquid uirulẽtum currat ex eo, mundificetur, & abſtergatur cum clyſteribus collyriis ex prædictis, & ſaccellis ex malua radice althææ, ſemine lini, & fœnugræco, deinde permiſcebis reſolutiua, ut chamæmelum, & melilotum, & deinde augebis ipſa. Quod ſi apoſtema fuerit durum melancholicum, mollificabis, & reſolues, ſicut in cura colicæ apoſtematæ eſt dictum, in qua de oibus eſt dictũ. Si uero ex ulceribus & corroſione in extrema parte eius, quæ percipies apud exitum ani in expreſsione curabis cum mollificantibus, & deinde conglutinantibus, & conſolidantibus, ut ſupra in cura ulcerum inteſtinorum ſufficienter dictum eſt. Etiam ſi ſint ulcera in interiori parte eius, & occulta ſenſui, ut dictum eſt, ibi oleum uetus clyſterizatum cum acreſta eſt proprium, & aleofol ex merdaſengi, & aliis, quæ immitti poſſunt cum cannella immiſſa ano repleta puluere, & inſufflatione ſequente. Regimen quoq; in cibis ſit ex mollificantibus, quæ fæces generant humidas non ſiccas, quoniam exaſperãt dolores, & ulcera, & corroſiones augmentant, & ex inſipidis nõ fortis ſaporis, quia nec acuti, nec ſalſi, nec amari, nec acetoſitatis multæ, quoniam fæces reddunt acutas omnia talia ſaporis fortis, quæ ulcera mordent, & augent. Et ſi fuerit à fiſtu. hæmorrhoidibus, & rhagadiis, curabis cura ipſarum, quam in cura ſphicteris Chriſto duce dicemus. Et ſiquidem fuerit ex humoribus effuſis à ſuperioribus facientibus uentris fluxum in quo eſt ſermo præpoſitus, curabis cura fluxus uentris prædicta in quo ſunt mixta, quæ fluentem compeſcunt acutam materiam ad inteſtina, ut eſt ſumach, morum immaturum, cydonium, uitellus oui decocti in aceto, & ſuccus portulacæ. Si enim ex fæce ficca fuerit exaſperante, curabis cura colicę ex fæce ficca ſuperius dicta, deinde ſi aliquod uiſcoſum, quod adhæreat ſit in ea, miſcebis in enemate aliquod abſterſiuum acutum, ut baurach, mel, ſal, & ſimilia, & collyrium ex melle, ſale, & bdellio. Sed ſi fuerit ex frigiditate ab exterioribus adueniente ano, quare ſit teneſmus difficilis cum eleuatione ad ſellam frequenti, & non egreditur aliquid ſicut etiam accidit cum eſt ex apoſtemate duro, eius cura præceſsit. Et proprium eſt ei oleum ſiſaminum calefactum clyſterizatum cum aqua althææ, uel dulci uino, & diu retentum. Siccq; cura eius alteratio cum cali dis, omnibus modis prædictis, approximatis cum clyſteribus chamęmelo, anetho, calamento, oleo nardino, uel coſtino, rutaceo, uel bdellio, & pauco uino decoctis, uel cum abrotano, ruta, lauro, & origano, quod eſt proprium, uel oleis eorum in quibus ſit lana infuſa, uel ſpongia, & eſt melior, quia conſeruat caliditatem magis applicata ano. Et cũ unctionibus ex eiſdem ani, & partium adiacentium, & cum feſsionibus ſuper milium, & ſal calefacta, & ſuper lapidem marmoreum calidum, uel lateres, uel ſuper tabulam cypreſſi, uel pineæ, uel ſaltem populi, ſuper quam fuerit uinum calidum ſuperaſperſum. Et quidam inungunt eam cum adipe capræ, & cum ſuffumigationibus ex ſulphure, aut myrrha, cortice thuris, uel ſtyracis. quare oportet, ut infirmus ſedeat ſuper ſedem perforatam undique tabulis, uel emboto circundatam, & ponat anum ſuper foramen, & ſit teſtum ignitũ, uel prunæ ſuper quod puluerizetur ſulphur, uel aliquod ex aliis donec calefiat anus, & inteſtinum, quare præcipiatur, ut ingrediatur balneum, & ſedeat ſuper ſolium eius, & cum egreditur defendatur totum corpus, & proprie pedes, & membra à frigore, frigus enim nocet neruis & ano, pudendo, ut Hipp. dixit, & eo mediante inteſtinum rectũ, ideo nocet teneſmo i pluribus horis, & proinde calefactio eorum eſt utilis, & conueniens. Deinceps medicinas compoſitas ſubiungemus ad fluxus ſpecies cum feb. uel teneſmo. Electarium conferens ad fluxum ſtomatichum lienteri cum ex phlegmate lubricante, cuius deſcriptio eſt Demo-

criti. Ry. ſeminis arnogloſſæ, aniſi torrefacti, ana. ʒ. i. corticũ granatorum, coriandri præparati, ana. vnc. s. cinnamomi, drachm. ii. zinzi. ameos, ana. ſcrup. i. s. bibatur cum uino põtico in quantitate drachm. i. ſi non eſt feb. & ſi eſt feb. cum aqua pluuiali.

Aliud ad idem ex ulceribus. Ry. ſeminis arnogloſſę, acetoſellę, aniſi torrefacti, ana. ℈. ii. corticum granatorum, ſang. dra. thuris albi, ana. ℈. i. pulueriz entur, & miſceantur, & ſumantur ſicut prius. Aui. fiat ad idem de gallis electariũ, de thure, electarium de ſiliquis. Et emplaſtrum de ſaufel, cum fuerit caliditas. Ex emplaſtris fiat tale. Rec. ſe. lini torrefacti, dactylorum immaturorum, ana. ʒ. s. maſti. ʒ. s. alumi. nis hypociſtidos, acatiæ, balauſtiarum, ana. ʒ. iiii. roſarum rubearum, myrti, rubi, ana partes æquales, fiat emplaſtrum cũ oleo maſticino, & cera. Serapio inquit ſi ſit lubricitas inteſtinorum ex ulceribus, omne quod confert ad excoriationem confert huic ægritudini. Item linimentum ſecundum eum ad diarrhæam, & lienteriam ex defectione uirtutis retentiuæ. Re. abſinthii roma. ʒ. i. infundatur in uino pontico nocte una, & miſceatur cum eo ſuccus foliorum myrti, laudanum, & ramich, & ſubmergatur in eo pannus lini, & ſuffumigetur cum xyloaloe, & ponatur ſuper ſtomachum, & uiſcera, poſtquam illinieris cum linimento, quod eſt. Rec. olibani, maſti. acatiæ, aluminis, aloes, apii, corticum radicis mandra. ſeminis hyoſcyami, ana. ʒ. iiii. fauich hordei, roſ. ſiccarum, ſumach, gallarum uiridium, balauſtiarum, ſucci baccæ hircinæ, galliæ, ramich, litii, ana. ʒ. ii. terantur bene, & conficiantur cum aceto, & aqua myrti recentis. Et ſi nõ eſt caliditas prohibens, line mirach cum uino, & meiſuſen, & line mirach totum, & retro ſupra ſtricturam dorſi, & dimitte donec cadat per ſeipſum emplaſtrum. Et, quæ ex eis conferunt eſt emplaſtrum factum de fungo arboris. Confectio pulueris aluminis lenis, qui in ore proiicitur ad ſolutionẽ uentris cum tuſsi. Rec. granatorum myrti tritorum. ʒ. i. castanearum, papaueris ſicut alcohol, ſiliquarũ, ſe. ſpodii, an. ʒ. s. terantur omnia, & miſceantur, & dentur in potu. ʒ. iii. cum aqua frigida, & præcipiatur, ut in mane comedat uitel los duos ouorum bene elixatorum, & ſumat in his puluere de papauere.

Confectio trochiſcorum de ſiliquis fortium ualde conſtringentium uentrem, qui adminiſtrantur cum uehemens eſt neceſsitas. Ry. gallarum, ſiliquarũ nabati, fructus tamariſci, thuris, balauſtiæ, an. partes æquales, gummi, opii, an. par tẽ. ſ. fiãt trochiſci põderis. ʒ. ii. ſ. doſis ſit. i. cũ aqua pluuiali, uel uino põtico. Trochiſci quos Paulus dixit ualere ad lienteriã, & lenitatẽ inteſtinorũ. Ry. corticẽ mali granati, gal. an. ʒ. viii. myrrhæ. ʒ. iii. ſumach. drachm. iiii. fac puluere, & tempera cum uino acido, & fac trochiſcos. ʒ. ii. & da. i. cũ aqua ſimplici.

Syrupus ualẽs ad ſtomachi defectionem, lienteriam, uomitum, & ardorem. Ry. ſumach, corticum mali granati, uel myrti, an. ʒ. xx. omnia decoquantur in li. v. aquæ donec rediatur in unam, deinde colentur, & ſuccus pirorum, meſpilorum, & cydoniorum æquali pondere, & zucchari lib. i. s. & ſyrupentur, de quo dabis. ʒ. i. cum aqua frigida.

Aliud ualens ad ea ex frigido humore phlegmatico, uel melancholico, & eſt Iſaac. Ry. ſucci mali granati acidi cum pulpa interiori, li. v. ſucci calamenti, li. iiii. uini odoriferi li. iiii. omnia coquãtur uſq; ad mediũ diẽ, deinde colentur, adde zucchari, li. i. ſapæ, li. s. poſtea coque donec ſyrupetur, da. ʒ. ii. uel. i. cũ aqua calida. Clyſtere mũdificatiuũ in clyſteria cholerica. Ry. aquæ hordei, li. i. diſſolue zucc. roſ. ʒ. ii. ſucci portulacæ. ʒ. ii. ℈ ſi materia fuerit ualde acuta fiat ex ſucco cucurbitæ, uel melonis indi cũ prædictis. Si uero fuerit ex materia adusta, fiat cũ aqua lactis, ſucco portulacæ, & oleo roſa. uel cum aqua uiolarũ, boraginis, & bugloſſi, oleo roſ. & zuccharo. Quod ſi fuerit ex phlegmate ſalſo fiat ex aqua hordei diſſoluto in ea furfure, & fœnugræco, & colentur, & diſſoluantur mel roſa. & oleũ roſa. & ſi oportet addatur parũ ſalis, uel aquæ piſciũ, uel oliuarũ ſalitarũ, & tot ies repetatur quoties oportet, ut materia perfecte mundificata appareat, quòd ſi fuerit medicina acuta, uel ſuperfluit, fiat ex mucilagine pſyllii, cum zuccharo, & oleo roſ. quod ſi ſit ibi dolor & punctio, & mordicatio, diſſoluatur pinguedo

Clyſtere ad dyſenteriam, & ulcera inteſtinorũ.

Aliud clyſtere compreſsiui.

Clyſtere ad dyſenteriam, & excoriationem.

Trochiſci de charta.

Alii trochiſci for ſortes.

Clyſtere ad ulcera inteſtinorum.

Collyrium idem.

pinguedo gallinæ, uel anatis, & proprie porci recentis, & puluis ſpodii ſuperaſpergatur, uel cerotum roſeum, quòd ſi dolor eſt fortior perducens ad ſyncopim, ſedeat in aqua calida decoctionis fœnugræci, ſeminis lini, chamæmeli, meliloti, & myrtæ. Et ſi non ſufficiat, addantur narcotica prius extra, deinde in collyrio, deinde in clyſteribus, & deinde per hos, quod ſi peruenerit ad raſuram addas ſemẽ acetoſæ pulueriz atum. Et ſi ſit ex phlegmate ſalſo decoquãtur acorus, & capillus veneris ſiccus, & fœnugræcum, & ſpina ægyptiaca in aqua hordei, & cum aliis clyſterizetur, quòd ſi ad ſanguinem venerit, addas acatiam, ſanguinem draconis, lutum ſigillatum, & ſuccum plantaginis, uel conſolidæ, quod ſi peruenerit ad ulcerationem, adde adipem hircinum cum luto ſigillato. Si uero ad corroſionem, addas trochiſcum de arſenico, uel de ſtella, uel de charta. Vel clyſtere fiat ex luto ſigillato, & ſucco arnogloſſæ, quoniam eſt proprium, & ſecurius, uel ſuccus mori immaturi, & ipſum lutum cum ſucco prædicto poſt mundificationem detur. Et fiat clyſtere conſtrictiuum aliquod ex his, quæ ſequuntur. Clyſtere conferens dyſenteriæ, & ulceribus inteſtino rum confortans inteſtina, ne recipiãt effuſionem ſuperflui tatem acutarum a ſuperioribus membris reumatizantium, & ductus conſtringens, & conglutinans ulcera, & conſolidans. Recip. ſumach unc. ii. rizi torrefacti unc. i. bulliant in aqua pluuiali, deinde colentur, & colaturæ ſufficienti addantur ſucci mori immaturi, ſucci barbæ hircinæ, & ſucci teil, & portulacæ, ana unc. ii. caſei antiqui præparati, unc. s. uitellorum ouorum elixatorum in aceto. ii. terræ ſigillatæ, ſanguinis draco. pulueriz atorum, ana. unc. i. & eſt proprium, & mirabile, & eſt Ioannitii. Quòd ſi ex materia phlegmatica effuſa fuerit, decoquatur in aqua capi. ueneris, macis, ſpicæ, charabæ, & acori.

Deſcriptio compreſsiui, quod ante hoc oportet præmitti, confert ad omnia prædicta, & mundificat materiam & confert ad eam. Recip. pulpæ mirob. citri. unc. s. & rhabar. aſſati. ʒ. i. s. gummi arabi. aſſi. luti ſigillati, ſang. dra. ana. ʒ. i. torrefiant, myrobalani, & rhabar. parum, & diſſoluantur in aqua decoctionis ſe. ro. & galangæ, & alia addantur, & ſuccus plantaginis in quo ductus ſit lapis hematitis. unc. ii. Si aũt phlegma ſit ſalſum loco citrinorum ponantur chebuli, ſi melãcholicus humor ponãtur nigri emblici, & bellirici.

Clyſtere conferens dyſenteriæ, & excoriationi. Recip. corticum ſicci. granorum granatorum, gallarum, granorum ſumach, foliorum leuiſtici, & radicum leuiſtici, & radicum aloes, ana partes æquales. Coquantur in uino ſtyptico donec inſpiſſentur, deinde colentur, & terantur aliqui ex trochiſcis, ſcilicet de arſenico, uel de charta, uel ſtellæ, & cum oleo myrtino immittantur, & eſt Aboali.

Confectio trochiſci de charta ſecundũ eum. Reci. charte combuſtæ. ʒ. x. arſenici aduſti, & corticũ, æris aluminis, iameni, gallarum, calcis non extinctæ, ana. ʒ. xii. fiant ex eis trochiſci cum ſucco arnogloſſæ ponderis. ʒ. iiii. ex qua administretur pondus. ʒ. i.

Alius trochiſcus fortior ſecundum eum. Reci. calcis, & alchali, acatiæ, gallarum, & arſenici, ana & terantur cũ acето, & dimittantur aliquibus diebus & informẽtur trochiſ. & clyſterizeſ unus ex eis. ʒ. i. cum aqua arnogloſſæ pcedẽte clyſteri ex ſale, & aceto quod ꝓhibet ambulationẽ ulcerũ.

Clyſtere aliud ſecundum eum ad ulcera inteſtinorum cũ dolore uehementi adeo, ꝙ perducit ad ſyncopim, & ubi alia prædicta clyſteria non contulerint. Recip. aquæ chiſt, hordei, & rizi, adipis renum caprarũ, olei roſ. gũmi arabi. & ceruſſæ, & uitellus oui, conquaſſentur alia in luto uno, & ſi expedit adde parum opii, & adminiſtra.

Collyrium ad idem, quod præcedere debet clyſtere prædictum ſecundum eundem, & ualet ad teneſmum. Recip. myrrhæ, croci, thuris, opii, ana partes æquales, caſtorei partem. s. conficiãtur cum ſucco arnogloſſæ, & albumine oui, & ſi uis addas ceruſſæ partem tertiam: liga cum filo, & dimiſſum per horam extrahe ſuauiter, ne ſi dormiat experge fiat. Et dixit, medicinæ, quæ ſunt materia collyriorum, ſunt myrrha, thus, crocus, ſandaraca, alumen, litium, ſtyrax, caſtoreum cum adeſt, opium, lutum omne, & charta combuſta, ſanguis draconis, cornu cerui aduſtũ, & chimolea, cadmia, & laudanum, merdaſengi, & ſimilia. Quandoque ſunt neceſſaria attramenta, & arſenica.

Clyſtere aliud ad idem retẽtiuum Archidiaconi. Reci. panici excorticati, riſi, lẽtium excorticatarum, roſarum ſiccarum, balauſtiæ, copularum glandium, ana. M. i. omnia in lib. iii. aquæ coquantur donec ad tertiam redeant, & colentur, deinde ſumatur ceruſſæ, cineris papyri, aut iunci, an. ʒ. i. boli arme. ʒ. i. uitelli ouorum aſſatorum. ii. olei ro. ʒ. i. omnibus his in apozemate diſſolutis, clyſterizetur æger ſemel uel bis, & ualet fluxui uentris, raſuræ, & excoriationi inteſtinorum, & teneſmo. Item clyſtere expertum ex ſuc. oliuarum immaturarum, uel ſucco mori immaturi.

Clyſtere ſecundum intentionem noſtram, conferens fluxui uentris uitio inteſtinorum facta, & optime ſtringit, & uulnera inteſtinorum conſolidat. Recip. boli ar. hordei ex corticati, & torrefacti, ſang. drac. ceruſſæ, an. ʒ. iiii. ro. integrarum, papyri cõbuſti, acatiæ, ana. ʒ. iii. tragacanthi, gummi arabici, maluauiſci, ana. ʒ. i. ſucci portulacæ, ſucci plantaginis, uitelli ouorum, olei roſ. an. ʒ. i. s. fiat puluis, & clyſteriza. Suffuſ, micletæ, & bibũ gizir conferens ad fluxum uentri diarrhicum, & collyricam paſſionem, & teneſmũ, & egeſtionem ſanguinolentam ad raſuram, excoriationẽ, & ulcerationem inteſtinorum, anum confortat ſecundum omnem modum adminiſtrationis. Recip. miro. chebu. & indorum, an. ʒ. vii. belliricorum emblicorum, ana. ʒ. iiii. craſſe terrãtur, & cum oleo roſa. liniantur, uel leuiter approximentur, deinde ſumatur naſturtii, coſti, an. ʒ. v. cimini, ſeminis fœni. aniſi, ameos, carui, ana. ʒ. ii. omnia in aceto per diem & noctem infundantur, & poſtea in patella frigantur, deinde puluerizentur, & cum prædictis miſceantur, deinde ſumantur ramich, ſpodii, balauſtiæ, maſticis, boli ar. coſti, ſumach, gummi arab. ana. aur. i. terantur, & cribellentur, & cum prædictis incorporent, & totum cũ oleo liniant: dende cũ rob de citoniis conficiant, & in olla uiri di reponant. doſis eſt ab aur. ii. uſq; ad. iii. cũ aqua decoctionis myrtæ, & boni tẽperamẽti. probauimus & laudauimus.

Item pilulæ ante cibum. Recip. arillorum uuarum, corticum thuris, maſticis, hypociſthidos, acatiæ, macis, gummi arab. boli, & ſanguinis draco. ana partes æquales. Confice cum albumine ouorum. Informentur pilulæ, ſicut cicer cũ ſucco citoniorum da. iii. ante cibum.

Item alia confectio. Recip. litii, opii, ſtyra. thuris albi, myrtæ. cro. ana partes æquales. Confice cum albumine oui & informentur pilulæ ſicut prædictæ, de quibus dentur. iii. ante cibum proprie cum paſsio eſt in ſuperioribus. Et fiant collyria, & poſt horam extrahantur, ut dictum eſt ſupra, & proprie cum paſsio eſt in inferioribus.

Item ſuppoſitorium ad ſiſtendum fluxum uentris ſanguineum, & humoralem. Recip. aca. bedeguar, ana. ʒ. x. chartarum cõbuſ. ʒ. vii. ſang. dra. ceruſ. merdaſen. an. ʒ. iii. copularum gland. balauſt. an. ʒ. iiii. litii. ʒ. v. myrrhæ. ʒ. iiii. s. alchannæ. ʒ. ii. adde ſi uis opii. ʒ. iii. ſucci barbæ hircinæ. ʒ. iii. terantur, & cribellentur, deinde ſumantur gũmi, & thus. Et confice cum aqua ſpinarum humidarum, & fiat ſief longum, & inungatur cũ oleo ro. antiquo, & ponatur in anũ.

Item fiat emplaſtrum ad dyſenteriam, & fluxum ſanguinis. Recip. gummi ara. aſſi. myrtillorũ paruorũ aſſatorum, cornu cerui aſſi, maſticis, terebinthinæ, ſtyrac. liquidæ, an. unc. s. cimarum leuiſti. pulpæ citoniorũ, malorũ ſylueſtriũ, meſpilorum, ſorbarum, & pirorũ decoctorum in aqua ro. ana. unc. s. thuris, myrtæ, hypociſthidos, acatiæ, ſem. arnogloſſæ, ana. ʒ. iiii. boli arme. ſang. dra. terræ ſigillatæ, lapidis hematitis. ana. ʒ. ii. s. pulueris turturis aſſæ cum pluma in cacabo. unc. i. olei myrtini, ſtyracis calamitæ, & coræ, ana quod ſufficit. Et ſi uis adde medicinas confortantes ſtomachum, & emplaſtra totũ uentrẽ, & renes, & eſt expertum.

Item fomentum ad eos. Recip. radicis ulmi, filicum, meſpilorũ, ſorbarũ, myrtæ, citoniorũ, lentiſci, & caſtanearum, & pirorum, ana, bulliant in aqua pluuiali, & ſedeant in ea. Ad fluxum hepaticum calidum, & cholericum æruginoſum, uirulentum, & felleum, fiat epithima ſupra hepar. Reci. utriuſq; ſanda. ſpodii, ro. an. unc. s. ſuc. endi. ſucci citoniorũ, ana unc. iii. aquæ ro. aquæ portulacæ, ana quod ſufficit, fiat per modum epithematis uel ceroti, & eſt Demo-

Clyſtere amplum.

Clyſtere reſtrictiuum.

Puluis amplus.

Pilulæ ad idem.

Aliæ pilulæ ad idẽ.

Suppoſitorium ad idem.

Emplaſtrũ ad idem.

Fomentũ ad idem.

criti. Si tamen fit oppilatio in eius causa ponatur succus ab sinthii, uel cimæ eius, aut flores schinanthi, & spica, loco citoniorum, & proprium est, rhabarbari succus residentis in uino, uel succo ros. uel aqua lactis, secundum necessitatem

Syrupus ad idem. Item compressiuum ex rhabarbaro assо, succo citoniorum, & succo arnoglossæ cum aqua myrobalanorum, & ro. & si non sit oppilatio in eius causa.

Alius. Item syrupus. ℞. succi endi. aquę ros. ana. lib. ii. bulliant in eis granorum sumach, seminis ro. ribes, zarur, ana. ℥. s: zucchari, lib. i. & aromatizetur cum sandalis, spodii, ana. ℥. i. & aliqui addunt succum granatorum, & coriandrum, est sanus, & expertus, datus cum aqua pluuiali.

Ad fluxum uentris hepaticum ex ruptura uenæ portæ. ℞. succi consolidæ, succi plantaginis, succi caudæ equinæ, barbæ hircinæ, linguæ arietis, & portulacæ depuratorum, ana. lib. s. zucch. ro. lib. i. spodii, sang. drac. terræ sigillatæ, lapidis hæmatitis, ana drach. i. syrupentur, & colentur, & reseruentur, & dentur cum aqua pluuiali frigida in quantitate. unc. i. s. & est Gualterii, & sum expertus ipsum.

Alius fortior. Alius fortior secundum eum, & ualet proprie ad fluxũ F sanguinis per urinam ex ruptura uenæ portæ, uel fluxum sanguinis per urinam ex ruptura uenæ chilis. ℞. succi plan ta. succi radicis barbæ hircinæ, ana lib. i. consolidæ maioris, & minoris, & mediæ, pimpinellæ, uirgæ pastoris, & bursę, plantaginis, lenticularum, aquæ rostri porcini, linguæ arietis hepaticæ, herbæ uiol. ana. M. i. succi portulacæ, lib. s. florum boraginis, nenufaris, ana. ℥. ii. omnium sandalo. semi. arnoglossæ, mirtillorum, coralli albi, & rub. boli arme. tragacanthi, gummi ara. se. portulacarum. foliorum rosa. al. charabe, an. ℥. s. iuiubarum. xx. coriandri. unc. s. pulueris hæmatitis, spodii, sangu. draco. an. ℥. iii. hordei mundi excorticati, lib. i. zuc. lib. iii. Fiat syrupus cum aqua pluuiali, & clarificetur bene de quo sumatur mane, & sero cum aqua frigida prædicta. Quod si fluxus non esset, clysterizetur cum eo: & deinde applicetur uētosa supra hepar: & deinde hoc

Emplastrum ad idem. emplastrum ℞. omnium sandalorum, an. unc. i. charabæ, boli ar. lapidis hematitis, terræ sigillatæ, unc. i. sang. drac. gummi ara. tragacanthi, semi. portulacæ, plātaginis, & cum succo sanguinariæ, & succo barbę hircinæ, & aqua ro. ana. lib. s. Conficiatur emplastrum & ponatur actu frigidum. Et de tur patienti ad bibendum ter in hebdomada, succi plantaginis. unc. ii. in quo sit lapis hematitis ductus in coto.

Syrupus ad fluxũ hepaticũ. Syrupus ad fluxum hepaticum ex oppilatione, siue sit sanguineus, siue chilosus, siue cum apostemate, siue absque. Reci. endiniæ cũ radice chamepityos, eupatorii, calaméti, & polii, an. M. quinque radicum cõium, an. unc. s. fitici, cimarum schinanthi, ireos, florum absinthii, an. unc. s. cuscutæ, lupu. an. unc. i. laccę lotæ, ℥. iiii. zucchari, lib. i. aceti scilli tici. unc. ii. & est Philagrii, & ualet etiam si sit ex splenis, et aliorum uiscerum oppilatione, & si sit diuersorum colorũ. Expertus est, & sanus syrupus noster de absinthio, de eupatorio, de succo herbarum, & syrupus diarhodon, athanasia, & similia, ut theriaca, & mitridatum. Confectio trochisc. retinentium diarrhiam. ℞. granorum uuarum, myrtillorũ, granorum granatorum, & citoniorum, an. unc. s. balaustiæ, charabe, ana. ℥. iii. copularum glandium. ℥. i. masti, corticis thuris, ameos, cinnamomi, pontici, xyloaloes, macis, an. ℥. i. s. coriandri præparati. ℥. gummi arabi. alsi drach. ii. confice cum miua aromatica, des drachmam unam cum syrupo myrtino, uel uino pontico secundum necessitatem. Ad idem propria est confectio nostra de citonio. Confectio trochisc. de balaustiis, nimis conferentium diarrhææ, cum multum superfluit, siue sit sanguini admixta, siue non secundum descriptionem Alman. ℞. gallarum silueſtrium, se. tamarisci, olibani, balaustiarum. an. partes equales, opii, gummi ara. an. partem. s. informentur trochisci ponderis. ℥. cũ succo citonio. da. ii. cũ uino, si neq; calor affuerit, neq; feb. affuerit dabis cũ rob de citoniis acetosis. Dixit Archidiaconus pone sithias magnas in prora capitis sæpe in fluxu cerebrali, & confortat stomachum, & hepar. Item dixit, recipiat omni mane in ieiunio, masticis. ℥. i. cum aqua pluuiali in fluxu stomaticho, et liēterico, intestinorũ & stomachi. Item sanguinis draco. cum succo plantaginis influxu sanguineo uel mumia cũ succo consolidæ, uel caudæ equinæ.

Trochisc. ad diarrhiam.

Alii troc. ad idem.

Pilulæ ualentes contra fluxum ex debilitate retentiuæ E stomachi, et intestinorum. ℞. ros. granorum myrti, sumach, luti ar. an. partes æquales, conficiantur cum succo plantaginis, et da cum aqua decoctionis granatorum. Item dixit Abo. theriacæ nouæ, aur. s. cum aqua sumach, ualet ad hepaticum, & lotium. Confectio pilularum filii Zachariæ cohibentium fluxum membrorum, et cõfortantium, & cõferentium iuuamento magno si Deus noluerit. ℞. anisi aſſati, ℥. i. masticis, sumach, pilorum, leporis combustorum, balaustiarum, sanguinis draco. seminis citoniorum, ana. ℥. ii. ligni aloes. ℥. iii. leuistici, olibani, mādragoræ, terebinthinę rosarũ, ana. ℥. i. cõfice cum succo arnoglossæ. dosis est. ℥. iiii.

Gal. medicina magna sedans fluxum proprie qui sequitur causam frigiditatis membrorum. Et hic modus quãdo accidit uix separatur. ℞. cinnamo. ligni aloes, asari, macis, gario. anisi, carui, ameos, chamedryos, aristo. ro. sparagi, ana, confice cum syrupo de ligno aloes. Filius Zachariæ, fumigium restrictiuum. ℞. acatiæ, balaustiarum. ana. ℥. ii. coticum sorbarum. M. i. foliorum prunorum. M. iii. lapidũm molarium, uel laterum ignitorum extinctorum in aceto, in quo prædicta bullierint, & fumum per inferiorem partem recipiat. Item. Recip. aluminis, masti. gum. ara. sarcocollę styracis, an. & ponat super prunas, & recipiat fumum. Balneum expertorum iuuamentorum in fluxu uentris, confortans naturam, & sedans accidentia mala. Recip. foliorum pruni, cetrarię, balaustiarum, & foliorum ficus, & quercus, & corticis eius, sorbarum acerbarum, myrtę, lapidũ ignitorum omnium positorũ in aceto, post quod cum aqua pluuiali sufficienter bulliant, in quo balneent se secundum posse uirtutis, die & nocte, sedat enim cito fluxũ si deo placet.

Et iam uerificatum est q̃ uentosę post balneũ supra umbilicum sunt sublimes, & hinc inde etiam applicarę.

Dixit Humain, q̃ carnes pauonis assatæ stringũt, uel nõ assatæ, & inter alias carnes laudabiles dysentericis existunt. Dixit Auer. carnes perdicum assę elixę stringunt uentrem. Dixit quoque coagulatum leporis stringit fluxum, cuius causa ignoratur.

Syrupus expertus. Reci. succi plantaginis, suc. corregiolæ, consolidę, & uirgæ pastoris, sumach, barbę hirci. balaustiarum. ro. antheræ, foliorum myrthę. an. unc. i. bulliant in aqua pluuiali, & cum zuc. fiat syrupus. Et in pecia rara si uis bulliant masti. terræ sigillatæ. an. ℥. ii.

Gualterius inquit. si fluxus fuerit sine excoriatione fiat talis syrupus. Reci. rosa. ueterum siccarum. unc. iiii. uiol. balaust. myrtillo. an. unc. i. zuccha. lib. s. fiat syrupus de quo bibat bis uel ter in die, cum aqua pluuiali cum adest sitis.

Deinde dabis istam decoctionem. Recip. omnium mirobа. an. unc. i. pulueriz entur, & ponantur in lib. s. aquæ rosa. & stent sub diuo per unam noctem, & summo mane colentur, & detur colatura, & regatur, ut potionatus.

Si uero fuerit cum excorticatione, assentur myrob. cum ossibus suis, & utatur isto puluere. Recip. boli ar. gummi ara. alsi dragacanthi alsi. an. ℥. i. spodii, sang. dra. an. ℥. iii. pul nerizẽtur, & misceãtur, da. ℥. s. cũ sauich hordei omni die.

Si uero fluxus fuerit sine calore utat isto puluere. Recigar. unc. s. cinna. galãgæ, mac. mentæ siccæ, an. unc. s. xyloaloes. unc. iii. Fiat puluis de quo recipiat i principio comestionis in uino. Si uero fuerit cum calore, da istum puluerem. Recip. omnium sandal. myrtillorum, & sumach, ana. unc. s. boli ar. unc. i. sang. drac. spodii, psillii, assari, an. unc. s. Fiat puluis de quo recipiat cum syrupo myrtino, & in cibis. Si uero fluxus accidat pueris, & sine feb. ponatur spongia in aceto calido, & abstergatur isto puluere. Reci. boli armeni, masticis, thuris al. an. unc. i. spodii, sangui. drac. an. ii. actualiter calida applicetur super stomachum.

Secundum Ioannem Casamizulam. Recip. caseum uetерem, uitellum oui elixatum, florem tapsi barbasi, fricentur omnia simul supra testum, & comedat patiens addito semine myrtillorum, & plantaginis, de quo semine cum uitellis ouorum sumat puer.

Si autem fluxus cum tussi fuerit calida, tunc dabis syrupum de granis myrti maturis secundũ Abo. cũ aqua dragacanthi, uel diacodion, & coriandri. Si uero cum tussi frigida, dabis syrupum de capil. uene. ficcis, ameos, anisо assa-

to, gummi, dragacanthi, & caudis, cinnamomo pontico, macis, rosas cum zuccha. & cum aqua masticis detur.

Medicinæ compositæ ad tenesmum. Fiat secundum Richardum clysterе, in quo hordei bulliant fœnugræci, seminis maluæ, an. ℥. ii. deinde dissoluantur mellis ro. ℥. ii. & olei ros. qs sufficit, & fiat clysterе, si materia fuerit caliditati attinẽs. Si uero fuerit attinẽs frigiditati, fiat clysterе ex aqua furfu. bulliti cũ fœnugr., floribus chamæm. & melil. in qua dissoluantur mellis ro. ℥. ii. & cum oleo chamæmeli. se. famino, uel irino, uel nardino clysterizetur. Et si materia ualde uiscosa fuerit, addatur parum sal, & est Rabi Moysi.

Potio conferens tenesmo. Recipe micleti. ℥. i. dissolue in aqua pluuiali in qua resederint myroba. electi in specie eorum pro ut necessitas requirit, & da cum zuccharo rosato, lib. s. Et cum uolueris magis retinere materiam, sint assati myrobalani, & si magis, sint assati cum nucleis interioribus. Græcus, fomentum ad sedandum grauedinem & dolorem, & fluxum retinendum. Bulliant in aqua pluuia li florum chamæmillæ, meliloti, radicis althææ, fœnugræci, seminis maluæ, althææ, seminis lini, nucum cypressi, ana. unc. i. gallarum. unc. s. in qua aqua calida sedeat, & euaporetur cum ea. Cum uero exierit, prædicta in saccellis recluſa applicentur ano: mundificabunt enim, & sedabunt dolorem, & retinebunt fluentem materiam confortando & est Hualterii. Dixit circa instans, fac saccellum ex thymo, & origano, & bulliant in uino calabrensi, uel alio styptico, & bene calidum quantum tolerat applica ano, tolli statim tenesmum ex frigiditate factum probatum est. Et si ex caliditate fuerit, fiat ex sumach, myrto, malua, & bismalua decoctum in aqua rosata.

Confectio trochisc. ad tenesmum, qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit, & uentositas nociua secũdum Almanforem. ℞. seminis hyoscyami al. semi. anethi, fœnugræci, ana. ℥. v. ameos. ℥. ii. & s. opii. ℈. iii. seminis apii. ℥. x. fiant trochisc. aur. i. de quibus sumatur cum uino.

Confectio electarii de styrace secundum eundem confert fluxui uentris, & tenesmo, cum neque febris, neq; calor affuerit, sed aderit uentositas magna. ℞. castorei, opii aſſati, styracis liquidæ, myrtæ, seminis hyoscyami ru. thuris, ana partes æquales, mellis quod sufficit ad specierum conspersionem. dosis est a. ℥. ii. usque ad. iiii.

Item confectio emplastri ad hoc de styrace. ℞. cimini assati. ℥. ii. teratur, & confico cum styrace liquida, & applica super uentrem, sedat dolorem, stringit, & resoluit uentositatem. Clysterе constrictiuum ualde secundum eundẽ. ℞. panici excorticati, lentium, & risi excorticatorum, rosarum siccarum, balaustiarum, copularum glandium, ana. M. l. omnia in lib. iii. aquæ pluuialis bulliant, donec ad tertiam redeant, colẽtur, deinde sumatur ceruſſæ, cineris charte, papiri, balaustiarum, ana. ℥. i. boli armeni, drach. i. uitelli, oui assati. i. olei rosa. ℥. i. Ex his omnibus in prædicto apozimate fricando dissoluantur & clysterizentur, æger, sumat bis uel ter. Modus licinii secundum Alexandrum, quo utitur quando dolor sit fortis, & uigiliæ, & est mirabilis. ℞. croci, myrrhę, litii, olibani, ana partem unam: opii, partes. ii. fiat licinium de panno nouo, & torqueatur bene, & dissoluatur opium in uino. Et cum eo confice alias medicinas, & inuoluatur licinium medicamine, & ponatur, & clysterizetur cum eo in uulua ad fluxum sanguinis.

Confectio trochisci de alumine. ℞. gallarum aluminis, acatiæ, balaustiæ, corticis granati, succi hypocistidos, ana partes æquales, terantur & clysterizentur cum decoctione medianæ corticis glandium, balaustiarum, & rosarum.

Item. Recipe tapsi barbasi, & adde parum piperis, & coque in optimo uino acetoso, & calidum quantum tolerare poterit applicetur ano, ualet tenesmo, & egressione ani.

De hæmorrhoidibus, & medicinis eius. Cap. 5.

HAemorrhoides ab hæmorrhagia dictæ sunt, eo quòd ab eis plurimum sanguinis fluit, unde Gale. ait Hæmorrhoides sunt fluxus sanguinis ex ano, quem impossibile est esse sine apertione uenarum, quæ sunt in eo. Est enim anus foramen inferius positum, sub cauda expulsioni superfluitatum siccarum deseruiens, cui coniungitur extremitas intestinii recti, in quo est lacertus unus la-

titudinalis, sua cõtractione retinens ipsas pro uelle, & prohibens egressionem hora inconuenienti, & extenditur in egestione, necnon & capita uenarum quinque hæmorrhoidarum sunt in eius circuitu posita. Aegritudines ergo euenire possibiles sunt plures secundum pluralitatem eorum, quæ conueniunt in ipso. Et sunt hæmorrhoides, apostemata, rhagadiæ, fistulæ, ulcera, & mollificatio, quare egreditur intestinum rectum, quæ omnes sunt difficiles ad sanandum propterea quòd aggregantur in eo superflua, quorum est uia penetrans ad inferius in quo est situatus usque superius & est fortis sensus. quare quod descendit ad ipsum, dolorem adauget, & diminuit ipsum a quiete cum qua completur receptio iuuamenti medicinarum.

De diuisione hæmorrhoidarum. Diuiduntur autem hæmorrhoides dupliciter, ex parte eius quod Gale. dixit apertionem oris uenarum, quæ in ano sunt, quod denotat membrum, & a parte eius, quod dixit est fluxus sanguinis qui est accidens, scilicet à corpore exeuntis. Primo modo quadrupliciter. A parte speciei loci dispositionis, & finis, seu malitiæ. A parte speciei, nam

Hæmorrhoidarũ spẽs, & sufficientia. sunt eius tres species, scilicet uerrucales, morales, & uuales, seu ueficales. Verrucales sunt, quæ sunt similes uerrucis paruis. Vuales sunt latæ, rotundę, purpurei coloris, aut ad purpureitatem decliues, uel sicut ueficæ, & Morales sunt molles sanguineæ. A parte loci, quædam sunt extra manifestæ, quædam intus occultæ. A parte dispositionis nam quædam sunt a pertæ, quædam cæcæ. A parte finis, & malitiæ, nam deteriores, & nociuæ magis sunt uerrucales, & occultæ, & cæcæ, & proprie, quæ propinquiores sunt in suo situ cannæ uereti, quod est, quia quando hæmorrhoides apostemantur, oppilãt cursum urinæ. Et quæ sunt retro non nocent multum. Et à parte, si moderate mittant, uel minus debito, sunt minus malæ cęteris, si uero superflue, magis malæ. A parte eius quòd sunt fluxus sanguinis, triplex. s. materiæ, qualitatis, & quantitatis, & temporis, nam aut fluunt, seu emittunt moderatum sanguinem in quantitate secundum eius abundantiam in corpore apparentem ad eius expurgandas superfluitates secundum Hippo. & conuenienti qualitate, quia nigrum, & tempore, quia in consueto periodo. Aut econtra in omnibus, aut eorum aliquo, scilicet quantitate, uel qualitate, uel tẽpore. Primo modo talis fluxus dictus est a Gal. naturalis secundum formã quidem, scilicet consuetum, eo quod consuetudo est altera natura secũdũ Hip. Nec dicit ipsum simpliciter naturalẽ propter cãm inferius assignãdam. Secũdo modo innaturalis.

Sanguis frequentius de corpore humano fluens. Propter quod aduertendum, q̃ fluxus sanguinis qui de corpore hominis procedere consueuit, ut plurimum est triplex, Menstrualis, de Naribus, & Hæmorrhoidalis. Per uiriam, & intestina malus est, & per os etiam qualiscunq; sit, ut dixit Hippo. Menstrualem uero Gale. inter alios dixit naturalem absolute, de naribus similiter Isaac, de hæmorrhoidibus Hippe. bonum, & naturalem dixit cum conditione, si uidelicet niger exierit. Propter quod sciendum q̃ fluxus hæmorrhoidalis in homine naturaliter esse non debet, sed præter naturam, & accidentaliter tantum: homo enim cum sit naturaliter sanus suasq; perfectas operationes habeat, in ætate in qua ad finem peruenit augmenti existens, si debite regulatur, sanguinem talem aggregare non debet, maxime si sexus fuerit masculini, qui inter sexus magis exierit perfectus. Vnde nec hæmorrhoidarum fluxum, nec aliquam aliam secundum eũdem manifestam superfluitatem tertiæ, & quartæ digestionis debet habere, unde etiam sudor in eo præter naturam est, ut Theophilus inquit. In sexu autem fœminino, qui est imperfectus, cum fœmina sit masculus occasionatus secũdum Philosophum, quantuncunq; sanus debet habere euacuationem sanguinis ex sui lapsu multiplicati, sicut habent naturaliter menstrua ad expellendum crassum sanguinis. Et quia contingit aliquando (licet raro) subtilem sanguinem abundare in ea, superiora petens, statuit natura fluxum sanguinis narium, ut eo educeretur, uel ut illo deficiente expellatur per nares, ut Hip. dixit, cum ait in aphoris. Mulieri menstruis deficientibus sanguinem ex naribus fluere, bonum. Proinde Isaac dixit omnem fluxum sanguinis esse præter naturam, præter fluxum sanguinis narium, & menstruorum. Non ergo hæmor-

rhoidalis fuit necessarius ei,cũ sanguis crassus ipse melancholicus,menstruis educatur,sicut quandoq; econuerso cõtingit:igitur talis fluxus naturaliter in eo esse non potest, sed præter naturam, & accidentaliter tantum,inquantũ puta contingit à generatione, tempore,uel ætate,hominem in sua indiuiduitate labi a sanitate,& non fœminam tantũ, quæ ex suo sexu lapsa exierit.Quapropter contingit ipsum sanguinem in corpore melancholicum aggregari, quẽ naturam impellere est necessarium, ad id compulsam ad illas partes ani,ad quas sua grauedine tendit, ut inde extra corpus expellat.Sicut enim fœmina licet in suo sexu lapsa sit: potest tamen in sua indiuiduitate habere aliquã perfectionem,propter quam carebit menstruis, ut nihil uel parum habeat,sicut est uirago,ut Arist.ponit,& Aboa.si mas perfectus in se à sua perfectione,& generatione, tempore,uel ætate labi poterit,ut per eius hæmorrhoides fluat sanguis, & etiam mulier multo magis,cum sit in suo sexu lapsa:quare tantum in ea abundabit,tunc melancholicus sanguis, qꝫ ad eius completam mundificationem menstrua non sufficiunt si fluant,sed hæmorrohoidibus etiam suppleri oportet.Sic accidentaliter talis fluxus sanguinis hæmorrhoidalis,& præter naturam in homine, & nõ naturaliter esse potest.Consideratus autem ex se talis fluxus, & consuetus factus,quantum ad suas conditiones uariantes ipsum potest esse naturalis,& præter naturam,ut superius dictum est, sicut etiam fluxus sanguinis narium, & menstruorum, sicut uoluit Gale.Cum enim sint temperati in quantitate superflua,uel diminuta, uel qualitate,uel tempore, quia in consueto periodo,sunt naturales;cũ uero intemperati in quantitate superflua,uel diminuta,uel tempore, quia continuatio fuerit præter naturam. Sic fluxus menstruorum etiam ad intra qui dictus est a Gal.solus naturalis,cum prosit speciei & indiuiduo secundum tales conditiones dici potest naturalis & præter naturam. Ex quibus concludendum est fluxum sanguinis,menstruorum esse naturalem,& hæmorrhoidarum præter naturam, & ex narribus medium inter illos comparatione habita respectu corporis cui debentur & insunt.Sed inquãtum facti sunt consueti, & sic naturaliter,unusquisq; naturalis & præter naturã dici poterit suis conditionibus uariatis,ex quibus effectus utilis & inutilis potest sequi.Et si solutionem continui corpori inesse præsupponant,semper dum tamen cõsuetam sint formam conseruantes,illam paruam & nocuam sensibiliter præsupponunt,quæ corpori perfecte sano secundum Gale.põt inesse dummodo non illam præsupponit grandem, & innocuam sensibiliter,quia uirtutes,& operationes debilitãt manifeste,& proinde a Gal.tunc dictæ sunt præter naturam tantũ eo modo qui dictus est su pra.

Qualiter fluxus sanguinis mẽstrualis est naturalis, & hæmorrhoidalis non naturalis.

De causa earũ materiali.

Causa hæmorrhoidarum materialis diuersa est secundũ diuersitatem specierum. Nam est melancholia & sanguis melancholicus,ut plurimum,quorum melancholia, est uerrucalium causa: melancholicus uero sanguis moralium. Phlegma autem raro causa earum existit, & cholera rarissime,sursum petens propter leuitatem. Et dignus est, ut a phlegmate uesicales fiant,ad modum uesicarum uentriũ,pisciũ,& uuales medio modo inter has & illas existerẽt.Causa uero efficiẽs duplex est,principaliter operans,& coadiuuans.Prima est naturæ critice,uel symptomatice materiã illã ad partes inferiores transmittens. Coadiuuãs est grauitas humoris inclinans ipsum ad partes inferiores, membri debilitas recipientis,quia uilis,& caliditas eius, & dolor trahens si adsit,his enim in uenis ani materia multa aggregatur,quare necesse est eas repleri,& extendi, & dolere,proprie cum earũ orificia præ fortitudine obcæcentur & quandoq; aperiuntur,non tamen complete, quare parũ sanguinis,uel subtilis,& non perfecte fluit. Quandoq; aperiuntur quantum oportet,ut tantum quãtum abundat euacuetur,quãdoq; plus quam oportet,ut superfluũ effundat. Cã formalis & finalis est nota, quia ut expellantur nociua.

Efficiens.

De signis hæmorrhoidarũ.

Signa hæmorrhoidarum, quæ extra sunt, sensui in suis speciebus,& dispositionibus sunt manifesta. Quæ uero intra parum,per expresionem manifestãtur. Quæ uero multum, & grauedine,& dolore intus in ano percepto, maxime apud immisionem clysteris, & emisionem fæcum, & proprie scyballarum, & ex materia illarum proprie infectarum,& exitu eius post illas si apertæ fuerint.Si uero cæcæ,infectio nulla erit:nec etiam materiæ exitus post eas nisi forte alicuius maioris, & dolor fortior similis ei, qui est ex ulceribus ani, quare credunt multi habentes ulcera hæmorrhoides habere cum nõ habeant, sed ulcera tantum & conuerso.Quæ distinguit ab illis exitus saniei, & puris, & mordicatio percepta in ulcere apud emisionem fæcum etiam liquidarum.Et dum emittitur sanguis malus,corporis color melioratur,& pulchrior magis fit.Cum uero retinetur & bonus emittitur,mutatur color habẽtium hæmorrhoidas ad subrufedinem & uiriditatem, ut ponit Aboa. Cum uero malus emittitur,& deinde bonus, mutatur color ad citrinitatem,& deinde ad palloren. Et cum retinetur,& nihil emittunt,dolor in dorso erit,& grauitas in coxis,& cruribus,& inflammatio in lateribus, & gurgulatio in uentre. In cura hæmorrhoidarum duplex est regimen proprium,& commune. Commune quidem corpori toti debetur,& specibus earum communiter confert. Et est quinque res.Prima est humoris,& sanguinis adæquatio,& est ut sanguis melancholicus,& melancholia,& etiã phlegma abundans in uniuerso,euacuetur, & purgetur tempore apertionis earum,uel ante euacuationem sanguinis melancholici.hanc complent phlebotomiæ de saphena, proprie cum de interiori parte calcanei, & uenæ almabil: id est curuaturæ poplitis,purgationem humoris melancholici,& etiam phlegmatis detinentis sanguinem ne fluat ad extra,uel etiã cholerici uincentis in sanguine,quare superflue fluunt,complent præcedentia digestiua, & subsequentia pharmaca ipsorum expurgantia propria supra in cura icteritiæ nota. Fit autem in retentis,& cæcis cum aliquo acutorum,ut sunt gummarum species,& similia. In fluentibus uero cum aliquo pharmaco stypticorum,ut sunt myrobalani citrini,myrobala.bellirici,& similia.Secunda res est deriuatio quæ completur cum uentosis inter spatulas, quæ ad omnem materiam deriuandam simul conueniunt. Et si quidem uirtus debilis sit, sine scarificatione fiant. Si uero fortis cum scarificatione. Similiter quoque, & aliæ euacuationes antipasiuæ,etiam cum phlebotomia de basilica sinistra,uel dextra facta,& aliæ species deriuationis notæ,uel ad membrum,uel ad cutem communiter deriuantes,uel trahentes ad locum materiam in retentis,& cæcis. Tertia res est complexionis totius alteratio sanguinis, & humoris,ac hepatis,& splenis,quæ talem habent generare & multiplicare humorem. Regiminis quoque rectificatio ut talis materia in sanguine non ulterius aggregetur. Alterantia complexionem totius hepatis & splenis supra ubi de cura earum dictum est habuisti.

Rectificatio autem regiminis est, ut omnia melancholica etiam sanguinem adurentia ex cibis & potibus omittantur,ministrentur ea, proprie quæ habent bonum sanguinem generare,ipsumq; mundificare,quales sunt cibi ex panibus mundis & recentibus, & carnibus gallinarum proprie,& agnorum annualium, & hœdorum, uitulorum lactantium,ouorum,& hepatum gallinarum, & piscium petrinorum,& squamosorum, mediocrium, paruorum. Et ex herbis est borago,buglossa, & endiuia proprie: & aliis mundificantibus sanguinem,& potus boni uini albi, clari, odoriferi,maturi,mediocriter lymphati,& similia. Ex fructibus poma,& granata dulcia,amygdalæ,uua, ficus, bene maturæ,& similia,nisi solutio uentris, et fluxus plurimus adsit quo casu styptica in quam huius locum habent, uel prædicta eis admixta. Quarta res est uiarum, & ductuũ per quos sanguis a superioribus currit ad eas coarctatio, uel aperitio: completur autem cum stypticis epilepsiæ in dorso, & renibus, et aperitiuis notis. Quinta est naturæ lenificatio, ut fæces anum sua duritie non offendant, et doleant,quam complent cibi,et potus lenificantes, et medicinæ quas supra in cura colicæ,ex fæce sicca seriosius numerauimus,et in cura ulcerum intestinorum.

Proprium autem unicuique specierum debetur.Consistit autem in localibus remediis,quæ circa ipsas species,et dispositiones ipsarum ministrare oportet, quæ sunt multæ et diuersæ,ut superius dictum est.

Cura cæcarum repletarum.

Aut enim sunt repletæ, & cæcæ quas oportet festinanter aperire,ac ingeniari,ut ex eius apertione retẽtus paulatim effluat sanguis quantum posibile est, donec debilitatus appareat,& ex nigredine mutetur in colorem rubeum clarum:in sanguine enim fluente tali ex ano, & ex hæmorrhoidibus est iuuamentum:sedatur enim in eis mox dolor, & fit securitas ab herpete estiomeno,epilepsia, melancholia,& mania,erysipelate miliari,excoriatione,cãcro,lepra, phrenesi,pleuresi,& peripneumonia. Et quando retinetur sanguis ex eis currere consuetus, timetur aliqua earum ægritudinum, & hydropisis.Et propter corruptionem complexionis,& multitudinem,& malitiam sanguinis, & timetur phthisis, & dolor pulmonis propter expulsionem sanguinis mali ad ipsum cum repletione extendente, & frangente uenas sua multitudine, & sua acuitate ulcerantis.

Nimis apertarum.

Aut sunt apertæ nimis,quas ne multus,& superfluus exeat sanguis ad irreparabilem defectionem adducens, oportet claudere,& sanguinem restringere,& retinere, & hoc cũ defectio inceperit apparere: est enim cõmune signum nos ad restrictionem inuitans in omni fluxu,non solum critico sed etiam symptomatico,ut Aboa.dixit. In superfluo enim sanguinis fluxu spiritus deficere consueuerunt. dixit Gal. calor naturalis diminui, & etiam resumptionibus uentres humectari,digestio hepatis, & aliorum membrorum debilitari,quia sanguis minuitur,& aquositas augmentatur, & sic hydropẽ fieri est necesse,& ut plurimum sequi mors.

Eminentium.

Aut sunt eminentes,& apparentes extra atque pendentes,& plures, quas incidere oportet, ut cadant: & deinde cauterizare ad retentionem sanguinis incisionis.

Dolentiũ.

Aut sunt dolentes,quarum oportet sedare dolorem, ne ad resolutionem adducant, & materiam magis prouocent ad currendum,& apostemandum, quæ omnia complere oportet cum medicinis simplicibus,& compositis propriis, & expertis,intus & extra approximatis, & per omnẽ modum cum proprio ingenio,quod subiungemus statim.

Si ergo plenæ sunt,tumentes, & cæcæ in aperiendo eas dupliciter ingeniari oportet.Primo, ut leniantur cum balneis fomentis,& sesionibus in aquis dulcibus decoctionis maluarum,mercurialis,brancæ ursinæ,meliloti, radicis althææ,& aliorum habentium uirtutem subtiliatiuam cutis, sunt ruta,& uechuen.Et ex illis sunt pinguedines gibbi cameli,& adipis anatis,galli,uulpis,lupi,leonis,& ursi, quæ mollificando,& resoluendo attenuant,& medullæ cerui,& olea,ut est oleum nucum,amygdalarum amararum, de persicis,& de chrysomilis,& bdellium dissolutũ in eorum aliquo,uel uino. Secundo oportet,ut cutis subtiliata, & mollificata aperiatur,primo cum frictione cum foliis parietariæ fici,uel panno aspero,si fuerint apparentes, suauiter aperit,& occultas ad propatulum trahit,ad quod adiuuat fithia magna applicata ano,& cum coniunctione ex felle bouino,uel succo atthalei,& foliorum ficus, & melle anacardino,cum emplastris ex cepe contrito, sicut ex emplastro, uel cum aliquo lacticiniorum, ut est brionia, anabula, & similia. Et cum staphisagria, & stercore columbino, & cantharidibus, cũ succo flammulæ,quoniam est præstantis iuuamenti.Et emplastrum de aspalto, & chalbano est proprium:& expertum est:sicut granum arsenici sublimati superligatum.Caue tamen,quia est uehementis acuitatis, & profundationis,ne diutius immoretur. Et cerotũ balneantium quod gallicatum,quod fit ex calce,arsenico, & aliis, quæ diximus in aperitione apostematum mammillarum, & ubi patiens non abhorret magis proprie,& secure tolerabilius fit earum aperitio cum appositione sanguisugarũ, quæ sint totidem numero quot sunt apparentes, uel cum phlebotomi incisione. Quod si occultæ fuerit nec posint trahi extra,cum ebibitis aperiantur, & collyriis longis. Cum ebibitis quidem,ut sunt pilulæ de aloe proprie, & radix ireos, & cum collyriis confectis ex pulpa colocynthidis, drach.iii.& oleo amygdalarum amararum, drach. iiii.ex quibus fiunt licinia longa donec locum earum attingant,& similiter collyriũ factũ ex pane porcino, & radice brioniæ, & alscebrã, & felle bouino, & cum dolor ex eis fortior fit, extrahantur, & licinium oleo rosaceo inuncto mittatur.

De medicinis claudentibus hæmorrhoidas.

Si uero apertæ sint minus debito,supplebimus cum prædictis aperitiuis,uel cum phlebotomia saphenæ educente quantum sufficiens fuerit. Si autem nimis apertæ ingeniabimus ipsas claudere, & sanguinem retinere cum ebibitis pluribus,collyriis,& emplastris,fomẽtationibus, fumigiis ligaturiis,& cauteriis.Cum ebibitis quidem dando sauich hordei cum spodio,& luto,& alias species luti,sanguinem draco.& alia restringentia sanguinẽ ex his, quæ dicta sunt supra in cura intestinorum,& scoria ferri sumpta cum antiquo uino est propria, & pilulæ de bdellio,quorũ iuuamentum in hæmorrhodibus habentibus periodum est manifestum,& maius quam in non habentibus illas, & cum puluere ex prædictis, & puluere dicto supra in cura fluxus sanguinis ex sphicteri, & similibus, & collyriis factis ex his, quæ dicta fuerunt in tenesmi cura.

De emplastris ad idẽ.

Et ex emplastris,emplastrum est de taxo barbasso in uino pontico,& contrito,& mixto cũ albumine oui, & gallarum puluere,& aliis glutinantibus notis, & generantibus carnem,ut est mastix,thus album cum cerussa, & similia,ut radix pentaphylon decocta,& emplastrata. Et ex fomentationibus in quibus sedere oportet, est fomentum cũ aqua ferri,uel aluminis in qua sunt decoctæ gallæ,balaustiæ & similia,& quandoqne decoquantur in aceto puro uel mixto illis. Et ex fumigiis exiccantibus & claudentibus eas est,fumigiũ ex pice,& puluere thuris,quod est fortis exiccationis,& sandaracha,styrace sicca,sulfure,& colophonia & solatro, Et propria est fumigatio cum oleo calciamenti siccato,sed oportet,ut addatur cortex thuris, & ipsum thus,ut mitiget fœtorẽ,& ex illis est baurach, tamariscus, semen eius,nigella,& myrrha,florum carubarum, & similia.Et ingenia in occultis cum traiectorio immisso in ano, ut fumus perueniat ad eas, uel cum uase perforato super quo sedeat,& recipiat fumum in ano. Et ligaturæ quidem oportet, ut fiant cum filo de serico,uel lini, uel pilis capitis,uel caudæ equi,& dimittantur donec per se cadant.

De cauterio.

Cauteria autẽ oportet, quod cum candela approximentur,& meliora sunt potentialia,quã actualia,propter membri sensibilitatem,& illa proprie, quæ sunt ex pharmacis causticis, qualia sunt calcanthum, æs ustum, arsenicum, calcis,& similia, & quæ à proprietate operantur, quæ supra in cura fluxus narium habuisti,licet actualia sunt aliter meliora, ut in cura dicentur arteticæ, & eo proprie, quia possunt applicari,ita quòd aliqua dimittantur aperta. Et si cum hoc plures numero fuerint, & eminentes extra, atq; pendentes:ingeniari oportet,ut exiccentur prædicto modo,& retrahantur per se,aut oportet illas incidere, & cauterizare,ut cadant,uel corrodere, deinde sanguinem retinere. In incisione,& cauterizatione oportet primum attendere Hippo.præceptum,ut si incidantur uel cauterizentur,quòd altera sit derelicta aperta,uel aperitioni apta, incisæ enim, et cauterizatæ per naturam non sunt post consolidationem aptæ apertioni, quare sanguis qui effluere consueuit, fluere solito more non poterit, ex cuius retentione timendum est hydropem fieri,aut maniam,aut phthisim:expedit ergo,ut sic incidas uel cauterizes, quod unam dimittas apertam per quam sanguis exire temperate solitus, educatur.

6.aph. 12

De ingenio incisionis hæmorrhoidarum.

Ingenium autem incisionis est,ut una post aliam incidatur, & non simul omnes, & leuius est, et securius cum ligatura ex prædictis cedente in radice earum, dimissa donec per se cadet,quæ si non ceciderit,abscindatur cum acutisimo ferro,uel corrodant: uel abscindatur prius, deinde cauterizetur, et exiccetur, ut sanguis restringatur, et cauterizatio cum medicinis causticis est securior, et hoc in apparẽtibus erit facile.In occultis interius ualde, oportet ut extrahantur si est posibile,deinde ligetur, & post ligamentum abscindatur, sed si præmittantur phlebotomia basilicæ inter ligaturam,et incisionem, erit optimum, et hoc cum uentosis magnis cum igne appositis super anum, et dimisis una hora,donec tumescant, et non redeant, et tunc retinetur cum instrumento extractionis,ut nõ redeat deinde ligetur uelociter,et dimittatur exterius. Et quandoque fit cum medicinis extrahentibus, sicut si sumatur succus centaureæ,et anethi humidi,et staphisagriæ, et liniatur

De phlebotomia

anus, uel adminiſtretur nitrum, & fel tauri, uel piper, & nitrum, & buchormariem cum ſtaphiſagria. Et corroſio quidem fit ſi liniatur cum myrrha confecta cum aqua ſiliquæ numidæ, in qua ſit lana infuſa, & ſuperpoſita ano, & etiã ſi fricetur ex ea quandoq; deſtruit eas, & proprie uerrucales, & fit cum aliis corrodentibus multis, quæ nota ſunt.

De medicinis ſanguinem retinẽtibus. Puluis ad idem utilis.

De his autem quæ retinent fluentem ſanguinem meliora ſunt ſtyptica conglutinantia, & ſigillantia, quàm cauterizantia. Et cauterizantia potentialia ſunt actualibus meliora, licet in aliis exterioribus membris ſint actualia meliora, ut dixit Alchindus, ex quibus eſt aramentum, & ſimilia, & puluis ex aloe, thure, ſanguine draco, balauſtiis, & ſief memithe puluerizatis & ligatis, ligatura forti, & de illis eſt tela aranеæ cum albumine oui, quoniã retinet curſum ſanguinis, & prohibet apoſtemari uulnera, & puluis. G. ſuperaſperſus & poſitus ſuper uulnera qui Recip. pilos leporis, & puluеris thuris, ſanguinis draconis ana partes æquales, uitrioli, floris æris ana partem. s. ligentur fortiter donec cadant per ſe, & ſigilletur, & alia reſtrictiua ſtyptica leuiora. Quòd ſi nihil confert, coquantur cum cotto ſubmerſo in oleo calido feruente, deinde puluerizentur, & retinebitur ſanguis, & ex illis ſunt aquæ ſtypticæ, uel unum in quibus decocta ſunt ſtyptica prædicta. Et ex eis, quæ bibuntur ad illud ſunt trifera minor, in qua mixta eſt ſcoria ferri infuſa in aceto, per hebdomadam à qua coletur acetum, & frigatur in ſartagine, deinde teratur, ſicut alcohol, & bibatur, & eſt confectio de ſcoria ferri nota, & confert micletum, & hic modus eſt ſecurus.

Si uero doleant fortiter ex medicinarum acumine, uel inciſione uel ligatura embrocentur, ſedeat in aquis ſeminis lini, fœnugræci, althææ, meliloti, & chamæmillæ: & eua poretur cum ſpongia infuſa in aceto, & emplaſtretur cum eorum ſubſtantia, & uitello oui: deinde ungatur cum oleo lini, uel de nucleis ceraſorum, perſicorum, uel chryſomilorum, uel ceroto ex cancro fluuiali, hyſſopo humida, adipe renum caprarum, & ceroto albo. Et ubi ex dolore timetur apoſtema ſuccurrẽdum eſt cum cæpe, aut porro elixato & confecto cum butyro in aqua decoctionis rerum ſtipticarum cum aceto, deinde ligentur cum incarnatiuis fortiter ita ut apoſtementur. Et ex ſedantibus dolorem eſt, ut ſumatur ſagapenum, & bdellium ſubalbidum, caſtoreũ, & opiũ & crocũ, facto ex eis licinio, & licinium ex radice nenupharis, & cum uides anum apoſtematum & dolere fortiter ex huiuſmodi medicinis, tunc neceſſarium eſt, ut ſumantur chamæmilla, melilotum, & parum croci, & terãtur, & conficiantur cum mucilagine ſeminis lini triplicato, & emplaſtra encatiſma, & ex eis, deinde emplaſtrabis de pane, uitello oui, & oleo prius ſuffumigato cũ bdellio, & adipe gibbi cameli. Et cum fuerint hæmorrhoides abſque dolore, tumore, apoſtemate, & multa apertione, non erit tunc multa neceſsitas curationis, earum enim curatio quandoque perducit ad fiſtulas, apoſtemata, & rhagadias.

Suffumigatio ad hæmorrhoidas.

Medicamen Gabri. quo ſuffumigatio fit ad hæmorohoidas. ℞. radicis capparis, oleandri, radicis apii, & alba mali aniudẽ, lilii, fructus tamariſci, ana partes æquales, terantur & conficiantur cum oleo ſeſami. & fiant trochiſci. ʒ. i. ſumatur ſtercus cameli, & comburatur & ponatur ſuper ipſum rotellus perforatus, & ſedeat ſuper ipſum infirmus mane, & ueſpere, donec exiccentur, & cadant.

Aliud ſuffumigium ad habentes exituram in hæmorrhoidibus ſecundum Alexan drum. ℞. ſinapis albi, uenarum tinctorium, radicis capparis, radicum colocinthidis, radicis armel, calcis tinctorũ, uſneæ, ſe minis maratri, ſarcocollæ, ana partes æquales, terantur, & colentur cum eis.

Potio ad fluxum hæmorrhoidarum.

Ad hæmorrhoidas cum aſſellat ſanguinem ſemper ſecundum filium Serapionis, fiat potio. ℞. tabel ferri, ſeminis porri, ſeminis ameos, ana ʒ, ii. fructus capparis ficci. ʒ. iii. terantur & cribellentur, & fit potio eius pondus. ʒ. ii. cum aqua porri quantitatis. ʒ. i. & aquæ calidæ pondus. ʒ. ii. & confert in aquis, in quibus decocta ſunt ſtyptica, & pilulæ de quinque generibus, & myroba, ʒ. x. limaciarum cõbuſtarum, & charabe, ana. ʒ. iii. giezi. ʒ. ii. bdellii. ʒ. xx. Confice cum uino. da. vii. Confectio Raſis ad hæmorrhoidas, & uulnera magna inteſtinorum. ℞. ſeminis lini, ʒ. x. granorũ ni-

Cõfectio ad hæmorrhoidas.

gellæ. ʒ. v. in al. xv. bdellii. ʒ. vii. thuris, maſ. ciperi, ameos, ana. ʒ. ii. s. ſandarach. de chei. ʒ. ii. s. terantur, & dentur. in potu. ʒ. iii. cum aqua. Confectio medicaminis ſecundum eum ſedantis dolorem. ℞. olei nucleorum chryſomilorũ. ʒ. x. ſtyracis liquidæ. ʒ. i. bdellii. ʒ. ii. diſſoluãtur in eo, & ungantur. Confectio emplaſtri ſedantis dolorem hæmorrhoidarum apoſtemoſarum, & apoſtema ani. Elixetur cæpe, & conficiatur cum butyro uaccino, & emplaſtretur cum eo: eſt enim ualde utile, & fit cæpe album. Clyſtere fiat de ſuco porri, & butyro ſecundum Iſaac. Secundum Hibernicum, gummi hederæ diſtemperatum cum ſucco tapſi barbaſi, & inunctum exiccat hæmorrhoidas, & ſuffumigatur cum ſpongia marina. Et cinis factus de radice cucumeris agreſtis, & filicum, & acori ſuperpoſitus exiccat eas præcedente lotione cum uino ſtyptico, & cerotum ex ceruſſa cum oleo roſato, & litio ſedat dolorem, & conſolidat. Ad idem concaua panem porcinum, & repleꝫ ipſum oleo, & fac bullire bene, deinde inunge uel emplaſtra cum eo, retinet ſtatim ſanguinem, & ſedat dolorem.

Antidotum ualens ad interiores de frigido humore ſecundum Iſaac. ℞. carui, lib. i. aniſi, aſari, ana. ʒ. vi. coſti, cinnamomi, galangæ, gingi. ana drach. v. pyrethri polypodii, acori, an. ʒ. iii. fac puluerem. adde mel, & dabis bis in die in modum auellanæ.

Cerotum ad dolorem hæmorrhoidarum, tumorem, & duritiem. Rec. ſucci radicis ſerpentariæ, olei perſicorum, uel chryſomilorum, uel lini, axungiæ gallinæ, uel anatis, & parum ceræ, & ſubiunge. Deſcriptio pilularum de ſandara ſecũdum Aboali retinentium ſanguinem hæmorrhoidarum ſuperfluẽtium. ℞. ſandarachæ, corticum uuorum uſtorum, fumitterræ, ſeminis porri, ana partes æquales, ſalis armoniaci partem. s. ſcoriæ ferri, partes. iii. fiant ex eis pilulę ſicut nabac, doſis earum eſt in mane a v. uſque ad vii. & commouent coitum.

De cura rhagadiarum.

De apoſtematibus ani, & medicinis eorundem. Cap. 6.

Apoſtemata ani ſunt nota, diſtinguuntur uero quantum ad fiendi modum, & quantum ad cauſas materiales. Primo modo: nam de eis ſunt quædam per ſe incipientia, quędam facta propter dolorem hæmorrhoidarum, aut propter inciſiones ipſarum, & acuitates medicinarum approximatarum illis. Secundo modo, nam ex illis, quædam ſunt phlegmatica, uel melancholica ſine dolore acuto, quædam phlegmonica, & eryſipelata cũ dolore acuto, & ſunt plurimum propter cholerã quæ apta eſt trahi ad ipſum, & cum conſueta egeſtione deſcendente & hæc omnia ſunt manifeſta.

De diuerſis apoſtematibus.

Cura eorum duplex eſt: generalis & ſpecialis. Generalis eſt duæ res, euacuatio, ſcilicet totius & partis. Euacuatio uero totius completur cum phlebotomiis, uel pharmaciis cum præceſsione digeſtiuorum. Sint autem pharmaca ex leuibus quæ materiam non agitent, & uehementer attrahant ad paſsionis locum. Et cum regimine ſubtiliatiuo diminuente materiam, ne fluat ſuperfluens, & repleat magis, & lenitiuo naturæ, & breuiter uniuerſale regimen præceſsit in cura hæmorrhoidarum ipſum cõplet. Euacuatio partis tripliciter fit, per pulſum, tractũ, & tranſmiſſum.

Specialis eſt ſecundum diuerſas ſpecies ipſorum uaria, & diuerſa, ſiquidem apoſtema fuerit phlegmonicum, ſiue incipiens, ſiue factum, præmittatur phlebotomia baſilicæ, deinde ſaphenæ, corpus totum & hepar cum frigidis alteretur notis. Et regimen ſubtile ſit ad frigiditatem, & lenitatem decliue, deinde circa apoſtema particulariter operare. Et primo ſtyptica miniſtrentur, & frigidiſsima ſi materia adhuc fluit, qualia ſunt albumen oui conquaſſatum cum oleo roſato, quod cum lenirate ſedat dolorem qui eius eſt cauſa fortaſsis repellit materiam, aut ex uitello ouorum tritorum cum memithe, deinde cum pertrãſierit principium, adminiſtrentur ſedantia, dolorem lenientia, & reſoluentia temperata, qualia ſunt chamæmilla, melilotum, fœnugræcum, ſemen lini, cerebrum anatis cum eis, & alia ſuperius dicta in præcedenti capitulo. Et emplaſtrum de cæpe, uel porro decocto, & contrito cum butyro, & ſiquidem reſoluantur perfecte, bene quidem. Si uero maneat adhuc repletio, applicentur ſanguiſugę, quoniam eradicabunt eam, quòd ſi non eradicetur, & uenerit ad exituram oportet perforare, & aperire ſaltem phlebotomo ante maturationem, ne putredo extendatur uerſus profundum, & fiſtulam faciat, ut Hippo. dixit. Et ſiquidem fuerit cholericum addes fortiora, non tamẽ multũ, quia inimicantur ano, ut Hip. dixit. Et ſiquidẽ ſit phlegmaticũ, uel melancholicum curetur, prout dictũ eſt ſupra cap. de teneſmo. & ex expertis eſt ſuccus ſcabioſæ ſumptus, & ipſa emplaſtrata frangit, & ſanat, & naſturtium aperit, & maturat.

De medicinis rhagadiarum ani. Cap. 7.

Rhagadiæ ſunt fiſſuræ euenientes ano, & ſunt plurimum longitudinales in circuitu eius currentes pro ut muſculus latitudinalis procedit propter eius dilatationem. Et cauſa earum eſt duplex, interior, & exterior. Interior eſt mala complexio ſicca cõtrahens partes eius, quare ſeparantur, & quandoque caliditati, quandoque frigiditati eſt iuncta cum materia, ut plurimum. Et quandoq; ſunt à fæce eraſa, & ſicca: & quandoque propter aliam cauſam, puta, & apoſtemata calida, & ſicca, & quandoque propter hæmorrhoidas, quæ ſcindũtur naturaliter propter fortitudinem expulſionis ſanguinis in orificiis uenarũ ani. Exterior eſt multiplex, & plurimum eſt propter abſterſionem ani in feceſsibus cum de re dura, puta lapide acuto, aut re ſcindente hæmorrhoidas, et apoſtema eius, ut eſt phlebotomus, pharmaca cauſtica, & ſimilia.

Cura rhagadiarũ eſt tres res, Prima eſt cauſæ abſciſsio. Secunda partium fiſſuram conglutinatio. Tertia eſt regimen, & cibatio. Primam rem complent diuerſa medicamina ſecundum diuerſitatem cauſarum. Si ergo cauſa ſit mala complexio ſicca, alteretur cum humidis lenitiuis, & lubricantibus temperatis, ſumptis, & inunctis proprie, qualia ſunt aquæ, & iura carnium temperatarum & foliorum, ut maluarum, boraginũ, bugloſſarum, & pinguedines gallinæ, anatis, & medullæ, ut crurium aſini, & uituli, & mucilagines, ut fœnugræci, ſeminis lini, frumenti, ſcilicet amyli, & olea, ut amygdalarum dulcium, & ſeſaminum, & hyſſopus humida: uel calidis, ut eſt ius galli antiqui, ius ſerpentis, anatis, & anſeris, & medullæ lupi, canis, leonis, capræ, urſi, lupi, & uulpis, & pinguedines ipſorum, & mucilago radicis ireos, & ſcabioſæ contritæ, & expreſſæ, & ſimilium, & oleo de lilio, de nuce Indica, & uulpinũ. Vel frigidis, ut eſt ius & aqua atriplicis, ſpinachiarũ, lactucæ uiol. & ſimiliũ, & carnium hœdorum, & uitulorum, & mucilago pſilii, & althææ, & ſeminum citoniorũ, & lac mulieris, & papaueris albi, & ſeminum melonũ, & cucurbitæ, & pinguedo porci, & capræ, & medullæ eorum, & olea de uiolis, roſarum, nenuphare, & alchechengi, & prout cauſa requirit. Et ſimiliter ſi ſint ex fæce craſſa, & ſicca: & ſi ſit cum materia mala complexio, quæ ſit ueniens deſuper purgetur cum aloe totum, uel pilulis eius, & regimen corrigatur. Et ſi fuerit retenta ibi, fixuris ani ſanguiſugæ applicentur, ut materiam iam fluxam educant, & ſunt efficaciſsimæ in fixuris omnibus ani, & labiorum: & ſi ſint ab apoſtematibus, curentur prius apoſtemata, ut dictum eſt. Similiter ſi ſint propter hæmorrhoidas, curentur hæmorrhoidæ, & euacuetur repletio corporis & dolor: & caliditas ani ſedetur, ut corpus & membra non ſint in mittendo auida, & trahendo, nec ſub dominio materiæ facientis ægritudinem in illo membro. ſ. ano poſita: & ſi cauſa exterior ſit, auferatur. Secundã rem complent duæ res. Prima eſt frictiones aſperæ donec partium ſciſſarum, & labiorum earum ſuperficies excoriẽtur, & ſanguinolentur, & fit cum aſpera frictione prædicto rum multa, & proprie cum foliis ficorum. Secunda eſt poſt ipſarum abraſionem, & ſanguinolentationem, ut conglutinantia miniſtrentur, & incarnantia nota, & ultimo ſigillamus: ex appropriatis, & ex expertis ſunt fæx aramenti, & alia quæ in cura ulcerum dicemus, prout miniſtrabit pius, & miſericors Dominus. Tertia res completur, per abſtinẽtiam à ſtypticis, ſiccis, & acetoſis, & acutis, & ſalſis, & uſum in principio omnium lenientium dictorum, & lubricãtium ex cibis, ex quibus ſunt uitella ouorum, & amylum, et auellanæ, penidii, & ſimilia, & potibus uini albi dulcis maturi, & aquæ hordei, & iuiubarum, & granatorum dulcium & pomorum, et ſimilium. Et ex medicinis, ex quibus fortis eſt confectio de uitellis ouorum, cępe, butyro uaccino, & oleo, et ultimo cum glutinantibus quæ ſunt nota.

De cura fiſtularum ani.

De medicinis fiſtularum ani. Cap. 8.

Fiſtulæ in ano ſunt ulcera profunda oblonga, et concaua, ſtricta: in eo emittentia putredinem quaſi continue, ad quod adiuuat ſuperfluitatum corporis miſſio ad ipſum ordinata. Et earum quædam ſunt non penetrantes, et ſunt incolumiores, et quædam penetrantes uſq; ad inteſtinum rectum, et ſunt deteriores, et quandoque habent orificium unum, quandoq; plura, et illæ quæ ſunt propinquæ concauitati introitus, et remotæ à lacerto latitudinali ſunt incolumiores, quoniam lacertus eſt ſaluus à nocumento pro maiori parte: nec in cura oportet, ut lædatur inciſione uel corroſione medicinarum expedientium, et deſtruatur tota retentio eius, et perducat ad egreſsionem ſtercoris præter uoluntatem, et quia eſt continuus cum uenis, inde fit in eis timor. Et cauſa ex qua generantur eſt quandoq; ab apoſtemate ani dubelati diu permanente non perforato, ſicut prædictum eſt: quandoq; ab hæmorrhoidibus inciſis, et corroſis, quandoq; ab ulceribus prolongatis et profundatis. Signa fiſtularum ſunt prolongatio ulcerum et longitudo temporis ipſorum cum impoſsibilitate deſiccandi, et conglutinandi ea: et ſi conſolidari uideãtur non permanent, ſed potius poſt. iiii. uel. viii. dies, uel menſem redeunt. Et penetrantes a non penetrantibus diſtinguuntur remiſſo intus in anum, tenta per orificium ulceris immittatur: et ſiquidem ad digitum peruenĭat, ut eum tangat, erit penetrans: ſi uero non tangat digitum immediate, erit non penetrans. Præterea ſi penetrans ſit, fœcis aliquid ſe ceſſu emittet per ulcus, ſi uero nihil, non penetrans erit, et ſi declinent concauitati introitus, uel ad lacertũ ſenſu dignoſcuntur. Cura fiſtularum ani eſt talis. nam ſi non penetrantes ſint, et curſus putredinis non fuerit plurimus, neque fœtor fortis, dimittãtur: ſolum autem cõmotum fieri neceſſarium eſt. i. mundificationem ipſarum cum abluentibus, abſtergentibus, et mundificantibus ulcera, quæ nota ſunt in ſuperioribus, ubi de cura ulcerum actum eſt, et infra ſectione ſecunda, hic enim eſt cura ipſarum, et præuiſio præſeruat enim ne profundẽtur, et lædatur interiora nobilia, et circunſtantia membra, earũ reſtrictio cauſa eſt plurimarum ægritudinum, et mortis quãdoque, ſi materia, quæ inde fluere cõſueuit nõ prohibeatur debito regimine multiplicari, uel multiplicata non aliter expurgetur. Si uero putredinis, et fœtor fuerint tædiates, illas curare oportet.

Et cura eorũ eſt quinque res. Prima eſt corporis totius euacuatio, et rectificatio, prout in præcedentibus capitulis dictum eſt. Secunda eſt remotio corruptionis, et putredinis, non ſolum humiditatis, ſed etiam carnis mortuæ in eis apparentis uſque ad radicem et carnem uiuam. Tertia eſt carnem bonam loco remotæ, et inciſæ, regenerare, et inducere, ſeu ſigillare, et callo ſam reddere. Quarta eſt dolorem interuenientem ſedare. Quinta eſt regimen debitũ ordinare. Primam rem complentia ex præcedentibus nota ſunt. Secundam rem complent, quæ humiditatem mundificant, et abſtergunt putridam, ut eſt aqua mellis, uel uinũ in quo mel roſatum eſt diſſolutum imminſſum cum tẽta, uel clyſteri ſi fuerint penetrantes, ſint autem tepida, quia abſtergunt melius, & ſunt ano amica. Et poſt hoc acuta pharmaca, & corroſiua puluerizata, uel cũ tenta immiſſa, quæ carnem mortuam corrodunt, & eſt puluis aſphodelorum, ariſto. & unguentum uiride, & nigrum. Tertiam rem complent incarnantia, & conglutinantia nota ſupra: ex quibus efficaciſsima, & experta eſt cauda equina. Et deinde ſicca fortia, & ſigillantia, & cicatrizantia, ut eſt puluis galłæ, & corticis thuris, & ſimilia. Et ex propriis eſt aloes puluerizatus ſimplex, uel cum prædictis mixtus, mundificat enim, et conſolidat ulcera difficilis conſolidationis, ut fiſtulas, proprie in ano, uerbi gratia naſo, et labiis ſeu ore. Quartam rem complent unctuoſa acuitatem pharmacorum, et etiam tranſeuntium ſtercorum corrodentium remittentia, et ſedantia, ut eſt butyrum, et oleum roſatum immiſſum cum tenta uel clyſteri, et ſimilia, et quandoque narcotica ſunt opportuna. Quintam rem complent abſtinentia ab acutis ſalſis & acetoſis, quæ ſuperfluitates tran-

seuntes reddunt acutas, & usus succorum exiccantium frigidorum, quibus permittantur lenientia, & lubricantia nota supra, quæ seruant naturam lenitam. Si uero fuerint penetrantes eisdem rebus curam complebis, sed oportet, ut medicamina sint fortiora, & immissa cum licinio, ut tentalonga, & subtili inuncta ex eis, & proprie ex atramento, ut perueniant usq; ad profundum, & cum pila comprimatur, ut maneat in loco, sed quandoq; perducit ad dolorem uehementẽ, & proprie cum fuerint corrosiua, & acuta ualde, quare timetur ex neruis ne accidat spasmus, & syncopis, & tractus materiæ, & additio ulceris, & profundationis ipsius. Quapropter dixit Hipp. Quibuscunq; cancri absconditi fiunt nõ curare melius est: curati enim citius pereunt, non curati longius tempus perficiunt. Quare sit legata filo, ut cum dolor intenditur, & intolerabilis sit, extrahatur, administrentur sedantia dolorem, & prohibeãt fluxum materiæ descendentis ad illum. Ex quibus est illud quod resoluitur ex pistello, & tabula facta ex plumbo fricatis cũ oleo rosato, deinde reiterentur donec sufficiat, & ultimo siccantia, carnem generantia, & cicatrizantia ministrentur, quæ fortiora sunt, & ex propriis est lapis filagius: & medicinas compositas, quas experti sumus subiungemus instãter. Vlcera ani sunt nota, non enim sunt profunda, & concaua, & stricta sicut fistulæ, sed superficialia tantum. Et cura eorũ est cura fistularum non penetrantium, & cum lenioribus habent compleri, & ex appropriatis, est aloe.

6. aph. 32.

De pruritu ani. Cap. 9.

Pruritus ani notus est. Et causa eius sunt uermes, & ascarides existẽtes in extremo recti intestini, ac humores salsi uenientes ad ipsum, aut ulcera saniosa prædicta. Et cura eius est. Nam si sit a uermibus curetur cura prædicta uermium. Et si sit ab ulceribus, curetur cura ulcerum. Si uero ab humoribus salsis considerandum. Nam siquidem sunt tales humores a superioribus missi, duæ res in cura sunt necessariæ. Prima est corporis euacuatio ab eis, & rectificatio regiminis, ut non regenerentur, sed adæquẽtur generati. Secunda est eorum, qui missi sunt resolutio, & abstersio. Primam rem complent purgantia pharmaca appropriata tali humori cum præcessione digestiuorum appropriatorum, qualia sunt syrupus de fumoterræ, & pilulæ eius, & conuersio regiminis ad contrariũ naturæ humoris, & fit cum cibis, & potibus generantibus sanguinem bonum abstinendo a salsis, & acutis. Et deriuatiua, ut sunt uentosæ super ancas positæ, & renes. Secundã rem complent sessiones in aquis decoctionis uio. maluarũ meliloti, acetosæ, & granorum lupinorum, & fumiterræ, & abstersio cum eo, & deinde cum cerotis appropriatis inunctis, quæ dicentur in cura scabiei. Si uero fuerint retenti tales humores in partibus ani, non de nouo missi, curentur, ut supra in tenesmo dictum est, resoluantur, & abstergantur cum lamina æris, & suppositoriis temperatis, & quandoque narcoticis. & rob ex aceto uini iuuamentum est ualde, & inunctio iuxta ignem ex sale, & aceto, & oleo, & uentosæ, super alchasos positæ, quæ mundificant partes cutis, & attrahunt subtile cholericum, quod humorem efficit salsum. Bibenda secundum Procidanium experta ad fistulas, desiccant, & consolidant. ℞. pedis columbini, cardi benedicti, ana lib. i. cimarum rubi. ℥. vii. saluiæ, betonicæ, ana. ℥. iii. hæc contrita bulliant in uino, lib. v. usque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & adde quartam partem mellis, & coque parum, & cola, et usui reserua, de qua sumat mane, & sero in ieiunio cyathum unum, et quidam addunt calendulam. Cauda equina sæpe sumpta in uino, & emplastrata curat fistulam inter omnia, & est experta. Puluis ad fistulam, & cancrum, & scrophulas apertas. ℞. arseni. uitrioli, aluminis zuccharini, inter. ana. vnc. ii: pulerizentur cum aceto fortissimo in modum oximelis, ponantur in olla, cooperiantur, & circumuoluantur bono luto, ut fumus inde non exeat, & bulliant lento igne a mane usque ad tertiam, & remoto uase, quod inuenitur in cooperculo, colligatur, & seruetur, & tenta in ipso puluere inuoluatur, & in fistulam imponatur, & sit ibi per diem, & noctem, deinde remoueatur, deinde curetur ad modum alterius uulneris.

De cura pruritus ani.

De potione experta ad fistulas.

De cauda equina. Puluis ad fistulam & cancrum.

De mollificatione ani, & egressione eius. Cap. 10.

Mollificatio ani, & egressio eius est nota. Et est, aut a natura, seu infantia, uel præter naturam dilatatus, ut egressus non congregetur, & retrahatur naturali, & debito modo, sed remaneat extra, & caput, seu extremitas recti intestini cum eo, & quandoque parum, quãdoque in quantitate palmi unius, & plus prout in quodam uidimus Ianuense. Et quandoque egressio eius est cum uoluntate, & est minus malũ, & quandoque est præter uoluntatem, & est magis malum: & quandoque est cum sensu & est melius, & quando præter sensum, & est peius, & quandoque est egressio fæcum inuoluntaria & est pessimum. Et causa eius est, aut mala complexio paralytica, frigida, & humida interiorum cum materia subtili imbibita in neruo latitudinali congregante, & neruis longitudinalibus retrahentibus ipsum, & intestinum cum eo, & quãdoque est mixta cum caliditate iuuante ipsum ad penetrandũ & imbibendum. Et quandoque est apostema in ano, sua grauedine trahendo inferius coadiuuans. Et quãdoque est exterius ueniens puta est aqua frigida, cum balneatur, ut fullonibus, & nauigantibus sæpe accidit, uel aere frigido cum ei coacti exponuntur aliqui. Et quandoque est propter hæmorrhoidarum litigationem, incisionem, uel corrosionem in medicinis cadentẽ supra neruos, seu lacertos prædictos, quare abscindimus, & eius cura erit impossibilis. Aut propter casum supra dorsum, aut percussionem dislocantem spondiles, a quibus nerui prædictorũ lacertorum egrediuntur, quare nerui comprimuntur, & disrumpuntur.

Signa eius, quæ à complexione mala paralytica est, sunt quod est, quia paulatim accidit, & præcessit regimen multiplicans talem materiam, & est sine sensu, ut plurimum, & accidit, ut egrediatur egestio inuoluntaria, & si est cum caliditate, sensus declarat, et tactus, & si est à causa exteriori, & frigore similiter. Quæ uero propter alias causas, est subito ueniens, & est causa manifesta absque aliquo alio modo regimine præcedente, & accidit dolor propter illud quod accidit in neruo constringente, uel retrahente de læsione.

Cura eius, quæ est a mala complexione paralytica interiori cum materia frigida, uel caliditati coniuncta, est similis curæ pruritus ani ab humore facti. Cũ ergo præcesserit corporis purgatio ab humoribus prædictis uenientibus cum præcessione digestionis cum propriis, & regimen fuerit declinans ad calidum, & siccum, necesse est, ut humorẽ illic imbibitum resoluas, abstergas, & exicces: & hoc cum clysteribus, lauacris, collyriis, emplastris, unctionibus cum pulueribus. Clysteribus quidem ex aqua marina, et euphorbio, uel sagapeno, uel hieris magnis, uel agarico, et oleo rutaceo. Lauacris cum aqua maris, sulfuris, baurach, felle, nitro, & aquis thermarum. Collyriis ex melle, aloe, & colocinthide. Vnctionibus ex oleo nardino, costino, & laurino, uel cerotis, uel unguentis appropriatis, quæ in antidotario nostro diximus. Emplastris ex armoniaco sagapeno, staphisagria, aceto, scilla, & cera, & melle. Deinde siquidẽ retrahatur, & reducatur utaris stypticis lauacris prædictis in tenesmo, quòd si non retrahatur, & reducatur per se oportet, ut lauetur cum uino nigro pontico, uel aqua aluminis decoctionis gallarũ quercus, & cypressi, & copularũ, glandiũ myrtæ, & balaustiæ, & deinde aspergat puluere thuris, merdasengi, cerussæ, plumbi, gallarum, & antimonii, et deinde reducatur, et restringatur, et quiescat, et uentosa supra alchatin reducit ipsum. Quod si anus non reducatur propter tumorem, et apostema in ipso, tunc oportet, ut mollificetur sedendo in aquis calidis decoctionis mollificantium prædictorum in tenesmi cura, cum oleo chamæmælino, bdelio, quoniam reduceret, deinde curetur cum eis, quæ dicta sunt in cura apostematis, deinde cum resoluentibus, et stypticis constringatur, quòd si non reducatur adhuc, supra caudã a duobus lateribus eius cauteria applicentur, et si est a frigiditate exterius procedente, curetur cum calidis, prout in tenesmo dictum est. Et si est à casu uel percussione supra dorsum, curetur dislocatio si possibile est, ut in secunda secctione Deo duce dicemus. Puluis cornu cerui superaspersus post ablutionem cum uino ad reductionem confert.

Medicamen

Medicamen expertum Hybernici ad exitum ani. Reci. charabe, cornu cerui usti balaustiæ, thuris, anthimonii, acatiæ, thuris minuti terantur, et pulerizentur super anum et umbilicum, et renes cum petroleo, et uitello oui assa. Aliud medicamen ad exitum ani, et hæmorrhoidas. super lapidem molarem calidum folia porri contrita impone, et acetum superasperge, et fac patiẽtem sedere super eum et anchæ eius, et renes inungantur melle, et puluere seminis nasturcii, et superliga. Item aliud. Recipe absinthium, parietariam, et mentastrum sine aliquo liquore calefactum, et superpositum multum ualet. Item spongia marina calefacta in aceto in quo coctæ sint radices granatorum et myrtus superponatur. Item musceleon calidum sumptum multum ualet, et quando uadit ad sellam, et surgit ab ea recipiat fumum colophoniæ, thuris, et pinearum. Et ad dolorem ani parietaria bene decocta, et permixta oleo, et deinde cocta applicetur. Item aliud ad dolorem, et inflammationem. Recipe stercus gallinæ, siccum uel recens, dissolue cum oleo in testa calida, et super peciam extende, et loco dolenti appone, et oleum decoctionis scarabeorum balnei cum cimbalaria facit idem.

Medicamen Gale. conferens ad mollificationem ani, et exitum eius. Recipe fructus, qui dicitur arabugi, gallarum, cerussæ de plumbo, acatiæ, barbæ hircinæ, corticis pini q̃ dicitur fantis, thuris, et myrrhæ omnium, ana aure. iiii. puluerizentur, sicca, et postquam abluitur anus cum uino pontico superasperge.

SVMMA II. *Quartæ particulæ sectionis primæ, & est de medicinis ægritudinum instrumentorum vrinæ.*

Prologus.

Sublimis Deus renes creauit, eosq; dotauit uirtute specificata qua superfluitatẽ aquosam traherent ex uenis, ut uirtute hepatis impellentis in simul à sanguine sequestretur, ex quo iuuamentum mixtionis ipsius extitit p̃finitum. Et coagulauit eos in substãtia dura ex sanguine, ne ab eius acuitate mordicãti quasi continue grauiter læderent. Et cõbinauit eos, ut si uni accideret nocumentum, alius in operatione cõplenda subsistat, fecitq; ꝓinde unum quodq; plurimaꝝ diuisionum sicut in boue nõ unius continuæ substantiæ sicut in porco, ut cũ nocumentum alicui ex partibus eius accideret, staret in operatione tã necessaria cũ plurimo eius ab illa parte distincto, incumbit enim naturæ tam grandis necessitas transcolationis aquositatis, ex uenis à sanguine ut nõ minor sit necessitate mixtionis ipsius cum eo, quemadmodum. n. nutrimentum transire ad membra sine aquositate non põt, nec eis distribui, et apponi, ita sine eius sequestratione non ualet illis distributum, uniri, sicut ex prio defectu accidat atrophia, ita ex secundo, ꝓueniat hydrops, uel cachexia. Hanc autem necessitatem natura præcognoscens illos alligauit dorso neruis ac ligamentis explantatis ab eo, et iuxta uenam supra ipsum extensam, et hinc inde lateraliter collocauit, ut à uena ipsa emulgenti uocata, habilius traherent illam. Collocauit illos seorsum in homine, dextrum quidem superius propinquum hepati donec pennulam eius tangat, et hoc, ut habilius ab eo illam traheret quantum possibile est. Sinistrum uero inferius, ut quia quod trahitur ex illa non attrahit ex primo foramine, quod habet ad uenam, immo à dextro, ut attrahatur, et quod propinquius primo ad longinquius secundo, sicque transcolatio melius compleatur ob quam posita est in inferiori seu intrinseca eorum parte concauitas ad quam transmittitur primo, et à qua impellitur inferius ad uesicam, et in medio corpore renes, quod de sanguine associatur aquositati trahendo purificant meliori mõ quo possunt ab ea, ut nutriantur ab eo, et aquositatẽ tanquam inutilem ad uesicam impellant. Aquositas enim natura ordinante non sic à sanguine purificata de hepate transfertur ad renes quin ad sanguinis mixti, ad modum loturæ carnis recentis, hanc quo nutriantur renes quam si in sequestrando, nec nutriantur ex illo, deficeret, urina redderetur, sicut lotura carnis recentis, eodem quasi modo quo si hepar debile non discernat quam impellit eis aquositatem à sanguine, prout oportet. Et ex renibus aduenit neruus paruus quo excreantur panniculi ipsos à membris aliis distinguentes, et circa uenam flectentes, et dorsum. Aduenitq; eis uena illa magna ab hepate, et arteria ex arteriis, quæ aduenĩũt hepati. Post quorum creationem creauit uesicam. Quemadmodum. n. Deus ad expulsionem siccæ superfluitatis, quæ digestioni primæ insequitur, ordinauit quædam membra ad sequestrandum ipsam à chylo, ut superiora intestina gracilia maxime, quædam ad colligendum, ut monoculum, et quædam ad complendum ut colõ, quædam ad extraducendum, ut intestinum rectum propter causam superius assignatam, Eodem modo ad expulsionem superfluitatis aquosæ, quæ secũdæ insequitur digestioni, Deus membra instituit quædam, hæc uero ad sequestrandum, ut renes: quædam ad colligendum et complendum, ut uesicam: quædam ad producendum ipsam extra, ut uirgam, propter eandem similiter causam, et uritides, ut uiam per quam trãsiret de renibus ad uesicam. Sicq; creauit eam, et neruosam, et panniculosam, ut esset susceptiua extensionis in colligendo illam, et duorum panniculorum seu tunicarum, ut fortis esset in continendo, proinde fuerunt panniculi ipsi ex ligamentalibus neruis contexti, quorum interior est duplo crassior exteriori, ne ab acuitate urinæ cui obuiat offendatur. Et ut colligatur in ea subtiliter ingeniatus est, ut sic eã intraret, quod per uiam introitus quoquo modo nulla tenus retrocedere possit, quod si possit, naturæ periculum atque fastidium pareret sit scrophus, proinde uritides poros protensos à renibus ad ipsam dispensauit, ut attingentes eum in concauo eius, et iuxta collum incederent inter duos panniculos eius exteriorem tunicam perforando prius et hoc per spacium habens quãtitatem, deinde disrumpent interiorem panniculum, ut aquositatem in eius concauitatem transfundant, et cum impleta fuerit ea comprimente interiorem panniculum eius exteriorem subintrantes inter eos uritides clauderent cõpressi quo minus ex eis regrediatur urina quantumcunq; etiam exterius comprimant. Ait enim Galen. si enim ad quam partem clauditur fenestra eam impellendo studeas aperire magis eam firmabis. Et ut collecta in ea teneretur pro uolũtate, nec exiret per eius collum, quod ad eius ordinauit expulsionem inuoluntarie, sicut in patientibus urinæ distillationem contingit, procreauit ipsum carnosum, plurimorum anfractuum, et in eo lacertum latitudinalem inuoluit, contractione cuius præclusum ad modũ marsupii urinam retineret pro uelle, et tandiu quod unctuositatem sanguinis qua inficitur trahat qua nutriatur, deinde eo mollificato, urina procedit ad uirgam, ut extra progrediatur per circumtractionem, et compressionem uillorum eius substantiæ, si multa existat urina, et si pauca existat in ea per circumtractionem, et compressionem lacertorum etiam uentris ordinatorum ad coadiuuandam etiam talium superfluitatum expulsionem. Et continuatur unicuiq; laterum eius neruus quantitatem habens, et uenę quietæ et pulsatiles, et multiplicati sunt in ea, ut sentiatur cui innititur, et ad quæ extenditur.

Ex quibus manifeste colligitur, quod sint ęgritudines eis possibiles tẽporaliter euenire atq; curabiles proprie, et ex communitate. Et proprie sunt generis malitiæ complexionis simplicis, et commixtæ ut plurimum, et purę, & cum materia, ut plurimum, propter illud quod de humore aduenit eis cum superfluitate aquosa, et generis malæ compositionis, ut oppilatio in eorũ uenis et poris, ac repletio in cõcauitatibus eorũdẽ ex sanguine, humore, uel lapide; et generis solutionis continui, ut sunt ulcera, et corrosio in eoꝝ substantia, et abscisio uenarum, et apertio earũ & generis apostematis ex quibus debilitantur accidentaliter uesica, renes in eorum operatione prædicta communi, & cum multiplicatur debilitatur hepar, donec perueniat res ad hydropisim, si non aliter resistatur, dolent quoque, & alia sym

Quibus sinã ægritudinibus subiaceant.

alia symptomat a patiuntur.
Et significatio supra tales habetur proprie,et potissime ex proprio dolore,et tactu,et dispositione membrorum uicinorum compatientium eis immediate, ut est dorsum, et alia urinalia membra immediate , ut est hepar, stomachus , cor, cerebrum,et etiam totum corpus. Vnde Abo.membrũ compatitur alteri membro,quia tertio membro associatur, sicut cerebrum associatur reni,propterea quia unũquodq; associatur hepati,et ex euntibus cum urina,quę si sana sint, et appetitus non sit læsus , sitq; cum aliis contentis præter naturam, sanitatẽ hepatis indicat,et ægritudinem renum , si dolor in lumbis existat,ut Abo.dixit, et per ipsam non sanam puta crassam,et residentem,multam,eorum ægritudines soluuntur , quibus plurimum paucitas urinæ associatur.Et secundum hæc summa secunda quartæ particulæ sectionis primæ , quæ est de medicinis ægritudinum instrumentorum urinæ capitula continet.xiiii. Et quia renes,& uesica in causis ægritudinibus, et accidentibus conueniũt plurimis , quemadmodum et in actu,ut ex prædictis apparet,plurimum et in cura conuenient, et medicinis quibus habet compleri,differentibus tamen in uirtute , potentia elementari , et specifica propter ipsorum differentiam in natura , pro tanto de cura ægritudinum plurimarum ipsorum simul loquemur causa breuitatis,cum Dei nominis in uocatione qui sit benedictus .

Continet autem hæc summa secunda capitula.xiiii.

De mala complexione renum et ueſicæ , de Oppilatione eorum ex sanguine uel alio humore,et de medicinis eorum .Cap.1.
De oppilatione renum et ueſicæ ex lapide , et medicinis eius. Cap.2.
De dislocatione renum, et ueſicæ, et medicinis. Cap.3.
De soluſtione continui in renibus, et uenis eorum,et eorũ ulceribus, et scabie, ac reliquorum membrorum urinę, et medicinis eorum. Cap.4.
De apoſtematibus renum, et ueſicæ, et medicinis. Cap.5.
De dolore renum,et ueſicæ prouenięte ex eo,et medicinis eorum. Cap.6.
De debilitate renum , et ueſicæ, et distinctione nocumentoꝝ contingentium in actione urinandi. Cap.7.
De diminutione seu paucitate urinæ , ablatione , et priuatione ipsius. Cap.8.
De diabete. Cap.9.
De fœtore urinæ.Cap.10.
De dissuria, & inuoluntario exitu , et distillationę urinæ . Cap.11.
De stranguria,et difficultate urinæ. Cap.12.
De ardore urinæ. Cap.13.
De multitudine,et mictu in lecto. Cap.14.

De mala complexione renum et ueſicæ,de Oppilatione eorum ex sanguine uel alio humore, & de medicinis eorum. Cap. I.

MAla complexio renum et ueſicæ,species eius,causæ,signa, et cura , ex his , quæ dicta sunt in hepate sunt manifesta, et infra capitulo de debilitate dicemus.Oppilatio in renibus,et uesica,et aliis istrumentis urinæ , ut plurimum est coarctatoria propter illud , quod descendit ad ea de superfluitatibus cum urina , & si ex humore est implente, & oppilante , aut erit ex multitudine sanguinis , et signa eius sunt sanguinea urina cum dolore grauatiuo in eis,& dorso . Vnde Aboa.ait, est autem cum in ægritudinibus acutis sanguineis urina sicut sanguis ipse emittitur apertione uenæ non existente in renibus,et significat repletionem superfluam in uenis , quam contrahit, & ostendit in renibus esse dolor grauatiuus partium prædictarum adiunctus illi , et significat eam tactus caliditatem inueniens supra renes , et dorsum , & sitis quandoque,et regimen uniuersale , et alię consimiles circunstantię inuentæ in eo cum iuuamento à frigidis, & quandoque erit ex congelato sanguine in uesica de qua in fra de solutione dicetur . Aut erit ex aliis humoribus crassis & uiscosis.

Et signa eius sunt urina cum hypostasi crassa , & conglobata , et cum ampullis supernatantibus , ut Hippocrates dixit in aphor.Cum maiori grauedine seu doloris grauatiui renum additione non solum propter id , quod oppilat, sed etiam propter id,quod ex oppilatione retinetur, et aggregatur.Et est in ea retentio urinæ qñq;,ut infra dicẽs,et tactus inueniens frigiditatẽ supra renes,et regimen præcedẽs multiplicans tales humores,et aliæ cõsimiles circũstantiæ cum iuuamento ex calidis. Et qñq; est cum uentositate crassa coarctata in eis generata ex prædictis humoribus ex lesactis uel cibis . Et signa eius sunt signa prædicta cum ex tensione percepta seu tensione propria cum mouetur & inclinatur.Et quãdoq; est ex humoribus mediocriter alteratis puta sanie crassa,et uiscosa coarctata in eorum concauitate,et poris, quam natura expellit per uenam aortę maiorem à superioribus membris ad mẽbra urinæ,sicut Gale. et Aboa.dixit.Et signa sunt antecessio apoſtematis dubelati in superioribus membris,uel ulcera, et proprie in hepate,et spiritualibus membris, urina sanioſa, et ardor. Et signum commune in omni causa est stupor inferiorum membrorum,eo quod spiritus sensibilis ad ea bono modo transire non ualet cum quibusdam prædictorum signorum scilicet dolore grauatiuo,& sensu caliditatis supra renes , aut erit ex lapide quo statim dicetur.

Cura eius , quæ est ex sanguine est euacuatio cum phlebotomia ex basilica usq; ad lipothymiam , deide si expedit cum phlebotomia saphenæ, uel apertione uenarũ hæmorrhoidalium,et cum regimine extenuatiuo,uel infrigidatiuo ex diureticis frigidis . Et cura eius qui est ex humore crasso et uiscoso , est cura oppilationis hepatis ex humoribus crasis talibus.Et est in summa tres res.Prima est regiminis subtiliatio. Secunda est adæquatio materiæ. Tertia est euacuatio ipsius . Prima res nota est . Secunda etiam. Tertia ex præmissis ibidem completur tamen quãdoq; cũ soluentibus cum deriuatione , ut sunt uomitus , clysteria, & pharmaca uentris solutiua , ex quibus proprium, et est simplex agaricus,et chalbanum,semen urticæ,iris, assa, sagapenum , cum hydromelle , & uterque helleborus . Et compositum est hiera.oportet autem ne sit solutio laboriosa , ne humores effundantur ad renes quãdoq; cum soluentibus à deriuatione , ut cũ diureticis calidis ex quibus propria sunt spica,folium,casialignea,fu ficca,aqua cicerum nigrorum,et capil.uen.meu. et uinum in quo resederit spica,soluunt enim urinã in humoribus crassis , et alia, quæ prouocant cũ uirtute,et extrahunt superfluitates crassas quas infra dicemus in cura oppilationis eorũ ex lapide & difficultate urinæ nisi rheumaticus fuerit,quo casu diuretica fortia nõ conueniũt nisi prius purgato corpore,materia cessauerit fluere,unctionibus ex oleis resolutiuis,& cerotis,et emplastris , & balneis resoluentibus naturaliter uel artificialiter ordinatis . Et siquidem sit cum uentositate cura est inflationis stomachi , hepatis , et splenis superius dicta . Si uero eorum oppilatio sit ex sanie eius, cura est duplex regimen . Primum est regimen apoſtematis dubelati , et aperti seu ulcerum superiorum membrorum . Secundum est saniei mundificatio, ut non noceat . primum habitum est superius . secundum etiam ubi de cura apoſtematum dictum fuit .

De oppilatione renum et ueſicæ ex lapide , & medicinis eius. Cap.2.

LApis in quinque partibus corporis secundum Gal. generari potest . In pulmone .s.et intestinis de quibus supra dictum est,et illud est raro, et in renibus, et uesica de quibus nunc dicendũ est , et est ut plurimum,et etiam in iuncturis,de quo dicetur infra, & est medíocriter se habens,et ubicunq; generatur, communem in genere habet causam . Et hi de quibus est sermo in causa conueniunt,sed in eius quanto differunt. Conueniunt inquam in causa scilicet materiali , et efficiente . Materialis quidem est plurimum humor crassus , et uiscosus in corpore regeneratus translatus ad illas partes renum,et ueſicæ ibique retentus,& quandoque apoſtemans.Hic autem humor,ut plurimum est phlegmaticus , cum sit proprie condensabilis,non sic sanguis,licet quandoque ad illas perueniat,quia nec crassus est nec uiscosus,sed consistentia temperatus,et cum peruenerit ad illa,conuersus in malam qualitatem uenenosam, quemadmodum Hippocr. dixit, non poterit ibi contineri sed extra expellitur à natura.Nec me laucholia , quia propter siccitatem eius partes non adhærent,ut condensantur, sed incinerãtur potius, nec cholera, quia non crassa uiscosa. Et causa generationis talis humoris phlegmatici est debilitas digestionis , aut ex parte uirtutis caloris innati,quia debilis, ut contingit in senioribus.Aut ex parte cibi quia crassi,et uiscosi ꝺ genere panis, & pastæ azimæ,& carnium crassarum,ut animalium magni corporis,ut bouum,bubalarum, ceruorum, & porcorum, & syluestrium , & antiquorum , et nimis iuuenum salitarum, & auium paludestrium , et piscium magnorum & laticiniẽtium, et lacticiniorum , et leguminum, et aliorum similium . Aut potus aquæ turbidæ , et proprie lacunalis, & stagni , et uini crassi et turbidi . Aut ex parte mali regiminis in aliis attendendis conditionibus circa digestionis perfectionem,ut in pueris , et gulosis adolescentibus , de quibus supradictum est in capitulo debilitatis digestionis . Causa uero translationis est uirtus expulsiua superiorum membrorum fortis , hepatis .s. et uenarum proprie cum amplitudine uiarum ipsarum , et debilitas renum.
Causa uero retentionis illius in ipsis est debilitas uirtutis expulsiuæ ipsorum in ipsis naturaliter , uel ex ægritudine cum strictura uiarum expulsionis,et crassitie humoris , et concauitatis aptitudine in colligendo, et retinendo quandiu condensetur . quare extra corpus expellere illum humorem non ualet, sed tardatur tempore longo, et euacuatur , quod subtile est , et clarum cum urina paulatim , & crassum et terrestre remanet in eis,et condensatur . Isaac enim dixit,per canalem strictum non transit liquor crassus. Si enim uirtus fortis existeret uia apta totum humorem paulatim sicut aggregatur cum sui crassitie expelleret cum urina crassa unctuosa, et turbida , quare generatio lapidis non sequeretur sicut in pluribus talem urinam mingentibus sæpe uidemus . Causa uero efficiens lapidis est caliditas ab æqualitate egressa illorum membrorum agens in talem humorem retentum ibi,& cõdensans ipsum , quandoque in pilos rubeos longitudinis unius palmi , uel brachii secundũ Hip.et Gal. quandoque in lapidem quemadmodum est uidere in balneis thermarum,et uasis in quibus aqua calefieri consueuit , in quibus crassum aquæ in lapidem durissimum propter agentem calorem densatur .

Aduenit autem illis membris talis caliditas , aut à causa intrinseca,aut extrinseca,et intrinseca,aut propria , aut ex uicinitate , propria autem naturaliter, aut accidentaliter ex humore cholerico ad illa translato a superioribus membris, hepate,scilicet cysti, uenis apoſtemate, uel non apoſtemate,ex uicinitate , et proprie ad hepar supercalefactum. Et extrinseca per se,et per accidens calefaciente , per se quidem,ut cibis & potibus calidis , forti motu, peditando, uel æquitando in aere calido , balneis calidis , & forti strictura lumborum, et aliis. Per accidens,aut ex frigore aeris, uel balnei cõstringente poros,et inflammante caliditatem ipsorum,nec est frigiditas per se causa eius, cũ talis frigiditas congelans in corpore stante uita non possit esse.Et si generatio phlegmatis uitrei sit in uentre,dicendũ ꝙ est minor ea , quæ condensat in lapidem , et tamen dicitur congelans respectu causæ aliarum specierum phlegmatis.Hæ autem causæ licet cõmunes sint eis ambobus,in lapide tñ ueſicæ sunt fortiores propter ipsius naturã. Est enim mẽbrum inferius positum ad quod humor , qui est materia lapidis peruenit transcolatus , et subtiliatus per uritidum trãseundo strictũram,quare nõ est aptus condensari,ut crassus qui peruenit prius ad renes cum sua uiscositate,et grossitie propria. Est etiam membrum neruosum pauci sanguinis et frigidum , quare ipsius caliditas non est potens condensare sicut in renibus sanguineis,et naturaliter calidis . Adhuc locus retentionis in uesica est amplior . Et uia expulsionis apertior,propter largitatem colli eius, et breuitatem,et in mulieribus maxime, quare lapidis generatio

in ea est difficilior,et proinde minor, et cũ generetur propter fortitudinem causarum, maior erit, ad curandum rebellior,et secundum Hip.in apho.periculosior.Generatio quoq; ipsorum, conuenientia & discõuenientia prædictorum , causarum diuersarum aptitudinem habet in ætatibus diuersis,ut Hip.dixit in apho. in sexibus quoq; , & naturis diuersis corporum, & membrorum in quibus generari habent , & habitudinem etiam . Nam in prima ætate , quæ protenditur usq; ad dentium plantatiuam non est generatio lapidum apta, cum humores subtiles non uiscosos habeant,nec crasis utantur rebus non calorem acutũ,non strictũram uiarum , et si habeant propter paruitatem , tamen propter humiditatem complexionis recipiunt extensionẽ, quare non retinetur,ut in lapidem condensetur. In ætate autem quæ est dentium plantatiua , quæ est usq; ad.vii.annos completos, et usq;ad.xiiii.in quo inchoatur pubertas, quia materialis causa deficit, naturaliter generatio talium lapidum inepta uidetur propter materiales humores,cum in eis adhuc sunt subtiles,nec sunt crassi,et uiscosi propter debilitatem digestionis cum habeant illam fortem . Accidentaliter autem cum materiam habeant propter ipsorum gulositatem,et malitiam regiminis in aliis debilitantes digestionem,quare tales multiplicentur humores,absitq; causa in ea efficiens quia calor iam factus potens non obtusus, permanens in prædicta ætate,sit etiam uiarum conuenientia,quia membra duriora facta non sic fuerint extensibilia, quare in ea ipsius lapidis generatio apta est,in uesica tamẽ secundum Hip.qñ fortitudo superiorum expellit ad illam quam colligit ipsa, et retinet et non expellit propter frigiditatem. Omne.n.membrum frigidum complexionis frigidæ,actione defectas habet ex necessitate,dixit Gal. In pubertate, adolescentia, et iuuentute, hic nec ibi generatio lapidis apta est,propter defectum materiæ, quia humores habent subtiles,nec sunt gulosi,ut priores, et eligere incipiunt diætam bonam,quare humores tales nõ generantur, nec transferunt ad inferiora, ibiq; retinentur, sed propter uirtutis porosꝝ,et uiarum largitatem expelluntur extra,licet causa efficiens sit in eis intenta . In senectute uero licet sit materia, ut humores propter digestionis debilitatẽ multiplicati in eis , et uiarum strictura propter siccitatem corrugantem,et in ultima proprie, quia tamẽ deficit in ea causa efficiens,quæ est in generatione potissima lapidis generatio, non existit in uesica, sed in renibus tantũ propter eorum caliditatem.Et in mulieribus non in uesica,quia ibi deficit caliditas, non sic autem in renibus, deficit quoque uiarum strictura,quia uias habent amplas,quia collum uesicæ in eis amplum est & curtum,non sit autem in renibus, ut Hipp.in principio libri de aere , et aqua locutus est,materia quoque ad renes peruenit plus non transcolata sicut ad uesicam descendit.

In naturis quoque diuersis uniuscuiusq; generatione diuersa,& in habitudinibus quoque . In humida .n. natura. & habitudine pigrescit generatio ipsius in renibus peremptore,& in ficca in uesica propter causam prædictam . Licet autem hęc diuersitas perueniat ratione aptitudinis ad causas eius congregandas uel non,in naturali complexione ætate,sexu,habitudine,et dispositione membrorum,accidentaliter tamen potest utrobiq; lapis in omni ætate,cõplexione,& sexu,& habitudine generari. Cunq; antiquatur generatio lapidis,ut eius causæ perdurent, et habituentur non prohibetur nec sanatur, licet remediũ habeat quo quo modo,et proprie in senioribus . Vnde Hip. in apho. Nephretici , & circa uesicam dolores laborioſe sanantur in senibus,nec post.l.annos ut.iiii.epidemiarum dixit , sed continuatur , & transit ad hæredes . Et cum non est habituata,sed dispositа,et noua secundum augmentum,et diminutionem causarum fit seruans quandoque periodos mensis unius,uel plurium .

Signa oppilationis renum , et ueſicæ ex lapidibus , & aliorum membrorum urinalium distinguentia ipsam ab humorosa , sunt signa lapidis , quæ in humorosa nota sunt: & signorum lapidum quædam sunt communia , quædam propria . Communia quidem ex urina sumuntur , dolore , & exeuntibus cum urina . Et sunt , nam cum uidebis urinam quam

Qualiter lapis secũdũ diuersas ætates in diuersis locis ingenerat.

6.aphor.6

nam quam consueuit mingere patiens turbidam, & cras-
sam clarificari, et attenuari, tunc æstimabis lapidis genera-
tionem, & cum additur dolor, ut quia sentiat, patiens do-
lorem in partibus urinæ membrorum, tunc certificata erit
æstimatio tua, quia materia iam aggregata est in membris
illis ad lapidis generationem, deinde si uides aliquid arenę
residentis ei associari, tunc tua æstimatio erit completa,
& maxime si materiam uideas retineri. Notandum au-
tem, quod lapis si mediocris sit, retinet urinam totaliter,
quia potest subintrare meatum uenæ, & occupare, ma-
gnos autem subintrare non ualet, et si opponat se orifi-
cio meatus de facili remouetur, paruus uero si subintrat
non occupat totum, ut possit totaliter retinere. Et cum tan
ges illas, et inuenies molles, lapis est in fieri, si uero duras,
lapis iam factus est. Propria uero ex qualitate naturæ
doloris, et exeuntium cum ipsa sumuntur hoc modo. Nam
in lapide renum urina est cum rubedine, dolor est in lum-
bis, et fortis adeo, quod fit quãdoq; similis colico, et inten-
ditur tempore inanitionis, sumpto cibo remittitur, & est
cum quiete, dolor est ibi fluxus, & cum mutantur ad uesi-
cam interpollantur, et minuitur et in iliis augetur, et pro-
prie apud repletionem intestinorum propter coarctatio-
nem pororum uritidum, et cum peruenit usq; ad inguina
et emunctoria, tunc iam peruenit ad uesicam, ut superius
dictum est, et arenosa residentia sunt rubea cum consuetu-
dine procreationis eius. In lapide uero uesicæ urina est al-
ba, et arenosa similiter alba uel cinericia, unde Hipp. Qui-
bus in urina arenosa et alba sedimina substant, his uesica,
aut renes lithiasim habent. dolor quoq; accidit in pectine,
et peritoneo minor, et quandoq; lapis uesicæ tenetur in lo
co amplo, et spacioso, sed in renibus est coarctatus in stri-
cto, et plurimum retinet urinam. Et est maior quam lapis
renum propter maiorem extensionem quam recipere po-
test in uesica, et durior propter lõgiorem moram quam tra
hit in ea quam in renibus faciat, cum ergo cadat sui graui-
tate in collum uesicę, quod inferius tendit sua magnitudi-
ne integre oppilabit, et retinetur urina, et est significatio
fortis super lapidem confirmatum, et tunc cum hoc est pru
ritus continuus in pectine, et in canali, quare confricat eã
continue, et proprie si est puer, et accidit erectio assidua et
quãdoq; mollificatio ultra modum, & perducit ad exitum
ani. Et causa in pruritu est exasperatio uesicæ ex lapide du
ro, et commoto in spacio uesicæ, et maxime cũ sunt plures,
siue sint in ea generati, siue à renibus descẽderint ad ipsam,
quare exasperant, et inducunt pruritum, et cum urina tũc
emittunt furfures, et quãdoq; sanguis propter abrasionẽ.
Et accidit lapis uesicæ in regionibus septentrionalibus ma
gis consuetis, et in infantibus, et corpora illorum plurimũ
sunt extenuata, quod est econtra in lapide renum.

De cura lapidis.

Cura lapidis est quatuor res. Prima est abscissio causæ.
Secunda est ipsius eductio. Tertia est regimen. Quar
ta est correctio accidentium ex quibus dolor, urinæ reten
tio, & ulcerum impressio, quæ quãdoque est prior, præ
magnitudine enim accidentium interdum oportet peruer
tere ordinem curæ. Prima est causæ abscisio. In abscisio
ne nanq; eius consistit præuisio qua lapidis generatio pro-
hibetur, & qui est in fieri impeditur, & qui factus est non
augetur, sed educitur, & proprie si sit paruus, & comple-
tur tribus modis. Primo cum prohibitione generationis
materiæ, scilicet humoris crassi & uiscosi, & illud cum
ordinatione regiminis in cibis, & potibus subtilibus, &
euchymis, & in aliis debite digestionem complendo. Se-
cundo cum euacuatione ipsius humoris iam generati ex
hepate, & uenis si adsit, & etiam cum deriuatione à parti-
bus illis, puta cum uomitu, clysteribus, & aliis solutiuis
pharmaciis sumptis, & in euacuatione eius de partibus re
num, & uesicæ si sit ibi detẽtus, et coarctatus, ut in lapidem
condensetur, & hoc cum diureticis temperatæ caliditatis,
quæ causam efficientem .s. ipsorum caliditatis non auge-
ant, & intendant, qualia sunt ex cibis. Vt sunt carnes

Lapidis generatio prohibẽtia.

auium montanarum paruarum paucæ pinguedinis, & cali
ditatis, & herbæ diureticæ, ut bauciæ recentes, & apium,
petroselinum, foeniculus, endiuia, & asparagus. Ex
leguminibus, ut chist hordei, & aqua cicerum nigro-
rum, & ex fructibus, ut ficus humidæ & siccæ, & amygda
la, & vua alba. Et ex potibus, ut est uinum subtile, cla-
rum, album, cum aqua dulci, et clara lymphatum parum.
Et ex medicinis, ut est decoctio polii, quinq; radicum com
munium, capil. uene. & radicis althęæ, schinanthi, & scolo
pendriæ, & similium, omnia enim hæc prohibent genera-
tionem lapidis, & paruum frangunt & educunt, & seca-
niabin cum aceto scillæ. Et inunctio illarum partium cum
oleis mundificantibus, et abstergentibus illas partes, ut est
oleum de amygdalis amaris, de lilio, et de apio. Et cum
cerotis, uel emplastris ex abrotano, fæce combusta, & ni-
tro. Tertio cum alterantibus ipsorum qualitatem mem
brorum, quæ est causa efficiens, & illud cum diureticis fri-
gidis, qualia sunt batheeæ, & semen eius, & semen citrul-
li, cucurbitarum, & cucumerum, et aqua lactis, aqua me-
lonis indi, et unctiones ex succis, et oleis ipsorum, & cum
alienatione omnis calidi inflammantis interius, et exte-
rius ministrandi. Et si sit cum effusione humoris cholerici
purgetur cum propriis ex quibus est aqua lactis, seminum
communium, liquiritiæ, mellis cassiæfistulæ, et solatrum
hortulanum est proprium omni causæ, et syru pus de succo
uio. et similia, et si fuerit cum inflammatione, uel erysipela
te, seu apostemate duro.

Eductio eius tripliciter fieri habet. Vno modo cum di-
latantibus membra et ductus, ac etiam lenientibus ductuũ
superficiem atq; lapidis, et proprie cum est paruus, et com
pletur cum administratione balnei seu fomenti ex aqua dul
ci decoctionis meliloti, calamenti, althęæ, maluarum, cha-
mæmeli, ireos, radicum foenugræci, seminis lini, anethi,
et similium. Et cum unctionibus illarum partium .s. alcha-
tin, ilium, inguinũ, pectinis, et peritonei, ex oleo de althęa
de foenugræco, de anetho, de alcanna, de lilio, amygdala-
rum dulcium & amararũ, et de lino. Et cum ebibitis in
lapide renum, uel iniectis in lapide uesicæ ex iuribus car-
nium unctuosis, et mucilaginis, cassiæfi. tragacanthi, psyl-
lii, et olei amygdalarum, et uio. gummi, foeni. azarur, et de
coctio maluæ cãpestris cum butyro, et melle, de qua su-
matur res plurima, et grana pini, & similium. Secundo
cum comminuentibus lapidem, et educentibus, et proprie
cum est magnus, & durus, qui calidis, & humidis non dis
soluitur, quorum quædam simplicia sunt, quædam composi-
ta. Et simplicia quædam conuenientia a complexione,
quædã à proprietate, et quædam utroq; modo. Et à comple
xione comminuentium quædam sunt debilia, tantum in re-
num lapidibus imprimentia, qualia sunt amara abstersiua,
quæ sunt fortis incisionis, et temperatæ caliditatis, ut est ra
dix spinæ, quæ græce nominatur spergos, et radices senticę
herba castracan, et polium, lapides nominati grece adhata,
et acetum scillę, et reliquæ medicinæ similes istis, ut betoni
ca pentaphylon, et capil. uen. grana solis, saxifragia, & fo
lia saxifragiæ, quæ frangens lapidem interpretatur, & ra-
dix scolopendriæ, et aqua siclæ, harum autem impresio nõ
est nisi in lapide renum, et pertranseuntia usq; ad lapidem
uesicæ qualia sunt, cicer nigrum, et aqua eius, radix costi,
bdellium, et similia. Quædam fortiora impressionem fa-
cientia in lapidem uesicæ tanquã in duriori obiecto, lapis
.n. uesicæ difficilior est ad cõminuendum propter eius ma-
gnitudinem propter duritiem maiorem ad longinquitatẽ,
et propterea comminuentia oportet esse fortia, et non
tantum simplicia immo composita. et propterea si commi-
nuunt lapidem uesicæ, comminuunt lapidem renum sal-
tem cum ad illam perueniant prius, & non econuerso, ut
dicit Aboa. Composita uero infra dicentur. Sed talia
simplicia sunt radix scillæ, allia & tribuli, & grani nucum,
apium montanum, calamenthum pulegium hirci, uel cer-
ui, radix citrulli campestris, & est cucumer asininus, ra-
dix balsami, & partes eius, semen raphani, & aqua
radicum eius semen cyperi ægyptiaci, scordeon, radix
lauri, & præputia uitis albæ, ruta agrestis, baurach, atra
mentum, piper puluerizatum, ex quo factus sit trochis-
cus, & daucus cum aqua fistici facit descendere lapidem,
& oleum eius, fęx adusta, & nitrum adustum. Et est san-
guis hirci secũdum artem collectus, & reseruatus in trochi
scis, de quibus in hora doloris detur unus cum uino aceti,
aut

aut aqua opii montani, & est mirabile. A proprietate uero
comminuentia sunt, ut puluis scorpionum, & oleum eius.
solatrum hortulanum, et lapis qui inuenitur in spongia ma
rina, et iudaicus, et cinis leporis decollati, et lumbrici ter-
restres exiccati, cinis hepatis asini in lapide renum, et gra-
men utrumq;. Quædam comminuunt utroq; modo, ut est

Semen genistæ frangit, & educit lapidẽ

nitrum album, et clarum adustum, et pulerizatum, et fęx
adusta, et cinis corticum ouorum, et scarabei, et semen ge-
nistæ, quod frangit, et educit, et prohibet generari, et auis
parua, quæ uocatur græce troglodites, et super alas eius
sunt pennæ aureæ, et super cauda eius sunt puncta alba, et
francigenæ nominant eam sasuriengi adusta, & cinis eius
cum aqua mellis extrahit præ cæteris lapidem magis, et
simus columbinus, et fimus galli. Et modus utendi tali-
bus est, ut medicinæ quædam permisceantur istis medici-
nis comminuentibus lapidem, quarum aliæ sunt iuuantes
ad penetrationem uelocem, ut piper, calamenthum, et cin-
namomum, et cum hoc operantur ad comminuendum lapi
dem. Et aliæ sunt, quæ prouocant cum uirtute, et extrahe-
re habent superfluitates crassas, ut semina nota, & proprie
foenugræcum, rubeæ radix, daucus, meu, fu, asarum, a-
corus, et ameos, cheisin, siselis, semen agni casti, schinan-
thum, et cordumeni, et cantharides sunt in hoc potentissi
mæ cum impressione in lapidem. Sed oportet ministra-
re cum cautela, ne ulcerent uesicam, ut Gal. dixit, nisi cum
rectificantibus in quantitate tẽperata sumantur, sicut sta-
phisagria. Aliæ uero sunt alteratiuæ digestionem faci-
entes eius, quod aliæ mouent, et facientes morari, donec
illæ operationem suam perficiant cum pinguedine, et ui-
scositate sua, ut gummi foeni. & aliæ sunt cum aromatici-
tate confortantes membrum apud diuersitatem impres-
sionis, et modum super ipsum, et sunt medicinæ aromati-
cæ, ut spica, cassia, & similia, et aliæ sunt confortantes, in
quibus est subtilitas cum stypticitate, ut est radix rubi, et
rob fructuũ, ut conseruent membrum à nocumento illo-
rum, et est uirga pastoris. Et ex illis est been, aristo. lilium
siccum, et semen agni casti, et rosæ, balaustia, schinanthum,
& sandali, et medicinæ sedantes dolorem cum proprie-
tate, ut sunt anodinæ nuces, et auellanæ, et quæ sedando
dolorem retardant, cum permiscentur istæ medicinæ ex
eis una cõposita fiat natura sapiẽtissima inter eas discernit
et utitur eis prout oportet ordinare: et hi duo prædicti mo
di sunt communes ambobus lapidibus. Tertius modus
est cum incisione, & abstractione si prima non sufficiant,
qui in lapide renum est inconueniens, et mortalis propter
profunditatem lacertorum, & ossiũ, magnarum uenarum,
& arteriarum. Sed in lapide uesicæ possibilis, timorosus
propter circumiacentiam lacertorum uenarum, & arte-
riarum, et neruorum, quorum incisionem dolor fortis se-
quitur, et spasmus, et syncopis, et apostema, et mors pluri-
mum, et quandoq; foramen conuertitur in fistulam, et cur-
rit inde continue urina. Sunt tamen aliqui, qui præsumunt
super illam. Caueant tamen, ut non nisi magna necessitate
cogente ex dolore, et retentione urinæ infestãtibus ualde
infirmum, nec in quolibet corpore illam agãt, nisi in forti,
et constãti et pręuacuato, et cum cautela ab errore. Quod
si tales non sint dimittant illam, et ad remedium currant,
ut docet Gal. s. transpositionem lapidis, uel sanguinis con
gelati ex lapide pungente fluentis ab orificio et collo ue-
sicæ, ut urina libere effundatur, eius enim retentio est peri
culosa, et mortalis. Fit autem tribus modis, ut infra dicetur
in lapide renum quoquo modo similiter, puta uomitu uio-
lento et forti, quo lapis superius trahitur, atq; uentosa su-
per lumbos posita sic, ut econuerso trahatur inferius forti
motu, agitatione, et saltu, et anhelitus retentione, ac com
pressione, et frictione renum, et ilium trahentium ad infe
riora, et uentosa paulatim mutata à renibus ad inferiora,
et ex illis sunt clamores, et clysteria conuenientia, et infe-
riorum calefactio cum fomentis, et aliis calefactoriis, hæc
enim trahunt lapidem renum usq; ad uesicam paulatim, et
quandoq; extra de uesicæ collo per uirgam expellunt, uel
mulierum naturam.

De modo incisionis et extra-

Incisionis autem modus, & regimen tale est, ut non fiãt
nisi infantibus propter facilitatem consolidationis, et tem-
peramentum complexionis, et humorum, quę nõ est in iu-
uenibus, et senibus, et in constantibus in tolerando dolo-
rem lapidis, et sint præuacuati, ne humores currant ad lo-

ctione lapidis. Primus modus.

cum, et apostement, et fęcibus intestinorum, quoniã dolo-
rem minuit, et sint contenti subtili diæta, et sit dies clara, et
tp̃s temperatum et quietum, et locus, et sint temperata in-
strumenta, institæ, et fasciæ, et medicinæ appropriatæ et re
tentione sanguinis emanantis, et sedatione doloris, quæ
sint ex pluribus dictis in cura hæmorrhoidarum ex reten-
tione sanguinis, et ex sedantibus dolorem, quæ infra dicen
tur, ligaturis, quibus præmissis iaceat æger supinus, retra-
ctis cruribus, et detentus sit à circunstantibus firmiter. Et
chirurgicus digitum suum indicem in anum infantis, uel
mulieris uirginis, uel in vuluam deuirginatæ immitat do-
nec perueniat ad lapidem, et cum peruenerit, ipsum in col
lo uesicæ teneat firmum, et impellendo semper à uesica uer
sus collum eius, tunc quoq; signet attramento ubi incisio-
nem faciat, sitq; inter uirgam seu bursam, et anum, et iuxta
commissuram seu filum non in ea sed inter eam, et cruris
plicaturã, ita quod incisio cadat in collo uesicæ non in eius
concauo, tuncq; incidat subito instrumento bene acuto, et
tantum quantum conueniat magnitudini lapidis, deinde ex
trahat illum faciliori modo quo potest, quòd si magnitudo
impediat exitum, opiaculis confringatur, deinde uitellum
oui cum albumine ouorum, & puluere ex restringentibus
sanguinem cum plumaciis ulceri applicetur, deinde cura
ulceris regatur, & superuenientibus deinde accidentibus
ex dolore apo. sanguinis congelatione in uesica quem u-
chuem cum hydromelle sumptum collo eius, & uirgæ, et
aliis subueniatur prout oportet cum his, quæ ex his dictis,
& dicendis sunt nota. Similiter, & si peruenit lapis
usque ad collum uirgæ, nec possit exire quoquo modo in
cidas sub ea si expressione educi nõ poterit nec retropelli
cum immissione siringæ, ut urina egrediatur, deinde cura
ulceris est regendus. Et sunt qui ingeniantur, & ponunt
cannulam in angulo incisionis, ut urina inde trãsiens egre
diatur extra, ut ulcus non tangat ne mordeat, & cõsolida-
tionem prohibeat. Alius modus est, qui chirurgicis di-

Alius modus.

mittatur expertis. At modo sequitur quarta res, quæ est
correctio accidentium, de qua dicendum est, ex quo de re
tertia in re prima est dictum succincte, et primo de dolore,
qui si fortis sit, oportet sedare priusquam prædictorum ali-
quod intentare cum post incisionem maxime prouocet a-
postema, & hoc cum balneis, cataplasmatibus, epithe-
matibus, emplastris, unctionibus, & iniectionibus, ex a-
nodinis, & mollificantibus superius notis in cura tenes-
mi, et hęmorrhoidarum, et si expediat cum stupefacienti
bus ebibitis, sicut philonis medicamine, de mãdragora, et
theriaca noua, quæ etiam uentositatem resoluit, quæ cum
causa doloris est, cum hoc quod stupefacit, & prouocat
urinam, inunctis, uel emplastratis. Et sunt, qui talia stupe
factiua approximant ante incisionem, & post præparatio-
nem corporis ad illa dando ea mixta cum uino, ut docuit
Aboa. ut dolorem incisionis non percipiat incidendus. Et
sunt, qui opium in forma trochisci super locum inciden-
dum ligant, & detinent ligatum, quandiu ibi sensus stupe-
fiat quo dolor incisionis, uel adustionis, & corrosionis cau
stici pharmaci, uel ignis non sentiant, de quorum nume-
ro etiam uidetur fuisse Hippoc. cum dixit.

Quicunq; dolẽtes aliquid corporis plurimum dolorem *2. aph. 6.*
non sentiunt, his mens ægrotat, quasi dicat, si uis, ut causa
doloris magni, corpori scilicet applicata non sentiatur,
fac ut corporis sensus ægrotent. Sedatio enim, uel dolo-
ris minoratio à timore futuri apo. et mortis alleuiat ipsum.
Et ex eis, quæ operantur ad idem est, ut in circuitu incisio-
nis aliqua styptica ministrentur, & proprium est sumach i-
psum, nam a proprietate prohibet apostema, & terra sigil
lata cum oleo rosa. inuncta, lutum armenum cum succo
myrrhæ, & similia. Et ex illis est phlebotomia, & cibi, &
potus diminutio, & alia supra dicta. Si uero ex lapide re
tineatur urina, quia oppositus sit in orificio pororum uri-
tidum protensorum à renibus ad uesicam, uel in eorum
stricturam coarctatus in transeundo, uel quia sit magnus,
& oppositus in orificio colli uesicæ, uel coarctatus in col-
lo uel

lo, uel canali urget, quod graue moleſtum et periculoſum E
eſt infirmo, ingeniandum eſt, ut inde amoueatur antequam
ad fractionem eius deueniatur, ut urina libere egredi poſ
ſit, et hoc ut liquid ſit in renibus retrahatur ſuperius cum
uomitu forti, et uiolento, et uentoſa ſuper renes applicata.
Similiter ſi inter renes, et uiridites ſtiuetur, quod ex dolo
re fixo, et continuo in renibus cognoſcetur. Si uero in u-
rididibus coarctetur, quod ex dolore deſcendente ad ilia,
et ibi durante ſcietur, trahatur inferius cum balneis, et di
latantibus, et mollificantibus, et cum compreſsionibus
ilium, et renum cum manibus oleo de lilio inunctis, uel
pinguedine anatis trahentibus inferius, cum retentione
anhelitus, ſternutatione, et applicatione uētoſæ in ilibus in
fra renes, et inguina paulatim mutata inferius, et clyſteri
bus conuenientibus, et motu forti, et ſaltu, et calefactio-
ne inferiorum partium. Si autem ſit oppoſitus lapis ori
ficio colli ueſicæ ingeniamus, ne ipſum inde amoueamus,
& hoc cum compreſsione pectinis ſuperius, uel ut reſupi-
netur lapidoſus, & eleuentur anchæ eius, & concutiantur
bene, vt lapis remoueatur inde, & redeat ad concauum F
ueſicæ ad quod compreſsio pectinis uerſus ſuperius con-
fert ualde, & tunc urina egreditur. Et quandoque alle-
uiat illud ſi incuruetur ſuper genua ſua, & commoueat ſua
membra adinuicem. Et quandoque remouetur inde per
intromiſsionem digiti in anum, uel in uuluam deuirgina-
tæ, & quandoque per alias figuras quas experimentum,
& ratio adinuenit. Cumque illa non conferant, admini
ſtretur inſtrumentum ſcilicet ſtiringa, quæ leniter inun-
ctā immittatur, ut lapis inde amoueatur, & urina egre-
diatur. Et ſiquidem ſit in collo ueſicæ, uel in meatu uir-
gæ cum balneo, & expreſsione cum manu inuncta oleis, &
iniectis exterius producatur. Si uero ex lapide pungen
te commoto exaſperante ulcera proueniant in renibus,
& membris urinæ, regatur regimine ulcerum, & ſolutio-
nis continuitatis renum, quod infra Deo propitiante di
cemus.

Sequuntur compoſitæ medicinæ. Medicamen fran-
medicamē frangés la pidem. gens lapidem renum ſublime, & expertum valde ſecundū
Serapionem. Rec. ſe. batech excorticati, milii ſolis, uitri G
aduſti, dauci. ana partes æquales, terantur, & cribellentur,
et dentur ex eis. ʒ. iii. cum aqua decoctionis ciceris nigri.

Aliud ſecundū eundē ad lapidem ueſicæ. ℞. condiſi. ʒ. i. ſi
mi columbini. ʒ. i. & ſ. ſcarabeorum danich. i. & eſt. ʒ. ſ. te-
rantur, & dentur cum calido. Aliud ad lapidem ueſicæ
ſecūdum Humain. R. ſimi colūbini, ſtercoris galli. condiſi.
omnium partes æquales terantur & cribellentur, et den-
tur in potu cum aqua raphani, aut calida. Aliud ad lapi
pidem renum, et ueſicæ ſecundum Conſtantinum, et eſt ſu
blime. ℞. ſeminis batech, citrulli, cucumeris excorticatarū
an. drac. v. et. ſ. raphani, et apii, et napi ſylueſtris, et dauci, et
petroſelini, ana. ʒ. ii. ſeminis fœniculi. ʒ. iii. granorum ne-
ræ. i. ceraſorum ſylueſtrium. ʒ. iiii. ſtercoris uaccæ paſcen-
tis inuoluti cum oleo ſambucino drach. v. et cribellentur,
et detur ex eo pondus. ʒ. iii, cum aqua apii, et raphani.

Decoctio ad idem. Decoctio ſecundum filium Serapionis ad dolorem re-
num, et difficultatem urinæ. R. e. cimini, ani. radicis liquiri-
tiæ, ſeminis citrulli, ſeminis bathecæ, an. ʒ. iii. pſyllii, ſemi-
nis maluæ, an. ʒ. ii. et in deſcriptione alia loco aniſi, abſin-
thium, et loco pſyllii alchechengi, decoquantur in dua- H
bus libris aquæ donec remaneat medietas, et dentur in po
tu ex ea ʒ. ii. Aliud ad renes, et lapidem ſecundum eun-
dem cuius permixtio eſt. ℞. fœnugræ, ameos, ſeminis bau-
cię, ſeminis apii, ana partes æquales, decoquantur, et detur
in potu cum zuccharo, et eſt ſana, ſi Deus uoluerit.

Aliud medicamen ſecundum Alchindum ad lapidem u-
trūnq;. ℞. ſimi columbini, ſtercoris galli, an. ʒ. ii. origani. ʒ.
ſ. zucch. tabarzet quantum omnium, et cum aqua raphani
extrahit omnem lapidem, et quandoque imponitur cum
eis piper et ſal, et proprie in decoctione pulegii. Aliud
Raſis ad lapidem ueſicæ parnorum, balneetur puer quo ti-
die in aqua calida, et dabis iſtud medicamen. ℞. olibani,
mitheæ radix eſt cuiuſdam herbæ, ana, confice cum melle,
et detur ad modum auellanæ, mane et ſero.

Vltimum ſedans dolorem, et extrahens lapidem ſecundū

Ioannitium. ℞. apii campeſtris, quæ dicitur ſarrurion. ℥ii.
cyperi ægyptiaci, ſpicæ aromaticæ, ſeminis papaueris al-
bi, cinn amomi, caſsiæ, piperis albi, ſeminis bauciæ, acori,
ſeminis urticæ, et caulis, et cardonis, ana. ℈. Confician
tur trita cum melle, de quo ſumatur ad modum auellanæ
cum uino decoctionis capil. ueneris. Ruffus inquit, plu
rima balneatio in tinis ſulphureis frangit lapidem, et hæc
fortaſſe facit peruenire ad hoc, quod quandoque ulcerant
cutem, etſi infundatur in eis pannus calidus, et applicetur
loco lapidis operatur ad exitum eius cum facilitate, & lu-
bricitate, et ſimiliter ſi olea miſceantur mollificantia, et
abſque nocumento ullo. Inquit Galenus. Scio plures
de illis quorum renes ægri medicati cum hoc medicamine
ſanati ſunt à ſuis ægritudinibus, et oportet, ut aſsiduen-
tur huiuſmodi medicinæ pluribus diebus. Eſt enim me-
dicina ſanans illum qui habet lapidem, et qui habet ægri-
tudinem colicæ, et ęgritudinem ueſicæ, et modus
eſt. ℞. auellanarum excorticatarum, et nucum, ſeminis
cucumeris hortulani excorticati, et ſeminis carui mun-
di, ana aur. iiii. ſeminis hyoſcyami nigri, croci, ſeminis ci-
trulli, abion, ana, aur. vi. ſeminis hyoſcyami albi, ſemi-
nis apii, ana aur. xii. Conficiantur cum melle, et fiant tro-
chiſci de quibus detur in potu aur. ſ. cum aqua mellis te-
pida in quantitate cyathorum trium, et in alia deſcriptio-
ne ponitur armel aur. ſ. Item teſtificatus eſt, quod lepus cō
buritur ſicut ſcis, et conſeruatur puluis eius, et ſumitur in
potu de eo diebus aliquot pondus. ʒ. ii. cum aqua tepida,
et frangit lapidem ueſicæ, et renum. Ait Aboa. dico,
quod frangit lapidem ueſicæ non eſt dubium, quod frangit
lapidem renum, ſed non conuertitur niſi alterutrum com-
muniter habeat reſpectum. Confectio ſecundum eum con
ferens illi, qui habet lapidem, et prohibet generationem
eius poſt ipſum. ℞. caſsiæ au. ii. ſeminis apii. aur. iii. lapidis,
fœnumaſculi aur. i. ſeminis bauciæ, aniſi, ana aur. ii. ſtyra-
cis. ʒ. iii. radicis lilii, alozauhi, aur. ii. ſeminis papaueris
albi, aur. ii. ſpicæ tantundem, amygdalarum amararum, a-
cori, ana aur. iii. mellis boni, quantum ſufficit, ſumantur
de ea in potu omni die in uino. ʒ. ii. uel aur. ii. Dixit quoq;
medicinæ compoſitæ ad lapidem ſunt, mitridatum, ipſum
nanque fortis operationis eſt in lapide renum, ſicut ſage-
nea, et ſicut confectio de ſcorpionibus cognita ad renes,
et ueſicam, et medicamen factum de ſanguine hirci, quod
nominatur Manus Dei propter ſuam nobilitatem, et me-
dicamen theſaurizatum dictum, factum cum oleo balſā-
mi, quod eſt mirabile. Puluis ex inuentione noſtra fran. P
gens, et educens lapidem de renibus, et prohibens eum ge-
nerari. Reci. ſeminis geniſtæ. ʒ. iii. ſeminis ſtaphiſagriæ. ʒ.
ii. granorum ſolis. ʒ. i. ſpicæ. ʒ. ſ. doſis. ʒ. ii. cum aqua ſaxi.

Alius ad idem educens arenulas. Recipe granorum ſo-
lis bene puluerizatorum. ʒ. i. ſeminum communium. ℥. i.
zucchari albi. ʒ. i. doſis coclear unum in uino. Medica
men expertum ſecundum Abo. ℞. cineris uitis, cineris ſcor
pionum, cineris radicis caulis, nabatti, cineris leporis, et
lapidis ſpongiæ, ſanguinis hirci exiccati, et contriti, cine-
ris corticum oui, de quo pullus egreſſus eſt, et lapidis in-
daici, gummi nuci, acori, ana partes æquales, petroſelini,
dauci, pulegii, gummi ara. ſemi. althææ, piperis, omnium,
ana partes. xv. conficiantur cum melle, et conſeruentur,
doſis ſit uſq; ad aur. ii. et ſupra cum aqua tribulorum de-
coctorum cum ciceribus nigris. Syrupus ſecundum inten.
tionem noſtram quem ſupra in cura colicæ nephreticæ di
ximus eſt proprius, et ſm Nicolaum, Iuſtinum, et Philan
tropos. Confectio trochiſcorum ſecundū Abo. ex appro-
priatis, quæ frangit lapidem in renibus, et ueſica. ℞. ſemi-
nis bauciæ ſylueſtris, ſeminis cucumeris, berberis, aniſi,
myrtæ, ſeminis apii montani, et hortulani, caſsiæ, cinna-
momi, ſpicę, ana partes. l. tere, et cicotriniza, et confice
cum aqua ponderis. ʒ. i. aut aur. i. et da primum cum calida.
Syrupus diureticus aperiens renum oppilationem ex hu
moribus craſsis, et educens eos, et prohibens ipſos con-
denſari in lapidem, et eſt ex inuentione noſtra. Reci. capil.
ueneris, caſsiæ li. ſpicæ, folii meu, fu, ſiccorum, ameos, aco
ri. radi. rubeę, nigellę, aſari, dauci, cheiſin, ſyſeleos, ſemi-
nis agni caſti, ſchinanthi, cordumęni, granorum pini, et

ſeminis ſolatri

ſeminis ſolatri, et fœni. et enulæ, ana partes æquales, bul-
liant in aquæ, lib. v. uſque ad medietatem, deinde adde zuc
chari, lib. iii. geleniabin, lib. ſ. aceti ſcillitici. ʒ. iii. et ſyru-
pentur, doſis. ʒ. ii. cum tepida in aurora decoctionis radi-
cum graminis. Dixit Abo. ſtercus muris cum thure, &
aqua mellis calida frangit lapidem, et nigella aliquantulis
diebus miniſtrata cum aqua mellis calida frangit utrunque
Et lac ficus cum lacte more cum ramo ipſius educit arenu-
los de renibus, et ueſica. Et ſemen centrumgalli, pul-
uerizatum cum uino ſubtili educit arenulas de renibus
tantum.

De dislocatione renum, & ueſicæ, & medicinis
eius. Cap. 3.

Dislocatio accidit quandoque in renibus, et ueſica
plurimum, et eſt, ut à proprio remoueatur loco, et
declinet ad dextrum, uel ſiniſtrum inferius tēdet ma
gis quare urinandi actio multipliciter impeditur.
Et cauſa eius immediata eſt ſuorum ligamentorum, et ſu-
ſpenſoriorum relaxatio, uel ruptura, cuius cauſa eſt du-
plex intrinſeca, et extrinſeca. Intrinſeca eſt humiditas cum F
frigiditate paralyticans, et mollificans ipſa, quare mem-
bra prædicta in loco prædicto non reguntur. Extrinſeca ue
ro eſt caſus, et percuſsio relaxans, uel rumpens, et balnea-
tio in aqua frigida multa, quo interiorem cauſam coadiu-
uat ſaltem. Signa. ſiquidem ſit à percuſsione, uel caſu rum
pente præceſsio ipſorum cum ſanguinis mictu declarat, ſi
uero non rumpente, ſed relaxante tantum præceſsio illo-
rum cum impedimento urinandi ſola ſufficit ad cognitio-
nem eius. Si uero nulla præcedente percuſsione, uel caſu
acciderit dislocatio, cauſam intrinſecam cōiecturabis mol
lificationem ſcilicet et paralyſim quam confirmat præce-
dens regimen illi proportionabile, et aquæ frigidæ balnea
tio cum priuatione ſignorum aliorum ægritudinum in eis
poſsibiliter contingentium, quæ poſſunt in actione urinā
di nocumentum præſtare, quorum priuatio diſſolutionem
ab aliis paſsionibus diſtinguit, et quandoque urina inuo-
luntarie emittitur propter communitatem colli ueſicæ in
mollificatione, et quandoque retinetur propter oppilatio-
nem expreſsione, et tortura propter declinationem uriti- G
dum, et colli eius.

Cura. Cura ſiquidem eius, quæ à percuſsione, uel caſu eſt rum
pente, forte non curatur, iuuatur tamen cum reductione,
et ſtrictura cum medicinis ſtypticis, et conglutinantibus
ſumptis, et emplaſtratis, quæ dicemus cum de dislocatio-
num medicinis loquemur, ſi Deus annuerit, cuius nomen
ſit benedictum. Et ſimiliter ſi ex eis relaxantibus abſq; ru-
ptura fuerit. Et ſiquidem à materia humida facta paralyti-
cante, uel mollificante cauſetur, cura eius breuiter erit cu-
ra paralyſis, et completur euacuationibus, et purgationi-
bus, deriuantibus proprie, et trahentibus ſurſum cum uo-
mitu, et compreſsione digeſtionis materiæ cum oxymelle
ſcillitico, et aliis medicinis propriis. Et ex purgationibus
propriis eſt, quæ ſit cum helleboro cuius uirtus eſt tranſiēs
uſq; ad corporis extrema, et trahens, et expellens cum uo-
mitu, et exiccans ualde: uel agarico, cuius uirtus etiam trā
ſit uſq; ad corporis extrema, et confortat neutros calefaci
endo, et purgando. Et cum ſpeciebus gummorum, quæ à
profundo attrahunt, et neruis, et uomitum prouocando e-
ducunt. Completur quoq; cum reſoluentibus, et exiccanti
bus interius ſumptis ex electariis, et cōfectionibus, ut the-
riaca, mitridato, et ſimilibus, et exterius applicatis ex ce-
rotis, emplaſtris, cataplaſmatibus, euaporationibus, et
balneis thermarum ſiccis, et aliis et regimine exiccatiuo,
& calefactiuo noto.

De ſolutione continui in renibus, et uenis eorum, et ul-
ceribus, et ſcabie, et reliquorum membrorum
urinæ, et medicinis eius. Cap. 4.

Vlcus renum, et aliorum membrorum urinalium
eſt ſolutio continuitatis eueniens cum deperditio-
ne ſubſtantiæ, cum enim ſoluitur quandoque conti
nuitas in eis, primo eſt ſimplex, deinde cum perdu
rat generatur in eo ſanies, quæ corrodit, & perducit ad
ſubſtantiæ deperditionem, urinæ tranſitu coadiuuante
propter eius acuitatem, & fit ulcus. Et quando à princi-

pio eſt cum ſubſtantiæ deperditione, & abſciſsione dici-
tur ulcus concauum, cum uero ad ſaniem deuenit dicitur
ulcus ſanioſum, cum corrodit, dicitur corroſiuum, &
cum dilatatur, & ambulat, dicitur ambulatiuum, & non
ſanatur. Et renibus exiſtens eſt in corpore renum, aut in
concauitate ipſorum, & uenis, & meatibus eorum, aut in
ſuſpenſoriis eorum, aut in panniculo tegente ipſos. Et
quandoque eſt in poris uiriditibus, & quandoque eſt in
ueſica, quandoque in uirga, & ſi in ueſica, aut in concā-
uo, aut in collo, et eſt ſanabilis, etiam ſi ſit in uirga, et ſi
ſit in concauo, aut penetrans uſque in uacuum, et non ſa-
natur, ut dixit Hippocr. in aphoriſm. aut non penetrans, 6. aph. 18.
ſed unum panniculum tantum, et eſt difficile ſanabilis, et
quam in renibus magis, quia neruoſa, ſubtilis ſubſtantiæ,
ſanguinis pauci ſimiliter in uriticibus. Et cauſa eius, quæ
eſt in corpore renum duplex eſt, interior, et eſt apoſtema,
aut exterior ex inciſione, percuſsione, uel caſu, et eſt ut
plurimum, et ſiquidem perducat ad diſruptionem, mor-
talis eſt, ut Abo. dixit, et ſimilis eius, quæ eſt in ſuſpenſo-
rio, et panniculo cauſa eſt. Eius uero, quæ in concauo eo-
rum, meatibus, et uenis cauſa duplex eſt, interior, et exte-
rior. Interior eſt plurimum, et eſt aut humor plurimus, et
acutus de genere ſanguinis ſcindens uenas, uel cholerę,
aut phlegmatis ſalſi tranſiens cum urina per eos, et ſoluēs,
et ſua adhærentia corrodens, ulcerans, aut apoſtema do-
belatum, et apertum, aut lapis acutus trāſiens et ſcindens,
et aliquid de ſubſtantia eorum portans. Exterior eſt inci-
ſio, et percuſsio, uel caſus diſrumpens, et uſque in concā-
uum eorum pertranſiens. Et ſimiliter cauſa eius, quæ eſt
in uriticibus, poris, et ueſica exiſtit, et etiam in uirga, et
cum ex talibus humoribus fiant in prædictis membris, et
eorum ſuperficie puſtulæ, et deinde ulcerantur, accidit
ſcabies in eis. Signa ſolutionis continuitatis, et ulcerum
in renibus, et aliis membris urinæ anteceſsio cauſarum
eius oſtendit. Inquit enim Aboa. cauſa in libris medico- Signa ſo-
rum quæ primo eſt, ex qua prouenit inuentio alicuius di- lutionis
ſpoſitionis, uel fixionis in humano corpore. Et ſiquidem continui-
ſimplex ſit ſolutio, urina ſanguinea indicabit illam, et do- tatis.
lor in partibus illis. Et ſiquidem in hac parte, uel illa fuerit
diſtinguetur, nam ſi ſit cum urina ſanguis miſſus ſubito
multus cum dolore in eis, et defectione uirtutis ſignificat
rupturam uenæ emulgentis in renibus, ut Hippocra, dixit
in aphoriſmo. Et quandoque eſt ex apertione, uel rarefa-
ctione uenæ illius, et eſt ſine dolore, et tunc eſt ſubtilior,
et quandoque ſymptomaticus, quandoque criticus, &
cum eſt in renum ſubſtantia, ſanguis eſt minor. Si uero
paulatim, paucus, & trumboſus, et ſtranguriam habeant, in
aliis illam eſſe ſignificabit, ſed in quo ipſorum, ex doloris
loco perpendes. Nam ſi dolor ſit ſub uentre, et iliis, ſolu
tio in uriticibus erit, ſi in pectine, in ueſica. ſi in perito
neo, in collo ueſicę erit, ſi in uirga, ibi percipietur. Et quan
doque cum urina quaſi carnium fruſtra apparebunt cum
in renibus eſt, uel petala cum eſt in aliis, uel ſquammæ, ſi
ſit in ueſica, uel pelliculę paruæ, ſi in uriticibus eſt, et uir-
ga. Et ſiquidem ad ulcus perueniat ſanies cū urina egredie-
tur, et ſiquidem poſt ſaniem ſanguis egrediatur, uel ſan-
guis cum ea ulcus corroſiuum, et profundum ſignificabit,
uel ſi malitioſum fuerit, curæ parum proderunt, et dam-
num fiet. Sed in qua parte fuerit cognoſcetur ex doloris
loco ut prædictum eſt, et ex eius ſpecie, nam ſi ſit dolor in
renibus, erit grauatus propter ſaniei aggregationem, &
ſuperfluitatum, Sed in aliis erit intenſiuus ardor, et pro
prie apud aduentum urinæ, et etiam ex exeuntibus cum
urina, ſcilicet fruſtis, et ſanie, fruſtis, ut ſupra dictum eſt,
ſanie uero, ut ex colore, quantitate, permixtione ipſius,
et fœtore. Colore, et quantitate, nam ueniens ex reni
bus erit minus alba, et quantitatis maioris, quàm ex aliis
membris propter eorum naturam humidam, et ſanguine-
am. Etiam à ueſica ueniens, eſt maioris quantitatis, quam
ab aliis, permixtione, nam quanto magis à ſuperioribus
prouenit, magis erit permixta ſanies, et ſanguis etiam cū
urina. et ueniēs à ueſica eſt grauioris odoris propter eius
frigiditatem, et longiorem moram in eius receptaculo, et
concauitate, ueniens à uirga, antecedit urinam. Et ſigui

dem

dem à superioribus ultra renes sanies uenit, et alia frusta, urina non erit mediocris,et sana. Sed si à renibus,et à partibus,quæ sunt infra, urina plurimum erit sana, ut Hippo. innuit di. Quibus in urina pingui existente quasi carnium frusta, uel sicut pili, his de renibus exeunt, et quandoque sana non erit, cum hepar et uenæ compatientur grauiter patientibus illis.

4.apho.77

Signa uero scabiei ipsorum sunt signa pustularum antecedentium ex retentione urinæ, ut Hippoc. dixit ex exitu puris pauci,et furfuris ardore, et pruritu in partibus renum,uel circa partes uesicæ cum ipsa scabit, et tunc est fœtor urinæ grauior.

Cura solutionis continuitatis in renibus,et aliis instrumentis urinæ, si simplex sit ex quo sanguinis mictus apparet, et similis curæ fluxus sanguinis ex naribus, sputi, et uomitus sanguinis, de quibus supra est dictum, licet hæc fortioribus sit complenda, quam illa,et proprie uomitus, similiter si ulcus sit concauum. Si uero fiat saniosum curabitur cura phthisis. recurre ergo ad illa,et q̃ fortiora sunt, elige tam simplicia,quam composita, et ministrabis hic,et uariabis in fortitudine maiori,et minori secundũ diuersitatem longitudinis mẽbri atq; malitiam ulceris, semper quæ his membris sunt propria, et leptomeris substantiæ colligendo,et secundũ omnem modum intus,et extra approximando prout eorum dictat natura, sicut in cura innuimus lapidis.Et ex appropriatis medicinis talibus,et ex simplicibus sunt,ex euacuatiuis phlebotomia superiorum partium et quæ est de basilica magis,et uomitus suauis quandoque euacuat deriuando à renibus omne quod potest ulcerare sanguinem, et urinam acuere, quod est quandoque sufficiens tantum, et clystere lenientium, et medicinæ laxantes suauiter et leniendo, ut est cassia, tamarindi, manna, succus uio. aqua fructuum in cholerico, et aqua lactis, et fenę in adusto, caueat autem à fortibus dissolutiuis, sua enim acuitate dilatant ulcus, materiam acuunt, et etiam exasperant superficiem membri. Et ex alteratiuis remittentibus acuitatem sanguinis, et choleræ, et temperantibus ipsos in hac passione est sumere aquam melonis indi,alchechengi, lactucæ, citrulli, cucumeris, cucurbitæ, et lac se. eorum, et papaueris albi, aqua hordei, lactis, et syrupus uio. Et ex inspissantibus ipsum est amylum, coriandrum, aqua iuiubarum, sebesten, dactylorum, et lenticularum excorticatarum, risum et frumentum, et fructus styptici, quoniam stringendo uentrem multiplicant urinam, ut est cydonium, peonia, sumach, glans, et zarur, uel quæ omnem fluxum retinent, ut myrrha, hi enim temperando humores, et inspisando urinam prouocant, et lauant à sanguine, et sanie solutiones, et ulcera, et sua stypticitate cõsolidant ipsa, et sigillando membra confortant. Et ex mundificantibus lenibus sunt se. alchechengi, et aquæ vuæ vulpis proprie montanæ, et althææ usque ad fœniculi acceptiones, et in leui sunt capil.ueneris, quia est temperatus, et iris, et granum pini, et fortasse in ea conferunt hyssopus, et ruta, et similia. Et ex abstergentibus aqua zucchari,et aqua lactis, et mellis cum quibusdam seminibus ex prædictis. Et ex exiccatiuis est farina orobi, lenticularum,alumen,styrax,sandaraca, aloe, et similia.

De phlebotomia.

Et ex consolidantibus sunt fructus prædicti, et ex herbis cauda equina, barbæ hircinæ, succus acatiæ sumach, et similia. Et ex conglutinantibus sunt amylum, tragacanthum, gummæ frigidæ, et proprie prunorum, et cerasorum, et psyllii, semi. cydoniorum mucilago, et cibi uiscosi infra positi,et proprie anguillæ recentes. Glutinatio enim est ex eis,quæ faciunt ulcera diminuta à corrosione, et excoriatione eorum, quæ super ea transeunt acutorum, et ex eis est bolum armenum, et terra sigillata, et similia, quoniam conglutinãt, et sigillant, et in lacte est abstersio, et conglutinatio, sed oportet, quòd eligatur subtile, ut asininum,equinum, et caprinum, et radici liquiritiæ inest exiccatio, maturatio mundificatio, et conglutinatio, sedatio ardoris urinæ, et similiter flos tabazæ.i. maluæ, lenit eorum ulcera,et ardorem,et radix althææ,et adeps anatis, et etiam in semine lini torrefacto, et bdellio mechio. Et ex facientibus nasci carnem sunt unctuosa, et lacca mastix,thus,iris, et similia. Oportet autem, ut talibus glutinantibus, et sigillantibus misceantur diuretica, et subtiliantia, ut faciant peruenire ipsa ad loca destinata licet de se sint nociua:oportet ergo quòd sint ex leuibus, quæ sunt iuuatiua in hoc, et non nocent: ex quibus est radix liquiri, capil.uene.schinantum,et similia. Et quandoq; oportet, ut misceantur eis narcotica ad mitigationem doloris, dolor enim cõsolidationem prohibet,inflammando enim dilatat,et prouocando rheuma,sorditiem auget. Et lac quidem est boni chymi,faciens exuberare sanguinem nutritiuum æquans chymos si stomachus sumentis sit temperatus, et confortat corpus,et abluit, et quando bibitur cum melle mundificat ulcera interiora ab humoribus crassis, et maturãt ea, et abstergit, et sua caseitate consolidat, et incarnat sanguinis exuberantia, et sedat dolorem sumptum, et inunctũ in ulceribus, et scabie uesicæ, et uirgæ.Et ex appropriatis ulceribus uesicæ tantum est mumia, si ex ea quantitas kiratis sumatur cum lacte, et similiter decoctio cheil, quod prohibet etiam tractio materierum ad locum ulceris deorsum. Et si fuerit fraudulenta,et ambulatiua, glans,rubus,decoctio radicis pentaphylon,papyrus, et lupinus confert omnibus, et sedat dolorem ipsorum cum farina hordei,urina hominis antiqui, asini, uermiculosus, et testiculus canis incarnat illa,opopanax,litium, olibanum, alumen cum fæce uini et omnia pontica,in quibus est mundificatio,et abstersio sine mordicatione.Et cauterizantia, ut colcothar, ziniar, et similia, prohibent corrosionem,& ambulationem cauterizando, et fistulationem, et si fiant non curantur, sed prohibẽt à corrosione cum mundificantibus, et exiccantibus. Et cura scabiei istorum membrorum est cura ulcerum, leuior tamen euacuatione, & adæquatione humorum corporis cum regimine, & medicinis, & mundificantibus, et abstergentibus, deinde exiccantibus absque mordicatione, & ultimo glutinantibus, & consolidantibus medicinis, ex quibus est bolum armenum cum succo liquiritiæ æqualium partium in renibus, & sicut mucila.seminis citoniorum,et psyllii cum oleo ro. cum est in uesica, et ex cibis dulcibus uiscosis, sicut sunt, pedes animalium, et res pingues prædictæ cum oleo amygdalarum, et frumentum coctum cum carne auium, et genera lactis dicta, et pisces dulcium aquarum, ut anguillæ, et similes,et sint in uesica fortiora quam in renibus, et sint ebibita,inuncta cum exiccantibus, et emplastrata in renibus,et in uritidibus,in uesica uero etiam iniecta.

De lacte.

Et ex compositis appropriatis sunt trochisci nostri alchechengi,& trochisci Asclepiadis, & Dioscori. & suffuf Rasis. Confectio trochiscorum Asclepiadis ad ulcera, quæ fiunt in instrumentis urinæ.℞.granorum pini torrefactorum numero xxii. papaueris albi, tragacanthi,an.ʒ.ii. croci, spicę, aluminis iameni, & in descriptione alia loco spicę, gallię dauci,ana drachm.i.costi, drachm.s.fiant trochisci cum rob permixto. Confectio trochiscorum Dioscori.ad illum qui mingit sanguinem de renibus, et uesica. ℞.aluminis iameni,drach.i.tragacanthi, drach.ii.terrę sigillatę,seminis portulacæ,balaustię,ana drachm.iii. terantur,et conficiantur cum rob myrrhę,et administrentur.

Confectio trochiscorum Rasis utilissimorum ad ulcera in renibus,et uesica in quibus est confortatio,& lenitas, & incarnatio ulceris,et sedatio doloris,& sunt trochisci alchechengi.Reci.citrulli.ʒ.x.boli armeni, gummi, arabic. thuris, sangui.draconis, seminis papa. albi, amygdalarum excorticatarum,succi liquiri.tragacãthi amyli,an.ʒ.ii. grano.solatri hortulani,cuius sunt rubea,alchechengi, drach. iii.opii,drachm.i.fiant trochis.x.& dentur in potu quando non est acuitas huiusmodi cum urina, & quando est acuitas cum syrupo uiola.aut iulep,fiantq; trochi.drach.iii.

Medicamen Aboali ad ulcera renum Reci. granorum pini numero.xx. cucumeris.xl. polypodii,ʒ.i.s. terantur, & bibantur cum aquę, lib.i.s.in qua bullita sint spicæ celticę,seminis apii,ana.ʒ.viii.usq;quo redeat ad quartam.

Aliud Reci.terrę sigillatę,sang.draconis,castorei,seminis melissę cucumeris, & apii, cucurbitæ, succi liquiritię, laccæ,aristol.amygdalarum, pini magnę, papaueris,seminis hyosciami albi,ana partes ęquales.dentur in potu cum

rob prout

rob prout exigitur. Confectio emplastri quod ponitur supra dorsum,& apud stricturam medii,& alia loca.℞.farinæ hordei,& confice cum uino,& melle:iterum fit de rosis siccis,lentibus,& melle,& granis myrti, quoniã prohibet dilatationem: & ungatur cum oleo de alchanna, de mastice, de citoniis, & styrace quia exiccat, & adeps anatis lenit illa. Confectio unguenti boni ad ulcus uesicæ.℞.styracis liquidę drach.i.pinguedinis anseris ex drac.ii.usq; ad.iiii.ceræ albæ.satiriorum.ii.& ungatur comprimendo & proprie cum est corrosio. Aliud.℞.dactylos,gallas,passulas,& acaciam,alumen,hypocistim, hyssopum, & styracem. ualet ut primum. Aliud cum non est corrosio, & debet præcedere illud.℞.ceræ, adipis anseris uel anatis, olei ros.& administrentur exiccatiua potando & iniiciendo, & cum non est corrosio, incarnatiua lacca iniecta,de quorum summa sunt trochis. de charta & trochisci de andrulis cum aliquantulo merdasengi,cerussæ amyli & calcis ablutæ. Descriptio medicaminis competentis secundum Andromachum.Rec.terræ sigillatæ,chimoleæ,cornu cerui usti,ana partes æquales, semi.canabis tertiam partem unius, opii partem.vi.unguẽti de cerussa partes tres,sarcocollæ partem.s.myrrhæ, thuris duæ tertiæ partes, aggregentur cum aliquantulo olei ros.& line cum eo.Et leuius illo est illud quod fit ex sarcocolla amylo & cerussa & iniiciatur cum lacte, & si confortetur cum plumbo adusto & thure, est fortius, & quando dolor sit uehemens sufficit potus lactis & syrupus uiolatus cum aqua hordei, & ad hæc faciunt quæ infra capitulo de ardore dicemus. Si autem mictus sanguinis affuerit, ex appropriatis & proprie cum fuerit ex ruptura venæ chilis & est subitus & multus, est syrupus quem supra diximus de succis in cura fluxus uentris sanguinei. Et trochiscus noster de terra sigillata cum succo plantaginis, linguæ ceruinæ, consolidæ, & similia. Quod si sanguis præ sui frigiditate appareat congelatus, ex angustia, frigiditate extremitatum, malitia anhelitus, pulsus inæqualitate, sudore frigido, & rigore cum præcedentibus causis solutionis & mictus sanguinis, tunc cura, est cura quam diximus de congelatione in stomacho licet raro sit euasio secundum Abo. Et ex conuenientibus in hac est ut sedeant in tina decoctionis herbarum quæ sunt ad lapidem & sumant in potu de carpobalsamo drach. ii. aut tantundem ligni peoniæ uel granorum eius, & zuchuem, & proprie cum aqua eius uel tantundem blattæ bizantiæ, aut cordumeni aur. i.cum aqua calida aut cum aceto uini & oleo omphacino, & oximelle scillitico. Et ex habentibus proprietatem est hepar asini, fel testudinis, & coagulum leporis, & lignum uitis, & abrotanum, & lac ficus exiccatum iniectum est proprium, & bibitum in quantitate drach.s. cum aliqua ex aquis quæ in hæc bibuntur: ut cum aqua ciceris nigri, aut alhasech id est raphani, ligni ficus,& abrotani,& decoctionis eius cum uino.

De apostematibus renum & uesicæ & medicinis earum. Cap. 5.

Apostemata renum & uesicæ sunt nota ex prædictis. Fiunt autem in eis prout in aliis membris secũdum duplicem modum per modum congestionis scilicet atq; influxionis,& hoc est ut plurimum,plurimum enim patiuntur propter humorẽ qui influit cũ superfluitate aquosa: & secundum hoc differunt in materia seu causa materiali. Si enim primo modo fiant plurimum erunt renum apostemata ex sanguine crasso & uesicæ ex melancholico & unctuoso. Si uero secundo modo, erunt ipsorum apostemata ex cholera seu cholerico sanguine plurimum. humor enim qui cum urina euacuatur ut plurimum cholera est: ut Gale. & Abo. uidentur innuere quod acutus eius odor affirmat, & quãdoq; sunt aquosa quãdoq; phlegmatica: & quandoq; sunt uentosa.Et causa ipsorum efficiens duplex est:interior & exterior. Interior est membrorum seu particularũ dispositio generantium,mittentium, recipientium caliditate superflua propter stricturam chilarem, uel alia,uel dolore ex urinæ acumine,uel lapide pungente,& quassante,si per modum fiant influxionis & generantium tantum si ad modum congestionis procedant. Exterior uero est sicut casus, & percussio,saltus,labor plurimus, ambulatio, statio in pedibus,& tolerantia seu subleuantia oneris. Et sunt habentia indicia, nam apostemata renum calida plurimum accidunt iuuenibus & cholerica,& pueris & adolescentibus sanguinea, & si frigida sint senibus & mulieribus.Apostemata uero uesicæ plurimum accidunt infantibus causa lapidis. Et diuersificantur in situ eorum, nam quæ renibus accidunt, si quidem magna sint totalitatem eorum continent, si uero parua quædam fient in tortione renum,quædam uero ad latus concauitatis eorum tendunt, & quædam ad latus declinant ad superius uersus uenam emulgentem infixam eis, quædam ad partem inferiorem uersus uritides emulgẽtes, quædam ad partem interiorem intestinorum, & quædam ad posteriorem dorsi,quædam in uno rene, quædam in ambobus, quædam in suspensorio, quædam in panniculo, uel ante eos, & hæc sunt distincta secundum considerationem quam facit ratio,non tamen sunt propter membri paruitatem, & partium eius propinquitatem dignoscibilia bene signis propriis distinctis. Quæ etiam in uesica eueniunt, aut tendunt ad partem concauam,& fundum,aut partẽ colli eius inferiorem, & quandoque sunt magna totalitatem eius occupantia, & quandoque in uritidibus tantum eueniunt.Et diuersificantur in terminatione eorum,nam quandoq; resoluuntur quandoq; collectionem faciunt, & rũpuntur,& plurimum lapidãtur. Ait enim Abo.quo enim modo non lapidantur etiam si calida sint, cum ipsa sint causa lapidis? Et cum rumpuntur apostemata renum, aut rumpentur à parte uritidum,& uesicæ,& est melius omnibus,aut à parte superiori per modum reditionis ad uenam magnam chylim descendentem ad hepar: deinde ab hepate ad meseraicas,& ad intestina,& qualitercunque fiat, nisi sit per modũ crisis est mala, quia non per conuenientia loca & apta licet fiat à natura, aut rumpuntur in uacuum uentris.quare indiget perforatione,ut extrahatur per uentrem, & quãdoque collectionem faciunt,sed non rumpuntur,& hoc cum diureticis oportet,vt curentur,& cum apertione ex medicinis, cum ferro autem est periculosum & mortale,ut supra in lapide dictum est,& quandoque communicant apostemati calido in renibus apostemata,quæ in vesica, nam quandoque rumpuntur ad partem colli eius,& virgę,& est bonum,quãdoque ad vacuum uentris, & est malum,ad partem uritidũ vt recedant erumpi non possunt propter causam iam dictã. Et apostemata renum & uesicæ sunt calida & magna, communicant eis superiora principalia, scilicet diaphragma, cor,hepar,& stomachus, quare accidit malitia anhelitus, febris, casus appetitus, nausea,& deinde accidit commotio rationis,eo quòd cerebrum compatitur renibus, & vesicæ, propterea quia utraque alligantur hepati, & etiam diaphragmati.

Signa apostematum in renibus sunt dolor grauatiuus inseparabilis extensus ad superiora & inferiora, & vrina clara perdurans & subtilis,& quãdoq; retinetur,proprie si est tendens uersus concauũ,& constrictio uẽtris,quia coarctãt intestina proprie si magna fuerint, & alteratio coloris faciei,& oculorũ.Et siquidẽ fuerint calida, associatur febris, & tactus loci calidus,& sitis,abominatio,& uomitus choleræ,malitia anhelitus, & alienatio per compassionem superiorum.Et si cholerica feb.erit intẽsa,urina fit ignea, & perseuerat cũ subtilitate & acredine,color faciei & oculorum tendit ad citrinitatẽ.Et quando sanguinea sunt,cognoscentur,quia feb.est mitior,& vomitus est cholericus, & urina ad rubedinẽ tendit,& minus est subtilis,& alienatio minor & læduntur à diureticis calidis,acutis,acetosis, & salsis, & cũ resoluuntur prædicta accidentia,dolores & feb.remittũtur,& urina inspissatur.deinde fundus apparet.Similiter autem & cum conuertitur in lapidem, & tunc urina mutatur in albedinem claram,& subtilem, dolor tamen non minuitur,& extenuantur membra inferiora,& aliquãdo nõ curatur, & quando est in uia faciendi collectionem, similis est urina,& dolor augetur,& feb.sed nõ grauitas, cunq; rũpantur,urina fit spissa,saniosa & accidẽtia sunt debilia, & procedunt minorando,si bona sit eruptio,si uero non, econtra uenire uidebis, si uero apostemata sint frigida, signa apparebunt prædictis contraria, & siquidem sint melancholica,urina erit glauca, & inferiorum membrorum extenua-

De signis apostematum renũ.

tio atque ſtupor cum conuenientia ſimilium circunſtantiarum in multiplicando melancholicum humorem. Si uero phlegmatica,urina erit alba ſpiſsitudinis paucæ cum ſignis dominii phlegmatis ex pallore, & inflatione membrorum ſimili cachexię,& aliis circunſtantiis conuenientibus ad digeſtionis malitiam multiplicantis phlegma.Et per modum influxionis ſi facta ſint,apparebunt ſigna repletionis in toto,uel parte,& caliditas,& dolor partis apoſtemoſæ antecedens,& eorum factio erit ſubita,ſi per modum cõgeſtionis,fiet paulatim non præcedentibus ſignis repletionis totius,ſed debilitate partis tantum. Et ſiquidem ſit in altero renũ dextro,uel ſiniſtro cognoſcetur, quia iacere ſuper latus eſt facilius,quàm iacere ſupra oppoſitum.Et ſi dolor extenditur ad partem ueſicæ, tunc apoſtema eſt in ſiniſtro , & ſi aſcẽdit uerſus hepar eſt in dextro,& ſi omnia conueniũt, tunc apoſtema eſt in ambobus.Cunq; apoſtema fuerit in ſu ſpenſorio, & panniculo uelante, dolor ſit acutus, & augetur grauedo prohibens reiectionem , & ſternutationem , & quando reſupinatur,ſit dolor leuior , & cum iacet ſupra uentrem,augetur,propterea quia ſuſpendit renem .

Apoſtematum autem ſigna ueſicæ ſunt eadem, quæ renũ propria,& ex cõmunitate,uel compaſsione . propria tamẽ differentia ſunt tantum in ſpecie doloris, quia in ueſica eſt acutio propter neruoſitatem ſui,& in loco quia eſt in partibus pectinis & inguinum & uirgæ,& proprie cum declinet ad collum eius quod coniungitur ei, & eſt cũ inflãmatione ipſius & retentione urinæ,aut diſtillatione, nec poſſunt iacendo eam mittere,niſi ſurgant & ſtent . Et ſigna ſpecialiũ ipſorum ſunt ſimilia illis,quę de renibus dicta ſunt.Et ſigna terminationum ipſorum & etiã eruptionis,quę eſt ut plurimum ad meatum colli ipſius.Et ſi in uritidibus fuerint, par ua ad modum puſtularum erunt , & dolor in iliis erit & in inguinibus,& urinæ retentio abſq; ſignis prædictis apparẽ tibus in membris prædictis renum & ueſicæ .

De cura a poſtemaũ renum

Cura eorum ſimilis eſt curæ apoſtematum illorum membrorum de qua ſuperius dictum eſt , & proprie pulmonis , ſtomachi,& ſplenis,uirtutem innatam & influentem habẽtium ſicut renes ipſi & ueſicæ.Conſiſtunt autem in quatuor rebus.In euacuatione totius,in euacuatione partis , in regimine & accidẽtium correctione.ſimiliter & cura apoſtematum horum membrorum,in illis quatuor rebus cõſiſtit diuerſificatis tamen,tantum quantum natura illorum à natura eorum diuerſa exiſtit. Primam rem complent phlebotomia de baſilica dextra,uel ſiniſtra,ſi ſanguineum ſit, uel ſi alius humor cum ſanguinis pecato ſit , deinde phlebotomia de curuatura poplitis,quod ſi non apparet , uel timeatur propter eius inſuetudinem,aperiatur ſaphena , & ſi ſine ſanguinis pecato , euacuatio cum uomitu & magis ſi cholericus fuerit & cum nauſea eſt faciẽda, & ſolutione uẽtris cum clyſteribus,uel cũ pharmaciis ſumptis appropriatis notis & præmiſsio digeſtionis,hęc enim à toto euacuãt & à membro apoſtemoſo deriuant. Oportet autem ne ſolutio ſit laborioſa,& fortis commouens materiam, ne magni ficetur nocumentum propter rem plurimam effuſam ad in teſtina uicina renibus ſcilicet in ſubiecto , & in inteſtinis , & ano,ut hic ſupra eſt dictum.Et in caſsiafi. eſt maturatio , & ſolutio cum facilitate,& in aliis dictis ſupra in cura oppilationis,quæ licet ſint fortia,tamen in quantitate diminuta ſiunt leuia.Inquit.n.Abo.Et ſcias q̃ multoties indigetur medicina forti,& debili,& fortis eſt ex hoc q̃ ſoluit humorẽ uiſcoſum,& ipſius qui debet,debilis eſt ex eo q̃ facit aſſelare ſemel aut bis,ſed quomodo humorem uiſcoſum mouet niſi uirtutis fortitudine, & ſi talis eſt quo utiq; modo ſemel ſoluet uel bis de ſe niſi diminuta ſit quantitate, & ſiquidẽ in cauſa fuerit lapis,uel acuitas urinæ dolorem inducẽs, uel alia,propriis remediis auferantur,& aliæ cauſæ extrinſecæ interdicantur & corrigantur. Secundam cõplent medicinæ frigidæ , & ſtipticæ , quæ repellant influentẽ materiam,& fluxam tranſmittant,quales ſunt interius approximatæ,ut aqua hordei cũ decoctione roſarum, uel cydoniorum,& ſucci frigidi noti.Et approximandæ exterius , ſicut farina hordei cũ roſis.Cauendum aũt à multum frigidis,& ſtipticis,ne materiam indurent,& conuertant in lapidẽ ad quod ſunt apta.& coadiuuant talem euacuationẽ trahentia ad diuerſum apoſtemoſæ partis ſi nobilius illa nõ ſit,ut ſunt uentoſæ illi applicatæ,& ſimilia euacuantia in mẽbro alteri oppoſito & remoto poſt illud,quæ ſunt nota . Deinde à quo materia iam ceſſauit à fluxu,iam fluxam, & collectã in eis ſtudebis euacuare de eis per propinquam partem ipſis, uel propriam extrahere,per propinquam partem dupliciter,ſenſibiliter euacuando,uel inſenſibiliter . Senſibiliter, ut per apertionem uenæ curuaturæ poplitis , ſi ſanguinea fuerit,quæ ſi nõ appareat,aperiatur ſaphena, uel ſchiatica, ſi illa etiã non uideatur per apertionem hæmorrhoidarum ſaltem cum ſanguiſugis, quæ euacuant de propinquo magis.Sed ſi alius humor ſit,cum diureticis frigidis, ſi ſit cholericus,ut eſt aqua lactis & ſeminum communium,uel temperate calidis,uel caſsiæfi.cum aqua capil.uene. & liquiritiæ,quę maturant & faciunt ſolutionem facilem,& uiis uri næ eſt propria,uel cũ calidis, ſi materia fuerit frigida , hæc enim non ſolum influxam euacuant,ſed per uiam cõgeſtionis aggregatam etiam & uirulentam abſtergunt & lauant. Cauendum autem,ne ante euacuationem corporis illa miniſtres,conuertunt enim materiam ad renes,& ueſicam,& magis replent inſenſibiliter,ut per contractionem eius ad lacertos exteriores renum & cutem , & uentoſa ſupra renes applicata,uel emplaſtris,& rubificãtibus quidẽ in ueſica non eſt bene poſsibile adeo cum à partibus circunſtantibus corporis ſit diſtincta non eis ſicut renes affixa, & ſiquidem euacuatæ perfecte bene ſe habebũt . Si autem aliquid remanet cum ſit compacta & craſſa , oportet ut extrahatur per ea,& primo cum diureticis liquefacientibus & ſubtiliantibus & cũ ſtipticitate , quæ confortant interius & exterius miniſtratis notis,ut eſt ſonugræcum, cinnamomũ, aniſum,ypericon,melilotum,anethum,crocus,liquiritia & huiuſmodi,quæ ſubtiliãt,& ſoluunt,& ex eis eſt chamæmelum:uel fortioribus,ut ſunt ſpica,caſsialignea,ameos,& alia diuretica fortiora, & euaporãtia ſi craſsior ſit materia. Si uero totaliter ſit reſoluta,ſana remanebunt membra præ dicta.Si uero ad ſuppurationem deueniat reſolutio inobediens,facta maturentur & matura rumpantur,& mundificẽtur,deinde conſolidetur ulcus,ut ſupra dictum eſt cum cõuenientibus,quæ ſunt nota ſuperius,& ſimiliter ſi in lapidẽ conuertantur,molliantur & reſoluantur cum omnibus quę ſuperius nota ſunt in cura apoſtematum prædictorum membrorum,quæ in iſtis mẽbris ſunt propria cum permixtione diureticorũ.Sed ſi aquoſæ fuerint,curentur eodẽ modo cũ diureticis calidis,ut phlegmatica,ſi uẽtoſa cum eis & extenuãtibus,quæ etiã in cura hydropiſis ſunt dicta.Et ſi in uritidibus fuerit eodẽ modo curentur . Tertiam rem complet rerum non naturalium debita ordinatio cum diminutione cibi & potus contrariæ qualitatis humori qui eſt materia eius,quiete corporis & motu membrorum ſuperiorũ,ſomno & uigiliis tẽperatis,prout cauſa & accidentia exigunt, & uera inanitione ſuperfluorũ digeſtionũ omnium, non repletione,& omnia quieta,& hæc omnia in aere tẽperato.

Quartam rem complent, quæ accidentia propria remediant,ut eſt dolor qui eſt cauſa & accidens,grauedo,de quibus ſupra dictum eſt ſufficienter ,& urinæ retentio de qua infra dicetur,& uentris conſtrictio, quæ cum lenitiuis ſumptis clyſterizatis unctis & emplaſtris exterius corrigatur, ut ſupra in cura doloris inteſtinorum eſt dictum ſufficienter etiam cum fe.de qua infra Deo coadiuuante dicetur,& uomitus de quo ſupra eſt dictum ad plenum , & etiam de malitia anhelitus,& aliis accidentibus prouenientibus per cõpaſsionis uiam de quibus eſt ſupra dictum in quãpluribus locis:Medicinæ compoſitæ dicentur deinceps . Inquit Serapio ad ultimum huius peruenium aut ad collectionẽ uirus,aut ad lapideitatem . Clyſtere Gualterii faciendum in principio apoſtematis.Recipe aquæ hordei li.i. & in ea diſſolue olei roſati.ʒ. ii. & immitte . Si uero apoſtema ſit frigidũ adde in decoctione flores chamæmeli . Si uero apa fuerit in augmento,fiat clyſtere ex decoctione althęæ,lilii, & florum maluæ,ana.M.i.ſeminis lini. ʒ.i. olei roſati, olei de lilio,ana.ʒ.i.& in parte diſſoluantur olea,& iniiciãtur, apoſtemate uero prouenient ad ſtatum fortiora diaphoretica miſceantur qualia ſunt flores chamæ.anethi, parietaria,ſambucus,& benedicta,& iuſtinum,oleum irinum,nardinum.

dinum . Emplaſtrum ad apoſtemata renum in principio. ℞.olei ro.olei maluæ,aceti parum,farinæ hordei,& empla ſtra. Cum uero peruenerit ad augmentum adde flores chamæmeli,& oleum eius,uel irinum, tale epithimabis cum ſtro imbibito in prædicta decoctione. Et ſimiliter cum peruenerit ad ſtatum , ſtudebis pro poſſe reſoluere addendo diuretica fortiora, quod ſi non, reſoluatur , ſed ſi peruenerit ad maturationem , & ſanię applicetur quod ſequitur maturatiuum.℞.farinæ ſœnugræci,uel tritici lib.s. radicis althęæ,chamæmeli,radicis lilii, ana.M.i.radices coquãtur in aqua,& in illa aqua colata diſſoluãtur adipes anſeris, & gallinæ,olei de lilio, ana.ʒ.i.ex his fiat emplaſtrum & actualiter calidum apponatur . Aliud Iſaac.℞.caricarum albarũ, dactylorum pinguium,& paſſularum enucleatarum, radicis althęæ , fœnugræci,& ſeminis lini, ana.ʒ.i.decoquantur in

Clyſter.

aqua,& cũ axungia gallinæ terantur,& emplaſtrentur. Cũ uero ſaniatũ fuerit apa,fiat clyſtere ex his,quæ habẽt ipſum aperire.℞.aquæ decoctionis cauliũ & limaciarum cũ corticibus,& diſſolue in ea mellis.ʒ.ii.ſagapeni.ʒ.iiii. fœnugręc. ʒ.i. ſucci parietariæ.ʒ.i. olei irini. ʒ.i. & immitte , & utere ſternutationibus. Facto uero & aperto, mundificatiũ appone ex aqua hordei cũ melle,uel zuccha.ſecundũ exigentiam materiæ,uel cum lacte , quod etiã miniſtrabis in potu. Deinde facta mundificatione exhibebis conglutinatiũ de trochiſcis , de charabe, de luto armeno, cum lacte bouino extincto in eo ferro & emplaſtrabis ex ipſis. Si uero ad lapideitatẽ peruenerit fiat ſyrupus ex diureticis notis ſupra mixtis cum mollificantibus,hic ſuperius prænarratis,& caſſiæfiſtu.donec materia maturetur,deinde ea maturata quod cognoſces p urinæ multitudinẽ cum ſubſtantia craſſa purga

Pilulæ.

bis cũ pilulis infraſcriptis . Pilulæ. ℞.benedictæ laxatiuæ drac.iiii.caſsiæfi.ʒ.ſ.eſulæ.℈.ii.tubith.℈.ii.zinzi.℈.i.omnia incorporentur cũ uino & fiant pilulæ . Balneum poſt purgationem miniſtrandum.℞.brãcæ urſinæ,radicis apii,& foſii eius,& radicis iringiorum,& ireos,foliorũ maluæ,florũ meliloti,chamæmeli , ſeminis lini,ana.ʒ.ii.bulliant in aqua & adde olei de amygdalis.ʒ.iii. & ingrediatur uſq; ad umbilicum,deinde fiat poſt tertium diem phlebotomia de alia ſaphena ſub cauilla , deinde emplaſtretur cum hoc emplaſtro.℞.foliorum parietarię quantum uis,& torrefiant in ſartagine cum oleis his.℞.olei anethini, chamæmelini, de lilio, de pulegio , olei uiol.ana.ʒ.s.& inunctis renibus cum prædictis oleis prius emplaſtretur cum ipſa.

Emplaſtrum de mucilaginibus quandoq; per interualla applicatum eſt optimum,cui ſuccedat emplaſtrum de melilotonoſtrũ in antidotario traditum,& hyſſopi cerotum,& cerotum diapente,& alia conſimilia ibidem notata.

De dolore renum & ueſicæ prouenientẽ ex eo & medicinis eorum. Cap. 6.

DOlor renum & ueſicæ notus eſt . Et quemadmodum differt loco & ſpecie quibus dignoſcitur,ita in cauſa contingit cuius ablatione curatur . Loco quidem differt,nam dolor renum circa lumbos percipitur,et ueſicę circa pectinem. Specie differt, nam renum eſt grauatiuus, ueſicæ uero eſt acutus propter neruoſitatem. In cauſa conuenit , nam cauſa eius eſt aliqua ægritudinum prædictarũ, & mala complexio diuerſa cuiuſlibet generis, de qua infra dicetur , uel uentoſitas , & quandoque eſt antecedens criſim per urinam,& concomitans eam , & ſigna earum & cura ex prædictis ſunt manifeſta , & ex dicendis in capitulo ſubſequenti. Et cum non inuenis ſedationem doloris cum anodinis exterius,unctionibus , & emplaſtris , clyſteribus & uentoſis , oportet , ut narcotica adminiſtres , deinde ad cauſæ ablationem deuenias cum adminiſtratione diuretico rum,ſed in adminiſtratione narcoticorũ eſt timor magnus, debilitant enim ea in actione propria , ex qua ſequitur grãde malum. abſtinere ergo oportet in quãtum poſsibile eſt, & uti cum cautela maxime,ubi excuſatio non habetur. Similiter autem in diureticorum adminiſtratione eſt error, & maxime calidorum & fortium,propter illud quod de humoribus ad illa conuertunt,& maxime ulcera,quæ mordẽt, oportet ergo ut non niſi poſt euacuationem ſufficientem corporis miniſtrentur, & in diſpoſitione ulcerum cum remittetur eorum acumen mixtione , ut ſunt diuretica frigida, prout dictum eſt ſupra . Et ex appropriatis ſimplicibus in dolore ipſorum ſunt ſeſeleos ſemina,cũ enim ſunt recentia,& bibuntur ex eis tres amiluſech cum rob.x.diebus , ſanant dolorem renum,& ſunt iuuatiua penitus renum,& ganlanga,& ſpica,amomum eſt proprium cum ſedetur in decoctione eius. Caſsia confert doloribus renum, & ueſicæ,& iuiubæ,quantitas auellanæ de radice pęoniæ confert doloribus renum & ueſicæ. Caro eritii terreni ſalita cum oxymelle confert dolori renum,ziniar,quę nominatur acuchia confert dolori renum & anucuben domeſticæ,leniendo naturam conferũt dolori renum,& aqua decoctionis eius, & ſyrupus,& agaricũ purgando & calefaciendo. Gutta alhuſar confert,& ficus humida,& ficca,ſi ab ulcere non procedat. Et ex compoſitis ad dolores renum. Confectio Hermetis diacurcuma,& confectio de alchechengi,nux condita,& oleũ de ſtyrace,& de pineis , & de fiſticis lentiſcis de nuce indica,uulpinum,laurinum,benedictum eſt ultimum, & mitridatum, theriaca eſdræ, & Aboa.picra , & alia,quæ ſequuntur. Syrupus expertus ſecundum Io. caſamizulam ad dolorem renum ex cauſa frigida,uel calida , cholera,uel phlegmate . Reci.capil.vene.bugloſſæ , ſenationum ſcolopen.filipen.chamedry.chamepi.acori,ſcariolæ cum radice, cichoreæ,hepaticæ, an.M.i. radicum fœniculi, aſparagi,& bruſci , ana unc.ii. corticum radicis celſi unc.iii. polypodii unc.iiii.aniſi,fœniculi,ameos,ſeſeleos,amomi;dauci,ſemi. apii,aſari,meu,ſu,epithymi,folliculorum ſeneę,zinzibe.ana unc.s.liquiritiæ,uiola.florum boraginis, paſſularũ enucleatarum,ana unc.i.prunorum , ſebeſten , ana.xl. turbith,hermodactylorum,ana unc.i.piperis longi drach.ii.ſemi.communium,cicerum nigrorum, ana unc.ii.hordei.P.i.zuccha ri li.i.zucc.uio.reſidentiæ,zuccari roſa.nouj, ana.ʒ.iii.ſucci roſarum lib.s.aceti.ʒ.ii.

syrupus ad doloꝝ renum.

Confectio trochiſcorum ad dolorem renum.Reci.ſeminis apii.ʒ.iiii.cimini,ſeminis myrtę,radicis caſtorei,ana.ʒ. vi.fiant trochiſci granorum quinq;,& dentur unus,uel duo cum uino ſubtili,ſi non febriat,& ſi febrit cum tepida.

Vnguentum ad dolorem renum & neruorum cõtractionem,contuſionem & puncturam,& ualet ad omnes articulorum dolores. Reci.olei maſticini, ſœnugræci,ceræ citrinæ , ana.ʒ.ii. Confice cum mumia diſſoluta in uino. Emplaſtrum ad ideis ſecundum Archi. Reci.maluarum,marrubii,apii,farinæ hordei,& ſalis , & calidum ſuperpone . Pilulæ expertæ ad dolorem renum.Reci.ſeminis ęparum albarum , ſeminis apii, ana.conficiantur, cum ſucco fœniculi. Pilulæ laxatiuæ ad purgandum renes de humoribus craſsis. Reci.benedictæ laxatiuæ, iuſtini , ana drach.ii.hermo.ſarcocollæ,interiorum colocynthidis,ana.ʒ.ii.turbith. drach.i.&.s.cathartici imperialis drach.ii.zinzibe.aniſi,fœniculi,ana.℈.i.ſaxifragiæ,milii, ſalis, ana drach.i.ſalis gemmę,diagridii,ſagapeni,armoniaci,opopanaci,ana drach.ii. Conficiantur cum ſucco apii , doſis.ʒ.i.&.s. Et ſi fuerit durus.ʒ.ii.poſt præparationem cum prædicto ſyrupo,& abſtinentia à craſsis, & uiſcoſis . Poſt purgationem intret balneum aquæ mixtæ marinæ cum dulci æqualium partium, in qua bulliant chamæmeli flores, foliorum lauri, rutæ , calamenti pulegii,omnium,ana. Deinde poſt exitum ungatur hoc unguento. Reci.olei chamæmeli,& ſeminis lini,ana.ʒ. ii.butyri ſine ſale,dialthęæ , agrippæ, ana.ʒ.i.ſpicæ.ʒ.ii.ceræ,quod ſufficit.

Vnguentũ ad doloꝝ renum.

De debilitate renum & ueſicæ & diſtinctione nocumentorum contingentium in actione urinandi. Cap. 7.

DEbilitas renum & ueſicæ eſt nocumentum actionis ipſorum , uel propria , quæ eſt circa nutrimentum proprium , uel communis , quæ eſt circa expulſionem ſuperfluitatis aquoſæ , & dicitur actio urinandi de qua intendimus, quam Galen . dixit compoſitam ſicut primam naturalem in qua quidem actione naturaliter ſe habente tres actus ſimul dicebat concurrere neceſſarios & ordinatos . Primus eſt ipſius ſanguinis ſequeſtratio. Secundus eſt ipſius collectio, & retentio. Tertius eius expulſio unica,& uoluntaria , primus eſt renum,ſecundus ueſicæ & colli eius cum lacerto latitudinali circunuoluto in ipſo,tertius eſt concauj eius, & uirgæ exiſtentis,ut uiæ ad

extra, sicut uritidum de renibus ad uesicam. Aegritudine adueniente talibus membris & proprie renibus, uel uesicæ, quæ sunt principalia in actione, necessarium est actum eorum lædi, & per consequens actionem urinandi. Talis enim læsio multiplex & diuersa. Et diuersa sequuntur symptomata secundum diuersitatem membrorũ suorum & nocumentorum actuum eorundem. Nam siquidem nocitus sit actus renum attrahendi & sequestrandi, tunc aut erit debilitatus, & diminutus ut parum attrahant, & sequestrent, ex quo in actione urinandi prouenit nocumentum, quod dicitur urinæ paucitas, & sequitur cachexia. Aut erit ablatus, ut nihil attrahatur, uel aliquid de quo non sit curandum, & accidit urinæ stillatio, seu priuatio, & quandoque hydropisis, de quibus superius dictum est. Aut erit superfluens, quia superflue trahant, ex quo accidit Diabætes, quæ multitudo seu lienteria est urinæ, & sequitur ex ea corporis desiccatio. Aut erit corruptus, & tunc dupliciter, aut quia corruptiuum tribuat, & tunc accidit fœtor urinæ, aut quia corruptum trahit, & tunc accidit in renibus tremor, & sequitur tarda mictura. Sed si in uesica & eius collo nocitus est actus colligendi & retinendi, aut erit ablatus, & tunc fit incontinentia urinæ, & inuoluntarius exitus, & mictus in lecto, uel dysuria, quæ urinæ diarrhæa dicitur in qua Gale. dixit ablationem actionis esse animalis, quia lacerti colli uesicæ, quæ est ipsius uirtutis organum. In stranguria uero ablationem naturalis, non animalis. nam in eo lacertus iste suam actionem agit, sed uesicæ concauum non ualet comprimi, quod naturalis uirtutis est instrumentum, colligit.n. uesica & retinet dilatato eius concauo, & oppilato collo eius per contractionem lacerti existẽtis in eo, quo laxato, ut aperiatur eius collum, & concauo eius circũtracto, urina ex eo egreditur naturaliter, & quandoq; non circuntracto, egreditur ẽt, & accidit mictus in lecto. Aut erit diminutus, & tunc erit distillatio urinæ, & paucitas etiam eius sequitur. Aut corrupte fiet, & male, quia cum dolore & ardore, & tunc accidit stranguria proprie, quæ est retentio, & strangulatio, ex quo sequitur dolor in pectinẽ, inflatio, & cito mors, & frequenter. Si uero sit actus nocitus in concauo uesicæ, qui est compresiuus laterum eius undiq;, ut expellatur urina, tunc accidit difficultas urinæ, & sequitur urinę retentio. Sic itaq; determinatis nocumẽtis, quæ in actione urinandi possunt contingere, de unoquoq;, Dei implorato auxilio, est dicendum. Sic ergo debilitas renum, & uesicæ, & earum defectio in actione urinandi, & causa immediata eius, aut est propria, & est aut imprimens in corpore ipsorum membrorum, ut est aliqua ægritudinum prędictarum de quibus sufficienter est dictum, aut mala ipsorũ complexio diuersa uel æqualis, de qua nunc dicendum, & est ut plurimum in renibus, calida, in uesica, & in aliis, frigida. Singulum enim membrorum secundum Gal. operatur per qualitatem eius crisim, quæ ex quatuor est qualitatibus, quandiu scilicet eucrita fuerit certa prout membri illius actio expetit. Cum uero fuerit dyscrita, & ægra, necessarium est ipsam lædi, efficit enim secundum Gal. in uirtutis essentia, & in subiecto ipsius, quæ in actione penetrabilis existit cuiuscunque generis fuerit: maxime frigida diuersa uel æqualis: ex ea enim non tantum debilitas uel diminutio accidit secundum diuersitatem eius in specie uel in gradu quælibet alia prouenit in actione urinandi læsio, & sequuntur symptomata supradicta. Nam siquidẽ in renibus fuerit complexio mala, & frigida ualde excedens, attrahendi, & sequestrandi aufertur ipsorum actio: ex quo accidit urinæ retentio: aut non erit ualde excedens, & tunc accidit debilitas eius, & minorabitur, & sequitur paucitas urinæ. Aut erit calida ualde excedens, & tunc superflue trahet, & accidit diabętes, & sequitur corporis exiccatio. Aut erit sicca, & eos extenuabit, & debilitabit, aut ualde humida simplex uel caliditati parum admixta, quæ substantiam renũ mollificet: & eorum meatus dilatet, & aperiat: accidit debilitas renum deterior quã sic. Si etiam sit in uesica, & collo eius cõplexio mala, & dyscrita humida cum caliditate, & frigiditate, magisq; mollificent lacertum circumuolutum in eo, ut nullo modo possit cõtrahi, & collũ eius constringere, tunc accidit inuoluntariæ urinæ exitus, & dysuria, & sequitur multitudo urinæ, & mictus in lecto. Si uero nõ sit ualde excedens, ut parum mollificet, & non constringit perfecte, tunc accidit distillatio urinæ, & sequitur paucitas eius. Aut erit multum humida cum pauca caliditate, quæ testulam uillorum uesicæ rarificat, & relaxat, debilitatem in eis feram, & pessimam generabit. Aut erit sicca cum caliditate ut urinam acuat: & tunc accidit ardor urinæ, & sequitur resolutio, & debilitas. Aut sicca cum frigiditate: & tunc accidit stranguria, & sequitur dolor in pectine, & inflatio, & mors quandoq;. Si etiam sit in uesicæ concauitate mala complexio, & dyscrasia frigida, & humida, quæ prohibeat constrictionem ipsorum laterum undiq;, ut urina non queat exprimi, accidit difficultas urinę. Etiam si fuerit sicca uel humida in collo eius, quæ spasmet lacertum, & teneat circuntractũ. Sicq; expeditis ægritudinibus uariatis secundum plus & minus, maior, & minor accidit in prædictis membris debilitas ex qua diuersa possunt in actione urinandi prouenire nocumenta. Aut erit cadens supra substantiam spiritus, ut quia sit euacuans ipsum, ut est euacuatio multa humorum, & proprie sanguinis ex eis, uel coitus multus, uel resoluẽs ipsum, ut mala complexio eius calida. Aut suffocans, ut multa repletio ex humoribus, lapide, sanie, uel urina. Aut extinguens, ut narcoticorum approximatio. Aut cadens supra uirtutem, ut multus latus labor reiteratus ipsorum membrorum, & proprie renum, ut in longa statione in pedibus, & ambulatione multa, & equitatione subita sine consuetudine, & intermissione, dolore, & percusione: & in uesica multa urinæ retentione, ardore, & dolore, quæ etiam spiritum resoluendo debilitant uirtutem, accidit membris prædictis debilitas secundũ plus & minus: ex quo eorum actio diminuitur uel aufertur in expulsione urinæ. Et quandoque causa debilitatis ipsorum est ex communitate ad superiora membra nobilia, scilicet hepar, & cor, & cerebrum, cum.n. hæc patiantur, prædicta debilitantur membra, ex quo nocumentum proueniet in actione ipsorum prędicta, & diuersa, ut dictum est, accidentia insequentur. Et causę ipsarum ęgritudinum, signa, & curæ superius dictæ sunt. Causa uero malæ complexionis ipsorum simplicis, & commixtæ, puræ, uel impuræ, diuersæ uel æqualis, quæ in debilitando est pessima, seu plurima, duplex est, interior, & exterior, & utraq; ex dictis in lapide, & ulcere, & in mala complexione hepatis est manifesta, & signa eius etiam, licet loco & proprietate actionis læsæ, & exeuntium quorundam ab eis sint differentia. per te ergo considera, & appropria illa renibus prout oportet.

Signa uero debilitatis ipsius, scilicet renum sunt, urinæ paucitas, & in substantia, & colore, sicut lotura carnis, & quandoq; residet cum uenæ sunt saluæ, & quãdoq; remanet sicut mingitur, nec residet cum non sunt saluæ. Et extenuatio renum, licet non sit manifesta, debilitas in stando, & impotentia tolerandi anhelitum, defectus in coitu, debilitas uisus, & dolor capitis. Sed uesicæ debilitatis signa sunt defectus in continendo uel expellendo urinã: & grauitas in pectine & peritoneo, & sensus acuitatis, & ardoris, lenitas, & asperitas in loco, & apud emissionem urinæ maxime, & urina erit spissa, & turbida propter illud quod descendit cũ ea, quod non digeritur nec conuertitur: & non expellitur, nisi adiuncta compresione: & hæc de istis signis.

Cura malæ complexionis talium membrorum: si pura est simplex uel commixta, & diuersa, facile curatur, licet difficilius cognoscatur: si uero æqualis, & fixa, difficilius curatur, licet facilius cognoscatur, quẽadmodum in aliis mẽbris existens, ut Galen. dixit. Et eius sanatio est tres res. Prima est remotio exterioris causæ. Secunda alteratio. Tertia ipsorum confortatio. Si uero impura fuerit, & cum materia cõmixta, eius sanatio est tres res. Prima est materiæ euacuatio. Secunda alteratio dyscrasiæ si remanserit impressa. Tertia ipsorum confortatio. Euacuatio completur cum phlebotomiis præenumeratis uel medicinis solutiuis, prout materia exigit, & sumptis, & clysterizatis, & uomitibus, & diaphoreticis exterius approximatis per omnem modum, prout in cura oppilationis eorum diximus. Alteratio uero completur cũ administratione diureticorum calidorũ uel frigidorum, & exiccantium, & humectantium, prout

prout dyscrasiã expetit, quæ omnia in cura oppilationis ex lapide uel humore, & uiscerum sunt numerata. Confortatio uero cõpletur cũ cibis, & medicinis, & cibis facilis digestionis boni nutrimenti, & dyscrasię contrariis. Et a proprietate conuenientes sunt renes animaliũ, & proprie hœdorũ, & porcorum. Et uesica donulæ exiccata, & carnes tetitui salitæ cũ oximelle, ficus humidæ, & siccæ, sed nocẽt eis ulceratis: & zuccharum alhusar, & lac camellarum, & ouiũ. Et ex potibus uinũ odoriferũ paucæ stipticitatis, puri, uel mixti, prout stomachus, & dyscrasia requirit, & in hu. ualde mollificante, & relaxante uinũ passum. Et ex medicinis simplicibus, & commixtis, interius & exterius approximatis p omnem modũ, &c. Et ex appropriatis simplicibus sunt grana siseleos sumpta in quantitate duorum almulusech cum rob, decem diebus, cyperum, bolum armenum, sed cum lacte ouino, oportet ut sumatur, & ex eis sunt, quæ dicta sunt supra in cura lapidis. Et ex compositis sunt trochisci alchechengi, & oleum de cherua, rosatum, de mastice, citonio, & alchanna. Et ex mundificantibus eos sunt theodoricum, mitridatum, anacardinum, hiera Aboa. & oleum de ambra, ad frigus eorum, ad mollificationem eorum hiera Gal. tryphera de scoria ferri, & aliæ trypheræ.

Proprie cõue renes animaliũ.

De diminutione, seu paucitate urinæ, ablatione, & priuatione ipsius. Cap. 8.

Diminutio urinæ uel paucitas, seu priuatio eius ex pdictis sunt notæ, & in specie causarũ cõueniunt, sed differunt in quanto eorum quemadmodum & ipsæ. Est enim causa eius, aut ex parte cibi, & potus, sit materiæ, aut ex parte corporis, ut efficiẽtis, aut ex parte extrinsecus aduenientium, & cooperantium. Ex parte cibi, quia sit naturaliter siccans corporis humiditates, & exiccans, ut est panis miliaceus, uel panici, & furfuraceus, sorbitio ex orobo, & lenticula, & fructus pontici nati ex se corporis humiditates exiccantes uel accidẽtaliter, uelut carnes salitæ, uel alii cibi multum salis habentes, panis bis coctus, uel temporaliter, ut antiquus, aut opirus. Ex parte potus, quia sit paucus, & crassæ aquæ uel uini similiter, & aliorum similiũ. Ex parte corporis, aut totius, aut membrorum operantium in urinam. Ex parte corporis totius, quia sit rarum, resolubile, uel multi sudoris, uel lubricũ, ut fluxibile uentris, ad quem humiditas corporis tendens, & fluẽs per eum in uiis urinæ deriuatur, unde Hippo. urina multa noctu facta modicum secessum significat, & ecõuerso. uel quia sit multi uomitus, qui eradicando a superioribus, & ab inferioribus retrahendo, ut Abo. dixit, diminuere potest urinam. uel quia aliam similem euacuationem manifestam patiatur, ut fluxũ sanguinis narium, & similia. Ex parte membrorum operantium in urina, aut per modum generationis, ut hepatis debilis non impellentis ad renes aquositatem quam generauit, vnde remanet in uenis cum sanguine: nec transit in vrinam: aut per modum tractionis, & sequestrationis, ut renũ debilitatorum, ut in præcedenti cap. dictum est. Aut ex parte deferentium & colligentium, ut uritidũ uel uesicæ, quia sint oppilati uel ulcerati, & perforati, quare urina licet plus trahatur cum ad corpus uacuum tendit, non extra uadit. Ex parte autem extrinsecus accidentium puta aeris, quia tempus, uel aeris constitutio fuerit sicca, inaquosa, uel borealis, quæ corporis humiditates, & superfluitates exiccat, licet per accidens, scilicet stringendo uẽtrem, urinam prouocet, & multiplicet, ut Hipp. dixit: uel motus resoluendo exiccant, ut inanitio, fames, & abstinentia, quæ exiccãt per accidens secundum Galen. & uigiliæ quæ sunt uehementis motus similes motui, ut Aboa. dixit. Et euaporãtes, ut Gal. ait: & animæ accidentia immoderata, quę corpus exiccant, ut Galen. in techni descripsit, quæ omnes, si debiles sint, minorant urinam, & eam paucam reddunt, si uero fortes, auferunt eam, & priuant. Signa earum sunt talia. nam siquidem processerint a cibo, & potu, sunt manifesta ex eorum assumptione præmissa; si uero a causa in corpore toto, quia sit rarum, & resolubile duobus declarabitur signis potissime. s. signo raritatis quod est pilositas corporis, sicut Hippo. docuit, cum dixit, cutem raram declarat pilus, & signo resolutionis, quod est duplex. Vnum quod Gale. posuit, & quia in multa sumptione cum priuatione euacuationis sensibilis, & egestionis paucitate corpus non impinguatur, sed remanet extenuatum. Aliud est, quia in laboribus non subsistit, sed cito deficit. Si uero quia sit fluxibile uel alias sensibiles euacuationes habuerit, præcesio illarum, & reliquiæ ipsarum remanentes ostendunt, sicut Galen. dixit. Signa debilitatis eius in suo loco dicta perpendes, cachexiam, uel etiam ascitem. Similiter si ex renum debilitate, signa debilitatis eorũ in præcedenti capitulo dicta uidebis. Similiter quoq; si ex parte deferẽtium uritidum & uesicæ, uel etiam uirgæ, quia oppilentur, ex signis dictis oppilationis ex humore uel lapide cognoscere potes. Et stranguria, & etiam spasmi, ac ẽt ex signis dictis in capitulo solutionis uel ulcerum: si soluti fuerint, uel ulcerati, quod uentris inflatio ex aquositate replente confirmat, & ardor urinæ.

Causæ.

Cura diminutionis urinæ, & ablationis eius sunt tres. Prima est regiminis permutatio. Secunda est euacuationis retentio. Tertia urinalium membrorum rectificatio, & cõfortatio. Permutatio regiminis est, ut alteretur, & permutetur secundum quãtum & quale: de exiccatiuo, quod eius erat causa ad humectatiuum, in cibo & potu, & in aliis rebus non naturalibus, de quo etiam supra in cura meri, & stomachi diximus: & etiam impinguatiuum, de quo Deo dante dicemus infra: hoc enim regimẽ primam causam, quę ut materia erat abscindit: & etiam tertiam extrinsecus subaufert, alterat, & emendat. Secunda est euacuationis retentio occultæ, & manifestæ: occultæ, & insensibilis retentio completur cum cibis & potibus humores inspissantibus, & cum medicinis condensantibus poros, de quibus supra in syncopis cura diximus, & hoc supra in cura doloris, & fluxus. Si uero sensibilis fuerit, & per sudorem, cum remittentibus ipsum de quibus ibidem diximus. Si uero lubricitas uentris fuerit, & naturalis, quia humiditas, & mollities in expulsione superfluitatum naturalium consuetarũ cum stipticis cibis uel potibus præmissis notis supra corrigatur: & cum frictionibus balneis, & aliis diuertentibus ad hepar, & uenas humiditates, & trahentibus ad membra urinæ, ut sunt diuretica. Si uero fuerit lubricitas præter naturam, medicetur prout de ea superius dictum est in cura fluxus uentris. Similiter & si multus uomitus adsit, necnon & si fluxus sanguinis narium, curetur prout supra in propriis diximus locis. Et de aliis euacuationibus similiter quoque intelligas. Tertia est membrorum rectificatio, & confortatio, & hepatis prout supra in cura debilitatis hepatis est dictum, uel renum, sicut in præcedenti capitulo habuisti, uel etiam uritidum, & uesicæ, & cum diureticis, ut ibidem est dictum, quæ omnia in fortitudine, & debilitate diuersa eligenda sunt, prout diminutio urinæ, & eius ablatio, & earum causa uariantur in quanto.

Cura diminutionis urinæ.

De diabæte. Cap. 9.

Diabætes secũdum Galen. est propria passio renum, raro contingens, in qua potus citius trahitur quàm oportet ad eos, sicut cibus in appetitu canino, & cito egreditur cum urina, sicut cibus & potus in lienteria cũ egestione. Et causa eius est superfluitas. Primo desideratiuæ. Secundo contentiuæ ipsorum defectu: nisi enim foret superfluitas desideratiuæ ipsorum, non sic uelociter traheretur: nisi quoq; deficeret contentiua ipsorum, non sic cito egrederetur. Superfluitatis desideratiuę ipsorum, & attractiuæ uirtutis causa est ipsorum caliditas uehemens, cum materia, uel pura magis quàm sunt ultra debitum in continua tractione & forti a uenis emulgentibus, & de eis ad hepar extenditur, & de hepate ad stomachum, & ad omnia membra. vnde humiditas ipsorum irrorans ea attrahitur, & exiccatur, & sequitur sitis uehemens, quæ potu non sedatur, quia ea non remanet, quare siticulosa ab aliquibus appellatur. Defectio contentiuæ non est in eis principalis propter complexionis malitiam calidæ, quæ est causa superfluitatis attractiuæ qua non deficit contentiua, sed frigiditate proprie, & humiditate, sed plurimum accidentalis secundum Galen. & consequens superfluitati attractiuæ: cum enim superfluit eorum attractiua, urinæ plus trahitur quàm renes aliquandiu continere possint, & ipsa uesica, quare deficiente contentiua ipsorum, cito profluit

inalteratus per uritides ad uesicam, & inualescente expulsiua eius ingreditur cum urina, sicut in liêreria cibus & potus cum egestione. Et aliquando est principalis, & essentialis in ea, ut dixit Aboa. propter malitiam complexionis puræ, frigidæ, uel impuræ ab intra, uel exterius uenientis, quã sequitur superfluitas attractiuæ ipsorum non essentialiter propter contrarietatem complexionis in causando, sed accidentaliter, & ex consequenti: cum enim in renibus urina non figitur tracta, naturaliter renes ex sanguine cum aquositate ueniente nutriri nõ possunt; quare remanentes inaniti auidius trahunt, & tunc magis contentiua eorum deficit & quanto plus deficit magis trahunt, sicut est deuenire ad circuitionem, quemadmodum in lienteria est uidere, causa uero ipsius caliditatis renum duplex est, scilicet interior & exterior, ut in lapide dictum est, & similiter frigiditatis causas per contrarium comprehendas.

Signũ si quod sit ex caliditate faciẽte superfluere attractiuum, sensus erit, & inuentio caliditatis in lumbis, & urina multa, & in principio, sicut lotura carnis recẽtis ſm Gal. minus tamen tincta & rubea quàm si procedat ex defectione discretiuæ hepatis, & proprie cum amplitudo meatuum emulgentis uenæ in ea inuenta fuerit, & sanguinis abundãtia in uenis, quæ quanto maiora sunt, tanto plus sanguinis cum aquositate transibit ad renes. Vnde urina ex defectione contentiuæ uirtutis perfluens plus rubebit: procedente uero tempore diminuto sanguine ex uenis, proinde restrictis membrorum meatibus, & exiccatis urina egreditur inqualitate, seu colore potus. quia aquæ subtilis, & alba: si aqua sola bibatur, quæ magis desideratur in ea, uel sit alius potus, uel uini simplicis, uel cocti, uel aquæ commixtæ, uel etiam syrupus. Et forte erit alba, & spissa propter humiditatem membrorum, ultima extractione, unde urina redditur sicut lac: & proinde membrorum consumptio sequitur & mors ut plurimum. Si uero ex frigiditate faciente deficere contentiuam causetur, sensus, & inuentio frigoris erit in lumbis, & urina erit in principio non multitudinis magnæ, sed consuetæ, deinde multiplicatur, & erit sicut lotura carnis, minus tamen tincta quàm in præcedẽti in qua fortitudo attractiuæ processit, in processu uero temporis sociata fortitudine attractiuæ mutabitur, sicut prima.

De cura diabætis.

Cura diabætis in generali & speciali est quatuor res. Prima est omnis causæ ablatio, & exterius prouenientis, & interius existentis. Interius, ut liquidem ex caliditate rerum processerit, fiet subtractio subtilium, & calidorum ciborum, & potuum, & diureticorum calidorum, & talium prouenientium. Exterius, ut labor corporis & proprie renum, strictura lumborum, balneatio in calida aqua actus, uel porectia, mora in sole, decubitus super renes, & somnus profundus, & unctiones calidæ, & emplastrorum, & aliorũ talium, quæ renes habeant calefacere, hepar, humores, & mẽbra, & antecedẽtis, siue fuerit humoralis cũ phlebotomia, siue fuerit sanguis cum clysteri pharmacia appropriata leni. Si autem humor calidus sit, id est uomitu qui in euacuãdo est potissimus, quoniam euacuat deriuando ab eis, siue fit complexionalis, quia oppilatio sit in eis cum aperitiuis superius notis, necnon & causæ coniunctæ, quæ est renum dyscrasia calida. Alteretur ergo, fit enim talis dyscrasia ægritudo, ulterius augmentata, quam talis sequitur passio, ut superius dictum est, & ea mediante orta alia concomitãtur symptomata, ut sitis, & consumptio corporis, de quorum correctione infra dicetur. Inquit enim Gal. Palam est morbum esse causam omnium accidentium, accidentia tamen alia sequuntur. Secundum enim sequitur primum, & tertium secundum.

Complebitur uero eius alteratio cũ frigidis, quæ non tã tum illam alterent, sed etiam hepatis, & membrorum complexionem contemperent, & humores adæquent: hepar enim, & corporis membra si calida sint, eorum caliditate usque ad renes extensa, eorum dyscrasiam intendunt, humores acutos etiam gignunt, qui urinam acuunt, ut ipsa transeundo ad renes eorum caliditatem inflammet: isti ergo debent esse talia frigida uehementer, & illa proprie, quæ non prouocent, nec istis admixta, sed leniant, ita quòd soluẽdo non prouocent, sed minorent urinam, qualia sunt ex oleribus, lactuca, spinachia, atriplices, & similia: & ex fructibus iuiubæ, sebesten, pruna, chrysomila, persica, cucumeres, citrulli, & melones, cucurbitæ, & proprie carnes ipsarum nõ semina, quia aquositatem, & urinam multiplicãt, & fructus moræ maturæ, & grana acetosa, & muza, & ex aquis: aqua uehementis frigoris, & aqua cucurbitæ, & aqua hordei cũ decoctione iuiubarum, & lac acetosum, a quo extractũ est butyrum: & melius est ex eo, quod spissius, & crassius, & ouium, & aqua lactis bouini subtracto butyro. Et ex medicinis simplicibus est ad hanc intentionem mucilago psyllii, & succus rosarum, & malorum. Et ex appropriatis in prohibendo urinam, est merda sengi bibitum, & scoria ferri est optima, uel proiectum in aqua æris, quod minorat, & alia, quæ in cura multitudinis eius dicentur. Et exterius approximandum est sedere in semicupo aqua frigida pleno, & renes, & hepar ungere: epithemare, & emplastrare ex frigidis dictis, & succis, & eorum oleis, & proprie oleo de alchechengi, & scorpionibus, de cucurbita, de semine melonis, si dilatatio ductuum non existat in ea, donec eorum caliditas extinguatur & sitis. Et ex medicinis cõpositis sunt trochisci de camphora, de spodio, de balaustia, cum aqua cucurbitæ, uel mucilagine psyllii, uel tragacanthi, uel citrulli, prunorum, & sebesten, ut leniant non constipent: plurimũ enim cum constipatione uentris sunt tales. Et exterius approximanda sunt ea in quibus cum infrigidatione est stipticitas, quæ ductuum dilatationem, & emplastrationem coãgustent, & retentiuam renum confortent, sicut emplastrũ de hypocistide, de capriolis uitis, uirga pasto. & balaustiæ, sem. papaue. albi, lactucarum, scariolarum, portulacarum, & spodio, ribes cum aqua acrestæ, uel myrtæ, & similium. Et sicut cerotum nostrum Gal. & oleum de citoniis, de zarur, & balaustiis, & similia. Sed si ex frigiditate renum contingat passio talis, qui pro tanto non euacuatur à siti & mẽbrorum consumptione, licet sit minor passio quemadmodum passio minor est, cura eius in eisdem rebus consistit; & complebitur cum prædictis e contrario sumptis, & quæ renes & totum corpus calefacere habeant nõ infrigidare. Et ex calefacientibus conuenientibus illi est fricatio extremitatum, & totius corporis cum rubificantibus, motus, uêtosatio, & balneum: & sumptio antidoti quod crassæ substantiæ sit, ut non cito penetret, sicut syrupus: & alia liquida, quale est diacalamenthum, diatrion, theriaca antiqua & mithridatum, & uina crassa, uel stiptica, ut calabrensia. Sic ergo causis ablatis, & absciſsis, carebit passionalis, scilicet ue lox exitus potus.

Secunda res, est urinæ diminutio, & retardatio. & ex his quæ maxime retinent ipsam, ac retardant ab exitu, & minuunt urinam est, ut non tantum post ipsa trahentia deriuãtia minis trentur, qualia sunt, quæ præmissa fuerunt, sed etiam quæ cum retentione, & deriuatione euacuant ipsam ut est uomitus prædictus, & sudoris prouocatio cum frigidis appropriatis in causa calida: ut aqua hordei, & melonis. Indiget unctione cutis corporis, & proprie spinæ cum temperatis, ut oleo chamęmelino, anethino, uel uino albo cum aqua calida. Et in frigida cum calidis, ut est potus calidæ aquæ, & proprie apii, aniſi, calamenti, uel pyretri, & unctione corporis cutis, & proprie spinæ cum asaro, & oleo de spica, uel cyclamine cum melle.

Tertia res est regimen, & est conseruatio corporis in ære frigido, stiptico, cum quiete, et somno temperato, et cibis frigidis, et crasis pluribus, difficilis inflammationis, conuertionis in choleram, et adustionem, generantibus humores crassos, et spissos, quales sunt forbitiones de chist hordei, de candarusio, seu condro, cum lacte acri, uel lentium, uel carnis bouinæ, et pedes ipsorum, et pisces recentes magni cum aceto, quoniam sitim mitigat, uentrem soluit, et sic urinam minuit, et lac ouium coctum cum aqua donec consumatur, et aliqua alia, quæ supra in dolore stomachi diximus, quibus præmittenda sunt lenientia, ne crasitie sua constipent, ut pruna, persica, et propriè dactyli pingues, et passulæ, quæ leniendo urinam minorant, et postponenda sunt stiptica, seu pontica, quæ comprimendo leniant, ut fructus stiptici, sicut piria, ribes, et citonea non præmittenda, ne constipando prouocent urinam, et miscenda

miscenda sunt unctuosa lubricum facientia, & pinguedines gallinæ, & porci, capræ, & huiusmodi, & cum potibus uini acerbi, cum multa frigidæ aquæ permixtione si aquam solã non toleret, uel alicuius ex robub stipticis, ut granatorum, ribes, de citoniis, uel macianis, & similia cum clysteribus lenientibus fæces, quas habent plurimum constipatas, & cum lætitia animæ, & promissione salutis, cum auxilio spiritus omnipotentis Dei qui solus sanat languores.

Quarta res est accidentium sequentium passionem talẽ correctio, ut sitis, & membrorum consumptio, quæ multum & uelocem urinæ exitum huius passionis sequuntur. Obuiandum ergo est primo siti cum potu consueto maiori propter illud quod ex membrorum humiditatibus consumitur, caliditate & siccitate trahente, & in causa calida ex aliqua prædictarum aquarum & proprie frigida pura quam desiderat, quæ transire moratur, ut Hippocra. dixit, uel permixta cum aceto, quod radendo intestina naturam soluit, & cum aliquo ex rob stipticis, quod ipsam retinet, ne cito transeat ad urinam. Obuiandum etiam est ulcerationi ipsorum membrorum, scilicet renum, hepatis, stomachi, & reliquorum. Et in causa frigida cum potibus uini puri crasi, & aliis calefacientibus membra prædicta, quæ sunt nota. Membrorum autem consumptioni obuiauimus, deinde cum cibis laudabilis nutrimenti, & facilis digestionis & potibus uini rubei lymphati competenter cum omni regimine resumptiuo, sicut Gale. docet. Et ex his quæ sunt laudabilia, & experta conferentia tali passioni, & aliis stantibus accidentibus est, ut sumat patiens ex aqua frigida in ea quæ excaliditate est, & in ea quę ex frigiditate est, uinum multum, & post horam euomat: ut ex quo extingit membrorum inflammationem retrahatur ad stomachum, & educatur uomitu, ne transeat in urinam: aggregat enim in se uirtutẽ digerendi & euacuãdi causam calidam, si qua sit, & causis extrinsecis resistendi, alterando dyscrasiam renum hepatis, & membrorum, & contemperandi humorem, necnon mitigãdi sitim, minuendi urinæ multitudinem, & prohibendi etiã dissolutionem membrorum. Abo. præcipit trochiscos ad diabẽtem ex caliditate cum dilatatione meatuum renum et uenæ emulgentis. Reci. spodii ferræ sigillatæ, cancrorum fluuialium combustorum, ana partem unam, lactis partes tres, se. papaueris, & se. lactucę, ana partem. i. s. & aggregentur omnia cum mucila. psyllii, & informentur trochisci, & dosis eorum sit sicut uidebitur tibi.

Trochisci ad diabetem.

Cerotum ex inuentione nostra, quo unguntur renes, & hepar eius qui diabeticam passionem patitur à caliditate, Rec. utriusq; sandali, spodii, ana. ʒ. ii. seminum frigidorum, ana drach. i. camphoræ, drac. i. lactis mulieris lactantis puellæ, drach. ii. succi semperuiuæ, succi solatri, ana. ʒ. i. aceti. ʒ. i. olei de cucurbita, & olei ros. quod sufficit ungãtur ex eo prædicta membra cum innouatione sæpissima. Et quandoq; fit per modum emplastri cum eorũ substantia. Et quandoq; per modum infusionis, & epithematis, ut facilius penetrẽt, per tantos lacertos & ossa, inter medios usq; ad renes. & sic est finis huius capituli.

Cerotum pro renibus.

De fœtore urinæ. Cap. 10.

FOetor urinæ est mala qualitas ipsius mutata in sensu odoratus, & est ut odor eius sit debito horribilior, & quæ non est ad imprimẽdum secundum Gal. sicut alia duo symptomatum genera, ut curam conuertat ad se, & me dicum cogat desistere à cura dispositionis, & causę suę, sicut illa tanquã illã præcipuã sanationem habens cessans simul cum facilitate dispositionis. Sed est potius ad significandũ signum existens dispositionis, uel causę quam oportet curare eo modo, sicut Aboa. dixit, cum inquit. Cum autem urina odorem habet fœtidum, & maturatio in ea fuerit, erit ipsius causa scabies, aut ulcera in instrumentis urinæ, quæ suis cognoscuntur signis, scilicet dolore percepto in eis, ut in apho. docuit Hippo. Quòd si maturatio in ea non fuerit, possibile est quòd sit ex hoc, & possibile est quòd sit ex putrefactione in superioribus membris. cũque hic in febribus fuerit acutis, & causa membrorum urinæ non fuerit, signũ malũ. Cumq; urina fœtidi odoris in sanis perseuerat, significat febres quæ ex putrefactione accidunt, aut minorationẽ putrefactionis, quæ in ipsis est retenta, & hoc quidem demonstrabit, si illico alleuiationem habuerit. Ex quibus colligitur eius causa & signum. Est enim causa à qua procedit duplex, aut interior corporea, aut exterior incorporea. Interior est humor corruptus, aut putrefactus, aut in uenis, ut accidit in febribus febre putrida, aut in membris corruptis corruptione fœtente, aut quia sit ex toto genere pręter naturam, ut in cadaueribus mortuorũ, aut non toto, sed partim, ut in apostematibus, & ulceribus quod est plurimũ in homine uiuẽte, & hoc aut in superioribus membris, uel specialibus, uel in ulceribus pectoris & pulmonis, aut nutritiuis, ut hepatis ulceribus, aut in inferioribus, ut in ipsis urinæ membris. Exterior & incorporea est cibus, ut asparagus, qui sumptus & comestus facit fœtere urinam, & similia, ut attonalia. Et signa causarum ex prædictis sunt manifesta, & interior est maioris fœtoris.

Causæ.

Et cura eius est duæ res. Prima est ablatio causæ exterioris, & absciſsio interioris, quæ ex prædictis supra, & dicendis in cura febrium putridarum est manifesta. Secunda est aromaticorum administratio, quę ex diureticis, sicut est spica, galãga, gallia muscata, cinnamomũ, & consimilia scitur.

De cura.

De dyssuria, & inuoluntario exitu urinæ, & distillatione. Cap. 11.

DYssuria, & distillatio urinæ, est fluxus, seu inuoluntarius exitus urinæ cum impotentia continendi, & in hoc conueniunt in genere, sed differunt in cura, & etiam modo. In cura quidẽ differunt non in eius specie, sed in quanto: utriq; enim immediata causa est defectio contentiuæ uirtutis in uesica, quę in dyssuria maior est quam in distillatione urinę. In dyssuria enim, ut dictum est, est ablatio contentiuæ, sed diminutio eius in distillatione, licet quandoq; possit eius causa esse debilitas expulsiuæ, ut in sequenti capitulo patebit, sed illud est improprie & ex consequenti: ex debilitate. n. expulsiuæ prouenit difficultas urinandi quam sequitur distillatio, ut. s. eodem capitulo dicetur. Sed ex debilitate contentiuæ uirtutis distillatio proprie & immediate procedit, ut supra capitulo generali dictum est, & sic ipsæ non differunt in specie causæ, sed in quantitate tantum. In modo uero differunt: nam fluxus urinæ in dyssuria est multus, & subitus. In distillatione autẽ est paulatim, & paucus ad distillationis aquæ modum. Et quia in causa conueniunt & specie, conuenient in signis & cura, in quibus differunt solum in quanto, proinde simul de his unum capitulum faciemus. Et causa mediata qua contentiua deficit in uesica est, aut interior corporea, aut exterior incorporea. Interior & corporea, aut est in membro continente quod est collum uesicæ, aut in contento cũ lacerto eius, aut quia læsio fit in eo, quia deficit contentiua ipsius, & tunc aut læsio in collo, & eius lacerto est principalis in se, quia sit mollificans ex humore currente ad ipsum, uel eius compressus neruus, sicut in distocatione spondilium contingit: aut propter communitatem ad principium scilicet cerebrum uel nucham, apostemata, uel percussa, & soluta, aut uicina membra, aut scilicet concauum ipsius, ut quia sunt in concauo eius ulcera, tunc enim aduenientę urina ad ipsam sentit ardorem, & stringit: & sicut urina exprimitur, & mollificato lacerto colli propter obedientiam motiuæ, cuius organum ad sensibilẽ extra inuoluntarie fluit. Sicut ex ulceribus cõcaui generatur dyssuria seu distillatio quemadmodum ex ulceribus colli stranguria procreatur, ut infra patebit sequenti capitulo cũ ad matricẽ, cũ repleta est fœtu magno, quasi cõprimit uesicam, ut expellat urinam præter uoluntatẽ, & faciat deficere contentiũ, sicut in prægnantibus sæpe contingit & uidimus multas conquerentes. Aut ad intestina repleta fœcibus, aut ad ipsa apostemata, pectinẽ, & anũ, & alia membra adiacentia ipsi, & ea simili modo comprimentes. Sed rectè contenti in ipso membro scilicet uesica, ut urinæ rectè, aut quantitatis, & multitudinis eius, sicut contingebat in diabætę, in qua defectio contentiuæ uesicæ non erat ex se, sed ex multitudine urinæ propter fortitudinem attractiuæ renũ, aut erit qualitatis, & acuitatis ipsius molestantis expulsiuam. Sicut enim multa grauedo facit principaliter deficere contentiuam, unde ex consequenti superfluit

expulsiua, sic acuta molestando expulsiuam incitat, ut ex consequenti faciat deficere contentiuam cedentem sibi, ut supra in intestinis, & stomacho dictum est. Causa uero exterior est, ut frigiditas maxime, & humiditas exterius contingens membra urinæ, ut aer frigidus, & balneatio in frigida aqua, casus & percussio & similia, quæ quidem causæ si fortes sint, dysuriam generabunt, si debiles, distillationē urinæ. Quarum signa ex prædictis sunt nota, & etiam signa causarum interiorum, quæ est alicuius earum præcessio, uel inuentio cum aliarum priuatione, exterioris uero sunt manifestæ.

De cura. Cura eius duæ res. Prima est abscisio causæ interioris, & ablatio exterioris si adsit. Secunda est membri confortatio. Causæ interioris debilitatem in contentiua imprimentis complent abscisionem medicamina unicuique causarum conuenientia, ut scilicet liquidem causa sit mollificatio nerui & lacerti & propria, complebunt illam medicinæ superius habitæ. Si uero ex communitate dislocationū spondilium cōplet ipsorum reductio si possibile sit. Si ex communitate ad principium curatio causæ erit ablatio, similiter si ex uicinorum, puta dispositione, quoniam illorū rectificatio, causæ erit abscisio, quæ omnia ex dictis, & dicendis sunt manifesta. Si quoque ex multitudine urinæ fit cum medicinis diabætis complebitur cura ipsius. fit etiam in acuitate constant urinæ, medicinæ ardoris erunt expletiuæ. Et ex propriis est mucilago psyllii cum camphora sumpta continue secundum Ioannem Serapionem. Ablationē uero causæ exterioris, complent si adsit ipsarum mutatio. In contrarium autem oportet, ut præcedant curationem interioris abscisionis, tanquam illud sine quo non ualet illius abscisio fieri, eo quòd eius causa existit efficiens & cōseruans. Et siquidem remanserit impressio, quia mala complexio, cum tinis, & ex calidis unctionibus theriaca curetur: uel quia fuerit casus, aut percussio medicinas casus, & percussionis præcedere oportet, de quibus infra dicetur, deinde ad membri correctionem deuenire. Confortationē uero complet ministratio medicinarum habentium cōfortare neruos mollificatos, & proprie inferiorum partiū & ueficæ, appropriatæ retinere urinam, & sunt quę dictæ sunt in cura paralysis simplices, & compositæ. Et ex simplicibus appropriatis ueficæ, & collo eius in hoc casu sunt calidæ siccæ, stipticæ ut plurimū, ex eo, ꝙ plurimū ex causa frigida & humida talis mollificatio lacerti in se prouenit, & sunt cyperum, sandaraca, & thus masculum, & cortex eius, myrrha, & styrax sicca, pyrethrū, & enula sicca, alchāna mahel, & alhasce, se. urticæ, asarum, mac. anacardus, nux muſ. cimi num, origanum, cinnamomum ponticum, gallæ cypressi, sti ca. ara. acorus, & similia assata ne prouocent, sed stipticando confortent, & retineant confortando. Sunt autem cum melle confecta cocta & sumpta, uel cum melle emblicorū, uel mellicrato bibita, quod sit ex uino pontico factum. Et ex compositis est theriaca, & mithridatum cōfectio anacardi, tryphera maior & tryphera minor confortata cū anacardo uel sagenea mixta aliquibus stipticantibus & ponticis, ut granis myrti, & copulis glandium, balaustiis, & similibus. Et expertæ sunt pilulæ de alhasce, pyrethro, & diacimi num, quando eius semina ualde teruntur sumptum & inuentum est inuatium frigori membrorum urinalium, & retinet inuoluntarium exitum. Et cum distillatio ex impotētia & defectu expulsiuæ procedit, ministranda sunt prouocantia cum confortatione pauca stipticitate, qualia sunt, quæ infra dicentur. Et de exterius inungendis in hoc casu est oleum de alchanna, de mastice, de thure, & de cherua, & similia olea, ut costinum, nardinum, rutaceum, de stœchade, de rhabarbaro, disruptis in eis musco, castoreo, uel euphorbio, & oleum de been est fortasse ualde bonum. In ea uero quæ ex humiditate cum caliditate est, licet raro, conuenientes medicinæ in confortando sunt stipticæ, & frigidæ simplices, & compositæ. Simplices uero, ut coriandrum siccū, rosa, & fructus, stipites eius, semen portulacæ proprie, grana myrobalanorum, coralli, camphora, bolum ar. sint autē sumpta cum zuccharo, uel bibita cum aqua grunatorum sumach, cydoniorum, & aliorum fructuum ponticorum, mixto aliquo diuretico calido. Et composita sunt, quæ ex his, quæ componuntur, & infra dicentur. Et ex unguentis extrius est oleum ros. & proprie omphacinum, myrtinum, de balaustiis, & similia.

Pilulę.

Medicinæ appropriatæ in restringendo, & retinēdo urinam sunt, zarur, aquæ aluminosæ, & aquæ frigidæ omnes, merdasengi si bibatur, uel proiiciatur in aqua, quæ bibitur retinet urinam. Fungi faciunt posidere difficultatem urinæ. Vsus comestionis carnium ericii facit, ut urina cum difficultate egrediatur. Et qui assuete utitur enula, non indigebit, ut mingat omni hora. Cortex cerbin bibita constringit urinam, & scoria ferri, & est ultima in retinendo. Mumia mixta cum farina, & suppositа, uel dissoluta in sambuci no, & distillata in uirgā confert paucitati tolerantiæ urinæ, lutum ar. bibitum in ouo retinet urinam. Et omnia pontica de se sunt communia diureticis cum sanguinem incrassent sicut lentes, & licet per accidens contrarium operantur, quia prouocant restringendo, illud tamen per eorum postpositionem cibi uel præmissionē alterius lenitiui tollitur, ut supra in diabæte est dictum. Inquit princeps Aboa. omnis qui deficit in tolerantia urinæ iuuatur à medicinis desiderium coeundi prouocantibus, quæ dicentur infra. Confectio medicaminis experti secundum Abo. in frigida. ℞. myroba. chebu. torrefactorum multum, sandaracæ, myrrhæ, olibani, cyperi, ana partes. iii. gario. partem. s. enulæ ad ustæ, granorum macaleb. ana partes. ii. Conficiantur cum melle emblicorum, & reseruentur, & bibantur. dos. ʒ. ii. Aliud ad frigidam. ℞. castorei, myrrhæ, alhasce, copularum glandium, pyrethri, an. partes æquales. Conficiātur cum aqua myrthæ humidæ, & sit dos. ʒ. i. Confectio medicaminis ad calidā. ℞. coriandri ficci, rosarum rub. an. ʒ. ii. spodii. ʒ. x. se. lactucæ, portulacæ, an. ʒ. xv. boli armeni. ʒ. v. camphoræ. ʒ. s gummi pondus. ʒ. ii. cōficiantur cum aqua granati acetosi. Aliud. ℞. charabæ, boli ar. myrobalanorum nigrorum, medullæ glandium, & lentium excorticatarum, ana. ʒ. ii. coriādri torrefacti in aceto positi. ʒ. i. dos. ʒ. i. & omnia post præmissionē lenificantium alicuius ministrentur. Aliud Io. Serapionis conferens iuuamentum manifestum. ℞. granorum mirti, glandium, corticum thuris, cimini, carmeni, & cyperi, ana partes æquales, terantur, & sit dos. ʒ. iii. cum uino antiquo.

Aliud. ℞. extremitatum mirti sicca. aluminis, foliorum alchannæ, thuris, myrrhę, balaustiæ, glandium. an. partem. i. Coquantur in uino & detur ex eo. ʒ. i. in mane, & est iuuamentum ualde ad sanguinem qui currit ex renibus, & uesica. Dixit Ymain, qui non possunt continere urinam, utātur mentha hortulana, quoniam confortat plus omnibus herbis, & proprie stomachum, & castoreum magis cæteris carnibus, & mastix cæteris gummis, & galanga omnibus aromatibus, & Abo. trochiscus conferens ad distillationem, & diariam urinæ. ℞. castorei. ʒ. ii. sampsuci, rutæ, se. hyoscyami albi, an. ʒ. ii. granorum granatorum grana. xl. terantur, & fiant trochisci, & sit dos. ʒ. i. de granis cucumeris mundi, & cum albumine oui.

De stranguria & difficultate urinæ. Cap. 12.

STranguria & difficultas urinæ in genere simul conueniunt, utraq; enim est urinæ retentio cum inconsiderata potentia expellendi, econtra dyssuria, quæ est urinæ egressio cum impotentia retinendi, & tñ conuenit ab antiquis una pro alia sumitur indifferenter, differūt uero in quanto, & spē, causa, & loco. Differunt in quanto & spē, est enim in stranguria urinæ retentio maior, quā in difficultate, quod est quia in stranguria urinæ retentio præsupponit uirtutis potentiam contentiuæ existentis in collo quam arguit superfluitatis retentio, à qua procedit cum positione oppilationis causæ. In difficultate uero retentio præsupponit uirtutis expulsiuæ defectum in uesica, & lacertis coadiuuantibus uentris, quam arguit dura expulsio & difficilis cum priuatione omnis causæ impedientis existentis in collo eius, & uia, quæ statim dicetur. In spē uero differunt proprie & essentialiter, stranguria. n. est omnis, & absoluta impotentia expellendi urinam. difficultas uero est impotentia facilis expulsionis urinæ seu potentia debilis dura, & cum conamine ad modum distillationis urinæ, quæ sicut prouenie bat, ut supra ex debili retētione, ita etiam

etiam accidere possit ex debili expulsione, inter quæ distinguit uoluntas in emissione. Et cum accidit ex debili expulsione & abstinentia eius, tum ex debili retētione. In causa uero differunt & loco, nam stranguria prouenit ex peccato, & superfluitate contentiuæ propter læsionem existentem in collo uesicæ, & eius lacerto, uel quia sit spasmatus ex humore currente, uel frigore, uel propter communitatem ad superiora, ut in carabito, uel apostemate nuchæ, uel in uia eius, quia sit oppilata attenuatorie, & caliditate, & siccitate, ut in febribus adurentibus, uel in frigiditate, ut algoratis ex aere, & aqua, uel medicinis, uel expresione uicinorum tumescentium, quia repletorū, uel apostematorū, ut matricis, recti intestini, pectinis, peritonei testiculorum, uel ani. Etiam quia patiatur tenesmum, rhagadias, uel hæmorrhoidas dolorosas, uel carnose, uel coarctatorie, quod est plurimum ex humore crasso, & uiscoso sanguine congelato, sanie crassa, uel lapide, uel uentositate torquente, & repugnante. Difficultas autem est ex debilitate, & peccato expulsiuæ propter læsionem existentem in collo uesicæ, uel propriam, qui alteratum, & alligatum plurimū, uel ulceratum, aut apostematum, uel propter communitatem ad principium. s. hepar lesum, uel lacertis uentris coadiuuantibus ipsam in expulsione, & magis cum urina ē pauca, ut Gal. dixit, patientibus uel in se, quia sint debilitati ali qua prædictarum causarum, aut mollificati in se propter communitatem ad superiora, ut cerebrum in stupore, uel lithargia, & nucham apostematam, uel compressam in dissolutione spondilium, unde lacerti illi mollificati existant. Et quandoque ambę conueniunt in loco, ut est in uirga & uia eius. Vel in uiritidibus est oppilatio aliquo trium modorum, & sit difficultas etiam non propter causam existentē in membro tantum, uel loco, sed etiam propter causam existentem in locato, ut urina, quia fuerit pauca, à cuius compresione deficit uirtus expulsiua, aut quia multa supra quā non ualet, quæ diu collecta, & retenta existit, ex duritie sen sus propter somnum sopientem uirtutem in nocte, uel occupationem in die distrahentem ipsam, uel uerecundiam compescentem, quare uilli eius diu remanentes extensi debilitantur in contractione necessaria expulsioni, sicut Gal. dixit. Aut quia fuerit acuta faciens dolorem cū transit per uiritides & proprie per collum uesicæ, & uirgam, maxime, si non fuerint ulcerata, cum enim sentiant ardorem, tunc refugit uesica à compresione, & stringitur lacertus colli, & etiam lacerti uentris propter dolorem cessant à cōstrictione, quare retinetur urina, & difficilis fit exitus urinæ. Et cū stridet patiens, & in se stringitur, mingit urinam, & cessat dolor & ardor. Et causa earum exterior in qua ambæ conueniunt est sicut percussio, casus, aeri expositio frigida, & uentus septentrionalis, si enim ualde fortis sit per se, egestionem retinet & urinam, constringendo membra, & urinam consumēdo profundatione sua, si uero paruus sit, stringendo uentrem prouocat urinam, & sic per accidens illud facit, & balneatio in frigida aqua. Et quibus signa distincti ua ipsarum sunt manifesta. Cum enim retentio urinæ propter stranguriam fit, & causis eius, retentio & multiplicatio urinæ in uesica maior erit, & sic tumor maior apparens in pectine cum omni impotentia expellendi quantumcunque exprimatur pecten, & patiens exprimatur. Cum uero propter difficultatem & causas ipsius, econtra. Et siquidem contingat retentio urinæ in stranguria seu difficultate communiter sumptis, ex oppilatione in collo, uel multitudine urinæ, propter duritiem sensus secundum Gal. difficilis est cognitio eius. Cognoscitur tamen ex prædictis causis, & eo scilicet, quòd per compresionem pectinis si retētio fuerit, & multitudo, propter duritiem sensus urina emittitur, si uero propter oppilationem, nequaquam sicut alibi ipse ponit, & maxime si sit dura.

Et etiam signa causarum sunt, nam siquidem retentio urinæ cum impotentia expellendi prouenit ex causis stranguriæ, ut puta ex causa in lacerto colli uesicæ, ut quia fuerit spasmatus, & ex spasmo attenuatoria in eo peruenit oppilatio. Signa distinctiua inter talem oppilationem & alias oppilationis spēs sunt, nam in attenuatoria est præcessio & inuentio causæ cuiuslibet, inuentio iuuamenti & cum medicinis conuenientibus unicuiq; illarum, quæ dicentur, in constrictione etiam similiter, sed differunt in grauedine, quod est commune, & generale signum in omni spē eius, quia in attenuatoria, ut plurimum grauedo non inuenitur semper rōne oppilantis causæ, differunt etiam in tempore euētus, nā coarctatoria est quasi coarctatorie, & subito euenit semper sed attenuatoria quādoq; subito, & quādoq; paulatim. Et similiter in exeūtibus, ꝙ est quia in coarctatoria cū urina egredit aliquid mixtum, quia humor crassus, uel aliquid sanguinis, uel aliquid sanies, uel arenula, quæ etiā forte præcedere cōsueuit. In attenuatoria uero nihil erit nec in carnosa, nisi ex apate fuerit, nam tunc cū urina quandoq; egreditur aliquid, secundū ꝙ ab aliis distinguitur, quia ꝙ egreditur uirulentū est cum est in principio, & postmodum fit saniosum, & dolor est uehementior. Et propterea iuuamentum à medicinis in carnosa est inuentum nequaquā, & proprie cū ex uerruca, uel cicatrice fuerit, & fortasse non curatur, & quandoq; est pcessio causæ, uel inuentio, ut cum ex cicatrice pcesserit, & quandoq; nō est, ut cū ex uerruca fuerit. Gal. uero dixit ꝙ inter tales spēs oppilationis, & ēt causas earum immissio argaliæ distinguit, nam immissio eius inuenit resistētiam in carnosa absq; dolore nisi ex apate fuerit, in aliis uero cessionem & cum dolore, maxime si attenuatoria ex spasmo fuerit, uel apate, uel ulcere partiū uicinarum, & coarctatoria ex sanguine procedente ab ulcere concreato ibidem. Præterea in coarctatoria cessio maior est, quā illa, & est cum minori dolore, nisi causa lapidis fuerit. Et causas etiam ipsarum distinguit & proprie coarctatoriæ & carnosæ, nam cum extrahitur ex eius infectione, quandoq; uirulenta infecta apparent, quandoque humore mucoso, quandoq; sanguine, quandoq; sanie, ex quibus causas distinguimus, & quādoq; munda per qđ distinguimus at tenuatoriam à prędictis. Et inter causas attenuatoriæ hoc modo distinguendum, quæ sunt in collo uesicæ. nam siquidē fuerit spasmatum spasmo humido ex humore currente, tunc præcedens regimen indicabit, & eius euentus subitus, & siccantibus, & resoluentibus iuuatur, & diutius maner. Si uero à siccitate, præcedens inanitio, & febris absentia illam faciet manifestam, & paulatinus euenies cum maiori perdurantia & fortasse iuuabitur humidis. Similiter si ex frigore, præcedens causa, & sensus frigoris, iuuamentum à calidis cum urina in colore remissa & pallida. Similiter si ex communitate ad cerebrū, ut in carabito, uel ad nucam apatam, præcedens illorum passio hoc monstrabit, uel illius pſentia, & si est à cerebro spasmus erit uniuersalis. Similiter & si talis oppilatio in collo uesicæ attenuatoria ex quacunque speciali sit causa, eam ostendent præcessio causæ cum iuuamento à suo contrario, & nocumento à simili, uel etiā si fuerit à repletione interiorum, inuentio repletionis ipsorum ostendit, & iuuamentum euacuationis illorum, etiā si apostemosa repletio fuerit, uel alia passio eorum occulta uel manifesta. Et similiter inter causas carnosæ oppilationis est distinguendum, & causas quoq; coarctatoriæ, ut ex prædictis est notū. Si uero urinæ retētio cū impotentia expellēdi ex causis de difficultate ꝓcesserit uesicæ debilitatibus expulsiuā cōcauo eius, ꝓpriis, quia fuerit alteratū, uel algoratū, qđ est plurimū, tūc signa cōsiderabis cū prędictis similis causæ in eius ꝓuenietis collo, quæ est dicta, & si fuerit solutū, ulceratum, uel apatū, signa solutionis ulcerū, uel apostematum prænarrata superius, demonstrabunt.

Si uero non ex causa propria in concauo existente, sed ex compassione & communitate ad eius principia, ut est hepar patiens & debile, signa debilitatio hepatis, ut cachexia & hydrops, uel mittentia, ut sunt renes, signa debilitatis ipsarum uidebis præcedere, quæ sunt dicta. & si causa fuerit in lacertis uentris coadiuuantibus ad expulsionem, & in seipsis signa debilitatis ipsorum sunt de genere malæ complexionis, solutionis, & eorum apostematis, quæ infra dicentur adesse, prima æstimabis. etiam debilitas expulsionis erit proprie cum urina pauca, cum uero multa est urina, non erit manifesta. Si autem nihil in se, & in communitate ad principia superiora ut cerebrum, uel nucam patientia, ut est dictum, impressio passionum illorum, uel intentio demōstrabit. Similiter si ex causa in meatibus exi-

stat,

ſtat, ut oppilatione in uritidibus,uel uirga,ſigna erũt paucitas urinæ,uel eius priuatio in ueſica. Si ex oppilatione fuerit in uritidibus,uel eius multitudo,& abundãtia in ueſica, quam tumor oſtendit,& inflatio pectinis, ſi fuerit in collo ueſicæ,uel uirga,& etiam cum frictione, & nutritione educetur fortaſſe,niſi carnoſa exticerit oppilatio.

De cura.

Cura ſtranguriæ,& difficultatis urinæ eſt duæ res,& una communis eius & dyſſuriæ ac diſtillationi, & eſt cauſæ abſciſsio ſeu ablatio. Alia eſt communis ſtranguriæ, & difficultati,& eſt urinæ prouocatio contraria exiſtens accidenti,quod eſt urinæ retentio,ſiue ſtranguria,& curæ dyſſuriæ & diſtillationis ſcilicet oppoſita,quemadmodum & in illis cura eſt urinæ retentio,ſic ecõtra in iſtis cura eſt urinæ prouocatio.Inquit enim Hippo.in apho.Contraria contrariis ſanantur. Propria cura eſt urinæ prouocatio in ſtranguria cum mollificatione,& prouocatio cum ſiccitate, & moderata ſtipticitate in difficultate.Conſtrictio.n. & coarctatio membri in oppilatione ſtranguriæ indiget mollificatione, debilitas uero in difficultate ſtipticorum confortatione. Sed ne retineant debent eſſe temperata. Abſciſsio autem interioris cauſæ, & exterioris ablatio, ex dictis ſupra iam eſt manifeſta,& repetemus,ut aliqua huic diſpoſitioni propria adiungamus.

Si igitur cauſa ſit in lacerto,quia fuit in ſe ſpaſmatus: cura eſt cura ſpaſmi in ſuo dicto capitulo commixtis ei aliquibus diureticis & propriis membro quæ contrahant medicaminum uirtutem ad membrum, prout in cura ulcerũ recolimus nos dixiſſe.Si uero ſpaſmatus fuerit, non in ſe ſed ex communitate ad ſuperiora, ut ad cerebrum patiens carabitum,cura illius erit iſtius cauſæ abſciſsio, & ſimiliter ſi ex apoſtemate nuchæ. Cum ſiquidem in cauſa fuerit oppilatio ex caliditate & ſiccitate feb.abſcindetur & curabitur cura febris.Et ex propriis ſunt ſemina communia frigida,ut eſt ſemen lactucæ cum uino ſubtili permixtio cum aqua granati acetoſi,& regimen humectatiuum.Et ſi in cauſa fuerit oppilatio à frigiditate extrinſeca coangultante & congelante,quod inuiſcatum eſt oppilans meatum colli ipſius,abſcindetur & curabitur cum oleis calidis, & confectionibus,quæ ſuperius habuiſti, & breuiter cura complexionis frigidæ,etiam ſi ſit à cauſa interiori. Et ex conueniẽtibus illi,& appropriatis eſt,ut ſumatur ſimi columbini ſylueſtris.ʒ.i.& bibatur cum urina pueri, quoniam cũ hoc ꝙ calefacit etiam prouocat,& ſtercus muris aur. i. in pondere cum aqua decoctionis anethi, & quandoque ſumitur cũ mumia,aut uentris arahamati pondus. ʒ.ii. cum ea menſura ſalis indi,aqua calida,& tertia etiam aſæ in lacte aſinino, & hoc confert ei,qui eſt ex humore craſſo & etiam in paralyſi. Si etiam ſit in cauſa oppilatio ex cõpreſsione facta in collo ueſicæ à repletione partium uicinarum earum, curatio cauſæ erit abſciſsio.Si uero ab apoſtemate ipſorum ad cauſæ abſciſsionem prætermittere oportet phlebotomiam baſilicæ,deinde phlebotomiam ſaphenæ, quoniam prouocatur cum ea urina,& iniungatur ei abſtinentia duobus diebus.deinde curetur apoſtema ſecundum ſua tẽpora,& mollificetur,& liniatur cum adminiſtratione theriacæ in balneo calidę aquæ,& cum oleis calidis inunctio notis & emplaſtris,& ex lenientibus,& clyſteribus,ſimiliter in ano immiſsis & uirga quales ſunt caules,althæa,fœnu. & ſemen lini,cœpe,& porri decocti,& elixati, quoniam cum lenificatum fuerit apoſtema tunc deſcendet urina cum compreſsione.& minoretur aquæ frigidæ potus & dimittat ſtiptica.Et ſiquidem in cauſa fuerint dolores,ipſorum ægritudine,puta ulceribus hæmorrhoidibus,ragadiis, teneſmo, curetur cura illorum cum præmiſsione mitigatiuorum doloris, ut ſuperius dictum eſt in proprio loco de eis. Si uero in cauſa eius oppilatio fuerit à uerruca, uel carne calloſa ĩ collo ueſicæ,tunc cura eius erit in tinis ex herbis ſeminibus mollificantibus,& oleis lenificantibus ſcriptis ſupra hoc & in cura oppilationis hepatis, & cum frictione in loco, & abſtinentia ab acetoſis,& ſtipticis, & fortaſſe proderit & fortaſſe non,ut ſupra in cura oppilationis hepatis dictum eſt. Si etiam oppilatio carnoſa talis ſit ex apate in collo ueſicæ,curabitur cura prædicta apoſtematum partiũ uicinarum. Sed ſi in eius cauſa fuerit oppilatio coarctatoria ex quacunque

E fuerit cauſa, curabitur, & curetur cura oppilationis renũ & ueſicæ ſupra in principio tradita, & cura congelationis ſang.in ueſica,& breuiter cum diureticis calidis, fortibus, ſimplicibus,abſcindetur, & compoſitis, quæ ſupra in lapidis cura ſunt dicta,& infra ſubiungẽtur huic propria.Porro ſi cauſa ſit in ueſica debilitans expulſiuam,& ſit propria, quæ ſit alterata,& infrigidata quod plurimum,auferetur & curabitur cura oppilationis frigidæ hic ſuperius enarratę. Et ſi ſit ulcus debilitans,cura ulcerum abſcindetur ſupra iã dicta.Vel quia ſit apoſtema, cura apoſtematis abſcindetur & curabitur,quæ eſt dicta.Et ſi ſit non propria, ſed ex communitate ad principium.ſ.hepar,aut renes, cura debilitatis ipſorũ abſcindetur in propriis dicta capitulis. Quòd ſi cã debilitatis expulſiuæ ſit in lacertis coadiuuantibus uentris curabitur & abſcindetur cura illorũ,quę dicentur,& ſi mollificati fuerint,cura paralyſis abſcindetur. Si etiam ex communitate ſit ad cerebrum,uel nucham,uel ſpondiles dyſlocatos,cura illarum ægritudinum abſcindetur. Et ſi contentum fuerit in cauſa, ut paucitas, uel multitudo urinæ, uel

F eius acuitas inducẽs ardorem, abſcindatur cura paucitatis multitudinis & ardoris urinæ.ꝙ ſi cauſa fuerit debilitas ſenſus,abſcindatur & curetur eius principium. ꝙ ſi cauſa fuerit in principio,ſcilicet in cerebro,uel nucha aut ipſe lacertus collum ueſicæ cum medicinis habentibus acutum obezez,ut eſt theriaca, mitridatum, & inunctiones cum oleo ſambucino,de lilio,narciſsino,de croco,de balſamo. Et adminiſtrentur emplaſtra ex foliis arborum fructuũ, & olerũ dilectorum ſpiritui animali,ut alliorum,menthæ, & rutæ, & miſceantur cum eis medicinæ exaſpergefacientes ualde ſicut eſt ſemen armelis rutæ montanæ,deinde emplaſtretur cum eis pecten.Et ſi in cauſa fuerit longa retentio,cura eſt cum tinis mollificantibus,deinde cum ſtypticãtibus ſupradictis,& cum carthamo,& ſimilibus,& emplaſtris factis ex illis,deinde utere eis,quæ ſunt uehementis prouocationis ut ſiringa, & oleum balſami eſt maximi iuuamenti in hoc caſu. Et ſi cauſa fuerit caſus & percuſsio apoſtemans & non apoſtemans, ſed remanet aliquid, tunc præmittenda eſt phlebotomia,deinde tinæ,& mollificantia tempera-

G te,& ſtude,ut mingat,quod ſi minxerit ſanguinem plurimũ retinebis cum trochiſcis de charabe, & de terra ſigillata. Prouocatio urinæ,quę eſt accidenti contraria, ex quo cauſæ præceſsit ablatio oppilantis,ſit facilis, & ſequitur ſtatim ſi ſola cauſa retẽtionis oppilatio ſit in collo.Ceſſante enim cauſa oppilante,ceſſat oppilatio omnis,cum fiens, & factũ in oppilatione taliter ſint connexa,ꝙ ceſſante fiente ceſſat & factum,ut ſupra in apoſtemate dictum eſt,& ceſſante oppilatione,ſtatim tale accidens ceſſat,cum ex ea dependeat uelut umbra,& maxime cũ remaneat ueſicæ potentia in cõpreſsione.Quod ſi cauſa retentionis ſit debilitas in ueſica cauſa abſciſſa prouocatio non ſtatim fiet,niſi ueſicæ cõfortatio ſubſequatur, ceſſante enim cauſa defectionis adhuc debilitas remanet confortatione indigens, ut prouocetur urina.Sic quoque prouocantia cum confortatione potius abſcindentia cauſam ſunt adminiſtranda. Similiter ſi in cauſa retentionis utraq; cauſa concurrat,ceſſante enim altera retentio remanebit. Et quandoq; urina præ ſui multitudine in retentione minando periculum doloris grauedinis,

H & crepationis proſternentis uirtutem abſq; eo, ꝙ det ſpacium ad cauſæ ablationem,adhuc eo manente cuiuſcunque generis fuerit prouocatione indiget. Sicq; in omni cauſa retentionis urinæ eſt neceſſaria prouocatio, fiet autem manente cauſa retentionis non certe nec penitus,ſed adulatorie,& ad præſens cum his, quæ naturã alliciendo prouocãt ad expulſionem urinæ,ut eſt intromiſsio pediculi,uel feſcelis in capite uirgæ,uel orificio uuluæ, & ex illis ẽ immiſsio naſtalis in ano de ſale tabarzet, quoniam ſoluendo uentrẽ prouocabit urinam ad emiſsionem urinæ. Et etiã linitio allii,uel cœpæ,uel alterius rei acutæ ſuper uirgam, pectinẽ, & peritoneum,quoniam trahendo calorem & naturam ad locum,& diſſoluendo & reſoluendo oppilationis cauſam, prouocabunt urinam. Et ex illis eſt adminiſtratio diureticorum mollificantium,ut ſupra hoc dictum eſt, cum lenificata fuerit cauſa oppilans,cuiuſuis fuerit generis & membrũ conſtrictũ & coarctatum in ea mollificatum,& relaxa-

tum

tum,& mitigatus dolor quaſi in modum adulationis cedent urinæ egredienti cum compreſsione uirtutis potentiæ uicaria in expulſione,talia ſunt autem ſupradicta. Sũt & alia leuem uirtutem habentia,ne ſua fortitudine faciant diſtendere materiam plurimam,quæ magis debilitet, & oppilet. Et ex rebus magis conuenientibus eis eſt lac calefactum cũm non eſt febriens per omnem adminiſtrationis modũ.

Notandũ de immiſſione argaliæ.

Et ex illis eſt immiſsio argaliæ ſimpliciter immiſſæ, uel cũ prædictis mollificantibus, & lenientibus medicinis per eã iniectis,uel aliis cauſæ cuiuslibet appropriatis, quæ dicta ſunt in capitulo oppilationis,& lapidis quoniam cum comprimat membrum,& cauſam diſſoluat ſeu repellat, prouocat urinam,& hoc in mare, in muliere uero uice ipſius ſupponatur cum radice dauci,iuniperi,uel narciſsi, cum oleo ſambucino,uel laurino inuncta, poſtquam ſederit in aqua decoctionis raphani,cicerum nigrorum, foliorũ dauci ſylueſtris.Cauendum autem,ne argaliæ immiſsio inferat dolorem,uel nocumentum,uel ex ſua ineptitudine,uel ex malo immiſsionis modo, quæ qualiter debeat eſſe & quomodo immittenda ſit, docet princeps Abo. in difficultate urinæ cap. Si quoq; in cauſa debilitas expulſionis ueſicę aſsiſtat, cauſa ablata ipſius,uel in manente fiat urinę prouocatio cũ diureticis ſiccis,& moderate ſtipticis, quæ prouocando cõfortent,& non retineant,qualia ſunt, quæ ſupra dicta ſunt in cura lapidis,& oppilationis,& infra dicentur, uel ſaltẽ cum compreſsione pectinis cũ manu ducta à ſuperioribus ad inferiora trahendo,corpore ſtãnte,uel ſituato recte, talis enim compreſsio uicaria,& proportionabilis exiſtit naturali ueſicæ compreſsioni in producendo urinam, ut Gal. ait.Et ex prouocantibus expertis in oppilatione ex humoribus craſsis eſt oleum de anetho,uel de lilio,& decoctionis fabaſularum,ſcarabeonum, cimicum, uel cantharidis, pectini applicatum. Et ex illis eſt ſi ſumatur folia hederæ, uel ſuccus eorum cum uino,uel aqua decoctionis agrimoniæ,uel abrotani.Et ex exterius applicandis ſunt folia ſambuci,parietariæ,& petroſelini, & dauci decocta in aqua & cataplaſmata pectini. Et ex expertis eſt, quod circa inſtans poſuit,& eſt,ut terantur folia parietarię,& bulliant in oleo antiquo,uel chamæmel.in frixorio,& cataplaſmetur pectini.Et ex illis eſt,ut ſumatur mataſſa una filati crudi, & bulliat cum cinere,& calida ſufficienter pectini applicetur. Et aqua tribulorum marinorum diſtillata eſt experta. Et aqua cicerum nigrorum in oppilatione ex humoribus, uel lapide.Et omnes medicinæ,quæ ad lapidem ſunt conueniẽtes, & potentes ualent in hoc caſu.

Cõfectio ad retẽtio nẽ urinæ.

Confectio electarii contra retentionem urinæ ex oppilatione uiarum urinæ ex humoribus craſsis,uel lapide.Rec.ani.fœnicu.ſe.apii,urticæ, ſaxifragiæ,an.ʒ.ii.ſe.aſparagi,bruſci,milii ſolis, petroſelini, macis,ſe.geniſtæ,ſe.lini,ſpinachis,meu,ſu, aſari, an.ʒ.i. liquiritiæ.ʒ.iii.ſe.communium mundatorum.℥.i.pulueris capil.uene.ʒ.i.terantur,& cribellentur, & fiet electariũ cum melle,uel zuc.Et ſi uis laxatiuum facere,addas turbith, hermodactylorum,ana.ʒ.i.cum zinzi.& pipe.longi.ʒ.ii. diagridii cocti.ʒ.iii.doſ.℥.s.cum calida. Confectio diuretica fortis ad idem ſecundũ Abo.Rec.ſauich,aſari,amomi,ameos, petroſe.ſe.apii rubeæ tinctorum,amygdalarum amararum, ſpicæ,ana.ʒ.xxx.ſe.melo.ʒ.x.corporum cantharidarum abſciſsis capitibus,& alis.ʒ.i.armoniaci. ʒ.iii. reſoluatur armoniacum cum triplicato ſubtili, & fiant ex eis auellanæ, uel pilulæ,de quibus ſumantur uſq; ad iii. Confectio alia ſecundum eundem.Rec.caſtorei,euforbii,zinzi.pip.lon.olei balſami,quod ſufficit,& quando adduntur opii,ſe. hyoſcyami albi cauſa doloris, ſe. urticæ puluerizati. ʒ.i. cum uino ſubtili ſtatim prouocat. Puluis educens lapides & humores craſſos de renibus,& ueſica.Rec.aniſi,apii,ſe.fœnugrę, ana.ʒ.ii.ſchinanthi.ʒ.i.nigellæ,rubeæ tinctorũ,an.℈.ii. doſis coclear.i.cum uino ſubtili.

De ardore urinæ. Cap. 13.

ARdor urinæ eſt notus, quia eſt nociuus ſenſus ipſius urinæ,uel ſenſus ardoris apud emiſsionem urinæ.Et cauſa eius ex prædictis eſt manifeſta, aut ex parte urinæ,aut ex parte membrorum urinalium, & proprie colli ueſicæ,& uirgæ, in quibus percipitur ut plurimũ. Et apud emiſsionem magis ex parte urinæ, non autem ex

A ſe,quia ſit acuta rõne materiæ acutæ ciborum,ſcilicet & potuum.Et caliditatis membrorum generantium, & trahentium,ut hepatis & renum,uel aliorum influentium illis aliquid accidentium,ut humorem,uel ſaniem, aut ex defectu humiditatis apte ad temperandum ipſam, & currendum ſuper meatus,ut eos leniat,& glutinoſos reddat, quæ generantur & procedit à carnibus glanduloſis, quæ naturaliter ſunt illic.Cum ergo deficit, remanet ibi urina acuta naturalis,& in membris deficit lenificatio,& glutinoſitas,quare mordet,& urit membra illa neruoſa,& diſcooperta,& prouenit dolor. Et cauſa & ardor defectus eius, eſt ieiunium & abſtinentia,coitus diminuens humiditates, & ægritudines eliquantes,& labor plurimus,& ſimilia ex complexione ætate,& humiditate, & aliis circunſtantiis. Ex parte uero membrorum urinalium,quia differentium & producentium,acuitas prouenit,quia ſint ulcerata,uel ſcabioſa, quæ cum attingat urina de ſe naturaliter acuta,& propter colamentum humorum,& cholera cum ea eſt apta tranſire,mordet & accidit ardor.Cauſa uero eius eſt ex parte urinæ,pręceſsio

B regiminis acuentis urinam.Ex parte materiæ cibi,& potus acutorum & efficientis, ut inflãmationis hepatis renum & aliorum membrorum,uel corporis uniuerſi, & ſenſus acuitatis ipſius. Ex colore quia citrina fuerit ualde, & ex mordicatione cauſatur apud egreſsionem abſq; ſignis ulcerum,& ſcabiei,& præceſsione ieiunii plurimi laboris,& etiam cuiuslibet ægritudinis eliquantis corpus.Eius uero, qui eſt ex parte defectus humiditatis contemperantis cum lenitate eſt præceſsio cauſarum ipſius cum macredine corporis præcedenti, & ſenſus aſperitatis in loco ante horam unctionis,& iuuantur humidis. Sed eius, quæ eſt ex parte membrorum urinalium,uel quia ulceratorum,uel ſcabioſorum,ſigna ſunt pceſsio ſignorum ulcerum, uel cauſarũ eius, & ſigna ulcerum præſentium & ſcabiei ipſorum dicta, quia ſanioſa fuerit urina,uel furfuracea.& dixit Abo. multoties primum perducit ad ſecundum,& non econuerſo, ſicut ergo egeſtio cholerica ad ulceratione inteſtinorum, & tunc antecedunt ſigna acuitatis,& ſequuntur ſigna ulcerũ, quod te ſcire oportet ne deuenias in errorem.

De cura.

C Cura eius,quæ eſt ex parte urinæ, eſt duæ res, prima eſt humorum corporis,& membrorum adæquatio.ſecunda eſt glandularum circa collum ueſicæ,& radicem uirgæ exiſtentium humectatio.Prima eſt humorum corporis, & mẽbrorum adęquatio in complexione. Cum enim urina ſecundũ Gal.ſit colamentum ſanguinis, & humorum de hepate per renes & uritides ueniens, uel ueſicam adæquatis humoribus & membris urina colata reddetur innocua, & ſuauis, maxime ſi humiditatem habuerit permixtam obtundẽtem eius naturalem actum,& lenientem ſuperficiem uiæ. Sicq; ſecunda res erit ipſarum glandularum humectatio, & reſtauratio.

Primã cõplet regimen.Regimen aũt eſt, ut fiat eius conuerſio ad contrariũ diſpõnis præcedentis, cum prætermiſſione omnis cibi,& potus acuti,& ſalſi,amari,dulcis ualde, & acetoſi,& diuretici,& lacticinoſi,& laboris,& coitus,& miniſtratione frigidi,& humidi atq; inſipidi ex quo inſipidi generantur humores,& inſpiſſante ſanitatẽ & minorãte urinã, quorũ mẽtionẽ iã fecimus in cura ulcerũ,& lapidis.

D Medicinæ aũt ſunt,quæ ſunt alicuius acuti humoris ſuperexcreſcentiã educentis ſi adſit, quales ſunt lenientes, & ſuauiter educentes,ut mel,caſsia,tamarindi,mãna,ſuccus uiolarũ,& aqua lactis,& folliculorũ ſenę in aduſtis.Caueat aũt ab attractiuis,& diſſolutiuis, ſua enim acuitate urinã acuũt & membra exaſperant,Quædam uero ſunt alterantes infrigidantes,& humectantes,ſimplices,& compoſitæ, intus & extra & per oẽm modum adminiſtrationis, quæ corporis, & membrorum & proprie hepatis & renum caliditatẽ & inflammationem remittunt, de quibus eſt dictũ ſupra in ſtomacho,hepate,& renibus ſufficienter.

Secundam rem complent etiam regimen & medicinæ. Regimen inquantum ſcilicet humectatiuum cum cibis, & potibus,& aliis neceſſariis rebus,& dimiſsione exiccantiũ quod ſupra in cura meri ſtomachi eſt prædictum.Medicinę uero ſunt inunctæ & iniectæ ex humectantibus,quales ſunt mucilago pſyllii,ſemen cydoniorum,tragacanthi, albumi-

nis

mis oui,lactis mulieris,uel asinæ, uel capræ, oleum rof. & viol. amygdalarum dulcium, de cucurbita, & melonum, iniectis singulariter, vel commixtę, & approximatæ,tepidę aquę. Et quandoq; debet ei misceri aliud stupefactiuũ, & proprie cum dolor,uel ardor est uehemens,ut est semen hyoscyami albi,uel lac se.papaueris,uel etiã opii. Eius uero,qui est ex ulcere,uel scabiei uulnerum membrorum cura,est cura ulcerum,& scabiei antedictæ. Et ex appropriatis medicinis eius simplicibus,est liquiri. per omnẽ administrationis modũ & assumpta proprie & iniecta, ualet enim ardori urinæ ulceribus renũ & uesicæ,scabiei ipsius,& myrrha,& citonium proprie,& succus eius,aut oleum cum distillatur in uirgam,& grana pini,& semina cõmunia, & ius gallinę mediocriter pinguis,& lactis grana prædicta. Et ex compositis est syrupus expertus ad ardorem urinæ ex ulcere uiarum urinæ, uel scabiei uesicæ remittens ardorem & consolidans ulcera. ℞. ungulæ caballinæ,uirgæ pastoris,cõsolidæ mi.pimpinellę,grassulæ,capillorum ueneris,buglossæ,an.M.i.liquiri.uiolarum,maluæ,an.℥.i.iuiubarum,sebesten,an.xi.papaueris,uel seminis lactucarũ,portulacæ, an. ℥.s.seminum cõmunium,hordei,an. ʒ.iiii. zucchari libras. ii.zucchari uiolati.℥.iiii.Trochisci proprie ad idem sunt nostri alchechengi,& aliis experti quorum descriptio est. ℞. seminum communium purgatorum papa.amygda. amyli, tragacanthi,se.althææ,portulacæ,laccæ lotæ,rubi. an. ℈.ii. &.s.terræ sigillatæ.ʒ.v.pinearum purgatarum,alchechẽgi, macis,ana.ʒ.iii.succi liquiritiæ,psyllii integri,an.ʒ.x. Conficiantur cum lacte asinę,& fiant trochisci.ʒ.i. dosis eorum ʒ.iiii.cum prædicto syrupo. Prius tamẽ præmittitur mundificatio ulcerũ cũ stipticis & unctis, sicut sunt proprie aqua mellis,uel zucchari cum aqua cicerum, & deinde lac quia mundificat,& incarnat. Cauendum autem ne stomachus sit intemperatus,uel adsit feb.deinde utatur prædictis,deinde incarnabis & sigillabis, sicut sunt trochisci de charabe supradicti,& uncti cũ lacte,& trochisci de cera, & sicut sunt tales quorum confectio est.Rec.sarcocollæ, amyli,cerussæ, thuris albi,an.Conficiantur cum lacte & misceantur cũ eo, & adde si uis lutum sigillatum,& bdellium mechium, quia leniendo prohibet exasperationem,& minorat urinam, & lapidem frangit. Emplastrum consolidatiuum, quo deinde emplastretur uirga,& peritoneon acuunt.Rec. dactylorũ, passularum,gallarum,acatiæ,aluminis,hypocistidos, hyssopi,styracis,merdasengi, cerussæ. Confice cum oleo rof.& succo caudæ equinę,& emplastretur cum eo corrosio. Si uero non,tunc sufficit,ut fiat cerotum ex cera, & adipe gallinæ,uel capræ,& oleo rosarum,& sesamino recente, & ungatur & iniiciatur.

Nota de liquiritia.

Syrup⁹ expertus ad ardorẽ urinæ.

Emplastrũ consolidatiuum.

Trochisci experti.Rec.hypocystidos,terræ sigillatæ,charabe,coralli,amyli,semi.cydoniorum,seminis althęę,se.melonis indi,apii,dauci,an.Conficiantur cum lacte asinæ,dentur.ʒ.ii.uel.iii.cum aqua frigida.

Tragea Almansoris ad mitigandum ardorem,& dolorẽ, cui oportet instare prius.Reci.papaueris,se. melonis indi, liqui.se.cydoniorum mundatorum,an.℥.i.pinearum, fisticorum,an.℥.i.psylli integri,uel hyoscyami, quod est securius, eius enim substantia non urit,sicut substantia psyllii,nisi sumatur mucilaginis ipsius.ʒ.iii.anisi ʒ.ii.zucchari tabarzet, quod sufficit.Puluis ad idem.℞.caudæ equinæ siccetur, & puluerizetur,& da.ʒ.ii.in mane cũ syrupo myrtino, & mucilaginis psylli.ʒ.i.cum aqua liquiri.Et si uidebis ibi lapidẽ adde bdellium mechium.Item si dolor intolerabilis sit perducens ad resolutionem,fiat enchatisma.℞.se.maluæ,& foliorum eius se.lini uiol.meliloti,rof.crassulę,an.florum chamæmeli,& fœnugræ.parum,bulliant in aqua fontis, & sedeat in ea tepida dum mingit,& post emissionem infundantur filtrum,uel spongia seu corium, & applicentur pectini, uirgæ,& peritoneo, deinde etiam iniiciatur in uirgam lac mulieris nutritæ ex frigidis, & humidis, in quo sit dissolutum aliquid opii,& ex eo ungatur uirga cum oleo rof. Potus extinctiuus sitis eorũ: potetur hora sitis de syrupo uiol. uel myrtino cum aqua hordei simplici,uel dilatatis in ea seminibus communibus & melonis indi,& post cibum digesto cibo in meridie,uel nocte mane poterunt etiam sumere de lacte caprino,mulieris,uel asinę,& est bonum,caueat au-

Tragea utilis ad ardorem urinæ.

E tem,ne habeat stomachum intemperatum, abstineat à uino omnino. Item inungatur hepar de ceroto de sandalis, nostro,& etiam renes,& utatur frigidis & humidis herbis,& fructibus stipticis,& per interualla,si constipatus sit quidẽ plurimum,clysteribus lenitiuis cum frigidis prædictis, & iuuetur natura. Contingit plurimum,quòd cõpositio fiat ex ardore urinæ,ulcere,lapide.Ex aliis itaq; difficile est inuenire quod multum prosit,obsit autem nihil,quo casu cũ ardorem habeat actu molestantem alia impotentia,& nõ sentiatur,alia continue,sicut ardor, immo non nisi per ipsum ardor plus continue attẽderet aliis per interualla, & localiter,& si non simul quãdoq; uni,quandoq; alteri est instandũ.Iniectio magnæ efficaciæ ad ardorẽ urinæ, & est Gualterii.℞.psyllii partẽ.i.decoquatur in aqua, & accipiatur eius mucilago,& decoquatur,& in oleo uio.dissoluantur,& cũ lacte mulieris puellam nutrientis,& adde pulueris camphoræ.℥.i.& iniiciatur totum per siringam,& si sumatur mucilago cum camphora est propria,ut dixit Serap.

De multitudine urinæ & mictu in lecto. Cap. 14.

F MVltitudo urinæ,aut est cum quanto continuo, aut discreto. Siquidem cum quanto continuo, quandoq; est sola, & causę ipsius contrariæ sunt causis diminutionis ipsius prædictis,& quãdoq; est cum dysuria, uel diabete,& prouenit ex causis ipsarum superius enarratis.Si uero sit cum quanto discreto,erit per modum distillationis,& ex defectu contentiuæ accidit, uel expulsiuæ, uel causa in urina,uel aliis in causa distillationis prædistinctis, & ipsa quidem est causa mictus in lecto, & etiam debilitas colli uesicæ,& lacertorum eius, necnon reuocatio uirtutis sensibilis cum quiete à partibus uesicæ,ut non sentiat membrũ,uel grauedinem,quæ in pueris,uel infantibus conueniunt simul. Cum enim in gulositate,& multa cibi & potus assumptione persistant,urina in eis multiplicabitur, & cum debilem habeant contentiuam omnem, propter compositionis humiditatem,& proinde sunt profundissimi somni, certe grauata contentiua uesicæ,& urinæ multitudine, tũc ut uirtus sensibilis reuocata ad principium & sopita, non G sentiet,ut imperet motiuæ,& retineat,deficiet contentiua cũm lacertus mollificatur,nec urina egreditur. Et quandoque coadiuuat acuitas eius cum ex gulositate aliquam rem acutam sumpserit acuentem urinam, quæ etiam in maioribus crapulatis quandoq; concurrunt ut urinã in lecto mingant, brutorum naturam, & infectionem sui corporis fœtidã etiam nociuam prætermittendo uerecundiam attingẽtes. Causæ uero multitudinis urinæ sunt notæ, & cura etiã ex his,quæ dicta sunt in capitulis prædictis & cura diminutionis ipsius. Inquit Hipp. contraria contrariis curantur. Et ex simplicibus medicinis sunt,quæ à proprietate habent minorare urinam,ut lentes,& alia, quæ à complexione, ut sunt bdellium,mechium,dactyli,passulæ pingues, penidii, & alia lenientia,quæ leniendo uentrem minorant urinam. Et caro ericii trienni confert puero qui mingit in lecto,& renes leporis exiccati,& cerebrũ eius, & enula cũ quis assuete utitur ea,& excusabitur à frequenti mictura, & oleũ de been inunctum est ultimum,& thus est conueniens,myrob.cyperum,coriandrum,gallia, myrrha & alia pontica, H & proprie si præmittantur eis aliqua lubrica, ut supra in dyssuria dictum est. Et oportet,ut ante introitum lecti commoueat se ad mingendum, & imaginetur in lecto suo esse aliquod sanctũ,& in camera in qua sit oratoriũ aliquod, nã cũ talis imaginatio remanet in somno,retinebitur fortassis urina,& si uerberetur,tunc timendo retinebit.

Et de medicinis compositis sunt, quæ ex prædictis componuntur,& quæ sequuntur. Confectio medicaminis ad multitudinem urinæ conueniens. ℞. Castorei, myrrhæ, alhasce,copularum glandiũ,pyretri,an. partes æquales, fiant ex illis pilulæ, cum aqua myrrhæ humidę, de quibus sumatur ad mansionem.ʒ.i. Clystere ad illud bonum & confortat renes.Rec.succum alhasce decoctum donec inspissetur, & uitellum oui,& adipem renum caprarum,colentur & reseruentur omnia illa ęqualiter aggregentur, & assumatur de lacte recenter mulso,& butyri, & adipis gibbi cameli, & olei alhasce,alchanna, partes æquales, dosis similis primæ, &

& conquassentur inuicem,& fiat ex eis clystere.

Confectio cum uino iuuatiua eius,qui mingit parum,& frequenter in modum distillationis. ℞. uniuscuiusq; myroba.ana.ʒ.x.glandium infusarum in aceto die ac nocte torrefactorum,sandaracæ,ciperi,thuris mas.enulæ siccæ, styracis siccæ,corall.omnium, ana.ʒ.v.myrrhæ.ʒ.iiii.Conficiantur cum melle.dos.℥.s.cum uino.

Aliud expertum. ℞. glandium,thuris,myrrhæ,an.partes æquales.decoquantur omnia in uino quantitatis.℥.i.colentur,& ponantur cum.℥.i.olei,& dentur & conferunt. Trochisci confecti ex massa in qua posita est uirtus simi columbini cũ aqua frigida,sunt enim ultimi. Et clystere cũ medicinis retinentibus urinam, & iniectione earum quas supra diximus. Aliud Sera.sumantur glandes & infundantur in aceto die & nocte.deinde frixentur in patella,& terantur, & sumantur ex eis.ʒ.x.myrob.emblicorum & belliric.torrefactorum,an.ʒ.vii.croci,thuris,an.ʒ.vii.gr.myrti.ʒ.x,terantur & cribellentur,& dentur ex eis.ʒ.iii.in aqua in qua submergitur ferrum ignitum

Remediũ pro illis, qui mingunt in lecto.

Remedium ad mictum in lecto ubi prohiberi non posit ℞. uesicam & immitte in ea oleum, & dimitte per horam, ut madefiat eo bene, deinde immitte uirgã in ea euacuato oleo & parum dimisso in ea, & liga eam ad caput uirgæ & anchas,& dormiat cum ea,si enim minget, non minget in lecto sed in ea,& remanebit in lecto.

SVMMA III. *Quartæ particulæ sectionis primæ, de ægritudinibus testiculorum & uirgæ.*

Prologus.

PRinceps medicorum Gal. inquit. quàm multis enim existentibus dogmatibus naturalibus. Et propter generationem & corruptionem animalium sanitates & ęgritudines, & cura in ea solum unũ nutritur id Herasistrato, & uiris huiusmodi, id est alicuius gratia omnia facere naturam,inaniter nihil.Et quia illud cuius gratia omnia fecit natura,homo esse dignoscitur,qui cum sit periculo naturæ resolutioni suppositus non stat semper, sed deficit in termino ei naturali constituto, & plurimum infra abbreuiato,præuidit ne deficiente eo,& sic omnia inaniter egerit,ut semper permaneret in uita,quod uel quandiu disponit diuina sapientia quoquo modo. Et proinde in corpore hominis ultra nutritiua membra ad conseruationem sic prę finiti ex esse ipsius necessaria, procreauit alia, eisq; uirtutes imposuit desideratiuas cum delectatione grandi,qua inclinaretur,& prouocaretur homo plurimum ad coitum & effectiuas ad sui similis generationẽ,per quod successiue p duret in uita,quod ex seipso semper non ualuit permanere quod Auer.& Aristo.uoluit cum dixit. Omnia enim illud appetunt,& propter illud esse agunt. Et quia generatio hominis fit immisso spermate in matricem,uelut semen plantarum in terram,& aliqua procreauit membra, quæ ad semper maris generationem etiã faciunt & in maribus & fœminis,testes scilicet & seminaria uasa,& in seminantibus maribus ad emittendum uirgam, & ad receptionem ipsius ex quo emissum est scilicet matricem in fœminis tanquam locum proprium cõseruationis, ne pereat,& in quo suam facit actionem. Necnon generationi longius prouidendo in eis ubera procreauit,continguata matrici per quasdam intermedias uenas,per quas sanguinem ad matricem immissum tempore conceptionis post partum reassumerent ubera,ipsa retrahente natura,ut sua uirtute conuersus in lac, ualeat nutrimentum idoneum præstare fœtui,donec mandere dura posit. Sublimis itaque Deus in maribus & fœminis creauit testiculos, generationis principalia instrumenta,in maribus manifestos,pendentes in bursa,in fœminis uero occultos,in duobus matricis cornibus collocatos ex carne glandosa alba inter membra principalia numeratos ad generandum sperma quod generationis existit principium effectiuum ex mare,& materiale ex fœmina, ex hu-

A miditate delata ad eos in uenis, quæ est quasi superfluitas quarti cibi in corpore toto. Et est sanguis magis digestus, & magis subtilis, quem alterant propria complexione, & conuertunt in albedinem & similitudinem suam, ad quod adiuuat commotio aereitatis in ipso per spiritum,& formãtem ipsum, sicut mammillæ sanguinem uenientem ad eas ex uenis,& quemadmodum econtra, hepar chylum album ad se tractum conuertit in rubedinem sanguinis, uis enim agentis est assimilare sibi patientem. Creauit quoq; duos propter causam dictam supra in renibus,& rotũdos, ut essent salui à nocumento,& à siphac maiore protendunt duo meatus uocauit didymi uenientes ad testiculos,quos comprehendunt,& aperiunt,ut duo folliculi intra bursam cum meatibus illis. Venit quoque ad duos testes de uenis pulsatilibus, & quietis plurimum ramificatis ex uena pulsatili, & uena quieta,quę illarum sunt radices ramificationes plurimorum & inuolutiones cum anfractibus multis deferentibus humiditatem illam sanguineam,quæ est materia spermatis in quibus aliquam recipit alterationem uirtute car-B nis glandosæ in qua inuolutæ sunt iuxta testes, ex quibus infunditur in testes,& ibi fit sperma completum. Etiam ibi generantur duo foramina, quæ ad uirgam uadũt cuius euacuatio fit cum illa replentur uentositate crassa : & uenæ arteriæ eius sanguinem,& spiritum & calorem. Cum enim uirtus imaginatiua imaginatur coitum ex se principaliter, uel ex sensibili à natura appetẽte commota, cum sit una de uirtutibus superioribus præcipit concupiscibili,quæ est in corde, ut mittat spiritum & calorem ad genitalia membra, & calor illi fortiter ueniens,dissoluit humiditates contentas in uenis,& arteriis in motu quo erigitur uirga ad iniectionem seminis in matricis concauum,aliter enim nõ posset immitti,sicut Gal.declarat. Et tunc non quiescit ab ęstimatione sua uirga quandiu uasa spermatis tensa fuerint, quæ quod in eis est expellere appetunt, siue sit sperma multum,siue acutum,ad quod adiuuat caput uirgæ cum fricatum fuerit,quare à uasis illis attrahitur, & effunditur sperma,& ex ea mittitur in matricem. Et in coitu naturali cui obuiat matrix cum orificio suo aperto, & trahit illud desi-C derans sua propria uirtute ualde. Et ex testiculis suis prædilectione etiam procedit sperma quod generatur in eis ad matricis concauum,cum ergo concurrunt ambo, & omnia sibiinuicem permiscentur temperantur,generatio procedit. Vasa uero spermatis dicta sunt, uelut duo meatus procedentes ab unoquoque ouo non generati ab eis, sed contigui eis apud ipsa oua,seu testes, dilatati manifesta dilatatione,deinde cum procedant ad uirgam stringuntur, constrictione lacertorum generatorum super ea, & in mulieribus ramificantur iterum apud statum suum. Et in processu sunt ascendentes uersus inguina post principium,deinde descendentes usq; ad collum uesicæ sub meatu uirgæ, ut etiam,& quod est inter ipsa digestio spermatis compleatur, donec redeat ad meatum, & expellatur in uirgam, donec oportet ipsum perfici illo tempore breui cũ coitus celebratur. Virga uero est membrum uiri,tale generatum,& insitum ex carne ligamenti orta ex carne pectinis plurimæ concauitatis,& uenis,& neruis ortis à spondilibus caudæ, & sunt ligamentales nõ priuati sensu submersi in ea. Et ner-D ui cum quibus erigitur sunt alii secundum Gal. à neruis cũ quibus mollificatur,ex quibus cum carne conficiuntur lacerti proprii ipsi uirgæ,quod Gal.in lib.de anatomia dixit. In uirga quoq; sunt meatus tres,meatus urinę meatus spermatis,& meatus humoris, qui egreditur cum aliquis tãgit mulierẽ.Et scias,ꝙ uirgæ aduenit uirtus erectionis à corde & desideratiua ipsius,à quo prouenit ei spiritus per arterias,& aduenit sensus à cerebro,& nucha per neruos, & ab hepate per uenas sanguinis,& uentositas crassa, & uentosus spiritus. Ex quibus per anatomiã collectis circa medicinas,tã necessarias ægritudinum membrorũ generationis in maribus ponendas per ordinem est considerare, primo dispositiones testiculorum tanquã principalium inter ea. secundo ductuum canalium seu didymorum à siphac à quo procedunt. tertio oschei seu bursæ in qua continentur. quarto uasorum spermatis. quinto uirgæ, ut instrumentalium. Et quia ex talibus ægritudinibus enumerandis membrorum

Quare creauit testiculos

De virga.

Qualiter ĩ uirga sunt tres meatus. Qualiter fit erectio uirgæ

rum talium læduntur actus unius communis talibus necessarius generationis,scilicet coitus,læsionum ipsius oportet subiungere medicinas quas scire nequibimus nisi ipm pno scimus actum ſm Gal.Et quia talis actus fit cum erectione uirgæ,ideo oportet de nocuméto ipsius actus,& medicinis ipsius tractátes simul perquirere causam erectionis, & coitus,ut per eas scitas,nocumentũ & causas ipsarum medicinarũ ualeamus unicuique distincte subiungere proprias.

Continet autem secundum hoc summa hæc tertia, capitula specialia. xxi.

De mala complexione testium. Cap. 1.
De mala cõplexione ipsorum,& de magnitudine, & paruitate eorum,& malo situ,& eleuatione ipsorum. Cap. 2.
De eleuatione testium & de ulceribus ipsorum. Cap. 3.
De apostematibus,& quia omnes lædunt eorum propriam actionem,quæ est generare sperma, necnon & dolorem inducunt. Cap. 4.
De spermate & nocumentis accidentibus in generatione ipsius. Cap. 5.
De dolore testiculorum. Cap. 6.
De ægritudinibus didymorum ex quibus plurimum contingit dilatatio & ruptura, de qua in quinta summa dicemus. Cap. 7.
De mollificatione oschei. Cap. 8.
De uaricibus & duritie oschei. Cap. 9.
De gonorrhœa. Cap. 10.
De pollutione. Cap. 11.
De pruritu & dolore uirgæ. Cap. 12.
De paruitate eius & magnificatione ipsius. Cap. 13.
De apostematibus uirgæ,& corrosione eius. Cap. 14.
De apostematibus & medicinis eorum. Cap. 15.
De coitu naturali & præter naturam,& signis eius. Ca. 16.
De erectione uirgæ & nocumento ipsius, & diminutione eius & multitudine. Cap. 17.
De nocumétis,& iuuamétis proueniétibus ex coitu. C. 18.
De regimine eius quem lædit dimissio coitus. Cap. 19.
De regimine eius quem lædit superfluus coitus. Cap. 20
De his,quæ delectationem faciunt in maribus, & fœminis in coitu,de quibus per ordiné exequamur nomen Domini inuocãdo,qui sit benedictus in secula.Amé. Cap. 21.

De mala complexione testium. Cap. 1.

MAla complexio testium inuestigãda est solicite ut sanetur,generationem enim circa quam exequendã sic natura ingeniata est,studiosius lædit,cum in essentiam uirtutis,quæ est ipsius initium,maxime inferat lęsioné ac procreationis spermatis siue naturalis siue præter naturã sic ipsum reddendo,sicut Hip.dixit in apho.generationi ineptũ cuius principiũ est,& esse potest omnis generis,sed frigidum plurimũ & sicca pura uel impura,& est plurimũ præter naturã, & substantiam spongiosioré ipsorum humiditaté & materiam colligentem,ad quam societas eorum ad mébra superfluitatũ adiuuat,& situs eorũ, cuiusque inuestigatio est ex causis,& signis.Et causa eius est aut interior aut exterior.Interior autem est propria,& naturalis lapsus eius adeo ultimatus, ut noceat actũ generatiuę proprium uirtutis in animali,aut humor,& cibus, & potus, & ea,quæ accidentalis est,& est præter naturam, aut est ex cõmunitate ad superiora,ut hepar,cerebrum,& cor.Exterior uero,ut est aer,aqua & consimilia. *Causæ.*

Signa complexionis testium generationis nociuæ si naturalis sit,& à principio generationis proueniẽs sunt signa generationis eorum,siue ægrorum in natura consimili,quę Galen.ponit.sed inquanto tamen differentia ab illis, quæ sunt ultimata seu magna excedentia, sicut cuius sunt complexio naturaliter lapsa,quandiu lapsa fuerit quòd stet cum natura,actioni non nocet sensibiliter. Cum uero modum excesserit,ut ultimetur,lædit manifeste actum propriæ uirtutis,quemadmodum ea,quæ præter naturam sicut Galen. dixit.Et proinde signa utriusque erũt similia specie à signis naturaliter lapsæ, in quanto differentia est intra se, ut infra *De signis cõplexionis testiculorum.*

E dicetur.Cum ergo uenæ,quæ in oscheo,& uirga sunt, fuerint ualde latæ,eminentes,& manifestæ,& raritas cutis eorum multa,& pili etiam pectinis multi, & spissi fuerint in eis,anchis,& coxis,appetẽs & multum desiderium coitus, & uelocis coitus consecutionis in emissione spermatis, ipsumque sperma album fuerit ad citrinum uel fuscum tendens rectificato regimine,complexionem ipsorum cognosces naturaliter calidam ultra quam generationi expediat. Si uero illis cõtrarium,frigidam iudicabis.Si autem in prędictis membris sentiat asperitatem in tactu, & in pilis crispitudinem non propter formam pororum, & in spermate paucitatem & siccitatem,dicas complexionem esse siccam eorum.Si uero contraria,ut sperma multum,humidum, & filosum,humida erit complexio.Et omnis coitus signum in temperantiæ sumitur ab effectu,quia sperma dimissum, ab eis generatum omnino erit,ut Hip.dixit.Et signa complexionis cõmixtæ ex permixtione prędictorum signorum colligi habent.Signa uero complexionis præter naturam ipsorum sunt similia signa naturalis complexionis,quę prius nõ F fuerunt inuenta nec percepta & quandoq; sunt cum dolore,quandoq; cum pruritu,quandoq; cum mollitie,& paruo sensu,quæ in naturali non sentiuntur.

Cura eius est cura malæ complexionis in aliis membris dicta,& proprie in renibus,hepate,& uesica. Et siquidẽ fuerit naturalis,incurabilis.Inquit enim Galen.alterare enim utique alicubi,& transmutare possibiles sumus, & uertere semper in melius malas constitutiones corporis, sic est curabilis,sed difficilis.quod enim naturale est semper est, aut secundũ plurimũ,ut Aui.dicit.Si uero sit accidẽtalis, & noua,facilis.Si uero habituata difficilis.Inquit Gal.mala complexio si perfecte membro dominetur, dure sanatur. Et si fuerit sine pruritu,cura infra dicetur, & si cũ pruritu, erit cura pruritus uirgæ.

De mala complexione & magnitudine & paruitate eorum & malo situ & eleuatione ipsorum. Cap. 2.

G MAgnitudo testium nota est.Fit enim aut præter naturam per modum apostematis, uel elephantię de quibus infra dicetur.Aut est naturalis ſm semitam augmenti & ẽt impinguationis sicut mãmillis cõtingit. Et signa distinctiua sunt manifesta, quæ licet non sit ægritudo, tamen ei cura debetur,quia inter ægritudines nominatur, ut ait Abo. quæ ad particulam decorationis, & ornationis pertinet,hic gratia ordinis seruandi locata,sic ẽt mammillarũ cura,est.n.simul in utrisq; & infra tempus naturalis augméti possibilis cõmode.Et est tres res. prima debilitat nutritiuam uirtutem, ut augmentatiuæ non ministret materiam.secunda partes eorum coadunat, coarctat & constringit,ut extensionem non suscipiant & augmentum, sed diminutionem.tertia subtrahit materiam augmenti & impinguationis.Prima & secunda complẽtur cum frigidis & stipticis,quibus curantur mammillæ uirginum stantes,ut non cadant,sicut est cerotum ex hyoscyamo albo,epithymo, & cera.Et emplastrum de herba cicutæ cum suo semine superpositum,quod mammillarũ in puellis est testium in pueris est cõe,uel fractura plumbi confracti adinuicem cum aqua H coriandri humidi,uel confracti cotis & lapidis molendini. Et de appropriatis contemperantibus illos & uirgam est iunctio olei sambucini.Tertia res completur cum subtractione cibi,sicut enim secundum Gal.augmentum sine fluẽte, & applicato cibo non potẽs est fieri, ita eo abstracto,est diminutio & æqualitas.Et deinde cũ applicatione resoluẽtium supra & circa testes,ut nutritiuus cibus tractus ad eos non permaneat, sed resoluatur.resoluentia tñ nota sunt ex dictis & dicendis proprie in cura ægritudinum iuncturarum.Post tempus uero augmenti est impossibilis, nisi per modum impinguationis existat,de cuius medicina infra in decoratione dicetur, sed remedio eget quo toleret & melius deferat & absq; impedimento motus. Paruitas uero eorum ex contrariis causis existit magnitudini,aut enim est naturalis,aut præter naturam, & tunc aut est secundum semitam phthisis & hecticę,de quibus dictum est & dicetur aut est ex causis exterioribus frigidis & stipticis,corrugantibus,

tibus,& constringentibus ipsos,& suspensoria eorũ, quare retrahuntur, & eleuantur ad mirach uentris & inguina,& occultantur ibidem,& constringunt collum uesicæ,uel uesicam,adeo ut difficultas accidat urinæ & distillatio & dolor cum mingitur.Et signa eius ex præsentia uel præcessione causarum habentur.Cura eius nõ est necessaria cum naturalis est,ad pulchritudinem enim spectat eorũ paruitas, ut paruitas mammillarum,nisi tantæ diminutionis fuerit q̃ actionem propriam lædat,tũc enim cura est necessaria quẽadmodum & si præter naturam sit. Est tamen possibilis infra tempus naturalis augmenti,post uero impossibilis, nisi per modum impinguationis procedat, quę augmentum nõ est proprie. Impinguari enim post macredinem de qua in decoratione dicetur,non est augmentum. Et cura quidem est quatuor res.Prima aufert causam præter naturam,si adsit,ut possibile est,& ex dictis & dicendis est nota. Secunda dilatat coarctata & contracta. Tertia confortat uirtuté nutritiuam & augmentatiuam,& præbet materiam. Quarta trahit illas ad proprium locum. Secundam rem complẽt fomentationes,balnea calida,quæ uirtutem mollificantiũ, & dilatantium habent,ut sunt flores meliloti chamæmeli, fœnugræci,& althææ,& calamenti.Tertiam rem complent calida,& humida ex cibis,& potibus, & medicinis interiꝰ, & exterius per omnem modum approximatis, quas supra diximus in cura stomachi, & in cura impinguationis dicemus.Quartam rem complent compressiones desuper, & frictiones de subtus trahentes inferius cum adipe anatis, uel oleo masticino, & piceatione perdurans, deinde cum myrtino rosa.& de citoniis,ut tractus cibi remaneat in eis, & non resoluatur. *De cura.*

De ulceribus testium,& eleuatione ipsorum. Cap. 3.

SEd sciendum quod eleuationis,& contractionis testiũ ad superiora præter dicta,est alia causa.s.uirtutis debilitas: & est ex signis mortis in acutis ægritudinibus, prout Hip.dixit prognosticorum secundo. Vlcera testium sunt multæ putredinis:trahunt enim multã materiam propter dolorem à mẽbris superfluitatum eis uicinis ultra illam quã præ debilitate illorum generauit, & influit à supremis quam propter infimum situm recipiunt, & propter raritatem colligunt,ac propter eorum complexionem calidam,& humidam,& coarctationem in loco occulto,priuato aere,quare non trãspiratur corrumpitur, & expanditur multitudine sua ad uicinas partes:& fiunt ulcera ambulatiua,& corrosiua difficilis curationis,sicut ulcera membrorũ superfluitatum.Et multoties corroditur testiculus, & indiget,ut castretur,ne corrosio ambulet, & multoties corrosio in oscheo incipit principaliter, & cadit, & incarnatur, & causatur cystis dura adhærens testiculo non subtili distincta,ut prius.Et multoties procedit à cysti ad testiculum & sunt nota:& curantur cura ulcerum uirgæ, de quibus infra dicetur hic,& in sectione secunda.

De apostematibus testiculorum, & quia oẽs lædunt eorum propriam actioné,quæ est generare sperma, necnon & dolorem in eo inducit. Cap. 4.

APostema quandoq; fit in testiculis, quandoq; in oscheo,& quandoq; in utrisq;, & omnis generis esse potest. Et causa eius, ut plurimum est per modum influxionis fiens, quam prouocat plurimum causa exterior,ut compressio,& percussio,& casus.Et quandoq; est interior causans dolorem.Et quod est in oscheo uisu cognoscitur,& colore [illegible] & factum in testiculis difficile cognoscitur,& [illegible] oscheum est subtilius, tractabilius,& extensum,subtiliatum non incrassatum, sed cum eo est quandoq; febris,quia est nobile membrũ, arteriis continuatũ cũ corde.Et si ẽ in utroq;, ẽ difficilius. Sed febris difficilior erit distinctiua si calidum fuerit,& grauedo, & dolor fortior.Et quandoq; delitescit apostema testiculi,& cũ fuerit calidum,& magnum permutatur ad partes pectoris, & cordis hepatis, & cerebri, propter continuitatem cum eis,& est signum mortis.

Cura apostematis calidi testium in quatuor rebus consistit,sicut cura apatum renum.s.in euõne totius, & ineũone partis in regimine, & in sedatione accidẽtium.Euacuatio *De cura.* A autem totius est facienda eodem modo,sicut in apostemate renum.Euacuatio autem partis cũ particularibus remediis applicandis testibus,& repercussiuis,& stipticis,& resolutiuis,& utrisq; permixtis prout temporibus eius congruũt, & debentur ex appropriatis ipsis testibus apostematis, qualia sunt ex repercussiuis simplicibus approximãdis in principio,oleum ros.aqua ros.acetum, mucilago psyllii, aqua & succus endiuiæ,succus solatri, & aqua cucurbitæ, aqua cannæ humidæ,positione farinæ hordei,farinæ lentiũ excorticatarum,alchechengi,& similia epithimata, & emplastrata,singularia uel permixta.Et si fuerit caliditas multa & dolor,addantur prædictis semen hyoscyami albi, & cãphoræ parum. Cumq; pertransierit principium manifeste, tunc oportet,ut eis admisceantur resolutiua, ut est proprie farina fabarum,cicerum nigrorum, flores chamæmillæ, & melilotum cum melle,uel caricis,& bdellio, uel berbenã, & folia caulis,& uitella ouorum. Et procedente tempore addantur prædictis ciminum,& passæ enucleatæ, pingues, coctæ,& aggregatæ cum uino,& emplastrentur.Cum autẽ B peruenerit ad statum administrabis prædicta resoluẽtia simpliciter,& per se,& emplastrabis cum stercore uaccino cũ pauco aceto,& cinere caulis cum uitello oui,& radice cucumeris agrestis cum uino,& fæce uini antiqui,uel melle, lilii hyssopi.quod si non resoluatur,& maturetur, ministrẽtur maturatiua,qualia sunt folia maluarum,radix lilii albi, radix althææ,& mucilago fœnugræ.& se.lini cum axungia porcina corrupta,& cæpe album decoctum cum butyro ad frigidum. Deinde cum fuerit dubelatum fiat apertio cum medicinis super oscheum applicatis,quæ aperiendi habent uirtutem,quales superius habuisti.Caue tamen ne occultetur,ut sequatur anum & ibi aperiatur,quoniam sequetur fistula mala:immo cũ illud accidit oportet,ut assiduetur positio farinæ risi cum aqua ros.uel myrrhæ, ut prohibeat ibi eruptionem,resoluat & exiccet,& membrum dimittat innocitum. Ex his quæ expertus sum est ut primo emplastretur ex myrto,balaustiis,rosis,chamæmilla, & galla decoctis in uino,quoniam resoluit exiccat, & prohibet eruptioné, deinde cum emplastro diachylon, deinde facta apertione C mundificetur ulcus exiccetur,& consolidetur cum medicinis simplicibus & compositis,quales infra dicemus. Regimen autem oportet quod sit subtile cum uino, ratione cibi & potus & subtractione carnium & uini,& cum quiete, & aliis consimilibus.Accidentium correctio sicut doloris facienda est,ut in præmissis dictum est, & etiam in proprio est dicendum ca.et confortatio principalium cum frigidis stipticis,et aromatibus,ut non recipiantur, si materia delitescat,et ad ipsa superiora eorum propellatur, et cum trahentibus ad ipsos testes emplastris.Et siquidem fuerit frigidum,in principio ex prædictis resoluentibus cum stipticis calidis aliquid ministrabis, ut est farina fabarum cum chamæmilla,blactæ bizantiæ,et schinanti,passulæ cum nucleis, myrrha,et thus, et similia simplicia uel commixta, deinde cum cessit ad augmentum,calida resoluentia minorabis,et augebis calida,et procedente ad statũ multo magis augmẽtabis calida resoluentia cum processit, et minorabis stiptica,quę eliges ex prædictis.In declinatione fortiora, qualia sunt rubea tinctorum addita prędictis et olei nardini parũ D tincti per uirgam. Et si fuerit uentosum emplastretur cum farina fabarum thymo,oleo nardino,et melle.Et iniiciatur aliquid olei de enula,uel sambucini cum musto in uirgam, uel de cherua,quę sunt ultima: prius tamen fomentatione præmissa cum aqua decoctionis se.apii,rutę,spicæ,anisi, fœnugræci,et carui,et aliarum exterminantium uentositatẽ. Et cum est in oscheo apertio phlebotomi resoluet eam, et siquidem fuerit aquosum similiter. Similiter primo cum tentabis ipsam materiam aquosam resoluere, et exiccare cum fomentis ex aqua maris uel salsa, seu sulfurea, et aluminosa:et ex emplastris ex resoluentibus et exiccantibus dictis in cura hęmorrhoidarum exiccandarum. Et furfur emplastratum cum uino et sale est efficax. Si uero peruenerit ad sclirosim, aut quia tale à principio fuerit, mollificetur, et resoluatur, distincte uel commixte, ut superius est in aliis dictum. Deinde addamus compositas medicinas.

Empla-

Empl. ad apostemata testiculorum.

E

Emplastrum resoluens apostemata testiculorum,& etiā oschei calidum & frigidum.℞.granorum uiridium elixatorum.℥.i.s.passularum enucleatarum.℥.v.cimini.℥.i. caulis ℥.s.glutinis pini.℥.iii.Cōficiantur cum melle,& emplastrētur.Emplastrum aliud frigidum & uentosum.℞.ciceris ni. staphisagriæ,ana,℥.i.cineris scorpionis partem.s. Conficiātur cum melle,& emplastrentur,& adde olei sambucini cū myrtino,& cum nardino,& iniiciantur in uirgam . Emplastrum efficax ad resoluendum sclirotizatum. ℞. ficuū,adipis anatis,ana.℥.i.foliorum oliuarum,& cypresi,ana partes æquales,aggregētur cū uino,& butyro uaccino , & hyssopo.Cerotum nostrum ex diapente est solēne cerotum ad apostemata cum ulceribus.℞.scoriam argenti,decoquatur cum oleo ro.donec fiat sicut spissitudo:deinde addatur ceræ,& gummi pini,& reponatur . Aboa.fiat emplastrum ex ruta,& foliis lauri supra apostema testiculorum uel cum altero eorum aliud conficiatur.

De spermate,& nocumentis accidentibus in generatione ipsius. Cap. 5.

Spermatis quatuor sunt causæ,materialis,formalis, efficiens,& finalis. Materialis est , ut iam dictum est humoralis humiditas, seu sanguinea delata per uenas ad testes ex corpore toto,quia ex omni membro per resudationis modū:& ex principalibus proprie , & ex cerebro plurimum secundum Hip.non conuersa adhuc, sed apta cōuerti.Est enim superfluitas quantitatiua digestionis quartę multæ aereitatis,& paucæ terrestreitatis,quæ fit cū dispartitur in membris resudatio de uenis tertia digestione iam completa in eis,& digesto sanguine, & subtiliato , & recipit alterationem in ipsis membris, & fit propinquus alterationi,& assimilationi membrorum spermaticorum,quia iā iunctus est ipsis,& actu nutriens uenas,& arterias , & reliqua membra dura,cum carent cibo alteratione non interueniente multa,sed sola assimilatione succedente,digestio erit perfecta,& de suaui illius,& proprie qui unitus ē principalibus membris pars separatur quædā , & emittitur per uenas ad testes,ut ibi spermatis naturā assumat. Causa formalis seu forma eius duplex est,scilicet substantialis,& accidentalis,substantialis est gonimum esse,id est generationem faciens,& hoc per spiritum gignitiuum receptum in spumoso eius,habente potentiam trium uirtutum unitarū in ipso,quas defert ad testes à triplici principio,& spiritus triplex ab eo procedens unitus in spiritu ipso qui recipit alterationem in testibus,& compositionem aptam ad exercēdum actus generatiuæ uirtutis,qui in esse nostro sunt priores,alterandi,scilicet & informandi ; quos non ex materia deducit,sed circa materiam principaliter ostendit generando ex ea triplex membrum,in quo quod uirtutum de uirtutibus erit in spiritu gignitiuo,& in eo disgregatur,discernitur,& appropriatur secundum exigentiam uirtutis cuiuslibet inhærentis illi,cuius apud medicum basis,fons,& principium dicitur.Accidentalis est albedo quam recipit uirtute complexionis elementaris ipsorum testium. Efficiēs est uirtus generatiua cum complexione testium , quæ duplex est:una immutatiua,& alia informatiua. Immutatiua ē una quæ ex humoribus corporis sperma generat in corporibus generantibus masculos,scilicet & fœminas.primū de qua primus sermo præponitur.Alia quæ uirtutes diuertit , quæ sunt in spermate,& permiscet tēperando s̄m ꝙ unicuiq; cōuenit membro dans parti conuertendæ in neruum complexionem neruo propriam,& parti conuertendæ in arterias complexionem propriam arteriis,& sic de aliis,& illud secundo postquàm spermata utraq; concepta fuerint in matrice,& permixtá simul in ea . Informatiua est, quæ præcepto sui creatoris unumquodq; membrum informat secundum diuisiones conuenientes illi.Finalis est ad conseruandam speciem per indiuidui generationē , procedentem ex commixtione duorum seminum receptorum simul in matricis concauo seipsa cōtemperantium,masculini,se habentis ut principium intrinsecum effectiuū in generatione cū sit calidū digestum , & spissum uelut grādo,& fœminini,se habentis ut materiale principiū,cū sit frigidū,indigestū,& aquosum ad modū sanguinis menstrui,& proinde debile & passiuum secundum proportionem mixtionis coaguli,&

De causa formali.

De causa efficienti.

De causa finali.

lactis in generatione casei.Coagulum enim cum calidum sit digestum & spissum,sua uirtute intrinseca agit in lac frigidū,indigestum,& aquosum, & coagulando conuertit in caseum,ut supra in mammillis dictum est.Et quemadmodū coagulum non ingreditur in substantiā , & corporeitatem casei,sed uirtualiter tantum. Et carpentarius agēs in lignū efficit scānum,ita ꝙ non ingreditur substantialiter,sed corporaliter est distinctus ab eo , eodemque modo sperma uirile substantialiter,& corporaliter in embryonis substantiam nullatenus intrat.Sed in generatione embryonis est , sicut actor,& gubernator in naui, qui in nauis substantiam nullatenus corporaliter,& materialiter intrat,sed ligna cuius materiam in seipso non habuit, sed ab extrinsecus procurauit,nec in se procuratiua conuertit in corporeitatē , & substantiam nauis,quoniam simul in ea contentus nihil existens de substātia eius efficit,& gubernat: unumquodq; autem exercere facit complexio eius calida, & humida,cibus & potus,& calidus,& humidus multiplicans sanguinē cum similibus circunstantiis , & eius contrarium facit decrescere,cuius naturā ,& proprietatem seruat . Et cum fuerit perfectum suis prenarratis causis generabit quale ipsum est,id ē,à quo procedit,cui mater pro posse assimilare masculinum actiue;fœmininū uero dispositione nisi aliud contradicat,quia cōstellatio,& imaginatio,quæ in generatione habent impressionem,licet extrinsecus principii effectiui,& matricis indispositio receptātis.Si uero imperfectionem in se habeat aliquam prædictarum causarum omnium uel pluriū, seu à corpore toto à quo procedit , uel ratione ætatis,quia procedit à decrepito uel infante.Inquit.n.Ga. Infantes non emittunt semen fœcundum: decrepiti uero male fœcundum emittūt:uel propter rationem regiminis, quia processit ab ebrio,& patiente nauseatiuam satietatē : uel ab eo qui multū coiuit:uel ratione prauæ dispositionis quia ab ægro,& habente mēbra debilitata quod raro generat maxime si principalia fuerint:uel ratione ineptitudinis uiæ,& instrumenti,quia ab habente uirgā lōgam, nam prolongato spatio motus eius ad matricem uenit ad eam calore eius iam fracto,spiritu exhalato,quare nō generat, sicut Hip.dixit.Et similiter si nimis breuē habuerit. Inquit enim Gal.etenim hoc scilicet sperma tēpore nullo oportet permanere extra propria organa si debeat suā custodire uirtutem,sed aut in particulis esse uiri,uel in particulis fœminę copulari:quare ad matricis concauum non potest peruenire,sed alteratur,& corrumpitur prius.A tēpore uero,quia paruo uel longo tempore fuerit retentum fuit imperfectū uel naturā ueneni assumpsit:uel à materia,quia à cibo processit cōplexionabiliter:uel à proprietate generationi cōtraria.Hæc sunt præmissa,ut eis scitis,quæ ex parte spermatis utriusq; impedimenta in generatione tam solicite à natura intēta euenire sunt possibilia,dignoscantur, & meliori modo possibili fugatione fungētur,& corrigantur.Quatenus generatio fiat,usq; ad sterilitatis capitulū postponat.

F

Qui ex ... tūt se ... ficum ... non.

G

De dolore testium. Cap. 6.

Dolor testiculorum est ex malitia compositionis diuersæ,& unicuiusq; simplicis uel cōmixtæ,puræ uel cum materia,ut plurimum,& quandoq; uentosa, & solutione continuitatis:uel utraq; ex apostemate est , sicut in soda diximus,& aliis membris.Et causa eius est, aut interior,aut exterior.Interior ē humoralis.Exterior, est aeris qualitas percussio,casus,& cōpressio. Et breuiter cā ægritudinū prædictarum ipsarum. Et signa,sunt signa prædictarum ægritudinum,& cura est cura earum .

H

De ægritudinibus didymorum. Cap. 7.

De qualitate,& ruptura didymorum dicere reseruamus usq; ad curam ramicis,& rupturæ siphac.

De mollificatione oschei. Cap. 8.

Oscheum in aliquibus mollificatur , & prolongatur prolōgatione fœda,& nociua testibus.Facile enim comprimitur cum percutiuntur,quare incurrit dolorem,tumorem,& apostema.Et causa est humiditas humoralis,frigida,& humida,mollificans texturam uillorum eius.Cum ergo ponderent testes,sua grauedine tendunt deorsum & trahunt oscheum inferius , & prolongatur,& est nota.

De uaricibus,& duricie oschei. Cap.9.

Cura eius est duplex,leuis & prima, alia est fortis,& ultima. Leuis quidem est cum infrigidantibus,& stipticis,& emplastratis,& sumptis, & omittuntur tactus & frictio,& motus ipsorum,& coitus fortis,& ultima est,ut si prima nō sufficiat,incidatur , deinde suatur. Cauendum aūt,ne ex neruis,uenis , & arteriis testium aliquid abscindatur.Et proinde tutius est ut suatur prius superius eleuatis cum inclusione illorum in eo quod remanet in eo tanquam utile cōseruandū, deinde quod extra futurū remansit,ut superfluū incidatur, deinde consolidatio fiat. De oscheo & uaricibus infra dicetur capitulo de ramice, & de duricie fiat prout supra dictum est de apostemate duro testium,quorum est bursa.

De Gonorrhœa. Cap. 10.

Gonorrhœa secundum Gal.nomen Græcum est compositum ex gono Græce,Latine,germine, & rhœa Græce,Latine fluxus,unde gonorrhœa Græce,Latine inuoluntarius fluxus cū est absque ueretri erectione.Sed exitus spermatis multus,duobus modis fit, aut quia in membro in quo est expellitur multum, & uoluntarie:ut in coitu naturali, & pollutione multa , aut quia per se exit inuoluntarie cum cōtineri ab eo non possit, ut contingit in gonorrhœa.Et primi causa est,superexcrescentia spermatis,& subtilitas,aut ipsius acuitas, aut utriusque excessus in uirtute expulsiua imprimens nocumentum,quare mouetur natura,& uirtus expulsiua uasorum ad expellendum ipsum frequentius solito . Et secundi causa existit duplex,interior,& exterior.Et interior duplex est, aut defectio cōtentiuæ uasorum spermatis, quare inanitio fit ipsius intantum enim secundum Ga. euacuatio secundum naturā procedens ab eo,quod est extra naturam differt , similiter & retentio,quòd semper a fortitudine sunt uirtutis procedentis:a defectione uero si extra naturam mutatur. Vnaquæque enim uirtus secūdum naturam se habens,opus quidem quod suum est perficit,expulsiua euacuationem,& retentiua retentionē,Cum uero extra naturam mutentur, & debilitentur contrariū operantur : defectio.n.contentiuæ operabitur euacuationē,& defectio expulsiuæ retentionē, non quòd uirtus expulsiua,& retentiua, aliquid ibi operentur,licet euacuatio & retentio fiat, sicut nec cum naturaliter procedunt contentiua uel expulsiua deficit,sed quiescit potius ubi sua contraria operantur , & ecōuerso natura sic ordinante.Et causa defectionis cōtentiuæ ipsorum, aut est essentialis,& in se,& est mollificatio ipsorum uasorum propter malitiam complexionis frigidæ,& humidæ cooperante ei excessu spermatis prædistincto:aut causa eius erit ipsorum contentiuæ defectionum non in se , sed propter uehementiam expressiuæ lacertorum ipsorum uasorum spermatis,cuius causa est spasmus contrahens uehementer lacertos ipsos supra ipsa uasa,quare comprimuntur, & quod in eis est sperma contentū exprimitur,& educitur, sicut in spasmo contingit:& epilepsia in qua retentio fit stercoris & urinæ,& euacuatio spermatis,cuius rei causa est,nam cū epilepsia fit quidam spasmus corpori contingens toti subito uniuersaliter quo contrahuntur nerui, & lacerti corporis totius in ea,& tamen lacerti ani,& colli,& uesicæ creati sint ad continendum superflua intestinorum,& uesicæ:lacerti uero uasorum spermatis ad exprimendū: quod in eis cōtentum est:quemadmodū lacerti meri in exteriore eius tunica situati,et uentris,& oīs actio fit per contractionem quæ in spasmo erit necessaria,non est inconueniens,ut illorum retentio fiat:spermatis uero euacuatio in epilepsia uel spasmo uniuersali. Exterior uero causa coadiuuans , & est sicut uisio,uel auditus coitus,uel cogitatio uehemēs in ipso,& desiderēt coitus ualde,quare moueant ad operationes suas uasa spermatis motu forti, & descēdat sperma sicut cū mouētur motu debili,& mittūt humorē paucū p se, uel ante urinā,quod in mulieribus accidit ꝑpter eandē causam.

De signis.

Signa primi modi cuius causa est sperma,sunt quia egreditur cum erectione.Sed signa secundi modi cuius est causa defectio cōtentiuæ,sunt quia egreditur absq; erectione, & inuoluntarie,& cum signis multiplicationis præter eā cuius causa est spasmus lacertorū uasorum spermatis, quoniam illa est etiam cum erectione.Sed differt a prima,quoniam licet sit cum erectione:non tamen fit cū uoluptate,& sensu ut illa:sicut nec pollutio.etiā hic est cum spasmo uniuersali manifeste:illa uero sine . Sed signa eius cuius causa est multitudo spermatis sunt, quoniā ad expulsionem eius non sequitur debilitas etiam cum multum sit,nisi sit corpus debile.Et signa eius cuius causa est ipsius tenuitas est exitus eius cum tenuitate, & aquositate. Et signa eius cuius causa est acuitas spermatis,sunt quia sentitur in egressione mordicatio,& ardor urinæ sequitur & color corporis ad citrinitatem tendit,& significant ipsum causæ præteritæ ex cibis & potibus, complexione corporis , & circunstantiis consimilibus.

A

De cura.

Cura gonorrhœæ,quæ est fluxus spermatis præter naturam est quatuor res.Prima mollificationē uasorū tollit, & uirtutem contentiuam confortat . secunda intemperātiam spermatis adæquat.tertia spasmū lacertorū soluit.quarta accidentia consequentia corrigit.Primā rem complent siccarum,& stipticarū medicinarū,simpliciū & cōpositarū,calidarum resoluentium ministratio,intus & extra, secundum oēm modum,quales sunt, quæ dictæ sunt in cura dyssuriæ, & malæ cōplexionis testiū frigidæ,& humidæ, puræ, & cū materia & cū paralysi. Secundā rē cōplent uitæ ordinatio in cibis,& potibus maxime, & in aliis rebus consimilibus eis,ut siquidē superexcrescat quātitate, sperma minoretur, cibus & potus calidus & humidus auferatur, necnō & quæ habent a proprietate sperma multiplicare : frigidus & siccus uel calidus & siccus multiplicetur , indicetur etiā ille, qui a proprietate sperma habet multiplicare, & exiccare , multiplicantia sperma,ut Gale.ait, sunt etiam multiplicantia lac,pręter agnum castū,qui multiplicat lac, & minorat sperma,& ex eis quædam sunt cibi , ut cæpe dulce, cicera, fabæ,& grana pini,& piscis nominatus multorum pedum. Quædam sunt medicinæ,ut scincus,& testiculi uulpis,quædam faciunt illud,& sunt cibi,& semen lini , ut medicinæ, & eruca,& alia quæ infra in cura diminutionis coitus dicemus.Minorantia,& exiccātia sperma sunt cōtraria multiplicantibus ipsum,ut frigida sicca,siue sint cibi,ut lētes,& acetosa,& stiptica,ut sumach,siue medicinæ sint calidæ & siccæ,ut menta,quæ contrariatur spermati a proprietate , ut agnus castus,calamentum montanū & syluestre,ruta, & similes,siue frigidę sint & siccæ , ut semen lactucę,coriandrū radix & semē nenupharis,cāphora,opiū,hyoscyamus,solatrum & similes,quæ a proprietate non tantū a cōplexione habēt sperma minuere & exiccare. Et in hæmatite est proprietas rectificādi gonorrhœam, & iris auferēdi eam,& in mēta cū contrarietur spermati a proprietate,ut nenuphar. Et si corpus toleret,& regimen nō sufficiat, minoretur sanguis a tēperantia uel superfluitate sua, ut prouocetur uomitus si necessitas uocat,non autem est cōueniens euacuatio per solutionē naturæ nec per diuretica,cum talis attrahat materiam propter propinquitatē , & uicinitatē, ut exercitet multū & uigilet æger.Si uero peccet in subtilitate substātiæ cibetur cibis stipticis & crassis inspissantibus san. qualia sunt quæ dicta sunt in cura doloris stomachi, et ardoris urinæ,& approximentur,quę ipsum inspissando , hn̄t cōfortare a proprietate,ut coriandrū,et mēta, quę cum hoc , quòd incrassat cōfortat a proprietate uasa spermatis. Si uero peccet qualitate acuta stimulante naturā, cibetur frigidis & humidis,quales sunt qui in cura ardoris et ulceris dicti sunt.Et ungat dorsum,renes,& inguina usque ad alchatin ex frigidis,sicut oleo rosa.aqua coriādri humidi,et solatri,lactucæ,& portulacæ,& iaceat supra stratum frigidū,et super latus dextrum,et illis cibetur, et similibus . Tertiam rem complent in cura spasmi superius dicta.Quartam rem complent,quæ in uirtute releuant siccitatē corporis,extenuationem,et inanitionē humectant,restaurant,et replent ut est resumptiua diæta.Exitum uero naturalem spermatis quandiu ad defectionem adduxeris non oportet retinere. Inquit Gale. sperma diu retentum in corpore efficitur uenenum.Cum uero ad defectionem et corporis cōsumptionem adducere incipiat,obuietur, et curetur cura eius,quē lędit superfluus coitus, de quo dicetur infra , si Deus annuat,qui sit benedictus.

B

C

D

De pollutione. Cap. 11.

POllutio est expulsio spermatis in somno proprie hora noctis, in ætate adolescentiæ sentitur, quæ maxime superabundat, quæ autem erit contingens, & per interualla temporis facta, & causa eius erit motus naturæ, & uirtutis expulsiuę solius naturalis uasorum spermatis tunc confortatæ ad expellendum nocumentum superfluū tertiæ uel quartæ digestionis, scilicet spermatis quātitate, uel qualitate, uel utraq; quod plurimum fit in somno, & econtra expulsione superfluorum primæ & secundæ digestionis, quæ in uigiliis uiget magis, cum sit composita ex naturali & animali, & illud propter occupationem naturæ in digerendo tunc cibum, quare multiplicat semen, & maxime si supra dorsum, & ceruicem fiat somnus, quoniam calefiunt, & dilatantur partes illæ, quare facilius expellunt multiplicatam in eis materiam ad quod adiuuant fumi resoluti ab ea petentes cerebrum quos imaginatiua componit ad mulieris formam secundum naturæ necessitatem ad quod mouetur, ac si in ea ageret, ut expelleret, nec est morbus, sed accidēs signum. Quod si in principio morbi materialis fuerit, longum significat morbum & multam materiam. Si uero in fine uel declinatione morbi, digestam materiam, & naturæ potentiam. Si uero fuerit multa, & frequēs, & quasi quotidie, erit morbus in uasis spermatis ad modum gonorrhœa, ex contentiuæ ipsorum defectione: & signa, & cura erunt quæ illius.

Curatio. Ex conueniente cura est dormire supra solatrum, folia salicis, & agni casti, super quæ sedent mulieres Athenienses secundum Auer. in diebus festiuis, quoniam reddunt eas castas, & semen lactucæ, & iris sumptum, exiccant enim sperma, & prohibent pollutionem. Et Gal. laudauit laminam plumbi supra dorsum applicatam & ligatā, quoniam eius est in hoc impressio magna prohibet enim pollutionem, & sedat desiderium coitus, sed nocet renibus propter frigiditatem, quare oportet, vt hic attendatur, & proinde melius est cum stipitibus agni casti sternatur supra dorsum, quoniam prohibet pollutionem & uirgę erectionem absque nocumento proprietate sua. Et inungere membra spermatis ex althæa, & semine eius, uel emplastrare.

Medicina ad gonorrhœam.

Medicina Ioan. Serapio. ad gonorrhœam & pollutionem. ℞. radi. cannæ persicæ sic. calamenti montani, & hyoscyami, semi. rutæ, seminis agni casti, rosarum rubearum, ana. ʒ.ii. terantur & cribellentur, & detur in potu ex ea cū aqua frigida, & cum aceto permixto. Dosis. ʒ.ii.

Aliud Ioannitii. ℞. se. rutæ, ani. ʒ.ii. castorei se. hyoscyami albi, ana ℥.ii. rosarum rubea. balaustiarum, ana ʒ.iii.s. terantur, & cribellentur, & dentur ex eo in potu cum aqua frigida. Dosis eius, drach. ii.

Aliud G. Rec. se. lactucæ. ʒ.ii. se. ru. ʒ.i. sedenegi. ʒ.iii.s. terantur & cribellentur, dosis est ʒ.ii. cum secaniabin.

Aliud Hebræi. Rec. se. agni casti, rutæ, ana. ʒ.i. terantur, & conficiantur cum aceto permixto, & post illud utantur ægri exercitio donec astringatur corpus eius, & locis eius sit uirtus. Isaac. Accipiat ex farina glandium cum acerbo uino omni die, & similiter semen lactucæ cū succo portu.

Item fiat emplastrum. Rec. farinæ glandium, & distempera cum albumine oui, & pone super pectinem. Item fiat electarium. Rec. balaustiarum, sem. portulacæ, an. ʒ.iii. anethi, semi. rutæ, se. arnoglossæ, ana ʒ.ii. fac puluerem de quo stomacho ieiuno da bibere cum aqua frigida. Ruta & hyoscyamus cum syrupo de myrto, & aceto prosunt spermati. Et agni casti, rutæ, ana. ʒ.ii. balaustiarum ʒ.i. da bibere cum aqua frigida, & à cibis calidis & potibus se abstineat. Rasis confectio ad diminuendum sperma, & distruendam erectionem. Recip. se. agni casti, ʒ.x. se. portulacæ tantundem, foliorum calamēti exiccatorū, foliorum rutæ, an. ʒ.v. cymini, cyperi, balaustiarum, ana, ʒ.ii. sumantur in puluere. ʒ.iii. & nominatur sodograna corporis.

De pruritu, & dolore uirgæ. Cap. 12.

PRuritus in uirga accidit ex materia acuta salsa, & baurachia descendente à superioribus partibus uicinis ad ipsam, & refusa ad partes cutis ipsis, quandoq; tendit per canalem eius, & tunc accidit titillatio in uirga & fit erectio eius ad modum pruritus matricis, ex quo mulie-

E ribus accidit priapismus, & immoderati coitus desideriū. Et plurimum est causa doloris cum ualde acuta fuerit, & pungens, & ulcerans: & fit dolor in ea, & ex uentositate interclusa in concauitate neruorum, uenarum, & arteriarum & carnis eius uel ex apostemate uel ex retentione urinæ multæ, uel acutæ, uel utriusq;. Et quandoque ex causa extrinseca, ut compressione, casu, & percussione.

De signis pruritus & doloris uirgę.

Signa pruritus acutæ materiæ, salsæ, & baurachiæ nota sunt ex præcedenti regimine, & ex præcedenti pruritu, & dispositione membri, quia rubet cum siccitate, & adustione, & resoluuntur quasi furfures cum fricatur, & scalpitur. Et quandoq; est cū uirulentia & humiditate cū est phlegmatica salsa materia, & est sine erectione & titillatione, cū resudet ad cutem. Cum uero tendit per canalem cum titillatione & erectione fit, & sequitur dolor. Et cum fuerit dolor eius ex uentositate, est tensio, & inflatio uirgæ, & sine grauedine si sit pura, uel cum grauedine, si sit ibi humorum permixtio. Et si fit ex apostemate signa apparebunt ipsius, similiter si ex urinæ retentione, & acuitate, præcesserit re- F tentio urinæ, & sequitur punctio, uel ardor in emissione. Et si ex causa extrinseca fiat dolor, est manifesta quid est.

De cura.

In cura eius est duplex regimen, scilicet uniuersale & particulare, uniuersale est tres res. Prima est materiæ euacuatio, & est ut corpus euacuetur, & purgetur si expediat, ut materia ab ipso non influat, nec descēdat ad illam. Et illud complent phlebotomiæ, et purgationes appropriatę humori adusto & salso cum præmissione digestionis ipsius quæ sunt iam notæ. Secunda est diuersio ipsius, et est ut facta euacuatione, si expediat, fiat uētosatio ab interiori parte iuxta radicem uirgæ, aut ponantur ibi sanguisugæ. Tertia est regiminis, et uitę ordinatio, et est ut abstineant ab acutis salsis, et baurachiis, et utantur regimine humectatiuo prædicto alterante. Particulare est, ut balneetur uirga: & adiacentes partes sedendo in semicuplo aquæ dulcis decoctionis uiolarum, acetosæ, meliloti, & fumiterræ, in qua sit aspersum oleum ros. & acetum, ut materia fluxa obtundatur, & resoluatur: deinde sugantur & ungantur ex oleis resoluentibus, & notis unguentibus desiccantibus ad G scabiem, et pruritum. Et ex illis proprium est hoc. ℞. acatię, memithe, ana drach. i. salis ammoniaci, aloes, ana. ʒ.vii. croci. xii. par. iii. unius, usneæ quantum omnia sunt, terantur, et cribellentur, et conficiantur cum oleo sambucino. Et similiter inungatur donec in balneo stet ex albumine oui, et melle cum oleo ros. et aceto. Et si materia sit phlegmatica addatur alumen, & staphisagrię parum, & sal cum terebinthina, et abluātur cum aqua maris prius. Et siquidē fuerit ibi corrosio lenificetur uirga cum lenitiuis ex oleis, ut sesamino, et adipe gallinæ, & anatis, & medullis crurum uituli, et cerui, et cera, et resina in balneo. Et cura doloris eius est curæ doloris testium proxima: et proportionabilis, & cura uniuscuiusq; causa est nota. Et quidē si pruritus sit ex materia tendente per canalem eius puluerizetur cāphora, et croci parum, et distemperentur cum aqua rosa, uel lacte, & cum syringa eiiciantur, et titillationes, quæ accident, sicut in mulieribus contingit, et matricibus earum. Cura dicta in apostematibus calidis, et gonorrhœa calida, et priapismo calido est conueniens. Et oportet ut frigida supra dorsum et membra coitus applicentur. H Et ex appropriatis est radix nenupharis, et radix lilii, et iniiciantur, et æquentur.

Vnguentum ad illud.

De cura doloris uirgę.

De magnificatione uirgę, et paruitate ipsius. Cap. 13.

DE magnificatione autem uirgæ dicere postponemus usque ad capitulum eorum, quæ delectationem faciunt in coitu, et ibi patebit ad plenum.

De apostematibus uirgæ, et corrosione eius. Cap. 14.

VLcera uirgæ et apostemata sunt proportionabilia ulceribus et apostematibus testiū: sunt enim ex humoribus descēdentibus a corpore, et superioribus mēbris, et deteriora sunt, quæ fiūt in lacerto, qui est in radice uirgæ, et ano, eo quod fit in capite, quod est quia īdiget exiccatione forti, et dolor cum hoc est uehemens, plurimū ueniunt ad corrosionem, et putrefactionem: & minus malum est quod fit in pelle. Et siquidem sunt in parte exteriori, sunt nota & sensui manifesta. Si uero in uia, & ductu urinæ cognoscuntur ex dolore magis in urinæ egressione, & sanie egrediente ante urinam. Et si sit apostema in uia, & ductu urinæ dolor erit cum stranguria prius: deinde facta sanie, & erupta soluitur pustula, & stranguria sicut Hip. dixit in aphorismis.

De cura ulcerum uirgę.

Cura ulcerum uirgæ si sunt intrinseca, est cura ulcerum uesicę. Et ex appropriatis eis sunt trochisci de chartis papyri, & de panno combusto, alumine adusto, & chimolea abluta post eius adustionem, cortices arboris pini, merdasengi, & thuris ministratis, in traiectorio. Si uero sunt extrinsecus, aut sunt recentia, aut antiqua. Ex recētibus sunt medicinæ propriæ, simplices & compositæ. Et ex simplicibus, melior est aloe puluerizatus super ea, & folia glandis puluerizata, & ligata, folia rorismarini puluerizata, plumbum ustū, cadmia abluta cum uino, tutia, & margaritæ nouæ, & adustæ sunt mirabiles, & cineres ouorum, & epithimata cum aqua frigida. Si autem humidiora illis ministrentur sicciora, ut est os ustum, cinis corticis pini habentis grana parua adusta. Et si indiget generatiuis carnis misceātur eis thus, sarcocolla, & mastix.

Et ex compositis est medicamen expertum ad ea quę indigent exiccatione uehementi cum incarnatione. ℞. tutiæ sarco. aloes, thuris, cor. indiani, algarab adusti, gallarum, balaustiarum, acatiæ, ana partes æquales, floris æris partē unam. s. Et capitum granatorum acetosorum partem unā, & fiat ex eis unguentum ex oleo rosarum.

Descriptio alia G. ℞. scoriæ ferri, plumbi usti. san. drac. chartæ combustę, aluminis adusti, ana partes æquales, terantur, & misceantur cum oleo rosa. & fiat emplastrum uel unguentum.

Vnguentum expertum ad uirgam ulceratam. ℞. mellis quantum uis, & unge ferrum ignitum in eo toties quòd deducatur ad spissitudinem sapæ: & conserua eum: & utere ponendo super ulcera: quoniam expertum est. Vel siquidē fuerint antiqua addatur prædictis minutum thuris, & corticis eius, & aloes, ana æqualium partium, prius tamē abluatur ulcera cum aqua cineris ligni ficus.

Quòd si illic fuerit corrosio, & ambulantia fiant, tunc oportet ut prohibeatur corrosio, & ambulatio cum propriis, ut sunt, ut abluantur & epithimentur, & fricentur cū urina hominis antiqui proprii uel asini, uel aceto, deinde cum succo rubi, deinde superaspergatur puluis glandium, & rubi sicci, deinde emplastrentur cum radice pentaphylon, & sumach decoctionis, uel cum alumine, & fæce uini, & salis gemmæ, uel ex asphodylo, cum fęce uini. Et si fiat ex eis dolor emplastretur cum emplastro facto ex farina lupinorum, & hordei cum oleo oliuarum syluestrium, uel saltem omphacino. Et ex expertis est, ut sumatur cinis capillorum hominis aniuden, & lentes montaneæ, & fiat emplastrum & supponatur. Et ultimum est, ut sumatur de unoquoque arsenicorum, drach. vii. calcis nō extinctæ lapides. xx. & acatiæ. xii. conficiantur cum aceto, & succo alexius humidi, & fiant trochisci in umbra, & administrentur. Est enim cauterizatiuum, & prohibens ambulationem ulcerum & corruptionem cum potentia: actualis autem propter neruositatem membri est inconueniens. Receptio alia fortior. ℞. utrunque arsenicum, & calamenthum, staphisagriā & cineres anethi, & piper, de quibus fiant trochisci. Si autem cessent à corrosione, & ambulatione, tunc emplastrentur cum allio syluestri, quia facit ea cohærere, & cum testiculo uulpis, quia incarnat ipsa. Si autem fuerint fraudulenta, & maligna, & denigrentur, tunc melius est secundū præceptum Hippocratis, ut abscindatur totū nigrum: & deinde curentur cum unguento carnis generatiuo, & consolidatiuo. Et ad rhagadias uirgæ, cura est cura rhagadiarum ani. Et ex propriis est, ut sumatur tutia, chimolea, & alchanna contrita, et tragacanthum, & cum uitello ouorum & cera fiat unguentum.

De apostematibus uirgæ, & medicinis eorum. Cap. 15.

ET cura apostematum eius est propinqua curæ apostematum testiculorum: magis tamen tolerantia sunt stiptica in principio propter naturam propriam, pro-

A pter humiditatum decursum. Et ex appropriatis apostematibus calidis eius est unguentum, quod. ℞. corticum granatorum, ros. siccarum, lentium, ana partes æquales, & decoquantur in aqua, et crocus in decoctione soluatur, & terantur cum oleo ros. & administrentur.

Vnguentū ad apostemata uirgę.

Aliud expertum et fortius. ℞. chimoleam cum aqua solatri, uel bolum armenum, lentes, & alchechengi, terantur, et fiat ut supra. Aliud Isaac. Recipe cadmiæ argenti, cerussæ, lithargirii, memithe, ana drach. i.s. cro. acatiæ, balaustiarum, ana drach. i. fac puluerem, & unge cum oleo rosa. et aceto. Aliud. ℞. frondium uitis, thuris, ana ʒ.i. cerussæ, drach. iiii. tempera cum aqua, uel albumine oui, oleo ro. et croco, myrrha, fac unguentum.

Aliud. ℞. cinerem frondium uitis, myrrham, tempera cum aqua ros. et inunge. Aliud expertum ad apostema frigidum, et est proprium. ℞. ossium dactylorum partes. ii. althææ partem. i. conterantur cum aceto, et emplastrētur.

Aliud cū est ibi apostema durum. ℞. furfuris partem. i. ammoniaci. ℥.i. et est dictum supra in apostemate testiculo- B rum, sed hoc est magis conueniens ad uerrucas uirgæ, et eradicat eas scylla linita cum oleo, et gūma pini, elleborus cum aceto, lac ficus syluestris lacticinium acutum, cantharides linitæ cum aceto, aut incidatur, & ponatur super medicina retinens sanguinem: deinde liniatur cum aliquo prædictorum. Et si fuerit ibi morum sumatur baurach adustum et cinis ligni ficus, et misceantur cum aqua, et ponatur super morum. Aut decoctio ficus, alumen, aut fel asini, quoniam eradicat ipsum: et similiter capita sardellarum adusta, aut lacticinia, quoniam delet ipsum. Et ex expertis et probatis est ut puluerizetur cortex granati acetosi, et ponatur desuper et ligetur, quoniam infra diem consumit. Et quando non sufficiunt incidatur, et puluerizetur desuper atramentum, et arsenicum, et similiter si fuerit deterius illo non erit excusatio quin cauterizetur.

De coitu naturali, et pręter naturam, et signis eius. Cap. 16.

COitus notus est. Est enim actus naturæ ad expulsionem spermatis ad quem ex seipsis animalia furiose C mouentur, et agunt absque doctrina. Et quidem duplex est, scilicet naturalis et innaturalis, et uterque a fine denominationis assumit exordium: si enim ad generationem quam intendit natura, sit naturalis, dicetur simpliciter, si quoque ad euitanda nocumenta, quæ ex seminis retentione proueniunt, naturalis dicetur secundum quid, cum prosit indiuiduo et non speciei. Si uero ad aliud, ut delectationem, uel opprobrium Dei et naturæ, non solum innaturalis, sed omnino præter naturam, et simpliciter detestandus merito cōprobatur, et tamen naturalis sua habet indicia eius, qui est præter naturam, quorum quædam sunt ex parte coeuntium subiectorum, quædam ex parte causarum quædam ex parte fiendi temporis atq; horæ, quædā ex parte qualitatis, quædam ex parte quantitatis, quædam ex parte modi, quædam ex parte ordinis. Ex parte quidem subiectorum coeuntium, utputa quia sit masculi agentis, et fœminæ patientis, sanorum et boni regiminis, eiusdē speciei perfectorum in ætate, ut adolescentiæ propriæ, et sexu, ut quia habeant propria instrumenta sexus distincta, non con- D fusa, seu permixta uel debilia, ut habent hermaphroditi.

Ex parte causarum, ut fiat a desiderio sano, scilicet multitudine spermatis commouentis naturam, quam non excitat imaginatio, non commouet aspectus, non uentositas, non stimulat pruritus fluentis alicuius humiditatis uel seminis ardor, non multitudo fæcis concitat, non mora mingendi. Ex parte temporis, ut fiat tempore maioris appetitus ipsius, qui est in mare tēpore hyemis, et ueris, et in mulieribus æstate, quia sperma earū frigidū æstate acuitur, et digestio fortificatur in hyeme, et uere, ut in aphoris. dixit Hipp. multiplicans sperma, et ut ex tantis interuallis, qđ sperma sit generatiuum, et in uasis spermatis aggregatum, nec sit tanto tempore retentū, ut frigiditate corrumpatur.

De tempore coeūdi.

Ex parte horæ, ut non hora repletionis stomachi, nec inanitionis membrorum fiat, quoniam utroque modo est ualde nociuus, sed prima digestione stomachi, et secunda hepatis completa, et tertia mediata membrorum, quę est

De hora conuenienti ad hoc.

post somnum, ut quia sit cibus missus appositus, & unitus membris: ipsis uero non coagulatus, & assimulatus perfectus: sitq; sperm a sic iam generatum, & hora sic propinqua, quòd superfluitatem digestionis tertiæ sequatur euacuatio, sitq; hora temperata, & temperatum corpus. Et Gale, determinare interualla temporum docuit per effectum, dicens, dummodo ex tantis interuallis fieret, ut neque dissolutionem sentiat, & seipso leuior factus sit, & melius dormiens, salubrior erit uenereorum usus.

De ordine.

Ex parte qualitatis, ut commisceantur propriis instrumentis prout natura instituit, ut uirga immittatur in uulnam, tanquam in uas proprium, & concutiendo fricentur, & delectentur donec perficiatur coitus, & emittatur semẽ ad generationem. Ex parte quantitatis, ut fiat non multũ, nec frequenter, sed per interualla, sicut dictũ est, & raries, ut complexio toleret, & habitudo, & ætas quoque, & regimen suppetit, atque usus, & intentio regulat.

Ex parte modi fiendi, ut masculus supra fœminam, non econuerso. In tali enim modo timet ex labore in emittendo sperma, & ne aliquid currat in uirgã de spermate mulieris.

Ex parte ordinis, ut non subito misceantur, sed præcedente delectationis actu, ex amplexibus, osculis, tactibus uberum, ac genitalium: quãdiu agens & patiens auida uideantur, & se mutuo prouocent ex delectatione ad coitũ. In quo igitur hæc conuenerint indicia & proprietates, naturalis simpliciter est dicendus. Innaturalis uero est cũ omnia uel plura deficiunt.

De signis.

Signa coitus in se, & absolute considerati sunt, quoniam in urina coeuntis iam apparent, sicut fila permixta, ex reliquia seminis remanentę in uirgę meatu, & in expulsione quidem spermatis quam in coitu maior delicia sequitur, quam in expulsione aliarum superfluitatum ex duplici causa. Prima est diuina ordinatio ad genealogiam seruandam. Secunda est spermatis materia, quæ est temperata, suauis, bona, non mala, et acuta ut aliarũ. Sciendum quoque quòd animalia post conceptum non appetunt coitum præter mulierem, eo quòd appetunt propter naturam, non propter uoluptatem, et delectationem, ut mulier: ac etiam, quia nõ abundant spermate, & menstruo, quod molestet, sicut mulier, eo quòd transit in eorũ additamenta si superfluat.

Nullum animal post cõceptionẽ appetit coitum præter mulierem.

De erectione uirgæ, & nocumento ejus, & de diminutione ejus, & multitudine ipsius. Cap. 17.

VIrgæ erectio est propria actio eius cum animal motuetur ad coitum. Fit autem propter plenitudinem cauernosi nerui ipsius paulatim factam, quo pleno penitus erigitur uirga, tenditur, & dilatatur, & firmatur. Et causa eius est coitus causa, licet posset esse erectio absq; coitu, & non econuerso. Et est materialis & efficiens, & utraq; est duplex mediata, & immediata. Materialis immediata est uentositas crassa, quam impellit causa efficiens immediata, quæ est natura, & spiritus libidinis missus à uirtute concupiscibili defers sanguinem: & spiritum crassum transeundo ad uirgam, ut erigatur ad coitum quod efficit absq; doctrina, sicut cætera membra propriam actionem ad quam exercẽdam ordinauit ea natura, sicut matrix, & ubera sua, & stomachus, & alia. Et plurimum fit per somnum, & in supine iacentibus quorum fœmora calefiunt, ut Gale. ait: calefactis cum eis, & arteriis calefiunt magis, & earum ora magis largiora efficiuntur quibus sic existentibus non minimũ cõcitatur uentosa substantia, & ad neruũ dirigitur, ut impleat ipsum & erigat. Mediata & materialis est causa ex cibis & potibus calefaciẽs & humectans in qua est humiditas extranea apta ad uẽtositatem conuerti, in qua prima, & secunda digestio agenda, & conuertenda nequit finire uelociter, immo figitur & transit usq; ad digestionem tertiam, & illic inflatur, ut sunt cicera, fabæ, & uuæ. Mediata & efficiens est omne quod mouet naturam, & spiritũ desideratiuũ ad coitus actũ, & illud est, aut quanti tas spermatis grauãs sua multitudine naturam, aut acuitas qualitatis illius, & mordicitas naturam molestãs: quare mouetur ad eius expulsionem, & erigit uirgam ad coitum, & tunc est coitus conueniens, aut est uentositas existens in sanguine quo nutritur uirga, testes, & seminaria uasa, aut mordicatio materiæ stantis in glandulis positis in duobus lacertis orificii uesicæ, uel materiæ subtilis ueniẽtis ad uirgam de renibus, aut imaginatio uel aspectus coitus uel mulieris quæ mouet concupiscibilem existentem in corde, ut mittat spiritum & calorem ad uirgam qui impellit spiritũ ventosum ad ipsam quo erigitur, & tunc coitus non est cõueniens. Inquit enim Abo. nã plus obedit animæ, quã contrariis qualitatibus in ipsam, aut alibi agentibus. Et alibi, mouet enim sanguinem res intueri rubeas. Et siquidem vsus coitus confortat hoc membrum, & ipsum reddit lacertosum & crassum, & ad exercẽdũ ipsum potens & forte dimissio eius extenuat, & debilitat. Inquit. n. Plato, quies cũ defecerit labor & exercitium proprie actoris eius uirtutem & sanitatem augmentat, quod etiam it, uberibus est uidere manifeste, cumque superfluat secũdum naturam nõ est nocumentum, sed potius uirtus, nec est superfluitas, sed fortitudo magis. Nocumentum ergo si quod accidat in erectione ex quo coitus lædit, dimittitur uel auferetur, nec non generatio quoq; ex diminutione, seu defectu uel ablatione alicuius prædictarum causarum eius, uel omniũ procedit necessario si debilis sit, uel aufertur, uel ex superfluitate alicuius ipsarum, uel plurium præter naturam si superfluat, ut in priapismo.

Causa efficiens erectionis.

Signa causarum immediatarum sunt, nam si nocumentũ in erectione sit ex defectu materiæ, scilicet uentositatis in membris inferioribus, cognoscitur ex complexione genitalium, quia frigida nimis, uel nimis calida & ficca sit, & regimen similiter, & circunstantiæ cõmunes, & ars, & exercitium, ut longa equitatio calefaciens, & ars fullonum infrigidans illa. Si uero ex defectu eius in superioribus ex fortitudine digestionis primæ & secundæ, quam robusta dispositio superiorum ostendit, & datis inflatiuis iuuantur. Si uero sit ex defectione sanguinis & spiritus generati ex debilitate corporis, & ariditate scietur. Si uero in causa efficiente, scilicet in spiritu desideratiuo non mouente, & in natura non impellente, aut erit ex causa in principiis superioribus, aut in uia, aut in uirga & genitalibus, aut in adiacentibus membris. Et causa in principiis, aut erit in corde, & ut plurimum est, quia sit ficcæ, & gelidæ naturæ, uel aliquam ægritudinem passum: cuius signa superius habuisti, quare abscinditur desiderium, & desideratiuus spiritus non procedit. aut erit in hepate, quia fuerit frigidæ, & ficcæ cõplexionis, & pauci sanguinis & spiritus, quare materia spermatis abscinditur, uel quia passum aliquam ægritudinem fuerit, aut erit in cerebro, quia sit naturaliter disc rasiatum frigidum & humidum, uel quia fuerit aliquam passum ægritudinem abscindentem uirtutem sensibilem, ut stuporem uel letargiam, aut compressionem propter casum, & percussionem, unde commotio confricatiua, ut descensus spermatis non sentiatur, & horum omniũ dicta sunt signa. Aut quia immediatiua causa fuerit occasio, ut cũ uerecundus fuerit, uel ratio, & intellectus retraxit spiritum desideratiuum causa seruandi castitatem, uel metus pœnæ propter peccare, aut quia meditatus est fœditatẽ & immunditiam aliquam mulieris seu turpitudinem, quare natura retrahit spiritum & non impellit. Et causa in uia est oppilatio, aut in uenis, quæ sunt post aures, & neruis quia sunt abscissæ, uel etiam oppilatæ, aut in arteriis, ut in oppilationibus corpus ex syncopi, aut in uenis, ut in oppilationibus hepatis. Et causa in uirga est mollificatio eius propter malitiã complexionis frigidæ & humidæ, cuius signum est, quia posita in aqua frigida non contrahitur, aut erit in testibus, & uasis spermatis, & difficilis sensus ipsius, & eius defectus, uel aliam ægritudinem fuerint passi, quorum signa sunt præmissa, & causa in uicinis erit, aut propinquis, ut accidit ei cui hæmorrhoides inciduntur, aut habẽtibus anum doloroſum & uesicam, quæ sunt manifesta. Nocet enim illa neruis communibus inter anum, & lacertos uirgæ. Aut remotis, ut habens renes frigidos, uel ægrotãtes, aut totum similiter corpus, signa cuius habita sunt in præmissis.

Et signa causarum mediatarum & occultarum sunt hæc: nam si sit ex paucitate spermatis, uel eius obtusione qualitatis: & cum mordicatione ipsius habẽtium inducere motus in spermate commouendo naturam ad eius expulsionem, signa erunt contraria illis, quæ dicta sunt in gonorrhœa.

Cuius

Cuius causa existit in spermate, & ex illis est, quia egreditur apud coitum res pauca, & illud est plurimũ propter complexionem frigidam & siccam. Et contingit quòd sperma sit plurimum, sed sit quietum congelatum, & post coitum descendit, qui calefacit, & tribuit ei motum dissolutionis & fluxus: & signa defectus uentositatis in sanguine nutriente uirgam sunt, quia non sentitur ibi tensio nec iectigatio. Et signa defectus materiæ mordicantis, quæ circa glãdulas existit sunt, quia ibi nec punctio nec mordicatio nec pruritus, adest. Meditatiua causa est nota, & similiter mediata materialis: nec quia mediatio, nec est cibi & potus sumptio inflatiui.

De nocumẽtis, & iuuamẽtis prouenientibus ex coitu. Ca. 18

Priapismus quid.

MVltitudo uero desiderii, quædam est naturalis, quę dam præter naturam. Naturalis est ex abundantia causarum prædictarum, naturaliter tamen. Præter naturã est ex abundantia uel superfluitate ipsarũ. Et dicitur priapismus: & priapismus quidam secũdum Ga. est propria passio uirgæ. Et sicut gonorrhœa uasorũ spermatis, & est tensionis ipsius erectio, & in rotũditate, & longitudine magnificatio, nulla existente coitus cõcupiscentia: hoc. n. sumptum est a quodã Græco qui Priapus uocabatur: pictus autem erat in muro cum ueretro ad eũdem modum quem habebat.

Cuius causa est duplex, dilatatio, & aperitio arteriarum de uentosa substantia, uel de crassa in neruo uereri generata, uel desuper influxa, uel utrunq; ut supra in cura erectionis uirgæ dictus est modus, qui primum adiuuat, uel plurimum fiat ex prima: facilius enim est ut aperiatur os uenarum, & arteriarũ, quã uentositas generetur in neruo.

Causæ.

Causa autem uentositatis materialis & efficientis dicta est hic, & supra de stomachi inflatione. Dilatationis uenarum genitaliũ causa est equitatio, & coitus multus, & usus rerum ex cibis & potibus multiplicantium, & acuentium sperma, & aquositatem, ut sunt cicera, eruca, & uinum nouum, & strictura arteriarum, & somnus supinus: quare calefiunt partes illæ, & aperiuntur orificia uenarum & arteriarum. Et fortasis ambæ causæ in hoc concurrunt, & seiuuant, ut supra in causa erectionis est dictum.

Signa uero uniuscuiusq; ex accidentibus propriis & iuuantibus medicinis possunt haberi. Nã cuius causa est uentositas, signa sunt titillatio, ac iectigationis in uirga perceptio, & cito uenit, & cito recedit, quod curatur quia approximatis medicinis uentositatẽ resoluentibus, ut supra uirgã, & inter eã & anum, & super fœmora, & dissoluta uẽtositate dissoluetur priapismus. Sed in ea cuius cã est orificiorũ arteriarum & uenarum dilatatio, titillatio, & iectigatio nõ sentitur, & non cito uenit nec recedit, sed grauedo si diu se a coitu confuerit patiens abstinuerit, unde sperma sit multiplicatum in uasis, maxime si cibos multi sperma tis sumpserit, & quiete utat, & ocio, & imagnet coitũ, uel mordicatio, si cibos corruptos & acutos comederit, & præcesserit equitatio longa, calefaciens inferiora, & proinde aperiẽs ora uenarum, & approximata medicina frigida iuuet, & prohibitiua gnationis spermatis, calida uero lædat.

De cura nocumenti coitus.

Cura nocumenti coitus & erectionis si diminuatur, uel auferatur cum generationem impediant uel prohibeant auide à natura intentam, oportet diligenter perquirere, & sollicite pertractare. Et sunt quinque res. Prima, superiora mẽbra, a quibus uirtutes procedunt & spũs, rectificat, & cõfortat. Secũda uias transitus præparat. Tertia, genitalia mẽbra, ut uirga, testes, bursam spermatis, & alia uicinantia mẽbra subalterat, & ad coitus actum cõfortando disponit. Quarta, præbet sanguinẽ. ſ. spiritũ crassum, & uentositatẽ & sperma. Ois. n. uirtus obtusa est indigẽs materia propria ut Gal. ait. Quinta, causas exteriores ad coitum incitat, & prouocãtes procurat. Primã rẽ cõplet administratio medicinarũ, quas ad curam prædictorũ principaliũ diximus supra. Et ex conuenientibus eis in hoc casu sunt: nam siquidẽ uideris causam in eis esse frigidã plurimũ propter cor, ministrabis, ut theriacam ueterẽ, & mitridatũ, propter cerebrum uero, diambram, & diamuscũ, propter hepar autẽ diacurcuma, & homoroſiam, & fagenea, & mitridatum etiam propter oia. Est. n. fortis medicina in omni defectu coitus propter frigus in oi mẽbro, ut ait Abo. Cum uero perceperis esse propter malitiam digestionis stomachi curam conuenientem ministrabis, & ea proprie quæ digestionem reddunt perfectã quorũ cognitionẽ habuisti superius. Stomachus. n. inter principalia operatiõe suæ digestionis meruit cõputare: & siquidem fortis caloris & digestionis fuerit, & similiter hepar, quod uentositatẽ prohibet generare infrigidabis, & æquabis cum frigidis cibis inflatiuis, sicut sunt pira, citonia, mora, lac, fabæ, & similes, & cum medicinis superius dictis: uel si fuerit fortis frigoris, quod ẽt uentum generari, phibet calefacies cũ cibis calidis inflatiuis, ut sunt, cicera, faseoli, cum sale in quo sit aliquid altiliæ, & plurimũ cinnamomi, & potibus uini rubei spissi, & turbidi, cum frictionibus, balneis, unctionibus, & emplastris calidis, supra in cura eorũ dictis. Secundã rem complent ea, quæ in cura oppilationis neruorũ, & paralysi arteriarũ cordis, ut in syncopi, & uenarum, ut in oppilationibus hepatis dicta sunt.

Tertiam rem complent, siquidem causa in uirga fuerit, ut mollificatio, ea quæ sunt dicta in cura paralysis, & cura uirgæ dicta fuerunt, si uero in testibus, & uasis spermatis causa sit, curam propriã dictã superius ministrabis eorum dyscrasiæ, uel alteri ægritudini eorũdem. Et siquidem eorũ dyscrasia fuerit talis, quæ inflationẽ in eis resoluat, ut caliditas superflua, uel congelet ut frigiditas in eis, alterabis eorum caliditatẽ cũ diureticis frigidis et fomẽtationibus epithimatibus, et unguentis frigidis & cibis, & potibus frigidis. Et eorũ frigiditatẽ cũ diureticis calidis cibis, & potibus & aliis medicinis calidis, exterius applicatis, notis supra in cura renũ et uesicæ, & cura testiũ, et cũ his quæ infra dicentur. Si aũt in uicinãtibus mẽbris sit causa, ut in partibus ani hæmorrhoidarũ & uesica, curam uniuscuiusq; propriam ministrabis. Si uero in renibus, quia fuerunt frigidi curabis, et calefacies eos. Calefactio ergo renum, et dorsi est quid iuuatiuũ in erectione, et coitu. Et etiã si causa fuerit in toto corpore, quia sit debile, siccum, & gelidum, calidis et humidis confortetur medicinis, electariis, balneis, unctionibus & emplastris, & regimine humectatiuis, & cibis, & potibus resumptiuis huic actui propriis, quæ dicentẽ.

Quartã rem complent, quæ sanguinem spissum crassum sperma & uentositatem multiplicant, sic materiam erectioni & coitui præbent, naturam, & uirtutem, ac spiritum confortant, et incitant ad ipsum, sic adiuuant, quorũ quædam sunt, ut cibi et potus, et medicinæ, et quædam a proprietate ipsum iuuant. Et ex illis est in reliquis conueniẽs regimen, ut cibi qui sunt calidum, et humidum generantes sanguinem, ut sunt calidi, et humidi humiditate quasi superflua apta conuerti in uentum crassum aptum non cito consumi et finiri, quales hepar, pannicus, panis similæ proprie cum granis sesami. Et ex carnibus uolatilibus carnes gallinarum, et gallorum pinguium, iuuenum pullorum, columbarum pinguium, carnes anatum, et passerum, et cerebra ipsorum. Et ex quadrupedibus carnes ouium, uitulorum, et porcorum nutritorum in domo, et medullæ animalium ipsorum. Et ex aquaticis, carnes piscium paruorũ, et cancri fluuiales et pisces fluuiales exiccati. Sint aũt eligę, assę, et non frixæ. Frixura enim minuit nutrimentum secundum Abo. Et ea quæ ab illis procedunt, ut est lac proprie bouinum, camelarum, et ouium, butyrum, oua gallinarum, anserum columbarum, et anatum, et piscium. Et ex herbis, caules, bauciæ, borago, bugloſſa, menta, et andacoca, et capita cardonum. Et ex granis, ut est frumentum coctum, risum cum lactę amygdalarum uel ouis, cicera, fabæ, faseoli, pisa, et fœnugræcũ. Et ex fructibus, uuæ recentes dulces pira, citonia. Et ex nucleis fructũ, sicut sunt amygdalæ, pineæ, fistici, et auellanæ, nuces, nuclea nucis indæ, et nuces recentes. Et ex stipticantibus, asparagi, præputia uitis albę. Et ex radicibus, secacul, napi, cæpę, albi porri, et allia parum cocta, tubera, radices iringorum recentes. Potus autem sit uinum rubeum spissum, uel turbidum dulce, nouum, uel temporis medii, et odoriferũ, aqua sit ferrea non sola cum sit nocibilior, et maxime frigida ualde. Et si quidem ibi fuerit frigus manifestum, cõfortabis caliditatem eorum cum gingibe. cinnamomo, mace, & pipere. Quod

si caliditas superabundat,cum frigidis, quales sunt lac acetosum,melones,citrulli,cucurbita,cucumeres, & fructus, & olera multa,& spinachia chrysolocanna,lactuca, & portulaca,& similiter albumen ouorum.

Vt medicinę uero,quædam sunt simplices,quædam compositę,quæ infra dicentur. Ex simplicibus quædam sunt calidæ,quædam frigidæ,quædam temperatæ. Et ex eis quædam sunt ex terra nascentibus, & plantis, quędam ex animalibus,quædam ex mineralibus, & ex plantis quę calidę sunt,quædam sunt semina, ut semen napi, ut urticæ, & semen arteticæ,lupini,& alcherua, & mentastrum hortulanum,quod est menta,& semen asparagi, & semen raphani, lingua auis,& semen apii,& petroselini, & cordumeni,piper longum, & macropiper: & quædam sunt ex fructibus, ut grana uiridia,& grana been, et oleum eius. Et quædam sunt ex radicibus, vt radix alub,been, zedoariæ,costi dulcis,testiculus uulpis, qui fortis est in coitu et erectione, et radix cardi,cępe assatum,et scillæ, parum secacul,et gingib.et proprie ambo condita,galangæ,pyretrum,assarum, hermodactyli,et napi de barbaria, ipsi enim commouent,sicut caliditas uini in toto corpore. Quædam sunt gummæ et eorum procedentia a lignis, ut sunt tragacanthum, et alia, quoniam inflant ualde uirgam,et ad coitum incitant, proprie infrigidatos cum ex eo aur.i.bibitur cum uino, succi eius caliditas est superans caliditatem euphorbii: et quandoque cum humiditate iuncta quam in frigiditate plurimum inuenit,inflationem præstat,quæ ad genitalia membra sua potentia prodiens,facit erectionem, et ad coitum incitat: quędam uero frigidæ sunt,ut semen portulacæ, lactucæ,et sem.melonis,et sem.caul.quæ uero sunt temperatæ,sunt ut fœnugræcum, sesamum, dactyli: quæ uero ex animalibus,sunt sicut uermis multorum pedum, stellio, lacertus,scyncus et proprie extremitas caudæ eius, ut sumen eius,et renes ipsius, et sal ipsius, hoc modo factus. Sumatur lacertus in diebus ęstatis, et decolletur et mundentur uiscera eius,et impleatur sale,et suspendatur in umbra donec exiccetur. Cum autem feceris illud, tunc accipe sal et proiice corpus eius: de quo sale sufficiet tibi modicum minus,quam scinci.

De minera libus uero sunt, quæ confortant principalia, et quædam cor, ut hyacinthus,quædam cerebrum, ut lapis, qui inuenitur in capite animalis,ut serpentis,piscis,uel galli,et quędam hepar,ut lupus, et quę currunt cursu proprietatis.Et ex eis est, ut sumatur ueretrum tauri, et exiccetur et puluerizetur, et eius modicum proiiciatur super oua sorbilia,et sorbeantur.Et iterum res mirabilis sumatur coagulum cameli masculi exiccatum,et sumatur apud necessitatem quantitatis ciceris in duabus libris aquæ, et bibatur ante per duodecim horas.quòd si læderetur abluatur in aqua frigida.et aqua mellis bibita cũ oleis, et pauco croci.

Compositæ sunt quæ ex eis componuntur; et quædam ut cibi sunt ex his,et quædam, ut medicinę secũdum quòd indigentia te inuitat.Et ex eis est quod conuenit in frigiditate,et est ut sumantur uitella ouorum,et puluerizentur desuper althit. i.asa. et sal scinci, et sumantur post balneum, sunt enim fortiores,et fiat frictio cum oleo sambucino, et de lilio.Et iterum oua integra quindecim,et sumatur quinta pars eorum de succo cæpe,et fiat sorbitio, quæ sumatur cum aliquo de salibus,et seminibus prædictis.

Aliud medicamen ad coitum

Aliud sumatur bauciæ,et cæpe,et napi,et minutati decoquantur cum fabis,ciceribus,et faseolis cum melle, et carne ouina,et desuper aliquid de seminibus calidis puluerizetur,uel parum altiliæ,cinnamomi,gari.et gingibe.et quod conuenit calefactis,est, ut sumatur lactis li.i.et proiiciatur super ipsum tereniabin,drach.xl.decoquatur donec inspissetur,et bibatur omni die ex eo quantitas cadi unius. Et potus calefactorum sit lac loco uini, infrigidatorum uero sit potus uini prędicti,uel passularum dulcium naturæ, et fiat potus.Alius,sumatur eruca,napi,et ficus,et passularum et decoquantur in aqua,et colentur, et colatura sumatur.

Alius potus secundum Aboa, sumatur alhasce, baucię, eruca,et napi,et decoquantur in aqua uehementer, et colentur ex aqua eorum,et ponatur in unaquaq; parte aquæ vi.pars ficuum,et medietas dictæ partis passularum rubearum bonæ dulcedinis.vii.nuces indicæ. Et fiat inde uinum de passis. Alius secundum eum.℞. succi uuæ, et ponatur in omni parte.x.minarum eius, tertia mina de hac medicina. ℞. bauciæ,sem.erucæ,naporum,et baucię,sem. asparagi,linguæ auis,granorum alchilam,naporum barbarorum, et utriusque been,omnium ana partes æquales, terantur et ponantur in panno, et ligentur in eo molliter, et ponantur cum succo in uase, et moueantur omni hora. usus autem talium sit conueniens, quia moderatus quantitate, et qualitate,tempore,modo,et ordine, et etiam non declinet ad cibos prius,ex eis enim prouenit exuberatio materierum,et confortatio uirtutis:deinde ad medicinas in quibus uirtutis uiuificatio est absq; præstatione materiæ.

Caueat autem ne sit ex eis à quibus proueniat ad inflamationem et febrem et exiccationem, quia interpolet, et contemperet naturam: deinde redeat ad ea, quæ sunt coitus,et post cibos, et medicinas plurimum uinum odoriferum bibant, deuitent autem omnes ex cibis et medicinis quę uentositatem resoluunt,uel generari uetant sua caliditate uel frigiditate,uel etiam sperma,quæ dicta sunt supra de cura gonorrhϾ.In aliis uero regimen est,ut utatur rebus non naturalibus iuuatiuis,et abstineat a nociuis,et est ut degat in aere temperato non calido resolutiuo, nec frigido congelante. Exercitentur delectabiliter quòd sufficiat ad superfluitatum primarum expulsionẽ, et uitent exercitium resolutiuum,deinde quiescant et dormiant ad perfectionem digestionis, non uigilent multum,corrumpunt.n. uigilię multæ complexionem cerebri, et corporis aliquo siccitatis modo,ut dixit Aboa. Euitent euacuationes, et proprie phlebotomiam,et sudorem, et repletionẽ nauseatiuam,et ebrietatem,lætẽtur et gaudeant, et omnino emissa curiositate uitent tristitiam,dolorem, timorem, sollicitudinẽ, et cogitationem in aliis. Quintam rem complent fabulationes narratæ,cantusq; qui ad amorem sunt,et coitus aspectus,et imaginatio eius,et pulchrarum mulierum, cum dimissione coitus donec confortetur, deinde procedat ad coitum cum placida,et amena,et dicta in talibus. Et caueat turpem, implacidam, et antiquam,et eam quæ non dum peruenit ad ætatem, et uirginem, menstruatam, et fœtidam,et quæ cum alio coiuit.Omnia enim talia debilitant uirtutem membrorum coitus,sed gradatim perueniát ad ipsam,sed prius calefacti, et inuncti cum his, quæ infra dicentur,coeant et non multum, multitudo nanq; coitus quandoq; abscidit ipsum.

Iuuantia coitum.

Ex medicinis iuuantibus coitum quædam sunt interius approximãdæ,quædam exterius. Et ex exterius approximandis,quædam sunt linimenta, quędam collyria, quædam clysteria.Ex linimentis quæ coitũ adiuuant,sunt quædam simplicia, quædam composita.Simplicia uero propria et potissima sunt quæ fiunt ex oleo de nuce indica, oleo de granis cotti,oleo sambucino, et quandoq; miscetur parum pyretri,et asa,cum oleo sambucino, cypero, oleo de styrace,et adeps leonis,quia est uehemẽtis uirtutis in hoc si liniatur ex eis uirga,pecten,peritoneon,fœmora,anchæ et renes cum frictione faciente subintrare.

Vnguentũ utile ad uirgæ erectionem.

Et ex compositis est unguẽtum Ruphi forte ualde,quod est, ℞. myrrhæ,sulfuris non extincti, granorum carthami, ana.ʒ.ii,pyretri,℈.ii.piperis nigri grana. xxx. cordumeni grana.xx,terantur cum.ʒ.ii.cæpæ optimæ, et si terãtur una quæq; per se est melius;deinde misceãtur cum croco,et terantur donec fiant in spissitudine mellis, et inungantur cum melle alchatim. Et asa in uirga erectionem facit, et stimulat,quod si timeatur in ea caliditas uehemens misceatur cum oleo rosa. Et ex suppositoriis sunt, quæ sunt facta ex granis cotti,et de adipe anatis, et de pyretro cum nuce indica.Item fiat unguentum quo inungantur partes prædictæ.℞. cæpæ albæ unc.ii.caudarum scinci.unc,s.satirion, ʒ.i.se.sinapis,se.cæpæ,et apii, ana,ʒ.ii. musci, ambrę, ana, ʒ.i.confice cum oleo de scinco,uel de cypero. Ex clysteribus uero est hoc,℞.capitum arietum,et testiculorum eius, lib.iiii.scinci,ʒ.i.carnis anatis,lib.i. cicerum, lib.s, decoquanẽ in aqua usq; ad dissolutionẽ.Deinde sumaẽ ex aqua, et adipe ipsius,lib.i.et ponatur supra illam olei musci, uel de granis uiridibus,uel adipe scinci,et clysterizetur,et hoc ad

ad infrigidationem. Ad calefactionem uero linimenta fiãt ex oleo de papauere,ex oleo de granis portulacæ, & succo ipsius. Sed ex interius approximandis quędam sunt iuscula,ut quæ fiunt ex iure capitum pullorum columborum cum uitellis ouorum, & pulmenta ex sesamo cum butyro uaccino,cum testiculis arietum.Quædam rob quod.℞.succi cæpæ albæ,mellis despumati, ana lib.i.ambræ, musci,an. ʒ.s.olei muscellini.unc.ii.decoquantur usque ad spissitudinem,& quolibet sero utatur cocleari,& superbibat uinum calidum.Et sunt qui addunt semen erucæ agrestis, caudarũ scinci,satyrionum,ana.unc.iiii.piperis longi.unc.ii. fisticorum mundatorum.unc.i.gingib.galangæ, been albi & rubei,ana.ʒ.ii.dactylorum,pinearum purgatarum, an.unc.i. quædam electaria, ut diasatyrion, confectio testiculorum uulpis,quam in antido.nostro diximus. Multitudo desiderii coitus nota est,& signa causarum eius: & excessus earũ ex opposito sumenda sunt signis causarum diminutionis ipsius,quæ superius sunt narrata.

De cura multi.coi.

Cura.multitudo desiderii coitus quando est cum fortitudine corporis,sanguineitate,sanitate cõplexionis, & adolescentiæ ætatis,& potentia supra coitum absque successione debilitatis non est necessarium, ut occupatio sit in regimine eius,& in fractione ipsius:fractio enim eius corrumpit complexionem,& destruit uirtutem propter uehementiam sui nocumẽti. Et scias quod generatio spermatis confortat corpus,& cor,& paruitas generationis eius corrũpit calorem,debilitat materiam & intellectum,quòd si eueniat ei ex illo infrigidatio debilitas atque raritas corporis, & facilitas sudoris,utantur exercitio præparationis,& balneari in aqua frigida si possibile est: confert enim, & non oportet,ut frangatur de desiderio aliquid, nisi de illo, qui est propter superfluitatem repletionis ex caliditate,aut humiditate operationum eius in ea cum euacuatione. In illo autem cuius causa est acuitas spermatis, uel alterius humiditatis,uel alia causa stimulans, sicut dictum est supra in cura gonorrhϾ, procedatur curatione priapismi, quæ nisi acceleretur,extẽsione uirgæ perueniret ęger ad tetanum, & quandoque ad apostema uasorum propter tractionem materiæ, extensionis dolore atque calore, & moreretur.

Cura Gal.

Gal.uero talem docuit curari passionem cum.v. primum euacuatio,secundum infrigidatio,tertium calefactio,quartum regimen,& diæta,quintum correctio accidẽtium,uel præseruatio ab eis.Primũ respicit correctionẽ accidentiũ, uel præseruationem ab eis quibus propter periculũ instandum est prius. Et cũ hoc causam materialẽ inflationis seu generãdæ uẽtositatis abscindit:completur aũt cum phlebotomia,uirtute,& ætate cõsentiente.s.iuuentute in qua maxime cõuenit:euacuando enim materiam, quę posset attrahi,& infrigidando caliditatem trahentem, a tetano præseruat,& apostemate etiam, purgatione cum uomitu absque solutione uentris ne faciat materiã currere ad inferiora,& inflet magis:quare coire dimittant,superiora uero exercitent. Secundũ respicit dilationẽ uenarũ, & cãm eius & ẽt uentositatis efficientẽ subalternat,& rectificat: completur aũt cũ frigidis proportionatis calori, interius & exterius approximatis.Interius ut lactuca, coriandrum, nenuphar, camphora, & similia frigida & sicca, habentia uirtutem conseruandi spermatis materiam præter papauer:sua enim uentositate fortasse iuuaret uentositatem, & cum frigidæ aquæ potu.Et exterius cum balneo frigidæ aquæ approximatæ genitalibus, uel toti corpori & renibus. Et cum emplastris,& cerotis frigidis,uel lamina plumbi super pectinem ligata,& super renes si non noceat, & stratis factis ex foliis ros.salicum,& mirtorum,&c. Tertiũ respicit uentositatẽ iam generatã,& inflationem resoluendam. cõpletur aũt cum unctionibus ex calidis temperatis, ut est oleũ chamæmillæ,& emplastrum ex agno casto. Quartum est regimen & diæta,& est ut abstineat ab inflatiuis, & utatur extenuãtibus,ut ruta,agno casto in stomachi inflationibus dictis.Quintum patet per primũ.

Coitus iuuamentũ.

Coitus,siquidem naturalis sit,iuuamẽtum præstat indiuiduo,& spẽi. Indiuiduo quidẽ, nam uirtutes corporis ualidas reddit,cor,& cætera mẽbra alleuiat,& confortat,euacuatione autem spermatis calorẽ naturalem suffocantis sua multitudine calor ipse alleuiatur erigitur & confortatur,cuius confortatione cæteræ uirtutes ualidæ fiunt naturales,uitales,& animales ad peragendas actiones.Ipse.n.calor naturalis cum sit causa oĩs actionis naturalis,tanquam sol naturalis in animali existens, sicut Hip.dixit animal ab initio cõficit, appetitum facit,conuenientem digestionem,& cuilibet mẽbro assimilationẽ, superfluitates expellit, humiditates dilatat & extendit, sicut corpora ad augmentum perducit,& cõplet, fumositatibus uenenosis ad retentionem spermatis aggregatis propter eius euacuationem cessantibus. Cerebriq; liberatur species,& animal dilatatur ad gaudium, sicq; membrum uiuificat & uigorat:cerebrum quoque ab impressionibus melancholicis eripit. Caput à grauedine, & dolore oculi,& tenebrositate,& omnes sensus perfectiores redduntur & clari:dolores quoque renũ,& emunctoriorũ, qui à repletione sunt,sanat,& materias apostematum accidentium in partibus inguinũ,& testiculorũ abscindit.Speciei uero iuuamentũ præstat in eius conseruatione.Hæc sunt iuuamenta coitus naturalis tẽperati:innaturalis uero iuuamentum nõ præstat speciei,nec indiuiduo,nec quo ad aĩam,nec quo ad corpus ut plurimum dictum est.

Nocumẽta quæ accidunt ex intẽperato coitu.

Intemperatus aũt cum sit duplex,scilicet diminutus, seu omissus penitus & superfluus,& dimissionis ipsius nocumenta perueniunt contraria iuuamentis ipsius temperati existentis, prædicta maxime in derelinquentibus exercitium: retentũ.n.longo tempore sperma aggregatur, & naturam uenenosam acquirit, ex quo fumus resoluitur frigidus & uentosus, qui petens cor cõstringit calorẽ naturalẽ,& spiritum conculcando suffocat,& extinguit,sicq; corpus totum infrigidat,& omnes actiones naturales debilitat, & petens caput de sui natura cerebrũ perturbat. Et sensus hebetes, & tenebrosos,interiores & exteriores reddit,& spasmũ ĩducit,& anhelitũ aufert,prout mulieribus accidit in suffocatiõe matricis,licet rarius quã in illis,ut in suffocatiõe matricis dicet.Ex superfluitate aũt ipsius nocumenta eueniunt gñalia & specialia. Generalia sunt quæ ponit cum dicit, quoniã ex uenere fit corpus frigidius,rarius,debilius, & siccius. Specialia sunt quæ ex illis sequuntur,uel causæ istorum fiunt, quæ calida existunt in superfluo coitu de substãtia cibi, seu humiditatum naturalium membrorum, & principalium magis ac spiritus multum educitur propter delectationem, & si calor diminuitur naturalis ualde & resoluitur, quare corpus infrigidatur, soluunẽ uirtutes,et partes membrorũ corporis nõ reguntur,sicq; corporis insequitur raritas, et quãto plus homo coit,tãto plus delectatur,et tãto plus debilitaẽ.

Nocumenta uero specialia sunt quæ ex illis sequuntur, et ex eis sunt quæ calorem,uel diminutionem, uel resolutionem sequuntur,et infrigidationem, ut est tepor, rigor, et horripilatio,et proprie in corporibus in quibus mali humores existunt.Et quandoq; sequuntur feb.acutæ,et superat in ipsis nigredo,et citrinitas coloris. Et ex eis sunt,quę accidunt ex debilitate uirtutum, ut quæ ex debilitate naturali hepatis et stomachi,unde est casus appetitus,debilitas stomachi et rugitus,et digestionis debilitas, et extenuatio membrorum, et casus capillorum, et fœtet eorum anhelitus,et stringitur natura, et accidit dolor colicus, et pollutio eius multiplicatur, et proprie in quantitate,et regimine calidis et humidis. Et ex eis sunt,quæ accidunt ex debilitate uirtutis uitalis et cordis, ut est pulsus cordis, malitia anhelitus,rixa,et tristitia, et proprie in illis qui habẽt complexionis malitiam.Et ex eis sunt, quæ accidunt a debilitate uirtutis animalis, et cerebri, et in sensitiua, ut est uisus obscuritas,& debilitas in auditu, uel tinnitus, et aliorũ sensuũ hebetudo,et stupor adeo, ut sentiatur formicarũ incessus a capite usque ad finẽ dorsi, et dolorem quoque renum,et uesicæ, et lassitudinis speciem arefactam, quæ cum materiam attrahit a membris uicinis, et stringitur eorũ natura, & accidit quoq; debilitas in motu,et neruis motiuis, adeo ut sentiat onus sui corporis, ex eo quòd uirtus debilis illud tolerare nequit. Inquit enim Diophilus,corpus componitur ex deferente et delato, deferẽs est uirtus,delatũ est corpus,uigiliæ, et egressio oculorũ,sicut in strangulatis:et ex eis quæ accidunt ex corporis raritate, ut sudor resolutiuus uirtutum omnium coadiuuante debilitate.

bilitate.Et de hominibus ſunt in quibus eſt ſuperfluus coitus magis nociuus,& in quibus minus, & in quibus mediocriter ſecundum diuerſitatem eorum in potentia tolerādi magis,minus,uel mediocriter. Magis ut homines calidi & humidi,complexione,ætate,& habitudine, & vitæ delicatæ.Minus uero contrarii his. Mediocriter uero medio modo ſe habentes, & cum accidunt nocumenta ſunt magis periculoſa.Et ſimiliter dimiſsio coitus, nō tamen tantū quantum ſuperfluitas nocet. In his enim in quibus iuuamētū ſecundum quod educitur non eſt ſimile his in quibus ſuperfluum,& abſolute nociuum.In illis.n.nocumentum magis præſtat,quod eſt plus eo,quod eſt minus:nocumenta enim plura in extenſo tempore ex eius ſuperfluitate accidunt, & corrigibilia minus:nocumenta enim prænarrata ſuperfluitatis plura ſunt, & difficilius corrigibilia nocumenta omiſsionis:hæc enim inanitione corriguntur, uel exercitio,uel abſciſsione,& abſtinentia ſola:illa uero rehumectatione,quæ difficilior eſt. Inquit enim Gal.replere difficilius eſt quam inanire. Et ſi in mulieribus accidat ex dimiſſione coitus accidens,ſcilicet præfocatio matricis,quæ eſt periculoſior,& difficilius corrigibilis, illud eſt tantum ex repletione etiam atq; rarius, & accidit in mulieribus tantum,& non in uiris,in quibus eſt grauis nocumenti ſuperfluitas,cum continue,uel in quolibet actu emittant, & ad illud conentur:fœminæ uero rariſsime, & ſi delectētur magis ſecundum Gal. non eſt illud propter emittere ſolum, ſed propter recipere quoque, eo ꝙ æque ſecundum ſententiam eius.Et breuiter dimiſsio in mulieribus cōſuetis plerunque nocibilior eſt ſuperfluitate coitus. Superfluens uero nocibilior maribus etiam conſuetis propter cauſam iam dictam.In iſtis aūt ſecundū Ga.idē facit plus quod minus. Inquit Hipp.menſtruis plurimis uenientibus,& nō uenientibus à natura accidūt ægritudines: quæ ergo corpora a ſuperfluitate læduntur,dignius eſt,ut coitum minorent: non tamen totaliter dimittant: oībus.n.cōplexionibus hoībus etiam dyſcraſiatis conuenit moderatus,ut Gal.ait.Et ſciendum ꝙ retentio ſpermatis in coitu eſt mala,quoniā quādoque perducit ad cōtritionē duorum ouorū unius, ut dixit Aboa.nocumenta uero ſuperfluitatis, & dimiſsionis coitus dicta,ſunt manifeſta,quibus oportet deinceps ſubiungere curas,& regiminia unicuiq; propria quæ ſequuntur.

Retentio ſpermatis mala.

De regimine eius quem lędit dimiſsio coitus. Cap. 19.

REgimen uero eorum,qui coitum dimittunt eſt tres res. Prima materiam ad coitum incitantem abſcindit.Secunda membrorum genitalium alterat dyſcraſiam,& eorum furiam ſubalternando refrenat. Tertia membra læſa rectificat,& confortando a leſione, & nocumento ulteriori præſeruat. Primam rem complent euacuationes cū phlebotomia,ſudore,& exercitio ſuperfluo, & deriuantes cū uomitu.Et minorationes ciborum,& potuum multiplicantium ſanguinem,& ſperma,& uentoſitatem.Et uſus ciborum & medicinarum habentium minorare ſperma,& reddere caſtum, quæ ſunt dictæ ſupra in cura gonorrhoeæ.Secundam rem complent fomenta,unctiones & emplaſtra infrigidantia cor, genitalibus applicata, quæ dicta ſunt in priapiſmo, & diuerſio animi ad alia curioſa. Tertiam rem complēt ea,quæ ſtomachum, & cerebrum,& corpus mundificant,& in mulieribus matricē, & quæ illa confortant,& confortando fumos a complexione,uel proprietate ab eis expellunt,qualia ſunt ſimplicia, ut coriandrum,proprie præparatum in aceto,ſandali, ſpodium, & alia compoſita, quæ dicta ſunt in capitulis propriis, oportet tamen, ut non ſubito; ſed paulatim miniſtrentur, & perueniatur paulatim ad diminutionem coitus cum interpolatione opportuna.

De regimine eius quem lædit ſuperfluus coitus. Cap. 20.

EOrum uero quos ſuperfluus coitus lædit regimen duplex eſt,generale & ſpeciale:generale ē duplex, unū coitū, qui generalis eſt cauſa, abſcindit & diminuit. Aliud nocumento generali prouenienti ex eo proportionale apponit.Speciale nocumentis ſpecialibus correſpondet:primum in cura priapiſmi eſt dictum.ſecundum innuit Gale.cum dixit,quia enim ex uenere rarius, frigidius,imbecillius, & ſiccius redditur corpus, oportet quæ inſpiſſant, calefaciunt, & roborant uirtutem afferre: hæc uero cum regimine complentur humectatiuo, prædicto in cura diminutionis ipſius. Secundum unicuique nocumentorum ſpecialium remedia diſpenſat, quæ quia ſunt plura & diuerſa, quibus in propriis capitulis eſt prouiſum omittamus,& prouidenti animo, & iudicio eligantur.

De his quæ delectationem faciunt in maribus, & fœminis in coitu. Cap. 21.

INquit princeps Aboali, non eſt turpe medico ſi loquatur de magnitudine uirgæ, & coanguſtatione vuluæ ad delectationem præſtantibus coeuntibus ipſis:ſunt enim cauſæ quibus ueniunt ad generationem,& ſpeciei ſalutem,necnon coniungunt amorem inſeparabiliter perdurantem prout Diuina ſapientia ordinauit. Cum enim uirga parua exiſtit,mulier non delectatur, & cum uulua largior,neque uir,quia ſperma non emittitur, & ſi emittatur cum paruitate,quare anxiantur corpora & reſoluuntur, & ſpermata debilitantur,& ſic generatio non procedit, nec ſpecies conſeruatur, & cum nō inueniant delectationem adinuicem diuiduntur unuſquiſque, quoties ſibi comparē inueniat,cui adhæreat,ut delectetur.

Expedit ergo regimen pertractare magnificationis uirgæ, & uuluæ coanguſtationis, & alia delectationē præſtantia quoquo modo. Et ex magnificantibus uirgam etiam adhuc augmentatam, eſt frictio, exercitium, & cibum multiplicans ſanguinem, & etiam potus, in augmentatis iam eſt regimen impinguatiuum, quod infra Chriſto dante dicemus in decoratione. Et ex propriis eſt frictio cum ſanguiſugis,& lumbricis terreſtribus exiccatis ex alhalebeth, & ſumantur ſanguiſugæ, & ponantur in uaſe in quo eſt aqua earum, & dimittantur hebdomada una, & ultra, donec exiccentur: deinde teratur, & liniatur uirga cum eis.

De h[illegible] quæ [illegible] gnific[illegible] uirgam.

Et ex coanguſtantibus uuluam ſunt quædam, quæ illud faciunt conſtringendo partes uuluę,& collum matricis coadiuuando,ut ſtyptica,& pontica per modum enchatiſmatis, ſuffumigii, epithimatis,& collyrii, approximata circa uuluam, quæ ſunt nota ſupra in cura fluxus. Et ex illis ſunt gallæ immaturæ, & myrrha, balauſtiæ, meſpila, & ſimilia contrita, & decocta cum uino pontico, cum cypero,ac gallia ad redolendum. Et ex illis ſunt cortices pini, drachm.iiii.aluminis,partes.ii.cyperi,partem.i.decoquantur in uino pontico,& odorifero, & madefiat in ipſo pannus lini, & ſuperponatur uice poſt uicem, & eſt bonum medicamen faciens acquirere uirginitatem. Et quædam illud agunt conglutinando, & ſunt nota ſupra in cura fluxus ſanguinis narium, uomitus ſanguinis, vlcerum renum & ueſicæ.

Stringe[illegible] tia uu[illegible]

Quædam illud faciunt trahendo humores ad labia,& ad parietes uuluæ, & repellendo, quare tument labia, & uia media coarctatur, & ſunt medicinæ rubificantes, & calefacientes, & ex eis proprium eſt cordumeni, & ſi bulliat cum gallia, & muſco cum uino,& epithimetur.

Ex præſtantibus delectationem utriſque eſt retentio in ore cum melle emblicorū cubebarum, & haſce, & gingi. & piper cum melle multiplicat ſaliuam, quæ præſtat utriſque delectationem ex qua etiam ſi inungatur caput uirgæ non eſt malum, cum prima delectatio coitus in frictione exiſtat.Secunda in emiſsione ſpermatis, & quia mulier emittit ſperma & recipit, maiorem delectationem recipit cum emittit viro emittente cum ea.unde Gal. dixit,in ſenſu uero genitalium membrorum quædam uirtus eſt propria fortis, ſcilicet exiſtens quæ in uiris eſt expulſiua in fœminis in teſticulis,& uaſis ſpermatis. In uulua enim fortis eſt uirtus appetitiua,quia natura fortitudinem habet uirtutis in eiiciendo, & ſuſcipiendo ſperma cum nimio deſiderio,& delectatione.

De h[illegible] quę p[illegible] ſtant de[illegible] ctation[illegible]

SVMMA.

SVMMA.IIII. *quartæ particulæ, ſectionis primæ, de cura ægritudinum membrorum generationis in mulieribus.*

Prologus.

Duo membra organa generationis in mulierib.

ATtulimus hucuſq; ſermonem in mēbris in generatione in maribus,ut ſcitis naturis,iuuamētis,et actionibus naturalibus eorū, ac diſpoſitionibus præter naturam eiſdem contingere poſsibilibus medicinas adducamus ſalubres: deinde afferemus ſermonem in inſtrumētis generationis in mulieribus ſimilem: ex conuenientia enim utrorunq; propriiſsimis inſtrumētis habet generatio proprie fieri, et eis mutatis à ſanitate quomodolibet impediri.Sunt autem duo membra organa generationis in mulieribus naturaliter creata, ſcilicet Matrix, quæ facit ad eſſe, et ubera quę ad permanentiam faciunt generati poſt ortū.

Quid ſit matrix.

Eſt autem matrix membrum figuræ concauæ receptionis eius,et cōſeruationis gratia,ex ſubſtantia neruoſa, nō quia ex neruis à cerebro procedentibus ſit contexta, ſed potius eius ſubſtantia ſimilis eſt neruis quia alba, uiſcoſa, extenſa,pāniculoſa, licet nerui aliquid adueniat ex quibus ſentit. Et eſt compoſita ex duobus panniculis, ſeu tunicis ad melius conſeruandum, quarum interior eſt aſpera admodum linguæ bouis ad melius continendum, et uenoſa, habens plures uenas quietas, et pulſatiles ramificatas ex uenis portæ, quibus continuatur cum hepate, mammills, et corde, quarum orificia finguntur in ipſa, et uocantur foramina matricis, ſeu cotyledones quibus continuantur panniculi embryonis, ut ex ſanguine currente in eis embryo nutriatur,et eius ſpiritus, et calor euentetur frigiditate eius, et tunica exterior plurimum eſt neruoſa, et non ſunt tales,niſi, ut dilatentur apud conceptum, et magnificationem embryonis, et apud partum conſtringuntur ad expreſsionem ipſius.Et quantitas matricis ſequitur corporis quantitatem, ſicut ſunt mammillæ. In puellis enim minor eſt ueſica earum plurimum.In augmentis uero,eius quantitas eſt completa,ſicut ubera occupans ſua magnitudine omne id quod eſt inter propinquitatem umbilici uſq; ad meatum vuluę,poſtremum,ad quam peruenit collum eius.Et figura eius eſt extenſa arcuata, in cuius extremitatibus habet duo oua ſimilia teſtibus uiri nuda non cooperta, ut illi,et quemadmodū uiri habēt uaſa ſpermatis iter duos teſticulos, et expulſorium radicis uirgæ, ſic mulieres habent uaſa ſpermatis inter duos teſticulos, et expulſorium ad concauitates matricis: habet enim duas concauitates matrix ipſa in hominibus, et in aliis animalibus ſecundum numerū papillarum, non quod ſit numerus embryonum ſecundū numerū concauitatum tantum, ut aſſerunt quidā. In ipſa enim matrice in concauitatibus eius generantur quandoque quinque,et eſt maior numerus ad quem perueniunt nati prout Albucaſis,et Ioan.Serapion.et Ariſto.ix. de animalibus ait.Et quia duas habet qn̄q; plures generantur,et plurimum duo ſunt, et ſi earum numero conſequantur,et ipſa apud retentionem menſtruorum incraſſatur, et cum menſtruatur, extenuatur, & munda remaneat, ut exinde melius conceptioni fiat apta. Et eſt poſita inter ueſicam à parte anteriori, & inteſtina à poſteriori, ut ſit ei à duobus lateribus obſtaculum, et ſtatus eius ſit in tutela ſimul in embryone: & ligatur mater cum dorſo ligamentis pluribus fortibus, et ad partes ſuminis & ueſicæ, & oſsi lato pectinis, exiſtentibus de genere neruorum uenarum, et arteriarum. Et collum eius eſt neruoſum, & lacertoſum, rugoſum, frictioni aptum, quod in coitu incraſſatur & impinguatur. Et eius longitudo æqualis eſt inter.vi. digitos uſque ad.ix. & quod eſt inter illud, Et quandoque elongatur, et abbreuiatur per uſum coitus, & dimiſsionem ipſius. Et quandoq; aſsimilatur in quanto in figura uirgæ cum qua coire conſueuit, et eſt habēs meatus duos. Vnum in extremitate vuluæ, et dicitur os matricis extrinſecum, in quo ſunt panniculi contexti ex uenis,ligamētis ſubtilibus ualde, ortis ex omnibus partibus eius, quos deſtruit uiolatio, et currit quod in eis eſt de ſanguine. Et cum coit matrix uſque ad illud os trahitur, quaſi procedens ad illud deſiderando attrahere ſperma ꝑ ſuam naturam et formam.Et meatus colli ueſicæ per quem extra urina educitur eſt iuxta ipſam à parte ſuprema,ut alia membra tranſeundo per ea,non lædat.Et in aliquibus mulieribus collum cadit ad ſiniſtrum,et in aliquibus earum ad dextrum. Alium in profundo iuxta os matricis, ex quo deglutit ſperma,et cum deglutiuit concluditur,quod puncta acus non poſſet ingredi,& eo aperto Dei præcepto pariet fœtum. Et in collo iuxta os ipſius ſunt orificia uenarum ꝑ quæ menſtrua exterius expelluntur, quibus ſuperfluitates corporis totius purgantur non uenientes ad eius concauū ne inficiatur concauum continens,et contentum. Ex quibus manifeſte colligi poſſunt actiones uniuerſales, ſiue naturales cauſæ, et ægritudines matrici euenire poſsibiles, cauſæ ſcilicet earum,et loca,et nocumenta actionis ipſius. Actiones uero naturales ſunt menſtruare, generare, concipere, imprægnari,& parere.

De compoſitione matricis.

De figura matricis.

Aegritudines autem poſsibiles euenire ſunt proprię,& ex communitate. Et propriæ ſunt ſimplices et compoſitæ. Simplices ut mala complexio, ſimplex et commixta,pura uel impura,male compoſitio,et ſolutio continui. Et compoſitæ,ut apoſtematum genera.Ex cōmunitate uero ſunt, ut cōiter ipſa compatiatur membris aliis,et maxime ſuperioribus principalibus, ſicut alia compatiuntur eidem prout accidit in ſuffocatione matricis, et multiplicatis ægritudinibus in matrice debilitatur hepar,et diſponitur, ut fiat hydropiſis. Nocumenta actionum ſunt plura ſecundū pluralitatem eorum,quæ infra ponentur. Ex quarum cōſideratione peruenire oportet ad cognitionem ægritudinum ꝑdictarum,et exeuntibus menſtruis,et aliis,qualitate mutata,dolore, & tumore circa uentrem apparente.

Aegritudines poſſibiles matrici euenīre.

Continebit igitur ſecundum hæc, hæc ſumma quarta, capitula.19.

De menſtruis, et eorum iudiciis. Cap.1.
De conceptione,ſeu imprægnatione naturali. Cap.2.
De regimine prægnantis,& fœtus,& concipientis maſculum, & gemellos. Cap.3.
De partu naturali,de quibus tantum ſolummodo procedemus,quantum ſpectat ad indaginem eorum, ut per eorum notitias cauſas conſeruatiuas, et nocumenta ipſorum ſi qua eueniant cognoſcamus, et eius prouidentiā, uel curam faciamus. Cap.4.
De mala complexione matricis, & cura eius. Cap.5.
De ægritudinibus eius ex quibus eſt oppilatio. Cap.6.
De ſuſpenſione matricis, & de aſcenſu eius, & de declinatione ipſius, & deſcenſu, ſeu præcipitatione. Cap.7.
De præfocatione matricis, et medicinis eius. Cap.8.
De ſpeciebus ſolutionis continui matricis, ex quibus ſunt vulnera, corroſiones, & putrefactiones, rhagadiæ, & fiſtulæ. Cap.9.
De apoſtematibus humoralibus matricis. Cap.10.
De nocumentis in actione menſtruandi, & primo de cura fluxus menſtruorum. Cap.11.
De curſu matricis, ſeu fluxu & aqua. Cap.12.
De cura retentionis menſtruorum. Cap.13.
De nocumentis in actione concipiendi, & imprægnandi, & primo de ſterilitate, & difficultate imprægnationis. Cap.14.
De mola matricis. Cap.15.
De nocumentis partus ex quibus eſt difficultas. Cap.16.
De cura accidentium quæ ſequuntur partum. Cap.17.
De retentione & extractione ſecundinæ. Cap.18.
De aborſu & accidentibus quæ ſequuntur. Cap.19.

De menſtruis, & eorum iudiciis. Cap.1

MEnſtrua ſunt à ſanguine ſuperfluente in mulieribus, ſicut ſperma ex ſuperfluo eius in uiris, aliter tamen, & aliter prout Ariſt.ix. de animalibus dixit:talis.n.ſanguis ī mulierū corporibus aggregatur quotidie per indigeſtionis modum propter lapſum naturæ

turæ ipſarum ad frigidum, & humidum ex decidentia ſexus, cum ſit fœmina maſculus occaſionatus. hoc tamen eſt Diuina ſapientia ordinante, cuius gratia earum illuſtrata natura emittit talem ſanguinem in matricis concauum, ultra illum quem in ſubſtantia eius emittit pro nutrimento ipſius, gratia genealogiæ ſeruandæ, ut ſiquidem purum in eo ſit, cedat in nutrimentum, et augmentum corporis embryonis iam ex ſemine mulieris ipſius materialiter generati; quod uero impurum, aut ſuperfluum, de corpore expellatur, quemadmodum eſt uidere in plantis humidis ex quibus ſpecies gummorum emanat, quod menſtruum dicitur, ſeu flos mulieris. Et quia corpus ipſius generationi eſt aptum, cum completum fuerit & perfectum, dicente philoſopho, tunc unumquodque perfectum eſt, cum tale quale ipſum eſt, generare poteſt, ſanguis ille ad matricem nō mittetur, nec menſtrua apparebunt donec completum, & augmentatum fuerit, cum prius in nutrimentum, et augmentum, matricis tranſeat omnis ſanguis generationi ſit aptus: hoc autem tempus fixit natura in.xiii.annis, cum in maribus in.xiiii.limitaſſet, et hoc propter defectum naturæ mulieris, quia in utero tardius completur, et citius perficitur extra ipſum: quod enim debile et frigidum eſt, tarde uenit ad terminum, et cum peruenit, parum durat: ſicque mora, & ſtatus in complemento eſt breuis, et extunc menſtrua completa priuantur ex ſiccitate corporis cooperante ratione ætatis. In illo autem intermedio generatione fiente, ille ſanguis totus retinetur, et purum eius propter nutrimētum embryonis atq; augmentum, et carnis generationem immittitur in matricem, pro parte ad ubera, ut lac fiat nutritioni eius opportunum poſt eius ortum: impurum uero partim reſeruetur in uenis ſecundinæ et uacuo eius. Et tūc auxiliatur ſua lubricitate, ut facilis fiat exitus embryonis. Et proinde cum ante partum menſtrua ſuperueniāt in quātitate conſueta, fœtum ſignificat ægrum uel debilem, ut dixit Hippo. niſi in muliere ſanguinea ualde in quantitate minori conſueta. Generatione uero non fiente in muliere ſana purum eius retinetur in membris, et eam impinguat, ut eſt manifeſtum: quod uero impurum eſt, ad matricem tanquam totius ſentinam impellitur, ut ab ea extra corpus, ut ſuperfluum educatur, quemadmodum per hæmorrhoidas exiens: qui tamen aliis animalibus reſeruatur, ut in additamentum ſui corporis conuertatur: nec tamen quotidie educitur, licet quotidie aggregetur, ne quotidie abominabilis infectio eius, et deturpatio inſequatur, immo paulatim aggregatur quandiu ſuperfluentis fuerit quantitatis quam natura expulſiua ſui corporis nequeat tolerare, et proinde ad eius moueatur expulſionem. Hęc autem tempora, uera Dei ſapientia compenſauit, ut tempus aggregationis eius æquale eſſet menſis unius, et plus, & minus ſecundum naturæ temporis, et regiminis uari etatem, et dicitur tempus interpolationis ipſorum. Et ſimiliter tempus aperitionis ipſorum in fine menſis coadiuuatur influentia Lunę, et perdurationis ipſorum, ut æquale ſit illud quod inter unum diem eſt, et ſeptimanam, & eſt ipſis dierum trium, licet in aliquibus ſit latius, et in aliquibus breuius propter cauſas prædictas, & ſimiliter quantitas & qualitas: cum enim per indigeſtionis modum aggregetur talis ſanguis in corpore mulieris in qua digeſtio fortior eſt, ut in muliere uiragine, pauci cibi, & maioris exercitii, concurrentibus aliis circunſtantiis ſimilibus, quantitas minor erit. In qua uero digeſtio debilior, ut in lapſa, & molli, & multi cibi, et ocii, circunſtantiis etiam ſimilibus concurrentibus, maior erit propter eandem cauſam.

De coloribus menſtruorum.

Color communis in pluribus ipſarum erit ſubrubeus ad albedinem tendens ad modum ſanguinis arietis nouiter iugulati. In puellis ſanguineus in principio. In melancholicis uero rubeus, obſcurus, in cholericis autem rubeus clarus, in ſanguineis, rubeus roſeus, in phlegmaticis ad albedinem multū tendens. Cum ergo menſtrua ſunt temperata in quantitate, qualitate, et tempore ſuo concurrente ſecundū cōſuetudinem ſuam naturalem in omni ſpacio ſunt cauſa ſanitatis mulieris, et mundificationis corporis eius in omni nociuo in quanto, et quali, et faciūt ipſam acquirere caſtitatem, et paucitatem deſiderii, et euentus ipſorum E erit ſuauis cum bona tolerantia, et abſq; aliquo accidente prauo, natura enim mulierū diſpēſans corpora earum per matricem ex menſtruis uelut per renes ex urina ſtatim uidetur expurgari, ut Gal. ait. Cum ergo alteratur à diſpoſitione ſua naturali, ueniunt cū prauis accidentibus, ſcilicet dolore capitis, faſtidio, caſu appetitus, debilitate cordis, dolore dorſi et renum, lumborum, et ancharum grauedine, quæ euētus ipſorum ſunt ſigna, et ſunt cauſa ægritudinum plurimarum. Et ſiquidem alterentur in colore, uel tempore, cauſa ęgritudinis indicat neceſſariam præuiſionem, dicente Hip. in aphor. (5. aph.) Mulieri menſtrua ſine colore, aut non ſecundum ſe ſemper facta, purgatione indigere ſignificant. Si uero in quantitate fiunt ægritudinum cauſæ uel morbi. Inquit enim Gal. ſanitatem eſſe temperamentum, et æqualitatem exiens aut temperamentum proculdubio uenit in infirmitatem, et ſi parum, cauſa morbi fit: ſi uero multum, morbus appellatur, unde Hippo. (5. aph.) Menſtruis plurimis uenientibus, et non euenientibus à natura accidunt ægritudines: ac ægritudines accidentes, et ſuperfluitate ipſorum, F ſunt ægritudines inanitionis principaliter, & per ſe, quæ ſunt notæ, per accidens vero, & conſequenter ſunt ægritudines repletionis ex quibus hydrops eſt plurimū. Aegritudines vero accidentes ex retentione ipſorū ſimpliciter, vel in parte, ſunt repletionales & per ſe proprie, vt quædā harum ſunt propriæ corpori, quædam matrici, & quædam cōmunes vtriq;. Corpori autem proprię ægritudines fiūt, cum antequā impellatur ad matricem generatus ſanguis ex quo menſtrua fieri deberent, corrumpatur in venis, & feb. accendat, & colligatur in aliquo membro ad apoſtemata, vel ad præter naturam aliter diſponatur. Matrici propriæ fiūt ex quo ad matricem miſſus eſt, vt retineatur ibidem, nec extra expellatur: utriq; autem cum ſuffocatio matricis fiat ex eo, et hæ et aliæ ægritudines omnis generis differentes inter ſe ſecundum diuerſitatem complexionis, nā ſi fuerit cholerica generantur in ea ægritudines cholericæ, ſi melancholica, melancholicæ, & ſi phlegmatica, phlegmaticæ, & ſi ſanguinea, ſanguineæ. Per accidens uero, & ſecundario fiunt ægritudines inanitionis, ut fluxus G uentris, fluxus ſanguinis narium, uomitus ſanguinis, hæmorrhoides, et ſimilia, eius materiam deriuante natura, ut Hippo. ait in aphor. (5. aph.) mulieri menſtruis deficientibus ſanguinem ex naribus fluere bonum.

De conceptione, ſeu imprægnatione naturali. Cap. 2.

Defin. conceptionis.

CONceptio, generatio, & imprægnatio, conſignificāt idem generaliter ſumptæ: ſpecialiter autem conceptio eſt ſeminis à matrice apprehenſio, & prior, generatio ē embryonis, & cōſequēs. Imprægnatio uero eſt mulieris, et ultimo apparens, quaſi una alteri ſit diſpoſita; immiſſo enim ſemine in matrice utroq; exiſtente generationi apto, et bene diſpoſito, ut quia ſemen uiri, & mulieris non ſit alteratum nec corruptum, nec aliquo modo notabiliter infectum, ſeu debilitatum, immo perfectū, & ſanum, ut ſupra de ſpermate eſt dictum: in matrice etiam temperata quod Hipp. ait cum dixit, (5. aph.) Quęcunq; frigidas, & denſas matrices habent non concipiunt. Similiter & in maribus habens generatio ſpermatum maxime concurrente interiori impreſsione ſuperiorum principalium, ut quia in eo ſit deſiderium hilaritas et uoluptas. Et exteriorum ſu- H percœleſtium corporum influentia, et aliarum rerum regimine concedenti. Sicut enim uidere eſt in ſemine proiecto in terram, quod tunc temperatur germinatio cum prædictis conſimilia adſint, cum uero indiſpoſitio ſit ex parte eorum alterius, uel amborum, germinatio impeditur uel annullatur: ſuſcepto enim ſemine in matrice nō adhuc generatio erit certa, niſi ſemen uiri mixtum fuerit cum ſemine mulieris quatenus contemperentur, & inuicem agant conuenienter in materia generationis, dicēte philoſopho, Semen enim niſi mixtum fuerit ex duobus non generabitur animal: ſicut nec caſeus niſi commiſceatur coagulum lacti. Vnde Gale. omnis uirtus otioſa eſt carens materia propria quam attingat, tunc autem bene mixtum erit ex duobus ſemen, cum in coitu ſimul ambo ſpermata emittentur conuenientibus uoluptatibus, & appetitibus, qui eas impel-

eas impellant ad inuicem inter ſe: materialis enim cum appetit formalem, et econuerſo ſi occurrunt impulſa adinuicem, et melius commiſcentur, et temperantur. Cumq; tale ſperma mixtum fuerit in matrice tali, nec aliud impediens ſuperueniat ex parte regiminis, et cauſarum, quæ ſunt cauſæ aborſus, de quo infra, Chriſto dante, dicemus, & matrix colligetur ſuper ipſum totaliter, ut nullum interueniat ibi uacuum, et os ſuum intrinſecum etiam taliter claudet, ut nec puncta ſtili, uel acus ingredi poſsit, ut Gal. dixit. conceptio tunc facta eſſe dicitur, et extunc ſperma manet in forma lactis per ſex dies:

Qualiter remanet ſperma in matrice p ſex dies. (5. aph.)

deinde alteratur potentia uirtutis generatiuæ exiſtentis in ſpermate uiri, quæ alterat & permiſcet partes ſpermatis mulieris donans unicuiq; mēbro generando complexionem propriam, & tunc prima diſpoſitio, quæ accidit eſt duplex. Prima eſt ſpumatio ſpermatis ex operatione uirtutis informatiuę ex uiri ſemine procedentis. Alia eſt compoſitio ſubtilis cuiuſdam mēbri ex ſuperflua parte ipſius ex uirtute ſpermatis uiri ſecū dum Gale. uel ex calore matricis, uel utriuſq; ſpermatis mulieris magis, et uiri minus ſecundum alios. Circa primam, naturæ intentio eſt, ut generet tres ueſicas, quæ ſint minerę ſpirtus uitalis, naturalis, et animalis in uirili ſpermate contenti in quibus figantur, et exerceant, qđ unicuique proprium eſt. Et proinde prima ueſica fit profunda in medio humiditatis, ut detur locus cordi: deinde fiunt ex latere eius ſupremo, et dextro duæ ueſicæ ramificatę ab illa, confuſæ inter ſe non bene diſtinctę ſtatim: deinde ſeparantur abinuicem poſt horam, et diſcernuntur, et fit ſupremus locus id ex quo creatur cerebrum, et dextrum id ex quo creatur hepar. Et impletur illa dextra ſanguine ad albedinem decliui, et penetrat ad exteriorem partem humiditatis poſt duas ueſicas uentoſitas mandās, et extendens, ut recipiat reſtaurationem à matrice, et ſpiritum, & ſanguine tracto uirtute uirilis ſeminis ab ipſa, ut creetur umbilicus. Et deinde fiunt lineationes operatione uirtutis illius, et informantur reliqua membra radicalia ex reliquo ſemine mulieris, ordine, et certorum dierum ſpatio infra diſtinctorum. Et circa diſpoſitionem alteram naturæ intentio eſt, ut generet panniculum quo inuoluatur embryo, et à matrice diſtinguatur, quemadmodum cruſta in pane ex calore aſſante clibani generatur, in quem panniculum penetrent, et figantur orificia uenarū matricis ex quibus uirtute uiri ſeminis ſanguis trahitur ad matricem, & ad locum concauum generationis, ut ex eo embryo nutriatur, et membra eius tam modica cum ſint ex modico ſemine procreata debitum recipiūt nutrimentum, et membra ſanguinea generantur, et tunc proprie cum membra eius creata ſunt multo indigent nutrimento, et induratus eſt panniculus ille, qui poſt ſpatium diuiditur in panniculos tres propter cauſam inferius aſsignatam, cum ante generationem panniculi paruo indigente embryone nutrimento non nutriatur ab illo nec foraminibus. Inquit enim Gal. generatur uero quod non eſt: nutritur autem, et augmentatur quod eſt. Ordo autem & ſpatium temporis in generatione membrorum, prout rationabilis antiquorum coniectura inſinuat, et experientia antiqua talis eſt, nam in primis ſex diebus, qui ſunt à principio conceptionis format uirtus informatiua embryonem non petendo aliud ex matrice. Et poſt illud appetit, et fit inceptio alarum in pectore in aliis duobus diebus poſt illud, et ſunt dies octo à principio: deinde in aliis quinque diebus, et ſunt.xiii. à conceptione, penetrat ſanguis a toto, et fit illud unde creatur complete. Et deinde nouem aliis diebus poſt illos fit humiditas ſanguinea caro, et iā diſcernuntur fruſta carnis et diſcernuntur membra principalia tria manifeſte, et iam ſeparantur alia à contactu aliorum, et extenditur humiditas nuchæ: et deinde poſt in aliis nouem diebus ſeparatur caput ab humeris, et extremitatibus, et lateribus, et uentre. Et diſcernuntur ſenſus organa ita, ut ſentiat poſt illud in quatuor diebus completis. xxxv. diebus à principio conceptionis, quod patet in embryone aborſo, et in aqua poſito ſecūdum diſtinctos dies in quibus manifeſte adſunt prædiſtincta membra, et omnia in.xl. diebus aborſo, et in aqua poſito. Hoc enim eſt tempus æquale & medium ad A informationem, et breuius eſt.xxx. ſecundum aliquos & longinquius, et magis extenſum eſt.xlv. nam ut quidam dicunt non inuenitur in aborſo maſculus completus ante xxx. dies, cum eius compoſitio ſit uelocior quàm fœminę, ut Ariſto. dixit. Et cauſam ſuperius aſsignauimus. Et generatio embryonis tunc facta dignoſcitur, et tunc apparet imprægnatio, ideſt uentris plenitudo. Et cum peruenit ad informationem per duplum temporis in quo informatur embryo mouetur, et cum ſuperuenit motui duplum eius in quo mouetur, peruenit ad augmentum eius, & naſcitur, ſi impediens non interueniat, aut ex parte matricis, aut ex parte embryonis, quia infirmi fuerint, & ex parte regiminis, ita quod ſic informatio fiet in.xxx. diebus ſecundū illos naſcetur in ſex menſibus: et eſt rarum, nec eſt uerum, quia ſi eſſet natus in ſex, uiueret, quod eſt falſum: ſi uero in xxxv. diebus informatio compleatur, naſcetur in.vii. menſibus, et eſt plurimum: ſi uero in.xl. diebus informatio cōpleatur, naſcetur in menſibus.ix. & eſt frequenter. Et cauſa triplicationis panniculi in quo uoluitur fœtus quam na- B tura intendit, eſt, ut in primo panniculo exterius poſito ſecundina uocato terminentur uenæ pulſatiles ex tranſuerſo à quibus per umbilicum euentationem ſpiritus recipit embryo, et non per os, quæ diuiditur in duas, et aliam quintā uenam, et uocatur biles, et eſt inuolutus embryo ibi, ut effundatur ex eo ſanguis, et colligatur ad ipſum fœtus urina ex effuſorio umbilici non ex uirga uſq; ad horam partus, et dicitur Alchas, et eſt ut retineant ſudorem. Tertius eſt panniculus ſubtilior aliis, ut aggreget humiditatem limoſam ex embryone, et non lædat cum ſui ſubtilitate & duritie, quemadmodum lædit ſecundina cum ſit ſuperficies tenera embryonis, ſicut ulcera conſolidata, quæ non ſunt firma. Iuuamentum autem in retentione illarum ſuperfluitatum eſt, ut ſeparet inter ipſum embryonem, et matricem & ſuperfluitates, et humiditates: et hoc ne ſua acuitate & mordicatione urina, et ſudor læderent embryonē: et quartum uas in colligendo ſuperfluitatem ſiccā egeſtionis non fuit in eis neceſſarium cum in eo qui nutritur non ſit craſſa ſuperfluitas neq; fæx, cum ſubtile exiſtat. Cumq; ſper- C ma uiri calidum fuerit, digeſtum, & ſpiſſum, et grandinoſum, & abundans, & potens ſuper frigiditatem, et indigeſtionem ſpermatis mulieris, et cum hoc proceſsit à dextro teſticulo, ſumaturq; et tranſeat ex rene dextro altiore, propinquiori hepati, et proinde calidiori, ſuntq; conuenientia coitus poſt mundificationem matricis, et ceciderit in dextrum matricis. Et ſimiliter ſperma mulieris cū proprietatibus conſimilibus, generabit ut plurimum maſculos ad quod adiuuat aer, regio, tempus frigidum, et uentus ſeptētrionalis, et ſimiliter ætas, adoleſcentia non pueritia propter incomplementum, non ſenectus propter defectum, et contraria ſi adſint generabitur ut plurimum fœmina. Et dicunt quidam prudentes ſi currat ex dextro in dextrum matricis maſculinat: ſi uero ex ſiniſtro in ſiniſtrum fœminat. Et ſi currat ex ſiniſtro ad dextrum eius erit fœmina maſculina, ſeu uirago, et ſi ex dextro in ſiniſtrum erit maſculus fœmineus. Porro cum ſperma commixtum abundans fuerit in quātitate, ut diuiſum in partes incidat in duas cō cauitates matricis cū potentia uirtutis reſeruandæ in una- D quaquē, fiet generatio gemellorum diuerſi ſex plurimum, & quandoque eiuſdem, et parum ſaluantur, nec eſt inconueniens cum in qualibet parte eius generatiuæ potētia integre reſeruetur, quemadmodum in unaquaq; parte diuerſi ſpeculi uis eſt repręſentatiui imaginis, et illud eſt plurimum. Et quandoque eorum generatio à duobus ſpermatibus in duobus coitibus procedit ita, ut ſit imprægnatio ſuper imprægnationem, inter quas non multum interſecat tēpus, et tunc raro ſaluantur reſpectu generationis unius, nam cum accidit in mulieribus fortibus multæ caliditatis et ſanguinis, et multorum pilorum in quibus matrices ſunt fortes nec abortiunt cum menſtruis ſemel aduenientibus neque bis, tunc caſus litigii, et contentionis ſuper ambos, quod plurimum perducit ad febrem, et alias ægritudines euenientes, et ut alter abortiatur ipſorum: quod ſi cadat imprægnatio ſuper imprægnationem non in ualde forti, & in ea quæ non concipit niſi propter apertionem ſuæ matricis, non

cis, non propter fortitudinem eius, timetur, quòd si filius
primus sit debilitatus, quare concipitur secundus. Et cau-
sa debilitatis est, quia defectus est sanguinei nutrimenti.
Quibusdam uero uisum est quod impręgnatio super im
pręgnationem fieri non posit, eo quod post impręgnatio
nem concluditur os matricis, sicut Hippoc.dixit. necnon
cum ex matrice sperma non currat, ex quo habuit, quod
optauit propter quod sperma currit. Sed secundum ueri-
tatem apud impręgnationem concluditur os ipsius: non
tamen in recipiendo, sed in custodiendo bene, quod auide
concepit ne perdat, et si per sperma à matrice etiam tunc
non currat, uerum est exemplum, sed nihil prohibet ipsum
currere intra, cum menstrua illic currant, & si delectatio
adest in secundo coitu non erit magis ad recipiendum quã
immittendum, nam si recipit, quod formale, ut generet ite
rum, immittet etiam materiale, ut compleat cum abundat.
Et dum impręgnatur puella, quæ non est consueta, quod est
in duodecimo anno completo, licet sit raro, timetur eius
mors propter paruitatem matricis. Et cum mater est sana
& boni regiminis, embryo ut plurimum sanus est, cum er-
go infirmabitur mater in toto corpore, quia febriat, uel in
aliquo membro, et proprie in matrice necesse est ipsum pa
ti, & magis si mali regiminis fuerit, & siquidem feb. ali-
qua acutarum fuerit, uel apostema calidum in matrice,
mortale est, ut dixit Hippo.

Os matricis clauditur in custodiẽdo.

De signis cõceptiõis

Signa conceptionis, & impręgnationis sunt plura, &
ipsorum quædam sunt signa conceptionis, quædam mascu
linæ, quædam fœmininæ, quædam gemellorum, quædam
singularis, & quædam sanæ, & quædam ægræ: & ex conce
ptionis, signis quædam sunt sumpta ex dispositionibus
perceptis à muliere in seipsa, quædam ex perceptis, &
consideratis à medico circa ipsam, quædam inuestigata ex
experimentatis in ipsa. Priora uero sunt perceptio conue
nientiæ emisionis duorum spermatum, & cum uelocita-
te in qua caput uirgæ siccum sit, & cum suctione aduna-
tionis oris matricis cautæ absque duritię, ut ipsum ingre-
di non posit stilus secundum Hippoc.& Galen.in aphor.
& hoc propter siccitatem ex suctione auida & forti, ut
non inueniatur humectatio loci post coitum, et cum ele-
uatione eius ad superiora & anteriora, et reti nentur mem
strua usq; ad tempus partus: & post mensem, aut menstrua-
tur parum, et accidit dolor paruus in eo, quod est inter um
bilicum & receptionem, et quandoque fit difficultas uri-
næ, & accidit, ut abhorreat coitum, licet prægnans mascu-
li magis abhorreat, & si coitur cum ea non emittit sperma,
immo dolet sub umbilico post ipsum, & anxietates insunt,
nausea, & abominatio, ut Hippoc. dixit in aphoris. quod
est, quia in conceptu ori stomachi nocetur secundum
quòd Gale.subiungit, et ex illis est uertigo, dolor capitis,
tenebrositas oculorum, & pulsus cordis. Quæ autem à
medico inspiciũtur circa ipsam, sunt commotio appetitus
mali: & illud post mensem, aut duos, ut supra in stoma-
cho dictum est, & citrinatur albedo oculorum eius: & pro
fundatio palpebrarum, mollificatio ipsarum quandoque,
& acuitur aspectus eius, & minorantur eius pupillæ, et in
crassatur eorum albedo, et non citrinatur secundum mul-
titudinem, et necessaria est alteratio coloris, et euentus im
presionem egredientium à natura quamuis sint in præ-
gnante ex masculo minus. quandoq; impręgnatio sedat do
lores dorsi & ancharum, propter quod calefacit ea matrix
& proprie cum conceperit masculum, et cum parit redeũt
et quandoque alteratur corpus eius ab eo quod fuit, quare
dilatantur, et citrinantur uenæ eius super ipsum, et uiri-
des sunt, et in pluribus prægnantibus accidit, ut in mollifi-
catione earum corpora in principio retentionis menstruo
rũ, et ex superfluitate eius, quod restat ex cibatione ipsius
cum pauco indigeat proper debilitatem, & paruitatem
sui, deinde cum magnificatur embryo totum transit in ma-
gnificatione eius. quare redeunt ad naturalitatem suam.
Quæ uero inspecta sunt extra ipsam, sunt signa quæ in
spiciuntur in exeuntibus ab ea, & proprie in urina: in prin
cipio enim impraegnationis urina est claræ substantiæ, &
coloris irini.i.uarii: quia citrini ad subalbedinem tenden-
tis, & super ipsius superficie substantiæ, & coloris irini est

Vrina.

E sicut nebula, ut in medio eius sit sicut cottum carminatum
uel dispersum propter dispositiones aliàs digestionem ma
terię procedentis à membris quorum calor confortatus est
ex imprægnatione, & proprie si masculus fuerit cõceptus,
& in eo sunt uelut grana quæ descendunt, & ascendunt,
& cum mouetur non turbatur: in fine uero imprægnatio-
nis loco eius, quod apparuit in principio subalbedinis ap
parebit rubedo et turbedo, quia est sicut malum uinum ru
beum id est corruptum, et aqua cicerum, et cum moue-
tur turbatur: parientis uero secundum plurimum nigra est,
& in fundo eius est sicut attramentum, & sordes.

Exp[...] cũ [...] ad c[...] scen[...] imp[...] tion[...]

Quæ uero sumuntur ex experimentatis in ipsa sunt, ut
puta secundum duòd Hippoc.dixit in aphoris. Mulierem si
uis scire si conceperit, quando dormitura est mellicratum
da bibere, id est hydromel, quod fit ex mellis.drach.ii.tan-
tummodo, & aqua pluuiali tantundem, & cum experge-
fit sup inetur. Et siquidem tortiones habuerit concepit: si
uero non, minime. Et est experimentum certum, nisi in cõ
suetis bibere illud. Et iterum in alio dixit aph. mulier si nõ
F conceperit in utero, uelis autem scire, si concipiet, id est si
concipere apta sit supp.& laboret in die ieiunio, conteges
eam uestibus, scilicet in sero, et suffumiga eam deorsum aro
matibus, per traiectorium, scilicet & siquidem odor uide-
tur transire per corpus ad os, et nares, cognosce, quoniam
ipsa non ex se non generat. est autem culpa uiri, quod licet
in cognoscendo mulieris aptitudinem ad conceptum, &
ineptitudinem ab Hippoc. sit introductum, tamen eadem
ratione ad cognoscendam conceptionem sistentẽ uel non,
potest assumi. Et similiter experitur supponendo alium, et
superdormiendo, et considerando si sapor, et odor ascen-
derit ad os, et nares, & supponitur aristolochia cum mel-
le, ut infra dicemus.

De [...] cõc[...] masc[...]

Et ex signis conceptionis masculinæ quædam sumun-
tur ex parte dispositionum utrorumque generantium, &
quædam ex parte dispositionis prægnantis tantum, ex par-
te generantium masculi scilicet et fœminę dispositionum,
maris quidẽ, quia cuius uis est fortis corporis æqualis car
nis ĩ duritie, et mollitie, et multi spmatis, & calidi: & quia
G est magnorum testium, & magnarum uenarum fortis de
siderii, quem non debilitat coitus ex cuius dextro excida
tur sperma. Et modus est, ut restringatur testiculus sinister
apud emisionem spermatis, & effundatur ex dextro, sicut
rustici faciunt, cumque adolescentis prius inflatur testicu
lus dexter, tunc ipse erit masculinans, et sinister, tunc erit
fœmininans. Et similiter ille ad quem cito festinat pollu-
tio non à nocumento, sed à spermate est faciens masculum,
& ex experimentis est, ut colligatur sperma, & si est spis-
sum, & proiectum in aqua rotundetur, & descendat est
generatiuum masculi. Et ex signis mulieris est, ut mulier
sit æqualis formæ, & corporis solidæ carnis non mollis, &
menstrua eius sint digesta, & spissa, & non cruda, & sub-
tilia, nec aquosa, nec adusta, nec debilia in se, sed respectu
spermatis uiri, & cuius os matricis uuluæ oppositum est,
& cuius digestio fortis est, cuius uenæ sunt apparentes &
manifestæ, & cuius sensus, & motus secundum quod opor
tet existunt, nec habet uentris solutionem, nec constri-
ctionem asiduam, & oculi eius sunt decliues ad fulcedi-
H nẽ absq; subalbedine, & est gaudẽs, & animæ lætæ. Et puel
lę uiripotentes in principio cum coeunt sunt uelocis im-
pręgnationis propter fortitudinem caliditatis earũ, & par
uitatem adipis nutricum ipsarum, et humiditatum earum.
Et illæ quibus uelociter eueniunt mẽstrua digniores sunt,
ut concipiant masculos, et spacium mundificationis est bre
ue, quia usq; ad xxxii.dies non usq; ad.xl.quibus uero econ
tra inueniuntur, ut plurimum sunt generantes fœminas.

De[...] cõc[...]

Signa uero sumpta ex concipiente, et prægnante tantũ
sunt: nam prægnans in masculo est bene colorata, et mun-
dioris faciei, ut Hippo.dixit. Et plurimæ leuitatis, & agili
tatis, et sanioris appetitus, et quietiorum accidentium, &
sentit grauedinem in latere dextro, unde Hipp.mares qui
dem in dextro: fœminę uero in sinistro generantur. et pro-
inde cum mouetut fœtus sentit motum in latere dextro: et
cum mãmilla incipit augmentari augmentatur dextra, &
alteratur papilla dextra in albedinem, uel in rubedinẽ, nõ
in

in nigredinem, uel fuscedinem, et ab ipsa currit lac prius,
et quod currit ex ea est crassum, uiscosum, non tenue, &
aquosum ita ꝙ distillatum super speculum, et expositum So
li remaneat sicut frustum grani uel margaritæ, et si traha-
tur gutta lactis ex dextra parte eius, et cadit in aqua descẽ
dit propter eandem causam, et fit pulsus dexter uehemen-
tior plenus & frequens. Et dixerunt quidam, quod cum
ipsa mouetur à statione sua, mouet prius pedem dextrum
& oculus eius dexter leuior est, motus etiam leuiores, et si
mouetur post menses tres, erit mas, fœmina post quatuor.
Quibus uero sunt contraria portant fœminas secundum
plurimũ. Et ex experimentis est, ut sumatur aristolochiæ,
aur.i. teratur & conficiatur cum melle, et supponatur cum
lana uiri de mane usq; ad meridiem in ieiunio, tunc si dul-
cescat saliua eius, est cõcipiens masculum, & si est amara,
tunc est fœmina, et si nullo modo alteretur non est præ-
gnans, et hoc indiget perscrutatione.

De signis gemellorum.

Et signum gemellorum est, ut consideretur prægnantis
uenter, et siquidem non inueniatur in eo ruga, neq; nodus,
tunc embryo erit unus. Si autem inueniantur rugæ, & no-
di, tunc numerus fœtuum erit secundum numerum ruga-
rum, et proprie cum in uno latere sentitur motus absq; al
tero, et econuerso. Et signa sanitatis fœtus sunt sanitas ma
tricis in toto & parte, et proprie in matrice, et bonitas ma
tricis, et quod mouetur fœtus debito modo et consueto.
Et signa ęgritudinis eius sunt econtra, et cum accidit flu-
xus uentris, uel menstrua superuenerint modo inconsueto
est imposibile fœtum esse sanum, ut Hipp.dixit. Et appa-
ritio lactis mammillæ in primo mense, et cum exprimitur,
et emulgetur, fœtum significat debilem, et temporum di-
uersitas seu mutatio indicat fœtus ægritudinem, quemad-
modum Hippo. in apho.iii. particulæ dixit.

Aph. 61.

De regimine prægnantis, et fœtus concipientis masculos, et gemellos. Cap.3.

Regimen prægnantis, et fœtus est duplex, generale
scilicet & speciale. Generale est tres res. Prima sa-
nitatem eorum conseruat, et completur administra-
tione sex rerum non naturalium debita, et est ut de
gat in aere temperato, et occupetur exercitio tpato, et mo
tu suaui, et delectabili. Et cibus eius sit panis mundus, et
carnes facilis digestionis, et boni nutrimenti quæ notæ
sunt, et uinum sit subtile, et odoriferum, et uetus, et nigrũ
mediocriter stypticum, et lymphatum aqua ferrea. Et in se
cunda mensa sumat passulas, citonia dulcia, et pira excitan
tia appetitum, et mala muza et granata. Et somnus eius, et
quies sit tpatus, et uigiliæ similiter, et asiduet lenificantia
suam naturam maxime si constringatur ualde, sint autem ex
lenificantibus cum æqualitate, sicut sunt fructus lubrici, et
herbæ quę ex ætate uegetantur, ut pruna damascena exicca
ta, cerasa, et similia, & tamarindi, & manna, et herbæ mol-
les: hyeme uero caricæ, repletionem temperatam cibi &
potus assuescat, et gaudiis tpatis et lenificantibus iniiciat.
Et aeribus alterantibus & aborsum prouocantibus, & hoc
commisione, & euitatione omnis rei permutãtis sanitatẽ
eorũ, & quę aborsum inducere possunt, quæ infra dicent.
Et usus medicinarum cõfortantiũ membra principalia, &
stomachi, & matricis, ex quibus sunt electaria, unctiones,
& emplastra quæ hic infra dicentur. Secunda res est, quæ
accidentia superuenientia impręgnationi corrigit, et emẽ
dat quæ ad aborsum perducere possunt. Ex quibus sunt do
lor uentris, difficultas urinæ, & abominatio, & distillatio,
& nausea, corruptio appetitus, dolor stomachi, & uomi-
tus, dolor capitis, & uertigo, & tenebrositas oculorum, &
pulsus, seu tremor cordis, inflatio pedum, mollificatio, a-
pertio menstruorum, de quibus omnibus superius dicta est
cura præter cursum menstruorum, & hæc regula in ea ob-
seruanda tacite subiungetur, et est ut cum leuioribus si pos
sibile est, & exterius applicandis procedamus in primis
maxime tribus mensibus, & ultimis. Inquit enim Hipp. prę
gnantes si purgare conuenit à quatuor usq; ad septem, mi-
nus uero has. Et in cursu menstruorum commendatum est
philonium persicum ualde, & expertum est, ut bibat uinũ
ponticum cum aqua aluminis nigrum, qm̃ prohibet uomi-
tum, & conseruat fœtum in matrice, & sedeat in aqua de

Cõtra cursum menstruorum prægnãtis

A coctionis gallarum, balaustiarum, corticum granatorum,
gallarum cypresi, myrtillorum, & huiusmodi tepida. Et
sumat mane uinum coc. de terra sigillata cum succo myrti
no, sub mammillis absq; scarificatione prius omnibus appo
nantur uentosæ, & ungantur uenter, & renes, cum hac un-
ctione. ℞. boli, masticis, sang.drac. terrę sigil. thuris, an.ʒ.
ii. sumach, berberis, nucum cypresi, hypocistidos, acatiæ,
an.ʒ.ii. colophoniæ, farinę siliginis, an.ʒ.i. confice cum suc
co plantaginis, & uirgæ pastoris. Ad uomitum expertus est
syrupus de acresta, acetositas citri. Ad mollificationem ex
perta est theriaca Andromachi cum uino decoctionis sal-
uiæ: hoc enim mollificationem, & obdormitationem tol-
lit membrorum, humiditatem matricis exiccat, & consu-
mit, & conseruat fœtum, ut ait Aboali.

Vnguentũ ad idem.

Ad pedum inflationes diminutio potus, & subtractio
iurium, & fomentatio salsa, uel maris, & emplastrum de
foliis caulium aflorum & commixtio eorundem. Electa-
rium expertum ad confortationem fœtus, & confortatio-
nem ipsius, matricis. ℞. doronici, zedoariæ, margarita-
B rum utriusq; coralli utriusq; been al. & ru. gallarum, spo-
dii, ascę odoriferæ, gal. muscatæ, cardamomi minoris, cin-
namomi pontici, ana.ʒ.i. boli armeni, terrę sigillatæ.ʒ.s.
syrupi ro. & succi uirgæ pastoris, quod sufficit. dosis.ʒ.s.
hoc enim rectificat dispositionem matricis earum, & sto-
machi, & intestinorum, & cordis, & cerebri. Et diambræ:
confectio facit ad illud subtractis musco, & spica, & cinna
momo, sit ponticum, & addat hopocistiden, & spodium, et
fructus rubi cum sumach perficit intentionem. Empla-
strum expertum ad confortationem stomachi ipsarum, &
retentionem uomitus, & fluxus uentris, est emplastrum no
strum de gallia intentionis caliditatis contra frigiditatem,
& si mundificatione indiget mundificetur cum geleniabin
cum aqua polypodii sicci. Inunctio bona confortans liga-
menta. ℞. olei myrtini.ʒ.iii. dissoluatur in eo thuris albi, &
mastici. ana.℈.i. & iungantur renes, uel ex oleo masti. cum
puluere terræ sigillatæ.

Ad inflationem pedum prægnantis.

Speciale regimen prægnantis est triplex, unum quod cõ
petit habenti masculum, aliud quod competit habenti ge-
C mellos, et aliud quod conuenit habenti debilem et infirmũ
Primum est duplex, unum est dispositiuum, aliud conserua
tiuum. Et dispositiuum est, quod disponit marem, & fœmi
nam ad masculi procreationem, et imprægnationem, & est
ut ambo calefiant cum cibis & potibus, & sumptione mi-
tridati, & cum suffumigationibus aromaticorum, pessarii s,
clysteribus, unctionibus, & proprie cũ aromatibus calidis,
& confortantibus matricẽ, & disponentibus conceptum,
& proprie cum musco, croco, xyloaloe, mundo & crudo,
atq; cãphora, & cum confortatione ueretri, & gallia musc.
& studeãt, ut utriusq; digestio sit perfecta, et deuitent om-
nia actu frigida ut poma, & potum aquæ, & ut dimittãt coi-
tum ad tẽpus non omnino, quia corrumpit sperma, ut dixi
mus. uiuant in gaudio decũbent in domo læta in qua sint
picturæ masculoℝ, & cogitent in masculis, & firment medi
tationẽ suã in masculis fortibus, & melioris formę, & pul-
chrioris figuræ & coeant. Conseruatiuũ uero est triplex.
Primũ ut habenti masculũ pdicta exhibita declinẽt ad cali
dum parum cum intermisione frigidorum. Secundũ ut ci
D bus & potus sit multæ qualitatis, et paucæ quãtitatis. Ter-
tium est, quod infra specificabimus in aborsu, si Christus
uoluerit, qui sit benedictus, & habenti gemellos similia cõ
petunt ex cibis. Ex his autem, quæ cum proprietate ope-
rantur, hoc est lutum creticum suspensum super prægnan-
tem, præseruat enim eas ab aborsu, & alleuiat partum.

Regimen pręgnantis.

Electarium ad uentositates quę fiunt pgnantibus, & so-
lutiones naturæ, & noiatur conseruãs secundũ Io. Serapio
nis. ℞. castorei, nucis musc. zedoariæ, doronici, omniũ, ana
ʒ.v. ameos, semi. apii, ana.ʒ.i. semi. hyosciami al. margari-
tarũ non perforatarũ, an.ʒ.s. zuc. duplũ omnium misceant
& sit potio.ʒ.i. cum uino. Aliud prægnantibus, & uento-
sitatibus matricis, et conseruant embryonem. ℞. zedoariæ,
doronici, an.ʒ.ii. margaritarum nõ perforatarum, bdellii,
coralli, charabe, & setæ coctę & crudæ, an.ʒ.ii. castorei.ʒ.
i.s. usneæ, spicæ, an.ʒ.s. cheil, croci, gar. an.ʒ.i. mellis, quã
tum necesse est. dosis sit.ʒ.i. cũ uino permixto, aut misceatur cum

Electariũ ad ventositates prægnãtium.

tur cum zuccharo, & detur. Inquit Aboa.ad prægnantes, et conseruationem fœtus theriaca cõseruat fœtum.ſ. Gal. et Andromachi:quæ diateſſerõ uero facit aborſum:hoc Serapionis filius dixit. Inuamenta ad poſtemata accidentia in pedibus prægnantiũ ſunt papyrus qñ infunditur cũ aceto,et ponitur ſuper ipſos,et oleum roſatum qñ miſceſ cum aceto,et concutitur et inungitur cum eo pes.Et ſal tritũ ẽt qñ aceto, et chimolea,et eſt marmor inuentum in luto uiridi cũ ponitur cum aceto,et linitur, et cinis, et ſal frixũ qñ teritur cum oleo, et linitur tritum in aqua caulis, et aloe, et faufel, et ſandalus rubeus qñ linitur cum aq ua ſolatri.

De partu naturali de quibus ſolummodo procedamus quantum ſpectat ad indaginem eorum, et pro ipſorum notitia cauſas conſeruatiuas, et nocumẽta ipſorum ſiqua eueniãr cognoſcamus, ut eis prouidentiã faciamus & curã. Cap.4.

PArtus naturalis eſt cum fœtus moueatur ad exitum, quia iam cõpletus in utero fuerit.Sicq; natura ceu in tẽtionis finem adepta uelit in manifeſtum ducere q̃ paranit, et proinde mater naturæ organum in hoc actu mouet ipſum deſiderans expellere nociuũ,et ipſius cã eſt coarctatio eius, et defectus ſanguinis,et aeris,ſibi ,pueriẽtis à matrice ad eius alimentũ, et ſpũs eius ad euẽtationẽ,quare recalcitrando mouetur quærens exire locum ſuæ coarctationis, ut quod ſibi deficit ſuppleatur poſt partum. Et tunc matrix ſuſcipiẽs nocumẽtũ eius, clauſa tã lõgo exiſtẽs tẽpore,mox aperitur,et cõprimit ad eius expulſionem mõ quodã mirabili. Vnde Gal.ait quid.n.utiq; naturæ exiſtit mirabilius q̃ menſibus quidẽ totis nouẽ clauſiſſe os matricis, et diligentiſſime, ut neq; acumen graphii. i. ſcripto rii ſuſcipiat, pfecto uero cõcepto diſtantiam hẽt tã magnã ut totũ aĩal exeat p illud ? illud tñ diuino pcepto procedit.

Signa. Habet autem indicia partus naturalis ex parte tpis, ex parte figuræ exitus fœtus,et exeũdi modis. Ex parte uero tpis ut tẽpus cõpletionis ipſius, ſit correſpondẽs tempori creationis eius,et motus,et ſu pius dictũ eſt.Et ſi accidat in uere,melius eſt, q̃a natura eſt fortior, et diſpoſitio mẽbrorum ad dilatationẽ aptior.Et ,pinde tps naturale partus duplex erit ut plurimum contingens. Primũ erit mẽſtũ nouẽ cõpletorũ,uel diminutoꝝ in ſeptimana una, ſicut in mulie re quædam uidimus ex experto,licet illud raro accidat.

G Aliud tps,et raro contingens.i.ſeptẽ menſium completoꝝ In octauo uero menſe rarius eſt, et cum eſt minus ſaluatur natus. In decimo uero rariſſime, licet ut plurimũ ſaluetur reſpectu illius quod eſt, quia natus in octauo, aut non eſt completus, quare moritur: aut ſi eſt completus, quia creatus in.xxv. die fuerit:et tunc cum petierit exitum in ſeptimo menſe ,et laborauerit,quia non exiuit, remanſit debilitatus:cum ergo in octauo menſe exit iterum debilitatur, quare moritur: niſi in locis meridionalibus aliàs ſeptentrionalibus in quibus ſunt mulieres uiragines ſecundum Ari. et Auer,in partibus ſuis Hiſpaniæ. Quod ſi pertranſeat octo, tardat exitum uſq; ad nouem, quia quieuit in octauo menſe, et reſumens uires egreditur confortatus uiuet. Similiter ſi natus in decimo menſe completus fuerit in nono,ſed tunc tractans exitum,et non potuit,ſi exeat in decimo, accidit, ſicut accidit nato in octauo, quod ſi complementum habuerit in octauo menſe, accidit ei ſicut nato in nono cuius complementum extitit in ſeptimo menſe licet parum accidat, ut tantum tardent, & uirturis debilitatem ſignificent. Ex parte aũt figurę partus eſt naturalis ſi egrediatur fœtus ſupra caput ſuum ſecundum rectitudinem oris matricis abſque inclinatione manibus eius extenſis ſuper coxas,& ecõtra eſt non naturalis, & quis ſic infra dicetur.Ex parte uero modi ut ſit uelox, facilis, quia abſque accidentibus fortibus,& tunc ut plurimum exit.

De ſignis naturalis partus. Signa naturalis partus ſunt, ut cum peruenit prægnans ad menſem ultimum ſecundum ſuam coniecturam & ſenſerit grauedinem ſub umbilico,et dolorem in dorſo et in inguine, & caliditatem in uentre, inflationem in ore matricis magnam & humectationem eius, tunc iam apparent ſigna partus propinqui: Cunque mollificatur eius cauda,& inflantur inguina eius,et implerio eorum ſit fortior, tunc

H partus erit ſtatim,et proprie ſi aquam emittat. Et ſigna facilis partus ſunt, ut ſentiat dolorem ante partum in anterioribus, & declinet ad pectinem,cum uero ad poſteriora declinat eſt debilis, & regimen eius eſt ut dimittat naturæ obſtetrix, & nihil agat, ſed confortet parientem cibis bonis donec pariat: deinde cibet eam cibis facilis digeſtionis boni nutrimenti, multæ qualitatis & paucæ quantitatis, & uinum odoriferum potet,& ſtudeat in mundificatione eius perfecta, quæ in maſculo primo tenditur uſque ad. xxx. in fœmina uero uſq; ad xl.dies. Imperfecta enim mundificatio eſt cauſa omnis prauæ diſpoſitionis quæ ei accidere poſſit,quæ multiplex eſt,ſed quæ in difficili partu plurimum accidere conſueuit,dicere differemus de cauſis ad cap. illud, ubi de omni praua diſpoſitione ipſarum intendimus latius dicere dante Deo.

De mala complexione matricis, & cura eius. Cap.5.

MAla complexio matricis, eſt ſimplex & compoſita & unaquęq;,aut eſt pura,aut impura,& cuiuſlibet quidem cauſa,aut per uicinitatem,& proprie eius

F curæ & cauſæ procatartica aliqua cauſarum quæ ſunt notæ, & cauſæ per communitatem eius ad hepar & renes calidos uel frigidos uel totum corpus. Cauſa uero impurę, & eſt plurimum, aut eſt propria & eſt humor coadunatus & collectus: aut a ſuperioribus miſſus, ut a toto corpore uel dictis membris.

Signa malę complexionis matricis quędam ſunt communia omni male complexioni eius: & ſunt defectio actionis proprie,ſcilicet conceptus & ſterilitas.Inquit.n.Hip. quę cunque frigidas & denſas habent matrices & calidas arden tes,uel ſiccas,uel humidas ualde,non concipiunt. Quędam uero ſunt propriæ,calidę, & ſunt inflatio percepta in partibus uuluę, & membris adiacentibus, & communicantibus illi, pruritus & punctio, & deſiderium coitus forte uelut priapiſmus,& fortis attractio ſpermatis, & ulcera matricis multitudo pilorum pectinis, & diſpoſitio menſtruorũ quia paucitas,quoniam ipſum conſumpſit aduſtio, & color ipſorum qui in pano in nocte ſuppoſito poteſt cognoſci, & proprie cum exiccari permittatur in umbra, nam col or apparet uehementis rubedinis & nigredinis, & citrinitatis, & odor eorum grauis,& acutus,& anticipatio temporis. Et tinctura aquę,& ſiccitas oris,& uelocitas pulſus,& regimẽ præcedens calidum. Et frigidę ſunt prędictis contraria & cõceptio difficilis. Et ſigna humidę ſunt tenuitas menſtruorũ, & cauſa ſuæ humiditatis eſt aborſus facilis, & ſiccæ ſunt illis contraria & difficilis partus.

Cura eius ex dictis in cura malæ complexionis renum & ueſicæ,& teſtium eſt manifeſta,& eſt tres res.Prima abſcindit cauſam ſi adſit.ſecunda alterat dyſcraſiã. tertia corrigit accidentia, ut debilitatẽ & doloꝛẽ eius de qua infra diceſ.

Confectio peſſarij ſecundum Raſ. ad calefaciendum matricem,& adiuuat ad imprægnandum.Rx.caſtorei, ſtyracis, chalbani, euphorbij, opopanaci, carpobalſami, granorum been,coſti,bdellij,ſpicæ,ana partes æquales,reſoluantur cũ uino,& fiat peſſarium noctibus pluribus, et ſumatur in potu omni die diamarte : deinde ſuffumigetur cum eis,et approximetur ſocio.

Peſſarium ad calefaciendum matricem.

De ægritudinibus matricis ex quibus eſt oppilatio. Cap. 6.

OPpilatio matricis, aut eſt in collo, aut in concauo eius:quæ uero eſt in collo,aut in orificio eius eſt ex teriore occurrẽte uuluæ, aut in meatu aut in orificio interiori concurrente matricis concauo : quoniam os matricis intrinſecum dictum eſt : aut eſt in orificijs uenarũ menſtrualium.Quæ uero eſt in concauo eius,aut eſt in meatu uaſorum ſpermatis,aut in orificijs cotylidonum.Etiam eius,quæ eſt in orificio exteriori,aut eſt ſoliditas panniculi qualis eſt in uirginibus:aut res carnoſa ibi,uelut uirga naturaliter concreata,aut apoſtema durum ibidem præter naturam eueniẽs,aut incarnatio ulceris, hæmorrhoides inflatæ morum clauiuerrucæ,et quælibet eſt carnoſa.

Cauſa eius quæ in meatu contingit ut plurimum eſt carnoſa. Cauſa uero eius quæ eſt in orificio interiori,quod os matricis dictum eſt, ſimiliter eſt carnoſa uel pinguoſa præter

ter naturam craſsis, et cauſa eius quę eſt in orificio uenarum menſtrualium ut plurimum eſt coarctatoria, & raro eſt attenuatoria, rarius carnoſa, et cauſa eius q̃ eſt in meatu uaſorum et orificiis cotyledonum ſimiliter exiſtit.

Signa quædam ſunt cõia, quædam propria. Cõia ſunt: nam quælibet ipſarum ſi fortis eſt,ſit cauſa ſteritatis:ſi uero debilis, cauſa erit difficilis imprægnationis & partus. Cum enim panniculus ille naturalis procreatus non ſit ſolidus,licet non ruptus,ſed foramina habeat plura,per quæ matrix poſsit de ſpermate etiam proiicere extra ipſam & in faciem eius,uel in exteriori loco calido temperato, puta balneo, in quo ſua caliditas conſeruetur ſuo officio occurrente,trahetur aliquid deſiderio ſui cum ſit parum, conceptio fiet,et tamẽ cum difficultate,ut Philoſophus ponit, licet ſupra in cap.de ſpermate à Gal.aliter ſit dictum. Sed ſigna propria diſtinctiua ſpecierum, et cauſarum ipſarum ſunt. nam quæ eſt in orificio exteriori eſt manifeſta, quia ſubiacet ſenſui:et eſt prohibens uel impediens coitum. Ea uero quæ eſt in meatu et orificio interiori eſt occulta, & cognoſcitur per ſteritatẽ. Aliis uero cauſis exiſtentibus eis quæ infra dicere debet. Sed inter eas diſtinguit poſitio uel intromiſsio digiti obſtetricis. Cum enĩ non inueniat duritiem coarctantem meatum, oppilatio erit in orificio interiori: ſi uero inueniat ibidem, oppilatio erit in meatu exteriori, et ſi ſine dolore eſt, carnoſa: ſi uero cum dolore erit apoſtemoſa et eſtate prolongatur, hyeme abbreuiatẽ, et fortaſſe erit utrobiq; :ea uero quæ in meatu eſt cum carnoſa exiſtit,ſimiliter digiti impoſitio illud oſtendit ,et dolor perceptus in coitu.Signa uero eius quæ in orificiis uenarum menſtrualium ſunt retentio,et priuatio menſtruorũ cum ſignis dominii humoris craſsi et uiſcoſi, ſed ſiquidem ſit in concauo et in meatu uaſorũ ſpermatis, ſunt matricis præfocatio, niſi aliud contradicat, et eius quæ eſt in orificiis cotyledonum eſt poſt imprægnationem aborſus uel ex deficiente fœtui ſanguinis alimento, licet illud quandoq; ex totius corporis communitate contingat,quia ſiccum et tenue ſit prout Hippo.dixit in aphor.

De cura oppilationis matricis.

Cura eius quæ eſt interiori orificiis poſsibilis eſt,et facilis. Et ſiquidem ſit carnoſa,cura duæ res. Prima eſt abſciſsio carnis additę. ſecunda eſt regnationis prohibitio.

Prima completur dupliciter, ſcilicet cum corporis diſpoſitione & modo. Et eſt ut ſedeat coram lumine cum pauco ſubſtentaculo ad poſteriora,& eleuatis coxis crura faciat adhærere eis,et brachia ligentur fortiter ſuper eis, & in curuatura ſuorum poplitum : deinde cum ſciſsione auferantur, et ſit illud aut cum ligatura ſtricta donec putrefiat et cadat ut non accidat fluxus ſanguinis, ut dictum eſt in hæmorrhoidibus : aut cum corroſiuis pharmaciis, aut cum inſtrumento ferreo acuto taliter, ut de addita non remaneat aliquid, nec aliquid de radicali tangatur. Deinde regatur cum ſtypticis exiccantibus medicinis. Et quando que in accidentibus medicinis, quæ notæ ſunt: & quandoque cum corroſiuis.

Si uero fuerit panniculoſa,cura erit etiam duæ res.Prima eſt apertio.ſecũda apertionis cõſeruatio.Prima cõpletur cum ſciſſura primo modo. Secunda cõpletur dupliciter: primo modo cum interpoſitione pilæ ex lana infuſa in oleo & uino,ſecundo cum conſolidatione labiorum ſciſſurarum. fit autem cum ſtipticis cicatrizantibus medicinis quæ notæ ſunt qua ſequatur concubitus frequens.

Sed ſiquidem ſit interioris meatus et carnoſa, cura eſt quatuor res. Prima eſt extractio cauſæ ſi poſsibile eſt cum uncinis. Secunda eſt abſciſio eius cum inſtrumento, ſed fiat cum cautela, ut paulatim incidatur non ſubito, et in multa quantitate, ne frangatur ueſica, uel aliquid de matrice, et incurrat ſpaſmum et cuzez. Tertia erit ut inciſio tegatur in principio cum lana infuſa in uino pontico adhærenti inciſioni:ſecundo cum unguentis lenitiuis conſolidãtibus ulcera uentris et ſuppoſitis cum naſtali. ſint actu omnia calida, et à frigore præſeruentur. Quarta eſt accidentium correctio,ut eſt dolor qui oportet ut ſedetur cũ medicinis mollificãtibus dictis ſupra in tenesmo,et fluxu ſanguinis,cuius regimen ſuperius habuiſti. Eius uero quæ in orificio interiori exiſtit cũ carnoſa fuerit cura eſt impoſſi

bilis: ſed eius quæ eſt in orificiis uenarum menſtrualium, et uaſorum ſpermatis, et cotyledonum ſi coarctatoria ſit, cura eſt impoſsibilis:fiat autem cum incidentibus,et ſtipticis pharmacis : prout in cura retentionis menſtruorum dicemus. Quod ſi fuerit carnoſa eſt etiam impoſsibilis. Si uero attenuatoria fuerit hæc,ut i ipſa accidit in cõſumptis curabitur rehumectatione uniuerſali totius cum regimine humectatiuo,et particulari partium ipſorum cum balneis, et ſeſsionibus in eis, et unctionibus, et humectantium rerum quæ notæ ſunt. Et ex appropriatis ſunt medullæ laudabiles poſitæ et carnobite,et myrrha lenit duritiem coarctantem,et oleum de lilio,et uinum et bdellium eſt conueniens.Si uero apoſtemoſa fuerit quęcunq; ſit inuabitur cũ mollificantibus,et reſoluentibus temperatis in modum enchatiſmatis approximatis cum iniectionibus unguentorũ, peſſariis ex eiſdem inſũctis reliquas particulares operationes chirurgico dimittendo. Et in cura hæmorrhoidarum mori,et aliorum,cura ipſorum in uirga et ano ſuperius dicta eſt nota. Et ex appropriatis ſimplicibus in apertione

B oppilationum matricis eſt uchuen, et bdellium utrunq;, ſpodium aperit os matricis, mundificat eam et prouocat menſtrua,oleum maioranæ calefaciẽdo,et ſubtiliando cõfert coarctationi oris matricis perducentis ad præfocationem et oleum narciſsi aperit coarctationem et confert doloribus eius,et oleum abrotani,ſemen urticæ cum uino bibitum aperit os matricis,et gallia : et medicamina compoſita ſunt quæ ex his componuntur.

De ſuſpenſione matricis, et aſcenſu eius, et declinatione ipſius,et de deſcenſu,ſeu præcipitatione. Cap.7.

MAtrix mouetur de proprio loco,et quãdoq; ſubleuatur et ſuſpẽditur : et quãdoq; declinat ad alterũ laterum dextrum ſcilicet uel ſiniſtrum.Et qñq; deſcendit & præcipitatur adeo,ut quandoque extra egrediatur et quandoq; utriſq; motibus ſimul mouetur.

Cauſa. Cauſa autem eſt duplex,una pter naturã, et alia naturalis. Præter naturã cauſa eſt ipſius motus diſtincti,et plurimum ſecundũ Gal. eſt ſpaſmoſa contractio concatenationum ipſius propter repletionem uenarũ ipſius orificiis uenarum abſtractis:cum.n.concatenationes ſuperiores repleantur apoſæ uel non apoſæ,et eis contractis ſubleuatur matrix,ſuſpendit quãdoq; cauſa illius eſt uentoſitas ſubleuans

C cum uero lateralis declinabit ad alteram partem cuius cõcatenatio eſt contracta,reliqua extenſa, ſeu mollificata.Et quãdoq; cauſa in ea ſunt humores craſsi et uiſcoſi collecti in ea.Sed ſi cõcatenationes utraſq; nõ ſpaſmari,ſed et mollificari cõtingat,et extendi, neceſse eſt deſcendere ipſam. Cauſa autem mollificationis eſt accidens,et eſt humiditas uiſcoſa, mucilaginoſa, aggregata in eis. Et quandoq; eſt primitiua, ut frigiditas ſubintrans ex aere frigido balneo frigido,et ſeſsione ſuper lapidem frigidum.Cauſa uero extenſionis earum primitiua, ut caſus et percuſsio, curſus fortis,ut tuſsis, et uociferatio, aut ſternutatio uehemens, aut terrefactio ex ſtrepitu non inquantum retrahit,ſed inquantum tractum calorem et ſpiritum ſubito extinguit & infrigidat: et ſic paralyticum facit aut difficultas partus & grauitas, aut magnitudo uirilis uirgæ : aut labor obſtetricis in extrahẽdo fœtum et ſecundinam, aut exitus eius ſubito; aut putrefactio concatenationum et ligamentorum. Cauſa naturalis eſt cauſa utriuſq; motus ipſius, & ſimultanei cum ſucceſsione modo ſupra, quod lateraliter, modo

D infra, & eſt ut exiſtimo quam Gale.aſſeruit affirmans Platonem cum inquit, uentriculi qui in uulua dicuntur cum ſint quaſi animati concupiſcunt filios procreare ſi diu permanſerint quod fructum non afferant, anguſtiantur, & nequeunt uno loco manere : per corpus enim moti uias ſpiritus oppilant : anhelitum etiam corrumpunt: quare diuerſa & magna accidentia in mulieribus ſunt.

Signa. Signa quidem,& accidentia, quæ ſubleuatione eius cõtingunt,ſunt dolor, & grauedo ſuper umbilicũ, & ſenſus rei rotundæ:uel ſicut manus apprehẽdens ibidem, anhelitus corruptus, timor & triſtitiæ abhominatio, faſtidium, dolor capitis, uertigo,ſcotomia,& diſcreta mulier ſentit illam, & eructuatio ſi cum uentoſitate fuerit. Declinationem eius,& accidentia comitantur.ſ.dolor,grauedo,alte-

ratio

ratio laterum , remotio oris matricis ab oppoſitione re-
cta per quam in ipſam immittitur ſperma , quare cōceptio
impeditur,et obſtetrices cognoſcunt per tactum cum digi
tis partem declinationis, et cognoſcunt, an ſit repletione
apoſtemante,aut per duritiem in conſtrictione inuentam:
et quandoq; accidit præfocatiua , et proprie cum declinat
ad ſiniſtrum, et hydrops , et mola proprie et cum declinet
ad dextrum. Deſcenſum uero eius comitantur accidentia,
et dolor renum,et laterum,et inguinum tenſiuus, et in pe-
ctine grauatiuus, ſpaſmus,et tremor, et ſenſus rei rotundæ
in pectine , in egeſtione urinæ difficultas ex eo quod ma-
trix deſcendens comprimit meatus fæcis et urinæ, quę erit
alba in colore, et ſpiſſa in ſubſtantia , liuens ſuperius cum
reſolutionibus crinoidalibus flaui coloris, et nigri, multę
adhærentiæ reſidentis in fundo,et apud uuluam ſentit rem
deſcendentem leuis tactus propter eius connexionem , &
cum egreditur magis,et eſt manifeſta.Et ſiquidem in cauſa
ſit res præter naturam, puta repletio uenarum cum obſtru-
ctione orificiorum ipſorum indicat eam retentio mēſtruo
rum . Si uero ſit cauſa mollificans , antecedens regimen &
exitus mucilaginis appoſitione collyrii , et humiditatis
multiplicatio in natura cum aliis circunſtantiis conſimili
bus: et ſi uentoſitas , eſt ibi ſonitus et rugitus . Si uero ſit
primitiua eſt manifeſta.Si uero cauſa fuerit naturalis indi-
cat eam conſuetus conceptus nec priuatus cum ſanitate
fortitudine et hilaritate corporis, et bonitate regiminis.

De cura.

Cura eius quæ pręter naturam eſt ex repletione eſt quin
que res.Prima eſt euo.ſecunda eſt ipſius matricis reductio
tertia eſt ipſius reductę conſeruatio.quarta conueniens re
gimen . quinta correctio accidentium : et ſimiliter quæ à
mollificatione procedit.Euacuatio uero eſt duplex,una re
pletionis uenarum,alia humoris craſsi et uiſcoſi,earum ori
ficia obſtruentis uel mollificantis concatenationes,et liga

De phlebotomia.

menta . Primam rem complent phlebotomia ſaphenæ
in aſcendente , et in declinante ex oppoſito pede,et in de-
ſcendente ex baſilica . Secundam rem complent phar-
maca propria præmiſſa præparatione, educētia à toto cor-
pore ſi cacochymia ſit in eo influens illi , et cōtraria parte
mota eius,et fomentationes,ſeſsiones,unctiones,et naſta-
lia appropriata in educendo illos ex matricis partibus,
quæ infra in cura retentionis menſtruorum dicentur . Se
cundum eſt retractio eius ad oppoſitum,et reductio ad me
dium loci,et qualitatem: completur autem in ſubleuata e-
ius tractio cum ſternutatione ex obteranico retinente an-
helitus , et uentoſis in ambobus inguinibus , et pectine et
coxis applicatis,et doloroſis ligaturis in cruribus, et pedi-
bus,et in declinatione ad alterum cum earum oppoſitione
in oppoſitis tantum : et ſimiliter ligatura et cubitus ſuper
oppoſitam partem,et in deſcendendo cum appoſitione ea
rum ſupra dorſum , et renes ſupra umbilicum et latera , &
ligaturis manuum, et cum applicatione odorabilium, uel
fœtidorum circa nares,os,et uuluam: delectatur enim ma
trix quaſi animata exiſtens doloribus, triſtatur fœtoribus,
ut currat ad illos,fugiat uero fœtidos , non quia mentem ,
et intellectum habeat, ut animal , ſed à ſui proprietate qua
dotauit ipſam natura: et proinde in ſubleuata fœtida nari-
bus et ori applicentur , odorabilia uuluę , ex quibus pro-
prie eſt gallia ſufumigata:hoc enim deſcendere facit matri
cem præfocatam,et declinantem ad alterum latus . Simi
liter econtra in deſcenſu eius reductionem adiuuabit ob-
ſtetrix poſt balneum uentrem manibus ſecernendo , et cū
intromiſsione digitorum in uulua inunctorum adipe gal-
linæ uel anatis,et ad proprium locum ſubleuando , et coæ
quando , et ad rectitudinem reducendo cum appoſitione
uentoſæ magnæ in medio ſuminis in umbilico,et in medio
dorſi . Tertia eſt conſeruatio ipſius iam reductæ , quod
in remiſsione accidentium , et relatione obſtetricis co-
gnoſcere poteris, et illud cum quiete,et decubito ſupino,
et ſtipticis applicatis intus et extra cum embrocis ex ui-
no ſtiptico decoctionibus,unctionibus, et ēplaſtris,et per
omnem modum approximatis : ex quibus ſunt propria ex
parte ſimplicia, et compoſita, quæ infra dicentur . Simpli
cia ſunt myrtus,acatia, cortices granatorum , & roſæ, ſchi
nanthus,et herba quæ oritur ſuper lapides cum ſunt in a-
E qua,et faciunt lubricare pedes , et lentes, et breuiter om-
nia ſtiptica odorifera.Quarta res eſt regimen conueniens
et eſt ut regatur in aere temperato declinante ad frigidū .
Hippo.inquit motus à caliditate eſt,econtra frigidum,pa-
ralyticum faciens . uitet omnem motum animæ et corpo-
ris,et omnes ſuperiores nominatos,repletionem ciborum
proprie uiſcoſorum, craſſorum,frigidorum, uentoſorum ,
et ſalſorum:utatur uero bonis et ſtipticis, et potus ſit frigi
dæ aquæ,et ſtipticæ craſſæ,et aluminoſæ diuerſorum:et ina
niatur clyſteribus uel uomitibus , ut ſuperius dictum eſt ,
utatur quiete , et ſomno . Quinta res et ultima eſt acciden
tium correctio :et ex medicinis accidentia prædicta corri-
gentibus, quædam eſt communis, et illa eſt balneum ex a-
qua dulci decoctionis anodinorum mollificantium : quæ-
dam ſunt proprie quæ eſt dictis et dicendis in propriis capi
tulis colligere poteſt prudens .

Si uero cauſa fuerit naturalis,cura erit altera duarum re
rum,uel conceptionis et generationis procuratio,ſi poſsi-
bile eſt: uel cum uiro ſi honeſta, uel cum alio ſi inhoneſta :
F uel libidinis extinctio,ſi uidua ſit,uel uirgo, uel uirum ab-
ſentem habeat,et hanc complent ſperma exiccantia quę di
cta ſunt in cura gonorrhœæ, pollutionis, et coitus exube-
rationis. Aboa.dixit in deſcendente reſupinetur mulier,et
aperiat quod eſt inter crura ſua, et aſſume lanam ex leni-
bus uelleribus,et madefacta adhęrere fac matrici. Deinde
accipe lanam aliam, et infunde eam in acatiæ ſucco, aut in
uino in quo diſſolutum ſit aliquid ſtipticum,et pone ſuper
os matricis,et redit cum facilitate ad interiora:deinde ac-
cipe aliam lanam,et eam cum aceto pone ſuper uuluam,et
præcipe mulieri , ut iacet ſuper latus uel dorſum , et adu-
net crura ſua,et ſeruet lanam, ut eſt temperata in ea ne ca-
dat.Et pone uentoſas ſuper radicem ſuminis eius, et ſuper
dorſum,et fac eam odorare odores bonos ualde.

In declinante detur in potu oleum de cherua,et ſimilia
educentia phlegmaticos chymos,et uentoſas: et enchatiſ-
ma cū decoctione ſpicæ confert lubricitati matricis.Abo.
etiam dixit folia urticæ recentia reddunt matricem exeun
tem loco emplaſtri contrita et ſuperpoſita et bouinum ſter
G cus ſuffumigatum. Gale. dixit cum mater egreditur , am-
moniacum diſtemperatum cum ſucco abſinthii , et inde
inungatur uenter cum penna: poſtea accipe caſtoreum,ru
tam,artemiſiam,æqualiter in uino coquantur cum conſum
ptione duarum partium et tertiam da in potu. Et in ſum-
ma conuenit cura eius cum cura mollificationis et exitus
ani: & dixit ſi mater lateraliter moueatur, ut tortionem &
rugitum ſentiat quod indicat uentoſitatem interclusam ,
apium,fœnugræcum, et ruta, in uino dabitur , uel coctum
cum melle, uel doronigi , et ſchinanthum , et ariſtolochia
rotunda . Item accipe agaricum,aſpalthum , ſemen plan
taginis,et ſatureiæ, & pulueriza cum uino cocto . Item
ariſtolochia , & proprie cocta cum oxymelle ſtiptica uen
toſitati matricis eſt propria , et ſtomachi atque ſplenis .
Item intromitte in balneum, & poſt ipſum fac emplaſtrum
de ſucco rapiſtri,et farina hordei, et appone uentri et vul
uę. Item ad exitum matricis cauſa uirilis uirgæ ſternuta
tionis uel alterius cauſæ primitiuæ , line pannum lini cum
pice : uel aliquo oleo pulegino uel muſtellino , & impri-
me vuluæ , et liga, quouſq; mater per ſe reſideat, et calida
H facta ſit . Si uero frigiditatem receperit balneetur in a-
qua decoctionis foliorum lauri, pulegii , abrotani , & enu
læ , et artemiſiæ : deinde ſuffumigetur cum muſco , ambra,
et gallia . In aſcendente balneetur cum aqua cicutæ, quo-
niam ſubleuat et ſedat dolorem , et ſuffumigetur cum ca-
pillis,uel ſcarpis,uel aſa, et inungatur uenter cū oleo ſam
bucino , uel de enula,uel nardino anethino, de lilio, et ru-

ſyrupus digeſtiuus.

taceo . Syrupus ad digeſtionem humorum phlegmatico-
rum , et mollificantium ligamenta matricis , aut ſi deſcen-
dat et obſtruantur orificia uenarum , quare retinentur &
contrahuntur,et fiunt cauſa ſuſpenſionis et declinationis.
Recipe artemiſiæ,radicum ireos, enulæ, radicis lilii , cha-
mædryos,chamæpityos,thymi,iringorum, roriſmarini ra-
dicum ireos , & bugloſſæ , radicum capil. ueне. adiantos,
ana.M.i. aniſi, maratri, epithimi, florum utriuſq; ſtœcha-
dos,petroſelini,ſeminum aſparagi, ſpicæ celticæ,ſchinan-
thi.

chi,liquiritiæ mundæ , ana unc.i.zuechari, lib.iii. uini mali
granati , lib.s.fiat ſyrupus de quo utatur mane & ſero cum
aqua pluuiali . Digeſta materia purgetur cum his pilulis.
Recipe theodoricon anacardinum benedictæ,ana.℥.i.s.aga
ri.℈.i.eſulæ.℈.ii.fiant pilulæ.

Et poſt tertium intret balneum iſtarum herbarum.℞.ar-
temiſiæ,radicis ireos,lilii,althęæ,bugloſſæ,ana.M.i.omnia
bulliāt in aqua, & fiat balneum per duos dies. Et tertia die
poſt balneum phlebotometur de baſilica , quibus expeditis
fiat hæc ſuffumigatio prædicta, & erit efficax ſi Chriſtus uo
luerit.Et cum matrix ad proprium locum redierit appona-
tur hoc emplaſtrū ſuper ſumen & renes. ℞.maſticis, thuris
albi,opopanaci,terebinthinæ,galbani, ſerapini,reſinæ,ſto-
racis liquidæ,colophoniæ,ana.℥.i.ceræ rubeæ,drach.iii.fiat
cerotum.

De præfocatione matricis , & medicinis eius. Cap. 8.

PRæfocatio matricis,ſiue ſuffocatio,ſiue anhelitus abla
tio dicatur,in præſenti capitulo oſtendere eſt intētio:
paſsionem enim matricis ſignificāt quandā quæ à ſuis
accidentibus ſortita eſt nomen cōmixtis ex ſpaſmo, & ſyn-
copi:quare Aboa. eam dixit modū eſſe quendam epilepſiæ
& ſyncopis,& ex ſenſus & motus ablatione atq; anhelitus:
quare Gal.eam ſuffocationem dixit . Cauſa uero ipſarū eſt
paſsio.ſ.cordis,cerebri,& aliorum principaliū non propria
tamen,ſed ex colligantia ad matricem principaliter patien
tē mediatione uelaminis & uenarum pulſatiliū,& quietarū
ex menſtrui uel ſpermatis diuturna retentione, quare ma-
tricis ſuffocatio dicta eſt. Et modus eſt,cū enim mēſtrua re
5.aph.58. tinentur matricē neceſſe eſt pati multipliciter prius Hipp.
dicente in apho. Menſtruis pluribus uenientibus & non ue
nientibus à natura accidunt ægritudines: tales autē conſtat
omnis generis eſſe malæ complexionis & repletionis re-
ceptaculorū & uenarum ipſius,extenſionis & ſolutionis cō
tinui.Malæ complexionis frigidæ pluris cū materia frigida
ſit & multa,& quandoq; calidæ ſi putrefiat : augmentum ēt
ſi ex nutrimento calido ſit infrigidato,& ſequitur niſi ex eo
accidat putrefactio:quēadmodum enim putrefactio ex cali
ditate , ita ex putrefactione caliditas accidit , ait princeps
Aboa. necnon & quandoq; apoſtematum eius natura non
potente materiam extra ducere propter obſtructionē mea-
tuum:quare ſpargitur in ſubſtantiam matricis & apoſtema-
tis cooperante dolore prouocante alia mēſtrua ſuper ipſa,
necnon & materiam aptam trahi ſiqua in corpore fuit : aut
quia ægritudinibus propria proueniunt accidentia,& pro-
pter colligantiam ad principalia inſurgunt alia totum cor-
pus uexantia . Proinde ex repletione prædictorū matricis
motus præter naturam prædictis accidit cum ſuis propriis
accidentibus ſuperius diſtinctis. Extenſiones uero eius do
lores fortes adeo ut mulierem torquere faciant undiq; &
caput genibus implicari,ut reſolutionis ſyncopis prouenit
malitia frigidę complexionis obſtructione meatuum,& po
rorum ipſius,quare materia coarctatur,& coarctata infrigi
dabitur,& putrefiet, & fumum emittet propter ſui malitiā
uenenoſam naturæ mulieris , & calori eius innato à ſpecie
tota contrarium, & cum non habeat ſpiracula quibus extra
corpus poſsit excludi, eſt neceſſe ſurſum aſcendere ad ſto-
machum, & cum peruenerit ibi nauſeam gignit uomitum,
& omnem eius actum perturbat,& diaphragma infrigidādo
prohibet eius motum, quare anhelitum corrumpit uel tol-
lit aſcenſum , licet aliquis ſit neceſſarius quandiu uiua exi-
ſtat. Et maxime quia ulterius aſcendendo ad cor calorem
naturalē in eo tanquam in ſuo principio ſic debilitat extin-
guendo,quòd magna ſenſibili euentatione non eget,ſicque
igitur neceſsitate diminuta, & organo impedito anhelitus
adeo ſenſu priuatus exiſtit quòd ablatus totaliter uidetur:
ad cuius indagationem lanam ſubtilem carminatam bene
inter nares,& os talibus antiqui mandauerunt apponi: uel
ciphum plenum aqua ſupra ſtomachi orificium . Exiſtente
enim anhelitu quantumlibet diminuto ea mouentur:& eis
non commotis priuato anhelitu mortua iudicatur proprie
cum ex tali fumo cor ſic etiā conſtringatur, ut neque ſpiri-
tum per arterias emittat,quare pulſus ibi aufertur,neq; ca
lorem & ſanguinem per uenas, quare corpus infrigidatur,
A & pallidus color apparet uiuido occultato mortali.Et etiā
ſyncopis accidit ulterius aſcendendo petit , & cerebrum
attingendo ſpaſmum gignit,& eius contractione in ſe,quia
cōtrahitur uniuerſaliter prius.Et deinde ſuperoccupato ce
rebro ſenſus & motus auferetur in toto : quibus ablatis ſe-
cundum actum & habitum concluditur uera mors.Quæ ac
cidentia ex retentione ſpermatis magis ac fortiora & terrē
da euenire neceſſe eſt.Res tamen quanto purior eſt, & ma-
gis naturæ conformis maioris eſt iuuamenti quandiu cum
natura conſiſtit,ſcilicet quòd naturale, & peioris cōuerſio-
nis atq; malitiæ cum in contrarium ſuæ naturæ uertatur ma
gis circa naturæ uigorem perdēdo. Et proinde licet ex ſan
guine ſperma ſit generatum , quia eſt ex eo per alterationē
depuratum , & coagulationem propinquū per naturam ad
conſeruationem ſpeciei ſolicite reſeruatur menſtruum ex
eo,ut ſuperfluum ſequeſtratur cum in contrariū ſuæ naturę
uertatur deterioris conuerſionis, quia per congelationem
uel putrefactionē malitiam ueneni acquirat: maxime ſi ex
mala materia fuerit,& peioris impreſsionis, quia acciden-
B tiū terrendorū, quàm ſanguis cū deſierit eſſe ſanguis,quod
clare patet in lacte : quod cum ex ſanguine generetur ſic
maioris erit iuuamenti quàm ſanguis cū in propria natura
exiſtat propter eandem aſsignatam cauſarum, & cum in cō
trarium naturæ uertatur , ut congelationem uel corruptio-
nem in ſtomacho ſit peioris conuerſionis quàm in naturam
ueneni,& maioris impreſsionis atq; malitiæ,quàm ſanguis
ſi à ſua natura propria permutetur,prout ſupra in ſtomacho
eſt monſtratum. Quamobrem arbitramur Serapionem exi
ſtimaſſe ex ſolo ſpermate debere cauſari : quod quidem ar-
guit,quia uiduatis menſtruatis etiam accidit: & coniugatis
etiam illis retentis non contingit, quaſi uoluerit dicere ex
menſtruorum retentione non contingat : quandiu ex ſper-
matis retentione nec ita praua. Quapropter eius euentus
licet ſit rarius,plurimum tamē accidit in ſanguineis mulie-
ribus uiripotentibus & adoleſcentibus & ſpermate abun-
dantibus libidinoſiſque coire conſuetis non uiduatis, & cō
ſeruantibus caſtitatem,& quibus menſtrua retinētur & au-
tumni tempore.Verum quandoq; accidunt huic ęgritudini
C periodi ſicut in epilepſia,cum appropinquat periodus acci
dit debilitas conſilii , & pigritatio cogitationis , debilitas
crurū, & citrinitas faciei,diſpnia,pulſus cordis,& dolor ca
pitis,& quandoq; ſitis . Cum ergo firmatur accidit ſubeth,
uel permixtio rationis:deſtructio ſenſuum & deſtructio uo
cis,& ſpaſmus cū rubedine maxillarum,ſyncopis & ſtridor
dentium.Et cum appropinquat hora reſolutionis eius inci
pit apparere humiditas quædam ad partē receptricis , quæ
ad tactum ſentitur & redeunt ſenſus earum & intellectus:
& quòd ex matrice ſit cum retentione mēſtrui uel ſperma-
tis ſignum eſt,quod eſt quia accidit in muliere ſana boni re
giminis uidua cuius menſtrua non defecerunt.

De ſignis prefocationis matricis.

Sed ſigna eius quæ eſt ex menſtruis ſunt , quia præceſsit
retentio menſtruorum quam indicat quandoque genera-
tio lactis in mammillis Hippoc.dicente in apho. Si mulier
quæ neq; prægnans eſt neq; generauit, lac habet,eius men-
ſtrua defecerunt, grauedo corporis , debilitas ſenſuum , &
alia ſigna retentionis ipſorum quæ capitulo ſuo dicentur.
Et ſunt diuerſa ſecundum diuerſitatem humoris uincentis
D in ſanguine quem dolor menſtruorum oſtendit . Cum er-
go in eo uincit melancholicus accidit melancholia & ma-
nia,& loquetur ſola propter cerebri communitatem & ſyn
copis fortis propter communitatem cordis , & deſtructio
anhelitus propter communitatem amborum et diaphrag-
matis . Quod ſi phlegmaticus erit grauiora et quietiora
habebit accidentia , et ſi cholericus erit acutus et incolu-
mis. Signa eius quæ eſt ex ſpermate ſunt, nam incipit cum
nocumento anhelitus et magnificatur timor cum omiſsio-
ne coitus conſueti menſtruis non retentis. Et accidit mul-
toties quòd cum obſtetrix tangit matricem eius ſpaſmo-
ſam accidit commotio , et deſiderium qualiter deſcendit
ſperma groſſum, et ſanatur , et quandoque deſcendit illud
ex contactu ſuiipſius et inuenit requiem . Sed nunquid ac-
cidat ſeruantibus caſtitatem præfocatio ſicut mulieribus,
quæ cum non accidat uidetur arguere quòd non ex ſper-
mate,ſed ex menſtruis accidat ſolum.cuius contrarium Se-

rapio.dixit.cui Gal.respondit,quod uiris in retētione spermatis longa accidentia accidunt multa praua, quæ supra c. de illo quem dimissio coitus lædit habuisti, non tamen sic frequenter eo ꝙ laboribus resoluitur, & non congregatur nec tam grauia molesta,& terrenda,cū non sit ex tam mala materia in uiris sicut fœminis.Est enim in eis ex generatione sanguinis menstrui quod melancholicum est & superfluum nisi sit coarctatum in profundo corporis,sicut in muliere:quare similiter principalia non læduntur quod declarāt,quia mulier in tali passione mortem frequenter incurrit,masculus uero nunquam.Et qualiter non accidit in prægnantibus in quibus menstrua diutius retinētur. quod quidē contingit,quia licet in eis menstrua retinētur,ex puriori tamen eorū parte embryo nutritur & augmētatur, & qđ superfluit ex eis utiliter à natura partui reseruatur,sicq; ne putrefiat uel congeletur studiose interclusum in secundinę panniculo,conseruatur,ex quo matrix nō patitur,& fumus ēt ad superiora principalia non ascendit,nisi grandis sit causa,& illud est raro.Præterea cur sensu ablato spasmus congit,cum dicat Philosophus ꝙ sensus, & motus adæquātur: & etiam Gal.ꝙ sentire pati est,quod est minus: moueri uero agere,quod est maius? Item si ablato sensu motus remanere non debeat , quomodo ablato sensu & motu spasmus qui est motus,sequetur?Quibus dicendū quod spasmus motus est præter naturam:nec etiā inconueniēs est sensum , & motū naturalē amitti actualiter, & eum qui præter naturā est accidere,dicente Hip.in aph.Si inebriatus quis fuerit, & repente sine uoce fiat spasmo innato moritur. Et siquidē sensu & motu naturali omisso præter naturā motus qui spasmus est accidat,multo magis solo sensu ablato talis motus præter naturam contingere poterit.Et quod dicit Gal.ueritatem habet in sensu,& motu naturali, uel ubi per eundē sunt neruum.Præterea si similis est epilepsiæ,spasmo,& syncopi,apoplexiæ,& lithargiæ,eo ꝙ omnibus in supradictis accidentibus conuenit in quo à singulis differt. Differētia uero est duplex inter eam & prædictas : una est specialis, alia generalis.Generalis est nanque, quia licet in ea sint accidentia prædictarum:sunt tamen in ea non singularia & distincta,sed omnia confusa & mixta . Specialis est,quia epilepsia fit absq; menstruorum retentione & in coeuntibus magis,& os spermatis in ea quæ difficilis est,& ex cerebro nec narrat quæ acta sunt epileptica cū euadit a paroxismo, sicut facit prefocata,nisi præfocatio maxima sit,& immoderata,nec sentit aliquid eleuari sursum usque ad os stomachi & deponi , necnon & in aliis quæ dicta sunt accidentibus epilepsiæ.Præterea in epilepsia sensus & motus integre est ablatus:in hac uero non integre. Præterea inter ipsam , & lithargiam distinguit febris continua quæ lithargiam cōcomitatur,& pulsus undosus plenus,& principium doloris in capite,in præfocatione diuersus. Sed inter eam, & spasmū distinguitur secundum Gal.quod est quia spasmus ex repletione accidit & inanitione paulatim:præfocatio subito, & ex repletione sola .

5.aph.6.

De cura

Cura huius passionis est tres res.Prima matricis ægritudinem tollit quæ ipsius est causa.Secunda ordinat regimē. Tertia corrigit accidentia , quæ licet tertia sit in numero : propter errorem tamen aliquorum , & pericula patientis fiet prior in ordine.Prima consistit in duobus simpliciter , scilicet in causæ abscisione,& in morbi siquis factus sit curatione.Causæ uero abscisio completur cum prouocatione sanguinis menstruorum uel spermatis præter naturam retenti . Inquit enim Aboa. Cumq; uentris constrictio qui fluere solebat aliquam ægritudinem possidere fecerit , ipsius euacuationis reuersio secundum plurimum ipsam medicantibus:dixit secundum plurimū ut quandiu retentioni proportionata fuerit,nā si superflua potest esse mortis causa,sicut alibi posuit cum dixit.Cum retentio solutionis conturbat , eius solutio facit acquirere tranquillitatem, & est mortalis:hoc autem per eius abūdantiam,& excessus , etiā si febris sit eradicata prout dixit in alio quodam loco : quæ uero minor sit non ilico medicabitur. Fiat autem talis prouocatio cum his quæ euacuando trahunt sanguinem à matrice,ut est phlebotomia saphenę,& proprie quę est sub poplite,& in pinguibus cum uentosis super loco saphenæ scarificatione præcedente,uel cum sanguisugis propter occultationem uenæ:deinde cum purgatione humiditatis uiscosæ,quæ oppilando uenas retentionis est causa. Et cum hiera picra,& hiera colocynthidis,& ruffina.Et pilulis de thapsia , & fœtidis , præparatione præcedente cum oximelle scillitico proprie,& aqua diureticorum calidorum, & proprie rubeæ tinctorum,nigellæ,quinque radicum,enulæ , & similium , quibus secundum omnem modum utendum ex simplicibus & compositis in uia medicinæ & cibi, & seminibus ex aperitiuis & diureticis, ut est fœnugræcum , anethum,semē lini,& sampsucus,& abrotanum,sisymbrium, sauina,ruta,urtica, & alia quæ subtiliando sanguinem , reddunt ipsum acutum,& aperiunt. Et cum balneis thermarū propriis,& collyriis, & prouocantibus menstrua , quæ statim dicentur in suo capitu.& proprie ex cordumeni,pipere,& euphorbio , quod est forte faciens descendere menstrua statim,& cum suffumigiis ex cypero , styrace liquida , spica,& nigella,& cum commotione oris matricis & partium eius appositis digitis obstetricis inunctis cum axūgia gallinæ,& oleo de lilio,uel de been,nardino,uel anethino ipsa enim conferunt siue retentio sit mēstruorum,siue spermatis:faciunt enim declinare matricem præfocatam ad inferiora,& redire ad æqualitatem,& parant mēstrua ad prouocationem.Et cum exhibitione in potu castorei, & myrrhę cum aqua mellis,& sagenea,diacimino,& sagapenum, cum aqua cicerum,aut faseolorum rubeorum, & castoreo, & nigella cum rob.tinctorum in oximelle scillitico puluerizata sunt ultima , aut acetum scilliticum, & oximel eius , & opopanaci.℈.i.Et Almansor. cum ex eo sumitur in potu est in eo sanitas . Et ex his quæ trahere habent sanguinem ad matricem est appositio uentosarum super renes : deinde super coxas & inguina,genua,& crura, & clauiculas pedum , & frictio ipsorum & ligatura cum institis dolorosa per horam dimisio . Calefactio cum fomentis feruentibus , & cum clysteribus acutis, unctionibus, & emplastris ex rebus rubificantibus notis quæ sanguinem subtilient atque trahant,& omnibus aliis prouocantibus menstrua quæ in suo loco dicentur . Si uero retentum fuerit sperma, tunc oportet ut impetu tribuatur,& usque ad illam horam utatur exercitio & exiccatiuis spermatis , ut est agnus castus,ruta,calamentum,sicla,semen almarii , & diaciminum cum diureticis,ut est decoctio de radicibus.Et oportet , ut intromittat obstetrix manum inunctam,ut prædictum est, ut faciat commotionem delectabilem,ita quòd cum cōmotione accidat dolor:ipsa enim fortasse expellet fœtidum & saluabitur: & similiter cum supponuntur res mordicatiuæ commotionem facientes,sicut sal gemma cum oleo laurino: & sicut zingib.& piper , cordumenum , sunt mirabiles in hoc.Et caue in hac dispositione phlebotomiam, quoniā infrigidat,immo admisceas ea,quæ excitant caliditatem,& sunt mulieres quę ingeniantur coire cum eis cum instrumēto in modum uirgæ uirilis ex qua delectantur et confert . Morbi uero curatio facti ex retentione illorum, ut est mala complexio frigida et huius curatio ex dictis et dicendis est manifesta. Secunda res quæ est regiminis ordinatio est ut abstineat ab omnibus multiplicantibus sperma , sicut est uinum,licet syncopis illud peteret,et carnes,et utatur exiccantibus sperma quæ supra in cura pollutionis dicta sunt. Tertia res scilicet correctio accidentiū quæ uerenda sunt, ut est syncopis,alteratio sensus et motus atq; anhelitus,dolor fortis ex spasmo et huiusmodi præmittenda est: fiat autem cum expergefacientibus . primo puta fumigatione ex fœtidis approximatis naribus et ori,quales sunt petiæ cōbustæ,pili,et pennæ combustæ,et cornu,asa fœtida , castoreum,ruta,harmel,et hmōi ophtalnicha,et uigilantia et cō similia,et cū ligaturis in extremis,frictionibus,compressionibus dolorosis contractu capillorum,et aurium, et nariū, et clamoribus,et uocationibus,et aliis quæ dicta sunt in cura lithargiæ,apoplexiæ,et epilepsiæ,et syncopis:et fac eam sternutare,tenendo os et nares,ut Hip.dicit in apho.Et applica uentosas anchis,inguinibus,et coxis et fomenta cum rubificantibus , et emplastra cum eis et euphorbio inguina:et suppone collyria prædicta ex acutis et odoriferis, ut est gallia,folium caryophyl.et cyperum, et laurum , et clysteria

steria educētia uentositatē ex aniso,fœniculo,aristolochia, spica,& similibus donec redeat : ꝙ si in prædictis sensus & motus redeāt nec anhelitus,tunc necessarium est, ut fundatur oleū feruens super caput eius . Sit autē aliquid ex aromatibus confortantibus cerebrū, & calefacientibus ualde, quale est nardinum de balsamo,& de been,aut cauterizetur sinciput eius si non est excusatio inde . Et quandoq; euadit cū phlebotomia & redit:cum ergo redierit anhelitus tunc curabis syncopim cum his,quæ cor & cerebrū confortant, & confert ad huiusmodi,& alia accidentia . Et ex simplicibus est sagapenum,caryophyl.& ex cōpositis confectio nominata cōfectio iuuamenti,& est mirabilis sagenea,mithridatum,medicamen de musco,& theriaca.Et si times ex mithridato,& diamusco de commotione spermatis,confortatio tamen naturæ & cordis ex eis implendo illud,& resistēdo illi est maioris iuuamenti,& cum aliis supra in cap.enarratis intus & extra,& per omnem modū administratis,quæ habēt cerebrum,cor,& totum corpus recōfortare. Deinde oportet redire ad prædicta: ex administratione enim prædictorum cessant ægritudines alia accidentia leuiora nisi sit solutio continui uel apostema. Cū ergo accidit illud oportet,ut curetur cura solutionis apostematis cum his quæ cōueniunt eius prefocationi qualiter est in apostemate. Recipe pinguedinis anatis,& gallinæ, ana.ʒ.iii.ceræ bonæ,cro. myrrhæ,amomi,masticis,ana.ʒ.i.olei balsami,olei lilii cœlestis,ana.ʒ.iii.terantur sicca,& liquefiant humida, & administrentur in pessario . Aliud iuuatiuum & expertum.℞. styracis.℥.iii.thuris,piperis,ana.℥.i.&.s.cerę albę.ʒ.vii.pinguedinis anatis,& anseris,ana.℥.iiii.pinguedinis gallinę.℥. iiii.olei balsami,olei lilii albi,& lilii cœlestis, & olei de spica,ana secundum quantitatem necessitatis.Si autem uis ut sit fortius tunc adde in eo.ʒ.iii.cordumeni semi.urticæ,aure.iii.misceantur & administrentur.

Pessarii.

Oleū ad dolorē & prefocationē matricis.

Oleum quod lenit & calefacit & conuenit ad dolorem matricis,& præfocationem.℞.helca.libach , olei masticis, & spicæ,olei laurini , ana.℥.v.olei lilii cœlestis , & anethi, ana lib.i.sedenegi,& bdellii,& pyretri, ana.℥.iiii.meliloti, casiæ fist.& nigellæ , & calamenti campestris, aut fluuialis, ana.℥.i.terantur medicinæ siccæ sicut puluis, & liquefac alchec cum oleis,& misceātur omnia & ungatur cū eis quod est sub umbilico & pectine,anchæ,& pedes.Inquit filius Serap. Si eueniet ægritudo scilicet hæc mulieri quæ est prægnans, tunc nō oportet ut administretur phlebotomia, aut uentris solutio,immo contenti sumus unctione cum oleo, excepto ex oleis calefacientibus & resoluentibus, sicut est oleum de lilio,& de been,& quæ sunt similia. Et aduertendum quòd dixit,si euenerit, quasi dicat , quòd raro accidit propter causam superius assignatam.

Item inquit,& ad ultimum dico sermonem abscindentē, quia oportet,ut curentur mulieres quibus accidit hęc ægritudo,& non sunt prægnantes secundū quantitatē cōplexionis earum,& humiditatem corporis earum & siccitatē earum:nā illam ex eis quarū corpus est leue, album, humidū, curamus cum medicinis debilibus.Et ex illis quæ sunt secūdū contrarium illius donec sit earum corpus siccum,neruosum,curantur cū medicinis fortibus : & secundū hunc modum,curantur uetulæ , & illæ quæ sentiunt inflationem ex uentositatibus inflatiuis cum his quæ resoluunt uentositates,& illis quæ sentiunt grauedinem dantur ea quæ incidūt & subtiliant,& illæ quæ sentiunt acuitatem curantur cū his in quibus est uirtus extinctiua. Suppositorium Aboa.educens sanguinem menstruum. ℞.styracis liquidæ.℥.iii. piperis,thuris,ana.℥.i. adipis anatis.℥.iiii. se. urticæ.℥.iiii.fiat ex eis licinium,& supponatur.

Supposito.educēs sanguinē menstruū.

De speciebus solutionis continui matricis ex quibus sunt ulcera,corrosiones, & putrefactiones,rhagadiæ,& fistulæ. Cap. 9.

VLcera matricis , quædam sunt simplicia , & munda: quædam composita & cum putredine , & quandoq; sunt corrosiua,& quandoq; cum apostemate,& quādoque cum profundatione , & quandoq; non profundæ, & quandoque perueniunt ad fistulam : & quædam sunt in collo,& quædam in eius concauo . Et causa ulceris, quædam est interior,& quædam exterior.Interior est cursus humorum acutorum , qui si paulatim congregati sunt in ea , erit propria,si subito cōfluant ex toto, aut aliquo membro, erit ex communitate,aut dubelati ulceratum, aut plaga ulcerata,& est propria.Exterior est casus uel percussio,aut difficilis partus,aut uulnus instrumenti incidentis , aut ex medicamine acuto superposito , aut crassities uirgæ deuirginantis,& illud est non profundum, sed in collo eius tātum, & similia.Et causa putredinis est, quod est, quia ulcera sunt profunda quæ non euacuantur ab humiditatibus plurimis egredientibus ad profundum eius in quo retinentur,& nō mondificātur. Et ex eis est quandoq; corruptio embryonis multiplicantis putredinem. Corrosionis ipsorum causa est acuitas,& adustio humiditatis & putredinis eorum, quare corrodit uelut cancer . Et causa fistulationis ipsorum est prolongatio ipsorum,quia cum propriis non recipiunt curam,quare prolongantur cum putredine multa corrosiua, & concauantur.

Causæ.

De signis ulcerum matricis.

Signa ulcerum eius sunt exitus puris & saniei, & sanguinis corrupti & uirulenti,& humoris diuersi coloris & odoris,& nocumentum ex medicinis mollificantibus , & iuuamentum ex medicinis mundificantibus & stipticitantibus.

Et signa putredinis eorum & sordiciei , & tabiditatis est multitudo humiditatum corruptarum fœtentium, & est sicut aqua carnis.Et si est cum corrosione illud quod egreditur est nigrum cum ardore uehementi,& pulsatione,& circunfluitione pilorum, ut dixit Hippo.in aph. Et differētia inter corrosionem & cancrum est, quoniam cum corrosione nō est grauitas,nec durities,& sequetur eam quies in horis quibusdam , & proprie post exitū eius quod egreditur, & non est plurima longitudo corporis in curatione.Cācer uero est assidui doloris si in principio fit.Si uero in processu erit cū punctione sensus,& est cum pulsatione longi spacii. Et signum mundificationis ulcerum præcedens sanitatē est, quia quod egreditur est ad crassitiem & albedinem decliue,& leue absq; dolore uehemēti, fœtore seu ardore, seu mordicatione.Et quæ non sunt profunda sunt sensui manifesta:profunda uero sunt occulta sensui.Et cū sunt cū apostemate sunt cum prędictis signis apostematis ex quibus est horripilatio & fe. Cūq; ulcera matricis sua putredine , & corrosione pertranseunt carnē,& profundantur,ita ꝙ uicinū aliquod ex membris ulceretur & corrumpatur os pectinis & collum matricis putrefiet adeo ꝙ quādoq; perueniat ad radendum pilos pectinis , & incidit usq; ad partes ani & lacertorum eius.Quędam sunt in parte manifesta,& quædā in parte occulta , & declinantia ad latera eius sunt similia. Et rhagadiæ matricis sunt ex genere solutionis ad modum scissurarum contingentium ex siccitate eius, quare non possunt recipere debitum apud coitum,uel apud partum extēsionem absq; scissura. Et quandoq; causa abscindens est magnitudo apostematis,quare apparent rhagadiæ, & proprie cum tangitur,& quandoq; crassantur ualde,quandoq; fiunt sicut uerrucæ,& incrassāt locus. Et si sunt in collo eius, aut in cōcauo eius intus sensus cū obstetricis digitis cognoscetur.Et si gratia fistularum sunt antecessio ulcerū quæ non sanantur cū curationibus propriis,& prolongatur spatiū eorum cū putredine multa,& cursu uirus & doloris attrahentia:deinde dolores illi fiunt sicut dolores cancri, & cognoscitur locus eius ubi peruenietur cū eo:& scitur status eius ut sit cū carne adhuc,aut pertranseat usq; ad os per id quod sentit extremitas radii de lenitate & mollitie , asperitate, duritie . Et rhagadiarum signa sunt dolor apud coitum , & exitus uirgæ sanguinolentæ:& possibile est,ut perueniatur ad considerationem ipsarum per positionem speculi sub muliere et apertione uuluæ super ipsum.

De cura ulcerum.

Cura ulcerum simplicium et purorum est consolidatio: tamen difficilis.Inquit Gale. Incisio uuluæ difficulter consoliditatur: ipsorū uero compositorum cum putredine sordicie:et si cum corrosione fuerit uel apostemate , mundificatio,consolidatio, accidentium correctio , et conueniens regimen. Mundificationem complent aquæ mellis,uel passularum iniectio cum instrumento , uel aquæ decoctio cum iride,et hordeo uel cū aliquo ex mundificantibus unguentis,habentibus mundificare sorditiem et putredinem : uel habentibus mundificare corrosionem et rectificare ipsam,

Vnguē. ad vlcera matricis.

aut cum ſanatiuis apoſtematū,ut dicturi ſumus. Cum ergo mundificata fuerint ulcera curentur cū conſolidatiuis, ex quibus ſunt unguenta,pulueres,& ſimilia.Et ex unguentis, quædā ſunt quæ conferunt in principio rei,cum nondum naſcitur caro.Recipe lithargyrii,ceruſſæ,ſarcocollæ,ana partes æquales fiat ex eis cerotum cū oleo ro.Et ſi fuerint in illis ſordes miſceatur cū eis parum mellis.Cum autē caro incipit naſci æſtimatione debita curetur cum hoc unguento. Recipe tutiæ ablutæ partes.ii.cadmiæ argenti, ceruſſæ,ſarcocollæ omnium, ana partē.i.fiat ex eis cerotum cum oleo roſ.& cera,& miniſtrentur cum tenta,aut ex eis fiat puluis. Et ſiquidē ſit profunda,& in collo eius,ſicut in deuirginata à craſsitie uirilis membri:oportet ut fortes dolores qui adſunt mitigentur ſedendo in uino decoctionis ſtipticorū,& adminiſtrentur cerota lenientia conſolidationem prohibētia,alienetur concubitus:deinde redeāt ad ipſum paulatim, & in tempore medio regatur cum cerotis prædictis, & admiſceatur cum eis terra ſigillata,& ſimilia. Correctio accidentium eſt,ut ſiquidem ardor adſit, ulcera curentur cū his quæ ardorem mitigant & calorem,ſi mitigātia ſint,ſicut mucilago pſyllii,ſemen citoniorum, & aqua iuiubarum, & ſebeſten,& aqua hordei. Si uero conſolidantia ſint,ſicut ſuccus ſolatri,arnogloſſæ, oleum roſa.albarum, albumen oui, lac,ſuccus portulacæ, tragacanthi, & demus ad bibendum catarticum de iuiub.ſemen papa.& myrthæ,& dolores fortes mitigētur ſeſsionibus in aquis, & uinis ex ſtipticis, & anodinis,ut eſt fœnugræcum,balauſtia,lentes, & ſimilia.

De regimine.

Regimen conueniens eſt, ut tempore mundificationis utatur ptiſana hordeacea,aqua cicerum, hœdorum, gallinarum,& lacte aquoſo. Tempore autem cōſolidationis generantibus ſanguinem craſſum & uiſcoſum, ut ſunt extrema animalium,milium,riſum,panicum,& ſumat lac,& ſimilia craſſa,& ſtiptica omnia.

Illa occulta fiſtula,quę ex eis eſt in occulto,& profundo, non curatur,& proprie ſi uenitur ad ueſicā:reliqua uero ab ea curantur etiam ſi difficiles ſint,& peruenerint ad abradēdum pilos,& perforauerit os foramine paruo. Et ſi quidē curatur,cura duplex eſt, uera & poſsibilis. Vera cura per abſciſsionē & perforationem fit,quę periculoſa eſt propter neruoſitatem membri:timetur enim ex eo ſpaſmus, permixtio rationis,& permixtio uocis & mors, quia nō eſt poſsibilis niſi in ea quę eſt in manifeſto,& cuius carnem mortuā oportet incidere. Cura uero poſsibilis eſt,ut mundificetur corpus, & matrix exſiccetur & confortetur. Inquit enim Hippo.in aphor.Si matrix in uertebro poſita fecerit ſaniē, neceſſe eſt cōmotum fieri: & hoc quia uera cura eſt impoſſibilis iuxta mandatum eius in alio apho.Quibuſcunque cācri abſconditi fiunt: & ex eis quæ cōferunt ualde, eſt cauda equina ſecundum omnem modum adminiſtrata.

5. aph. 47.

Rhagadiarum uero matricis cura intrinſecarum eſt duæ res: mitigatio accidentium, & conſolidatio rhagadiarum. Completur autē cum ſuppoſitoriis penetrantibus, & diſtillationibus iniectis,ex aquis ſtipticis permixtis cum unguētis rectificantibus, ſicut unguentum factum ex cadmia, & plumbo aduſto, & unguētis rhagadiarum ani. Accidentiū correctio eſt,ut ſi cum curatione ſentiat mordicationē,miſceatur cum eis, ſicut unguentum baſilicon cum adipibus, & proprie ſi indiget maturatione.Et ſi quidem cum rhagadiis fuerit craſsities quam ſignificat longitudo ſpatii, & paruitas receptionis curationis, adminiſtretur unguentum de chartis cum oleo ro.ſi uero non tolerat illud, ponatur cum eo oleum de lilio,& gluten halimbat.Cum autem hæc quieuerint,curentur cura rhagadiarū purarum,& proprie quando ulcerantur,& quandoq; indigetur eis quę ſunt ſicut cortex æris,aut tragacanthum optime tritum,aut galliæ,aut illis aggregatis.Intrinſecus uero ſufficient puluis tutiæ cum uitellis ouorum,& unguentum de ceruſſa, & ſimilia. Clyſtere.℞.aquæ paſſularum lib.i.diſſoluantur in ea mellis roſ. ℥.iii.& coletur, & adde olei amygdalarum amararum.℥.i. Iſaac inquit.Si uenæ ſint ut corroſæ:demus ſanguinem dra. myrthā, thus,bolum ar.de quibus omnibus fiat clyſtere:uel cum licinio apponantur puluerizata intincta in aqua arnogloſſæ,uel acatiæ. Licinium ualens ad pruritum uuluæ, & priapiſmum mulieris,& purgat putredinem,corroſionem,

E &ſaniem. Recipe crocum,camphoram, lithargyrium,baccarum lauri,albumen ouorum,oleum ro.fiat naſtale uel clyſtere. Et ſanguis dra.cum ſucco plantaginis iniectus ualet. Dioſco.dixit farina fœnugræci cum ſanguine anſeris ualet ad duritiem matricis. Valet etiam lac ficuum cum uitellis ouorum fiat inde naſtale.

De apoſtematibus matricis humoralibus. Cap. 10.

APoſtemata accidunt matrici ſicut in prædictis membris ſecundum duplicem modum per uiam congeſtionis & fluxionis.Et cauſa earum ſufficiens eſt duplex,interior, & eſt ipſius diſpoſitio,ut debilitas,& retentio menſtruorum in ipſa materiam aggregās.Et exterior duplex imprimēs.ut caſus percuſsio,& multitudo coitus,& proprie habentis uirgam craſſam: aut diruptio facta ab obſtetrice cum recipit fœtum, aut inciſio cum inſtrumēto prouocans rheuma,& faciens ipſum in regiones eius intermedias & uacuas ſubintrare, & coadiuuās eſt frigiditas aeris prohibens reſolui materiam. Cauſa uero materialis & ex qua,eſt antecedens repletio uniuerſalis totius, ut humores F quatuor uentoſitas, aquoſitas, & uiſcoſitas, penes quos ſpecificantur, & ab inuicē differunt curatione & particulis ipſius matricis. Materia propria eſt ex ſanguine mēſtruo non ex ſpermate, licet ad illam immittatur & aggregetur in uaſis ſeminariis eius: ſed in concauum immittitur, aggregatum quoque in uaſis ipſius propriis non in eorum ſubſtantia penetrat,ſed in concauo continetur:ſanguine uero menſtruo in uenis eius exiſtente diffuſo ex quibus poſsibile eſt ſubintrare refudās uacuas regiones ipſius, ut faciat apoſtema. Cauſa uero materialis ſubiectiua eſt ipſa matrix ſuſcipiens ſecundum aliquam ſui partium:quandoque enim fiunt in ore eius:quandoq; concauitate:quandoq; in altero laterum ante & retro: & deterius eſt quod per plures eius occupatur partes. Cauſa finalis eſt, ut materia expellatur, & ſi non extra, ſaltem ad ipſam deriuetur: & deinde extra ducatur prout poſsibile eſt, quare qn̄q; reſoluitur:qn̄q; ſaniatur & dubelatur; & qn̄q; conuertitur per reſolutionem partis ſubtilis ad duritiem. Et cum aducitur ad cancrum,& quandoq; ad fiſtulam,& quandoq; interficit.

G Signa quædam ſunt cōmunia omni ſpeciei, quædā cuilibet propria.Ex cōibus quædā ſumuntur à natura membri.ſ. matricis patientis: quædam ab aliis membris communicantibus ipſi.Ex natura membri,ut eſt dolor,grauedo in utero craſsities,& coarctatio,ita ut non ſit exitus uentoſitatis, & inflatio pectinis,& almirach. Quæ uero ab aliis per cōmunitatē ſumūtur,ſunt ut dolor,ſtomachi ſubuerſio,nauſea ſingultus,& defectio operationum eius,dolor capitis & ceruicis propter cerebri communitatem, & proprie in ſincipite radicibus oculorum & colli,eius extēſio in dorſo toto corpore,& uſq; ad extrema,mollificatio crurum, & manuum, debilitas pulſus,& ſimilia totū corpus uexātia. Propria uero animali cuilibet ſpeciei ſunt:nam cum apoſtema fuerit calidum,dolor erit acutus cum pulſatione, horripilatio & febris inflāmata,& ſiccitas,& linguæ nigredo. Cū uero eſt frigidū ſigna erunt cōtraria, & ſiquidem ſit aquoſum uel uētoſum alia habet propria ſigna quæ infra dicentur capitulo de curſu & mola. Et ſiquidem apoſtema ſit in aliqua ſui parte,dolor indicat partes illius, nam ſi eſt in parte poſtrema, H dolor erit in dorſo,& retinetur ſtercus propter coarctationē inteſtini recti.Et ſi in parte anteriori, dolor erit in illis, & ſequitur diſtillatio urinæ uel difficultas, quoniam ueſica uel collum eius coarctatur ex apoſtemate, quando apoſtemantur latera matricis,extenduntur, & dolent inguina, & grauantur coxæ,& dolet uertebrum partis apoſtemati lateris:ſed cum apoſtematur concauitas dolor eſt in umbilico, & quando apoſtematur os eius:tunc partes anteriores dolent,& illæ quæ ſunt ſtrictæ, & quando tangitur cū digitis obſtetricis,inuenitur durū & clauſum. Cumq; minorantur accidētia,& dolor deletur,reſoluetur apoſtema. Cum autē tumor remanet durus & grauedo, tunc conuertitur in duritiem ſine dolore,& ſi eſt magnum comprehenditur tactu. Cum uero augeatur feb. & dolor ſignificat conuerſionem in ſaniem:& cum minoratur,dubelatur.Cum uero accidentia fortificantur prædicta, & accidit ſudor frigidus, ablatio uocis, ſyncopis, & inflatio almirach, ſignificant augmentum

tum apoſtematis,& interficit: & cum euadit prolongatur: & cum rodere incipit,in cancrum conuertitur, & proprie cum apoſtema durum non eſt æqualis figuræ a quo procedunt ſicut uarices: & mali coloris decliuis ad rubedinem fuſcitati commixtus & plumbeitatem ſi ſubiacet ſenſui: ꝙ ſi non,ſignificat ipſam grauitas, & ſeſsio placida, & dolor, & communicant pecten, renes, & dorſum,& inguina. Et cum ulceretur currit humiditas acuta uirulenta, decliuis ad uiriditatem: & quandoq; ſanguis purus propter corroſionem uenæ.

De cura apoſtematis matricis.

Cura apoſtematis matricis eſt tres res: euacuatio, accidentium mitigatio, regiminis rectificatio. Euacuatio duplex eſt,uniuerſalis, & particularis. Vniuerſalis eſt totius corporis uel membri mittentis,quia ſit repletum.Completur autem cum præmiſsione phlebotomiæ de baſilica, ut fluēs materia per antipariſtaſim educatur. deinde cū conſecutione phlebotomiæ de uena ſaphena uſq; ad defectionē, ſicut iuſsit Hippo. ut quæ fluxa eſt expellatur: & prouocatio menſtruorū maxime ſi præceſsit eorum retentio eſt cōueniens, & fortaſsis eam totaliter reſoluit. Vel quia ſit cacochymum. Completur autē cum pharmacia uomitiua appropriatum humorem educente, ac præmiſsione debiti digeſtiui quod eſt notum, uel ſeceſsiua, ſicut ex lenibus quæ non inquietent naturā,diſſoluant, & prouocent ad curſum ſuper apoſtematum locum quemadmodum ſupra in cura ſtomachi diximus. Euacuatio autem particularis conſiſtit particularibus operationibus exercendis circa apoſtematum locum quas diuerſitas temporum morbi uariat, & diſponit,atq; diſtinguit.Si ergo apoſtema ſit calidum,in principio eius operaberis cum adminiſtratione repercutientiū materiam, qualia ſunt ex ſimplicibus ro. lentes excorticatæ,cortices granatorum,balauſtiarum,cimæ uitis,arnogloſſæ,ſolatrum,endiuia,& uirga paſtoris,ſuccus portulacæ, & pſyllium quod extinguit inflammationem,ſemperuiua, raſura cucurbitæ,farina hordei,& ſimilia:ſit autem eorum miniſtratio cum ſeſsione in aquis dulcibus decoctionis ipſarum,& embrocatis,& empithimatis,emplaſtratis,clyſterizatis,inunctis,& ſuppoſitis.Et emplaſtrum de papauere diſſolutum in decoctione cum oleo omphacino uel roſ.aut de pomis in hac hora conueniens eſt. Cum uero peruenit ad augmentum,admiſcebis prædictis quæ mollificant & reſoluunt,ſicut fœnugræcum,althęam,melilotum, chamæmillā, anethum,crocum,maluam, puluerem molēdini, & ſimilia, & in ſtatu augebis quæ reſoluunt:in declinatione uero miniſtrētur quæ reſoluunt tantum,ut eſt aqua ſiſimbrii,ſampſuci,laurus,polypodium, & ſimilia: & laudanum ſuppoſitū reſoluit ipſum, & proprie ea quæ conueniunt apoſtematibus frigidis,ſicut ammoniacum,bdellium,ſtyrax,chalbanū, & cera,& medullæ omnes,& pinguedines omnes, & olea quę reſoluunt,& proprie oleum de enula,quòd ſi apoſtema non reſoluatur & perueniat ad aggregationem ſaniei, miniſtrabis maturantia quæ dicta ſunt, quibus admiſcebis quæ ſunt fortioris caliditatis quam ipſa.Cum ergo prolongabitur maturatio ſaniei cōfert in uelocitate maturationis eius emplaſtrum de fœnugræco, farina hordei decocta cū aqua ficuum mixta cum eo aliquo de fimo columbino, & fermento ad aperiendum ipſum,uel emplaſtrum de hyſſopo, adipe anatis,& anſeris,& uaccæ, & medullæ cerui,& butyro, & ſimilibus:& ex eis peſſariū factum continuo adminiſtretur.Cum autem dubelatum fuerit propinquorum ori matricis poſsibilis erit ſectio ſecundum debitum modum. Si uero in interiori parte eius fuerit,oportet ꝙ eruptio ex ipſomet fiat,uel ex arte cū naſturtio, uel ſucco ſcabioſæ ſumpto & iniecto:in his quæ ſupra in hepate dicta ſunt. Cum uero apertum fuerit,tunc plurimum egredietur pus eius ex uulua,quare oportet ut mundificantia miniſtrētur, qualia ſunt quæ dicta ſunt in præcedenti cap.iniecta.Et unguentum baſilicon minus cum oleo ro.clyſterizatum eſt conueniens et cum butyro uaccino recenti, & proprie cum ſpiſſa eſt,& ſi ſubtilis fuerit fœdi odoris clyſterizabis cum his in quibus eſt ſtipticitatis plus. Et quandoque egreditur per ueſicam, quare oportet ut adminiſtres potum lactis, & pſyllium, ſemen melonis cum ſyrupo ro.quoniam prohibent ulcerationem ueſicæ.Et quandoq; rumpit ex inteſtinis, quare opor-

A tet ut clyſterizetur cum aqua hordei,balauſtiis decoctis in ea,& oleo roſ.& zuccharo roſ. deinde curatur perfecta mūdificatione cum medicamine incarnatiuo iniecto per clyſtere, & dentur in potu trochiſci de charabe, & ponat unguentum incarnatiuum,cuius uirtus profundetur ſuper locum in quo ſit dolor,ꝙ ſi fiſtuletur, curetur prout ſupra dictum eſt.Si uero frigidum fuerit,& phlegmaticum curetur cum reſolutiuis exiccantibus & ſtipticis quæ in cura apoſtematum aliorum membrorum numerauimus. Si uero in duritiem conuertatur, euacuatione melancholiæ naturalis & phlegmatis craſsi curabitur:deinde cū localibus ex mollificantibus reſoluentibus notis ſupra in cura ſplenis & renum.Et cum in cancrum mutatur,non curatur, ut Hipp.dixit in apho. & proprie ſi fuerit ulceratum, ſed commotum oportet tantum fieri cum mundificantibus uirulentiā & putredinem corroſiuam & ſoluentibus choleram nigram per conuenientia exhibitis interualla.Accidentium uero mitigatio completur cum his quæ dolorē & ardorem mitigant, ex quibus ſunt ſeſsiones in aquis,& iniectiones,naſtalia,& B embrochæ,& emplaſtra ex anodinis, quorum quædam ſunt calida,quædam frigida quibus uti oportet ſecundum neceſſitatem.Calida ſunt,ut fœnugræcum, ſemē lini,melilotum, chamæmilla,althęa,uitellum oui,malua,& ſimilia.Compoſitum,ut cerotum factum ex fęce olei dimiſsi in uaſe æris cū cera citrina & inunctum exterius.Frigida uero ſunt emplaſtra facta de papauere cum coriandro, ſolatro, & oleo ro. & albumine oui:& illud quod reſoluitur ex plumbo adinuicem fricato aqua coriādri: & iterum decoctio lentium clyſterizata,et lac aſinæ,et ſuccus arnogloſſæ, coniunctim uel ſigillatim. Et ſiquidem ex ulcere fluat ſanguis miniſtrentur quæ ſanguinem fluentem detinent, et ſimplicia et compoſita ſuperius nominata. Et ſimiliter ſi debilitas ſtomachi mitiget cum propriis.Et cordis compaſsio perducens ad ſyncopim ſudorem frigidum et uocis ablationem cum confortantibus cor et cerebrum,regatur.

5. aph. 49.

Regimē conueniens eſt ut regatur in domo boni,et tēperati aeris redolentis,et quieſcat,et uigilet, et prohibeatur uel minoretur cibus in diebus ſuis primis uſq; ad tres dies, C et prohibeatur aqua penitus, in die primo utatur uomitu, et ſolutione facili. Confectio ſuppoſitorii ad apoſtema durum matricis,et dolorem frigidum.℞.thuris, been,lilii iudaici,chalbani,ana.℥.ii.cerę,opopanaci,ammoniaci,ana.ʒ.i.maſticis,caſtorei, ſtyracis liquidæ,olei de bdellio, adipis anatis,olei chamæmillæ ana.ʒ.iii.gummi cum uino,et melle,et eliquentur adipes,et aggregentur omnia, et fiat ſuppoſitorium et adminiſtretur,et eſt Raſis. Confectio decoctionis qua ſedatur dolor matricis.℞.ſampſuci, balſamitæ, ſemina abrotani,caulis,fœnugræ. ſemen lini,chamæmillæ, meliloti,ana partes æquales,et ſedeatur in eis, et eſt Raſis. Confectio ad dolorem matricis ex apoſtemate. ℞.ſeminis lini contriti cum.ʒ.v.uitelli oui elixati,croci ana.ʒ.ii.opii, ſeminis hyoſcyami ana.ʒ.i. Confectio ſuppoſitorii ſedantis dolorem matricis.℞.ceræ,chamæmillę,adipis anatis,opii, ana.æqualiter,et ſupponatur cum lana, et eſt filii Serapionis. Confectio ſuppoſitorii ſedantis dolorem matricis calidum.℞.roſarum ſiccarum.ʒ.iiii. ſeminis lactucæ,et amyli ana.ʒ.i.terantur et cribellentur, et confice cum uiolis, et D oleo ro. et lacte mulieris,uel aſinino, cū lacte miniſtretur. Item ait et oportet ut caueas, et obſerues quando perueniunt apoſtemata ad ſtatum, miniſtrare aliquid ex eis,quæ excitant et prouocant ſanguinem menſtruum. In hora uero declinationis poſtquàm ſedantur apoſtemata parum ſi indiges ut prouoces ſanguinem menſtruorum: tunc oportet ut fiat illud.

Suppoſitorium ad apoſtema durum.

Suppoſitoriū ſedans dolorē matricis.

De nocumentis in actione menſtruali, & primo de cura fluxus menſtruorum. Cap. 11.

INquit Hippoc. menſtruis plurimis euenientibus accidunt ægritudines, & non euenientibus à natura accidunt ægritudines: ex quibus innuit ſana eſſe ſi fuerint moderata,ut ſuperius de menſtruis dictum eſt. Vt ergo ad moderantiam reducantur, ſi immoderata ſint cauſas immoderantiæ inueſtigare oportet, & earum ſigna, quæ ſcilicet ſunt occulta:quas inueſtigans Gale.ait plurima uenire,uel non uenire totaliter, uel in parte, cum ſint contraria,

5. aph. 58.

traria, & ex contrariis causis fiunt: plurima enim sunt, aut ex apertione superflua oris uenarum, aut ex peccato sanguinis in quali, in substantia, & quãto: quia calidus subtilis, uel multus existat quibus contentiua deficit & expulsiua iuuatur, quare plurima erunt, & superfluent. Et hoc aut in matrice, aut hepate uel corpore toto communitate matricis ad illa à quibus superfluitates sanguineas per menstrua ex matrice natura instituit expurgari sicut alibi dixit, ecõtrario autem oppilatione matricis, aut frigiditate, aut crassitie, aut paucitate sanguinis detinentur totaliter, uel in parte quibus confortatur retentiua, & deficit expulsiua secundum uarietatem ipsarum in quanto.

Causa omnium duplex est interior & exterior. Interior in apertione oris uenarum matricis hepatis, & totius corporis sanguinis inflammatione & subtiliatione plurimũ est mala complexio calida & humida, dilatans, & quandoque sunt ulcera corrosiones, rhagadiæ, fissuræ, fractura uenarum matricis, & menstrualium, & proprie apertio apostematis, & similia, quare contentiuã deficere est necesse ubiq;. Exterior autem duplex est, aut aliqua rerum necessariarum, aut non necessaria accidentalis. Necessarium quidem ut aer calidus & humidus motus fortis inflammans & non resoluẽs, corporis uel matricis uenas aperiens, inflammans, & subtilians sanguinem in matrice, & corpore toto: cibus multus & porus, calidus & humidus generans sanguinem subtiliãs & inflammans, uel multiplicans in eo humorem acutum, debilitans naturam corporis in digerendo, conuertendo cibũ, & expellendo superfluitates eius uia alia cõsueta, quare materia fuit educenda, inde uigiliæ mulæ, somnus diminutus, repletio, & proprie ex calidis humoribus subtilibus, inanitio frigidorum crassorum, atq; inanitionis, seu euacuationis sanguinis consueţ retentio, & sanguinis fluxus ex naribus uel hæmorrhoidibus per uomitũ, secessum, uel urinam, priuatio consueti sudoris, pustularũ, ulcerum, scabiei, apostematum, & similium quorum materiam natura cõsuetuit per prædictas regiones expellere, nunc uero retentam conatur ad matricem expellere, exinde expellendum ira, solicitudo, & gaudium immoderatum aperiens os uenarũ, inflammans, & subtilians sanguinem ac disponens ad motũ de hepate uel de toto corpore ad matricem, & de matrice ad fluxum immoderatum ad extra. Causa uero non necessaria est balneum calidum, & humidum, ut Hipp. ait. quæcunque infrigidata sunt calefacere oportet, exceptis his quibus sanguinẽ emanare futurum est. fricti̇o multa inflammãs non resoluens. Accidentalis, est artificialis euacuationis consuetę omissio, & proprie sanguinis, sudoris, uomitus, & fluxus uentris, pustularum, ulcerum scabiei, uel apostematum, & similium priuatio, quorum materiam natura consuetuit per prædictas regiones expellere, nunc uero retentam ad matricem conatur impellere, ut exinde extra ducat. Et in oppilatione uenarum, & sanguinis supradictę dispositioni contraria tam interior, quã exterior econtrario est sumẽda. Interior nanq; est mala complexio sicca uel frigida, uel calida superfluens, simplex uel cõmixta, pura, cõstringens, attenuans ora uenarum, uel cum materia coarctans est ut plurimum, quare confortatur contentiua, & expulsiua debilitatur in matrice, hepate, & corpore toto, sanguinis dispositio obtunditur, inspissatur, ac minuitur, licet dispositio aliqua carnosa, licet raro eueniat uel apostemosa. Exterior ex necessariis est aer frigidus siccus, uel calidus superfluẽs, quies multa infrigidãs & inspissans, scilicet motus paucus, & cibus paucus, & potus frigidus atq; siccus sanguinem minutum frigidum atq; spissum generans ac crassum & uiscosum humorem in eo multiplicans: uel etiam si sit multus, natura tamen corporis mulieris fortis existit in digerendo, plurimum conuertendo, & superfluum expellendo uia occulta, uel sensibili ad modum uirorum, uel conuertendo in crasitiem atq; pilos, sicut animalia bruta in eis & additamentis eorum, quemadmodum est uidere in mulieribus uiraginibus, quæ neruosæ sunt & lacertosæ, earum anchę sunt fortiores pectoribus, & pilosæ, & exercitii multi, uel in crasis ualde, quare ex cibo uel potu nil, uel parũ superfluit expellendum: somnus multus, uigilię paucæ, repletio frigidorum, & crassorum humorum, inanitio acutorum, pigritia mentis, tristitia, timor, gemitus omnifariam defes ideſt pigritia. Ex non necessariis uero, causa erit balneum frigidum & siccum, naturale uel artificiale, fricti̇o multa resoluens, & exiccans totius corporis, uel matricis. Accidentales sunt sicut euacuationes inconsuetæ artificiales, educentes ex corpore materiam, quæ consueuit per menstrua ex matrice excludi, superaduentus alicuius euacuationis non solitę, uel deriuantis materiam ad aliam regionem, & exinde educentis.

Signa, menstruorum fluxus plurimus licet mulieri sit notus & similiter retentio, & priuatio, medico tamen sufficiẽti ex se, & absque mulieris relatu debet esse propriis signis notus. Sunt autem signa ipsorum ægritudines, quæ ex ipsis accidunt, quas supra de mẽstruis, & præfocatione diximus, quarum quædam matrici sunt proprie, quædam aliis membris naturalibus, & uitalibus, & animatis per communitatẽ accidentes, & alia toti corpori, quæ omittantur hic. Idem enim quolibet loco repetere non nisi alienatio est secundũ Galen. Sunt quoq; & accidentia alia, quæ sequuntur: unde Gal. ait. Si menstrua cessauerint, alia accidẽtia sequuntur. s. dolor in fœmoribus, collo, capite, & carne, & oculorum uasis, & acuta febris, urina nigra, uiridis, & æruginosa, similis loturæ carnis & cardonum, & non nullis natura constringitur. Accidunt quoq; pluries accidentia ante productionem ipsorum cum duriter prouocãtur, q; si fluxus ultra modum extiterit, sequetur corruptio coloris, tumor pedum, & totius corporis, indigestio & desiderium, & omnia accidentia fluxui communicantia apparent.

Signa uero causarum, quę occulta sunt, hęc sunt. In fluxu enim malæ cõplexionis calidæ, & humidæ simplicis & commixtæ, puræ nel impuræ matricis, hic supra habuisti, & hepatis, & totius corporis supra ubi de hepate dictũ fuit. Signa inflationis, subtilitatis, & multitudinis sanguinis, in matrice, ex qualitate & quantitate mẽstruorũ percipies, & ex signis repletionis uenarũ & partiũ adiacentiũ, ut uẽtris, pectinis, renũ, & coxarum. Et similiter in hepate & corpore toto ex signis repletionis uniuersalis, quę nota sunt. Signa quoq; ulcerum corrosionis rhagadiarũ, fixuræ, fracturarũ, uenarum matricis apertionis, apostematum & similium supra sunt dicta. In priuatione quoq; signa econtrario colligenda, ex prædictis sunt nota capitulis: & eo uidelicet, de oppilatione matricis proprie: illuc ergo redi.

Cura plurimi fluxus priuationis menstruorum, ex cura fluxus sanguinis ex naribus, & hæmorrhoidarum generaliter nota est. In ea enim duplex erat intentio, generalis siue uniuersalis & particularis. Vniuersalis quidẽ in quinq; cõsistebat rebus, quarum quatuor primæ fluxui cõeuniunt huic plurimo, quas ex illis colliges & ad propositum reduces cũ inuitabit necessitas restringendi, & est cum defectio incipit apparere, ut supra de hæmorrhoidibus fuit dictum. In priuatione uero, & retentione tres ex eis sunt opportunę, sed tertia dimittatur, & quarta, & earũ contraria procurętur, & est ut sanguis retentus, qui ad matricem consueuit transmitti non deriuetur, sed ad ipsum, quoquo modo conueniẽti trahatur nisi aliud cõtradicat, uiæ non constipentur, sed dilatentur. Tractionẽ uero cõplent ea, quæ supra in cura præfocationis ex menstruorũ retentione sunt dicta. Dilationem uero diureticæ medicinæ, calidæ et compositæ, interius et exterius, et per omnem modum approximatæ complent, quæ infra dicentur et superius ibidem aliqua nota sunt. Particularis porro intentio uersatur circa particulares intentiones in matrice contra dispositiones earum cũ localibus exercendas. Est autem triplex earum dispositio, aut enim fluebant superflue, aut diminuebantur in toto, aut in parte, et sic incomplete fluebant: et addebatur supra capitulo de menstruis quarto, quia cum prauis accidentibus ibi enumeratis retenta uniuersali fluentia erant. Sic equidem in duobus talis consistit ad præsens intentio, in rectificanda dispositione et accidentium correctione. Et quia natura membri licet non uariet localia remedia hic et ibi, sed diuersa dispositio tantum, oportet hic alia remedia, quæ matrici in hac sua dispositione sunt propria licet aliqua sint eis communia, quæ ibidem sunt dicta, enarrare simplicia, deinde composita.

In plu-

In plurimis itaq;, & superfluentibus menstruis qualitercunq;, siue respectu complexionis proprii corporis ætatis, regiminis & habitudinis, dispositionis siue consuetudinis symptomaticæ, siue criticæ nõ respectu temperati respectu cuius huiusmodi superfluitatẽ habet. Si cum non diminuta & pauca, cum defectio incipiens apparuerit aliqua forte præmissio phlebotomiæ basilicæ, aut nigræ, uel purgatio humoris sanguinei acuentis præseruat, ea præmissa & deriuationes sanguinis cum deriuãtibus notis, & proprie cum sitijs magnis appositis sub mãmillis absq; igne cum suctione forti, uel etiam cum sufficienti flammã: ut iusit Hipp. & supra dorsum, & inter anchas & spatulas. Rectificatio quoque regiminis cum his, quæ cum stipticitate sanguinem laudabilem gignunt, quia crassum & frigidum, & præcedente alteratione corporis hepatis, & humorum cum frigidis stipticantibus, necnõ coarctatione uiarum & ductuũ, quę inter renes, pectinem, & inguina sunt & ultra, per quas ad matricem de superioribus sanguis fluit cum frigidis, stipticis, conglutinantibus, notis supra de consolatione medicinarum cum superfluens catarticum docuimus retinere in canonibus uniuersalis intentionis contentis ingeniabimur apertionem uenarum matricis, uel scissuram, uel fracturam præcludere, & superfluentem sanguinem retinere, & ebibitis pulueribus, & iniectionibus encatismi, collyriis & emplastris, & unctionibus ex eis, quæ illud habent effere à complexione: ut frigiditate & stipticitate, conglutinatione, causticitate, uel à proprietate, quorum quædam simplicia, & composita sunt communia hic & ibi, in prædictis capitulis enarrata, & in cura fluxus uentris. Quædam huic specialiter subuenientia ex simplicibus, aut apertione scissurę & fracturæ, quædam communia sunt sicut arnoglossa, cui nulla herbarum est par in cura fluxus sanguinis acuti: confert enim bibita, & iniecta, & chronico, & non chronico, & alhasce sumpta in potu, & camphora, lac enim coctũ cum ferro ignito & scoria ferri bibita, & iniecta cum syrupo myrtino uel aliquo stypticorum, ut est succus glãdium, & corticum granatorum, cauda equina, consolida, lingua hircina, & cauda pecorina, semen & radix nenufaris, herba coriandri, rosa, & semen eius. Et planta cicutæ cum suo semine suppositа & emplastrata, quæ retinet & confert doloribus matricis, & anthera, & folatrum suppositum & emplastratum, & est expertum, uirga pastoris, sumach, uiola racenica, corrigiola qualibet die sumpta in quãtitate, ʒ. iii. Et scoria ferri sumpta cum rob, & suppositа: est enim ultima licet prohibeat impregnationem, gummi arabici, & tragacanthus. Et semen lini torrefactum cum aqua calida ferrea aluminosa, & proprie bibita, & encatismata, & aqua pluuialis, acerum epithymatum cum panno supra pectinẽ, inguina, & renes, retinent ipsum potenter, nabach. granapini, charab nabatia comesta, & suppositа, & mixta, & fructus eius, acetositas citri proprietate sua, citonia, zarur, & omnes fructus pontici.

Et siquidem propter ulcera matricis, apertio uenarũ talis existat, ministrabis ea, quę mundificando consolidant ulcera, & sunt gallę adustæ exiccatæ in aceto, chartæ cõbustę, ostraca cõbusta, & cornu cerui adustum, & aliæ medicinæ similes illis etiam si ex apertione apostematis fuerint. Si uero ex corrosione facta in matrice ministrabis medicinas alias: sicut thus, & proprie corticem eius, & aloen, san. dra. & corallum, myrrham, charabe & lutum, memithe, amylũ, & cerussam, & merdasen. acorum, colcothar, terram sigillatam, bolum armenum, & quæ illis sunt similes. Oportet tamen ut prædictorum quolibet puluerizato sicut alchohol diureticum aliquod admisceatur, cuius uirtute ad profundũ matricis cito ualeat penetrare. Et siquidem superfluat propter tenuitatem sanguinis, curabitur cum aquositatis euacuatione, ut cum procurantibus sudorem proprie, & aliis, quæ infra in cura cursus matricis dicemus.

Ex compositis uero propriis sunt trochisci de spodio cũ camphora, trochisci cum terra sigillata: nostri trochisci de camphora, trochisci de charabe. Si proprie sit ex acuitate sanguinis, & coriandrum, & alia sanguinem incrassantia & obtundentia. Et similiter trochisci de scoria ferri, electariũ eius, & tryphera, philonium persicum est ultimum, & alia opiata, ut est confectio arthemisiæ, theriaca noua, diaolibanum, & similia, oportet autem ut sumantur cum aliquo stipticorum ut aqua granorum myrtæ, & aqua ro. Et siquidem fluant, sine interpolatione continue administrentur cũ reiteratione. Si uero adsint periodi in hora periodi, studeas ad sedandum, obseruetur tamẽ hora quietis ne tunc aliquid prouocatiuum sumatur. Sed qñ est necessarium periodum præuenire, & illud est ante tẽpus periodi, prædicta euacuẽtur, & mundificantia ministrentur. Sint tñ leuia, quæ non agitent, trahant, & prouocent, sed mundificando retineãt, & confortando mẽbra superiora ductibus, & uiis coangustationem acquirant, qualia sunt ex myrobalanis, rhabarbaro, fumo terræ, succo barbæ hircinæ, ros. uel agari. & cusc utæ, educunt enim cholerã, uel aquositatem ex sanguine cũ retentione, & mundificant matricem, & similibus. Deinde matrix mundificetur, & confortetur ut non recipiat superfluitates egredientes à necessitate. Et illud etiam cum tẽperatis, qualia sunt ex mundificantibus, fœniculum, sesamum, & fœnugręcum, & althęæ folia, et radix decocta in aqua, et bibita cum melle, & suppositа. Et similiter laudanum in formã glandis, amygdala suppositа, & lac ficuum cum uitello oui, & suffumigium cum ameos, grana pini, & sesio in decoctione sua, & suppositio cum galla ad consortandum matricem ne recipiat superfluitates & menstrua, & sunt sumach, naboli, spica, rubus, & flos eius proprie gallæ, & decoctio fructus myrrhæ secundum omnem modum administrationis exhibita omnia supradicta. Composita alia infra dicentur. In priuatione uero & retentione ipsorum omnimoda uel in parte, econtrario est agendum, præmissis enim rebus trahentibus, & mouentibus sanguinem ad matricem & alijs prout uniuersalis intentio indicabit, elaborabimus circa apertionem orificiorum ipsarum uenarum menstruum ab his, quæ aperiunt sanguinem & acuunt, & reddendo subtilem faciunt poros facile penetrare. Ex quibus sunt bibita & puluerizata in aqua mellis sumpta, & suppositа, & iniecta seu encatismata, suffumigata, & emplastrata, & inũcta, prout in cura suffocationis est dictum. Et sunt simplicia & composita. Et simplicia in oppilatione siquidem coarctatoria fuerint, sunt triplicia, quædam leuia, ut absinthiũ, mercurialis, flos schinanthi, marrubium, arthemisia, laudanum, amygdalæ, & nuces, aloe, & enula, & decoctio eius, radix iuniperi, iris: decoctio faseolorum rubeorum, semen anisi, fœniculi, petroselini, & sampsuci, & casiæ ligneæ, agni casti, sebesten, & est coriandrum putei, uel capillus ueneris, batheca, acorus, asparagus, andacocha, fœnugræcum, sisamum, granũ uiride, amygdalæ, radix althęæ, & proprie ubi fuerit attenuatoria, quo casu suppositа inungatur cum adipe gallinæ, anseris, uel anatis, & oleo de lilio uel amygdalino, & ex illis est caricha inuersa in hydromelle infusa et suppositа, cuscutæ, uirides herbarum caulis, meri & mel. Quædam sunt mediocria, ut chamedryos, chamæpitis, balsamum sumptum, & suppositum cum costo, styrax, asarum, gentiana, polium, utrunque cinnamomum, daucus, hypericon, diacapparis, apium, lubrie, angul. pulegium, urtica, ruta, piper, sauina, sagapenum, oppopanax, asa, utrunque castoreum, cordumeni, rubea tinctorum sunt fortia. Et ex illis, quæ supponuntur est oppopanacum & fructus eius, & radix brioniæ, & cyclaminis, & serpentariæ, & peoniæ, & costi, succus cucumeris asinini, centaurea, pulpa colocynthidis, helleborus, gummi oliuæ syluestris, cordumeni, & cum supponitur euphorbium super costum, statim prouocat, & myrrha, & petroleum suffumigatum, & species gummorum, & pulpa colocynthidis sola. Si uero fuerit carnosa curam non habet, quòd si compelleris ad curandum eam, tunc oportet ut cum lenientibus, & aperientibus in ea procedas, prout supra in oppilatione hepatis est dictum. Si uero apostemosa, curabitur cura apostematis dicta. Ex compositis sunt trochisci, myrtæ, diacurcuma, fegenea, dialthęa, dialacca, diacalamentum, hierapigra, & similia.

Accidentium uero correctio, quæ ex retentione proueniunt, iam superius in cura suffocationis sunt nota, plurimorum. Vniuersaliter autem curã uniuscuiusq; est una cum his, quæ sanguinem prouocant, & oppilationem aperiunt

secundum o mnem administrationis supra dictum modum. E
Eorum uero, quæ ex superfluentibus immediate accidunt, cura, uniuersaliter est cum his, quæ retinét & confortât. Eo
rum uero, quæ cõsequenter & mediate, cum aliis, quæ in
Medic. ad superflua menstrua. propriis dicta sunt, & dicentur capitulis. Confectio medi
cinæ ultimi iuuamenti ad superflua menstrua. ℞. terræ sigil
latæ, boli armeni, aluminis, gallarum, sanguinis draco. ana
partes æquales, fiat puluis de quo recipiatur. ʒ. i. camphorę
ʒ. ii. & gallæ sexta. ʒ. i. & totum dissoluatur in syrupo myr
tino, & detur & est Abo. Item experta est spongiola, quæ-
dam alba marina in litoribus maris inuenta & minutatim
exhibita, & scissa, & commixta cum zuc.ro. & est ex inuen
tione nostra, & uiola saracenica. Confectio clysteris ad flux
um excoriationum matricis. ℞. colcothar, tragacanthi, a
caciæ, corticum thuris, anthimonii, ana partes æquales &
fiat ex eis trochiscus aur. i. & boli arme. gummi arabi. cha
rabe. ana. ʒ. i. ponantur in. ʒ. ii. succi stipitici, aut aqua alumi
nis, & clysterizetur in ea matrix. Et si fuerit ibi dolor for
tis, adde hyoscyami & opii, aut sem. cicutæ quod sufficit, &
est Abo. Suppositorium bonum, & proprie ad corrosiones F
& ulcera. ℞. testas furni, & succum barbæ hircinæ, grana a
cresteæ, chartam de panno combustam, sandalum album, cor
ticem thuris, terram sigillatam, capita granatorum uel fo
lium, scoriâ ferri, coriandrum siccum, & supponatur ex eis
puluerizatis. ʒ. iii. cum his imbibita aqua myrti, & teneat
tota nocte. Et de tinis conferentibus ei est encatisma in de
coctione ros. cum stipitibus myrtæ, & corticibus granato-
rum uiridibus, gallis & gallarum cypresi, balaustiarum, &
barbæ hyrcinæ, & quidam addunt radicem ulmi, silicum, &
fructuum ponticorum. Item de epithymatibus eius, est al-
channa inuncta super fumen, & partem matricis cum oleo
stiptico fortis stipticitatis. Ex nastalibus & suppositoriis
propriis est lana uel cotum intincta in succo consolidæ,
uel gallæ uiridis cui sit superaspersus puluis trochisci de ba
laustiis, uel de terra sigillata descriptionis nostræ. Et ex ul
timis est nastale quod. ℞. colophoniæ, camphoræ, scoriæ
ferri. confice cum succo solatri hortulani, & suppone cum
coto. Filius Serapionis. Confectio medicaminis retinẽtis
sanguinem. ℞. fedenegi. sang. tra. tragagãthi, charabe, coral-
li, aluminis iameni, balaustiarum, boli ar. terræ sigillatæ, se.
portu. an. partes æquales: terantur & cribellentur, & den-
tur ex ea. ʒ. iii. cum aqua sumach, & se. apii, aut cũ aqua an-
thimonii contriti, quod sit infusum die ac nocte in aqua ar
nogloſſæ. Clystere. ℞. succi uirgæ pastoris. ʒ. ii. decoctionis
corticum granatorum, extremitatis myrti: nucis cipresi:
gallarum, ros. & balaustiarum an. ʒ. ii. misceatur, & iniicia-
tur cum clysteri. Ga. uero ait cum curassет talem fluxum cũ
medicinis interius, & exterius approximatis: cum non con
tulisset cum succo solo arnoglossæ clysterizaui & dedi il-
lud per os, & sanata extitit. Et si talibus succis aliquid ex re
tinentibus sanguinem conglutinatione sua misceamus, op
portunum est, & proprie si cum solutione, uel ulcere fue-
rit. Pessarium. Rec. gallarum immaturarum, alumen iame-
ni: acaciæ, farinæ, thuris ana. partes æquales, tere & cribel-
la, & cõfice cum myrta humida, & suppone cum coto. A-
liud retinens sang. ualde. ℞. cornu cerui combusti, charræ
combustæ, gallarum siccarum, ramich, trochi. de lacca, san-
dal. al. aluminis iam. ostracorum. figuli ouorum, litii, galla-
rum adustarum extinctarum in ace. sang. dra. calcadis chal-
cantum uiride, nam quando antiquatur fit calcadis, colco-
thar, anthimonii frisi cũ oleo sumach: sedenegi, spongię cõ
bustæ extinctæ in aceto, ostracorum adustorum, corticum
thuris omnium an. partes æquales: tere & confice cũ aqua
sumach aut arnoglo. aut uirgæ pastoris. Suffumigium reti-
nens sang. menstruum effluentem superflue. ℞. masti. colo-
phoniæ, boli, sang. drac. ana. argilla sicca bis ponatur supra
prunas, & recipiat fumum per embotum. Syrupus ad idem
℞. succi plantaginis, fasiolariæ, corrigiolæ, pentaphyllon,
uio. saracenicæ. ana. ʒ. vi. his succis depuratis & colatis ad-
datur lib. s. syrupi ros. & zucchari alb. lib. i. in fine decoctio
nis irrorentur aqua ros. uel nenupharis lib. i. in qua ductus
sit lapis hæmatitis, & in pecia rara bulliant, sangu. dra. boli
ar. terræ sigil. ana. ʒ. i. dosis. ʒ. i. cum aqua myrtæ, & est ex
inuentione nostra.

Confectio syrupi prouocantis retenta menstrua. Re. ca Syrupus cãs menstrua
lamenti agrestis, & calamenti pulegii, radi. enulæ cãpanæ,
& ireos, matricariæ. radi. iuniperi, hypericõ. an. M. i. rubeæ
tinctorum, nigellæ. zedoariæ, & doronigi, radi. dauci, spo-
dii, prasii, schinanti, ana. ʒ. iiii. omnia coque in lib. vi. aquę
usq; ad mediũ, & cola, & pone fœces, in lib. iiii. aquæ, & co
que usq; ad medium, & cola. Et aduna utraq; colamenta, &
pone mellis li. ii. & coque, & initio coctionis pone spicæ,
casiæ, cariophyllorum, asari, cinnamomi, masticis, croci an.
ʒ. s. subtiliter puluerizata in panno lini, & mitte aceti scilli
tici. ʒ. iii. si non prohibeant alia, educit enim menstrua ex
causa frigida, & coarctatoria retẽta, & est sanum, & exper
tum, dosis. ʒ. ii. in aurora cum calida.

Pilulæ post prædictarum preparationem educentes hu- Pilulæ
mores oppilantes, & aperientes obstrictionem uenarũ mẽ
strualium sunt pilulæ de hierapicra, pilulæ fœtidæ, & de gũ
mis, & de thapsia, & aliæ superius dictæ. Encatisma prouo-
cans menstrua aperiendo ora uenarum matricis, sanguinẽ
trahens ad inferiora ipsius, subtilians, & aperiens, ut facili-
us egrediatur. Re. sauinæ, pulegii, calamenti, apii, fœnicu
li, acrimoniæ, filipendriæ, parietariæ, absinthii, rutæ, matri-
cariæ ana. partes æquales bulliant in aqua dulci, & sedea-
tur in ea calida. Item suffumigatio post prædictum enchatif Suffu gatio.
ma. Rec. galliæ mus. asari, gummi, hederæ, spicæ, croci, mu-
sci, ambræ, centaureæ, puluerizentur & ponãtur super pru-
nas, & cum emboto suffumigetur pannus tegendo dorsum
prouocant enim hæc menstrua, ut ait Hippoc. cum inquit.
Muliebria educit ex aromatibus calefactio, si non capitis
grauedinem facerent. Et ex eis sunt suffumigatio cum alte
ro horum scilicet colocynthide, asa, sagapeno, opopanace,
& cordumeni, & etiam commixta. Confectio suppositorii
efficacis. Re. myrti, calamenti, amborum ana. ʒ. iiii. samp-
suci. ʒ. viii. rutę siccę. ʒ. x. passularum enucleatarum. ʒ. xx. cõ
ficiantur cum felle taurino, & fiãt pessaria. Oleum de spica,
sambucinum, de lilio iris, amygdal. amararum, oleũ de nar-
cisco, de iunipero prouocat suppositum. Aliud pessarium. Aliud fœm.
Rec. castorei. musci, ambræ, myrrhæ, croci. an. partes æqua-
les. Confice cum oleo de been, & fiant pessaria.

Item succus papaueris rufi, succus matricariæ, absinthii, G
dauci, radicum apii, & petroselini, parietariæ prouocat. A-
loes sumptus & suppositus prouocat menstrua.

Ex propriis & expertis medicaminibus ad accidentia
prædicta ex retentione mẽstruorum insurgentia cum acci-
dunt mulieri ante proruptionem ipsorum est, ut per tres
dies ante tempus consuetum ipsorum comedat mulier ma-
tricem ceruæ, & capræ elixatam quolibet triũ dierum ma-
ne, & in ieiunio de utraq; comedendo.

De cursu matricis seu fluxu aquæ. Cap. 12.

COntingit quibusdam mulieribus q̃ currant ex ea-
rum matricibus non menstrua de quibus dictum est,
sed humiditates aliæ alterius generis. Ex eis enim
sunt aquosæ, æruginosæ, rubeæ, uel citrinæ propriis colori-
bus & substantiis designatæ, sicut ex earum relatione ha-
buimus, & inspeximus in pannis & uasis collectas: quarum
euentus est ex superioribus corporis in quibus talis mate-
ria generatur quã natura ex eis immittit periodice ad ma-
tricem tanquam nauis ad sentinam, per quam totum cor-
pus in mulieribus statuit expurgari illa nullum malum ha-
bente. Sicut innuit Gale. cum dixit. Item contingit fluxus
sanguinis uulua nihil infirmitatis habente, causa quia na-
tura totum corpus per uuluam sicut per renes uel nares mũ
dificat, quod plurimum sit phlegmaticum & tenerum. Por-
ro quod egreditur est æruginosum, rubeum, citrinum, uel
aquosum, quæ omnia à menstruis differunt, quia ueniunt
à remotis in quibus dispositionem aliquam præter natu-
ram percipiunt, ut grauedinem & tumorem, malitiam an-
helitus, & digestionis sub alia specie, quàm adueniat men-
struis, sunt enim de collo matricis, sicut de phlebotomia
exiens sanguis menstrualis. Sed, quod aquosum est in de-
bilitatis, quietis, teneris, & phlegmaticis, currere est con-
ueniens, uel dicamus à natura permoti. In contrariis ue-
ro æruginosum, rubeum, & citrinum peccato existente
utrobique digestionis hepatis, & uenarum, ex frigiditate
ea

ea maiori, quæ menstruis causa est, uel caliditate superflua A
generantibus tales superfluitates in eis. Cuius signa supra
in hepate sunt monstrata, uel cum febre acuta, ulcere seu
apostemate in membris quorum materias natura per matri
cem expurgat.

De cura retentionis menstruorum. Cap. 13.

HAec non oportet retinere, cum natura repellat illa
per conuenientem regionem & idonea nisi sympto
matice dummodo regulet illa, sed naturæ prouiden-
tiæ dimittere, si critice, uel quandoq; symptomati-
ce, nec ualens ea continere dimittit exinde prorumpentia,
sed ut ex matrice periodice educant studiosius operari, ita
quidem ut competenti quantitate non deficiant, neq; fluãt
cum in superioribus magnum, quia symptoma & naturæ de
fectionem, quo casu sunt retinenda, ut infra dicetur, sed suf
ficiant & earum proportionentur generationi. Verũ quia
tales humiditates prodeũtes licet muliebrius talibus in se
sint utiles, & immoderatæ sint, tamen quia sunt ex cisdẽ in
sua dignitate, & indiuiduitate, & quolibet mõ turpes, fasti-
dium generantes ipsis, & uiris facientes semen lubricare,
uel corrumpentes & proinde genealogiam, & generatio-
nem, quam naturaliter appetunt prohibentes, expedit quo
quo modo prohibere eas ne generentur, cum naturaliter
in corpore sano generari non debeant idonee regulato, &
quod de eis iam generatum est à membris corporis debite
expurgari: & ne ad matricem ueniant conuenientibus au-
xiliis deriuari.

De cura. Cura siquidem est tres res. Prima est prohibitio genera
tionis ipsarum. Secũda est eius, quod generatum est & quo
tidie generabitur donec prohibitio fiat, expurgatio, & ne
ad matricem fluat deriuatio. Tertia est accidentium corre-
ctio. Primam rem complent rerum non naturalium debita
ordinatio ad siccitatem tendens, & medicinarum conue-
niens exhibitio, malitiam complexionis hepatis, & uenarũ
alterantium, prout digestioni complendæ hepatis & ipsarũ
expedit, quæ supra in hepate sunt monstratæ, hęc enim non
sunt solum præseruatiuæ, sed etiam curatiuæ. Secundam
rem complent ea, quæ superfluitates aquosas, & cholericas
habent educere per poros sensibiliter, & proprie per sudo C
rem, ut sudorem prouocantia. Inquit enim Abo. Sudor est
aquositas sanguinis, cui pus cholericum est admixtum. Aut
per urinam, ut diuretica & chemesir, quod est species opo-
panaci, sed dicit Auer. quòd est fortius, & non habet partẽ
in resoluendo saniem & aquositatem, uel insensibiliter, ut
exercitium, & sepelitio in arena, fames, sitis, & abstinentia
ab humidis, & brodialibus, & aliis in cura hydropisis deno
tatis, uel fluxu uentris siquidem æruginosæ fuerint, uel phle
botomia de basilica uel nigra, si rubeæ fuerint, uel uomitu
si cholericæ, de quibus omnibus in cura fluxus uentris ple
ne dictum est. Et si ex materia febris acutæ apostematis uel
ulceris exeant, cura illarum proprie ipsarum est curæ, quæ
in suo quęratur loco. Et siquidem superfluãt cum prædicto-
rum reiteratione agendum est, & etiam cum his, quæ in su- Aph. 52.
perfluentibus menstruis dicta sunt supra. Inquit Hip. Om-
nia secundum rationem facienti & non euenientibus ilico
secundum rationem, non transire ad aliud oportet, manen-
te eo quod uisum est à principio. Agens enim etsi nõ in bre
ui propter indispositionem subiecti imprimit, in longo ta- D
men tempore imprimendo procedens perficiet, & manife-
stam faciet actionem.

Tertia res scilicet correctio accidentium est ut mitigen
Baluetum. tur dolores, alleuientur grauedines & punctiones ut supra
in menstruis est notatum. Ordinatio artificialis baluei exic
catiui aquositatum post naturale, sicut est thermarũ & pro-
prie sudatorium est multiplex. Vno modo sicut semicuplũ
fiat bene coopertum ut non expiret uapor uel fumus, & sit
in medio eius tabula perforata in multis locis, & de subtus
ponatur aqua maris calida simplex uel decoctionis exiccan
tium medicinarum, ut baurach spumæ maris: nitri, sulphu-
ris. Et herbarum ut stœchados foliorum chamæmillæ, rorif
marini: & foliorum pro ut necessitati tibi uidebitur expedi
re. Et desuper situetur corpus, ut fumus ipsum bene attin-
gat. Et cum tepescere incipit, habeantur lapides molares
igniti, uel lateres & proiiciantur in aqua, etiam iterum fu-
mum recipiat, quoniam multum exiccat. Alii uero aliter
faciunt, caldariam magnam de ære bene coopertam, ut ex
ea nullus fumus expiret, construũt supra ignem in qua pre-
dicta imponunt & faciunt ea bulliri, & per manicam quan-
dam seu canale de ea in tinam protensam in qua bene coo-
perta stet corpus & fumum recipiat, donec bene sudatum
fuerit. Et ex tunc egrediatur & quiescens in lecto iterum
sudet & reiteret quantum fuerit necesse. Hoc enim balneũ
non solum superfluitates tales deriuãdo educit & exiccat,
sed etiam dyscrasiam frigidam & humidam corporis, & mẽ-
brorum ipsas generantium alterat & emendat, ut cum bo-
no præmisso regimine non ulterius, generentur digestione
confortata, cuius generantur debilitate, & quod est in ma-
trice iam fluxum & contentum consumit. Et balsamus bibi
tus & euaporatus exiccat humiditates eius. Et ut consumã
tur & ulterius matrix non recipiat eas, sedeat in aqua alu-
minis, uel granorum rubi & myrtæ. Et iterum poterũt suf-
fumigari, & supponi ex eis, qualia sunt sandaracha, spongia
maris, alumen, spica, scoria, salnitrũ, spuma maris, baurach,
B sulphur, styrax sicca, fuligo furni, tela araneæ, scarpa, alchan
na, & similia. Et clysterizentur stiptica ex aquis & succis iã
dictis in menstruis supra.

De sterilitate & difficultate impregnatio-
nis. Cap. 14.

STerilitas & impregnationis difficultas differunt sicut
ablatio & diminutio. Conueniunt enim in specie sed
in quanto differũt, & similiter in speciebus causarum:
sed in quanto ipsarum, cum enim sunt fortes causa sunt ste-
rilitatis, si uero debiles fuerint, sunt causa difficultatis. Et si
quidem causæ ipsarum contrariæ sunt causis conceptionis
superius prædistinctis, quæ sunt ex propinquis & immedia
te operantibus: ut uno comprehendantur capitulo ordina-
te: dicimus autem quòd in corpore integro suis membris,
ætate perfecta & apparente in se sano: aut sunt ex causis in-
terioribus principaliter: aut sunt ex causis exterius impri-
mẽtibus: primo modo, aut sunt ex parte uiri, aut mulieris,
aut utriusq;. Ex parte seminis: aut ex se quia sit ex aliqua
mala materia generatum: quæ à proprietate habet, ut sper-
ma generet infœcundum: ut dixit Egidius & Archidiaco. C
uel qualitate distinctũ, uel infectum aliquo malo humore,
uel corruptum longa retentione, & debilitatum, siue im-
perfectum in principalibus, uel læsum aliorum communita
te membrorum, uel totius corporis, quia febriens, aut tem-
pore diminutum, uel sua proprietate sicut dispositio arbo-
ris non fructificantis, ut dixit Almansor. aut aliis accidenti-
bus causis uel qualitercunque ineptum fuerit ut supra de
spermate dictum est. Ex parte uero instrumenti seu uirgæ,
quia fuerit nimis longa uel breuis recipienti non propor-
tionata, uel debilis mollificata, uel in erectione deficiens,
uel modo quolibet læsa in causa nocumẽti erectionis & in
spermate superius prædistincto. Ex parte mulieris causa est
multiplex, aut enim in eius spermate aut in loco à natura
generatiõi eius deputato, ut in matrice. Causa uero in sper
mate eius similis est causæ eius in spermate uiri iam dictæ.
Causa uero in matrice, aut erit ĩ orificio eius, & collo: quia
sit tortum uel oppilatum ut supra in proprio capitulo est
dictum. Quare semen trahere non ualebit, nec concipiet si
cut Hip. in apho. dixit, cum inquit. Quæcunque uero præ- 2. aph. 46.
ter naturam crassæ non concipiunt, his pinguedo os matri-
cum obturat: aut in matricis concauo & tunc, aut quia sit à
discrasia debilitata: quare semen non attrahit, si frigida fue
rit: aut non retinet, si fuerit humectata, uel madefacta, lubri
ca, & egreditur semen: aut quia sit fœda & immunda ipsum
corrumpens, aut congelans ipsum, si frigida fuerit quod est
plurimum, uel nimis calida ipsum adurens & consumens,
aut sicca ut terra arida & arena, & est quę non solum semen
exiccat: sed etiam alimentum sanguinis immissum in toto
corpore consumit, uel quia sit in uiis eius uel ipsorum ua-
forum spermatis densata & oppilata: quare sperma in eius
concauum non diffunditur: nec sanguis ad alimentum im-
mittitur: uel si immittitur non est bonus, quare non trahit
ad matricem nec nutrit. Inquit Gal. cibus nutritiuus om-
nis qualitatis excessiu uel fortitudine debet carere: quam si
habeat ipsum alteret natura ut supra in suo capitulo dictum
est.

est. Vnde Hip. dixit in aphoris. Quæcunque frigidas & densas habent matrices non concipiunt, similiter & in maribus subiungendo. Aut quia sit aliqua prædictarum ægritudinū generata uel accidente quælibet læsa in se: uel communitate ad membrum aliquod propinquum uel remotum, uel totum corpus quia fuerit febriens.

Ex parte uero utriusque multiplicetur: aut quia non fuerint cum amore & desiderio debite copulati: aut quia coeūtes non conuenerunt in emissione spermatis, ut debita semina recipiant mixtionem: uel si conuenerunt uentositas separauit inter ea, ut non permiscerentur adinuicem: aut quia permixta non fuerint contemperata & distemperata: nec inter se inuicem uel cum matrice contemperantiam reciperunt, quod declarat quia facto diuortio & copulatione cum aliis generabit uterque per contrariam causam.

Causæ uero exterius imprimentes: quædam sunt ex necessariis: quædam ex nō necessariis. Ex necessariis sunt quædam ut aer, & hoc aut sua uirtute manifesta, quia fuerit nimis calidus uel frigidus, uel corruptus, quia fuerit pestilēs & resoluat uel congelet semina, uel corrumpat uirtute occulta, ut quia à constellatione influente in corpora alicuius regionis sterilitas eius accidit, quod est manifestum. Videmus enim aliquas regiones bene producentes male cōseruantes, & aliquas solū conseruātes bene, & aliquas in utroque nulla causa manifesta, in terra uel aere uel regimine: & exercitium laboriosum subitum, & cū saltu plurimo ad posteriora, quoniam faciet descendere sperma, & cum sternutatione maxime & proprie immediate post coitum. Quies multiplicans superfluitates inficientes & corrumpentes semina. Cibus & potus superfluus malus & inordinatus multiplicans mucilagines facientes lubricare semen, & præstantes alia nocumenta. Similiter superfluus somnus & uigiliæ: sunt enim mortui similes & quieti: ut dixit Abo. Superflua inanitio scilicet sanguinis & aliorum superfluorum humorum naturalis uel accidentalis occulta uel manifesta, uomitu uel fluxu perducens ad diminutionem materiæ seminis uel sanguinis menstrui. Et superflua repletio suffocatiua seminum: & animæ accidentia, ut gaudium subitum immoderatum: timor euenies subito: dolor & tristitia. Et ex non necessariis sunt ut balneum frigidum uel calidum resolutium omni tempore: sumptio rei prohibentis conceptionem: ut bibitio multa camphoræ, & emplastratio testium cum hyoscyamo nigro & similia quæ infra in difficili partu dicemus.

De signis sterilitatis.

Signa, sterilis cognoscitur mulier per effectum, omni præmissa cura & ingenio nunquam impregnatur cum proprio uel alio, uel si uiro generanti cum alia copuletur. Et signa & proprietas uiraginis sunt in ipsa. Et similiter uir sterilis cognoscitur per effectum. Et signa: quia spanus ideſt sine pilis in barba. Difficultas uero impregnationis cognoscitur quia tarde & raro impregnatur, & non nisi cum aliquibus curis præmissis & ingeniis quæ infra dicemus secūdum Aristo. in de generatione animalium. Quædam habēt à dispositione naturali mulieris, ut prima ætate non concipiant, sed secunda & tertia, sic quædam in prima nec secunda sed tertia sic. Vidimus enim quandam dominam medici filiam quæ nunquam concipere potuit nisi ad quinquagesimum annum, & primo tempore fuit passa molam deinde anno sequenti fuit impregnata uere. Quædam prima sic, & secunda & tertia non, acquiritur enim quædam dispositio uel indispositio ipsius ad impregnationem mutatione ætatis cum proportionatur suo cōpari uel disproportionatur uere. Et signa cansarum sunt, quæ indicant an causa sit ex parte uiri aut mulieris: sicut ea quę Hipp. in suis apho. cum dixit. Mulier si non conceperit in utero, uelis autem scire si concipiet, tege eam uestimentis & suffumiga eam deorsum aromatibus. Et si quidem odor per corpus ad nares & os peruenerit, cognosce quoniam ipsa non ex se non cōcipit: est autem culpa uiri. Alii autem dixerunt. Supponatur alium, consideret si peruenit odor ad os aut nares aut non. Si enim non peruenerit, oppilatio in poris & ductibus matricis ostenditur, quæ prohibet impregnationem, uel mala complexio eius consumens uapores calida & ficca, uel cōgelans & inspissans ut non penetrent, si frigida & humida

5. aph. 60.

fuerit. sed hoc signum est super particularem causam sterilitatis, non super omnem, cū aliæ causæ eius sint multę præter oppilationem & malitiam qualitatis ipsius. Alii uero alia dixerunt quæ in aliquo non uerificantur, nisi signa inuestigentur propria. Signa defectus in materia seminis sunt, cibi mali & potus, uel pauci præsumptio, uel ipsius assiduatio & digestionis malitia. Signa uero malitię qualitatis & uasorum sunt, quoniā si calidum sit, cito emittitur & sentit mulier apud emissionem eius acuitatem & ardorem, & cum recipitur extra, apparet color decliuis ad rubedinem uel citrinitatem, & odoris acuti, & substantiæ tenuis uel spissæ. si adustio non peruenit in genitalibus, signa caliditatis percipies, & similiter urinę tincturam: si uero frigida cōtraria apparebunt: si uero ficca paucum erit crassum, & corpus erit similiter siccum: si uero humidum contraria apparebunt. Signa imperfectionis ipsius sunt, quia sit aquosum & indigestum: & est cum passione testium uel alicuius membrorum principalium. Signa uero ineptitudinis ipsius ex parte totius corporis uel aliarū causarum sensui nota sunt & manifesta in uiro communiter & muliere. Sperma quidem perfectum sanum & generatiuum, est album, splendidum, uiscosum, & unitur sicut grando, & odoris paleæ, uel poris sambuci, & positum in aqua descendit, sicut in de generatione animalium dixit Aristo.

Signa uero causarum procedentium ex matrice, ut quia in orificio sit oppilata uel collo, aut tortuosa, in ipso, ex capitulo oppilationis ipsius sunt manifesta, si sit in uia uasoris spermatis uel sanguinis ad alimentum immixtio. Et siquidē defectus sanguinei alimenti communitate totius corporis fuerit, ariditas & subtilitas corporis demonstrabit: si uero ipsius malitia qualitatis ipsius & substātia præcollectę. Sed signa malæ qualitatis concaui ipsius matricis habentur ex tactu, quē percipit apud coitum uirga uiri, ut, siquidem calida fuerint, peruenient ad caput eius sensus tactus caliditatis: si frigida sensus frigiditatis: si humida humiditas abundans decurpans ac coitum indelectabilem operans & cursum matricis. Si siccus econtra habentur, & etiam ex dispositione genitalium apparentium membrorum & aliis exeūtibus in urina & totius communitate. Si uero sit aliqua prę dictarum ægritudinum grauata, præsentia illius ostendit: & similiter si alicuius membri communitate uel totius corporis. Si etiam plenitudo ex mucilaginibus cotyledonum ex regimine & corporis intemperamento percipies, & graue dines sensu circa renes & inguina. Signa causarum ex parte utriusq; existentium, experimento sunt manifesta: & propriе mulieris relatione. Et signa intemperantię ipsorum inter se, & ipsorum causa matricis, sunt defectus aliarum causarum: & quia facto diuortio & complexione, cum alio generabit uterq; uel alter. Causæ uero aliæ exterius imprimētes sunt sensui manifestæ.

De curatione sterilitatis.

Cura. in cura sterilitatis duplex est intentio, generalis scilicet & specialis. Generalis est adæquatio maris ad mulierem: sic quidē quod omnibus quæ ad generationem pertinēt maxime & mediate & ex propinquo, quæ sunt dicta, inter eos fiat proportio & temperies: ex contemperantia enim eorum inter se generatio prouenit, ut habuisti. Verū talis apud medicum difficilis est & quasi impossibilis, & penitus ignota, uel difficilis & laboriosa cognitio æquabiliū, maxime si inæqualitas naturaliter adsit. Et proinde si agamus aliquid ad ipsum procurandū inter eos, attentius perquiramus, siue sterilitas sit ex naturali dispositione siue accidentali. Et si ex dispositione naturali, aut erit perpetua aut temporalis secundum uariam dispositionem ætatis, ut dixit philosophus. si primo modo dimittenda est uel alteri socianda: & sic econuerso: natura ei contra operante uana sunt omnia, dixit Hipp. si uero secundo modo similiter dimittenda: uel cum leuibus disponentibus & confortantibus & curis secundum sapientiam procedendum: quæ si nō conferant, quia non bene approprientur propter difficultatem cognitionis, non noceant propter generandi malitiā & naturalem dispositionem permutent: ex hoc enim quæ aliqua ætate dispositа erat, fiet indispositа semper. Si uero accidentalis fuerit agendum est caute similiter, ne cum forribus & periculosis ac irrationabilibus fiat, ut stolidi agunt

& imperiti cum quibus non æquant sed diuersificant, non contemperant sed distemperant magis & in prauas dispositiones adueniunt: & sic generationem non procurant, interemptionem magis.

Vt ergo caute & tute agamus specialem in adæquando eos sic prosequamur intentionem. Consistit autem in tribus rebus in causæ sterilitatis absciscione: in seminū utriusque confortatione, & in apti modi coeundi ad generationem opportuni inuentione. Specialis intentio est quam ex dimissione generalis accipientes in actum deducimus cū specialibus & propriis medicinis, & est ut siquidem sterilitatis causa i semine uiri adfuerit, ut abscindatur uariis auxiliis secundum uarietatem causarum, ut quia si fuerit ex mala materia procreatum abscindamus iuuando digestionem, ministrando cibaria & potus: & similiter calida & humida, quæ bonum faciunt sanguinem & sperma superexcrescere, ut est supra de spermate dictum. Si uero quia fuerit imperfectum in testibus & aliis principalibus superioribus, studebimus ipsa principalia corrigere & confortare cum alterantibus eorum dyscrasiam aromaticis, eorum spiritus confortantibus & multiplicantibus, ut supra in cura nocumenti erectionis est dictum, necnon & ipsum tempore competenti mādabimus retineri & raro coire: uel alias eorum passiones auferre: cum his quæ supra in propriis capitulis ipsarum sunt serie descripta. Similiter si aliqua prauа affecta fuerit qualitate, alteratione prædictorum amborum studebimus illam cum diureticis notis calidis uel frigidis alterare. Si quoque est aliquo malo humore infectū, cum mundificantibus sanguinem & purgantibus abscindemus. Similiter si corruptum fuerit ex longa retentione, mā dabimus coire frequentius: necnon si ex communitate alicuius membrorum uicinorum testibus, & uasis contigerit uel corporis totius, procuratione & rectificatione illorum corrigetur, & in rectificatione reginis, necnon accidentium exteriorum, & causarum amotione si ex illis contingat. Sed si ex parte instrumenti causa sterilitatis contingat, quia uirga fuerit longa uel breuis, curam non habet, & proprie nimis longa, breui enim ut dictum est supra occurrit usque ad uuluæ orificium matrix, & cum desiderio naturali trahit sperma sicut trahit ipsum per rectum ibidē in non uiolatis, ut supra dictum fuit in oppilatione matricis: & quandoque trahitur cum assuefactione proiectionis uentosarum in inguinibus & aliis, nisi breuis sit adeo, quod delectationem aliquam non inducat: quæ tamen in augmatica ætate correctionem habet. Si uero quia mollificata sit cura paralysis corrigetur, quam supra diximus in cura neruorum. Porro si causa fuerit in matrice, quia eius collum fuerit tortuosum, uel eius orificium strictum, administretur continue radii de stanno qui incrassentur paulatim, & inungantur adipibus lenitiuis, & oleis, & intret balneum humectatiuum, & confert in hoc casu comestio caulium, cimini, anisi, apii, & similium. Et si fuerit carnosa non curatur. Et si causa oppilationis fuerit humor, euacuatione cū hieris, clysteribus, & collyriis, & particularibus, & propriis educetur. Sed siquidem fuerit ex multitudine adipis, curabitur exercitio resolutiuo, & cum extenuatiua & exiccatiua dieta: balneum quoque exiccatiuum est conueniēs, & post ipsum antidota calida exiccatiua, ut theriaca, & theodoricon, & clysteria, & suppositoria exiccatiua, & unctiones ex melle albo, & oleo de spica, & lilio. Et si fuerit mala complexio in eius concauo frigida uel calida, ficca uel humida, uel qualitercunque cōmixta, curatur cura malitiæ complexionis ipsius dicta in capitulo proprio. Et illud cum dictis balneis enchatismatibus, clysteribus, suffumigationibus, & suppositoriis, declinantibus ad qualitatē quam dyscrasia exigit. Quod si causa eius fuerit humor coadunatus in eo præcedente dieta, purgabitur cum purgatione corporis præcedente cum clysteribus, & suppositoriis, quæ infra dicentur. Etiam si uentositas in eo collecta fuerit prohibens à debita spermatum mixtione curabitur cū educentibus materiam eius, & extenuantibus uentositatē, uel educētibus eam ex proprio loco, & regimine extenuatiuo. Et ex illis sunt ea quæ infra dicentur in mola, & uentositate. Et ex propriis, ut aristo. ro. Et si oppilatio fuerit

in uiis uasorum spermatis, uel alimenti, curabitur prout supra in cura oppilationis est dictum. Quod si causa fuerit ex parte malitiæ alimenti, quia sang. sit malus, rectificatione curabitur & dieta.

Et si defectus fuerit ex parte corporis mulieris, quia præter naturam tenuis fuerit, regimine humectatiuo prædicto emendabitur, & impinguatiuo, quod suo loco Christo pro pitiante dicetur. Necnon & si aliqua ægritudinum uel accidente aliquo fuerit grauata, cura illius propria medicabitur, quæ ex dictis uel dicendis est colligenda. Si autem ex malitia reginiis cotyledones pleni mucilagine fuerint, & grauati, rectificatione reginiis ad calidum & siccum permutatione curabitur, aut eductione ipsorum cum collyriis, & similibus.

Confortatio uero seminum, quæ est secunda specialis cōpletur cum his quæcunque digestiones habent perfectas, & sanguinem gignunt æqualem, quæ superius in cura stomachi habuisti: & membra generationis principalia, maxime in sua solita & debita equalitate conseruant, quæ in propriis sunt dicta capitulis. Si ergo causam abscindes, & cum calibus & spermata confortantibus, q; in uno quoq; acquiratur temperies, & ex mixtione temperatorum maior temperies fiet: uel si nō possibile fuerit propter indispositionē naturarum, sexuum, uel ætatem, temperiem fieri in eorum quolibet, sit diuersitas i eis, & inæqualitas reseruetur quod ex emissione utriusq; adinuicem resultat æqualitas, quæ generationis est causa. Et quia ut plurimum dispositio frigida in uiris, & in mulieribus humida, uel utraq;, sterilitatis est causa, & plurimum recipiens curam, abscindētia ipsa proinde calida erunt, & ficca quæ dicentur infra, simplicia & composita. Confortantia quoq; semen talia erunt, quæ sua caliditate frigiditatem alterent: & sua uirtute etiam humiditatem expurgent & siccent, sua proprietate cōfortando instrumenta generationis & spermatis, conceptum, & impregnationem procurent. Et ex compositis quæ sine nocumento expurgant, sunt hieræ exhibitæ clysterizatæ, & suppositæ. Et ex confortantibus sunt antidota, & confectiones magnæ, ut mitridatum, diamuscum, theriaca nō omnis, ut Serapio inquit, quia non diatessaron, ut Abo. inquit de aborsus regimine, sed Gal. uel Andromachi, quæ communiter habentur in usu: quæ non solum impregnationem procurant, sed etiam fœtum in matrice conseruant, ut ponit Aboali. de medicinis appropriatis loquendo. Et ex illis est theodoricum, & medicamen alchechengi, ut supra in cura nocumenti erectionis est dictum.

Et ex appropriatis simplicibus sunt, ut mulieri detur uri na elephantis, nam est mirabilis apud propinquitatem coitus, & hora eius: & rasura eboris bibita est præsentis iuuamenti cum osse de corde cerui, & semen seseleos experti est, & datur pecudibus fœminis de eo, ut multiplicetur earum generatio: & oleum de balsamo bibitum euaporatum, & suppositum, uel de been in pessario suppositum, & oleū de lilio, & pessarium de naphta nigra, costo, & adeps anseris in lana, & cum singulis aromaticis, scilicet musco, spica, cypero, anetho, origano, ameos, hyssopo, bdellio, & testiculis uulpis, & darsesebram est mirabilis, & nux cypressi & baccæ lauri, gallia, amomum, cordumeni. Et ex omni calefactiuo, & stipico proprie, & suppositio coagulorum, & proprie coaguli leporis cum oleo uiol. post mundificationem adiuuat ad impregnandum, aut suppositio stercoris, & proprie gazelli masculi, & proprie si ponatur cum eo aliquid testiculi uulpis, & suppositio fimi eius, uel fellis adib, uel leporis, uel leonis in pōdere. ϑ. i. Et ex compositis sunt quæ infra dicentur.

Coeundi modus.

Sequitur specificatio & ad actum deductio tertiæ rei, quæ est inuentio modi coeundi ad cōcipiendum apti. Fiet autem & complebitur taliter ut eligatur aptior hora, & est post mundificationem menstruorum, & tandiu stent separati quod generatio seminū facta sit bona, & perfecta, ut præferatur: nec tamen tantum quòd corrumpatur à frigido propter longam retentionē, in quo casu oportet coire & iterū abstinere moderate. Cum ergo æstimatum est q; ipsa generatio facta sit, ut oportet, foueant se ambo cum usu confortantium prædictorum, & mulier apud introitum loci post

fomentationem

fomentationem loci cum aqua calida decoctionis matricariæ, foliorum citri, chamæmillæ, & rof. fumigetur per traiectorium cum aromaticis non ualde calidis, & est gallia proprie & confectio neræ. Et uiri ablutis pedibus cum calida prædicta aromatica, & inuncta uirga cum his, quæ delectationem habent inducere supradictis, deueniāt ad uerba uenerea: & cogitando in actu uenereo cum desiderio mutuo intrent lectum, & cum osculis & amplexibus adhęreant inter se, tangendo mutuo ubera, & pectinem, peritoneū atq; uirgam. Cum ergo desiderium commune coeundi utrique procedit ualde, permisceant se permixtione non uera & cōpleta: deinde se retrahant & tangant quod est inter anum desuper & uuluam. Est enim ille locus delectationis prouocans ipsam, & alliciens in osculis placidis non cesset requirere eam. Cum ego aduenit hora desiderii uehementiæ adhęrentiæ utriusq;, & incipiunt oculi mutari in rubedinem, anhelitus eleuari, in uerba balbutire, & tangendo uuluā inuenies os asperum ex concursu matricis ad ipsam desiderādo sperma: tunc immittat uirgam eleuatis coxis compleat immittendo sperma oppositum ori matricis, quia aliter perderet. Studeant autem quod in emissione spermatis ambo simul eueniant in hora. Sit autem immissio eius non cum multa dilatatione oris ipsius, ne aer ingrediatur qui corrūperet ipsum. Et proinde sugantur ambo instrumenta ante, ut stringantur, & adhæreant melius inter se. Et in emissione inter se adhæreāt fortiter, ne simul cum spermate ingrediatur aer. Et si apud emissionem ipsius sentiat uir matricē concurrere ad caput uirgæ, & ipsam stringendo sugere est maximum signum conceptionis secundum Gale. Quare tunc oportet, ut non extrahat eam, sed eam intus dimittat, donec cesset anhelitus inspissatio: deinde se paulatim retrahat ab ea, & mulier stringendo crura leniter in uuluam dimittit: deinde dormiat cruribus strictis, & odoramentis positis naribus quandiu est possibile quod natura consueuit appetere ut iaceat, & cum expergefacta fuerit si adhuc appetat supercoeat & quiescat. Deinde surgat suauiter, abstineat ab omnibus q̄ procurant aborsum, quæ infra dicemus.

Syru. ualens ad cō ceptionē.

Ex compositis uero medicinis & expertis est confectio syrupi præparatiui materiæ frigidæ impedientis conceptū ad purgationem. Recipe matricariæ, pulegii, calamenthi, radicum enulæ, acori, althææ, fœni. & dandani, ana vnc.ii. cuscutæ.ʒ.s. melissæ, prassii, ameos, ana.ʒ. s. corticum citri. vnc.i. passularum enucleatarum, liquiri. ana. vnc.i. cicerum partem.i. zuccha. lib.i. aceti scillitici.ʒ.i. mellis ros. vnc.iiii. in pecia rara bulliant galliæ drachm.i. spicæ, drach.s. Dosis mane. vnc.ii. cum aqua caryophyllorum. Deinde purgetur uterq; si indigeat cum hiera & agarico uel cū pilulis fœtidis, & benedicta terebinthina, si materia fuerit crassa ualde, post purgationem balneetur in aqua decoctionis foliorum lauri, mētastri, saluiæ, origani, pulegii, & præmisso sufficienti exercitio, exercitetur, pręmissa mundificatione corporis uniuersi matricis fiat expurgatio siue mundificatio, calefactio, exiccatio, confortatio, mūdificetur si expediat, sed fiat primo clystere deinde suppositorium.

Clystere pro matrice.

Clystere sit tale. Rec. pulpæ coloquintidæ, drach.ii. bulliant in aqua masti. & in eius quantitate, drachm.iii. dissoluantur hieræ Gal. drachm.ii. uel colocynthidæ, & iniiciatur pessarium. ℞. masti. bdellii, galliæ musca. an. drach.ii. pulpæ colocynthidis, drachm.i. pulue. hierę, drac.ii. confice cum laudano, & fiat pessarium longum, ita quòd perueniat ad matricis concauum: & aliqui addunt euphorbium. Calefactio exiccatio atque confortatio fiet cū unctionibus pessariis atq; suffumigiis, & confectionibus.

Vnguen. efficax.

Vnctio talis sit, & est efficax & experta. Rec. radicis enulæ campanæ, & mundæ, & tritæ, lib.i. radicis branchæ ursinæ, lib.s. similiter rasæ & tritæ quæ bulliant in lib. vii. uini odoriferi albi sufficienter cum lardi ueteris contriti, li.iii. matricariæ.ʒ.i. deinde coletur & colatura ponatur in olla noua, & fac bullire, & mitte thuris albi masculi, ana vnc.s. ceræ nouæ.ʒ.vi. Et ex quo prædicta sunt liquefacta depone de igne, & immitte puluerem harum specierum. Recipe cinnamomi, galliæ, caryoph. fusticelli, nucis mus. macis, galangæ, spicæ, zingib. ana. drachm.iii. croci, drach.i. & aggrega bene cum spatula: deinde fac coagulare, & tunc uidebis quòd supernatabit unctuosum coagulum, & residebūt species, & in medio erit uinum. Vtatur ergo eis sic, & intret balneum, & balneet totū corpus suum cum aqua decoctionis foliorum lauri, & inungat totum corpus de parte illius uini, & uentrem ex speciebus, & induat se, & recedat. Sequentibus autem diebus donec durabit intret balneum similiter, nec lauet se, sed superungat crura, & brachia, & coxas, & nares ex uino: dorsum uero & pectus ex unctuoso: totum uero epigastrion ex speciebus, nec coeat cum ea uir omnibus diebus, sed qualibet die cum egreditur de balneo. Ad calefaciendum uero, & confortandum sumat de tryphera hac cum uino, drach.ii. Rec. carioph. vnc.i. seseleos, dra. s. rasuræ eboris, zingi. nasturtii, asari, ana, drachm. iii. anisi, ameos, bauciæ, carui, ana. drach.iiii. mellis emblicorum, succi humani generis, & matricariæ, ambræ, ana dra. i. mu. ʒ .s. Ex his fiat tryphera, uel utatur confectione diambrę.

Suffumigium.

Calefactio, exiccatio & confortatio etiam fiat cum suffumigatione tali. Recipe ligni aloes, castorei, casiæ ligneæ, styra. calami aro. galliæ, ana drach.ii. musci, ambræ, drach.s. confice cum succo cimarum lauri, & suffumigetur cum eo. Deinde uero abluat se bene, & coeat uir cū eo modo prædicto: sed utatur quolibet die interim electario tali.

Electu. ad idē.

Recipe secacul albi mūdi & exiccati in aqua satyrionum, quorum aqua sit lib.i. testiculorum uulpis, drach.viii. radicum raphani. ʒ. iii. bauciæ.ʒ.ii. pinearum purgatarum.ʒ.i. fisticorum.ʒ. iiii. granorum sisami, drach.iii. zingi. been albi & rubei, ana.ʒ. ii. nasturcii cinnamo. piperis, scheille longi, ana. drachm.s. zuccha. lib.s. olei sesamini, drachm.ii. oleum balsami bibitū & euaporatum, & galliæ, facit descendere præfocatam & mellinatam, & confert frigori, & mundificat, & exiccat humiditatem matricis, iuuat ad impregnandum secundum Aboali.

Pessar.

Pessarium Aboa. educens humiditates matricis calefaciens & exiccans. Recipe allium siccum & humidum, & fundatur quantum ipsa sunt de oleo ro. decoquatur donec in eo dissoluatur & recedat aquositas ab eis, & supponatur cum lana, & est mirabile. Suffumigatio secundum eum ad idem fiat ex trochiscis. ℞. myrrhæ, styracis, baccarum lauri: & omni die suffumigetur. Aliud Serapionis. Sumatur medicina uomitus, & æstimo quòd sit nux uomica: & inuoluatur in lana, & comburatur, & supponatur. Ipsa enim abscindit humiditatem matricis existentem in tota matrice & mūdificat ualde. Item clystere ad mulierem quæ humectatur ad concubitum & non impręgnatur mundificat matricem, & confortat confortatione bona. Recipe corticum thuris, cyperi contriti, ana. drachm.xxx. myrrhæ bonæ, drach.x. decoquantur in lib.iii. aquæ usq; ad unam, & colentur, & clysterizentur ex ea omni die lib. unius tertia diebus tribus cōtinuis. Si uero sterilitas ex alia causa, quàm ex humiditate & frigiditate fuerit, curetur cum contrariis quæ ex dictis sunt eligenda.

De mola matricis. Cap. 15.

Mola à molon Persice uel Græce dicta est, quod est multæ carnis parturitio: Latine uero impręgnatio est mendosa, in qua accidunt licet raro mulieris dispositiones similes dispositionibus ueræ impręgnationis, quas Hippo. in suis retulit aphor. in retētione menstruorum, scilicet ex alteratione corporis, & casu appetitus, ex conclusione oris matricis, & deinde inflatione mammillarum ambarum, & tumore uētris qui augetur quotidie usq; ad quantitatem embryonis uelut hydrops: in quo sentit motum similem motui embryonis, & mouetur per compressionem ad dextram & sinistram, & remanet usq; ad tempus naturalis partus, & tunc accidit dolor partus, & angustia, & non parit, immo extenditur ultra usque ad annos quatuor uel quinq;, & quandoque usq; ad finem uitæ, nec recipit curationem, & quandoq; emittit, ac si pareret aliquid quod est diuersarum substantiarum: quandoq; est sicut frustum carnis: cui est forma multarum specierum inanimati corporis, & quandoque est uentositas tantum: & quandoque sunt superfluitates aggregatę aquosæ, & mixtæ cum sanguine plurimo, & detumescit uenter.

Et causa in generatione harum substantiarū est duplex, una existens in materia: alia uero in efficiente. In materia: quidem

quidem est multitudo materiei sanguineæ effusæ, & tractæ à multa caliditate & siccitate matricis post coitum in qua matrix comprehendit sperma mulieris tantum. In efficiēte uero est duplex. una per modū priuationis, & est defectus uirtutis uirilis spermatis, quare non generat, uel concipit hominem. Et causa defectus est, quia aut non interuenerit sperma uirile, nec fuerit admissum in coitu, ut comprehenderet ipsum matrix, sicut comprehendit fœmininum, sicut accidit in ouis uenti, quorum generatio est absq; coitu ex caliditate matricis trahentis ad se sperma mulieris cum mēstruo quod comprehendit. & simul extendēdo generat oua uenti, aut quia interuenit, ut emissum in coitu, & comprehendit ipsum matrix cum spermate mulieris, sed fuit inefficax, & imperfectum, uel ex se, uel ex parte, quia non simul incidit in matricem, nec fuit simul comprehensum, ut esset ex duobus spermatibus mixtum, nec fuit defectus ipsius ratione obiecti & materiæ, quia sic monstruosum generasset animal, nec ratione matricis, quia sic sperma muliebre non comprehendisset. Alia est per modum positionis, & est multa matricis caliditas, quæ sperma mulieris comprehendens extendit cum materia illa, & deficiente dicta uirtute informatiua uirilis seminis non informat hominem, sed densat in carnis frustum sua fortitudine durum, adeo ut ferro non leuiter diuidatur, sicut caliditas ignis suo excessu in argillam in latere, naturali sua æqualitate coagulat sanguinem in carnem bonam teneram, & tunc quod egreditur est simile frusto carnis nullam animalis habens similitudinem. Cōtingit tamen in meridionalibus, & australibus regionibus in mulieribus multi, & praui sanguinis, ex malitia nutrimēti, supra conceptum uerum quoddam frustum carnis à prædicta materia generari, portans & habens speciem animalis. s. bubonis uel harpæ uiuens, quod mulieres ferā appellant, quæ quandoque embryonem opprimit perimit & interimit, & quandoq; cū eo in partu emittitur, & ut asserūt tantæ proprietatis existit, & malitiæ, quod si cadens in terram hora partus mordeat embryonem statim moritur fœtus. Cuius animalis forma, & uita non existit à uirtute spermatis uiri primi, sed errore ipsius cum iam animal, & hominem informauerit, sed secundi in coitu secundo emissi, cuius error procedit ab influentia constellationis, seu uirtutis cœlestis, ut Aristo. xviii. de animalibus dixit, & quandoq; accidit, quòd illa caliditas illam materiam non condensat in sanguinem præ multitudine sui, sed illam natura cooperante digerendo dissoluat, conuertat in aquositatem uel uentum, quod emissum cum egredietur, erit sicut aquositas sanguinis mixta, uel uentus, ut dixit Auer.

De signis distinguētibus iter molam, & imprægnationem.

Signa. Ex signis autem quædam sunt distinguentia inter molam, & ueram impręgnationem, & quædam inter eam, & hydropem, & quædam inter species molæ. Distinguentia uero inter molam, & ueram impręgnationem sunt manifesta, licet errent in eis prudentes in aliquibus, & proprie in magnatibus: quoniam in mola res illa nō mouetur hora in qua debet moueri, imo non mouetur omnino nisi hora quadam, & uno tactu, & proprie per compressionē, & motum corporis, & aliter non mouetur. In uera uero impręgnatione post tres menses mouetur fœtus motibus diuersis, & pluribus absq; compressione, & motu corporis. Præterea durities uentris in mola uehementior & duritie ueræ impręgnationis propter causam prædictam, sed nec sentitur corpus formatum in matrice. Et sentitur multoties dolor in mola similis colicæ, & apostemati matricis propter constrictionem orobi. Et sunt mulieris pedes molles ualde cum minoratione.

De signis distin. iter molam, & hydropisim.

Signa uero distinguentia inter hydropem & molā, sunt quoniā durities in mola est maior usq; ad tempus: cum uero conuertitur in aquositatem uel uentum illa materia, sensus commotionis uentositatis, & aquositatis est minor in mola quam in ascite. Et uenter percussus non resonat, sicut in timpanite, quoniam aqua & uentositas in matricis concauo existit reclusa & stricta, & tument pedes in hydrope generaliter, sed in mola minorantur. Distinguentia uero inter species molæ sunt. Nā in mola cuius materia est carnis frustū, est durities maior q̄ in aliis est grauedo. Et similiter grauedo maior in ea, cuius materia est aquositas: in ea uero cuius materia est uentositas, minor, & tumor maior.

Cura molæ, est duæ res. Prima est perfecta euacuatio eius, quod præter naturā in matricis cōcauo cōtinetur cū magis molestet. Secunda est dyscrasiæ matricis, quę ipsius causa est, alteratio. Inquit. n. Gal. Non est possibile aliquā dispositionem curare finaliter adhuc manēte faciente eam causa. Primā rem cōplent duo: primum est quod materiam ad euacuationē adæquat, & disponit: secundū, quod ipsam educit. Disponentia sunt regimen cū dimissione exercitii, & proprie inferiorum partium, & in resupinatione in dormiendo, & eleuatione inferiorū cū euacuationibus. s. phlebotomia, & uomitu, & solutione cū pilulis fœtidis, & proprie cum sumptione aquæ decoctionis fœnugręci, & dactylorum, & similium, & cum hieralogodion, & euaporatione cum pannis, uel spongiis infusis in aqua uirtutem habentium aperiendi, & mollificandi supra uentrē applicatis. Tinæ, emplastra, embrocæ, & unctiones ex illis, & breuiter cū his, quæ partū facilitant, quæ sunt nota, & dicentur suo loco: hæc enim non solum euacuationem disponunt, sed etiam accidentia mitigant: educunt uero ipsam quæcunq; fortiter menstrua prouocantia dicta sunt, & quæ procurāt dicenda in aborsu. Ex quibus sunt antidota magna, ut diamarte, diacurcuma, magna theriaca, & diatessereon, & similia. Quod si contentum fuerit aquosum educetur cū diureticis, & urinam prouocantibus, notis, & cum regimine exiccatiuo iam noto in cura hydropis, & cursus matricis, & hamesir non parū habet in resoluendo aquositatē, & euacuando ipsam & saniem, & educendo fœtum mortuū uel frustum carnis. Si uero uentosum, cum regimine extenuante, & educentibus uentositatem, & proprie ex matrice, ut est aristol. rot. & proprie oleum de cherua, & dacty. indi, qui cum hoc, ꝙ trahunt molam, dolorem sedant cholericū, Secundam rē complent, quæ malam complexionem matricis calidā, & siccā alterāt in proprio capitulo dicta. Ex quibus sunt regimē infrigidatiuum notum, diuretica frigida. Tinæ, euaporationes, & emplastra, cum unctionibus cum frigidis & humidis, nascalia ex mucilaginibus frigidis, & ex pinguedinibus, & oleis frigidis, & proprie quale ē oleum alchechengi, est enim in hoc uehemētis iuuamenti: & expertum ad educendum fœtum est comestio radicis porrorum cum placentulis, & succus radicū rapistæ bibitis & radices.

Fœtum educētia.

De nocumentis partus ex quibus est difficultas. Cap. 15.

Quid sit partus naturalis superius habuisti, & quidē ipse plurimū est facilis, & quandoq; difficilis, facilis est qui citus est, & cū leuibus accidentibus, difficilis uero est illi contrarius. Et est aut ex causis intrinsecis, & essentialibus, aut extrinsecis & accidentalibus. Primo modo est duplex, aut ex parte pariētis, aut ex parte embryonis. Ex parte parientis multipliciter. Aut enim erit ex parte matricis in se, aut uicinātium mēbrorū cōmunitate, aut corporis totius. Ex parte matricis, quia sit parua, quia cōcepit ante duodecimū annū, ut dixit Abo. licet illud rarissime sit. Aut quia est cōstricta in collo, & orificiis eius naturaliter uel accidētaliter, quia interuenit aliqua causarum oppilationis eius, non recipiens curā. Et ex his quæ suo loco sunt dicta, uel siccitas, uel apostema, uel sunt ulcera procreata, rhagadię, & hæmorrhoides, coangustationes colli & orificia, ut nō recipiant dilatationē absq; dolore graui. Ex parte uicinantiū mēbrorū, ut quia fuerit uesica apata ulcerata uel scissa, cuius cōpassione non ualet matrix suā operationē cōplere, uel ēt intestina sint similiter passa, aut quia fuerint in ano ulcera, rhagadiæ, & hęmorrhoides quibus matrix cōpatitur, uel repletio intestinorū ex fæce sicca cōprimente, aut quia sint lacerti uētris tenues, & debiles in iuuādo fœtus ex matrice expulsionē, sicut iuuāt expulsiones fæcū & urinæ maxime cū sint pauci, ut Ga. ait in interioribus. Ex parte autem totius corporis, ut quia sit debilis, uel ratione complexionis, quia sit naturæ frigidæ quæ habet defectas operationes ex necessitate, ut Gal. dixit. Vel ratione ætatis, quia puella multū, uel antiqua, & dura, uel habitudinis, quia sit tenuis, sicca ualde,

de,uel pinguis,uel ratione consuetudinis,quia fuerit insueta,& primo pariens, & timida,& paruæ tolerantiæ, quare est inquieta, & uehementis permutationis perducētis ad alterationem figuræ infantis ad inconuenientiam expulsionis ipsius. Sed si ex parte embryonis, hoc erit dupliciter, aut ipsius in se aut propter secundinam. In se aut propter sexum,quia fuerit fœmineus,uel propter quantitatem, aut continuam quia fuerit magnus ualde,uel paruus carens bona complexione,aut discretam, quia fuerint multi numero distincti, uel quia unus plura membra habens, & proprie capita, ut monstruosus, uel propter qualitatem, quia fuerit lenis ualde, quare effugit à compresione, uel per modum,& inæptam figuram egrediendi,ut cum egreditur super pedes suos,nec manus eius sunt plicatæ super coxas & iunctæ,aut super unum pedem,aut super latus, & est deterior modus.Vel propter inconuenientiam tēporis, ut quia intempestiue moueatur ad exitum,uel ante tempus determinatum,& proprie in tribus mensibus mediis quibus ligamenta sunt fortiora secundum Gale. aliqua causa cogente ex his quę aborsum faciūt,uel post tempus, ut quia accidat ei aliqua ex debilitantibus causis,uel mors, quare deficit alter mouentium.Propter secundinam uero, aut est quia sit dura,& crassa,non recipiens fœtus,aut quia sit tenera cito disruptionem patiens, quare egrediantur humiditates, & aqua antequam fœtus egrediatur, quare humiditate lubricante carebit. Porro qui est ex parte extrinsecus accidentium erit ex parte regiminis in sex rebus non naturalibus. Ex quibus est multa frigiditas,& siccitas aeris constringētis membra partus,& accidit in regionibus,& uentis septētrionalibus, tēporibus, & constellationibus,ut Hipp.dixit in suis aph.cum inquit.Et multa caliditas resoluens utriusque uirtutē,& consuetudo ciborum ponticorum, & potuū stypticorum,& balneatio in aquis aluminosis, & frigidis. Et accidentia animæ,ut tristitia dolor, uel ægritudo uirtutem debilitans,fames,& sitis, & inanitio,uigiliæ superfluæ deiicientes uirtutem & similia. Et ex illis obstetricis error in procurando.Et ex horum cōtrariis prouenit facilis partus.Et quidem cum causæ sunt fortes in prohibendo partū pus debile in sustinendo,moritur partus,& pariens, licet, ut quidam dicunt posit uiuere partus,si statim mater in utero incidatur & extrahatur cum adhuc posit habere spiritum euentatum aliquandiu,quod innuit Gal. de interioribus.vi.loquens de hœdo tracto ex utero matris præaccipiente lac,uiuo à natura commoto non docto. Et quandoque uiuit partus,& moritur mater:ut plurimum tamen moritur partus,& uiuit mater,quoniam multoties difficultas partus perducit ad rupturam uenæ in matrice, quare accidit sanguinis fluxus. Et quandoq; in pectore & pulmone, unde fit sputum sanguinis & phthisis. Et quandoq; ad incisionem neruorum,& lacertorum,propter uehementiā tensionis,quare accidit spasmus.Et quandoq; ad fisionem mirach uentris,& proprie in paruis & teneris, quare accidit ruptura,& quandoq; bocrum propter retentionem anhelitus non exprimendo inflationem inflammantem,& trahendo materiam cum condensatione eius in gulam. Ob quam rem aliqui præuisione utentes conati sunt prohibere prægnationem in talibus,& proprie paruis,& antiquis debilibus:coniecturantes melius fore perdere filium procreandum quam procreatum simul & matrem.Et hoc cum omissione formæ impragnationis in cap. de cura sterilitatis dictæ,& ministratione omnis causæ sterilitatis,cuius impressio sit emendabilis in tēpore cōsecutionis augmēti, & fortificationis adeptæ,& hoc ne omni tēpore sterilis pseueret. Et de prohibētibus à proprietate,quædam sunt quæ approximata ante coitum illud faciunt,ut camphora sumpta plurima,& emplastratio testium cum hyoscyamo nigro,& suppositio alchitram,& inunctio uirgæ cum eo. Suffumigatio cum corticibus hederæ post menstrua,& oleum balsami cū cerussa,& mētha,& scoria ferri. Quædā sunt quæ post coitum approximata illud agunt,ut piper suppositum, & stercus elephantis suffumigatū,aqua albedarogi sumpta,& proprie in debili.Quædam ante,& post menstrua illud operātur,ut pulpa granati,alumen,summitas caulis, & semē eius apud mundificationem.Et post coitum est in hoc fortis, & proprie, quoniam ponitur in alchitran, & submergitur in calamento.Et suppositio foliorum alburab post mundificationem,& proprie quando sunt submersi in aqua corū. Et similiter pulpa colocynthidis,& albeguesten, scoria ferri, caulis & semen eius,scammoneæ,ana æqualium partiū, & aggregatarum in chitran,& supposita. Et multoties partus difficultas perducit eas ad alias dispositiones & accidentia quorum in fine faciemus hic sermonem. Et multoties partum naturalem sequitur fluxus sanguinis,& retentio eius, quæ illius est causa.

Signa,ex his sunt signa difficultatis ipsius,& signa facilitatis.Et ex signis difficultatis,quædam sunt bona, quædam mala.Signa uero difficultatis ex causis prædictis percipies ex angustia & anxietate, & si dolor fortis sit ante partū nō declinans inferius,& si declinat,eius declinatio est ad posteriora. Et si difficulter parere sit consueta,signa facilitatis sunt contraria, & sunt, ut apud partum sentiatur dolor paruus,& declinet inferius ad interiora,& consueta fuerit faciliter parere,&c.Signa quoq; bona ī difficili partu, quæ faciunt acquirere securitatem,sunt inquietudo, & motus fœtus,dolor declinans ad inferiora, & anhelitus bonus cū uirtutis potentia.Signa uero mala econtra sunt intelligenda.Et eum perducunt ad sudorem frigidum, pulsus frequētiam,debilitatem,& syncopim,sunt pessima, & mortis festinæ præuia.Signa uero causarum sunt nota ex præsentia, seu antecessione ipsorum, & regiminis procreantis ipsas. Signa gemellorum etiam habuisti.

Signa uero mortis ipsius sunt priuatio motus consueti, nec ex se mouetur,sed motu pręgnātis,& est sicut lapis qui mouetur de latere in latus apud decubitum,& infrigidatur semen existens antè calidum.Et detumescunt mammillę, sicut Hip.dixit,& quandoq; currunt humiditates uirulentæ fœtidæ ex matrice,& profundantur oculi prægnātis, & eorum albedo fit fusca.Et fit infrigidatio extremorum, & dispositio hyposarcica.

Cura,in difficili partu duplex est regimen necessarium. Vnum ante horam ipsius,aliud in hora. Ante horam quidē est omnis causæ exterioris ablatio,& interioris ex parte patientis,quæ præter naturam est impediens ipsum,ablatio, si qua possibilis est,si non sit possibilis, ut quia naturalis sit dispositio,habilitatio ipsius quoquo modo, ut partus facilis subsequatur. Abscisio quidem causarum cōpletur cum contrariis,quæ in propriis dicta sunt capitulis de cura matricis uesicæ,& intestinorum,& ani, debilitatis neruorū & totius corporis.Dispositio uero,& habilitatio omni causæ est conueniens & cōis. Completur autē cum aperientibus & mollificantibus reddentibus mēbra tractabilia, & ad extensionē,& compresionē apta,& proprie in parua,& antiqua,& nouiter pariente,qualia sunt calida & humida, & lenientia,& lubricātia sumpta interius & iniecta,& exterius per omnem modum approximata,ut sunt iura pinguia carnium,& proprie gallinarū iuuenū,& pinguium,& olea lenientia sumpta,& mucilagines seminum citoniorum, & lini,dactylorū & similium.Et uina matura,lymphata,non frigida ualde,& omne regimen humectatiuū præter quod impinguat ualde. Et interdicantur styptica & pōtica,& hoc per mensem ante.Cū uero appropinquat hora, quia incipiat sentire aliquas grauedines & dolores, approximētur tinæ,sesiones,& euaporationes cū spōgiis,pannis,& aliis approximatis frequēter, & aquis decoctiōis althææ, et maluæ foliorū,fœnugræci,chamæmillę,coronę regis, et capil. ve.balnea aūt uīia raro:sunt.n.ex resoluentibus, et debilitantibus frequenter approximata.Et post ipsa unctionē de pinguedinibus,et oleis,et mucilaginibus et medullæ, et cerotaria,et ex illis circa dorsum,uentrē,ilia,renes,et coxas et iniectiones cū clysteribus corundem cū resupinatione, et deiectione capitis, et cruriū,et proprie ubi siccitas matricis sit causa,et etiā corporis uniuersi. Et ex illis est coitus frequens,et suffumigatio cum aromaticis,ut musco,ambra,et gallia,ut uulua descendat.et mundificatis intestinis cōfortetur cibis bonis multæ qualitatis,et paucæ quantitatis,et potibus uini odori,et exercitetur plus solito: hæc.n. addūt in necessitatē attrahendi aerē,et diminutionē nutrimēti embryōis,et descēsum ipsius, quare ad exitū pparat.

Regimen uero hora partus, & est cum sentiat grauedines & dolores,& humiditates aliquæ incipiunt apparere, est duplex:unum est ingeniatiuum ad descensum facilem, & egressum, causarumq; ex parte embryonis abscindens. Aliud est mitigatiuum accidentium. Primum est, ut cum talia appareant,præcipiatur mulieri,ut sedeat hora una: deinde surgat,& ambulet saltando,& ascendat gradus, & descendat grauando,& clamet uel teneat anhelitum fortiter, & premat ilia sua, & des lentem ad bibendum amaram,quoniam facit descendere ipsum:deinde cum sentit os matricis aperiri,& humiditates amplius emanare,sedeat in sella perforata posito puluinari post ipsam,obstetrixq; stet corā ipsa,& inspiciat diligēter embryonis motū,& parientis actus quos regulet suis manibus unctis oleo sesamino, de lilio, uel amygdalis dulcibus intus in uuluam intromittendo, & tangendo suauiter,prout sua docuit experientia longa,pariētemq; dirigat,& cibis,& potibus,ac uerbis persuasiuis, & de cito partu,salubri,& masculino confortet, quod si mulier fuerit pinguis non sedeat,sed iaceat supra uentrem suum,& ponat caput suum super petram,& genua sua curuata sub uentre,ut comprimatur matrix, & pinguedo ascendat,& non descendat ad os matricis,& comprimat os eius, & pariat in forma quadrupedum.Cum autem non pariant, & accidentia intendantur,& sic partus fiat difficilis, oportet ut reiteretur regimen primum,quoniā facilitabit,& mitigabit accidentia,& dolorē, & fac eā fortiter sternutare, ut Hip.dixit,ore & naribus comprehensis:fortasse enim pariet:ꝙ si non sufficiant,tunc succurre cum instrumento quo os matricis aperitur,& suppositoriis,& suffumigiis, & medicinis ex pilulis,& aliis alleuiantibus partum quæ infra dicemus. Cumq; apertum est os eius,& apparet secundina, scitur ꝙ fœtus exitus appropinquat:quod si tardat sic, causa secundinæ,quia cito scindatur,comprimat se pariens, ut simul cum exitu aquositatis exeat fœtus.quod si non, prius linitionibus,& iniectionibus ex lenientibus, & lubricitantibus adiuuetur & aliis:quod si non scinditur propter crassitiem suam,oportet quod scindatur unguibus obstetricis, uel forficibus assumpta ex ea in digitis aliqua parte eius,ne fœtum attingat & lædat, quia si fœtus non est completus & tunc sua fortitudine non egrediatur scisio nocebit,quoniam exitu aquositatis siccabitur matrix, quare fœtus non poterit lubricare,sicq; elongabitur partus, & embryo non curabitur & peribit,nec succurrere poterunt inunctiones & cerota supradicta. Porro si causa tarditatis fuerit embryo sua quātitate,quia fuerit magnus,& proprie caput suum,iuuet obstetrix in dilatatione uuluæ colli matricis, & oris eius imponēdo manum suam suauiter oleis & cerotis dictis & dicendis calefactis inunctam.Et similiter si fœmina fuerit & gemelli.Quod si propter ineptum modum, & figuram ineptam egrediendi,puta quia egrediatur supra pedes eius,manibus & brachiis non adhærentibus coxis, quo casu habilitandæ sunt manus,& brachia embryonis cum unctionibus,& cerotis, & suaui obstetricis tractione, & parientis forti expresione.Sed si super alterum pedem egrediatur,oportet,ut non sedeat,sed iaceat cruribus eleuatis, & deiecto capite,obstetrixq; manu sua reponat pedes suauiter:deinde reuoluatur pariens reuolutionibus plurimis donec embryo reuoluendo se caput suum inclinet inferius ad portam egresionis, & extunc sedeat, quod si non fit illud possibile,subtili ingenio pedem intromissum iuuet cū alteratione si possibile est, & utrunque simul apprehensum manu inuncta cum oleo irino trahat subito,semper parientem confortando per omnem modum, quod si non sit possibile,& præmoriatur,extrahatur prout infra dicetur in mortuo.Et similiter ingeniandum si super latus ipsum egredi contingat.Quod si difficultas accidat cā mortis præmisis prædictis facilitabimus, si non egrediatur suspendatur, cū uncinis extrahatur,& festina in hoc antequam infletur, & pariēs debilitetur,& syncopizet.ꝙ si integre trahi nō posit,incidatur si posibile est,& frustatim extrahatur, ꝙ si nō sit incisio posibilis,conquassetur manu, & rumpatur ut facile extrahatur.Et antiquorū quidā ingeniati fuerunt ad inueniendū regimen in extrahendo illū alio modo,cuius nos relationem dimisimus propter paruitatem fiduciæ in ipso, & nititur ad medicinas quarum usus salubrior est.

Et ex medicinis trahentibus fœtum mortuum, quædam sunt simplices,quædā compositæ. Ex simplicibus uero sunt chemesir quod eiicit fœtum uirtuose,nec habet parem in hoc,sicut & in educendo aquam,& semen thymi quod eiicit fœtum mortuū,armoniacum,balsamum,opopanacum, castoreū,gentianæ radix,darsesehan suppositum,& gummi oliuæ,aristo.utraq; bibita cum myrrha, & pipere, extrahit embryonē,& nasturciū,& totū quod est ciceris medietas, lachryma almusech supposita extrahit fœtum, chamædrys, & thurides, & ladanum suppositū in pessario extrahit fœtum mortuū,mescatramesir suffumigatum, & bibitum, & myrrha. Et cum ex narcisso bibuntur.ʒ.iii. cum aqua mellis,eiicitur fœtus mortuus & uiuus:oleum irinum, arthanita,rubea,piper,radix similiter cum bibitur.ʒ.i. & supponitur extrahit fœtum.Centaurea, costus, & chalbanum suppositum,& cussus suppositus,abrotanū,roba supposita ablutio cum athaleo, & succus eius quando ex cortice serbim fit suffumigatio extrahit fœtum,lactuca asini bibita,& supposita,ablutio cum athaleo,inunctio uentris, & ilii ex eo, & succo eius eiicit fœtum fortiter.Et hermodactylus,ut in præcedenti cap.dictum est,non habet parem in educendo ipsum fœtum mortuum & menstruum. *Fœtum. educētia.*

Composita sunt quæ ex his componuntur, & in summa omnes medicinæ educentes uermes, & ascarides superius numeratæ fœtum extrahunt,et educunt. Ex facilitantibus uero partum quædam sunt simplicia,quędam composita.Et ex simplicibus,quædam sunt talia à natura, et a proprietate,quædam à proprietate solum.Prima sunt, ut cortices casiæsi.pulueriżatæ datæ cum uino,et est expertum bonum et efficax,et est sumere in potu asam et casiam, et est bonum, et est ultimum,et similirer cinnamomum,quoniam alleuiat partum et accidentia.Et iterum decoctio foliorum althææ romanæ in aqua,et sesio in ea facit illa.Et aquæ fœnugręci,faseolorū,et capil.ue. contritorum, et dissolutorum in syrupo rof.et aliquando oleo irino,et datum in potu, crocus,et seselis facilem faciunt partum in omnibus animalibus.Secunda sunt ærugo ferri, lutum creticum suspensum super prægnantes conseruat pręgnantes. Et tenere in manu sinistra magnetem,et linitio eius cum cinere ungulæ asini,et equi est ultimum,et suffumigatio cum ea, et suffumigatio cum oculo piscis saliti,et suspensio lapidis aquilæ super coxam eius,aut matricariæ aphricanæ facilē efficit partum,et sine dolore. *Partū facilitantia.* Et ex his sunt uerba sancta,et sunt ex his,quæ procurant ipsum,scitum, et illud, ut in uno cipho de uitro scribatur exterius psalmus.Miserere mei Deus, à principio usq; ad uersum. Domine labia mea aperies, exclusiue,cum penna et atramento:deinde lauetur cum aquā ita,ꝙ omnes literæ sint ablutæ cum ea,et detur ad potandū ei tota.Item in aure dextra ipsius dicantur hæc uerba.Memor esto Domine filiorum Edom in Hierusalem qui dicūt exinanite:cum Pater noster ter.Et sunt alia quæ faciunt facilem ipsum et securum,et illud est,ut scribatur. Dixit Dominus domino meo,usq; ad Tecum principium,inclusiue, in charta non nata,et cum filo de lana per uirginem filato, cum ter Pater noster,suspendatur ad collum parientis. *Verba sancta.*

Ex compositis uero,quædam sunt enchatismata,quędam suppositoria,quædam pilulæ,quædā suffumigationes aliæ. Enchatisma in quo sedetur ad difficilem partum. ℞. pulegii,foliorum althææ,maluarum,fœnugræci,se.lini,lenticularum amararum,uel herbæ ipsarum,ca.ue.an. M.i. bulliāt in aqua,et sedeat in ea. *Enchatisma ad diff. partus.* Suppositorium ad idem.℞. succi mēthæ in quo bulliat pulpa colocynthidis, et infusa lana supponatur.Aliud.℞.arist.cum buchormariē,aut staphisagria, et ministretur.Aliud,fiat cum elleboro, opopanaco,et felle taurino cū melle:facit enim descendere uiuum et mortuum. *Suppositorium ad idem.* Suffumigatio bona.℞.myrrhæ solius,uel ipsius cū chalbano,et castoreo confectorū cum felle taurino, et suffumigetur aur.i. Aliud.℞.sul.citrini,myrrhæ,rub.fellis uaccini,opopa. gal. ana. suffumigetur cum eis, et suffumigatio cum spoliis serpentis, et stercore accipitris. *Suffumigatio.* Pilulæ facilitantes partum. Recip.sauinæ partes.ii.hascæ,armo.rub. ana.ʒ.s.confice cum suc.uitis,et da. ii. Aliæ. ℞. aristo.lon. piperis,myrtæ, ana partes æquales, confice cū succo sisimbri *Pilulę facilitantes partum.*

bri.& da.iiii.omni die cum aqua lupinorũ,sunt enim abor-
sum facientes,partum alleuiantes,& mundificantes matri-
cem fortiter,si Christus uoluerit.Aliæ idem operantes. ℞.
bdellii subalbidi,myrrhæ,sauinę,& fiant pilulæ cum cassiafi.
Cõfectio ad idem. & melle,& da.v.Confectio ad idem cui non adæquatur.℞
myrrhæ,styra.castorei,ana.ʒ.i,cinna.sauinæ,ana aur.s. con
ficiantur cum melle,da aur.ii.cum uino.Et ex eis est empla
strum,& cerotũ,& epithima,quod recipit pulpæ colocyn-
thidis,succi eius quæ humida est,& misce cum succo rutæ,
& adde myrrhæ,& inungatur pecten usq; ad umbilicũ.Re
gimen autem correctiuum accidentium prædictorum,&
aliorũ quæ contingere possunt ex dictis,& dicendis in pro
priis capitulis est manifestum.

De cura accidentium quæ sequuntur partum. Cap. 17.

ALiquorũ tamen,quæ ut plurimum insequuntur par
tum,sanationem afferamus hic specialiter, ex qui-
bus est febris,inflatio uentris,& dolor eius,& ma-
tricis,& motus eius,quorum causa plurimũ est im-
perfecta sanguinis mundificatio post partum, ut supra de
naturali partu est dictũ,& de illis est debilitas,& casus uir-
tutis cuius causa est sanguinis fluxus plurimus,ulceratio &
ruptura matricis uel uenæ eius, dolor ani, & exitus eius.
Sanatio eius imperfectæ mundificationis est sanatio dicta
supra cap.de retentione menstruorum,& hic quantum ne-
cesse dicemus,& est quòd studeamus in prouocatione, &
perfecta eius mundificatione cum diureticis calidis, quæ
sanguinem acuant,& attenuent,ductus & uias aperiãt quæ
superius nota sunt,& cum impellentibus materiam ad in-
feriora.Ex quibus est sternutatio,& retentio anhelitus, &
cum trahentibus ad infima,ut cum uẽtosis,& cum trahenti
bus,& alleuiantibus simul,ut sunt suppositoria, & suffumi-
gationes supradictæ.Et suffumigatio cum oculo piscis sali-
ti cum cinere ungulę asini.Quod si hæc non excusant,& de
bilitas non prohibeat,phlebotomia saphenę est necessaria,
quoniam educit & prouocat.Fluxus etiam sanguinis pluri
mi sanatio superius dicta est in de cura superfluentium mẽ
struorum.hic autem addidimus,quod cũ apparet, oportet
quod extrema uittis ligentur,& proprie manus,& brachia
& non pedes.Et sub mammillis uentosę, & panni infusi in
aceto superponantur uentri.Et supponãtur collyria ex põ
ticis,ut halaustiis,chiarabe,ros.thure,gallis, & uino pontico.Et suspẽso stercoris uaccini in lana in coxa eius,& cor-
tex citri retinet ipsum. Sanatio eius est duplex, euacuatio
eius quo retinetur sanguis & hoc cũ prædictis, & proprie
phlebotomia uenæ,quæ est sub poplite uel saphenæ, & est
alteratio febris.Et ad illud quidem cõueniens est aqua hor
dei alterans & mundificans,uel aqua cicerum cum ea, uel
semina communia dissoluta.Et granata dulcia,& muza, &
potus aquæ lactis, & tamarindorum, & mannæ, quoniam
alterando leniunt uentrem, qui in eis plurimum con-
stipatur.Et iura gallinarum, & prunorum decoctio idem
operantur,& nutriunt.Sanationem uero inflationis uen-
tris,facimus cũ aqua cicerum,& puluere cimini,& uini pu
ri cum diamarte,uel alchechengi,uel sagapeno, & origa-
no cum mastice. Et clystere ex attenuantibus uel nastale:
est enim conueniens ex aristolochia rotunda, schinanto,
& styrace liquida,cum doronigi,& zedoaria sumpta.Dolo
rem uentris,& matricis cum enchatismatibus ex anodinis
maluis,& fœnugræco,se.cimini,sesamo,radice althææ,flo-
ribus chamæmillæ,meliloti,& cicuta. Et unctione cũ oleo
sesamino,amy.dul.& uiol.& cum comestione theriacæ, &
trypherę magnæ cum uino matricariæ,uel foliorum resinę.
Et suffumigetur cum thure,styrace,& se.racemorum rubi,
ana.super carbones,& motus eius sanatio supradicta est.Vl
ceribus uero prouidemus cũ his primo quæ mundificãt,&
sedant dolores,ut est succus morellæ,& plantaginis cum o-
leo ro.iniecti uel suppositi,uel albumen oui cum lacte mu-
lieris,& succo portulacæ,fedeat in aqua stypticorum,& põ
ticorum prædictorum:deinde ungantur cum unguento al-
bo,& aliis quæ in ulceribus neruorum laudantur. Et cum
exhibitione in potu boli armeni, terræ sigillatæ & sangui.
dra.succo plantaginis,& iniiciatur. Dolorem ani similiter
curamus,ut supra, & exitum eius similiter. Et ex propriis
est,ut abluatur in uino decoctionis ponticorum, & super-
aspergatur puluis cornu cerui usti, & rẽponatur, & quie-
scat,& utatur stypticis,deinde lenientibus. Sed si sunt ulce
ratæ,& putrefactæ,notandum q; quibusdam fit unum fora-
men ex ano & uulua parientibus,& matrix progreditur fo
ras.Cuius causa est paruitas membrorum & teneritas, ma-
gnitudo fœtus,& obstetricis defectus, & hoc mulieribus
est occultum,quibus sic subuenimus. Ab experto consuli-
mus,uino calido abluatur matrix in quo butyrum sit disso-
lutum,& fomentetur diligenter donec mollificetur,& ex-
tunc suauiter reponatur:deinde ruptura suatur in quatuor
locis filo serico,deinde pannus lineus imponatur ad uuluæ
quantitatem,deinde pice liquida liniatur: hoc autem facit
matricem recreari,& teneri propter sui rupturam, & mun
dificando consolidat.Et collocata sit in lecto per.xl.dies,ta
liter,ut pedes sint altiores,& abstineat ab omni motu cor
poris & animæ,& balneo.Et q̃ ne talis ruptura contingat
in partu,sic prouideamus.Pannum in modum pilulæ oblõ-
gæ poni facimus sub ano ad hoc,ut quolibet conatu expel-
lendo puerum,firmetur in illo,& illud comprimat,ut non
fiat peritoneon solutio talis.

De retentione secundinæ, uel extractione eius. Cap. 18.

SEcundina,quia plurimum secundo post partum dicta
est,& quandoq; simul cum fœtu, & quandoq; inuolu-
ta,quandoq; expoliata, & quandoq; post partum reti-
netur. Et causa est,aut in uirtute parientis, quæ remansit
post partum debilis,aut in secundina, quia sit in profundo
matricis fortiter alligata,& fixa coadunata in modum sphę
ræ,ac cotyledonibus fortiter alligata,uel emissa aquositate
sicca in matricis angulo remansit lubricitate priuata, aut
in ore matricis,quia post partum sit adunatum, & humori-
bus concurrentibus præ dolore conclusum,& fortasse om-
nes causæ simul concurrunt.

Signa causarũ ipsarũ sunt manifesta,ubi causa secũdinę cu
ius signa sunt,quia difficilis partus præcesserit,& grauedo in
superioribus,& digitorum motio nihil attingit ex ea.

Cura extractionis secundinæ,ad ipsius extractionem est
festinandũ,perducit enim retẽta ad præcipitationẽ enixã,
ut Hipp.dixit,& hoc quia retenta corrumpitur facile, de
sui natura non habens regimen,& uapores ex ea mali ascẽ-
dunt ad stomachum,cor,& cerebrum,quare accidẽtia præ-
focationis matricis eam incurrere est necesse.In extractio
ne autem eius est duplex regimẽ necessarium,unum ad ha-
bilitãdum extractionẽ quã sola natura facit, aliud ad acci-
dentiũ correctionem. Regimen ad habilitandum est,quod
superius est dictum in cura difficultatis partus. Et comple-
tur cũ cibis,& potibus ex confortãtibus, ex iuribus carniũ
cordialium colati,& nõ colati,uitellis ouorũ,& uino odo-
rifero,& medicinis,quæ sunt dictæ ibidẽ, & in causis abor
sus dicentur,& aliis extrahentibus dicentur, quorũ reme-
morationẽ faciemus,ut simplicium & cõpositarũ.Quædam
os matricis aperiunt,quædã secundinã leniunt,& matricẽ, aph.45.
quædam ligamenta corrũpunt & frangunt, quædam secun-
dinam descendere faciunt, & ad canale dirigunt, & ad os
matricis educunt,ut exinde cadat. Ex aperientibus prout
supra de oppilatione matricis est dictũ,sunt uchuen suppo
situm,& suffumigatum, oleum lilii,& maiorana conferẽt ad
coarctationẽ matricis perducẽtis ad præfocationem, oleũ aph.50.
de narciſso,& irinum.Secundario ualet præfocationi oris
matricis,iuniperus,& similiter chalbanũ cum uino bibitũ
calefactũ,cottũ,sinapis,& agaricus,gagates,& semen urti-
cæ cum uino bibitum, & oleũ abrotani calefactum aperit aph.44.
os matricis,& omnia diuretica calida. Et ex expertis quæ
aperiunt,& descendere faciunt, est uinum decoctionis pu
legii bibitum & enchatismatum, & enchatisma factum ex aph.61.
aqua decoctionis fœniculi,& usneæ & prædictorum, & ex
illis est instrumentum apertionis oris matricis.Ex lenienti
bus uero bdellium utrunq; suppositũ,& suffumigatum, &
myrrha, & medullæ gallinæ, anseris et anatis, et medullæ
canabiti,oleum de lilio supposita,et inuncta exterius, et in aph.34.
terius iniecta, et enchatisma cum foliis maluæ et althææ,
brancæ ursinæ,furfuris,et similium. Et ex corrumpentibus
et frangẽtibus ligamenta est suffumigatio cum sulfure, uel
arsenico,et gummi,et foliis hederæ, uel nasturtii et cõcha-
rum.Et ex facientibus descendere secundinã est lens amara cum uino bibita,gallia suppositа, odorata & euaporata,
fœtida naribus applicata, retentio anhelitus, sternutatio
uehemens,compressio iliorum.Et ex dirigentibus ad cana
le,& trahentibus ad os matricis, & faciẽtibus eam cadere,
est unguentum basilicũ immissum, post illud administratur
oleum ros.puluerizata desuper althæa,& sumptio stercoris
accipitris in potu. Et ex illis est manus obstetricis prudẽ-
tis, & expertæ ex aliquo lubricantium inuncta & impo-
sita,ita ut inuncta ipsam trahat si per se nõ appareat.Cumq;
ceperit apparere, tunc tendatur faciliter,& sine labore,ut
non scindatur & abscindatur, stringatur tractum coxa mu-
lieris,& conetur in sternutatione,& deinde commoueatur
leuiter,ut separetur à profundo & cadat, & succurre cum
facientibus abortire ex suppositoriis, & fumigationibus,
quæ dicemus ibidem.Et quidam antiquorum locutus est de
extractione secundinę sermonem,ut dixit Abo.quem omit
tamus gratia breuitatis.Regimen autem ad accidentiũ cor
rectionem subscribemus deinceps, & est,sicut stomachus,
cor,& cerebrum cum confortantibus defendantur,& pro-
prietatem habentibus in obtusione sensuũ quæ supra in cu
ra ipsorum sunt narrata,sicut quoq; ad oppositum,& circũ
ferentias prout oportet trahãtur, & illud cum fricti onibus
extremorum,& fomentationibus eorundẽ quæ sunt ex ge-
nere acutarum.Cum his ergo præmissis non cadat, elabora
re cũ talibus nõ oportet,quoniam talia aromatica frequen
ter approximata grauedinẽ,& dolorẽ capitis faciunt secũ-
dum Hipp. & angustiam cordis, & stomachi defectionem,
sed dimittatur, quoniã post paucos dies soluetur corrupta
& lubricabit in modum aquositatis uel cadet.

De aborsu & accidentibus quæ sequuntur eum. Cap.19.

ABorsus est concepti embryonis prẽter naturã,& an
te debitũ tempus ortus.Et illud quidẽ, quia q̃ndã tẽ
pore informationis,quãdoq; post,sed ante motũ,&
ante complementũ, & quandoq; post cõplementũ
contra naturę debitũ est emissus,& quãdoq; uiuus,& ut plu
rimũ mortuus.Et cã eius,aut est interior aut exterior.Inte
rior quidem,aut est in matrice,aut est in conceptu, & si in
matrice,aut in se,aut ex inde matrem simul cum fœtu perire.

Signa aborsus, quædam sunt suspicantia ipsum futurũ, De signis aborsus.
quædam indicantia ipsum propinquum & promptum.Pri-
ma ex consuetudine,& habitudine corporis totius sumun-
tur,ut quia fuerit valde gracile, vel pinguosum,& ab orti-
re consueuit.Et ex dispositione mammillarum,uel ipsarum
qualitate,ut cum fuerint prius tumescentes,& solidæ,subi-
to molles fiant & graciles,prout Hippo.dixit in apho. Et
ex quantitate causarũ prædictarum.Cum enim non fuerint
ualde fortes,illum suspicandũ,& uerendũ portẽdunt.Cũq;
fortes ualde, illum promptũ demonstrant. Cumq; dolores
fortes accidunt in matrice & lassitudo, rubet facies,& ac-
cidit rigor, & proprie in febre, & dolor in capite, & in ra-
dicibus oculorũ,tunc indicant ipsum promptum, & præsen
tem & proprie cum mẽstrua prorumpant. Et signa quidem
causarũ intrinsecarũ quæ occultæ sunt, ex dictis sunt nota,
& plurimæ ipsarũ sunt manifestæ medico,vel prægnanti ex
relatione ipsius. Cumq; causæ & signa apparent ipsius ab-
orsus,alterũ duorũ ingenium est sumendum.Aut enim sunt
debiles aborsum portẽdentes,& tunc, vt prouideatur cau-
tela,& pręuisione videndum.Aut sunt fortes ipsum fœtum
promptum monstrantes & ineuitabilem, & tunc auxilium
quo fiat tolerabilior est ministrandum.Inquit enim Hippo.
Nõne illius est,vt futurũ periculũ vel omnino prohibeat,
vel saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat?Præui-
sio consistit in abscisione causarum. Cautela uero in cõser Deprouisione.
uatione prægnantis & fœtus. Abscisio causarũ completur
cum contrarijs unicuiq; earum proprijs,ut siquidem os ma
tricis fuerit naturaliter amplũ,constringatur stypticis phar
macis illinitis, emplastratis, et suppositis, et suffumigatis
quæ supra in retentione menstruorũ sunt dicta. Similiter
si accidentaliter ex humiditatibus in profundo currentibus
cura cursus matricis tollatur. Sic quoque si sit humectata
matrix, et humiditate repleta, vel menstruis retentis ante
impręgnationis tempus,quæ possent præ longa retentione
corrupta lædere fœtum cum mundificantibus omni modo,

labor eã ad extenuationem perducunt, & fortasse ad ruptu
ram ligamentorum,& cum superfluit ad inanitionem. Aut
uehementi fame debilitatũ, vel aliqua acutarũ ægritudinũ
captũ.unde Hip. In utero habẽti ab aliqua ægritudinũ acu- 2.apho.
tarũ corripi mortale,aut vehemẽti repletione, & nausea- apho.30.
tiua satietate grauatũ suffocatiua fœtus, & aliměti ipsius cor
ruptiua. Sed cã in conceptu,aut est in ipso, aut in pãniculo
secundinæ. In ipso quia fuerit grauiter infirmatus,vel debi
litatus aliqua causarũ debilitantiũ intrinsecarũ,uel extrin-
secus accidentiũ,uel quia ex ipsis fuerit ad morte adductus,
quare natura expellere nitetur eũ,grauata, & quia humidi-
tate currente ex ea viruleta mordetur & molestat. Et quan
doq; ex labore in exitu resolutus moritur, & quãdoq; suffo
catur,qbus nõ existentibus emittitur viuus.In pãniculo ve
ro,vt quia fuerit fractus, vel debilis fuerit creatus propter
tenuitatẽ spermatis in sua radice,aut quia aliqua cã ruptus.
Et effusa humiditas lambendo, & lubricando matricẽ inci-
tat, & iuuat ad fœtus expulsionẽ. Et cã exterior est ex pri-
mitiuis aliqua, vt est frigiditas multa aeris mortificando,
B quasi in regionibus ualde frigidis, & septẽtrionalibus mul-
tiplicatur aborsus, aut multa caliditas resoluendo, sicut cõ
tingit in meridionalibus. Et ex his est balneatio multa in
frigida,vel calida aqua, perducit.n. ad resolutionẽ uirtutis
vtriusq;, mollificationẽ ligamentorũ,apertionẽ ductus, &
receptaculi dilatationẽ, & necessitate augumentata fœtũ
facit properare ad exitum aeré frigidũ appetendo. Et ex il
lis est mutatio tpis prẽter naturã, ut cũ præcesserit hyems
australis,& subsequatur uer borealis,vt Hip.dixit in apho. 3.apho.
Et ex illis est motus corporeus uehemens, & exercitiũ la- apho.14.
boriosum,& saltus uehemẽs,& proprie ad posteriora post
coitum,quoniam facit descendere sperma & fœtum. Aut
casus & percussio,aut coitus superfluus, & ex illis motus à
pharmaco perducens ad ligamentorum rupturam proprie
mensibus tribus primis.Aut animalis.ut ira fortis, timor &
tristitia, gaudium magnum & subitum. Et accidentia qui-
dem aborsus sunt dolores fortiores quam in naturali par-
tu,quoniam hic uiolentus,& ille naturalis existit. Et ex il-
lis est fluxus sanguinis immoderatus ex quo spiritus defice
re est necesse,& ex inde matrem simul cum fœtu perire.
C Signa aborsus, quædam sunt suspicantia ipsum futurũ, De signis
quædam indicantia ipsum propinquum & promptum.Pri- aborsus.
ma ex consuetudine,& habitudine corporis totius sumun-
tur,vt quia fuerit valde gracile, vel pinguosum,& ab orti-
re consueuit.Et ex dispositione mammillarum,uel ipsarum
qualitate,ut cum fuerint prius tumescentes,& solidæ,subi-
to molles fiant & graciles,prout Hippo.dixit in apho. Et
ex quantitate causarũ prædictarum.Cum enim non fuerint
ualde fortes,illum suspicandũ,& uerendũ portẽdunt.Cũq;
fortes ualde, illum promptũ demonstrant. Cumq; dolores
fortes accidunt in matrice & lassitudo, rubet facies,& ac-
cidit rigor, & proprie in febre, & dolor in capite, & in ra-
dicibus oculorũ,tunc indicant ipsum promptum, & præsen
tem & proprie cum mẽstrua prorumpant. Et signa quidem
causarũ intrinsecarũ quæ occultæ sunt, ex dictis sunt nota,
& plurimæ ipsarũ sunt manifestæ medico,vel prægnanti ex
relatione ipsius. Cumq; causæ & signa apparent ipsius ab-
orsus,alterũ duorũ ingenium est sumendum.Aut enim sunt
debiles aborsum portẽdentes,& tunc, vt prouideatur cau-
tela,& pręuisione videndum.Aut sunt fortes ipsum fœtum
promptum monstrantes & ineuitabilem, & tunc auxilium
D quo fiat tolerabilior est ministrandum.Inquit enim Hippo.
Nõne illius est,vt futurũ periculũ vel omnino prohibeat,
vel saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat?Præui-
sio consistit in abscisione causarum. Cautela uero in cõser Deprouisione.
uatione prægnantis & fœtus. Abscisio causarũ completur
cum contrarijs unicuiq; earum proprijs,ut siquidem os ma
tricis fuerit naturaliter amplũ,constringatur stypticis phar
macis illinitis, emplastratis, et suppositis, et suffumigatis
quæ supra in retentione menstruorũ sunt dicta. Similiter
si accidentaliter ex humiditatibus in profundo currentibus
cura cursus matricis tollatur. Sic quoque si sit humectata
matrix, et humiditate repleta, vel menstruis retentis ante
impręgnationis tempus,quæ possent præ longa retentione
corrupta lædere fœtum cum mundificantibus omni modo,

& exiccantibus notis ibidem leuioribus, necnon, & si sit ue E
to repleta etiam cum extenuantibus in mola matricis supe
rius dictis, etiam si aliqua prædictarum ęgritudinum specie
sit grauata, cura ipsarum propria medicetur: similiter si pa
tiatur ex communitate ad aliquod membrorum, uel corpo
ris totius. Quòd si præ sui macredine fit aborsus, regimine
humectatiuo, & impinguatiuo utendum, quod dicemus an
nuente Christo. Et si inanitum fuerit cum retinentibus flu
xum quæ superius habuisti, uel quia aliqua ægritudinū acu
tarum sit captum, cura propria unicuiq; quæ ex dictis, & di
cendis est nota. Et si fame, resumptione cum temperamen
to. Et si repletum uehemēter, euacuatione paulatina, & ab
9.aph. 51. stinentia corrigatur. Inquit Hipp. Multum, & repente eua
cuare uel replere, aut quomodolibet corpus mouere fallax
& naturæ insuaue: paulatim uero melius. Complebitur au
tem repletionis leuacuatio siquidem sit sanguis, phlebotomia moderata quæ embryonem ad nutrimenti defectū non adducat, sed tantum superfluum suffocatiuum, uel malū sanguinem eius corruptum. Si uero alii humores, cholagogo
leuiori mundificetur, ut est rhabarbarum, myrob. citrini, & F
chebuli indi, in mēsibus mediis primos & ultimos tres uerē
do, ut Hippo. docuit, aut cum sena, si humor replens fuerit
adustus, non pilulis & hieris, ut aliqui præsumpserunt, nec
non cum lenientibus, & sanguinem mūdificantibus, ut mel
le, casia, tamarindis, & manna, succi ro. lupuli, boraginis,
& buglossæ, & floribus earundem, fumiterræ, & aqua lactis
& similibus, quibus in tribus primis mensibus & ultimis u
ti potest. Et si causa fuerit in conceptu, auferatur & confor
tetur prout ifra dicetur, & si mortuus fuerit extrahatur pro
ut supra in difficili partu dictum est, & ingenio, quod dice
mus. Si uero fuerit in panniculo quo inuoluitur auxilio suc
curratur, quod infra dicemus. Et si causa exterior apparue
rit amoueatur, & in contrariam dispositionem adducatur.
Inquit enim Gal. correctio omnis immoderationis per cō
trariam immoderationem est fiens. Cautela uero consistit
in confortatione mulieris prægnantis & fœtus. Et comple
tur cum regimine ipsorum superius prænominato, & medi
cinis propriis, quæ narrabimus. Auxiliū uero, ubi causæ pre
ualescendo ipsum promptum demonstrant & ineuitabilem G
est duplex: unum consistit in habilitando, ut facile & cito
embryo expellatur: retentio enim ipsius periculi est, & ma
tricis est causa. Aliud consistit in accidentis correctione ne
mortis periculo adducatur. Habilitatio eius completur cū
illis quæ difficili partui succurrendo, facilitant ipsum, quæ
sunt supra dicta. Correctio uero accidentium ibidem exti
tit nota quantum ad dolorem remittendum. Et rētentionē
superfluitatis sanguinis etiam colligere potes ex dictis in
retentione superfluitatum menstruorum. Amen.

SVMMA. V. & ultima, Particulæ quartæ Sectionis primæ, quæ est de ægritudinibus membrorum apparentium, & partium uentris.

anatomia uenetris.

Equitur summa quinta, quartæ particulę, sectionis primę finalis & ultima, quę est de medicinis ægritudinum membrorum apparentium, & partium uentris, quæ in superfluorum expulsione sunt adiuuantes. Sciendum tamen est q̄ primum, quod nobis de uētre occurrit est cutis: deinde sub ipsa est panniculus primus, & nominauit ipsum Gal. membranam, & eorum duorum aggregatio est mirach, cuius iuuamentum est simile iuuamento lacertorū qui sequuntur: inde sunt lacerti. viii. duo primi occurrentes longitudinales protensi ab ossibus pectoris usque ad ossa pectinis existentes de genere carnosorum. Et sub eis sunt quatuor transuersales, quorum unus protenditur ad extra costarum falsarum supra extremitatem earum, ad sinistrum inferius circa fœmur & ancham: & alii à sinistra parte costarum falsarum, & extremitate earū, ad dexrum inferius circa fœmur & ancham, quæ ex multa protensione de carnosa substantia desinente in medio in carnosam: deinde in panniculosam substātiam deuenerint extrema, sub quibus duo alii latitudinales existunt, panniculum uentris qui siphac dicitur immediate tangentes, canosæ substantiæ, protensi de iliis partis sinistræ ad ilia partis dextræ, quorum iuuamentum consistit ad continendum: & calefaciendum intestina & stomachum, ad expellendum quod in matrice, & uesica expellendum existit: ut eorum compressionis auxilio facile expellatur, & ad sustinendum diaphragma cum adest exuflatio quod etiam sua constrictione adiuuant. Deinde est adeps quæ pinguedo lacertorum dicitur, quæ ex frigiditate nerositatis, & carnositatis ipsorum, & ipsius siphac, ibidē ex unctuositate sanguinis generata multiplicatur. Iuuamētum eius est, ut sua raritate colligat caliditatem, & sua uiscositate conseruet eam, quæ reflectitur ad intestina, & stomachum iuuandæ digestionis gratia: deinde est siphac panniculus uocatus, beriterō cui adhæret pinguedo ualde. Cuius iuuamentum est, ut contineat omnia intestina & uiscera & liget cum dorso, suo proprio loco conseruet ea tenendo firma & iuncta. Et eorum sit tutamen & distinctio inter lacertos, & alia uiscera, ne turbentur operationes ex eorū motu. Et ad exprimēdum superfluitates, cum lacertis & mirach concurrendo. Et ipse est principium à quo omnis panniculus corporis habet ortum. Cum enim ascendit continuatur uelamini, & fit eius inferior tunica una triū ipsius. Et ex ea cum penetrat oritur panniculus tegēs pectus. Cū uero descendit, & continuatur duobus iliis, aduenient ibi ei duæ uiæ uocatæ didymi in quibus penetrāt uenę, & suspēsoria testiū. Ex quibus fiunt duæ cistes, & folliculi testiculorū. Deinde est zirbus adipinus, qui est pānniculus subtilis ex eo quod superfluit à duobus lateribus siphac, & ex eo quod descendit apud stomachum, & duodenum, & ex eo quod descendit apud pectinem est ramus duarum uenarum pulsatilis, & non pulsatilis extensus supra stomachum contextus. Et suspensio eius est ex stomacho, & continuatur pectini, & est compositus ex duob⁹ panniculis, quorum unus capit alium, inter quos sunt acies pinguedinis plurimæ, & uenæ pauciores in eis ad modū retiæ, & est sicut cistis, uel sacus in quo aliquid retinetur si apponatur, & est interius, sicut interior pannus siphac, & sicut exterior stomachi, & est additus ab anteriori parte extensus super omnia uiscera in homine, quoniam est magis indigens auxilio in digestione per comparationem ad aliam: sua enim spissitudine cōprehendit calidiratem, & sua uiscositate pinguedinem illam cō seruat quā reflectit continue super hoc: & hoc est iuuamentum sui. In summa, iuuamentum omnium, & cōmune in continendo uiscera, defendendo, & exprimendo, & calefaciendo. Et in medio uentris est sumen, qui est locus umbilici cuius forma est ad modum intestini quo trahit infans sanguinem à concauo secundinæ ad sui nutrimentum, & mediantibus uenis quarum orificia in ea concurrunt distributione corporis totius. Deinde sunt intestina, & alia uiscera quorū anatomiā præmisimus, Christi omnipotentis gratia, qui sit per cuncta sæcula benedictus. Ex quibus ægritudines ei euenire possibiles comprehendere poteris generaliter, & est dolor, & ruptura, qua omnes operationes, & iuuamenta læduntur, & dicitur ruptura quam ramex, hernia, & species eius sequuntur: & quandoq; eminentia umbilici, suis capitulis prædistincta. Causas quoq; extrinsecas, & interiores earum proprias & communes & signa earum.

Et secundum hoc ista quinta summa, tria capitula continebit.

De crepatura & speciebus herniæ, & medicinis eius. Ca. 1.
De augmento umbilici. Cap. 2.
De dolore uentris & iliorum. Cap. 3.

De crepatura & speciebus herniæ, & medicinis earum. Cap. 1.

RVptura est solutio continui membro panniculoso aduenies, eius diuisiones uniuersaliter comprehendens, quæ si panniculo continenti intestina, qui dicitur siphac, accidat, uocatur proprie crepatura. Accidit autem ei in loco iuxta sumen, et raro, quoniam ille locus sustentatus est lacertis, et cum accidit minoris est eminentię, eo quòd grauantia intestina inferius tendunt, et est deteriorum

riorum accidentium licet in principio dolorem non faciat, A
qm̄ egressa in ea sunt intestina minuta, quę egressa coarctā
tur, quibus coarctatis coarctant fæcem, & uomunt eam. Et
quandoq; accidit in sumine, quare sequitur eius augmentū,
& umbilici, & qnq; sub eo, & circa ipsum, & est paruæ addi
tionis, et quādoq; accidit inferius circa inguina, et est pluri
mum, quia pars illa grauedine intestinorum magis extendi
tur nisi sustentetur lacertis, ut superior pars, sed extremita
tibus lacertorum, & est maioris doloris propter magnitu
dinem eius, quod extitit cōprehensum, & maioris additio
nis quā sequitur descensus eius, quod extitit cōprehensum
ante illius rupturam, ut intestinorū, & proprie monoculi,
qm̄ non est circumuolutum, & ligatum ut alia, aut zirbi, aut
utrorumq; cum est magna in bursam intestinorū, quare tu
met, & inflatur, & uocatur proprie hernia, seu ramex. Et in
mulieribus tument inguina ad modū tumoris oschei. Est ta
men ut præter rupturam eius descensus talium accidat, ut
cū peruenit dilatatio in uiis inferioribus partis eius absq;
ruptura. Et dilatationis causa est effusio humiditatum gluti
nosarum aquosarum, collectarum in spatio uentris ad mo- B
dum aquæ hydropicorum. Et quandoq; tumet oscheum, &
inflatur propter effusionem humiditatum præter naturā in
ipsum, aut aggregationem ipsarum in ipso, propter frigidi
tatem, & conuersionem ipsarum in aquositatem, quare re
plentur aquositate. Et quandoq; inflatur propter conuersio
nē ipsarum humiditatum in uentositatē, aut casum uentosi
tatis in illud. Et accidit species herniæ improprie & abusi- Species herniæ.
ue dictæ. s. aquosa & uentosa. Et quādoq; tumescit, & increscit
satur oscheum propter humiditatē sanguineā, fœculentam,
descēdentē ad ipsum, aut ex apostemate duro, aut pinguedi
ne, ita, ut aſsimiletur ramici, & uocatur hernia carnosa. Et
quandoq; inflantur tantum uenæ eius ex illa, & uocatur her
nia uaricosa. Et quandoque mollificatur mollificatione ue
hementi absq; ruptura, quare prolongatur, & similatur her
niæ. Et harum deterior & difficilis est utraq; natura. s. intestinalis, & zirbosa, quoniam est cum ruptura uel dilatatione. Aliarum uero deterior est carnosa & uaricosa, quoniā
materia est fixa: leuior uero aquosa, & uentosa, qm̄ perfora- C
tione sola euacuatur materia & detumescit oscheum. Et
causarum rupturæ siphac, quædam sunt intrinsecæ, quædam
extrinsecæ. Intrinsecæ sunt humorum corrosio, & repletio
tendens, uentositas extendens, & motus super repletione,
uox fortis, & sternutatio, expresio partis, & apostematis
apertio. Extrinsecæ sunt, ut ignis adurēs, percussio ensis pe
netrās, aut animalis morsus & similia. Causa uero dilatationis uiarum est debilitas ipsarum, & effusio humiditatū mollificantium, & relaxantium ad ipsas, coadiuuante motu forti, percussione & casu, aut retētio spermatis moti, & prohibiti ab expulsione, aut ascensio mulieris supra uirum, aut labor in coitu supra repletionem, aut satietatem, & aggregatio uentositatis, & egestionis in uentre, labor anhelitus in ipso, qui etiam potest esse causa rupturæ ipsarum.

Signa. Ex signis quædam sunt rupturæ conuenientia, quædam dilatationi uiarum, quædam herniæ. Signa conuenientia rupturæ quibus ipsa cognoscitur, sunt apparens additio sub mirach subito cum dolore & tumore, qui additur apud motum, retentionem anhelitus, & expresionē, distinguitur diuersitate locorū, & si sit inferius circa inguina tu- D
more bursæ fit hernia eius, nec confert exiccatio, nec stipticitas. Et dilatationis quidem signum est tumor, & additio in oscheo paulatim apparens absq; dolore, & præter motū subitum & laboriosum, uociferationē, & alia quæ sunt causa rupturæ percepta. Et est hernia folliculi testiculorum nō bursæ, & oschei immediate, & confert exiccatio & stipticitas. Signorum uero conuenientium herniæ, quædam sunt herniæ propter defectum intestini, & sunt magnitudo eius, & redditio eius uelox cum resupinatione, & sensibilitas rugitus cum premitur proprie. Quædam sunt conuenientia herniæ propter descensum zirbi ad ipsum, & sunt tumor minor in comparatione ad illud, & euentus paulatim licet minus quàm in dilatatione, nec sentitur rugitus in illa, licet sit similis illi in tactu molli, & difficultate curationis, & facili reductione. Et ramex quidem aquosa cognoscitur per tensionem oschei cum splendore, & tactus mollicie & lenitate. Et quidem ipsa non redit nec ingreditur, & proprie si ibidem sit aquositas generata non infusa materia. Et uentosa cognoscitur in inflatione oschei absq; grauitate, & dolore cū tensione, & resistentia impressionis, & est facilis ingressus, & reditus in omni situ. Et quandoq; accidunt in ea dolores fortes, quoniam extendit oscheum, & testiculos cōprimit. Et carnosæ signum est, q̄ non est materia intus oscheū, ut in prędictis, sed in eius substantia diffusa inuiscata, & adhęrēs, & est cū crasitie, & duritie, & inæqualitate. Et si est ex apostemate duro cognoscitur per præcessionē signorum eius, & dicitur buris. Hernia vero varicosa ex venis repletis cognoscitur tēdentibus ad nigredinē cōtortis, & cōplicatis, & mollificatione testiculorū, et prohibitione ipsorū à cursu & motu. Et si est in arteriis oschei tactus cōprehendit ipsam, si uero in uenis nutrientibus illa membra, cum sint profundæ, tactus non comprehendit illas.

Cura. in cura rupturæ intentio patientis, licet prius inspiciat accidens, uidelicet herniam, quia ab eo percepta magis molestantē, & in actionibus impedientem, attrahentem impudicitiam ipsius operis medicantis, executio tamē uertitur ad eius causæ ablationem prius. Est autem causæ ipsius ablatio duplex: una causa est communis omnibus hernię speciebus, alia unicuiq; speciei propria. Cōmunis causa ipsius ablatio, completur regimine quod in sex rerū non naturalium debita ministratione consistit, & est ut degat in aere temperate calido & frigido, declinante ad siccitatem, uitet extremitates qualitatū eius, & proprie humiditatis, utatur cibis siccis, & uitet humidos, & brodiales, & uentosos, ac repletionem, & potum multū, et proprie aquę, quiescat & dormiat temperate, uitet omnem motū corporis, & animæ, uniuersalem & partialem quo totum moueatur corpus, ut est sternutatio, tussis, cōpressio, retentio anhelitus, atq; singultus, uomitus, & coitus, & balneatio, & proprie post repletionem, nec stet nec ambulet supra cibum ualde, & breuiter fugiat omnes causas rupturæ delationis, & effusionis medicinarum prædictas in quarum contraria innitatur. Propria uero speciebus herniæ, & ablatio causæ, quędam est quæ appropriatur ueris quædam non ueris. Abscisio uerę causæ uerarum specierum herniæ, ut intestinalis, & zirbalis immediate rupturam siphac, uel dilatationem uiarum eius respicit: ablatio ergo eius est, ut hæc uniātur & cō solidentur: illa uero coangustentur: neutra uero ipsārū fieri pōt medio stāte, quod descendat in bursam: ut ergo hic fiāt prius, q̄ descendat intestinum. s. aut zirbum ad locum proprium reducere: deinde rupturam unire, & cōsolidare, uel dilatationem uiarum debite angustare. Reductio autē eius completur cum balneis, cataplasmatibus, & infusionibus rerum mollificantium, & dolorem sedantium, decoctarum in aqua quales sunt maluæ folia, & bismaluæ, & brancæ ursinæ, uiol. semen lini, & fœnugræcum, in quarū aqua sit pannus, uel spongia infusa, & supra locum immissa, donec locus molleſcat & dilatetur: deinde resupinatione corporis facta, & cruribus eleuatis cum compressione tendente superius reducantur intestina, uel zirbus, uel utraq;, post quā sequi debet rupturæ unio, & consolidatio, uel dilatationis coagulatio, seu coangustatio: unio autem & consolidatio per interius sumpta potiones & diætam, & exterius approximata & emplastrata, & non potest fieri quantumcunque sit in conglutinatione, & stypticitate fortissima, nisi etiam infrigidantibus tantum, cū partes ruptæ non possint uniri, & ad debitum situ reduci, arte uel ingenio propter magnitudinem vulneris, ineptitudinem, & compressionem membri quod subtile, & insanguineum est. Expedit ergo ad aliquod proportionabile illi confugere, saltem ut illā prohibeat ab augmento, & proprie apud corporis motum, donec tempus adsit ministrandi chirurgicū opus quod in consolidatione ipsius efficacissimum est & probatum. Proportionale uero est ligatura cum brachiali habente eminētiam perpendicularem ad clypei formam in loco respicientе inguina, ubi ruptura existit, & fascia descendente sub coxa, cum qua in locum posterum ligata stringatur, & est nota. Et modus operationis chirurgici est, ut prius obseruato prædicto regimine corpora purgētur, si cacochymia sit apparens, uel phlebotometur, si repletionis sunt signa, &

ſic multa,ut natura in mittendo humores ad locum magni
doloris reddatur a[illegible]ra:deinde ſupra locum inguinis reci-
pientem rupturam quam ex tranſitu inteſtini, uel zirbi de-
ſcendentis,& redeuntis cognoſces & percipies,cum impo
ſitis digitis apponatur ruptorium , & euitetur ferrum om-
nino:ſit autem primum leue, & non faciat ſubitam commo
tionem,& dolorem fortem , ſed facile toleretur quales ex
nitro cum calce abluta,uel ex arſenico calci mixto,& ſimi-
libus:deinde apponatur fortius, ut arſenicum , ſublimatũ ,
& tandiu immoretur in loco donec rumpendo , & corro-
dendo perueniat uſq; ad didymum. Caueat tamen ne tãgat
inteſtina,uel ad ea perueniat uirtus eius, quoniam ulcera-
bit nec conſolidabuntur, & proprie ſi gracilia fuerint , &
morietur æger,ut in quodam notabili uidimus ab experto.
Et ad hoc euitandum ſtatim expedit,ut toto tempore curę
rupturæ faciendæ iaceat ſupinus in lecto anchis , & cruri-
bus eleuatis,& à parte ſuperiori ubi ſunt inteſtina interpo
natur aliquod,quod defendat ea,ut peciola, oleo ro. intin-
cta,& uitet repletionem,& inflationem,& locus quotidie
requiratur & pluries . Caueat etiam ne chorda ligans crus
cum oſſe pectinis,quæ ſub ulceris loco exiſtit,attingat,quo
niam ſequeretur cõtractio & ſpaſmus, & utplurimũ mors .
Et modus cautelæ eſt,quia eſt dictus. Cum ergo peruene-
rit ad didymum,tunc inſpiciatur ulcus ſubtiliter,& inqui-
ratur utrum didymus ſit dilatatus uel ruptus.Si uero dilata
tus ſit comprehẽdatur acu,& fortiter cũ filo ſerico reſtrin-
gatur:& deinde ulcus conſolidetur . Si uero ſit ruptus nec
comprehendi ualeat,ut ligetur ruptorium , repetatur cum
mora,donec pertranſierit ipſum uſq; ad os,tunc uero auſe-
ratur,& applicentur ſigillantia,& incarnantia cum ſtiptici
tate:deinde repleto carne ulcere,applicentur ſigillãtia , &
incarnantia,quæ ſunt pontica & exiccãtia fortia, quale eſt
puluis gallæ , cortex thuris,ſandaraca,& ſimilia,& patiens
nutriatur uiſcoſis & duris.Cõſolidatio in infantibus & coã
guſtatio dilatatorum ductuum , & uiarũ,qui didymi nomi-
nantur,completur cum conſolidantibus interius ſumptis ,
& exterius applicatis ſtypticis,ex balneis & emplaſtris, &
ſunt glutinoſa & uiſcoſa,quales ſunt ſpecies conſolidę,cor
rigiola,mumia,terra ſigillata,grana naſturtii,millefolium,
decoctio nucis cypreſsi,& hypociſthis proprie cum balau
ſtia,& ſimilia ex cibis & potibus, & ex decoctiõe eius ſum
ptis,& exterius approximatis, & emplaſtratis ſimplicibus
dictis & aliis,ut eſt centaurea cui ineſt proprietas uniendi
No. de cẽtaurea. fruſta carnium,quando cum eis ſimul decoquitur. Et ex eis
ſunt confectiones,& emplaſtra compoſita quæ infra dicen
tur cum ligatura,& ſtrictione forti. Et quandoq; ſufficit ſo
la ligatura in dilatatione infantium. Quod ſi ruptura ſupra
uel circa umbilicum affuerit,reductio fiat inteſtinorũ , uel
zirbi fiat facile, quia ſola reſupinatione infirmi , & manus
compreſsione:quod ſi addatur in ruptura,incipiatur in de-
ſiccando illud , quod dilatatum eſt propter humiditatem ,
adunando quod fixum eſt,& ingenietur in conſolidatione
eius,& regatur ut ſupra . Et quidam nituntur in hoc dilatã
do fimbrias ſuas,& eorum efficaciſsima cura generalizan-
do ſuperius in ſuperioribus omnibus , cum non uideatur
poſsibile,niſi in cura infantium exiſtente parua.Et illud eſt
apponere ſupra in loco rupturæ emplaſtrum ex rubificanti
bus,& trahentibus ſanguinem ad locum primum . Quale
eſt proprie quod fit ex paſſulis nigris enucleatis , carycis ,
& uino nigro põtico,an.& bullitorũ ſimul in olla ad ſpiſſa
tionem:deinde cũ adminiſtratione emplaſtrorum ex ſtypti
cis,& ponticis ſanguinem illum tractum inſpiſſantibus , &
ſclirotizantibus,quæ ſua craſsitie , & duritie obturabunt .
Quale eſt proprie factum ex gypſo , & lapide marmoreo ,
ceruſſa,gallis,luto ſigillato,& ſimilia: & qđ ſcribitur infra.

In abſciſsione uero cauſæ proprie ramicis aquoſæ , aut
uentoſæ duæ res ſunt neceſſariæ .ſ. extractio eius quod in
oſcheo eſt contentum,& materiei prohibitio,regeneratio
nis & multiplicationis eius.Extractio autẽ fiet cum reſolu
tione,uel inciſione,uel perforatione eius cũ ferro,uel cau
terio ad modum extractionis aquæ,aut uentoſitatis hydro
picorum,talem autem complentia ſunt dicta ſupra in cura
hydropiſis,& ſunt ex emplaſtris,ſuffumigiis , & balneis ſic-
cis,& unctionibus reſoluentibus.Inciſio autem completur

E cum ferro, & cum medicinis acutis adurentibus & exiccã-
tibus,& cõſtringentibus illud,quod ruptum,uel dilatatum
eſt ex ſiphach,& foraminibus eius, ne ulterius deſcẽdat &
tranſeat.Et modus perforationis uel inciſionis cum ferro
eſt,ut reſupinetur patiens in lecto uel ſcãno,& ſedeat poſt
ipſum aliquis,qui extendat uirgam eius ad ſuperiora,& e-
leuentur teſticuli ad ſuperiora pectinis , & elongentur ab
oſcheo,& perforetur cũ phlebotomo oſcheum à parte dex
tra,uel ſiniſtra recedendo à cõmiſſura:deinde ſtude in eua-
cuatione totius aquoſitatis,& egreſsione uentoſitatis . Et
modus apertionis cum cauterio eſt,ut ſumas ferrum ſubti-
le in quo ſint uncini,& igniatur,ſicut ignitur cauterium,&
ſepara teſticulos quantum poſsibile eſt à loco cauteriza-
tionis,& reuolue cauterium ab oſcheo,ita ut non inueniat
teſticulum & inueniat oſcheum,& alberiteron,& conſtrin
gat & calefaciat ipſum , ut nõ egrediatur poſt ipſum aqua
poſt illud,eſt enim melius ꝙ conſtringat meatum , deinde
incidas cruſtam & conſolida. Et fortaſſe incides ex alberi-
teron aliquid & cauteriza & pone ſupra ſciſſuram ſtiptica,
F & prohibe ægrum potare aquam.Prohibitio generationis
materiæ multiplicantis eam fit cum euacuatione & æqua-
tione cibi & potus.Et regimen in uentoſa eſt regimen in-
flationis ſtomachi,uel tympanitis quod ſuperius dictũ eſt.

Regimen uero carnoſæ,& uaricoſę eſt regimen durorũ
apoſtematum,& illud eſt cum mollificantibus & reſoluen
tibus alternatim approximatis. Mollificãtia ſunt pinguedi-
nes,medullæ,olea,mucilagines . Reſoluentia ſunt granorũ
ſpecies,ut reſina terebinthina,bdellium,aloe , ſtyrax liqui-
da,ammoniacum,& ſimilia,iris,crocus,& chamæmilla , ſpi
ca &c.Compoſita ſunt.ex eis eſt emplaſtrum baſilicon, ce-
rotum hyſſopi & ſimilia.Emplaſtrum leue ad crepaturas in
fantium ſecundum Græcum.℞.corticum thuris , maſticis,
ſarcocollę,tragacanthi ana,terantur , & aggregentur cum
uino de paſsis,diſſoluta in eo mumia,& aliqui addunt aloẽ
& gluten piſciũ,& aliqui ſolũ faciunt ex balauſtiis, pſyllio,
& radice lilii ſylueſtris & lenticulis aquæ & fortaſsis ſuffi-
cit ut liniatur locus cum bdellio diſſoluto in uino,thure,&
colophonia.Aliud fortius Oribaſii. ℞. balauſtiarum,grano
G rum naſturtii,granorum granatorum,gallarum immatura-
rum.an.ʒ.v.decoquantur cum uini ſtiptici.℥.viii.decoctio-
ne uehementi.Et reductis inteſtinis ad ſuperiora embroce
tur locus cum frigido,& apponatur emplaſtrum nec remo
ueatur donec per ſe cadat.Aliud efficax ſecundum Ioanni-
tium.℞.aloen,diſſoluatur gluten in aceto uini,& aggrege
tur medicina cum eo,& fiat ex eis emplaſtrum . Emplaſtrũ
Papæ Ioannis ad crepaturam expertum.℞.lithargirii,opii,
lapidis hęmatitis,ſan.dra.ſan.hominis recentis , chalbani ,
maſticis,thuris,coſti,boli armeni,iſculi,mumiæ,ammonia-
ci,ana.℥.iiii.picis naualis,colophoniæ,ceræ albæ , & rubeæ
ana.℥.s.myrrhæ,cardamomi,aloes.ana.℈.v.colocynthidę,
palmæ marinæ aduſtæ,gallarum,balauſtiarum , ariſtol.lon.
radicum conſolidæ maioris,& minoris ana.ʒ.i. uiſci quer-
cini. ℥.i. fac decoqui pellem hœdinam in aqua donec tota
pellis diſſoluatur,deinde coletur cum expreſsione.Et cum
colatura illa tere,quæ ſunt terenda,& liquefac,quæ ſunt li-
quefacienda,incorporentur iſculi , & bene cõtriti in uiſco
fortiter miſceantur cum prædictis,donec mixtum reduca-
tur ad modum emplaſtri & præcedente balneo cum aqua
H pluuiali decoctionis balauſtiæ,myrtæ,corrigiolæ, conſoli-
dæ,& radicum lini,apponatur & ſuperligetur brachiale,&
portet per tres menſes ſeruato prædicto regimine.

Puluis quo utatur cum cibis. ℞. nucis muſ.℥.s. caryo-
phi.℥.iiii.cinnamomi dulcis.℥.s.boli.armeni. ʒ. ii. ſeminis
naſturcii . Item aliud emplaſtrum ſecundum Iudæum.

℞.picis hieræ,ceræ rubeæ,ana ℥.s.lithargirii , ammonia-
ci,chalbani,maſticis,terebinthinæ,cõſolidæ maioris,& mi
noris,ana.unciam unam,uiſci quercini,gypſi, & myrtæ,oli
bani,ana.℥.i.aloes,ariſto.lon.& rotundæ,iſculi ana.ʒ.i.boli
armeni . ℥.i. pilorum leporis minutim inciſorum tantun-
dem,cõficiantur cum melle,& applicetur, trahit enim ſan-
guinem ad locum , & cum ſtipticis conſecutiũe appoſitis
condenſetur in lapidem, & oppiletur ruptura. Aliud ad
idem.℞.picis naualis lib.i. colophoniæ lib.s. chalbani , ſa-
gapeni , ammoniaci , opo.an.℥.s. cerę.℥.ii. aceti.lib.s. fiat
autem

A aũt ex eis cerotum in ſtagnata liquefactis,& quę liquefacta
fuerint parum de ipſa in aqua frigida imponatur,& cum ſe
tenuerit,pix græca puluerizata cũ maſtice & thure,cũ præ-
dictis incorporetur in ſtagnata, & cum ſpatula ſemper agi-
tãdo bene incorporetur.fac decoqui,& cum cocta fuerint,
adde terebinthinæ.℥.i. deinde ſuper aquam frigidam cola,
& manibus inũctis oleo laurino collige & fortiter malaxa,
ut aqua inde exeat,& fac magdaleones & cum uino eorum
Linimẽtũ ad crepaturam. emplaſtra. Linimentum ad crepaturam aquoſam , & uen-
toſam. diſſoluatur bdellium in oleo ſambucino,apoſtolorũ
uel nardino,& uino antiquo, & addito caſtorei puluere,&
hordei puluere uel milii fiat .

De augmento umbilici. Cap. 2.

Contingit vt egrediatur umbilicus, & emineat extra
& illud eſt in infantibus proprie . Et cã eius eſt , aut
pp rupturã in ipſo nato ſuperius prouenientẽ uideli
cet ex plãta uel ortu , quia egreditur zirbus uel inteſtinum
et inflatur,ſicut ẽt contingit in oſcheo,aut ex cã hydropiſis,
B ita ut mollificetur & aggregetur in eo aquoſitas uel uento-
ſitas contenta in concauo uentris replens & extendens ip-
ſum,aut propter curſum ſuperfluẽtis ſanguinis ad ipſum ex
apertione uenæ & arteriæ ipſius, quare cutis eleuatur in al
tum.Signa cauſæ primæ ſunt,qm̃ calor naturalis non muta-
tur. Et eſt locus diuerſitatis alicuius , & proprie ubi egre-
diuntur inteſtina,& eſt cũ dolore aliquo,& tumor cũ mol-
litie,& occultatur cũ premitur.Et quandoq; in occultatio-
ne rugitus percipitur, & adminiſtratione mollificantiũ ex
balneis,& unctionibus & motus augmentatur.

De ſignis. Signa eius,quæ eſt ex aggregatione humiditatis ſunt, ꝙ
cũ cõpreſsione cedit,& eſt leue reſpectu præcedẽtis,colo-
re cutis non mutato,& ẽt ſi ex uentoſitate fiat & eſt leuius,
& magis reſiſtens cõpreſsioni , & ſonitus in eo,& vox exi-
ſtit ſi percutiatur . Signa uero tertii, ſunt mutatio coloris
cutis ad colorẽ ſanguineum,& nigreſcẽtem . Et ſignum eſt,
ꝙ ex additione carnis natę,aut apoſtematis eſt,quia eſt gra
ue, durum,quod compreſsio ſicut alia non occultat.

Cura aũt eius eſt proxima curæ rupturæ,& ſpecierũ hęr
C niæ ſupradictæ.Et modus eius in prouenientẽ ex ruptura eſt
duplex.Vnus cũ glutinãtibus ſtipticis,interius,& exterius,
ex emplaſtris approximatis,poſsibilis in infantibus et egre
dientibus poſt partum cũ ligatura quã faciunt obſtetrices,
in quibus ex apertione uenarum & arteriarum contingit.
Alius eſt inciſione,ſutura, & conſolidatione chirurgica in
corporibus duris augmentatis. Conglutinantia & ſtiptica,
quibus primus cõplet̃ modus ſunt charabæ , thus,balauſtiæ,
glans,galla,anthimoniũ,acatia,alumen,terebinthina,terra
ſigil.& ſimilia ſimul confecta,uel diuiſim applicata cũ liga-
tura ſtricta,& quandoq; additur ceruſſa ſecundũ menſuram
unius illorum. Et ſimile eſt,ſi ſumatur tenta,& inuoluatur
ſupra ipſum pannus et accipiatur minutũ thuris,& conficia
tur cum albumine oui, & liniatur cũ eo ſuper umbilicũ , &
repleatur eo.Modus uero inciſionis eſt talis.pręcipiat infir
mo ut ſtet,& tendat uentrem ſuum,& contineat anhelitum
donec appareat quantum poſsibile eſt ipſius augmentũ.Et
tũc fac in circuitu huius cũ atramẽto ſignũ diſtinctiuũ,dein
de cõprehẽde quod eiiciatur cũ uncino ſupra mirach ſolũ,
D ita ꝙ non accipias quod eſt ſub eo de zirbo uel inteſtino,
deinde fac reſupinare eũ ſupra collũ , & deinde liga cũ filo
ſub uncino,ita quod cadat ligatura in ſigno, nec cõprehen-
dat aliquid ex eo,quod eſt ſub mirach,ſed ſolũ ipſum,ex tũc
uero incide cutẽ,& ſue locũ deſcriptum cũ filis duris exten
ſis adinuicem,& ſtringe ipſum ſupra uentrẽ , & dimitte cu-
tẽ,& conſolida prius lacertos, deinde conſue cutem,& cõ-
ſolida ſicut oportet. Reliquarum uero cura cum exiccanti-
bus & lenientibus ac reſoluentibus notis completur.

Emplaſtrũ ad exitum umbilici. Ad exitum umbilici fiat emplaſtrũ probatum infantibus
quibus accidit magis. ℞.granorum lupinorum. M.i.peciã
unam panni lini combure , quæ cõficies cum uino nigro &
pontico,& bulliãt donec inſpiſſetur & in tinctam ſpongiã
liga ſupra locum,poſtea in aceto,& aqua roſ.& in eo inuol
ue ſtupas & applica ſupra umbilicum, & eſt Raſis . Aliud
fortius. ℞. Aluminis aur.xv. gallarum aur.iii. terantur , &
conficiantur cum uino calabrẽſi nigro donec inſpiſſentur,
& infundatur ſpõgia poſt in aceto,& aqua roſata.Item põ-
natur ſuper aliquem pannum gluten de coriis , & tepidum
umbilico applicetur , & ſuperponatur puluinar de bombi-
ce, & panno lineo , & ligetur cum faſcia . Item aliud.℞.
aqua aluminis,uinum calabrenſe,ana, in quibus bulliant ro
ſæ.& ſpongia intincta ſupponatur,& ſi uis efficacius bulliãt
cum roſ.gallæ,maſtiche , & thus & infaſcia . Item ad eius
exitum,aquoſum uinum in cinere infunde , & ex eo ſuper
emplaſtra. ualet etiam ad uentoſum,& confrictio cum com
preſsione ex ſaliua ieiuni & famelici curat eam , ſi ex leui
fuerit cauſa.

De dolore uentris, & iliorum. Cap. 3.

Dolor uentris & iliorum ex dictis in dolore inteſti-
norum in parte notus eſt , quoniam accidit ex cauſa
exiſtente intus mirach lacertis,& panniculis uẽtris.
Et quandoque ex communitate ſuperiorum , ut diaphrag-
matis,pleurę,pulmonis,& aliorum,uel ſubteriorum mem-
B brorum,ut inteſtinorum uel aliorum membrorum profun-
dorum correſpõdentium illis,ut ſtomachi, hepatis,ſplenis,
renum,& ſimilium.

Signum diſtinctiuũ eſt,quoniam cũ paſsio eſt propria in
mirach dolet continue apud tactum,& quandoq; alteratur
color & tumor ſi adſit,& ſequitur lacertorum figuram . Cũ
autem paſsio eſt ex communitate interiorũ dolent propter
tactum, nec ſemper apparet tumor , niſi cũ apoſtema in eis
fuerit magnum,& eſt pręter lacertorum figuram,nec color
cutis mutatur,& additur & diminuitur additione, & dimi-
nutione paſsionis illorum,quæ præceſsit.

Cura eſt.nam ſiquidem ex propria paſsione fuerit, & ex
malitia complexionis frigidæ , quæ eſt plurimum ex cauſa
exterius accidente,aut ex uẽtoſitate interclusa,cum calefa-
ctoriis,balneis,& electariis ex diacimino,diatrion,& aliis
calidis & proprie ſtœchade medicetur. Et ex medicinis ap
propriatis ei ſimplicibus eſt ammoniacum bibitum uel epi
thimatum cum melle aut aqua hordei , & alhaſce cocta &
tranſglutita cum melle, & malaheb, & cyperum , & fœnu-
C græcum,& ſemen lini,& ſtœchas,& abſinthium,& reliqua
anodina.Hip.uero dixit. Quibuſcunque dolor circa hypo- 6.aph.40.
condria ſine phlegmone fuerit , febris ſuperueniens curat
ægritudinem. Attendendum tamen quia dicit ſuperueniẽs,
ut quia ſponte uel caſualiter prouocata ſit: ueniens uero ar
tificialiter prouocata ſemper niſi corpore mundo & con-
ſumptioni inepto. Aliter autem diſpoſitio ſi procurabis for
taſſe accidet tibi ac ſi nequam & te fortiorem introduxe-
ris in domum tuam hominem te adiuuandi gratia , qui cũ
inuenerit aliquid ex continentibus uel contentis cui inni-
tatur,firmabitur in eodem, nec poteris ipſum expellere cũ
uolueris,ſed fortior exiſtẽs expellet te , ita ut quod uocaſti
in auxilium,in non auxilium cõuertetur. Sed ſi fuerit ex ſo-
lutione continui cum exhibitione mumiæ ſumptæ , & cum
compreſsione inunctæ præcedente phlebotomia curetur
& granis naſturcii,& ſucco citoniorum prænutritis nõ fra-
ctis,& cum emplaſtro ex conſolidãtibus notis & conueniẽ-
ti regimine.Et ſiquidem ex apoſtemate fuerit , curetur cu-
ra reliquorum apoſtematum, quæ indicationem à patiente
D particula non ſuſcipiunt . Et ſiquidem ex communitate ad
ſuperiora fuerit uel ſubteriora membra & profunda,cure-
tur cura doloris pectoris & pleureſis , uel cura doloris he-
patis uel ſplenis & inteſtinorum dicta . Et ex ſimplicibus
medicinis conueniens & expertum eſt betonica, cum teri-
tur ſicut eſt & emplaſtretur,aufert enim dolorem , & infla-
tionem uentris. Et ſumptæ ex ea.ʒ.iiii. cum aqua dolorem
hepatis,& cum melle , & aceto dolorem ſplenis ſedat . Et
abſinthium emplaſtratum cum oleo de alchanna facto ce- No. de abſinthio.
roto,aufert dolorem ſtomachi,hepatis, & iliorum . Et ex
compoſitis eſt hoc, quod ſedat dolorem uentris & iliorum
in infantibus & probatis. ℞.ſucci parietariæ , ſucci herbæ
fœniculi ana guttas.iii . & cum lacte in cocleari da ei poſt
balneum in aqua decoctionis ipſius parietariæ . Aliud.℞.
fœni. granorum naſtur.ſe.apii , ameos,zinzi.cina.ana par-
tes æquales,ſagapeni,ad pondus omnium, fiant ex eis pillu
læ,ut auellanæ,& miniſtrentur.

PARTICVLA QVINTA sectionis primæ, finalis & vltima, quæ est de medicinis ægritudinum iuncturarum.

Vbsequitur particula quinta sectionis primæ finalis ipsius, & ultima de medinis ægritudinum iuncturarum, continens summas quatuor, Quarum Prima est de medicinis doloris ipsarũ. Secunda de medicinis distocationis. Tertia de medicinis solutionis & separationis.
Quarta de medicinis apostematum earundem.

SVMMA VERO I. est præsentis considerationis continens capitula decem.

Sermo generalis in iuncturis, & dispositionibus, & doloribus earum, causisq; & signis ipsarum, & est procemialis. Cap.1.
De medicinis iuncturarum,& cura dolorum ipsarum in generali,ut arteticæ communes. Cap.2.
De dolore ipsarum in speciali,& primo de dolore humeri, & spatulæ,& medicinis eius in speciali. Cap.3.
De dolore dorsi. Cap.4.
De dolore anchæ,& ischiatico & med.eius. Cap.5.
De dolore podagrico & med.eius in speciali. Cap.6.
De medicinis dispositionis & accidentium, quæ doloribus iuncturarum insurgere consueuerunt. Cap.7.
De his,quæ præseruant à doloribus iuncturarum. Cap.8.
De uaricibus,& de medicinis earum. Cap.9.
De elephantia & medicinis eius. Cap.10.

Sermo generalis in iuncturis,& dispositionibus earum, & doloribus, causis, & signis earum: & est procemialis. Cap. I.

TE scire oportet q̃ dolor iuncturarum est nociuus sensus ipsarũ,& est recipiens diuisiones penes suas causas essentiales ipsarum atque accidentales quibus uariatur sua dispositio atq; cura. Causæ uero essentiales doloris sunt duplices,res percipiens,& res imprimens,nihil.n. aliud est dolor, quam contrarium impressorem subito sentire,ut dixit Abo. Penes causam percipientẽ,quæ est membrum,à iuncturis specificationẽ recipit, & diuisionem hoc modo. Sciendum primo,quòd iuncturæ passiuæ sumptę ofsium membrorum corporis extremitates alternatim adinuicẽ sunt coniunctæ. Actiuæ uero partes extrema ipsorum contiguatorũ ad seinuicem contingentes, & ex ligamentis de extremis ad extrema ossium protẽsis, & cordis lacertorum in eorum circuitu alligantibus compositæ & cõmixte uenis & arteriis supercurrentibus, atq; cute à natura ordinatis. Et,ut per eas membra & flexionem & reflexionẽ recipiant eorum operationibus & motibus opportuna. Quæ omnes sensibiles ualde sunt,quia neruosæ,duræ,ne in motu eorum quasi continuo rumpantur, & ne calefiant,frigidæ, & proinde debiles,utriq; ipsarum, quia à primo principio sunt remotæ inter se concauitatem, & cauernositatem habentes, ut colligant & conseruent humiditatem, ne exiccentur in motu, qui si non contingat in quanto, uel in quali excedere eas,exiccari et calefieri est necesse ac debilitari magis,uenas quoque & uias ad ipsas ex membris & corpore dilatari. quapropter superfluitates & humores corporis trahere ad seipsas,influxas recipere, & illas conseruare propter spissitudinem & frigiditatem. Et proinde ægritudines omnis generis incurrere & plurimum rheumaticas, & dolorem propter causam inferius assignandam, quibus ægritudinibus nunc prætermissis tanquàm ad sectionem secundam pertinentibus,quę demedicinis ægritudinum uniuersalium tractat, tantum de medicinis dolorum ipsarum hic dicendum, qui generalibus omnibus ægritudinibus est symptoma sibi præiudicans sanationem sua fortitudine inter omnes,& curam ipsarum uniuersaliter comprehendẽs; necnon à membro seu iuncturis denominationem recipiẽs in genus,& speciem uariato. Dolor enim iuncturarum,aut est uniuersalis omnibus iuncturis, & sic artetica nuncupatur,ab articulis dicta,qui generaliter iuncturę dicũtur, aut aliquibus propriis, & hic secundum uarietatem iuncturarum uarie nominatur, quia uariam ab eis proprietatem assumit,ut infra patebit, iuncturæ enim in uẽtre sunt bifariæ uarietatis. Quædam enim sunt corporis, & tales spondiliũ dorsi esse noscuntur, quod basis est corporis uniuersi, sicut carina nauis. Quædam sunt membrorum extremorum de corpore prodeuntium, & hæc distinguuntur dupliciter, quædam enim sunt superiorum extremorũ, ut manuum generaliter acceptarum, quædam inferiorum ut pedum similiter generali modo sumptorum. Et unaquæq; ipsarum totidem recipit sectiones,quot in se cõtinet iuncturas, à quarum qualibet propriam denominationem recipit, quæ generaliter iuncturarũ dolor dicitur, & propter naturam earum uariam & diuersam curationem, denominationẽ uero recipit,nam ex eis est dolor,qui dicitur humeri & spatulæ, humero enim spatula,& adiutorium cũ furcula coniungun tur,alius cubiti,alius rascetæ manus, & cæterarum iuncturarũ ipsius quẽ chiragra Ioannitius appellauit à chir Græce,Latine manus. Alterius uero, qui est pedis quidam dictus est dolor anchæ,uel ischiaticus,alius poplitis,alius rascetæ pedis,& aliarum iuncturarum eius,podagricus nomi natus seu doloris, quilibet in loco, uel iunctura proprio perceptus atq; distinctus, curationem quoq; diuersam de qua infra dicetur recipit à uaria natura ipsarum. Aliquæ enim ipsarum sunt magis uicinæ principio, ut humeri spatulæ,aliquæ profundæ lacertis crassis & pellibus inuolutis, ut ischiæ,& anchæ, aliquæ uero magis discoopertæ à principalibusq; remotæ, ut manus & pedes, cæteræ secundum magis,& minus, & proinde ipsarum dolores in corpus diuersimode imprimentes & causas salubres curatiuas plurimum uariantes. Penes causam uero imprimentem recipit dolor iuncturarum notificationem,& diuisionem sic. Causa uero ipsam imprimẽs quędam est interior & quædam exterior. Interior est in se & ex communicate ad mittentia mẽbra. Et materialis plurimũ, quæ phlegmatica propter earũ naturã & digestionis defectum. Omne aũt membrum complexionis frigidæ actiones defectas habet ex necessitate. dixit Gal. In se quidem mala complexio quælibet plurimum frigida. In genere enim proportionabili facilior est transitus, dixit Abo. Ex cõitate uero est quilibet humor essentiã doloris uarians,seu speciem,& est plurimum phlegma cum cholera,deinde phlegma crudum, deinde sanguis, deinde cholera,& rarius melancholia. Et quandoq; uentositas operans ipsum acutum,uel obtusum continuum uel interpolatum,à corpore toto,uel hepate, & cerebro, & quandoque intestinis patientibus propter propinquintatem missus, & influens per modum rheumatismi ad ipsa uel permutatione. In dolore uero ipsarum rheumatis causæ omnes frequẽter concurrunt, quarum quædam est generalis & immediata, aliæ sunt speciales, & mediatæ. Generalis est quam Gal. in suo lib. de uirtutibus dixit cum ait, quemadmodum enim membra ad se inuicem trahunt escam: ita ad seinuicem deponunt superfluitates, & hæc causa uocatur rheumatum. Speciales uero sunt quas Ioannitius in suo introductorio numerauit, cum inquit. Modi uero morborum ex innaturali malitia cum aliquo humore decurrente ad infima membra quatuor sunt. Primus est uirtus membri impelentis, & debilitas recipientis. Secundus est multitudo humorum dictorum. Tertius est debilitas uirtutis nutritiuæ, Quartus est largitas uiæ pororum. Fortitudinis totius corporis,& hepatis respectu iuncturarum causa satis est nota. Debilitatis iuncturarum duplex est causa,naturalis, quæ superius est narrata,& accidentalis ex tempore, ut casus & percussio, uel aliqua ægritudo. Accidentalis debilitatis nutritiuæ causam superius in stomacho habuisti. Ex qua principaliter cum malitia regiminis humorum multitudo procedit, erat enim inter alias plurimum mala nutritiuorum membrorum cõplexio,& corporis uniuersi intantũ,q; exacta tpe procedente quãdoq; malos, & superfluos humores gignit ad iuncturas currentes,dolorẽ præstantes,quantumcunq; bonitas regimiais subsequatur, coadiuuante largitate ductuũ & uiarũ,quæ ab humiditate cum caliditate humorum frequenter currentiũ procreantur & motu. Sicq; dein ceps sibi uiuere si uelit caluus à doloribus tunc non possit, quod equidem uerbum ab admiratione multos eripiet consueta. hi.n. humores rheumatizantes taliter ad iuncturas doloris earũ multiplicati causæ fiunt, alterando quidẽ subito malam cõplexionem diuersam inducunt, & replendo concauitates earũ,chordas,neruos,& lacertos extendunt, & illorum quasi continuitatẽ soluunt totamq; iuncturã eleuant in tumorem. Et quandoq; apostemando utrunq; inducunt, licet raro propter soliditatem & duritiẽ subtantiæ partiũ, ob quã humoralis materia collecta uel fluens de facili non subintrat,sed interiectas uacuitates aptius, & multiplicata in eis parte alterat & extendit. Cum ergo dolores iuncturarũ pertractamus & eius curam,arteticũ,chiragricum, & podagricum dictum sic creatum intelligamus. Causa uero exterior est,ex primitiis,& ut plurimũ ueris frigiditas cõgelans & siccitas indurans priuando humiditatẽ eius naturaliter ordinatã siue sit tẽporis siue sit cõstitutionis Borealis,uel calida dissoluens & humectans,ut temporis,uel constitutionis Australis, sicut Hipp. in suis apho. nobis retulit, aut est casus uel percussio extendens uel scindens uel distẽdens partes uniuersaliter iuncturarum & similia, quæ inter causas accidẽtales seriosius numerantẽ. Penes causas quoq; accidentales,seu dispositiones diuisionem recipit iuncturarum dolor,uidelicet penes naturam corporis, consuetudinem,sexum,ætatẽ,tempus,constitutionem, artẽ & diætam. Hæ.n. sunt causæ doloris accidentales & circunstantiæ corporis dispositionem uariantes ipsius atq; euentum, curam quoque determinantes & auxilia,ut sequetur. In corporibus enim complexionis debilis naturaliter lapsis, ut frigidis & siccis,uel ex ætate,ut senibus,quia pueri nõ podagrizant ante aphrodisiam,uel sexu. s. masculino,quia mulier nõ podagrizat,ut dixit Hip. nisi ei menstrua deficiant,licet masculus ex lapsu sexus magis illud incurrat, quàm fœmina, sed quia ex malitia regiminis quemadmodum pueri ex immoderata diæta,uel accidentaliter ex malitia regiminis frigidis discretis, uel ex ægritudine aliqua maxime chronica debilitatis, uel consuetudine patiendi dolores ipsos, uel quorum parentes pati consueuerunt, cum sit ex morbis qui hæreditantur in semine,tempore autumnali ac ueris, & cõstitutione consimili dicente Hip. in apho. Podagra, & maniaca uere,& autumno mouentur,ut in pluribus,arte laboriosi motus & exercitii ut uiatorum,& portantium onera. Et dissolutis cibi,& potus,maxime uini puri i ieiunio sumpti & proprie circa uenerea dicente Hipp. in aph. Eunuchi podagrici non fiunt neque calui. Prædicti iuncturarum multiplicantur dolores, & dispositiones propter naturæ defectionem,& digestionis corruptionem, & in eorum cõtrariis minuuntur, uel nullatenus fiunt propter contrarias causas. In primis quoque dictis corporibus dolores accidẽtes curantur tardius,& auxilis minus recipiunt iuuamenta, & citius redeunt,licet periculi sint minoris. Et in eorũ contrariis sunt econtra, & in iuncturis eorum remanet sicut gypsum cum eorum materiæ sint crudæ,super quorum iuncturis oritur etiam multoties caro,quare torquentur digiti & confranguntur,& dolor fortis cum materię ipsorum sint calidæ,& humidæ. Signa causarum imprimẽtium interiorum hic oportet subiungere tantum,cũ dolor & locus eius scilicet iuncturæ sint manifesti ex dictis. Si quidem eius causa doloris sit mala complexio pura ex quacunque manifesta causa,dolor erit in iuncturis absque tumore, grauedine, & coloris mutatione. Si uero fuerit cum materia,quod est ut plurimum,econtra se habebit. Et si quidem fuerit phlegmatica,& est plurimum,dolor erit grauatiuus paruus,locus albus, tumor magnus & mollis,tactu frigidus absq; pulsatione. Si uero cholerica fuerit econtra se habebit,licet tumor in ea quandoque sit maior,& grauedo,ex eo,quòd est pluri mæ effusionis uice una, & iuuatur frigidis,lædituer uero calidis,licet in tali ex iuuantibus & nocentibus sumpto, ex seipso uero, & certo super cognitionem habendam causæ & morbi,cum sit ex posterioribus sumptũ & effectu, à quo omnis actio comprobatur, possit accidere error, qui nisi sciatur qualiter accidat, non poterit euitari, malum enim nisi cognitum non euitatur,ut Boetius ait. Accidit quidem duplicirer,& ex parte doloris, & parte rei approximandæ. Ex parte autem doloris, quia aut dolor est tantum inflammans, & non resoluens,aut ad resolutionẽ perducens. Primo.n.modo res frigida ministrata dolori, etiam si ex frigida causa accidat,conferre uidetur, calida uero nocere. Secundo modo res calida applicata dolori, ẽt si ex causa proueniente conferre uidetur,frigida uero nocere. Ex parte rei ministrandæ,aut ratione proprietatis, aut complexionis, proprietatis, quia non fuerit propria dolori, & membro, cuius est: quare non imprimet iuuamentũ, sed nocumẽtum propter cõplexionem potius. Inest.n. unicuiq; corpori & membro, ut ab una medicina patiatur non ab alia,ut dixit Abo. ratione contrarii,aut.n. est calida, aut frigida,si calida uel trahendo,& replendo,auget dolorem,& sic uidetur nocere. Et si ex frigida causa accidat,uel resoluendo minuit dolorem,& sic uidetur conferre,etiam si ex calida causa accidat. Si uero sit frigida,aut stupefacit,& sic minuit dolorẽ, & in hoc iuuare uidetur etiã si ex frigida causa accidat, aut claudendo poros retinet materiam, maxime si stiptica fuerit,& sic dolorem auget, quare uidetur nocere etiam si ex calida causa fiat & sic calida æstimabitur frigida, & frigida calida,quod etiam accidere potest ex qualitate accidentali,uel impressione accidentali, ut ponit Abo. Ad hunc autem euitandum errorem non oportet hoc signum considerare tantum in causæ cognitione & morbi, sed ipsum cum aliis coniungere signis quibus est deuenire in cognitionẽ illorum circa quæ posuit proprie Hippoc. in apho. cum dixit. Contemplari autem oportet naturam, ætatem, consuetudinem, diætam, tempus, regionem, & artem. Hæc enim est doctrina Galen. quam docuit ad talem euitandum errorem. Si uero materia sit sanguinea, color erit rubeus, & dolor medius inter prædictos, & cum pulsatione, & duricies mediocris,& caliditas tactus, si uero melancholica,dolor erit minor & tumor cum duritie, ac liuiditate. Si uero materia sit uentosa,tensio erit absque grauedine, & dolor cum unitione. Et si mixta erit materia,erunt signa confusa. Et siquidem sit paulatim aggregata, tunc dolor minor cum incipit & paulatim augetur. Si uero subito influxa, dolor maior erit & repentinus, & siquidem à cerebro sit influxa præcedẽs passio ipsius indicabitur,& catarrhus, & materia erit utplurimum frigida,& quandoque acuta, & falsa in sapore ipso percepta. Et incipit à spondilibus colli & procedit inferius per humeros ad membra manus, & per anchas ad iuncturas pedũ. Si uero ab hepate eius ægritudo sit procedens: demonstratur cum signis repletionis ipsius, & uenarum materia est calida plurimum. Similiter si à stomacho aut intestinis,aut corpore. Fortitudo autem membri impelentis ex natura sui, & ex transmissione superfluorũ cognoscitur & alleuiatione sui, debilitas recipientis. s. iuncturarũ ex natura ipsa colligitur supradicta. Et si est naturalis ex mala figura, & compositione, quæ complexionem sequuntur malam debilitatem ex parte parentum, qui similiter passi fuerunt. Si uero accidentalis, ex antecedente casu, & percussione,aut aliqua ægritudine quam sunt passæ. Multitudo humorum ex signis repletionis notis, uel cacochymiæ, debilitatis nutritiuæ, ex mala dispositione membrorum nutritiuorum omniũ,& proprie pro toto operantium, largitas uiarum ex amplitudine uenarum accipitur,crassitie,inflatione ipsarum,si manifestæ sunt. Si uero occultæ ex frequenti passione potest coniecturari. Si uero materia doloris in iuncturis fuerit profundis & immanifestis,ut sunt anchæ,& ischiæ,atque geniculis aliis dignoscetur signis, quæ in proprio dicentur capitulo,coadiuuante Christo.

Malũ nisi cognitum non euitatur.

De medicinis iuncturarum, & cura dolorum ipsarum in generali. Cap. 2.

SErmo noster erit deinceps de medicinis dolorũ iũcturarum in generali,quæ artetica dicitur. Sunt autem ẽm alterum trium modorum, Quædam.n. sunt conseruati-

uæ,quædam præseruatiuæ,& quædã curatiuæ. Conseruatiuæ autem ipsarum sunt ex similibus, & ex iuuantibus propriis sumptæ,quæ in medicinis neruorum supra sunt dictę, & dicentur aliæ infra,simplices & commixtæ.

Præseruatiuæ uero causis & accidentibus debentur, abscindendis & euacuandis,si humorales existant,uel alterandis,si complexionales.Compositio.n. corporis cum sit triplex secundum Gal. Prima est consimilium ex humoribus ut materia,& ex complexione simul cum uirtute,ut efficiẽte procedant.Secunda est officialium, & ex prima uel tertia fit secunda,quæ est totius.vnde Gale.compositio sequitur complexionem & rem diuinam.

Cura proprie ægritudinibus sŏluendis conuenit,aut accidentibus ex se imprimentibus ut dolori, & similibus sequentibus illas,& causis coniunctis abscindendis, inquantum ęgritudines dependent ex eis,& conseruantur.Primis itaq; prętermissis ut superius notis, & in ambab⁹ sequẽtib. necessario attendendis,de præseruatiuis,& curatiuis dolorum ipsarum dicendum,ars.n.secundum Gale. prius insurgit in causam,quę magis urget.Est autem in eis triplex intentio,ut supra in cura sodæ,doloris stomachi,& intestinorum est dictum .s. causæ abscisio,doloris sedatio, & simul persecutio utriusque . Verum quia secundum rectum curæ ordinem procedẽdo,cura circa causæ abscisionem primo uertitur doloris ipsius cum sit communis, & generalis in omni,ipsius uero doloris sedatio nõ semper sit præferenda nisi in casu,prout supra in dolore intestinorum est dictum, pro tanto in hoc cap.de cura,quæ est ipsius causæ abscisiua in generali dicemus.Est autem triplex,mala complexio diuersa, solutio continui & utraque in apostemate similis consistens,plurimum tamen mala complexio diuersa est cũ materia,proinde secunda & ultima prætermissa, de prima hic tantũ est dicendum,quæ causæ imprimentis huius sit abscisiua.Si ergo sit mala complexio pura ex quacunq; causa alteretur cum propriis iuncturis,& communibus eis omnibus in arterica comprehensis. Cuius curam hic prosequi mur proprie.& siquidem sit frigida,quæ est ut plurimum, alteretur cum calidis temperatis semper stipticis , quæ in dolore dorsi non competunt,nisi debilia sint,sed potius aperitiua,cum materiam propter uicinitatem ad principalia non oporteat retinere nec repellere, sed ut fluat inferius operari,attrahi exterius & resolui. Qualia sunt ex communibus omnibus stœchas,sampsucus,betonica,hyssopus, camedris, chamæpitis,herba dicta artetica , pes coruinus, saluia,zarur,acorus,origanum,sandaraca,alumen,myrrha, sulphur,,& sal,grana pini,nux Indica , & ipsorum olea , & uinum scillæ,acetum eius , & oxymel interius & exterius per omnem modum approximata.Si uero calida alteretur cum frigidis temperatis,& stipticis interius & exterius , per omnem modum approximatis , quæ alterando discrasiam iuuant partium,& iuncturarum substãtiam,& uias cõstringunt ne recipiant superfluitates.Qualia sunt rosæ , citonia,sumach,myrrha,folia cannarum,lenticula aquæ , rubus,uirga pastoris,& memithe,tribuli,earum aquæ , olea , lutum sigillatum,& armenum,& similes, simplices & cõpositæ ex eis,quæ in nostro antidotario sunt descriptæ . Si uero sit sicca alteretur cum oleis.s.uiol.amygdala.dulcium,sesamino,de fœnugræco,& se.lini , de pineis nucis Indicæ , uel uiol.aqua simplici tepida,epithimata,uel maluarum,& similium.Si uero humida,& est utplurimum cum materia , quæ alterando,& replendo,& extendendo partes iunctura rum dolores inducunt.Et siquidem paulatim sit aggregata, tres res expediunt scilicet alteratio,& confortatio,euacuatio,& regiminis ordinatio. Euacuatio completur dupliciter.modo primo cum phlebotomia de nigra oppositæ partis . deinde uena respiciente proprium membrum iuncturęuel cum sanguisugis super iũcturam positis si sanguinea fuerit materia,& ex toto cessauerit à fluxu . si uero humor alius à sanguine fuerit,purgetur pharmacia proprium humorem educente de iuncturis,simplici,uel composita quas in antidotario diximus præcedente digestione . Et in medio tempore si oportet,dolorem sedantia ministrẽtur, quæ narrabimus infra.Secundo uero,& ultimo cum resolutiuis iuncturis applicatis,quæ etiam inferius describemus. Et si uentosa cum eis,& extenuantibus.Alteratio uero , & confortatio sequatur cum prædictis calidis,uel frigidis stipticis tatem habentibus.

Regiminis autem ordinatio sit ad tenuitatem , & siccitatem tendens plurimum,& contrarium materiæ generatæ, & generãdæ,quod seriosius in præseruationis capitulo describemus.Si uero ab aliis influxus & subito,cum fortem, & repẽtinum proinde intolerabilem præstent dolorẽ, tres res sunt necessariæ . Primo enim oportet dolorem sedare prout infra cap.de dissoluentib. dolorem dicemus. Secundo oportet fluxum curare,seu prohibere.Tertio ægritudini iuncturarum per eum impressæ prouidere , ut supra autoritate Alexandri in cura tussis diximus . Supra quoque ostendimus etiam ex dicto Gal.q; ad curam fluxus tria concurrunt.Oportet.n.primo prouidere membris mittẽtibus, ut fonti,non uiis,nec recipientibus membris.Membris autem mittentibus multipliciter prouidemus cum confortan tibus non cum debilitantibus,licet enim propter fortitudinem mittant,non est prouidendum cum debilitantibus tantum,uirtus enim membrorum non est debilitanda , & cum sint mittentia maxime principalia,potius confortanda , ut cum præ fortitudine sua diminuta mittant per poros occultos ad iuncturas,& membra debilia intra corpus,fortia,sufficienter facta per poros cõsuetos & amplos extra corpus superfluitates excludant,quã adiuuant si cõfortantib.cibis uel medicinis poros illos expurgãtia misceantur & naturã iuuantia ad expellendum per eos, qualia sunt mercurialis folia,polypodium,tartarũ,infrigidantia pruna,& tamarindi,& uiolæ in materia calida cibis mixta uel præassumpta , & similia ex medicinis , & clysteribus ad expurgationem intestinorum adiũcta,& alia abstersiua , ut caryceæ, mellis , speciesq; salis notæ,& diuretica calida,uel frigida secundũ necessitatem materiæ ad expurgationem uiarum urinaliũ, & frictio rarefaciens poros,proprie cum oleo chamæmillæ,de apio,calamento.Et sudorem prouocãtibus , ut aqua hordei,& similia intus sumpta,& balneum siccum ad expurgationem pororum cutis,& prouocationem naturæ ad materiam expellendum per dictarum regionum alterã ad quã magis apparent inclinari , quæ & si non confortanda sint, neq; diminuenda in se, diminuentur tamen per confortationem patientis particulæ cum stipticis ministratis . Cum enim uirtus fortis sit respectu membri recipientis,quia debilis fortificato membro recipiente uirtus mittens respectu eius non remanebit fortis,quare non mittet ulterius illi.Secundo uero cum euacuationibus & purgationibus minoratiuis in principio,& cum eradicatiuis præcedente digestione,& tertio cum extenuatiua diæta , & absținentia , & purgationibus,ut non habeant,quod immittant,sed inanita facta potius trahant.talia autem confortantia, & purgantia in capitulis de cura uniuscuiusq; sunt dicta , siue cerebrum,siue hepar,siue uenæ,siue stomachus, siue immittẽtia,siue intestina,uel alia.Et extenuatiua diæta,& cura stomachi est narrata. Quarto cum alterantibus inspissantibus materiam, ne sui acuitate & subtilitate fluat , qualia sunt, quæ supra in cura catarrhi diximus.Et proprium est coriãdrum,& ex illis est balneum dulcium aquarum eucratarũ , quod Gal.commendauit in sua therapeutica , ubi cerebrũ mittat.quod equat dyscrasiam capitis, materiam per poros resoluit,& reliquum eius inspissat.Et ultimo cum deriuantibus ad oppositum partis patientis, & siquidem ultra regeneretur per magnitudinem dyscrasiæ ipsius mittentis, quæ sunt multa superius enarrata.Ex quibus est in frigida materia mittente cerebro emplastrum ex synapi & tapsia,& maxime supra commissuram coronalem capitis, ut ibidem docuit Gal.uel cauterium actuale in commissura oppositum, quod in ultimis oportet quòd fiat, & conditionibus obseruatis,quæ requiruntur,licet parum prodesse appareat,& si actiones in eo conueniant.

Et ex eis , quæ maxime sumus experti sunt duo . unum interius sumptum,aliud exterius applicatum in hac materia frigida fluente de capite retinẽda. Primum est diaprassum secundum Nicolaum in suo antidotario ubi suas laudes enumerat . Secundum est tractio fortis unius capillorum existentium supra commissuram tam fortiter superius,

rius,ut cutis separatio sonet sicut supra in cura uuææ docuimus.Et expertum est faccellum supra commissuram capitis,& exiccantibus in calida materia,ut panico,milio,rosmyrto,& radice solatri proprie.In frigida,ex pulegio, origano,& serpillo,pipere,spica,cubebis,& sale, stercore columbino,& granis lauri,& myrrha quæ confortando habẽt fortiter deficcare,& in utraque ex illis commixta cum sandaraca.In eo quoque ut aliis mittentibus membris, deriuamus cum uentosis applicatis membris extremis oppositis frictionibus,compressionibus,& ligaturis dolorosis,fomẽtis ex rubificantibus,qualia sunt urtica,thapsia,calamentũ, & similia decocta in aqua feruenti,& cauteria actualia , & potentialia,ex cantharidibus,arsenico , & calce , & similibus cum succo stamulæ confectis, & similibus, quæ fluentẽ materiam trahendo ad oppositum à particula,uel iunctura patiente diuertunt . Viis uero per quas fluit materia uarie prouidemus,aut enim sunt manifestæ, ut uenæ apparẽtes tendentes ad iuncturas,& tunc tripliciter prouidemus. Primo cum stipticantibus , & constringentibus superius appositis qualia sunt myrrha,alumen,litium,gallę,gypsum, citonium,terra sigillata,cum ouorum albumine emplastrata,& similia.Et cum coadiuuantibus ductus & uenas sumptis , qualia sunt , quæ descripsimus in libro consolationis medicinarum cum superfluit inanitio.Secundo cum ligaturis ipsarum cum filo uel pilo , præcedente cutis apertione, quatenus ualeat apprehendi,cum instrumento æneo,& uncino,& ultimo cum cauterizatione ipsarum , ut per callosam carnem , & porum generatum in loco cauterizationis oppilentur,& claudantur uiæ ipsarum,non tamen omniũ , sed earum,quæ plus uidentur influere,ne nutrimentum subiectum particulis subtrahatur . Et ideo in ea est regimen necessarium,quod infra dicemus,ubi de cauterizatione loquemur.Aut sunt uiæ occultæ , & profundæ à sensu remotæ , & tunc coadiuuantibus & confortantibus dictis ibiq; narratis solummodo procedemus . Membris uero recipientibus,& iuncturis ac impressioni factæ in eis ex fluente materia prouidebimus cum particularibus remediis applicatis exterius secundum diuersitatem temporis uarietatem et dispositionum. In principio quidem dum fluit materia,cum materiam repellentibus,defendẽtibus iuncturas, & confortantibus ne recipiant,& sedantibus,à complexione uel proprietate operantibus illud , præterquam in iuncturis ischiæ,& anchę propter causam quam in suo capitulo reseruamus.A complexione qualia sunt stiptica , calida , frigida,uel commixta secundum partes,uel tempora,secũdum exigentiam dispositionis,& causæ seu materia sumpta ex his,quę superius sunt narrata,& aliis quę infra dicemus. A proprietate uero,ut bolum armenum, sanguis dra.& lutum sigillatum cum aceto superinũctum, quod sua proprietate conseruat membra in casu,& prohibet effusionem materiorum ad manus,& pedes,& sedat dolorem. Nec est dubitandum in approximatione dictorum,uel eis etiam fortiorum de recursu materiæ ad interiora,& membra principalia propter quatuor,principaliter autem & maxime propter euacuationem prius subtrahentem materiam propter fortitudinem principalium repellentem ipsam,propter extenuationem dicta denegantem,& propter recurrendi modum,non enim recurrit unita ex iuncturis ad ea quemadmodum ex emunctoriis ad eosdem, sed dispartita in partibus adiacentibus,quæ debiliora sunt illis.

Festinandum ergo ad euacuationem , & minorationem materiæ in principio cum phlebotomia partis oppositæ , si materia sit sanguinea,& in alia cum uomitu in dolore iuncturarum inferiorum & pedis,& clysteri in dolore superiori & manus,uel cum utrisq; in utraq; earum,uel cum pharmacia leui , antequam ad applicationem uiæ , & iuncturæ procedas stipticorum , & diætam subtilissimam iniungens & absținentiam,sine eorum præcessione repellẽdo ad principalia perduceret ad pernitiem,uel si ad alia in tumorem. & interius donec exerceas talia ad mitigãdum doloris acumen,cui prius oportet intendere,sis contentus in administratione sedantium anodinorum,uel frigidorum leuium , & effusionis aquæ ipsorum super iuncturas temperatæ caliditatis,uel frigiditatis si expediat , quæ feruorem obtundat,& contemperet & non repellat , nisi acumen doloris perducat ad intolerantiam & debilitatem , quo casu oportet transire ad fortiora & narcotica secundum regulam superius assignatam.Est enim minus malum,corpus prohibere resolui,& materiam repellere ad principalia,quam eius contrarium,cum illud citius inferat mortem,& aliud possit habere remedium,& proinde illud est eligẽdum magis . Remedium autem est,ut illis applicatis fortibus frigidis statim recurras ad deriuantia trahentia à principiis , & ad oppositum cum euacuatione & sine,& cum confortãtibus ipsa,& repellentibus ad eisdem,quæ suo loco sunt nota . Et quandoq; in administratione dolorum in oppositis mẽbris.Inquit enim Hipp.duorum dolorum qui simul fiunt , non secundum eundem locum uehementior denigrat alterum.Et in prouocatione cum somniferis capiti applicatis, & frictione iuncturarum & membrorum patientium cum tactu suaui.Et in exhibitione inspissantium, acumen compingentium atq; infrigidantium,quæ sensum reddant obtusum,deinde redi ad stipticorum fortiorum applicationem, si materia sit perdurantis effusionis,sicq; frigida uel calida, prout dispositio exigit ex materia,quæ dicemus . Caue tamen ne sine cautela ministres,quoniam ualde incrudant,& materiam subtilem ad principalia pellunt,& resolutionem congelando reddunt ineptam,& iuncturas debilitant,indurant,& reddunt nodosas.Valde etiam calida subtile resoluunt,crassum dimittunt lapideum,& plus attrahũt , quam resoluant,sicq; ægritudinem ambo prolongant. Et quidem cautela est,ut ualde frigidis aliqua ex calefacientibus propriis,calidis uero ualde aliquid ex mollificãtibus misceat,ut infra dicetur.Et cum ceperit dolor alleuiari,& apparet iuuamentum,auferatur.Si uero materia non sit multa,nec uehementis effusionis continue,sed periodice inducens dolorem,iussit Gal.confortari patientem particulam cum frictione sicca,dixit enim quòd frictio maxime si prohibet dolores , qui per periodos in quibusdam generantur mẽbris , in medio tempore assumpta, & maxime ante per duas horas paroxismi,confortantur enim cum eis membra, & minus suscipiunt ea,quæ affluete influunt rheumata, & hoc cõmune omniũ ẽ ætatum . Procedente uero tempore oportet,ut occuperis circa residuum materiei cum maturatione,& eradicatione cum pharmacis educentibus, dimittentibus partibus,& extrahentibus à iuncturis , qualia sunt ex simplicibus turbith confortatum,hermodactyli,granorum species,& alia.Et ex eis composita, quæ in nostro antidotario sufficienter enumerauimus.Deinde utamur diureticis,quoniam deficcant materiam iuncturarum doloris , cũ sit ex superfluitate digestionis hepatis & uenarum: sint autem ex lenibus,fortia.n.humores adurunt. Oportet etiam ut stipticis applicandis iuncturæ admisceantur,quæ temperate resoluunt. Cessante uero fluxu , & declinante dolore studeas materiei residuum resoluere ex iuncturis cum temperatis.primo ex fomentis,cerotis,epithimatibus, unctionibus,oleis,& emplastris , quæ in antidotario scripta sunt , cũ eis.n.resoluta tota materia, quæ fluebat , cessabit mala cõplexio,& extẽsio iuncturarũ ab illa impressa, sicq; finaliter ad cõfortationẽ ipsarũ oportet insistere. Et ad correctiones accidẽtiũ,quæ talibus ægritudinibus consueuerũt insequi,de quibus speciale capitulũ infra faciemus annuente Christo qui sit benedictus,tantũ hic medicinas ad arteticã adiungemus,simplices & compositas, quas per capitula ponemus distincta proprias,& expertas. Et aliquas simplices ex quibus sunt dolores sedantes arteticam, digerentes materiam,euacuantes,resoluentes,& cauterizantes.

De dolore ipsarum in speciali,& primo de dolore humeri,& spatulæ,& medicinis eius in speciali. Cap. 3.

DOlorem sedãtia iuncturarum, utplurimũ dolorẽ nõ tollunt,cũ causam eius alterutram totaliter non abscindant,sed minuant,& pertractent,quatenus commode tolerantur usque ad omnimodã eius abscisionem. Ex quibus sunt quædam talia per se,quædã per accidens,& eorum,quæ per se,quædã sunt tales à complexione , quædã à proprietate,& quædã utroq; modo.Et quæ à complexione,

ne,quædã sunt calidæ,& quædam frigidæ, & inter eas est gradus diuersi respectus,sicut supra in cura doloris stomachi diximus.Ibi.n.ostẽdimus,quòd ex calidis,quædam erãt temperatæ caliditatis omni dolori conuenientia, & utranque causam eius respicientia, malitiam enim complexionis omnem propter eorum temperiem alterant, & remittunt,& materiã eius rẽperata caliditate resoluunt,in parte membri partes molliunt,& tractabiles reddunt, maxime si lenientia sunt,quare extensionem melius tolerant,& dolorem.Et si ex exiccantibus sunt,extensionem earum cõgregant & remittunt calorem, & sensum in membro confortant.Et erant quædam simplicia,ibi enumerata, & quædam composita,& sunt hæc.Sumatur fœnugræcum, & teratur cum aceto bene,deinde fundatur super ipsum mel,&coquatur donec coaguletur,& liniatur,uel emplastretur cum pãno lini,& dimittatur duobus,aut tribus diebus, & succurratur exiccationi ipsius cum oleo ros.est enim conueniens in principio doloris,& ascensione eius, & ex illis est se.lini,cum fœnugræco conquassatum cum oleo sesamino, & ex eis quædam sunt fortioris caliditatis cõuenientes in dolore facto ex materia frigida,& sunt,vt emplastrentur cum caulibus recentibus,& apio,et si ad huc fortior fuerit, emplastretur cum oleo irino,farina fœnugręci, farina ciceris, melle, & pauco vino stiptico, cum aliquantulo olei de alchanna,& cõi.Et iterũ cinis lignorũ caulium conquassatus cum oleo chamęmillæ,quia conueniẽs est & expertum. Et ex expertis & temperatis est epithima ex uitello ouorum cum floribus chamæmillæ puluerizatis cũm oleo rosato cõ mixtis.Et ex illis est althęa cũ adipe,& terebinthina toties abluta cum frigida donec albescit, & deinde inuncta cum reiteratione.Et cum uolueris eam abstergere inungas manus oleo,& frica locum,quoniam abstergetur. Et ex illis ẽ absinthium,& stœchas secundum omnem administrationis modum.Et ex illis est emplastrum factum ex chamæmilla, meliloto,fœnugræco,semine lini,foliis lauri, & harmel.i. herba fœtida,foliis caulium,radice aligath.i. herba de qua fit asa,& est aniudẽ,gũmi albotin, & oleo nardino, & oleũ masticinum,de styrace,de fisticis,& uulpinum, & taurinũ, de cerasis,& granis citri,citrangulorum,& alia in antidotario dicta.Et ex frigidis quædam sunt simplicia, ex quibus erant quædam frigida stiptica apocrustica, & quædam narcotica in gradu diuersa,secundum plus & minus, in dolore calido conuenientia,hęc.n. materiam calidam pellunt, & alterant membri dyscrasiam,extensionem cõgregant,& sensum ipsius obtundunt, & mediocriter stupidum reddũt si mediocriter sint narcotica,sic utranq; causam minuunt,nisi frigida fuerit materia, quo casu præcedentem tantum minuit. Et quædam sunt cum frigiditate lenientia in materia sicca,propria,ut semina communia lac, oleum uiol. de cucurbita,de neũfare, de melonibus, et aqua ipsarum,mucilago psyllii,& oleũ ablutum, & similia, quæ ibi supra specificauimus.Et quędam sunt cõposita,& sunt, ut sumatur ouum integritate sua præter testam,& misceantur cum oleo ros.saluiæ,& modico aceto,plurimum.n.nocet neruosis, & unganturuel epithimentur.Et si dolor sit acutior, fiat epithima cum succo cannæ humidæ,cum oleo ros. & aceto, uel lenticularum aquæ,uel si adhuc intendatur, fiat ut ponãtur iuncturæ in aqua tepida,deinde fundatur super eas frigida,uel epithimentur ex psyllii mucilagine, oleo rosato, & aceto,uel ex succo solatri,uel uirgæ pastoris,uel semperuiuę,uel coriãdri humidi,uel endiuiæ,uel bletæ, uel cucumeris,uel cucurbitæ, melonis,& similiũ,uel succi,aut seminis hyoscyami utriusq; & poma mandragoræ,in aceto bullita, uel succo eius cum butyro uaccino,quod infrigidat, & lenit.Ex ultimis aũt est opium cũ lacte hominis dissolutum, & oleo de cerã,ita tamen q̃ sit paucæ quantitatis, multum enim eius est cura mendosa ipsius,& mortificantium nõ sedantium,sintq; permixta ei,quæ membra à nocumento eorum defendunt,ipsorum frangẽdo malitiam, ut est crocus, thus,& myrrha,styrax,& castoreum,post quę sequentur nocumentum eorum corrigentia,ut est fomentatio,& embrocatio cum aqua chamæmillæ,uel cerotum ex oleo eius,quoniam frangit,& corrigit narcoticorum nocumentum impressum generaliter in omnibus membris.Et interius mini

Remediũ vltimum.

E strentur diuretica frigida & simplicia,uel solutiuis mixta, quoniam consumunt,& exiccant materiam. Et præter has sunt alia permista uirtutem habentia calidam & frigidam, quorum quædam sunt simplicia,ut plantago,quæ facit pene trare medicinarum uirtutem,myrrha, rosa ipsa natura, & oleum eius quod secundum Gal.calefacta infrigidat,& infrigidata calefacit.Solatrum,endiuiæ,rubus,caulis rubeus, proprie acetosus,& aqua maris actu frigida,& similia. Et quædam sunt cõposita ex prædictis.Et ex expertis est cataplasma ex mica panis,uitellis ouorũ,lacte mulieris, & oleo rosato & conquassatis in modum ceræ.Earum uero, quæ à proprietate iuncturarum dolores sunt sedantia, sunt lutum sigillatum,& bolum cum aceto uel oleo ros.inunctũ, quod etiam malam complexionem calidam alterat, & solutionẽ unit,quæ est causa doloris,sicq; plasma iuncturarum cõsernat atq; confortat.Et ex sedantibus simplicibus utroq; modo,est infrigidatio,cum aumeli, quod est oleum dulce ualde spissum ablutum. aniundem quando miscetur cum oleo irino,uel de alchanna confert dolori iuncturarum proprie F & stercus cameli, opopanacum,hermodactylus more emplastri superpositus est conferens.

Theriaca omnibus doloribus dorsi, & proprie in hora fluxus,mehezechenegi confert,omnibus doloribus dorsi & anchæ,ius gallorũ confert folia dulb sunt utilia eis, & proprie dolori geniculi. stercus colũborũ desuper inunctũ est cõueniens,& stercus uaccarũ emplastratũ cũ melle, & pulueribus aliis.harmel linicum est bonum dolori iuncturarũ, altit,& andacocha est bona doloribus iuncturarum ex uenositate,& apud timorem cõtractionis & iam sanati ex eo. Et semen raphani,& gentiana expellũt pulsationem & cõferũt dolori earum, & similiter enula.Inquit Dioscorides, Emplastrum ex foliis chaunẽ.i.arboris charabæ cõfert pulsationi podagræ.Meu confert bibitum,& linitum,aqua marina,& sulphurea confert embrocata, uel fomentatione sæta.Et scamonea cum aceto inuncta,ruta bibita, & emplastrata,sataragi.i.tapsia bibitur ad dolorem iuncturarum & confert,& similiter decoctio spinæ albæ thesillæ inũgitur, & fel super iuncturas frigidas,aqua decoctionis ulpis em G brocatur,et oleum eius inungitur super dolores iuncturarum,et synapis.Et in calida oleũ ablutum cum frigida, uel psyllium emplastratum cum oleo ros. et aceto, et ouauel hordeum cum succo citoniorum,et aceto emplastratum,sedat.n.et prohibet fluxum superfluitatũ ad iũcturas,hyoscyamus ẽt,& radix zabroc.i.mandragoræ emplastrata, et mistum embrocatum super dolores calidos, et cassafi.linita. Et alia sunt composita ex prædictis. Quæ uero per accidẽs sedant,quædam sedant sensum,reuocando ad principiũ ut somnus, quædam deriuando, et trahendo ad oppositum, ut dolor factus in parte opposita et remouet. unde Hippo. duorum dolorum, qui simul fiunt non ẽm eundem locum uehementior denigrat alterum.quædam sensum obtusum, et causam imprimentem reddendo,ut cibaria crassa & potus,qualia sunt,quæ supra in dolore stomachi diximus, et sunt prouocantia somnum. Et ex illis est cimbalaria sub ceruicali posita,quæ est propria, in quibus omnibus doloris ordo est seruandus et modus. Et ordo est, ut sedando dolorem fortem aut causæ ablationem imprimentis ipsius cum finaliter auferri non possit ea manente, primo minis trentur à proprietate sedantia cum sint efficaciora,et prima,et præualeant in uirtute his,quæ à complexione illud agunt,ut supra in cura hepatis dictum est, et nocumentum non inferant etiam si in cognitione causæ doloris proueniat error,cum enim conueniat nec timor repellendi ad principalia nec replendi iuncturas magis, dummodo in complexione sit temperata, deinde ea, quæ complexione,ut anodina,et temperata,et parum excedentia, cum timor prædictus ex eis non accidat,et in omni dolore ualeat sicut illa,deinde temperata,parum excedentia,calida in frigidis,frigida in calidis, et mixta in mixto æqualiter, uel uno plus altero minus,aut nunc uno nũc altero secundum exigentiam prædominantis materiæ, quæ si frigida sit dolentis iuncturas defendunt nec repellunt ad principalia, sed tantum ad partes conuicinas propter paruitatem excessus, et quæ et si non sufficiant propter doloris fortitudinem,

nem facta euacuatione in medio tempore, in ultimo ministres fortiora cum sedent,& non replendi ueniat timor, ut superius dictum est.Et modus est ut exterius approximentur per inunctiones,uel cerota,uel epithemata,embrocas, emplastra,euaporationes,saccellationes. Et per interius, & per clysterium iniectiones,sed uarie. Inquit enim Gal. q̃ uarie oportet uti pharmaciis,natura enim assueta longo tempore uni negligit illud &c.

In digestione materierum dolorũ arteticorum tres res oportet attendere.Prima humorem digerẽdum euacuationis gratia,quæ in cura huius ægritudinis est necessaria, ut infra patebit.Et locum seu membrum situationis ipsius.Et uiam per quam habet transire ad locum euacuationum per quem habẽt extra duci. Est.n.materia humoralis ipsorum in locis remotis à uiis euacuationum, positaq; ibi plurimũ inuiscata,quæ nõ potest nisi cũ forti medicina iterata educi,ut dixit Aboa. maxime cum per strictos canales habeat pertransire, quapropter ipsam oportet adæquare, & uias aperire.Vnde Hip.digesta medicari.Et alibi Aph.ii.Oportet chimos nociuos non alios purgari. G. quoq; ait purgatio de loco morbi procedens melior est, & alibi. Corpora ubi uult quis purgare oportet fluxa facere. Humorum digestio completur cum adæquantibus expulsiuæ uirtuti disponentibus,quorũ quædã sunt subtiliatiua humorũ crasitiei,quædã incidentia eius uiscositatẽ,ut quæ plurimum est in causa,& quędam insipissantia subtilem de se ad iuncturas fluere aptam. Locus est,& membrum generãs,& mittens, ut hepar & uenæ,uel cerebrum,stomachus, & splen,& corpus totum.Et membrũ recipiens & patiens,quod iuncturæ existunt,quorum inspectio completur cum eorum appropriatis.Viarum apertio completur cum aperitiuis.Et quia apertio uiis per quas materia habet transire ad loca euacuationum,& ad iuncturas plurimum est communis, sicq; non possit,proinde hanc iuuare,quin noceat illis, complẽda est cum aperitiuis lenibus moderate stipticis,uel eis admixtis & inclinantibus eas ad uiam euacuationum. Materiam autem auxiliorum prædicta complentium, aut aliquibus insitas uirtutes ad illam habentibus oportet sumi, aut ex diuersis colligi,ut insitas uirtutes habentibus quidẽ. dixit.n.Ga.Insitas uirtutes habẽs fortius operabitur. Et sunt hæc,quæ supra in alteranda mala complexione diximus iũcturarum,quæ doloris est causa,quorum quædam erant ad frigidã,& quædã ad calidã.Et ad frigidã stœchas,& sequentia alia ibidẽ numerata,sunt.n.propria cerebro plerunque mittenti,& neruis frigidis,hepati atq; uenis, & membris aliis,& tori corpori algoratis ad quæ eorum uirtutem diri gunt,& confortant.Et quia calida eorum dyscrasiæ alteratiua,crassorũ humorum subtiliatiua,& uiscositatis riptica, incisiua.Inquit.n.Gal. secant.n.ambo humorum crasitiẽ, & uiscositatem acetosa,& drymia.hæc cum frigiditate,alia uero cum caliditate,suntq; uiarum aperitiua leniter, quia mediocriter stiptica,tunc materias ad uias euacuationum inclinantia eorũ plurima,ut est stœchas, hyssopus,pes corninus,& scilla,polium,anethum,kerua,rubea,garioſi.peonia,aristo.semen rutæ,& gentiana.In uentosa ut ciminũ,folium,cinnamomum,acorus,& os humanum ustum sumptũ in potu,& saluia sicca,acetum eius,& oxymel,quę inclinãt ad intestina, & diuretica frigida, uel calida ẽm materiæ D exigentiam,quæ ad uias urinæ: & quædam ipsorum decoquenda sunt in aqua cicerum,& apozimatis cum melle despumato in modũ syrupi conficienda, quibus aliqua ex alterantibus dyscrasiam calidam superius numeratis sunt addẽda,ut sunt rosæ,endiuia,coriandrum,uel aqua lenticulæ,lactucæ,& similia,frigida,& stiptica, quæ inspissant cholerã quæ præ illis inflammata, & subtiliata fluere posset, & ad fluxum alia incitare,quibus frigidis prædictis etiam in alteratione membrorũ à digestione cholerę, quæ doloris potest esse causa,confectis,aliqua sunt admiscenda ex prædictis calidis,quæ dirigant uirtutes ipsorum ad membra prædicta,& naturã conseruent eorum, & materiam crassam in fine,in cuius mixtione est,ut raro ualeant adæquare. Ex diuersis oportet q̃q; colligere,quæ ad has complendas intẽtiones,& ad alias possibiliter contingentes oportet componere,quæ ex dictis,& dicendis sunt notæ,& talia sunt in

A modum syrupi confecta,ex quibus est syrupus secundũ inuentionem nostrã ad frigidum,oxymel simplex, uel scylliti cum,ẽm dispositionem materiæ cum melle ros. & aqua ferrea decoctionis stœchadis arabici. Item syrupus de stœ- Sy.experchade cuius descriptionẽ in nostro antidotario scripsimus. tus ad doAlius expertus.℞.acori radicũ,arteticæ,betonicæ,ziniar, lores iuncapil.ue.endiuiæ,lupuli,melissæ,pedis coruini, stœchadis turarum. arabici,ana.ʒ.s.ros.ʒ.i.zuccha.quantum suffi. Oxymel conueniens ad arteticam.℞.ireos,betonicæ cum radice,saluię domesticæ,chamedryos,chamepityos,& pedis coruini, eupatorii,ualerianæ,pentaphilon ana. M.i. radicum fœni.asparagi,& brusci,graminis an.ʒ.i.fœni.ſe.pæoniæ,anethi, an.ʒ.s.polypodii.ʒ.ii.hæc omnia refideant in aceto per diẽ & noctem, deinde coquantur in aqua, & addantur mellis despumati lib.ii.aceti ſcillitici.ʒ.iii.& detur. Item aliud. ℞.radicum fœni.ʒ.i.anisi,fœni.ana.ʒ.iiii.saluiæ siccæ.ʒ.v. foliorum ro.ʒ.vii.stœchadis ana.ʒ.vi.polypodii. ʒ.ii.mellis despumati lib.ii.aceti ſcillitici.ʒ. iii. fiat oxymel cũ aqua passularum lib.i.mellis ros.li.s.aceti ſcillitici. ʒ. ii. Et condias cum cinnamomo,nuce mus.& cortice citri,ana, quod sufficit.Aliud ad calidum.℞.endiuiæ,lactucæ, lupulorum, lenticularũ aquæ,coriandri an.ʒ.i.rosa.ʒ.i.stœchadis.ʒ.s.radicum fœni.ʒ.s.ziniar,& pedis coruini,ana.ʒ.s.memithæ, sumach,ana.ʒ.i.zuccha.lib.i.succi endiuiæ,succi citoniorũ, & granatorum acetosorum, ana.ʒ.ii. Et condias cum spodio,& sandalis,& da cum aqua ferrea simplici.Verum quia arteticа morbus mirabilis totum corpus liquans doloribus membra continuando debilitat, neruosq; stomachum subuertendo neruosis compatientem cibos consuetos delectabiles atque potus abominabiles reddit, & medicinales multo magis,cum sint aspectus horribilis odoris,atque saporis,& maxime si talia non toleret per naturã & ingeniari oportet antidota sic conficere digestiua,atque multo magis pharmaca solutiua,ut commodius possit,quod iussit equidẽ Gal.dicens, quòd una cõmunis debet esse intentio facere pharmacum delectabilissimum in quantum possumus,dummodo eius quantum ad ultimitatem custodiatur uirtus enim non hic dissoluenda gratia delectationis. Sic C equidem ad digestionem ordinabimus non syrupos tantũ, sed electaria,trageas,mellicrata,condita,& similia ex delectabilibus & propriis, quę si ex longo usu etiam sint cõueniẽtia in tędium,dimittis eis,cum diæta cibis & potibus medicinalibus ad hoc uirtutem habentibus cum delectatione studiosius procedemus, uel eis medicinalia permiscemus, hoc.n.est Gal.præceptũ. Præcepit enim extenuatiua diæta ad digestionẽ crudorũ humorũ uti,& cibis & potibus extẽuantibus, ut capparibus in aceto de capparibus,& uino mediocriter acido,& mellicrato cõdito.Itẽ zingib.& piper in cibis,& salsamẽtis admixtis,& porro,& aceto, & condro. Et porro cũ aceto &finapi cum melle,& salsamẽto facto ex eis,ut porro sale & anetho,quibus cõficiatur album ius, & cõposita lombardorum, tuscanorum, & aliis uariis ẽm uarietatem membri,& causæ.In humoribus uero calidis subtilibus & acutis econtrario cum diæta crassa ex cibis crassis & potibus inspissantibus est procedendum, quæ sunt nota, & sumuntur etiam ex fructibus acetosis & muzis, qualia sunt granata, arancia,pruna, mora celsi, acetosæ, acetum, & similia, & ad solutionem ipsorum eis admisceri mercurialem,polypodium, & oleum, qui & si non proponeretur causæ, & ægritudinis excessui præ debilitate uirtutis earum, & proinde nequeant magnum iuuamentum & cito impendere,ut aliæ medicinæ illi æquipollentes uirtute in processu tamen temporis ad sanitatem perducent optimã.Inquit enim Gal.quòd agens forte,facit in breui, debile uero in longo,non tamen hi multum. Et quia naturam medicinis purius magis conseruant, & quia in quantitate maiori quotidie ministrentur.Serapio dixit.Euacuatio ex medicinis ad curam doloris iuncturarum, seu arteticæ est necessaria. Est enim,ut superius habuisti ægritudo repletionalis uacuitatis iuncturarum, & partium adiacentium ex materia humorali proprie, quam euacuatio sanat,ut Hippocr.dixit. Euacuationis autem intentio à duobus sumitur principaliter,à uirtute .ſ. ut fit sustinens, & à repletione ob quã fit corpus uel membrũ indigens prouin

Euōnis spēs duę.

in apho. Hipp. dixit. Sunt autem euacuationis species duæ generales cum phlebotomia. s. & pharmacia secundũ Gal. quarum unaquæq; suas uicarias habet quæ specialiter à specie repletionis sumũtur & loco: aut enim repletio est cum multitudine sanguinis, & tunc est phlebotomia utendum, in qua attendendæ sunt propter locum conditiones hic supra in capitulo generalis curæ narratæ, uel si hoc non possit fieri, aliqua ministretur prædictis attentis, ei uicaria uel proportionalis, ut puta scarificatio circa crura uel spatulas, quæ apud Gal. est consueta, apertio hæmorrhoidarum præclusarum, & menstruorum in mulieribus prouocatio, ieiunii impositio, frictio, balneatio in fine, quæ non subito minuunt & euacuant, ut prædicta, sed paulatim, & proinde à uirtute melius tolerantur. Si uero cum multitudine caco chymia alicuius humoris existat pharmacia purgandum. In qua sunt consideranda principaliter septem, scilicet, proprietas, qualitas, quantitas, seu uirtutis potentia, tempus, hora, modus & ordo. Proprietas quidem, ut sit talis, quæ à proprietate euacuet replentem, educat subtilem calidum, uel crassum & frigidum, peccantem ut plurimũ. unde Hip. Siquidem talia oportet purgari purgentur, &c. nec sic crassum educat, quinetiam de subtili cũ eo simul: omne. n. pharmacũ primo choleram mouet. dixit Gal. quæ commota, & non educta prompte fluit ad patientes iũcturas, & crassam magis habilitat, & cum sit fortioris impresſionis, maiorem priore inducet dolorem, sic equidem dolorem non curasti, sed potius augmentasti, sicut in cura feb. retulit Gal. necnõ quæ ipsum à membro patiente extrahant, & à mittente educant si aliquod mittens sit, ut iussit Hip. in libro de chymis: tales autem simplices & compositas in nostro antidotario quæras. Et si uis in summa tibi describemus hic simplices. Ex quibus sunt conuenientes ad artetica. Et sunt hermodactyli triti cum pipere, uel aniso, uel cimino, quia de se nocent stomacho, & pes coruinus non nocet, sicut Paulus dixit. Et quandoq; admiscetur ei aloe, uel scamonea, ut confortetur eorum solutio, lapis armenus, granum nil, granũ regis, & in iure gallorum antiquorum, centaurea, colocynthidis, turbith confortatum, pyretrum, species gummorum omnes, & bdellium, & sarcocolla, & uitis alba, & asarum, et ius galli antiqui, cũ sale gẽma, & dauco, scilla, iride, succo cucumeris asinini, ascebrã, & sefera. Et ex eis sunt, quæ conferunt cholericæ, ut aloe, & scãmonea, & quædam utriq; ut agaricus, quædã melãcholicæ, ut lapis armenus, & epithymus, & quædã ex adustione ut sene, fumus terrę. Et quędã ad phlegmaticũ, & melãcholicũ, ut stœchas, & polypodiũ, quibus genera myrobalanorum administrentur, seu associẽtur in diuersitate intentionum. Et hic aliquas ex compositis subiungemus expertas.

1. aphor. apho. 35.

Simplicia arteticæ conueniẽtia.

Qualitas autem, ut non sint caliditates fortes dissolutiuæ, quæ humores quietos, & coagulatos dissoluant, uiasq;, & uenas aperiant, & fluere faciant ad iuncturas si in se uirtutem stipticam insitam habeant, uel alterius rei admixtã quæ membra confortent, humores refrenent, & ductus, seu uias stipticando coangustent. In qua proprie commendatur hermodactylus ab antiquis inter cætera solutiua, licet stomacho noceat, quod est cõmune pluribus solutiuis. Sed illud cum rectificatione ipsius cauetur, ut cum mixtione lõgi piperis, uel aloes, quæ omnia si in eodem pharmaco simplici sint insita, & inuenta, ut in agarico, proprie est optimum. Si uero deficiant aliqua per admixtionẽ alterius procurentur, ut est myrobalanus, rhabarbarum, aloe, & similia: talia autem pharmaca simplicia & cõposita in antidotario nostro dicta sunt.

Quantitas uero, ut non sit quantitatis excedentis, uel superfluentis uirtutis, quæ humores præcipitet, spiritus resoluat, uirtutes & membra debilitet, nec deficientis, quæ dissoluendo, & non educendo incitat ad fluxũ humores, sed sit cũ bono arbitrio uirtuti, & humori proportionata, in principio leuior et minoratiua, in processu post digestionẽ fortior, & eradicatiua, & in hoc consideratio temporis est cõtenta. Hora. n. matutinalis, & uacuitatis stomachi, cũ plurimum solutiuum talium fit stomachi subuersiuum.

Modus autem, ut cum potione, pilulis, & electariis, trageis, uel cum uomitiuis sumatur, uel cum cibali aliquo mi-

E sceatur, si abominabiles facti sunt docet Gal. & sic dant quidam lac tithimali cum caricis, uel succum cucumeris asinini, cum placentulis, uel ius galli antiqui in quo decoquitur granum longum, uel piper longum, & similia mellicrata cõdita cũ solutiuis conficiunt, & uina uindemiarũ tẽpore cũ solutiuis iniectis ebullire permittunt, qualia sunt turbith, hermodactyli, & polypodiũ, hæc. n. sumpta cum delectatione educunt superfluitates ex corpore & iuncturis absq; nocumento magno, si correcta sint per interualla tẽporis sumpta præseruant, non solum curant, uel cum clysteribus iniciantur, uel cum collyrio imponantur.

Ordo quoq;, ut præmittantur in clysteribus: deinde uomitus, uel econuerso consideratione patientis partis, ut superius dictum est: deinde in potionibus, uel aliis quæ habilius possunt assumi: deinde solutiua secundum alios composita subiungemus.

Clystere ad arteticam frigidam. ℞. centaureæ. ℥. i. polypodii, uncias duas, anisi, fœni. an. ℥. s. assari. ℥. s mercurialis. M. i. furfu. P. i. ireos. ℥. s. bulliant in aqua dulci: deinde colẽ-
F tur, & colaturæ addantur mellis communis. ℥. ii. salis communis quod sufficit, olei rutacei, uel succi rutæ. ℥. ii. & olei anethi, quod sufficit, & alii faciunt cum aqua marina, & aliqui addunt colocynthidem, & agaricum, & aliqui dissoluũt species gummorum, ut sagapeni, opopanaci, & euphorbii in ea, & est fortius, & efficacius.

Clystere ad calidam. Recipe aquam maluę, uiolarum, prunorum, sebesten, & hordei, dissoluatur mel uio. cassia & hiera. Vomitus fiat cum aqua decoctionis raphani superasperso baurach, & aceto: & quidam faciunt cum asaro condito residente per noctem in uino, deinde colato & bibito, & aliis cum aliis uomitiuis supra in antidotario nostro notis.

Tragea solutiua ad arteticam frigidam experta. Recipe turbith al. gummosi & mũdi, ana. ℥. i. zingi. ʒ. i. hermodactylorum electorum. ℥. i. piperis lõ. ʒ. i. anisi. ʒ. i. gar. ʒ. ii. pulueris osſis humani drachmas duas, tribulorũ marinorũ puluerizatorum, drachmã unã, & s. ro. ʒ. i. myro. citrinorũ. ʒ. i. zucchari ad pondus omnium dosis coclear. i. in aurora, post
G quod sumatur haustus tepidæ aquę. Et quidam addunt esulam, & quidam residere faciunt turbith in succo cucumeris asinini, & est fortior.

Electarium solutiuum ad arteticam frigidam, & est secũdum Morangium. ℞. turbith albi, & gummosi & mũdi. ʒ. i. esulæ electæ. ℥. i. pulpæ myro. citrino. & chebulorum cõtritæ, & residẽtis in lacte per dies tres, salis gemmæ. ʒ. i. gario. ʒ. i. Conficiantur cũ syrupo acetoso de zuccha. & succo ros. Collyrium ad arteticam, ℞. mellis li. s. salis gẽmæ, salis cõmunis, & baurach, an. ℥. s. stercoris soricini. ℥. i. pulpæ colocynthidis, sagapeni, opopanaci, ana. ʒ. i. bulliant usq; ad coagulationem: deinde informentur collyria ad modum digiti, & imponantur cum fuerit necesse.

Pilulæ ad dolorem iuncturarum calidum, & sunt Ioannitii. ℞. aloes succotrini, ʒ. i. myrobal. citrinorum, ʒ. i. scammoneæ, ʒ. s. esulæ, grana. iii. mast. ℈. i. cõfice cum succo citoniorum, uel macianorum.

Item potio ad idem. ℞. succi granatorum dul. expressorum cum pulpis, lib. s. resideant in eo per diem & noctem
H myroba. citri. ʒ. s. deinde coletur, & colaturæ addatur muci laginis psylii. ℥. i. tamarindorum. ℥. i. & detur, aliqui addunt scammoneæ. ℈. s. Item ad arteticam ex materia phlegmatica cum cholera mixta. Recipe turbith mundi. ʒ. vii. & s. contritis cum zingi. ʒ. s. piperis longi. ʒ. iiii. esulæ contritæ cum pilis, spicæ. ʒ. ii. & s. zuccha. albisſimi. ℥. x. carnium citoniorum, uel diacitoniten de zucch. ℥. iiii. diagridii, ʒ. v. coquatur zuccha. ad perfectionem, & postea dissoluantur carnes prædictæ: & deinde addantur electarii de succo rosa. laxatiui. ℥. ii. & ultimo alii pulueres: & sic fiat electarium. dosis. ℥. s. et est Rogerii.

Potio ad frigidam arteticam experta, et est Hyberonti. Recipe betonicæ, pedis coruini, chamædryos, chamępityos, arteticæ, capil. uen. ana. M. i. assari, schinanthi, ana. ℥. s. passularum enucleatarum. ʒ. i. corticum citri, myroba. citrinorum, et chebulorum, ana. ℥. s. polypodii, turbith cõtriti cum suc. hermodacty. contritorum cum pipe. al. ana. ℥. i.

℥. i. bulliant in aqua carthami, mercurialis: deinde colẽtur, & colaturæ addatur agarici pulurizati. ʒ. i. & dissoluatur electarii de succo ro. ʒ. iiii. & detur in aurora, & aliqui faciunt bullire agaricum, & aliqui addunt mel ros. & est bonum ualde, mundificat enim stomachum & alia uiscera confortat, & ualet in omni materia.

Pilulæ expertæ ad arteticam cholericam, & phlegmaticam. ℞. pulpæ myro. citrinorum. ʒ. iii. rhabarbari. ʒ. i. agarici, ʒ. i. & s. electarii de suc. ro. laxatiui. ʒ. iiii. diagridii represſi. ʒ. i. masticis, gariophyllorum, ana. ℈. i. turbith. drac. i. arteticæ, stœchados arabi. ana. ʒ. s. puluerizentur, & cõficiãtur cum suc. ros. Item aliæ appropriatæ expertæ ad ægritudines iuncturarum mixtas, & sunt Iudæi. ℞. turbith al. & mundi, aloes, succotrini, corti. myrob. citri. ana. ℥. iii. ro. anisi, zinzi. an. ʒ. i. pipe. longi. ʒ. s. croci, gariophy. an. grana. xv. conficiantur cum succo resolutiuo. dosis. ʒ. ii.

Syrupus ad arteticam educens materiam phlegmaticã, & cholericam adustam, & melancholicã. ℞. pedis coruì, arteticæ, yuæ, paralysis, betonicæ, hyssopi, stœchados, melissę, chamedryos chamepytyos, lupuli, endiuiæ, hepaticæ, buglossæ, boraginis, capil. ue. an. M. i. radicum fœniculi, asparagi, brusci, residentium in aceto passulato, liquiritiæ florum rorismarini, ros. ana. ℥. i. dauci, carui, anisi, cimini, carthami, assari, schinanthi, radicum acori, ana. ℥. s. casſiæ ligneæ, ℥. s. zucchari, lib. i. & s. mellis ro. li. s. aceti prædictarum radicũ. ℥. iii. & in fine aromatizetur cum cinnamomi. ʒ. ii. cubebarum. ʒ. i. zingi. ʒ. i. ligni aloes, piperis longi, spicæ, an. ʒ. s. Et sunt qui faciunt illud laxatiuum, & addunt in eius decoctione polypodium, epithimum, agaricum, & turbith, hermodacty. & carthamum secũdum diuersas intẽtiones quas prosequuntur. Et aliqui myro. grana. quæ stipticant & confortant soluendo: & aliqui addunt frangentia & educentia ex renibus lapides, uel de uesica, quos plurimum patiuntur artetici. Et semen genestræ, grana solis, saxifragia, & fraxinum, & est efficax & expertus in præseruatione & cura. Itẽ fiat decoctio talis. ℞. in sero caprino depurgato bulliant, se. fumiterræ. ʒ. viii. myroba. citrino. & indorũ, an. ʒ. v. epithimi, folliculorum senæ, an. ʒ. vi. tamarindorum, uio. an. ʒ. vii. tereniabin. ʒ. v. casſiæ. ʒ. vii. passul. enuclea. ʒ. x. & in parte dissoluatur de hieralogodion. ʒ. iii. & sumatur, & purgat melancholiã, & humores adustos, & hiera Ruffini est propria, & lapis armenus cum sero caprino est proprius.

Resolutiua materierum ægritudinem iuncturarum resolutiuis materierum aliorum membrorum apparentium fortiora merito esse debent, cum natura earum sit frigida, & à fonte calore remota, & substantia solida, quia neruosa ligamentalis, & ossuosa. Et proinde plurimum materia earũ incrassata, congelata, frigida, uiscosa, quæ liquefactioni resistit, tarde resoluitur, & in uaporem & fumum conuertitur, necnon quia in uacuo earũ intrinsece posita ad exteriora cutis difficile trahitur, & tanto plus quanto magis in corporis profundo fuerit situata, ut sunt iuncturæ, anchæ, & ischiæ: deinde genu, deinde spatulæ: quapropter medicina resolutiua simplex sine actione aliqua, ut est chamæmilla proprie propter insitam stipticitatẽ quam habere meruit per cœlestẽ uirtutẽ, per se parũ cõferre uideť, nisi uirtutẽ habeant resolutionis fortẽ, & attractiuã de profundo earum sic, quia materia apta est cõuerti in lapidẽ. propter quod prædicta lenitiua ipsis debẽt præmitti, uel eis associari. Sũt enim hæ duplices cões oĩbus mẽbris. s. iuncturis appropriatę, ac differentes in fortitudine, & debilitate, diuersimode appromãdæ ſm diuersitatem materiæ tẽporum, atq; situũ, ut quia in subtili materia leuiores approximandæ sunt, & in principio ac in iuncturis positis in propatulo.

In earũ uero cõtrariis applicandæ sunt fortes, & tamen lenitiuis mixtæ, ne resoluendo subtile crassum induratum dimittatur. Quarũ quædã sunt simplices, & quædã compositæ, quas inferius subiungemus. Et simplices iuncturis aptæ resolutione materierum ipsarũ cõiter, quędã resoluũt lique faciendo ipsas coagulatas, ut crocus, melilotum, anisum, aloe, mastix, phlegma subtile debiliũ. Et sunt ex debilibus sal crassum congelatum, sal ammoniacum, & sal gemma, prasſium, iris, stœchas, & similia, & sunt fortes. Quædam uero ipsarum resoluunt earũ crassitiem subtiliãdo, & attra-

A hẽdo ex profundo ipsarũ ad exteriora cutis, ut carycæ, mel apum, lentiscus, abrotanum, apium syluestre, calamentum, aristo. ruta cum melle, & sunt ex debilibus: urtica, nasturcium, gummi, ruta syluestris, & aliæ gummorũ species, ut ammoniacum, chalbanum, euphorbium, resina terebinthina, & alia ex eis, chitram, costũ, & castoreũ, & sunt ex fortibus. Et ipsarum quædam resoluunt attrahendo, & siccando, ut cæpe, allium, lac ficuum, mel, anacardi, sapo, & cortex nucis, atramentum, & fermentum. Et quædam adurendo, & ulcerando, ut staphisagria, colcothar, atramentum, scilla, uermis pini, & fortiores eis sunt thapsia, & cantharides. Oportet tamen, ut ulcera seruentur aperta cum cæpe contrito, ut tracta materia per ea ualeant exiccari. Et quædam earum resoluunt penetrãdo in profundum ipsarum ut aqua uitæ, & est experta, & oleum apostolorum, & terebinthina. Et quædam earum resoluunt leniendo & mollificando, ut adeps anatis, anseris, uulpis, ursi, & animalium rapacium. Et medullæ cruris uituli, cerui, & asini, hyssopus humida, mucilago seminis lini, fœnugræcum, althęæ, & olea
B ex appropriatis, ut oleum de se. lini, de pineis, uulpinũ, de colocynthide factum ex decoctione eius cum oleo ros. donec assumatur aqua de castoreo, de synapi, de cherua, de nuce romana, quando assatur, & oleum de costo est ultimum, & proprie cum styrace, & de costo, cum assa, de centaurea, de mastice, & rhabarbaro, de fisticis, & de nuce indica, de cerasis, de granis citri, & citrangulorum. Et eorum coagulatio est cum cera, quæ resoluit faciẽdo ea perdurare in mẽbro. In quibus tamen ordo seruandus est, ut præcedẽte euacuatione à simplicibus incipiamus & leuioribus: deinde ad fortiora & composita. Attendendum tamen q si ex eis applicatis ſm ordinem tumor & dolor non resoluatur, sed potius augeatur, oportet ut eis dimisſis ad euacuationẽ mittẽtium redeamus: est enim signum regeneratæ materiæ, quã trahunt, & non resoluunt. Vnde oportet reiterare, deinde fluxam resoluere, uel supra locum iuncturæ contiguum stipticorum aliquod applicare, quod talem materiã trahi prohibeat, ubi locus euacuationi non adsit.

Compositæ uero sunt, quæ ex his componuntur, & aliis
C quarum quasdã in antidotario nostro posuimus, & alias ſm alios hic describemus, quarum quædam sunt balnea, seu euaporationes, & fomentationes, quædam embrocæ, quædam unctiones, quædam emplastra, quas nunc per ordinem describemus. Balneorum quædam sunt naturalia, ut thermarum, & quædam artificialia. Et thermarum, quędam sunt ex aquis salsis sulfureis, uel sulfuraria, & balnea murtellæ aluminosæ, ut est balneum bullę, quædam sunt ex ferreis, ut ferrorum balneũ, & aquæ sanctæ Luciæ Neapol. Et plura sunt ex fumis, ut est sudatorium. Artificialia sunt plura: quædam enim sunt ex aqua marina sola ubi inueniatur, vel aqua salsifica ex sale communi vbi mare nõ adsit. Aliqua sunt ex dulci aqua simplici in materia calida, uel non simplici, sed in qua prædecoctæ sunt aliquæ ex medicinis iuncturis appropriatis, & materiam resoluẽtibus, ut est stœchas, saluia, chamæmilla, Et in frigida pes coruinus, iris, prasſium, abrotanum, apium syluestre, origanũ, vrtica, folia sambuci, radices ebuli, ruta, anethum, maiorana, folia lauri, ciminum, & similia. Et alia ex prædictis secundum intentiones suas. Et
D aliqui miscent uinum, & aliqui ex uino solo cum sale, & est expertum, & aliqui embrocando approximant, et aliqui embrocant cum musto, aliqui cum aqua sinapis, aliqui cum aqua lupinorum, aliqui cum decoctione spinę albæ in calido, & frigido, aliqui cum decoctione caulium. Omnia uero sunt ministranda secundum proprietates & exigentiam dispositionis & causæ, aliqui cum spongiis, & aliqui cum stupis uel lana, aliqui cum filtro madefacto in aliquo prædictorum, & in iuncturis inuoluto, et aliqui recipiunt uapores resistentes ex aqua prius bene feruenti circunuolutis pãnis donec sudet membrum: deinde cum tepefit aqua abluunt, et per se fugi permittunt, et aliqui lapides molares, uel lateres ignitos in aquam proiiciunt, et fumum ex eis resolutum in iuncturis recipiunt ad resoluẽdum, et exiccandum. Et aliqui recipiunt in toto corpore ad deriuandum, et euacuandum superfluitates, et exiccandum, et proprie impotentes ad exercitium, et ad euacuationes inepti: præseruat

Balneorũ diuisio.

enim

enim eos,& curat,& proprie ubi præcesserit uomitus, uel saltem ęnema,uel extenuatiua diæta, & abstinẽtia inferius denotata in ca.præseruationis,& ex illis est frictio cum nitro,& sale,non solum iuncturarum, sed corporis uniuersi, & sepeliri in arena cali da donec sudet,uel in lixiuio,sed ca put oportet,ꝙ sit coopertũ à sole,& aliqui euaporãt cũ aceto calido simplici in materia calida: aliqui addunt sal in utraq;,omnia enim hæc prædicta resoluendo tollunt dolorẽ & confortant.Vnctiones & emplastra plura ad hanc intentionem posuimus in nostro antidotario conuenientia,&ex perta,& hic aliqua secundum aliquos subiungemus expertos medicos,& famosos.

Vnguenta ad doloré iũcturarũ.

Vnguentum bonum magni iuuamenti. ℞. olei antiqui quantitatem, lib.i.& coquatur in eo uipera, cum ruta, & ungatur,sanat enim sanatione integra,& est Abo. Aliud resoluens residuum dolorem iuncturarum calidum in fine.℞ aloes,croci,myrrhæ,ana partes æquales,liniatur cum aqua caulis,atq; endiuiæ,& oleum chamæmillæ,uel cerotum ex eo,& diachilon dissolutum in oleo chamæmillæ, & maxime post balneum aquæ calidæ dulcis, quod in frigidis non cõuenit cum dilatet,& humectet.Aliud ad idem. ℞.uesperilionum decollatorum numero.xii.succi almatinatorum, olei antiqui,ana lib.s.aristo.3.iii.decoquãtur omnia simul donec consumatur aqua, & remaneat oleum,est enim sanũ & expertum.

Vnguentum resoluens materiam iuncturarum crassam & frigidam.℞.castorei,myrrhæ,costi,puluerizentur,& misceantur cum oleo antiquo.Aliud. ℞.styracis liquidæ,& ammoniaci,& misce cum oleo iris,& super inunge.Aliud. ℞.ceram,& dissolue in oleo antiquo,& oleo iris, ana.ʒ.i. adde pul.euphorbii.ʒ.i. & utere:accidit enim statim calor in membro. Aliud calefaciens membrum.℞.pipe.casto. euphor.ana.aur.i.pyretri,aur.ii.uio.aur.i.& adde.ʒ.i. olei costini,& unge locum,& est Rasis,sed addit,quòd præmol liantur iuncturæ,& alia in materia subtili & calida nõ sunt conuenientia.Cum enim per se sit resolubilis paucæ resolutionis indiget medicinis,qualia sunt calida anodina superius numerata.Et ante applicationem medicinarum præcalefiat membrum cum calida, donec rubefiat:deinde applicentur cum reiteratione. Aliud unguentũ mollificans & resoluens simul. ℞. ceræ.3.v.olei irini.3.i. medullæ cruris vituli,ammoniaci,styracis,bdellii,chalbani,ana. 3.x.liquefiat cera cum oleo irino,& aliæ medicinæ puluerizatæ cõficiantur cum eis.

emplastrũ ad idem.

Ex emplastris ad resolutionem materierum iuncturarũ quædam sunt leuia,quædam mediocria, quædã fortia.Ex leuibus est emplastrum de stercore uaccino calido sicut emitur,uel calefacto,& ẽ meliꝰ pulueribus aliis,uel de stercore columbarum,uel caprarum cum oleo chamæmilino. Emplastrum,quod cauillata dicitur,& fit ex furfure cocto in aceto cum modico croco,uel mixto cum aqua ros.in calida causa,uel cum uino in frigida. Aliud resolutiuum. ℞.ammoniaci,litii,ana æquales partes, terantur cum uino antiquo,& oleo omphacino,& farina fabarum, & emplastretur calidum. Aliud ex cinere cyclaminis cum aceto, & melle,& est mirabile ualde. Aliud mediocre. ℞. cinerem caulium in quantitate qua uis, fœnugræci decocti in uino florum chamæmillæ,ana. ʒ.i. ammoniaci dissoluti in succo rutę.ʒ.s.conficiantur cũ melle, & emplastrentur. Aliud.℞.furfuris partes.ii.florum chamæmillæ partẽ.i.pul uerizata,& confice cum oleo lauri,& operare.Aliud. Re. ammonia.ʒ.ii.dissoluatur cum fæce uini, quod sufficit emplastretur.Aliud forte. Rec.olei antiqui,lib.i.s.nitri Alexandrini,glutinis alboti, ana li.i. euphorbii.ʒ.i. ireos.ʒ.ii. farinæ fœnugrę.li.i.s.& fiat ex eis emplastrum.Aliud.Rec. bdellii,opopanaci,liquefiant cum adipe anseris, uel anatis & emplastra:sunt enim iuuatiua ualde doloribus factis ex humore crudo.Aliud fugitiuum resolutiuum.Rec. nitri da nich.ii.& fiat ex eis emplastrum.

Item sumatur euphorbium,& misceatur cum oleo de lilio,& liniatur cũ eo,& est de mediocribus. Aliud forte. Rec.baurach,galliæ,pyretri,staphisagriæ,& calcis,an.misceantur omnia cum melle,& aceto,& emplastretur,& est Auicen. Aliud Rasis leues.Recipe farinæ fœnugræ.cum aqua mellis. Et calcis cum pinguedine antiqua, & stercus caprarum cum oximelle,cineres caulium cum ammoniaco,& ammoniacum cum oleo antiquo,& aceto.Aliud.Re. farinæ lupinorum,stercoris columbini,fœnugræci.an.partes æquales,cõfice cum oximelle,& superpone.Aliud. Re. radicum ireos,aristo.ellebori al.conficiantur cum oleo.Aliud forte secundum Rasim.Rec.aristo.pyretri,radicũ caparis,lupinorum,ireos,stercoris columborum,calcis, ana partes æquales ficubus siccis,quãtum de omnibus contere, & confice cum oleo antiquo. Aliud emplastrum mollificãs & dissoluens.Rec.ammoniaci,bdellii,styracis liquidæ, ana 3.x.oleum iris quantum sufficit ad mollificandum, & confi ciatur cum ficubus nigris.

In cauterizatione ministranda in dolore iuncturarũ plura sunt attendẽda.Causa incitans.s.instrumentum, seu cauterium,tempus,hora,locus,modus cauterizandi, & ordo. Primo quidem consideranda est causa, quæ nos incitat, & inuitat ad administrãdum ipsam,quæ est duplex.s. causa necessitatis,& causa utilitatis,quæ à patienti loco sumuntur. Causa necessitatis nos inuitans ad eam est, quia prædicta medicamina non sufficiunt,quare ad ipsum tanquam ad remedium chirurgicum, & ultimum recurrẽdum cum sit causa utilitatis & iuuamenti,ut infra sequetur. Non sufficiunt autem prædicta ex eo ꝙ membra corporis nutritiua adeo sunt ex diuturna passione defecta & habituata dyscrasia,ꝙ materiam regenerando assidue multiplicant & phlegmaticam ex se etiã bono seruato regimine. Et multo magis cũ ex prægenerato fastidio nequeant ipsum seruare debite,ut superius dictum est,iuncturæ fiunt debilitatæ,& sub dominio ipsorum positæ in recipiendo:uiæ quoq; sunt dilatatæ, & lapsæ,ut continue ad ipsas refundant materiam, quæ nõ cesset liquentibus doloribus molestare,nec ualeat per prędicta educi,quæ fluit à nutritiuis quotidie generata propter inobedientiam, & lasciuiam,uel propter impotentiã capiendi ea,nec quæ fluit bono modo resolui, propter suæ congelationis crassitiem,& uiscositatis ineptitudinem,& soliditatem partium iuncturarum maxime si sint iuncturæ positæ in profundo,sicut sunt iuncturæ anchæ,ischię,genu, & spatulæ,ut superius habuisti,ex qua timetur ne multiplicata ulterius sua lubrica humiditate iuncturarum anchæ, & ischię ad dissolutionem producat, uel congelata, & indurata ad contractionem, & nodositatem ipsam, & alias, & membrorum impotentiam in operationibus aliis necessariis exercendis.Sicq; indigeat patiens alio ad delectationem corporis ad boli immissionẽ, ac ani absterſionẽ in secessibus,de quo Gal.dixit. Quicunq; non mollis fuerit naturæ,debet utiq; magis eligere centies mori,quã talẽ sustinere uitam: ministranda est itaq; cauterizatio necessaria.Causa utilitatis quã ex ea consequitur patiens est multiplex:introducit enim iuuamenta, & præseruat à symptomatibus & periculis prænarratis.Iuuamenta introducit:nã suo calore membra confortantur, & confortata cum eis calor materiã iam fluxam subtiliat, poros aperit, & prompte resoluit atq; consumit, si frigida sit, & humida,cum non sit cõtraria,non calidã sibi similem cũ eam augeat subtiliet & inflammet,& faciat furere,ut inquit Ga.ubi sit pauca.Præseruat ẽt à symptomatibꝰ,& periculis prænarratis,cũ uias, & ductus refundentes ad iuncturas regeneratam materiam rarificet atq; materiam ad cutẽ fluxam subtiliet,& liquefaciat,& attrahat de profundo ad cutis exteriora, quatenus per apertionẽ eorum commode,quæ fluxa est,& quæ fluxura est,antequã ad iũcturas perueniat, extra corpus ualeat expurgari. Tempus electum ætatis.ſ. ut post.xiiii.annos & ipsius anni.ſ.temperatum,ut ueris proprie,& autumni. Hora ministrandi est cum corpus uel purgatum existit,stomachus est inanitus,& aer temperatus,de mane.ſ.infra tertiã.Instrumentũ uero,quod est cauterium duplex est,actuale,& potentiale:actuale est quod per ignem fit, seu instrumentum ferreum, uel aureum ignitum. Potentiale uero quod fit per medicinas comburentes, & ulcerantes,ut cãharides,allium,& alia superius enumerata. Earum autem est melius,& actuale,sicut testatur in lib.de cauteriis,ca.i. Albucasis dicens,ꝙ ignis est simplex, cuius operatio non peruenit nisi ad membrum, quod cauterizatur, nec nocet aliis aliis membris coniunctis nisi nocumento paruo. Actio uero medicinæ comburentis peruenit ad id quod elongatur ex membris,& forte facit accidere in membro ægritudinẽ difficilioris sanationis,& forte interficit, sed ignis nõ facit illud propter subtilitatem,& bonitatem suæ naturæ,nisi superfluat locus,ut in dolore humerorũ, uel spatularum apponatur cauterium tribus digitis sub humero inferius à iũctura:non in ipsa:tunc enim causa erit si in ipsa iuncturapo natur,contractionis & spasmi. Et si accidat, ut dislocetur humerus propter humiditatem lubricantem,prout contingit in ischia, & non sigillatur in hora reductionis suæ, sed iterum resiliat foris, apponatur cauterium subtiliatum cũ instrumento triangulato donec penetret cutem usq; ad latus aliud.Et si ponat in foramine,laqueus erit bonũ prius tamen dislocatio ad suum reducatur locum, & prout potest melius conseruetur.In dolore uero dorsi,& lumborum, fiet cauterium digitis tribus sub ipsis,& fontanella. In dolore uero iuncturarum manus & brachii fiat cauterium tribus digitis à nodo. Item in passione ischiatica, & dolore ponatur cauterium triangulatum super ischiam,& cum accidit,ut dislocetur ex humiditate lubricum faciens, & tũc reducatur ad locum suum,& bono modo seruetur ibidem: deinde cauteriza super pyxidem anchæ cum cauterio circulari,postquam signasti cum atramento in circuitu pyxidis,& sic resoluatur,ut cadat ipsa pyxis in medio circulari. Alius modus est,& est Rasis. Accipiatur instrumentum ad modum cochlearis factum de ferro,& sit diametrum eius,sicut medietas palmi,& sint in circuitu duæ eminẽtiæ ad modum olsium dactylorum & ignias, & iaceat æger super latus suum sanum,& super pyxidem anchæ signa circulum & suppone.

In artetica uero, & dolore subteriorẽ mẽbrorũ ponatur cauterium supra modum in pede à parte exteriori,& aliud similꝰ in fontanella tribꝰ digitis sub genu.Studeas quoque locũ particulare eligere,ubi cauteriũ, & est fontanella illa rũ partiũ prædictarũ inter duos lacertos,& chordas inuẽta p quã uenæ,& ductus sunt naturaliter trãseuntes. Sic ergo illud ibidem imprimas,ut aperta cute uirtute cauterii rare fiant,& aperiantur sic,ut materia eorum fluere cõsueta expiret,non autem totaliter incidatur, ne nutrimentũ subiectis particulis auferatur,nec ut lacertum,neruum,uel chordam attingat,ne spasmus subsequatur.

Modus est, ut iaceat infirmus sm figuram magis aptam appositioni ipsius.Et prohibeat ei motus, & cõseruet eius circuitus doloris,& impleatur medium eius sale, & ponatur desuper parum olei,& ponatur desuper pãnus.Et ignitur cauterium aureũ uel ferreum iusto modo, & inter locũ & ipsum instrumentum mittatur,quod profundationẽ cauterii regulet sic,ut cutem totã perforet, transeatq; usq; ad carnẽ,& ad uias perueniat uel earum superficiem,& nõ ultra:deinde repleatur impressio adipe, & superposita lana ligetur,sitq; super caput infirmi uas aqua ro. plenum qua irroretur facies cum sudat, & anxiatur.

Ordo quoq; est,ut præcedat debilis impressio cauterii: deinde sequatur fortis,& sufficiens, & si præcedat stupefactio membri,qua minus sentiatur est laudabilis, & hoc qua liter fiat infra dicemus tertia sectione.Impressio uero cauterii aperta reseruetur quatenus materia illa fluat, quæ ad iuncturas fluere cõsueuit,& quæ fluxa est tracta expiret: si enim claudat cũ uia solita præ cauterio ibi generata cicatrice totaliter obstruatur,& materia regeneretur non seruato regimine debito,& eũone nõ facta,ut oportet per interualla multiplicata nõ ualẽs currere ad iũcturas, ut cõsueuit regurgitabit ad interiora principalia,& ad mortem perdueet,& erit error nouissimus peior priore,nisi per interualla modici tẽporis quoquo mõ purgetur. Ex his autem quæ apertã seruãt impressionẽ est cerea sphæra,intus imposita, & foliũ hederæ,superpositũ,uel cæpe tritũ cũ melle.Dolor colli est dolor iuncturarũ eius lacertorũ, & chordarũ circũstantium.Et causa eius est similis causæ doloris dorsi, & est à cerebro plus. Et signa eius sunt manifesta,quod est quia non põt patiẽs uoluere caput suum,immo stat ac si patiatur tetanum,& apud motũ eius sentit dolorẽ fortẽ. Et cura est cõsimilis dolori dorsi,& ex cõuenientibus & appropriatis est emplastrũ ex foliis suchẽ.i.cypressi,uel ungere cũ oleo de chamæmilla,& de amygdalis dulcibus,& inuolutio cum panno calido suffumigato cum ligno aloes,& thure. Dolor humeri est dolor iuncturę,qua adiutoriũ cũ furcula & spatula alligatur:& quandoq; est fixus in ea, quandoq; ad spatulas extẽditur propter infimum sitũ,& motũ.Et quandoq; usq; ad manus,& digitorum extremitates uelut in ischiatico fit.Et causa eius est consimilis causæ doloris aliarũ iuncturarũ propria,& ex cõitate plurimum ad cerebrum superius situatũ,& ad nutritiua propellẽtia sursum maxime si sit uentosa.Et signa earum sunt in genere cõsimilia signis aliarũ.Cura quoq; consimilis,differens tamen in mẽbri natura, quæ est suppositio supra uitæ principiũ, & uicinitatis ad ipsum:quapropter est necessarium,ut apocrustica dimittãtur oia,cum materiam aptã descendere ad illud pp grauitatem facile impellãt pp situm,& uicinitatẽ,sed oportet ut extra hatur ad extra quoquo modo,ut est superius dictum, & cũ propriis dolor sedetur,quorũ quædam sunt simplicia, quædam cõposita.Et ex simplicibus,est in frigido,oleum mastichinum,& costinũ,& aqua ardens,inuncta est efficax, & experta.In calido uero,oleo ros.& oleum chamæmillæ simul mixta,& alia communia omnibus superius numerata.

Quid sit dolor humeri.

Causę.

De dolore dorsi. Cap. 4.

DOlor dorsi est sensus rei nociuæ imprimentis malitia complexionis,uel cõtinui solutione, uel utraq; in concatenationibus spondiliũ dorsi, & est ut pluri mum grauatiuus,& extensiuus. Et quandoq; est in collo tantum,& quandoque in dorso,& spõdilibus eius: & est,aut à causis intrinsecis,aut extrinsecis.Si ab intrinsecis aut à proprietate,aut à cõitate:propria sunt mala compto quæcũq;,plurimũ frigida,pura uel cũ humoris uitio,& plurimum frigido phlegmatico intercluso in lacertis,& chordis intermediis spondilibus,& inuolutis dorso,aut replente illos,& trahente,seu extendente, ut in dolore iuncturarum contingit,aut mollificante & lubricum faciente.Vnde accidit dislocatio non confirmata ad alteram quatuor partium,quare accidat gibbositas,concauitas,arcuatio,torsio, & asthma, sicut innuit Gal. aut uentositas intercluſa in osse frangens ipsum non complete nec fractione magna,quia tunc esset mortale,aut apostema.Factus autem à communitate,aut est propter repletionem uenæ magnæ extensæ supra dorsum,aut propter apostemata uel ulcus pulmonis, & cannæ eius, uel propter asthma, ex quo accidit dislocatio,& gibbus,ut dixit Hip. aut propter debilitatem renũ, & eorũ materiæ,aut propter cõitatem matricis cum patitur suffocationẽ,aut cũ appropinquat tẽpus partus,aut cum appropinquat hora crisis ex materia declinante,ut euacuetur critice per regiones inferiores,cuius significatio dolor dorsi est factus.Aut à causa extrinseca est,ut à labore nimio: & ex illa est factus à nimio coitu,& ab onere rei grauantis, et à percussione,et à casu facientibus dislocationem,uel separationem uel fracturam,uel apostema.

Signa.

Signa. si ergo sit à causa propria manus inuenit dolorẽ in eo.Et si sit à mala complexione pura qualitas actualis calida,uel frigida indicat,et sensus infirmi sine grauedine sentiens illam,et iuuatur à contrario, læditur à simili, et eius inceptio est paulatim,et si est humida non exiccabit oleũ quo inũgetur,si ficca est,exiccabit illud,et prœcesit febris, fames,et fluxus,et uigiliæ,laboriosus motus, nec causarum antecedentium,signa erunt.Si uero cum humore fuerint, signa causarum antecedẽtium,scilicet repletionis cacochymiæ ostendent regimen præcedens,exeuntia,et circunstãtiæ similes,necnon et grauitas loci quandoque paulatim incipiens,uel extensio,si fuerit uentosus, uel dislocatio iuncturarum fiens uel sequens.Si uero sit ab apostemate est dolor aggrauatiuus maior,& febris quandoq;, & malitia anhelitus,& pulsus frequens & uelox.In facto autem à cõmunicate,non inuenit manus in loco dolorem,& hoc si à communitate sit absolutus.Et si sit à repletione uenæ magnæ significat repletio corporis & uenarum, & extensio doloris in toto corpore,& dorso cum caliditate, & inflatione, & pulsatione in loco.Factum autem à communitate aliorum membrorum dispositio illorum membrum ostendit,& simi liter

liter factum à labore, & onere pręcesſio ipſorum indicat. Et factum cauſa caſus, & percusſionis, & gibboſitatis præceſsio eorum, per infirmum tibi indicata manifeſtat, & ſenſus uiſus, & tactus tibi fracturam, & ſeparationem, & dislocationem ab illis introductam indicant & demonſtrant.

Cura. Cura doloris dorſi ex ſumma doloris curæ iuncturarum exiſtens cum ſit ſpecies eius, eſt duæ res, ſcilicet cauſæ imprimentis abſciſsio, & doloris ſedatio, ſiquidem fortis ſit, & intolerabilis quod eſt raro, nam ſi paruus exiſtat ſola eſt abſciſsio cauſę: auferendo enim eam ſimul, & dolorem auferemus, & non econuerſo ſemper. In cura ergo doloris quandoq; ad ſymptoma & dolorem prius inſtamus cum ſedantibus & plurimum ad cauſam intendimus cum abſcindentibus quandoq; utrunq; agimus, prout ſupra in cura ſodę, eſt dictum. Sedantia dolorem uehementem ſunt duplicia à cõplexione, & proprietate, à complexione ſunt duplicia, ſcilicet calida temperate, & anodina frigida apocruſtica, & narcotica, ſicut ſupra in cura arteticæ dictum eſt. Prima ſunt in mitigatione huius doloris conuenientia. Secunda ſunt uitãda, & maxime ſi ſint fortiter ſtiptica, & exterius applicata, maxime cum inimica ſint neruis & oſsibus, materiam repellant ad interiora & principalia. Tertia non ſunt concedenda cum plurimum cauſam imprimentem non auferant, ſed detineant, & naturam mortificando dolorem ſedent uel mitigent, unde mendoſa dicuntur, unde non competent niſi in caſu, ut cum prima non ſufficiant doloris potentia ad intolerabilitatem ad reſolutionem perducant, licet illud ſit raro, ſed oportet, quòd miniſtrētur cum modo ſuperius dicto. Quæ à proprietate ſunt ſedantia ſuperius diximus: ſimplicia & compoſita, abſcindētia cauſam ſunt.

De ſedātibus dolorem.

In mala cõplexiõe frigida. Nam ſi dolor ſit à mala complexione cõtraria alterabunt. Et quia, ut plurimum frigida, ambulatio, & exercitium curat, & regimen calidum in aliis rebus non naturalibus, & proprie in cibis, & potibus: cibentur ergo aqua cicerum nigrorũ, & aſparagi cum acoro, & uitello ouorũ, & carnibus colũborũ, & iure gallorũ, & potentur uino ſubtili uinoſo parum lymphato. Et exterius calefactoria approximentur ex frictionibus cum manibus calefactis, ex ſaccellationibus, ex chamæmilla, pulegio, origano, calamento, ſale, & ſeſeli, eſt enim proprium: & oleis, ſcilicet rutaceo, coſtino, laurino, nardino, uel de lilio, quod eſt mirabile, uel de anetho, uel de ſtyrace. Et proprie ſi ſit ex cõitate doloris & renum. Et ex cerotis ex prædictis cum oleis, & ſuccis prædictarum herbarũ, & torrefactis compreſsione inunctis, & balneis calidis, & emplaſtris ex prædictis, & ammoniaco, opopanaco, ſagapeno, & bdellio.

In materia ſanguinea. Et ſi fuerit cum humore, ſiquidem fuerit ſanguis replēs uenam illam ſupra dorſum extēſam, phlebotomia de nigra, uel de ſaphena eſt cõueniens, uel iſchiatica, uel quę ſub poplite eſt, uel de hæmorrhoidibus. Et ſubſequenter unctio cũ aliquo leui frigido, uel oleo roſato, & balneo frigido potentia, & non actu. Et potus aquæ granatorum, & ſimilium.

In cholera. Si uero alius humor, ſiquidem cholericus hiera Gale. cõfortata cum diagridio bene repreſſo præcedente digeſtione cum oxizacchara.

In phlegmatica. Si uero fuerit phlegmatica, hieræ magnæ propriæ, ut eſt hiera colocynthidis, hieralogodion, & pilulæ fœtidæ, & de ſagapeno, & de thapſia, præcedente digeſtione cum ſyrupo acetoſo, & compoſito, uel ſcillitico, uel geleniabin uel oximelle ſimplici.

In melancholica. Si uero melancholicus quod eſt raro, pilulæ de lapide lazuli ſunt conuenietes, præcedente digeſtione cũ ſyrupo ex acetoſa, de bugloſſa, & boragine, clyſteria trahentia, quę ex aſſaro, centaurea, polypodio, agarico, colocynthide, & hieris, & deriuatio, & euacuatio cũ uomitu: deinde calefactoria prædicta, & balnea thermarũ ex fumis, aquis ſalſis, & ſulfureis, & cum potione ex theriaca diateſſaron, & diatrion pipereõ, & cũ inũctionibus de euphorbio, & de terebinthina, & oleo apoſtolorum cum emplaſtro de granis lauri.

Et ſiquidē ſit ex uento poſt prædicta detur oleũ de cherua, & uentoſa applicetur loco, & ſacculi ex milio, & ſale, uel ſulfure. Et fiat unctio ex oleo nardino, & rutaceo. Rubificantia quoque applicabis: aut enim reſoluent ipſam, aut ad cutem dorſi educent eam.

E Et ſiquidem ſit humor lubricans, & mollificans faciens diſſolutionem, poſt purgationem, & euacuationem applicentur epithemata, & emplaſtra exiccantia, ſicut eſt ſpõgia marina recens infuſa in aqua aluminis cum ſale, baurach, ſale nitro, cinere, ſpuma mar. myrrha, ſandaracha, ſulfure diſſolutis in eo, uel in lixiuio, uel aqua marina, & uino, & emplaſtra facta ex eis cum calamento, baccis lauri, cypero, & ſtyrace ſicca. Et ſiquidem materia ex aliquo membro refundatur, illam ex illo euacuare, & deriuare cõfortare, & eius uias aperire, & expurgare oportet, necnon & dorſum confortare ne recipiat, ut eſt ſuperius dictum, & hoc cum frictione ſicca, unde Gal. ait, quòd frictio, & maxime ſicca, prohibet periodos doloribus quibuſdam, qui membris generantur, generari in medio tempore aſſumpta, & maxime ante duas horas paroxiſmi. Confortantur enim ab ea membra, ut minus ſuſcipiant ea, quæ aſſuete influunt rheumata, & hoc commune omnium eſt ætatum. Si uero ſit ab apoſtemate in lacertis, & chordis ipſius, cura eſt cura apoſtematis, ut ſuperius habuiſti. Et ſi eſt ex propinquitate termini F menſtruorum partus uel criſis, cum temperatis, & anodinis ſedantibus dolorem, & iuuantibus motum materiæ abſque eo, quod inducant ebullitionem in ea, & motum fortē, quæ ſunt nota.

Et ſiquidem factus fuerit à nimio onere, & motu rei grauantis, & percusſionem inducentibus dislocationē, ac percuſsione, uel fractura, cura eius eſt tres res. Prima eſt ceſſatio à motu oneris ex delatione ac percuſsione, & in iũctione quietis. Inquit enim Hip. in omni motione corporis cũ cœperit quis dolere, quieſcere ſtatim, remedium eſt. Secunda eſt nutritio cum cibis, & potibus boni nutrimenti, & ſimiliter ſi fiat à coitu. Tertia eſt cura dislocationis, & fracturæ quam dicemus, ſi Chriſtus uoluerit qui ſit benedictus. Et ex conuenientibus cum proprietate in ſedando dolorē dorſi, ſunt ſimplicia & compoſita. Et ex ſimplicibus eſt oleum ueteris naragilis, id eſt nucis indicæ: confert enim dolori dorſi, & geniculi, & ſpinachia doloribus dorſi ſanguineis, & proprie geniculi calido. Oleander dolori dorſi ualet, & geniculi antiquo more emplaſtri ſuperpoſitũ. Et decoctio G aſparagi bibitur propter dolorem dorſi, cicer confert dolori dorſi: maiorana ſi ponatur ĩ cerotis, & liniatur ſuper eũ, & inguina, magaleb eſt bonus doloribus dorſi, cyperus confert, & ſtringit dorſum, & neruos, ſeſelis confert, roha, id eſt auellana indica diſrumpit uētoſitates in dorſo, & ex ſucco ſit cerotum ad dolorem dorſi.

Compoſita deinceps ſequuntur: receptio pilularum de thapſia deſcriptione Democriti conferentium ad paralyſim, dolorem dorſi, genuum & ancharum, iuncturarum, et podagræ. Recipe aloes, turbith, hermoda. an. drach. x. thapſiæ, acori, ſal naptici, pulpæ colocynthidis, agarici, granorum hermel, bdellii, ſagapeni, ana drach. ii. zingib. macropi. maſti. ſinapis, aniſi, coſti, anethi, ana drachm. i. epithy. myroba. amborum, ana drachm. v. conficiantur cum aqua caulium, et alchechen. ana drachm. iii. doſis eſt, drac. ii. cum calida.

Confectio pilularum de dende, et eſt ſpecies graminis, uel catapucia, conferentium ad torturam colicam, dolores dorſi, et genuum, et omnem dolorem, cuius cauſa eſt H phlegma craſſum uiſcoſum, et uentoſitas craſſa. ℞. cinnamomi excorticati à cortice ſuo ſuperiori, de quo proiiciātur linguæ repertæ inter duo fruſta, et granorum, addendo ſucci liqui. agarici, alchechengi, et herbæ eupatorii, abſinthii, ana partes æquales, tere et confice cum aqua, et informentur pilulæ paruæ, et ille qui de eis facit pilulas, inungat ſuas manus ex oleo de balſamo, et odorifero, doſis earũ eſt, à drachm. i. uſq; ad. ii. et ſit ſuper eas cibus zarabegici, et ſunt achingi.

Pilulæ de opopanaco liſaſemoni conuenientes ad dolorem genuum, et dorſi, et paralyſim, et torturam. ℞. zingib. macropi. thapſiæ indę, myrob. citrino. embli. et bel. myrrhę, turbith, ſcammoneæ, croci, caſtor. ana ʒ. ii. opopanaci, hermodacty. ſagapeni, bdel. ammoniaci, pulpæ colocynthidis, ana. ʒ. x. aloes. ʒ. xx. Infundantur gummæ in aqua caulium, et conficiantur cum eis medicinæ, et informētur pilulę. doſis eſt, drachm. ii.

Pilulæ de euphorbio conferentes ad paralyſim, & mollificationem, & humores crudos deſcendentes ad neruos, & membra. Recipe agar. pulpæ colocynthidis, euphorbii, ſagapeni, ana drach. v. aloes, drach. ii. cõficiantur pilulæ cũ ſucco ſaluiæ. doſis, drach. i. & ſ.

Clyſtere plum. Filii Serapio. Clyſtere conferens ad dolorem dorſi, & cholicam, & ſoluit humores craſſos, & inteſtinis inferioribus confert, & iſchiaticæ, & dolori ancharum. Recipe ſeſeli, fœnugræ. centaureę maioris & minoris, ana. P. i. medullæ charta. ℥. ii. baſſach, drach. i. & ſ. ficus numero. x. furfuris, ſalis indi, an. ℥. ii. chamæmillæ. unc. i. ſ. cherua contriti. unc. i. ſagapeni, opopa. bdellii, colocynthidis, naſturtii, amygda. amararum contritarum, ana drachmas decem, et ex uirgis maſculinis numero quinque, caulis ſiclæ ru. ana unciam unam, coquantur cum. vi. li. aquæ donec remaneāt duæ, & colentur, dentur ex ea. P. ii. Et in deſcriptione alia duæ tertiæ, lib. i. baurach tertii. ii. & olei ſeſamini, olei oliuæ ana unc. i. olei de been. unc. ſ. olei de ſpica. ℥. ſ. miſceantur, & clyſterizentur ex ea tepida, & quandoq; ſit ſine gummi. Aliud. Recipe ammonia. ſagapeni, opoponaci, ſarcocollæ, ana. ℥. ſ. fundatur cum urina tauri tribus diebus, & clyſterizetūr cum eis quantitate, unc. iiii. & omni die quinque uicibus, aliàs, diebus. Aboa. confectio nominata imperialis conferens ad difficultatem urinæ, & dolorem dorſi, & debilitatem renum. ℞. & dimitte ſpacio triũ uel quatuor regulorum uel lunarum.

De dolore anchæ, & iſchiatico, & medicinis eius. Cap. 5.

Dolorem anchæ quandoq; antiqui iſchiaticum appellarunt, quod eſt quia conueniunt in eſſentialibus, licet in accidentalibus differant eorundem. Conueniunt quidem in eſſentialibus, ſcilicet in membro, ſeu loco principaliter patiente, qui iunctura anchæ eſſe dignoſcitur, cum ſit ex ſumma iuncturarum doloris: ambo enim in eo incipiendo conueniunt, & in cauſis imprimentibus quæ utrobique ſunt eadem, & ſunt intrinſecæ & extrinſecæ. Et intrinſecæ ſunt propriæ, & ex communitate. Propriæ ſunt plurimum materiales, & humorales alterantes iuncturæ ipſius partes, & extēdentes replēdo, & ſecundum plurimum ſunt phlegmaticę, & uentoſæ: deinde ſanguineæ, deinde melãcholicæ, deinde cholericę, & quãdoq; mixtæ. Ex cõitate uero ſunt plurimũ matricis ceruicis, & ex permutatione materię paſsionũ eius ad anchã cui appodiatur. Et quandoq; propter uicinitatē. Inquit Hi pp. ſi matrix in uertebro poſita fecerit ſaniem, neceſſe eſt commotum fieri. Et extrinſecæ ſunt plurimum caſus, percuſsio, & debilitas ſequens ſeſsionem ſuper rem duram, & aſsiduitatem equitandi inſuetam, ſaltum, & ambulationem fortem.

5. aphor. apho. 46. In accidentibus uero eorũ differunt: licet enim in membro, ſeu iunctura anchę conueniant principaliter, differunt tamen quantum ad circũſcriptionem, ſeu firmitatem eius in ea, & extenſionem: ſi enim dolor ipſius eſt fixus, & permaneat in iunctura, & circũſcriptus dicitur dolor anchæ. Cum uero extenditur per lacertum, & neruum latum retro per coxam inferius, iſchiaticus proprie nuncupatur a ſchia, quod coxa eſt nuncupatum. Sic quoque licet in cauſis conueniant quãtum ad earum ſpeciem, differunt tamen quantum ad quantitatem ipſarum. Cum enim cauſa eſt ſtabilis, & firma in loco minoris quantitatis eſſe dignoſcitur quam cum extendit per neruum idem præſtãdo nocumentum in toto: non enim niſi ſua multitudine ampliatur tantum, & ad tam remotas extenditur partes prima non dimiſſa. Quandoq; enim, ut dictum eſt, ad coxam extenditur per neruum latum, ſicut Aboa. dixit per uenam uenientem ad utrunque pedem ex parte inferiori duarum partium uenæ orientis a gibbo hepatis, ſicut dixit Raſis. Credo enim, quòd materia illa ſit in uena, quam replet, & trãsfunditur ab ea ad illum neruum, & impedit motum. Et quandoq; permutatur de iunctura, & eſt in neruo lato, & quandoq; uſque ad genu, & impedit inclinationem & erectionem. Et quandoque uſque ad crus, & pedem, & impedit ſtationem, & quandoque finaliter uſque ad digitos, & impedit firmitatem, & quãdoq; ſua multitudine phlegma mucilaginoſum lubricando, & mollificando ligamēta producit ut

A uertebrum de pyxide anchæ reſiliat fòras, & reintegratur, & accidit dislocatio, & claudicãt modo niſi uſtione ſanantur, unde Hip. in aph. ait. Quibuſcunq; ab iſchiatica moleſtatis uertebrum reſilit foras, & iterum reuertitur in locũ ſuum, his tabeſcit crus, & claudicant ſi non urantur. Conueniunt quoque in fortitudine curationis fortioris: difficilioris enim curæ ſunt, quam dolores aliarum iuncturarum propter loci profunditatem, licet dolor humeri, & ſpatulæ ſint periculoſiores, propter propinquitatem ad principalia, licet quoq; curentur difficilius. Cum uero curati ſunt, & eradicantur earum materiæ, redeunt facile qualibet ex cauſa. Similiter & podagra propter ſitum mēbri & longinquitatem: dolores uero iuncturarum ſuperiorũ manus tardius propter ſitum, & propinquitatem ad principalia. 6. aph. 59 & 60.

Signa. Signa cauſarum eius ex generalibus ſignis ſunt in proœmiali capitulo nota, licet difficilioris inueſtigationis ſint propter materię profunditatem, & diſtantiam ſenſu maiorem, & ipſarũ cognitio poteſt arbitrari ex ſpecie, & quantitate doloris circunſtantiis iuuantibus, & nocentibus, B & exeuntibus, licet ex aliis minus, quàm dolor iuncturarũ aliarum propter prædictam profunditatis cauſam.

Cura. Cura eius eſt conſimilis curę generali doloris aliarum iuncturarum, quia artetica dicitur intantum ab eo differēs inquantum naturæ membri proprie medicamina, & remedia localia apocruſtica, & diaphoretica ſuis approximãdo partibus uariat propter ſitum, cum materia in ipſo ſit poſita in profundo, & ad locum profundum currat, & proinde extrahentibus, & reſoluentibus egeat fortibus, apocruſtica exterius applicanda, & interius cum clyſteri ipſum recludent ibidem, maxime ſi ſint fortia, & ſtiptica, ibique retinebunt & multiplicabunt, & multiplicata nocumentũ diſſolutionis, quod in preſſura eſt ex ſe imprimént magis, & condeſãbunt, quare difficilius, & tardius reſoluetur, licet rariſsime lapideſcat propter amplitudinem uacuitatis iuncturæ, & eius ſitum profundũ. Quapropter caloris influentiam plus recipit aliis exterius ſituatis. Et fortaſſe ipſam ad principia repellent propter propinquitatem, cum plurima uis fuerit, & fortis effuſionis, ſicut in dolore humeri, & ſpa C tulæ ſuperius dictum eſt. Quare oportet, ut cum materiam in principio fluentem ad ipſam retinere uolueris, & dolorem impreſſum ab illa ſedare approximes illa debilia, quæ defendunt membrum uel locum, materiam fluentem refrenent non repellant & incrudent, ut ſunt fortiter ſtiptica, quæ materiam ibidem retinendo multiplicent, immo ſint debilia ſi materia ſit calida, & ſubtilis, uel ſint aliqua calida eis mixta quę exceſſum frigiditatis contemperent, & iuuent in penetrando, ſintq; ex lenientibus ſumpta, quæ mollificando ſedant dolorem, & materiã reſolutioni adæquãt. Vel ſaltem illa dimittas, & fiat occupatio in euacuatione cum phlebotomia uenæ magnę, quæ reſpiciat membrum, ſi quod mittens ſit, & a recipiēte deriuet cum tractione eius ad contrarium cum uentoſis, & emplaſtris, & aliis doloroſis: & cum phlebotomia uenæ iſchiaticæ in ſtatu, & ex quo declinauit, & ceſſauit a fluxu, uel ſaphenæ ſi dolor ſit leuior non extenſus in ſylueſtri, ſed in domeſtica parte, & curuatura poplitis, & proprie cum materia eſt in ſupremo, quã (quoniam ex propinquiori educit) præ illis eam Gal. commendauit, & ex uenis quæ phlebotomantur eſt uena in- D ter minimum, & ſecundum pedis, ſi materia in inferioribus iam exiſtit: phlebotomia enim huius uenæ eſt maius iuuamentum, quam iſchiaticæ, & ſaphenæ in hoc caſu, ſicut phlebotomia ſaluatellæ manus eſt maius iuuamentum approbatum in ægritudinibus hepatis, & ſplenis, in hoc caſu prædicto, & in quibuſdam ſanguiſugæ loco phlebotomiæ applicantur. In reliquis autem membrorum cum euacuatione ex uomitu primo: deinde cũ clyſteri, & pharmacia leui: deinde cum forti, & eradicatiua præcedēte digeſtione, ut ſuperius dictum eſt, niſi doloris fortitudo ad reſolutionem perducat, licet illud ſit rarius, quod ſi accidat apocruſticis fortioribus & narcoticis utendum: melius enim eſt augmentum materiæ, quam corpus ad reſolutionem perduci. In ſtatu uero & declinatione oportet, ut occuperis circa materiam iam fluxam cum reſolutione: ſint autem reſoluentia, ſicut & omnia alia medicami-

na in ea,quam in iuncturis reliquis,fortiora & leptomeris substantiæ propter situm, & profunditatem, uirtutem habentia attractiuam ad exteriora de profundo,& manifesta qualia sunt uẽtosæ cũ igne,uel suctione, & scarificatione, uel rubificantia,ut urtica,calamentum, & similia, sinapis, gummi,ruta,agrestis,staphisagria, pyretrum,nasturtiũ,& gumma pini, & pici commixta, attrahit enim & resoluit cũ perduratione,& uesicantia,ut sunt thapsia,mel, anacardi,cępe,allia emplastrata,lac ficus, & tithimali quibus miscenda sunt aliqua leniẽtia ne sua forti resolutione crassum dimittãt lapideum,qualia sunt adipes & medullæ. Et si uentosa materia fuerit cum uentositatem extrahentibus,& resoluentibus ex habitis exterius applicatis qualia sunt, quæ in inflatione stomachi,& cura tympanitis sunt dicta.

Medicamina propria ad ischiaticum dolorem simplicia & composita nunc dicemus,uentosationis modũ ad ea præmittentes,& est ut accipiatur uentosa duorum orificiorum unius autem orificii secundum magnitudinem anchæ, alterius stricti,cum quo aer fugi posit,& strictũ claudatur bene,& in amplo mittatur stupa ignita sufficientis quantitatis,deinde applicetur super ancham,deinde strictum os de oppiletur, & fugatur bene per ipsum quantum posibile est,ut dimittatur duabus horis:deinde auferatur & tergatur locus,deinde uesicantia ministrentur,si expediat.Et ex medicinis simplicibus,& propriis ei, & frigidæ est assarum secundum omnem modum administrationis eius, & proprie infusio eius quod confert ischiaticis, & dolori ancharum antiquis. Cinis adme cum aceto superpositus confert ischiaticis,ireos clysterizatum,& cortex capparorum,confert ei,& balsamum confert ischiaticis bibitum. Et hypericon decoctio cum uino bibita quadraginta diebus confert dolori anchæ,& ischiaticæ,& sanat eam,decoctio asparagi bibitur ad ischiaticã, nasturcium confert & ebibitum, & clysterizatum,& emplastratum cum aceto,& sauich hordei, & cum inungitur locus melle, & superaspergitur puluis eius sedat dolorem.Sordicies caprarum, & lactantium utilis est ischiaticis emplastrata desuper: & attramentum Assyriæ clysterizatum cum uino confert.Ex stercore caprarum,& uaccarum montanarum fit emplastrum ad ischiaticam,et aqua oliuarum salitarum clysterizatur ad ischiaticam ex aqua piscium salitorum, et succo alhascæ, sauich, et uino fit emplastrum ad ischiaticam, harmel linitum est bonum. Colocinthidis aur.confert,et fructus arboris lauri confert ischiaticæ. Camepityos cum melle bibitũ quadraginta diebus sanat ischiaticam.Omnes partes apii sumereon sunt conuenientes ischiaticæ. Muri confert dolori anchæ, et ischiaticis est, et proprie album cõfert doloribus utriusque anchæ, et iuncturarum, et petreolum, et proprie album,pentaphylon confert doloribus utriusque anchæ, origanum confert doloribus utriusque anchæ, scammonea cum sauich, et aceto super dolorem anchæ more emplastri superponitur:ruta confert ischiaticis bibita, et more emplastri superposita cum melle. Rubea tinctorum datur in potu cum melicrato, et confert ischiaticis. Ex calamento quandoque fit emplastrum ad ischiaticam. Cordumeni confert dolori anchæ phlegmatico. Costus est bonus ischiaticis superpositus,ut emplastrum.Abrotani decoctio confert ischiaticæ antiquæ difficili. Et enula sulen decoquitur cum mellicrato,et fit emplastrum sciaticæ. Ex lupino fit emplastrum super ischiaticam,sinapis confert, fructus litii confert ei. Calidæ uero oleum ablutum, et althea cum adipe anseris,decoctio radicum papaueris campestris in aqua data in potu confert ischiaticæ calidę.

Ex solutiuis sagapenum soluit materias phlegmaticas, quæ sunt in utrisq; anchis,bibitum, et clysterizatum, euphorbium cum speciebus mixtum, scilicet, cinamomo,et similibus, confert ischiaticæ, et educit materias frigidas ex uacuitatibus anchæ.Armoniacum confert dolori ischiatico bibitum cum melle, aut aqua hordei, et educit materiam ancharum.

Clystere ex centaurea.

Clystere ex centaurea confert ischiaticis,et educit phlegma ex anchis,et similiter succus, et decoctio cucu. asini. clysterizatus,et decoctio alliorum, quoniam educit phlegma ex anchis, et sanguinem. Agaricum cum syrupo acetoso datur in potu ad ischiaticam,turbith etiam confortat, et colocynthis, secundum omnẽ modum administrationis eius.Radix cucu.asinini clysterizata epithemata et emplastrata confert iuuamentum magnũ ischiaticæ. Sarcocolla educit humores crassos ab anchis. Et grana regum trita et cocta in iure galli antiqui. Et scammonea educit ex eis materiam calidam.

Compositæ uero sunt,quæ componuntur ex eis secundum diuersas intẽtiones generales superius habitas, et speciales, hic attendendas.Ex quibus est medicamen Hermetis quod est proprium digerens, et adæquans materiam frigidam,et est mirabile quod Recip.chamedryos,gentianæ, ana.unc.viii.aristo.ro.unc.ii.se.rutæ siccæ,lib.i.terantur et cribellentur cribello subtili.dosis coclear.i. cum aqua mellis uel oximelle scillitico loco eius: deinde purgetur cum uomitiuis fortibus: deinde cum solutiuis uentris.

Ex uomitiuis secũdum nos est quod fit ex flore cum se. genestræ cum aqua calida. Aliud Serapionis. ℞. sinapis. ʒ.ii.baurach.ʒ.i.condisi,danich.ii.terantur,et cribellentur et dentur in potu cum aqua anethi. Aliud Hippo. et fit cũ commestione cæpe narcissi.

Ex solutiuis ad materiam frigidam proprie sunt pilulæ de serapino,de hermodacty.pilulæ foetidę, pilulæ de thapsia,pilulæ de styrace,et pilulæ iuuamenti. Et hiera hermetis ad præseruationem sumpta in uere est iuuatio,et est expertum.Pilulę expertæ ad dolorem anchæ, et ischiaticum laxatiuæ,et proprie reumatizante materia a capite. Reci. turbith,unc.iii.gingib.dra.s.centaureæ,colocynthidis,an. drach.ii.et.s.sagapeni,drach.s.aloes succotrini. drach. iiii. ro.sagenæ,masticis,ana drach.s.diagridii represi,drach.i. et.s.Conficiantur cum succo raphani.dosis drach.s. Medicina optima ad dolorem anchę. ℞. pulpæ colocynthidis. ʒ.v.passularum sine granis.P.i.bulliant in iii.lib. aquæ donec remaneat tertia pars.da tertiam partem, educit enim xx.uicibus ex phlegmate et humore crudo.

Aduertendum,quòd quia solutiua,et euacuatiua in tali passione sunt fortiora,et cum materia non posit nisi reiterata euacuatione eradicari, oportet ut talia cum interpolatione ministres,et in medio temporis naturã cum cibis et potibus,seu sorbitiones confortes. Medicus enim,sicut Gal.dixit est naturæ adiutor:tunc autem perfecte adiutor naturæ est,cum eis contrarium destruit et ipsam fortificat et sustẽtat,quod Hippo.in suo regimine docuit cũ inquit. Cum pharmacauerit sorbitionibus utere, in quo quidem tempore si indigeat minorabis cum collyriis, et digeres,si quid residuum est digerendũ cum antidotis. quare alia cõposita medicamina sunt subiungenda.

Inquit Aboa.ex embrocis post purgationem medicinę conuenientibus ad ischiaticam resoluentibus residuũ materiæ est,ut sumatur olei de alchanna, li.i.aceti. lib.s.nitri. lib.iiii.cardamomi.ʒ.i.s.hyssopi. unc.i.s. et bulliant simul et in eis submergatur lana,et euaporetur ex ea locus.

Ex balneis sunt balnea thermarum prædicta secundum materiæ exigentiam,uel artificialiter constituta ex aquis, et medicinis simplicibus resoluẽtibus prædictarũ proprie.

Vnctiones ad idem post prædicta applicanda cõuenientes sunt,quæ fiunt ex oleo de pyretro,de euphorbio, uel castoreo.Cerota conuenientia sunt, quæ ex aliquo prædictorum oleorum conficiuntur,et cera quoniam facit perdurare in loco oleum cui admiscetur. Ex emplastris resoluentibus illud quod in profundo remansit, est emplastrum factum ex stercore caprino,et aceto forti. Est enim sicut emplastrum de sinapi,et eo melius ac iuuatiuum magis.

Aliud Andromachi.℞.picis.P.i sulfuris uiui.P.i.contriti,sicut alcohol.misceantur,et liniãtur super ancham,et ponatur super charta quousque cadat per se. Et aliqui faciũt ex duabus partibus picis,et est debilis.

Aliud expertum ualde.Recipe radicem thapsiæ in æstate dum est uiridis,et contere,et confice cum cera,et inuisca eam ad ancham,et dorsum,et liga,dimitte a quatuor horis usque ad sex,deinde ingrediatur balneum aerum.cũque rorare incœperit ingrediatur aquã, et tollatur emplastrũ, et ponatur super locum lana cum tragacantho hebdomada una,et iteretur,quoniam sanabit.

Si uero fuerit sanguis in eo mortificatus cauterizetur cum auro rubeo locus sanguinis cauterizatione uehementi,ut currat ex eo sanguis:deinde emplastretur desuper ex farina confecta cum oleo, quoniam liquefacit sanguinem.

Emplastrum Rasis quod extrahit materiam de profundo iuncturarum anchæ urendo. Recipe nasturcii, pyretri, capparis ana,confice cum aqua cicerum, cinerum ligni ficus,& confice,& liga donec comburat: deinde solue, & si nigrescat locus,bonum:si autem non, iterum appone, donec appareant ampullæ:deinde laua locum cum aqua calida,ut cesset dolor,& inunge locum butyro, & non consolidentur ulcera, & quãto plus steterint aperta tãto melius.

Aliud.Recipe fęcis uini adustæ,catapuciæ, cantharides, & nasturcii,ana confice cum succo scillæ. Aliud simplex in unge cum melle anacardi, donec ampuletur locus, & modum extrahendi mel ex eo est,ut bulliat anacardus in forti aceto ad ignem,permittatur diu bullire donec exeat mel, & tunc illud ex aceto,& accipiatur & usui reseruetur.

Aliud Gal.quod est efficax nulla alia cura indigens post ipsum:sacragnidi,uel setaragi.i.thapsiæ uiridæ in æstate decoque bene cum sepo,& applica supra dolorem anchæ,uel arteticæ,& dimitte per duas horas,& cum sudauerit patiẽs intret balneum,& auferat emplastrum,si oportet reitera. Et quia talia sunt fortis attractionis locũ habent post perfectam corporis euacuationem,seu mundificationem non ante,quoniam plus trahunt quam resoluant.Inquit Ga.meminisse oportet,quod euaporantia pharmaca corpori pleno approximata plus replent,quam euacuent, & magis cũ fuerint fortiora. Clystere conueniens post purgationẽ cũ uomitu, & solutione uentris cum prolongatur ægritudo proprie,decoquantur colocynthis,nasturciũ,& radix capparis,centaurea,& cucumer asininus, thapsia, & rubea in aqua,& fiat ex ea clystere. Collyrium fiat ex medicinis excoriationem facientibus,& sanguinem educentibus, ut est decoctio cucume.asinini,colocynthidis,pyretri,fellis tauri,centaureæ,nastur.allii,thapsiæ, & fit cum melle, & sale, fortasse autem talia sanant.

De dolore podagrę. Cap. 6.

Podagra est dolor iuncturarum pedis incipiens a digitis,& pollice,quandoque a latere,quandoque a calcaneo,& quandoque eleuatur ad genu, & ad coxam,& est ut plurimum quandoque dolor ischiaticus,& aliarum iuncturarũ eueniẽs propter tria,propter sitũ infimum ppter remotionẽ a principalibus, propter motũ & laborẽ in sustinendo corpus. Et cã eius est cõsimilis cãis doloris aliarũ iuncturarũ.Et uidetur Gal.quòd nõ fit in ea, nec iuncturarum aliarum dolor in chordis & neruis,sed in lacertis uenis,& cutis exterius circundantibus prius: & deinde ligamentis, & uacuitatibus iuncturarũ ad quæ ex uenis transeuntibus per illos effunditur, quibus repletis loca concatenationum,scilicet nerui & chordæ extenduntur,& sic dolent,& non replentur in substantia sua,quòd si replerentur spasmarentur podagrici,& artetici,cum spasmus ex eorum repletione procedat,sed cõstat quòd nõ spasmant,ergo materia nõ est in eis,sed in uacuitatibus iuncturarũ, quapropter Hip.in aph.ad doloris residentiã, & materiæ ipsius in loco frigido situatæ resolutionẽ,cũ dolor podagricus,& arteticus generaliter fit acutus,quia trahit mortẽ citã si cholericus fit,& proprie cũ regimine prauo, terminum statuit dierum quadraginta,non.xiiii.dixit enim. Quibuscũq; podagrici tumores fiunt his dolore de tumescẽte in xl.diebus resident.Et signa cãrum specialiũ ex signis causarũ generaliũ possunt haberi supra in capitulo generali enumeratis.

6.aph.49.

Cura eius est similis curę generali differens ab ea in specialibus medicinis,& propriis sicut propria membri natura requirit,simplicibus,& cõmistis, & ex simplicibus sunt quædã conuenientia in eius sedatione cum est calidus, & sanguis menstruus, & sperma hominis superius inunctus, & lac eius cum opio,oleo, & cera,& axũgia cũ farina hordei superposita.Ex psyllio cũ oleo ro.& aceto fit linimentum podagræ,& dolori iuncturarum calido. Et ex endiuia spuma maris rosea ualet podagræ cum cera & ol. rosa. papa.cum lacte linitur,& althea sedat dolores, & proprie cũ adipe anseris, & casiafi.linitur podagra & iuuatur,lactuca asini,acetum cum sulphure linitum confert licet per se noceat neruis.Gagates confert podagræ. Althit herba nitri cũ ceroto ponitur sup podagrã.Aerugo ferri cũ uino si superponitur cum auro ex fructu lauri, ex foliis rorisina. mixtis cum aceto confert.Muscus confert podagræ calidæ.lutum suauium in principio podagrę linitum confert, & lutum sigillatum, & armenum cum aceto prohibent fluxum ad pedes & manus,& ex hordeo fit emplastrum cum citoniis,& aceto super podagram,& prohibent fluxum superfluitatum ad iuncturas.Et succum delinitum cum aceto.Et decoctio spinę al.ex lente cum sauich ponitur emplastrum super podagram calidam succuram linitur ad calidam emplastrum ex mugar.

In materia calida.

In frigida.

Ad frigidam uero stercus caprarum montanarum cum adipe porci est conueniens,oleum uetus aristolochia bibitur,& epithimatur super ea, & proprie rosa. Et ex foliis arboris charabe,quæ dicitur chaurum fit emplastrum pulsationi podagræ,& oleo plumbi, & iuuantur qui bibunt ea, decoctio amomi bibitur ad eã,& sedetur in ea. Chamæpityos,sulphur cum nitro,& aqua est bonum linimentum super podagrã:caulis super podagram ponitur cũ fœnugræco,& embrocatur super dolorem iũcturarum decoctionis eius.Radix lauri lub cum stercore uaccino ualet super podagram.Emplastrum ex sale cum farina,& melle,hermodactyli more emplastri superpositi cum farina hordei,aut mica panis pinguis,& uitello oui confert podagræ, & sedat dolorem statim,& est conueniens theriaca omnibus doloribus iuncturarum,& proprie in hora fluxuum.

Solutiua.

Ex solutiuis est colocinthis, mel sua solutione confert ei,& doloribus iuncturarum hermodactyli. Grana regum contrita,& cocta in iure gallorum antiquorum educit materiam a iuncturis,& confert podagræ, & turbith confortatum,prædictæ enim cõferunt dolori genuum chiragrico & cubiti,quod enim confert iuncturis a principio remotis multo magis his conferet,quæ propinquæ sunt ipsi,nisi sint ex prohibitis:natura enim in omnibus operatrix est, medicus uero minister.Ex appropriatis simplicibus, & conuenientibus dolori geniculi sunt oleum ueteris nucis Indicę oleander more emplastri superpositum uidelicet dolori geniculi.Et stercus uaccarum est melius partibus aliis.Ad calidam spinachia emplastrata & dulb.

Syrupus ad podagrã ex materia frigida.

Ex compositis ad podagram cõuenientibus est syrupus secundum inuentionem nostram adæquans materiam frigidam qui. Reci.pedis coruini,pedis columbini,iuæ, arteticæ chamæpityos,saluiæ,herbæ nitri,origani,stœchadis,spinæ al.ana.unc.i.radicum fœnic.asparagi,brusci residentiũ in aceto scillæ, ana.℥.i.passularum enucleatarum.℥.i.amomi,acori,ana.℥.s.arist.ro.℥.s.corticum citri. ℥.i, florum rorisma.rof.ana.℥.i.hordei.P.i.cicerum.P.i.zuccha. geleniabin,ana.lib.s.uel mellis despumati, si materia fuerit ualde frigida crassa uiscosa,aceti prædicti.℥.ii. Alius ad calidam. Recip.endiuiæ,lactucæ,uirgæ pa.lupulorũ,coriandri, barbæ hircinæ,planta.pedis cor.ana.unc.i.radicũ sparagi.unc. i.residentis in aceto passularum hordei, ana.P.i.rof.unc.i. se.pa.& portula.lactucæ,& endiuiæ,ana,unc.s.zucchari,li. i.mellis ro.unc.iii.aceti prædicti. unc. iiii. irroratur aqua ro.mugar.unc.iiii.& detur mane cum calida.

Medicamen laxatiuum ad podagram

Medicamen laxatiuum ad podagram frigidam,et est Rasis.Recip.zururgæ.i.hermo.olibani,et cimini,ana.ʒ.xx. cõfice cum succo saluiæ in modum pilularum.dosis,ʒ.ii. confice cum aqua mellis,uel geleniabin. Aliud. Recip. turbith al.et gummosi.ʒ.i.pulpæ colocynthidis.ʒ.ii.gingib.℈.i.masti.℈.i.stœchadis ara.hyssopi, ana.ʒ.i. origani. ℈.s. confice in modum pilularum,uel oxymellis,uel puluerem cum hydromelle.Aliud ad calidam. Recip. myrob.citr.ʒ. aloes.ʒ. ii.tragacanthi,masti.ana.ʒ.s.Confice cũ succo saluiæ in modum pilularum,uel da cũ aqua hordei in modum potionis.

Pilulæ ualentes ad podagram calidam.Reci.colocynthidis masti.aloes,absinthii,scamoneæ,ana.ʒ.i. et terantur,et cribellentur cum succo solatri, conficiantur et informentur pilulæ.

Clystere ad podagram.

Clystere ad podagram. Recip. asari, mercurialis,maluæ,centaureæ minoris,ana.unc.iiii.polypodii, agari.an.unc.s.sal gẽmæ.P.i.mellis cõis,unc.ii. hieræpi.simplicis.unc.s.olei sambucini.℥.ii.et immittaẽ,soluit cõuenienter.

Emplastrum.

ter. Emplastrum emendans nocumentum frigidorum, & narcoticorum inductum in iuncturis ex multa mora & longo usu,& est stupor, & difficultas motus, dissoluantur fella cum oleo chamæmillæ, & applicentur, hoc enim acquirit iuuamentum,& maturat, & facit redire caliditatem in naram ad membra,quæ infrigidata sunt ex usu medicinarũ stupefacientium non secundum quòd necesse est.

Aliud.℞.ziniar. M.i.farinæ hordei. unc.ii. confice cum melle,& emplastra.probatum est,ut dictum est supra in medicinis neruorum.

De medicinis dispositionum,& accidentium, quæ doloribus iuncturarum insurgere consueuerunt, uel insequi. Cap. 7.

DIspositiones,& accidentia, quæ dolores iuncturarũ consueuerunt insequi,sunt debilitas & laxitudo, ipsarum dislocatio,duricies,nodatio, conuersio colle cti humoris in lapidem,apostematio & contractio, ulceratio & apertio, ut egrediatur aliquid grossum in modum calcis uel gypsi,& quãdoque aliquid uirulentum. Iuncturis itaque remanentibus debilibus prouidemus cũ confortantibus fortibus,simplicibus & compositis. Quorum ex simplicibus quædam sunt talia a complexione,ut sunt reducentia ad temperiem,& adiuuantia partes ipsarum, quædam a proprietate,ut sunt quæ supra in generali cura sunt dicta cum quibus recipientibus prouidebamus iuncturis, & ex compositis sunt theriaca antiqua,mithridatum,homoruosia,confortant enim iuncturas,& cætera membra, & reliquam materiam resoluẽdo consumũt. Et ex expertis sunt ea,quæ in nostro antidotario sunt scripta,& ex illis ẽ aqua qua iuncturæ debiles euaporantur,& fomentantur,& embrocantur,& epithimantur,ut siquid ex frigida causa fuerint passæ in aqua salsa naturaliter uel artificialiter, uel aluminosa,uel sulphurea bulliant stœchas,& saluia, & superaspersa uini boni tertia parte,uel quarta euaporentur,dein de fomentẽtur,uel epithimẽtur.Et quandoq; in solo uino bulliant,uel in simplici aqua,& proprie pluuiali,& euaporentur,deinde per se ipsis siccis fiat inunctio cum oleo mastici.de styrace,de rhabarbaro, & centaurea. Si uero passæ fuerint ex aqua calida in aqua ferrea, uel ænea, naturaliter uel artificialiter,cum ferri igniti extinctione aut æris, bulliant grana,uel folia myrtæ,ros.siccæ,uel glandes,& saluiæ parum,& prædicto approximentur, & eis per se siccis fiat inunctio cum oleo rosa.uel myrtino,uel lentiscino, & similibus. Si uero cum debilitate sint lapsæ, & mollificatæ prædictis addimus oleum de stœchados, de chamæmilla, & de scinco proprie. Et litium emplastratum uel grana myrtæ, & stringunt & confortant iuncturas lapsas ex calida causa,& lutum sigillatum, & armenum cum oleo ro.superinunctum est proprium,confortat enim earum omnem naturam,causam doloris tollit,quemcunq; fluxũ prohibet, & dolorem sedat cum proprietate, & si quidem sit dislocatio facta,reducantur,& conseruentur cum emplastro facto ex stypticis conglutinantibus notis superpositis, & ligatura conuenienti.Ex emplastris est emplastrum ex mugar,& commune est oxicroceum Nicolai.Porro duritiei,& lapideitati ipsarum prouidemus cum aqua decoctionis radicũ althęæ,se.lini,meliloti,sesami,& absinthii,deinde inunges cum oleo amygda.dulcium,de lilio,nucis Indicæ,pinearũ. & fisticorum vel sesamino,& cataplasmatibus ex althęa, & adipe anseris.Et si cũ duritie fuerint crassę subtiliari oportet,emplastretur cum sesamino,& bdellio,quod proprium est ipsarum congelationi,& sinapis, & resinæ emplastrata, & inunge cum oleo de ireos,de been,de euphorbio, & oleum de iunipero sanat integre. Et decoctio casei antiqui cum crure porci saliti facta confectione unguenti cum dolore cum duritie,& applicata efficitur, ut scindatur caro per se,& egrediatur uirulentia, & aquositas multa, sicut Gal.expertus est,& alii multi, & sequitur alleuiatio.Et ex experiis,& ultimis est, ut fomententur cum aqua althęæ prædicta,addita saluia,& pauco uino,deinde ungatur cum oleo apostolorum,uel terebinthina,extenuatenim neruos incrassatos, congelatas iuncturas ex oppilatione aperit, quod oleum costinum etiam operatur, si ex ligatura longi temporis fuerint oppilatæ,& congelatæ. Sed nodationi ipsarum,& contritioni,& conuersioni humoris collecti in lapidem prouidemus cum mollificantibus, & resoluẽtibus succedẽtibus,uel utrique mixtis,qualia sunt ex simplicibus ammoniacum,bdellium dissolutum in succo rutæ cũ axungia anseris,Ex compositis est hyssopi cerotum secundũ omnes descriptiones eius,& cerotum diapente, & similia, & aliis medicinis compositis,& andacocha & oleum eius est propria,præseruat enim a timore contractionis,& resoluit eas,& iam sanati sunt quidam ex ea. Ipsis uero apostematibus prouidemus cum his, quæ dicemus in cura apostematum,licet iuncturis accidat raro,si omnipotens permittat. Ex propriis est emplastrum ex lapide asio cum farina fabarum,& ex chiri cum apostema ipsum induratur, & stercus cameli emplastratum. Et folia dulb, & proprie geniculorum.Sed ipsis ulceratis cũ oleo prouidebimus, & proprie cum quod egreditur est uirulentum,si uero sit calx,& gypsum cum cypero,& axungia anseris emplastrata fit prouisio.Omnia tamen actu calida ministrentur, frigidum enim neruis,& ossibus, & spinali medullæ est inimicum, dixit Hippo. Deinde medicinas compositas subiungamus expertas. Emplastrum bonum ad confortandum membrum seu iuncturas,& resoluendum materiæ residuum,& non in digetur eo nisi post euacuationem integram.dixit Aboa. ℞.sauinæ,nucum cypressi,ossium humanorum adustorum ana partes æquales, aluminis partem.i.dragæ.sextã.i. gluti nis piscium quantum sufficit ad aggregandum.Aliud secundum eundem conferens,ut primum, & confert mollificationi ipsarum iuuamentum manifestum,& extrahit spinas, & ossa putrida de profundo.℞.se.urticę mundati, spumæ, baurach,salis ammoniaci,arist.ro. radicum colocynthidis, glutinis albo.ana.aur.xx.fœnugr.piperis, macropi.an.aur. x.ammoniaci.aur.xii.cordumeni,xylobal.thuris, myrrhæ, adipis capræ,gummi pini,ana aur.x.cerę,li.iiii.mellis, lib. viii.lactis fici sylvestris,aur.viii.olei de lilio, quantum suf. ad conficiendum siccas medicinas, conficiantur omnia, & fricentur,& administrentur . Ex conuenientibus duritiei, & lapideitati est euaporatio iuncturarum, & genu,cum fæce aceti,& in omni parte eius ponitur sexta pars harmel cõtriti super quam proiiciuntur lapides igniti, & fiat suffumigium,& uiscus cum aqua sui ponderis.resina lenit duritiẽ iuncturarum.Et ex conuenientibus est ut sedeat in decoctione asini sylvestris in qua ponũtur omnia membra eius cum sale,& anetho.Et rectificatur cum seminibus,& poris & similibus.Et ex illis est decoctio hordei, uel uulpis aut dabach.& modum ponit Abo.

Et ex eis,quæ præseruare habent a lapideitate sunt emplastra ex quibus est hoc. ℞. farinæ orobi,& lupinorum an iuden,ana.P.i.confice cum oxymelle,uel ex uite alba,cum parte litii,uel ex ammoniaco cũ uino albo, & oleo omphacino,et posita desuper farina fabarum. Et emplastrari cum bulbo dissoluto in aqua prohibet lapideitatem. Et ex emplastris,quæ conferunt iuncturis conuersis in lapideitatẽ est farina lupinorum,cum oxymelle,uel aceto mixta.Et ex eis sunt embrocæ,& unctiones dictę supra,& similiter embrocæ ex aquis in quibus decocta sunt calamentum, alhaſcæ,cum acero aut decoctione,in qua caseus antiquus decoctus est,proprie in iure casiesi.& myro.& euphorbii, & aqua cinerum caulium combustorum. Rasis inquit ad lapideitatem.Cura.ablue membrum cum aqua,in qua decoctæ sunt radices maluauisci,anerhi,& chamæmil.donec rubeat quod est in circuitu lapideitatis, quoniam quando est fortis lapideitatis locus ille non rubet, deinde ponendæ sunt pinguedines,et medullæ die ac nocte,postea accipe lapidẽ magnetem,et pone in igne donec rubeat,postea irrora, et pone membrum desuper,et uaporetur hora una, postea lana cum forti aceto calido , et fiat uniuersaliter per aliquot dies,postea reitera mollificatiua donec resoluat.

Emplastrum proprium ad dissoluendum lapideitatẽ. ℞. ammo.oppo.bdel.chalbani,nitri,sulphuris, ana.de lithargyro quantum de omnibus coquatur lithargyrum donec fiat spissum:deinde conficiatur cum aliis medicinis, et pone desuper. Aliud. ℞. caseum longi temporis, et nasturcium,an.& puluerizа insimul,et postea accipe pedes porci antiqui salsi et coque, cum aqua illa coque nasturcium, & caseum,& fac emplastrum desuper lapidem iuncturarũ, unde rumpetur cutis,& exibunt uentositates omnes ante, & sum expertus illud sæpe.Ex conferentibus contractioni ipsarum est oleum de anadacocha potatum & inunctum, est enim res magis conferens & præseruans.Modus facien di est,vt decoquatur andacocha cum seminibus in uino bono,& oleo donec cõsumatur aquositas.cuius dosis sit usq; ad.3.iii.& minus. Et ex illis,quæ experta sunt ad contractum,sunt,ut sumatur pellis ouis hora qua excorticatur,& ponatur super ipsum,& liniatur lacte uaccino dulci, & iuuabitur eo.Et administratio balnei statim sicci, & sudoris in furno,aut fouea ignita,est iuuatiuum.

De his,quæ præseruant a doloribus iuncturarum. Cap. 8.

GAlenus inquit de melioribus rebus est, ut medicus utatur præuisione,cõfert.n.medico,& etiã infirmo, ac utrique,& facilius est,quã uti curatione,Medico intantum confert,nam eum ostẽdit excellentem in sua scia & perfectũ,& utẽdo præuisione agit, quod sibi proprium est.Vnde Hip.nonne illius est,ut futurũ periculum uel oĩno prohibeat,uel saltẽ competenti adminiculo tolerabilius fiat?Et proinde infirmo etiam confert,necnõ quia ex futuri præscientia confidet in ipso: de quo.n.plures cõsidunt,& cui plures se cõmittunt,ille plures sanat.Vtiq; quoque præuisione uti facilius est,quã uti curatione.Est.n.medico facilius causã cũ auferre,quã causam,morbũ,& accidentia simul,ac infirmus ipsius oblationẽ facilius tolerabit ante super aduentum morbi & doloris . Et euacuationẽ fe ret modestius,seipsa ante coloris aduentum in suo robore peruenientẽ:unde Abo.dum inquã istæ ægritudines curanẽ, facilius cõcediẽ phlebotomia,quã cũ in eis ceciderit quis.

Circa præseruationẽ a doloribus iuncturarum est sciendum quòd talis præseruatio duplicẽ uiam habet, una cõservat,& confortat naturam iuncturarum,quæ doloris est perceptiua.Altera obuiat alterantibus,& ipsam naturam permutare habẽtibus,quæ doloris sunt impressiua,Natura.n. confortata minime patitur ab extrinsecis alterantibus. Et siquidem alterantia fortia sint,possibile est ipsam pati saltẽ in longitudine temporis nisi ipsis quomodolibet obuietur, utranque igitur uiam oportet simul prosequi,uel prius unã secundo alteram. In casu.n. præseruationis cum naturale permaneat immutatum, & alterantia nihil impresserint ad huc manifestum,sed tamen cõstituerint causam eius, oportet secundum Ga.& debemus,quod naturale est cõseruare, & confortare atq; simul permutare habẽtibus obuiare, ne causam ad sufficientiã,& excessum læsionis adducant.In casu uero curationis cum alterantia impresserint, atq; quod naturale est permutauerint,nisi præcedat impressionis ablatio & doloris,non poterit conseruatio fieri, sicut supra in debilitate stomachi dictum est,quod diuinus Hip.in suis innuit apho.cum inquit.Humidæ diætæ omnibus febricitantibus conferunt,maxime uero pueris,& aliis omnibus sic assuetis refici.Et alibi.Non pura corpora quanto magis nutries,tanto magis lædes.Est tamẽ cum simul utrunque agimus,ut supra de sedantibus dolorem est dictum.

Completur autem prima cum conuenienti administratione regiminis sex rerum non naturaliũ,ac usu medicinarum iuuantium,& in omissione nocentium. Iuuatiua quidem generaliter sunt quæcunq; ex eis tẽperatę sunt ad calidatem,& siccitatem declinantes . Cum.n.iuncturæ frigidæ sint,& humidæ iuuantia sunt contraria moderate , nocẽtia sunt similia.Inquit Gal.commune est omni dyscrasiæ iuuari a contrariis moderato usu,a similibus uero lædi . Specialiter autem conuenientia regiminis in aere est, ut degat in tẽperato calido & sicco,& si non naturaliter inueniatur artificialiter disponatur, prout supra in cura cordis diximus. Exercitetur temperate mane,& sero ante cibũ. post exercitium uero fricentur iuncturæ temperate cum sale nitro, aut baurach,aut fomententur cum aqua marina, uel alumi nosa,uel ferrea,deinde quiescat.In cibis uero, & potibus, ut sint in substantia & specie facilis digestionis, & boni nutrimenti, & paucarum superfluitatum , quales sunt panis mundus,furfuris modicum habens,carne, ficcę, & ex quadrupedibus,& uolatilibus,& aliis consimilibus quibus ali-

qua ex appropriatis iuncturalibus membris sunt mixta. Membrum.n.suum simile nutrit, sed cum difficile digestibilia sint,bene excocta,aut in pauca quantitate, & per interualla concessa, in qualitate contraria humori peccanti generato uel generando. In quantitate continua sit tempratus,& ad diminutionem,& tenuitatem tendat,quòd humores non multiplicet sed minuendo exiccet , sic quoque famen,& sitim toleret,et proprie si pati cõsueuerit a phlegmatica causa,fames.n.exiccat corpora: dixit Hip.In tempore ut post purgationem superfluitatum quotidianarum primæ digestionis,& si non sponte,artificialiter cum collyrio procuretur,& secundæ & tertiæ cum exercitio prælibato si exiccari poterit,uel cum dilatatione , & frictione corporis uniuersi,ordinem etiam ut præmisis lubricantibus cibum sumant conuenientem . Et modus etiam est,ut non subito repleatur & multum.Potus sit uini suauis maturi,mediocriter stypticus,cũ aqua pluuiali , uel ferrea prout stomachus tolerat. Tempore uero passionis loco uini sit aqua prædicta,non pura sed mixta cum zuccaro in calida, uel melle in frigida,& quãdoq; componitur hydromel cũ cinnamomo,post horam uero dormiat de nocte tantum, de die non,uel somnum unum continuum si fuerit consuetus.Temperate se cibo & potu repleat sic , ut orexis proportionetur digestioni semper,& accidẽtia animę sint temperata.Intemperata enim naturam sunt exterminantia, & digestionem corrumpunt:corruptio autem digestionis est mater omnium ægritudinũ,& arteticæ maximæ: hæc enim iuncturas,& totum corpus in sua natura bona cõsimili seruant.Et cum medicinis appropriatis in confortando prædistinctis supra in capitulo præcedenti debite ministratis, si earum plasma substantiam,et unitatem cõfortant,ut nullatenus dolorem incurrãt, maxime si abstineant a nociuis. Abstinentia enim summa medicinarum existit,ut Gal.asserait respondendo ad quæstionem, quę summa medicinarum erat sicut retulit Isaac.

Nociua autẽ sunt maxime, quæ specialiter subiungẽtur. Et breuiter,aer frigidus,humidus,paludosus,lacunalis iuxta flumina,& constitutio eius australis,superfluum exercitium,& proprie supra repletionem,et equitando, atque ocium,cibi feculum de pasta azima frixa, uel subcineritia,carnes crassæ antiquę,& ualde iuuenes , & proprie si ex humida matre sint natæ,ut agnorum aut porcorũ, & animalium in aqua degẽtium,& salitæ ualde,lacticinia,pisces recentes magni proprie,non squamosi,ostraca,malagia, & male castrata,omnia genera fungorum, substantia leguminum,& proprie lentium.Inquit Gal. Hellenes.n.cum propter indigentiam legumina comederent, sequitur eos pedum debilitatio,omnia acria,fructus aquosi, ut melones. Et herbæ similiter,ut bleta & artiplices:multiplicant enim in sanguine humorem aquosum fluere aptum & superfluũ nisi conferant pronocando.Et breuiter omnes fructus præter fructus:ficus,& uuas bene maturas,& passulas carycas, & dactylos,baucias in frigida,& mala granata,pruna,& pira,in calida aqua frigida sumpta,& etiam applicata : frigidum enim inimicum est neruis & ossibus, ut Hippo.dixit in apho.Et uinum plurimum etiam uinosum,& purum subtile,& proprie in ieiunio , loco cuius uino de melle cum diureticis,& aromaticis , & aqua prædicta bibere poterit si stomachus toleret & natura. Repletio quoque multa , & diuersorum ciborum ac inordinata,& tempore non suo assumpta,ut pro tempore non famis,nec consueto.quare semel in die comedere utile est,& maxime dissolutis . Coitus quoque multus,& supra repletionem imo si possibile est,ab eo abstineatur licet artetici plurimum appetant, est enim causa maxime procurationis doloris artetici,& podagrici maxime.unde Hip.in aph. eunuchi non podagrizant neque calui fiunt:dormitatio diurna cũ laxet iuncturas & neruos,balneatio in aqua dulci,& longa mora in balneo ẽt concedenti consuetudine. Et ars nociua,ut fullonũ,& uiatorum,& operantium stando, & breuiter omnia digestionem indignantia cum materiam regenerent,& superfluitates multiplicent.Et iuncturas debilitantia , calefacientia, cũ dolores attrahãt.q; si error accidit, corrigatur cũ uomitu,si repletio & indigestio loca primæ digestiõis nõ tran-

ſeat,uel clyſteri ſi deſcendat ad inteſtina , uel cum phlebotomia,uel pharmacia,uel cum diureticis ſi tranſierit ad ſecundam,uel cum frictione, exercitio , uel balneo ſicco,& fame ſi ad regionem tertiæ digeſtionis peruenerit. Abſtineant ergo ab eis omnibus , & ſingulis aliis ſed minus nociuis,ſi poſsibile eſt.Intellige tamen ſane,quod diximus,abſtineant a nociuis omnibus,ut non ſubito ſi cōſueta ſit, ſed paulatim.Inquit.n.Hip. Præter naturam diæta cibi,& potus,quæ ſecundum ſimilitudinem ſit, potior eſt ad tuendā ſanitatem quā bona,ſi ad eā mutatio ſubita fiat, abſtineatq; ab eius multa,& notabili quantitate.Inquit Hip.ubi cibus præter naturam intrat illic ęgritudinem facit. Abſtineātq; a frequenti,& continuo uſu.Inquit.n.Gal. non.n. oportet negligere pura facere omnia ad eſum præparanda ſemina cognoſcētes quæq;,quāquam id quod per ſingulos dies generatur nocumentum nō faciat,propter paruitatem tamē aggregatur ex ipſis tempore multo,& manifeſtum fit quandoq;,detur ergo in pauca quantitate, & per interualla, maxime ſi appetat ualde,& in aliis ſit faſtidium, unde Hippo. Parum deterior cibus & potus & detectabilis,magis appetendus.i.appetitui concedendus,maxime ſi cum aliquo rectificante ſumatur,ut in libro conſolidationis diximus.Attendant quoque conſulimus documenta prædicta Hipp. & Gal.ſtudioſius obſeruare cum certe arteticā , & ægritudines alias faciant euitare omnes ad aliam diſpoſiti,& maxime,qui guſtauerunt cum inter morbos omnes maxime perdant eos prohibendo ab operationibus conſuetis etiā morbo declinante ac ceſſante totaliter,quod aduertens Ga. exclamauit mirifice contra eos maxime medicos exiſtentes dicens.Qualiter igitur non turpe eſt optima natura formatum quidem portari,& ab aliis propter podagram, liquari uero doloribus lapidem habentem,& anū dolentem,& ſecundum ueſicam hulcus,& cacochymiam habentem,qualiter nō turpe eſt propter mirabilem arteticā, & podagram impotentem uti ſuis manibus alio indigere, qui afferat cibum ori,& anum abſtergat in ſeceſsibus.Melius eſt quicunque nō fuerit naturæ mollis eligere utique centies mori, quā hanc talē ſuſtinere uitā,& ſi medici ſint, reprehendent in illo poetico,& aliorum,medicus ipſe hulceribus manās.

1.aph.17.

2.aph.38.

Secunda uia complebitur eum obuiantibus cauſis accidentibus doloris impreſsiuis,dictis antequam ad augmentum nocentem inducāt dolorem. Quales ſunt ſi intrinſecæ cauſæ dictæ ſint de genere complexionis malæ alterantis, uel de genere humoralis extendentis,et replentis tres res. Alteratio ſcilicet, euacuatio, et regiminis ordinatio iam prædicti.Euacuatio aūt facienda ex corpore eſt, uel membris ex quibus plurimum humor ad iuncturas fluere conſueuit,uel ex ipſis cum ex eis generatus aggregetur paulatim, quale hepar,uenæ et cerebrū.Cōpletur aūt euacuatio talis cum his , quæ in curis ſuperius dicta ſunt eorū,leuioribus tamen.Et ex maxime præſeruantibus ſunt uomitus, clyſteria,et pharmaca propriorum humorum peccantium eductiua ſtyptica uirtute participantia,qualia ſunt myrob, genera agaricum,rhabarbarum,hemodactyli , abſinthium, et ſpecies hieræ nota,et proprie Hermetis,præcedente digeſtione,maxime uere,et autumno quibus maxime cōmouentur,et in temporibus mediis per interualla modici tēporis.Alteratio malę complexionis ex quacunq; cauſa fuerit intrinſeca uel extrinſeca, frigida quæ eſt plurimum, uel calida ſit cum appropriatis medicinis,ſimiliter frigidis,uel calidis fiet,quæ ſupra in capitulo generalis curæ ſunt dictæ deinde compoſitas ſubiungemus . Medicamen Hermetis , quod eſt proprium,et mirabile ualde in præſeruando a doloribus iuncturarum,et adminiſtratur poſt euacuationem, et eſt ex diureticis ebibitis iuuantibus,que diximus.Reci. chamædryos,gentianæ,an.℥.ix.ariſt.ro.℥.ii.ſe.rutæ ſiccæ.ʒ.i.terantur,& cribellentur cribello ſubtili,& adminiſtretur coclear.i. Vomituum conueniens. ℞. aquæ tepidæ in qua baurach puluerizatum fuerit,& admiſce cum aceto quantitatem decentem,& bibatur ad ſatietatem.

Medicamen utile ad præſeruationem iuncturarum.

Aliud forte eradicans materiam phlegmaticā,& melancholicam.℞. aloes,ſ.hellebori nigri, ſcamoneæ,ana.ʒ.i.euphor.nitri,ana.ʒ.i.s.conficiantur cum ſucco caulium. Clyſtere primum fit ex adæquantibus,ut malua,mercuriali,floribus chamæ.furfure,mel.oleo,& ſale,ſecūdo ſuccedat acutum ex decoctione prædictorum approbatorū ſoluentiū.

Syrupus laxatiuus expertus. ℞. iuæ,betonicæ,ſtœchados pedis coruini,arteticæ,plantaginis,ana. M.i.liqui.paſſularum,ana.unc.i.polypodii.ʒ.iiii.aſari,carthami,ana.℥.s. mellis apum,uel cannæ,lib.i. aceti ſcillitici , uel ſimplicis.℥.ii.in petia rara bulliant agarici.ʒ.iii. hermodactyli turbith,ana.ʒ.i.piperis longi,gingibi. ana.ʒ.i. cubebarū.ʒ.ii. Inquit Abo. ex medicinis maxime præſeruātibus a dolore iuncturarum compoſitis ſunt hiera Hermetis, hiera Ruffini,& hieralogodion ſumptæ in uere diebus aliquot . Confortant.n.iuncturas,& extrahūt ſuperfluitates, & plurimū per ſudorem,& prouocationē, & conferunt arteticæ cum chronica fuerit.Electarium ad purgandum craſſum phlegma de ſtomacho,& iuncturis,& craſsis, & ſuperfluis cibis multiplicatum,& præſeruat ab artetica,et podagra. ℞.pulpæ citoniorum decoctorum in aqua ſimplici,li.i.zuccha.li.i.turbith al.gummoſi & mundi.℥.ii.gingibe. piperis long. ana.℥.ii.ſpicæ.ʒ.i.cinnamo.electi.ʒ.i.tertiā. gar.ʒ.i . Et ſi uis ut aliquid educatur de cholera fac bullire citonium in lib.i.ſucci roſa. Et ſi uis adde.ʒ.i.diagridii bene repreſsi, et conferebat bene Duci Calabriæ.Ego autem adderem loco diagridii hermodactylos Franciſcus de pede monte. Tragea ad idem Raſis. ℞. turbith.ʒ.ii. gingib.ʒ.ii. zucchari.ʒ.iiii. Iudeus electarium laxatiuum phlegmatis, et choleræ arteticorum cum ſuauitate. ℞. cinnamo . electi. ʒ.ii. cario.nucis muſ.galan.folii,ana.ʒ.i.s.turbith al.et gummoſi.ʒ.vi.et electarii de ſucco ro.ʒ.i.zuc. albi lib.i. polipodii lib.i. .Pilulæ præſeruantes ab artetica, et podagra quibus utebatur tribus numero quolibet menſe Comes terræ nouæ abſque præparatione ſyrupi,et erant efficaces cum ſola dietæ rectificatione euacuabant enim uicibus.x.et uiuebat cum appetitu.℞.agarici,abſinthii,corticum myrobalanorum,citri,et chebu. colocinthidis rectificatæ , hieralogodion uel Hermetis,et eſt proprior ana.ʒ.i.et s. terantur et conficiantur cum ſucco citoniorum betonicę.Et deinde informentur pilulæ in forma communi , et recipiantur.iii.ut eſt dictum.Triphera ut electarium alefangi. boni ſaporis, quod fit tempore æſtatis eſt expertum .

De uaricibus et medicinis earum. Cap. 9.

VAricES ſunt dilatationes uenarum cruris , et pedis. Et quandoque eſt in uno pede,et quandoque in ambobus.Et cauſa eſt deſcēſus humoris ad ipſas,ut puta ſanguinis melācholici,deinde puri,deinde phlegmatici craſsi,et grauis non putrefacti , quia ſi putrefactus eſſet non ſeruaretur a maligno ulcere,et cauſa in deſcenſu eius eſt triplex,quemadmodum dictum eſt in artetica, quare poſt eam de cura ipſarum ſubiunximus. Et eſt diſpoſitio membrorum ſuperiorum humores generātium, ſicut hepatis propter eius dyſcraſiam,ſeu malam habitudinem, et regiminis malitiā multiplicantis ſuperfluitates eius, et ſplenis propter eorum ęgritudinē , et proprie oppilationē immittentium,ut eorū , et aliorū percipientiū nocumentū a multitudine,uel mala qualitate humorum prædictorum. Secunda eſt largitas uenarū.Tertia eſt debilitas inferiorū naturalis,uel accidentalis,ut percuſsione ægritudine , uel alio caſu,aut ſtatione ſuper pedes longa,ut aſsiſtentibus regibus,et magnatibus accidit,et magna portantibus onera, aut nimio motu,ut accidit curſoribus,et iter agentibus longum,quare debilitantur pedes,et caleſiūt, et uenæ dilatantur,et trahuntur humores ad inferiora.Et quidē talium humorum deſcenſus quādoq; eſt criticus ægritudines ſuperiorum ſequens,ut accidit in fine ægritudinū acutarū ſinochæ, amphimerinæ,et quartanæ in aperitione oppilationū hepatis,et uenarum,et ſplenis.Et in ægritudinibus melancholicis.Vnde Hip.Caluis uarices non innaſcuntur,quòd ſi naſcantur rurſus capillati fiūt.Et alibi maniacis, et melancholicis hæmorrhoidas habētibus,uarices innaſci bonū.Quandoq; uero ſymptomaticis, ut factus in principio ægritudinum prædictarum,uel cum incipiēdo accidunt,nulla ægritudine præcedente ſicut dolores iuncturarū proueniunt,et tales non curantur,et proprie durante ægritudine ſuperiorum,ut hepatis,et ſplenis dicta uniuſcuiuſq; cauſarum.

Signa ex ſignis cauſarum arteticæ nota ſunt , Signa uero diſtinguentia inter earum euentū criticū,uel ſymptomaticum ſunt qualia Hip.in ſuis apho.retulit cū dixit.Si qualia oportet purgari purgentur confert,& bene fecerunt,ſi uero non,contrarium.

Cura uaricum eſt ſimilis curæ arteticæ.Eſt autem breuiter quatuor res.Prima reſpicit ſuperiora membra , generantia multiplicantia,& mittentia euacuāda, & in ſuis prauis diſpoſitionibus emendanda. Secunda rectificat regimen.Tertia reſpicit pedes,ut confortando,& crura. Quarta reſpicit uenas,ut coarctandas. Et ea complentia ex prędictis ſupra ſunt nota,at uero ſunt qui eas incidunt, ligant, & cauterizant ex quo accidit membris ſuperioribus nocumētum dictum ſupra in cauterizatione arteticæ,niſi ſuccurratur aliter,ut dictum eſt ibi . Et ex illis eſt nocumentum quod accidit melancholiam uel maniam pati conſuetis, unde ſicut illarum apertio eſt cura illarū, & præſeruatio , ita ipſarum inciſio,& eradicatio illarū eſt cauſa . Inquit enim Abo.Cū retentio euacuationis, quæ fluere ſolebat, aliquā ægritudinē poſsidere facit, eius prouocatio illius erit cura.Nocumentū quoq; fit in inferioribus: accidit.n.in inciſione earum extenuatio cruris & pedis,priuatis eis ſanguinis alimento propriæ ſi ſanguis deſcendens fuerit purus.

Et medicinæ cōuenientes uaricibus ſunt ex ſimplicibus poſt curam ſuperiorum . Cinis caulium epithematus pedibus,& uenis eorum,aut oleum de oliuis puluerizata deſuper tamarice,& emplaſtratio cum lupinis decoctis, & embrocatio cum aqua eius, & fimus caprarum epithematus, et farina fœnu.farina raphani, & ſemen erucæ,& ſimilia,& epithimi cum aquæ caſei,lapis lazuli , & armenus, & proprie in cauſa melancholica.Et ex compoſitis ſunt hieræ magnæ uirtutem ipſarum habentes.

De elephantia,& medicina eius. Cap. 10.

ELephantia eſt ægritudo faciens augmentum præter naturā in membris,& quādoq; eſt in uno mēbro , ut puta in cruribus, & pedibus , & dicitur proprie elephantia,quādoq; in uirga uel lingua,& dicit̄ triſmus & quādoq; eſt in pluribus mēbris ſicut accidit Nicomacho de quo dixit G.q̄ eius mēbra creuerūt adeo,ut uix mouere ſe poſſet,& quādo in toto corpore erit æqualiter ,tunc erit ſecūda ſpēs lepræ.eſt.n.cum melancholia in cute tota diffuſa , ut in muliere nobili uidi cum illud fuerit poſt tempus naturalis augmenti .

Et quidem cauſa eſt multitudo ſanguinis craſsi phlegmatici,uel melancholici ad pedes quo nutriūtur,& ſuperfluit ex eo multū ultra illud,quod eſt neceſſariū nutrimento eorum debito,nec reſoluitur,ſed retinetur in eis propter ſuā craſsitiē.quare incraſſantur pedes cū æqualitate , plurimū ſine æqualitate,eo quòd præter naturā exiſtat . Et quādoq; euentus eius ex cauſis eſt ipſarum uaricū, & eſt aut ex ſanguine puro,aut phlegmatico, aut melancholico replente, & dilatante uenas membri alicuius,uel omnium in quibus non remanet,ut uaricoſæ fiāt,ſed tranſit ad membrum , uel uniformiter diſſeminatur in ſemita alimenti , & naturaliter effuſi,uel ſymptomatice in omnibus partibus eius.

Diſtinguitur autem inter eas ex regimine antecedente & mēbri colore.In ſanguine.n.præceſsit regimē multiplicans ſanguinē ex pane mūdo carnibus bonis , uino rubeo, quiete & ſimilibus,& color pedis eſt rubeus , & eſt incolumior.In phlegmatica aūt præceſsit regimen phlegma multiplicans ex fructibus,herbis,& carnibus innatis , & piſcibus in aqua,& aliis indigeſtibilibus, & color mēbri eſt declinans cū liuiditate ad albedinē,& plumbeitatē,in melancholica etiā pręceſsit regimen multiplicans melācholiam ex pane opiro,carnibus antiquis,caſeis antiquis, & carnibus ſalitis,& uino acido,& ſimilibus. Et color membri declinat cum duritie ad nigredinem,uel eſt ſicut color melongianæ.Et quādo peruenit ad ulcerationem ex qua timetur membri corroſio,& tunc proprie cum coarctatur in membro melancholicus ſanguis, corrumpitur,& aduritur,& acquiſiuit acuitatem atque malitiam .

Cura elephātiæ ſiue proprie,ſiue eius quæ eſt ſpēs leprę, quandoq; eſt poſsibilis quādoq; īpoſsibilis. Poſsibilis quidem eſt in ſuo principio ,& antequā mala diſpoſitio frigidorum membrorū habituata fuerit, & mala habitudo mēbrorum patientium confirmata. Conſiſtit autem in tribus. In rectificatione mēbrorum ſuperiorum,quæ completur proprie uomitu laborioſo prouocato cum educentibus phlegma,uel melancholiā,cum reiteratione ipſius. Et cum phlebotomia ex uenis partis oppoſitæ, ut uenis manus .ſ.baſilicæ dextræ uel ſiniſtræ,ac rectificatione paruæ diſpoſitionis ipſorum.Secundo conſiſtit in rectificatione regiminis , & cōpletur breuiter cum regimine extenuatiuo, quod in ſecunda ſectione dicemus Chriſto dante.Et tertio cum reſolutione materiæ,& confortatione membri patientis.

Completur autem cum adminiſtratione ſtypticantium ſuper pedē.Et ex appropriatis eſt lingua arietis emplaſtrata,prohibet.n.augmentum elephātiæ,& ipſam detumeſcere facit.Et ſimiliter lutum ſigillatum cum aceto inunctum in modum ceroti ſuper membrum.Confortat.n.a proprietate membrum,& materiā reſoluit effuſam in mēbrum , & prohibet materierum effuſionem,ulceratione,& corroſionem,& coarctando uenas retinet ſanguinē in eis,nec permittit eum exire.Et ſtœchas ſecundum oēm modum adminiſtrationis,& proprie in materia phlegmatica & melancholica,& colocynthis eſt mirabilis fricata & ſumpta,facit enim conſiſtere ægritudines,& ulterius nō augeri.Calamētum quoq; ipſi & uaricibus ſua reſolutione, ſubtiliatione, & inciſione,& proprie ſi poſt ipſum comeſtū bibatur aqua caſei diebus cōtinuis,& confert uaricibus, & ſulphur cum reſina pini,& aceto curat eam . Arbitror autem ſecundum hunc modum Aſclepiadē curaſſe Nicomachum de elephātia,ut Gal.dixit . Impoſsibilis autem eſt ſanatio uel parum cum peruenit ad augmentum & cōplementum ſui propter habituatā diſpoſitionē prauā ſuperiorum , & confirmatam malam habitudinem mēbrorum,tunc.n.non ſperatur ſalus uel parum ſperatur,& cū ſperatur illud quo potiſsime confiditur eſt cura uaricum,& adminiſtratio reſoluentium fortium,& alchitran confert miniſtratū & linitum.Cum uero ſperatur,ut quia non obſtante cura prædicta ſemper augetur,melius eſt ut dimittatur , & prohibeatur putrefactio , & corroſio membri cum bolo armeno, & terra ſigillata cū aceto linitis.Quod ſi peruenerit ad ulceratione, & timeatur corroſio,& eſt tunc de genere lepræ . Cura non eſt alia niſi,ut incidatur radicitus,& proprie cum particulis colli, deinde cauterizet̄,& regat̄ regimine proprio cōſolidatiuo ſed de ea in ſecti ne ſecunda dicet̄ in particula apatū ſi annuat Chriſtus,qui ſit per infinita ſecula benedictus.Amen.

SECTIO II. DE MEDICINIS ægritudinum uniuerſalium.

PARTICVLA I. & eſt ad omnes febres.

Sermo generalis et procemialis de feb. Cap.I.

GALENVS ſummus medicorum , & princeps inquit.Febris eſt calor naturalis mutatus in igneum &c.Diuiditur autem in genera & ſpecies,& hoc penes diuiſionem ipſius in ſuas cauſas generales,quæ ſunt ſecundum Ga.quatuor,materialis,formalis,efficiēs,& finalis . Cā materialis in qua prius apprehenditur,& fundatur eſt triplex.ſ.mēbra , humores, ſpūs,quod uoluit Hip.in epidemiis cū inquit.Quæ cōtinēt & quæ continent̄,& quæ impetu fluunt,& refluunt, penes quæ in genera diuiditur,& ipſorum diuiſionū ſpēs,ut infra patebit.Cā formalis ſeu eſſentialis eſt calor p̄ter naturā in ipſa notificatione expreſſus dicēte Ga.Subſtantia.n.febriū in genere eſt caloris qui eſt præter naturā,penes quē diuiditur,quia cū ſit ſecundū eū acutus,& mordax,aut erit ualde,ut genus hecticę,aut minus ut genus ephemeræ,aut mediocriter,ut genus putridæ,quę diuiſio, & ſi ſit ſecūdū feb. eſſentiā.ſ.calorē in ſeipſum contractū,a natura tamē & diſpoſitione ſui ſubiecti ſeu materialis cāæ depēdet proprie. Eadē.n.caliditas ſm eſſentiam,prout G. uoluit in diuerſis apprehēſa ſubſtātiis differētibus duritie & mollitie,ſeu humiditate & ſiccitate,diuerſa ī diuerſis ſēſibiliter apparebit, In duro.n.& ſicco, acuta. In molli uero & humido,ſuauis.

De cauſis febriū in generali.

Et si mediocris in mediocri, licet Auer. in sui colliget secundo uideatur sentire contrarium, adducens dictum philosophi dicentis, quòd propria forma propriâ requirit materiam & econtrario. quod si in substantialibus uerum sit, in accidentalibus non, in quibus prius sermò proponitur, est sentire, ut Gal. retulit esse uerum. nec dubitâdum quin febris essentialiter sit in genere siccitatis, licet Gal. ut dictum est, innuerit quòd tantum in genere sit caloris, qui est præter naturam, quam quoque in genere siccitatis ostendit esse cum prædixit, quòd est calor mutatus in igneum, qui non solum calidus, sed & siccus cõprobatur, quod alibi uoluit cum dixit, quòd febris est mala complexio calida & sicca, nam si in genere sit utriusque, dicitur tamen in genere caliditatis existere potius quã siccitatis. Eo quòd calor qualitas actiua in eo est prior, & potior siccitate passiua, & proinde formalior, & ab eo denominatio, & ratio est sumenda. Præterea si siccitas sit in ea, nõ est perceptibilis bene respectu caliditatis, quia minus lumen iuxta maius positũ offuscatur, & quia cũ sit non solũ febris essentialis sed & effectiua dicêre Abo. quòd caliditas excedês, & si cũ tẽperie sit passiuarum, diu durare nõ possit, quin in processu tẽporis siccius reddatur corpus non semper a principio percipiatur & appareat, sicut caliditas, & proprie cum in corpore humido fuerit apprehensa.

Causa efficiens triplex.

Causa efficiens triplex est, primitiua, antecedens, & coniunctiua, prout Ioannitius inquit, penes quas diuiditur, ut infra patebit. Causa finalis est contristare hominem, & uniuersas eius lædere actiones dicente Gal. una quædam ægritudinum, quæ secundum discrasiam, est feb. in tãtam immoderationem erecto calore, ut & contristet hominẽ, & actioni noceat, ut & si neutrum habeat, & si quam maxime calidior seipso factus fuerit, nondum febrire eũ dicemus secundum quã nõ differt, cũ in ea oês cõueniant, & quoq; si differant nõ in specie, sed in quãto, cũ una possit magis cõtristare alia, & nocere. qualiter autem hæc sint infra patebit.

De cognitione feb. qualiter est duplex

Verũ quia febris non curatur nisi cognita, ut dixit Abo. princeps cũ ait. Et scias quia nõ est possibile, ut cures feb. nisi postquã cognoueris eam. Proinde sciendũ quod cognitio feb. est duplex. s. substantialis & accidentalis. Substãtialis est uera, perfecta, & ad curã necessaria, uera est perfecta & certa, quia naturalibus, & substantialibus, uel essentialibus oibus sumpta est effectibus, & propriis, quæ sunt semper & non fallũt, quod. n. naturale est, essentiale aut proprium semper est, aut secundũ plurimũ, ut dixit Abo. Effectus quoque seu finis, & si substantialis non sit, a substantialibus tamen immediate procedit, & eorũ uirtus, & potentia demõstratur, quod uoluit Gal. & Abo. quoq; cũ ait. Virtutum aũt, & operationũ adinuicẽ aliæ ex aliis cognoscuntur. Omnis operationis uirtus exiſſit initium nec aliqua operatio nisi a uirtute procedit, & est ad curam necessaria, ut Gal. ait cum inquit. Quo. n. utique ad hoc modo sanationis copiosi erimus, substantiam uniuscuiusque ægritudinis ignorantes, q. d. nullo modo. Qualiter aũt sit talis febris cognitio, a natura ipsius supra dicta dicitur quia ab intrinsecis causis, quibus scire contingit uere, & intelligere, ut a cognitione suæ formæ uel essentię, & a cognitiõe materialis causæ in quibus sua natura a quolibet suum esse consistit. Accidẽtis. n. causa erit duplex. s. suæ essentiæ in subiecto, ut Arist. dixit. A cognitione quidẽ formę, uel substãtię principalis uel immediatæ. Vnde Gal. ait. Primi & principalissimi generis differentiarũ febriũ est, quòd sumitur a substantia rei diuisæ. Est aũt ut dictũ est eius substantia in genere caloris, qui est præter naturã. Ab eo. n. febris est principaliter cognoscenda, cuius iudex proprius tactus est ipsum sentiens acutum atq; mordacem. Cõsistit aũt etiam in suæ causæ materialis secũdaria cognitione, & mediate. Si. n. febris est, in subiecto est corpore, cum accidentis esse sit in subiecto, & sua existentia sit in subiecto, prout Ari. dixit. Causa materialis seu subiectum seu subiectiua in qua est feb. pars corporis est, in qua principaliter apprehẽditur, & corpus uniuersum in quo mensuratur, extenditur, & manifeste sentitur, nisi quod impediat adsit, & est ut supra dictum est, secundum quod genus eius tripliciter distinguitur, s. mẽbra, humores, spiritus, put dixit Hip. in epidemiis. His. n. feb. cognoscitur, & cognita ẽt per ea curatur. Cognoscitur qui dem quia per ea notificatur, ac essentialiter diuiditur, & a morbis aliis separatur, sic substantialiter, & uere cognoscitur. Notificatur quidem penes ea in se generalissime. s. substantiã eius tm cũ præponitur febris est calor naturalis mutatus in igneũ, penes substantiã simul & causam materialẽ eius seu subiectiuã cum inquit Ioannitius. Febris est calor præter naturam procedens de corde per arterias in totum corpus. Diuiditur quoque penes ea proprie, & substantialiter. Penes essentiam quidem, nam febris quædam est suæ uis caloris, ut ephemera, quædam acuti, ut hectica, quædam mediocris, ut putrida.

Penes causam quoq; subiectiuã diuiditur principaliter in genera, & secundo in species. In genera quidẽ. Nã quod dam genus eius principaliter in solidis apprehẽditur, ut hectica nominatum, quia est multæ inflãmationis & consumptionis. Quoddã uero principaliter apprehenditur in humoribus, febris putrida nominatum, quia multæ inflammationis, putredinis, resolutionis & incinerationis. Tertium uero principaliter in spiritus imprimens, ephemera nominatum, inflammationis tantum existens.

Penes quoque diuisionem horum trium generum quod libet in species suas secundo diuiditur. Hectica quidem nõ penes diuisionẽ membrorũ, quia principaliter, & proprie est solidorum tantum. Sed penes humiditates tantũ eorũ, diuiditur. n. in primã speciem, cũ calor præter naturã humi ditatem primam consumpsit & inflammauit secũdam, quã hecticam similiter Gal. uocauit, & uocauit sanabilẽ. In secundã speciem, cum calor secundã consumpsit, & tertiam inflammauit, quã marasmon incipientẽ, & difficile sanabilẽ Gale. dixit. Et in specie tertiam, cum iam tertiã consumpsit & inflammatio peruenit ad quartam, quam Gal. appellauit marasmon completum & impossibile sanabilem.

Etiã putrida in suas diuiditur species penes sui diuisionem humorũ. Nã alia est in sanguine, dupliciter, uel putrescente magis propter complexionis aptitudinẽ, & substantiam, & transpiratione difficilẽ, synocha proprie nominata de genere putridæ: uel inflãmatio secundũ modũ ephemeræ nõ uere, de utroq; existens genere febris, humoralis & putridæ, prout est in humore, et ephemeræ, prout est ipsius inflammationis. Et quia sanguis calidus, et humidus est, & omne tale apte putrescit inflammatũ existens maxime si a debita transpiratione priuetur, media talis est dicta inter ephemerã et putredinalẽ. Inflammatione. n. ephemerali ex speciebus, caliditate ad sanguinẽ, et humores extensa, et in eo impressa, et sit synocha, facile in eius putredinem deuenitur. Alia etiam putredo est in cholera magis apta putredinem retinere propter caliditatẽ, dicta tertiana. Proinde et ex eo, quòd per tertium exacerbabitur. Alia in phlegmate apta propter humiditatem, dicta amphimerina, uel quotidiana, proinde et ex eo, quòd exacerbatur quotidie. Et altera in melancholia apta propter humiditatẽ substantialẽ nõ cõplexionalẽ si fuerit naturalis, putredo. n. est transmutatio humidæ substantiæ a non naturali calore. Oẽm. n. humorum substantiam humidã cõstat esse, cum dominetur in ea aqueum elementũ. Et si sit innaturalis ex adustione propter humiditatẽ substantialẽ, et caliditatem quã reseruauit in se ex adustione secundum Ga. sicut cinis caliditatẽ ignis et est quartana. proinde et quia exacerbatur per quartum, quod quare sit nõ secundũ aliũ modũ soli deo rõ est seruanda. Sed quare hæc tardat plus, illa uero citius, et illa medio criter, dispositio facit humores, et aptitudo ad putredinem suæ substantiæ, et complexionis, etiã quantitatis, ut in quintana, et sextana apparet, a cõi talia infra dicentur. Et quidẽ quæ in sanguine est synocha tãtum: et proprie est cum nullus locus sit in ea ꝑcipuus seu particularis, et solus sanguis sit in uenis, et proinde concluſa est dicta, per eas. n. putrida fuligo continue soluta a sanguine continue putrescente, et non resoluta propter conclusionem eius in ipsis ad cor trãsit propter continuitatem. Aliæ uero quia in eis cum intermissione propter dispositionem particularum, quæ innascuntur, generantium. s. mittentium, et recipientium, et attrahentiũ, non synochæ nec concluſę, sed periodicæ dictæ sunt, cum in periodis quibusdã exacerbãtur, quotidie, quarum quęlibet potest esse continua, ex corruptione sui humoris in uenis proprie, et interpolata cum corrũpitur extra uenas. Ex eis. n. cito et facile resoluitur antequã particulæ aliam remittant, et regenerent ad minerã qui in putrefactione succedat, sic q; ꝑfecte quiescat, et calor eius interpolatur quiete, quandiu succedat alius loco sui.

Et unaquęq; potest esse pura et impura. Impura uero dicitur, quia ex humoribus plurimis est commixta, licet secũdum partes cuius denoiatio à prædominante humore dicatur. Licet secundũ uicinitatẽ ipsorum ad putredinẽ cõcurrẽtium, et tunc erit cõposita, eius aũt compositio, uel erit generum et specierum, et hæc plurimum putridarum. Et erit aũt ex interpolatis, aut continuis, aut utrisque in hẽmitriteo. Porro si putredo ab epidemia seu pestilenti aere sit impressa, pestilẽtia dicetur. Et ephemera quoq; in species diuidit penes diuisionem spirituum. Alia. n. est in spiritu ui tali, alia in naturali, alia in animali. Penes causas quoq; efficientes diuiditur febris, non substantialiter sed accidentaliter magis, nec proinde notificatur cum sint extrinsecę, et aliis morbis cões non sibi proprie. Hectica quidem penes primitiuam corpoream, et incorpoream. Nam alia est, quę fit à causa procatartica et exteriori. Alia à causonibus multum prolongatis. Putrida etiam penes interiorem, et anteriorem et coniunctam. Nã alia, est q̃ fit à causa antecedente uel coniuncta, quę causa est tantum, et non morbus, & putredo humorum est. Alia est q̃ fit à causa, quę est p se morbus, ut quę sequitur apa uel hulcus. Penes causam primitiuam quoq; et proprie ephemera febris diuiditur, cum uarietur eius essentiam, et curam in specie, uel in quanto, ut infra in speciali prosecutione patebit, plurimũ tñ primitiua mouet antecedentem, et quãdoq; coniunctã, in corpore antecedente nõ existente. Et adhuc diuiditur febris penes eius accidentia, et naturam causæ. s. morbi habentia, et proprie, ꝑter eandẽ causam. Alia. n. est cum syncopi, alia cum stupore, alia cum fluxu, alia cum dolore, et alia ꝑter illa. Cognita ergo febre etiam per ea curatur, quia cura eius p tria generaliter iudicatur: per locum, morbum, et causam, ut in corde superius dictum est. Vnde Gale. ait. Ex quibus duobus. s. cognoscere mẽbrum infirmum et morbum, potes cognoscere generalẽ eius curationem, et alibi, inutiliter quis quidebit febribus nisi prius meminerit causæ. Cognita. n. febris essentia quia sit dyscrasia indicat eius alterationem, et quia sit calida et sicca, indicatur cum frigidis, & humidis esse complenda, quæ infra dicentur. Et quia sit corporis uniuersi, cum pluribus et fortioribus quã si esset mẽbri unius. Et quia eius calor est principaliter apprehensus in humoribus, et consequenter in hepate, cum sit eorum principium, ut in putrida, uel in spiritibus, et consequenter in corde cum sit eorum principium fons, et minera, ut in ephemera, uel principaliter in cordis corpore, ut in hectica et in eo formatur, ut in omni tamẽ nõ dicitur febris, nisi cum caleat cor indicat cum talibus frigidis, et humidis esse cõplenda, quæ spiritus, cor, et hepar rectificent, et confortent, quapropter dixit Abo. Embrocare hepar cum infrigidantibus est res maxima et magis iuuans: nam cum æquatur, est in eo res maior, et fortasse rectificat aquam, et certe cordis æquatio multo magis ꝑter causam iã dictam ipsius erit rectificatio. Quantitatem quorum determinat corporis naturalis cõplexionis cognitio, licet sit difficilis, ipsam limitat ætas, consuetudo, tẽpus, regio, et aliæ circunstantiæ ut ait Gal. His ergo ignoratis uescimus quantum debemus infrigidare et humectare, nec q̃n debemus ab eis desistere, et sic aut non curabimus, aut in contrariam dispõnem ad ducemus. Ad hæc quoq; cum ipsa putrida ex efficiente causa humorali dependeat, et q̃sq; ex ea generetur hectica, & ephemera, et conseruetur, indicabit euacuationem. Inquit n. Gal. Manifestum uero q̃n causarum facientium dyscrasiam per euacuationem est sanatio, ipsarum uero dyscrasiarũ alteratio sanatio est. Et iterũ ait. Facta iã ægritudo curabitur, dispositione à qua principaliter, quæ secundũ naturam est operatio lædituꝛ, soluta quam et ipsam dicimus ægritudinis causam. Attẽ cum sit talis humor in aliquo mẽbro locatus, hepate. s. et uenis, et in cholericis, et acutis plurimũ, uel in stomacho, ut est in amphimerinis, uel splene, ut quartanis, indicat euacuationem ipsius in talibus faciendã, quæ illa respicit, rectificet, et confortet, unde Gal. Intentio sanandorum secundũ partẽ, est aliqua ex ipsa dispositione, plurima uero ex patientibus particulis. Sicq; principalissimã intentionem cõplebis, q̃ sumitur à uirtute in triplici prædicta substantia existente ex similibus unicuiq; cõseruata. Febris ergo uere, et generaliter per illa cognoscitur, et per illa cognita medicatur. Vnde Gal. Medicina est scientia sanorum ægrorum, et neutrorum. s. signorum corporum, & causarum. Cognoscitur quoq; uere, et generaliter, ꝑ eius causam extrinsecam, et efficientem, quę triplex est. Primitiua, ancedens, et coniuncta, quibus omnibus habet cognosci. Quod ostendit Abo. cum ait. Causa uero in libris medicorum est, q̃ primo est, ex qua prouenit inuentio alicuius dispõnis, et fixionis in corpore humano. Finaliter quoque cognoscitur febris propter sui effectum et proprietatẽ, & in unoquoq; suo genere propter eosdem. Generalissime autem natura effectus eius est, ut inquit Isaac, læsio uniuersæ læsionis corporis, et passionis, exiccatio corporis, et cõsumptio, ac contristare ut à Gal. dictũ est, quod in unoquoque suo genere est cõmune, ut superius dictum est. Effectus n. ephemerarum est lædere sensum minus aliis. Proprietas uero est, quæ sequitur inflammationem suauem, et æqualẽ solam absq; omni putredine, cum sit à sola procatartica causa. Et incipit absq; horripilatione. Et urinæ digestio in prima dierum apparet magnitudo, et uelocitas in pulsu, et in eo nũquã uelocitatem superaddere systolen, et declinatio cum uapore sudorali, et humiditate, et benigna, et suaui in frigidatione succedente illi. Generis uero febrium putridarum effectus est idem. Sed proprietas est contraria propter admixtam putredinem. Et proinde magis lædere, & fieri à causa antecedente, immediate incipere. Cum rigore uero et horripilatione et calore, mordacitas, et inæqualitas secundũ diuersa tẽpora, et secundũ primam manus immissionem, et perdurantia eius. Et similiter in pulsibus in uelocitate superaddere systolen, et urinæ indigestio, et aliquod symptoma apparet secundum statum proprium est generis putridarum non tñ separabilis, ut Gal. ait. Generis quoque hecticarum effectus est maior læsio, et aridi tatem reddere corpori, et habere caliditatem extensam, et mordacẽ sinẽ inæqualitate de se, addi uero & inæqualẽ fieri sumpto cibo post primam horam uel secundã, et ascensum fieri in contritum non contritum ut in putridis, et pulsum fieri durum simul, et parum, et debilem proprium est hecticarum ex eo qđ caliditas est acuta, in duro subiecto infixa, et absque putredine. Cognitio uero essentiæ febris est ꝑ corporis contactum, et qualitatem eius mutatam in caliditatem quam percipit tactus, ut dictum est, non temperatam, et suauem, ut corporis sani, acutam, insuauem, mordacem, et pungitiuam, qualiter in febricitantibus est, ut Gal. asserui t. Et si simplex est, facilis, et commixta difficilis propter confusionẽ signorum adinuicem earundem. Cognitio uero causæ materialis, uel subiectiuæ, s. membri, si sit hepar, cor, uel splen, stomachus, uel etiam aliud ex occultis, scitur per ea quæ Gale. docuit cum dixit. Nam apparentia bona uero uniuersaliter quidem discere oportet ex læsionibus operationũ, aut egestionibus, aut doloribus, aut ex tumoribus præter naturam, aut ex quibusdam horum, aut omnibus. Cognitio uero spiritus generaliter est ex pulsu et anhelitu, quibus principaliter dispõ cordis cognoscitur, in quo omnis spiritus generatur, uiuacitate, et pigritia in actionibus corporis, et membrorum ad quæ impetu fluunt, et specialiter ex actionibus sensus et motus in neruis spiritus animalis causa cognoscitur: ex passionibus & actionibus animæ in corde, & arteriis spiritus uitalis: ex actionibus naturalibus in uenis causæ naturalis spiritus demonstratur. Cognitio quoque efficientis causæ interioris. s. humoris ex præcedenti dicta consuetudine, et ætate, tẽpore, regione, arte, et ægritudine, ut Hippo. in apho. docuit. Et exeuntibus per urinã proprie egestiones, et sudores, et alias regiones corporis particulares. Inquit. n. Gal. Color. n. corporis humorum abundantiam ostendit. Est color humorum, et non membrorum, nisi forte humores concurrerint in profundũ. Et ideo significatio ex eo tantum, non certa, sed fallax est. Cognitio

tio uero primitiuę est manifesta sicut ꝓprietas et effectus. Cognitio uero accidentalis ipsius febris non est certa, quia fallit cum non sit ex substantialibus eius effectus, et propriis quæ sunt semper, sed ex accidentalibus, et casibus, qui quãdoq; apparent, et quãdoq; non. Et tamen apparent quãdoq; in principio, quãdoq; in medio, quãdoq; in fine. Sed est conferens coadiuuans ad cognoscẽdũ, et quod est proprie cum ex eo fuerit quid occultum, ut Abo. et Aristo. dixit. Et sunt color rubeus, pallidus, citrinus, longitudo & breuitas, magnitudo et paruitas febrium, et ipsorum analogia paroxismorum. Dolor alicuius membri, laxitudo, cruor, signa cruditatis et digestionis signa salutis, et mortis, & huiusmodi quæ sunt accidentalia non propria, sicut in pleuresi dolor lateris pungitiuus, tussis, et malitia anhelitus, & pulsus serinus. Specialis cognitio febris, est uniuscuiusq; febris quam oportet particulariter curare, et diligẽter cognoscere secundum suam speciem prout Gal. dixit cum inquit. Quæ igitur dicta sunt mihi, et per alios multoties dicentur. Et nota quod non oportet periodos. i. circuitiones et analogias paroxismorum scrutari solum, sed multo magis ipsam speciem febris, et ex hac cognoscere eam quemadmodum hominem per propriam formam. talis autem species ex qua oportet distincte unamquãq; febrem cognoscere sumi habet ex distinctione generis uniuscuiusq; prædictorum. Et secundum dictum generalem modum cognitionem uniuscuiusq; procedere. Inquit. n. G. In specialibus contineri uniuersales oportet. Duci uero in uniuersales specialiores ex diuisione generalium inuentas, quæ aũt sint in prosecutione patebit secundum ordinem prædistinctum ipsarum specierum febrium ephemerarum. Quarum curam aggrediamur secundum modum generalem superius prædistinctum, ex quo quod inter alia genera facilius accidit corrigitur. Omnis. n. leptomera substantia facilius est alterabilis, ut ait Gal.

Documentum.

De medicinis ad febres ephemeras generale Cap. 2.

PRæmissa cognitione generalissima, et curatione febrium secundum Serapionem, ac generali cognitione uniuscuiusq; generis eius, Sequitur cura generalis secundum unumquodq; genus eius. Et primo cura generalis generis ephemerarum. Cõsistit autem secundum prætactum modum in duabus rebus, in ablatione exterioris causæ, et primitiuæ, uel interioris, et antecedentis abscisione, secundum quod uera est et non uera in febrilis dyscrasiæ alteratione. In causæ quidem ablatione uel abscisione. Inquit Gal. quia uera est causa, quæ febrem facit, inutiliter quis prouidebit febri, nisi prius meminerit causæ. Completur autem causæ pritnitiuæ ablatio cum priuatione ipsius et euentatione ac sui contrarii introductione. Interiori abscisio cum euacuatione primo. Deinde cum rarefactione cutis, uel obstructionis apertione, et cum quibus infra in specialium cura dicetur. Alteratio febris cum frigidis, & humidis interius sumptis, & exterius approximatis in totum corpus cum oppilando inflamment, et detineant superfluitates quocunq; modo approximatæ siue embrocando, infundendo, siue liniendo. Tantum circa spiritualia applicentur, ibi. n. approximata tantum cuiuslibet febris dyscrasiam ac excessum extinguunt, et si uapores fumosi ex poris partium illarum oppilando prohibeant respirare, non tollitur ex poris aliarum partium, et per pulmonis tracheam in anhelitu quin cõmode expurgentur, quod cõtra dictũ aliquorum est. Sint autem quæ spiritus rectificẽt uirtutes confortent, et cor alterent et totum corpus. Et cũ inspiratione aereę substantię bonæ, et frigidæ naturaliter, uel artificialiter procuratę, ac quiete corporis et animæ. Inanitione superfluorum pharmacalium fumantium & calefacientium, ut cum somno suo tempore, aut cum his excibis, et potibus, quæ uaporosum sanguinem gignunt, bonum et frigidum, aromaticis uel odorabilibus mixtis, hęc n. spiritus multiplicant, alterant cor, et cito uirtutes confortant. Vnde Gal. Qui celerius uult reintegrari reintegretur odoribus, quæ qualia sunt in specialiũ cura dicetur. Et si quam maxime uirtus secundum naturam se habens cibũ dare non indiget in hac febre; non. n. conuenit in prima uel secunda dierum extensam febrem fieri imbecillem; illum tamen poterit iudicare secundum accidens imbecillis effecta, ut propter malam habitudinem laborantem & propter senectutem, uel quia in laboribus simul cum intẽsione solis ieiunio per totam diem fuerit & uigiliis, et circa uesperam antequam cibetur homo inuasus fuerit à febre, et sic exoluta uirtute. Sic equidem cibum, et potum indicat dandum non in declinatione uniuersali completa, sed etiam particulari. Sed etiam stante febre quãdoq; . Inquit. n. Hipp. Accidentibus superuenientibus uirtutem dissoluentibus, ilico cibus est dandus, sed suis conditionibus omnibus prædiscussis. scilicet substantia, ut sit euchymus, ideſt bonorum chymorum generatiuus, sitq; facile digestibilis propter membrorum nutritiuorum distemperiem & infirmitatem. Inquit. n. Gal. uenter infirmus non bene digerit, qualitatem. s. elementari, quia frigidus & humidus propter febris dyscrasiam. Et similiter potus, ut est aqua frigida cũ uirtus sit fortis, nisi sit aliud qđ obstet. Sitq; cibus multi nutrimenti absq; multa superfluitate ne transeat in putredinem. Et sit paucæ quãtitatis cum paucum indigeat corpus in tali febre, cito ut infra tres dies plurimum ad terminum uenientem licet non sit acuta, quæ quia licet sit breuis, non tamen periculosa, tempore ut detur cibus generaliter in declinatione perfecta, ut dictum est, omnis ephemeræ, et si conuenerit in hora consueta, est melius. Hæc. n. hora communis est eis, et putridis, nisi in quibusdam ex eis, ut prouenientibus ex labore, uel angustia, uel ieiunio, uel fame, uel uigiliis, ut dictum est proprie in corporibus, quibus in talibus dispositionibus cholera ad stomachum currere consueuit, et inducere syncopim, præcepit enim Gal. hos cibari in principiis paroxismorum & ante, sic enim cibus datus stomachum roborat, ut currentes ad eum humores repellat. Et syncopim seu cardiacã proinde suspectam, uel cõsuetam fieri uetat, et à febre multorum dierum præseruat. Sit autem talis cibus non quilibet, nec resumptiuus, qualis in declinatione solum conuenit, sed sit tantum panis infusus in succo granatorũ muzorum, quoniam opportunus cibus est stomacho laboranti cholerico, uel in uino lymphato, ut multiplicet spiritus, et uelociter penetrãdo ad cor uirtuti succurrat, si expectat. Citam enim talis cibus facit reductionem secundum Galen. Et quandoq; oportet prius eos facere uomere cum aqua et aceto, sed superueniente febre post horripilationem, præcedente uero detur usq; ad declinationem paroxismi cum humores tunc currere non prohibeant, sed ad grauedinem, et angustiam addant, declinatione uero succedente detur eis perfectione non expectata. Cum. n. hi siccum habitum habeant, et exolutam uirtutem nisi prius humectentur ac confortentur cibo & potu, febris perfecte poterit declinare.

Et modus dandi cibum & potum talibus est, ut concedantur delitiari, in ueris & non ueris maxime: ut puta patientibus ex oppilatione apostemate & nauseatiua satietate nequaquam. Sed in declinatione perfecta cum diminutione seu subtiliatione detur. Porro in talibus febribus quibuscunq; uel plurimis communis ordo est, ut cibus, & potus detur in declinatioue incipiente, uel perfecta, ut dictum est. Et post balneum aquæ dulcis tepidæ caliditatis præmissum. Tale enim balneum commune existit officium ephemerarum febrium: rarefacit enim poros densatos uenarum, & arteriarum ductus & orificia, aperit oppilationes, sudorem prouocat, & fumosas superfluitates multiplicatas ex febre resoluit, & spiritus reddit claros, humores purificat, & membra infrigidat & humectat, & in quietam dispositionem totum corpus adducit, si in declinatione fuerit ministratum, etiam catarrhum sedat si patiatur adustum. Quapp, oportet ut primo in aere aliqualiter moram trahat. Deinde in aquam calidam intret, & ibi diutius immoretur: ante enim si ministratum fuerit, spiritus inflammat: aliàs uero inflammat, horripilat, & ad putredinis febres transmutat. In corporibus enim immundis rigorem ex putredine gignit. Quapropter in declinatione perfecta febrium talium, & in fine tertii uel quarti paroxismi securius concedetur balneum atque cibus: cum omnis superfluitas enacuata sit, & consumpta, & sedata caliditas in ditas in declinatione primi paroxismi, uel secundi non nisi repletio fuerit euacuata, et alia materia siqua sit digesta. Talibus enim febribus tantum euacuatio competit, ut inquit Gal. commune quoq; auxilium est frictio. In oppilatione enim, uel soliditate facta, poros rarefacit & aperit, & superfluitatibus obuiat: & siquidem multæ sint dissoluit, & ad loca oppilationum trahit magis & incuneat: quod etiam aperitiua interius ministrata magis efficiunt. Si uero paucæ, resoluit & consumit. Non ergo oportet, ut frictio ministretur, nec aperitiuum aliquod, nisi euacuationepræmissa, et maxime si forte existat. Videtur autem & tertia res in cura ephemerarum deficere necessaria: quę scilicet corrigit accidentia, non autem deficit, quia dictæ duę res communiter in omnibus sunt necessariæ, hæc autem tertia non in omnibus. In ueris enim ephemeris magnitudine febris, necessaria non existit, cum causam incorporeã non antecedentem habeant, in cuius digestione diuisione ac repulsione natura instat: non magnitudinem febris, ex quibus consueuerunt insurgere accidentia, ut in putridis, prout Gal. dixit. Sed in non ueris habentibus illam tantum, quod ostendit cum inquit. Proprium est putridarum secundum ascensum caloris, et statum fieri aliquod symptoma. Ephemerarum uero proprium signum sit caloris æqualitas & suauitas: & secundum ascensum & statum in quibus augentur & sunt fortiores, nullum fieri symptoma: non tamen est inseparabile cum à non ueris appareat separari, & illud propter causam prædictam.

De febre ephemera quæ fit ex accidentibus animę Cap. 3.

FEbrem ephemeram fieri ex animæ accidentibus, & aliis causis quæ sequuntur dixerunt antiqui. Videndus autem est modus & qualiter fiant cum ex eo curationis ingenium habeatur. Modus ergo qualiter fiant ex animæ accidentibus est. Quoniam ut inquit Abo. Omnia animæ accidentia sequuntur, aut eius associantur motiones spiritus, aut interius, aut exterius, aut utroq; modo, & istud erit, aut subito, aut paulatim: ut ex hoc motiones intelligar non naturales, & naturales excludat, quæ sunt ordinatæ, licet impetu quodam uerę fiant Hippo. dicente. Quæ impetu fluunt ac refluunt, ac in eis quæ præter naturam, quæ subito tantũ sunt, ut in dolore, dicente Hip. in aphor. Quæcunq; corruptiuæ sunt fœtus his ubera graciliafiunt, scilicet subito. Cum enim paulatim spiritus ad alteram duarum mouentur partium, sequentur, seu associabuntur animæ accidentia, ut gaudium & tristitia temperatæ stantes cum natura, nec sequitur febris. Cum uero subito moueantur, & fortiter, animæ accidentia proueniunt intemperata, naturam exterminantia, ut est ira, gaudium superfluum, & timor: non tamen tantum ut perducant ad mortem, sicut accidit pusillanimis. & febris in dispositis corporibus, quia calidis & siccis magis: deinde calidis, deinde siccis nndecunq;. In talibus enim corporibus sic dispositis prædictus motus in spiritibus naturam, id est calorem naturalem exterminat, quia extra naturales terminos ponit & immutat, & etiam immoderantiam tantum exauget, quòd pertransiens ad substantialia corporis scilicet humores contentos, & continentia membra, lædat uniuersas actiones & passiones, atq; contristet, & sic febrire hominem est necesse. Et quia naturales motiones spirituum sunt, primo de principiis ad extra, ut patet de uigiliis: deinde de exterioribus ad principia, ut patet de somno: ira uero & gaudium primam motionem sequuntur, Ideo de febribus causatis ab eis primum dicere proposui mus. Est autem ira secundum Gal. non audacia, sed uelut feruor quidã eius qui circa cor est sanguinis in quo prius simulq; feruere necesse est spũ. Cum autem feruescentia sanguinis moueatur & simul cum eo feruear & magis, tanquam magis aptus impellatur ad extra, ut compellat iram. Quapropter febris ex ira proueniens ephemera dicta non est humoralis.

Signa uero ipsius ephemeræ prouenientis ex ira sunt signa rememorationis iræ præteritæ, et demonstratiua præsentis febris, ut caliditas corporis, & efflatio, & rubedo faciei, nisi admisceatur timor ex eo quem forte offendit tempore iræ. Nam ex hoc remittetur rubedo faciei & oculorum, ita ut sint rubei præeminentes exterius, ut terrentis, & hoc propter uehementiam motus spiritus ad extra. Et quandoque accidit quibusdam eorum tremor, ut quibus cholera dominatur, & natura, & debilis, & resolubilis uale de. In eis enim cholera simul feruens cum sanguine mouetur per sensibilia membra, quam cum natura regulare non possit, tremorem ea pungendo per modum rigoris inducit eisque in ira præcedente tremor absq; signo rigoris prouenit apparenter, cum spiritus uehementer moti exterius natura contentiua existente debili resoluantur, quare membra in suo situ non ualent naturali & debito conseruari: & urina est rubea, mordax in emissione propter choleram dissolutam ei admixtam. Et quandoq; est in eo aliqua claritas cum ex ea non accidit perturbatio in digestione, quod est quia calor naturalis extra egrediens ira præsente loca digestionis omisit. Et post iam quoq; cum remanet resolutus digestionem cõplere non potest. Et pulsus est magnus, uelox, plenus, & frequens propter cursum sanguinis & spiritus ad exteriora arteriarum.

Cura eius est duæ res. Ablatio causæ, & alteratio febrilis dyscrasiæ. Primam rem complent sedantia iram, ut sunt inductiones & promissiones inductæ tempore futuro & magis aptæ. Et admonitiones rationabiles quę refrenẽt motum spirituum, et conuertant eos ad contrarium, scilicet interiora corporis cum suauitate & paulatim, quæ ostendendo mala, quæ prouenerunt ex consecutione ipsius aliquem timorem incutiunt. Et occupatio in lætificantibus ex fabulis, ac cantilenis placidis, atq; ludis, & mirabilibus, quæ spiritus reddunt in actione claros, & quietos.

Secundam rem complent quæcunq; ex medicinis exterius omni tempore applicatis infrigidando, & humectando spiritum conuertunt interius uersus cor, alteratum detinent & confortant, & ex magis propriis ad hæc complenda, est oleum rosatum à Gal. inter cætera commendatum: sua enim frigiditate & humiditate febris dyscrasiam alterat exterius inuctum, cum innouatione & maxime circa spiritualia membra & subtili substantia penetrando in profundo corporis humectante infrigidat magis spiritus & membra: ad quod adiuuat sua moderata stipticitas impellendo ipsam interius, quæ etiam spiritum impellit interius & inspissando & stipticando retinet, & sua aromaticitate confortat ipsam uirtutem & cor. Et quæcunq; ex cibis & potibus & medicinis interius sumptis infrigidant & humectant: quia sunt ex cibis hordeaceum, & cibus factus ex cucurbita, & ex fructibus citruli, & melones, & ex herbis, portulaca, lactuca, chrysolocanna, & similes. Et ex fructibus pira, sebesten, & similia. Alterant enim dyscrasiam, & obtundunt choleram, & urinę acuitatem, & naturam leniunt, quæ in eis est plurimum constipata. Et ex potibus quales sunt, aqua hordei, & frigida, nisi fuerit quod prohibeat, & interdicatur uinum omnino, donec sedetur caliditas, quoniam inflammat spiritum, agit choleram & impetum eis præstat ad motum, nisi ad resolutionem deuenerit, quo casu lymphatum bene est concedendum. Et ex medicinis, semina communia, quæ alterando prouocant choleram, & commotam cum urina educũt. Et ex illis est mel casia fistula, firacost, & tereniabin, & similia quæ leniendo eorum constipant materiam, & lubricando ipsam educũt, Hora autem ministrandi prædicta est declinante ira, & febris paroxismo, nec oportet quod interuenat balneatio cum aqua calida, quoniam inflammat spiritus, & eos ad exterius magis trahit: nec etiam cum frigida quoniam fumos cholericos retinet, nec resolui permittit, sed cum spiritibus intra conuertit. Et cum corpora sint nuda carne radicalia membra nocent, & maxime si sint ex resolutione debilitata. Post quæ concedatur per horam somnus, quoniam calorem & spiritum reuocat, & intus tenet humectãdo, inspissat, restaurat, & confortat, non tamen sit multus & profundus, ne ad inflammationem perducat.

De febre ephemera quæ fit ex gaudio. Cap. 4.

FEbris ex gaudio prouenit sicut ex ira, quia spiritus & calor mouẽtur ad exteriora subito, et fortiter si superfluum fuerit, ut superius dictum est, differẽter tamen. In gaudio enim uirtus in corpore manẽs ante ipsum mollifica-

mollificatur: deinde cum ſpiritibus ad exteriora progredi- E
tur corporis,& cum ualde ſuperfluum fuerit reſoluitur, et
ſequitur mors. Cum uero non multum exceſſerit, quia ei-
us cauſa non fuerit multum ardua et excedens, non reſol
uitur,ſed in motum inflammatur,et febrem accendit, Quę
admodum et in ira in qua ſit multum excedens fuerit in
ſuperflua, uirtus corporis nonne diſſoluitur, aut ut egre-
diés reſoluatur, ſicut in ſuperfluo gaudio? immo retine-
tur aliqualiter intra cum timor ſit permixtus in eo, ut Se
rapio dicit:quare non ſequitur mors, ſicut in illo,et tamen
febris ex eo prouenies erit ſicut febris cauſata ex ira.
Signa eius ſunt proxima illis ſignis, quia in ſpecie ſimilia,
non tamen in gradu æqualiter excedentia præterquam in
ſigno oculorum et pulſus: nõ enim eſt forma eorum terren
tium, ſed gaudentium. In pulſu quoque eſt frequentia mi
nor quàm in febre ex ira. Et proinde cura illius ſimiliter
proxima erit.

De febre ephemera quæ ſit ex triſtitia. Cap.5.

TRiſtitia et cogitatio, quia motionem ſpirituum pau- F
latim ad interiora ſequuntur, ut plurimum febres:
non faciunt niſi cum magis plurimum ſit perdurans:
tunc enim licet motio ſpirituum ſit ad interiora,pau
latim tamen aſſociantur motiones ipſorum cum eis ma-
gnæ,plurimæ,et perdurantes,agitantes ſpiritus intra et cõ
motiones de corde ad cerebrum,et econuerſo, quia inflã-
mantur, et febres facit, et maxime ſi accidat motus labo-
rioſus, inquirendo rem perditam contriſtantem, quæ inue
niri non poteſt.
Signa eius ſunt color pallidus faciei, igneitas urinæ, &
acuitas eius in emiſsione percepta propter dominium ca-
liditatis et ſiccitatis in interioribus corporis, et motum
cholerę multiplicantem ex inflammationẽ caloris ſequen
tis motum ſanguinis et ſpiritus ad interiora. Et propterea
etiam oculi ſunt ſubmerſi cum quiete et ſubcluſione, ad
quod adiuuat reſolutio ſuperueniens. Deinde accidit illis
cõtrarium. Et pulſus debilis ad paruitatem & depreſsio-
nem tendens non ualde: & etiam in eo ſaltus ex ſubita re-
ditione ſpiritus ad exteriora,& proprie cum ſolicitudo in
quirendi perditam rem inſurgit.
Cura eius eſt duæ res, ſicut cura febrium prædictarum,
ſcilicet ablatio cauſæ,& alteratio febrilis dyſcraſiæ. Inten
tio tamen communis in eis contraria eſt ei quæ in illis.
Prima autem eſt ablatio cogitationis et triſtitiæ quam cõ
plent dimiſsio ſtudii et prudentiæ, et conuerſio ad ſolatia
plura et diuerſa quæ ſpiritum retrahant de interioribus ad
exteriora, ipſumq; reddant hilarem et iocundum, & ſpes
inueniendi rem perditam contriſtantem,uel aliam melio-
rem. Secundam rem complent quæcunque ex medicinis
ſtante paroxiſmo exterius approximatis & circa cor ma
xime infrigidando, et humectando, ſpiritus de interiori-
bus trahunt ad exteriora, ut eſt frictio cum aliquo oleorũ
infrigidantium, & humectantium abſq; ſtipticitate, ut eſt
oleum uiolatum,de cucurbita,de nenuphare,et ſimilia. Et
epithemata ſupra pectus ex mucilagine tragacanthi, pſyl
lii,aquæ endiuiæ,roſ.et nenupharis,portulacę, et melonis
indi,& modico croco,& balneatio in tinis declinãte paro-
xiſmo, in qua ſit aqua temperatæ caliditatis et decoctio- H
nis alicuius prædictarum medicinarum plurima in qua ſit
introitus frequens. Poſt quod ungatur cum aliquo prædi
ctorum, et mulgeatur lac mulieris. Complentq; eam quæ-
cunque ex cibis et potibus infrigidant & humectant, nu-
triunt cum aromaticitate,leniuntq; naturam, quales ſunt
quę ſuperius dicta ſunt. Et iura pullorum,et gallinarum,&
potus temperati uini. Nihil enim ſecundum Abo. eſt quod
tantum humectet quantum balneum in tinis,& uinum tem
peratum,quod exiccando calorem naturalem ſpiritum mo
uet ad exteriora. Inquit enim Galen. Vinum temperatum
totum corpus calefacit,membra perforat, calorem natura
lem excitat, & humores contemperat, humectando re-
mouet uigilias,& attrahit ſomnum, quoniam ſpiritus, &
uirtutes animales quieſcere facit, ac prohibendo reſolu-
tionem reſtaurat.

De febre ephemera quæ fit propter anguſtiã. Cap.6.

ISaac inquit intereſt inter triſtitiam et anguſtiam, Licet
conueniant in motu ſpirituum ad interiora. Nam triſti-
tia ad rationalem pertinet uirtutem in cerebro exiſten
tem. Anguſtia uero ad ſpiritalem in corde permanentẽ.
Ideoq; anguſtia eſt plus cauſa phthiſis quam triſtitia. Eſt
autem anguſtia motus ſpiritus,& caloris ad interiora ſpiri
talium cum recluſione ibidem, & impotentia extenſionis
eius propter debilitatem & prohibitionem. Cum enim in-
terius recluduntur in ſanis ex aliqua cauſa procatarctica,
ut eſt amor rei, quę haberi non poſsit, timor perditionis
honoris et ſenſus: licet tamen paulatim reducti in ſeipſis
agitentur et commoueantur interius propter ſanguinẽ cur
rentem cum ſpiritibus intra et fumum coarctatum ibidem,
uel propter præſentiã cauſæ nequeunt extra exire quæren
tes uiam ſolicite,quæ primam conſequi,et ſecundam uale-
at euitare. quare inflammantur et accidit inquietudo in
membris cum inordinato motu, et ſic inflamantur in cor-
pore toto non in ſpiritalibus tantum febrem accẽdunt.
Signa eius ſunt ſimilia ſignis eius,quæ proueniunt ex tri
ſtitia, ſed ſunt magis intenſa propter maiorem motum ca-
loris & ſpirituũ ad interiora. Et quia eſt cum recluſione &
impotentia extenſionis ad exteriora, pulſus erit in hac mi
nor, debilior,denſus,& ſine ſaltu. Et ſigna anguſtiæ proue
nientis ex amore ſunt, macreſcentia corporis, citrinitas
corporis, inquietudo membrorum,& quandoq; febris.
Quæ conſideraũt Gal. in Regis filio qui paſſus extitit ex
mulieris amore,qui herreos dicitur.i.ſolicitudo melancho
lica, quædam ex amore ad mulierẽ qualis eſt dicta. In qua
cum audit patiens, aut uidet mulierem quam diligit, pul-
ſus eius manifeſtabitur ſaltu & inæqualitate,& fit diuerſus
& corrumpitur ſermo eius, & ceſſante uel non apparente
illa,redit ad illud quod fuerat prius.
Cura eius eſt cura illius, fortior tamen propter cauſam
prædictam,ſintq; frigida exterius applicanda magis remiſ-
ſa: intus uero minus et magis intenſa.

De febre ephemera quæ fit ex timore. Cap.7.

EX timore qualiter proueniat febris & qualiter mors
ſupra capitulo de febre ex ira conuenienter dictum
eſt, quia quidem quemadmodum ex anguſtia.
In utraq; enim motus ſpiritus eſt idem, quia ad inte
riora, motus uero diuerſus. Nam in anguſtia paulatim: in
timore uero ſubito ad interiora mouetur, & cum motus
manet, ibidem recluſus propter præſentiam cauſæ ibidem
& agitatur & commouetur & inflammatur: & deinceps,p-
pter contiguitatem, quæ ad ſpiritus corporis et membro-
rum etiam in uniuerſo corpore inflammantur & accendit
febris. Et quandoq; adeo ad interiora cum ſubitaneitate
mouetur, quòd ſuffocatur ibidem, & ſequitur mors.
Signa eius ſunt proxima ſignis illius, quia in ſpecie con
uenientia, differentia in exceſſu. Et propterea diuerſitas, &
tremor in pulſu eſt in hac maior, præter quam in forma o-
culi, in hac enim forma oculi eſt forma territi: in illa uero
quaſi ſuffocati.
Cura eius eſt proxima illius, quare oportet ut primo au
feratur cauſa timoris & adducatur cauſa ſecuritatis. Dein-
de miniſtrentur infrigidantia & humectantia ex cibis &
potibus, & medicinis interius & exterius, & principaliter
ſupra cor, quę uirtutem habent trahendi ſpiritum & calo-
rem ad exteriora, confortandi & præſtandi gaudium & io
cunditatem, quæ ibi ſunt dicta.

De febre ephemera quæ fit ex ſyncopi. Cap. 8.

SYncopis ex ephemera, proprie non contingit. Et ſi
ephemera contingat ex ſyncopi raro eſt, & non pro-
prie, cum ex defectu ſpiritus & caloris contingat qui
non febris,ſed infrigidationis eſt cauſa,niſi cum ex ali
qua prædictarum proueniat cauſa,ut puta timore,uel angu
ſtia, uel triſtitia magis, ex quibus remanſit ſuperueniente
ſyncopi in ſpiritibus aliqua calefactio,quæ propter diuerſũ
motũ qui in ſyncopi accidit in ſpiritibus,deinde ad extra
tractus beneficio medicinæ inflammatur quandoque, & ex
panditur ad uniuerſum corpus,& ſic febrem accendit quæ
a ſyncopi cuius gratia caliditas ad terminum febris accre-
ſcit,ſortita eſt nomen.

Signa

Signa eius ſunt anteceſsio ſyncopis ex aliqua exteriori A
cauſa, et præſentia debilitatis uirtutis cum debilitate mo-
tus et pulſus in diuerſitate ipſius, nam eſt cum primo ca-
dit, et occultatur cum uincit frigus in timore anguſtia &
triſtitia: et deinde ſit uelox et manifeſtatur, cum expandi-
tur calor et ſpiritus ad exteriora.
Cura eius eſt tres res. Prima ſuccurrit ſyncopi uel uir-
tutis debilitati, quæ ſuo loco ſuperius dicta eſt. Secunda
cauſam ſyncopis et debilitatis aufert, quæ hic ſimiliter eſt
narrata. Tertia febrilem dyſcraſiam aufert, et extinguit,
quæ etiam ex prædictis eſt nota.

De febre ephemera quæ fit ex labore. Cap.9.

NOmen laboris hic nimium motum oſtendit, quia
cauſa febris ephemeræ poteſt eſſe. Sic enim motus
quilibet calorem corporis efficit fortem, ipſum fla
bellando et excitando cum frictione membrorum
qua partes in eis igneæ reducuntur ad actum, commouen
do humores et ſpiritus (mouentibus enim nobis, mouen-
tur ea quæ ſunt in nobis) nimius totus incẽdit illum et in-
flãmabit: et ad alia ſubiecta corporis excedẽdo faciet per
uenire, et ſi inſuetus ſit in lædendo et moleſtando, febrem B
accendit maximè ſi in ſole uel circa calidam exerceat ma-
teriam. In ieiuniis atq; extenſis uigiliis occupantibus ho
ram ſomni. Inquit enim Aboali. Multæ uigiliæ corrumpũt
complexionem cerebri aliquo ſiccitatis modo quorum u-
nus eſt, ut calor in animali ſpiritu facile accendatur et in-
flãmetur in cerebro et uniuerſo corpore dilateẽ et lædat.
Signa eius ſunt ſigna rememoratiua præteriti motus, et
exercitii laborioſi, et demonſtratiua præſentis, et magnitu
do, et neceſsitas in anhelitu, calefactio corporis totius: in
iuncturis uero addita ſuper reliquas partes extremorum,
et laſsitudo, et pulſus magnus, et uelox abſq; duritie niſi
ad reſolutionem perduxerit: tunc enim erit durus et tuſsis
ſicca ſequetur, et urina eſt citrina, et ſubſtantiæ mediocris,
niſi ex reſolutione facta ſit ſubtilis et pallida.
1. aphor. Cura eius eſt duæ res. Ablatio cauſæ, quæ eſt laboris pri
aphor.48. uatio. Completur autem quiete. Inquit enim Hippo. In
omni motione corporis cum cœperit quis dolere quieſce
re ſtatim remedium eſt. Secunda eſt alteratio febrilis dy-
ſcraſiæ. Completur autem cum his quæ ex medicinis exte C
rius applicatis infrigidando, et humectando laſsitudinem
prouenientem ex exercitio tollunt quales ſunt declinante
paroxiſmo, balneatio in tina aquæ dulcis et temperatæ ca
liditatis, et effuſio eius ſuper iuncturas, muſculos multa.
Inquit enim Gale. Quoniam laſsitudo ex exercitio facit
accidere in corpore duas cauſas: quarum una eſt, quia cor-
pora ſimilium partium exiccantur: et altera eſt, quia loca
uacua quæ ſunt inter iſta membra replentur humiditate
quæ non eſt bona iuuatiua naturalis, ſi non eſt illud non
eſt repletio humida, immo eſt ſubtilis mordificatiua calida.
Balneum quidem cum aqua dulci eſt de rebus magis con-
ferentibus utriſq;, et illud quia aqua dulcis temperata ca-
liditate ſui reſoluit acquiſitam caliditatem, ſuperfluitatem
caliditatis ſubtilis, et ſui humiditate rectificat quod iam
accidit corporis inteſtinis. Et propter illud quod effundi-
tur de ea ſuper corpus, deforis occurrit, et effunditur faci-
lioribus modis, quod egreditur de ea in poris egreditur ab
ea in uelocioribus horis, præter quòd ſit hic retinens eam
penitus, permiſceat oleum cum hac aqua, et præcipue quan D
do inungitur homo cum eis utriſque ſimul humectatione
multa. Tale autem oleum erit uel ſimplex et dulce, uel uio
latum, et roſatum proprie, de quo dictum eſt ſupra, et in
iuncturis cum eo ſit permixtum aliquid ex oleis: ut de ſe-
mine lini, uel oleum chamæmillæ quæ ſunt propria. Nam
quod eſt ex ſemine lini, ſua temperata caliditate confortat
lenit duritiem iuncturarum principaliter patientium, &
ab alterius olei frigiditate deſcendit. Oleum uero chamæ-
millæ ultra hoc, et iuncturarum, et lacertorum remouet
laſsitudinem pluſquam reliquæ medicinæ, quoniam calidi
tas eſt ſimilis caliditati animalis, ut dixit Aboa. Comple-
tur uero cum his quæ ex cibis, et potibus, & medicinis, in
terius ſumptis nutriunt euchyme, infrigidant & humectãt,
quales ſunt cibi quorum paucitas nutrit plurimum pro-
pter debilitatem digeſtionis. Et etiam ex carnibus dictis,
iuribus earum, et uitellis ouorum, et potus uini tempera-
ti, fructus, et alii dicti ſuperius. Et ſomno qui et ſi defe-
ctus aſſocietur ſtomacho ad quem humores omnes con-
ſueuerũt concurrere, ante paroxiſmum parũ, uel in ipſius
principio concedatur, uel non expectata declinatione p-
fecta. Niſi enim talia corpora rehumectentur cibo, febris
perfecte nullatenus declinabit, ut ait Galenus.

De febre ephemera quæ ſit à calore exteriori. Cap.10.

CAlor exterior ex quo prouenire poteſt febris ephe
mera eſt duplex. Aut enim eſt ex his quæ exterius
tangunt corpus, ut ſole, igne, balneo. Aut ex his quę
ipſum ingrediuntur, ut cibis, potibus, et medicinis.
Calor ſolis in ſpiritu magis imprimit animali principaliter
et immediate caput attingit, et ſpiritum eius inflammat,
quia pertranſiens ad alia principalia, et corpus totum læ-
dendo et moleſtando febrem accendit. Calor ignis et bal-
nei in uitalem ſpiritum imprimit magis, quia aer immuta-
tus ab eo plurimum ad cor trahitur per inſpirationem, ut
cumꝫ fuerit ſuperflue calefactum uel moram nimiam traxe
rit qui in eo inflammat ſpiritũ et totum corpus, et lædẽdo
febrem accendit qua uitalis ſpiritus in corde et in aliis mẽ
bris corporis euẽtatur. Calor uero cibi et potus imprimit
magis in ſpiritum naturalem, quoniam cibus et potus ad
hepar peruenit prius cum eius calore, et ſi prius peruene-
rit ad ſtomachum, ibiq; alteretur antequam alteretur cum
calore immutato, ad hepar etiã peruenit, et priuſquam ad
alia principalia, dicente Gal. cum inquit. Cibus in ſtoma-
cho eſt quid habentis, ad hepar de ſtomacho trahitur: &
dum alteratur naturalis calor, et ſpiritus alterans inflam-
matur ex ipſius caliditate, prout Gal. dixit. Quapropter fe
bris ex calore ſolis prouenies appropriata, ſeu compara-
ta extitit ſpiritui animali. Proueniens ex igne, ſeu balneo
comparata eſt ſpiritui uitali. Et quæ prouenit ex cibo uel
potu calido, uel ex medicinã ſpiritali naturali.
Signa febris quæ eſt à calore ſolis, ſunt ſigna rememora
tiua præcedentis cauſæ, ſcilicet moræ ſub ſolari radio, &
demonſtratiua febris, ut eſt caliditas uehementior in exte-
rioribus corporis apparens quam in interioribus, et magis
in capite cum ariditate: et ſi corpus fuerit immundum &
caput calidius et graue propter repletionem quam traxit
ad ipſum caliditas ex corpore toto. Et proinde oculi cali-
diores, et rubicundiores apparent cum ariditate, et uena-
rum repletio in eius temporibus et un iuerſo capite, & ſi-
tis, quæ in hac febre magis quam in febre ex dẽſitate frigo
ris, color corporis et aduſtiuus et fuſcus. Et impulſio arte
riarum minor uelocitas et frequentia reſpectu caliditatis
cutis, et ſimiliter in anhelitu, quia principalis impreſsio
non peruenit ad cor, ſed ad cutem. Et urina eſt tincta et ru
bea parum.
Et ſigna eius quæ ſit à caliditate ignis et balnei ſunt du-
plicia, communia et propria. Communia ſunt rememora-
tio precedentis cauſæ. Sed propria ſunt, nam quæ accidunt
ex calore balnei ſunt ſimilia illis, niſi quia exteriora cor-
poris cum caliditate uehementiori non arida, ſed mollia
ſentiũtur. Et ſi corpus ſit molle humoribus plenum, quan-
doque deueniet ad rigorem & febrem multorum dierum,
et aere frigido magis iuuatur quàm potu.
Et ſigna eius quæ ſit ex cibo calido actualiter et poten-
tialiter uel potu uini, uel medicinæ, ut nectaris ex calidis
ſpeciebus ualde, ſunt ex ſignis illis contraria, quia calidi-
tas in interioribus maior ſenſus ardoris in ſtomacho, fu-
moſa eructatio et ſitis, et iuuatur potu frigido, et magis
quàm aeris frigidi inſpiratione, et pulſus, et anhelitus ma-
ior, et ſuperflua primæ & ſecundæ digeſtionis ſunt colo-
rata ualde.
Et cura eius quę ſit à calore exteriori eſt duplex, ſcilicet
generalis et ſpecialis. Generalis eſt communis ei ex quacũ
que prouenerit cauſa, et eſt duæ res. Ablatio cauſæ & alte-
ratio febrilis dyſcraſiæ. Specialis eſt diuerſa. Cum enim ex
prima cauſa prouenerit, cauſæ ipſius ablatione complebi-
tur. Si ex ſole proueniat, cum mora in aere frigido per ſe
cooperto, et ſole et igne priuato, uel umbra, et artificiali-
ter infrigidato, ut ſupra et infra dicetur. Si uero cibo cali-
do, complebitur uomitu uel uentris ſolutione cum ænema

te ex

ze ex aqua hordei, oleo uiolato, & zucchar uiolato, et in frigidant humectando. Cum uero ex potu cum his quæ curare habent ebrietatem, quæ infra in ephemera ex repletio ne dicẽtur, ex quibus proprie est crocus cum rob bibitus, et proprie granatorum, et coriandro. Alteratio quoq; febris in primis completur cum his quæ ex medicinis exterius approximatis infrigidare habent, cerebrum principaliter, et conuenienter, cor, et hepar; quales sunt infusiones et embrocationes ex frigidis, et aqua frigida supra caput rasum. Et conueniens est effusio quæ fit cum urinali pleno aqua frigida summitati capitis applicato & diu retento. Et sacellationes, et epithemata supra pectus & hypochondrium, quę superius in cura cordis et hepatis sunt dicta, quę communia sunt in ambabus. Et in ea quæ est ex tertia causa, puta ex igne uel balneo cum his quæ ex potibus & medicinis exterius sumptis habent infrigidare et humectare, ut aquæ frigidæ puræ, uel cum iuleb uiolato de nenuphare, et similibus, ut diuretica frigida, et declinante paroxismo cum balneo aquæ tepidæ calliditatis. Cuius est effusio ut sit multa super membrum principaliter passum quoniã etiam soluit febrem et humectat. Inquit enim Hippo. Si
2. aph. 34. febris non a calore habeatur, aqua calida multa capiti infusa solutio fit febris, Et deinde cum frictione alicuius olei prædictorum. Et deinde cum cibis frigidis et humidis dictis, et potu uini bene lymphati quæ communia sunt ei ex quacunq; causa prouenienti, et si quandoq; coriza accidat et catarrhus: deinde iuleb cum aqua tragacanthi tribuas. Postea balneabis in aqua dulci eucrata quæ insipissat materiam. Et deinde tragacanthum in ore teneat, & si expedit quia sit acutus, diapapauer, et quæ eius ebrietatẽ corrigunt, & quæ dicentur infra.

De febre ephemera quæ fit ex dolore. Cap. 11.

DOlor quandoq; ephemeram febrem accendit. Cum enim sit dispositio quæ sensibilibus membris innasci tur secundũ quam contristatur animal secundũ Gal. spiritus sensibilis in eis existens contristationẽ percipiens subito ad principium uirtutis animalis ex harmonia naturæ retrahitur, ut referat illam ipsi, et tunc natura solicita circa regimen corporis sẽ munit et prꝑarat ad loca dolentia defendenda, trahitq; ad se ex aliis partibus corporis spiritum, carnem, et sanguinem, ceu propria instrumenta, ut transmittat ad illa dicente Hipp. in apho. Duorum do
3. aph. 46. lorum qui simul fiunt non secundũ eundem locum, uehemẽtior denigrat alterum. Si ergo ex locis in quibus est necessarius concursus, et ipsorum præsentia ualde retrahit, ut subueniant apparenti necessitati maiori, quanto magis retrahit ex illis in quibus necessitas nulla concursus existit quatenus succurrat nouo dolori symptomatis, quæ tacta impetu quodam transmittit, et subito ut superius dictum est ad defendendum illam. Ex quo necessarium est illam inflãmari, et durante dolore in loco illo feruescere, et maxime si acutus existit. Et exinde ad naturæ principium iterum redire: et alia corporis subiecta extendi & lædentem et contristantem, et superaccendere febrem, et cum superfluit corpus in contrariam dispositionem infrigidationis ex ipsius caloris resolutione reducere. Signa eius sunt quæ præsentem febrem demonstrant atq; dolorem. Et sunt tactus corporis calidi præter naturam, et sensus doloris acuti apud infirmum in aliquo membro sensibili sui corporis ualde, ut in lacertis, stomacho, uilis, iuncturis, et capite proprie, et partibus eius, ut oculis, et dentibus, & auribus cum calore augmentato in ea protrahente dolorem. unde Abo. Dolor capitis febrem declinatam facit redire ad augmentum, quæ ambo absque infirmi relatione medico possunt esse nota ex frequentia anhelitus iuncta modo cũ paruitate & raritate: modo uero cum uelocitate & magnitudine. Vnde Hippo. in prognosticis dixit. Spiritus siquidem frequens sit, dolorem et successionem significat, super his quę sunt supra diaphragma quæ similis pulsus etiam indicat. In talibus dispositionibus cum spiritu pulsus concurrit, & est cũ duritie et serinus, qm̃ acutus dolor proprie in neruosis existit. Et uigiliæ, siti, et exeuntia colorata, quandiu ad resolutionem caloris, & spiritus nõ perducat.

Et cura eius est duæ res, prima est doloris sedatio, quæ

E supra in soda, pleuresi, stomacho, & colica, et iuncturis est dicta, secunda est alteratio febrilis dyscrasiæ. Completur autem cum his quæ in cura ephemeræ ex labore sunt dicta Et cum uini prohibitione omnimoda, et proprie si ex dolore capitis sit causata. Vnde Hippoc. cum uero capitis dolorem timeas, aut mentis percussionem, ab usu uini summopere est cauendum: dissoluendo enim humores, ebullitionem prætando eis & impetum, uel effundendo commouendo, dolorem auget simul et febrem, nisi dolor ipse à crapula sit causatus. Vnde Hippoc. in lib. de crapula talem posuisse aphor. inuenies. Quem hesterna laborem infert thorexis, id est uini potatio diluculo crastina rebibitio resoluit. nec mirum cum ex crapula multiplicatos uini uapores qui magis quam cæterorum membrorum capitis doloris sunt causa uel alterius consimilis eius symptomatis nocte intermedia prædigestos in somno calor naturalis uini moderata rebibitione diluculo confortatus dissoluat, et perforando membra extra corpus statim excernat, soluit dolorem: concedendum est enim talibus uinum hoc
F modo, nisi febris obsistat, uel aliud accidens contradicat, quod non contingit in ephemera ex seipsa, cum eius calor magnus non sit, nec attrahens symptomata, ut est dictũ. Calor quoq; uini sit debilis et remissus respectu eius quod est temperatum, quod Gal. ostendit cum inquit, Vnum cognoscens utiq; alibi dantem me, his uniuersis. s. ephemerã patientibus quod aquosum uisu et uirtute: melius enim est aqua hic uinum per omnia digestioni coadiuuans, urinam et sudorem prouocans, et uniuersa excreationes. Vinum enim temperatum totum corpus calefacit, membra perforat, humores contẽperat, caloré naturalẽ excitat, et ut digesta materia et apertis uiis uniuersas excreationes utiliter moueat, sicut ipse in commento apho. ostendit.

De febre ephemera quæ fit ex uigiliis. Cap. 12.

VIgiliæ nimiæ febrem accedunt ephemeram in spiritu animali generaliter, quemadmodum & nimius motus cui ualde sunt similes aliter tamen et aliter. Excitando enim complexionem cerebri et ipsum animalem spiritum circa actionem sensus et motus cõmouendo et agitando efficiunt, ut in ea calor prius et facile
G igniãt de cerebro ipso ad corpus transiens, et ad membra alia contristantem, quoniam febrem accendit. In motu uero calor est incipiens ex lacertis et iuncturis, & de eis transit ad totum corpus.

Signa eius sunt signa rememoratiua uigiliarum antecedentium, sicut est palpebrarum grauitas, ut difficulter aperiantur et inflatio earum & faciei, et cibi indigestionem multiplicantem uapores, et citrinitas, et profundatio oculorum propter siccitatem et resolutionem. Et pulsus spasmosus, durus, et tensus, sicut chorda corrigiarum tensa, uel contracta et debilis propter eandem causam. Et urina subtilis proinde & alba nisi propter febrem inflammantem. Vrinæ enim uigilantium, ut plurimum sunt albæ. Et demonstratiua etiam signa, & caliditas præter naturam in corpore uniuerso cum siti et priuatione, seu impotentia dormiendi. Inquit Gal. Siquis certa hora dormire consueuerit, et ea hora transierit super uigilias, cum deinceps uelit dormire non potest, quoniã uaporem, qui causa est somni, uigiliæ præcedentes resoluerunt omnino.

H Et cura eius est generalis et specialis, Generalis est cura ephemerę ex labore & nimio motu. Specialis autem est duæ res. Ablatio causæ, et prouocatio somni. Completur autem cum his quæ exterius & in interius approximandis supra in cura phrenesis, doloris stomachi, & iuncturarum sunt dicta. Ex quibus est balneum, & post ipsum uinum lymphatum, & multum, quia magis inebriat, & humectat, & dormire facit. Et cibus frigidus & humidus, nõ expectata perfecta declinatione concessus. Secunda est alteratio febrilis dyscrasię, cum his quę supra in nimio motu sunt dicta, & principaliter supra cerebrum applicata.

De febre ephemera quæ fit ex quiete. Cap. 13.

SOmnus et quies febrem ephemeram debent accendere contrario motui et uigiliis, cum sint illis contrarii: & inter se similes dicente Aboa. Somnus quieti uehementer similis existit, Vigilia uero motui, Sed cũ p se tantum non accendat, quinimo dispositio corporis operetur quasi in accẽdendo ipsam conueniunt. Et licet quies de se sit infrigidans, et humectans per accidens erit inflammans, et febrem accendens, similis cum somno. Et si per durauerit ẽps eius, calefaciet corpus caliditate extranea, quoniam dissoluit humores per corpus, et in calidos uapores conuertit, maxime si cholerici sint humores, neq; resoluuntur maxime si quies succedat, qua retinentur, et retenti inflammant per spiritum naturalem, & alios, et ex eis transit inflammatio subiecta corpori reliqua, et lædendo, et contristando febrem accendit.

Signa eius sunt signa rememoratiua somni præcedentis et demonstratiua ipsius, et febris præsentis, qualia habentur ex relatione infirmi, et inuentione caliditatis præternaturam in corpore, et præter hanc ex dispositione oculorũ ut succlusione palpebrarum, et lippitudine, et habitudine corporis humida, et pinguosa plurimum, et turgiditate mẽbrorum, et pigritia animæ et corporis, et decoloratione, et frequenter ex denutritione ac macrescentia corporis. Inquit enim Hippo. De relinquentes exercitium ethicam B frequenter incurrunt. Et pulsus repletio uaporosa et mobilis, et urina spissa cum sedimine multo & crudo.

Et cura eius est duæ res. Ablatio causæ, et alteratio febrilis dyscrasiæ. Prima cõtrariatur primæ quæ in cura feb. uigiliarum est dicta. Et cum contrariis habet compleri. Secunda est similis secundæ quæ in cura illius est opportuna. Differunt tamen in gradu, quia debet minus ad frigiditatem et humiditatem accedere. Et balneum magis resolutiuum et minus humectatiuum est conueniens. Exercitium temperatum et diminutio cibi et subtractio uini.

De febre ephemera quæ fit ex fame. Cap. 14.

FAmes ephemeram febrem quandoq; accendit. Quoniam ut Gal. ait, Fames corpora exiccat per accidẽs. In tolerantia enim eius calori naturali subtracto pabulo aliměti calor ipse in humores corporis agit eosque depascit et consumit, et sic corpus exiccat: et agendo intenditur, nec obtunditur, sed inflammatur in naturali spiritu primo. Deinde in aliis et ex eis ad reliqua corporis subiecta pertransit, et lædendo, et constringendo febrem accendit. Similiq; modo et sitis superaccendit illam. In tolerantia enim eius, potus et frigida irroratione priuatæ particulæ aresciunt: in quas agens naturalis calor incenditur. Nec obtunditur cum deficiat humidum. Sed potius inflammatur in spiritu naturali primo, deinde in aliis. Et de eis ad alias corporis partes transit: et lædendo et contristando febrem accendit.

Signa eius sunt esuries et sitis præsens uel earũ reliquiæ remanẽtes, defectio corporis, pulsus debilis ad duritiem tendens cum frequentia, priuatio somni. Vrina xantha, & pauca: et similiter egestio adusta, et scyballosa, cum caliditate præter naturam acuta in corpore uniuerso extensa.

Et cura eius est cum his quæ humectare habent ex cibis et potibus, quæ ex præmissis sunt nota, declinatione non expectata perfecta, paulatim exhibita, et gradatim multiplicata: à multis enim subito extinguitur. Vnde Aboa. nihil deterius est fame in tempore sterilitatis, quam præcessit satietas in tempore fertilitatis. Sed illud uertere est peius. Est enim eorum natura secundum Gal. sicut lucerna extinctioni parata, quæ cum oleo non redundat, quodã D sui pabulo recreatur: cum uero modum excesserit, necesse est eam extingui. Et cum his quæ habent humectare sufficienter, et parum infrigidare, ex medicinis interius et ex terius ministratis, quales sunt iuleb uio. ro. aquæ hordei & syrupus de cucurbita, et similia. Balnea dulcium aquarum tepidarum, uel non ueri frigoris, et oleum uiol. frequenter inunctum, & ro. si inueniãtur. quòd si non simplex & dulce abluatur cum frigida, & inungatur. De ephemera ex cibo et potu, cap. de epheme. ex calore iam supe rius dictum est.

De febre ephemera quæ fit ex inanitione. Cap. 15.

EVacuatio quandoq; febrem accendit ephemeram. Si enim fiat cum pharmaco dupliciter febrem facit per se naturalem calorem et spiritus primo inflãmando. Omne enim pharmacum calidum et siccũ est se-

A cundũ se, ut Gal. ait. Et per accidens, cõmouendo, et dissoluendo humores, et in hoc uim inferendo, et soluendo superflue, nec minus incitando, ut frequenter surgant ad sel lã ex quibus fumi calidi dissoluuntur, proprie si calidi sint humores et multi, in cholericis corporibus præ subiectis, & densæ cutis ex quibus non euaporant, sed retinentur, & calorem et spiritum inflãmant prius. Ex quibus deinceps inflammatio penetrat ad reliqua corporis subiecta, & lædendo, et contristando, febrem accendunt ephemeram. Si uero cum phlebotomia per accidens illam accendit dupliciter, uel commouendo humores, et proprie si calidi sint, et multi, ut prædictum est. Phlebotomia uero pauca uel multa, euacuatione multa et eradicatiua sanguinis qui frenum est choleræ ante ipsius digestionem eam reddendo effrenem, qui ebullit et febrem accendit, et corpore toto ephemeram si non corrumpatur, uel putridam si ipsa uel alius humor aptus ebulliendo putrescat. Vnde Aboa. phlebotomia multoties resoluit febres, et multoties commouet ipsas. Gal. quoq; Infœlices ex cholera nõ sunt phlebotomandi. Caue enim ne eos ad humorum ebullitionem p ducas. Si uero cum aliis lenitiuis compressiuis uel phlebotomiæ proportionalibus, raro, et non nisi per accidens, altero prædictorum modorum febrem accendet.

Signa eius sunt reliquiæ præcedentis purgationis, et fitis uehementis, et caliditas corporis uniuersi acuta, uel phlebotomia præcedens cum amaritudine oris, præcedente fastidio et cordis morsu, et signa cholericę complexionis, et pulsus debilis et frequens, et urina tincta & tanta quæ choleram dominantem ostendit.

Et cura eius quæ est ex pharmacia est tres res. Ablatio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, et correctio accidentiũ, quę in solutione euenire uel sequuntur. Primam rem complent quæcunq; infrigidant, et humectant, et humores commotos quietant, ut est somnus et quies. Inquit enim 4. aphor. Hippo. in apho. Cum uero elleborum stare uolueris somaphor. 25. num fac, et noli mouere. Sistit autem ante ipsum pontica exibita, et inspissantia cum frigiditate uel proprietate, ut est coriandrum: hæc enim humores commotos ex medi
C cina reddunt quietos et retinent, fumos reddunt obtusos, et malam qualitatem impressam à pharmaco alterant simul et febrem, ac dissolutos educunt, & medicinam cum superfluit in soluendo sua refrenant audacia, et sistunt solutionem, qualia sunt quæ supra in consolatione medicinarum, cum accidentibus quæ faciunt regimina resolutione medicinæ obuiare docuimus sunt dicta.

Secundam uero rem complent quæcunq; ex cibis & potibus et medicinis interius et exterius ministrandis confortant et infrigidant et humectant stipticando uel liniendo, prout exigit dispositio quæ ex dictis et dicendis sunt nota. Sint autem cibi magnæ qualitatis, substantiæ euchymæ, sed paucæ quantitatis, quam digerere possit. Eius uero quæ accidit ex phlebotomia minoratiua commouente humores calidos et multos, ut sunt sanguinei, cura est cum secundatione phlebotomiæ, eradicatione, et euacuetur, quod de humoribus est commotum. Inquit enim Aboa. phlebotomia quidem multoties resoluit feb. Et si effrenitatione, et ebullitione choleræ accidat propter multam euacuationem sanguinis ex phlebotomia in principio, quia sit eradicatiua, cura est quæ choleram commotam ebullientem sistunt, infrigidant, et obtundunt, ut frigida & stiptica, sicut granata muza et acria, maciana, et rob de ribes, et de acrestа, de myrto, et de piris, de citoniis, cum aqua frigida. Et deinde quæ leniendo educunt, ut frigida lenitiua, & aqua hordei, prunorum, et fructuum, siracost, tereniabin, casia fist. & similia. Et labificando mucilago psyllii proprie. Deinde cum his quæ ex cibis & potibus ex medicinis exterius cum moderamine ministrandis infrigidant & cum stipticitate confortant quæ superius nota sunt.

Tertiam rem complent quæcunq; in consolatione medicinarum docuimus seriosę.

De febre ephemera quæ fit ex repletione. Cap. 16.

REpletio si ex multis licet temperatis sit cibariis & potibus crapulantibus, ex uinis, licet non uinosis, et antiquis, ac mellicratibus conditis, et pluribus adeo

ut ad

ut ad satietatem nauseatiuam perducant, propter in digestionem ipsorum et corruptionem quæ accendit, uapores omnes multiplicat, et fumosos, inficientes spiritum, et calorem inflammantes in hepate, quæ perueniens ad alios, et de eis ad alia corporis subiecta peruenit lædendo et contristando, febres accendit non ueram ephemeram, maxime in corporibus subiectis densæ cutis, quæ non se fouent nec sibi subueniunt cum opportunis remediis, immo supra repletionem exponuntur laboriosis gymnasiis sub solis æstu, balneant se, & alia illicita celebrant, indistincte nutriens supra nutriens quod nondum digestum est immittendo, ex eo indigestio generatur, & corrumpuntur digesta, & uapores acuti et fumi multiplicantur, & uentositas, & quæ non resoluuntur, sed retinentur, ex quibus febris accenditur, ebrietas generatur, et in uisceribus calor, grauedo, et mordicatio apparet, oxiremia in prædictis corporibus, ex seipsis raro, et non nisi per indigestionis modum et malitia regiminis fiet, et cum sit nûquam uel raro, febrem accendit, et cum accendit debilis est et parua.

Signa eius sunt signa rememoratiua præcedentis repletionis, et ipsius demonstratiua præsentis febris qualia sunt stomachi grauedo, cordis morsus, satietas et nauseatio remanens, eructatio fumosa, quam ante febris aduentum eructatio acetosa præcesserit, ut superius dictum est. Et propriecum moueatur ad exitum per superius. Vnde uomitus sequitur emittens uapores fumosos, ardentes oculos, et nares infirmi et aliorum astantium. Et cum iuuantur diaria, quæ, secundum Gal. sola est indigestionis remedium, emittunt indigesta et corrupta, fumantia, et accendit grauedo, et dolor pungitiuus in uisceribus, et ardor, et punctio in pudico, inflammatio faciei & oculorũ atq; rubedo terres, sicut in iracentibus cum anxietate spiritus. Pulsus tremens, frequens, tumulus, cum caliditate in corpore toto extensa mordaci. Et urina turbida indigesta, quam præcesit subtilis et alba ualde, multa et subito emissa, quæ repletionem & crapulam significat. Et accendit ei periodi ex innouatione fumorum quandiu euacuetur repletio tota. Emendetur indigestio & rectificetur corruptio atque crapula. Et plurimum illud est usq; ad tres dies. Licet quandoq; extendatur usq; ad septimum, uel quartum diem periodizans, quare additur et minuitur quaq; die pauco sudore propter cutis densitatem. Et tamen est ephemera non uera. Ephemera enim uera febris est diei, quæ nomen accepit ut retulit Isaac à pisce quodam, cuius uita diei unius existit: et hoc quia non habeat in corpore causam conseruantem, quemadmodum habet non uera, sed ipsius essentia in qualitate caloris, et in ipsius intentione sola consistat, ex quo ad summum suæ inflammationis peruenit paulatim, deinceps deficiet, et dimittat subiectum proprium cum uapore sudorali, et corpus in febricitatione, seu infrigidatione deueniat, quemadmodum lapis, uel lignum, cum calefactum est, quousq; tandiu remanet, quã diu per se infrigidetur, et paulatim quòd ad tardius est infra diem in ephemera, cuius calor est accessus in spiritibus primum ab extrinseca causa quæ est facilis, sicut alterabilis et leptomeris substantiæ existens, facile et cito calorem suscipiunt, et facile perdunt nisi aliud sit impediens, ut causa interior, sicut in non uera, ut error medicorum ueneratium diem tertiam in omni.

Pulsus & urina crapulãtium.

Febris ephemera à pisce nomen accepit.

Cura eius est tres res. Ablatio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, et correctio accidentium. Prima est repletionis sanatio, indigestionis emendatio, et corruptionis rectificatio. Completur autem prima fame et euacuatione, ut in suis Hip. retulit apho. Quæ autem est per se ueniens, aut non, quia materia sit detenta, aut uirtute deficiente natura sit restricta. Alterum enim horum necessarium est in esse. Primo quidem modo euacuatio superfluens, siue spontanea, siue symptomatica, siue superius per uomitum, siue inferius per secessum, aut est utilis, quia indigesta, et corrupta tantum mutatur, donec perfecte euacuentur replentia indigesta et corrũpta, et interim abstineat, si toleret, si non, ciba illum cum his quæ facile digeruntur, & parum eorum multum nutrit absq; stipticatione, declinante quolibet paroxismo. In declinatione uero ultimi para-

2. apho. apho. 22.

xismi præbaneabis ut resoluantur fumosa quæ ad uenas & membra transierunt, et cibabis ulterius cum prædictis stipticitatem habentibus quæ stomachũ roborent. Cui quoq; ministrabis cõfortãtia interius et exterius secũdũ cõmune modum, prout supra in cura debilitatis eius est dictum, & sic facies eum dormire. Si uero sit efficiens, iuuetur donec compleatur cum uomitiuis uel secessiuis, et suppositoriis et clysteribus notis, prout euacuationes regioni conueniunt præinceptæ. Et abstineat quantum possibile est, cum non fiat ut est prædictum. Si uero superflua, quia non solũ indigesta & corrupta, sed etiam utilia emittantur, ut molestè feratur nec conferat, sed deferat, retineatur cum his quæ dicta sunt supra in cura fluxus lienterici lubricatiui & diarici uel alterius, quam utilia emissa specificant & ostendant, et confortetur cum cibis prædictis stipticis. Et siquidem absseindatur uel deficiat appetitus, quod est plurimum, uel necessarium, tum quia stomachus est principaliter passus, tum quia influxit, & recepit plurimum stomachus superfluitates quæ euacuantur, ut dixit Gale. Stomachus continuatur omnibus membris mediante hepate, & recipit superfluitates omnium membrorum mediante ipso, et etiam quia uirtus ex fluxu cœpit deficere absolute, quare confortetur, et erigatur cum his quæ supra in destructione appetitus sunt dicta, et proprie cum citoniis, et succo eorum, et his quæ ex his conficiuntur, et cum emplastris ex his quæ confortant frigidum & absque caliditate multa aperiunt oppilationes inter ipsum hepar et cerebrũ siquæ sunt quæ ibi sunt supra notata. Secundo uero modo, quia non sit superfluus per se ueniens, sed restricta natura, tunc proculdubio necesse habes resoluere eam et educere, quòd fiadhùc cibus et potus est in stomacho indigestus & corruptus, provocabis uomitum, donec perfecte euacuetur si possibile est. Deinde confortabis, balneabis, & cibabis, ut superius dictum est, quòd si non sit possibilis uomitus, uel sit difficilis ualde, administrentur per os quę ipsum inferius faciunt lubricare ex mucilaginosis, lenientibus, & lubricantibus, & labificantibus notis, post quæ sequentur abstergentia ex aqua hordei, uel passularum, cum melle uel zucchаro rubeo propter febrem. Et immittantur clysteria, & collyria naturam compellentia, ut illam transmittat inferius, & proprie si fuerit corruptus, qđ ex fumosa eructatione cognoscitur. Quòd si nõ corruptus fuerit, sed tantum indigestus, administrabis tunc interius et exterius supra stomachum quæ digestionem eius confortant, complent, absq; stipticitate et caliditate multa quæ supra in cura debilitatis digestionis sunt dicta, et iniungas abstinentiam donec digestio sit completa et superfluũ consumatur. Deinde balneabis & cibabis, ut dictum est. Si autem non sit in stomacho, sed subito descendit in uentrem, oportet ut solutione uentris educas, aut cum his quę ministrantur inferius ex collyriis, et clysteribus, aut cum his quæ sumuntur et deponunt, aut digerunt, quod equidem facere scies si uentris regionem ad quam subiit bene cognoscas, et dispositiones eius, super quam significare & distinguere docuit Gal. per eructationem, mordificationem, et grauedinem circa regionem uentris perceptam. Si enim circa regionem stomachi leuitas & grauedo, & mordicatio in sublimi parte uentris iuxta stomachi fundũ & supra umbilicũ percipiantur, adhuc eructatio aliqua habens odorem & saporem cibi et potus, scies cibum in intestina subtilia descendisse, et tunc si sit indigestus uel corruptus, ex qualitate eructationis percipies. nam si accidat sic illum indigestum esse cognosces, et tunc fouebis hypochondria, & uniuersum uentrem, et ministrabis quæ digerunt magis et abstergunt, ut est piper eon simplex, uel diatrion, uel aliud leuius propter febrem, postquam aqua hordei detur. Si uero fumosa et fœtida, ut oua corrupta, scies illum esse corruptum, et tunc quæ deponunt ipsum & lubricando, et abstergendo subducunt, superius ministrabis, qualia sunt quæ hic supra sunt dicta: quod si sub umbilico grauedo & mordicatio sentiatur, et fortis rugitus, & eructatio nulla, uel quæ non afferat cibi uel porus odorem, neque saporem, cognosces cibum ad colon & crassa intestina subiisse, & tunc cooperari oportet, uel per collyria,

collyria, uel per clysteria mitia, ut expellatur. Secundam rem complent quæcunque ex cibis & potibus & medicinis interius sumptis & exterius applicatis & supra principalia & supra cor, magis infrigidant & humectant, quæ ex dictis in aliis nota sunt supra. Tertiam rem cõplent quæcunque accidentia interuenientia sedant, & siquidem extiterit mordicatio, grauedo, & uentositas modica, ex melle ros. aqua hordei, decoctione anisi, olei simplicis cõpositum clystere impones. Si uero mordicatio fortior in eo fuerit, in eo liquefacies adipes anseris, galli, uel capræ. Non inuentis autem his, cære parum immitte, & olei ros. sint autem lota. Si uero uentositas fuerit uehementior, loco ros. rutaceum, uel nardinum ministrabis, & semina destruentia uentositatem, ut apii & fœniculi. Si uero ebrietas, curetur propria cura. Si vero defectus stomachi & oris eius deficiat appetitus, mastichem in nardino terentes, vt glutinosum fiat, & deinde in eo positam spongiam infundentes applicabimus ori ventris: hæc autem stipticitatem habet & concaucates in quibus virtus medicaminis conseruatur. Sit autem oleum sufficienter calefactum secundum primam immissionem: exoluunt enim omnia tepida robur ventris, stq; in vase duplici calefactum, secundum primam immissionem cuius alterum plenum sit aqua feruenti, sicut consuetudo extitit Gal. Corrumpitur enim virtus eius aliter calefacti. Quod si feb. caliditas ardens appareat, melius est ob hoc cerotum quod per violarum, & per citoniorum oleum fit ex cera: sit autem tepidum & non frigidũ actu. oxiremiæ vero eructationi famosæ, vt prædictum est, instabis, & cum rectificabitur, bonum est & signum salutis.

De febre ephemera quæ fit ex oppilatione. Cap. 17.

Oppilatio faciens febres, quædam præbet causam materialem, vt est oppilatio viscerũ, hepatis, & chistis fellis, & splenis, & proprie aggregat superfluitatẽ humoricans inflãmationẽ, et putrefactionẽ parãs. Quædam præbet causam efficientem, vt est oppilatio pororum capitũ paruarũ venarũ & arteriarum, & earum meatuum contiguatorum simul, prohibent enim transpirationem: calor enim naturalis spiritus & humores inflammantur, & à natura proinde quasi derelicti quandoque putrescunt: cum immediata causa putredinis sit prohibita transpiratio, vt Gal. ait, & sic diuersorum generum febriũ erit causa. Est enim secundum eum multiplex, quia aut in poris cutis tantum ex se, propter cutis terrestreitatem naturalẽ, vel ex causa exteriori densante ipsas, vt propter frigiditatem aeris, vel aquæ, vel propter caliditatem, solis, vel ignis adurentis, vel propter stipticitatem aquæ vel medicinæ stipticæ in corpore toto inunctæ, & tunc facit species ephemeræ, de quibus subsequenter dicetur. Aut ex causa interius sumpta ex multis cibis calidis & superfluis, multiplicantibus vapores crassos & fumosos, oppilantes poros ipsos, & tunc facit ephemeram ex repletione nauseatiua superius dictã, aut in capitibus dictarũ venarum & arteriarũ, & earum ductibus, & est ex causa interiori humorali, quæ autẽ est fortis in illis tamen existens & multa, vt ad poros cutis extendatur: & tunc facit putridam, maxime in corporibus sanguineis, calidis & humidis, quæ multa indigent transpiratione propter multas superfluitates in quibus abundant à caliditate facile putrescibili. vnde eorum corpora fœtent, sicut hirci. Aut est mediocris, & sic facit synocham inflãmatiuam, eo quòd sanguis non perfecte transportatur, quare inflãmatur non corrumpitur, quia cum non sit magna aliqua licet insufficientem transpirationẽ accepit, vt cũ adhuc stet cum natura, aut est debilis & modica, vt in capitibus illarum tantum existens, & tunc facit ephemeram ex oppilatione cui nunc insistimus, eo quòd retinentur fumositas & vapores, & calor naturalis & omnes spiritus inflãmantur, quia nõ sufficienter transpirantur, licet magis quã synocha dicta: & proinde minus caloris accendit quam illa, & minus durat, eo quòd causa oppilationis in eo est minor, & in leptomera substantia spiritus, & proinde inflãmatio est minor. Et est in substantia spiritus quæ est facilis alterabilis ac censa. Et istud est vsq; ad tertiũ vt plurimũ, & quandoque extenditur vsque ad quartum, & breuiatur in eo quòd est infra tertium secundum varietatem oppilationis prædictã.

Et secundum vnamquamque dierum extenditur & remittitur per modum periodi propter innouationẽ fumorum oppilatione durante. quapropter accenditur cũ rigore præcedẽte in stomacho putridæ, & cũ remittitur quiescit innocatione sudoris propter oppilationẽ detinentẽ. Cessante vero oppilatione declinat ex toto cũ abundãti sudore. Et quia generatus sit ex calidis cessat, ita vt ad infrigidationem deueniat corpus. Et cum perseuerat eius inflãmatio in spiritu, feb. manet & ephemera, sed cum inflammatur in sanguine propter aptitudinem sui, vel auctam oppilationem, vel mixtionem cum cholera, transit in speciem synochę inflãmatiuæ, & est illa quam diximus media inter ephemerã & putridam, eo quòd de vtrisque naturam sapit: eo etiam quia ephemera transit in putridam mediante ipsa: si enim aucta oppilatione ephemeræ inflammatur sanguis, & in ephemerã transit, in synocham dictam exaucta magis oppilatio, vt sanguis inflãmatus nullatenus transpiretur, vel si non adeo de quo fit curandum, necesse est ipsum sanguinem putrefieri, & febrem accendere putridam, & sic ephemera trãsit in putridam synocha mediante. quapropter fit difficilis cognitionis, secundum Gal. hæc febris.

De signis oppilatio.

Signa sunt signa eius causæ. s. oppilationis & feb. Signa oppilationis, non sunt signa oppilationis uiscerũ quæ in prima sectione sunt dicta, sed signa oppilationis habitus corporis uniuersi secundũ quem diffusa sunt capita & orificia uenarũ & arteriarum dictarũ, quæ signa plectoriæ esse noscuntur uniuersalis in toto, uel cacochymiæ humorum sua uiscositate uel crassitie habentiũ oppilare, quæ sunt nota. Inquit enim Gale. Nequaquam igitur mirabile est cum plectorias sequuntur feb. etenim oppilationes multæ, & difficile est transpirabile totum corpus secundum tales dispositiones, quemadmodum & alteram multitudinem quæ est secundũ virtutem imbecillem, in corruptionem cito deueniunt humores nõ ultra possessi, & priuatio sudoris, & fordiciei uestigium: & quod ex oppilatione & non alia causa ephemerarum sit feb. ipsa, sicq; distinguitur ab aliis speciebus ephemeræ, signa sunt, quia non ab exteriori causa fit feb. ut uere fuerit: & quia fit periodicans, & remittitur quaque die sine humectatione sudoris uaporalis quod illud non uenis aliis non conuenit, quod etiã ipsa distinguit à synocha quę unus est paroxismus: ex his enim coniecturabis feb. ex oppilatione procedere, maxime prædictis concurrentibus signis qđ est, quia illa omnia in aliis non concurrunt ephemeris nec synochis, & distinguitur à putrida, quia in eo non apparent signa putredinis propria quæ infra dicentur duce Christo, licet aliqua communia uideantur: periodizat enim quaque die cum frigore, caliditas tamen eius non est mordax, sicut in putrida sic indigesta, nec in pulsu uelocitas systolis, quæ proprie sunt putridarum.

De signis febrium.

Signa uero feb. fiunt, proportionalia signis feb. apostematum, ex qualitate caloris in uniuerso extẽsa corpore nõ mordaci, inflammatione faciei maiori & rubedine, cũ magnitudine & frequentia pulsus absque aliis.

Et cura eius est tres res. Abscisio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, & correctio accidentium. Abscisio causæ completur cum phlebotomia & purgatione. vt siquidem in causa oppilationis sit plectoria & multitudo, ministrentur phlebotomia eradicatiua totius ducens ad lipothymiã: hæc enim phlebotomia causam abscindit, & corpus in contrariam dispositionem febrilem adducit, nullo auxilio mediante. Si uero causa fuerit cacochymia crassorum humorum & uiscosorum, aut erit cum peccato sanguinis, aut sine: si cum peccato sanguinis, phlebotomia præcedat minoratiua: deinde sequantur pharmaca aperientia, quæ subtilient & rectificent humorum crassitiem & uiscositatẽ absq; multa caliditate, quale syrupus acetosus simplex cum aquæ endiuiæ, & fœniculi, apii, & similium æqualitatem habentium. Et deinde apparente digestione pharmaca solutiua ipsius appropriata, quæ in nostro antidotario seriosius sunt monstrata: aliter autem aperitiua aperiendo uenarum ductus, & dissoluendo humores sumpta interius transeundo ad locum oppilationis, eorum abundantiam trahent in ipsam, & in eis aggregant & incunceant, sic oppilationem augent, non aperiunt. Si uerò absq; sanguinis peccato

miſtrabis à principio enemata & uomitus ipſorum abundãtiam minorantes: & deinde prædicta pharmaca interius quæ ſubtiliant, incidunt & abſterguat, & euacuant, & diætam extenuatiuam iniunges. Et deinde ad loca oppilationũ deuenies cum approximatis medicinis exterius, quæ rarificent humores oppilantes, ſubtilient, reſoluant, qualia ſunt frictiones temperatæ cum oleis temperatis rarificantibus, & reſoluentibus, & ſudorem prouocantibus, quæ ſuperius nota ſunt: Et cum aliis medicinis temperatæ caliditatis, & earum pluribus qui abſtergant, ut eſt farina cicerum & fabarum, uel hordei, & radicum lilii, & amygdalarũ amararum, & ſimiliũ. Et ſi indiget fortiori, utatur ariſtolochia, ſpuma maris, & baurach pulueriz atis, ſi non obſtet caliditas feb. & cum eis miſcebis quæ cum infrigidatione abſtergãt, ut ſemina communia pulueriz ata, & farina hordei, aqua melonis indi, & ſimilia, & balnea aquarum dulcium eucratarum quæ aperiunt poros, & humores in orificiis capitum uenarum & arteriarum contiguarum poris obſtruẽtes obſtructos in uaporem diſſoluunt, & ſumum eoſque ad ſe attrahunt & reſoluunt. Inquit enim Galen. Reſolutio eſt cum humores corporis fumi facti per poros dilatati egrediuntur. Et hoc in fine totius ægritudinis, & declinatione ultimi paroxiſmi cum materia eſt tota digeſta perfecte eradicata, quæ ſi perfecte digeſta, & poſt primum paroxiſmum adſit balneare tunc in declinatione ipſius, & non timebis, & poſt ſecundum, quòd ſi affuerint nequaquam balneabis. Accidit enim rigor ex diſſoluta materia & indigeſta, & ex caliditate cum humiditate præter naturam corpori acquiſita tranſpiratione prohibita putrefiet & in febrem putredinis cõuertetur.

De febre ephemera, quæ fit à caliditate ignis uel ſolis. Cap. 18.

ACcidit in corporibus laborãtibus circa ignem uel ſub ſole, ut quaſi areſcat, & induretur cutis eorum adeo ut teſta fiant, ſicut bruta animalia quædam habent, maxime ſi complexionis exiſtant aduſtæ, quare pori eorum attenuantur & conſtringuntur, ut ſuperfluitates fumoſæ generatæ in eis, maxime ex calidis cibis aſſumptis reſoluantur, ſed retinentur, & non reſoluũtur magis tranſpiratione prohibita quæ ſpiritus inflammat & de eis ad ſubiecta alia tranſeunt & lædentem & contriſtantem febrem accendunt. Signa eius ſunt ſigna complexionis naturalis, diſpoſitio cutis, ars, & regimen, quæ indicant cauſam eius, & caliditas acuta in toto extenſa corpore, uniuerſas actiones & paſſiones lædens, ſitis & anguſtia, & alia quę in ephemera ex calore ſolis, & cibi dicta ſunt.

Cura eius eſt tres res. Ablatio cauſæ, alteratio febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium. Prima completur cum correctione omnis calidi extrinſecus & intrinſecus propinanda, & cum ſituatione corporis in aere parum calido, & humido magis cum miniſtratione balnei aquæ dulcis eucratæ & multæ quæ mollificent cutem & rarificent poros eius & fumoſas ſuperfluitates reſoluant, & cum frictione ſuccedente cum oleis frigidis humidis, ut eſt uiolatum proprie. Secundam rem complent quæcunque infrigidant & humectant ex cibis & potibus & medicinis interius & exterius miniſtratis quæ ſpũs alterent, multiplicent, & confortent, & cor infrigident, & humectent ipſum & totum corpus. Tertiam rem complent, quæ ſitim mitigant ex propriis frigidis, & aeris inſpiratione, & quæcunque anguſtiam curãt, quæ ex dictis ſunt manifeſta.

De febre ephemera, quæ fit à frigore. Cap. 19.

ACcidit quoq; ſimiliter vt prædictis fumoſorum uaporum retentio in corporibus calidis, cũ aeri frigido exponuntur, & ſub diuo dormiunt, & maxime hyeme, & balneãtur in frigida aqua niuea uel ſtiptica, uel aluminoſa, uel gypſea propter conſtipationẽ pororũ accidentẽ ex illis tranſpiratione prohibita, & inflãmatur cũ eis calor & accenditur in ſpiritibus primũ, deinde tranſiẽs ad alia corporis ſubiecta, lædentem & contriſtantem fe. accendit. Signa ſunt præceſſio cauſæ & catarrhus & coriza ex expreſſione accidens ſicut illis, qui extaſim ſunt paſſi ex diſſolutione, differentes tamẽ ſignis, quia calor pallidus, & pulſus durus paucæ uelocitatis & frequens, difficultas anhelitus, & grauedo capitis propter fumos retentos. Vrina tincta & caliditas in toto corpore extenſa parua. Et cura eius eſt tres res, ablatio cauſæ, alteratio febrilis dyſcraſiæ & correctio accidentiũ in prima immiſsione & acuta cum retinetur. Primam rem complent, quæ primam rem compleuerunt in prædicta. Oportet tamen ut ad caliditatem magis accedant, ſicut ibi ad frigiditatem, uel ſtipticam caliditatem, ſintq; paulatim non ſubito approximata, quare oportet ut loco olei uio. miniſtretur irinũ, uel loco chamæmilli ni ſambucinum, & amyg. dulcium, anethinum, & de lilio, per ſe, uel mixta, uel narciſſi, quæ algoratis ſunt propria & ſtipticitatẽ cutis ac duritiem molliunt, & aperiunt poros ut uapores expirent, & oleum de apio quod prouocando ſudorem illos educat & difficultatem anhelitus auferat. Secundam rem complent quæ ſecundam rem compleuerunt, & ibi prædicta ſint, aut frigida minus uel temperata.

Tertiam rem complent quęcunq; aſſumpta ex medicinis curant catarrhum frigidum, quæ ſuperius ſerioſe & cõplete ſunt dicta cap. proprio, pectus & pulmonem dilatant, & anhelitum reddunt facilem. Ex quibus quædam ſunt ſimplicia quædam cõpoſita. Simplicia ſunt ut arthemiſia & decoctio eius ſumpta, radix & ſemen ſeſeleos cum aqua mellis, iris & oleum eius inunctum, & oleum balſami, hyſſopus ſicca & decoctio eius cũ caricis gargariz ata & bibita in aqua cicerum, ariſt. ro. & naſturcium, cyminum, chalbanum, & ſimilia, quæ quidem ſunt calida ualde, miſceantur cum frigidis dilatantibus, qualia ſunt ſpinachia, aqua hordei, & ſimilia, ob quam rem decoquuntur in aqua hordei uel communiſtrentur cum aqua ſpinachiorum, & cyminum cum aqua bibitum, ſi non prohibeat tuſsis; apium, & fœniculum, & ſimilia, quæ cauſa breuitatis tacẽtur. Compoſita ſunt diairis, diacalamentum & ſimilia, ut ſyrupus de praſio theriaca & ſimilia, & quæ grauedinem capitis ſedant, & tollunt, quæ ſupra in cura ſodæ ſunt ſufficienter monſtrata. ideo non hic amplius repetantur. Idem enim in omni loco repetere alienatio eſt dixit Gal.

De febre ephemera, quæ fit ex apoſtemate. Cap. 20.

CVm accidunt apoſtemata in membris apparentibus ut emunctoriis principalium, quæ bubones Hippo. appellauit ex ſuperfluitatibus propriis quas principalia ad illa mittere conſueuerunt & mittunt. commota uero ab aliqua procatarctica cauſarum, ut eſt cibus plurimus, aut caſus & percuſsio in aliquo principaliũ, tales multiplicans ſuperfluitates in eis quas confortata mittunt poſtmodum in emunctoriis ipſis, aut ſcabies, ſeu ulcus innaſcens eis, ex quibus prouenit dolor in illis contrahens & prouocans per principalia ad tranſmittendum eis ſuperfluitates, & rheumata, uel in aliquo altero mẽbro ad quod uia ſit per emunctoria ipſa tranſire ſeu eis aſſociata ut in pede manu uel collo, ita ſuperfluitas tranſmiſſa ad illum dolens, tranſiens per emunctoria, in eorum ſpongioſitatibus colligatur, & ſic comparantur emunctoria illi, quia ſit illa uia, ut dixit Abo. Et manens ſecundum locum bubonis ſeu in emunctorio collecta & circunſcripta intrãſpirabilis putreſcit, ſecundum primum uel duos dies continuos tota ſimul, abſque intermiſsione propter concluſionem & continuitatis partium eius in illo eodem quoq; loco maxime cũ plurimum ſit ſanguinea, ex cuius putrefactione prouenit caliditas. Inquit enim Abo. Augmentum autem in quantitate plurimum eſt infrigidans, niſi cum ex eo accidit putrefactio, quemadmodum enim putrefactio ex caliditate, ita ex putrefactione prouenit caliditas, quæ ſecũdum plurimũ de loco bubonis tranſit ſecundum continuitatem intermediorum membrorũ ad cor abſq; putredine ſeu fumo putridoaliquo, propter circũſcriptionem & incluſionem ipſius & in loco bubonis à quo nihil reſpirat ex quo ſupercaleſieri cor eſt neceſſe, & primo ſpiritus exiſtentes in eo cum ſint magis alterabiles, ut ſuperius dictum eſt, & de eis deinde tranſeundo ad reliqua corporis ſubiecta lædendo & contrſtando febrem accendunt unius uel duorum dierum ut plurimum, ſecundum quod materia poteſt plurimam effuſionẽ habere. Et deinde paulatim deficit & ceſſat ut infebriens remaneat corpus, quæ ephemera erit non putrida, licet ex putredine fiat. Eo uidelicet, quia ſi putredo caliditatis accenſæ illius ſit cauſa, unde ephemera non uera dicatur, ipſa tamen non plurimum cum caliditate ad cor nõ accedit, ſed caliditatis qualitas ſola abſq; infectione putredinis aliqua. quod ſi tranſiret, non ephemera ſola maneret, ſed etiam fieret putrida, ut dicetur, & licet caliditas in ſpiritibus prius ſit ſola accenſa inquantum ephemera, tamẽ putredo ſuperueniens caliditatẽ præſentis, ſi ſola accenſa, perturbat ephemerę, eiusq; ſigna confundit & obtenebrat tanquàm leuia, ut non dignoſcantur bene, ſed ſigna putredinis magis, ob quam cauſam dixit Galen. Ephemera ſuperueniente putrida quieſcere non ceſſare. quod quidem contingit & raro, & cum contingit eſt malum ſignum. Oſtendit enim non ſolum ſuperfluitatis in bubone collectæ putredinem, ſed etiam alterius antecedentis cauſæ exiſtentis in uenis uel uiſceribus compurreſcentibus illi ex qua putrida fuligo ad cor uadens ad putridam caliditatem accendit & febrem. Vnde Hippoc. In bubonibus omnes feb. malæ, exceptis ephemeris. *Aphor. 55.*

Signa ſunt ſigna demõſtratiua ipſorum apoſtematum & feb. & ſunt ex relatione infirmi uel aſtantium cognita. Et abſq; relatione ipſorũ ab experto medico & famoſo quod eſt, quia uidet dolere infirmum circa regionem emunctoriorum cum impedimento motus manus uel pedis & faciẽ eius inflammatam, & rubeam ultra diſpoſitionem ſanitatis. Et proprie cum fuerint apoſtemata magna & ſentit caliditatem febrilem in toto corpore extenſam paucæ mordacitatis, quoniam eorum materia plurimum eſt ſanguinea, & raro cholerica faciens heriſipelam. Cui accidunt periodi ſecundum materiam, quæ effunditur ad ipſa, & ſuccedit ei humectatio uaporoſi ſudoris & abundantis propter repletionem corporis non propter materiam in apoſtemate intercluſam. Et pulſus in eis eſt frequens magnus uelox & undoſus uel mollis propter repletionem ſanguinis in corpore & in membro caruoſo. Et urina clara & alba propter tranſitum materiæ calidæ ad loca apoſtemata.

Et cura eius eſt tres res. ablatio cauſæ, alteratio febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium. Prima completur cum his, quæ curant apoſtemata, quæ ſupra ſunt dicta & infra dicẽtur propria ſectione Chriſto duce. Secunda quoniã oportet ut in principio opponas remedium membris mittentibus principalibus cum phlebotomia ex parte qua reſpicit membrum mittens, & à membro patiente deriuat. Et deinde cum ſolutione, ſi materia alia ſanguini ſit admixta ita, ꝙ per antiperiſtaſim fiat. In proceſſu uero cum iam tota fluxit materia per eandem uel propinquam partem. Et ſubtilia regimen, nec cibes niſi in declinatione completa, ſi poterit tamen tolerare, nec uinum des omnino, ꝙ ſi tolerare ne queat parum in qualitate & quantitate dabis, ut hordeaceã ptiſanam. Et pones remedium in uia, quæ inter principalia exiſtit & emunctorium cum ſtipticantibus & conſtringentibus ſupra notis. Deinde circa membrorum apoſtematum particulares operationes in apoſtemate neceſſarias exercebis cum calidis temperatis & parum ſtipticis in principio, ut cum chamæmilla & oleo eius non frigida, nec apocruſtica cum repellãt ad principalia, quibus oportet trahere magis, quàm repellere. Deinde cum reſolutiuis, ſi reſolutio ſit poſsibilis, qualia ſunt emplaſtra ex fœnugręco, ſe. lini, florũ chamæmillæ, radicum althææ, ireos, & ſimilibus quæ ſupra ſunt dicta in apoſtematum cura. quod ſi nõ ſit poſsibile maturetur, incidatur, mundificetur, & conſolidetur deinde.

Secundam rem complẽt quæcunq; infrigidant & humectant ex medicinis interius & exterius approximatis non ſupra membrum apoſtematum, ſed ſupra principale quod mittit, & etiam ſupra cor, quæ ipſorum alterent ſpiritum, & uirtutem eius confortent, quæ ſupra in cura cordis ſerioſius ſunt narrata. Tertiam rem complent, quæ dolorem, ſitim, uigilias, & alia accidentia habent corrigere, quæ ex dicendis infra ſectione ſecunda ſunt nota, ubi de cura bubonum agemus proprie, ſi Chriſtus annuerit, qui ſit per infinita ſecula benedictus.

De ſynocha inflatiua. Cap. 21.

ET quia ſynocha inflammatiua media eſt per quã tranſitur de ephemeris ad putridas, & utriſq; communicans in natura, ut eſt dictum, ideo completo ſermone de medicinis ephemerarum, antequàm de medicinis putridarum ad ſermonem deueniamus, prius de medicinis ipſius dicamus ut melius ſit ſermo de ipſa. Fit enim ex inflammato ſanguine abſque putredine, in modo non uerę ephemeræ propter oppilationem accidentem mediocrem ex multitudine eius, in locis prohibentem eius traſpirationem, & multiplicantem eius uapores in corpore, quapropter accidentia & ſigna eius licet propter conuenientiam eius cum extremis ſint dignoſcantur difficilia, erunt tamen ſigna complexionis ſanguineæ plethoria, cum uita delitioſa ac cutis ſuauis ad modum corporis balneati extenſa in uniuerſo corpore, ut plurimum protenſa uſque ad quartum diem, & quandoque uſque ad ſeptimum periodizans in aliquo, quia unus eſt paroxiſmus tota, ut ſuperius dictum eſt, per id quod ab utroque extremorum diſtinguitur generum, in quo procedit augmentando ſemper uel minuendo, uel aliqualiter inflammãdo ſecundum diuerſitatem generatorum uaporum in ſanguine, quia aliquando magis multiplicantur, quam reſoluantur, & caliditas inflãmatur oppilatione magis aucta, aliquando econuerſo oppilatione minorata, quam hora, & tunc fit peraugmaſtica. Et aliquando multiplicantur & euaporantur æqualiter permanente oppilatione in prima diſpoſitione, & tunc fit homotena. Et neque in pulſu, neq; in urina ſignum exiſtit putredinis, ſed eſt magis uelox & ſpiſſus. Et urina digeſta, rubea, roſea in colore, ſubſtantia ſpiſſa, cum circunſtantiis ſimilibus ſibi. Tresluius ſpecies.

Et cura eius eſt tres res. Abſciſsio cauſæ, alteratio febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium, parua de uirtute ex ſe conſideratione habita, eo ꝙ non ſe committit niſi forti uirtuti, quæ uſque ad terminum præſignatum abſq; cibo tolerare ſecure poteſt, niſi cõplexio naturalis, & potẽtia corporis, & rara ſtomachi diſpoſitio, & alia exterius contingẽtia contradicant. Inquit. n. Abo. Quædam corpora ſunt, quę niſi cibentur in principio primo & in deteriori hora eius, conſumuntur & debilitantur, uel in ſyncopim deueniunt & moriuntur, ut cholerica, & ſunt de hominibus quidam qui ſunt exuberantis carnis, qui cum abſcindituir eis cibus, debilitantur & extenuantur, quia non tolerant prohibitionem. Et omnis eius calor innatus eſt fortis ualde aut debilis, ut non poſsit dimittere cibum, niſi enim eſſet uirtus fortis in ea tanta multitudo ſanguinis, in tranſpiratione prohibita nõ poſſet gubernari & regi, quin in putredinem deueniat. Vltima enim cauſa putredinis humorum perfectiua & per modũ priuationis eſt derelictio à natura, licet prima cauſa putredinis ſit ipſius & per modũ paſſionis oppilatio prohibens tranſpirationem, qua acquiritur calor, & fumus extraneus in humore, qui cauſa eſt ut à natura derelinquatur & putrefiat humor.

Primam rem complent phlebotomia facta in principio nulla expectata digeſtione uel hora, imo quacunq; die uel hora ingreſſus fueris ad infirmum. Inquit enim Abo. cunq; phlebotomia ſit retentio ſanguinis, non expectatur digeſtio ſed facienda eſt uſque ad defectionem & ſyncopim ſeu lipothymiam, quæ eſt defectio reparabilis. Inquit enim Hippoc. in aphor. Et ubi oportet uſque ad defectionem euacuationem oportet ducere. In maximo enim dolore & in acutiſsimo apoſtemate, & in febribus peracutis nulla melior medicina hac eſſe poteſt. Gal. ait. Eſt enim maximum eis auxilium cum ſit eis ſuauius, & cum lipothymia corpus ſtatim in contrariam diſpoſitionem adducat. Ẽ ducendo. n. totam ſanguinis multitudinem, oppilationem ac febres dependentes ex ea tollit, & etiam accidentia ſiqua comitentur, ut anxietas, ſitis, & uigiliæ, ſic omnem diſpoſitionem tollet præter naturam, & maxime ſi tantum quantum ſuperabundat euacuet. Et ſi aliqua requirendarum intentionum non contradicat ſeu intrinſecarum ſeu extrinſecarum. Et ea dimiſſa in periculum multitudinis putrefactionis ipſius, uel ſuffocationis perducent infirmum, uiſi uirtutis potentia hæmorrhoſagia, uel ſudore copioſo iuuetur, poſt quam dabis lipothymiæ gratia iuleb. roſ. cum frigida, & poſt unam horam cibabis ptyſanæ ſucco, in craſtinum uero fricabis, ut aperias & rarifices poros, deinde balneabis & cibabis uberius. *1. aphor. aph. 23.* *Regimen phlebotomati.*

Quod quidem dictum impugnat Auerrois tribus ra-

tionibus talibus,quarum prima est talis . quòd est,quia medicus debet sequi naturam , & natura nullam facit euacuationem sanguinis ducentem ad syncopim : ergo nec medicus talem facere debet. Secunda est, quia cum in euacuatione oporteat ut solum,quòd nociuum est perpendatur & naturale non,immo dimittatur ut syncopis non sequatur euacuationem nisi quatenus quod naturale est educatur,propterea in euacuatione ad eam nullatenus ueniendum est. Tertia ratio quod est,quia in tali corpore est aptus aliquis humor putrescere si euacuatio perducat ad syncopim, uirtus cadens non poterit resistere , quin corrumpatur humor ille , cum non reguletur & eius corruptionem si sequatur non erit quod emendet.

Syncopis duplex.

Quibus rationibus solutio patet , si distinctio præmittatur scilicet quòd duplex est syncopis, reparabilis & non reparabilis.Secundo si sciatur quod casus uirtutis & syncopis reparalis de qua hic intelligit Ga.accidat non solum in euacuatione iuuatiui & eius,quod naturale est , sed etiam in euacuatione nociui , dummodo subito & simul fiat, sicut in phlebotomia præsenti . Tertio si sciatur,quòd facta resumptione cum cibo uel aliquo nutritiuo uirtus , quæ cecidit resumatur statim , eo ilico post euacuationem dato . Nam cum sit syncopis leuis,quæ proprie lipothymia .i. apparens casus est dicta ex cibo resumpta uirtus uel reparata poterit regulare humores ne in putrefactionem deueniant , & etiã corrigere putrefactionem si forsan consequatur .

Secundam rem si necessaria sit,ut puta quia phlebotomia sit omissa,uel quia facta non totum quod superabundat sanguinem eduxit,ut infrigidet corpus, complet aquæ frigidæ potus usque ad coloris mutationem scilicet ut fiat pallidus & tremat.Et illud est ut detur ex ea usque ad minam unam & est pondus lib.iiii.Inuenit enim in tali corpore præsubito omnes conditiones in eius administratione seruandas , & sanguinem inflammatum & subtiliatum à feb.infrigidando inspissat,ut ad principalia non discurrat , & febrilem inflammationem statim extinguat , nisi corpus sit accidentaliter immutatum , quo casu ab eius datione oportet desistere , & alijs uti medicinis quæ obstructiones aperiant , multitudinem euacuent , & febrem extinguant , quæ sunt notæ infra . Et quòd tantæ uirtutis in cura huius feb. existit , quòd si phleboromia celebrari aliquo modo non possit uel propter medici tardum aduẽtum, seu eius inscitiam , aut laborantis delitiam seu inobedientiam , suspitionem , uel timorem , uel astantium proteruiam & excitationem quam medicus euitare debet , ipsa sola sufficiens est ad curam maxime uel signa digestionis humorum obstruentium si alij sint à sanguine uideatur . Confortata enim uirtus ex temperantia subiectorum eius scilicet spirituum , & humorum , & membrorum radicalium propter frigiditatẽ aquę, humoribus obstruentibus præ subtilitate obuiat . ut quousque benignos inueniat ad se trahat . inutiles uero per uentrem uel sudorem excernat,& plethoriam sanguinis per hæmorrosagiam in regionem aptam magis expellat,anxietatẽ auferat,sitim extinguat,& prouocet somnũ. Ita ut hæc duo ipsius syncopæ sint maximæ sanationes scilicet phlebotomia omni tempore,& frigidę aquæ potatio apparente digestione siue sibi inuicem succedentes siue ministratæ distinctim.Completur quoq; cum aliis medicinis interius & exterius ministratis super spiritualia proprie,maxime ubi cõditiones phlebotomandi ac exhibendi frigidam aquam desint,uel plures obsistentes inueniantur , quæ ex dictis & dicendis sunt notæ.Et deinde cum balneis dulcium eucratarum aquarum,quæ aperiant poros,subtilient humores crassos obstruentes, & eorum uiscositatem abstergant , multoties replentem in uapores conuersam & sudorem euacuãt & resoluunt . Completur cum cibis & potibus frigidis & humidis,quæ alterando dyscrasiam feb. potentem in se uirtutem scilicet exolutam ex corporis dispositione uel aeris exterioris siue extensione dierum maiori propter magnitudinem oppilationis aut inscitiam medicorum conforent. Sintque talia qualia supra hæc ĩ cura ephemerarum sunt dicta.Correctio uero accidentium ex dictis est manifesta .

SVMMA II. particulæ primæ , sectionis secundæ, quæ est de medicinis febrium putridarum.

Equitur summa secũda particulæ primæ sectionis secundę,quæ est de medicinis febrium putridarum .

Continet autem capitula octo .

De ordine curationum seu medicationis ipsarum & medicatione eorum secundum modum uniuersalem. Cap.1.
De medi.feb.in speciali,& primo simpliciũ & inter ea primo synocharum in putredine sanguinis sientium Cap.2.
De med.feb.phlegmaticarum,& primo de quotid. Cap.3.
De med.feb.choleric.& primo de tertiana. Cap.4.
De medicinis feb.melancholicarum. Cap.5.
De medicinis feb.pestilentiosarum & earum, quæ de gene re sunt illarum. Cap.6.
De medicinis feb.apostematum. Cap.7.
De medicinis feb.compositarum ex eis. Cap.8.

De ordine curationum seu medicationis ipsarum , & medicatione eorum,secundum modum uniuersalem. Cap. I.

QVoniam contingit ephemeram transire in putridã per synocham mediam, cum non contingat transire de extremo ad extremum nisi per medium , ut est dictum , ideo post curam ephemerarum primarum primam & synochę mediam,dicendum est de cura putridarum in ordine exemplificatarum,Et primo in generali. Secundo in speciali,præcedit enim generalis specialem artificialiter & naturaliter: Verum quia febri putredinis accidit ut sit morbus,in se,aut accidens, & simplicem & compositam faciens varietatem, ideoq; in cura præcedunt putridæ illis quæ sunt accidens,sicut substantia accidens, & simplices cõpositas,& elementa elementata . Primo igitur de medicinis putridarum simplicium est agendum , secundo de medicinis compositarum & simplicium. primo de medicinis se. quæ sunt morbus per se,secundo de medicinis feb.quæ sunt accidens & de earum , quæ sunt per se morbus . Primo de medicinis synocharum factarum ex putredine sanguinis eo quòd de synocha inflammatiua media facilius deuenitur scilicet in putredinem sanguinis,quàm aliorum humorum . facilius enim est ut caliditas inflammata in sanguine impri mat putredinem in se ipso,quàm transeat in alium humorẽ, cum in eodem subiecto existat,& magis putredini apto, & propter complexionem eius & substantiam quidem & situm.Inquit enim Gale.illa solum.i.maxime putrefiunt corpora,quæ calida sunt & humida intranspirabilia & inflabel labilia in calido & humido manent. Sic aliis humoribus citius putrescit & maxime si aquositate generata ex fructibus sit infecta eius substantia & crudo humore reddente ipsum intranspirabilem . Et quia inter humores omnes superexcrescens irregulabilis fit à natura , factus inobediens febrẽ accendit synocham id est continuam proprie , & maxime propter eandẽ causam,ut superius est expressum in tractatus huius principio , licet raro talis febribus fiat ut Ga.ait Custodit enim ipsum natura tanquam thesaurum & filium, & usque in postremum . nec deserit ipsum nisi coacta , ut superius in consolatione medicinarum diximus , & sic tardius putrescit , licet ex sui dispositione sit magis aptus .

Secundo de medicinis phlegmaticarum sientium in putredine eius . Citius enim putrescit , & ad putrefactionem accedit , quàm cholera , sapiens de natura sanguinis , & proinde quaque die febrem accendit non per tertium , nec per quartum quemadmodum alii . Et si cholerica propter sui caliditatem igneam apta inflammari sit magis , quàm phlegma & putrefieri quod est aqueum frigidum humidum , cum caliditas ut efficiens in putrefactione magis , quam humiditas ut materia operetur ; Ipsa quoque cholera licet finaliter non sit , tamen humida substantialiter semper est , quandiu in specie humoris existit , dicente Gal. In omnis humoris substantia aqueum dominatur elementum,phlegma tamen sua crasitie aut uiscositate substatiæ necnon sua multitudine excrescentiam eius compescit, ultra utranq; cholerã , ut superius diximus in consolatione medicinarum,multarum oppilationum est causa. Et proinde transpirationis prohibitæ , quæ est causa inflammationis caloris præter naturam in eo , quæ putrefactionis causa existit maioris & citioris,quàm caliditas cholerę, quæ naturaliter est,licet sit ignea,ad quod adiuuat complexio humida,supra humiditatem substantiæ in eo additam aqueam & putrescibilem magis.Situatio quoq; eius quia in profundo corporis est posita,& iuxta sanguinẽ propter sui naturã nõ in circunferentiis ut cholera , quæ de natura ignis existens de centro ad circunferentias semper mouetur ex se in quibus refrigerium euacuationis requirit . Opitulantur quoq; ad id semina suæ putredinis,quæ in loco suæ mineræ seu putrefactionis reliquit.Quapropter intermissio est impurior & secundi paroxismi tempestiuior inuasio , sunt.n.causa ut regeneratus humor ex dispõne particularum citius ad putredinem incitetur, & sic faciat paroxismum secundũ singulos dies non cessans periodizare,donec particularum dispõ corrigatur . Tertio de medicinis cholericarũ in putredine existentis choleræ quæ tardius mouetur, quàm phlegma,licet frequẽtius accidat propter caliditatem suam , mouetur & furit,ut nõ reguletur & putrefiat , & feb.accendat coadiuuantibus similibus circunstantiis, ætate.s.cõsuetudine,& tempore calidis,& regimine . Simile.n.auget suum simile, facit ipsum furere , frigida ipsarũ existẽs contraria remittit & refrenat.vnde Gale.tẽs est augmentatio ægritudinis sibi similãtis. Quarto de medicinis melancholicarũ feb.fieneiũ in putredine melancholiæ,quæ tardius ad putredinẽ præ cęteris mouetur humoribus propter contrarias superius assignatas causas . Quinto de medicinis feb.pestilẽtiosarũm & earũ,quæ ex genere feb.pestilentis sunt.Quæ etsi à cã exteriori & procatarctica sumãt generationis exordiũ,ut ephemeræ,non tñ per modum inflammationis tñ,ut ille in synocha,imo in putredine humorum,& cordis spiritibus earum est complementum,à quo earum denominatio sumitur . & proinde inter putridarũ genera sunt cõputandæ.Et ultimo de medicinis cõpositis , & primo ex generibus ut putridæ & hecticæ,non ephemeræ, quia non facit compositionẽ in cura cuicunque illarum sit complicata. secundo de compositis ex speciebus putridarum non ephemerarum nec hecticarum,cum non faciat compositionem in cura.quemadmodum compositæ ex speciebus generis putridarum , cum ex causa sint putridæ,non habent dependentiam.

Cura.

Harum omniũ medicatio generalis sequens generalem cognitionem ipsarũ in principio huius cap.prenotatam,est quatuor res , quarum tres respiciunt res præter naturam. quarta uero naturales & uirtutes . Prima.n.abscindit causam. secunda subalterat febris dyscrasiam . tertia ponit studium in uirtute & uita cum diæta cibi & potus & regimine debito in aliis non naturalibus rebus . quarta corrigit accidentia.hæ enim res in medicatione earum omnem necessariam complent intentionem ex parte rerum non naturalium conseruandarum comprehensarum sub uirtute,& ex parte rerum præter naturam remouendarum . Quæ si quidem in unum conueniant omnes,ut in feb.cholerica & puri,simplici,una communis erit indicatio,vno quoque cõmuni complenda auxilio , infrigidationem & humectationem demõstrans.Fiet autem cum his, quæ ex medicinis frigidis & humidis interius approximatis secundum omnem administrationis modum & exterius , qui & prout oportet in specialium cura dicetur,si Christus annuat.Et ex illis est potus aquæ frigidæ,alterat.n.& digerit, choleram euacuat per fluxum uẽtris & urinam,uel uomitum, uel sudorem, & quandoq; per omnia simul,& cum uirtus est potens feb.extinguit & sitim,& sic causæ confert,morbo, & accidẽti,nisi fuerint quæ prohibeant aliquę ex conditionibus quæ sequũtur,ut materiæ crassæ cruditatis non subtilis,uel cholericę, cuius digestio est ut remota à sui subtilitate fiat spissa , & aqua frigida facit illud,& stomachi frigiditas debilitas,uel hepatis uel alicuius alterius ex uisceribus, uel dolor in eis, aut apostema seu oppilatio . uel quia complexio naturalis sit pauci sanguinis,& caliditas innata debilis, habitudo extenuata, non carnosa,aut inconsuetudo bibendi eam . Nocumẽtum enim his ex aquæ frigidæ potu generatur maius, quàm sit iuuamẽtum eius in feb.extinctione , & sitis,quare oportet ut dimittatur & recurratur ad auxilium, quod his conferat,illis uero non noceat quãuis sit difficile inuenire dicente Gal. Itaque in contrariis dispositionibus difficile sit inuenire,quod prosit multum,obsit aũt nihil, quòd inter cætera syrupus acetosus comprehenditur esse talis: digerit enim crudos humores obstruentes , & obstructos incidẽdo & subtiliando aperit oppilationem. Et proinde prohibita transpiratio cessat & euacuat illos ripticando, alterat feb. & per consequens sitim sedat,sic equidem omnia,quæ præter naturam sunt in cura feb. putridæ considerandæ respicit indefecte,& eius nocumentum in apostematibus uiscerum & aliis dispositionibus prædictis corporis non est sicut nocumentum frigidæ aquæ. Verum quandoque feb. intentio & sitis est tanta,ut ægrum ad æstuationem & resolutionem perducat , nec proinde sit excusatio ab exhibitione aquæ frigidæ uel alterius extinctiui ualde , ut melonis indi,syrupi de nenufare,de melonibus,& similium.Augmentũ enim in prædictis & materiæ incrudatio melius est, quã corpus ad arefactionem perduci.In quibus uerbis quis mirabitur forte dicens.Quæ cruditas in febre cholerica dicta ex pura cholera est, cum Gale.dicat quòd crudus humor in specie phlegmatis est? ac etiam quæ fe. incensio atq; sitis in phlegmatica esse poterit , cum ipse dicat calorem humoris phlegmatici putrefacti assimilabis utiq; igni fumoso in uiridibus lignis accenso , adeo ut submergat dicens maxima dominatio humoris accendentis feb. qualitas est caloris? Cui respondet Falco dicens . Scire autem te oportet circa primum quod cruditas in humore crasso ut est in melancholia , & phlegmate proprie , cum sit sanguis diminute decoctus,in quo dominatur sicut & melancholia terrea quia frigida est indigestibilis & transire moratur , sicut Hipp.dixit non humore subtili cholerico puro: adeo quod si oppilatio sit in fe. creata ex eo non erit à crassitie & uiscositate substantiæ suæ:licet quandoq; posit esse ex alia, non tamen in proposita feb.sed ab eius multitudine sola,licet ipse humor cholericus purus in sua substantia crudus humor respectu naturæ sit indigestus prius quia uirtuti expulsiuæ non adæquatus propter subtilitatem imbibitam , ob quam eius expulsio sit difficilis , sicut melancholiæ propter eius crasitiẽ in strictos meatus non penetrantis. Et phlegmatis propter adhærentem ipsius uiscositatem in illis membris , subtilitatem postmodum affert frigida aqua potata , quod ostendit Abo. dicens. Vbi autem materia calida indigesta, aut crassa,digesta est concurrentibus conditionibus aliis,tunc frigida aqua est melior res . Si ergo uerbum de cruditate dictum humor ad crassum frigidum & uiscosum digeritur nõ ad calidum & subtilem.

No.de syrupo acetoso.

Obiectio.

Respõsio.

Circa secundum scire te uolumus , q; si intentio fe.& sitis in phlegmatica fe. contingat , non erit à parte humoris phlegmatici in se considerati tantum , sed etiam ex parte aliquorum concurrentium, quæ quatuor rationabiliter æsti mantur. Primum est mixtio choleræ ut in phlegmate salso: non enim est dare purum humorem in corpore: & si humor cholericus dictus sit purus,illud est , quia si mixtionem aliquam habeat,non tamen de qua sit curandum, ut uariet speciem quemadmodum cholera humori phlegmatico mixta, quæ sua ponticitate phlegma facit ponticum . Secundum est positio ipsius , & corruptio in partibus cordi magis uicinis,ut in non uero causone patet . Tertium est oppilatio multa existens in ea,quæ prohibendo transpirare fumos resultantes ex corruptione ipsius multos ad cor conuertit & alia principalia , quia calida sunt , & perdurantes siue adhærentes propter uiscositatem inflammant fortiter illa & per consequens totum corpus atque exiccant , unde feintenditur atque sitis ad quod adiuuat quartum, Et est cordis complexio sicca,& calida corporis, atque eius habitus siccus in quo calor phlegmatis licet sit obtusus, multum intenditur & ignitur.

Causæ intẽtionis in feb.phlegmatica.

Porro si adinuicem res præter naturã discrepent,ut quia ea,quę causam abscindat digerendo & euacuando cũ oportet

tet calidam & ſiccam irritent fe. quod eſt plurimum: & ſimiliter accidens dictum, ſicut in febre phlegmatica proprie & melancholica eſt uidere, tunc cõſiderandum. Nam ſiquidem cauſa morbus & accidens ſint æquales in fortitudine & in lædendi malitia, tunc cura ordinata locum habet. Et eſt ſecundum Gal. ut quia primo abſcindere cauſam oportet cum remiſſe calidis propter feb. deinde ad eam, quæ ab illa facta eſt ægritudinem deuenire, deinde ad accidens ſiquod perduret inſtare, uel ſimul omnes inſpicere, quæ eis ſunt cõgrua componendo, uel diſtinctis locis unicuiq; propria applicando, uel nunc ad unum nunc ad aliud intendendo. Si uero fuerint inæquales, ut quia intentio quæ ad cauſam, intentionem ſuperet, quæ ad feb. aut eam, quæ ad accidens, uel econuerſo, tunc fortiori intendendum, alterum uero non negligendum, ſed alterum trium dictorũ modorum utrunq; incipiẽdo, uno plus, altero minus. Si enim magnitudo feb. ſuperet, eamq; omittes totaliter, intendendo ad cauſam, ſimul febris cum febricitante peribit & econuerſo. Si cruditas cauſæ ſit multa, & feb. parua, ut accidit in phlegmatica, plurimumq; intendes, quę ad feb. totaliter de relinquendo cauſam, augmentabis cauſam & cruditatem ipſius, & ex conſequenti feb. quidem curando, fe. augmentabis ipſam, ut G. dixit.

In abſciſsione aũt cauſæ duæ res ſunt neceſſariæ. Alteratio & euacuatio. Inquit enim Gal. Ferunt. n. ſi contingat in humoribus putrefactis accendi fe. demonſtratio in talibus eſt alteratio & euacuatio: ipſa uero alteratio digeſtio eſt: Completur autem cum duobus ſcilicet cum minoratiuis in principio, ſi multa ſit cauſa grauãs uirtutem. Eius enim minoratio pars digeſtionis exiſtit, ut infra patebit, quæ ſunt ex medicinis & uomitibus & clyſteribus præmiſsis ſecũdũ inclinationem materiæ ad ſuperius uel inferius, quam ex nauſea uel rugitu uentris percipies, & etiam cum ſuccedẽtibus phlebotomia aut pharmacia ſecũdum ſpeciem dominantis materiæ, & ſituationem eius, ſiue ſituata ſit in uenis, ſiue in primis, ſiue in ſecundis, & maxime ſiue aliis extremorum, ſiue extra, ut in ſtomacho & inteſtinis, ſiue hepate ſiue in ſplene, ſiue in partibus cordi propinquis, ſiue in carnoſis & ſubcutaneis eius per aptiorem regionem fiat. Et prout eis correſpondet & conuenit, uel proportionalibus eis, ut ſunt uenarum hæmorrhoidarum apertio, menſtruorum prouocatio, & ſanguinis ex natibus, & ſcarificatio in doſſo & cruribus. Et urinæ & ſudoris prouocatio cum temperatis in caliditate, quæ eſt pharmacia proportionalis: & utrique abſtinentia & fames, quæ minuit & exiccat per accidens omnes humores. Sed cum phlebotomia quidem, ſi ſigna repletionis, uel peccatum ſanguinis appareant, & urina rubea, & ſpiſſa, & uirtus, & ætas corporis conſenſerit. Nam ex quo deuenit in putredinem humor, uirtus quæ prius fuerat fortis facta eſt debilis. Ideoq; aduertendum ſi toleret. Inquit enim Hipp. Acutas paſsiones phlebotomabis ſi robur uirtutis fuerit, & æger iuueneſcat ætate, & in euacuatione cum pharmacia etiã & aliis. Inquit enim Gal. In omni autem purgatione uirtus conſideranda eſt, & tandem pro ſuo poſſe purgetur. Si enim uirtus deficiat cohibẽda eſt euacuatio, & ſi non tota exierit abũdantia, nec in eaſis audax, imo poſtponas, inquantum poſsibile eſt ſequens naturam, quæ ipſum uſq; in poſterum reſeruat, nec deſerit niſi coacta, & ex ſe ſanguinis peccatum corrigit & frequenter emendat. Cum uero coegeris illam celebrare, quia multitudo grauãdo ſuperat, & tendit ad putredinem magis, quod oſtendit, quia urina cũ rubedine & ſpiſsitudine, magis tunc phlebotomabis, nec multum ſimul educens, quanquam multum abundet. Multum enim & repente euacuare fallax eſt, & naturæ inſuaue, dixit Hippo. in apho. Et oppilatio & putredo non ceſſat per eam, euacuet de bono etiam, naturam in defectionem adducet, ut non fiat potens in criſibus expectandis. Quare oportet intemporanee cibare & uberius, & ſic diſtrahendo à digeſtione naturam, & addendo in cauſam prolongabitur morbus, ut ergo dimittas aliquid ſanguinis in cibum naturæ parum educes, & ſi oporteat, ſecundabis, & interim cibabis, ut loco mali euacuati, bonum reſtauretur. Ait enim Gal. corruptioni neceſſaria eſt reſtauratio cum temperamento, propter quod ſecundatio eſt melior multitudine. Et cum pharmacia quidem, ſi cacochymiæ ſigna uidebis, & urinam à prædicta diſperſam, ſit autem appropriata humori peccanti, nec ſit ex fortibus, quæ agitent, & inquietent humores & ſic in digeſtione ipſos impediant, & quandoq; ad periodum ipſos incitant, & feb. inflammant. Sed ex lenibus, quæ cum frigiditate non ſtipticent, ut myrobalani, qui oppilãdo impediũt digeſtionem intentam, liniendo, & lubricando naturam ad fluxum diſponant, ut eſt mel, caſiafiſtula, manna, ſiracoſt, & ſuccus duorum granatorum expreſſorum cum pulpis ſuis, qui ſua temperata ſtipticitate non debilitant ſtomachum relaxando, ut caſia, ſed confortat ſuauiter, & laxat ut decet. Et ex illis eſt aloe ablutus tantum cum aqua cordumeni, uel ſolatri, fructuum aqua, & ſimilia. Vel cum caliditate tẽperata, ut alubleb ideſt mercurialis, & medulla cartami, & ſimilia, ſic multitudinem minuant & naturam alleuient, ut in digeſtione reſidui potentior fiat. Inquit enim Hippocr. Inchoãtibus morbis ſi quid uidetur mouere, moue. quod Gal. confirmat dicens, Alleuiata enim, quæ diſpenſat noſtra natura corporea, & deponens quod aggrauat uelut onus alienum, dominatur reliquiæ facile. Tunc enim digerit quod digerendum eſt, & expellit quod expellendum recolens propriarum actionum, niſi materia mobilis fuerit de membro ad membrum & furioſa. Inquit enim Hippo. Digeſta medicari & mouere non cruda neque in principio niſi expediat. Aduertendum autem ut eius euacuatio commode fiat, ne ſit in corpore aliquid quod illam impediat, ut uiarum oppilatio. Si enim non ſit iuuamentum in eductione ipſius erit magis, quàm à periculo maximo liberatus, quàm ſit nocumentum ex febris intentione quã natura pharmaci facit, maxime cum ſit euacuationi parata non reſiſtens materia, quia ſubtilis non imbibita. Quia mobilis & quia mala malæ, & naturæ multum odioſa in euacuatione ipſius per artem iuuabit natura, quæ ſit adſit, nec poſsit ſtatim & in breui corrigi, dimittatur, nocumentum enim in eius commotione iuuamento ſi quod poſsibile ſit eſt ſimiliter maius. Et ideo ad aliquod remedium ſi quod poſsibile eſt, recurratur, ut ſunt ualde inſpiſſantia, & congelantia, & ſtupefacientia, oppilantia, & confortantia principalia. Ex quibus ſunt theriacalia ſimplicia, & compoſita nota, quæ iuuant in liberando à mortis periculo quod omni nocumento eſt maius. Nec moueas cum eis in die periodi niſi apud neceſsitatem. Inquit enim Hippoc. Medicari ſi conuenit in ualde acutis eadem die, ſi expedierit, differre. n. in talibus malum eſt, deinde aliqua digeſtione ex his præmiſſa, dabis aliquod ex ſolutiuis, uel prouocantibus urinam ex temperatis, deinde ſudorem. Completur quoque digeſtio cum digeſtiuis ex propriis ſimplicibus & compoſitis medicinis & cibis & potibus, non ſubtiliantibus nec inſpiſſantibus abſolute, ut quidam arbitrantur & male inhærentes dictis Gal. in. ii. regiminis, &. ii. prognoſticorum: ubi inquit q̃ digeſtio procedit in omnibus inſpiſſando, ſed reſpectiue ut quæ inſpiſſando humores ſubtiles imbibitos, craſſos ſubtiliando, & uiſcoſos incidendo eorum ſubſtantiam uirtuti expulſiuæ adæquant, ita ut ad expulſionem facilem ſint parati non ſolum obſtructi, ſed etiam obſtruentes qui cauſa oppilationis & prohibitæ tranſpirationis exiſtunt, quæ ſcilicet & qualia ſunt in ſpecialium cura, dicetur, Chriſto duce. Et ex compoſitis eſt ſyrupus aceroſus maxime, qui commune eſt digeſtiuum omnibus humoribus, ſicut ſupra in ſuo capitulo diximus. Et ſumatur cum aqua calida ſimplici in humoribus craſis hyeme, cum frigida in calidis ſubtilibus ætate, ut eſt hordeacea. Corrumpitur enim plurimum hordeacea illi mixta aqua, & accedit in ſtomacho ſi parum de nocte detur ante accipiendum ius, uel poſt cibum. Caue tamen ne ad raſuram perducat, quod contingit cum inteſtina ſint nuda & uacua, quod eſt in acutis peſsimum. Et cum ſomno in declinatione uel fine ſtatus facto. Et hic intendatur digeſtio & quies, quæ magis eſt digerens. Quod ſi in curaſtarum febrium utaris aliquo ex his, quæ putredinem prohibent & rectificant, res erit iuuamenti magni & magnæ confidentiæ in ſanatione corporum, habent enim humoris putredinem aptam per contactum tranſire in alios, non ſolum humores, ſed etiam cibos: maxime ſi cacochymi ſint. Inquit enim Gale. Cibi ſubeuntes corpora non prius mundificata à malis humoribus corrumpuntur, quorum quantitas augmentatur, & qualitas non mutatur. Et illud eſt, quia quod tãgitur à putrido putrefit. Res autem tales quędam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ. & ſimplices prohibentes putredinem & corruptionem ſunt, quæ illud agunt à complexione ut frigidæ & ſiccæ, ſicut acetũ, aqua ferrea, & granata muza. Et ex illis eſt camphora, ſandalus, & ſimiles. Et ex his ſunt, quæ id agunt ex proprietate, ut eupatorium, iris, cortex citri, cardus benedictus, & uemen ideſt ſiſimbrium, & ſtœchas. Et ex eis eſt cinnamomum xyloaloe, quæ mundificant putredinem ubicunq; & aqua ferrea, & naſturcium, quæ exiccant putredinem uacuitatis uentris. Compoſita uero ſunt rob de ribes, & theriaca.

Euacuatio uero prædigeſtæ materiæ cum perfectione debet inſequi ſecundum ſemitã eradicationis ipſius. Inquit enim Hipp. digeſta medicari. Completur autem cum phlebotomia aut pharmacia, uel proportionabilibus illis, quæ totam ex corpore educant materiam ſecundum exigẽtiam cauſæ. Sic ergo eradicabis materiam poſt eius completam digeſtionem & hoc ubi natura ex ſe talem euacuationem non faciat prout eſt conſueta. Inquit enim Gal. Natura primo digerit, deinde diuidit, deinde expellit niſi debilitata fuerit in prædictis, uel ab aliquo impedita prout ante digeſtionem euacuet moleſtata. Quare expectabis motum eius ad euacuationem prædictam, q̃ ſi mouerit ipſa ſinere oportet, & ſecundum Hippo. habere ſilentium tunc melius eſt, quòd ſi non mouerit moue tu hora poſt horam motus eius, quæ proprie eſt in ſtatu. In fine ergo eius aut declinatione mouebis ut quod de ſuo minuitur cõpleas prout oportet. Et undecunque natura repit ſi per conuenientem regionẽ, moue tu, non tamẽ hora motus ægritudinis ut periodo, inquantum plus poſsibile eſt: ſed oportet ut tunc horam eligas frigidiorem ut in ſynochis & cõcluſis, quæ eſt hora matutinalis, quæ ſua frigiditate caliditatem ſynochę febris ipſius in tota ſui duratione conſeruatam contemperet, & ab extrinſeco acquirat, quod ab intrinſeco uel ex ſe habere nequiuit, aut hora tẽporis in continuis proportionalibus, aut hora interpolationis ſeu quietis, ut in periodicis & interpolatis uera quiete.

Caue tamen ut in talibus febribus & maxime peracutis hora æſtiua & conſtitutione conſimili, qualis eſt canicularis & auſtrina, moueas cum pharmaciis ualde calidis & ſiccis, etiam ſi materiam ex uenis in partes ſubcutaneas oportet trahere. Inquit enim Hippoc. in aphor. Sub cane & ante canem & poſt canem, moleſtæ ſunt purgationes. Angustiant enim ægrum & ad reſolutionem perducunt maxime ſi reſolubilis ſit caliditate propria, & malitia addita caliditatis febrilis, & aeris continentis ſupra reſolutionem, & pereunt plurimi prout uidimus ab experto. quare oportet quòd cum benedictis pharmaciis moueas ſtipticitatem habentibus, quale eſt rhabarbarum & ſimilia, quibus ad euitandum reſolutionem miſcebimus aliquod ex myroba. generibus prout oportet, ſuccum roſarum, & tamarindorum, quæ ſua frigiditate caliditatem illorum reſoluentem & anguſtiantem remittant, humorem inſpiſſent, & poros ſua ſtipticitate condenſent ſic reſoluentem nocent. Et ex illis eſt charabe quod ſua proprietate illud auget, ſicut dicit Abo.

Secundam rem, quæ alterat febris dyſcraſiam complent duo, ſcilicet quæcunq; ex medicinis frigidis per ſe uel per accidens actu uel potentia, immediate uel mediate, interius & exterius approximatæ, ut ſupra corpus, & proprie ſupra hepar & cor ſecundum omnem adminiſtrationis modum alterando confortant, quæ in ſpecialium cura duce Chriſto dicentur, & ex cura ephemerarum ſunt notæ. Tertium eſt conuerſio regiminis ad frigidum & humidum in omnibus rebus non naturalibus. Medicinæ autem frigidæ interius adminiſtrandæ in talibus putridis debent eſſe humidæ, abſterſiuæ, lenitiuæ, ſeu mundificatiuæ, quæ alterando putredinem mundificent & abſtergant non ſtipticæ, quæ ſtipticando recludunt, & indigeſtum reddunt, niſi natura lenificata fuerit ultra modum, quo caſu debent eſſe ſtipticæ mediocriter, qualia ſunt ex lenitiuis, quæ ex dictis ſuperius habuiſti in cura ægritudinum cordis. Et ex illis, quæ his ſunt propria, quædam ſunt ſimplicia, quædam compoſita. Et ſimplicia ſunt aqua cucurbitæ, citruli, cucumeris, & melonis indi, aqua hordei, lactuca cum aceto, à quo acquirit abſterſionem, inciſionem, & apertionem, endiuia, lupulus, iuiubæ, ſebeſten, lac acetoſum à quo extractum eſt butyrum & colatum bene, & aqua frigida cum zucchаro & ſimilia.

Quidam tamen ſtolidorum medicorum hanc intentionem ſequentes concedunt febricitantibus talibus prædictorum fructuum non ſolum aquam ſed ſubſtantiam & carnem, & aliorum fructuum frigidorum & humidorum & ſimilium ſtipticorum etiam indiſtincte conſiderantes ſolam contrarietatem qualitatis in eis ad feb. eorum ſubſtantiam & proprietatem non aduertentes, quia indigeſtibilis eſt & corruptibilis in ſtomacho humore crudo & aquoſo uenas replet, qui ſanguinem inficit & corrumpit, & ſic putredinẽ auget & febrem, maxime ſi à proprietate habent, ut ſunt poma, perſica acida, immatura, & humida. Vnde Gale. ait. Sed illud memorare ſemper, quòd ſi indigeſtibiliũ aliquod digerat quis, qui ex eis diſtribuitur chymus eandem naturam habet. Oportet ergo ut hanc intentionem compleas mo digerit, deinde diuidit, deinde expellit niſi debilitata fuerit in prædictis, uel ab aliquo impedita prout ante digeſtionem euacuet moleſtata. Quare expectabis motum eius ad euacuationem prædictam, q̃ ſi mouerit ipſa ſinere oportet, & ſecundum Hippo. habere ſilentium tunc melius eſt, quòd ſi non mouerit moue tu hora poſt horam motus eius, quæ proprie eſt in ſtatu. In fine ergo eius aut declinatione mouebis ut quod de ſuo minuitur cõpleas prout oportet. Et undecunque natura repit ſi per conuenientem regionẽ, moue tu, non tamẽ hora motus ægritudinis ut periodo, inquantum plus poſsibile eſt: ſed oportet ut tunc horam eligas frigidiorem ut in ſynochis & cõcluſis, quæ eſt hora matutinalis, quæ ſua frigiditate caliditatem ſynochę febris ipſius in tota ſui duratione conſeruatam contemperet, & ab extrinſeco acquirat, quod ab intrinſeco uel ex ſe habere nequiuit, aut hora tẽporis in continuis proportionalibus, aut hora interpolationis ſeu quietis, ut in periodicis & interpolatis uera quiete.

Caue tamen ut in talibus febribus & maxime peracutis hora æſtiua & conſtitutione conſimili, qualis eſt canicularis & auſtrina, moueas cum pharmaciis ualde calidis & ſiccis, etiam ſi materiam ex uenis in partes ſubcutaneas oportet trahere. Inquit enim Hippoc. in aphor. Sub cane & ante canem & poſt canem, moleſtæ ſunt purgationes. Angustiant enim ægrum & ad reſolutionem perducunt maxime ſi reſolubilis ſit caliditate propria, & malitia addita caliditatis febrilis, & aeris continentis ſupra reſolutionem, & pereunt plurimi prout uidimus ab experto. quare oportet quòd cum benedictis pharmaciis moueas ſtipticitatem habentibus, quale eſt rhabarbarum & ſimilia, quibus ad euitandum reſolutionem miſcebimus aliquod ex myroba. generibus prout oportet, ſuccum roſarum, & tamarindorum, quæ ſua frigiditate caliditatem illorum reſoluentem & anguſtiantem remittant, humorem inſpiſſent, & poros ſua ſtipticitate condenſent ſic reſoluentem nocent. Et ex illis eſt charabe quod ſua proprietate illud auget, ſicut dicit Abo.

Secundam rem, quæ alterat febris dyſcraſiam complent duo, ſcilicet quæcunq; ex medicinis frigidis per ſe uel per accidens actu uel potentia, immediate uel mediate, interius & exterius approximatæ, ut ſupra corpus, & proprie ſupra hepar & cor ſecundum omnem adminiſtrationis modum alterando confortant, quæ in ſpecialium cura duce Chriſto dicentur, & ex cura ephemerarum ſunt notæ. Tertium eſt conuerſio regiminis ad frigidum & humidum in omnibus rebus non naturalibus. Medicinæ autem frigidæ interius adminiſtrandæ in talibus putridis debent eſſe humidæ, abſterſiuæ, lenitiuæ, ſeu mundificatiuæ, quæ alterando putredinem mundificent & abſtergant non ſtipticæ, quæ ſtipticando recludunt, & indigeſtum reddunt, niſi natura lenificata fuerit ultra modum, quo caſu debent

Medicinæ uero exterius approximandæ frigidæ & humidæ ſunt, quæ per poros habendo ingreſſum & per contactum infrigidant & humectant. Ex quibus ſunt quoque ſimplices & compoſitæ. Simplices ſunt expoſitio ad aerem frigidum, ſed ſub diuo maxime ſi ſit conſuetus, balneatio in frigida aqua digeſta materia, concurrentibus aliis conditionibus, nam ſtatim uenter erumpet collyria uel uomitus: aut prouocabitur ſudor uniuerſalis & curabitur ſtatim. Et oleo inuncta ut roſ. de uiolis, de cucurbita, & nenufaris, & irroratio aquæ ro. in facie, pulſibus, & ſimilibus, ut poſitio pedum in frigida aqua. hæc autem non ſolum infrigidant & humectant, ſed etiam naturam à reſolutione præſeruant, maxime ſi ſubito fiant. retrahitur enim per ea natura & ſic ad cẽtrum attrahitur reſiduum. diſgregatio caloris propter febris exceſſum ſicut dixit Abo. Compoſita ſunt emplaſtra & epithemata & cerota ex dictis, & maxime ex roſ. ſandal. camphora & acetoſa, croco pauco cum aqua roſata, coriandro, endiuiæ, uel mucilaginis pſyllii cum aceto & aqua roſata applicata cordi & hepati, eis enim infrigidatis totum corpus frigidum fiet. Inquit enim Gale. Si cor hepar & cerebrum ſint frigida, totum corpus erit frigidum. Et proinde ſi applicentur capiti bonum erit & utile, extinguendo enim prohibent aſcenſum fumorum & raptum materiæ, qui eſt promptus in putridis & maxime in acutis, quarum caliditas materiam ſubleuat & aſcendere facit, ut dixit Galen. ſedat dolorem & prouocat

Causa fe. minorantia.

In oĩ purgatiõe uirtus eſt cu ſtodiẽda.

Ciborum putrefactionem prohibentia.

Qualiter natura primo digerit deinde diuidit poſtea euacuat.

Cõtra medicos concedentes fructus.

somnum, qui materiam disgregatam à feb. reuocat & uniẽdo confortat & digerit confortando, ac humectat nisi grauitas in eo sit catarrhus & tussis, quo casu nocent magis quàm conferant extinguendo, cum poros cõstipent & colatoria cerebri uapores, multos & crassos in capite aggregaros, quos grauitas ipsius ostendit, profunditas somni, & humiditas narium congelant, retinent, & comprimendo ipsos ad spiritualia exprimunt, & sic tussim augent. Quare oportet ut prædicta prohibeantur, & ea quæ repletionem capitis augent, ut est mulso lactis super caput, & stare in lumine Lunæ. Tunc enim his præcludis occupatio fiat in his, quæ poros & colatoria dilatant, & uapores maturent, subtiliant, & resoluant, ut est inclinatio capitis super uaporem aquæ calidæ temperatæ decoctionis meliloti & chamẽmillẽ, & tersio ipsorum ad inferiora cum frictionibus, fomẽtis, mordicationibus uentosis in cruribus & brachiis, clysteribus & collyriis, nisi uapor fuerit cholericus subtilis & acutus, quem contraria signa illis demonstrant, quare prædicta infrigidantia supra caput applicata conferunt inspissando, in quo sumptio papaueris albi præstat iuuamentum mirabile & prouocat somnum. Et ex his, quæ per accidens infrigidant, est phlebotomia & cholagogũ, educendo enim humorem calidum infrigidant. Et balneum dulcium aquarum calidarum in declinatione. Et diaphoretica ex unctionibus, epithimatibus, cataplasmatibus, & emplastris, concurrentibus tribus conditionibus quas Gale. adiunxit. Ad cuius enim esse sequitur calefactio, ad eius abesse sequitur infrigidatio.

Conuersio autem regiminis ad frigidum, & humidum est alteratio rerum non naturalium omnium ad illud, ex quibus maxime alterans infrigidans & humectans est aer. Aer. Cum ergo non est talis ex tempore uel constitutione aut regione, uel uicinitate fluminis & aliarum aquarum, eligas terraneum, & alterabis illud ad frigidum & humidum ex prohibitione ingressus multorum hominum in thalamum, infirmorum fumositates eius expirare ex eis, quæ per anhelitum & per poros inficiunt aerem & inflammant. Sitq; thalamus habens fenestras apertas per quas innouationem aer recipiat, & ingrediatur uentus & proprie borealis, aut flabelletur & effundatur aqua frigida qua sint etiã uasa diuersa repleta ex quorum uno decurrat ad aliud, & per modum transmutationis & embrocationis. Inquit enim Abo. Cum in aliqua ætate uenerit pluuia tempore quo eleuatur, cui postea superuenerit uentus septentrionalis, boni fiducia habetur & resoluentur ægritudines. Sintq; in eo folia arborum frigidarum strata & suspensa, & herbarum boni odoris ut salicis, uitis, myrtæ, & nenufaris, & aliorum non, quæ ex aquis stantibus colligantur. Sint uasa plena foliis & floribus redolentibus ut sunt rosæ, uiolæ, nenufa. & myrta, & similia. Et irrorationes ex aquis ipsorum, & sandalorum, & camphoræ, in quibus aliquid sit mixtum uini odoriferi uel aceti, & in eo stratus. eius ordinatus non super plumam & paleas, sed mataratium de lana uel coto ordinato in lacteria de reti, ut mos erat decumbere antiquorum & super mataratium & desuper coopertorium de corio sicut arabes iacent, & cooperiantur coopertorio, quod non ualde adhæreat corpori, dormiantque sua hora in eo, quoniam somnus infrigidat eos exterius & humectat eos interius, nec profunditur in eo ualde quoniam inflammat ut superius dictum est. Quiescãt, non moueantur quoniam quies est infrigidans & humectans, motus uero calefaciens & exiccans. Est tamen cum motus nocet febricitantibus talibus ut cum est fortis in principio factus existente plethoria & cacochymia non digesta, quoniam eo non euacuatur plethoria & cacochymię digestio impeditur, ad putrefactionem commouetur, & ad periodum incitatur, euacuatur indigesta, dyscrasia febrilis augetur, & uirtus corporis debilitatur & membra. Et etiã confert ut cum plethoria non adsit sed cacochymia sola digesta uel etiam non digesta. Sitq; suauis in lecto de latere in latus mouẽdo se: quoniã est conueniens qui habet hẽmitriteum & febres compositas & phlegmaticas. Et cum est debile corpus fit resolutio intima. Illis. n. est conueniens quos feb. debilitauerunt conualescentibus qñ facit dormire & uentositates dissoluit. Et confert reliquis ægritudinũ capitis, sicut stupori & obliuioni, & commouet desideria & naturam excitabit. Dixit Galen. & Abo. Cibus & potus sit frigidus & humidus potentialiter uel accidentaliter, ex se uel admixtione, de quo infra Christo duce dicetur. Minuatur minoratiue usque ad statum: tunc digestione perfecta eradicatiue: & repleatur prout uirtus in tolerando usque ad statum morbi requirit ac exigit corporis dispositio. Seruetur iocundus prout melius poterit, & cum promissione citæ salutis. Cum autem infrigidatur de his febribus caue ne infrigidatio ad excessum perueniat. Est enim causa tunc indigestionis materię, oppilationis, & dejectionis uirtutis. Inquit enim Abo. Amplius acutorum morborum digestio uirtutem extinguendi prohibet, licet aliqui procurent ad destruendam hanc sententiam, & ignorent quòd fortis extinctio deiicit uirtutem, quapropter oportet ut paulatim procedas ad sufficientiam quam naturalis complexio tibi insinuat, ut superius dictum est, & caloris quantitas seu caliditas, in forti enim calore febrium ut acutarum omnia prædicta uel plura & fortia ministrabis: in remissione uero aliarum aliqua ex eis & leuia erunt sufficientia. Et caue ne infrigidatio cadat in hora principalis paroxismi, sed parum ante: nec in augmento, nec in declinatione cum sit hora obsessionis naturæ & resolutionis materiæ & sudoris: sed in hora seruoris & status, sed nec fugias ipsum paroxismum cum narcoticis, quæ constipando meatus, repellendo materiam & congelando, uirtutem quoque sensibilem stupidam in faciendo periodum prohibent & retardant. Et quoniam talia destruunt naturam, quæ ad medicum spectant. Dicit nanque Galen. Medicus est adiutor naturæ non destructor. Sed frigida exteriora ministrantur supra principalia scilicet hepar, & cor, & stomachum, & etiam dorsum, propter dicenda inferius in capitulo de hecticæ causa. Cumq; principalibus frigida ministrabis, non expoliabis ea ab aliquo calido appropriato & aromatico, quod calorem & spiritum in sua radice confortando defendat à nocumento ipsorum. Et propterea cum applicabis eis illa exterius oportet ut locum circunscribas applicationis ipsorum: ne frigiditas extendatur ad intima & lædat. Cum ergo applicabis in dextro hypochondrio supra hepar, secedes à falsis costis, ne infrigidando ad diaphragma perueniat & anhelitum reddat difficilem. Quo casu docuit Galen. auferre illud, & calefacere locum cum aqua calida chamęmillæ uel absinthii, & oleo eius, nisi enim ita emendetur, perducet frequenter ad mortem. Nec sint ita applicata exterius aut frigida ualde, tenetur enim ex eis natura in suis principiis, & densando poros prohibent uirtutis ingressum. Sint ergo tepida & cum eis aliqua subtilia facientia subintrare admixta. Sed dices ob quid frigida supra totum corpus exterius applicari docuisti non super principalia tantum et per aerem infrigidatum qui non interius tantum, sed etiam totum corpus exterius tangit, cum constipent poros et sic transpirationem prohibeant, quæ est causa accensionis febrilis caloris magis, quàm extinctionis sicut supra in cura ephemerarum in generali monstrasti.

Cui Falco respondit, quòd caliditas febrilis parificatur in potentia aperiendo poros potentiæ frigidorum, et proprie aeris in constipando eos et superat, quod patet quia resoluit corpus non obstante illa. Calor quoque confortatur naturalis ex contemperantia quam recipit ab isto, etiã parificatur et superat omnibus, et superfluitates resoluit et si non sensibiliter semper, occulte tamen, quãquã responsionem dederit Abo. dicentibus q̃ mulieres habitãres in septentrionalibus sunt steriles, quoniam earum matrices propter loci frigiditatem et siccitatem fiunt immundæ, dicens ille. Ego autem dico, q̃ caloris innati earum fortitudo, parificatur ei quod minuitur ex causis, quæ fluere faciũt et laxant exterioribus. Tertia res, quę studium ponit in uita et uirtute cum diæta cibi et potus et aliarum rerum regimine debito, ut est dictum, completur cum usu ipsorum competenti uirtuti et febribus. Sumitur enim cibum et potum dandi intentio secundum Gale. principaliter à uirtute, consequenter à morbo, sicut econuerso intentio medicandi

candi, consistit autem talis competentia in conditionibus obseruandis debite prout conueniunt uirtuti & febri. Inquit enim Gal. hæc igitur omnia nunc dicta genera salubrium causarum, materiæ quædam sunt, & cum competenti usu causæ fiunt & seruantes & salutem præstantes, tales autem conditiones, licet plures sint quas Hipp. in suis aph. posuit attendendas scilicet qualitas, quantitas, tempus, modus, & artificium, quod addit Ioannitius, potissime tamen & principales secundum Gal. sunt duæ scilicet quantitas & qualitas eius, quod offertur indigenti. Quantitas uero attẽdenda in febri, sicut in cæteris materialibus morbis Cibatiõis quantitas duplex. secundum Hip. duplex est scilicet continua, & discreta. Cõtinua est multum dare uel crassum cibum parum uel subtilem, discreta est frequenter seu pluries dare, uel raro & semel, usus uero quantitatis competenter talis continue in talibus feb. sicut in aliis materialibus morbis à tolerãtia uirtutis respectu status earum est assumendus, secũdum enim quod uirtus est potens tolerare usq; ad statum earum, ita dãdus est cibus, ut siquidem tolerare possit complete absq; cibo nullus cibus seu diæta ultime tenuis esset dandus, ut circa digestionem materiæ diuisionem & euacuationem naturа nullatenus impediatur discreta à cibo delectabili usq; ad ad perfectionẽ ipsius quod Hip. in suo aph. ostendit dicẽs. Contemplari autem oportet & ægrotantis uirtutem, utrũ sufficiat diæta usq; ad statum ægritudinis, aut illa prius deficiat & obtundatur. Et quia uirtus est multiplex in tolerantia & diuersũ, status etiam multiplex in longitudine & breuitate ac diuersus. Cibus quoque qui proprie ad confortandum uirtutem non morbum est ordinatus, & sic ostẽdit Gadicens. Vt ergo uirtus nutriatur & non morbus, diætantur infirmi. erit in crasitie & subtilitate multiplex, & diuersus secundum tenorem aut tolerantiam uirtutis diuersam respectu diuersorum statuum febribus cibus subtilis uel crassus diuersimode concedatur. Quæ Hippo. in suo apho. mõstrauit di. Quibus ergo continuus est status continue & retinuiter reficere oportet, quibus uero longius ad illud & ante illud parum est auferendus, prius uero uberius reficere ut sufficiat ægrotans, quod etiam ostendit in alio aphor. di. Quibus ergo secundum acumen ægritudo continuos & ultimos labores habet, continuo reficere oportet, ubi uero melius, uberius reficere, & tantum subcondescendere quãtum ægritudo melior ultimis fuerit. Et Gal. status est cum labores & accidentia ultimantur, quo diæta subtilissima est utendum, licet Hippocr. uideatur contrarium alibi dicere. Accidentibus uirtutem dissoluentibus ilico cibus est dandus. secundum suum sermonem direxit ad accidentia, naturam causæ habẽtia, non per modum furiæ molestantia. Sciẽdum est ergo, q̃ uirtutis tenor in tolerãtia absq; cibo est diuersus secundum diuersitatem corporum infirmorum. In robustis enim corporibus in quibus crudi sunt humores crassi & uiscosi & multi humoris congelatio solida & pori desiati in febribus, uirtus est diutius tolerans absq; cibo, maxime si ætas & consuetudo in hoc concurrunt & aliæ similes circunstantiæ. In contrariis enim breuius, & maxime si stomachus sit debilis, recipiẽs choleram, & in mediocribus mediocriter, quod secũdum magis & minus multipliciter uariatur. Inquit enim Gale. in eo quod secundum magis & minus est uariabile, innumerabiles differentiæ sunt.

Ægritudi num acutarum latitudo. Item febrium sicut aliarum ægritudinum materialiũ quędam sunt acutæ, quarum terminus est in. xl. diebus, quædam chronicæ, quæ ulterius prolongantur. Item acutarum quædam sunt acutæ absolutę, quæ in. xiiii. diebus terminantur, quædam ualde acutæ quæ in. vii. quædam ualde peracutæ quæ in. iiii. uel prima, & quædã sunt acutæ, propinquę chronicis, dictæ conuersiuæ, quæ à. xiiii. usque ad. xx. prolongantur, & ibi terminantur, & in eo quod est infra eos, & quædam sunt chronicæ, quæ à. xx. usque ad. xl. prolongantur & terminantur, & in eo quod est infra illos, & chronicæ sunt quæ prolongantur ultra. xl. ut ad temporis mutationẽ uel annum, uel ultra terminantur secundum ętates, ut in mulieribus apud eruptionem menstruorum, uel epilepsia puerorum uel infantium, quæ mutatur à iuuentute, & infra tempus illud secundum magis & minus. Cibus ergo seu regimen seu diæta, quidam est tenuis, quidam crassus, quidã uero mediocris. Mediocris absolute est chist hordei. Subtilis quidam subtilis ultime, quidam nõ ultime, qui est inter me diocrem ultime subtilem & est multiplex, secundum quòd magis & minus accedat ad naturam illorum alterius. Quidam enim accedit ad naturam ultime tenuis ut est granata, hydromel simplex plurimæ commixtionis, quidam accedit ad naturam absolute mediocris, ut qui est ex oleribus frigidis & humidis, ut atriplicib. spinachiis, bletis, lithis, boragine, & similibus, quidam inter illos stant in medio ut est aqua hordei in sua latitudine. Crassus quoque cibus quidã est, qui est absolute, crassus ut est cibus sanorum istis non conueniens, quidam non absolute, & hic etiam est multiplex secundum quòd magis accedit ad naturam crasi ad ęqualitatem & uere mediocris ab equalitate. Quidam enim ipsius est qui accedit ad naturã crasi absolute, ut sunt gallinæ, & quidam accedit ad naturam mediocri absolute, ut est panis similæ, solutus in aqua frigida bene, ut caliditas frumenti & fermenti etiam extinguatur. Et quidam est me Modꝰ diætandi in ægrit. acutis. dius inter illos adhuc latitudinem habens, quidam accedit ad latus gallinarum, ut sunt extrema ipsarum & pulli & quidam ad latus panis, ut sunt pisces parui, & quidam uere stat in medio omnium, ut perdices, & oua forbilia, & pauca, quos cibos uarie ministrabis febrientibus secundum tenorem & tolerantiam uirtutis febrientium usque ad statum ipsarum febrium diuersum & completum, ut in ualde peracutis des eis ultime subtilem, ut nihil, & proprie in hora crisis. Et ad cautelam dare oportet aliquid succi granatorum uel iuleb, & non aliud nisi accidentia superuenerint uirtutem dissoluentia. In peracutis febribus des aquam hordei, & iuleb commixtionis paucæ, in acutis absolute chist hordei, & in aliis alios secundum diuersitatem ipsorum in acuitate & longitudine ut appropriatis singulos singulis quibus conueniunt, aliter autem sunt difficiles, ut Hippocra. in suo aphoris. ostendit cum dixit. Tenues & certæ dietæ in diuturnis quidẽ passionibus & in acutis qui bus non conueniunt difficiles. Et cum ambigua sit tibi uirtutis potentia & tempus status, adeo q̃ quantitatem cibi limitare non possis, oportet ut declinatio tua ad diminutionem sit magis, si uirtus tolerare queat, & ægritudo sit in statu. aliter autem incraſſare est tutius. Inquit enim Hipp. In tenuissimis diætis peccant ægrotantes. 1.apho.5.

Quantitatis uero discretæ competẽs usus assumitur ex tenore uirtutis in robore, ac qualitate corporis, ac etiam morbi, necnon ex consuetudine, ætate, tempore, & similibus, prout Hipp. in suo aph. docet cum dicit. Et quibus semel aut bis aut amplius dãdũ est aliquid &c. quod Gal. per tractans specialiter declarauit. Qualitas etiam cibi cõpetens omnibus febricitantibus est humida, maxime uero si pueri sint, & in humidis assueti sicut Hippo. in suo aphor. monstrauit. Quam humiditatem in cibis. Hipp. inter alias qualitates maxime commendauit, cum naturalia simul conseruet, & quod prẽter naturã est subalteret, & ad id quod est secundum naturam adducat. Et si frigiditas illud idẽ faciat in febricitantibus frigidis natura ætate & consuetudine: non tamen in omnibus nec effectui feb. qui est consumptio contradicet, nec restaurabit humiditas quæ materialis est qualitas & substantialis cibi, siccitas quoq;, & si materialis est qualitas & substantialis, & naturalem siccitatem ualeat cõseruare, feb. tamẽ non subalterat, nec eius impressioni resistit, nec in omnibus, sed in siccis tantum, sicut nec caliditas: quapropter & humidi, & frigidi cibi erunt ei magis conuenientes, & magis in acutis, & inter eos magis chist hordei, seu prisana hordeacea, quam Hip. in suo yperiton interiore de grano cibarium maxime commendauit. 1.aph.16.

De potu febricitantium ante digestionem. Potus uero sit hydromel plurimæ commistionis ex melle cãnæ in acutis & calidis, & ex melle apum in chronicis, & phlegmaticis, & mixtis, uel ex aqua hordei subtilis, uel succo granatorum muzorum cum frigida in acutis cholericis, si stomachus toleret, uel in aqua sit uirtus subtiliantium & abstergentium, ut radi. fœni. & apii, uel cicerum, in cholericis phlegmaticis, uel mistis, & melancholicis, & ante digestionem, & maxime si aceſcat in stomacho, quia sit frigidus: post digestionem uero sit, ut potus tiui nisi fuerit aliquid quod prohibeat, sicut capitis dolor, & turbatio mentis.

mentis,quòd si excusari non posit,quia appetat & delecte tur,dabis uinum palearis coloris, & album acetosum uirtute,& coloris sine odore, & à nocumento aquæ, uel uini priuatum extitit plusquam lymphatum, post quod parum aquæ dabis quæ eius uirtutem in capite minuit, & mẽtem confortat,prout Hipp.dixit.

De tẽpore cibandi.

Tempus autem competens ad cibandum est duplex,uniuersale & particulare. Vniuersale,quod in tota duratione morbi consistit,in quatuor diuisum tempora in omni morbo salubri.s.principium,augmentum,statum, & declinationem,penes quæ prædictam cibi quantitatem,cõtinuam uariabis,ut à morbi principio in quo dare expediat des quaque die,& toties quoties assuetus fuerit,nisi potionis, uel clysteris fuerit necesse:tunc enim præmissis illis completa operatione earum ptisana danda erit. Inquit enim Hippo. Tempore quoque solutionis nullum ius conuenit propinari:solutione uero cessante,de ptisana est dandum:minus uero quam consueuerit,deinde semper addẽdo procedas donec plus detur,& hoc si dolor quieuerit, & nullum accidẽs obstiterit.Nec uenas exinaniri prius permittas tribus diebus uel quatuor uel plus:deinde des, ut mos erat antiquis cum sit ualde nociuum,& naturæ intolerabile,quæ repentinas mutationes non patitur,sed des uberius,ut natura tunc occupata in pugna confortetur habilius, & confortata in hora pugnæ,quæ succedentibus est temporibus cum diminutione cibi aliqua,uel omnimoda ualeat sustentari, & incitata ad pugnam nequeat quomodolibet impediri, quæ oportet omnia.s.cibum & medicamina prætermittere, sic ergo in augmento subtiliabis, & parum dabis, & subtrahes omnino in statu,& dimisso cibo intendes ad morbum cum medicamine. Inquit enim Hippo. Huiusmodi enim ægritudinibus in statu positis,si ptisana detur ilico morbus periculo subiungitur, & maxime hora crisis, & hoc est si status,& hora crisis sit breuis,ut infra dies tres usq; ad quẽ in abstinendo conueniunt plura corpora, nisi in febribus apostematum in quibus à principio oportet subtiliare, & parum uel nihil dare,& quanto procedit digestio,& expulsio magis, quæ in sputo oris humori facto apparet, tanto magis incrassabis,uel ptisanam augmentabis. Status enim in eis quo ad accidentia est in earum principiis, & quo ad digestionem dicerem, & expulsionem in processu in quo non oportet abstinere toto,cum tempus durationis eius sit longum ex eo quòd paulatim fit digestio, & expulsio, & non subito,uel in breui,ita,quòd natura in eo toto sine cibo tolerare nõ potest,immo sicut digeritur, & expellitur, paulatim cibare oportet magis, & magis, prout digestio, & expulsio procedit.In declinatione uero incrassare,ut natura debilitata in pugna decoctionis, & digestionis,& euacuationis,resumatur cibo circa cuius digestionem nequaquam impediatur.

Tempus uero particulare est tempus cibandi secundum unamquanq; diem,quod à circuitu,& hora periodi,seu exacerbationis assumitur,quia si certe præcognosces ꝙ sit feb. ex seruantibus ordinem,ante eius aduentum per tãtum dabis,ꝙ posit esse digestus,& hoc ẽm diuersitatem febris est diuersum,ita ꝙ non superueniat paroxismus nisi tanquam uentrem a cibo habuerit uacuum nec in principio eius, & cibum & potum,& eius medicinas,nisi aliud obstet, quod infra in ultima re cũ loquemur de regimine regionis,Christo duce,dicemus,& supra in cura generali ephemerarum est dictum.Et si dederis aliquid quod in uentre tunc remanserit,aut humor ibi fuerit,uel cucurrerit,prouocatione uomitus subtrahes,& maxime si facilis fuerit,& humor impetum fecerit ad os stomachi.Inquit. n. Hipp. in paroxismis cibũ subtrahere oportet. Nec etiam dabis in tota duratione usq; ad quietem post declinationem perfectã, nisi aliud impediat ex his quæ dicemus statim.Inquit.n. Hipp. in suo regimine acutorũ. (1.aph. 2.) Cũ pharmacaueris,sorbitionibus utere, attendens paroxismis febrium,ut ne des eis incipientibus, nec præsentibus,nec ad capiendum appropinquantibus, sed eis desinentibus,uel quiescentibus,uel absentibus, nec etiam tũc des nisi fæces primi cibi fuerint expulsę.Quod si quietis tempus sit latũ,ut ante superaduentũ paroxismi secundi cibus & potus posit esse digestus, ut in interpola- E tione uera,& ampla quiete,sicut quartanis & tertianis, cibabis utiliter & absq; nocumento. Si uero nõ sit amplum, ut nequeat digeri infra illud tempus,& ante superaduentũ paroxismi secũdi,sicut interpolatio,sicut in phlegmaticis, & aliis paroxismis subintrationes habentibus,uel in continuis proportionatis, simplicibus uel compositis, ita quòd oporteat accipere de declinatione ipsius paroxismi antecedentis, ne incidat in hora principaliter subsequentis cibabis in declinatione. Quod si in declinatione adhuc non sufficiat ita,quòd oporteat accipere de hora status præcedentis,& principiis subsequentis,tunc consideratione indiget,utraq; enim hora est ad cibandum negata & mala, ut superius dictum est. Nam siquidem intentio, quæ à principio superet intentionem etiam quæ à statu sumitur in prohibẽdo,ut quia accidẽtia aggrauationis naturę & suffocationis quæ apparent in principio de infrigidatione forti subeth, & stupore sint fortia,& superent accidentia status ex inflãmatione,angustatione, & resolutione, ut quia inflãmatio feb.est in statu debilis, & corpus aridum, tunc oportet sumere F de statu præcedentis periodi,ut cibatio nõ contingat in hora principalis subsequentis.Si uero econtra, contrariũ & maxime si cũ phlegmone fuerit. Quod si utriusq; intẽtio sit æqualis in prohibendo de hora status totius est capere hoc de hora principali propter duo. Primum est quia periculum suffocationis in principio ex cibo est maius quã retentionis à pugna in statu, quinimo cũ periculũ status sit resolutiõis propter acumẽ morbi, & molesta accidẽtia per cibũ tali periculo subuenitur,ut nõ fiat si fieri debeat, quia inualescat morbus propter retẽtionẽ naturę à pugna,& resistẽtia,& resoluat uirtutẽ,& corpora,quã periculo suffocatiõis in principio. Secundũ est,quia nocumentũ factum ex cibo dato in principio extẽditur ad omnia alia tẽpora paroxismi: nocumentũ uero ex cibo dato in statu non transit ad aliud cum declinatio sola succedit.

Sed quid,si oporteat cibare in augmento uel statu?Nam in principio non potes propter causam iam dictam, in declinatione,uel tẽpore ẽt non,quia superueniat paroxismus alterius febris,cũ composita febris sit, & hora quietis pri- G mæ febris cũ concurrat augmento,& statu sequẽtis febris, & subintrantis in declinatione superueniat paroxismus primæ febris redeuntis,ita quòd in declinatione nõ potes cibare,cũ semper occurrat in principio,& uirtus eã longo tẽpore non ualeat sustentare.Certe hoc casu cibabis in augmẽto,& si nõ innocue:minus tamẽ quã in principio,& statu eius,cuius sit mediũ inter alia, & sapiat de natura illorũ & malitia:minus tamen eo quod nõ totalẽ illorum malitiã habet,quia tunc esset eorũ alterũ, sed eorũ malitia contemperatur in ipso,tanquã in medio extremorũ. Quod si paroxismi horã cognoscere nõ posis certã, quia sit ex inordinate uagantibus iuxta Hip.in aph.Nihil des nisi cum quadam coniectura.Et si superueniat paroxismus aufer ex appositis ante crises.Vnde Hip.in secundo regiminis acutorum inquit.Aegritudines consistentes debẽt seruari, donec stent. consistentes appellauit determinatum tempus afflictionis, paroxismos non seruãtes,debent seruari,ut quia diæta certa ordinari non potest donec hæc ad determinatum, & certum tempus affligendi deuenerint. Sed cum coniectura ue- H ritati propinqua oportet,ut prius des.

Modus uero competens in talibus cibationis febribus sicut in aliis ægritudinibus materialibus à dispositione uirtutis & corporis habet sumi,ut ab intrinsecis causis, & extrinsecis,ut puta temporis & ætatis.Si enim uirtus sit fortis,& resolutio pauci corporis in febre, sitq; hyems, & in ętate iuuentutis multum cibum simul datum poterit sustinere & digerere, & quod necessarium est conuertere, superfluum uero expellere,nec permittet in morbi materiã cadere.Si uero econtra licet multo egeat, tamen simul tolerare non potest,quare ipsum multũ diuidatur & pluries detur,maxime si stomachi natura organica, & consimilis concurrat cum illis, ut quia tales corpus habuit stomachũ calidum,rotundum, paruum,et propensum superius et frigidum, ut Gal. monstrauit. Et in mediis dispositionibus mediocriter. Artificium quidem quod Ioannitius posuit debet esse tale,ut cibum sapidum, et delectabilem reddat,

et bo-

(1.38.) & bene digestibilem. Inquit enim Hipp. Parum deterior cibus & potus & delectabilior quidem, melioribus magis appetendus. Gal. quoq; dixit ꝙ delectatio corrigit malitiam,& magnam partem confert ad digestioné. Conueniat que feb.causæ quoq;, & accidenti.

Regimen uero in aliis rebus non naturalibus, ut breuiter transeamus,sit prout conuenit feb.& accidentibus, uel æqualiter si æqualiter earum intentio instet, uel inæqualiter si unius intentio alterius intentionem excedat. Cõplebitur autem prout supra in re secunda dictũ est. Et cũ eorũ contrariis,quæ ex illis sunt nota:potẽs enim est altera pars contrarietatis declinare seipsam & oppositam. Arist. dixit, maxime solerti medico & experto.

Quarta res & ultima est illa,quæ corrigit accidentia fe. putridis contingentia. Sciendum autem quòd euentus talium accidentium eis contingit, & propter feb. malitiam & excessum,propter putredinem,& propter actionem, & pugnam naturæ contra materiam feb.in digerendo, diuidẽdo,& expellendo:tamen omnia indigent correctione, nec semper existentibus eis triplicis generis. Aliud.n. qualitas mutata est,aliud actio læsa,& aliud exiens à corpore, & cõuenientibus his omnibus in hoc genere quod est accidẽs: inquantum enim accidentia sunt, & morbum sequuntur,sicut umbra corpus,nullam in se habent curatiuam intentionem,sed solum intentionem curatiuam morbo remanente proprie,sicut præ custodia causæ,secundum accidens uero curam indicare potest inquantum sua magnitudine excedẽdo lædunt magis uirtutem & dispositionem, nec cessant simul cum dispositione naturam causæ habentia, & sic cogũt medicum derelinquere curam morbi, & intendere ad correctionẽ ipsorum, & proprie actio læsa exiens à corpore. Qualitas uero mutata cum non excedat,& lædat uirtutem & dispositionem,sicut illa, sed sit signum dispositionis cessans simul cum dispositione quæ curatur,nullatenus indicabit curam,& licet siccitas oris, ariditas linguæ, & suffocatio eius correctionem habeant, cum sint qualitates mutatæ,illud tamen est inquantum actionem oris,& linguæ impediunt,& aliis membris nocumenta inferunt, quibus ministrant uaporesq; trahunt ad caput qui causa sunt quandoque sirsen. Sciendum præterea quòd accidentium taliũ indigentium correctione,quia magna sunt & difficilia, quædam antecedunt quandoq; febrem,uel cum ea incipiunt,ut rigor,horripilatio,& frigus,anomalia fixa,& breuiter mutata,etsi sequi debent,ut umbra sequitur corpus, tamen antecedere uidemus,ex eo,quòd non feb.accidentia proprie sunt,sed alterius morbi,ut solutionis continuitatis,& subitæ alterationis, inductæ non à feb. sed. à sui materia apud motum eius de uenis ad mineram putredinis. Et si dicãtur esse accidentia feb. dicuntur tamen large inquantum feb. attribuuntur,quæ principalis est morbus. Et tunc si antecedit non tempore,sed proprietate naturę inhærentę humori apud motum eius in faciendo periodicã feb. sicut rumor inimici insultantis,quædam sequuntur feb. immediate, ut actio læsa,sicut dolor capitis uehemens uel alterius mẽbri, uigiliæ fortes,& instantiæ ipsarum, alienatio, profunditas somni multa,subeth quæ non proprie feb. sequuntur, sicut prędicta,sed malam complexionem materię uaporalis multiplicatæ in cerebro propter feb. quæ fumos ex putredine resoluta subleuat ad caput,& ibi propter naturam cerebri congelantur,& proprie in principio paroxismi, & subeth faciunt,sicut ante cõgelationem alienationem,& uigilias, & ex illis est sternutatio continua,tussis, casus appetitus, bolismus,appetitus caninus, & singultus. Et quædam mediate,ut exeuntia à corpore sicca,fluxus sanguinis narium, uomitus laboriosus,fluxus uentris & urinę,& ardor ipsius, fluxus menstruorum,& hæmorrhoidarum, & sudor plurimus, & diaphoreticus. Hæc omnia actione læsa mediante morbum sequuntur cum omnia ad fortitudinem uirtutis, & debilitatem nitantur, sicut Aboa.dixit. Et cũ de plurimorum correctione in prima, & hac sectione sufficienter sit dictum, hic pertransibimus succincte: de quibus uero non dictum est, amplius & sufficienter dicamus, & ex illis est rigor, & horripilatio, & similiter frigus &c.

De rigore

A Sciendum autem quòd rigor est impotentia continendi membra à sua commotione. Est autem in talibus febribus multiplex,antecedens febrem qui in interpolatis est plurimum,& quandoq; in continuis. Alius est intercidens,alius est sequens,& hic est triplex,ante crisim,in crisi, & post crisim contingens.Primorum trium causa est potentia uirtutis expulsiuæ lacertorum in membris commouentis ipsa ad excutiendum humores sua multitudine,& acuitate nocente pungentes lacertorum panniculos, quibus effunduntur apud subitum motum eorum de uenis ad extra, quare sanguinis calor,& spiritus ad interiora uersus pectus, & cor tanquam ad principium retrahitur,& coadunatur, & infrigidantur extrema,& tremunt non sustentata. Aliorum duorum causa est diuersa.Et intercidentis quidem causa est terror naturæ à malitia,& causa materiæ cum fuga ipsius.Tertii uero, & eius qui antecedit crisim causa est,quæ primi accidentis in crisi,ut puta in sudore causa est eadem, quæ secũdi,& est malum signum,unde Hip.in aph. ait. (7.apho:4.) In sudore rigor malum,sed eius quæ sequitur crisim, quæ est de natura B frigoris,uel horripilationis,magis causa est frigiditas succedens calori resoluto febris, & euacuationis eius materiæ calidæ cum natura debili remanente. Et quidem causa eius est quandoq; exteriorum,ut subita effusio aquæ feruẽtis,uel alterius consimilium supra cutem. Et illud in sanis plurimum accidit,sed antecedens crisim correctionem nõ habet,dicente Hip.in apho. (1.aph.20.) Ea quorum crisis fit,& facta ẽ, æqualiter non mouere oportet, neque nouum facere, nisi superfluat,quo casu frictiones,& calefactoria possunt concedi,quæ materiam de interioribus ad exteriora trahant & iuuent naturam in crisi superueniente nisi. quia signũ mortis est,uel districtæ crisis,quare prognosticis sunt dimittendi signis infirmi.Sequens crisim per sudorem etiam non cũ de se cesset & facilis,& tanquam ex leui contingens causa, ut cũ calefactoriis simplicibus, & cibis, & potibus calidis resumentibus.Intercidens quoq; non,quia raro est,& cum accidit eodem modo suus excessus corrigitur,sicut antecedentis feb.Cuius correctio est quinq; res, suis causis quę secundum Gal.sunt correspondentes effectui. Prima est hu- C moris multitudinis minoratio quæ ipsius est causa. Cõpletur autem cum uomitu in eius præsentia cum calida aqua, quoniam minorat atq; eradicat materiam paroxismi, ut dixit Aboa.& calefacit. Completur quoq; purgatione ante eius aduentum, uel declinante paroxismo cum rhabarba. myroba.citrinis,hieris compositis, & aliis leuibus cum sua uitate resoluentibus absq; commotione humoris, & cum euacuantibus per horam præmissis habentibus humorem proprium diminuere,& proprie ubi uomitus non sit possibilis, & rigoris uehementia sit multa. Et proinde cogimur dare diagridium,& agaricum, ubi materia sit mixta, & ubi frigida opopanacum,sagapenum, diaphœnicon, & pilulas fœtidas si non prohibeat febris. Secunda res est molestantis acuitatis ipsius,& pungentis obtusio. Completur autem cum cibis & potibus, & medicinis infrigidantibus & inspissantibus,in hora quietis ante rigorem exhibitis,ut sunt frumentum coctum,uel condron, lentes, & faseoli ru.extrema et uiscera animalium,et uina parum aceti habentia,uel cum eo præparata aqua frigida, et uinum spis- D sum stipticum,si non prohibeat febris,lactuca,coriandrum siccum et humidum,portulaca,iuiubæ,et similia, et pruna, siracost,casia fi.et similia,quæ remittunt feruorem sanguinis et choleræ, educendo eam. Tertia est quæ subitum humoris motum,et deliberationem sistit. Completur autem quiete corporis,adeo quòd si quiescant non rigent nisi moueantur,et stipticis,et ponticis,et ingrossantibus dictis. Quarta est,quæ sensum membrorum reddit obtusum. Completur autem cum prædictis inspissantibus et infrigidantibus, et cum narcoticis, et cum opiatis, ubi fortis sit,et multiplicetur rigor, ut est theriaca diatessaron, & philonium,& pilulæ ex opiatis, quæ infra Christo mediante dicentur, et proprie ubi digestio, & euacuatio materiæ præcesit, quoniam theriaca tunc resoluit residuum, confortat,& calefacit temperate,ante uero componit feb.

Quinta res est membrorum infrigidatorum, et contractorum calefactio,et confortatio,ut lumborum coxarum,

et dorsi,

& dorsi,à quibus rigor incipit & procedit,ut in aphor.Hip
po.Dixit. Compleatur autem cum inunctionibus ex medi-
cinis calefacientibus simplicibus,& compositis, quæ infra
dicentur.Et simplices quidem sunt,sicut oleum antiquũ sim
plex,chamæmilinum,anethinum,de lilio,de iride. Et for-
tius eo est oleum costinum,balsami,nardinum, & de abro-
tano,sambucinum,de enula.Et fortius eo est oleum de asa.
de beẽ,& de saha,laurinum,de stœchade,de myrrha, & de
piperibus,& de euphorbio,& proprie in frigore.Et aliqui
confortant olea prædicta debilia cum succis herbarum pro
priarum,ut sampsuci,calamenti,absinthii,rutæ, artemisiæ,
& erucæ,& cum speciebus ex pipere, pirethro, aristolo-
chia,myrto,castoreo,& similibus calidis propriis,ut sinapi
staphisagriæ,& erucæ,nasturcii, & similibus. Completur
quoq; cum his quæ calefaciendo trahunt calorem in pe-
ctore,& spiritalibus coadiuuatium ad ipsum, qualia sunt
ligaturæ dolorosæ,frictiones asperæ,si tolerat,fomentatio-
nes ex aquis calidis mediocriter habentibus uirtutem me-
dicinarum calefacientium prædictarum, & cum calefacto-
riis aliis ex pannis, lacertibus,lapidibus calefactis,& pomis
plenis prunis retentis in manibus, artificialiter factis,& cũ
calefacientibus totum corpus, ut sunt operimenta multa
calida.Et quandoq; oportet,ut immittatur in balneũ aquæ
prædictarum medicinarum.

De horri-pilatione. Horripilatio uero ẽ dispositio in qua sentit æger in æqua
litatem frigoris, & punctionis in corpore suo, & proprie
in dorso,cute,& lacertis,& fractio ex genere eius. Et fri-
gus est,ut sentiat frigus purum in eis. Et causa exterior est
& interior.Exterior ut aeris frigiditas, aquæ, & pannorũ
lecti,& similium.Interior est in sanis & ægris.In sanis ut re
uocatio caloris causa cibi ad loca digestionis extrinseca,et
ex illis est humor phlegmaticus intrans abundans in corp
re ex regiminis malitia cum calefit, & uapor eius effundi-
tur ad corporis exteriora. In ægris non est retentio calo-
ris ad loca apostemata & uiscera,uel debilitas caloris ne-
queuntis se extendere ad corporis extrema, ut in propin-
quis morti,uel quia eius extensio impeditur, ut in liparia
contingit,uel eius frictio propter humorem frigidũ phleg
maticum,uel melancholicum subito effusum per sensibilia
membra corporis prænarrata,sicut in principiis quotidia-
næ,& quartanæ contingit, ad quem præsens sermo dirigi-
tur. Correctio rigoris est cum medicinis calefacientibus
fortiter prænarratis interius,& exterius approximatis,ca-
lefacientibus & soluẽtibus,simplicibus & compositis, quæ
omnipotentis auxilio dicentur.

Et cura horripilationis est medicina ex utrisque mixta.
Et ex compositis appropriatis frigori sumẽdis interius est
diacalamentum, & etiam exterius inuncta spina, diapipe-
reon,mithridatum,musa,confectio de asa, cum uino tepi-
do.Syrupus de mentha,& hyssopo,diaciminum ad eius pro
uocationem,& inunctum in spina,& in quartanis proprie,
& quotidianis,& rubea crocisata in quantitate auellanæ,
& cum rodostomate sumpta ante paroxismum per horam,
& requies in omnibus,& theriaca antiqua.Et quandoque,
expedit dare cibos,& potus calidos propter syncopim, &
casum uirtutis. Inquit enim Galen. Accidentibus uirtu-
tem dissoluentibus ilico cibus est dandus. Et tunc diamu-
scum est proprium. Accidit enim syncopis in febribus pu-
tridis propter humorem frigidum effusum ad stomachum
in principio paroxismi. Et quandoque propter choleram
effusam ad ipsum. Quo casu expedit ante paroxismum pa-
nis aliquid dare cum succo granatorum uel acrestę: hora
uero syncopis cum uino odorifero, & fricentur extrema,
& calefiant,deinde uomitus prouocetur, uel liniatur uen-
ter declinante paroxismo cum clysteri uel tamarindis: de-
inde cibetur cũ sauich hordei,cum granis granatorũ, & in-
terdicatur phlebotomia.Et quandoq; accidit hora febris,p
ter caliditatem resoluentẽ spiritus,quibus uirtus deficit.

Et cura supra in corde dicta est. Et in cura febris synco-
palis dicetur proprius,cuius accidens est, quãquam Auer.
uoluerit in suo colliget, q syncopis ex resolutione non fit
accidens sed alterius ægritudinis febri contrariæ.(frigidæ
quæ ex inanitione causatur spirituum, & contrariis aliis in
digetur quã febris,quia calidis.Sed secundum Gal. non est
inconueniens q aliquod accidens morbum mediante alio
sequatur:& tamẽ quia morbus est principalis, attribuẽdus
est morbo.Sic quidẽ,licet syncopis talis ex inanitione spiri
tuum immediate fiat,quàm frigiditas,sequitur tamen, quia
eius febris est principalis causa inde, ideo febris accidens
esse dicetur,& medicabitur frigidis,sicut feb.

Cerotum efficax & expertum ad rigores inunctũ in spi-
na per horam ante paroxismum. ℞.olei antiqui,succi arte-
misiæ,& cerę parum,frictione forti ungatur,donec calefiat
locus,& imbibatur cerotum.

Puluis ante paroxismum ter datur. ℞. zedoarię.ʒ.i.bac-
carum lauri,seminis rapæ,ana. P.i.puluerizentur & misceã
tur. dosis ante paroxismum per horam, & detur drach.i.
cum tepida.

Pilulæ expertæ ad rigores.℞.styra.myrrhæ,opii,opopa
nacis,omnium,ana partem.i.Conficiantur cum butyro,&
sit dosis earum.v. ante paroxismum per horã infirmo bene
se fouenti in camera sua.

Item confectio bona & experta.℞.opopanacis,sagape-
ni,aniudẽ,cimini,carmeni,se.apii,piperis,an.au.i.s.se.hyo
scyami albi,croci,aristol.euphorbii,myrrhæ, zing. ana.ʒ.i.
tertiam,pyretri,se.harmel,ana aur.i. Conficiantur cũ mel-
le.Dosis,auellana una cum aqua calida.

Dolor capitis in febribus putridis est accidens non parũ
lædens uirtutem,prosternendo sua fortitudine ipsam, & au
gens febrem sua inflammatione,adeo ut declinatam redire
facit ad augmentum,sicut dixit Aboa.& causa sit collectio-
nis materiæ partibus capitis rheuma prouocando, & si per
duret fit morbus faciens compositionem.Vnde Abo. & est
cum una res compositione sui,& rei quæ est ante ipsam, &
rei quæ est post ipsam,est ægritudo,causa,& accidens,sicut
dolor capitis qui accidit ex feb. non immerito: ergo ipsa
feb.maiori indigebit prouidentia & correctione. Et siqui-
dem proprie accidit ex calore febris plurimum, & ex fu-
mis resoluentibus à putredine earum sursum, prout de na-
tura est eorum ascendentibus ad caput,& ex uaporibus dis
solutis ex materia ipsius carminata apud digestionem,diui-
sionem,ac eius expulsionem,quos ad caput subleuat feb.&
quandoq; ex ipsa materia,& humoribus corporis ascenden
tibus ad caput per eam, qui sua multitudine replẽdo,& ex
tendendo myringas cerebri, & inflammando sui acuitate
dolorem inducũt.Quos dolor perceptus in radicibus ocu-
lorum demonstrat. Et quandoq; aggregantur in partibus
exterioribus subcutaneis,quos dolor cutis capitis apud ta-
ctum exterius magis perceptus ostendit. Et siquidem fue-
rit crassi capitis grauedinem totam habent.Et quia cura e-
ius in soda absoluta generaliter dicta est,hic in speciali cor
rectionem eius breuiter transeamus. Et eius correctio bre
uiter est tres res. Prima materiam ascendentem trahit in-
ferius & deriuat. Secunda reprimit ipsam & obtundit,
ac dyscrasiam alterat calidam,& permutat. Tertia materiã
eleuatam euacuat.Prima stãte feb.permutatur,& comple-
tur cum frictionibus asperis manuum & pedum, incipien-
do à superioribus,& trahendo ad eorum inferiora, & cum
effusione aquæ mordaciter calidæ super extremitates, assi-
duatione:trahitur enim dolor sensibiliter per eam ad infe-
riora,& cũ ligaturis dolorosis,& quãdoq; cum uentosis.Et
declinante feb.si dolor det spacium,cum clysteriis,& colly-
riis trahentibus,proprijs, uel cum pharmacijs ex aloe, &
hieris, si uapores cholerici fuerint, uel colocynthide, si
phlegmatici,uel epithymo,si melancholici,uel polypodio,
si phlegmatici simul uel melancholici, uel cum sena, & fu-
moterræ,& aqua lactis .s.adusti.Et gñaliter, quicũq; sint,
cũ agarico,& cum apertione uenarum hæmorrhoidaliũ cũ
sanguisugis,proprie prouocatione menstruorum, maxime
si materia sanguinea fuerit,uel cum peccato sanguinis,quo
niam trahunt & euacuant, uel cum phlebotomia cephali-
cæ,manus loco doloris appositę,quoniã deriuat & euacuat
& quandoq; confert uomitus cum materia est in stomacho
& est facilis. Secundam rem complent epithemata ex frigi-
dis,& stypticis confortantibus,supra frontem,& tempo-
ra applicata.Et caput si expediat præabrasum: deinde tem-
perate fricatum,si non prohibeant catarrhi, grauedo, tus-
sis,frigidi. Qualia sunt ex aquis, ut ros.coriandri, semper
uiuę

uiuæ,filicum,solatri, & similium cum aceto pauco, rasura
cucurbitæ,ros.sandalis,camphorę,& similibus, & proprie
oxirhodino.Et exhibitio granatorum acetosorum, & mu-
zorum,& rob de succis ipsorum,de acetosa, & de acresta,
& citoniorum,& coriandri,& aqua eius proprie, si pulsati-
uus sit dolor.Tertiam rem complent fomenta, & embrocæ
ex aqua decoctionis anodinorum temperate calida,quales
sunt flores chamæmillę,melilotũ,& similia, quæ poros ape
riant, quæ præmasticata, apocrusticata constiparunt, quæ
causa multiplicationis sodę ex feb.quandoque existit. In-
quit enim Aboa.Et sodam quidem calidam in febribus mul
tiplicat usus epythematum,uapores exire non permitten-
tium:sic ergo applicanda subsequenter sunt ibidem cũ po-
ros aperiant,& collectos ibidem uapores resoluant ea. Et
siquidem fuerit materia humoralis in causa, & multa,præ-
aperiatur uena narium,uel frontis, uel quæ post aures est,
quæ parti repletæ melius correspondet, si cum peccato san
guinis fuerit,uel cum pharmaciis propriis educatur, si sine
eius peccato existat:deinde prædicta fomenta,& embrocæ
prædictis partibus capitis applicentur.

Et expertus est sacculus repletus ex prædictis floribus
cum foliis maturarum ros.paucum bullitis in aqua,& supra
frontem & tempora ligatis. Et cum fuerit grauedo prima
remissa,si expedit,& prætermissa secunda, contentatur præ
missione capitis supra uaporem aquæ decoctionis florum
chamæmillæ,meliloti,& furfuris, & uiolarum propter fe-
brem,& embrocationem ex ipsa, sanabitur enim ex his, si
Christus uoluerit.

De dolore uentris eus antecedente supra sectione pri-
ma suo loco est dictum. Et plurimum accidit ex humore
cholerico concurrente ad stomachum & intestina.Et quan
doq; ex uentositate.Et quandoq; ex uermibus.Et signa quę
rantur supra,& etiam correctio eius.

Vigiliarum instantia contingit eis plurimum apud sta-
tum,& similiter alienatio.Et causa est communis utriq;.Et
est quam Gal.dixit cum ait.Alienatio quę fit in statu febriũ
ex fumis caput petentibus fit.Cum ergo peruenĩut ad ocu-
los in humiditate albuginea, uel cerebrum ascendunt, in
phantasia,& imaginatiua, impressionem formarum diuer-
sarum faciunt, & intellectum turbant & rationem, quare
mouentur irrationabiliter,& loquuntur infirmi,ac si uide-
rent aliquid exterius,quod est intus,& cum exiccent simul
cum feb.cellulam anteriorem cerebri inducunt uigilias,&
priuant somnum.Correctio eius est similis illi, quæ in dolo
re est dicta,& supra in phrenesi.

Correctio uero profunditatis somni, & subeth quæ plu-
rimum apud principium paroxismi contingunt econtra est
faciendа,scilicet cum clamoribus & locutionibus, strepi-
tu,& aliis expergefacientibus,trahentibus materiam,& de
riuantibus uapores sicut supra in lithargia dictum.Et cum
frictionibus asperis,& odoribus ex ruta acresti,& harmel,
quæ calefaciunt cerebrum, confortant, & expergefaciunt.

Et ad subeth cum ligaturis extremorum dolorosis,& fo-
mentis cum calidis aquis mordentibus, in quibus decocta
sunt ex calefacientibus aliqua dictis in rigore,& ex rubifi-
cantibus sicut urtica,calamentum,& similia. Et cum colly-
riis acutis,maxime si fuerit stricta natura, & cum uentosis
inter spatulas & spondiles,& declinante paroxismo cũ cly-
steribus acutis:& deinde sternutatoriis ex pipere, elleboro,
& condisi,& cum epithematibus supra caput, & ex oxi-
rhodino in principio:deinde cum additione calefacientiũ
cerebrum,& ex serpillo,& deinde castoreo proprie,& de-
inde cũ epithematibus,& unctionibus, & proprie ex oleo
nardino,sambucino,sampsuco,& succo rutæ, quæ est con-
ueniens spiritui animali.Et cum uno trochiscorum de scam
monea,succo sisymbrii, & acero, & loco opii ponatur ca-
storeum,& fiat inunctio in superiori parte capitis, & ulti-
mo emplastretur cum sinapismo.Caue tamen ne alia appro
ximentur à principio corpore repleto, quia trahunt magis
cum repletione.Et cum prædicta non sufficerint,ministrẽ-
tur pharmaca ex hieris magnis,& proprie hieralogodion,
agarico,& castoreo pauco cum decoctione stœchadis,hys-
sopi,& similium.

Sternutatio contingit eis ex fumis, & uaporibus caput
petentibus,eius uacuum replentibus,& humectantibus.Et
proprie in principio paroxismi suffumigante materia accẽ-
sa feb.calefacit & dissoluit,& uirtus expulsiua percipiẽs no
cumentum impetu quodam mouetur ad expulsionem, adiu
ta intus ab aere per nares tracto,qui extra effusus cum ma-
teria,cum impetu exiens per augustum sonat & sternuta-
tionem facit,sicut Hippoc.in aphorif.ait. Quæ si immode-
rata & superflua fuerit,nocumentũ præstat.Debilitat enim
uirtutem,& replet caput trahendo, propter nimium motũ
accẽdit febrem.Et fortasis propterea aperit uenas, & pro
uocabit ex naribus sanguinẽ qui in debilitate præstat aug-
mentum,& in materia cruditatem. Correctio eius est tres
res,deriuatio,& attractio uaporum,repletio, & resolutio
ipsorum.Primam rem complent compressiones extremo-
rum, & frictiones ipsorum asperæ & partium dorsi, pe-
ctoris,& colli. Represionem complent odoramenta ex
luto armeno,spongia marina cum aceto lymphato, & oleo
ros. Resolutionem complẽt motus capitis, frictio frontis
eius cum suauitate, & iniectio olei chamæmillini in au-
res,calefactoria capitis cum pannis suffumigatis cum xylo-
aloe,& thure,& spica.Et somnus temperatus. Et post,ui-
gilia superflua interdicatur quandoq;,quoniam replet ma-
gis & calefacit.Et omne repletiuum ex cibis & potibus &
odoribus.

De tussi. Tussis accidit ex febre eis exiccando exasperante tra-
cheam gutturis,& alias pectoris partes,& quandoq; dissol
uente materiam in cerebro,& acuente ipsam,quæ catarrhi
zãs ad partes prædictas,tussim facit,eo quòd natura ipsam
ibi non patitur,immo ad eius expulsionem motu impetuo
so mouetur,qui tussis dicitur. Et signum distinctiuum est,
quia rem sentit medicus transglutire ægrotum, & est cum
sputo humido,subtili,& pauco,& salso,& quandoq; acuto,
& pauca siti.Inquit enim Hipp. Quibus tussis siccæ,& mo
dicæ,prouocatę in febribus urentibus,hi non ualde sitien
tes fiunt.Prima uero est sicca,& cum siti multa, & sine spu
to.Cura tussis ex feb.& correctio eius est duæ res. Prima
est,ut interdicantur nociua. Secunda est, ut ministrentur
iuuatiua.Primam rem complent inhibitio acutorum fumã
tium,& salsorum,& acetosorum & aliorum extrinsecus ad
uenientium nociuorum,dissoluentium, uel comprimentiũ
cerebrum,quæ ex prędictis sunt nota. Secunda rem com-
plent humectantia ex cibis & potibus,ut pulmenta ex amy
lo,succo hordei cum iuiubis, decoctio medullarum semi-
num frigidorum & fructuũ,& cucurbita,& similia,& aqua
hordei,decoctionis iuiubarum, uel simplex cum penidiis
bibita,& iuleb uio.& cucurbita,& syrupus iuiubinus,& de
tentio in ore penidiorum,et proprie tragacanthi cum semi
nibus cõmunibus,& inũctio exterius supra pectus ex oleo
uiolato,& amygdalarum dulcium,uel ex ceroto frigido ex
succo maluæ,tragacantho,oleo uiolato,& cera.Et in frigi-
da catarrhizante materia etiam cũ ceroto frigido, ex oleo
rosa.puro uel misto cum mucilagine psyllii,& succo portu-
lacæ & similibus, et cum sacculo retento supra commissu-
ram capitis coronalem,ex milio,panico, ro. sandalis, myr-
to,& radice solatri,quæ est propria, & aliis frigidis exic-
cantibus & confortantibus.Et cum retentione in ore pilu-
larũ birchichiarũ, quas supra in tussi diximus,se.papaue.al-
bi,& confectionis ipsorum,ut diacodion,diapapaueris, &
cum suffumigatione ex sandaraca,et odoramentis ex cam-
phora,et aceto lymphato.Superius præmissa summa osten
dimus qualiter ex angustia ephemera feb.proueniat. Hic
autem dicemus qualiter angustia,et inquietudo in putrida
febre contingat.Et quod angustia contingit ex fumis cali- De angu-stia.
dis circa spiritalia coadunatis,coangustantibus spiritus, et
uirtutem in eis,cum debilitate adeo,ut expandi ad exterio
ra non possit, quare natura mouet hincinde corpora, et
membra sine ordine et quiete,quatenus possit ab angustia
et carcere deliberari,ad quod caliditas feb.adiuuat spiritus
inflammando. Et correctio eius est duæ res, deriuatio fu-
morum,et attractio ad extrema,scilicet prout in dolore di
ctum est,et alteratio spiritalium cum confortantibus notis
supra in complentibus rem secundam, quæ in cura putrida
rum est principalis.

De difficultate anhelitus. Difficultas anhelitus, et transglutiendi accidit in feb. aut

E aut propter febrem exiccantem, & spasmantem lacertos anhelitus,qui sunt in pectore,uel transglutiendi qui sunt in gutture & meri.Et illud est malum, ut dixit Hippo. in suo aphoris.cum ait.In febribus spiritus offendens malum, aut propter materiam dissolutam à febre catarrhizantem à capite ad guttur, & ibidem collectam, aut propter uirtutis motiuæ debilitatem in suo principio. Et signa distinctiua sunt manifesta.Et correctio primæ causæ est cum humectãtibus frigidis,uirtutem,& proprietatem in dilatando habẽtibus,interius & exterius approximandis,notis supra in cura ephemeræ ex frigiditate,uel densitate.Secundæ uero ẽ, ut cum his quæ tussim catarrhalem corrigunt,strangulationẽ,& synachen,& cũ cõfortantibus cerebrum,neruos stomachum & meri,quæ supra sunt nota, & interdicantur uomitus,& omnia clysteria,& collyria sunt meliora pharmaciis per os sumptis.

De siti. Sitis in talibus accidit ex calore febris inflammante, & exiccante spiritalia,& etiam nutritiua. Et quandoq; est ex materia baurachia salsa ori stomachi adhærente,uel cholera in partibus stomachi superioribus effusa, quæ sitim, & F tristitiam infert,atq; cordis morsum, fastidium, appetitus casum,& similia. Et signa harũ causarum ex prædictis sunt manifesta. Et correctio primo fit cum infrigidantibus, & humectantibus,sumptis & bibitis in quanto sufficienti per interualla,notis supra in sectione prima.Oportet autem ut sint quantitatis sufficientis magnæ:pauca enim sitim magis accendunt dixit Aboa.quoniam excitat caliditatem, sed sit sumptio suis horis, & per interualla, continue uero frigidis aquis gargarizatis,& lauationibus, & masticationibus ex ramis portulacarum,& præputiorum uitis, tamarindorum,& similium,& retentis in ore,ut mucilaginibus tragacanthi,psyllii,seminum citoniorum, & melonum, & proprie indorum,& prunis infusis,& sebesten. Et medullis seminum communium frigidorum, radicum liquiritiæ, & zucchari candi,in quantitate fabæ,carnium,melonis indi,limonum,& similiũ,uel crystallo infrigidata in aqua, & aliis compositis,quæ Christo duce dicentur. Et oleis frigidis in fusis super caput,si non sit prohibens. Et frigidis epithema G tibus supra pectus,hepar,& stomachum, & ex prædictis & propriis,& cum uigiliis,quoniam si ex siccitate, uel frigiditate esset, somno corrigeretur. Correctio uero secundæ causæ est cum incisiuis,& abstersiuis,& proprie cum aceto lymphato gargarizato,& bibito,& appropriatis, ut aniso, masticato,& transglutito,& similibus compositis,dictis supra in tussi. Et tertiæ causæ correctio est cum uomitu, & sumptione aceti,& medicinarum acetosarum,& prunorũ, tamarindorum, & succo duorum granatorum expressorũ, cum pulpis eorum,quæ choleram reprimunt,& educunt, stomachum confortando,& excitando appetitum.Et siccitas linguæ,ac oris ex illis est,quę febris caliditatem causat, & corrigitur,sicut prima sitis.

De siccitate, & asperitate linguæ. Asperitas uero linguæ duplex est,quædam est cum superficie eius clara & munda,& talis est ex caliditate, & siccitate febris,ex asperitate & remanet in calore suo,quædam est cum superfluitate uiscosa adhærente, cuius causa materialis est quãdoq; catarrhus phlegmaticus cum signis suis, & tunc primo est alba, & quandoq; est uapor cholericus eleuatus à spiritalibus & nutritiuis, & tunc est primo ci- H trina,quos cum aduret febris caliditas, deinceps conuertetur in nigram.

Cura eius,& correctio eius quæ mũda est,est correctio siccitatis dicta,& sitis primæ. Eius uero quæ est cum uiscositate correctio est sicut secunda. Et oportet,ut abstersio fiat præcedente ablutione cum aceto & aqua, cum instrumento ex canna,uel salice facto,uel cocleari ex aliquo metallorum:deinde cum panno aspero madefacto cum aqua zucchari, deinde humectetur cum pipatella ex seminibus citoniorum,uel melonis recentis interclusis,quoniam prohibent offuscationem & humectant, ex quo ualde alleuiantur infirmi. Oportet autem,ut non dormiat supine,neque super ceruical ex plumis mollibus,quoniã sunt ex his, quæ calefaciunt,& exiccant,& exasperant,& denigrant.

Pilulæ.℞.medullæ seminum citoniorum,se.communium, ana.ʒ.ii.tragacanthi.ʒ.i.confice cum carne prunorum, & mucilagine psyllii,& teneantur sub lingua succesiue.

Sudor symptomaticus,& criticus,superfluus,uel diaphoreticus accidit eis secundum Gal.ex feb.subtiliante humores,& rarefaciente poros,quare deficit contentiua, & contineri non possunt, quinimmo cum humoribus superfluis quos quandoq; uirtus euacuat expulsiua, egrediantur etiã boni deficiente contentiua.Et signa sunt,quia non confert neq; bene fertur,sed eorum uirtutes deficiunt & obtundũtur.Et correctio eius,licet supra in cura cordis sit dicta: tamen quia cum feb.accidit,hic in fine pro tanto sciendũ est, quòd est tres res.Prima inspissat,& adæquat humores. Secunda inspissat poros intropellendo humores.Tertia deriuat ipsos ad aliã regionẽ.Primam rem complent omnia ex cibis habentibus inspissare humores ex leguminibus,ut cõdro,lentibus excorticatis,& faseolis albis,qui dicuntur meseroio,& frumento decocto parum aceti habentibus, pane similagineo & albo, & ex amylo,& panico,carnibus porcinis,& uiscosis,& proprie extremorum ipsorum,& cerebri, uiscerum & testiculorum galli.Et ex fructibus,citoniis,piris,sorbis,nespilis,castaneis,zarur,dactylis,& iuiubis,& similibus.Et potibus frigidæ aquæ,& stypticis si toleret stomachus,& natura.Si uero nõ cum uino crasso,& styptico, & ex medicinis,ut charabe,coriandro,tragacãtho,myrob. penidiis,& similibus, quæ supra dicta sunt, & infra suis locis Christo propitiante dicentur.

Secundam rem complent frigida, styptica proprie, & exterius approximata ex aeris infrigidatione,ut supra præfertur in alteratione febris dyscrasiæ, & proprie cũ aspersione aceti,sandalorum,& camphoræ, & myrtorum stratione,aut euentatione,& flabellatione corporis,adeo ut quãdoque ducatur in cunis,& sine motu per se ad aerem frigidum immutetur,& cum irroratione aquę frigidæ per se stypticæ supra faciem & caput,& pulsus,et proprie ros. Et cũ epithematione hepatis,et pectoris ex sandalis,spodio,et cãphora,et aqua ros.et madefactione corporis etiam,si expediat,et toleretur ex ea,uel aquis decoctionis stypticorum, et ponticorum, et proprie citoniorum immaturorum, et macianorum,ros.balaustiarum,myrtilorum,gallarum, et similium,uel ex succis,ut aceto mixto,aqua niuali, et est fortis impressionis,succo acrestæ,myrtæ,et summitate salicũ, uirgæ pastoris,et etiam semperuiuæ,si toleretur. Quæ si nõ sufficiant,liniantur ex mucilaginibus psyllii,et tragacãthi,et se.citoniorum, & similium, superaspergatur puluis subtilissimus charabe,et spicæ, & super pulsus extremorũ ponatur nix,uel rasura cucurbitæ,& balneentur in frigida, si toleretur uirtus.Oportet autem,ut alia minorentur quãdiu expediat:deinde auferatur absq; abstersione.Abstersio enim rarefacit et prouocat,quare oportet,ut camisia,et linteamina ex sudore madefacta,non nisi cum cessauerit immutentur.Et deinde gradatim calefiat,et nutriatur, ut sanguinem,spiritum,et calorem,quem perdidit resumat,et cõfortetur,ut ulterius sufficiat ad pugnandũ,si expediat,morbo. Tertiam rem complent diuretica frigida,et aquæ ipsorum cum zucch. ros.mista, quæ deriuent humores subtiles ex poris ad uias urinæ, & prouocando confortant. Et quia de reliquis accidentibus in sectione prima sufficiẽter est dictum, hic dimittantur gratia breuitatis. Correctionem aliorum accidentium, quæ consueuerunt insurgere talibus febribus,quęres infra in cura pestilentialium.

De medicinis feb.in speciali,et primo simplicium, & inter eas primo synocharum in putredine. Cap. 2.

GAlenus inquit.Sãguis cum superexcoquitur, uel putresit, subtile eius transmutatur in choleram, crassum uero in melancholiam. Quod quidem uerbum mouit Aboa.eius interpretem ad dicendum.Gal.uisum fore febrem ex sanguine putrescẽte,uel inflammato nõ esse, quod enim conuertitur,& trãsit in aliud,definit esse, quod est,quapropter fe.non erit sanguis, sed aliorum humorum alterius in quo transmutatur. Cuius contrarium in de crisi,& therapeutica euidenter apparet. Et quidem uerbum hoc transmutatur cum dicat quid in fieri, & in eo quod in fieri est, sit dare aliquid factum, aliquid uero quod restat ad

ad fiendum,ut Gal.alibi dixit.In putrescente sanguine, & existente in conuersionis actu,seu transmutationis, erit dare aliquid eius cõuersum in prædictos humores, & aliquid nõ,sed adhuc sub specie sanguinis permanebit. Siquidem ergo quod de eo remansit adhuc sub specie sanguinis superet,quod de ipso conuersum est, febris dicetur esse sanguinis.Si uero econtra feb.non dicetur esse sanguinis, sed ẽm speciem in quos conuersio facta est prædominantis semper nomine præseruato,quod innuit Auer.ĩ suo.vii.col.Et hoc secundo modo interpretatus fuit, ut æstimo uerbum illud Aboa.ꝙ talis febris mordacis est caloris respectu inflãmatiuæ minus uero quàm causon, propter accensionem ipsius in stomacho humido putrescentis in omnibus uenis corporis,uel maximis titillico usq; ad inguina protensis ualde in proprio loco eius.Et proinde continua existit & conclusa, nullam intermissionem quietis ex se habens, sed unum paroxismum à principio incontritum & continuum, & absq; sudore interueniente usq; ad finem accedens uarium habẽtis calorem,quia aliquando augmasticum, aliquãdo peraugmasticum, & aliquando homotenum,secundum quòd de eius putredine plus uel minus, uel æqualiter resoluitur ei, quod de ipso putrefactioni succedit.propter quod dictum *Tres huius feb. spẽs.* est tres habere species: quarum prima est deterior, minus mala est secunda, & tertia est media inter eas.Quarum terminus est,ut plurimum,usq; ad septimum diem.Et quandoque in quarto cum euacuatione manifesta per fluxum sanguinis,uel eruptionem cholerę ex uentre,uel sudorem,uel deriuationem ad cutem,quare fiunt phlegmones in emunctoriis,uel uariolæ,uel morbilli,aut pasticium, & illud est plurimum,bona terminatio,quando antecedunt signa digestionis. Et quandoq; terminatur male,ut quia permutatur in causonem,& quartanam,& phrenesim uel lithargiam,& profunditatem somni aduenientem ei,uel hydropem siccã, quòd prædicta euacuatio non resoluit,& permutationis signa præcedunt in quolibet apparẽtia membro ad quod permutatio fiet.

Causæ. Et causa eius duplex est interior & exterior.Interior est quam supra in principio summæ huius ostẽdimus.& est sanguis propter oppilationem intranspirabilis,putrescẽs propter sui aptitudinem à complexione,substantia, quantitate & loco,licet raro accidat talis fe.propter causam in principio huius capituli asignatã.Exterior uero est duplex, una est dispositiones, alia est cõplexiones. Dispositiones est usus fructuum in substantia sanguinis multiplicantium humorem aquosum,crudum, quo ad putredinem præparatur, ut sunt fructus aquosi,stiptici,& põtici,noti, & proprie persica,& poma immatura,& pira. Cõplexiones est motus corporis laboriosus,& animæ,ut ira & similia, subito commouens,& inordinate ipsum ad loca oppilationum inflammãs & perturbans, & calor aeris inducens ebullitionem in eo quare putrescit à naturæ regimine destitutus,& fe.accẽdit.

De signis. Signa sunt signa repletionis,sanguinis,& qualitas corporis mutata ex inflatione faciei,oculorum,& uenarum cum rubore,& pruritu in collo,facie,& naso. Et quandoq; fluit sanguis ab eo,grauedo capitis & pectoris,& dolor grauatiuus inter spatulas extensus in dorso, angustia, anhelitus cũ multa fumorũ emisione,& odore graui, & cordis tremore,& quandoq; cũ syncopi.Pulsus plenus,uelox, & spissus, non fortis,ut erat in inflãmatiua.Illa enim non committebat se nisi forti uirtuti,in hac uero ex quo sanguis putrescit facta est imbecillis,non ualens sanguinẽ gubernare. Vrina uero est rubea,obscura,puluerulenta & spissa, & febris dispositio est,ut est dicta cum circunstantiis consimilibus ei.

De cura. Et cura huius feb.speciali iudicio generalis curationis prædictæ est adaptanda.Cum enim secundum Gal.generalia in specialibus contineantur in eis erunt seruãda.Et proinde cura huius ẽ quatuor res,proportionabiles illis supra, scilicet.Abscisio causæ,febris alteratio,regiminis ordinatio,& correctio accidentium.

Prima est euacuatio sanguinis putrescentis quæ dupliciter est complenda,minoratione,scilicet & mũdificatione. Minoratio fiet eius non expectata nec præmissa digestione cum phlebotomia de uenis manus, magis quam cum re alia,etiam dierum numero non attento, sed fiet quacũq; die A perueneris ad infirmum,siue sit par,siue impar,& quacunq; hora maxime prima,& cum illis proportionalibus, ut uentosatione cum scarificatione in cruribus, pulpis tibiarum, & dorso,apertione uenarum hæmorrhoidalium, uel menstrualium,si phlebotomiam non tolerat propter causam superius dictam in inflammatiua,deinde in apertione uenarũ narium,& frontis mediæ,& propter repletionem facientẽ magnam indigentiam,debet esse multa,sed propter putredinem,& oppilationem quæ non tollũtur ex ea, & uirtutis debilitatem,quæ non tolerat,oportet eam partiri. Si ergo fiat aliqua seruetur aliquid sanguinis in cibum naturæ,quæ fiat potens in aliis,& crisibus expectatis,nec oporteat intẽporanee ulterius præcibare propter causam iam superius dictam,sed fiat frequenter, ut paulatim educatur putredo cum totalitate,& uirtutis conseruatione.

Mundificatio putrefactionis sanguinis completur dupliciter. Vno modo cum his,quæ ab eo suauiter mundificant fumositates,quibus ad inflammationem perducitur.clarificant ipsum,& purificant sequestrando ab ipso superfluita- B tes aquosas,quibus ad putrefactionem disponitur, quare ipsum febrem accendere Gal.dixit.Qualia sunt cuscutæ, absinthium,& capillus ueneris,& tamarindi, quæ aquosas superfluitates educunt.Et diuretica calida proprie leuia, & *Sãguinem mundificãtia.* alia ex mundificantibus sanguinem,quæ in antidotario diximus,& qualia sunt hyssopus,asphodelus & hasce,quæ mũdificant ipsum ab humore crudo,qui causa oppilationis existit,quæ causa est immediata putredinis eius digerendo illum.Alio modo cum his,quæ substantialiter,& notabiliter purgant, & soluunt humorem corruptum, sanguini mixtum,uel generatum ex corruptione ipsius,ut cholericũ uel melancholicum,uel aduenientem sibi,& inficientem ipsum siue sit phlegma,siue melancholia. Nihil enim aliud est pur *Purgare quid.* gare secundum Gal.quam purum sanguinem derelinquere utroq; modo intelligendum est hic,cum corruptum sanguinem mundificandum dicamus.Comprehenditur enim effectus putrefactionis ipsius à quibus purgatum esse oportet, si mundificatus,& purus debeat sanguis permanere. Qualia autem sint hæc,omnia supra in antidotario dicta.Sunt e- C nim ex eis simplicia, & composita, & simplicia sunt, quæ ibidem sunt numerata, & composita ex quibus est hierapicra proprie,& decoctio capil.uene.quæ simul omnia respiciunt.Et aliæ medicinæ ex illis compositæ:talia uero mundificantia ultimo modo dicta digerentia præcedere debent eo quòd mundificant attrahendo fortiter plurima: aliæ uero simul digerentia,& mundificantia sunt absq; attractione forti.Et digerentium quædam sunt quæ subtiliant, cum in sanguine humor crudus mixtus fuerit, & crassus, quæ sunt iã nota supra. Et ex illis sunt syrupus de hyssopo,syrupus & trochisci proprie de ro.de hasce,& similia. Quædam quę inspissant cum fuerit in sanguine humor subtilis, ut est rob iuiubarum,aqua lentium,dactylorum, tragacanthis, & similium.Et quandoque oportet præmittere aliqua, quæ naturam leniant, sicut est herba acetosa recens quæ laxat, ad differentiam seminis sui quod stringit, specialiter si sit siccum, ut dixit Aboa. Et succus duorum granatorum expressorum cum pulpis suis, granis eorum non contritis in quantitate. ℥.vi. siracost, tamarindi,pruna,& similia, quæ D feruorem sanguinis reprimunt, & resoluunt subtilitatem cholericam,leniendo naturam. Alteratio feb. dyscrasiæ fiat cum illis quæ ex medicinis interius approximatis infrigidant & humectant, & cum aqua hordei, lactucæ, & aqua casiæ fist. coriandri humidi, & aqua lentium, & similium, & aqua frigida, si non fuerit quod prohibeat, & breuiter cum his quæ supra in cura generali sunt dicta,quæ hic etiã sunt obseruanda,& prout dispositio exigit, eligenda & ministranda absque superfluitate uel paruitate.Sicut enim talia quæ infrigidando sedant ebullitionem sanguinis, incidant humorem crudum oppilantem, & aperiant oppilationem,qualia sunt ex simplicibus acetosa proprie, & composita ex illis sunt nota, & ex illis est syrupus acetosus, oxizaccara,succus granatorum muzorum, & aranciorum cum zuccharo, pruna, & similia,non ualde styptica. Et ex appropriatis est chrysolachana,& pes locustæ, & decoctio eius,& consimilia.

Regimen

Regimen uero ipſius ſit cum cibis, & potibus uirtutem conſeruantibus, non multum nutrientibus, euchymis, frigidis & humidis, ut eſt ſauich hordei cum granis granatorum & iuiubis, aqua hordei, & aliis inſpiſſantibus ſanguinem abſq; ſtipticitate multa, propter oppilationem quę in putrefactione eſt prima. Et ideo cauſa augmentata, augebitur feb. ipſa, ut eſt ſumach, & amylum, ex mundificantibus, ut endiuia, boragine, & buglоſſa, bleta, portulaca, lupulus, lactuca, & ſimilibus: & quandoq; cum ſubtiliantibus, ut aqua cicerũ, capparibus cum aceto, & aqua cauliũ, & ſimilibus. Sint autem in quantitate pauca, & ſæpe data, ut reſumptio euacuationi correſpondeat. Et ſicut paulatim corruptus ſanguis educitur, ita paulatim reſtauretur bonus. Corruptioni enim eſt neceſſaria reſtauratio cum temperamento, dixit Gal. in hora matutinali in qua refrigeriũ ab aere recipit, quod à ſe habere nequiuit.

Correctio accidentium eſt, prũritui accidenti in naſo, & collo, ſuccurratur cum poſitione uentoſæ in eo, & prouocatione ſanguinis ex eis, tremori uero cordis & pulſui, angustiæ anhelitus, & dolori capitis grauatiuo, & dorſi, ſubuenietur eis cum phlebotomia, & reiteratione eius, & ſyncopi, cum pane, & ſucco acreſtæ, uel granatorũ ante ipſam, & cũ uino lymphato, cũ aqua roſ. in hora ſyncopis. Fluxui uero ſanguinis uentris, & ſudori non obuietur niſi cum ſuperfluxerit, de quibus dictum eſt ſuperius.

Deſcriptio ſyrupi mundificantis ſanguinem. ℞. boraginis, buglоſſæ, lupulorum, capil. uene. endiuiæ, cicoreæ, ana. M. i. radicum quinq; communium, an. ℥. s. cuſcutæ, ſtorum abſinthii, eupatorii, ana. ℥. s. zuccha. lib. i. ſucci roſ. ℥. iii. doſis. ℥. i. cum. ℥. s. tamarindorum pulpæ, tereniabin, & aqua paſſularum quod ſufficit.

Deſcriptio potionis ad idem cum ſolutione. ℞. mellis, caſiæ fi. ℥. ii. diſſoluantur in aqua endiuiæ, & ſumatur ſuper interualla hebdomadæ. Et aliqui addunt rhabarbarum cum in ſanguine cholera dominatur, & aliqui agaricũ, cum dominatur phlegma, & aliqui aquam epithymi, cum admixta eſt ei melancholia.

Deſcriptio aquæ inſpiſſantis ſanguinem. ℞. dactylorum immaturorum, iuiubarum, numero. xv. lenticularũ terræ ex corticatarum, & aquæ, ſeu utriuſq; an. ℥. i. gummi tragacan. ℥. i. coriandri. ℥. s. decoquantur & addantur penidiorũ ℥. iii. zuccha. tabarzet. ℥. i. Doſis, quolibet mane. ℥. ii.

Deſcriptio trochiſcorum propriorum ad feb. ſanguinis. ℞. ſpodii. ℥. ii. ſe. portulacæ. ℥. vi. ſe. cucumeris. ℥. iii. gummi tragacanthi, amyli, an. ℥. iii. ſucci liquiri. ℥. viii. fiant ex eis trochi. ℥. i. detur. ℥. s. uel. i. cum aqua cuſcutæ, inſpiſſat enim ſanguinem, & confortat hepar.

Deſcriptio aliorum ℞. roſ. ℥. iii. berberis. ℥. ii. ſe. cucumeris, citrulli, melonis, ſpodii, ſe. portulacæ, an. ℥. i. gummi, traga. amili, ana. ℥. s. rhab. fœni. croci, camphoræ, an. pondus granorũ. xx. & informentur in quantitate. ℥. i. & detur unus cum aqua coriandri ad idem.

De medicinis feb. phlegmaticarum, & primo de quotidiana. Cap. 3.

Feb. quotidiana.

FEbris quotidiana eſt feb. accenſa in phlegmate putreſcente, quæ quidem quia æqualiter exacerbatur quotidie, dicta eſt quotidiana, licet accidentaliter, ut infra dicetur, erat autem ut prædictum eſt in principio ipſa duplex iterpolata, & cõtinua illis proportionata. Exacerbari enim uiderur in periodis quibuſdã quotidie ipſius continua, ſicut interpolata non tamen incipit cum rigore, nec eradicatur plene, ſicut illa. Siquidem dicta eſt proportionalis, quia conuenit interpolatæ ex eodem humore in ſpecie facta: non tamen totaliter, quia conuenit ei, & differt ab ea. Conuenit ei certe in quotidiana exacerbatione, prout eſt dictum, & in materia, quia utraq; eſt ex phlegmate putreſcente ſecundum quamlibet ſui ſpeciem, ſapore diſtinctam, & in longitudinem durationis totalis, ſeu uniuerſalis morbi, & particularis paroxiſmi reſpectu tertianæ: ſunt enim de genere chronicorum, ut Gal. dixit, quorum uniuerſalis terminus eſt in. lxiiii. diebus, & particularis paroxiſmus in. xviii. horis ſecundum plurimum. Variantur autem ſecundum plus & minus, ratione uarietatis humorum in quantitate & qualitate, & ratione uarietatis coporis in uirtute, & compoſitione, & in temporibus uniuerſalibus, quia ſtatus, & declinatio prolongatur in eis, & in hora exacerbationis, quia ſecundum unumquemq; diem ad ueſperam, & noctem magis. Et in partibus, ſeu horis exacerbationis ipſius paroxiſmi, quia principium, & declinatio prolongatur in eis. In eſſentia ſe. quia utriuſq; calor obtuſus eſt & inęqualis, ſeu diſpartitus: & hoc totum propter humoris naturam, quia frigidus, craſſus, & niſcoſus eſt uniuerſaliter, differunt tamen ſecundum plus uel minus, ſecundum uniuerſitatem ſpecierum eius, ut infra dicetur propitiante Chriſto. Porro in aliis accidentibus eſſentialiter diſtinctis, ut in qualitate mutata corporis, ut quia faciei color, & uniuerſi corporis ad pallorem, & plumbeitatem cũ inflatione tendit, licet uapor ex putredine aſcendens quãdoq; ipſum ad rubedinem mutet. Et actione læſa, quia eſt cum ſtomachi læſione, ut plurimum, propter cauſam inferius aſsignandam, & cum dolore ipſius atque craſsitie, & aliorum uiſcerũ propter oppilationes multiplicatas in eis. Et pulſus eſt paruus, demiſſus, debilis in primis deinde fit frequens in proceſſu, propter eius paruitatem & frequentiam. Et eius paruitas uehementior eſt quam frequentia quartanæ & tertianæ, uerum non eſt uelocior pulſu quartanæ, & quandoq; eſt tardior eo, aut ſimilis illi: in primis eſt uehementis diuerſitatis cum priuatione ordinis, & diuerſitas magis eſt in paruitate, & debilitate ipſius, & ſignificationes pulſus ſuper eas ſunt de certioribus ſignis. Et ut urina quidem in eis in primis eſt alba, & ſubtilis, propter frigiditatem humoris & cõplexionis: deinde fit rubea, propter putredinem, & quandoq; permutatur, econuerſo propter humorem qui indigeſtionem incurrit, & iterum rubet, & inſpiſſatur propter digeſtionem & expulſionem, oppilatione aperta, & egeſtio ẽ mollis, alba, & inflata phlegmatica. Et in circunſtantiis uel ætate, nam plurimum accidunt humidis, natura quietis, uel ætate infantibus, & ſenibus in tẽpore hyemis, in regione humida, guloſis, patiẽtibus nauſea tiuam ſatietatem, exercitantibus, & balneantibus ſe poſt repletionem, & nauſeam, & habentibus oxiremiam, & deſcenſum humoris phlegmatici ad ſtomachum in quo putre fit plurimum, tanquam in minera generationis ſuę, propter malitiam regiminis. Et proinde non excuſatur à defectione ſtomachi cum caſu appetitus, & malitiæ digeſtionis, quę eſt cauſa dolorum, & ſyncopis, defectus uirtutis, & paruorum accidentium aliorum, & proprie interpolata. Et ſunt abſq; ſiti propter phlegmaticam naturam abundantis in ipſo, quæ ſi accidit fit propter putredinem eius, & falſedinem ductam ex ea, & tamen minor erit quàm in aliis, licet ſit magis perdurans. Quibus omnibus accidentibus, uel pluribus dictis cognoſcitur feb. phlegmatica, ſeu quotidiana: interpolata etiam & continua in ſeipſa, ut propriis ſignis, & diſtinguitur ab aliis generibus putridarum feb.

Differt uero ab ea in modo exacerbandi ac declinandi, in fortitudine, ut dictum eſt, & debilitate caloris, & interpolatione ac continuitate ipſius. Et quidem quæ interpolata eſt cum exacerbatur, uel mouetur ad afflictionem, & paroxiſmum inuadit cum frigore manifeſto, primum tamẽ paruo, deinde magno, & utroque prius puro, deinde cum horripilatione propter calorem, quem acquiſiuit phlegma cum ad putredinem ſucceſsiue ſecundum partes ſuas deuenerit propter ſui craſsitiem, & quia frigiditas ab eo, fumus calidus reſolutus ſimul per ſenſibilia membra corporis ſubito diffunditur, & ſic frigiditas ſimul, & calor percipitur. Cũ uero totus ſit putreſcens, calorem accendit minorem, quia tranſpirabilẽ ad exteriora. Deinde reſoluitur & declinat, omnino quandoque, plurimum abſque manifeſta euacuatione, & plurimum non omnino, & tunc quies ſuccedens erit impurior, & propter debilitatem uirtutis, & humoris uiſcoſitatem, qui ſemina putredinis derelinquit, & aliquando cum uomitu, & uentris fluxu, & rarius cum ſudore pauco propter naturam humoris, qui ſi fiat, ſubtilitatem oſtendit magis, & morbi proinde breuitatem. Continua uero cum ad exacerbationem uenit, abſque frigore inuadit, uel cum frigore pauco non ualde manifeſto, propter uentrem apud præſentiam frigoris humoris cõmoti, quod inimicum eſt eius. Et licet tarde ad augmentũ prouenia[t]

niat ſicut illa, tamen ex quo putrefit, calorẽ fortem accendit, & continuum, qui non declinat omnino. Et hoc totum propter humoris poſitionem & ſitum, ut ſuperius dictum eſt. Differt quoque ab illa in pulſu, & natura quoad quid, nam pulſus continuæ eſt inæqualis, & natura turbata, interpolatæ uero non, & in periculoſitate: continua enim periculoſior eſt reſpectu interpolatæ ſibi proportionatæ.

9. aph. 64 Inquit enim Hippo. in apho. Febres quæcunque non deficientes, in diatritis fiunt, fortiores & periculoſæ. Quod generalizans Gal. ait. Feb. illa non moleſta eſt quæ de ſe corpus mundificat: quæ uero non mũdificat, reſpectu eius eſſe moleſta dignoſcitur. His enim accidentibus quotidiana interpolata diſtinguitur à continua ſibi proportionata. Et cõueniunt ambæ cum aliis generibus putridarum proportionalium, de quibus infra dicetur duce Chriſto.

Feb. quotidianæ ſpecies.

Adſunt ergo ipſi quotidianæ ſpecies plures & diuerſæ, & differentiæ ſubſtantiales ſecundum pluralitatem ſpecierum phlegmatis in quibus accẽditur. Alia enim eſt in phlegmate acetoſo. Alia in phlegmate ſalſo, alia in dulci: raro uero in uitreo, plurimũ enim rigorem facit abſque febre, cum putrefactioni ſit ineptum, ratione complexionis & ſubſtantiæ. Accedunt quoque ſpecies alię, uel differentiæ accidentales, ſeu modi, ratione loci, temporis, ſeu horæ, & ratione ſymptomatis ei aſſociati. Cum enim frigore & calore conſiſtat, aut præcedit frigus, & ſequitur calor, ut dictum eſt, quod eſt plurimum, & tunc fiet quotidiana uera, aut ſimul eſt frigus, & calor, quod eſt rarius, & tunc aut ſunt in diuerſis partibus corporis, aut in eiſdem, ſi in diuerſis, aut quia extra ſentiatur calor, & intra frigus, & ſic erit quotidiana epiala nominata de genere quotidianæ & putridę, licet Serapio dicat, tunc ephemeram fieri feb. per quam tamen interpolatam dedit intelligi, aut econtra, & ſic erit quotidiana nominata lyparia. Si uero in eiſdem omnibuſq; corporis partibus in quo fit frigus & calor ſentiatur in eis, & tunc erit tertiana nominata, in qua ſimul utraque exiſtit, a proprietate rei denominatione aſſumpta. Et ſecundum horam exacerbationis: aut enim exacerbabitur in hora phlegmatis ueſperarum, ſcilicet & noctis, quod eſt magis, ut dictum eſt, & tunc fiet quotidiana dicta nocturna, aut ſecundum horam diei, licet illud ſit raro, & tunc fiet quotidiana dicta diurna. Et etiam ſecundum aſſociationem accidentis ſyncopis, & tunc fiet quotidiana dicta ſyncopalis humoroſa, ad differẽtiam humoralis ſubtilis, quæ eſt humoroſa cholerica ſemper a proprietate rei nomen ſumendo. Et quidem cauſæ ſpecierum primarum, uel uerarum, et eſſentialium ex prædictis ſunt notæ. Omnes autem ſunt chronicæ, & propriæ, ac magis cuius cauſa eſt phlegma purum, ut infra ex uitreo, niſi eius paucitas contradicat. Cuius uero cauſa eſt phlegma mixtum ſi cum cholera, ut eſt phlegma ſalſum, eſt minus longa. ſi uero cum melancholia, ut eſt accidum et ponticum, magis longa. Mixtio enim ſi ſit & partialis & uera, abbreuiat, uel prolõgat ſecundum diuerſitatem miſcibilium, ut eſt dictum. Si uero ſit ſecundum uicinitatem, ut eſt in hemitritea, licet ratione contrarietatis unius humoris ad alterum abbreuiet uel prolonget, tamen ratione diuerſitatis ſemper prolungat. Inquit Gal. uel Hipp. in aph. morbus habens multam & diuerſam materiam, longior eſt habente unam ſimilem.

Signa eius ſunt eadem quæ dicta ſunt ſuperius in generali, uariata tamen ſecundum intenſum & remiſſum, longũ & breue. Nam quæ in acetoſo, & pontico accenditur, prædicta accidentia pura habet atque intenſa, et etiam frigus longum, & calorem quoque tarde accendibilem minorem & longiorem. Et in diebus primis calor ipſius eſt paruus. In ſubſequentibus uero fit fortior propter calefactionem & ſubtiliationem humorum. Et urina eſt pallida, remiſſa in colore, & ſubtenuis in ſubſtantia, obumbrata in ſuperficie, & nebuloſa. Quæ uero in phlegmate ſalſo, confuſa & obtuſa, propter choleræ mixtionem, unde minus frigus, rigorẽ uero magis habet, et calorem acutiorem, ac breuiorem. Et erit in primis diebus fortior. In ſequentibus uero minor & urina eſt rufa in colore, confuſa in ſubſtantia, obumbrata in ſuperficie, liuens ſuperius. Quæ uero in phlegmate dulci, medio modo ſe habent.

Specierum uero accidentalium, ſeu modorum cauſæ ſunt. Et eius, quæ epiala eſt cum eſt phlegma uitreum, cum prehenſum in occulto corporis, nõ tamen in uenis, ne continuam faciat, ſed extra, ut in ſtomacho & inteſtinis, & hoc propter ſuam frigiditatem intenſam, quia non poteſt aggregari in uenis, ſed in illis tantum in cuius parte accidit iam putrefactio, ex qua uapor inflammatus ſpargitur ad exteriora corporis, & inflammat ea inflammatione debili, lenta. Quapropter dixit Serapio eam ephemeram, ſicut Abo. quotidianam continuam conſimilem hecticę. Et pars eius, quæ remanſit in putrefacta, propter præſentiam caloris alterius partis putrefactione in ſuo frigore roboratur. unum enim contrariorum per præſentiam alterius confortatur, ut Ariſt. dixit, & ſic magis frigiditatem in interioribus imprimit, et magis ſentitur quam prius, Sed ad exteriora corporis non peruenit, propterea, quia caliditate alterius partis putrefactæ ſunt in phlegmate, & non eſt continua, ſed interpolata durans tribus, aut quatuor periodis. Et ſigna eius ſunt ea, quæ dicta ſunt, ſuam cauſam demonſtrantia. Et rarius eſt euẽtus eius propter cauſam ſuperius dictam. Et plurimum cum accidit exacerbatur omni die, uerum quandoque permutatur ſua exacerbatio quotidiana in tertianam, uel quartanam, cum difficile, & tarde ueniat in putredinem propter compoſitionem, ſubſtantiam & quantitate puram, & complexionem frigidam, potentialem, & actualem, quam in corpore ſeruat. ut Gal. dixit. ob quam rem periodica ſolum eſt, non continua. Non enim poſsibile eſt tantam frigiditatem eſſe in uenis ſanguine repleris, quam etiam natura nõ tolerat. nec pro tanto non dicetur quotidiana ex phlegmate ſubſtantialiter & proprie. Accidentaliter uero a paroxiſmorum circuitione facta, quod quare fit infra de quintana propitiante Chriſto dicetur. Et ſpacium paroxiſmi eius eſt uſque ad quatuor horas, & plurimum conſumitur ante propter materiæ paucitatẽ. Et urina eius alba eſt & cruda, et ualde modicæ coloronis, & pulſus eius eſt tardus & rarus. Et cauſa lypariæ dicta eſt phlegma plurimum & per ſe, quãdoq; uero, & per accidens cholera. Et modus quidem quo phlegma ipſius cauſa exiſtit eſt. Nam cum interius & corporis profundo eſt, ut de ſui natura exiſtit, putrefit, & inflammatur, interiora calefacit, et uapor ex eo reſolutus, ad exteriora uenire nõ poteſt, ut calefaciat propter phlegma uitreum quod exiſtit in eis prohibens eius extenſionem et calefactionem, uel ſua frigiditate a qua non alteratur propter illos, ut calefiat uel ſi calefit, non putreſcit propter ineptitudinem ſuam, ſed calefit calefactione aquæ calefactæ. Cum ergo reſoluitur ab eo calidicas, ſicut caliditas uapor ab aqua, redit ad ſuam naturam, & infrigidat, infrigidando etiam illum, qui prius fuerat putredine reſolutus quo etiam erat calefactus & ſic magis infrigidat, & maxime cum calor naturalis attrahatur ad interiora ſupercalefacta, impulſus etiam a frigiditate exteriori. Modus uero ſecundum quem cauſa eius cholera exiſtit eſt, nam cum eſt pauca & putrefit, calefacit interiora tantum calore febrili, ut uapor & fumus ex ea reſolutus ad exteriora, propter ſui paucitatem peruenire nõ potens non calefacit ea, uerum, quia calor naturalis ipſorũ ad interiora trahitur, calefacta remanente depauperata calore & plus ſolito frigida. Lyparia enim nomen eſt generis omnis febris in qua calent interiora, & exteriora frigeſcunt quod ſi contra feb. omnem exiſtit cum calor ſit innaturalis in totum corpus extenſus, illud tamen non eſt ex ſe, ſed per accidẽs, quia eius extenſionẽ prohibuit phlegma uitreum. ſ. defectus caloris inextenſibilis, ut eſt dictum quemadmodum apparet in ſimili, prunę. n. poſitæ ſupra manum cum non urant, et de earum natura eſt illud, non per ſe eſt, ſed propter aliquid aliud impediens, quemadmodum etiam in eius contrario eſt uidere, uidemus enim aquam frigidam infrigidare & humectare, ſi non fuerit quod prohibeat, ut eſt qualitas mineralis.

De ſignis diſtinctiuis.

Signa diſtinctiua inter phlegmaticam, & cholericam nota ſunt ex prædictis, & maxime ex frigore in exterioribus percepto. In phlegmatica enim maius eſt, quã in cholerica & exeuntibus, & præcedenti regimine, & aliis circunſtantiis, quæ in corpore abundantem humorem oſtendunt.

Eius uero in qua calor,& frigus simul existit in utrisque partibus,causa est non una materia in parte putrescens, & in parte non,sicut in epiala,nec duæ materiæ . una quarum putrescit intra,altera uero extra existens sicut in lyparia . Sed duæ materiæ simul ambæ putrescentes in periodo,quarum una est in interioribus, quæ quandiu quietæ existunt, suam malitiam non ostendunt, sed cum ambæ earum incipiunt putrefieri,mittit unaquæque alteri fumum suum antequam totaliter putrefiat ad locum in quo est, & tunc est pars non putrescens propter præsentiam eius in sua frigiditate roboratur , & manifestat eam. Sic equidem in interioribus,& exterioribus simul caliditas , & frigiditas sentiertur,ut Gale.dixit.Et quod plus est in eodem loco , non tamen punctuali & stricto,sed habente latitudinem , ut de consideratione medici Gal. intellexit,quod innuit cum dixit.Non est dare partem in corpore frigidam ad cuius latus non sit caliditas.

De signis feb. phle. Et signa eius sunt nota ex sui essentia, & aliis quæ causam eius ostendunt.Causa nocturnæ est similitudo interhoram uesperarum , & noctis ipsum phlegma in sua natura propria,qua augmentatur phlegma,& mouetur ad putredinem illa hora.Inquit enim Gale.simile auget suum simile,& facit ipsum furere . Et causa diurnæ est fortitudo & multitudo materiæ,quæ in hora sua naturæ contrariæ diei, scilicet ad putredinem mouetur , non compellitur, neque retinetur.Inquit enim Gal.Fortis est ignis qui in aqua nō
a. aph. 34. extinguitur,& fortis aqua,quæ igne non calefit. Et proinde periculosior est diurna. Inquit enim Hipp . In morbis minus periclitantur ægrotantes , quibus proprie , naturæ temporis,& horæ,ægritudo inest,quam quibus nō propria secundum aliquid horum inest . Et licet aphor. loquatur non in causis,& proinde nocturna periculosior sit censenda.Et cum eadem sit ratio utriusque,hic morbus pro causa sumatur,& hoc quia curatiua intentio,quę a causa eam separat,quæ a morbo in hac febre,nisi in casibus . v. exceptis supra capitulo generalis curationis dictis.Coadiuuāt quoque ad periculum,quia est ex maiori & fortiori materia cō iunctio caloris diei cum calore febrili , & longitudo eius cooperantes in resolutione uirtutis, & corporis, qui perduxit ad hecticam.Inquit enim Gal.feb. cum prolongātur minantur hecticā,licet nocturna sit molestior, eo quōd hora quietis,& somni affligat,qua percipitur magis afflictio. Inquit enim Gal.Hora quietis facilius apparent pericula & signa ipsarum in motu paroxismi in horis prædictis habentur. Et feb.syncopalis humorosa, est feb.cui associatur syncopis frequenter & multum,& a qua non excusatur, & proprie apud motum corporis,& erectionem. Et causa eius est proportionalis causæ sui corporis. Quandoque accidens in feb.superius assignata, & est plurimum phlegma crudum replens sua multitudine uenas, et grauans naturā plurimum ibidem.Et cum mouetur ad paroxismum,currit ad os stomachi disponente caliditate eius , quod sua multitudine & frigiditate debilitat , suffocando & extinguendo caliditatem ipsius , & cordis compatientis illi propter ligamen in arteriis,& uaporem frigidum per illas peruenientem ad ipsum , & cerebri, propter ligamen in partibus neruorum,quare uirtutes omnes deficiunt. Quandoq; putrefit,deinceps facit febrem dispartitam facientem eam excitare,quare prædebilitata magis cadit, & sic syncopizat æger frequenter omni hora deteriori paroxismi. Et maxime cum mouetur,& surgit propter commotionem humoris,& emissionem factam ad cor & cerebrum,& tunc magis,& proinde quandoque fit alienus .

De signis, Signa eius sunt signa repletionis phlegmatis crudi , quę sunt nota.Et febris ex qualitate uniuersalis caloris obtusa, & periodicatione quotidiana,licet plurimum quotidiana, propter primam abundantiam humoris , & putrescentiam in uenis,& syncopis associata feb.frequenter; & multum , quia color faciei non remanet secundum dispositionem unam,imo quandoque est plumbeus,quandoque citrinus, quandoq; cineritius,propter fumos corruptos,& quādoq; niger,et calor labiorum est sicut comedētis mora. Similiter exeuntis ualde apud commotionem ægritudinis , quasi fuerint suffocati.Et hypochondria sunt suspensa uehementis inflationis,et oculi,similiter eorum uiscera , & pulsus minorarur,et tardatur,& rarificatur, et maxime in principio motus eius. Cum ergo calefit, materia subtiliatur, & pulsus putrefit,& pulsus fit non magnus,sed uelox in systole,& spissus propter defectionem uirtutis , quamuis illud quod in eo uincit fit paruitas,tarditas,& raritas, & uomitus est acetosus,et globosus, licet quandoque sit cholericus,propter adustionem choleræ a qua qnandoque fit in uisceribus propter caliditatem apostematis ueniens, in illis cum quo non sperat ad apostema . Inquit enim Gale.apostema interiorum cum debili uirtute,mortale. Si enim cibetur,additur ad apostema.Si uero non, cadit uirtus , & maxime si putredo in humoribus corporis sit extensa , & urina est sicut urina phlegmaticę ueræ superius dictæ . Et quandoque est cholera ualde acuta , subtilis substantiæ , & uenenosæ, in suo motu furiosa , qnæ discurrendo uenit ad stomachum & ad principalia.quare uirtus cadit in paroxismo frequenter & multum , propter uehementem malitiā causæ,& feb.acuitatem resoluentem corpus & attenuantem,quare dicta est subtilis adeo; ut quandoque non sufficiat usque ad quartum diem nisi succurratur opportuno cō silio,quod infra Deo duce dicetur.

Cura eius est duplex,communis & propria. Communis est,quæ in qualibet sui specie communiter conuenit. Et est quatuor res.Prima abscindit cām. Secunda feb. dyscrasiam quandoque subalterat,raro tamen intenditur ad eam, ut alteratione indigeat,sicut est dictum , sed ex se plurimū deficit,causa cessante.Tertia ponit studium in uirtute et ui ta cum cibis et potibus, et regimine debito in aliis rebus non naturalibus.Quarta corrigit accidentia.

Causæ abscisio in duobus existit, in alteratione,et euacuatione . Alteratio uero completur cum minorantibus, et leuibus in principio , si multitudo in materia uideatur, quām natura usque ad perfectam digestionem non ualeat tolerare.Aliter enim minuenda nō est. Destruit enim loca sana resistentia ægritudini,ut Hip.dixit . Et proprie si fortibus moueatur,ex quibus sunt clysteria, uomitus & solutio leuis,secundum declinationem materiæ,uariata tamen secundum uarietatem specierum phlegmatis, ut dicetur, si cut est zuccharum ro.ex ro.ru.& nouum quoniam est leuitium,et confortatiuum cum melle.cahafit . & aqua hordei,uel iuleb,et hoc in materia mixta ex cholera, uel geleniabin cum aqua alubleb,et melle,tereniabin et hoc in materia frigida,pura,uel mixta,ut in phlegmate dulci, et parum salso , deinde cum pharmacijs leuibus secundum hoc post tres dies ex quo subtiliatio aliqua facta est in materia propter se.Materia enim inobediens ualde, leui non educetur pharmacia,nisi sit dispositа quoquomodo. Et quandoque phlebotomia cum materia fuerit admixta sanguini, uel naturæ eius propinqua,ut est phlegma dulce , si urina fuerit rubea,oportet autē ut postponatur in principio nō tamen multum ut Gal.docuit,& Aboali.

Sed dices quo die fienda est phlebotomia in die pari, uel impari.Die pari magis,ut seruant moderni quàm impari,ex quo omni die exacerbabitur equaliter ut est dictum in principio supra.Dixit Falco, non uideo causam quare magis in pari fiat , ut seruatur quam impari : nisi quia cum contingit associatum , et ponitur peccatum esse humoris calidi,et sanguinei proprie,quia ut supra calefactus a feb. naturam talem consueuit assumere, licet Gal.uidetur,quæ impetum præstat humori phlegmatico magis,quàm in diebus imparibus,licet paruus,& insensibilis.propter quod dicta est feb.huius semper exacerbari,æqualiter quaq; die.

Deinde completur cum digestiuis,subtiliantibus , incidentibus,abstergentibus , et aperientibus cum caliditate temperata propter feb.& maxime si continua sit,et habentibus stomachum confortare, et prouocantibus urinam et sudorem , quæ infra dicentur , simplicibus & compositis. Et ex simplicibus sunt radices communes , & semina anisi,fœn.apii,ameos,grana passu.et acetum ipsarum , et capillus uene . schinanthus , endiuia cum radice eupatorii, hyssopus , hasce , et bedeguar , et proprie si cum debilitate stomachi fuerit , & similia , et eis fortiora secundum exigentiam materiæ. Et ex compositis in principio ministrandis, sunt geleniabin cum aqua endiuiæ, & proprie in mixta ex cholera,uel anisi,apii,& fœni.in pura.Et syrupus acetosus simplex uel de radicibus , & seminum dictorum & aqua mellis cum hyssopo secundum diuersitatem materiæ.Et proprie cum syrupus acetosus acescit in stomacho postquam si non acescat per duas horas detur aqua hordei decocta cum radicibus apii,& fœ . ut etiam non acescat, sed subtiliet & aperiat. Et cum electariis subtiliantibus, et incidentibus,cum acredine,& caliditate acuta, et proprie cum phlegma crudum , seu uitreum fuerit,uel mixtum me lancholiæ,quia fuerit ponticum seu acetosum , ut est diaciminum,diasulphur. Et comestio salsorum , & proprie oliuarum salitarum , & capparorum , & potus oximellis scillitici cum aqua endiuiæ,& ro . & alia quæ Christo annuente dicentur infra . Deinde cum aperitiuis æquaueris & usque ad.vii.dies oportet ut redeas ad solutiuum dictum confortatiuum,deinde ad digestiuum. Melius.n.est ut euacuetur ex materia aliquid, & expectetur in reliquo donec digeratur paulatim,quàm quòd expectetur usq; ad digestionem perfectam,quoniam quotidiana maioris materiæ inter alias periodicas est,& peioris terminationis , ut Rasis dixit.Et terminus expectationis digestiōis paulatim in ea est.vii.dierum dictus.ergo sicut singulis hebdomadis paulatim digeritur cum prædictis,ita paulatim euacuetur. Sed oportet,ut solutiuum prædictum confortetur cum medulla carthami,uel turbith,uel agarico,si materia fuerit declinans ad additionem frigoris. Si uero ad cholerā addantur uiolæ siccæ contritæ,& syrupus earum. Si uero ad melancholicam,cum polypodio,& epithymo.

Deinde ministrentur diuretica,& troch.de rosis, de eupatorio uel absinthio,cum aqua fœniculi, usq; ad digestionem perfectam,post ipsa uero ministreutur, quæ euacuant cum eradicatione. Et quidem euacuationem complentia sunt pharmaca dicta,simplicia,& composita , uerum oportet ut addatur dosis simplicibus dictis , quibus etiā aliquid colocynthidis ministretur.Et ex compositis est melior hiera electa in specie sua , secundum materiei speciem , post quam balneabis eum,& post dabis theriacam ueterem cū uino , quoniam resoluit reliquias & confortat . si expedit dabis cum miua acetosa, uel aromata, secundum membri, & materiæ exigentiam. Et quidem clysteria sunt ex aqua siclæ , melle, & sale , cum oleo sesamino in principio . Deinde digestione apparente cum fortioribus & uomitus fiat cū aqua raphani,raphano infuso in syrupo acet.cūaqua anisi, & attriplicis,et semine raphani bibita usq; ad nauseā, et hoc si sit facile,& materia impetū ad os stomachi faciat, tunc enim conueniens est omni tępore,& proprie in principio paroxismi cum aqua calida , quoniam resistit rigori, et frigori,extinguit sitim,quàmuis sit cū hoc æstuosa , cum multum sit calida,quare sit in caliditate tęperata,quo tempore non retineatur nisi debilitet , & tunc retineatur cum miua,& syrupo de menta , quæ in nostro sunt antidotario scripta.Quod si grauis sit et difficilis , non prouoces quoquo modo,quoniam licet sit magni iuuamenti in hac feb. tamen si difficilis est, stomachum debilem debilitabit magis, attrahendo materiam cum non possit præ stomachi debilitate educi, remanebit in stomacho faciens in corpore eius apostema,uel in uacuo repletionem perducentem ad syncopim,ut dixit Abo. Oportet ergo ut expectetur in ipso usque ad dies.vii. donec materia disponatur , & stomachus facilitetur ad ipsum cum nauseantibus prædictis.

Alteratio dyscrasiæ proprie locum habet in quotidiana ex phlegmate salso,et in continua magis. Completur autē prout supra in capi.generalis curationis est dictum.Cauendum autem in hac feb.a forti alteratione seu infrigidatione,incrudat enim materiam,& ad congelationem perducit,et consequenter ad subeth,ad stuporem , & oppilationis augmentum,& morbi prolongationē.Et ex appropriatis conferentibus feb.quotidianæ est bedeguar , quia confert eis cum defectione stomachi,& folia pentaphylon cū augmeli,et est oleum dulce et suaue,aut uino bibita. Conferunt enim ei , & tollunt eam , & sumus experti , et nigella , quæ prohibet et resoluit febres phlegmaticas.Et cyperum similiter & aqua hordei decocta cum ficubus , & cum mellicrato , & cum apio & fœniculo , et sumptio de corticibus tesiliæ aur.iii.& succo eius.iii.almiluseth, & de lachryma eius aur. i. & sumptio olibani cum uino , uerum non oportet , ut multiplicetur usus eorum , quoniam nocet .

Tertiam rem complet debita cibi, & potus ordinatio, et est ut non sint subtiles,ut in tertiana,nec adeo crassi, ut in quartana,sed mediocris inter illos,prout morbo composito conueniunt,uel mediocriter longo,quales sunt carnes ut extrema pullorum , auiculæ paruæ , perdices , et pulli Carnes. fasianorum,panis similaginis aliquid furfuris habens , præterquam in phlegmate salso et dulci. Et alia,quæ inter mediocrem sunt dicta crassa propinqua superius demōstrata. Et aqua hordei potus simplicis, uel decoctionis in radicibus uel seminibus, et proprie si acescat in stomacho , aut Potus. aqua cicerum. Est enim de melioribus , cum sit potus, et cibus,omnes prædictas in se complectens intentiones, uel hydromelle in crudo , uitreo , uel acetoso , uel simplex conditum cum speciebus subtiliantibus,incidentibus , abstergentibus,aperientibus,et confortantibus stomachum, ut cum cinnamomo,spica,et aniso,et mastice,menta, et similibus . Et cum apparuerint signa manifestæ digestionis,quod est post.xiii. uinum subtile est eis conueniens, confortat enim choleram naturalem , digerit semicrudos humores prouocando uniuersas excreationes , ipsos expellit. Et quandoque ante digestionem conuenit propter stomachi digestionem,frigiditatem humorum et cruditatē et proprie cum est paucus,ut quia uitreus fuerit, ut est dictum.Oportet autem ut his et consimilibus ex pulmentis, herbis,confectis ex sicla anetho,bedeguar, asparagis , et similibus in principio uberius reficiantur.Deinde gradatim quantitas minuatur , ut in augmento parum , in statu multum.Et in crisi magis,nisi debilitas , et accidentia contradicant,in declinatione uero remittantur uberius . Et hora cibi est in quiete paroxismi,uel repore , aut declinatione ita,ut sit ante paroxismum futurum per quatuor horas ad minus.quòd si existimaueris ipsius statum propinquum, ut usque ad. vii.diem propter subtilitatem et paucitatem materię eius,subtilietur cibos et potus,et contēretur aqua hordei,et sauich eius.quòd si extimatio iusta non fuerit, et rationabilis nullo modo subtilies,quāuis dietā extenuatiuam melius tolerāt atque famem nutriti a corporis humoribus,paulatim digerendo eos , ut Gal. dixit , tamen quia putridi sunt,nutrire non possunt. Regatur quoque in aere temperato,declinante ad caliditatem maxime , præterquā in salso.exercitetur suauiter in lecto,de latere in latus uoluendo,prout supra dictum est , et digesta materia magis quam in salso.Et fricetur frictionibus exrremorum,trahendo a superius ad inferiora,et proprie ante cibū , donec calefiant deinde dimissis extremis perueniatur ad dorsum, dormiat temperate,et æqualiter uigilet , ut quod digerit somnus,euaporent uigiliæ.Et si phlegma fuerit ad frigiditatem, decline dormiat supra famem , quoniam confert, inaniatur superfluis,et repleatur utilibus , prout superius dictum est,et utatur temperamento in accidentibus animæ calefacientibus , ut ira et gaudiis. Si ergo perducatur ad iram,confert,præterquam in salso.

Correctio autem accidēcium complentur cum his, quæ sequuntur,si enim frigus sit uehemens et rigor in paroxismorum principio,& ægritudo sit in principio, da in potu aquam calidam decoctionis ani.apii,& se.ozimi. & euapo rabis cum ea. Et dabis theriacam si phlegma ualde sit frigidum,uel hanc confectionem, quæ infra dicetur , etiam si ægritudo processerit ultra defectionem stomachi , succurres cum uomitu si possibile est , uel cum uino uinoso , & asso pane , cum menta & mastice , et similibus , et confectionibus eorundem. Et cum cerotis , et emplastris habentibus stomachum confortare in nostro antidotario prædescriptis , & cum masticationibus mentæ ac masticis , et odoribus,et cibis redolentibus,atque potibus ex uino , ac hydromele conditis. Et si defectus proinde appetitus absit præmisso uomitu , si expediat , dentur pilulæ de aloe , cum sal gemma ana æqualium partium , quorum duorum quodlibet sit ponderis.3.i.ad minus , et sint confectæ cum

succo mentæ.Et in cibis ministrentur,gellea, oliuæ salitę, set capparus cum aceto,et foliis mentæ hortulanæ odoriferæ,& omnia odorifera modo quolibet ministrentur, uirtutem enim animalem cerebri & cordis spiritalem confortant,atq; hepatis,& stomachi sedant nauseam,& confortãdo sensibilitatem oris stomachi & excitant appetitum. Ad quod expertum est caryophyllum cum aceto ante cibũ sumptum, post quæ sumpta ministrabis digestionem iuuantia, ut electaria sumpta,& inunctiones,& emplastra, & alia localia remedia in hoc propria.Et si accidat syncopis, uel dolor stomachi, seu capitis, corriges illos prout superius dictum est, similiter si subeth, & fluxus uentris contingat, & superfluus uomitus. Et ad breuiationem eius cum peruenerit ultra quadragesimum diem qui est uerarum chronicarum,uel proprium eius terminum superius præfixum,idest quadragesimum diem appareat prolongari,quadrupliciter instabis secundum quadruplicem causam prolongationis ipsius,quæ secundum Gale. quæ est quadruplex, duplex ex parte corporis,ut uirtutis debilitas,& densitas compositionis ac uiscerum oppilatio. Et duplex ex parte materiæ humoralis scilicet multitudo,& frigida qualitas, scilicet crassa,& uiscosa ipsius. Cibabis ergo propter primam uberius cum cibis & potibus temperatis & cordialibus, quæ uirtutes in suis mineris confortant,uirtus enim est curãs & medicus minister. dixit Gal. Confortata igitur contra morbũ inualescit.Ministrabis quoque propter secundã appropriatas medicinas oppilationum uiscerum,quæ supra in hepate & splene sunt dictæ. Et hæc supra.ex quibus propria est ameos confectum melli edrac.ani.fœnic.& asarum.Et se.& aqua cuscutæ,quæ propria est fe.infantium, & rarefaciẽtes pororum constipationem.ex quibus proprium est oleũ anethinum in duplici uase calefactum, & chamæmillinum, & cum debita frictione inunctum. Et calidas subtiliatiuas, & incisiuas medicinas,simplices,& compositas dictas, prædictorum humorum adæquatiuas resolutioni habili, & euacuationi,post quas euacuatiuas ipsorum multitudines propter tertiam causam subiungemus paulatim, & per interualla purgantes,& præferunt proprias.Ex quibus sunt simplices & compositæ. Et ex simplicibus est agaricus, quem præcepit Abo. dari quotidie a.ʒ.i. usque ad.ʒ.i. & tertiam cum puluerizatis,& cum melle mixtis sumitur, & semẽ urticæ post digestionem dixit esse mirabile ualde sumptum in puluere melli admixtum. Verum si accidit ei modus solutionis uentris aliquis cum noceat, & debilitet uiscera propter hepar, miscebis ei semen cuscutæ propter stomachum,masticem,& anisum propter splenem,& eius crassitiem, radicem apii, & scolopendriæ, & fortasse oportet,ut addatur ultra hoc cyperum cũ aqua de been, resoluit enim febres phlegmaticas. si uero accidat inde inflammatio febris compositæ,infra Christo propitiante dicentur.

De cura quotidianę febris.

Cura quotidianę febris propria est,quę propriæ speciei, et modo proprio ipsius debetur. Et licet aliqua superius narratiue sint dicta, hic tamen eam specialiter afferamus. Et est ut in eius continua abscindentia causam cum adęquatione,et solutiua cum maiori temperie ministrentur.Et frigida alterantia intendantur magis,quàm interpolata, et in frigida ex phlegmate salso. in frigida uero ex acetoso uitreo, ut in epiala, et lyparia quæ est ut plurimum ex utrisque admixta econtra, et in facta ex dulci mediocriter. Et diætæ cibi, et potus subtiliatio fiat similiter illis. Sit ergo contentus in primis syrupo acetoso zuccharino, et geleniabin cum aqua fœni. apii, et trium radicum et iuleb de zuccharo, et succo granatorum muzorum, et solutione de aloe,hiera, et similibus. In reliquis uero incipiatur a syrupo acetoso mellino cum aqua zucchari,anisi,fœniculi,hyssopi,hasce, et procedatur ad calamentum, et origanum, et similium,et ad oximel scilliticum,et ad fortiora solutiua cũ colocynthide,et hieris magnis,et similibus,habentibus mixtionem mirobalanarum chebulo.spicæ, et masticis ad cõfortationem stomachi.Et clysteria cũ eis asaro, centaurea, et gummorum speciebus notis,et similibus. Et ex his,quæ curant cum proprietate epialam, est sumptio trium, uel quatuor granorum hyoscyami cum uino.

In febre autem syncopali humorosa, licet cura sit diffici-

E lis, & propter uirtutis succumbentiam morbo, quæ est principaliter curans, & propter contradictionem, & repugnationem earum in auxiliis,uirtus enim quia cadit indicat cibum dandum, licet humorum crudorum uenarum repletio contradicat,quia per ipsum additio fit in causa. repletio quoque quæ præter naturam est, indicat euacuationem fiendam,cum contradicit uirtus, quia præ debilitate non tolerat,ad curam ergo eius medicina est eligenda. et est breuiter duæ res.Prima est,ut uenarum repletio atque stomachi euacuetur, ut toleret uirtus. Secunda est, ut cibus et potus propter uirtutis casum necessarium sic detur, ut confortet,et magis non repleat. Et tertia additur, ut si quod sit accidens interueniens corrigatur.

Primam rem complent clysteria lenia abstersiua, et parum attrahentia et suauiter,cum ordine ministrata,quæ ex uenis primis humorem crudum,et intestinis paulatim educant,et uomitus similiter cum ipsum educit de stomacho, et maxime si cholera sit admixta,et facile prouocetur. Et digestiua in reliquo abundante in eis, et aliis adæquationẽ F facientia,ut est syrupus mellinus cũ uirtute hyssopi, et hasce,et se.apii mane,parum de nocte,et aquæ mellis potus. Et alia ex electariis et trochiscis subtiliantibus absq; multa calefactione,ut est syrupus acetosus mellinus,et somnus temperatus supra ipsum,et frictiones,deinde ad euacuationem ipsius paulatim cum tolerantia, et suauitate de uenis secundis,quãquam Auer.illam deneget. Et quia dissoluendo nocent,quia tales humores ex uenis non educunt, imo medicinæ laxatiuæ sunt necessariæ, quod quidẽ uerum est si sint tolerabiles,et quia non sunt, et frictiones faciendæ sunt,licet immediate non euacuent sicut illæ, et tamẽ si nocet,iuuamẽtum est maius,ut patet.et melior modus in fricando est,ut incipiatur a coxis,et brachiis, trahendo a superioribus ad inferiora,et illud cum manibus asperis, ut mantili abradente cutem,donec calefiat cutis, et membra et eis dimissis tunc redeatur ad dorsum et pectus, deinde redeatur ad crura secũdum ordinem primum. et uigilię ita quòd æquales sint somno,ut quod digessit somnus supra digestiua factus,resoluant frictiones,ac euaporent uigiliæ.

Modus fricandi.

G Secundam rem cõplent panis calefactus in uino uinoso et odorifero,temperato,tempore casus uirtutis et syncopis datus,in quantitate temperatus,ut spiritus, et uirtutes restauret,in repletione non addat,supra quam alius potus et cibus non conuenit usque ad declinationẽ, nisi aqua hordei,uel panis infusus in iuleb,aut aqua mellis,maxime cum crudis humoribus nutriantur,paulatim digerendo eos, ut Gal.dixit.nisi sint putrefacti,quo casu est desperandum, et maxime si in eorum uisceribus apostema existat, atque casus uirtutis maxime est nociuus.Necessarium est,ut consideres diligenter pulsum habentis ægritudinem hanc semper.Et cum uideris debilitari, ciba eum pane infuso in uino commixto antequam cadat in syncopim, quòd si in eam incidat,eris maxime inculpandus. Cum enim adiutor naturæ sis,et tua intersit ut futurum periculum omnino prohibeas,uel saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat, expedit necessario,ut iam ante præcognoscas,et bene uirtutis casum,quatenus possis eius periculoso casui præuenire.Hæc enim sunt Hipp. præcepta, quæ maxime tanquam H diuina sunt studiosius obseruanda.Accidentia uero,quæ superuenire consueuerunt,sunt,fluxus uentris,sitis,grauedo capitis,subeth,et similia.propter primum mel quo conficitur hydromel tantundem amplius decoquatur, et uenter cum stipticis emplastretur, sitis extinguatur cum syrupo proprio acetoso simplici,cum aqua tepida omni tempore, et ut Gal.iniunxit,cum frigida in æstate, tamen tutius est cum tepida. Aliis uero prouisum est supra.

De fe. syncopali.

Cura febris syncopalis dictæ subtilis, est tres res,prima abscindit causam,secunda subalterat feb.dyscrasiam, et residuum omne adæquat, tertia uirtutem cadentem exigit et confortat. Primam rem complent pharmaca solutiua et medicinæ, mox cum æger uideatur augustiari, et debilitari,antequam per eius casum in syncopim ad eorum tolerantiam perducatur. Inquit enim Hippo. medicari in ualde acutis eadem die expedit. differre enim in talibus malum est.Sint autem pharmaca, quæ suauiter soluant infrigidãdo.

frigidando,& stipticando, quatenus resolutionem prohibeant,atq; syncopim,& confortent, qualia sunt ex speciebus miro.electario de succo rof.tamarindis, rhabarbaro,& succo granatorum expressorum cum pulpis eorum,& psyllii,mucilaginis,& similibus. Secundam rem complent frigidæ medicinæ, & stipticæ cum proprietate confortantes principalia membra,interius,& exterius ministratæ. Interius,ut est syrupus de nenufare,trochischi de camphora cũ aqua coriandri,& similia.Et ex electariis,ut est electarium de gemmis,calidis medicinis,subtractis tria sandalis, diarhodon frigidum Genonis,& similia.Et medicinæ tales bezoarticæ,ut est terra sigillata cum aqua coriandri, quæ uenositati eius resistit,& theriaca proprie cum iuleb rof.Exterius uero,ut quia pectus seu cor,& hepar epithimetur cum sandalis,spondio,& camphora cum aqua rosata. Et cerebrum cum oxirodino, ut nocumentum uenenositatis a se repellant febris inflammatione extincta.

Tertiam rem complent cibus & potus,cibus ex pane cũ uino temperato cum aqua rof.hora syncopis.Et uberior cibatio ante & post cũ cibis frigidis, ex carnibus cordialibus ut perdicum,fasianorum,& auium,præparatis in gelea,uel cum aceto,acresta,& succo granatorum,cum prunis, & similibus.Et ex illis est ferculum nominatum romana,siue limonia.Et potus uini subtilis lymphati cũ frigida, & infrigidati cum uino. Et conuersio regiminis in aliis ad similia. Deinde subiungemus medicinas,& proprias & expertas,

Syrupus digerens phlegma.

Syrupus digestiuus phlegmatis. ℞.capil. uene. hyssopi, hascæ,melissæ,buglossæ,boraginis,endi.bedeguar.an.M.i. trium radicum residentium in aceto ana.unc.i.liqui.thymi. an.unc.s.pass.enuclea.cor.radi.capparo.radicum scolopendriæ ana.M.i.cicerum ru.M.i.florum boraginis,& buglossæ,rof.uio.an.unc.i.cyperi.ʒ.iii.hordei.P.schinanthi. unc. ii.zucchari lib.i.geleniabin.unc.iii. diaboraginati, diabuglossati,ana.ʒ.ii.aceti prædictarum radicum.unc.iii.Et aromatizentur cum ligno aloes,cinnamo. ana.ʒ.ii. spicæ. ℈.s. Dosis.unc.ii.in aurora cum tepida. Materia.n.simplex simplici indiget digestiuo,composita uero composito.

Syrupus ad phlegma salsum ex infectione choleræ. ℞. fumiter.endiuiæ,cuscutæ,absinthii,thymi, agrimoniæ,scabiosæ,bedeguar,lupulorum.uio.ro.ana.unc.i.hordei,cicerum ana.P.i.corticum mirob.citri.unc.i.succi boraginis,& granatorum muzorum ana.unc.ii.zucchari lib.i. zucchari uio. ℥.iii.aceti prædictarum radicum.unc.ii. aromatizentur cũ sandali,spodii ana. ʒ.i.cinnamomo.ʒ.ii. Et syrupus,de fumoterræ noster est proprius. Et de epithimo cũ est ex adustione causatum,cum succo fumiterræ.

Syrupus ad phlegma salsum

Syrupus ad phlegma dulce digestiuus. ℞. hyssopi, melissæ,capil.uene.boraginis,et buglossæ an. M.i.liqui.unc.i. passularum,hordei,cicerum,an. partem.i.lupulorum cicoreæ ana.M.i.schinanthi.ʒ.ii.florum rorismarini. unc.s.ani. fœni.acori.eupatorii ana,unc.s. radicum quinque communium in aceto an.unc.i.zucchari, geleniabin an.lib.s.radicum acetosæ.unc.ii.aromatizentur cum cinnamo. unc.ii.

Syrupus ad uitreũ phlegma.

Syrupus ad uitreum phlegma. ℞. hyssopi, calamenti, origani,hascæ,stœchadis arabici, melissæ ana.M.i.florum rorismarini bedeguar.ana.unc.i.carui,asari,ameos,cinam. ana.unc.i.radicum.v.communium, corticum capparorum ana.unc.i.nigellę,cyperi,ana.ʒ.s.mellis despumati li.s.geleniabin lib.s.aceti scillitici. unc.iii. & aromatizentur. ℞. cinnamo.galangæ,gingib.piperis albi ana.ʒ.ii. spicæ.ʒ.s. sandalorum,ʒ.i. Et conueniens est syrupus noster de stœchade si non prohibeat febris. Et trochiscorum species secundum diuersitatem specierum sunt conuenientes in adæquatione materiæ quas in antidotario diximus. Et hieræ Ruffi,Gal.hieralogodion.

Ad purgationem autem istorum procedes cum decoctione hascæ,& epithymi ad phlegma acetosum,& ponticum cum puluere agarici & turbith,& polypodii ad phlegma salsum cum decoctione fumiterræ, puluere agarici, & mirob.citri.& hiera Gal.& Ruffi. Ad phlegma dulce cum decoctione succi herbarum cum rhabar.& agarico & decoctione eupatorii,aqua fructuum,& similibus. Ad phlegma uitreum cum decoctione stœchadis, & hascæ cum agarico colocynthide, & speciebus gummorum. Et hiera colo-

A cynthidis,hieralogodion, & Hermetis.Et pilulę sunt conuenientes huic intentioni, quas in nostro antidotario diximus.Ex quibus eliges secundum speciei exigentiam, speciales. Heben Mesue.

Medicina conferens infantibus febrientibus cum siti. ℞.fermenti pistorum infusi in aqua & colati post duas horas.ʒ.i.spodii.℈.s.& quartum.℈.i.de croco, & zuc. tabarzet ana.℈.i.Cõficiantur & dentur in potu cum.ʒ.iii.aquæ, quoniam sedat febres eorum,& aufert sitim.

Decoctio ad frigus.

Decoctio conferens frigori & rigori cum solutione materiæ facientis ipsum. ℞. hieræ.ʒ.i.turbith.ʒ. x.mirob. nigrorum,eupatorii ana.ʒ.v.salis Indi.ʒ. ii. bedeguar, suchacha ana.ʒ.iiii.anisi.ʒ.iii.terantur, & decoquantur cum aqua apii,et sumatur de ea in potu in quantitate secundum necessitatem,& aliqui addunt prædictis spicæ. ʒ.i. mentæ siccæ.ʒ.iii.radicum lilii.ʒ.vi.& informa trochiscos cũ succo eupatorii.

Emplastrum conferens ad debilitatem secundum Abo. ℞. chamęmillæ.ʒ.ii.masti.ʒ.s.mellis.unc.ii.decoquatur cũ B uino.unc.ii.Et si ceciderit appetitus,melius est,ut administretur uinum quo decocta sunt chamæmilla,dactyli, melilotum,& absinthium, & si non interius sed exterius supra os stomachi applicentur cum spongia.

Trochisci de absin.conferentes quotidianæ inseparabili.℞.asari,se.apii,amyg.ama.suchacha,bedeguar. succi eupa.spicæ,masti.ana.unc.ii.florum absin.ʒ.iiii.Conficiantur cum succo absin.& informentur in pondere.ʒ.i.Dosis.ʒ.i. cum syrupo ace.& aqua geleniabin.

Medicamen de turbith.

Descriptio medicinæ de turbith conferens ei in principio.℞. gingib.masti.ana.ʒ.ii.turbith,sicut alchohol puluerizatis.ʒ.x.zuc.tabarzet,quantum omnia.detur de eo in nocte qualibet aur.i.quãdo natura nõ est lenis. Cũ.n.fuerit lenis saltem in diebus non indigebit eo,& est Aboali.

Decoctio ad phlegma salsum.

Decoctio bona ad phlegma salsum in quo uincit cholera.℞. Eupatorii.ʒ.v.radicum lilii, radicũ liquiritiæ,ameos ana.ʒ.iii.se.apii,& fœn.ʒ.iiii.se.communium.unc.ii.rof.ʒ. v.decoquantur in aqua,& sis uis syrupentur cum additione zucchari tabarzet.dosis omni die.ʒ.iii. Et aliqui addunt C bedeguar, suchacha, absinthii, & passularum ana. ʒ. v. Et etiam aliqui addunt succi granatorum muzorum lib. s. & est utile.

Confectio trochiscorum ad prolongationem eius. ℞. rof.ʒ.x.masti.fœn.se.apii.se.endi.succi absin.succi eupato. omnium.an.iii.spodii.ʒ.v.& sit dosis a ʒ.iii.usque ad.v.geleniabin cum decoctione feb.

Confectio alia trochiscorum laxatiuorum ad idem. ℞. hieræ,succi eupatorii,absinthii, suchacha, bedeguar ana.ʒ. v.se.fœn.apii,ana.ʒ.iii.salis naptici,seminum cuscutæ, berberis ana.ʒ.x.agarici.ʒ.xv.trochis. de rof.ʒ.xx. turbith. ʒ. xxx.fiant ex eis trochisci.ʒ.i.&.s.& da.i.per tertium. Serapio inquit.drach.i.se. hyoscyami data cum uino curat febrem epialam.

Confectio aliorum troch.ad idem.℞. aloes, myrobalanorum citri.rhabar.masti.succi eupatorii, absinthii ana.P. D i.cro.P.i.&.s.Conficiantur & administrentur.

Syrupus ad fe.chronicas.

Syrupus ex inuentione nostra conferens ad feb. chronicas phlegmaticas, cholericas, melancholicas, quarum difficilis est eradicatio cum debilitate stomachi, & oppilationibus. ℞. Succi bletæ mi. succi endi.aceti, passularũ ana.lib.i.succi mentæ,succi bug.an.lib.s.aquæ fontis lib.ii. in his resideant.v.radicum communium ana.unc.i.radi.scolo.et lupulorum ana drach.i.capil.uene. bedeguar, corticum capparis, cimarum,& corticum tamarisci ana. unc.i. ani.fœni.asari,cuscutæ,althææ,ameos, andacochę, linguæ arietis,pentaphilli ana.ʒ.s.cimarum schinanthi, cinnamomi ana.unc.s.sem.communium,corticum citri.ana. unc.ii. hordei,cicerum,ana.P.folliculorum senæ,fumiterræ, ana. unc.s.Deinde decoquantur usque ad consumptionem medietatis, postea colentur cum expressione, et colaturæ addantur pulueris zuccha.lib.ii.geleniabin,spicæ,ligni aloes,caryophil.ana.ʒ.s.folii nucis musc.an.℈.ii. cubebarum, sandalorum,citri,spodii ana.ʒ.ii. Dosis.ʒ.ii.cum calida in aurora. Et est efficax, et expertus, liberans, si Christus uoluerit.

De medici. feb. cholericarum, & primo de tertiana pura. Cap. 4.

TErtiana eſt febris accenſa in cholera puretſcẽte qua propter & quia exacerbatur per tertium, dicta eſt tertiana, prout dictum eſt ſupra. Recipit autem diſtinctionem duplicem, eſſentialem. ſ. & accidentalẽ. Eſſentialem primo ratione ſuæ cauſę, ſeu materiæ diuerſificantis eius ſpeciem, eo quòd diuerſificat eius eſſentiam & accidentia atque cauſam, ut infra patebit. Cum enim cauſa eius interior & immediata in qua accẽditur ſit cholera putreſcens, aut eſt pura, ratione cuius pura dicetur, aut nõ pura a qua dicetur impura, quam Hip. uocauit adulteratiuam in ſuo regimine acutorum, ut quia fit in putredine choleræ mixtæ phlegmati, ſubtili, uel craſſo, commixtione partiali, & uera, ex qua unus humor in ſpecie reſultauit, ut eſt cholera citrina, & uitellina, unum paroxiſmum faciens eſſentia, calore, & rigore non diuerſum, ut hemitriteo. Cuius cauſæ ſunt duæ materiæ, & diuerſæ in ſpecie, ut plurimum cholera, & phlegma, ſeparatæ ſecũdum locum. Et ſi dicãtur commixtæ ſunt ſecundum uicinitatem commixtæ, non ſecundũ partes materię, & proinde duos diuerſos paroxiſmos ſunt facientes, ut infra capitulo ſuo dicetur. Cum aũt choleram puram dicemus, rubeam intelligimus, non nigram. Cum ſit cauſa febris quartanę, ut infra patebit, non uiridem ut praſinam, & æruginoſam, cum feb. non facit, ut Hip. dixit. Et ſi facit, mortalem facit, propter ſuam naturam uenenoſam, corrupentem naturam noſtri corporis, & proprie ſi natura non ſit æquiuoca, ut dixit Auerrois.

Accidentalem autem recipit diſtinctionem ratione ſui motus ad afflictionem, cõtinui uel interpolati, unde eſt duplex, interpolata. ſ. & continua. Interpolata eſt, quia in ſuo motu ad afflictionem, & exacerbationem partium interpolantur exacerbationes ipſius, quiete uera cadẽte in medio earum. Continua uero eius eſt duplex. quædam proportionalis illi, quæ in quibuſdam periodis partium licet fortius exacerbari manifeſte appareat, tamẽ in exacerbationibus non deficit, donec totaliter conſumatur, licet in exacerbationibus ſuis tepeſcat conueniens, & differens ab interpolata, ut præcedenti capitulo dictum eſt, cuius nomẽ eſt tertiana continua. Alia eſt, quæ proportionatur magis ſynochæ, eo quòd etſi de cholera & plurimum per tertium exacerbatur, tamen quia exacerbatio, ſeu accenſio caloris eius & tepor, et etiam manifeſta mediante artifice medico ſenſitiuo, iudicabitur eſſe de genere ſynochæ uerę, ab aliquibus, & male. Non enim fe. a circumitione paroxiſmorum in genere ſed in ſpecie ponitur, ſed potius à materia & eſſentia, ut dictum eſt ſupra, per quam etiam eſt cognoſcenda, ſicut homo per propriam formam, ſicut docuit Gal. & etiam eſt curanda, ut infra patebit. Hæc autem eſt cauſon uerus de genere tertianæ dicendus, non de genere ſynochæ, ualde enim ambo differunt, ut in materia & eſſentia, qua eſt etiam differens à prędictis poſitione materiæ principaliter, vt in principio dictum eſt. Interpolata enim eſt in cholera putreſcente extra venas, vt in carne & poris cutis. Continua vero proportionalis eſt principaliter in cholera putreſcente in uenis diffuſis per corpus a corde remotis. Cauſon uero eſt in cholera putreſcente, & multa in uenis partium vicinantium cordi, vt in uenis pulmonis capſula cordis, ore ſtomachi, & in partibus hepatis proprie, aut quia talis cholerę poſitio accidit tertianę non diuerſificans eſſentiam eius, accidentia, neque curam in ſpecie, ſed ſolum in quanto, talis diuiſio accidentalis eſt dicta. Et cum cauſa eius interior ex iã dictis ſit nota, exterior cauſa eius ſciendum eſt, quòd eſt conuerſio regiminis in omnibus nõ naturalibus rebus ad calidum & ſiccum.

De ſignis. Cauſæ. Accidẽtia

Signa, cognitio tertianæ ſimpliciter, & abſolute, ex iam dictis eius cauſis aſſumitur ex ſui eſſentia, & accidentibus propriis, & circunſtantiis conſimilibus. Cauſa vero exterior eſt manifeſta, ſaltem ex relatione aſtantium uel infirmi. Interior quia cholera generata ex præcedenti regimine accipitur, & ex de corpore exeuntibus, ſuæ eſſentiæ quoque cognoſcitur a qualitate caloris, acutus & mordax. Et propriis accidentibus quæ ſunt actiones læſæ, & qualitates mutatæ, ut eſt dolor capitis plerunque, & quandoque alienatio, vigilię, ſiccitas labiorum, cũ bothor apparentibus, & fiſſura in eis, & oris amaritudo, & ſiccitas eius, & ſitis uehemens, anguſtia, & inquietudo, & nauſea, & in pluribus ſiccitas ventris, quoniam ſuperius cholera tendit ad ſubcutaneas partes, ex circunſtãtiis quoque conſimilibus, & pari etiam illis, quia fit in complexione cholerica ætate iuuentutis, forma corporis tenui, conſuetis in calidis & ſiccis, & in diæta conſimili tempore ætatis, conſtitutione & aere, calidis, & ſiccis, & multiplicatio eius tunc temporis quando accidit. Hæc autem ſigna dicta tertianam febrem indicant eſſe puram, & ueram, adeo ut intantum a ueritate ſecedat inquantum aliquid eorum deficit uel aliquid admiſceatur eis.

Cauſon duplex.

Cognitio autem tertianæ puræ, & non purę ex ſignis diſtinguentibus inter eas habetur, quæ ſunt quoniam in pura ſigna ſunt puræ choleræ in exeuntibus apparentia, ut quia uomitus eſt cholericus & citrinus intenſus, & ſpumoſus, & ſimiliter egeſtio, & urina eſt ignea & ſubtilis. Et incipit paroxiſmus eius cum rigore parum durante, & cum uomitu cholerico plurimum, & calor cito extenditur de corpore ad extrema adhuc frigida, & augmentatur cito, quia uenit ad ſtatum, & eſt acutus, mordax, citoq; reſoluitur, & declinat cum ſudore plurimum, uel tepeſcit abſque manifeſta euacuatione, vt quia conſumatur in horis quatuor paroxiſmus qui minor eſt, & in duodecim qui eſt maior, quòd ſi addat, eius additio ſecundũ plurimũ peruenies eſt ad horas. vii. Et pulſus eſt uelox, & frequens valde, licet in principio fuerit coarctatus, & incrementa circuitus ipſorum paroxiſmorum ſeruantes ſecundũ ordinem. Tempus durationis vniuerſalis morbi non extenditur ultra paroxiſmos. vii. cũ non interueniat error, imo qñq; conſumitur totum in uno paroxiſmo, & facit. Et quandoq; completur primũ ſuũ augmentum, & ſtatum in primo paroxiſmo, alium declinando propter ſubtilitatem, & paucitatem materiæ. Et in urina eius cito apparet digeſtio, uel in quarta, uel tertia, & accidentia ſuperius dicta ſunt multũ intenſa, nec aliquod ſignũ prolongationis ex his, quæ dicta ſunt ſupra exiſtit.

De ſignis cauſonis ueri.

In non pura uero egeſtio apparet, quod eſt quia in exeutibus phlegma cholerę inuenitur permixtũ ualde. Et urina citrinitatis remiſſæ ſpiſſæ ſubſtantiæ niſi oppilatio contradicat. Et paroxiſmus eius incipit cum horripilatione durante multum, & calor tarde extenditur ut perueniat ad augmentum, & ad ſtatum, nec cum æqualitate uenit, & eſt obtuſus, uel minus acutus habens diuerſitates, & tardius reſoluitur, & declinat cum pauco ſudore, uel tepeſcit ut quia conſumatur ſecundum plurimum in horis. xiiii. & ſecundum plus in. xxx. niſi addat ſupra illas. quòd ſi addat, eius additio erit uſque ad horam ſuam, quæ eſt. xxxvi. ut Gal. dixit. Et ex tunc quieſcit uel tepeſcit donec compleantur horæ xlviii. in duobus diebus comprehenſæ, poſt quos incipiente ſecunda die ad ſecundam exacerbationem mouetur, & quanto magis prolongantur ipſa, etiam eius exacerbatio lõgior erit propter ſubtilis partis materiæ reſolutionem uelocem, et proinde uniuerſalis durationis tempus erit longius, ut extendatur ultra. vii. periodũ plus & minus ſecundum permixtioné phlegmatis dinerſam. Et pulſus eſt minoris uelocitatis & frequentia. Incrementa quoque cirCuituum inuaſionis ordiné non ſunt ſeruantes, imo qñq; anticipãt, qñq; poſtponunt, qñq; æqualiter inuadunt, etiã in tempore uniuerſalium uno. Et in urina tarde apparet digeſtio. Et accidentia ſuperius dicta erunt remiſſa, et inueniuntur grauitas capitis multa, et ſubeth cum omnibus ſignis pluribus prolongationis dictis.

De ſignis cauſonis neri.

Cognitio uero ipſius interpolatę, & continuæ ex ſignis ſuperius diſtinctis inter eas ſumitur, quæ poſſunt colligi ex præcedenti cap. Et breuiter ſunt, quod eſt quia interpolata incipit cũ rigore, et punctione in cute in primis diebus. In proceſſu uero cum horripilatione ſecundum contrariũ quotidianæ, & quartanæ. Et declinat cum ſudore copioſo, et uomitu, et quandoque cum fluxu uentris, et urina ſubtilis ſubſtantiæ et claræ tincturæ. Pulſus uero eſt uelox abſque inæqualitate. Continua uero proportionalis ei non incipit cum rigore nec horripilatione, ſed cũ tempore quodam extremorũ, et pulſus coarctatione, et eius calor acutior eſt. Et accidentia dicta tertianæ uehementiora ſunt, quàm in prima, nec tepeſcit cum aliqua manifeſta euacuatione. Et urina tur bida, & pulſus diuerſus, & inæqualis & eſt periculoſior quã interpolata, ut in aphoriſ. Hip. dixit licet minus quã cauſon propter intenſionem caloris in'interioribus magis, & accidentium auſteritatem ex malitia ſuæ cauſæ, & uicinitate eius ad cor. Qui cum ſit duplex uerus, & non uerus, Verus qui de phlegmate ſaſſofit in prædictis partibus putreſcẽte. De uero qui de cholera putreſcente in prædictis partibus fit, prius ſigna ponamus ſummatim quia ſuperius poſita ſunt diſperſim, quãquam Auer. uelit ipſum ex putrefactione non fieri, quod arbitratus eſt propter aptitudinem choleræ ad inflammandum, ratione ſuæ cõple xionis & ratione loci ſeu poſitionis in locis inflammabilibus ualde. ſ. in. ſanguis id efficit multo magis cholera cum poſsit multa in corpore abundare prout in cauſone ponitur, et temporis ſufficientia adſit ad inflammãdum. Et licet eſſe poſsit, non tamen erit inflammatio correſpondens ſuæ naturæ intenſuæ, quemadmodum ſi ex ipſius putredine fiat & ſunt talia ſigna quia choleræ drymis. i. acris, & multæ.

De cura tertianę.

Signa in exeuntibus ſunt apparentia, & urina eius ad ultimum gradum citrinitatis peruenit, ut color capillorum croci. Et regimen præcedens in acutis, & motus eius ad afflictionem et aſcenſionem caloris, et tepor eſt inſenſatus, calor acutior cæteris creſcens apud moram manus cum in prædictis diminuantur. Accidentia tertianæ ſunt uehementiora in eo, quã in tertiana continua. Ex quibus eſt ſiccitas linguæ, & nigredo ſubſequens, & multa ſitis, niſi tuſsis modice prouocata, ut Hip. dixit in apho. Et pulſus erit maioris uelocitatis, frequentiæ, & inæqualitatis in diuerſitate. Et eſt periculoſior, maxime ſi in circunſtantiis contrariis fiat, ut in complexione frigida, et humida, in pueritia, & in infantia. In ſenectute magis propter defectum naturæ, et elongationem magnam ab ipſa. Vnde Hippo. in apho. paruus eſt calor, et propter hoc ſenibus febres non ſunt acutæ, frigidum. n. habẽt corpus. Et alibi. Senes plerunq; iuuenibus minus ægrotant. Si uero eis aliquæ ægritudines acutæ ſunt, moriuntur, propter naturæ defectum non ualentis pugnare ægritudini, nec tolerare auxilia excedentia cõ uenientia illi. Et criſis eius eſt cum tremore, cui alienatio ſuccedit, & hoc propter motum choleræ de uenis ad extra, et expanſionem eius ad ſenſibilia membra, ut expellatur, quam tremor ſequitur, et quia in motu fumi reſoluũtur petentes cerebrũ alienatio fit, quæ ſoluere dicitur ipſum, eo quòd cum alienatione fit expulſio materiæ eius, aut cũ uomitu, aut fluxu uentris, aut ſudore, aut fluxu ſanguinis narium, cum eis fuerit aſſociatum peccatũ ſanguinis, cui imperum cholera præſtet et ſimul cum febre.

De minoratiuis.

Signa uero cauſonis non ueri, quæ Hip. dixit, ſunt ſigna phlegmatis falſi in præcedenti cap. dicta. Et magnitudo febris, ſitis, et aliorum accidentiũ pluſquã conueniant phlegmati tali in locis aliis putreſcenti, prout ſupra in ca. generalis curationis eſt dictum, minus tamen quam ex facto ex cholera. Ita ut ſolutio uentris, et caſus appetitus, minus in eo accidant, quam in cholerico. Ita, quòd ſi infantibus accidat, abhorrent mãmillam. Et ſi quid de lacte ſumant, in ſtomacho eorum aceſcat. Et quãdoque heriſipelas in facie accidit habentis ipſum, quæ eſt commune ſignum utriuſq; Et cũ addit, fortior eſt in cholerico, et in phlegmatico magis perdurans.

In cura tertianæ duplex eſt intẽtio, ſeu iudicium, ſeu regimen, commune, et proprie. Cõmune, quod omni ſuæ ſpeciei communiter cõuenit, & eſt quatuor rẽs. Abſciſsio cauſæ, alteratio ſe. diætę ordinatio, et accidentium correctio. Cauſæ abſciſsio in duobus conſiſtit in digeſtione ſeu adæquatione, & ipſius euacuatione, Adæquationem complent medicinæ minoratiuæ, ſi in materia ſit multitudo & alteratiuæ reſidui. Minoratiuæ ſunt proprie uomitus quotieſcunque cholera ad os ſtomachi fecerit impetum, nauſeam prouocãdo, & maxime in principio paroxiſmi. Et ſi declinauerit ad inteſtina, quia mordicationem in eis fecerit, clyſteria, & pharmaca lenitiua ſuauiter ſoluentia abſque motu & caliditate inducente ebullitionem in ipſa & abſque ponticitate ut myrob. ſunt. quoniam impediunt digeſtionem

in reſiduo. Ex clyſteribus ſunt, quę fiunt ex malua, althæa, iuinbis, radicibus lilii, prunis, ſebeſten, et oleo uio. ſucco ſiclæ, & parum ſalis.

Lenitiua ſimplicia.

Ex lenitiuis pharmacis ſunt ſimplicia & compoſita. Et ſimplicia ſunt, aqua hordei, ſyrupus uiolatus, & uiolæ conditæ cũ zuccharo, tamarindi infuſi in aqua de nocte, & de mane colentur, & diſſoluantur in eis ſyracoſt, aut tereniabin, aut aqua duorum granatorum, & mellis caſiæſi. cum aqua hordei, et infuſio prunorum cum aliquo prędictorum, et mucilagine pſyllii. Auic. docuit eis adminiſtrari aliquid rhabar. ad confortationem ſtomachi, quem prædicta habẽt debilitare, nec eſt curandum ſi non præceſſerit digeſtio, cũ calida ſit de ſe ſubtilis, naturæ obediens, et ſecundo ſit paucæ quantitatis. Decoctio alubleb cum tereniabin, et paſſulis enucleatis, et ſimilibus. Et compoſita ſunt, quę compoCompoſita. nuntur ex prædictis, ut aqua fructuum, quãquam Aboa. illam docet poſtponẽdam eſſe uſque ad hebdomadam. quod eſt, quia ibi loquitur in ſe. cuius materiæ digeſtio, et minoratio diſcrepet ab intentione feb. et infrigidando, cuius cõtrarium eſt hic. Et licet generaliter dicendo omnino oporteat, ut poſtponatur uſque ad hebdomadam, illud eſt, quia cum ſoluat et infrigidet ſimul, et humor ſoluendus ſit frigidus, non poterit aliquo modo eſſe digerẽs, ut apte minui poſsit ante hebdomadam per illam, imo cum ſit frigidus, incrudabitur, et non minuitur licet infrigidet ſe, poſt hebdomadam uero data feb. infrigidat, et materiam ſi nõ minuat, ſaltem leniendo ad minorationem diſponit. Et ex illis eſt phlebotomia, ſi cum peccato ſanguinis fuerit cholera, et urina rubea fuerit, et ſpiſſa, et uirtus, et ætas conſenſerint, uel alia illi proportionalia. Sed oportet, ut prætermittatur in principio uſq; ad tres paroxiſ. donec aliqua digeſtio in humoribus facta fuerit a debita permixtione, quã quam enim ſit minoratiua, et proinde licet in principio poſsit concedi, tamen propter peccatum, et dominium choleræ ne effrenitet propter euacuationem ſanguinis, uoluit Gale. ut in principio dimittatur, donec inſpiſſetur, et permixtionem cum ſangui ne recipiat cholera, ut ſimul euacuetur cum illo.

Phleb.

Documentum.

Nec oportet ut moueas in die periodi aliquid, niſi propter neceſsitatem, deinde prouoces naturam cum diureticis frigidis, et raritica poros cum oleo chamæmillino, et aqua calida, quæ ſunt alteratiuæ.

De digeſtiuis.

In reſiduo adæquationem facientes ſunt ſimplices, et cõpoſitæ, et ſimplices cum granata muza, et acetoſa, et arancia, et ſucci ipſorum cum zuccharo. Ex compoſitis autem eſt oxizaccara, et ſyrupus acetoſus ſimplex omni mane cũ frigida ſumptus, ſi aliud non prohibeat, ante paroxiſmum per tres horas, uel quatuor, et in proceſſu cum emulſione ſeminum frigidorum, et diureticorum ſi in inflammatione intendatur, et poſt ipſum per duas horas aqua hordei ſumpta, nam quod inficit illud hoc abſtergit et lauat, quare poſt paroxiſmum etiam detur, uel in ipſo ſyrupus acetoſus de radicibus cum geleniabin ſecundum exigẽtiam cauſæ, et breuiter omnia acetoſa. Inquit enim Hippo. Vniuer ſaliter autem aceti acredo eos iuuat, qui choleram habent amaram, non autem nigram. Cholera autem euaneſcendo in naturam phlegmatis transfertur cum ab aceto retrahitur. et alterata adæquata materia eius euacuationem plurimum complent medicinę, quæ cum eradicatione illam euacuant, quales ſunt medicinæ lenitiuæ prædictæ, in quantita De ſolutiuis. te augmentante, et pharmaciæ abſque multa caliditate ſoluentes, ut rhabar. maxime myroba. citri. chebuli. agaricus, et aliud ſecundum mixtionem materiæ, & quandoque expedit illis aſſociare diagridium in robuſtis corporibus, ſit tamen rectificatum et mixtum cum ſyrupo de nenufare, de pomis ad frangendum caliditatem eius, deinde dabis diuretica frigida et calida temperate.

Alterationẽ fe. complent frigida et humida, interius, et exterius, et per omnem modum approximata, prout ſupra in capit. generalis curationis eſt dictum, ſunt enim in hac febre maxime neceſſaria, cum calorem naturalem et ſpiritus diſgregent, et reſoluant furiam caliditatis ipſius, et inquietudine corporis et aliis accidentibus quos reducũt et congregant. Quapropter Abo. iuſsit poſt paroxiſmum

pedes in aquam frigidam mitti, ad quod etiam ſomnus adiuuat poſt cibum conceſſus, ſint tamen calida adminiſtrata ſecundum can.prænotatos. Et ex appropriatis eſt andacocha cum patiens tertianam ſumit ex foliis eius, aut granis ipſius,quia alterabitur circuitus eius ſe. & linguæ arietis, & plantaginis radices tres cum uini.unc.iii.uel iiii. bibantur fœ.triangulæ.i.tertianæ,& ſandali conferunt ei, & cauſoni,& proprie albi.Et cucurbita,& aqua hordei infrigidatiua,& humectatiua eſt febrium. Et datur in calidis pura, & in frigidis cum apio,et fœ. panis ablutus eſt infrigidatiuus,& conuenit calefactis,neque calefacit neq; oppilat,& nenuphar eripit caliditates a ſe.Et ex illis eſt ungula caballina, & proprie aquatica. Et ſuccus plantaginis depuratæ in quantitate.℥.iii.ante paroxiſmum per horam, ſicut dixit Dioſcorides.Et tres pedes pentaphyli cum tribus uerbenæ contriti,et reſidentes in Græco antiquo per noctem,& colati mane, & ſumpta colatura ante paroxiſmum per horam.Et ſum expertus multoties in ſimplici & duplici.

Diætæ autem ordinatio completur cum cibis & potibus proprie,qui in qualitate ſunt frigidi et humidi,inſipidi,uel acetoſi,quales ſunt ex granis collectis,ut ex hordeo, & ſuccus eius,& ex pane abluto cum frigida pluries prout conſuetum eſt Gallicis, uel decoctio in aqua cum zuccharo, prout conſuetum Lombardis,et hoc ut frumẽti, et fermenti,et etiam ſalis,ſi ſit ibi caliditas,extinguatur. Et ex condro,uel iri,prout eſt conſuetũ eſt ianuẽſibus, et maxime in acutis,et incenſiuis in quibus ſubtilia aduruntur, quapropter aliqui far etiam miniſtrant quod reprobamus, cum enim oppilationes non digerat, nec abſtergat, ſed potius augeat,cuius contrarium debet cibus febricitantium agere,ſicut Hip.et Ga.monſtrauit,et ex fructu, ut ſunt cucur. cucu.citruli,pruna matura proprie,iuiubę,ſebeſten, mora celſi,et acite,granata acetoſa,et muza,limones, arancia,et melon Indus quandoque. Eſt enim maximi iuuamenti in extinctione incẽſionis. Et cum hoc quòd parum nutrit,et ſoluit, et prouocat, et facit ſudare adæquando materiam, et alleuiando naturam a caloris incendio, quare confortatur,et corporis ſuperfluitates alteratas uniuerſas extractione mouendo expellit. Et breuiter omnes inſipidi,et acres non dulces, quoniam in choleram conuertuntur, ut ſunt ficus,uuæ,melones dulces,et ſimiles nõ unctuoſi, quia ſunt etiam inflammabiles et ueræ choleræ, ut ſunt amygdalæ dulces.Et carnes niſi rectificatæ,cum mixtione granorũ acreſta.ſucco limonum,et ſimilium. Et ex herbis,ut ſunt lactuca,portu.endi.attriplices,ſpinachia, bletæ, et ſimiles, Sint quoque in quantitate pauca datæ,prout cõuenit morbo. Tertiana.n.ſe breuem oſtendit,dixit Ga.Et proinde ad tenuitatem cibus eius tendat ſecundum magis, et minus, prout eius conuenit ſpeciebus uirtuti,et ſtatui eorundem. Cum enim ſtatum arbitratis propinquum, ut in ſecundo, uel tertio paroxiſmo ſeu die, ut quia in urina nebula alba appareat prima,uel ſecunda die ſufficiant eis granata,lactuca,pruna,& ſimilia,et potus aquę hordei ſubtilis, & ſuccus granatorum, et uinum aquoſum, plurimumq; lymphatum poſt digeſtionem.Si uero remanet uſque ad periodum,uel diem quartum, quintum, ſextum, uel ſeptimum, dabis chiſt hordei,uel ſuccum eius, et aquam hordei ſpiſſam, cũ zucca.et cibum ex prædictis fructibus et herbis, et ſimilia. Si uero ultra prolongabitur, procedas ad latus eius craſſioris diætæ ſecundum plus et minus,prout fuerit expediẽs illis.Et proinde dabis auiculas paruas, extrema pullorum, teſticulos gallorum nouorum nondum coeuntium. Coeuntium enim teſtes acquiſierunt infectionem,et malum odorem a ſpermate,et ſi ſint perfectiores,uerum eſt in ſua propria actione generationis quãdiu ſunt uiui, nõ tamen in nutricationis uirtute,et cerebrum ipſarum, ſi nauſea non ſit. Et uitella ouorum recentium alterata in decoctione eorũ aqua hordei uel alia cum prunis,acreſta, uel granis granatorum,et ſimilibus,et cum humectatione ipſarum.

Oportet autem ut in exhibitione prædictorum cũ gradatione procedas,ut in principio tenuiter, et in augmento tenuius,et in ſtatu remiſſe cibes. In declinatione uero uberius. Et diſcreta quantitas ſit prout ſuperius dictum eſt numerus quoque cibationis ſit prout conſuetudini conue-

E nit,niſi obuiet paroxiſmus prout infra in cura feb.propria tertianæ non puræ dicetur.

De te re cib. nis,

Tempus autem cibationis ſit ex quo fæces primi.ſ.cibi fuerint euacuatæ,et hora quietis cum qua conſuetus continet melius eſt.ſit autem ante paroxiſmi horam per tres, uel quatuor horas ad minus,ut ante ſuperuentum eius ſit prædigeſtus.quòd ſi non,docuit Hipp. ipſum uomitum cũ tepida,et aceto prouocare.

Ordo autem ſit ut lubrica præmittantur. Et modus præparationis,ut ſint decocta cum rectificantibus, et alterantibus,ut eſt dictum,non ſint aſſa,neque frixa,quoniam conſtipant,niſi expediant et corrumpantur, ſi in patella ſint frixa,et cum hoc nutrimentum quartum impendant. In aliis autem rebus non naturalibus conuenientia.

Declinante uero ipſa,et euacuata materia digeſta, balneabis in ſemicupio dulcium aquarum,et eucratarũ, quoniam reſoluit reliquias,cum prouocatione ſudoris,et infrigidat,et humectat. Ad quod poſt ſudorem ungantur cum oleo uio.et roſ.et proinde non intrent ipſum cum labore, F ne multis horam prolõget,imo egrediatur uelociter, deinde ſi expediet reiterẽt.Melius.n.eſt reiteratio quã prolongatio moræ.Poſt quod cibabis cibis prædictis, nutriẽtibus et humectantibus,et potabis uino aquoſo ualde,permixto aquæ plurimæ,quoniam uinum temperatum humores contemperat,ſiquid reſidui fuerit membra perforat, calorem naturalẽ excitat,ut cholerã per ſudorẽ,et urinã expellat.et cũ hoc membra arefacta infrigidat,et humectat, faciendo aquam frigidam penetrare.

Cum poſt criſim, et euacuationem remanſerit aliquid caloris inſeparabilis,uel difficile alterabis ſupereſt tibi, ut adminiſtres ſyrupum acetoſum cũ ſuccis diureticis in quo eſt decoctio ſeminum,et radicum diureti. qui materiã inobediẽtem,et corporis uiam diſponit ad reſolutionem et euacuationem facilem. Quartam rem complent prædicta in ſuis capitulis enumerata.

Iudiciũ propriũ in cura tertianæ eſt quod proprie unicuique ex ſpeciebus eius debetur. Aliud.n.debetur puræ, aliud impuræ,aliud interpolatæ,et aliud cõtinuæ inter ſe, G ſunt.n.adinuicẽ differẽtia,quę ad alias res quatuor prædiſtinctas in cura cõi non in ſpecie,cum cholera ſit peccans, uel in prædominio utriuſque,ſed in quanto propter additã materiam frigidã phlegmatis mixti illi.Quapropter prædictis magnis,uel minus excedentibus in frigiditate, et humiditate addita uirtute alia ſuper illis pp ſubſtantiã phlegmatis uiſcoſam,et craſſam. Sic pura equidem ex exſcindentibus cauſam eam euacuando,et digerẽdo de prædictis indiget frigidis,et humidis,puris,uel parum in caliditate et ſiccitate excedentibus,ſaltẽ propter oppilationem, et purgationem materiæ cum attractione,euacuatione,et radicatione,et ex alterantibus feb.ſimiliter frigidis et humidis, puris,et balneo prædicto quod utriq; cauſæ.ſ.et feb.eſt cõueniens ſua hora,ut poſt completam digeſtionẽ, et ante digeſtionem perfectam,cuius materias digerat inſpiſſando, et ſudorem prouocando ipſam totam propter dyſcraſiæ homogeneitatem reſoluet ac alteret feb.dyſcraſiam. Et multa ex eius accidentibus corrigat,et emendet.Et diæta ex cibis et potibus prædictis frigidis,et humidis puris, cum maiori ſubtilitate propter acumen,et breuitatẽ ipſius:quanto H enim magis cholera dominatur,tanto magis acumen morbi ſignificatur.Gal.ait,et numerus cibationum inter paroxiſmum,et paroxiſmum ſit triplex,ſi conſueuit.

Nõ pura uero illis frigidis, et humidis indiget propter dominium choleræ,ſed minus propter additionem,et permixtionem phlegmatis ipſi choleræ.Et cum addita uirtute incidentium,abſtergentium, ſubtiliantium, aperientium, et ſoluẽtium cum caliditate,et ſiccitate temperata, et etiã manifeſta,qualia ſunt radices cões ſucci,et ſemina diureticorum,et agaricus,turbith,polypodium,cartamus,et ſe.urticæ,aſſarum,ſtœchas,centaurea,et ſimilia phlegmatis ſolutiua,et alterantibus feb.frigidis, et humidis minus, et balneo indiget poſt digeſtionem perfectam,et declinationem ipſius.Ante enim diſſoluit crudum humorem,et imbibitum totius corporis reddit.Et cum putredo in putridum miſcet,ſubtile reſoluit et craſſum dimittit.

Et

Et diæta ex cibis & potibus frigidis,& humidis minus cum additione ſubtiliantium, et aperientium cum caliditate pauca et minori ſubtiliatione.Oportet autem,ut cõſideres propinquitatem non puræ ad puram, et elongationem eius ab ea, et ſecundum illud diuerſifica magis et minus exceſſum illorum. Oportet ergo, ut regimen, et cura tertianæ puræ ſit cum prædictis, et eorum plurimis.

De cura tertianæ non puræ.

Non puræ uero cura ſit cum minorantibus prouocatiuis cum aqua calida decoctionis aniſi, et aceto permixto ante cibum,et poſt magis,et in principio paroxiſmi,et clyſteribus cum aqua ſtœchados arabici,carycum,centaurea, ſucco ſiclæ,melle uiolato, ſale, et oleo chamæmillino furfure,et ſale baurach.Et quãdoq; additur caſia ſi. et turbith, et hierapicra,et agaricus, cũ materia cœperit digeri. Et ex ſolutiuis eſt aqua alubleb proprie,cum reſidentia geleniabin,cum caſia ſi.et carthamo. Et quãdoq; confortamus ea cum decoctione turbith,et ex phlebotomia ſi cum peccato ſit ſanguis, et minoratiua. Et cum digeſtiuis ex ſyrupo acetoſo ſimplici,permixto cum geleniabin,aut compoſito cum radicibus, et poſt hebdomadam cum uirtute aliorum ſubtiliantium, ſicut eſt aqua fœni. apii, aniſi, et decoctio abſinthii,quod ſubtiliat materiam,et confortat ſtomachum. Et ſi tranſierit hebdomadas duas,non eſt malum dare trochiſcos de roſis minores.Si autem prolongabitur ultra nõ excuſaberis,à datione trochiſcorum, de eupatorio, et decoctionis eius.Et ſyrupi de ſuccis herbarum, et ſyrupi acetoſi,diacorcotio,diacurcuma, quorum in antidotario noſtro deſcriptiones inuenies. Et cum calefactoriis, et cataplaſmatibus,unctionibus,et emplaſtris, cum aperientibus fortib. niſi cholera uitellina ex actione fuerit generata. Quo caſu cum frigidioribus,quam in cholera pura eſt procedendum,ſubtiliantibus tamen mixtis, propter humorum craſsitiem,et mollificantibus etiam propter uiſcerum tenſionẽ,quæ ſupra in cura eorum nota ſunt. Cum ergo digeſtio appareat complete euacuabis cum eradicatione:et hoc cum decoctione eupatorii,et endi. cum rhabarbaro,et agarico puluerizatis, et aliis cõpoſitis pharmaciis,quę infra duce Chriſto dicentur.Et Abo.dixit.Fortaſſe erit neceſſaria medicina fortis uno modo,et debilis modo alio:fortitudo nanq; eſt in eo quod euacuat humorem uiſcoſum:debilitas uero eſt in eo,quod non euacuat plurimũ uice una,et illud eſt,quia uirtus multa ſimul nõ tolerat ſed deficit. Quare oportet,quod fiat gradatio in ea,prout ſupra in phlegmatica diximus. Talis autem medicina ſolutionẽ aggregat,et digeſtionẽ,et à uirtute melius tolerat.

Et eſt.℞.turbith.ʒ.s.et plus ſecundum neceſsitatem,et ſcãmo.ꝓprie alcufugi,lib.i.et ſupra illud.Conficiantur cũ geleniabin,et bibatur. Aut ſumatur de agarico,et ſcãmonea ſecundũ hanc cõparationẽ ut conficiatur cum geleniabin ꝑdicto.Et bibatur et ponatur in ſucco roſ. recentium, cuius quãtitas ſit.ʒ.i.et.s.aut ſyrupo ro.et bibatur : et hoc quia remittit calorem ſcãmoneæ, et confortat principalia, & ſtomachum quem habent offendere ne lędatur.

Diæta.

Et diæta ex cibis et potibus humidis, et frigidis dictis, non tamen puris,ſed mixtis ſubtiliantibus,et abſtergentibus notis. Quare oportet,ut cibus ſit panis cum cinnamomo, & aqua hordei ſit ſpiſſa cum decoctione radicum, & proprie cum aceſcit in ſtomacho. Et quandoq; cum decoctione piperis, uel hyſſopi,uel calamẽti,uel origani,& ſpicæ ſecundum neceſsitatem,aut aqua cicerum permixta,& cum minori ſubtiliatione. quare oportet, ut cibetur cibis ex carnibus cum oleribus, & fructibus dictis, cum fœni. anetho,& petroſ.& ſimilibus gradatim miniſtratis in quãtitate continua ſecundum diuerſitatem ipſorum. Sitque numerus cibationum ſecundum longitudinem,& breuitatem paroxiſmi:ſi enim ſit longior.xlviii. horarum comprehenſarum in duobus diebus non poteris habere quolibet die innocue, quia oportet, ut in duobus diebus ſemel cibes,& cibatio fiat in.xxxvii. hora à principio paroxiſmi, quæ eſt prima hora declinationis ipſius perdurans uſq; ad complementũ.xlviii.horarum,quod eſt.xii.horæ. Et hoc ſi toleret uirtus, Si uero non oportet ut redeas ad capitulum dictũ in cap.generalis curationis. Si uero ſit breuior, poteris cibare pluries ſecundum diuerſitatem alleuiatio-

A nis ipſius,et longitudinem quietis.

De cura tertianæ continuæ.

Et cura quidem feb. continuæ eſt cura interpolatæ iam dictæ in iudicio communi & abſolute. Cum enim Gal.dixit tertianam uel triteam,feb.intellexit interpolatam. Et cum Hippo. ueram dixit in aphor. interpolatam maxime intellexit. Dixit enim tertiana uera, in.vii.periodis iudicatur longiſsima : periodus autem maxime & proprie debetur interpolatę, conſequenter & improprie continuæ, unde Cõmentator ſubiunxit,quòd illud facit dies in continuis, quod periodus in interpolatis, quaſi dicat continua tertiana facit,ſeu complet.vii. periodos ſuos in ſeptẽ diebus, ſicut interpolata ſuos,in.viiii. Si ueræ ſint ambæ, differunt tamen in quanto, quemadmodum eſt dictũ in continua ſupra. Quod eſt quia in cura cõtinuæ tertianæ,procedere oportet cum illis tribus communibus prædictis, ex abſcindentibus cauſam in digerendo & euacuando fortioribus,et ex alterantibus feb.cum minori frigiditate, et extinctione, et cum diętis cibi,et potus:ſimiliter maiori ſubtiliatione,et cum abſterſiuis,ſubtiliatiuis,et aperitiuis, cũ B minori caliditatę, ſi neceſſaria fuerit propter impuritatẽ quam interpolata. Et in cauſone multo magis, niſi in non uero:in non uero enim oportet,ut procedas cum euacuatione in principio,cum illis quæ dicta ſunt, et proprie mucilagine pſyllii. Feſtinatio enim in ea melior eſt, quam expectare complementum digeſtionis : propter periculum acuitatis & mobilitatis materiæ,et poſitionem ſui,cũ materia eius ſit diſpoſita,quia ſubtilis peccans in caliditate ſuperflua. Quare oportet,ut cum phlebotomia, ſi in urina fuerit ſpiſsitudo, turpiditas, & rubedo. Si uero igneitas prætermittatur omnino,non enim infrigidabit,ſed potius inflãmabit. Et cum digeſtiuis ex ſyrupo acetoſo proprie cum emulſione ſeminum communium,et ſeminum frigidorum ex lactucis,endiuiæ,& portulacis, & interius & exterius,& per omnem modum & papauere albo,et cum alterantibus feb. dyſcraſiam cum infrigidatione potenti, approximatis interius & exterius per omnem modum:et interius ſolutiua, ſi calidum ſit adminiſtrari aliquod frigidũ, & ſyrupum uiola.de nenuphare,de pomis, & aquam ſemi C num frigidorum. Aut cum frigidæ aquæ potu uſque ad ſatietatem,et pluries, ſi non fuerit quod prohibeat, & proprie cum nigredo appareat in lingua. ſi uero ſit quod prohibeat, detur ſyrupus acetoſus, ut ſupra in capitulo generalis curationis eſt dictum, et cum ſyrupo de nenuphare, de papauere,et de limonibus,et de melone indo ſufficientis quantitatis. In pauca enim quãtitate cõuertitur in choleram, dixit Auerro. Et finaliter cum trochiſcis de camphora, uel de ſpodio non ſolutiuis ſi ſuperfluat uenter. Caueas tamen à ſuperfluitate, quoniam infrigidabit hepar, & perducet ad cacheſiam, & hydropiſim.

De cura cauſon.

Exterius uero cum epithematibus ſupra hepar & cor, & ex ſandalis,roſa camphora,& ſimilibus, cum aqua coriandri,& roſ. Et ſupra caput cum embrocis, et frigidis, ex ſomniferis epithematibus, ex oxyrodino cum lacte papa. Et enim eius materia eſt ualde apta ad raptum, quare oportet, ut ſolicitudo habeatur de capite magis: attendendum autem his multum naturam corporis, et ætatem. In uirtute enim forti, & iuuentute ſunt concedenda. In de- D bili uero, & in ſenectute, nequaquam, quoniam ſunt cauſa extinctionis febris,& caloris innati.

Sed contra, eſt quod Auerr.ponit. Inquit enim contra Gal.cum inquit,et cauſon in ſene maioris receſſus eſt à natura,quã in iuuene. Quod dict um impugnando dicit. Si ita eſt,ergo fortiora conueniunt ei in cura,ſi cura per contrarium in æquali gradu dyſcraſiæ fieri debet,ut ipſe oſtendit,ſed hoc eſt falſum ſecundum hoc,ergo et primo.

Et Falco reſpondit, quod non meminerit diſtinguere tanquã inexpertus Auer. inter contrarium ſecundum exceſſum ſeu gradum,& ſecundum effectum contrarium. In ſene enim patiente cauſonem comparato ad iuuenẽ maior eſt exceſſus caloris febrilis,& proinde frigida maioris exceſſus conueniunt illi,quam iuueni,non tamen ſecundũ gradum, et exceſſum,ſed ſecundũ effectũ:hæc enim ſeruãt naturam, paulatim extinguendo feb. ſuper exceſſum : illa uero extinguendo utrũq; ſimul humorem et feb. occidũt.

Et cum

Et cum correctione accidentium eius diligenti cũ fortioribus dictis superius in cap. generalis curationis. Et cauea tur in eo superfluitas sanguinis narium cum his, quæ oportet, quæ dicta sunt, et infra Christo dante dicentur: perducunt enim ad defectionem, & inflammationem maiorem & obseruatur anhelitus eorum cum oleis et cerotis. Exoleis uio. ro. & amyg. dul. cum succo maluæ, & attriplicis, grassularũ, et spinachiorũ, et cera, nec partes pectoris permittantur spasmari. Et regas eos cũ diæta uehementer subtili ex cibis & potibus extinctiuis dicti is hic supra, si toleret uirtus, cum status eius sit citus. Quod si timeas casum uirtutis ex eo, quòd patiens ex æstuatione resoluitur pluri mum, ex hoc tunc oportet, ut cibes uberius cum eis, quæ dicta sunt in cura febris syncopalis subtilis.

Et si cadat appetitus propter intensionem dyscrasiæ calidæ lædentis uirtutem sensibilem, non solum in ore stomachi, sed in principio, ut in cerebro, ob quam non sentiat stomachus, quòd sibi necessarium sit, ut petat cibum, et turbato cerebro non patiatur cibari, oportet iuuari auxilio ibi tacto ab antiquis, et à modernis ignoto, licet sit possibile, quia rationabile & expertum est. Et est ut fiat colatiuũ bonum ex gallia electa, & ponatur in clysteri, et iniiciatur per anum, trahetur enim per naturam & nutrit. Iuuatur eo modo, quo est possibile, et conueniens ad refocillationem uirtutis, et subsistentiam eius donec resumatur et redeat sensus, ut cibum sumat quo confortetur, et uincat finaliter morbũ, & curabilis est, quod possibile est & rationi conforme. Ordinauit enim natura in intestinis & oibus meseraicas uenas, etiam in recto, ut manus hepatis quibus succum prædecocti cibi in stomacho traheret ad se ipsum hepar & conuerteret in sanguinem nutricationis, sui gratia, & corporis uniuersi, quod ipsi sua inanitione trahendi illius necessitatem imponit. Si ergo illum trahit indispositio naturaliter in quo multa inanitio non existit, ut nõ trahat succum colatum ex intestinis in corpore patientẽ cautionem, in quo non solum attrahens est inanitio, sed etiam calor fortis, & sic etiam necessitas maior, & maxime cum succus talis sit mulcebris, naturæ amicabilis, & quasi digestus: si etiam in exiccatis uenulis hora æstiua emulserint à se humores de genere choleræ attrahant quoq; secum succum, factæ per phlebotomiam inanitę. Ob quod Gal. præcepit in repletione intestinorum ex fæcibus, non debere fieri phlebotomiam, nisi prius illis euacuatis, multo magis attrahent succum colatum, mulcebrem, in tam grandi necessitate adauctę, nisi natura ponatur habere mentem, uel non, & intellectum. Cum ergo traxerit hepar per illas succum eius refocillatur. Et refocillabitur natura ad modum stomachi. Et si uere nutriatur ex eo tanquam in indigestione prima à natura prædigesto, licet multum alteratus, & quasi digestus sit per artem, quæ sequitur naturam, & perficit eam, existens, eius imago, donec redeat cibumque sumat, ut confortetur, et uincat, si curabilis morbus sit, quod equidem experti sumus in regina Siciliæ dispositа dicto modo, in quam iniectum colatiuum per clystere natura retinuit. Et post tres horas scyballa emisit, nulla infectione ipsius apparente in ipsis: deinde humores cholericos ardentes et fœtidos. Et sic reducta ad sensum, petiit potum, à quo confortata est, & facta sana, gratia Saluatoris qui sit benedictus. In non uero extinctiua, minoretur & remittatur, & incisiua, & abstersiua multiplicentur, et intendãtur, & regimen minus subtiliẽtur. Deinceps medicinas compositas subiungamus.

Syrupus ad tertianam febr.

Confectio syrupi ad tertianam impuram: Recipe radicum quatuor communium resident ium in aceto, ana ℥.i. capillis ueneris, schinanthi, an. ℥.s. endiuiæ cũ radice lupuli, boraginis, & bugloss æ, cichoreæ, hepaticæ meliss æ, an. ℥.i. hordei, ciceris, ana. P.i. liqui. ℥.s. uio. ros. acetosæ, an. ℥.i. prunorum numero. xx. zucchari, lib. ii. geleniabin. ℥. iiii. aceti, prædictarum radicum ℥.iii. aromatizentur cum fandalis, cinnamomi, spodii, & corticum citri. ana. ℥.ii. Dosis ℥.ii. in mane cum calida.

Confectio solutiui. Rx. scammoneæ sextam. ℥.i. in iulebi & est conueniens puræ. Decoctio faciens ad soluendam non puram. Rx. mirob. citrino. & chebul. tamarindorum, ana. ℥.s. passularum enucleatarum, hordei, ana. P.i. radicum quatuor, casiæ fi. ana. ℥.i. fumiterræ, folliculorum sennæ, ana. ℥.s. bulliant in lib.i. aquæ usque ad medietatem, & calidam da ad bibendum in mane.

Confectio electarii triapharmaci faciens ad choleram, & phlegma, & humores commixtos ex eis. Recipe electarii casiæ fistu. lib.i. agarici, & rhabarba. puluerizatorum, ana. lib.s. Confice simul, & da ab ℥.s. usq; ad.i. in aurora cum calida.

Confectio electarii de succo ros. & diaprunis est faciẽs ad solutionem choleræ post digestionem, et diacatolicon. Rubea trochiscata secundũ Nicolaum ualet tertianariis, & quotidianariis cum rodostomacho, in quantitate auellanæ ante horam paroxismi data.

Confectio trochis. de spodio solutiuorum conferẽtium patientibus tertianam. Recipe medullæ granorum citri enucleatarum. ℥.iiii. zucchari tabarzet. ℥.xx. scammo. ℥.i. sextam bibantur, drach.ii. cum frigida. Et post illud curetur cum prouocatione, et emulsione se. communium frigidorum: & si fuerit sũ perflua inflammatio maxima, ut in continua, & causone, cũ iam euacuaueris, non est malũ dare aliquid de extinguentibus fortibus, ut sunt trochis. de camphora, mucilago psyllii, aqua melonis indi, & syrupus de limonibus, & similia.

Alexander dixit succus plantaginis depuratus in quãtitate ℥.iii. ante paroxismum tribus uicibus sumptus liberat a triteo, & sum expertus.

De medicinis feb. melancholicarum. Cap. 5.

Ebris quartana est feb. accensa in melancholia putre scente. Quæ quia exacerbatur per quartum dicta est, quartana, ut in principio dictum est, quemadmodum si per quintũ, et sextum, dicta est quitana, et sextana, de melancholicarum genere existentium, fit tem quintana Et quod quædam ex ea erat interpolata, & quædam continua illi proportionalis, & qualiter differant, dictum fuit superius. Et quæ erat etiam eius causa, erat enim interior etiam causa, et immediata, melancholia putrescens extra uenas, uel intra, naturalis, uel innaturalis, ex adustione generata nõ ex congelatione, cum rarissime fiat illa, nec apta sit inflammari, aut putrefieri, ut febrem accendat. Cũque melancholia innaturalis sit ex se, magis apta putredini, quàm naturalis, eo quòd caliditatẽ innaturalem in se seruauerit ex adustione, uel putrefactione, febrem aliquam accendere acquisitam quemadmodum cinis caliditatem ignis. Et Gale. dixit. Sitq; maioris quantitatis ac malitiæ quam natura regulare non possit, putrefieri potest aptius. ideo raro fit incipiens & plurimum aliũ morbum sequẽs, ac propter sui malitiam natura inter uenas ipsam sustinere non potest (et si naturalis sit) cum sua ineptitudine ad putredinem in uenis existens contrarietatem habeat à sanguine ne putrescat, & à natura in melius reguletur, quam extra, ideo plurimum interpolata est et raro continua, ut Galen. dixit. et quidem alius morbus quem plurimum sequitur. Est autem feb. putrida maxime multum prolongata, quæ non solum in humoribus impressionem impressit humidis, sed etiam in membris solidis inflammationem, & consumptionem, Quapropter Galen. dixit febres cum prolongantur, minantur hecticam, uel feb. multæ, & diuersæ, ut sunt inordinatæ, uagãtes proprie, in quarum materierum euacuatione natura redditur negligens propter diuersitatem ipsarum disturbantium ipsam. Intenta enim pluribus fit minor ad singula, quare remanent adustæ, et in cineratæ

Quartanæ species.

cineratæ. Et sic melãcholia innaturalis multiplicaẽ quadruplicis spẽi ẽm spẽm possibilẽ quatuor humorũ adustioné.

Alia igitur erit sanguinea, alia cholerica, et est plurimũ alia phlegmatica, & alia melancholica, & est minus, quæ cum exacta occasione in putredinem uenerit, feb. accẽdit quartanam, diuersam in specie secundũ diuersitatẽ specierum melancholiæ. Alia epim est in melancholia naturali putrescente, et alia in melancholia innaturali, quæ est qua druplex, et sunt omnes inter se inuicem differentes in esse essentiali, accidẽtibus, atq; cura, ut infra patebit. ũde Hip. in prognosticis. Febribus inordinate uagantibus, quartanæ sunt futuræ. Aut oppilatio, & crassities splenis colligens, et multiplicans melancholiam utranq;, cui putrescẽti succedit quartana, licet ipsa quartana raro euacuetur à splenis crassitie, & oppilatione: plurimum enim succedit ei, uel communicatur, uel sequitur oppilatio ipsa.

Quandoq; est ab apostemate eius, uel cũ eo, et est malignior: perducit enim frequenter ad hydropem, et pernicem. Et ex naturalibus, dispositionibus ad ipsam cum aliis similibus circunstantiis est complexio naturalis corporis, uel in naturalibus habitudo, seu forma extenuata, seu ficca ætas senectutis, consuetudo in frigidis, uel calidis siccis, tempus aptum, uere uel æstate, regio consimilis illis, ars fabrilis uel laboriosa, uita timida, seu timor perdurans diu ac etiam pusillanimitas. Inquit enim Hipp. Timor & pusillanimitas si diu steterint, ad discindendum humores melancholichos faciunt. 6aph. 23.

Causæ. Et causa exterior mediata est in nõ naturalibus rebus, & cibis, & potibus, multiplicare habentibus melancholiã naturalem, & innaturalem, ut est proprie panis opirus, lens, caulis, caro bouina, hircina, equina, & arietina & uaccina, antiqua, & siluestrium antiquorum magis, piscium, & auium magnarum, caseus antiquus, & caro salita, & pisces saliti, & similia. Et aquæ crassæ, & turbidæ, lutuosæ, & sulfureæ æneæ, & similes, sumptuæ, & potatæ, & acetum. Inquit enim Hippoc. acetum choleram nigram adiuuat, & procurat. Quales etiam sunt acuti, subtiles, adustibiles, qui melancholiæ sunt causæ. Et quia in ea accensa est, quæ teneræ naturæ existit, non obediens corporis nostri naturæ, quam calorem naturalem este dicimus cum sit illi omnino contraria. Inquit enim Gal. calor naturalis calidus est & humidus, nec etiam positioni, ut Hipp. et Gal. dixit in apho. Terminus uniuersalis ipsius, si error non interuenerit, erit anni unius, si uero interuenerit, erit annorum duodecim, ut dixit Abo. Et ea ratione particularis paroxismus eius prolongabitur. xxiiii. horis, in quibus erit addẽs, & diminuens secundum diuersitatem melancholiæ in quãto, & specie, & mixtione cum cholera & phlegmate, & aliarum causarum corporalium in hoc cooperantium, dictarum supra, & etiam extrinsecarum. Et communiter salubrior est quotidiana propter quietis longitudinem, & accidentium priuationem et leuitatem: minus uero quam tertiana propter aptitudinem choleræ ad resolutionem, propter quod lõgior est quã illa. Et quæ ex ea salua est, ut quia sine oppilationibus magnis, et apostematibus fuerit et breuis præseruat ab ægritudinibus melancholicis, ut epilepsia, & melancholia, & etiam liberat cum terminentur in quartanam, ut dicit Aboa. & à spasmo de repletione. Inquit enim Hippo. in apho. A quartanis habiti non ualde spasmantur. Et cum fuerit talis, terminatur plurimum per resolutionem, & sudorem naturaliter. Et in particulari paroxismo, & maxime cum innaturalis, & calida fuerit melancholia. Et quandoq; per uarices, & hæmorrhoidas, & maxime cum melancholia fuerit naturalis. unde Hippoc. melancholicis uaricibus, aut hæmorrhoidibus innatis, bonum. Et quandoq; per dysenteriam maxime cum innaturalis fuerit melancholia, unde Hippoc. melancholicis dysenteria superueniens bonum. Et quandoq; per scabiem, cum natura non possit melancholiam innaturalem extra corpus, expellere, sed deriuat & trãsmittit ad cutem, quæ est membrum ordinatum per eam ad receptionem super fluitatum corporis totius, ut ait Gal. Quæ uero est longa, & cum oppilationibus magis perducet frequenter ad stomachi defectionem & hepatis, & casum appetitus, & hydropen, & perniciem magis, si cum apostemate fuerit, ut dictum est, & quandoq; ad lepram propter diuisionem abundantis melancholiæ innaturalis in habitu uniuerso.

De signis quartanæ interpolatæ.

Signa quartanæ interpolatæ prius dicemus. Significant autem ipsam inuentio causarum antecedentium prædictarum, & concomitantia accidentia. Quod est quia præcedente regimine melancholico, & circunstantiis dictis, inuenies egestionem melancholicam, & urinam glaucam in principio et augmento, nisi apud statũ, tunc enim propter digestionem acquirit rubedinem, & spissitudinem, & in declinatione fit nigra. Et cum mouetur ad exacerbationẽ inuadit cum frigore, sed in primis diebus paruo, et in subsequentibus magno, propter humoris crassitiem, qui non potest moueri statim, ut subito deferatur per sensibilia mẽbra, nisi caliditas febrilis subtilietur in duobus diebus ac cẽsis, sicut dictum est in phlegmatica: deinde calor eius ex tenditur tarde, ut perueniat ad augmentum, & statum propter humorum crassitiem super quem calor de facili comprehendit, sicut nec ignis super ligna crassa, licet citius, quam in phlegmatica, et tardius quã in cholera pura, proinde calor dum extenditur, ut totum comprehendat corpus cum horripilatione procedit, & est frigori mixtus, prout in quotidiana est dictum, ut ex eo quidem dyscrasia inæqualis, & diuersa in membris proueniat, quæ est causa doloris, & confractionis magnæ, adeo, ut uideantur ossa frangi. Ad quod adiuuat in illo fortis membrorũ commotio, adeo, ut stridore frendeant dentes propter contractionem naturæ ad principia, & motum ipsius ad expellendum nocentia: non tamen sicut in phlegmatica. Et perducit illud ad uisus debilitatem propter multam euaporationem fumorum ad caput, sicut accidit in accensione lignorum uiridium, et crassorum perturbantium spiritum animalem in cerebro, & sensibilem, & motiuum, quare etiam motus fit debilis propter fatigationem ipsius in expellendo illos commotione membrorum. Cum ergo peruenit ad statum, calor eius acutior est, quam in phlegmatica, minus tamen quàm in cholerica, nisi in melancholica innaturali accensus existat. Et deinde declinat cum sudore plurimum, & proprie si melancholia innaturalis sit, ut superius est dictum. Ita, ut in. xiiii. horis in febriendo deficiat, & perfecte quiescat: & hoc in quartana interpolata ex melancholia naturali. Et pulsus est parũ durus, et diuersus, magnus, uelox & spissus, licet in principio sit coarctatus, & in uelocitate, & in spissitudine non diuersus, sicut in quotidiana. Et systoles uelocior diastole, propter putredinem, quæ mundificatur apud declinationem. Et est signum perfectę distinctiuum inter quotidianam & ipsam.

Si uero sit continua, signa causarum antecedentium ex signis, & circunstantiis inuenies fortiora. Exacerbabitur continue, & de quarto in quartum magis, & exacerbatio fortioris est caloris, nec incipit cum frigore, seu horripilatione, nec declinabit, seu tepescet cum sudore, aut alia manifesta euacuatione, et accidẽtia eius alia sunt fortiora.

De signis quartanæ ex melancholia innaturali.

Signa uero quartanę ex melãcholia innaturali, et phlegmatica sunt antecessio phlegmaticarum febrium, & cum incipit frigus antecedit maius, & calor est obtusior quam aliarum naturalium. Et sudor in declinatione tardior & minor quam in naturalibus. Et urina crassior, & durities pulsus minor, & significant eam etiam consimiles circunstantiæ.

Signa uero quartanę ex melancholia sanguinea sunt antecessio signorum sanguinis & febrium sanguinearum. Et incipit cum minori frigore, & calor eius est mediocris & declinat cum fluxu sanguinis uel sudore, & urina est rubea spissa: & etiam significant ipsam consimiles circunstantiæ.

Et signa melancholiæ cholericæ ex adustione choleræ sunt antecessio signorum dominii choleræ rubeæ, & febriũ eius. Et cũ inuadit, incipit cũ minori frigore, & horripilatione maiori, & calor cito ascendit & est acutior, & cito declinat cum sudore copioso. Et urina est cholerica uade, subtilis, et pulsus uelocior, & frequentior, cum minori diuersitate, & in æqualitate ascendit, & concurrunt cum ea circunstantiæ consimiles.

Et signa

Et signa quartanæ ex melancholia naturali adusta sunt, E signorum præcessio dominii melancholiæ ægritudinũ melancholicarum. Et cum mouetur ad paroxismum incipit cum minori frigore,& calor citius ascendit,et magis æqualiter,et est acutior quã in melancholia naturali nõ adusta, & citius declinat,et cum completiori sudore. Et urina est magis tincta et subtilis in principio. Et pulsus est uelocior & spissior cum minori diuersitate,et inæqualitate existẽs, & concurrunt cum ea circunstantiæ similes.

De cura. In cura quartanæ duplex est regimen,commune et proprium. Commune est quod ei in unaquaq; suæ speciei, & materia cõmuniter conuenit. Et est quatuor res. Prima abscindit causam. Secunda subalterat feb. dyscrasiam. Tertia ponit studium in uirtute,et uita,cum regimine cibi & potus,et aliarum non naturalium rerum. Quarta corrigit accidentia. Prima res completur dupliciter: digestione.s.& euacuatione. Digestionem uero complent medicinæ minoratiuæ si in materia appareat multitudo, & alteratiuæ residui. Prima sunt clysteria ex lenientibus, et abstergẽtibus notis in principio: deinde cum soluciuo aliquo educẽte de melancholia absolute,quod infra Saluatoris dicetur præsidio. Et ex communibus melancholiæ absolute est agaricus, sed illud post digestionẽ: ante enim est præsumptio, & introductio erroris, et proprie in quantitate multa ministratus, ergo addatur quod sit paucæ quantitatis. Consideretur tamen si sanguis sit abundans in eis, et proprie si melancholia naturali, & sanguinea: tunc enim phlebotoDe phlebotomia. metur, & extrahatur sanguis secundum necessitatem, aliDe vomitu. ter autem phlebotomia nocet cum debilitet & incrudet, cum euacuet contrarium melancholiæ, & dissoluat humores,& trahat illos ad exteriora. Et uomitus leuis in principio, & fortior in processu factus ante & post cibum subtiliaciuum, et absterſiuum, ex acetosis & acutis quacunque die,& maxime in die paroxismi,et in principio eius,ut est aqua decoctionis se. raphani, & syrupus acetosus potatus ante paroxismum per horas duas uel unam. Et deinde cũ aqua multa calida, quæ securitatem facit à nocumento rigoris & frigoris, & a nocumento acuitatis rerum permissarum propter febrem. Talis autem uomitus ante paroxismum factus, ut dixit Aboali, quicunq; humor sit, alleuiat paroxismum, aut eradicat, quasi dicat, dato, quòd humor peccans ut ineptus ad uomitum,quia melancholicus.quare iussit Hippoc.in aphorisſ.educendum esse inferius non superius,tamen est uomitus talis uirtus in euacuatione ipsius, quòd si absiduetur,aut minorat si mukus est, & indigestus, aut eradicat ipsum, si paucus est & digestus, absiduatione enim ipsius humor melancholicus ineptus disponetur,& trahetur superius,ut educatur per ipsum.

Et cibaria lenificantia ante cibum sumptum ex fructibus & herbis, ut ficus & caricæ, pruna cum endiuia propria, & aliis oleribus lenificantibus proprie,ut borago, buglossa,lupuli,fumusterræ, & sicla: hæc enim in leniendo naturam,& minorando materiam melancholicam absolute cõuenientiora sunt potionibus. Quod si oporteat uti eis eligas leuiora, quæ cum lenificatione soluant & humectent absq; caliditate, & siccitate multa,& confortãt stomachũ; ut est manna,& succus granatorum dulcium expressorum, cum pulpis casiæ si.cum aqua liqui.cicerum, & alubleb,& geleniabin,diaboraginatum,& diabuglossatum, & diasene,& similia. Si autem indigeat attractiuis ministrentur in quantitate pauca. Et cum eis misce liquiri.uiola. & passulas ad refrenandum siccitatem, & iuuant cum hoc euacuationem. Et diuretica,& prouocantia sudorem absq; fortitudine,ut sunt semina communia cum anisi fœniculo, & aqua ipsorum,et radicum communium fortia,et calida nocent exiccando,educunt enim subtile,& crassum exiccatũ dimittunt. Alteratiue,et digestiue deinceps ministrandę in adæquatione residui sunt medicinæ simplices & compositæ. Et ex simplicibus sunt prædictę,et consimiles aquæ prędictarum ipsarum,& aquæ geleniabin,& syrupus acetosus simplex cum ea. Et ex compositis sunt compositæ ex eis & aliæ,quæ infra Deo duce dicentur. Quæ sint datæ ante paroxismum per tres,uel quatuor horas,digesta materia per duas,uel tres hebdomadas, ipsam oportet euacuare prædictis medicinis lenitiuis attractiuis simplicibus, & compoF sitis in quantitate augmẽtantes absque multa caliditate,& superfluitate uirtutis, & attractionis, quoniam resoluit subtile,& prætergreditur crassum,ut supra capitulo de melancholia est dictum: melior est ergo secundario multitudine, ut cum digesteris per duas,uel tres hebdomadas, des soluitiuum prædictum moderatum in quantitate,& qualitate: deinde redeas si oportet ad digestionem per illud tempus,& deinde ad euacuatiuum. Et hoc quia quamquam sit saluti ferum nec pernitiosa, ut quotidiana, tamen quia longa propter humoris crasitiem,oportet per interualla purgari, perfecta digestione non expectata, ut unica in forti digestione purgetur propter causam prædictam. Et quia a natura melius toleratur, ut supra in tertiana non pura, & quotidiana est dictum. Cumq; appareat prolongari ultra hebdomadas quatuor, docuit Raſ. dari trochiſ.de absinthio cum syrupo acetoso,uel aqua cicerum. Sed dices quare citius docuit ministrari trochiſcum in quartana quã in quotidiana, propter prolongationem, & abbreuiationis gratia cum longior sit quartana,ut iam dictis apparet. F Et proinde si transierit ultra quatuor hebdomadas non dici poterit prolongari, ut proinde expediat ministrari trochiſcos. Præterea ut quid troch. & non alias medicinas. Respondit Falco ad primum dicens,quod terminus dandi trochiſcos, est terminus, seu tempus prolongationis ipsarum propter causam inferius assignandam,ut quia ex quo incipit prolongari sint dandi. Talis autem est duplex, qui dam communis, & quidam proprius. Communis est duplex,quidam in acutis,et est.xl.dierum,est enim.xl.finis acutarum,et principium chronicarum,prout dixit Hippo. Alius est in chronicis, & est post anni complementum. Est enim eius terminus secundum motum et influentiã solis,qui in anno uno finitur, ut dixit Gale. Terminus proprius est diuersus secundũ diuersitates febrium in seipsis. Talis autem est duplex, unus est terminus temporis statuti secundum plurimum unicuiq; earum,ut in acutis absolute terminus dandi sit post.xiiii.dies. Inquit enim Hipp,in apho. Acutę ægritudines in.xiiii.diebus iudicãtur,in quoG tidiana post.lxx.dies, & in quartana post annum, ut supra est dictum. Alius est terminus regularis secundum quod feb. tam acuta, quàm chronica potest minus, uel amplius prolongari,et illud propter diuersitatem causarum habentium prolongare, quæ cum eis possunt conuenire uel nõ. Et hoc modo in tertiana pura terminus dandi eos,est post duas hebdomadas,in quartana post,quatuor, & i quotidiana post quinq; uel sex,uel quatuor, & illud per respectum ad naturam habentem tolerare ipsam seu longitudinem eius,sicq; in lõgis,ut quotidiana,et quartana dicente Gal. Rari sunt diuturni morbi de genere phlegmatis, ut melancholiæ &c.datur quandoq; infra terminum statutum secũdum plurimum eis, ut non prolongentur cum de se naturaliter longæ sint,sed ut infra illud terminentur,seu à longitudine iuuentur. Ad secundum dixit quòd tales morbi, seu febres sunt duri ad digerendum, quod prolongatio eorum demonstrat,et proinde medicina debilis ministranda non est in eis cum in uirtute non proportionetur eis, imo fortis uirtutis, ut forti infirmirati fortis medicina occurrat,ut Hippo.dixit in apho.& Gal. Talis autem trochiſcata,uel in electario confecta, cum in ea ingrediantur medicinę fortis uirtutis, & substantialiter non uirtualiter tantum quemadmodum in syrupis, & decoctionibus in quibus uirtus in proprio subiecto existens fortior est, quã in translata in aliud per decoctionem, & proinde trochiſci, & electaria sunt ministrandi cum termino & tempore ex quo feb. incipiunt prolõgari. Finaliter autem, perfecte digesta materia, eradicabis, cum pharmaciis appropriatis, simplicibus, & cõpositis quæ infra dicentur. Finaliter balneabis in dulci eucrata, quoniam resoluit residuum,dyscrasiam alterat, & humectat, & proinde non sudet multum, post quod dabis asam, uel theriacam cum uino, & magis in melancholica,& phlegmatica,quoniam resoluit, & cõfortat. aut mithridatum,medicina de asa,de furfure, diapipereon, & similia,de electariis non absidue,sed in singulis diebus tribus uel quinq;, nec festines cum eorũ aliquo ante digete digestionem, quoniam si dederis theriacã, aut aliquod eorum ante digestionem, compones quartanam cũ quartana & fortasse attrahes ægritudines alias & proprie in hyeme. Et illud,quoniam tunc dissoluit,et non resoluit. ad quod adiuuat dispositio hyemis, quæ superfluitates multiplicat, & sua frigiditate uetat solui. Cum igitur dissoluit, mouet humores per corpus, ut Serapio dixit, & Aboa. & p corpus fluere facit. Et bonis humoribus illũ permiscet parum, qui eos mutat in suam naturam, & si remanet in uno loco, parit febrem maguam uehementem plus quam oportet, et si remanet in duobus locis, acquirit duas feb. melancholicas,et si sit in tribus locis,tunc forte faciet tres et tunc sollicitudo tua sit de hepate & splene. Sed dices, cõcessisti theriacam in ægritudinibus neruorum frigidis, & humidis ante digestionem, quare uero in quartana uetas cum sit ex materia frigida & sicca,et sit minus dissoluti ua? Respondit Falco.d. quòd ægritudines neruorum patiæ sunt materiæ,& essentialiter,frigidæ,humidæ, quã theriaca disponit et consumit, non dissoluit et ægritudines alterat non intendit. Quartana uero econtra se habet, quia F non frigida est,ut illa,et si frigida eius materia sit cum hæc magis est coadunata, in quartana uero diffusa sicut illa. Et propterea magis est apta dissolui ex calore theriacæ, et febris ignitione,illa uero diffusa magis digeri,et consumi apta. Et uomitus fortes,& clysteria acuta cum prædictis, et aliis in eradicatione ipsius conuenientia, et prouocantia temperata, fortia enim nocent excitãdo materiam, et corpus. Alterationem febrilis dyscrasiæ complent temperate frigida, & humida ex medicinis, interius & exterius secũdum omnem modum approximatis,quales sunt ex herbis, sicut endiuia proprie,et chrysolochana,andacocha,& similia,quæ cũ sua temperie conferũt febrili dyscrasiæ ex qua cunq; sit materia. Et interdicantur ualde frigida,ut ex herbis lactuca, quoniã timetur ex ea infrigidatio nimia quod non est inuentum in endiuia. Et ex fructibus, sicut melon indus, quoniam timetur ex eo propter uehementiam prouocationis,incrassatio sanguinis,& incrudatio humorum, quod non est inuentum in melone dulci. Et sicut persica, quoniam timetur permixtio putredinis,& illud non est in G uentum in pomis maturis granatis, & aliis. Quod si timentur prædicta propter excessum caliditatis, uel accidentia,excusatio non fit ab eis, misceantur eis calidæ temperatæ,quæ sunt liquir.capil.uen.passul.zuccharum album et rubeum, & mel, quoniam licet conferant febri in quantũ febris est calida,& sicca, nocent tamen melancholiæ, quia frigida est, & proinde alienantur ac etiam omnia exiccantia, cum noceant feb. & causæ. Quod si siccis oportet ad digestionem materiæ,& diuisionem, ac apertionem oppilationum uti, ut est syrupus acetosus, misceantur eis humectantia,ut aqua buglossæ,boraginis,liqui.passula.& huiusmodi. Et ex conferentibus ex proprietate est calendula, lauendula, & pes locustæ. Et decoctio eius, assa, andacocha,cum ex eis bibuntur quatuor folia,seu grana alteratur periodus eius, & linguæ arietis, radices quatuor cum bibuntur cum uini unciis quatuor, &.s. semen raphani cum uino curat eam, & cancer marinus curat eam. Rocha confert febribus quartanis, nigella resoluit & prohibet feb. phlegmaticas, & melancholicas proprie.

Regimen uero commune in cibis & potibus & in aliis H sit ad caliditatem tendens et humiditatem. Aequalitas autem & temperies omni lapsui conuenit, & materiæ cuiuscunq; sint speciei,ut Gal. ostendit qualis est in cibis, & potibus euchymis superius dictis, quæ maxime in se has quatuor aggreget proprietates. Prima ut non incrudet,immo sit cruditatem resoluens, quæ prouenit ex melancholia,& proinde debet esse ex facile digestibilibus. Secunda est, ut non sit incrassans, immo subtilians crassum eius, & proinde subtiliatiuam habens uirtutem. Et tertia est, ut non sit uentris,et uiscerum constrictiua,& oppilatiua,sed solutiua & aperitiua, & proinde præmittantur carycæ cum endiuia, uel cappares cum aqua cicerum, & semina lenitiua. Et quarta est,ut sit boni sanguinis generatiua, & proinde dicta est euchyma. Vel breuiter cibus eius sit panis mundus,pulli,& gallinæ iuuenes,et pingues, aues parDe potu. tenter lymphatum, & proprie cum aqua buglossæ,boraginis, uel ferrea quia splenem resoluit,& quandoq; mellicra tum conditum propter debilitatem stomachi, hepatis, ac fastidium, ac debilitatem digestiuæ,quæ est accidens commune febribus istis. Aer quoque sit temperatus in quo locentur isti,& quiescant,non moueantur nisi delectabiliter & suauiter in die quietis. Exercitium,& proprie laboriosum, maxime quartanariis nocet & corporis et animæ, si uero imbecillis fuerit, nihil prohibet diebus intermediis ad exercitia consueta transire. Somnus quoq; superexcedat uigilias,inaniantur superflua,& introducantur cibi et potus iuuatiui prædicti quantitate, tempore, et ordine, modo,& artificioso limitatis. Et est quoniam ut Gale. dixit quartana se longam ostendit aliis magis,diætæ ordinatio in substantia,quantitate continua,cibi & potus debent esse ad crasitiem tendentes, quatenus ualeant ægrotum sustinere usq; ad statum,sicq; debent uberius nutriri. Et ex nutribilioribus dictis in principio, deinde gradatim minuere secũdum successionem augmenti & status. Et in declinatione uberrime, ut impressa siccitas & consumptio humectetur,& resumatur,uerum quia cõtingit melancholiam paucam esse & subtilem quandoq; ,& proinde ipsam quartanam abbreuiari infra mensem, ut in tribus hebdomadis, quæ sunt dierum.xx. Qui periodus est secundum Hippo. completus,licet in acutis temperate oportet procedere etiam subtiliare ipsam, quatenus natura innitatur magis contra ipsam, & eius materiam, ut cito digerat & resoluat, et sit breuis, & à superius dicto prolongationis periculo eximatur, ut superius etiam in quotidiana est dictum. Sed hoc usque ad prędictum terminum septimanarum triũ. quod si ullo adueniente nõ cesset, redire oportet ad incrassationem propter causam iam dictam, nec proinde sequetur nocumentum uenerantium diatritum,cum ad huc sit quartana usque ad tunc, & à sui principio constituta, in quo augmentum cibi non fallax est, sicut in augmento, uel statu ægritudinum acutarum. Et nihilominus reductio sit paulatim facta. Et quantitas discreta sit, secundum naturam infirmi,& qualitatem morbi,ut sit parum, & frequenter datus cibus, indigente multo propter siccitatem morbi. Sed quia debiliter digerit, oportet illum partire multum, & frequenter dare, nisi obuiet superueniens paroxismus. Sit quoq; secundum ætatem, tempus,regionẽ, & consuetudinem, & similiter modum, sicut Hippocr. in suis aphorisſ. ostendit. Et ordo est, ut præmittantur lubricantia uentrem, ut supra ibidem dictum est: tempus autem dandi cibum est, ut in die paroxismi abstineat a cibo per diem,ut per diem horam lucis intelligamus duodecimam, si tolleret uirtus: cum enim digestio in talibus sit debilis magis,quã in aliis febribus,eo quod a calido,& humido fiat, præcibare oportet ante paroxismũ diutius quã in aliis quatenus in longiori ualeat esse digestus, ut superueniente paroxismo uentrem inueniat uacuum, sic quartana debet esse longius,in tertiana breuius, in quotidiana mediocre,ut est dictum. Si enim uacuum nõ inuenitur iuxta Hipp. in apho. subtrahere oportet ipsum, nisi enim subtrahatur natura præfocata sub materia, præfocabitur magis sub cibo delectabili sibi. Et conuersa ad eum delectabilem sibi, dimitte pugnam: & tamen non digeritur ut conferat,sed corrumpetur & addet ad paroxismũ, & accidentia eius praua efficienter intendẽdo, post ponatur ergo ex tunc, & hoc usq; ad quietem uel declinationem, si usque tunc ualeat tolerare. Quod si uirtus non toleret, ut quia Cibationis hora. cholericus, sufficit tunc parum de cibo ante paroxismum tantum ut digeri possit, in diebus autem quietis intermediis cibetur tunc et toties,quoties fuerit consuetus, et artificium

uæ,perdices,phasiani,caro annualis agni,hædina columborum nouorum, non ualde pinguium, & oua recentia, & forbilia,& pisces petrini parui & mediocres, squamosi & marini. Et ex herbis, borago, & bugloſſa, & endiuia. Et ex granis hordeum,& amylum, & farina cicerum,& similia. Et ex fructibus cappares,poma dulcia,& odorifera, granata dulcia & muza, carycæ,uuæ passulæ,& passatæ, amygdalæ,pineæ ablucæ,& fici,& consimiles.

tificium præparationis ſit, ut præſeruet humiditatem naturalem, non minuat, ut ſuperflua aſſatio et frixura.

Accidentia uero corrigenda in ipſa, quæ ad quartã rem pertinent ſunt ſplenis diſpõnes, maxime cum principaliter patiatur in ea, et proinde principaliter eſt obſeruandum et procurandum cum rebus ipſius eũonem, duritiem, oppilationem remouentibus, confortando, quemadmodum in cholericis ſtudioſius procurandum eſt hepar, & maxime in acutis, et in phlegmaticis ſtomachus, ut Auer. in ſuo colľ. dixit. Et quia ad oppilationem ſplenis ſequitur quartanę prolongatio, et maxime quia ad eam augmentatam debilitas hepatis, et ſtomachi ſequitur, quia appetitus deficit, et digeſtio, unde cibum bonum et potum prędictum non ualẽs ſumere, cogitur malum recipere, augmentatiuum oppilationis ipſius. Et propter eius malitiam indigeſtionem expedit non ſolum ſplenem, ſed etiam hepar et ſtomachũ procurare, aperiendo, et confortando, ne ſuperfluitates abundantes in corpore recipiant in ſeipſis, quibus in operationibus et appetitu eorũ ultra modũ deficiant, quod in lõgis morbis eſt ualde uerendum, ut Hip. in ſuis retulit apho. qualiter autẽ fiãt hęc, ſuperius in prima ſectione eſt dictũ.

De cura quartanæ innaturalis.

Regimen uero proprium quartanæ debitũ eſt quod proprie unicuiq; ſpeciei eius, et materiæ conuenit, poſt cõe. n. aliud debetur quartanæ, ꝓprium ex melãcholia naturali factæ, aliud ei quæ facta ẽ ex melãcholia. Et cura hmõi ſit quadruplex. Aliud. n. quod debetur uni, et aliud quod debetur alteri, et aliud interpolatę, et aliud continuæ. Et eſt quod proprium à cõi non differt in ſpecie, ſed in quanto. Sit itaque cura, ſeu regimen dictum, licet oĩbus ſit cõe, proprium erit uel conueniens magis quartanæ, ex naturali melancholia, cum ei æqualia proprie uel temperate calida debeãtur, et humida, eo q̀ à ſanguine ſit deciſa, ſicut craſſum, et fœculentum ipſius. Et proinde eſt quod eſt ſapiens de natura tẽperamẽti, et æqualitate ipſius, ſanguis. n. inter humores eſt temperatior, et naturæ conuenientior. Gale. ait. Et magis proprium ei eſt ut præparatio, ſeu naturæ lenificatio fiat primitus cum aqua iuleb, et penidiis, et cum adminiſtratione geleniabin, et zucch. ro. nouo, et conſimilibus. Et in fine duarum ſeptimanarũ minoretur cũ decoctione fumiterræ, paſſul. epithymi: deinde digeratur materia cum geleniabin in ſyrupo acet. cum aqua boraginis, bugloſſæ, et paſſularũ. Cum ergo digeſta eſt ægritudo, bonum erit phlebotomare de baſilica prout eſt dictum, et adminiſtretur uomitus ſupra cibum in fortitudine, et clyſteria &c. Et medicinæ euacuantes cum eradicatione, ut ſunt epithymum, & agaricũ, ſtœchas, lapis armenus, et lapis lazuli, ablutus, myrabalani nigri, & pilulæ eorum, et ſuccus florum centaureæ cum ſyrupo mellino, et foraſsis eſt neceſſarius helleborus niger et alterantia remiſſe miniſtrabis, & diæta magis craſſa cum ꝑdictis ſit diuturnior. Quartanæ uero ex melancholia innaturali cum ſit magis calida ꝓpter caliditatẽ reſeruatã ex aduſtione, regimen ꝓprium debitum, ab æqualitate declinare oportet a caliditate ad frigiditatẽ tẽperatã differẽter tamen ſecundũ diuerſitatem ſpecierum melancholiæ.

Si ergo fuerit ex aduſtione naturalis melancholiæ regimen eius proprium propinquum eſt illi, ſed ſi fuerit cum ſanguinis aduſtione, minuetur cum phlebotomia ex baſilica, et cum euacuatione, deinde ſubtilia cum eo in quo ponuntur mundificantia ſanguinem cum temperamento & frigiditate pauca, ut ẽ ſucaha, bedeguar, borago, bugloſſa, fumus terræ, & myrob. chebuli, & alterantia ſint minus frigida. Et quia hæc cito recipit curam, tenuior ſit diæta.

Et ſi ex aduſtione choleræ erit melancholia, regimen eius eſt propinquum, ut in primis lenificatio fiat cum uio. aqua lactis, ſyrupo roſ. iuleb, et caſia fi. et tamarindis: deinde procedatur ad digeſtionem cum his quæ ſubtiliant et incidunt, ut eſt ſyrupus acetoſus cum aqua fumiterrę endiuiæ, chryſolocannæ, et andacochæ: digeſta uero materia poſt unam hebdomadam purgetur cum decoctione de epithymo fumoterræ, cum myrobala. citri. & nigris, et ſene cum aqua lactis, et lapide lazulo, armeno, et alterantia ſint ad frigiditatẽ magis declinãtia. Et diæta cibi et potus magis attenuatiua, & magis frigida, et humectatiua. Et balneũ aquę dulcis tẽperatę calida eſt ei cõueniẽs in fine, et ſeſſio in ea.

Et ſi ex aduſtione phlegmatis fuerit neceſſaria lenificatio, lenificetur in primis cum decoctione polypodii, et turbith deinde addatur parum agarici, et digeratur reſiduũ cũ ſyrupo acetoſo de ſeminibus, et geleniabin donec manifeſte digeratur materia, et deinde euacuetur poſt tres hebdomadas cum prædictis in quantitate maiori, et cum myrob. cheb, embli. et belliricis, cum confortent ſtomachũ, et cum oleis mundificetur ut oportet, et prouocetur (ſi oporteat) uomitus cum ſyrupo acetoſo in quo ſit uirtus ſinapis, et electarii albi, immo erit neceſſarium, ut in potu detur helleborus niger, non albus, quoniam in ætate noſtra eſt præfocatiuus, ut prędiximus in ſuo capitulo, aut uirtus hellebori in raphano, aut raphanus cum diſpoſitione, ſi non timeatur uirtutis debilitas, et alterantia ſint minus frigida, et diæta mediocriter craſſa, et in fine balneabis, ut ſuperius dictũ.

Et cura propria quartanæ continuæ eſt cura ipſius interpolatę iam dicta, differens ab ea in quanto, non in ſpecie, ut ſupra in quotidiana eſt dictum. Et eſt in ea declinatio ab æqualitate ad infrigidationem, in illis quatuor debet eſſe magis propter fortitudinem, et adhærentiam febris. Sic in digeſtione eius miniſtretur ſyrupus acetoſus cum ſeminibus, et geleniabin cum aqua de radicibus æquali. Et in minoratione materię, ipſius cum propriis miſcentur uiolæ, tamarindi, et ſimilia. Et phlebotomia in hac eſt magis conueniens propter comprehenſionem materiæ eius in uenis. Et ſubtiliatio regiminis maior cum minori licentia in carnibus propter breuitatem.

Syrupus ex inuentione noſtra efficax et expertus ad quartanam cholericam, quo curauimus plures, et unũ quinquaginta annorum, qui paſſus fuerat eam annis quatuor. Recipe calendulæ, lauendulæ, pimpinellæ, lupu. quinquefolii, trifoli, linguæ arietis, capi. uen. endiuiæ, cum radicibus, boraginis, fumiterræ, radicum bugloſſæ utriuſq;, & florum earum, cicoreæ, hepaticæ, bedeguar, quercule maioris et minoris, capparorum recentium, radicum eorum, et corticũ ſeminis tamariſci, ſcolopẽdriæ cum radice, ana M. i. uio. florum boraginis, ana. ℥. ii. prunorum, ſebeſten, ana. xxv. ſenæ, cuſcutæ, thymi, epithymi, ani. fœ. ana. ℥. s. liqui. paſſularum, ſtœchados, ana. ℥. s. hordei mundi. P. i. ſeminum cõmunium, corticum citri. ana. ℥. ii. ſchinanthi, drach. ii. quinq; radicum communium reſidentium in aceto. ℥. ii. prædicta bulliant in aquæ lib. vi. uſque ad medium, deinde colentur, & colaturæ addatur ſucci bugloſſæ, ſucci pomorum dulcium, ana lib. i. &. s. Et diſſoluantur in eis zucchari, lib. ii. & mellis ro. lib. s. aceti prædictarum radicum. ℥. iiii. & aromatizetur cum ſandalis, drach. i. gar. ligni aloes, ana, drach. s. doſis. eſt. ℥. ii. mane cum tepida. Et ſeruato prædicto regimine, cum digeſta materia apparuerit, purgetur cum pillulis de lapide lazuli, & de epithymo & fumiterrę, & eſt efficax, ſi Chriſtus uoluerit.

Aliud ſyrupum generale ad quartanam, oppilationem ſplenis, & omnes ęgritudines melancholicas, quem ſupra capitulo de ſoda deſcripſimus. Et pilulas efficaces, capitulo de helleboro.

Syrupus laxatiuus ad quartanam ſecundum deſcriptionem Andromachi in antidotario ſuo magno, conueniens poſt digeſtionem materiæ. Curat enim in bina aſſumptione, & ſumus experti ipſum. Reci. calendulæ, lauendulæ, pimpinellæ, bugloſſæ domeſticæ, & ſilueſtris, lupulorum, boraginis, ſcariolæ, cum calamenthi, cicoreæ, hepaticæ, bedeguar, chamædryos, chamæpithyos, capparorum recentium cum radice, ana. M. i. agarici. ℥. i. polypodii. ℥. iii. aniſi, fœniculi. ana. ℥. s. ſebeſten, prunorum, ana. xl. papaueris albi, uiola. florum boraginis, liquiri, ſtœchados ana. ana. ℥. s. paſſularum, enu. lib. i. &. s. hordei mundi. P. ii. ſem. communium. ʒ. ii. radicum fœ. aſparagi, et bruſci, ana. ℥. i. ſucci bugloſſæ domeſticæ, & ſilueſtris depuratorum, ana lib. i. &. s. ſe. acetoſæ, portulacæ, ana. ℥. s. aceti fortis, lib. s. ſucci pomorum dulcium, lib. i. aquę, lib. iii. ſtent omnia iſta in aqua, & ſuccis prædictis ſimul per diem et noctem; deinde coquantur cum facilitate uſque ad conſumptionem medietatis, poſtea colentur, & colaturæ addantur mellis diſpumati, lib. iii. diaboraginati, li. s. Et in decoctione eius bulliant in pecia rara, epithymi, folliculorum, ſenæ, ana. ℥. s. hellebori nigri repreſsi cum aceto, aur. iii. lapidis lazuli loti cum aqua bugloſſæ uicibus. xv. aur. i. cro. ʒ. i. lapi. arme. repreſsi ſecundũ artem. ʒ. i &. s. ligni aloes, garyophyl. an. ʒ. s. ſandali citri. ſpo. an. ʒ. ii. gallię mu. corallorum, an. ℈. ii. doſis. ℥. iiii, cum calida in aurora. Eſt enim efficax in quartana melãcholica. Si uero fuerit cholerica, loco mellis ponatur zuccha. l. i. zuccha. uiol. lib. s. ſucci endiuiæ depurati. ℥. viii. & in decoctione addatur myroba. citri. & nigrorum, an. ʒ. i. Gal. inquit ſanaui plurimam gentem a quartana: dedi enim eis in potu poſt digeſtionem ſolutiuum, deinde dedi in potu ſuccum abſinthii, deinde theriacam. Et dico aſa, & piper ſumpta cum aqua calida ſingula ſunt iuuatiua ualde, quando apparet digeſtio et peruenit ſtatus.

Pilulæ.

Item pilulæ expertæ ſecundum Iudæum ad ipſam. Recip. theriacæ nouæ, & myrrhæ electæ quantum ſufficit ad confectionem theriacæ, & informa pilulas de quibus ſumat patiens. v. ieiuno ſtomacho, et poſt uini hauſtum boni, omni die ante paroxiſmum ſumat. i. cum incipit frigere, et aliqui addunt nigellam et aſam.

Potio.

Potio experta ad quartanam, et eſt Archig. Reci. fœni. liqui. zingib. an. unciam unam, bulliant in optimo uino uſque ad tertiam, de quo ſumat patiens omni mane cyatum. i. Et ex expertis eſt uinum decoctionis dictami. Et ex electariis expertis ſecundũ Nicolaum eſt diaciminum, mithridatum, et muſa, et requies, et cõfectio de muſco dulci.

Electuarium.

Confectio electarii ex inuentione noſtra cõferens feb. quartanæ, et omnibus ægritudinibus melancholicis. Recip. doronici, macis, been albi et ru. cimini curati, cinnamomi, ana. ʒ. ii. ſpicæ, garyo. ana. ʒ. iii. ſe. acetoſæ, bugloſſæ, et meliſſæ, ſe. tamariſci, an. ℈. ii. foliorum roſarum, ſandalorum, magazir, ligni aloes, an. ʒ. s. margaritarum, corallorũ al. an. ʒ. s. florum boraginis, et bugloſſæ, an. drach. ii. croci ʒ. s. oſsium de corde cerui, drachmas duas. Confice cum ſyrupo de cortice citri, radi. fœn. decoctionis in aqua diſtillata, ſcolopendriæ, et ſucco pomorum dulcium, ana æqualium partium, zucchari tabarzet, quod ſufficit. Et adde ambræ crudæ. ʒ. s. foliorum auri numero. x. Et eſt expertum per Chriſti gratiam.

De febre quintana.

Galenus ait. Si deinde quintana aliqua eſt febris pro ut Hippo. dixit in epidemiis cum ait, quòd ſeptena eſt prolixa, et non eſt mortifera, et nona eſt longior ea, et nõ eſt mortifera, ſupple quia eſt lõgioris quietis. Quartana eſt deterior febrium, eo quòd ſit ante phthiſim et hecticam, & poſt ipſam, et illud quia cum feb. prolõgantur minantur hecticam. Et in hac febris quartana præcedens multum prolongata fuit, quę humorem diminuit, et ſic facta fuit quintana, et eam ſequitur hectica. Et quia hæc conſumit etiam ex ſe humores, ideo eam ſequetur in quintana. Ait inquam Gal. Ego nondum manifeſte uidi circuitionem hanc, ſcilicet quintanam neque alia quidem ulterius quartana. Si ergo nondum uidit eam, manifeſte non uidit. Et quia Hipp. eam poſuit, non negauit, ſed potius affirmauit cum poſitio eius ſit certa, quia Hippo. diuinus. dicendum eſt ergo nec prætermittẽdum de eius cauſis ipſarum ſignis & medicinis.

Aduerte.

Febris ergo quæ exacerbatur per quintam diem, dicta eſt per Hippo. quintanam, & quæ per ſextam, ſextana, & quæ per ſeptimam, ſeptena, & quæ per nonam, nona. Accidentaliter tamen ſicut de quotidiana, tertiana, & quartana eſt dictum, non eſſentialiter, & illud quia cauſa eius, & proprie quartanæ interior humoralis, & immediata, à qua eſſentiam ſumit, & ſpeciem, non eſt in natura quinta, ſeu in humore quinto, à materia quartanę, ſpecie diſtinctis, cum non ſit dare illum in corpore. Omnes enim humores naturales ſiue innaturales ad ſpecies quatuor reducuntur iam dictas. Sed eſt materia melãcholica ex aduſtione creata plurimum phlegmatis uitrei craſsioris inter humores, quę non efficit ipſam propter ſui ſpeciem, & inquantum melancholica, ſed per ſuam quantitatem, & ſubſtantiam magis. Cum. n. ſecundũ ſuam ſpeciem febrem facit cũ quãtitate ſua ſufficiente, ſine qua nihil efficitur ſecundũ Gale. quartanam febrẽ accendet, ſed cũ ex aduſtione conſumẽte et exiccante facta fuerit pauca, & craſſa, propter quartanæ longitudinem, tranſiret in quintanam, quemadmodum phlegma uitreum faciens quotidianam cum deuenerit ut ſit paucum & craſſum, ut eſt crudum qui eſt craſsior eius pars, paroxiſmum faciebat tertianum, uel quartanum, ut ſupra in quotidiana eſt dictum. Et quoq; ſi contingat ipſam melancholicam materiam ex aliqua cauſa ſuperexcreſcere, & abundare, redibit ad circuitionem quartanam, quẽadmodum cholera cum abundat facit paroxiſmum quotidianum, omni die inuadendo, & exacerbando, & paroxiſmũ tertianum una die exacerbando, et alia non, ut quia ſit duplex, et triplex: motus enim talis et circuitio nõ ineſt huic febri ab humore à quo ſubſtantiam, & ſpeciem habent, cũ ſit ſubiectum, et materia eius, ideo cum ſit accidentalis, oportet quod ab aliquo accidente inſit ſibi, & hæc quãtitas eſt, & craſsities eius, & proinde raro eſt, & raro uiſa non frequenter, ſicut circuitio aliarum.

Sed dices quare pauca cholera & craſſa, ſuam circuitionem per tertium non dimittit, ut tranſeat in quartanã, quemadmodum phlegma, & melancholia, & cum etiam ſanguis ſit paucus ſic motum ſynochum non permutat in periodicis interpolatis?

Reſpondet Falco, illud equidem conuenit cholerę propter aptitudinem eius ad motum maiorem quã in aliis humoribus ſit. Et illud à caliditate, cui quantitas modica non contradicit in retardãdo niſi multum, adeo quod ſi mixtionem recipiat etiam in ſeipſa humoris alterius craſsi, et frigidi, ut eſt in citrina, et uitellina, uel ex aduſtione craſsitiẽ, ut eſt in aliqua uitellina, praſsina, et æruginoſa, ſuum motũ proprium non dimittit. Caliditas enim uincit in ea, et pręualet incitando, et cõmouendo eam, cuius ad motum proprium paucitati, et craſsitiei quã acquirit ex illis in retardando ipſam ex illo, & in ſanguine illud conuenit, eo quod locus ſanguinis eſt in uenis. Si uero contingat in eis corrũpi illud, non eſt niſi, quia multæ quantitatis exiſtit quam natura regulare non ualet, quod oſtendit quia in uenis magnis eſt corruptio eius, cũ ſynocham facit: ſi enim paucus ſit, natura bene regulabit, & corriget, tanquam filium, ſed cum ſit multus, & in loco cordi propinquo ſynochã faciet et febrem, non periodicam, nec interpolatam, & proprie cum totum inſimul corrumpitur à natura ſimul totaliter directus, ob quam cauſam etiam ſi extra uenas contingat pręter naturam effundi uel corrumpi, et in aliis paruis uenis extremorum unam continuam etiam à principio uſq; ad finem febrem accendit. Et quidem cum fiet quintana ex melancholia, quia materia fuit quartanæ, donec ſufficientis fuerit quantitatis, nunc facta pauca, & craſſa propter longam putredinem & aduſtionem ipſius, qua raro eſt humor paucus craſſus, quem natura non regulet, nec deueniet in putredinem. proptera raro ſit, & rarius aliis. Ob quam cauſam non incõuenienter Gale. dixit ſeipſum non uidiſſe manifeſte. i. frequẽter, nec alia, uel quarũ cauſam interior humoralis non eſt putrida materia melancholica quintanę diminutæ magis & incraſſata propter aduſtionem putredinis in quintana. Sed Gal. cum eas inordinate uagantes comprehenderit, propter tarditatem motus, & contingentię raritatem, illarum cauſam duplicem aſsignauit. ſ. tranſitionem humoris in alium per aduſtionem, ut dictum eſt, quemadmodum ſanguis putreſcens in melancholiam, & choleram tranſit, et diætæ delictum tranſitionis humoris in alium, cauſam propriam dare oportet quintanę. Delictum uero, dictæ ſextanæ, et aliis ſubſequentibus aſsignare: non enim hæc ex humore generato ex tranſitione fieri poſſunt, quòd natura humorem ad tantam paruitatẽ reductũ, atq; craſsitiẽ regulare conſueuit taliter ne in putredinem incidat, quinimo prius reſoluet ipſum ex corpore, uel digeret, uel manifeſte expellet. Signa ſunt oĩum aliarũ ꝑcedẽs q̃rtana, et alię feb. lõgę, et motus et circuitiones dictę.

De cura quintanæ.

Et cura quintanæ in epidemiis eſt propinqua curę quartanę ex phlegmatis aduſtione differens tamen ab ea, qm̃ in hac indigemus rectificatione regiminis, & ſubtiliatione diætæ cibi, et potus maiori, & quia breuis eſt propter paucitatem materię. Et quia oportet incitare naturam cõtra ipſam digerendam, et reſoluendam, licet propter craſſitiem prolongantem oportet uideatur regimen incraſſare, ne deficiat uirtus. Et quidem cum ſit contrarietas inter

hoc

hoc,docuit Aboa.hanc uiam, & diætam esse tenendam,ne cum alteratiuis frigidis esse curandam ipsam & alias,ne resolutionem impediat.Et est,quia cum febris ipsa nocumenta non faciat accidere in uirtute, subtiliemus regimen & faciamus aliquandiu abstinere infirmum, et uti ieiunio ad incitandū naturam ad materiam digerendam,et resoluēdā. Et si uirtus debilitatur ex eo,alio tempore succurramus cū cibatione ita,ut cibemus cum eo, cuius nutrimentū est bonum facilis digestionis, nec est in eo additio materiæ nec incrassatio.Et de curationibus conferentibus ad resolutionem materiæ ipsius,est uomitus cum helleboro,semine raphani,et raphano,& semine hellebori,et semine atriplicis ex nuce uomica, et digestione cum oximelle scillitico, & euacuatio:deinde cum hieris,et post ipsam cum balneo,et ministratio theriacæ, et aliorum similium supradictorum. Et tunc confert sudare super medicinas,et balneum, absq; administratione humectantium prædictorum. His ergo præmissis per ordinem,ut est dictum sanabitur patiens, si Christus uoluerit;qui sit benedictus.

De medicinis feb. pestilentiosarum, & earum quæ ex genere sunt illarum. Cap.6.

Morborū genus triplex.

SVperius dictum est, quòd si putredo ab epidemia, seu pestilēte aere in humoribus corporis sit impressa,feb. sin putredine talis existens pestilentia dicetur.Cum.n. triplex sit morborum genus.s. diuersus, undimialis & epidemialis, ut commentator innuit Gal.et Alexandrinus. Diuersus morbus est qui ex malitia regiminis prouenit, qui cum in diuersis hominibus sit diuersus, quo ad diuersas res non naturales, & cibos, & potus, magis diuersos generabit morbos in eis, quales sunt febres dictę iam superius, & aliæ ægritudines multæ. Vndimialis est qui ex aliquibus dispositionibus aquæ uel terræ generatur, & gentibus commorantibus ibidem sunt propriæ, ut dixit Abo. sicut Neapolitanis plurimis podagra, propter humiditatem terræ et austeritatem ipsius. Et eorum quibusdam nigredo dentium propter aquam salmastram. Et sicut Ianuensibus tusses et catarrhi,& Messanensibus etiam ꝓpter borealitatem terræ ipsorum, quare in uia prætisionis Ianuēses circundāt uestę eorum colla, et guttura, et utuntur papauere,& Messanenses coriandro, & sesamo.Epidemialis est qui a mutatione aeris in qualitate, uel substantia generatur.Quem sic notificat Constantinus. Morbus epidemialis est morbus subito multis simul eodemq; tempore in gruēs hominibus.Ex quo iter eos differētia notat: dixit.n. quòd est morbus ingruens subito, ad differentiā undemialis,qui pluribus simul uenit,non tñ subito,sed paulatim, et hoc propter debilitatē imprimentis causæ, fortioris enim impressionis constat esse aerem quā terram & aquā, dixit enim Gal.maxime alterans aer est, dixit quoque multis simul eodemq; tempore ingruens, ad differentiam morbi diuersi qui non est multis simul, neq; in eodem tempore accidit, sed diuersus in diuersis hominibus et temporibus.

Quid morbus epidemialis.

Aeris mutatio tripliciter. Aphor. 1.

Talis autem mutatio in aere epidemicum faciens, ipsum uel pestilentem tripliciter accidit. Vno modo a causa manifesta,ut a mutatione temporum plurium uel unius,& magna,ut Hip.in.iii.apho.ostendit,cum secundū ipsum annus sanus sit,cum tempora sunt moderata, et temporaliter reddita ut quia uer sit temperatum,ad caliditatem tñ subtilem parumper declinans sopitam et humiditatem, et quia sint pluuiæ temperatæ,ætas calida nō ualde, neq; oīno absque pluuia, & autumnus temperatus inter actiuas, & pluuiosus.Multæ.n.pluuiæ securos nos reddunt ab ægritudinibus autumnalibus dixit Abo.& hyems frigida, non tamen plurimum, & in pluuia temperata, si propter uentos, & pluuias mutetur a sua natura, propter aliquam constitutionem siccam,uel aliam ad contrariam non emendans,& perturbans, & distemperans magis, uel quia sit unum tempus inæquale, ut autumnus, generabuntur ægritudines pestilentiales, uel epidemicæ, quas Hipp.in.iii.apho.dixit, ut sunt feb.acutæ dysenteriæ,ophtalmiæ,apostemata,morbili, uariolæ, desudationes, pasticia ulcera, ilion, & similes aliæ,quas narrauit ibidem.

Secundo modo accidit a causa occulta,ut ex coniunctione stellarum imprimentium in aere qualitates mortiferas, quia caliditatem superfluam resoluentem, uel frigidam cōgelantem,& humidam suffocantem, uel siccam consumentem naturam nostri corporis. Quapropter deficiunt à regimine nostri corporis humores, quare putrescunt, & febres accendunt plurimum,& alias ægritudines.Et quia nostris sensibus talis cognitio est ignota.dixit Abo.Pestilētia in aere accidit quandoq; ex formis cœli, quarum euentus ignoratur, cognoscitur uero quia uolatilia cadunt subito mortua super terram.

Tertio modo accidit talis mutatio epidemialis seu pestilens in aere ex quibusdam dispositionibus terræ, una manifesta, alia uero occulta: manifesta, quia sit terra profunda,lacunalis,lutuosa et fœtida quia sint ibi gurgites & stagna, & herbarum uenenosarum productiua, uel in cuius superficie remanserunt funera mortuorū multa in prælio, non combusta,nec tumulata. Occulta uero quia in cauernositatibus eius lateant minerę,malæ putredines,et anima lia uenenosa quæ nostris sensibus sunt occulta. Quare dixit Abo.quod accidunt in aere quandoq; putredines,et pestilentiæ ex causis terræ quarum euentus ignoratur. Cuius cognitio est, quia aquæ sunt infectæ, & animalia in eis habitantia,& sub cauernis,fugiunt supra terram,et inueniuntur mortua hic & ibi.Ex quibus omnibus fumi,& uapores putridi resoluti aerem ascendunt, tracti à caliditate solis. Vel a distantibus partibus aliquando uentus portat ad ipsum, ut a partibus Aethiopiæ usq; ad terram Gal.tepidita te eius corrupti, & mixti aeri ex sua natura imputrescibili propter simplicitatem, ipsum inficiunt, & reddunt corruptum ad modum corruptionis aquæ remollitionis fœtidæ, ut est aqua,in qua remolliuntur ad mutationem canapes et lina, ut dixit Abo. et quod istis duobus ultimis causis accidit aeri dispositio epidemiaca seu pestilens ait Gal. Quas Constātinus aduertens notificauit epidemiā sic. Epidemia est mutatio aeris in putredinem, uel in pessimam qualitatem, maxime uero propter ultimam causam,& corruptionem substantiæ, ut innuere uidetur Abo. cum dicit. Pestilentia est corruptio adueniens feu accidens aeri, similis corruptioni aquæ remollitionis fœtidæ, quod equidem cō firmauit cum dixit, quod febris pestilentialis plurimum est perdens, si non sit putredo, quia si confirmata fuerit est mortalis omnino. Quod etiam confirmare uidetur commentator Io. Alexandrinus cum distinxit morbum epidemicum in mortificātem, & in mortificanté mortificanté, & causa est,quia talis aer corruptus in substantia, non solū corrumpit animalia, sed etiam uegetabilia. Calefactus uero,et infrigidatus plurimum non corrumpit, sed alterat & immutat, quare sapit de natura undimici, non epidemialis sed pestilentis, sunt enim hæc synonyma, inter se differentia sicut genus & species. Quod innuit commentator Io. epidemiarum cum diuidit epidemicum morbum dicens. Morbus epidemicus alius est salubris,alius pestilens.Cum que aer sit in substantia corruptus factus pestilens corpora nostra contingit,infra omnia quæ dispositā inueniuntur eius impressioni, quia sint debilitata ex multo coitu proprie, & malis plena humoribus, non bene transpirabilia, quia densorum pororum,dilatatorum multæ dilatationis, & exercitii, addentium ad necessitatem, & ad attractionem multam aeris proprius indispositā permittens, & peruenit inspissatus per anhelitum,& per poros attractus ad cor,et primo complexionem spiritus qui est in ipso inficit,& putrescit sanguis, & spiritus qui est circūdans ipsum ut qui est in arteriis, & uenis circundans ipsum propter dispositionem suam.Inquit enim Gal. nulla causarum actiua rum agere apta nata est sine patientis aptitudine, & aptitudo eius est, ut quia ex malis sit generatus cibariis. Ait enim ipse, nulli dubium est malum cibum malum generare sanguinem, & malum sanguinem malum generare morbum, & cibariis cacochymis in eo multiplicantibus aquositatem, & humorem crudum. unde Galen.dixit, abstinere autem oportet à cacochymis eduliis, manet autem in uenis diu ex eis aggregatus humor, qui cum aliqua occasione in putredinem uenerit febres operatur-mali humores qui proprie sunt pestilentes, & accenditur caliditas egressa a natura, & spargitur in corpore toto cum continuitate

uitate absq; intermissione.Si enim putredo quæ in uenis, & apostematibus continuam febrem accendit, quia continue putridam fuliginem mittit ad cor, multo magis hæc continuam faciet, cum sit fondata in spiritu cordis in corpore eius,quod circundando semper attingit, & sic fiet febris pestilentialis à tali complemento inter putridas numerata,licet prima causa sit ephemeralis & procatartica,ut est dictum superius,& transit de corpore in corpus dispositū, maxime si in loco alto, uel sub uento locetur, sicut & alii morbi contagiosi. unde.G.ait demum uicinari his, qui pestilentiam patiuntur,fallax est.

De signis pestilentialis feb.

Signa feb. pestilentialis sunt eius causæ, quæ sunt signa ipsius feb.Signorum autem pestilentiæ, quædam sumuntur à causa,quędam ab effectu.A causa,nam à causa prouenit intentio dispositionis & febris,ut dixit Abo. Et sunt nam siquidem causa pestilentiæ sit manifesta,& temporalis,uidebis tempora mutata ualde à natura sua, & inæqualia fieri, & autumnalia, quod est quia multiplicantur in principio autumni usque ad eius plurimum,& uidebis cursum stellarum,& flammas ignis multas in aere cum multa inæqualitate,consequenter in æstate,& in postremo eius magis. Et uidebis paucitatem pluuiæ in uere præcedēte & frigore dein de multiplicabitur auster,& turbabitur aer aliquot diebus, deinde clarificabitur,& accidet in die caliditas multa,& in nocte frigus, uel etiam si non sit multæ caliditatis, sed est multæ inæqualitatis,& turbationis ex nebulis exiccatis,ita ut expectetur pluuia,& non pluit, & in aeris uelaminibus fiunt pluuiæ sicut puluis & pruina: tunc enim iudica pestilētiam. Et cum hyeme accidet,licet raro, uidebis multiplicare austrum, & subsolanum diebus aliquot, & turbinem magnum,donec expectetur pluuia,& non pluit,tunc enim complexio aeris erit corrupta. Et cum accidit in uere, licet rarissime,quoniā est sanissimum,de se & minime mortiferum,ut dixit Hippo.tempus erit,australe, & multæ caliditatis,uel frigiditatis,& siccitatis,multiplicantur uariolę, & morbilli,& raro fe.& cum sit erit paruissima, ut Hippo. dixit. Si etiam sit putredo, & corruptio terræ in ea cum fœtore,uidebis putredines dictas supra,& erit in eis fe. apprehensa. Sed siquidem causa pestilentiæ sit occulta, signa ipsius ab effectu sunt sumenda, & sunt quia uidebis animalia generata ex corruptione multiplicari in terra, ut uermes,ranas,& muscas,& si sit à causa subterranea uidebis reptilia habitantia in cauernis exire ad superficiem terræ,& dimittere oua sua,& aliquando mori.Et si est à causa cœlesti,similiter uolatilia.

De signis feb.

Signa uero ipsius fe. prima sunt quæ ab essentia eius, & qualitate mutata ad tactum sumuntur.Et sunt quoniā ut dixit Aboa.caliditas eius est uehemens interius, perturbans & inflammans,exterius uero suauis, eo ꝙ suam radicem habet intra cor,ut in spiritibus eius, & extra ipsum, ut in humoribus circundantibus ipsum, & proinde perturbatū est, & perdens plurimum, ut proprie cum putredo eius fuerit confirmata,quæ ex fœtore anhelitus habet cognosci, tunc enim cum deficiat uirtutem uitæ,spiritum, & calorem innatum, ad exteriora feb. expandi non ualet,ut ea inflāmet ualde.Et proinde exterius est suauis adeo, ut quandoq; de his febribus pestilentialibus sit à causa, in qua non percipit æger,nec tangens propinquus multitudinem caloris. Et non alteratur pulsus nec urina alteratione, immo quādoq; est urina sana,& infirmus ad mortem uelocem tendit. Et hæsitant medici in esse eius,quod quidem cōtingit propter debilitatem caloris,& spiritus in radice, nō potentis se extendere ad exteriora,in quibus percipi habet calor & pulsus,& propterea non apparet multum alteratus,quia uelox & spissus,licet caliditas interius multa sit à qua plurimum pulsus procedit. Sed quare urina in eo sana sit Abo.euidēter ostendit,cum dixit.Et imperās non est uirtus nutriendi tantum,ita ut dicamus quādiu uirtus nutriendi affuerit erit uiuum,& cum destruetur erit mortuum, quoniā hoc ipsum uerbū si uirtuti afferemus nutritiuæ, fortasse enim plerūq; remanebit eius operatio in hepate & uenis, & membrum scilicet cor tendit ad mortem.Et quidem uehementia eius interius cum impotentia expandendi ad extra cognoscitur cum respiratione grandi, & caliditate percepta in ea cum

Pulsu & urina.

inquietudine & anguſtia. Quod est quia magnitudo anhelitus,& laticudo pectoris minoratur, & coarctatur, & est sitis,& siccitas linguæ cum nigredine multa,cum pustulis in labiis,& alcola in eis,& lingua.

Et ex signis eius duo sunt quæ ex actione læsa sumantur cordis principaliter patiētis in ipsa,ut est debilitas,tremor cordis,& pulsus,& anhelitus ꝑm plurimum fit frequens & paruus,& fit uehemens in nocte, & augmentatur cum sua magnitudine febris huius, & incēsione suorum accidentiū perducit ad syncopim,frigiditatem extremorum,spasmum & alcuzer.Et ex læsione accidentium aliorum membrorū compatientium illi ex uicinitate propinqua,quod est, quia accidit tussis sicca, fortis malitia anhelitus propter cōpassionem pectoris,& pulmonis & siccitatē. Et accidit dolor oris stomachi nausea,& casus appetitus, propter cōpassionem stomachi,& permistio rationis,uigiliæ,uel subet propter uicinitatem, & colligantiam cerebri, & magnitudo splenis,& quandoq; accidit dispositio sicut hydropisis,propter compassionem splenis, & hepatis colligantiam ex uicinitate longinqua,quod est qua antecedit corporis mollificatio,tepor & debilitas ipsius in qua stat,ut non loquatur nec sentiat,& accidit,ut plurimum pasticia. Et aliquando bothor subalbida, & rubea, & liuida,quas papulas uocat uulgus,si in toto corpore sit diffusa,& apostemata mala & fraudulenta,& quandoque est uelocis apparitionis,et uelocis occultationis. Et ex signis eius tria sunt, quæ sumuntur ex exeuntibus,quod est,quia egestio est lenis, non naturalis,quia spumosa,fœtida,& liquefacta,& unctuosa, & quandoque est melancholica,& accidit quandoque fluxus uentris cholericus,& aliorum humorum,& multoties'euomit patiens melancholiā,& choleram post illam. Et urina est aquosa,uel cholerica,uel melancholica in principio, & in processu sana,& sudor si adsit,est fœtidus. Et sunt plurimū quæ emittuntur,fœtida & corrupta.

De curas

Cura. Medicatio conueniens huic feb.sicut & aliis pestilentialibus morbis est secundum duplicē modum.s.præseruatiuum,& curatiuum.Cum enim earum dispositio duobus modis existat,quia aut putredo eius existit confirmata in corde,& tunc simpliciter est mortalis, aut nondum est cōfirmata,sed est in uia ut confirmetur,& proprie ꝙ pestilentia non cessat imprimere, & dispositio corporis sit apta recipere,quo casu est possibilis cura,ut superius dictū est. Et quidem cura conueniens morbo existente in fieri dicitur esse commixta ex causa curatiua & præuisiua.Et Galen. ostendit pro tanto quòd medicatio conueniens, & completa huic feb. oportet quòd sit secundum duplicem modum curatiuum, & præuisiuum, maxime cum malitia pestilentiæ tam grādis sit uehementis impressionis, quòd dominii rerum necessariarum solum superexcedit impressionem ut G.dixit. Oportet ergo curādo impressionem eius seu morbum impressum ab ea insimul præuidere periculum impressionis ipsius, ne ad terminum confirmationis attingat. Inquit enim Hippoc.nonne illius est, ut futurum periculum omnino prohibeat, uel ut saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat?

Vt ergo utrunque modum cōprehendamus simul, scias quòd medicatio talium febrium in quatuor rebus consistit. In abscisione causæ, alteratione febrilis discrasiæ,in regimine cibi,& potus,& aliarum rerum non naturalium,& in accidentium correctione. Abscisio causæ est primitiuæ, antecedentis & coniunctæ. Primitiuæ abscisio, et antecedentis ad modum præuisionis pertingit. Completur autem dupliciter cum his, quæ auferunt causam primitiuam et aerem,pestilentem primo,secūdo uero cum his, quę abscindunt causam antecedentem,et corporis dispositionem. Causæ primitiuæ aeris pestilentis dupliciter fit ablatio. Vno modo mutatione patientis de regione in regionem, uel de ciuitate in ciuitatem,si possibile est,et proprie si ex formis cœli proueniat pestilentia,cū non cōmode possibile sit aliter remediatio eius, nisi rectificatione corporis,& dispositionis eius amotione, ob quam nō euadit oīno cum fortis impressionis est, uel saltem ubi possibile non sit fiat de loco in locū.Et siquidem ex causa cœlesti euenerit mutetur à loco ad locū infimū ciuitatis, uel domus. si uero ex

causa terrestri manifesta uel occulta,mutetur in altum. Et cum non sufficiat ad cautelam est necessarius modus secundus. Et est ut corrigatur aer,& mũdificetur, si est corruptus & afferetur quoq; si in qualitatem pessimam sit mutatus.

Aeris corruptioni resistẽtia.

Mundificationis correctio habet compleri cum his,quæ à complexione eius habent substantiam rectificare & depurare,& quæ à proprietate simul & complexione. A complexione sunt solis ingressio in domum,& ignis accensio. Inquit enim Abo.scilicet sol solus est qui rectificat aerem calefactione & exiccatione,hoc facit multo magis ignis. Et ex illis est uinum uinosum antiquum odoriferum, cum ex eo nares,os,manus,& facies abluitur, & aliquid sorbeatur purificat.n.animam,& spiritus confortat, ut contraria fugent. Sunt quoq; frigida,& sicca omnia quæ corruptioni resistunt,aspera,uallata,& suspensa in camera,& quoquomodo locata,ut est acetũ,& proprie acetosa omnia,& proprie cum aqua ro. mixta,& omnia exiccantia aeris humiditatẽ atq; putredinẽ. A proprietate uero sunt odorifera omnia, & aromatica similiter situata per eundem modum, & suffumigata,& odorata,bibita,& comesta,si enim corruptio uaporem emittat fœtidum,qui spiritus inficiendo contristat, & deiicit,& mortificat,odorifera cum sint contraria illi,ui unificant & confortant. Sintq; cordialia proportionata spiritibus uirtutes nostras,& calorem innatum, qui eius est instrumentum confortantibus,cuius est superflua mundificare,& adueniente peste,& qualitatis eius nocumentum repellere,uaporem resoluere atq; consumere materiam eius ut Gal.dixit maxime conuenientia erunt & propria. Et ex illis sunt frigida exiccantia,& proprie cum mutatio eius sit in pessimam qualitatem calidam siue ex putredine,siue absque,ut sunt rosæ,myrti folia,sandali,& camphora. Et irrationes cum aquis eorum mixtis cum aceto proprie, & emanationes ipsarum & aliarum,& coriandri,nenufaris corticum granatorum,pirorum redolentium,& pomorum, & citoniorum,& ebani. Et alchechengi,tamarisci,ribes, & similium,& hoc in sanis,& febrientibus proprie. Et ex illis sunt calida,& sicca,& proprie cum alteratio fit in pessimã qualitatem frigidam,ut sunt ex simplicibus, xyloaloes crudum,thus,ambra,muscus,costum dulce,styrax,& sandaraca asa,caryophi.mastix,& gluten albotin,ladanum,mel,& crocus,iuniperus,& cypressus,cyperum,& schinanthus,sauina acorus,& gallia,amygd.amaræ,pulegium,origanum,& laurus proprie. Et ex appropriatis sunt poma,citri flores & folia eius,& quæ illius sunt generis,ut limones magni & parui,quoniam rectificare habent corruptionem aeris,sicut dixit Aboa. Et ex illis sunt composita ex istis & similia,& hoc in sanis,& algoratis non calefactis & febrientibus.

Secunda completur cum his quæ abscindunt causam antecedentem,& corporis dispositionem. Causam antecedẽtem,ut humorum est repletio cacochymicorum, sicut euacuatio cum phlebotomia,si cum peccato sanguinis fuerit, uel pharmacia,si absque. Et cum clysteribus uomitiuis, & digestiuis, proprie cum syrupo acetoso,& euacuationibus cum medicinis aliis sudorem ac urinam prouocantibus. Et diæta sicca,& extenuatiua in omnibus, quam infra Christo duce dicemus. Corporis dispositionem abscindunt rarefactiua,& aperitiua maxime,quæ reddunt corpus bene transpirabile,spiritus & humores, ne incidant in putredinẽ ab intranspiratione uenti,quæ est maxime causa putredinis secũdũ Ga. Et ex illis est usus acetosorum in cibis,& potibus quæ infra dicentur, & aceti proprie cum resistant proprie corruptioni. Inquit enim Abo.aceto autem in cibo,& potu uti,est à nocumento ipsius assecuratio, & hoc in sanis, & ægris & febrientibus ac patiẽtibus ex corruptione proprie,præseruat enim sanos à pestilentia omni,& ægros qui ab ea sunt capti,ne procedat ulterius impressio eius. Et ex illis sunt composita quæ habent prohibere putredinem, ut est mitridatum,theriaca. Et ex parte confectio ex aloe,croco,& myrrha,ana æqualium partium,cũ ex ea sumatur quaque die circiter.3.i.& salis usus commendatur, quod sitim non prouocet,& hoc in sanis,& patientibus ex frigida qualitate,& corruptione quandoq;. Absciscio causæ coniunctæ & humorum putredinis pertinet ad modum curationis,eo quod pestilentia iam impressit,& corrumpit humores corporis à quibus morbus pestilens & feb. dependet, cui proprie curatio competit. Completur autẽ cum prædictis reddentibus corpus,& humores bene transpirabiles. Et cũ his quæ corruptionem seu putredinem habent mundificare à complexione & à proprietate. Ex quibus sunt simplicia & composita, dicta supra in cura feb. sanguinis ex putredine, ut cinnamomum, xyloaloes,& similia. Et ex compositis mel ros.& hierapicra proprie quæ ex sanguinea ducere habet humores putrescibiles, & alia similia superius dicta ex digestiuis,& solutiuis,ut syrupo acetoso,agarico, & huiusmodi. Alteratio febrilis dyscrasiæ completur cum rectificantibus aeris putredinem, & caliditatem, & cum medicinis frigidis cordialibus,cum principaliter cor patiatur ministratis interius, & exterius secundum omnem modum cui ex dictis in cura generali febrium, & causonis possunt assumi. Et ex appropriatis simplicibus his febribus, est lutum armenum, plures enim iam sanati sunt ex pestilentia magna propter consuetudinem bibendi ipsum in uino subtili,ut deferat ipsum ad cor, sed sit mixtum cum aqua rosa. propter febrem.

Maximũ aceti iuuamentum.

Regiminis dietæ ordinatio in cibis, & potibus & aliis est, ut cibus eorum sit exiccatiuus in sanis & ægris omnibus. Qualia sunt ex granis hordeaceum,& ex carnibus perdicum,& auium paruarum montanarum,præparatis cum aceto & cappares cum eo,& similes. Et si Hip.in aph. dixit. Humidæ diætæ omnibus febricitantibus conferunt, & non siccæ,dic q hoc intelligere oportet gratia exiccationis humiditatis superfluæ, & aquosæ humorum putrefieri aptæ non naturalis ipsorum spirituum & membrorum, quã oportet dicta cibi,& potus humida naturaliter conseruare,& restaurare ex eis uirtutem. Inquit enim Gal. ut uirtus & non morbus nutriatur,diætantur infirmi. Præmittantur autem lenientia,sint uero ex acetosis in febrientibus & sanis etiã, & proprie ubi mutatio sit aeris in putredinem,uel in pessimam qualitatem calidam,qualia sunt ex herbis, ut acetosa, alleluya,andacocha, chrysolocanna,attriplices,blitis,portulaca & betę. Et ex fructibus,ut limones & citri acetositas acrestæ,prunæ,ribes,acraneæ,zarur,poma acria & maciana mora mediocriter matura,sumach,granata acria,& muza, & similia,sint autem in pauca quãtitate sumpta et sępe, nisi aliquod impediat accidens. Corruptioni autem necessaria est restauratio cum temperamento dixit Gal. Sintq; rectificata cum aromatibus,et cordialibus dictis supra in corde, quoniam ex pestilentia sunt infecta.sint quoq; aliis cõditionibus,ut supra dictum est,discussa et electa. Potus similiter ex frigidis,et acetosis dictis,& proprie ex aqua hordei frigida cum succis acrium prædictorum,& proprie granatorũ uel aceto simplici:sint autem in quãtitate multa,ne sua paucitate inflamment & sitim augeant, quare attrahendi aerẽ necessitas augmentetur,si non fuerit quod prohibeat. Et si indigeat uino,sit album,acerbum,& conuenienter mixtum prout feb.exigit,& tolerat dispositio stomachi. Quiescant uero infirmi,& dormiant,& non moueantur omnino, neq; sani nisi temperate non superflue,ne attrahendi aerẽ necessitas augeatur,& dormiant parum,& uigilent magis, ut caliditas interior extrahatur,non intus inflammata longitudine somni amplius intendatur,inaniantur superflua,& exiccentur humida,& aquosa & cruda,quæ inficiendo sanguinẽ ad putrefactionem disponunt,& impleantur iuuãtibus,pro ut uirtus,& dispositio corporis exigit atque morbi. Et confortetur uerbis,& confortãtibus citæ liberationis,& sonis cantilenis,& ludis quibus animus suus lætetur. Inquit enim Aboa. Ex cognitis medicaminibus est stare cum his à quibus delectatur.

Correctio uero accidentium completur cum his, quæ unicuiq; ipsorum conueniunt, ut inquietudo, & angustia corrigatur cum fricationibus,fomentis, & calefactionibus extremorum,& maxime si frigida sint, & ex aliis dictis supra in ephemeris, quæ ad exteriora trahunt calorem. Siccitas uero oris,& linguæ,atque nigredo corrigatur, ut supra in capitulo generalis curationis est dictum. Et bothor eius cum aqua maluæ,lilii,& ex inunctione ex axungia gallinæ,uel oleo amygdalino, & alchola eius corrigatur cum ablutione ex aceto, uel cum aqua geleniabin, uel foliorum

rum linguæ arietis,deinde cum rob mori,myrtæ,lentisci,& masticatione, & similiter debilitas, tremor, & pulsus cordis,& syncopis cum cibis,corrigatur potibus,et medicinis hic supradictis,et in cura cordis. Nausea uero,et casus appetitus,cum medicinis confortantibus stomachum intus et extra,et per omnem modũ supra in cura stomachi dictis,et cũ cibatione,& confortatione illorum supra cibum. Et cau sam dixit Aboa.qm̃ plurimi eorum qui uiriliter agunt, comeduntq; uiolenter,saluãtur & uiuunt, ut intelligat uiriliter secundum uirtutis potentiam digerentis,& uiolẽter secundũ corporis indigentiam,ut quia parum,& sæpe comedant ut est dictum, & sic sustententur non refocilletur, non pura enim corpora quanto magis nutries, magis lædes dixit Hip. Oportet autem cibum esse delectabilem,restauratiuũ spirituum proprie, & confortatiuũ cordis,alterando, & confortando cõplexionem eorum,quæ principaliter fuit corrupta,non substantia,quia tunc non remaneret uita, uita.n.est in spiritu,ut in radice,dixit Abo.qua destructa per corruptionem uita cessabit,& proprie si corrupta sit totaliter. Dixit enim Gal. Mors non accidit nisi per intemperamentum complexionis cordis,talis aũt est ex prædictis carnibus, & uinis, & aliis cordialibus supradictis in corde.

Spasmatis uero,et alcuzez cum inunctionibus ex oleis humectantibus,ut ex uio.et amyg.dul. Et similiter tussis sicca, et malitia anhelitus cum retentione in ore humectantium ut diadragan.cum seminibus cõmunibus,penidiis,rob uiola.cum aqua iuiubarum,hordeacea,et similibus. Permissio uero rationis,uigiliæ,et subeth, sicut in capitulis propriis dictum est. Et similiter magnitudo splenis, et debilitas hepatis, mollificatio quoque corporis, tepor et debilitas in qua stat,nec loquitur nec mouetur, nec sentit, corrigatur ut stupor, congelationis enim accidentia, et stuporis eadem sunt, unde Gale. stupor est cum æger non sentit,nec mouetur,nec loquitur, sed oculis apertis tanquam timidus tacet. Papulæ uero cum rectificatione putredinis corrigantur,prout est dictum. Et similiter uomitus, et fluxus, prout superius est dictum.

Ciuisti q uariolæ,pasticiũ,et morbilli, ex genere sunt pestilẽtiosorum morborũ, et apostematum paruorum, quia bothor. Et q eorum causa exterior seu euẽtus est plurimum in temporibus humidis,et calidis ualde, et proprie in uere,et autumno, cum natura eorũ in haustrinã fuerit permutata,et in aliis consimilibus circunstantiis, in contrariis quoque rarius. Et causa interior est duplex, materialis et efficiens. Materialis est repletio sanguinis, seu corporis plectoria. Efficiens est mutatio aeris non in putredinem suæ substantiæ magnam,sed potius in qualitatem pessimam calidam ualde ac humidam supradictam. Cum enim aer,et proprie supradictorum tẽporum fuerit sic mutatus, attingatq; corpus repletum sanguine, in eo ebullitionem, et turbationem inducit, et quandoq; putredinẽ accedentẽ synocham plurimum inflamatiuam, quandoq; putredinem in qua crassum: et subtile.quod cum existit in eo, siue sit à generatione ex menstruis reseruatis in uenis et poris, siue ex malis nutrientibus prouocatũ,sequestratur à puro eius. Quẽadmodum est uidere in uinis nouis ebullientibus ex caliditate propria,et maxime exteriori,reseruata in eis. in quibus fex,et spuma sequestratur ab eis,ut superflua illis remanentibus depuratis. Cumq; talia sequestrata naturæ beneficio quodammodo critico expellãtur de uenis et sangine,effundentur per uniuersa consimilia membra corporis, occulta et manifesta,et pro parte ad cutem,auxilio qualitatis aeris attrahentis ad ipsam,et ex crasso sanguinis in ea secundũ uniuersum eius diffuso, et in illis ẽt membris ex eo, ut in uelaminibus neruis collectio fiat,generabuntur in eis uariolæ,et ex subtili cholerico,et spumoso morbilli, et ex parte alia,siqua corrupta sit in cute pasticium. Et q nutrientia,quę talem sanguinem generare habent,et facere incidere in uariolas,sunt generaliter calida et humida,et proprie quæ rarificant substantiam sanguinis,et eum faciunt ebullire,et proprie cum administrantur supra ea cibi, et medicina calefacientes, sicut lac camelarum et equarum,et proprie cũ multum ex eo sumptũ fuerit, et infusetum, et super ipsum bibunt uinum plurimum, et medicinas calidas ex

Variolarũ diuersitas multiplex.

speciebus,ut electaria, tragena, & similia.

Et quidem diuersificantur uariolæ,ratione substantiæ,ratione coloris,ratione quãcitatis,rõne loci, ratione exitus, rõne finis & terminationis. Ratione substantiæ,nã quædam sunt duræ & uiscosæ,quædam teneræ & molles. Ratione coloris,nã quædam sunt de eis rubeæ,citrineæ, & albæ,& de eis sunt uirides, & de eis sunt uiolatæ, & de eis sunt declinantes ad rubedinẽ. Ratione quantitatis continuæ,s.& discretæ. Continuæ,nã de eis quædam sunt magnæ latæ,& cõiunctæ,ita q; una ingrediatur aliam, & de eis sunt paruæ,rotundæ,& distinctæ. Discretæ, nam de eis sunt multæ & paucæ. Ratione loci,nam de eis sunt quæ sunt plus in capite,facie,pectore,& uentre,& de eis sunt quæ fiunt in extremitatibus magis. Ratione exitus,nam de eis sunt quæ sunt uelocis apertionis & exitus,& de eis sunt quæ tardæ, & de eis sunt quæ sunt diuersæ,nã nunc apparent,nunc occultantur, nunc sunt unius coloris,nunc apparent alterius. Et de eis sunt quæ semel exeunt & apparent,& quæ apparent bis,& de eis sunt quæ apparent, & exeunt in prima ætate, quædã in secunda,ut in iuuentute, quædam in prima senectute licet parũ. Ratione accidentium,nã de eis,& morbillis sunt, quæ sunt cum leui febre, & quæ cum forti. Et de eis sunt quas fe.antecedit,& de eis sunt quas feb.sequitur. Et de eis sunt quæ sunt cum accidentibus bonis, & fortitudine uirtutis,& appetitus bonitate, & anhelitus facilitate, & uocis, & absq; siti magna,& angustia,& continua. Et cum pulsu forti,& urina sanguinea et rubea, & absque dolore gutturis. Et de eis sunt quę sunt cum accidentibus prauis,contrariis dictis,& proprie & maxime si fuerint cũ malitia anhelitus & angustia,raucedine uocis,& syncopi,& extremorũ frigiditare,qm̃ sunt ex deterioribus signis. Ratione finis,& terminationis,nam quædam sunt quæ resoluuntur, quædam quæ maturantur,& emittunt saniem, & faciunt crustam,& cadunt,& de eis sunt quæ ulcerant,& de eis sunt quę dimittunt concauitates ulcerum & uestigia, & quædam cito & quædam tardæ. Et ex eis sunt quæ delitescunt & occultantur. Et quædã permutantur ad phlegmonem & sare. Ex quibus oĩbus iudicia habes,nã quę in principio sunt molles,& tenere, & in principio apparitionis sunt rubei coloris ad modum phlegmonis,deinde dealbantur,& saniãtur nec uariantur in colore. Et quæ sunt paruæ,& rotundæ,distinctæ, non multæ. Et quæ ex eis sunt in extremitatibus magis, & paucæ in facie,nec in oculis,naribus,ore,& guttur. Et quę sunt uelocis apertionis exitusq; continui nec occultantur. Et quæ semel apparent & in prima ætate infantiæ, uel pueritiæ. Et quæ sunt non cum prauis accidentibus, & similiter morbilli. Et quæ cum leui febre & antecedit feb.eos,& cũ apertione ipsorum minuitur,& sunt cum uirtutis constantia,& bonitate appetitus,& cum bonitate anhelitus,& facilitate uocis,absque siti & angustia uel magna & continua, & pulsu,& urina dictis,& absque aliquo alio accidente malo,sunt bonæ in quibus salutis fiducia expectatur. Significant enim materiæ bonitatem cum subtilitate, & obedientia ad naturam, & naturæ ipsius potentiam in nocentibus expellendis. Quæ uero ex eis fuerint cũ contrariis, ut quia sunt duræ,& uiscosæ,& citrini coloris,uel uiolacei,uel declinantis ad nigredinem uel uarii coloris, & sunt magnæ, latæ,& coniunctæ, quarum una ingreditur alterã, multæq; sunt in capite,facie,& proprie in oculis, naribus,& gutture. Et quæ sunt tardæ apertionis, et exitus & diuersi, quia nunc apparent nunc delitescunt & occultantur, quæ pluries eueniunt in secunda uel tertia ætate,sunt male omnes. Ostendunt enim materiam malam,crassam,uiscosam,diuersam,& multum naturæ rebellem, & ipsam defectam, si sint cum accidentibus malis, quia feb.ex eis non minuitur, immo augetur,& quandoq; succedit. Et quæ sunt cum malitia anhelitus, & angustia eius, & uocis asperitate,grauedine multa, & cum siti & angustia eius magna, & continua inquietudine, cum debilitate uirtutis proprie casu appetitus,quia cum syncopi, & frigiditate extremorum, & pulsu intersecto,& urina quasi nigra, & fluxu uentris cum rasura sanguineo uel lotiuo,siue uariolæ sint, siue morbilli, pessimæ sunt, & mortis significatiuæ secundum magis & minus propinquæ.

De signis uariolarũ & morbillorum cõmunibus.

Signa earum uariolarũ quædam sunt cõia eis & morbillis, quorum quædã sunt prognostica, quædã demonstratiua, & quædam rememoratiua, quædã uero distinctiua inter uariolas & morbillos. Prognostica antecedentia illos, & morbillos præcedentia eos, sunt signa plectoriæ, & sanguinis repletionis conturbati non minorati more solito superius dicto in synocha. Et sunt dolor dorsi, pruritus in naso cum rubore, & in facie, & in oculis, & lachrymę cum inflatione, timor in somno, & phantasiarum rubearum uisio, grauitas cum punctione in membris corporis, multitudo alicum, & saltuum cũ constrictione anhelitus, raucedo uocis, & crassities sputi, & grauitas capitis cũ dolore, & calefactio oris cum exiccatione, & siti: angustia & inquietudo, dolor in gutture, & tremor pedum apud resupinationem, & declinationem ad ipsam, & cum his febris concluſa.

De signis demõstratiuis.

Signa uero demõstratiua & ostẽdentia ipsas, & in presenti apparentia sunt, qñ cũ incipiunt apparere, faciũt accidere pruritũ, deinde apparent res sicut capita acuũ in cute, & deinde sicut mordicationes pulicũ, deinde augentur, & fiũt similes milio, deinde egrediuntur cum totalitate sua, deinde replentur sanie, & proprie uariolæ, deinde exiccãtur & cadunt, morbilli uero resoluuntur & euanescunt. Rememoratiua sunt concauitates remanentes in mẽbris, & eorũ uestigia & proprie uariolarum, & quandoq; dimittunt cęcitatẽ, & in naribus ulcera, morbilli uero non dimittunt infectiones, neque uestigia cum materia eorum sit apta resolui, & proinde non sunt eorum signa rememoratiua.

De signis distinctiuis

Signa uero distinctiua inter uariolas, & morbillos multipliciter sumi habẽt, ex materia, & ex parte apertionis, ex forma, & quantitate, ex situ, & cũ cõmunicantibus eorũdẽ. Ex materia quidẽ, nã generatio uariolarũ est propter multitudinẽ sanguinis crassi & corrupti, & proinde dolor, & grauedo in dorso maior propter uenã magnam exinde tensam in eo quã replet sanguinis multitudo. Generatio uero morbillorũ est propter uehementẽ malitiã sanguinis corrupti uel non corrupti, quia cholerici subtilis, & acuti & pauci, & proinde inflammatio & feb. æstuatio est in eis. Ex parte apertionis & exitus, nam morbillus egreditur subito secundum plurimum, uariolæ uero aliquid post aliquid, ut est dictum. Ex forma & quantitate, nã uariolæ sunt eminentes, rotundæ uel latæ & magnæ in quãtitate, morbilli uero sunt non eminentes, ut pertranseant cutem & in ea faciant eminentiam, sed sunt diffusi in cute, & sunt sicut pũcturæ & paruæ quantitatis. Et situ, nam sunt in superioribus mẽbris magis morbilli quàm uariolæ, licet in oculis accidant minus, & tamen lachrymæ sunt eis plures. Ex accidentibus quoniã angustia inquietudo & inflammatio fortior est quàm in uariolis in ipsis morbillis, ut dictum est.

De cura uariolarũ.

In cura uariolarum & morbillorum duplex est regimẽ, cõmune. s. & propriũ. Cõmune utriusq; in tribus rebus cõsistit. In abscisione causæ, in ordinatione regiminis, & accidentiũ correctione. Causæ abscisio cõpletur cum eius minoratione & adæquatione, & habilitatione ipsius ad expulsionẽ uelocẽ & facilem, cuius minoratio locũ habet, cũ incipiunt apparere, & sit phlebotomia de uena magna, & nigra in uariolis, & basilica in morbillis, si uirtus ętasq; cõsenserit, si uero non aperiantur uenæ hæmorrhoidales proprie, cum sanguisugis, & phlebotomia uenæ nasi, quæ proportionatur fluxui sanguinis narium quo iuuantur, prouocetur ergo si natura ipsum non fecerit post phlebotomiã basilicæ si expediet, & uirtus toleret, ut quia sanguis narium quo iuuatur prouocatus ad partes superiores appareat rapi ex dolore capitis, grauedine gutturis, & similibus, præseruat. n. eos à nocumento ipsorũ diminuendo, & euacuando materiã, fiat autẽ donec perfectẽ euacuetur quod abũdat. Quod si non fiat cõplete euacuatio, præmittaturq; phlebotomia, cum sit maximum auxilium proprium, & necessarium timetur supra infirmum corruptio extremitatum, & forte suffocatio, nisi natura aliqua sanguinis euacuatione succurrat. Tẽpus autem phlebotomiæ est usq; ad quartum, uel infra. In quarta. n. natura talem materiã sanguineam synochæ cõplete consueuit ad cutẽ expellere. Si ergo prædictis phlebotomiis materiam ipsarum educentibus non cessant uariolę, & morbilli procedere, sed stant & exeunt magis phlebotomia ulterius non intendetur nisi repletionis magnæ signa perdurent. Conuertit. n. materiam ad cutẽ, quã natura reddere uidetur intenta, ideoq; non est impedienda. Quod equidem innuit Hip. & hoc maxime cum conuertit de exterioribus ũlibus ad interiora, & nobilia membra.

Adæquatio ipsius fit in principio, quia subtilis sit, & cholericus sanguis, uel quia cholera dominatur in eo, & proprie in morbillis cum stypticis infrigidantibus, & inspissantibus ipsum, prohibentibus ebullitionem, qualia sunt simplicia, & composita ex medicinis. Et ex simplicibus sunt iuiubæ, dactyli immaturi, lentes excorticatæ, uel in duplici aqua coctæ integræ, acresle, laccæ ablutæ, ribes, tragacanthi, sorba, & dactyli sylueſtres immaturi, pira, & rob ipsorum, & aqua fructuum frigidorum, ut aranciorum, limonũ, pomorum acetosorũ, chrysomilla immatura, & mora celsi, mane, & similia supra in synocha dicta, & composita ex eis quæ Deo dante dicentur. Deinde cum lenificantibus, & educentibus eam cum lenificatione subtili, ut sunt tamarindi proprie, & cum additione siracost, si fuerit inobediens, aut infusio prunorum, & aliorum absque omni attractione & compressione, ne ad interiora conuertant naturam. Et proinde clysteria prohibentur, cum conuertant interius materiam inquantum talia, nisi fuerint lenitiua ualde, & natura multum fuerit constipata.

Si uera sanguis fuerit crassus, & in uariolis proprie, adæquatio fiet cũ subtiliãtibus, et aperientibus oppilationes, & facientibus ebullitionem in sanguine absq; multa caliditate, ut semen aniſi, fœniculi, ana. cũ zuccharo aut quod eorũ, & decoctio radicum eorum, & odoratio croci est de illis.

Si uero aliquo humore infectus sit, scilicet phlegmatico, uel melancholico mundificetur ab eo. Et si turbidus, clarificetur cum medicinis lenientibus, dictis supra in cura synochæ de putredine, & in antidotario nostro, hæc enim adæquando materiam incitant ad egressionem ad exteriora. Et cum præterierit principium aperitionis, & proderit, & præcesserit euacuatio multitudinis, ut post septimum, maxime competunt. Quo tempore prætermissis omnibus euacuantibus adæquantibus, inspissantibus, stypticis, interius & exterius approximandis, ne detineant, & conuertant materiam intus, oportet habilitare naturam, & incitare ad exitum, & trahere ad exteriora. Fiat autem illud cum calefactione aeris cum coopertura ex indumentis, & proprie rubeis. Et his quæ faciunt sudare cum caliditate, ubi cum exitu eorum non inueniatur alienatio, immo caliditas remaneat inflammata, & lingua fortiter nigra, tunc enim cauę ne calefacias, fortasis enim ex ea accidet angustia, & syncopis, nam tunc erit necessarium redire ad odorandum rosas, sandalos, & camphoram. Et si ex his non fiet excussatio, quin apponatur aeri frigido & uento, ne propter angustiam extinguatur, fiat illud paulatim. Et similiter quando iuuatur cum calefactione, & dimiseris frigida, et cum habentibus proprietatem ad expellendum materiam, et sanguinem ad cutem, ut sunt carycæ, & proprie albæ, citrinæ, & decoctiones earum. Et cum eo quod habet sanguinem mouere ad exteriora, ut aspectus rerum rubearum. Vnde Abo. ait. Mouet enim sanguinem res intueri rubeas. Oportet quoq; ut alienentur omnia soluentia uentrem, nisi prædicta de consuetudine huius ægritudinis est, ut in processu faciat accidere diariam, & proprie cum materia retinetur, & non egreditur, & proinde dandum est excorticatas lentes, & alienanda sunt omnia frigida interius, ut aqua frigida, & huiusmodi exterius ex aere, & uento, & proprie in hyeme, & omnia olea cum sint uiscosa, & poros oppilẽt. Et omnia ex emplastris, cerotis, & epithematibus supra uentrem. Est enim ex eis timor constrictionis materię, & ne accidat fluxus uentris malus, & sanguinis mictus.

Ordinatio uero regiminis cibi, & potus, sit in principio apertionis cum his quæ confortare habent cum extinctione absque constrictione naturæ, quæ supra in pestilentiali feb. sunt dicta. Et cum inspissantibus sanguinem ex iuiubis, & cum lenientibus uentrem, ex prunis, chrysomillis, & moris mediocriter maturis, & cibo facto ex cucurbita, citrullis, & melonibus, & succo ptisanæ, & amylo. Et potu aquæ ptisanæ, uel aquæ frigidæ cum iuleb uiolato, & similibus.

Defensiuũ oculorum.

bus. Et in processu cum procedere & exire non cessant, & minuitur feb. cum confortantibus, ex carnibus, & ouis, & aliis quæ sunt in cura pestilentiali dicta supra. Et ex fructibus & proprie ex carycis, passulis, enucleatis, & dactylis maturis, & huiusmodi, & cum uino rubeo competẽter lymphato, proprie cum feb. appareat lentescere.

Correctio autem accidentium in duobus consistit, in remediatione accidentium prauorum prædictorum, & in prę seruatione quorundam membrorũ in quibus consueuerunt imprimere maxime talia nocumẽta, & proprie ulcera, quæ cum impressa fuerint, nec sint media remediabilia, timorẽ mortis protendunt. Si ergo feb. in earum apertione in processu non minuatur sed augeatur magis, extinctiua ministrentur, paulatim dimissis calidis, ut est dictum, & interius, & non exterius, & magis apud eorum processum ad extra. Et siquidem cessauerit ab egressione eorum, redieritq; oportet ut redeas ad euacuationem sanguinis, & ad æquationem ipsius cum frigidis extinguentibus supra. Est enim signum regenerationis calidi & acuti, qui nisi euacuetur, & obtundatur cum hoc q; feb. accendit, rapi consueuit ad caput, & facere phlegmonem, & quandoq; declinare ad spiritualia, & subito suffocare infirmos, quorum aliquos uidimus liberatos. Et Ducissam Calabriæ, quibus phlebotomia ex uenis hæmorrhoidalibus magna fuit ilico ministrata. Et aliquos mortuos, quibus ipsa fuit omissa, uel tardius celebrata, tali etiam phlebotomia cum mundificationibus humorum in sanguine dominãtium, & calefactionibus cor rigetur magnitudo, & multitudo ipsarum, uarietas calorũ, & exitus atque tarditas. Reliquis uero accidentibus aliis prouidendum, sicut supra in cap. generalis curationis est dictum de ephemeris, & de pestilentiali. In quorum omniũ curatione nocumenta impressa in membris, quorum sunt, ut puta inflammationem, multam siccitatem exasperantem & proprie ulcera oportet attendere, & cum mundificantibus primo, & deinde cum glutinatiuis illis appropriatis simul cum alterantibus, & aliis ibi dictis, oportet ergo corrigere: membra uero quæ à nocumento earum præseruare oportet, sunt oculi, superiores partes narium, guttur, pulmo, & intestina, hæc enim membra ex euentu earum in eis plurimũ grauius ulcerantur, ex quo oculus fortasse destruitur, & accidit in eis albugo. Et gutturi accidit præfocatio. Et si in meri euenerit, accidet transglutiendi difficultas, & fortasis accidet illic corrosio pernicioſa. Et si in superioribus partibus nariũ, accidet constrictio meatus odoratus. Et si in pulmone, accidet constrictio anhelitus uehemens. Et cum ulceratur, fortasse facit deuenire in phtisim. Et si in intestinis, faciet accidere dysenteriam, & egestionem sanguineam, quibus succurrere est difficile, & forte impossibile. Præuidendum ergo est ne illis accidat seu eueniat. Ocubis quidem in prima die cum alcohol facto ex almuri solo, quod est proprium, secunda uero cum eo nutrito in aqua coriandri, uel aqua ros. in qua refederint sumach, & cãphora, aqua sumach posita in ea camphora, & succus pulpæ granatorum est bonus etiam in principio, & aqua ros. cum antimonio. Si uero appareant non obstantibus illis, tunc face re alcohol ex naphtha alba bonum est ualde, & similiter collyrium album. Et si ulcera fiant in eis sarcocollam nutritam in lacte apponas. Et succum radicum chelidoniæ rubeæ cũ lapide hæmatiti, quod est proprium, & expertum per nos. Oleum uero de fisticis, & non de oliuis, cum mordeat oculos, sicut dixit Gal. est de his quibus utuntur mulieres in regione nostra post uariolas, ostendit euentum nocumenti in oculo, eradicat enim caliginẽ si remanserit, & rectificat oculum, & similiter memithe, & succus eius cum antimonio. Sed superiores partes narium cum epithymate, & memithe, sandalis, & rob acreste, & aceto. Et odorare aeetum solum est uehementis iuuamenti. Guttur uero cum sectione granatorum in eius principio, suctione mororum & gargarizatione cum rob eorum, & proprie quando conqueritur de dolore in eis, & tunc oportet ut lambat de rob earum aliquid post aliquid, pulmonem cum rob ex lẽtibus, leue cũ semine papaueris, & tragacanthi. Et intestina oportet ut præseruentur post inceptionem cum stypticis dictis sumptis & iniectis. Et cum incipit solutio uentris, curetur cum troch. de spodio, & ribes, & troch. de semine acetosæ.

Regimen proprium uariolarum, & morbillorũ est, quod unicuique eorum proprie conuenit. Et est quòd cum communicent in prædicto, inter se differunt quantum ad duo. Primo quantum ad prædictũ regimen non in specie, sed potius in quanto. Euacuatio enim cum phlebotomia maior & citior, uariolis est conueniens extinctio minor, & diæta tenuior. Morbillis uero adæquatio cum frigidis extinctiuis & inspissantibus, & mundificantibus choleram, & sanguinem, & diæta tenui minus. Secundo quantum ad particulares operationes exercẽdas, quæ sunt uariolis opportunæ, & non morbillis. Et sunt quod est, quia cum egressæ fuerint cum complemento uariolæ, & appareat in eis maturatio perfecta. Aut enim est perfecta causa doloris & apostematis, ut quia pertransierint septimum, nec exiccentur, nec resoluantur, tunc necessarium est, ut aperiantur cum acu de auro, & auferatur earum humiditas cum coto, & proprie cum sunt magnæ. Quod si tardetur earum maturatio, quia non sit facta in septimo, & completa in nono, tunc oportet ut iuuetur cum exhibitione dactylorum pinguium, passularum, & carycarum in aqua ipsarum cum euaporatione uaporis aquæ decoctionis fœnugræ. se. lini. maluæ, bismaluæ, & radice lilii.

Cum autem apertæ fuerint, & remaneat in eis humiditas multa, oportet, ut saliantur, & fumigentur, & etiam cũ non apertæ sint, nec patiatur ægrotans aperiri, & eas uolueris resoluere & exiccare, fit autem salitio cum aqua salis in qua uirtus croci est linita super eas, desuper aspergatur sal puluerizatum cum camphora. Suffumigatio fit cum tamarisco, & sandaraca, & cortice thuris, nõ cum frigidis, ne recludant materiam. Et similiter cum myrta suffumigatio est conueniens, & proprie cum sit uehementis humiditatis. Et dormire, & iacere in lecto in quo sit asperſa farinã hordei, milii, & panici, uel fabarum, & culcitra cum foliis cypressi est bona.

Cũ ergo incipiunt exiccari, oportet ut linias super eas ex medicinis prædictis cum uirtute croci. Et cum ulcerant uariolæ profunditate, & acuitate suæ materiæ confert unguentum album, & proprie commixtum cum aliquantulo camphoræ, rasura radicis cannæ cum aqua ros. uenarum arboris salicis, aut arboris azarur. Et quandoque confert unguentum de ceruſa, lithargyrum, & unguentum rubeum. Et cum aperiuntur, & faciunt crustam in cute uel naso, confert unguentum factum ex oleo puro ro. & uirtute ceruſæ, & cadmiæ, & cerotum ex adipe gallinæ cum cera. Et cum ceciderit crusta, liniantur uestigia cum aliquo oleo, ut de lentisco proprie. Et si quidem remanserint ipsa uestigia, & decolorationes, ulcerum ipsorum, cum in tertia sectione de cura uestigiorum ulcerum loqui oporteat hic tamen proprie loquamur de cura uestigiorum ex ulceribus uariolarum.

Vestigia uariolarum eradicauntur.

Scias ergo, q̃ de eis quæ eradicant talia uestigia sunt oĩa abstersiua, ut radix arundinum, sarcocolla, semen melonis, & cortices eius siccati, risum ablutum, aqua hordei, albumen oui, creta & lutum, lithargyrum, zuccharum tabarzet, milii, & panicum, amygdalæ dul. & amaræ. Et de oleis oleum de liliis, & de fisticis, & adeps asini, cum oleo ro. Et de illis quæ sunt fortiora, est spuma maris, & lapis piperis, costus, ammoniacus, thus, & sapo cum baurach, & ossa antiqua adusta, semen raphani exiccatum, aristo. lupini, hæc enim abstergunt nigredinem, & obscuritatem coloris cutis. Et ex rectificantibus colorem plumbeum sunt ex oleribus, & granatis dulcibus, uitellis ouorum sorbilium, iura galli, & fasianorum, & perdicum impinguatis, & uinum rubeum, & assiduatio balneationis. Et de compositis sunt duce Christo, quæ infra dicentur. Quod si concauitates remanserint, non replebuntur, ulcerauerunt enim interiorem cutem & mirach, quod cum sit ex radicalibus, nõ restauratur.

Medicina conueniens in principio apparitionis ipsarũ repercutiens, & inspissans sanguinem. Bx. lentium excorticatarum, dactylorum immaturorum, gummi, tragacanthi, bulliant in aqua pluuiali uel ro. & da cum uno trochiscorũ cum camphora.

Confectio medicaminis facientis uariolas apparentes exire,& morbillos,& alia de genere eorum exeuntium, et occultorum. ℞. ficuum citrinarum. ℥. vii. laccæ ablutæ. ʒ. v. lentiũ cum corticibus. ʒ. iii. semi. anisi. fœniculi. an. ʒ. iii. decoquantur in aqua, lib. i. s. donec remaneat pars tertia, dein de coletur,& detur ex ea, expellit enim caliditatem à partibus cordis,& prohibet pulsum eius.

Descriptio medicaminis conferentis ad uestigia uariolarum,& colorem malum derelictum. ℞. ossium adustorum stercoris ouini antiqui, ostracorum nouorum, amyli, sẽ. melissæ, rizi abluti, cicerum, ana par. x. granorum alben, lupinorum, costi, aristol. rotun. ana. partes. v. radicum arundinis ficæ partes. xx. Fiat ex eis epithema cum aqua melonis, aut cum suc. cucumeris syluestris, aut panis porcini, aut radice ireos, aqua hordei, uel fabarum, uel lupinorum, & liniãtur ex eis membra sero. Et abluantur mane cum aqua uiolata uel hordei.

De medicinis feb. apostematum. Cap. 7.

SVperius te scire fecimus, q̃ febriũ quædam erant morbus, quædam accidentia sequentia apostemata, uel ulcera quæ sunt per se morbus. Hic etiam scias, q̃ tales etiam febres omnis generis esse possunt, si enim apostemata sint exteriorum membrorum, ut assellarum fe. siunt ephemeræ, ut plurimum, raro uero putridæ, & qualiter & quare, superius dictum est. Si uero apostemata sint interiorum membrorum, ut positorum in profundo, & concauo corporis, & maxime principalium, uel aliorum uicinorũ cordi, ut pleuræ pulmonis, & huiusmodi econuerso fiet. Nam plurimum siunt putridæ, ephemeræ uero raro, & quandoq; uel consequenter hecticæ. Et causa est quoniam caliditas præter naturam procedens ab apostemate, uel ulcere talium membrorum uadit ad cor plurimum cum fumo putrido ab eo resoluto, cum non sit circunscripta putredo in loco apostemato, sicut in bubonibus & non sola, nisi raro. Quare febrem accendit, quę diuersificatur in continuitate, & interpolatione, specie & qualitate suæ essentiæ. In continuitate, & interpolatione quidem, ratione quantitatis causæ, & positionis, cum enim apostema uel ulcus tale, quod est eius causa, sit magnum & propinquum cordi, ut in pleuresi & peripneumonia, faciet feb. putridam & continuam, eo quòd continue fumum putridum ad inflammãdum mittit cordi. Nec obstat si positio putredinis est extra uenas, cum collectio eius in loco apostematis ad emittendum continue fumum æquipolleat positioni in uenis, cum sit magnum, non propinquum, ut est apostema renum, uel matricis ulcus, uel ueficæ, uel propinquius non magnum uel casulæ cordis, uel pleuræ, & pulmonis. Sed si sit cholericus facit interpolatam, eo quòd etsi talem fumum cordi emittet, non continue tamen propter distantiam & paucitatem, cum conueniat quandoque resolui in uia. Si uero sit paruum, & longinquum, faciet ephemeram quandoque. Cum enim fumus sua quantitate, licet parua, possit peruenire usque ad locum cordi propinquum, licet cor non attingat caliditatẽ in loco illo tantam imprimere poterit, quæ cum calefaciendo attinget secundum continuum cor fe. ephemeram generabit. Cumque tale apostema cũ sua fe. & proprie putrida prolongabitur, minabitur hecticam & ipsam accendet. Et proprie si membrum fuerit dispositum, & apostema in aliquo nutritiuorum membrorum, ut in hepate uel stomacho. Inquit enim Abo. Amplius omnia apostemata interiorum membrorum in mirach uentris, tenuitatem efficiũt & macredinem, cum collectionem fecerint. Efficit enim tale apostema tam grandem impressionem in dispositio corpore consumendo, q̃ eo resoluto remanet exiccatio & hectica, maxime cum præcisione membrorum nutritiuorum in quibus est, cum nequeat remitti, & resumi & humectari. Et quod amplius est contingit ipso resoluto putridam remanere fe. propter impressionem putredinis in humore uenarũ, quare remanente causa consumente procedit hecticalis cõsumptio, licet causa primi seu febris apostematis sit remota & quanto magis, si remota non sit, quia stat per apostema. Et enim fe. tunc erit duplex & cõmixta est feb. quæ est morbus, & feb. quæ est accidens. In specie autem ratione causæ apostematis & materię, quæ cum sit calida, erit cholerica, uel sanguinea, uel ex eis commixta. Et similiter feb. aut erit cholerica, aut sanguinea, materia uero frigida non, nisi faciat collectionem. In qualitate uero essentiæ suæ scilicet caloris ratione suæ causæ, rõne mẽbri in quo est, & ratione uicinitatis ad cor. Cũ. n. materia sit, cholerica uel cholericæ admixta, caloris fe. acuitas ẽ, uel erit maior quã sit sanguinea, cumq; etiã in mẽbris sanguineis, & arteriis uicinis fe. fortior erit, cum uero in neruosis panniculosis, & uenis uicinis, erit debilior nisi dolor existat. Et quidem non enumerantur istæ fe. à periodis proprie unicuiq; materierum, quæ effunduntur ad apostemata earum, uel ulcera, periodi nãq; earum sunt secundum generationem earum in mittentibus membris propter debilitatem nutritiuæ, & fortitudinẽ expulsiuæ, & secundum attractionem ipsarum ad membra, ad quæ effunduntur materiæ per caliditatem uel dolorem, & secundum receptionem earum in illis propter defectionẽ. Cum ergo effunduntur materiæ, accidit rigor, & deinde additur grauedo, dolor, inflammatio in loco apostemato, uel ulcere, & de ulceribus idem est iudicium cum aggregẽt putredinem. & proprie quæ apostemata dicta sequuntur.

Sed dices nunquid fe. ulcerum, putrida sit uel hectica cũ dicat Gal. q̃ omnis phthisicus hecticus, & non putridus sit. Respondit Falco, utraq; feb. cum phthisi cum utriusq; causa simul in ea adsit, at, putredo scilicet ulceris, quæ est causa putridæ. Et ipsa fe. cum impedita euentatione simul inflammando consumens roriformen humiditatem cordis quę est causa hecticæ, quæ quia in phthisi prævalet putridæ omnibus causis cõcurrentibus ad generationẽ ipsius magis quã putridæ, dictum est à Gal. ipsam pati phthisicum quam pati putridam fe. quàm in aliis ulceribus.

Signa causarum sunt signa apostematis interiorum membrorum præcedẽtium, quæ superius in sectione prima sunt dicta. Et etiam sunt signa ulcerationum ipsorum, & etiam apostematum sunt signa propria, quæ supra in capitulis suis sunt dicta. v. g. In pleuresi, quorum quædam indicant locum ut pulsus serrinus cum dolore pectoris pungitiuo, quædam causam seu materiam, ut fe. acuitas quæ indicat choleram. Quædam sunt signa digestionis, & indigestionis materię apostematis, quæ sumuntur à sputo proprie, quædam sunt signa digestionis, & indigestionis non materiæ apostematis, ut prædicta, sed materiæ compatientis in uenis quæ sumuntur ab urina. Et quædam sunt signa salutis & mortis, & quædam sunt signa crisis, quæ à prædictis uariatis secundum speciem sumentur, sicut Hippo. in apho. & Gal. ostendunt.

Cura febrium apostematum est quatuor res. Prima est cura apostematum, & ulcerum quæ sequuntur, quæ dicta est specialiter supra in locis suis. Secunda est alteratio fe. Cõpletur aũt cũ frigidis humidis, siue putrida siue hectica sit, quæ ex dictis supra in cap. generalis curõnis possunt haberi sint autem frigida temperate, ne incrudent apostemata, & proprie si interius assumatur. sint autem sumpta ex mollificantibus & lenientibus, qualis est aqua hordei, cucumeris, & cucurbitæ, syrupus uiol. & similia, non autem styptica, cũ detineant, & prohibeant resolutionem, & proinde potus aquæ frigidæ inhibendus, nisi magnitudo feb. & eius exactio intentionem maturationis, & resolutionis apostematis superexcedat. Quo casu inquit Gale. Melius est augmentũ .i. incrudatio apostematis, quàm perducere ad arefactionẽ infirmum, aliter autem infrigidantia, & extinguentia fortia erunt ualde nociua, etiam si cholericum sit apostema, & proinde securius exterius cum expedierit ministrantur. Si ergo sit apostema heryſipelatum fe. uehementiam extinguemus cum succis lactucæ, semperuiuæ, & portulacæ, & aqua cucurbitę, nenufaris, & oleo uiol. cum sauich hordei, uel farina eius, exterius applicatis super locum apostematis, & cum sanda. ros. spodio, & aqua ros. super principalia, & oxyrodino capiti, quæ etiam si oportet infrigidentur in niue. Tertia est regimen cibi & potus, & est diæta extenuatiua cum lactucis sauich hordei, & aqua eius. Incraſſatio enim est causa apostematis, & mortis etiam, si sit uirtus defecta. Quarta est correctio accidentium quam requiras supra in sectione prima, & infra ubi de apostematibus dictum est.

De

De medicinis febrium compositarum. Cap. 8.

EX quo de febribus simplicibus diximus secundũ præmissum ordinem, dicendum est de compositis. Scien dum est autem, q̃ cõpositionis ipsarũ species sunt & modi. Species quidẽ secundum compositionem feb. simplicium quarũ est cõpositio earũ. Modi uero tripliciter & secundum compositionem materiarum ipsarum simplicium febrium à quibus ipse dependentiam habent. Et ratione loci seu putrefactionis loco. Et secundum compositionem motuum seu circuitionis contritionis, seu inuasionis ipsarum possunt haberi, quæ multiplex est.

Prima. n. diuisio est in genere, & remota rõne essentiæ ipsarũ. Et est natura febrium, quædam est genus ephemerarum quædam hecticarum, & quædam putridarum secundũ quam componetur putrida cum hectica quãquàm plurimũ sit eius causa, & non cum ephemera. Et licet possit componi, tamen nõ facit cõpositionem in cura eius additio ad putridam, nec est distinguibilis ab ea cum eius signa debilitate sua cũ fortitudine signorũ putridæ offuscentur. Quapropter dixit Gal. Superueniente putrida ephemeræ quiescit ephemera, nec etiã hectica cum ephemera pp eandem causam. Verũ quia ipsorũ triũ generũ duo, ut hecticæ, & ephemeræ non sunt diuisibilia in genera propinquiora, sed in species magis, & proprius hectica, quarũ species non sunt bene cõponibiles eo, q̃ hecticæ species inter se ordinẽ habẽt ita, q̃ una præcedit, & alia sequitur uel succedit, & deinde alia prima cessante propter consumptionem humiditatis, & suæ materiæ subiectiuæ in qua accenditur ẽt ephemeræ species, & signa sint in ea, licet sint cõponibiles, tamen non sunt in cõpositione distinguibiles bene, nec compositio causat uarietatem magnam in cura. Solum aũt genus putridæ diuisibile est in alia genera propinqua, & species habentes signa distinctiua & manifesta, facientia compositionem in cura, & pro tanto compositio febrium attendenda magis existit in eo. f. genere putridarũ. Et prima species cõpositionis erit secundum primam diuisionem eius, quę secũdũ Gal. est ratione essentiæ ipsius feb. Et ex natura febrium putridarum, quædam sunt febres per se morbi ex humorũ in uasis putredine dependentis, quædam sunt apostemosæ. Sic quidem prima compositio feb. putridarum erit feb. cõposita ex fe. dependente ex apostemate cuius est accidens, & ex feb. dependente ex humoribus putrefactis in uasis in quibus apostematis putredo impresit, uel econuerso, ut dictũ est supra in feb. apostematum, sicut est proprie in pleuresi, peripneumonia, apostemate hepatis.

Secunda species est ratione cõpositionis materiæ seu humoris à quo dependent. Et est natura febrium putridarum dictarũ quælibet, aut est sanguinea, aut cholerica, aut melancholica, aut phlegmatica, eo q̃ à talium humorum putrefactione dependent, quorũ compositio est secundum modum prædictum materiæ qui est duplex, unus secundũ mixtionẽ, alius secundum uicinitatẽ. Et quidem secundum mixtionẽ qui supra dictus fuit in tertiana non pura, & in quotidiana ex phlegmate salso, & causone, & phlegmone heryſipelatode. Secundum uicinitatem uero est multiplex, cui nunc insistimus, & erit quia cũ quatuor sint humores in sua putrescentia, febres ascendentes seruantes speciem, ut dictum est supra in fe. sanguinis, ex quatuor humoribus simplicibus cõmixtis adinuicem cõpassibilibus maxime, quia in diuersis locis corporis situatis intra uenas uel extra, sicut etiam apostemata diuersa in diuersis membris corporis situata, octo prouenient combinationes, sic erit una compositio febris sanguinis cum fe. phlegmatis. secunda fe. sanguinis cũ feb. choleræ. tertia feb. sanguinis cum feb. melancholiæ, quarta fe. phlegmatis cum fe. cholerę. quinta fe. phlegmatis cũ fe. melancholica, sexta fe. cholericæ cũ fe. melancholica, septima trium ex his inter se. Et octaua omnium fe. quatuor humorum simul, quæ, ut plurimum est mortalis.

Tertia species compõnis ipsarũ putridarũ est ratione nõ essentię nec materiæ, sed ratione loci, uel putrefactionis in loco à quo procedit diuisio secundũ continuitatẽ, & interpolationẽ ipsarũ febrium. Et est quia cũ sint quatuor continuæ, & tres interpolatæ, species ipsarũ compositionũ erũt multæ. Nam cõponi potest synocha cum unaquaq; aliarum trium cõtinuarum, & cum duabus, uel pluribus ipsarũ, aut diuersi generis propinqui, ex qua prouenient complicationes octo, aut diuersi generis, ex qua prouenient complicationes plures. Similiter potest componi una interpolata cũ alia, uel diuersi generis ex qua prouenient complicationes quatuor, uel eiusdem generis ex qua prouenire possunt cõplicationes plures, secundum q̃ possunt componi duæ tertianæ, & tres tertianæ, & similiter tres quartanæ interpolatæ, & etiam quotidianæ similiter possunt cõponi continuæ ipsę cũ interpolatis diuersi generis uel eiusdẽ, ex qua cõplicatione species erunt plures, quãdoq; sientes in prima die, quandoque in secunda, & illa est mali moris. Est. n. habens motũ per poros qui contra naturã est morbi acuti uel medii. Et quidem cũ deberet in die secũda quiescere uel tepescere & dare naturæ spacia, si moueatur, signũ est suæ malitiæ, & grandis læsionis est cã. Ex quibus complicationibus omnibus illam quæ ex quotidiana continua & tertiana interpolata componitur, Hipp. specialiter notauit, cum plurimum accidat inter compositas ex interpolatis simul & cõtinuis, & ex continuis tantũ hemitriteam proprie nominãs, quam horridam & continuam, mediam triteam esse specificauit. Et quia unicuique specierũ modus secundum inuasiones potest esse triplex, scilicet coinuadens, subintrans, & coalterans. Et hemitriteã uoluit esse cõpositã ex quotidiana continua & interpolata secundum inuasionis modum: non. n. omnis compositionis modus horridã facit: sed coinuadens, solus ẽt cum non faciat horridam, cum inuasiones ipsorum nisi sint pares non una prædominans alteri, uel superans, sicut esse potest: ideo tria ad hemitriteam ueram & propriã concurrunt, quòd sit continua quotidiana: est enim de genere cõtinuarum febrium, & quòd sit complicata tertianæ interpolatæ, est enim hemitritea, idest media tertiana uel tertiana. Cum enim Hippoc. tertianam ueram & puram in aphoris. dixit, interpolatam intellexit, & motus maxime suæ materiæ sit de centro ad circunferẽtias, sicut Gal. dixit. Si mota ad putredinem mouetur ad extra de uenis potius quam putrefiat in illis. Et quia debet esse horrida, oportet q̃ ambæ sint compares, & coinuadentes, largo modo hemitritea potest dici quælibet putridarum compositio dicta uicinitatis, & continuarum cum interpolatis, magis ex ea quæ componitur ex tertiana continua, & quotidiana interpolata. Aliæ uero genere nominis erunt potientes, quia dicentur compositæ nomen proprium non habentes. Et hoc modo compositionis dixit Gal. morbum compositũ puta febrem in qualitatibus suis, & etiam cum sua causa, & quidem cum hemitritea continua & interpolata diuersi generis sit complicata, quarum continua, quia phlegmatica prolongat non solum paroxismos, sed etiam morbum totũ, & interpolata, quia cholerica abbreuiat sicut illa prolõgat, & hemitritea inquantum huiusmodi media erit inter chronicam & acutã. Sed quia diuersitas eius disturbat in actione naturam: ideoque fiet chronicus, & extendetur fortasse usque ad septem menses. Inquit enim Gal. morbus habens multam & diuersam materiam, longior est habente unam & multam, & illud si uirtus sit fortis in tolerando. Et quandoque fiet acutus & breuis, ut quia finitur in septimo, & illud propter magnitudinem sui & molestiam accidentium, quare necesse est materiam subito uincere uel uinci. Et quãdoque extenditur usque ad. xiiii. uel. xx. & ut plurimum est de febribus interficientibus. Si enim sola eius continua periculosa est, nulli dubium est, quòd si superaddatur alia feb. cum natura non possit sufficere, nisi raro, quòd plurimum sit interficiens & mortalis. Et quandoque perducit ad hecticam, & alias difficiles ægritudines, ut est hydropisis, syncopis, mania, melãcholia, & epilepsia, & illud propter impressionem in principalibus, & etiam cum illis plurimum euadit infirmus ab eo. Inquit enim Aboa. non est euadere ab ægritudinibus interficientibus absque contractione membri. Quod Gale. affirmat dicens. Raro sunt diuturni morbi de genere phlegmatis uel melancholiæ, quin imprimant læsionem alicui membro.

Sed dubitaret utique socius, quomodo possibile est feb. sanguinis complicari aliis, cum dictum sit supra auctoritate Gale. quòd sanguis putrescens suam speciem non ob-

Dubium Sãguis in uenis est oĩshumor

seruat,sed definit esse sanguis,quia in alterius humoris spe E
ciem transit. Adhuc uidetur quòd sanguis putrescens in
uenis,non febrem accendit quin complicetur non tantum
uni, sed omnibus putridarum continuis simul, sanguis e-
nim in uenis est omnis humor,ut Gal.& Aboa. loquens in
humoribus dixit, si ergo putrescit sanguis,etiam omnis hu-
mor contentus in eo.

Responsio Falconis. Respondit Falco,& quidem dicens ad primum, sicut su-
pra in feb.de putredine sanguinis dictum est. Ad secundum
uero dicemus, quòd sanguis uere est omnis humor in po-
tentia:sub forma tamen sanguinis nobis apparens, sub qua
est cõtentus,ut quia adinuicẽ uniti sunt uera mixtione quo
ad nos,licet actu sint inter se diuisibiles per naturam quod
patet. Si enim cum phlebotomia euacuetur, quæ immedia-
te & directe educit ex uenis,& receptis in uase aliquo per
seipsos distingui uidemus,quãto magis per naturã distingũ
tur in uenis, & unus uel duo intranspirabiles facti derelin-
quantur à natura & putrefiant aliis remanentib.cũ natura.

De signis. Signa compositarum febrium ex signis simplicium sunt
confusa.Et proinde cognosci difficilia, & magis si compo- F
sitio sit ex his, quæ eiusdem sunt generis,ut tertianarum &
continuarum, quotidianarum & quartanarum simul, uel
interpolatarum ipsarum. Et etiam synochæ cum tertiana-
rum aliqua uel continuarum, & interpolatarum eiusdẽ ge-
neris,& est tertiana continua,& interpolata simul complí-
cata,& sic de aliis.Inquit enim Aristo.propinquorum diffi-
cilis est cognitio & electio : & maxime si secundum modũ
coinuasionis compositio sit earum:est enim difficilis cogni
tionis modus talis magis: deinde modus subintraneus, &
deinde modus coalterationis. Sed siquidem sit composi-
tio ex febribus diuersi generis remoti, ut putridæ & hecti-
cæ,uel propinqui,ut est compositio quotidianæ & tertianę
uel quartanæ inter se,& synochæ cum quotidiana, uel ter-
tiana,uel quartana,eius cognitio est minus difficilis,& pro
prie si per modum coalterationis existit: deinde subintra-
tionis,deinde coinuasionis,qui difficiliorest inter omnes,
& proprie in hemitritea.Inquit enim Aristo. In longe di-
stantibus distinctio facilis est & electio. Et quidem ex eis
sunt quædam communia,& quædam propria. Et commu- G
nium quædam sunt,quæ sunt communia speciebus composi
tionis febrium quæ diuersi sunt generis,ut putridæ & hecti
cæ.Et sunt quia cum uideris febrem putridam sumpto cibo
fieri incontinenti ascensum caloris, uel feb. continuam ha-
bere incontinenti ascẽsum caloris,post cibum,cum duritie
paruitate,& inæqualitate pulsus,& superaddi rigorem,uel
frigus aliqua horarum:& deinde calorem declinare cũ hu-
mectatione,remanente pulsus duritie cum feb.tunc iudica
compositionem hecticæ cum putrida febr. præcedente uel
sequente.Et quædam eorum sunt quæ sunt communia spe-
ciebus compositionis febrium eiusdem generis propinqui
uel speciei.Et sunt quæ Abo. posuit cum ait. Et est uidere
febrem concluſam,& in ea rigor & non est sudor, & fortas-
se accidit in rigoribus pluribus sudor unus,tunc testifica in
ea compositionem febrium eiusdem generis,supple est cõ-
tinua & interpolata.Et similiter cum uideris inconclusam
superfluitatem in frigore & rigore,sed pro quia fortasse pa
rum est de ea inclusa.Inquit enim Gale.Omnis febr.conti-
nua secundum rationem suiipsius cum certa fuerit, nullũ
horrorem habet,neq; rigorem, neq; quæ composita est ex H
eis erit horrida simul composita. Et similiter cum uideris
addi febres,& extendi ultra debitum, & non etiam defice-
re calorem,tunc iudica compositionem continuarum.Et si-
militer cum feb.uideris incipere cum horrore,& addi cum
calore eius ascendente ultra debitum eius,uel incipere cũ
rigore aut frigore,& ascendente calore superaddi rigorem
aut frigus,& extendi calorem,& in calore sudorem,& post
sudorem remanere calorem,& deinde declinare cum sudo-
re uel absque,uel non declinare,tunc iudica compositionẽ
ex interpolatis.

De signis hemitritei. Signa uero propria sunt signa quæ unicuiq; speciei com
positionis conueniunt,quæ per te poteris arbitrari, cũ hic
ponere omnia sit difficile & longinquum. Solius autem il-
lius compositionis quam Hippo.proprie hemitriteum no-
minauit,signa ponemus. Et sunt,nam incipit in prima die

compositionis cum horrore,ascensus caloris est inæqualis
& disparitus propter materiæ diuersitatem,& pugnam ea
rum inter se perterrentem naturam,quare retrahitur natu-
ra,& multiplicatur horripilatio bis & ter uel amplius.&
proprie apud ascensum caloris,etiam illo die febris mino-
ris acuitatis erit quam expedit tertianæ,& minoris obtusio
nis quam conueniat quotidianæ, & eius status est longior
quam tertianæ conueniat,& breuior quam quotidianæ, &
cum pluribus accidentibus & intensis magis, & cum repel
lit tepescit plurimum absque sudore,& quandoque cum su
dore propter declinationem tertianæ, nec cessat ex toto,
quia cessante tertiana, remanet calor quotidianæ continue
& in principio commotionis & inuasionis est plurimũ cũ
subeth,& stupore euigilatiuo, & in statu cum alienatione
propter intensionem febrium duarum adinuicem coniun-
ctarum inflammantium cerebrum ualde.

Et propter repletionem eius ex uaporibus diuersis &
multis, & cum inquietudine & angustia multa. Et pul-
sus est uelox & frequens, inordinatus & inæqualis propter
diuersarum materierum pugnam cum natura, & grauami-
ne ipsius. Et exeuntia per uomitum, & per secessum sunt
ex cholera & phlegmate æqualiter mixta uel coniuncta.

Et urina est mediocris in substantia & calore, inter uri-
nam continuæ, & urinam tertianæ & plurimum ei distans
nec phlegmatica nec cholerica. Sequenti uero die stabit
febris & superaccendetur cum frigore pauco absque hor-
rore, & calor est minor, & etiam accidentia: deinde te-
pescit. Sed in tertia redibit aliquid quod fuit in prima die
compositionis propter complicationem: tunc tertiana
cum quotidiana,& cõmotionẽ materierũ earũ simul, & cõ
current consimiles circunstantiæ ex complexionis & con-
suetudinis mutatione,& aliarum operationũ ad generatio-
nem diuersorum humorum & phlegmatici,& cholerici.

Cum uero compositio quotidianæ continuæ, & tertia-
næ interpolatæ naturam certam non seruauerit hemitritei,
neque modum,ut quia materię utriusque non sint pares,do
minantis signa dominabuntur. Et si cholera dominabitur,
erit horripilatio magis ad rigorem tendens,si phlegma mi-
nus,& magis ad frigus,& dominante phlegmate puro inci
piet cum stupore: cholera uero dominante cum alienatio-
ne erit in augmento & statu,& sic de aliis. Et si secundum
modum subintrationis existat apud statum & augmentum
calori uidebis superaddi rigorem si continua sit præcedens
uel frigus & parum typum,si tertiana præcesserit, & extẽdit
calorem ultra debitum præcedentis febris. Et quandoq; in
declinatione tertianæ sequi sudorem:quandoque uero nõ,
& maxime quando continua superuenerit tertianæ,quoniã
humores eius restringit sua frigiditate, & sua superaddita
caliditate consumit.Si uero secundum modum coalteratio
nis existat compositio in mixtis,& continuis,& interpola-
tis uel ex solis continuis,talis cognitio locum non habet,
sed interpolatis solum. Et quidem cum compositio fiet ex
tertiana continua & quotidiana interpolata,quam Serapio
purum hemitriteum dixit,quoniam si sint coinuadentes,nõ
coinuadunt cum horrore, sed cum tempore magis, uel frí-
gore pauco,& alia succedet,sicut est in commixtione præ-
cedenti:si uero sint subintrantes, similiter. Sed si sit com-
positio duarum continuarum, & etiam si sint diuersi gene-
ris uel speciei omnino non erit horrida,sed calor fortior,
inquietudo & angustia maior,& accidentium uehementia.
Sed siquidem sit duarum interpolatarum, & sunt eiusdem
generis uel speciei,ut plurimum sunt subintrãtes: uel coal
ternantes,& tunc uidebis si subintrantes sint, prolongatos
paroxismos febris.Et quandoq; stante una feb. secunda de-
clinare ipsius primam cum sudore,& quandoq; sine,& non
deficere in febricitatione,& quandoque deficere. Si uero
coalternantes sint,ut quia quælibet suum diem occupat, si-
gna erunt distincta,& manifesta.Et siquidem sint tres inter
polatæ quartanæ complicatæ,quælibet suum diem occupa-
bit in affligendo. Si uero tres tertianæ una die erunt duo
paroxismi,altera unus. Et si duæ quotidianæ qualibet die
duo secundum alterum trium modorum uel prima die erit
unus,aliis duobus diebus,duo.

Et cura compositarum febrium duplex est, generalis & de
specialis.

specialis. Generalis est quam Gale. demonstrauit dicens. A
Singuli morbi simplices,simplici medicina medicabũtur:
compositi,composita,& si æquales sint,æqualibus,& si inæ
quales,inæqualibus,uno plus,altero minus. Specialis quæ
unicuiq; speciei compositarum conuenit, quæ ex cura sim-
plicium prædictarum potest haberi.Inquit enim Ga. Nos
enim non possumus uti medicinis compositis secundum ca
nonem, & uiam rectam, nisi quando sciuerimus uirtutes
medicinarum simplicium : & in hoc est necessarium inge-
nium & usus longus. Et est duplex,una quæ debetur com-
positis & diuersis generibus remotis,ut ex putrida & hecti
ca. Alia quæ debetur compositæ ex generibus propin-
quis uel speciebus eorundem. Prima prætermissa usque
ad accidentium correctionem tanquam ea,quæ est compo
sita ex causa & effectu(dictum enim est supra quòd ut plu-
rimum ad hecticam perducit causon : & aliæ putridæ quæ
multum prolongantur) de secunda scompositione quæ ex
generibus & speciebus sit putridarum, dicendum, & spe-
ciebus eius.Et quidem de omnibus difficile & quasi incom
prehensibile esset dicere,& proinde de cura eius quã Hip. B
ueram hemitriteam appellauit, dicamus tantum, ut per
ea manuductus ad alias posis curam unicuiq;, prout com-
petit ministrare.

Hemitritei puri cura æqua tuor res. Est ergo sciendum quòd hemitritei puri & certi,seu ue-
ri,cura specialis est quatuor res, quæ ex cura simplicium
sunt collectæ,scilicet absciscio causæ, alteratio febrilis dy-
scrasiæ, & regimen in diæta cibis & potibus, & correctio
accidentium. Causæ absciscio prior est alteratione febrilis
dyscrasiæ:curationis enim intentio magis uertitur in hoc
morbo supra causam quã supra febrem, eo quòd causa eius
multa est & diuersa materiam aggrauans, & sua inæqualí-
tate dyscrasiæ molestans,& perturbans, & terrens. Inquit
enim Abo.Mala complexio diuersa, deterius in corpore
efficit nocumentum quam consimilis & æqualis, licet sit
mala,feb.uero in acuitate est propter phlegmatis mixtio-
nem remissa.Completur autẽ ipsius absciscio alteratione &
euacuatione. Alteratio uero minoratione, quia in mate-
ria multitudo est & diuersitas & adæquatione in residuo.
Minoratio uero habet compleri cum clysteribus leuibus C
& uomitibus in principio, quæ mundificant intestina &
stomachum, & educunt minorando ex primis uenis, ut
supra in quotidiana est dictum.Et deinde ex minorantibus
ex aliis uenis & partibus subcutaneis,ut cum prouocanti-
bus urinam & sudorem cum leuitate,si peccatum sit in san-
guine cum phlebotomia minoratiua, si uirtus ætasque con
senserint,uel cum proportionalibus eis, & aliis solutiuis
absq; stipticitate multa,ut sunt myroba.& eis similes. Ex
quibus proprium est absinthium quod subtiliat & abster-
git phlegma,& choleram educit, si peccatum in sanguine
non apparet.sed oportet,quòd postponantur talia solutiua
usq; post septimum uel octauum, donec sit facta aliqua di-
gestio in materia,cum ex se indisposita sit materia ualde &
minorationi cum eis, ut supra in quotidiana est dictum,
quasi materia dissoluetur & non educetur ex illis, nisi sint
ex eis quæ naturam leniendo soluunt, non inquietant, &
cõmouent,& sic digestioni resistunt, ut sunt aquæ alubleb,
geleniabin,& medulla carthami,propter phlegma,& cum
tereniabin,& siracost,aqua porrorum,& hordei cum syru-
po uiolato,& melle casiæ fist.propter choleram. Oportet
autem ut talia sint æqualiter mixta secundum partes,uel tẽ
pora, cum hæ ambæ materiæ sint æqualiter superantes, q
si inæquales sint,prædominanti attendatur in commixtio-
ne earum magis:talia enim mundificant sanguinem, & ab
eo phlegma & choleram minorando dimittunt naturã le-
nificatam & materiam,& deinde residuum ipsius digestio-
ni complete dispositum & eradicationi. Oportet quoq; ut
clysteria & uomitus sint cum his quæ materiam utranq; re
cipiunt,qualia sunt clysteria ex aqua decoctionis maluarũ, Clysteria.
uiolarum,mercurialis,& furfure,cum casia,& melle uiol.
& succo betæ cum oleo uiolato & amygdalarum amararũ, Vomitiua.
& salis.Et qualia sunt ex uomitiuis, syrupus acetosus cum
aqua raphani propter phlegma,& aqua tepida decoctionis
seminum attriplicis cum aceto propter choleram: sunt au-
tem equaliter mixta,uel inequaliter,si inæqualiter sunt ma

teriæ abundantes,& similiter prouocatiue urinæ ex calidis
diureticis & frigidis mixta quę sunt nota,& etiam sudoris,
ut est uinum,uel oleum anethinum cum aqua tepida, quę
illorum remittit caliditatem:deinde supra residuum mate-
riæ oportet procedere cum adæquatione ipsius, & matu-
ratione,quæ uia est perueniendi ad statum salutis,& domi-
netur supra materiam morbi, donec diuidat & complete
expellat,aut ex se critice, aut medici artificio coadiuta.
Completur autem eius adæquatio cum his quæ ex simpli-
cibus & compositis dicta sunt supra in cura quotidianæ, &
tertianæ infimul mixtæ secundum materierum necessitatẽ.
Et cum aliis simplicibus & compositis appropriatis. Ex
simplicibus,ut aqua hordei cum uirtute piperis qua Hip.
& Galen.curauerunt hemitriteum. Et est ut in lib. ii. aquæ
ipsius bulliant grana piperis nigri contriti quadraginta, &
in pecia rara ligata sufficienter:deinde coletur & reserue-
tur,et detur cum fuerit opportuna non in potu cum cibo
uel sine,sed in ieiunio cum melle ros.uel post syrupum ace
tosum per duas horas,quoniam absfergit, quod digestum ẽ
per syrupum,& fert maturationem in reliquo utriusq; ma- B
teriæ:natura enim sapientissima,nostra dispensans corpo-
ra,in tali medicina composita ex eis,& aliis similibus sunt,
ex quo permixtionem illorum confrangi eorum adinuicẽ
sunt excessus,& reducta est ad temperiem cum temperamẽ
to eius existente in compositio,resistit, & alterat materiã
calidam acq; frigidam,& febris excessum, & cordis inflam
mationem remittit.Et deinde si expediat ad digestionẽ il-
larum complendam magis segregat inter ea,& ponit uirtu
tem calidam piperis ad partem phlegmatis digerendã qua
corpora febris & cor non inflammantur cũ à uirtute aquæ
hordei sit confracta,sed fit aqua hordei cũ sua uirtute adiu-
trix uirtute piperis ad penetrãdũ in uenas,in quibus phleg
ma peccans existit.Et eius uirtutem ponit ad partem cho-
leræ & cordis,ne inflammentur,sicut princeps Aboa. con-
tradictioni Gal.respondit,quod Gal. confirmauit cum di-
xit,omnium natura operatrix,medicus uero minister: po-
test nanque operator magister ex ministratis sibi per disci-
pulum instrumentum unum quod est necessarium sibi eli-
gere,ad hoc aliud uero in alio,& unum recipere, & aliud
prætermittere. Aliter enim nec unius simplicis medicinæ
operatio erit in corpore,nec cõpositæ:operatio enim me-
dicinæ non nisi discretionibus & regulationibus fit naturę,
ut dictum est supra.Composita propria sunt,quæ infra dice
tur,digestione uero perfecta si natura critice, sicut consue
uit,expellat,silentium est habendum. Si uero non, opor
tet,ut eradicetur cum prædictis omnibus uel pluribus for-
tificatis in uirtute,et augmentatis in quanto. Et cum solu-
tiuis proprie,quæ habent educere à remotis & uehemen-
tius,prout conuenit eradicationi, qualia sunt quæ in cura
quotidianæ & tertianæ sunt dicta. Alterationem febrilis
dyscrasiæ complent quæ cum temperamento infrigidant,&
confortando omnia principalia sic febrem remittat,& cho
leram alterent,ut non rapiatur ad caput, & alienationem
uel phrenesim faciat,& quod phlegma non incrudent, nec
coagulent ne ad stuporem,uel lithargiam perducant. Et
proinde exterius applicãtur cutius quàm interius minis-
trẽtur,si bono modo sufficiant:qualia autem sint, ex prędictis
est notum.

Regiminis uero ordinatio, & diæta cibi & potus; est ut D
regatur cum cibis & potibus subtiliantibus cum caliditate
temperata,ut est aqua hordei,cicerum,sicla, & asparagus,
borrago,fœniculus,capparus,et consimiles. Et cum alte-
rantibus,ut chist hordei,uel endiuia,lupuli, & similes. Et
ex carnibus & aliis uirtutem nutrientibus & magis confor
tantibus indigentiam eius ibi dictis, quandoque insimul
mixtis,uel nunc cum his,nunc cum illis, quales sunt quos
etiam supra diximus in cura quotidianæ, & tertianæ. Si
autem crassus mediocris uel subtilis secundum quòd arbi-
trari poteris longitudinem eius, & in aliis conditionibus
fit,prout in superioribus dictum est.Accidẽtium uero cor-
rectio eius,est accidentium prædictorum in cura quotidia-
næ,tertianæ,& quartanæ,ut stuporis,& alienationis,& ui-
giliarum,lethargiæ,ac phrenesis, quorum ex communi su-
perius est nota correctio.Et etiam hydropisis, melancho-
liæ,

liæ,epilepſiæ,& manię,ád quas perducet quandoq; & apud receſſum eius.Et ex illis eſt hectica ad quam frequẽter perducit propter multiplicationem febrium in ea, & prolongationem ipſius,de qua ſtatim ſubiungemus capitulum ſpeciale duplex:primum de ea,& cura eius,ſecundum eſt compoſitionis eius cum putrida.

Deinceps medicinas ſubiungemus compoſitas & expertas. Syrupus ualens ad febres compoſitas & permixtas eſt ſyrupus acetoſus diarodó,& ſyrupus acetoſus de ſuccis herbarum,quorum deſcriptionem poſuimus in antidotario noſtro.Et ex appropriatis huius ſunt trochiſ. de abſinthio, & trochiſ. de roſ. Et ex appropriatis hemitriteo puro ſunt troc.Abo.qui ℞.roſ.radicum liquir.an.ʒ.iiii.tereniabin.ʒ.iii.ſpicæ,ſucci abſinthii,ſpodii,an.ʒ.ii.Fiant troch.ʒ.i.cum ſyrupo acetoſo. Syr. ad ſe. cõpoſita.

Pilulæ bonæ ad eam,& proprie quando prolongatur & lædit ſtomachum & uiſcera,& ualẽt ad alias etiam compoſitas huiuſmodi malitiæ.℞.alo.maſtic.ſucci eupatorii,myrob.reu.ſucci roſ.ru.ana.partes æquales,croci,partẽ.s.fiant pilulæ cum aqua endiuiæ,& ſit doſ.ʒ.ii.

Decoctio bona conferens propriæ digeſtioni. ℞.aloes maſti.ſucci abſinthii,roſ.an.partes æquales,croci.ʒ.s. Informentur piluleę,& doſ.ſit.ʒ.s.mane.

Syr.ualẽs ad ſe.cõpoſitas quẽ cõpoſuit Abo.ẽ ſatis bonꝰ.

Syr.ad hemitriteũ. Syrupus ex inuentione noſtra efficax,& expertus ad hemitriteum uerum.Recipe bedeguar,hyſſopi, haſcæ,lupulorum, graminis, endiuiæ, eupatorii, abſinthii, capil.uene. cuſcutæ,ana unc.i.ſemi.cucurbitæ, citrulorum, melonis & cucu.ana unc.ii.ſchinanti,ʒ.ii.hordei,cicerum. P.i.liquiritio.ro.ana ʒ.i.zucchari, li.i.aceti.v.radicum communiũ, ʒ.ii.in pecia rara bulliãt corticum citri,ſanda.ſpodii,an.ʒ.i. cinnamomi,ligni aloe,an.ʒ.s.doſ.ʒ.ii. in aurora cũ tepida.

Si uero continua ſit tertiana,& quotidiana ſit interpolata,multiplicentur frigida,& minorentur calida. Et illud ſi inæqualiter dominentur humores ambo,ſi uero æqualiter, etiam,ſed minus propter febris continuitatem ob quã uincit intentio choleræ.

Syr. ad ſe. compoſitã Syrupus ex inuentione noſtra efficax, & expertus compoſitæ ex cholera & melancholia. Recipe radicum fœni. endiuiæ,ſcolopendriæ,petroſelini, reſidentium in aceto, ana unc. i. thymi, epithymi, ana unc.ii.calendulæ, lauendulæ capil.uene.lupulorum,ana unc.i.liqui. paſſularum, enucleatarum,ana unc.i.le nticularum aquæ,nenupharis,an. unc.i.ſem.communium,corticum capparis,ana.ʒ.i.hordei, cicerum,ana. P.i.ſucci boraginis,& buglоſſæ depurati,ana drachm.vi.zuccha.lib.i. geleniabin unc.iii. aceti, radicum prædictarum,drach.iii.Aromatizetur cum cortice citri,ſanda.ſpodii,& ro.Doſ.in aurora ad digeſtionem procurandã. unc.ii.cum tepida.

Syrupus alius ex inuentione noſtra ad compoſitam ex phlegmate & melancholia,ut ex quotidiana & quartana. ℞ bedeguar,gummi,abſinthii,cuſ.thy.corticum cappa. origani,ſcolopendriæ,cum radice eupatorii,endiuiæ,an.ʒ.i.radi cum quinq; communium ſeruatarum in aceto, ana.ʒ.i.zuccha.lib.i.geleniabin,li.s.ſucci granatorum muzorum & pomorum dulcium,an.ʒ.s.aceti prædicti.ʒ.ii.in pecia rara bulliant,ligni aloes,cinnamomi,ana.ʒ.i.

SVMMA III. particulæ primæ, ſectionis ſecundæ, quæ eſt de medicinis febrium hecticarum.

Equitur ſumma tertia,Particulæ primæ,Sectionis ſecundæ,quæ eſt de medicinis febrium hecticarum continens capitula.iiii.

Generalis ſermo de feb. hecticis, & ſignis earũ omnium in communi. Cap.1.
De cura hecticæ febris. Cap.2.
De cura hecticæ ſenectutis. Cap.3.
De cura uel medi.hecticæ compoſitæ cum putrida. Cap.4.

De febribus hecticis & ſignis earum omnium in communi, & eſt generale. Cap. I.

Hecticadu plex. HEctica,corporis eſt exiccatio,& conſumptio. Et eſt duplex,quædam quæ eſt febris,& quædam quæ non eſt feb.& nominatur hectica ſenectutis de qua infra dicetur,licet ad ſectionem tertiam ſpectet, ubi de cura macredinis Chriſto duce dicemus:quæ uero eſt calor prætẽr naturam acutus,& fortis in humiditatibus notis quatuor membrorum radicalium fundatur & proprie cordis, cuius propria paſsio eſt omnis febris.Inquit enim Gal.non dicitur febris niſi cum caleat cor. Cuius ſunt duæ ſpecies ſecundum Gal.ſcilicet hectica abſolute, & maraſmus incipiẽs & completus,& ſunt ſecundum ſemitam inflammationis tantum prout Haliab. uoluit. Fit autem ſecundum duplicem modum,quia aut eſt incipiens,aut alium morbum ſequens, & ſecundum cauſæ diuerſitatem. Cum enim incipiens eſt eius cauſa interior eſt,& eſt caliditas aeris,motus corporei & animalis,& aliarum procatarticarum cauſarum perueniens ad cor principaliter, & de eo ad radicalia membra, uel econuerſo,uel utraque ſimul,& eſt plus inflammans,& ſua fixione in eis taliter,ut ſit calefacta, conſumens humiditates eorum ordinate ſecundum ſuperius dictum modum, & eſt raro.Raro enim caliditas exterior peruenit ad cor,& radicalia membra,cum frigida ſint & dura quòd inflammet ea uſque ad terminum,quin prius perueniat ad inflammandum ſpiritus & humores ſua caliditate paratos,& ſubtilitate & raritate ſubſtantiæ,niſi cum tantæ ſit acuitatis, & potẽtiæ & prætergrediatur illos,tãquam ſubiecto indiſpoſita ad retinendum impreſsionem ipſius,& perueniat ad imprimẽdum in ſolidis membris tanquam potentiæ ſuæ proportionatis,ut figatur in ipſis propter ſoliditatem ipſorum, & illud eſt raro:tamen poſsibile eſt.Inquit enim Algagel: uidimus enim quòd fulgur,ferrea inſtrumenta combuſsit, quæ in penariolo chirurgici continebantur, & penariolum dimiſit illæſum.Cum autem eſt ſequens alium morbum,cauſa eius eſt interior & calor eſt febrilis, ephemerarum minus propter debilitatem ipſarum & durationis breuitatem, uel illum quandoq; adiuuet membrorum diſpoſitio maior ad imprimendum,uel putridarum magis, ut hemitritearum, & proprie cauſonidorum prolongatorum ualde propter uicinitatem putredinis ad cor ipſum diſpoſitum & alia radicalia membra. Et apoſtemata & ulcerum magnorum uicinorum membrorum propter uicinitatem propinquam ut pulmonis, pleuræ, diaphragmatis, licet apoſtemata talium membrorum citius mortem inducunt quam ad hecticam completam perducant, uel uicinitatem remotam, ut hepatis, ſtomachi, renum, matricis,ueſicæ, uiſcerum, & ani, & proprie cum in cura ipſorum interueniat error. Cum enim tales febres putridæ accidentes prolongentur, primum corrumpunt humiditatem corporis: poſtea ipſum reſoluunt ſua uehementia, & rem ſiccam dimittunt cineritiam, unde dixit Aboa. deinde procedit ad membra ſanguinea,& ea exiccat ac liquefaciendo conſumit: nec tamen adhuc erit hectica, licet ad eam ſit diſpoſitio magna. Deinde cum ad exiccandum & conſumendum humiditates ſolidorum peruenerit & proprie cordis, hecticam facit certam. Et maxime cum in cura earum interueniat error,& ephemerarum ſimiliter, ut quia omittantur neceſſaria.Ex contingentibus interius approximandis,ut eſt aquæ frigidæ potus,& exterius ſuper cor & hepar.Et miniſtrentur ex nociuis, & inflammantibus cum ſuperfluitate, ut emplaſtrum ex artomellis, & intus, ut cibus carnium, & aquæ earum, & potus uini, & electaria calida, ut diamuſcum,& ſimilia propter caſum uirtutis, & frequentiam ſyncopis. Et quia in illis & ephemeris diatritum ieiunium obſeruetur in infirmo cholerico in ieiuniis laborantium corporis ſiccitate: talis enim error non prohibebit ab illis hecticam generari, ſed ut generetur auxiliabitur magis, ita,ut illis complicetur, uel illis recedentibus remaneat & procedat. Hectica uero quæ non eſt febris, nominata hectica ſenectutis eſt conſumptio & exiccatio corporis, & membrorum omnium abſque feb. Et quidem uocata eſt hectica propter conuenientiam cum prædicta hectica certa & uera, ſed compoſitio nomine ſenectutis propter differentiam quam habet ad illam. Conuenientiam enim habet cum illa in effectu ſiccitatis, & conſumptionis: utrobique enim eſt ſiccitas, & conſumptio. Differentiam uero habet ad illam in cauſa:nam in prædicta cauſa ſiccitatis caliditas inflammatiua, & febrilis exiſtit. In hac uero caliditas non eſt inflammatiua ut conſumat, ſed deficiens potius & quaſi mortifera,ut nequeat nutrimentum alterare quod reſtat,& membra corporis conſumpta & exiccata humectet,& hoc propter defectum humidi radicalis in quo fundatur.Quod contingere poteſt dupliciter. Vno modo naturaliter,ut ex defectu caloris prouenientis in decurſu ętatum,& depaſcentia humidi ab eodem coadiuuantibus exterioribus cauſis in reſolutione ipſius,& hæc proprie dicta eſt à Galen.hectica ſenectutis ab ætate. Eſt enim in ea dominium ſiccitatis cum frigiditate,ſenectus enim ſemita eſt ad mortem,quæ per frigidum, & ſiccum accidit ſecundum Gal.Et propterea talis hectica frequentius ſenibus accidit,rarius iuuenibus,& ratiſsime pueris,quam ſequitur incontriſtabilis mors,ut Gal.dixit.Alio autem modo accidẽtaliter,ut quia fiat ab ægritudine aliqua conſumente, ut eſt hectica prædicta febrilis,uel alia ex prædictis quæ ſiccitatẽ impreſsit,& cum extincta fuerit caliditas exuperans inflãmans & exiccans,& remanſit ſiccitas cum æqualitate in calore ſcilicet & frigore,licet raro contingat. Quandoq; ut plurimum ſuccedit cum ſiccitate & conſumptione frigiditas membrorum,ſtomachi,& hepatis proprie ab ipſa complexione mala frigida nutritiuorum ſimul proueniẽte uel ſucceſsiue, per modum compaſsionis ex uicinitate unius ad alterum,quare nutrimentum ſufficiens ad reſtaurãdum quod continue diſſoluitur digerere nequeat. Et proinde membra corporis quotidie exiccantur magis & magis, & hoc aut erit naturaliter procreata in eis, ut eſt uidere in melancholicis, aut accidentaliter acquiſita, ut ex aliqua ægritudine frigida uel malo regimine, & proprie ex potu aquæ frigidæ hora non ſua tempore ſanitatis, ut ſucceſsione exercitii inflammantis & reſoluentis uirtutem, & aperientis corporis poros,& meatus membrorum, ac prouocantis,ut aqua frigida ſubito trahatur ad uiſcera & debiliter,& quaſi caliditatem naturalem extinguat,uel ex ſtolida cura,ut ſuperflua extinctione,tempore ægritudinis & febris,cum his quæ aſſumuntur & emplaſtrantur, aut ex uaporibus malis & frigidis qui eleuantur ad cor ab aliquo membro,debilitãtibus eius calorem & ſanguiné, quare nutrimentũ in corpore non completur ſicut accidit in ſimia Gale.Et hanc uocauit Philippus ex ægritudine ſenectutẽ: quæ cum cõfirmata fuerit,ut quia ſolida membra tetigerit ualde,non curatur,& ſi eſſet curationis ingeniũ utiq; eſſet morti,ut rex Abo.dixit & Gal.

De ſignis. Signa ex ſignis hecticæ quædam ſunt ſigna permutationis aliarum febrium in ipſam quæ ipſam minantur,quędam ſigna ſunt ipſius per ſe incipientis uel poſt receſſum aliarũ, quas ſequitur,& quædam ſunt ſigna ipſius complicantis cũ putrida qua cauſatur.Prima ſunt prognoſtica,& ſunt dupli cia,quędam ſunt oſtendentia permutationem ephemerę in hecticam,& quædam permutationem putridæ in eã.Prima ſunt quoniam cum uides uehementiam & fortitudinem caliditatis in principio pluſquã conueniat naturæ ephemerę, & prolongationem eius ultra tempus quo declinare conſueuit,quod eſt tẽpus horarum.xii.ut plurimum,cum continuitate & fortitudine,& eſt multa corporis diſpoſitio in ariditate & macredine tunc timebis permutationẽ eius in hecticam.Secunda uero ſunt febris putrida principalis & remittitur fiatq; lenta cum continuitate æqualis nec habet periodos conſuetas cum rigore uel typo aliquo ſeu contritione,cũ pulſus coarctatione quemadmodum putridis, & natura ipſarum conuenit cum corporis ariditate incipiente:& urina eſt digeſta & unctuoſa,tunc ſuſpicaberis putridam permutari in hecticam.

Signa uero ipſius hecticæ per ſe uenientis uel exiſtentis poſt permutationem illarum in ipſam ſunt demonſtrati ua ipſius.Et ſunt duplicia:quædam ſunt ſigna demonſtratiua hecticæ febrilis,quædam uero hecticæ ſenectutis.Demõſtratiua hecticæ febrilis ſunt duplicia ſecundum duplicem eius ſpeciem.Circa quod ſciendum quòd hectica in principio ſui,ſeu in prima ſpecie,eſt difficilis cognitionis & facilis curationis,in fine uero uel proceſſu, ut cum deuenerit in maraſmum eſt facilis cognitionis & difficilis curationis: & hoc dum eſt incipiens in ſecundo gradu,aut impoſsibilis cũ cõpletus eſt maraſmus & factus eſt ad hubul,ſunt enim

radicalia membra ad tantam ariditatem ducta, conſumpta eorum radicali influẽte humiditate triplicis generis, adeo quòd quantumcunq; nutrimenti apponatur,præ defectu radicalis humidi calor in eis ut remaneat recreari ſeu uiuificari non poteſt:quemadmodum in carbone liciniiliceat addiſcere,qui cum ad ultimam ariditatem deuenerit, non poterit inflammam ſeruare,nec ulterius ſuperaccenſionẽ recipere quantũ cunq; ſuperinfundas oleum ſed circũpalpitat & ſemper fit minor,donec totaliter extinguatur.

De ſignis hecticæ ſimplicis. Hecticæ autem ſimplicis & abſolutæ ſigna ſunt, nã ſiquidem incipiens ſit, ſcias ipſam immediate fieri à ſolis procatarticis præcedentibus cauſis:ut ab aeris æſtu,ira,& labore nimio,fame & ieiunio facto.Cum uero facta eſt,ſeu aliũ morbum ſequens præcedere febres putridas dicas, nulla præcedente procatarticarum cauſarum quandiu hectica ſola ſit uidebis calorem ſuauem ſecundum primam immiſsionem manus,in moranti uero fieri mordicantem ſimul & ardentem & eſſe continuum & æqualem per ſe ſemper.

Pulſus. Sed ſumpto cibo poſt unã horam uel duas habere ſenſum incontritum,& pulſum in magnitudine addere cum in natura ipſius ſit & omnium hecticarum ſemper debilem eſſe pulſum ſpiſſum & paruum. Cum uero pulſus talis cũ prædictis ſignis ſic permanſerit,hectica ſola erit & abſoluta. Cũ uero mutabitur quia debilis,ſpiſſus, immaturus, & durus appareat, tunc hecticam ipſam ſimplicem etiam maraſmũ noueris eſſe.Cuius quidem ſigna prompte apparebunt tan quam manifeſta ualde,& ſunt, nam tũc pulſus erit paruus, debilis,ſpiſſus,& durus ad modum caudæ ſoricinæ perman ſiuæ,& urina erit unctuoſa magis,& petallas habẽs,& profundatio oculorum augetur,& corporis ariditas magna,& coloris mutatio uerſus nigredinem, & putredinem faciei, ita ut incipiat fieri uiſui uerſutus & ægrotans,& hoc quandiu incipiens fuerit maraſmus. Vrina.

Cum uero ad complementum deuenerit, pulſus prædictæ differentiæ augebuntur & fient in modum caudæ ſoricinæ finitiuæ,& oculorum profundatio augmentabitur, ut oſſa palpebrarum appareant eminentia, & palpebræ remanent apertæ,& lympitudo in eis ſicca,licet ſomnus eius nõ proprie ſomnus ſit,ſed potius impotentia uigilandi:tempora applanantur ualde,narium extremitates acuuntur multum,& oſſa maxillarum & menti acuuntur, & in omnibus membris & facie color mutatur ad nigredinem & pulchritudo faciei perit omnino,adeo ut fiat tornatilis & horribilis ualde, & cutis totius corporis & faciei arida ualde & puluerulenta,ut neq; extendatur ualde, & cum extenditur ſtat ſuſpenſa,& pili elongantur in ea & apparent pediculi & oſſa pectoris ualde eminentia & dictincta & uenter adhæret dorſo ac ſi uiſcera eſſent quaſi euacuata: & finaliter ungues curuãtur.Cum ergo curuantur & acuuntur, tunc incipit tendere ad occaſum, & liquefiunt chartilagines & ſequitur mors incontriſtabilis ſicut in hectica ſenectutis. Cuius uera ſunt ſigna maraſmi & conſumptionis, neq; apparet i corpore calor & inflãmatio, ſed frigiditas plurimũ tactu perceptibilis,& eorũ pulſus nõ eſt ſpiſſus ſicut pulſus hecticæ febrilis,ſed debilis,tardus,rarus & paruus, niſi fortis debilitas inſit:quoniã tunc incipiet fieri ſequens ad modum formicantis, & proprie in illis in quibus hoc accidit ex potu aquæ.Et urina erit alba,ſubtilis,aquoſa, & in reliquis diſpoſitionibus eſt ſicut ſenex. Signa citꝫ mortis.

De ſignis hecticæ complicatæ cũ putrida. Signa uero hecticæ complicatæ cum putrida cognoſci ſunt difficilia cum non ſint diſtincta: ſed adinuicem ualde confuſa.Et ſunt,nam in calore lento & continuo fieri uidebis aſcenſum caloris contritum aliquando cum rigore manifeſto,uel aliquo alio typo,uel aliquando ſine manifeſto, ſed cum pulſus coarctatione declinante eo cum ſudore uel ſiti aut cum euaporatione cum balneo remaneat caliditas et ſiccitas in arteriis & uenis maior quam in circunſtantibus partibus,cum uelocitate ſpiſsitudine motus non diſſoluti in eis. Et ſumpto tunc cibo iterum fieri eius aſcẽſum in contritum,et iterum redire ad primum,et ariditas et cõſumptio maior quam conuenit putridæ. Et urina rubea et unctuoſa, et ſimiliter egeſtio unctuoſa et humoroſa: et quandoque turbida.

De

De cura hecticæ febris. Cap. 2.

CVra hecticæ febris, si simplex sit & sola, ut quia incipiens sit, uel alium morbum sequens, ut putridam fe. absolute uel cum apostemate, quod cessauit euacuatione putredinis. Cura debetur proprie cum morbus factus sit, & non à causa dependens, licet dici posset incipiens, quia per suos gradus præcedens & simplex, quia nulli alteri est permixta. Si uero applicata sit alteri ægritudini, ut febri putridæ à qua ut plurimum est causata: si enim putredo adhuc manet in corpore: cura ipsi debita erit, composita ex præuisione & cura, ut infra Deo dante dicetur. Et cura quidem uera & simplex quæ debetur hecticæ soli consistit in duobus: in remotione nocentium, & in ministratione curantium. Nocentia autem sunt omnia ex. vi. rebus, calida & sicca, auferantur ergo omnia. Curatiua uero sunt tres res: alteratio febrilis dyscrasiæ: regiminis ordinatio: correctio accidentium. Intentiones quæ à causa cessante, ut quia interiorem efficientem non habeant quæ transiuit, ut putrida, licet conseruantem habere possit: cui iam immediate est præuisum.

Alterationem complent frigida minus, & humida magis: frigida .n. cum fortia sint, fortioris impressionis erunt quam natura membrorum in talibus facta ualeat tolerare. Et proinde lædunt & si dyscrasiam calidam alterant, non tamen siccam quinimmo cum naturam debilitent, ipsam à nutritione cum cibo deficere faciunt, quare feb. augebitur & siccitas, & effectus eius qui est consumptio membrorum: maxime si sint talia quæ siccitati sint iuncta, ut trochi. camphoræ & similia. Sic ergo nõ debent esse intensa, & dyscrasiæ proportionabilia, sed remissa potius cum sufficiant ad infrigidandum, & si non per quãtitatem & multitudinem, per iterationem tamen & uices, ut compleant in longo tẽpore quod oportet absq; nocumento, quod potuerunt, si fortia fuissent in breui complere cum nocumento. Humida uero cum non sint uehementis impressionis, ut in naturam nocumentum imprimant atq; defectionem, sintq; contraria utiq; dyscrasiæ calidæ obtundendo, & siccæ alterãdo ut earum consumptionis restaurando, uel saltem madefaciendo non sint talia, quæ caliditati sint iuncta, ut uinum & carnes, possũt eẽ fortiora frigidis, & magis excedẽtia, si nõ essentialiter & in gradu, effectualiter tamen, quia multiplicata in quantitate & tempore non tamen tantum quòd naturam suffocent, uel saltem oppilent. Quod si necessitas uti fortibus extinctiuis contingat & frigidis quæ sint nõ cũ humiditate vel temperamento passiuarum, sed siccitati cõiuncta, ut sunt ex simplicibus camphora, sandali, syrupus limonum, & alia plurima, & ex compositis trochi. de cãphora, oportet attendere illud conseruare, sic ut ante uel post uel simul cum talibus frigidis humida ministrentur, & etiã aliquid calidi humidi quod dyscrasiæ intentionem obtundat, & siccitatem medicinæ contemperet, calidum uero cõtemperet medicinę frigiditatis excessum ne membra percutiat & in contrariam dispositionem adducat, quæ incorrigibilior esset prima. Et ad illud euitandum periculum intus frigida remissa immittant, quæ humiditati sint iuncta ut iuleb uio. ro. succus hordei & aqua ptisanæ, & similia: quę si superfluant, non multum nocere possunt. Et si conceditur interius aliquid eius calidi misceatur quod contemperet, ne noceat ualde, ut dictum est supra. Et similiter si humida, caliditati erunt permixta, talia autem frigida sunt quæ supra in cura generali sunt dicta putridarum. Et ea quæ in alteratione huius fe. sunt propria secundum Gal. sunt duplicia: ut quæ intus assumuntur, ut medicinæ potabiles & comestibiles, & qui inspiratur aer: quæ quales oporteat esse subiungemus. Et quæ extrorsum applicentur, ut continens nos aer, cerota, & similia, ut emplastra & balnea. Medicinarum potabilium & edibilium quædam sunt frigidę & siccę, & earum quædam sunt simplices, & quædam compositę. Et ex simplicibus humidis potabilibus ẽ aqua hordei simplex uel cum candis, aqua lactucarum: semi. communium & omnium sensibilium: aqua lactis uaccini a quo extractum est butyrum & lac, mucilago psyllii & similia. Et ex comestibilibus sunt prædictæ cum substantia propria, & ex frigidis & siccis, ro. sandali, spodium camphora, & similia. Et ex cõpositis syrupus & iuleb uio. de cucurbitis, rof. & ribes & trochis. & dactyli, de camphora, & electaria quæ dicentur. Aer autem inspiratus & nos continens, debet esse alteratus frigidis & humidis, ut supra ibidem dictum est, talis .n. inspiratus & tractus per cutis poros, cordis dyscrasiam alterat, & omnium membrorum, & proinde hyeme nõ calefiet cum igne, ne poros oppilet, & febrem inflammet, defendatur indumentis ne sit congelatus: quo casu accendatur in camera paruus & leuis ignis.

Cerota autem sunt secundum duplicem modum scilicet simplicem & compositum: simplicem ut ex cera & oleo an. compositum, ut est ex eis pigmentis succis adipe & speciebus quæ infra dicentur. Talia autem cerotaria cum frigiditate & humiditate & permanentia multa in membris eorum dyscrasiam alterant. Sed ut illud agatur, suis sint conditionibus præelectæ quæ sunt expertæ suæ materiæ, & formæ, & cõseruationis eiusdem modi, loci, & temporis, usus ipsius. Ex parte quidem materiæ ut sit oleum electum: & est de cucurbita, salicibus, & uiolatum, de seminibus melonum, & rof. quod suam frigiditatem impellendo stipticitatem moderatam suam magis humectat, quam oleum simplex: ut Gal. ostendit, non ueniunt, sicut Gal. dixit. Sitque eorum cera alba & munda, paucę quantitatis, ne illud reddat spissum ualde & solidum, fit enim ex hoc difficile ualde penetrabile ad profundum, maxime cum sit frigidum, & oleum sit uiscosum, cera spissa & stiptica, & proinde si ex aliquo frigido ualde subtili fieri posset, optimum esset & efficacissimum, sed tale difficile est inuenire uel impossibile. Et si acetum sit tale non simplex frigidum est, sed aliquid habens calidi & sicci. Et proinde non ex eo fiat, sed ex eo aliquid illi admisceatur. Sitq; oleum ablutum cum frigida aqua, ut sua caliditas (siquam habere possit) auferatur, & frigidum fiat & humidum. Et proinde ex quo coagulatum est cerotum, abluatur cum frigida aqua pluries, & resideat in ea, ut conseruetur eius natura. Et ungatur frequenter ne calefiat, & ut alteret magis sit eius inunctio supra membra principaliter passa, ex quibus caliditas inflammans ad omnia corporis procedit, ut ẽ cor, hepar, & stomachus, & dorsum, sub quo uena magna existit extensa, multum sanguinẽ continens calidum inflammantem dorsum & totum corpus ad quod procedit. Alteretur ergo cum inunctione eiusdem ceroti, ut ad omnia membra transeat alteratus: ut supra in generali cura putridarum est dictum. Et si totum corpus inungas est bonum: sed post balneum, ut apertis poris subintret amplius. Emplastra ẽt, sicut in cura putridarum ẽ dictũ, sunt supra stõm, cor, & hepar applicanda.

Balnea quoq; debent esse suis opportunis cõditionibus præelecta scilicet materia, quantitate, & qualitate eius, loco, tẽpore ingressus & egressus ab eis, ut hora stãdi in eis, & aliis quæ sequuntur ad ipsum, ut sunt aquarum dulcium calida & frigida: calida oportet præcedere: debent autem esse euacuata, ut rarificent non constipent & resoluant, & semicupio facta pleno, abundanti aqua, ut totum corpus attingat: in qua sint cocta frigida & humida ex herbis, floribus, & fructibus: ut lactuca, semperuiua, melilotum, uio. & hordeum, & superaspensum oleum aliquod ex prædictis in domo locato & iuxta lectum infirmi, ut in eis facilis sit ingressus: sitque gradatus & paulatim & post complementum digestionis primæ, & antequam fiat uacuitas, & fęcibus euacuatis.

Si autẽ sumatur aqua hordei duabus horis cyphus unus in quo stet quo ad delectationẽm & membra corporis & cutis uideantur in tumorẽ eleuari, nec sudet aliquo modo, tunc statim egrediatur, ne tracta humiditas nutrimenti ad membra resoluatur & debilitetur ægrotans. Est .n. tempus humectandi & faciendi carnem acutam euaporandi locum secundum Gal. Et cum egressus fuerit sequi oportet balneum frigidæ aquæ. Sit autẽ paucę frigiditatis & quasi tepida: & super corpus præ balneatum in calida subito effundatur, ut tracto calore ad ipsam, non effundatur à frigiditate illius: sed propterea debet esse pauca, ut calor retrahatur in membris atq; humiditas tracta retineatur, & nõ permittatur resolui, sed infrigidet & humectet. Et proinde in lecto de corio aqua pleno uel uento hora æstatis proprie extunc locetur, ut quiescat, nec cooperiatur ut sudet: nec quoque ut rigeat. Tale enim balneum per se & per accidens talibus confert. Alterat enim caliditatem resoluendo humiditates corporis inflammantes illam sua caliditate temperata acquisita: & sua naturali humiditate subintrante poros siccitate membrorum, & ariditatem madefaciendo & irrorando humectat, & sua frigiditate naturali ad quam redire est apta inflammationem extinguit: quod in alio euenire auxilio ex prædictis difficile est: si enim per se conferat, per accidens nocet, & econuerso, & extunc detur ilico lac.

Si uero contingat ex tali frigido balneo naturam terreri quãdoq; eo dimisso docuit Gal. post exitum corporis à balneo calido, oleis prædictis, & cerotis inungi propter eandẽ causam, quod melius est cum non terreat & magis humectet, cum magis permaneat, ut supra auctoritate Gal. dictũ est. Et deinde lac dari, & dimittere infirmum quiescere donec lac digeratur usq; ad horam diei tertiã prandii. Et post digestionem fricari manibus mollibus, donec rubeat cutis, ut nutrimẽtum lactis trahatur ad membra: deinde hora tertia cibare, & quiescere usq; ad cœnam, & tũc ante cœnam fricare iterũ: deinde cibare, & permittere quiescere & dormire usq; ad secundum balneum in mane sequenti: deinde similiter agere, licet non sit malum bis uel ter in die ingredi balneum, maxime si delectet.

Modus cibandi.

Sed lactis conditiones oportet hic attendere, quæ sunt plures, ex parte animalis scilicet, à quo accipitur, & regiminis eius à tempore sumendi, & à modo, à quantitate & mixtione. Animal autem sit mulier, seu fœmina iuuenis, & sana. Est enim melius lac mulieris, & proprie maturæ ætatis cæteris propter conformitatem, si non abhorreat æger, uel asinæ similiter, uel capræ iuuenis & pinguis, & sit earum regimen in frigidis & humidis, cibis & potibus. Tempus autem sit post balneum ilico, & si præmittatur emulsio eius supra dorsum ante ingressum balnei, bonum erit. Modus autem sumendi est, ut sugat patiens de papillis ne alteretur ab aere antequam sumatur, & hoc si tolerat, quòd si non, statim cum mulsum fuerit cum naturali caliditate propinetur. Quãtitas autem eius sit quam digerere bene possit. Et proinde primo parum detur in quantitate. ℥. iii. quam sit bene digeret, addatur ad eam paulatim, donec ad sufficientem peruenerit quantitatem: si uero male, minuatur ex illa, sed mixtum sit illi parum mellis, uel zucchari, aut salis, ut prohibeat eius caseationem in stomacho, quæ penetrationem eius à membro prohibendo fit causa prauorũ symptomatum, sicut supra in stomacho est dictum. Et canon dãdi in potu lac acetosum à quo extractum est butyrum, est proximus illi.

De conditionibus lactis exhibendi.

Regimen autem cibi & potus & aliarum rerum non naturalium completur. Nam oportet, ut eligantur ex cibis & potibus, frigidi parum, & humidi plus, facilis digestionis, boni & multi nutrimenti, quales sunt facti ex granis & panis tritici ablutus in frigida, succus ptisanæ, aut hordei, coriandrum præparatum in pulmento habens aceti parum: & ex animalibus sumpti & proprie lac uaccinum à quo extractum est butyrum, quoniam est multi nutrimenti. Et aquæ carnis pullorum gallinarum, perdicum, fasianorum, ardearum, & hędorum, decoctæ cum coriandro uel lactucis, carnes ipsæ, & testudinum, & limaciarum purgatarum & cancrorum fluuialium, & serpentis albi, uel gallinæ nutritæ ex eo cum frumento decocto quando indiget præ debilitate. Et hepata gallinarum, testiculi gallorum, & oua sorbilia, & caseus recens pinguis non salitus, si appetit. Sint autem carnes decoctæ in aqua hordei cum lactucis, uel assæ parum, ut humiditatem naturalem conseruent, & præparatæ in gelea acetosa parum. Et ex fructibus recentibus, cucurbitæ citrul. melones dulces & indi in quantitate pauca, & granata dulcia & poma. Et ex siccis amygd. pineæ, fistici, & auellanæ. Et ex potibus sunt aqua hordeacea & aqua frigida, si non fuerit quod prohibeat: non tamen sit multa & fortis frigoris ne extinguendo caliditatem subito ad mortem, uel saltem ad hecticam senectutis adducat, quæ difficilioris curationis existit, sed longioris uitę. Et forte esset melius perduci ad illud quam in marasmum completum per eam ubi ad curam alia non sufficeret medicina. Fortasse propter debilitatem & digestionem conceditur uinum subtile, album pauciferum, bene lymphatum cum frigida. Tempus autem eius & hora sit consueta: quantitas uero pauca & sæpe: sic enim conuenit ei, cum morbus de inanitione cum uirtutis defectione existat. Et etiam ex cibis & potibus, & medicinis humectantibus ministretur, quod supra in cura malæ cõplexionis siccæ stomachi dictum est, prouidendum autẽ ne in oppilationem perducant. Aliæ quoq; res ad humiditatẽ mutentur: his enim omnibus uel pluribus hectica simplex, uel sola curatur facilius. Quod si negligatur eius cura ut trãnseat in marasmũ difficilius curabitur, ut est dictũ. Oportet ergo tunc, ut multiplicentur prædicta, & diutius ministrentur ne transeat in marasmum completum, qui omnino est incurabilis. Et proinde curam dimittere melius est, si nõ desperet infirmus, quapropter prosequenda est cura, sed cũ protestatione, siue prognosticatione præmissa. Melius est enim cum spe benigna mori infirmum, quàm sine spe ipsum signis prognosticis dimittendo, ut Gal. ait. Oportet autem, ut in balneum cum linteo imponatur & extrahatur, cũ non possit per se egredi, sicut tempore præcedenti.

Administratio uictus.

Accidentium uero correctio est accidentium quæ superuenire consueuerunt hecticis, quibus ante aduentum melius est obuiare quàm post aduentum remedium inuenire: non enim tunc bene corrigibilia sunt, præ debilitate naturę ex corporis consumptione in ipsa. Et sunt syncopis, de qua supra est dictum multoties, & fluxus uentris, ut diaria: & ex defectione uirtutis est, & ipsa est causa maioris defectionis ipsius. Sit autem cibus eius ex pane tortellarum de sceni ex lacte decocto cũ lapidibus fluuialibus ignitis, uel ferro, aut igne solo, donec consumatur aqueitas, quia fit solutiuum, & farina panicii, milii, uel rizi, decocta cum ipso: & carnes prædictæ assæ, & potus eius aquæ ferreæ, uel pluuialis, & uini stiptici & pontici. Et medicinæ eius, ex simplicibus, spodium, gummi ara. charabe, se. acetosæ, granorũ berberis, psyllium assum, & bdellium mechium, proprie & sumach. Et ex compositis, est trochis. de spodio, de dactylis, de balaustiis, & de terra sigillata, si ad excoriationem deuenerit, & cum clysteribus, emplastris, & aliis medicinis, quæ superius habuisti. Et ex illis est appetitus defectus, de cuius rectificatione supra in sectione prima de medicinis stomachi dictum est.

Confectio trochis. de dactylis. ℞. dactylorum immaturorum, drach. iiii. spodii armeni, aure. iiii. rof. drachm. vi. portulacæ, citrulli, cucur. charabe, ana drac. iiii. fiant ex eis trochi. dosis, drach. ii.

Cõfectio ad fluxũ ventris.

Confectio alia ad fluxum uentris. ℞. boli arme. ʒ. v. castanearum torrefactarum, rof. an. ʒ. iiii. spodii, charabe, berberis, an. ʒ. iii. fiãt trochis. ʒ. i. cum succo citoniorum, & detur in potu cum aqua pirorum.

Balnea.

Balnea conuenientia talibus, sunt thermarum naturalia. Et proprie sunt balnea ortodonicæ, calaturæ, & arcus, & tripergulæ, & balnea resinæ in æstate; artificialia, sicut aqua fontis dulcis simplicis, uel decoctionis rerum humectãtium, ut herbæ crassulæ, uel semperuiuæ, & uermicularis, & cymbalariæ uiolarum, nenupha. hordei, meliloti, & chamæ. Et sunt qui supereffundunt oleum uio. uel de amyg. uel de cucur. uel se. eius, uel melonum, uel ipsorum, uel lac mulieris, & est efficax. Et aliqui decoquunt axungiam animalium & clysterizant cum ea.

Cerotum ad eos.

Cerotum expertissimum ad eos post balneum quo inungitur dorsum, spina tota, & uniuersum corpus. ℞. axungiæ gallinæ, anatis, anseris, & porci recentium, ana. ℥. iii. medullæ crurium uituli. ℥. iii. lactis mulieris, uel asinæ. ℥. iiii. olei. uio. olei sesami. uel amygd. dulcium, ana li. s. ceræ albæ, unc. vi. ita quòd sit liquidum parũm, succi crassulæ, uel semperuiuæ. ℥. ii. pulueris ro. ʒ. i. & est efficacissimum ad hecticam febrilem & senectutis: & etiam sine succis pluribus frigidis dictis. Et sunt qui ad extinguendam inflammationis intensionem induunt ægrum camisiam sandalis lotam cum camphora. Sed in ea est timor, sicut supra in capitulo generalis curationis est dictum, & in sudore diaphoretico sectione prima.

Electarium restauratiuum consumptionis ipsorum ualde

de efficax,& expertum.℞.feminum lactucarum, portulacæ papaueris albi,an.3.i.feminũ cucurbitæ,melonis, & citrulli,an.3.iii.fem.citoniorum mundatorũ.3.iii.liqui.3.i.ſe.coti mũdi.3.i.s.ſe.ſeſami.3.iiij.capitum uio.3.i.ro.3.i.&.s.farinæ hordei,amyli,an.3.i.zuccha.nabit.3.i.cinnamomi dulcis.3.ii.gũmi ara.gũmi,dra.an.3.i.garyophil.charabe,an.3.i.penidiarũ.3.i.&.s.ſpicę.3.i.ſyrupi roſ.quod ſufficit.Et impinguetur cũ carycis,amyg.dulcib. excorticatis,pineis purgatis,fiſticis mundatis,ana.3.i.Doſis qualibet hora in quantitate nucis,& ſuperbibatur parum uinum.Eſt efficax & expertum in hectica febrili, & in hectica ſenectutis ualde frigidis ex eo ablatis.

De cura hectice ſenectutis & medicinis. Cap. 3.

HEctica ſenectutis ſi in ſenibus ſit, curam non habet, cũ in eis defectus uirtutis naturaliter inſit, & quod naturaliter ineſt ſemper ineſt,uel ut plurimum, dixit Ariſt.habeatq; in eis cauſam conſeruantẽ,ſimilitudinem ætatis.ſ.& complexionis concurrentis cũ ea. Et proinde remediari poterit non curari: quinimmo ſi ſola ætas quædã naturalis ægritudo eſt,ut uiſum eſt Gal. cum in ea ſit dolor,& labor incurabilis, quid ſi ſuperaddatur accidentalis dyſcraſia,& conſimilis? certe multo magis incurabilis remanebit,& quid ultra ſi correctionem haberet?multo magis perpetuaretur uita,uel non haberet utique tempus perficiendi operationes in melioribus.Si uero in iuuenibus ſit,plurimum curam habet,& magis ſi pueris inſit, habent enim iuuenes naturam forte reſumibilẽ naturaliter, & ſi accidentaliter ſit defecta,& pueri multo magis. Et proinde à fortitudine naturali apti ſunt reduci ſecundum magis & minus,niſi accidentaliter ficcitas ſit confirmata, ut quia tetigerit adeo membrã ſolida,quòd tertia humiditas poſita ſit in periculo nõ ultra extendi, iam totali cõſumpta,& ſi non in toto,in parte utili & maiori.

Cura. Et quidem remedium in cura eſt ſoda dyſcraſiæ ſiccæ alteratio,quę quidem cum frigiditati ſit iuncta,complebitur cum humectantibus calidis temperate, qualia ſunt quę in cura hecticę febrilis ſunt dicta,minus eis, aut cõmixtis aliquibus calidis odoriferis,& cum actuali caliditate minori approximatis. Ex quibus eſt balneum prædictum decoctis in aqua eius floribus chamæmillæ,meliloto,& calidius actu quam febrili conueniat.Et quale eſt lac,à quo non eſt extractum butyrum habens plus mellis,& mel ipſum quod eſt ultimum in iuuamento iſtis,ſicut ultimum in nocumento febrilibus dictis. Et quales ſunt aliæ medicinæ humidæ & calidæ,& ut clyſteria facta ex fœnugræco, ſemine lini, capitibus & pedibus agni,oleo chamęmelino,& ſeſamino, & melle,& ſyrupi ex aqua decoctionis ipſorum,& proprie ex floribus chamęmillę, & ſeſamo, & zucchаro nabit, & melle.Et electaria ex calidis & humidis,ut pineis, dactylis maturis,paſſulis,fiſticorum,amyg.dulc.liquiri. & aliis ſimilibus illis.Et cerotaria ex oleo ſeſamino, uel amyg. dulciũ cũ cera rub.Et frictiones fortes trahentes non reſoluẽtes. Et quales ſunt cibi calidi humidi potentia:etiam actu facile penetrabiles & uelocis deſcenſionis, in quibus nõ ſit niſcoſitas,ſicut aqua carnis,& uitella uorum ſorbilium, hepata gallinarum pinguium, & carnes nouæ columbæ non pingues ualde cum aqua roſ. & fructus prædicti, & potus uini maturi ſubtilis & odoriferi conuenientis quantitatis minus lymphati.Et qualia ſunt alia ex nõ naturalibus rebus proportionabilia illis.Et ſi ſiccitas cum equalitate actuarũ ſit iuncta,cum eis fiet eius curatio,remiſsis tamen à caliditate naturaliter,uel artificialiter ſaltem mixtione.

De cura & medicinis hecticæ & putridæ complicatæ. C.4.

HEcticæ febrilis cum putrida complicatæ, cura eſt quatuor res. Prima abſciſsio cauſæ. Secunda alteratio febrilis dyſcraſiæ.Tertia regimen. Et quarta correctio accidentium.Abſciſsio cauſæ,eſt putredinis euacuatio,& multa mũdificatiua. Ipſa .n. putredo exiſtens febrilis putredinis cauſa immediata, quæ eſt cauſa hecticæ,aut cauſa eſt hecticæ mediata, & ſic cauſa eſt cauſæ.

Et pro eo cura ab ea eſt recto ordine inchoanda,nam ea euacuata ceſſabit putrida,& hectica conſequenter, & ea manente quantuncunq; febris utriuſq; magnitudo & incẽſio poſsit remitti,ſemper tamen procedit conſumptio præter reſeruationem putredinis prolongantis febrem à remiſsiuis cauſatam.Inquit enim Gale. Non eſt poſsibile diſpoſitionem ullam curare finaliter, manente adhuc cauſa faciente eam,& propterea à putredine inchoãda eſt cura. Inquit enim Aboa.cum duæ ægritudines iunguntur, ab ea inchoanda eſt cura quæ cauſa eſt alterius, ſine qua alia curari non poteſt.Qualiter aũt,& quibus curetur,& euacuetur putredo ſuperius dicta eſt. Alteratio quoq; febrilis dyſcraſiæ qualiter & quibus cõpleatur medicinis, ſuperius eſt dictum.Et tamen,quia dyſcraſia febrilis eſt magna,nam ad conſumptionem perducens quaſi præuendicans ſupra curam,oportet ſimul digerendo & euacuando putredinem dyſcraſiam alterare,& ſi non conueniat in auxiliis utriq; cauſæ.ſ.& feb.nec cõe auxiliũ impẽdatur, & ſimplex phlegmatica,uel melãcholica ſi putredo,q; naturaliter talis inuenire é poſsibile ſecundum Gal. dicentẽ. Itaq; in cõtrariis diſpoſitionibus difficile eſt inuenire auxilium quod multũ proſit,obſit aũt nihil, fiat ſm artem compoſitũ in partibus mixtũ,aut diſtinctũ loco uel tẽpore ſit æquale, ſiue inæquale,æqualitate,& inæqualitate ſeruata,ut ſic alteretur febrilis dyſcraſia,quòd non incrudetur putredo,& illud fiet ſi alterantia exterius & interius non remiſſa calida miniſtrentur.Et proinde lac denegetur, quantũcunq; enim cõuenit hecticæ immediate,magis tamen nocet ei mediate,quia putredinem auget,quæ cauſa eſt ſuæ cauſæ. Et ſimiliter balneũ,donec ſit digeſta putredo,& aliis auxiliis procuretur, quæ & ſi alteri noceant,non tamen ualdæ quæ tuę diſcretioni relinquimus cauſa breuitatis, & regimen, accidentium correctionem,cum omnia ex prædictis ſint nota.

PARTICVLA SECVNDA, Sectionis ſecundę, continens ſummas quatuor.

Equitur ſecunda Particula,Sectionis ſecundæ, quæ eſt de medicinis apoſtematum, quæ plurimum febris ſequitur de partibus chirurgiæ continens ſummas quatuor.

SVMMA. I. eſt de medicinis apoſtematũ ſanguineorũ continẽs. Ca. 13.

Sermo generalis in apoſtematibus,cauſis ſignis,& cura omnium. Cap.1.
De phlegmone,& eſt apoſtema ſanguineum, & de medicinis eius. Cap.2.
De apoſtemate glandularum,ſeu phlegmone earum,& medicinis eius. Cap.3.
De phlegmone quod dicitur antrax,& carbunculus,& medicinis eius. Cap.4.
De phlegmone,quod ſpina dicitur, clauus uel furunculus, & medicinis eius. Cap.5.
De pruna,ſeu carbone,& igne perſico, & medicinis eius. Cap.6.
De uena egrediente,& medicinis eius. Cap.7.
De panarício,& medicinis eius. Cap.8.
De apoſtematibus paruis ſeu puſtulis illius generis,ut ſunt morbilli & uariolæ,& medicinis eorum. Cap.9.
De exituris calidis extrinſecis,quia de intrinſecis in prima Sectione eſt dictum,& erit ſermo generalis in terminationibus apoſtematum. Cap.10.
De appropriatis apoſtematum ſecundum diuerſitatem mẽbrorum in quibus fiunt. Cap.11.
De eſtiomeno,& cancrenis eius. Cap.12.
De moro,& medicinis eius. Cap.13.

Sermo generalis in apoſtematibus, cauſis, ſignis & cura omnium. Cap. I.

APoſtema ſecundum Gal.eſt tumor præter naturam quo mẽbra magnitudine deficiũt ab eo quod eſt ſecundum naturã. Diuiditur autẽ & uariatur per genera & ſpecies uariatione ſuarum cauſarũ,penes quas eius cura ſeu medicatio plurimum uariatur, & proinde ad curã neceſſariã requirẽdæ,prout ad Glauconẽ docuit Gal. quæ ſunt quatuor,materialis,formalis,efficiens,& finalis.

Materialis eſt duplex,una in qua eſt omne membrũ habens regimen,adeo ut in oſſe & cerebro etiã fieri poſsit, quãquam Serapioni uideatur contrariũ,eo q; recipere nequeunt extenſionem magnitudinis & tumoris quæ eſſentialia ſunt apoſtemati ipſi.Ad quod rex Abo.reſpõdit oſtẽdens quod in prædictis membris poſsit fieri apoſtema ſic, omne quod recipit nutrimentum & recipit augmẽtum ſuperfluitatis ipſius,cum in eo collecta fuerit, recipere poteſt & extenſionem,& ſi non magnam,ut expedit in apoſtemate proprie,tamen aliqualem recipit,quæ ſit ſimilis apoſtemati ſenſui manifeſta ut hoc dici poſsit quod fieri poſsit apoſtema in eo,ſiue ſit conſimile,cuius ægritudo eſt principaliter,ſiue officiale,cuius ægritudo eſt, conſequenter, & tamen à natura eius mutata formam accipit,ſcilicet magnitudinem & tumorem,eo quòd læſio naturæ ipſius & operationis ſimiliter eius magis manifeſta eſt ſenſui quam læſio naturæ conſimilis,licet principaliter ſit in ipſo.

Alia materialis eſt ex qua.Et eſt quatuor humores,aquoſitas & uentoſitas,penes tales cauſas diuiditur in genera & ſpecies eſſentiales. In genera, nam apoſtematum aliud calidum aliud frigidum.In ſpecies,nam calidi quoddam eſt ſanguineum,quoddam cholericũ,quoddam commixtum. Et frigidi quoddam phlegmaticũ, quoddã melancholicũ, quoddam aquoſum,& quoddam uentoſum,& ea quę genera ſunt illorum,licet ipſius materia plurimum mixta ſit. Verũ quia morbi ſpecificati cura magis propria eſt & certa,apparetq; apoſtema inquantum morbus & accidens eſt, ſpecificetur dupliciter,ut per ſubiectum in quo,& eſſentiã eius dependentem à materia eius ex qua, ſecundum dupli cem eius generationem dictam.Et medicina ſeu cura propria ei debetur ſecundum conſiderationem quidem prout eſt membri organici,à cuius natura curationis ſumitur ingenium,ratione cuius ita eſt morbus uni mẽbro proprius quòd non alteri.uerbi gratia, ſirſen, phrenefis, lithargya, pleureſis,peripneumonia,& ſimilia, iſta ſunt ita organicis membris,à quibus denominationẽ reçipiunt,propria ægritudo,quòd non alteri,quia non hepati, neç ſtomacho,nec renibus,nec ſimilibus eis.Et ſub hac ratione eius cura cecidit,ſeu pertinuit ad ſectionem primam, ut quia in ea egit de cura apoſtematum occultorum mẽbrorum.ſ. in profundo corporis poſitorum,quæ officialia ſunt,ſecundum uero conſiderationem ſuæ eſſentiæ qua morbus calidus eſt & frigidus à natura humoris procedens,& ſic eſt ſimilis in conſimili membro à cuius natura, curationis uia ſumit ingenium,quia quantitas calefaciendi & infrigidandi & exiccãdi & humectandi habetur ab ea, & cadit ſeu pertinet ad hanc ſectionem ſecundam,ut quia agatur in ea de cura apoſtematum apparentium ſcilicet cutis, & ſubcutaneorum, ut carnoſorum quæ uniuerſaliter totius habitum comprehendunt,licet infraſcripta cura inquãtum generalis intrinſecis ſit communis.

Cauſa efficiens duplex eſt ſcilicet intrinſeca & extrinſeca.Intrinſeca uero eſt duplex ſecundum duplicem modum fiendi ipſius.Nam aut fit ſecundum modum influxionis,& eſt ut plurimum,& tunc cauſa eius erit triplex,ut ex parte influentis ſeu mittentis,ut corporis totius, uel membri,& eſt plethoria uel cacochymia,cum uirtutis ipſius fortitudine non abſolute.Secunda eſt ex parte membri recipientis, & eſt debilitas eius naturalis uel temporalis, & uacuitas diſponens ad recipiendum,& dolor fortis & caliditas in attrahendo coadiuuans,etiam ſi non ſit eius ſitus inferior & mittentis repletio non exiſtat.Tertia eſt uiarum aptitudo, quia ipſarum largitas, uenarum uel pororũ demittente ad recipiens protenſorum.Inquit enim Ioan. Modi morborũ & in naturali melancholia cum aliquo humorum concurrẽtium ad infirma membra ſunt quatuor. primus eſt uirtus membri impellentis & debilitas recipientis. ſecundus eſt multitudo humorum.tertius eſt debilitas uirtutis nutrientis.quartus largitas uiæ, ut pororum, ut ſupra in iuncturis eſt dictum.Aut fit per modum congeſtionis, & illud fit raro.Cuius cauſa eſt debilitas ſola membri in quo apoſtema eſt,quare non ſuum poteſt proprium conuertere nutrimẽtum totum,uel ſecundum partem,quia membrum ſit paruũ & nutrimentum multum,uel quia nutrimentum poſsit conuertere,ſed ſuperfluitatis eius nequeat expurgare,uel debile in ſe.uel quia ſint multæ,craſſæ,& uiſcoſæ,aut imbibitę, & uel quia ductus ſint obſtructi,uel quòd deficit ei exercitium, uel euacuatio naturalis conſueta ei uel artificialis.

Inquit enim Gal. Etenim tẽtat quidem natura ſuis ſemper utens uirtutibus aſsimilare his quæ nutriuntur quodcunq; fieri poteſt benignum,expellere uero quod non eſt tale. ſi uero quandoq; propter craſsitiem,uel uiſcoſitatem,uel ſubtilitatem imbibitam uel multitudinem ſuperfluitatis, uel propter quandam ſtructionem,uel propter ſui ipſius imbecillitatem nequeat ex ſe expellere quod malum eſt,neceſſe eſt & ipſum morans ſm animalis corpus corrumpi,& in ipſa particula ægritudinem procreari, ut apoſtema, quod uel erit fiẽs,uel factũ.Fiens ut dũ materia influit uel generatur & coadunaẽ in uacuis membrorũ regionibus. Factũ uero cum iam influxit uel generata eſt uel coadunata & dicitur proprie extura.Et eſt habens quatuor capitula.

Cauſa uero debilitatis utriuſq; membri interior plurimum eſt malitia complexionis diuerſæ,uel æqualis, naturalis uel accidẽtalis,& eſt humoris uitio ut plurimum, uel ſine obſtructionis cauſa plurimum eſt coarctatoria, & eſt multitudo humorũ & ſuperfluitatum, & ipſarum craſsities & uiſcoſitas ex regimine procedens uel natura mẽbri,quia ſint eius ſuperfluitates tales,ut ſunt nerui, panniculi,oſſa, & ſimilia,& eſt cauſa antecedens.

Cauſa uero extrinſeca,& eſt cauſa primitiua cõis,quantum ad utrunq; fiendi modum,eſt malitia regiminis nõ ſolum in cibis & potibus,ſed in aliis omnibus neceſſariis rebus non naturalibus,taliter ut ex eis procedãt omnes cauſæ extrinſecæ, prænarratæ, & motus humorum influentiũ uel multiplicatio & aggregatio ipſorum in membro apoſtemando ex quibus ſunt maxime motus fortes, corporei, & animales,& uinum,& etiam cauſæ non neceſſariæ,ut cauſus,percuſsio,morſus,& ſimilia.

Cauſa formalis eſt detractio naturalis membri magnitudinis apati ab eo quod eſt præter naturam. Et ſecundũ hãc diuiſionem diuiditur apoſtema, quia aut eſt tumoris grandis,ut apoſtema eſt,aut parui,ut eſt puſtula & bothor.

Cauſa uero finalis q̃a aut erit ſalubre aut mortale quantũ ad finẽ ultimũ,aut quãtũ ad finẽ mediũ qui ẽ aliquo modorũ ſex,q̃a aut reſoluẽ,aut maturabiẽ, & ſaniaẽ,aut lapideaẽ,aut putrefit & corrũpetur fætenter, aut ſubito aperietur & ſuffocat,aut permutatur. Et melior harum eſt reſolutio.ſecunda maturatio ſeu ſaniatio, mala eſt apertio ſubita & ſuffocatiua, deinde corruptio, lapideatio uero media, eſt permutatio poteſt ſe habere ad bonum & malum.

De ſignis. Signa.deinde ad curã apoſtematis certã & completam, oportet inueſtigare ſigna generum & ſpecierum & cauſarum eius.Dictum enim eſt ſupra in principio operis auctoritate Gal.quòd cura cuiuslibet morbi confeſtim ſequitur cognitionem facientis cauſæ, adeo ut dicat ad Glauconem. nihil mirabile intantum medicos peccare in ſanationibus, inquantum & in cognitione falluntur. Signorum ergo apoſtematum quædam ſunt generaliſsima, quorum quædam ſunt exteriorum, quædam interiorum.

Exteriorum ſunt manifeſta ſenſui, ut apoſtematum exteriorum membrorum, & ſunt tumor & inflatio. Interiorum uero quædam ſunt eſſentialia & communia omnibus, ut ſunt grauitas uel tenſio, & inflatio ſeu tumor ſi ad ipſum cum medio perueniat ſpiritus, ut quia fuerit in ſtomacho hepate uel ſplene. Quædam accidentia ex communitate propter uicinitatem uel colligantiam, ut tenuitas in myrach uentris, extenuatio corporis ſubita & in oculis concauitas repentina. Quædam ſunt ſigna generum ipſius. Nam ſi ſit calidum prædictis ſignis addetur inflammatio & dolor acutus, & fortis, & perdurans. Et hoc ideo,quoniam in eo non ſolum eſt repletio,ſed malitia complexionis diuerſæ & continuitatis ſolutio,quæ & ſi ſigna ſint, ſunt etiam concauſæ ut ſupra dictum eſt,quibus ſiens apoſtema, ſi non obuietur ad factionis

nis complementum breuiter producetur. Et proinde Hip. In aph. 5. inuenimus in apho. dixisse. Dolores in lateribus & pectoribus, uel in aliis corporis partibus si multum steterint ad discernendum, mali sunt, & est etiam febris, maxime si sit cordi propinquum et putrefactum seu saniem faciet, et ét comitantur illa. Et signa specierum quæ est materia sunt dependẽtes, sunt signa materierum ipsius ex quibus fiunt, quæ infra dicentur. Et sunt in summa. Nam siquidem sit cãlidum et materia eius sit sanguis, accidentia prædicta erũt obtusa. Si uero cholera, erunt intensa. Si uero adusta, erũt intensiora. Si uero frigida, dolor erit paruus, nec tumor magnus et acutus, quia materia est diffusa & uiscosa non bene congregabilis, nec est febris inquantum huiusmodi, nisi per putrefactionem caliditatem acquirat.

De signis. Et signa specierum infra dicentur, & sunt in summa signa dominii phlegmatis uel melancholiæ, & si peruenire possit ad ea sensus, in phlegmatico sentiet frigiditatem albedinem & mollitiem. In melancholico, duritiem et fusci tatem absq; dolore omnino. Et in uentoso, tensionem resistentem tactui cum dolore.

De signis. Signa uero subiectorum seu causarum materialiũ sunt. Nam si fuerit in membro sensibili neruoso, erit dolor acutus, pungitiuus & fortis quandoq;, perducés ex cõtinenti ad spasmum, alienationem, & anhelitus nocumentum, & pulsus est serrinus. Si uero in membro insensibilifiat, fit in eo grauitas sine dolore acuto, uel est dolor grauatiuus & pulsus undosus. Et signum proprii membri officialis in quo est nocumentum operationis illius.

Et signa modorum sunt, nam si per modum influxionis fiat, uidebis signa repletionis totius uel alicuius membri & uenarum, & debilitatem membri, et per eorum euacuationem cessat uel minuitur apostema. Si uero per modum congestionis, signa debilitatis membri apostemati sola aderunt, uel cum regiminis malitia & prædictarum priuatione. Et si quoq; fit in fieri, uidebis augere timorem et accidentia quotidie parum post parum. Si uero factum, iam materia est aggregata cum cupo tumor permanebit in esse suo, et dolor et febris extunc augebitur propter digestionem materiæ quę extunc incipit fieri, si fieri debet.

De signis temporũ. Signa uero temporum eius sunt tripliciter sumpta, ut quia penes essentiam eius, penes accidẽtia, & penes signa digestionis & indigestionis. Penes essentiam quidem, nã in principio incipit tumescere membrum, deinde augetur donec stet, deinde stat in ultimo in regionibus membrorum, deinde minuitur et resoluitur si debeat esse salubre. Sed dices ubi sunt uacuæ regiones membrorum, cum dicat Ari. non esse dare uacuum in natura? Cui respondet Gale. dicens. Qm autem in continuo non est dare uacuum, & si aliquid influxerit, concurrunt ad se inuicem uniuersę particulæ corporis, quẽadmodum et in aqua uidemus, si ergo concurrunt, ppter effluxionem, ut quid non rarefiant propter influxionem, sic ergo sunt, et si non actu, potentia tñ.

Penes accidentia uero, nam si in principio fiunt, prędicta essentialia erunt leuia, et cum puenerit ad augmentũ, augebuntur et apud statum ultimabuntur, et in declinatione remittentur donec totaliter cessent, si salubre sit apostema: si uero mortale stabũt in acumine suo donec extiguãt.

Tertio penes digestionis signa, eius tempora dignoscuntur, nam si incipiat maturari, uidebis duritiem, quę in principio fuit, minui, et dolorem & febrem augeri si fuerint, uel insurgere, si non fuerint, deinde ultimari quando digestio & maturatio sit completa, & uirulentia egreditur si sit non sub cute cælatum, ut quia in oculis, naribus, uel labiis, pleura & similibus fiat. Inquit enim Gale. In omni apostemate sub cute cælato solet æruginosus exire liquor, maximẽ si calidum sit uel maturum, et ultimo cum completa est & perfecta, minui. Signa formæ eius sunt, nam si apostema fuerit magnum, grauedo & dolor erit maior, & maior læsio operationis consuetæ. Si uero parum ut pustula uel bothor, prædicta sunt minora. Signa uero finis & terminationis sunt diuersa secundũ diuersitatẽ ipsius nã si quidem resoluatur remissio fiet doloris, grauitatis, & febris, et aliorum concomitantium accidentium, & uirtutis inualescentia & fortitudo. Signa uero maturationis &

De signis formæ.

De signis maturationis.

sanationis seu suppurationis sientis sunt prolongatio apostematis, pulsatio, & doloris & febris augmentatio, sed ipsius factæ illorum est diminutio. Inquit enim Hippo. in apho. Circa generationem saniei dolores & febres accidunt magis quã perfecta sanie, & cum hoc est augmentatio grauitatis & ponderis. Et signa eruptionis sunt rigor, diminutio grauitatis & doloris & fortis egresio puris, & ex signis bonis sunt, ut sanis quæ erumpit sit laudabilis, quia alba, lenis, & æqualis, carens malo odore, & sequitur diminutio uel cessatio febris, doloris, & aliorum accidentium, & uirtutis in ualescentia & operationum eius. Quæ si sunt econtra sunt mali significatiua. Signa subtiliationis, & conuersionis in lapidem sunt diminutio doloris, et febris omnino cum duritie uel augmentatio si in principio fuerit. Et signa corruptionis fœtentis sunt mutatio coloris ad liuiditatem uel nigredinem membri uel uicini, & exeuntium fœtor. Signum subitæ apertionis est subita minoratio grauedinis & doloris in apostemate membrorum & permutatio eius in membro ad quod transit materia & quandoque exitus puris uel sanguinis.

Signa uero permutationis sunt diuersa secundũ diuersimodam permutationem ipsius. Et sunt, nam siquidem mutatio sit de interioribus ad exteriora sunt alleuiatio accidentium & permutatio interiorum, situs cum dolore, et tumore, et qualitate mutata exterius in membro ad quod mutatur. In quo proinde dolor et caliditas est prius percepta, & sunt bona, contraria uero, mala. Inquit Hippo. in apho. Erisipelatẽ interius, extra conuerti, bonum, exterius uero intus, malum. Aut erit de nobili ad ignobile, ut de principali ad emunctorium, aut econuerso, aut de minus nobili ad magis nobile, ut de pleura ad pulmonem, aut de pulmone ad cor, aut de superiori ad inferius, aut econtra. Siquidem ergo primo modo permutetur, signa erunt alleuiatio doloris et febris, et aliorum accidentium et uirtutis inualescentia, et in grauitate, dolore, calore et tumore in emũctorio. Si uero pmutetur econtra, signa erũt contraria et malitia anhelitus et pulsus, si permutatio fit ad spiritalia & ad cor quia eius consecutio & diuisio erunt manifesta, et pulsus, diuersitas & inæqualitas. Si autem fiat de superiori ad inferius, ut de cerebro ad cor, signa erunt eadem cum prædictis. Si uero de eo uel spiritalibus ad nutritiua, signa erunt tensio in hypochondriis & grauitas. si econtrario de inferioribus ad superiora mutet, signa erunt malitia anhelitus, quia coangustatio eius & dolor pectoris & grauitas in parte furculæ, et ardoris & coloris mutatio de inferioribus & nutritiuis ad spiritualia, si ad ea permutatio fiat. Si uero peruenat ad cerebrum seu caput, dolor erit capitis, & alienatio, & uigiliæ, & quandoque subeth, & stupor. Si uero ad emunctorium post aures, signa erunt quæ sunt dicta, & bona nuncia, si consistit uirtus. De his autem omnibus qualiter & in quibus fiat, & cum quibus iuuentur terminationes bonæ et obuietur malis infra specialem aferemus Christo duce sermonem.

Cura apostematis duplex est generalis et specialis. Generalis quidem est euacuatio. Cum enim sit morbus materialis ex repletione uacuitatum, regionum, membrorum, ipsum inquantum hmõi euacuatio sanat, ut Hip. dixit. Completur autem eius euacuatio quandoq; euacuatione partis apostemate sola, ut cum apostema fuerit iam factum quocunque modo, quæ propria & absoluta cura non est, fiet autem per extractum solum de parte patiente, qui dupliciter habet compleri: per diaphoresim primo, secundo per caraxationem. Quibus autem particularibus medicinis compleantur hæc ambo, superius dictum est, & in speciali cura infra dicetur. Si uero nondum factum sit, sed adhuc sit fiens quocunq; modo fiat, sola partis in qua fit euacuatione non sanatur: quinimmo etiam sanatio secundum Gale. sit composita ex præuisione & cura, sicut morbi fientis cuiuslibet, oportet ut præcedat præuisio & abscisio efficiẽtis causæ: deinde sequatur cura apostematis facti seu euacuatio materiæ iam influxæ: ut his & aliis considerandis attentis eius medicatio apostematis consistat in quatuor. In abscisione antecedentis causæ quæ sic est in cura apostematis: seu abscisione materiæ influxæ iam & con-

& conceptæ in parteq; collectę, quę cã coniuncta ipsius exi stit in regimine & accidentiũ correctione. Abscisio uero antecedentis causæ cõplebitur, si per modum fiat influxionis, primo cũ euacuatione totius corporis uel mẽbri influẽtis, conuenienti, & circunstantiis, & cũ deriuatione ad contrarium cum eorum alterius præsupponatur repletio. Fiat aũt dupliciter ẽm duplicem modum repletionis, aut. n. est plethoria, aut cacochymia. Si quidem aũt plethoria sit, euacuatio eius complebitur phlebotomia per antiperistasim facta, uel ei proportionalibus magis proprie, & ieiunio, quã cũ re alia, sicut est frictio multa & aspera, exercitia, balnea ampliora & euaporantia, pharmaca & purgatio cum soluti uis. Phlebotomia enim euacuabitur & ieiunio in omni dispositione si cum febre: alias uero non. Item si repletio multa sit, neq; balneis neque exercitiis impericulosum est uti. Si uero repletio sit cacochymia, pharmacia euacuabitur ap propriata cacochymiæ quæ ex prædictis est nota. Secundo cum constringentibus & coarctantibus uenas medias atq; ductus. Fit autem illud cum stipticis & ponticis applicatis uenis intermediis, si sint apparentes qualia in cura iuncturarum & alibi dicta sunt & infra dicentur in speciali cura. Et tertio fac cum confortantibus membrum, ne recipiat, qualia sunt stiptica pharmaca substantiam eius coadunantia, & adæquantia complexionem ipsius cum caliditate uel frigiditate, prout dyscrasia exigit, uel proprietate & cum sedantibus dolorem eius atque calorem ne ulterius trahat, quæ sunt supra nota in cura iuncturarum & stomachi, & infra in speciali cura dicentur. Et condisi cum aceto prohibent apostema in principio. Sed si per modum cõgestionis sit fiens complebitur cum confortatione, & adæquantibus completionem ipsius membri in quo apostema sit & unientibus substantiam eius, ne materia generet, quoniam causa eius interior antecedens est cõplexionalis, non humoralis uel exterior primitiua nisi repletio antecedens sit in eius debilitate cum causa: quo casu præmittere oportet euacuationem ut dictum est.

Euacuatio uero apostematis & euacuatio materiæ influxæ & congregatæ in ipsa parte, quæ ad curam spectet non proprie fiet diuersimode secundũ diuersum eius fiendi modum: si enim per modum influxionis sit factũ complebitur dupliciter per recursum & per extractum.

Per recursum sit tripliciter per pulsum eractum & transmissum & his omnibus uel pluribus tantum recurret. Si uero per modum congestionis sit factum, complebitur similiter: licet per extractum de patiente magis & per pulsum minus: pulsus autem materiæ sit si in principio infrigidetur & parti patienti stiptica apponamus. Competunt enim talia repercussiua in principio omnis apostematis per influxionis modum fientis inquantum apostema est licet fallat ratione materiæ: vel quia frigidæ crassæ & uiscosæ, hic ex talibus intueantur magis: uel quia uenenosa tibi repulsio impellit ad principale cum sua proprietate ad centrum ideſt cor. Aut ratione membri: ut quia sit emunctorium alicuius principalis ad quod influxit materia, à quo repulsio non ad circunstãtes particulas repellit materiam & disseminat, sed ad principale totum reddit unitam propter uiæ amplitudinem: in aliis uero excusat à repletione ad illud cũo, dissemi natio materiæ, & eius proprietas.

Tractus autem fiet cum euacuatione partium oppositarum & remotarum, & illud cum frictionibus, ligaturis, compresionibus dolorosis, & uentosationibus in partibus illi oppositis & remotis uel propinquis, ut materia de loco apostemando, & de profundo corporis ad exteriora trahatur, quemadmodum in pleuresi & lithargia uentosamus exterius. & in aliis, ut materiam euacuemus extrahamus, sic quoque phlebotomamus & uenas linguæ in synanche & saphenam in apostematibus matricis, & ueficæ, & renum.

Transmissus uero cum applicatione medicinarum stipticantium supra ipsum completur, his enim omnibus uel pluribus & materia actu fluens adhuc in uenis est paruis membri repelletur: & quæ fluxa iam est, recurrat ad circuniacentes partes disseminata, ut forte uno auxilio simul influens materia & effusa tota de passa uel passura particula expel-

latur. Et illud est cum materia recurrere bene sit apta, & quia calida sit & subtilis.

Extractus de parte faciente sit dupliciter: insensibiliter per diaphoresim & diaphoretica pharmaca uel sensibiliter per curationem seu sectionem ubi non recurretur tota: & quia crassa sit & uiscosa: præcedat autem eas maturatio, & mollificatio resolutionem quandoque, & mollificationem quandoque & saniationem & caraxationem: deinde sequitur mundificatio saniei: deinde incarnatio & insolidatio ulceris, & ultimo sigillatio seu cicatrizatio eius. Quibus autem medicinis habent illa compleri supra in prima sectione ubi de cura apostematum egimus dictum est, ibi enim ostendimus, quòd ex medicinis particularibus apostematum, quædam erant repercussiuæ frigidæ & stipticæ uel calidæ, quædam trahentes, quædam diaphoreticæ, quædam saniantes & maturantes, quædam erumpentes, quædam mundificantes, quædam incarnantes, quædam consolidantes: & quædam sigillantes seu cicatrizantes: tali ordine approximandæ in temporibus eius: & ordo est ut in principio apostematis per modum influxionis sientis magis & calidi in emunctorio non existente superponantur repercussiua. Quapropter Abo. dixit, & oportet ut in potu tribuatur habenti apostemata aqua endiuiæ aqua solatri cum medullis cassi. Si uero sint stiptica calida temperate & in augmento permixta diaphoreticis & in status principio & prælio eius magis: & tunc etiam attrahentia sic ministrẽtur cum scalpellatione seu scarificatione, & proprie cũ materia multa uel mala perducens membrum ad correctionẽ in quo non expectata est digestio. In fine status & declinatione uero diaphoretica sola habẽtia quid stiptici et aromatici, si in membro sit uirtutem influentem habentes: q si non resoluatur & materia sit aggregata tota, ut facta sit exitura, maturantia & saniantia ministrentur: deinceps facta suppuratione & dubelati, erumpentia ministrentur. Fiat autem apertio secundum processum rugarum membri, nisi in quibusdam de quibus infra dicetur. Deinde mundificantia saniem & pus. Deinde incarnantia, si expediat. Deinde consolidantia & ultimo cicatrizantia. Et in aliis aliter terminandis seu finiendis, aliter est operãdum, prout in speciali cura dicetur. Et de terminandis ẽm alterum prædictorum modorũ diximus, eo q inter cæteros sunt meliores uel boni. Et modus est ut apocrustica in suo genere frigida & stiptica diaphoretica & calida sint parata, & saniantia calida & humida in secundo gradu sint proportionata naturæ materiæ membri. & proinde uariantur secundum uarietatem illorum non excedendo. accidunt enim ex eorum excessu inconuenientia multa. Ex repercussiuis quidem uehementia doloris propter retentionem materię & soliditatem mẽbri & reductio quandoq; ad principale, & quandoq; induratio apostematis, & quãdoq; tendit membrũ ad corruptionẽ cum uiriditate & nigredine: & proprie quando medicatur cum eis in fine rei & prope statum. Ex diaphoreticis uero fit cicatrizatum apostematis & doloris additio propter siccitatem. Et ex saniantibus corrosio membri & ulceratio: sanies enim longo retenta tempore acuitur, dixit Gal. Cũ ergo talia uidebis insurgere incõuenientia, oportet ut desistas ab eis, & corrigas inconueniẽtia nocumenta quę proueuerunt. Et illud est ut doloris uiolentiam & uehementiã tollas & corrigas cum embrocis calidis anodinis, & cũ emplastris ex eis, ut semine anethi & radice lilii, florũ chamæmillæ, lilii, fœnugræco, se. lini, & radi. bismaluæ, & cum oleis eorum & fœcibus eorundem quæ indurationem eius corrigunt. reditioni ad principale obuies cum cordialibus stipticis intus & extra approximatis cum uentosis rubificantibus supra partem, & si membrum uiresçat uel liuescat, quia tendit ad corruptionem, scalpellabitur uel scarificabitur profunde uel superficialiter, prout naturæ membri conuenit & loco ipsius: sed prius inunge membrum ex bolo armeno dissoluto in oleo rosa. uel aqua cum aliis auxiliis dicendis in cura eſtiomeni. Quod si cum toto hoc non saluabitur sed putrescit, iussit Hippo. abscindere ipsum, ne putredo ex eo perueniat ad alia membra, & quandoq; moritur & in omnibus cõfortabuntur principalia cum theriaca uel mithridato.

Sclirozationem uero & exiccationem ex diaphoreticis prouenientem corriges cum mollificationibus diu approximatis ex mucilaginibus,adipibus,medullis,& similibus, quibus humectantibus dolor ceſſat. Corroſionem ex ſanientibus introductam cum mundificantibus & incarnantibus dictis,& aliis quæ infra dicentur auxiliante Chriſto. Cumq; apoſtemata membra in natura ſint differentia,conſimilia ſcilicet & officialia,prædictæ etiam medicinæ ſint differentes ſubſtantia & uirtute,oportet ex illis eligere in cura apoſtematis talia quæ naturæ membri,in quo fit,tam cõſimili quã officiali conueniant,ut cura eius cum talibus reddatur habilis conueniens & completa non ſolum quo ad rem præter naturam eius talem conſiderare ſufficit, quia apoſtema talis morbus eſt & ex tali cauſa ſeu materia: ſed etiam cuius mẽbri ſit uel in quo ſit. Apoſtema enim ſua eſſentia propria & materia ſuiſq; temporibus medicinas uarias iudicat & diſtinguit: ſic natura membri in quo eſt propria quantitas ipſarum determinat ſpeciem propriam ſibi, eligit ordinem atq; aptum utendi modum locumq; immiſſionis ipſarum & expulſionis materiæ. Talis autem membri natura cõ ſtat eſſe complexionalis,quia calida uel frigida,ſicca uel humida. Et cõplexionalis qualis,quia ſitus & ſocietas, forma cum receptaculis atq; uia,principatus ſeu dignitas,& ignobilitas. Et communis,quia ſubſtantiæ raritas & denſitas, in ſenſibilitas & ſenſibilitas,quia hoc modo quantitatem auxiliorum ſeu medicinarum conuenientium apoſtemati prædictarum quidem natura cõſimilis membri determinat. Nã ſi apoſtema calidum ſit in membro calido repercuſsiua frigida debent eſſe: ſi in frigido fortiora & diaphoretica calida ſint in membro calido fortiora: in frigido leuiora & ſimiliter de aliis auxiliis. Et ſi membrum ſit ualde ſenſibile, ut eſt neruus,chorda,uel ſtomachus,& oculus, magis leuiora ut ſint immordacia,ſufficiũt,licet euacuatio uniuerſalis debeat eſſe maior,etiam non exiſtente multitudine,ut natura reddatur auara,innitẽdo tamen forti dolori trahenti ipſius. Et proinde ſedantia dolorem oportet eſſe fortiora quæ infra dicẽtur. Natura quoq; officialis ſimiliter illam determinat: ut ſitus. Nam ſi fuerit membrum apoſtematum in profundo,multiplicanda & eligenda ſunt repercuſsiua & ſimiliter diaphoretica,& alia auxilia quæ leptomeris ſunt ſubſtantiæ: ut cito proueniãt in profundũ, & proprie repercuſſiua. Et cum talia ſit difficile inuenire,ut ſuperius dictũ eſt, eis parum miſceatur aceti uel croci. Forma etiam: nam ſi membrum in quo apoſtema eſt in ſua receptatione habet receptaculum ſeu uiam aptã unde materia facile poſſit educi,ut eſt ſtomachus,medicinæ prædictæ,& proprie ſoluticę debent eſſe leues: ſi uero econtra erunt contrariæ. Principatus quoq;: nã ſi principia ſint frigida repercuſsiua & diaphoretica calida oportet eſſe leuiora & non pura,ſed ſtipticis & aromaticis mixta in quantitate minori: ſi ignobilis, fortiora & maiora. Eligit quoq; principatus medicinas ſibi proprias ut cordiales, odoriferas,& confortatiuas uirtutũ propriarum in eis,ignobilitas uero communes: ordinẽ quoque & modum,quia talia non multa in quantitate nec ſubito,ſed paulatim oportet ipſa & laxatiua propria & nobilia miniſtrare. licet medicinæ debeant eſſe promptæ ut cito imprimant collectionem quam in eis prohibeant fieri cum in eis ſit periculum grande. Ignobilibus uero & innatam tantum uirtutem habẽtibus fortia, atq; ſubito, niſi principaliũ terreatur natura & emunctoriis nobilium diaphoretica tãtum & fortia.

Societas quoq; locum immiſsionis medicinarũ, ſi enim ſit in cerebro,per nares,per palatum,aures & ſimiles regiones medicinas immittes,ſi autem in ſtomacho,per os, ſi in inteſtinis inferioribus,per anum,ſi in ſuperioribus,per os, & in utriſq; ſimul per ambas: & ſi in hepate ſit materia, per inteſtina expelles cum uentrem ſoluentibus,ſi in gibbo, cũ diureticis & prouocantibus urinam: ſi in uberibus,per matricem in menſtruis,& ſi in matrice, per ſphenam, & ſi in gutture,per uenarum eius apertionem.

Sequitur regimen in ſex rebus non naturalibus & neceſſariis & non neceſſariis,quod cauſam primitiuã tollit omnem ſuperius prænarratam,ſi adſit,uel prohibet,ſi non adſit debet ergo eſſe tale,ut uirtutem digeſtiuam & nutritiuam confortet in corpore: attractiuam contemperet & retentiuam,& etiam expulſiuam atq; repletionem minuat ſi inueniat ipſum prout diſpoſitioni conuenit æqualis ſupra ſectione prima in cura debilitatis ſtomachi & digeſtione eſt dictum,& extenuatiua dieta.

Accidẽtium quoq; correctio,in febri ſcilicet & doloris proprie,patet ex his quæ dicta ſunt in cura febrium,& de ſedantibus dolorẽ in ſectione prima,& proprie in cura ægritudinum iuncturarum. Et ex eis ſunt calida & humida temperata quæ influxam materiam reſoluunt aliam non trahendo,alterantq; calidit atem,ut eſt tetrapharmacum à lana ſuc cida oleo calido infuſa & hyoſciamum,opium,plumbũ, ceruſſa,& portulaca in calidis. Et eſt propria illis in quibus timetur putrefactio. Hæ duæ res licet ſint in principio ultimæ,ſunt tamen in ordine primæ in apoſtematis cura. Regimen enim & dieta, cura ipſius fundamentum eſt generale in cura ægritudinis omnis. Et quandoq; ſola ipſius bonitas eſt ſufficiens: ut oſtenſum eſt ſupra, & dieta extenuatiua in præſentis ægritudinis cura eſt efficaciſſima: abſcindit enim omnem eius cauſam à qua dependet: nam primitiuam & extrinſecam tollit, ſi adſit, uel prohibet, ſi non adſit: antecedentem præſentem & accidẽtalem abſcindit, quo mĩnus uel nõ ultra fluat, coniunctam quoq; in apoſtematis parte iam influxam diminuit & reliquum reſoluit, uel ſaniationi dimittit. Sedatio quoq; coloris qui prouocando rheuma, ſit cauſa collectionis, apoſtema fieri uetat, & deinde ſi aliqua mala qualitas fortis à rheumate fluente in particula ſit impreſſa, ut euacuatione illius remaneat facta, altereretur ut contẽperantiam habeat quæ ſecundum naturam. In alteratione autem ipſius neceſſaria eſt cõplexionis cognitio, ſine enim ea neſcimus quantum oporteat alterare, & quandoq; ab alteratione deſiſtere, & ſic duorum alterũ eſt neceſſariũ uel non curare, uel in contrariam diſpoſitionem adducere.

Sequitur cura apoſtematum ſpecialis ſecundum unam quamque eius ſpeciem, & primo de phlegmone, pro eo quòd ſæpius accidit, & quia febres & alia ſymptomata facilime operatur.

De phlegmone quod eſt apoſtema ſanguineum & de medicinis eius. Cap. 2.

PHlegmon eſt apoſtema ſanguineum ex ſanguine benigno mediocriter craſſo & multo plurimum, quia recente influxo ex toto corpore uel aliquo membro puta hepate in ſua natura manentibus per uenas ad uacuas regiones ſubcutanearum partium ſeu membrorum, ut carnis & lacertorum, in eiſq; collecto quandoq; per modum congelationis aggregato, unde neceſſe eſt ipſas partes extendi, & in tumorem leuari, & cum eis ſimul cutem quæ ſuper eas exiſtit.

Et cauſæ eius interiores & exteriores ex præcedenti capitulo generaliter notæ ſunt. Dictum eſt pluries generales canones debere in ſpeciali obſeruari, ut eis manuducti ad ſpecialium inuentionem ſit facile pertranſire. Vt autem eas ſpecialiter oſtendamus ſcias quòd cauſa interior ex triplici eſt parte. Ex parte quidem corporis uel hepatis, ut eſt repulſio multa ſanguinis boni craſi uel mediocris conſiſtentia, quam præ multitudine continere non ualuit, ſed ſua fortitudine expulſiue non abſoluta, per uenas magnas ad paruas, & de paruis ad minimas carni diffuſas, apertis earum orificiis, illum influunt ad uacuas regiones illorum. Alia eſt, quòd ex parte lacertorum & carnis recipientis illius influxionem, & eſt debilitas illorum naturalis uel temporalis, uel ex cauſa exteriori quæ dicetur, licet cooperetur raritas compoſitionis, & natura ſanguinis, & poſitio in circunferentiis corporis & partibus ſubcutaneis, ad quas fluxus ſanguinis naturaliter & prompte monetur, magis quàm ad alia membra ad quod adiuuat dolor & calidit as in ea generata ex cauſa ipſa exteriori uel interiori in fluxu ſanguinis ad ipſam qui ad influendum ſanguinem adiuuat attrahendo, uel etiam alia mala qualitas quæ efficit, ut tractus ad nutriendum ſanguis in eis non conuertatur debilitando, quare ſupereſt in ipſis, licet ſit raro, ut ſupra dictum eſt. Et tertia eſt ex parte uenarum ipſarum mediarum per quas influit ex toto corpore uel tempore ad illam, & eſt largitas & multitudo orificiorum ipſarum. Cauſa uero exterior eius eſt malitia regiminis in ſex rebus neceſſariis & abuſus, & non neceſſariis, & talis prædictarum cauſarum interior cauſa fiat.

De ſignis.

Signa eius ſunt, ſenſus doloris in profundo membri ubi tumor eſt ultra cutẽ, quia caro lacertoſa & ſenſibilis ualde in cuius uacuo multitudo ſanguinis eſt collecta extendens, & ſcindẽs, & cum eo pulſatio, eo quòd arteria muſculi à repletione coarctante multitudinis eſt cõpreſſa &c. Et proin de ibi concuſsio & in tactu reſiſtentia quædam, & cum rubore calido, & inflammatio multa à qua phlegmonis nomẽ aſſumpſit, & illud, non quia ſanguis ex ſe calidior ſit influxus, ſed quia licet in ſe benignus ſit, tamen in illis partibus intranſpirabilis manens excæcatione pororum ipſorum & ſuperadiacentis etiam cum multitudine & craſsitie cutis, inflammatur, & inflat, & maxime ſi putreſcat. & ſigna cauſarũ eius ex præcedenti capitulo generali ſunt nota.

De cura.

Cura ſpecialis ſientis phlegmonis ex cura generali quantum ad canones attendendos in ea eſt nota. Conſiſtit enim in quatuor rebus dictis: quantum uero ad inuentionẽ auxiliorum ſpecialium medicinarum quibus res compleantur prædictæ, præiacet ipſam monſtrare. Abſciſsio ergo cauſæ eius antecedentis & influentis ad præſens primo complebitur cum phlebotomia magna perducente ad lypothymiam ut cauſam antecedẽtem totam & aliquid de coniuncta educat. Vnde Gale. ait. In maximo enim dolore & in acutiſsimo apoſtemate nulla melior medicina hac eſſe poteſt. & de nigra ſi totum corpus ſit influens, & de baſilica, ſi hepar uel cum proportionalibus ei ut ſupra dictum eſt, & proprie in cura febris ſynochæ, ita tamen quòd fiat antipaſſando ſemper, ut euacuando à membro mittente, uel corpore ſemper à membro apoſtemante deriuet. Si quidem ergo in ſuperioribus partibus corporis ſit phlebotometur de uena inferiori, ut ſaphæna & ſimilia, & econuerſo ſi in inferioribus, de baſilica, ſi uterque de nigra ſeu media. Et ſiquidem aliquis humor ſanguini mixtus ſit, qui ipſius ſubſtantiam increſſauit quandoque, ut phlegma uel melancholia, deinde purgatione educatur, cum pharmacia humoris proprii ſeceſsiua, ſi in inferioribus ſit, uel uomitiua, ſi in ſuperioribus ſit. Et ſi in utrũque eſt, utraque abſciſsione præmiſſa antecedentis & influentis ſanguinis.

Phlebotomia.

Oportet ad rem ſecundam ut phlegmonis curam ſecundo accedere, ſicut autem prædictum eſt cum euacuatione cauſæ coniunctæ influxæ ad partem, & aggregatæ in eo. Cõpletur etiam cum cataplaſmatibus parti ſuperappoſitis in principio ex apocruſticis, niſi in emunctoriis, & quæ multi plicia ſunt, ut uirga paſtoris, myrtus, oliua ſylueſtris, portulaca, memithe, lenticula aquæ, ſemperuiua proprie & ſolatrum, cum eorum ſubſtantia uel ſucco, oleo roſ. uel ex corticibus granatorum, uel balauſtiarum decoctis in uino cum aqua eo mixto, ut naturam membri materiam repellendo conſeruent, ſuperaddatur tamen aceti parum quoniam ad utrunq; ſe habet. Optimum enim eſt pharmacum tale omnem quaſi intentionem quam gerimus complens, repercutit enim quod ſuperfluit, & infrigidat ac tranſcurrit, & recurrere facit, quod iam influxum eſt & in particula continetur. Etenim robur imponendo ad utrunque complendum efficit ipſam potentem, ut plurimum, & quia caliditatem extinguit quæ doloris eſt cauſa, & ſedat dolorem, & ſi indigeat fortiore illo, adde illis ſandalos, acatiam, faufel, hyoſcyamum album & pſyllium, & herbam apoſtematum. & iuuatur cum croco, minuit enim earum nocumentum ſtipticitate & caliditate, & cõfortãdo cor, & ſua ſubtilitate uirtutes adiuuat penetrare. Quod ſi dolor fortificetur augmẽto apoſtematis, ut dicta repercuſsiua in ſedatione ipſius nõ ſufficiant, oportet ad ipſius ſedationem uacare prius, cum aliis operatiuis auxiliis, in quibus tertia res comprehenditur ad curam neceſſaria, quæ eſt correctio accidentium q̃ ad alia procedatur auxilia quæ huic rei complendæ ſunt opportuna, niſi enim prius ſedetur, in prouocãdo rheuma phlegmonem augmentabit & recurſum etiã & abſtractum materiæ prohibebit & tractum. Inquit enim Abo. Cumq; ad diuerſum trahere uolueris, loci dolorem prius ſeda. Inſtare igitur ad eius ſedationem oportet. Complebitur autem cum non ſiccantibus ſtipticis & conglutinantibus,

quæ rheuma retinent & incuneant prohibendo reſolutionem pororum, cutis obſtructione, ob quam rem ſanguis intranſpirabilis factus, inflammatur, & retentus ebullit, particulam magis ſubalterat & extendit, & ſic auget dolorem. Sed cum mollificãtibus poros & materiam incuneatam in apoſtemata particula reſoluentibus abſque attractione cũ caliditate temperata & humiditate in qua membrum tractabile reddit, & feruorem caloris obtundit, & ſic cauſam: utrã que doloris tollit, ſcilicet malam complexionem membri & eius extenſionem. Qualia ſunt ex ſimplicibus melilotũ, malua, biſmalua, ſemen lini, fœnugræ. & ſimilia quæ in cura iuncturarum ſunt dicta. Et qualia ſunt compoſita ex eis, & ex his quæ ſunt propria pharmaca per dulce uinum uel coctum, & oleo ro. uel cera breuis in eis liquefacta. Oportet autem tale pharmacum cum lana ſuccida, hyſſopum humidam quamplurimum habente applicare, æſtate frigidum, hyeme uero tepidum. Et ſimiliter cataplaſmata quæ per arnoglоſſam & lentes, panem & oleum ro. uel uio. Etiã oportet ponere ſupra patientem particulam ſpongiam uino ſtiptico madefactam, aut aceto lymphato cum frigida. Quod ſi in principio uolueris regere cum ſedatione doloris propter magnitudinem eius, ubi prædicta apocruſtica dolorem mitigantia non ſuffecerint, miniſtrabis iſta: quòd ſi iſta non ſuffecerint, miniſtrabis uolubile, quoniam eſt uehementis iuuamenti in principio & ſtatu, & apium, & ſimilia quæ cũ reſolutione ſtipticent, & prohibeant influxionem materiæ. Et deinde pharmacum quod ex farina aqua calida & oleo calido commiſcetur, & ſimilia non miniſtrentur in principio, ſunt. n. rheumaticis diſpoſitionibus aduerſantia ualde, & proinde ante euacuationem, & ſi uideantur aliqualiter mitigare, magis enim trahunt quàm reſoluant: proinde dolorem communiter magis augebunt. talibus auxiliis uidebimus quieſcere phlegmonem.

Mitigatio doloris.

Cum autem quod eſt uelut bulliens phlegmonis & feruor ceſſauerit, à mitigatiuis ſimplicibus ſecedere & ad diaphoretica ideſt euaporãtia tranſire oportet paulatim, qualia ſunt prædicta temperata ut chamæmilla, & ſimilia quæ non mordeant. Cum enim membrum patiens in ſuperficie poſitũ ſit, licet ualde calida & acuta ſint diaphoretica, mordebunt illud applicata, & dolebit nõ parum ſi ſimul patitur & doleat, quare rheuma prouocabunt & ſic phlegmonem augmentabunt. Oportet ergo illa eſſe temperata, nec etiã durę ſubſtantię propter eandem cauſam: nec cum digitis applicetur fortiter uel leuiter ſed tangendo cum pluma, quia ſimul miſcebis æqualiter. Et cum uenerit ad ſtatum illa augebis, in fine uero eius in declinatione pura & ſine mixtione illorum aliqua miniſtrabis. Et compoſita quę infra dicentur. Sed in circuitu ſtiptica & proprie diaphoretica fortia ſunt. Quod ſi non reſoluatur ſuperq; particula appareat ſanies, dimiſsis diaphoreticis ſaniantibus & maturãtibus eſt utendum, qualia ſunt farina tritici uel hordei cum uino uel pſyllio in capite eius uel cũ exiccatiuis in circuitu, & aliis quæ infra dicentur. Deinde apparente ſaniatione completa oportet aperire cum cauſtico pharmaco, uel cultello, ſi non timeat in loco emunctorii eius, fortaſſe tamẽ oportet antequam ad ſaniandum deuenias & etiam reſoluendum, aperire ipſum ſeu ſcarificare & ſcalpellare ſeu ſanguinare, ut materia effluat, & proprie cum materia multa in apoſtemate fuerit congregata & incuneata perducens ad ſuffocationem membrorum, propter ſuffocationem caloris naturalis eius à multitudine uel malitia, ut in aliis, uel etiam cũ infrigidantia ad ſuperexceſſum peruenerunt, ut ſuperius, & poſt ſcalpellationem embroca cum aqua calida maris, uel reliquis ſalſis: diaphoretica enim ante hæc ſunt nociua, & maxime ſaniantia cum putrefactiua ſint, membrum magis ad putrefactionem adducent: cumq; aperueris, euacuabis ſaniem, & cum uolueris uulnus abluere, mellicrato, & uino mellito utendum. Cauendum autem ne aquam immittas uel oleum, quoniam aqua humectat ipſum, cũ oporteat exiccare, & oleum ſordidum reddit. Sed ſiquidem ad huc phlegmonabit, cataplaſma denique per lentes, quia repercutiunt & reſoluunt temperate, & ſic phlegmonem ſedant, & ceſſare faciunt applicabis, non phlegmonanti aliquid pharmacorum quibus in talibus inciſionibus ad mi-

tigationem doloris utimur, applicandum: quale est quo utũtur empirici, ex utraq; substantia oua concussa adinuicem complicata exterius immissa cum uino uel lana, non succida, sed molli, mitigat enim incisionis dolorem & prohibet rheumatis influxionẽ propter dolorem. Deinde uero ablutione facta immitte puluerem thuris ad exiccandum & cõsolidandum, uel corticum eius & masticis & similium. Adhuc superponere oportet exterius lanam uel linum, uino stiptico madefactum iniectum aqua permixto quantum utique posʃit bibi: vulneri uero nihil pinguium pharmacorũ afferri oportet, quale est macedonicum, & tetrapharmacum ex farina aqua & oleo mixtum, certisʃime enim exiccari indigent propter saniem, putredinem, & propter carnis regenerationem, siqua deperit, & proprie in generatione saniei & cuius materia est humor crudus, & caro attrita, & propter cicatrizationem, & consolidationem. Vnde Gal. Non sanantur ulcera nisi perfecte seu certisʃime scilicet quantũ ad prædicta omnia exiccentur, ita quod oportet sanare eos qui in rheumate phlegmonant.

Diæta. Quarto consistit in cura regiminis, fit autem regimen in diæta extenuatiua ad frigidum & siccum uergens. Eos uero qui per modum congestionis sunt quandoque fientes, curari oportet auxiliis per omnia consimilibus secundum plus & minus differentibus à prædictis, primo euacuatione uniuersali, phlebotomia enim in saniatione prædictorum plus cõuenit, in saniatiõe istorũ minus. plus cõuenit in illis quia cũ semper in illis præsupponatur uñis repletio corporis totius, uel hepatis, in istis qñq; fit uel non. Cũ.n. fiat à debilitate particulæ ex causa procatartica uel antecedẽti generali, immediata & proprie non conuenit eis phlebotomia, nisi quando cum mala qualitate seu complexione lædente ipsam, fuerit coniuncta prædicta repletio, uel causa procatartica superueniens inuenerit eam, sed illud est raro, & quando proinde minus conuenit & plurimum, non minus conuenit quam quod conuenit semper. propterea si oporteat illam prætermittere omnino propter magnitudinem & malitiam apostematis in utrisque non existente humorum abũdantia, sed cum moderatione in istis minoris quantitatis esse debet, quàm in illis propter eandẽ causam proprie, quia ubi materia influit, maioris quantitatis esse præsumitur, quàm ubi solum extitit generata cum illic non intantum influens sit, sed etiam generata: hic uero generata sola. Secũdo in particulari euacuatione non tam per recursum quàm per extractum de parte patiente, quia repercusʃiua stiptica & attractiua euacuantia & diaphoretica & etiam saniantia in istis minora & leuiora esse oportet, quã in illis, propter eandẽ causam. Regimen uero eius ex præcedentibus est manifestũ, & est ut in omnibus ad frigidũ conuertatur & siccũ.

Repercussiuum. Repercusʃiuum efficax & expertum & commune in omnibus satis temperatum. ℞. aquæ ro. partes. iii. aceti al. & boni partem. i. olei ro. partes. ii. conquassentur simul & cũ spõgia peciola duplicata in eis madefacta epithemetur & innouetur frequẽter, & quandoq; expedit aliquem ex succis prædictarum herbarum addere illis, propter doloris & inflationis magnitudinem.

Diaphoreticum emplastrum conueniens & expertum. ℞. florum chamæmillæ, & anethi, fœnugræ. ana. ℥. i. radicum ireos. ℥. v. decoquantur in uino & deinde terantur, conficiantur cum melle & emplastrẽtur, & addatur parum croci. Emplastrum ex fœcibus oleorum dictorum est efficax & expertum.

Emplastrum commune & expertum in maturatione & saniatione phlegmonum. ℞. foliorum maluæ, radi. maluauisci, radicum lilii, al. quæ sunt sicut radix allii in colore & forma, & est lilium domesticum ana. partem æqualem, bulliant in aqua & conterantur cum axungia putrefacta uel butyro & emplastretur.

Emplastrum commune satis & expertum in maturatione & mundificatione phlegmonum apertorum. ℞. farinæ tritici. ℥. iii. axungiæ, olei communis ana. ℥. ii. mell. ʒ. ii. croci. ʒ. i. bulliant simul in olla donec perfecte misceantur, deinde auferatur, & usui referuetur, & cum oportet, extendatur super peciola, & superponatur, & apprehendat ulcus & totum phlegmonem, mundificatione facta, perfecte abluatur cum uino stiptico tepido, & repleatur ulcus peciolis & filatis, & desuper emplastrum apostolicon superponatur. Et finaliter cum puluere gallarum desuper contrito cicatrizetur.

De apostemate glandularum & phlegmone earum & medicinis eius. Cap. 3.

GLandulæ sunt membra carnosa ad modum glãdis rotundæ, raræ substantiæ, ab aliis membris distincta, & in uacuitatibus eorum posita, habentia uelamen durum. Quarum quædam sunt operationes facientes, quædã iuuamentum præstantes, & si non operationem faciãt sicut primæ. Inquit Galen. unumquodque membrorum, & si non faciat operationem, tamen efficit iuuamentum. Operationes uero facientes sunt glandulæ testium in generando sperma, & mammillarum in generando lac: & quæ sunt in radice linguæ, in generando saliuam, & quæ sunt in radice uirgæ, in generando humiditatem contemperantem acumen urinæ, quæ nomen proprium non habentes, sicut præmissæ, nominatæ sunt glandulæ nomine generali: de quarum apostematibus dictum est supra in sectione prima, ubi de genere officialium membrorum exeuntium ad prædictas operationes complendas à natura sunt ordinatæ: & proinde non simpliciter glandulæ, & in abstracto sunt dictæ sed membra glandulosa in cõcreto, quia uelut officialia habentia commixtos neruos & plurimas arterias. Facientiũ autem iuuamenta quædam sunt glandulæ emunctoriorum membrorum principalium, quæ faciunt iuuamentũ in receptione superfluitatum ipsorum, nomen adenes proprium assumentes, tanquam ad recipiendum aptæ propter debilitatem et spongiositatem ipsarum. Inquit enim Abo. quædam sunt inter uacuitates aliorum membrorum quàm plurium corporis diffusæ ad replendum uacuitates ipsorum mẽbrorum et recipiendum cum expedit superfluitates eorum, et neruorum, panniculorum, musculorum, arteriarum, et venarum, quæ illis sunt fortiora. Inquit enim Gale. singulum membrorum cum debile fuerit, uicini sui recipit superfluitates: et tamen quia nomine proprio carẽt, nominatæ sunt nomine generis, idest glandulæ, de quarum apostematibus hic intendimus, ut consimilium membrorum, tanquam non habentium prædictarum operationem. Accidit ergo eis et magis: et ad eius dãs apostema per modum influxionis plurimum superfluitatem à prædictis membris principalibus et fortibus: et quandoq; per uiam crisis, et cum uirtus principalium facta potens supra materiam dispositionum suarũ proprie illam per uiam deriuationis mittens ad illas, nõ potens extra corpus expellere: et quandoq; per uiam symptomatis, uel quia multitudine et malitia naturæ in membris prædictis existente, qua coguntur ad illam immittere, non potentia extra expellere propter aliquam causarum prædictarũ in ca. generali, uel quia ulcus fit in aliqua extremitatũ corporis, puta pede, brachio seu humero, aut manu, aut dolores, ad quod tractæ et immissæ superfluitates transeuntes per illos existentes in via facile imbibuntur in eis, et proprie in arteriis, quæ cum non valeant eos à se expellere, remanent in eis, et generant apostema. Quod quidem diuersum est in specie secundum diuersitatem materiæ eis ab illis influxæ: quod enim in adenis fit ut plurimum est sanguineum, ut est cor et hepar proprie, et quandoq; phlegmaticum, cum mittitur ad cerebrum illis, quod vero in aliis fit glandulis vt plurimum est phlegmaticum, eo quòd membra à quibus materia illis immittitur, sint naturę frigidæ, quorũ cibus non bene digeritur et sic proculdubio in phlegma cõuertitur, vt supra pluries dictum est, et quandoq; sanguineũ cum à musculis illis immittitur. Et quidem in eis omnibus apostema aut seruat inflammationem, et dicitur phlegmon proprie, aut vndimia secundum diuersitatem materiæ, aut in sclirosim uertitur et duritiem, et dicitur scrophula aut botium: de quibus omnibus est per ordinem procedendum, et hic proprie de earum apostemate seruante naturam phlegmonis, de aliis uero infra: et primo de signis: secundo de cura.

Signa uero sunt manifesta, eo ꝙ exterius posita sunt in propriis locis nota, in quibus manifeste sunt tumores apparentes cum rubore, dolore, et feruore, adeo quòd extenditur

tur quandoque usque ad cor, & fit ephemera febris, ut superius dictum est.

Cura. Cura uero phlegmonis glandularum, ut adenarum & aliarum, est sicut cura phlegmonis prædictæ, lacertorum & carnis, differens tamen in repercusʃione. nam omnia ab absciʃione succedẽtis causæ propter repercusʃiua sunt hic necessaria præmittenda, deinde subiungenda dolorem sedantia, proprie dicta ex lana infusa in oleo calido, primo superposita, deinde addito in fine eius sale, donec sedetur dolor ex quo etiam consuetum est apostema cessare. Deinde procedendum est ad curam apostematis & euacuationem causæ coniunctæ incuneatæ in parte, & repercusʃiuis omissis, eis cum resolutiuis est procedendum, & attractiuis quocunque modo, & cum emplastris rubificantibus, & uentosis. Et ex appropriatis conuenientibus talibus apostematibus post aures factis, est emplastrum factum ex absinthio & foliis myrtæ contritis: uel ex foliis lauri, solatro. & si fit in radice auris, confert uiscositas limatiarum, & butyrum immissum, & lingua arietis, si fit calidum. Deinde cum maturantibus & saniantibus, si oportet: deinde cum apertione cum pharmaco caustico, uel alio ruptorio, uel ex nouacula. Sit autem incisio & apertura uniformis, per transuersum in longitudine cruris facta, repercusʃio enim in talibus in principio ministrata cum stipticis suppositis ualde est mala, & proprie cum per modum & uiam crisis est phlegmon, & in adenis, quoniam tunc impedit operationem naturæ naturaliter operantis, quam si expedit oportet iuuare cum attrahentibus prædictis, & aliis, quæ supra diximus sectione prima in cura apostematum, non impedire. Et materiam repellit ad principalia propter communitatem in uia: sicut adenę repercusʃio, non repellet ad illa nisi fortis sit: quo casu non repellet ab illis ad principalia proprie, sed ad interiora & uicina nobiliora eis. Si quoque phlegmon sit per modum symptomatis, ut propter multitudinem materiæ, & malitiam eius, repercusʃio est nociuã ualde, & maxime si non præcesserit multitudinis euacuatio, & repercusʃio fortis sit, quoniam repercusʃio tunc fiet ad principalia interiora, uel uicina nobiliora, sed præmissa tunc euacuatione & tractione ac deriuatione ad oppositum membri principalis, ne materia augeat sua multitudine apostema, & corrumpat membrum bubonis, ministrabis diaphoretica seu mollificantia ex farina tritici

Mollificatiua. uel hordei cum aqua & oleo addito cum melle. Et ex propriis communibus omnibus est cicer & farina eius: nec timebis tunc de augmentatione apostematis per diaphoretica, nec de repulsione ad principalia, quoniam euacuatio & deriuatio securat ab illis nisi in adenis phlegmon existat. Si uero sit propter ulcus alicuius eorum, sedabis dolorem ulceris prout infra dicetur, & mundificabis ipsum, & super apostema mollificantia ministrabis. Si uero apostema sit undimiosum cognoscetur & curabitur sicut infra de cura undimiæ dicetur: & est huic dictæ proxima, tamen differẽs in quanto, nam oportet diaphoretica esse fortiora in hoc, & etiam saniantia, & alia quæ sequuntur ad illa, ut mundificantia, ex quibus proprium est fæx olei quod mundificat apostemata in glandulis, & proprie cum foliis suis, & dolorem sedantia leuiora uel non necessaria, & ulcerum cõglutinantia. Si quoque in sclirosim conuertatur, & maximę quod undimiosum est, curabitur sicut infra dicetur de scrophulis, & capitulo de bociis: de quibus infra dicemus, si Christus annuat qui sit benedictus, & ultimo regimen dictum in cura illius est ministrandum, & diuersum, secundum naturam materiæ.

Empla. expertum. Emplastrum expertum ad dissoluendum apostema glandularum non sclirotizatum. ℞. herbam quæ dicitur sparguia: cuius folia sunt aspera parua, in modum stipitis posita: & similiter stipes, & prolongatur per palmam. Et tere & fac bullire in uino lymphato cum axungia porcina, & superpone præcedente euacuatione.

De phlegmone, quod antrax dicitur ac carbunculus, & medicinis eius. Cap. 4.

ANtrax est apostema paruum ad modum pustulæ seu bothor in principio, fraudulentum & uenenosum, comburens & corrumpens particulam cui accidit, ulcerando, & reliquas adiacentes inflammando, & ulterius corrodendo, & petens antrum, idest corporis absconsum: & proprie cor à proprietate uenenositatis suæ & potentia coniunctionis in parte, quare dictum est antrax: proinde paruum est apostema, debilitatem operatur, pulsum, tremorem, & syncopim, & deinde occidit: quòd autem expulsionem eius materiæ in particula à natura nequierat facere, & si principalibus propinquior est eo ꝙ dissoluta erat in corpore tunc, & proinde debilis uirtutis existens regulabatur melius à natura. Carbunculus autem est species eius, sed minoris malitiæ.

Et causa eius est sanguis crassus & malus: quia adustus: ex adustione enim acquisiuit crasʃitiem & malitiam, non ex mixtione: & quandoque per adustionem acquisiuit citrinitatem: quandoque uiriditatem ex uario calore, quandoq; nigredinem secundum diuersitatem adustionis suæ: cum enim sanguis bonus est, naturæ benignus, cæteris humoribus fit iuuantior: cum uero à natura recedit, fit malus: & quanto magis recedit, fit maioris malitiæ: sicut dictum fuit supra in sectione prima, capitulo de suffocatione matricis à semine facta. Cum igitur sanguis aduritur, à natura multum recedit, sicque uehementem acquirit malitiam uenenosam, & si quidem ita crassus & ita exiccatus cum multa caliditate influit alicui particulæ repente, & simul colligitur in eius uacuo, & comburendo statim ulcus faciens, escaram operatur, quòd circumadiacentes partes omnes in tumorem phlegmonosum cum ebullitione eleuat, ut ẽt febriat patiens: & illud propter sanguinem tractum ad locum ulceratum ex dolore horribili: est enim horribiliter dolorosum. Et nominatur apostema hoc, ulceratum antrax, latine combustio. Cum ergo sanguis ille crassus & uenenosus ebulliens non fuerit siccus, ut prædictum est: sed aliquos liquores subtiles remissos habeat, in fluxus ad particulam, in superficiem eius uesicas erigit, similes eius qui ab igne coctus existit, quibus corruptis escarosum ab eis ulcus perficitur, & est carbunculus minoris malitiæ quàm antrax, propter liquores admixtos, obtundentes acuitatem ab adustionem adeptam.

Et est habens indicia ex parte coloris & particulæ, seu loci, & dispositionis eius. Coloris quidem: nam quod est nigri coloris seu liuidi uehementioris est malitiæ. Vnde cathalani blasphemantes dicunt buba nigra: deinde uiridis: deinde citrini. Ex parte particulæ cui accidit seu loci: nam quod est in extremitatibus magis, minoris est malitiæ, & quanto magis est in corpore, & in partibus propinquioribus principalibus, & in emunctoriis eorundem, malignum est magis. Ex parte dispositionis loci: nam si pars uel locus apparitionis eius exiccatus fuerit, malus est, si uero non exiccatus fuerit, minus malum est. Et si omnia dispositione, colore, & loco, conueniant in malo, pesʃimum erit & mortale. Inquit Hippoc. in primo prognosticorum. Si in ægro corpore fuerit antrax aut carbunculus, siue præcesserit, siue ægritudini superuenerit: opus est attendere signa quæ sequuntur, quòd si exiccatus fuerit, & colorem uiridem habuerit, uel citrinum, uel liuidum prętulerit, mortem proximam dicit. Et signa uniuscuiusque propria & distincta ex dictis colligere poteris insimul, si uolueris.

De cura. Cura uero eius in quinque rebus existit. In euacuatione omnis repletionis communis. completur uero cum phlebotomia perducente ad defectionem, mox cum apparuit absque omni dilatatione, si conditiones aderint opportune antispasi seruata, nisi transitus fiat super principale. Præseruat enim à magnitudine phlegmonis circumstantes particulas: deinde cum purgatione humoris adusti. Secundo consistit circa euacuationem particularem partis: seu materiæ apostematis. Completur uero cum sacrificationibus profundis propter crasʃitiem tristantis humoris, ut trahatur extra, & cum cauterizatione ulceris escariosi, ita ꝙ cadat cauterizatio supra ipsum tantum, & circumadiacentes partes phlegmonizantes nõ tangat: inutiliter enim combures: & non absq; nocumentis: quod quidem innuit Galen. dicens. Nullus igitur dabit illud quod afferat nul-

lam utilitatem: nocumentum uero habet secum immẽsum. Cauterizabis quidem causticis pharmaciis, ex acutissimis, igni similibus, sicut ex uitriolo, ex limatura æris adusti, arsenico, calce, & sandaraca simul mixtis, & comburitur similiter igni. Quod si grandis eius malitia apparuerit, ut neque illa in adurendo sufficiat & proprie in antrace, igne combures: at quandoq; cum candela ardente, supereffusa, & quandoque cum ferro, uel cum aureo instrumento igni to superimmisso, talis enim cauterizatio proprie materiam uenenosam à profundo corporis & à principalibus ad locum appropriatis trahit potenter, & tractam quandoq; insensibiliter effluere facit extra, ut cum egreditur, atramentum uideatur; & quandoq; insensibiliter resoluit & consumit, ut deinde non extendatur corruptio & periculum suæ malitiæ euitetur. Et proinde non tardetur, quin statim euacuatione uniuersali præmissa huiusmodi cauterizatio fiat. Dilatio enim ipsius perducit ad mortem festinam: & proinde consequenter & festine herbam scabiosam quam Macer mirifice commendauit contritam simpliciter empla strabis, cum innouatione frequenti à proprietate antracem ait necat in tribus horis. Et proinde si succum eius eis tribuas, citius & tutius operaberis, & maxime si cum eo lutum sigillatum immisceas: uel theriacam nisi inflammatio contradicat. Tertio consistit in accidentium correctione: completur autem, ut si rubor dominetur & multa inflamma tio cum dolore ardente in loco cauterizato & adiacẽtibus partibus, tum propter naturam materiæ uenenosæ principalis & attractæ: tum propter naturam ignis uel pharmaci causticiadditi: cum pharmaco dulci remittatur, quod fit ex pane clibanaceo & uino acetoso, uel arnoglossæ succo, uel decocta lenticula cum pane in aceto. Et si tumoris magnitudo existat, cum uino quidem stiptico: deinde autem cum aceto, & consequenter cataplasmabis orobi farinam super, cum oxymelle non super ulcus, sed circa ipsum, quia mordent: hæc enim pharmaca extinguunt feruorem, & ardentẽ dolorem, atque extenuant tumorem sua stipticitate, nec cũ ea materiam repellent ad interiora scilicet principalia: sed cum sint heterogenea, extinguunt sua temperata stipticitate, uel remittunt feruorem, inflammationem, & ardorem, & admixta caliditate illam trahunt, & resoluunt influxam materiam sic ne aliquid repercutiatur ex eis: sed pharmaca saniantia nullatenus talibus oportet afferre, ne putrefa-
5.aph.25. ctionem in particula augeant. Inquit Hippo. in aphor. Calidum saniem faciens non omni ulneri opportunum est ad salutem, ulcus uero quod impressit, corrigatur & regatur regimine ulceris maligni, fraudulenti, corrosiui, quod infra dicetur.

Et si debilitas pulsus seu tremor, aut syncopis, ex fumo suæ malitiæ uenenosæ cor attingere contingat, cum confortantibus cor, & alia principalia ex frigidis & stypticis notis, intus & extra approximatis auxiliis adiuuetur, & cum deriuantibus fumos uenenosos, & eorum materiam etiam cum frictionibus, ligaturis, compressionibus dolorosis, & uentosationibus, quæ supra in sectione prima sunt dicta.

Quarto consistit in regimine, & est ut regatur aere calido temperate, resoluente materiam, non tamen multum, ne prohibeat refrigerium in interioribus, & nobilibus in- H flammatis, moueatur, & parum quiescat, ut materia semper trahatur ad extra & resoluatur, & proinde uigilet nec dormiat nisi parum, ut semper materia trahatur ad exteriora, non reuocetur ad interiora. Inquit enim Galen. somnus & uigiliæ, reuocatione caloris naturalis cum humoribus ad interius & exterius fiunt. Et proinde tota die uigilet, & maxime hora noctis prima qua multum consueuit natura prouocari ad somnum, & regatur cum clamoribus, sonis acutis & fortibus, & aliis expergefacientibus dictis in lethargia usque ad horam matutinalem sanguinis, qui acuti humoris est frænum. minoretur cibus, & potus sit ex frigidis, & humidis abstergentibus, parum nutrientibus, & à principalibus repellentibus, qualis est chist hordei, & olea in principio, aqua hordei, & granatorum succus, in processu ius carnis, & similia. Et confortetur uerbis, & suasionibus citæ salutis. Et ex communibus cum prorietate ex simplicibus in expulsione uenenorum, & materium uenenosarum, est coagulum hædi, agni, pulli ceruj, uel uituli sumptum cum uino, & lutum sigillatum cum uino, & linitum cum aceto, & semen citri cum ex eo sumuntur. ʒ.ii. cum uino, thure, & aqua calida. Et ex compositis interius approximandis est ficus sicca cum ruta, cum nuce uel auellana sumpta. Et ex interius sumptis, & exterius linitis est theriaca, & exterius est allium cum auellanis, & pipere emplastratum.

Quinto consistit, & ultimo in cura ulceris maligni, & I corrosiui quę infra Deo dante dicetur. Medicamen efficax, & expertum ualens in principio antracis cum apparuerit nigra, mortificans ipsam. Rx. uitellum oui, & confice cum sale trito, & extende super peciolas rotundas ad modum carleni, & sint. ix. uel. xii. quæ succedsiue una post aliam applicetur, & unaqueque moretur in loco per horam. Sequentibus uero diebus cum attractiuis, & mundificantibus medicetur.

De phlegmone quod spina dicitur, clauus, & furunculus, & medicinis eus. Cap. 5.

VNdimia est apostema phlegmonicum ex sanguine bono, & subtili à corpore influxo ad subcutaneas partes, sed subtilitate substantiæ non remanet in carne, sed pertransit ad cutem, & colligitur in suis poris densatis, ut nequeat expirare. Et signa eius sunt, nam est tumor eius paruus sine pulsatione, & color rubeus, & doloris acuti, pungitiuus ad modum punctionis spinæ, quare dictum est spina. Aliqui dicunt illud clauum, aliqui furunculum, aliqui ademenul. Et cura eius est cura phlegmonis carnis, & musculorum dicta, quæ non est prætermittenda, cum quandoque ex errore amplietur, & deueniat ad apostema magnum. Completur autem primo cum euacuationibus, minoribus tamen in quanto, eo, quòd huius materia minor est ex phlebotomiis & pharmaciis, quoniam sunt efficaciores in resoluendo, & faciendo cessare illa à multiplicatione ipsarum, & ex eis est rarefactio cutis uentosatio in dorso & natibus. Secundo cum particularibus, & localibus remediis, ex repellentibus in principio usque ad tertium diem, deinde cum resoluentibus, quòd si non resoluatur (quod raro accidit) illud maturetur, & si difficulter ueniat ad pus, & caliditas eius est grauis, tunc phlebotoma uenam quæ imbibit ipsum: deinde uentosa locum, & non agas illud in principio, quoniam egredietur sanguis, & humor uirulentus, & retinebitur crassus, & fiet illud ulcus durum, cumque maturatur, & non aperitur perfora ipsum, aut cum medicinis, aut cum ferro. Et de repercussiuis conuenientibus est oleum ro. cum aceto & lacte. Et ex resoluentibus conueniens est emplastrum de passulis cum melle, & floribus chamæmillæ & baurach. Et de maturantibus conueniens est frumentum masticatum emplastratum, & ficus, & passæ cum melle, & similia. Et ex rumpentibus bonum est emplastrum quod fit ex semine lini, fimo columbino, & fermento. Tertio cum diæta ordinatione debita, prout temporibus eius conuenit. Quarto cum accidentium correctione, doloris & aliorum quolibet si oportet. Commune maturatiuum ipsius. Rx. se. almaru. tritj, psyllii, ana. vnc. i. lactis fici. vnc. iii. fœnug. se. lini, ana. drac. v. fermenti acetosi, unc. i. olei. unc. i. & s. decoquantur in lacte, & administrentur, quoniam maturat & aperit. Inquit Dioscorides. fermentum de farina frumenti quando decoquitur cum sale, maturat clauos, & aperit eos. Et similiter nasturtium emplastratum.

De carbone seu pruna, & igne persico, & medicinis eius. Cap. 6.

CArbo seu pruna, & ignis persicus proprie ex apostematibus paruis ad formam & quantitatem lupini malæ morigerationis sunt, & uenenosis perducẽtibus ad defectionem & syncopas, uesicam in principio, & escaram facientes, & particulam corrumpentes, seu putrefacientes ipsam cum fœtore plurimo denigrante. quare dictum est carbo seu pruna, & deinceps etiam ambulantes de genere carbunculorum, differentes ab eis, quod est quia in illis est materia sanguis crassus adustione malus, in istis uero materia est sanguis subtilis, cholericus adustus, uel cholera adusta mixta melancholiæ, proprie generata ex sanguinis subtilis & calidi corruptione, sicut in pestilẽtia quãdoq; cõtingit. Differt etiam in antecessione & colore, quia hic antecedit pruritus, & color est niger, ut carbo, illic uero non præcedit pruritus semper, & color non est semper niger, sed quandoq; rubeus, quandoq; citrinus, & quãdoq; uiridis, & inter se sunt differẽtes. Cum cholera dominatur melancholiæ in tali adustione, dicitur ignis persicus. Et tunc uidebis nigredinem in eo cum quodam splendore, & est comburens superficiem & cutem, magis ambulans, & corrodit eam, & corrosio eius & motus, est uelocior ad modum erysipelatis & formicæ. Cum uero melancholia dominatur choleræ, color erit niger, pressus, cum siccitate membri ad modum carbonis, quare sic nominatus est, & eius cõ bustio, & corrosio est profundior, quia in carne, non tantũ in cute, & est tardioris motus.

Et sunt habentes indicia ex parte dispositionis seu naturæ mẽbrorum. Nam quæ accidunt in carne, uelocioris sunt resolutionis, quæ uero in neruis tardioris, & accidunt quãdoq; cum pestilentia, quandoq; sine ea, & quandoque sumũtur cõmuniter ad carbunculum, & erysipelatem ulcerosam, comestiuam & ambulantem. Ex quibus causæ, & signa sunt manifesta. Et cura eius est proxima curæ carbunculi cũ euacuatione uniuersali præcedente phlebotomia, educente sanguinem cholericum adustum multum usq; ad defectionem, cum tolerat uirtus & ætas, & cum euacuatione partis apostematæ, & materiæ incuneatæ in ipsa. Completur autem cũ scalpellatione profunda, donec egrediatur sanguis malus uenenosus, cõstrictus in ea proprie, & in pruna eius materia est profunda in carne uel superficiali, ut in persico igne. deinde cum administratione in principio medicinarum, non repercussiuarum frigidarum in principio, fortis stypticitatis, ne materiam uenenosam repellant ad interiora, & principalia, nec etiam mollificantia fortis resolutionis, quæ particulam calefactam magis inflamment, & mate C riam, ac magis trahant, & incitent ad currendum, immo oportet ut administres medicinas exiccatiuas, in quibus est infrigidatio, & resolutio cum caliditate temperata, ut eius frigiditate caliditas partis & materiæ alteretur, & remittatur, & confortetur, & defendatur, & cum caliditate resoluant non repercutiant. Qualia sunt quę dicta sunt, arnoglossi emplastrata, & gallæ cum aceto uini decoctæ, & lentes cum pane quid furfuris habente, nam huiusmodi panis subtilior est in substantia sua, diuisim, uel insimul emplastratæ, uel alia similia in antidotario nostro scripta. Et ex appropriatis sunt quę hic subscribuntur, & cum regimine, & accidentium correctione, ut supra.

Emplastrũ conueniens & efficax & expertum. Rx. granata acetosa integra, & infundantur, & coquantur cũ aceto, donec dissoluantur, & deinde terãtur, & ponãtur super pãnum & superponatur, ipsum. n. conueniens est in omni hora, & eradicat hanc ægritudinem in principio & statu.

Aliud emplastrũ ad idẽ. Rx. nucẽ recentem & folia eius, sauic hordei, passularum, carycarũ æquales partes, terantur simul, & conficiantur cum uino & oleo papaueris nigri. D

Medicina cõueniens in principio cum nondum ulceratum est. Rx. acatiæ, tragacanthi, opii, corticum granati, ana drac. i. seminis hyoscyami al. ʒ.s. confice cum uino.

Medicamen conueniens huic cum est ulceratus, & est medicamen, quod parum exiccat, qualis est audacon, & trochisci. iiii. ex tragacãtho cum uino dulci, & rob. quod enim fortiter exiccat, addit in malitiam ægritudinis. Oportet autem ut subueniat partibus adiacẽtibus loco combustionis, ne putrefiant & corrumpantur, & illud fit cum bolo armeno, & aceto superinunctis, uel aqua, & reliquis, quæ infrigidant & repercutiunt. Et id quod est propinquius illo cum lana hyssopi infusa in uino. Cum ergo quieuerit in phlegmatico, & remanent ulcera, curentur cum his quæ sunt sicut emplastra de merdasengi, & emplastrum de diabutyro, & cum reliquis quæ sunt conuenientia ulceribus corrosiuis & fraudulentis. Et nux antiqua unctuosa est conueniens igni persico in hac hora.

De uena egredienti & medicinis eius. Cap. 7.

COntingit aliquando ut eueniat super aliqua particula corporis quidam feruor, deinde uesica uel ampulla, deinde rumpitur & egreditur ex ea quoddam rubeum decliue ad nigredinem, deinde prolongari nõ- cessat, & est uena, & fortasse est ei motus uoluntarius sub cute, ac si esset animalis in ueritate, quasi sit quod generatur in eo, & existimant quidam, q; sit ramus uilli nerui propter uehementiam crasitudinis, & extensionis ipsius. Et plurimũ quidẽ accidit in cruribus. Et Abo. dixit se uidisse superlatus & manus, & multiplicatur super infantibus utrunq; & quando extenditur uel scinditur, magnificatur ei dolor & labor. Et causa eius est sanguis calidus, malus, melancholicus aut phlegmaticus, adustus cum uehementia siccitatis complexionis. Et fortasis generant eam quædam aquæ & olea cum proprietate quæ est in eis qualia sunt calida & sicca, acrimonialia, & multiplicantur in aliquibus regionibus calidis & siccis, ac si sit morbus undimicus, ut in ægypto, & aliis etiã regionibus calidis & siccis, & in corporibus similibus, & minoratur euẽtus in corporibus humidis, & assuetis uino cum mensura. Signa sunt ex dictis manifesta. B

Cura. Galen. uero dixit cum non sit comprehensum ex eius causis aliquid manifestum super quid sit innitendum, eo quòd non uidit eum omnino, & in his ultra marinis regionibus proprie quibus fuit Abo. Vero & alij sequaces Galen. cum multoties illic uiderint, curam eius comprehẽderunt in. v. in abscisione causæ primitiuæ cum regimine, & correctione aeris illius regionis in qua accidit, rectificatione aquæ ciborum regionis, uel dimissione eorum omnino, & ministratione humectantium & balneorum, & omnia regiminis humectatiui noti. In abscisione causæ antecedentis cum phlebotomia oppositæ partis, & cum mundificatione sanguinis, & illud cum medicinis ex myrob. epithymo, sene, fumoterræ, polypodio, & similibus educentibus humores adustos, & cum compositis, ut cum pilulis, cochijs, & triphera confecta cum sene & fumoterræ.

Tertio cum euacuatione causæ coniunctæ cum particularibus medicinis. Et illud cum appositione sanguisugarũ super locum, deinde cum repercussiuis ex sandalis, camphora, cum succo herbarum frigidis, notis supra, aut myrta psyllii, lac dulce, quoniã non repellit ad principia, eo quòd præcedens assecurabit euacuatio. Non autem talia frigida super ulcus ponantur sed circa ipsum, quoniam frigidum ul- 5.aph.21.
ceribus mordax dixit Hipp. in apho. q; si non spargatur, resoluatur non cum ualde calidis, quoniam ex eis præueniet fortasse ad estiomenum, q; si non resoluatur, sanietur, deinde aperiatur, & mundificetur, & regatur ulcerum cura, quæ infra dicetur. Et quarto cum correctione accidentium, ut exeuntis uenæ. Cum ergo ampulla rumpitur, & uena ad exeundum festinat, oportet ut æger in die prima. ʒ.s. secunda die. ʒ.i. & in tertia die. ʒ.ii. de aloe bibat, & locus eius etiam epithimetur cum aloe. Ex hoc nocumentum eius omnino deletur, postquam enim quod exierit, quod ex ea fortis apparet, super arundinem paruam ex plumbo factã cuius pondus sit. i. ʒ. upluendum est, cum prædicta canna ligandum, & ut pendeat dimittendum, nam ex ipsius grauedine incipiet descendere, & citius egredi, & cum ex ea aliqua pars existit circa plumbum uoluatur & ligetur. Si autem quod iam egressum est, longum fuerit incidatur, & quod remansit inuoluatur, & donec radicetur obstruatur, quod est obseruandum, quia si sic factum fuerit, attrahetur & intrabit cannam, & postea putridum uulnus magnum generabit, quapropter huic ægritudini blandiendo est subueniendum, & paulatim uena est extrahenda, donec omnino egrediatur, et nihil ex ea in corpore remaneat. Si autem ipsam omnino intrare contingat, in ipsius foramine ponatur radius, & in longũ scindatur, & bene aperiatur, donec quicquid ex sua materia cõtinetur euacuetur. butytũ quoq; p aliquot dies superponatur, donec putrescat, & eius cõsumatur materia. deinde cum his quæ carnem generant, curetur. Et quinto cum regimine, quod supra in carbunculo dictum est.

De panatitio, & medicinis eius. Cap. 8.

PAnaritium est apostema calidum, rubeum, in circuitu unguium nascens, & ardens, & dolorē inferens, & fortiter pulsans, ex quo plurimum accidit febris, & pertingit dolor usq; ad loca quæ sunt sub assellis & inguine, & finaliter perducit ad casum unguis, & quandoq; ad corrosionem dirigiti, & causa eius est sanguis cholericus.

Cura uero eius consistit in tribus, in euacuatione uniuersali cum phlebotomia, & maxime si diu est, quòd patiens nō fuit diminutus, in particularium remediorum approximatione cum sedantibus dolorem, calorem, & pulsum ex apocrusticis. Et primo in principio cum submersione digiti in aceto calido, ut iusit Gal. deinde cū emplastro de camphora, aut mucilagine psyllii confecta cum aceto, deinde si expedit propter dolorem cum epithimatione digiti ex aceto, & opio dissoluto in eo, donec super locum crassum fiat epithima, deinde contritæ gallæ, aut cortex granati, uel grana myrtæ cum aceto, & aqua conquassata, & superponatur ēt panus super ipsum aqua niuis infrigidatus, quoniam ipsum refrenat multoties, si fiat cum frequenti innouatione, & cō firmationem eius prohibet, & similiter sordes auris cū litio prohibet à proprietate illius collectionem. q; si pulsus in loco fuerit uehemens, prædictam medicinam, uel aliud sibi simile per diem integrā approximare curabis, deinde si pulsus adhuc perdurat, signum maturationis erit. Quare oportet, ut aliquod emplastrorum quæ in cura phlegmonis ordinauimus, & hic superponas, & proprie semē almari, & psyllium cum lacte donec ad suppurationem deueniat, deinde aperiatur, & quod in eo continetur, educatur, proprie cum emplastro ex farina lupinorum cum melle, deinde cum curantibus uulnera locum rege, & proprie cum aloe. Et deinde cum unguento de ceruſſa, & sarcocolla, & superponatur pannus madefactus in fine. Et si in principio unguis prurit⁹ acciderit, unguis cadet, si ergo ceciderit, digit⁹ ab omni motu lędente cum obuiatione rei conquassantis cauendum est, nē unguis qui renascitur fortis egrediatur, & asper in regimine quale est dictum in phlegmone. Consistit etiam cura eius ex simplicibus appropriatis eis, ut suc. myrtæ proiectus super eum & epithematus, acatiæ cum albumine ouj, sordities balnei, olibanum quod incarnat, radix pentaphylon decocta cū aceto, & emplastrata, succus, & radix liquiritiæ, sumach, sires, aloes cum melle, ficus cum penidiis ponitur supra panaritium ad maturandum, & resoluendum cum aqua cineris ligni ficus, & in augmentum cū cortice granati, & sanat illud acetum, & folia oliuarum sylueſtrium. Abo. Inquit enim, nec oportet ut stetur super infrigidantia, nam ipsa, quando pertransit hora principii, inspissant cutem, & obsident materiam, & uehemētior dolor fit, & nō illud quod sentitur de caliditate, quāuis sit sicut ignis immo resoluetur & exiccetur, cum summersione in loco calido, & in medio teratur olibanum super ipsum, aut nigella trita, & adeps, mucillagines lenientes, & bona sordes auri. Et dixit quoque fortasse, cum enim est timor corrosionis, necessarium est ministrare emplastrum ex arsenico, & tragacātho, calce, & flore æris, quoniam exiccat, neque est melius eo. Et quandoque incipit currere ex panaritio ulcerato sanies, & tunc cauterizetur, & incidatur, ut non perambulet malitia in digito toto. Emplastrum. ℞. aloes balaustiæ, olibani, & gallæ, conficiantur cum melle & administrentur. Emplastrum quod dixit Paulus. ℞. tragacanthi usti, thuris, ana partes æquales, floris æris partem. s. terantur & conficiantur cum melle, & ligetur, ne tāgat locum, adde uero oleum.

De apostematibus paruis seu pustulis illius generis, ut sunt morbilli, & uariolæ, & sere, & medicinis eorum. Cap. 9.

QVia supra prima particula sectionis huius locuti fuimus de cura uariolarum, morbillorum, & pastilcum, quæ sunt ex apostēmatibus sanguineis paruis, nunc de sere loquemur, quod ex illorum genere est. Est inquam sere pustula parua laxa sicut uesica, ad aliquā tendens rubedinem, & est pruritum faciens, & angustiam, & est ueniens subito plurimum. Et accidit ut currat ex ea humiditas quæ fortasse est sanguinea, & plurimum fit uehemens in nocte, & in eis etiam angustia fit fortis cum tristitia.

Sere quid.

Et causa eius est uapor calidus eleuatus in corpore subito, aut ex sanguine cholerico, aut phlegmate salso baurachio. & sanguinea quidem est uehementioris rubedinis, caliditatis, & uehementioris apertionis. Et phlegmatica est minor in omnibus illis. & cum sere inuadit locum amplum & intrinsecum, si non fiat phlebotomia timetur feb. tertiana. oportet ergo, ut fiat phlebotomia in spatio, quod est inter principium & statum.

Cura uero sere in quatuor rebus consistit. In euacuatione causæ antecedentis cum phlebotomia, si sanguis fuerit uincens deinde consequenter cum solutione choleræ, si tolerat uirtus, quod fit ex duabus partibus myrobalanorum citrinorum. 3. i. hieræ cuius dosis sit. 3. iii. cum iuleb seu syrupo acetoso. Secundo consistit in sedatione angustiæ & inflāmationis. Et primo cum tamarisci⁹ de aqua fructuum, & de infusione chrysomilorum, & succo duorum granatorū expressorum cum pulpis suis in quantitate lib. s. aut cum succo granati acetosi. Et de his quæ sedant eam, est infusio sumach colata cum ex ea sumuntur in potu. 3. iii. & detur in syrupo de nuce in die multoties, est enim ex his quæ multum conferunt ei, & lenit naturam. Et de appropriatis ei est, ut sumatur crocus hortulanus, & teratur, & concutiatur cum aceto, & sumatur aqua myrtæ, seu aqua urcei noui. Et si humor fuerit phlegmaticus baurachius, educatur cum myro. chebu. & citri. cum turbith, de quo sit quantum est media pars illorum, & sit potio eorum. 3. iii. & detur in syrupo de nuce cipresi humidi. ʒ. i. cum aloe. 3. i. & sumatur crocus hortulanus, & ex illis est ut sumantur cubebæ. 3. i. cum. 3. iii. zucchari & sc. agni casti in lacte dulci. Tertio consistit in regimine, & est ut regatur cum cibis frigidis, & acetosis absterſuis. Quarto consistit in particularium remediorum approximatione ad particulam patientem cum resoluentibus, temperatis & humidis, dictis supra in cura phlegmonis, & cum saniantibus, si expediat, & aliis quæ illa sequuntur.

De terminatione apostematum, quot modis possunt terminari, & est sermo generalis in terminationibus apostematum. Cap. 10.

OMne apostema ubicunq; sit corporis terminatur secundum Gal. aliquo sex modorum quibus ad finem salutis uel mortis perducitur æger. Qui autem sint & quales, quia boni mali & mediocres, & quę eorū sint signa, supra in huius sectionis principio dictum est. Sed ut scias apostemata regulare, ut ad bonum & optimum perueniant terminandi modum in finem salutis, ipsumq; cū expediat ualeas adiuuare, & malis obuiare, nunc oportet adiicere & monstrare, quid sit scilicet unusquisq;, & quibus causis fieri habeat, uel medicinis, & cui competat quilibet & cui non, & quod sit regimen obseruādum in eis, supra enim in capitulo generali dictum est, qualiter nocumēta apocrusticorum, & diaphoreticorum cum accidant corrigātur, hic autem dicendum, qualiter sit ne accidant obuiandum. Sciēdum ergo, q; resolutio apostematum, & cuiuscunq; alterius materialis morbi, est ut humores, qui sunt materia eius subtiliati, & in uaporem cōuersi apertis poris insensibiliter expellantur, ut Gal. ostendit. Fit autem illud à natura & arte completur uero caliditate, & humiditate temperata naturali medicinarum quarundam proprie, simplicium & compositarum, quæ humiditates corporis ponant subtiliatas, & in uaporem conuersas, & poros cutis rarificatos, ut facile expellatur, ut est semen lini, anethi, fœnugræci, & similia. differunt autem, & uariantur in qualitatibus dictis, secundum plus & minus, secundum diuersitatem materiæ, & mēbri, & aliarum rerum intrinsecarum, & extrinsecarum, quæ notæ sunt, quibus indicia aptæ, & ineptæ resolutionis habēt. Coadiuuant autem ad resolutionem apostematis recurrere facientia præmissa, ut dicatur apostema resolui cuius pars recurrit, & pars inepta recurrere proprie resoluatur, ut non procedat a modo, sed desistat. Cum ergo materia apostematis recurrere non sit apta, quia iam aggregata est, & incuneata in cupo, sed resolutioni potius, ut quia calidum sit, sanguineum, uel cholericum, uel ex utrisque mixtum,

mixtum, & complexio corporis calida, & compositio rara, quod expiratio uirus, & liquoris declarat, quæ in emplastris quotidie inuenitur, & maxime quia dolor, febris & alia accidentia remittātur cito, si non sufficienter agat sunt reliquię. Si uero non, ut quia tepide se gerat, iuuat ipsam cum temperatis prædictis, si prædicta non sufficiant, uel propter medicinarum ineptitudinem propter naturam, & positionem eius, uel caloris membri debilitatē, & compositionis densitatem confortabis illa cum aliis subtiliantibus & calefacientibus magis, ut est spica, absinthium, ameos, baurach, & similia, quæ infra Christo auxiliante dicentur, nec illis fortibus absq; necessitate prædicta utaris, fortia enim caliditate sua & siccitate, subtile quodam impetu resoluēdo à crasso diuidunt, & illud scliratum dimittūt, quod difficilius resoluetur quàm prius, & etiam sanabitur.

Et rege patientem cum extenuatiua diæta, siti & fame, fames. n. exiccat corpus. Saniatio uero apostematum est adæquatio materiæ, dispositio eius apta ad euacuationem per eruptionem. Cū. n. in uacuo membri seu cupo apostematis iā tota materia sit collecta facta, quia sit exitura, tunc cum nō possit apte repelli, quia iam exiuit à uiis & uenis, non resolui, quia incuneata ibi existit & cōpacta, expedit ut per partem patientem sensibiliter educatur, eo q; præter naturam existit, & illud per eruptionem, ut ergo absq; grādi nocumēto naturæ, & membri possit expelli, oportet maturare ipsam & in saniem conuertere, ut per eruptionem facile expellatur: aut enim si niteris euacuare destrues loca sana ægritudini resistentia, dixit Hipp. Fit autem à natura, & ab arte cum medicinis calidis, & humidis cū æqualitate uisceſ subſtantiæ, quæ cum caliditate æquali subtile à crasso non diuidunt resoluendo, sicut diaphoretica, & proprie fortes, sed agunt in eis utriq; simul decoquendo & permiscendo, & suæ uiscositate subſtantiæ utrunq; retinet oppilādo, nec permittunt expirari subtile, & prohibendo transpirationem caliditatem præter naturam acquirunt in loco, à qua permixta cum naturalis sanies generatur in tali materia bonum, & ad malum mediocriter se habente, ut dixit Gal. debent ergo esse tales medicinæ calidæ in principio primi gradus, uel in fine ipsius, uel usq; ad medium secundi gradus, quæ infra dicentur, & hoc propter diuersitatē complexionis corporū quibus approximantur, & etiam materiæ saniandæ. Inquit enim Gal. Medicina saniē generās debet esse caliditatis, seu cōplexionis similis cōplexionis corporis in quo sanies generatur, & ēt membrū, ut dixi Auer.

Habent autem exituræ iudicium ex parte naturæ ipsius materiæ: & corporis seu membri in quo sunt: et quantū ad saniationem, & quātum ad eruptionem in quo materia est diffusa, aptam & facilem, ineptam, & difficilem, & bonam, & malam, seu laudabilem & illaudabilem. Quantum ad saniationem quidem nam quæ est in materia calida, est & in membro calido carnoso, & corpore fortis caloris, in quo materia est diffusa & posita extra multæ eminentiæ, & tumoris pyramidalis, uel coloris rubei cum pulsatione prompte saniatur, & est bona. Quæ uero ex materia frigida in membro frigido, quia neruoso & simili, & in corpore calo ris debilis, inepta est difficilis & illaudabilis, & maxime si in membro iuncturali uel propinquo existat, in quo nec apte fit exitura, nec saniatio propter mucillaginitatem ipsarum, & materiæ, & propter amplitudinem uacuitatis ipsarum, quare materia in eis nō est bene aggregabilis in unū, nec retinibilis, quin transpiretur, sicut exitui expedit & saniationi, nisi grandis causa existat in eis.

Similiter quātum ad eruptionem, nam in prima est prōpta eruptio, & absq; periculo, in secūda est difficilis & pernitiosa. Et quidem cum habet duobus fieri modis, ut per materiam & artem si fiat per naturam est melior, & securior, & si fiat ad extra laudabilis. si ad intra illaudabilis: si uero ad utrunque magis. Et siquidem quod erumpit, egreditur album, & lene, & æquale, carens malo odore, laudabile est. Si uero citrinum, rubeum est, liuidum, & cenosum, malum, sicut Hipp. in prognosticis dixit. Cum ergo uides apostema aptum saniationi prolongatur & sit factum exitura, dolor, & feb. non minuitur, nec pulsatio, nec apparet humiditas aliqua expirari, immo tumor manet, uel augeri non

A cessat, & maxime quando sanguineum, uel phlegmaticum, seu mixtum ex eis fuerit apostema, non cholericum, nec melancholicum: humor enim crudus, & caro matura, materia sunt saniei, cholera uero inepta est ei, et resolutioni potissime apta. Vnde Hip. in eryſipelate putredo, aut sanies, malum. Et similiter melancholia si naturalis sit, maturationi, si præter naturam sit, corrosioni, cui maturatiua non cōpetunt, cum putredinem augeant, & corrosionem. Vnde Hippo. in apho. calidum saniationem faciens non in omni uulnere optimum est ad salutem. Et si potes impedire & resoluere, in hoc quantum potes instabis, & illud sæpe ad meliorem terminandi modum reducas, et illud facies auferendo saniantia, et diætam extenuatiuam ministrando, ac resoluentia quæ aperiendo poros materiam transpirabilē reddant, et subtilem eius partem à crassa diuidant resoluendo: illa enim sola putrefiunt corpora, quæ calida sunt et humida, et intranspirabilia perseuerant: deinde cum administratione stypticantium, et exiccantium, ut foliorum myrtæ, balaustiæ, et gallæ, et huiusmodi, quæ si euitare non potes, quia natura sit ad suppurationē intenta, siquidem per se sufficiens sit multum apta, et naturæ obediens, quia si calida in eodem loco uehementioris exitus ad exteriora cū maioris tumoris eminentia et acutioris capitis cum rubedine ac pulsatione relinque ipsi naturæ. Dixit enim Galen. Medicaminum auxilio non indiget, nisi cum mōrbo magni ficato, dominari nequierit. Si uero per se non sufficiat, contrarius illam cum medicinis prædictis, et proprie cum materia est inepta, et prædictæ contraria. Cum uero sanies sit, tunc considerabis an locus eius sit in membro carnoso, aut in membro arterioso & neruoso, et proprie quod iuxta iuncturas existit. Si. n. fuerit generatio eius in loco carnoso, arteriis et panniculis carēte et neruis, ut sunt nates, et adenæ, non aperias exituras, donec tota materia sit complete saniata, nisi multa et superflua in quantitate existat, de quo mēbri corruptio timeatur: melius enim digeritur insimul dimissa quam si euacueretur in parte, tunc enim intranspirabilis perseuerat, et quia permixta quod ex ea tangitur à putrido apertius putrefit. Si uero in membris alia conditio fiat, ante perfectam, et complet am saniationem totius, si natura non aperiat, studeas aperire. Sanies enim diu retenta ac uirus, dicta membra sua acuitate corrodit, quod plerunq; ad spasmum adducet.

Cumq; artificialis apertio duobus modis habeat fieri, ut per pharmaca causticа quæ infra annuente Christo dicētur, et per incisionem cum ferro, uel sectionem, sitq; in eis dubium ne subiecta membra læderentur, expedit, ut fiat cō ditionibus debitis obseruatis, et maxime in exitura tali existente in neruosis, uenosis, arteriosis membris: si enim sint in membris carnosis, sine periculo incidetur uel secabitur, etiam si profunda fiat, ut dictum est.

Conditiones incisionum.

Conditiones autem debite obseruandę sunt. Quædam ex parte chirurgici operantis, ut quòd sit sciens et proprie in arte anatomica, et expertus in sectione, sitq; habens manus leues, et habiles ad secandum, et secum deferens instrumenta apta ad illam, ut nouaculam uel lanceolam, mollificantia et dolorem sedantia, quæ in solutione neruorum dicentur, et constringentia sanguinem qualia sunt plura, ex quibus est medicina Gal. quæ ex pilis leporis, tela araneæ, et ouorum albumine commiscetur, et ferramenta quibus cauterizetur. Quædam uero sunt ex parte corporis in quo inciditur, quædam ex parte loci, quædam ex parte quantitatis, et formæ, seu figuræ, quædam ex parte ligaturæ. Ex parte quidem corporis, ut si forte tumeat, et si sit sensibilis ualde, prout Abo. docuit, i uino lolii aquā ponas, aut sumach, aut fumi terræ, opii, et hyoscyami, ana. ʒ. s. nucis musc. et galliæ mus. et ligni aloes crudi, ana. 3. i. sextam, aut hyoscyamum nigrum cum corticibus mandragoræ in aqua coquatur, donec rubefiat, et cum uino admisceat, et præbibat. Ex parte quidem loci est, ut fiat ubi sanies aggregata rumpitur, quam mollities tactu inuenta in loco cum digitis indicat, et albedo, seu alius color puris, licet quandoq; propter crassitiem sui non maturetur, uel profunditatem loci, ut Hipp. dixit in aphor. quo casu calorem oportet attendere et pruritum, fiat in loco subteriori remoto ab arteriis, et neruis,

neruis, quo sanies melius possit effluere & expelli, ut siqui dem sit exitura pinealis extra eminens & acuta, in capite sui fiat: ibi enim cutis propter saniem attenuata est magis. Si uero sit spaciosa & lata, fiat in parte subteriori per quã melius possit euacuari, ut si expediat, in locis eius duobus, uel tribus incides. Ex parte figuræ, ut fiat secundum proces sum rugarum uel linearum cutis, nisi in illis mẽbris in quibus positio uillorum non currit secundum cursum rugarũ; ut est frons, & palpebræ in quibus si secundum rugas cutis ipsarum incides, simul & neruum seu uillum eius qui in longitudine currit incides, caditq; superciliũ & palpebræ. & breuiter fiat, sicut Ancilinus in chirurgica arte expertus, & in anatomia doctus insinuauit, quod infra ponetur. Ex parte quantitatis & formę, ut si sint in superficie posita, fiat superficialis, si uero in profundo profunda & lata, ut carne adiacente, eius labia non claudantur. Et proinde ad cautelam tentam aliquo liquido inunctam impones prius expressa suauiter saniei & paulatim non subito, si enim subito expellatur, & exitura sit magna, & multa collecta sanie, perducet ad mortem subitam, maxime si intrinseca fue
6. apho. rit. Vnde Hip. in aph. Quicunq; empyci aut hydropici urũ tur, aut inciduntur, sanie aut aqua subito & multa fluente, repente moriuntur. Cum ergo quod per se effluit, fuerit pa rum prius imposita tenta superemplastretur ouũ conquassatũ cum ambabus partibus suis, cum stupa ad sedandũ dolorem, & restringendũ sanguinem ex uenis incisis fluentẽ, uel spongiã in uino styptico infusam ut docuit Abo. Et em plastrum de chalcantho non ualde frigidum, ne mordeat ulcus & superligabis modo quo oportet, qui infra dicetur absq; multa constrictione, ne doleat magis, & sic dimittes usq; in diem sequentem. Extunc uero solue, & mundifica ulcus cum mellicrato, uel cum uino, & impositione tentæ ex filis telæ antiquæ, uel stylo si fuerit in profundo, super ca put autem sit pannus absterssuus, & exiccatiuus saniei & puris. Cumq; aliquid remanserit saniandum, illud saniabis miscendo mundificantia, & saniantia in emplastris. Et cum mundificaueris, necesse est, ut succurras ad conglutinandum cutem cum carne, ut non rumpatur & indurescat, & fiat taliter, ut non conglutinetur, quare fiat sinus uel bursa, quæ non cesset impleri, & redeat similis exituræ primæ. Et quoties mundificabis non moretur quin impleatur carne ne fiat de genere fistularum. Ad hæc ergo complenda, facta incisione & mundificatione, si ea quæ in circumitu incisionis sunt sine phlegmone fuerint, replebis ulcus puluere sic cantium seu styptica cantium pharmacorum etiam mordentium, qualia sunt ostraca adusta, & quale est compositũ phar macum ex fermento, & eis quæ per chalcitẽ. Si uero quid eius, quod in circuitu, phlegmonat, id quod per oleum, & chalcitem liquefacies, quando infrigidabitur, ducens in olla mollificare manibus oportet de uino fundendo ut nosti. utile. n. est in multis hoc tale pharmacum &c. Deinde conserues cum ligatura debita, quam infra dicemus annuente Christo, ut nec aqua, nec oleũ, nec pilus cadat, nec aliquid quod humectet, sordidet, & conglutinationem retardet. Et deinde incarnantia, & conglutinantia ministrabis, & finali ter sigillantia. Quod si ex errore sinus accideret seu bursa, quam Gal. colpus appellauit melius est ut dixit ad mundifi cationem puris & ichoris, sine qua incarnatio, & congluti natio opportuna est impossibilis, quod habeatur canale p foratum secundum rectum ex ære, uel corio præparatum: ea uero non existente, habeatur instrumentum puris mundificatiuũ habẽs amplum canale, habeaturq; quòd pharmacum per chartam combustam compositum ex eo parũ mixtum multo rodino. i. oleo ro. Et hoc canale per orificium ulceris sine immittere, & deinde inuoluto licinio claude orificium, & tandiu in eo dimitte, donec mundificatus per fecte sit sinus, & carnosatus, quod absente tumore, & dolore partis, sinus constrictione ac siccitate ipsius cognosces. Quod si in ore pus benignum, & paucum uideris, magis spem carnosari, & conglutinari, habebis colpum, propter quod superpones spongiam madefactam, & acetosam, gallæ oleo superligans, ut infra dicetur, & superpones emplastrum, & tentam ex eo inunctam, & dimittes usque in secundam diem, uel tertiam, quod si tunc ligatura soluta,

liquor prius subtilis excernatur ex colpõne à conglutinatione desperes, multoties. n. superposita pharmaca patienti particulæ uirus exprimit ex cute ipsa uiolenter & carne si. bi subiecta humiditatẽ subtilẽ & maxime si corpus humidũ sit, & diæta humida & superflua usum fuerit, qua expressa, commensurate siccæ sientes regiones, conglutinantur prõpte, quòd si secundum tertium uel quartum diem absolues inueniens liquorem indigestum, per hoc scias non conglutinatum esse colpum, & proinde expedit, ut supraponatur particulæ pharmacum fortis exiccationis absq; mordacitate, quale est pharmacum nostrum flauũ, per metallica pharmaca sine cera confectum, & oleo gallæ. & acetum sanguinolentorum ueterum ulcerum, & neruorum est conglutinatiuũ, & corporis instantis exiccatiuum, quæcunq; autem emplastra sint pharmaca liquata rodino, si in huiusmodi sinus immittimus, per canale nõ transeant, sed in his conuenit uesicam accipientem porcinam apponere ante listũ per foratum. secundũ rectum oportet esse acriora pharmaca quæ licinios imponuntur nominatis, qualia sunt uiridia colore, & propterea pauco rodino commixta. commensuratio uero super icarnato sinu cõglutinatorũ aliquod pharmacorum superponatur, uel si recens seu sanguinem curares uulnus, multa. n. sunt talia qualia per butyrum litharg rum, & gruginem æris, & alia metallica pharmaca, ex quibus quandoq; flauum pharmacũ resultat, cũ amplius fuerit cocta, & quandoq; uiolaceũ cum ad modicũ fuerit cocta. Scire oportet enim, quòd omnia metallica pharmaca lepto mera, & sicciora fiunt usq; ad plurimũ cocta, & proinde in colpis profundis magis operatiua, cum ad profundũ oporteat peruenire eorũ uirtutẽ: quę uero recentia, & sanguinolenta sunt uulnera, facile conglutinamus, & si unus ex his exiccent, ut sunt quæ suprascripta sunt, de quibus multa enumeraumus quibus scripta sunt, similiter multa foramina, & longa, habentia multam sorditiem.

Aduertendum autem, quod si aliquid colpis in superiori fuerit regione, & similiter si uulnus fuerit profundum, os uero eius in corporis manifesto inferius, facile per os effluat liquor, si solam custodias conuenientem figurã patientis particulæ, ut si fuerit colpus in crure, orificium uero eius iuxta genu tendente deorsum, orificium uero eius sursum, liquor manebit intus, & corrodet continuas partes, neq; effluet, ut nec carnosetur & conglutinetur, ut expedit, nisi subincidas inferius ad effusionem ichoris ipsius. Et si illud in uulnere profundo nequeat fieri, iuuetur conuenienti figura, & expresione uersus orificium tendente in pharmaciis trahentibus de profundo, cum exiccatione forti, donec ichores perfecte fuerint exiccati, quod ex prædictis signis cognosces certe, & extunc abluatur cum injectione mellicrati, quod in hoc melius est ad maiorem mũ dificationem, deinde incarnãtia ministrentur, deinde uero abluens cum uino mediocriter styptico, & ætate medio, te pido, & conglutinantia superponas. Et spongiam mollem quam magis possibile est modo prædicto madefactam, & expressam circumpones, & superligabis bindam. Sit autẽ eius superligatio, ut à fundo colpus incipiat, terminetur autem uersus os, & circunpones uero othomoris bindam, stringat quidem in dolorose fundum colpus, paulatim uero exoluatur usq; ad orificium, ut illic laxam superligationẽ habeat, & ea binda quæ superponitur extrorsum super orificium cum emplastro cum forficibus existentem incisa, ut effluere possint ichores ab arbitrio, colpi quoq; aliquo secundum id superpositoq; emplastro, ut ad supersolutionẽ quam in tertia die facies auferens ab eo id quod uelut epithema circũiacet. adhuc autem si dominium eorum, quæ ad saniem deuenerunt apostematum, incisio fiet tarde, uel propter imperitiam medici, uel timorem infirmi, necesse est in tempore corrodi cutem à sanie, & subtilem fieri, & dirumpi undiq; ad modum dislaniati panni, ut fiat ulcus à medicis nominatum rancosum, & dilaniatum seu dilaceratum. Est ergo cutis huius difficile conglutinabilis, & maxime siquis siccum superponat consistentia pharmacum, ab his enim adhuc magis rancosior fiet, & ficca cutis similiter, & acutis gummis exiccantibus similiter, quare ad conglutinationem eius uti oportet aliquo humido

do consistentia pharmaco: uirtute uero sicco, & effectu, qua le est pharmacum compositum per litharg yrum, & pingue dinem porcinam ueterem, & chalcitem habentibus, uel o leum ueterinum, & melius autem operabitur, secũdum has dispositiones, quando non ualde durum nec certissime mol le conficitur, conglutinatiuum enim omnium est ulcerum, & sanguinolentorum immissum per oleũ uetus. deinde per unum uetus, deinde positis in circuitu huiusmodi dispositionum, intristanter enim eas consolidauit multoties, confert in lacertosa cute. Nihilominus mel usq; ad consistentiã coctum, emplastratũ, ut neq; sit ita durum ut lædat cutem, & instabile sit, neq; ita humidum, ut circũfluat à calido corpore, & siccam relinquat bindam, & sic nihil prosit, quoniã autem mensuratio coctionis uix perceptibilis est in eo, me lius est emplastrare puluerem myrtæ, uel aloe, uel olibani, uel omnia simul, & maxime quando in binda unctum humi dum appareat. Sit autem subtiliter puluerizata, & bis uel ter cribellata, & si supermisceat decoctioni mellis, prædicta operabuntur melius, si magnus & profundus fuerit colpus. Ad hoc autem subtilissima est, & expertissima cencaurea, est enim mirabile pharmacum in utilitate eius. deinde sympathum. i. plantago aptissimum. deinde iris, & absinthii radix, & postea oroborum farina. Sint autem subtiliter cribellata & linita, mixta autem mellis decoctio, secundum illud tempus quandoq; utiq; ab igne auferendum. deinde supertere baculo uel miscula, ut misceantur ipsa bene melli. Melius autem est præantiferentes ollam ab igne emplastrari omnia huiusmodi, deinde diligenter mouere, donec mel utiq; fiat tepidum, ut superponi possit ei quæ curatur particulæ. Cũ autem exitura intrinseca fuerit, licet de ea in prima sectione particulariter dictum sit, & ad chirurgicum nõ pertineat, sed ad physicum magis, tamen regat eam chirurgicus in absentia physici, uelut manualiter operatio in eo, cum ministratione euacuationis minus, ne subtractione humiditatis impediat maturationem. Sed siquidẽ sanguis qui inuentus est, malus & corruptus existat, quod utplurimum est, tam propter compassionem quàm propter alicuius eua cuationem, cum phlebotomia cognosces, mundificabis eũ, prout superius dictum est. Si uero bonum uidebis, non euacuabis, nisi multus fuerit, minutio enim impedit saniationẽ subtrahendo humiditatem, & minuendo calorem ministrabis maturantia exquisite quæ sunt medicinæ subtiliatiuæ ex simplicibus & cõpositis. Ex simplicibus ut myrta, cinnamomum, amomum, & reliquæ species cum consecutione uini subtilis, declinantis ad albedinem, paulatim bibiti. Et ex cõ positis est theriaca, & mithridatum, & homorusia. Et facta maturatione, si per se non rumpatur, ministrentur rumpentia eis appropriata, deinde mundificantia, & ultimo cõglutinantia, quæ ex prædictis in prima sectione sunt nota. Et oporteat, ut regas patientem huiusmodi exituras intrinsecas, & cum maturatur tendat ad caliditatem, & humiditatẽ temperatam. Cum uero erumpitur, & fit dubelati, oportet ut regas uirtutem, ne cadat subito & syncopizet, & moriatur, & proprie ubi multa, & subita sequitur euacuatio, & illud cum cibis, & potibus iurium carnium, & uini subtilis, odoriferi, deinde cum his in quibus est absterssio, & mundificatio, ut chist hordei, aqua eius, & cicerum aqua, mellis, & cappares, carycæ, & passulæ, & similæ. deinde cum habentibus uirtutem conglutinatiuam, ut sunt extrema animalium nerusa, & uiscosa, quæ sua qualitate generant sanguiné uiscosum conglutinationi conuenientem.

De appropriatis apostematum secundum diuersitatem membrorum in quibus fiunt. Cap. 11.

LApidatio uero apostematis, non talis à principio existentis, ut melancholicus est, & conuersio eius in scli rosim & duritiem, accidit dupliciter. Aut ex natura materiæ ipsius, ut quia fuerit eterogenea, subtilis, crassa & uiscosa, cuius subtile resoluitur per se, uel actio naturæ resolutioni intendẽs subtile euaporari fecit, crassum uero di misit, nequiens illud resoluere propter ineptitudinem suã, quòd induratum remansit sequestrato ab eo subtili, humido leniente & mollificante. Alio modo accidit ex errore medici in curatione, ut quia uolens ipsum resoluere, resolutiua disproportionata ministrauerit & superflua, ab humiditate priuata, uel quia à principio apocrustica fortiora quàm oportuerit apostemati ministrauerit. Cumq; uidebis apostema aptum huius terminationis per signa, quæ superius habuisti, & per duritiem à tactu inuentum post duritiem, uel maiorem, & per signa aptitudinis materiæ eius ad illam, ob uiabis cum regimine humectante, & ministratione humectantium intus & extra, absq; resolutione, & cum euacuatione humorum crassorum & uiscosorum, & quod scliratum, & induratum fuerit curabis & reges cura propria scliroticorum & melancholicorum, quæ infra ponetur. Conuersio uero, & permutatio apostematis in putredinem fœtentem & corruptionem, est transmutatio totalis materiæ eius putrefientis, & calore non naturali extincto eius naturali; hæc est natura putredinis, dixit Gal. & in hoc differt à sanatione ipsius, quia in materia & efficiente, ibi enim materia inter bonum & malum se habebat, & calor efficiens ex calore naturali, & præter naturam erat mixtus, hic uero & materia & causa efficiens præter naturam totaliter est effectus. Cum ergo corrumpitur apostema, fortasse putrefaciet, & corrumpet membrum, & fortificabit ipsum. Qualiter autem hoc fiat, & qualiter hoc curandum sit, & regendus sit patiens, supra dictum est in capitulo generali, & infra in estiomeno, et cancrena dicemus. Apertio autem subita periculosa est & suffocatiua, si interior sit, & in membris nobilibus & animalibus, uel spiritualibus magis, uel eis uicinis, ut quæ in cerebro est, & panniculo eius, gutture uel pulmone, uel pleura quæ uicinatur cordi. Et siquidẽ apostema uel exitura non sit matura, illud contingit multitudine materiæ, & acumine eius dirumpente, uel ulceratte particulam continentem, & ex teneritate, uel subtilitate ipsius, uel aliqua causa exterius adiuuante, ut est percussio & casus. Si uero sit matura et suppurata, iam aperiatur si subito fiat causa erit multitudo saniei, et acuitas ipsius cum tenuitate membri, uel utraque. Quare siquidem in prædictis locis fiat, mortem subitam portendit utplurimum quæ propter cursum cum multitudine, et malitia ad cordis, et cerebri uentriculos, et proprie cum eruptio facta sit in parte ipsius posteriori, tunc enim cum non habeat unde expiret, eius spiritus suffocabitur. Si uero in membris nutritiuis fuerit, talem mortem subitam non portendet, nisi cum in hepate fuerit, uel cum materia deferatur ad illa cum apostema, uel ad exituram aptam, cum hoc uideris ex signis magnitudinis apostematis, uel exituræ, et multitudinis materiæ eius, et ipsius malitiæ, obuiabis, ut tua interest, dicente Hippo. in prognosticis. nonne illius est, ut futurum periculum uel omnino prohibeat, uel ut saltem competenti admiculo tolerabilius fiat, et illud quidem facies regendo patientem cum euacuationibus totius, si expediat, et partis cum sanguisugis, et caraxationibus dimissis, donec sanguis sufficienter exeat, et etiam deriuationibus et attractionibus materię ad exteriora, et ignobilia, cum uentosis, et aliis prænarratis supra, obtundentibus acuitatem materiæ, siue humor sit, siue sanies, ac cum resolutione materiæ apostematis seu exituræ, et cum diæta tenui et siti et fame, et aliis materiam minorantibus. Et si expediat cum eruptione festina, ex his quæ eruptionem habent facere in interioribus quæ dicentur, cũ confortatione membrorum principalium et uirtutum in eis; ex odoriferis et styptycis ex his quæ in prima sectione sunt dicta, in cura cordis et cerebri. Permutatio apostematis est, ut quia materia eius de membro in quo extitit aggregata transferatur ad membrum nobilius, uel ignobilius, intrinsecum uel extrinsecum, supremum uel infirmum, ut est dictum, et illud dupliciter esse potest, naturaliter et ui symptomatis. Naturaliter quidem, ut quia potentia naturæ non absoluta, materia subtiliata fit et poris membrorum seu intermediis uenis ad aliud expellatur ignobilius extrinsecum, et infirmum, ut cum transit de apostemate pulmonis in apostema cruris uel pedis, et de nobilibus ad emunctoria eorundem in infirmum, quòd non est possibile, etiam si inter membra nulla manifesta appareat uia. Inquit enim Gale. naturæ forti nihil est impossibile in expellendis nocentibus, trahit enim saniem per medium ossis. Et regimen tunc est tale, ut sinas naturæ

ræ nihil agendo, ut in apho. docuit Hip. Si uero ui symptomatis fiat, est ut quia materia sua multitudine, & subtilitate substantiæ, ac acuitate qualitatis suæ grauante, & molestante non posit contineri in membro, sed effluens per poros eius uenas reingrediatur, & transeat ad aliud, & maxime si sit ei subiectum situ & uirtute, sicut cum transit pleuresis, & synanche in peripneumoniam. Cum ergo apostema ad talem permutationem uideris aptum sit per priuationem signorum terminandi per alium modum & apertionem doloris, & caloris in alio membro, & maxime sibi uicino & ligato, ut matrici ubera alligantur per uenas, & stomachus cerebro per paria neruorum, cum permanentia eius in sua dispositione prima, & si talem permutationem coniecturaberis bonam, ut dictum est, sine eam & iuua sicut in phlegmone dictum est. Si uero malam, impedies euacuando, trahendo, & deriuando, exiccando, cõpinguendo, & subtiliando regimen, ut superius apertione eius, ut dictũ est.

Ex resoluentibus apostemata quędam sunt simplices, quędam compositæ, quas supra narrauimus in sectione prima, & proprie in ægritudinibus iuncturarum, & ex appropriatis in hoc loco est omne calidum temperatum, & reiteratũ super membro cum frictione membri temperata, & uaporatione faciente illud, in qua est humiditas calida, ut est aqua calida simplex, uel decoctionis florum chamæmillæ, meliloti, anisi, & similium, embrocata uel cataplasmata cum spongia, & reiterata multoties, cum superpositione aliarum medicinarum simplicium, ex quibus sunt carycæ, passulæ, mel oleum antiquũ, terebinthina, thus, & mastix, & uinum, & fortiores, sicut sinapis, stercus auium, calx, cordumeni, pyrethrum, gluten albotin, & mastix, & oleum antiquum. oportet autem, ut à lenientibus non expolientur.

Et ex cõpositis est medicamẽ de marchesita, cuius hæc est descriptio. ℞. lapidis marchesitæ ʒ. vii. ammoniaci tãtundẽ, farinæ fab. ʒ. vi. misceãtur cum resina hu. & liniatur supra saniatam exituram donec cadat per se, & oportet ut administretur statim, quoniam exiccatur multoties.

Aliud. ℞. ammoniaci partẽ. i. bedeguar quartam partem partis unius, & ministrentur. Oportet autem ut non spoliẽtur à linientibus & mundificantibus notis quæ infra dicentur, ne sua forti resolutione ad sclirosim perducatur exitura, & aliis, quæ in nostro antidotario seriose notauimus.

Et ex maturantibus sunt medicinæ in quibus caliditas similis existit caliditati corporis humani, & etiam membri in quo fieri habet, & est ut sic calidum, & humidum cum latitudine, quæ est à principio primi gradus usq; ad mediũ secundi, in finem eius quandoq;, cum substãtia uiscosa, & de illis sunt simplices & cõpositæ. Et ex simplicibus sunt quæ sunt calidæ tales, in primo gradu, ut est embroca cum aqua tepida, & farina tritici, uel hordei, & oleum dulce: & triticum masticatum propter illud quod continet de calore naturali corporis est melius. Et panis cera, crocus, malua, & bismalua, radix ladani, butyrum, hyssopus humida, adeps porci radix lilii al. domestici, semi. lini, fœnugrę. carycę pingues, meliloti, & uuæ passæ. Et ex fortioribus est hyssopus, gluten albotin, frumentum, radix cucumeris asinini. Et ex compositis sunt quæ componuntur ex eis secundum necessitatem.

Maturatiuum. Medicamen compositum cõueniens maturationi, & est Abo. ℞. uuarum passularum, styracis, chalbani, myrti, ladani, resinæ, masticis, butyri, hyssopi humidæ, radicis cucu. asini. ana partes æquales.

Emplastrum. G. ad idem de Kerua, & emplastrum de thymo, & emplastrum basilicum. Et de bonis ad hęc est empl̄m de marchesita cum ammoniaco cũ desuper ponitur donec per se cadat, & alia quæ in nostro antidotario diximus.

Ex pharmaciis uero eruptionem facientibus in exituris & collectionibus apparentibus, præter dicta supra in sectione prima in apostematibus mammillarum, sunt quæ illud agunt attrahendo fortiter, rubefaciendo & adurẽdo, & ex eis sunt quæ illud agunt in intrinsecis, quæ supra in cura pleuresis diximus sectione prima, & ex eis sunt quæ illud faciunt in extrinsecis, de quibus nunc sermo est, ex quibus quædam sunt simplicia, quædam composita, ex simplicibus

E sunt fermentum, species gummorum, & proprie galbanũ, & euphor. & arseni. nasturcium, urtica, scilla, flãmula, calx, sinapis, nux rancida, cantharides, cordumeni, salgẽma, baurach, pyrethrum, & stercora auium calidarum, ut columbi, anatis, & anseris, accipitris, falconis, thapsia, & similia, & macianæ ru. tritæ cum corticibus suis, uel herba alchanna coctæ & emplastratæ. Et compositæ sunt quæ ex his componuntur & cõficiuntur cum succis eorum, uel gummis dissolutis in eis, uel cum melle, uel cum stercore auium prædictarum, uel capitello. i. lixiuio forti, & color balneantium. Et alia sunt ex rumpentibus & cum exiccantibus saniem cum eruptionem uoluerimus euitare.

Et ex cõpositis erumpentibus est emplastrum quod fit, ℞. radicem narcisci bulliat cũ aqua & oleo de lilio & melle, deinde emplastretur, rumpit enim omne paruum.

Aliud fortius. sumantur cantharides, terantur, & ponantur super oleum uetus, & decoquãtur super prunas, donec totum congeletur. deinde terantur cum melle anacardi, & stercore columbino, & emplastretur. Emplastrum expertum per Abo. ℞. medullæ granorum coti, nucis rancidæ.

F fermenti, caules, & cepe decocti. sinap. & fimi columbini, & fiat emplastrum. Emplastrum exiccans, & resoluens saniem sine eruptione. ℞. baurach, salis ammo. sinapis, stercoris auiũ, arseni. calx, cordumeni, misceantur thus, & glutẽ albotin, & mastix, & aggregenẽ trita cũ aceto & oleo antiquo. Linimentum ad idem. ℞. marchesitæ, ammo. an. ʒ. xii. farinæ fabarum. ʒ. vi. misceantur cum resina humida, & liniantur super cutem & saniem, donec cadat per se, pportet autem statim ministretur, quoniã cito exiccatur. Linimentũ quo aperiũtur apata matura. ℞. liquoris anacardi, picis liquidæ, an. partes æquales sumãtur in cocleari ferreo, commixtæ terantur donec fiant unum, de eo pone super locum quem uolueris aperire, & dimitte per medium diem.

Quod si cum prædictis non aperiatur nec sanies exiccetur, oportet ut aperiatur, & incidatur ferro, & modus est quem in membris singulis. Antilus magnus chirurgicus, & expertus insinuauit dicẽs, si exitura fuit in capite sectio eius sit sectio æqualis, & sit cum radice natiuitatis pilorũ,

G nec sit transuersa in eo, ut cooperiant pili, & non appareãt cum saniabitur, & cũ est lotus occultus, tunc eius apertio sit lata, & si accidit in naso, tunc perforabimus eum æqualẽ secundum quantitatem longitudinis nasi, & si fuerit prope, perforabimus perforatione simili capiti lunę nouæ, & conficiemus tortuositatem inferius. Si autem accidat in mandibulis secabimus eam sectione æquali, quoniam compositio huius loci est æqualis sicut illud ex corporibus senum, post aures uero perforabimus eam sectione æquali, quoniam compositio huius loci est æqualis, brachia uero, & cubitos, & manus, & inguina omnia perforabimus in longitudinem. Et si fuerit prope coxam, perforabimus eam perforatione rotunda. Et perforatio quidem rotunda est quæ apprehendit cum apprehensione sua de longitudine corporis, aliquid de latitudine eius, quoniam cum locus ille non perforatur rotunde possibile est, ut aggregentur in ea materiæ & fiant fistulæ, & similiter etiã perforatur, quod est prope anũ, propter locum humiditatis quæ aggregatur in eo, & in latere costæ perforantur aperiẽdo, in testiculis, &

H uirga æqualiter. Et simus prompti semper, ut consutum sit consequens figuram loci quanto plus poterimus supra ipsum. Coxæ uero & adiutorium secantur in longitudine, & obserua, ut non lædant neruos. Et dixit, scias quòd perforatio diuersificatur secundum loca, & quando est apud oculũ, tunc perforatio sit lata similis situi oculi. Aures uero non perforentur æqualiter, & in brachiis, cruribus, coxis, & uirga, totum æqualiter fit in longitudine, & similiter in lacertis uentris & dorso, & in inguinibus, & sub assellis penes perforationem eam accipientem ex latitudine etiã, ne fiat in ea sinus qui fiat fistula. Et testiculis & uirga æqualiter in longitudine, & latere, & costis accipe in latitudine, ne etiam sit transuersus, quoniam situs costalis est similiter, & simul caro quæ est super eas. Inquit, quoniam propter situm carnis, & uillos lacertorum, quoniam non sumus prompti nisi ad hoc, ut perforemus, nisi cum immutatione, ut non perueniat incisio, & sit locus incarnationis

bonus, & non crassus. Et sit in omni dispositione ingenium tuum ne incidas arteriam neq; uenam magnam exituræ, aut neruum, aut uillos lacerti. Et perforatio sit secundum magnitudinem exituræ scilicet si fuerit parua, & currit quod in ea est ex loco uno, seca eam in loco uno, & si fuerit magna, tunc perfora, deinde intromitte digitum tuũ indicem sinistrum in ea, & perfora iterum eam, ubi peruenerit caput eius: deinde intromitte etiam in foramine secundo, & secundum hoc donec uenias super eam, & si exituræ fuerit locus sufficiens, ex quo sit possibile exire quod est in ea, perforabimus ipsam in loco illo, & si fuerit rotunda, aut fuerit ei sinus, ne egrediat, quod in ea est ex perforatione una, perforabimus etiam eam in inferiori parte sui in duobus locis, aut tribus secũdum quantitatem quã scis, quòd omne quod aggregatur ex ea currit in hora. Inquit ubi sit exitura cõiuncturalis, aut membrum nobile, aut mẽbrum propinquum osi, aut panniculo, festinabimus in perforatione eius antequam confirmetur eius maturatione nepus corrumpat aliquid de membro illo, & multoties cutis perforatur perforatione aliqua, aut accidit de ea aliquid, aut postponantur super eam eruptionem faciens, ut fit ei profundatio, incarnantia, & conglutinantia, & sigillantia infra quærantur, particula. iii. capitulo primo.

De cancrena & estiomeno. Cap. 12.

Cancrena & estiomenus est cum apostema fit perducens membrum in quo est ad corruptionem, & mortificationem, tunc enim corrumpitur membrum, cũ ad mortificationem perducitur, tuncq; corruptum erit cum fuerit mortificatum, corruptio enim est mutatio de ente in non ens, & uiuere uiuentibus est esse, ut Aristo. dixit, tunc dicetur corrumpi, uel corruptum esse, cum in mortificationis sit uia, uel iam mortificatum existat, cunq; in uia corruptionis existat, quia color eius in liuidum, uel uiridem incipiat manifeste mutari, minoratur eius sensus, si sensibile sit, & in principio sit talis corruptio, & mutatio à phlegmone proprie dicetur cancrena. Cum uero procedit, & destruatur eius caro, & quæ ipsum sequuntur, & putrescat, & corrodatur usque ad os, dicitur aschachilos. Cũ uero putrefactio processerit, & peruenerit ad corruptionẽ perfectam, ut iam sit mortificatum membrum, & color sit mutatus ad nigredinem, & sensus eius totaliter sit destructus, dicetur estiomenus.

Et causa corruptionis, & mortificationis ipsius membri est destructio complexionis, uel caliditatis naturalis, & spiritus eius, & superacquisitio caliditatis præter naturã. Cuius causa est duplex, intrinseca & extrinseca. Intrinseca ratione apostematis de qua est sermo ad præsens, est duplex s. ex parte ipsius apostematis, & ex parte erroris commissi per medicum in eius cura. Ex parte quidem apostematis tripliciter, uel quia sit magnum, & multæ, & crassæ materię de genere phlegmonis, quare suffocat calorem naturalem, & spiritũ in membro oppilando uias transitus eius de principalibus ad ipsum prohibeat illum uenire ad eũ, uel quia sit malæ materiæ putridæ putrescentis, uel ulcerantis de genere herpetis, uel uenenosæ de genere antracis, uel ignis persici, uel quia sit multæ, & malæ simul, de genere phlegmonis erysipelati, & formicæ ulceratiuæ, cancri & lepræ. Ex parte uero erroris medici in cura, licet ad extrinsecam causam pertineat multipliciter, uel quia in principio fortiora apocrustica ministrauit, & frigidiora quam oportuit & diutius, quare caliditatem naturalem, & spiritum extinxit in illo, ut supra in generali capitulo dictum est, uel quia effuderit oleum in ulceribus profundis. quare sordidatur caro & putrefit, uel quia putrefactiua, & saniatiua fortia diutius ministrauerit, necnon & saniem in membro diutius permiserit quam oportuerit, uel quia corrosiua imposuerit in ipsum iam ulceratum causa corrosionis carnis malæ additæ, & diu permanserit, uel plusquam oportet, aut absque causa, ut quia uoluerit dolorem in membro augere causa extirpationis pecuniæ, ut quando medici irrationabiliter agunt, & ultra statutum eis prætium plus exigunt, uel quia ligaturam magis strictã quam oportuerit fecerit, proprie cum steletis, quare oppilatis uiis prohibetur calor & spiritus transire ad membrum. Causa exterior est frigiditatis

A aeris, complens incisio, uel percussio, casus, morsus uenenosorum animalium, uinum sumptum calidum, uel sua proprietate corrumpens, cum auxilia propria non fuerint ministrata, & hæc omnia sunt manifesta.

De cura cancrenæ. Cura cancrenæ, & estiomeni. Iam dictum est in præcedẽti capitulo qualiter prohibeatur apostema, & corruptio membri ne fiat, nunc dicere uolumus qualiter cum acciderit sit curanda. Sciendum autem, quod cancrenæ in principio est cura possibilis, cũ uero processerit, ut perueniat ad ascachilos, non certa est spes salutis, declinat enim plus ad corruptionem, uel mortem quam ad uitam. Galen. uero exemplificauit in corruptione sanguinis, loquens in uino quod corrumpitur dicens. Cum ergo sanguini corruptio contingit, idem fit quod in uino solet fieri, quia cum uinũ in acetũ solet mutari, & in perfectum acetum peruenerit, non potest in uinum amplius redigi, quòd si parum mutetur, & non ad acredinem ducatur, ut plurimum ad naturam uini uertetur. Idem in corruptione sanguinis, & membri est intelligere.

B Cura uero omnem eius comprehendens dispositionem est quinq; res. Prima est putrefactionem prohibens. Secunda est putrefactum abscindens. Tertia est prohibens ne putrefactio spargatur ulterius. Quarta est corrigens accidentia. Quinta est regimen. Prima completur hoc modo, quia cum uidebis colorem membri apostemati, & proprie in apostemate phlegmonico magno alterari, et permutari ad liuidum, quia in uia putrefactionis, et corrosionis existat, tunc oportet ut subuenias cum eo, quod à proprietate et complexione adiuuante prohibeat eius putrefactionem, qualis est bolus arme. terra sigillata cum aceto linita super ipsum. Si uero illud non sufficit, non inuenies excusationẽ quin facias scalpellationẽ profundã diuersorũ modorũ in locis, uel ponas sanguisugas, et phlegmones uenas proximas ei paruas, ut euomatur omnis sanguis cũ cautela malus qui circundat locum, et ponatur super locũ ipsum scalpellatum, quod prohibeat putrefactionem ex his, quæ dicta sunt superlinita, uel de contrariis in complexione, ea in quibus est profundatio fortior sicut farina hordei

C cum syrupo acetoso permixta, aut cum farina fabarum, et proprie permixta cum sale. Et de his quæ superliniũtur est asa, semen urticæ, et succus foliorum acori, ut de unoquoque sit pars una, floris æris. P. s. terantur cum aqua donec fiant ẽm spissitudinẽ mellis, de quo liniatur manus in circuitu eius, attẽdens mente ad corpus laborantis in talibus auxiliis ministrandis, ut forti, et duro, ut rustico, fortia ministres, debili uero et molli, ut puero et mulieri, et uiro coloris albi, et mollis carnis, mollia ministrabis. Et de medicinis prohibentibus corrosionem, est ut sumatur floris æris, mellis et aluminis ana partes æquales, et liniatur cum eis, prohibet enim eas et facit cadere quod putrefactum est, et seruat id quod sequitur ipsum. Si autem pertranseat dispositio dispositionem apostematis, et dispositionem corporis eius, uel coloris, et incipiat deuenire in mollitiem membrum, et humectetur parumper, tunc hęc est inceptio eius in putrefactione. quare oportet, ut pulverizetur super ipsum aristo. rotun. et gallæ, ana æqualis partis, et exiccentur etiam tragacanthi, et colcothar sunt bona, et proprie cum

D ace. et foliis nuc. ipsum chalcanthum rub. puluerizatum solum, et simul cucumer asi. et succus eius epithematum.

Secunda res completur. quòd si pars carnis incipit corrumpi, ut iam peruenerit ad ascachilos, incide eam, aut fac eam cadere cum trochiscis de arseni. aut de calcanto qui sunt fortiores illis. Cumq; fecerit cadere cancrenã, fac currere cum butyro uel aliis, quæ infra duce Christo dicemus, ponendo desuper. deinde fac cadere escaram, et non cesses donec peruenias ad carnem suam. Et cum membrum totum quasi putrefactum est, ut sit factum estiomenum, oportet, quòd incidatur, ne corruptio transeat ad uicinum. Inquit enim Gal. quod tangitur à putrido putrefit. Cumque incideris illud uel partem eius, oportet ut exerceas rẽ tertiam prohibendo ne spargatur adhuc putrefactio, et corruptio. Completur enim cum cauterizatione partis uel membri remanentis cum igne, aut cum pharmaciis causticis, et adurentibus, et proprie in membris facile suscipientibus

bus putrefactionem propter suā caliditatē,et quia superflui tates calidæ approximētur eis,ut testiculus & anus, efficit enim cauterizatio,iuuamentum quod Abo. ostēdit cum inquit. Cauterizatio est medicamen ualde utile ad resoluendum materias corruptas in membro repertas, & ad prohibendum ne corruptio spargatur,& ad cōfortandū membrū cuius complexionem uolumus rectificare, & ad restringendum sanguinis fluxum,quibus hic omnibus indigemus. Cū ergo cauterizatione fit eschara facta in loco, oportet ut sic agas quod eschara cadat cito.complebis autem illud ministrando & desuper ponendo panem cum hydromelle coctū aut cum farina hordei, uel cum eo miscere fermentum, & quæcunq; ad suppuratione sunt apertissima, idonea sibi ad decisionem adustionum,& panis ex apio tritus, & basilicō tritum corrūpit & sedat ustiones ab humidis.Et ex simplicibus, est ireos radix cū melle uel panici farina,uel arist. uel acorus in duris corporibus,in mollibus uero sufficit butyrum,uel oroborū farina cū melle. Cumq; ceciderint ustiones,& escaræ, carnosentur & conglutinentur finaliter, de quibus dicetur in sequenti particula si Deus annuat.

Accidentium uero correctio est, ut cum magnificari appareat apostema in circumitu putrefacti, tunc corrigatur, & succurratur cum emplastro ex sauich hordei cum succo hyoscyami alb.uerum non approximetur supra partem putrefactam,sed in circumitu eius,ut alba illa repellat.

Regimen uero est,ut regatur cum frigidis,& siccis,& aliis prohibentibus putrefactionem,qualia sunt acetosa, acetum,& salita,& amara,cum ex eis fiant pilulæ,& sumantur quolibet die ex eis.iii.cum his quæ mundificant à proprietate,ut est cinnamomum,xyloaloes,& similia.

De moro,& medicinis eius. Cap. 13.

MOrum est apostema molle ex carne addita accidēs in carne rara,& plurimū in ea,quæ in ano,uulua & capite uirgæ, & quandoque est effundens humiditatem rubeam admodum aquosi,& quādoq; est saluū,& quādoq; est magnum & dolorosum,& cura salui est cum aspersione pulueris corticū granati acetosi. Eius uero quod est malignum curatio eius est cum sedantibus dolorem ex corrosiuis pharmaciis deinde cū glutinosis & decoctio ficus & proprie alliū cōfert ei,& fel asini syluestris eradicat ipsum.

SVMMA. II. Particulæ secundæ, sectionis secundæ, & est de medicinis apostematum cholericorum & mixtorum &c.

SEquitur summa secunda particulæ secundæ quæ est de medicinis apostematum cholericorum & mixtorum continens cap. 4.

De erysipelate. Cap.1.
De formica. Cap.2.
De herpete. Cap.3.
De phlegmone erysipelate,& aliis ex sanguine commixtis & cholera. Cap.4.

De Erysipelate. Cap. I.

ERysipelas est apostema cholericum ex cholera xantha naturaliter se habente extracta de corpore in hepate,& chisti fellis ad cutem ibique collecta propter crassitiem,& multitudinem ac densitatem cutis,quare in tumorem eleuatur,& supercalescit in phlegmonis modum. Conuenit enim ei,& differt ab ipso,conuenit quidem in tumore,& caliditate,utrobiq; enim tumor & calor est;differt autem ab ipso in quanto ipsorum, in phlegmone tumor maior est,calor uero minor.in erysipelate uero tumor minor, & calor maior siue acutior. & differunt etiam in materia, quia in phlegmone materia sanguinis est,in erysipelate uero cholera.in loco etiam,nam in phlegmone sanguinis materia in subcutaneis partibus est,ut in carne,& musculis, in erysipelate uero,cholera in cute est cholerica, calida enim & subtilis est cum consistentia, quare impulsa mouetur de sui natura ad partes circunferentiales corporis apte,& per

E transiens carnes & raras particulas corporis deuenit ad ultimam cutem,quam cum non possit pertransire factam densam,uel quia crassitiem aliquam acquisiuit colligitur in ea, & facit apostema.Si enim subtilis esset & cutis rara, ut in corpore naturaliter se habente existit,pertransiret utiq; ipsam,& conspirando insensibiliter efflueret de corpore, uel sensibiliter cum sudore, quemadmodum secundum unamquamque diem uidimus,& proprie in balneatorum abstersiuis sudoribus color flauus apparet,qualis choleræ est.Differunt quoq; in accidentibus,in colore cutis, & læsione eius,& pulsu.In phlegmone enim color cutis rubeus est, & cutis de se illæsa cum pulsu:in erysipelate uero flauus uel mixtus ex flauo,& xantho sine pulsu:uel cū minori, & quidem cum ipsa cholera dimisit membrum,quod est super eā cutem excoriat,& tempore ad profundum uadit,ut ulceret totam cutem usque ad suppositam carnem: ut hæc tota dispositio erysipelatis uarietur,duplicem habens differentiā, seu speciem,quia uel sine ulcere uel cum ulcere fiens. primam Gale.herpetem nominauit: secundā herpeten estiomenum, ut innuit ad Glauconem, licet uideatur ex dicto
F capitulo quòd cum ulcere fit & ascachilos. item pulsus est symptoma magna phlegmonis,etenim in profundū fit, ubi arteria fit.erysipelas uero in cute ubi arteria non est, licet ipsa orificium ramusculorum eius attingat, erysipela quoque iudicia habet ex loco in quo incipit.Si enim incipiat à lepore nasi,& est ut plurimum,augmentatur,& expanditur in facie tota & capite,& est minus malum, & quandoq; incipit à strictura ossis,& sub cute,& est maius malū.Ex quibus causæ,& signa erysipelatis sunt manifesta.

Cura eius est. iiii. res. Abscissio antecedentis causæ, euacuatio causæ influxæ, & incuneatæ in poris cutis, correctio accidentium, & regiminis ordinatio in similitudine phlegmonis. Quemadmodum enim phlegmoni erysipela conuenit & differt, eodem modo in cura conuenit ei, & differt. Conuenit quidem in euacuatione & infrigidatione, eo quòd utrobique tumor in causa est. Differt uero in qnantitate euacuationis, & infrigidationis, sicut in quanto differebant tumoris, & caloris, in phlegmone e-
G nim, quia tumor superat calorem, intentio quoque euacuandi præualebit infrigidandi intentioni: in erysipelate uero infrigidandi intentio præualebit seu superabit euacuandi intentionem. & quia materia influens, & antecedens in erysipelate erat cholera pura, in phlegmone sanguis purus, uel parum mixtus,erit totius euacuatio in erysipela choleræ quemadmodum in phlegmone totius euacuatio sanguinis.

Complebitur autem cholagogo aliquo sicut in phlegmone euacuatio sanguinis cum phlebotomia.Et siquidem pauca sit passio sufficiet clystere cum acri. non enim conuenit in tali phlebotomia. Cū enim sanguis sit frænū choleræ ubi non superabundat,si euacuetur, cholera fiet effrenis, unde Gal.infelices ex cholera non sunt phlebotomandi, quòd si cholera superabundet, præmittenda est phlebotomia, sed non minoratiua.

Euacuatio uero apostematis seu partis erysipelatæ dupliciter completur. primo per apocrustica, & repellentia ad particulas alias. secundo per diaphoretica, & quia non
H quantitate contristat particulam, & à magnitudine deficere facit, ab eo quod secundum naturam, ut phlegmon,sed qualitate & inflammatione magis infrigidantibus repercussiuis apocrusticis fortioribus indigebit quàm phlegmō. Et quidem talibus non periculosum est uti cum repellant de ignobilibus exterioribus ad interiora nobilia nisi totius euacuatio præcessisset,quemadmodum in phlegmone,nec quoq; sine ea repulsio materiæ bono modo fieri posset per illa ad circumadiacentes particulas, & totum corpus nec diaphoresis etiam.Inquit enim Gale.plenum existens corpus non recipit quod impellitur,& si aggressi fuerimus trahemus per calorem amplius in partem, quàm diaphoresim faciamus.

Ad hæc utraque complenda, & euitandum periculum repulsionis ad principalia & ad complendam operationem repercussionum & diaphoreticorum quoque approximandorum particulæ ad euacuationem causæ coniunctæ

ctæ apostematis incuneatæ in ea prætermittendū est in erysipelate cholagogon ad euacuationē totius, sicut & phlebotomia in phlegmone,deinde ad euacuationem partis accedere & choleræ in cute collectæ. Et primo cum repercussiuis amplioribus,& fortioribus quæ in phlegmone diximus,qualia sunt lactucæ,semperuiuæ,portulacæ lenticulæ aquæ mucilagines psyllii,hyoscyamus, & uirga pastoris emplastrata,& similia,& cum substantia accepta, uel cum succis earum superposita,& aqua frigida infusa quam Hip. in apho.commendauit in non uulnerata, & tandiu donec transmutatio fiat coloris,certissime enim inuenies erysipelas curatas cum talibus,repellunt enim quod influit & erysipelatis causa fit, & simul inflammationem extinguunt & sedant dolorem particulæ,qui trahendo influxionem choleræ adiuuat,ut erysipelæ præstet augmentum, & sic erysipelam prohibeant. Et quoque quod in particula continetur etiam cum appropinquantes expellant particulas propter ipsius subtilitatem curatam iam factæ erysipelæ auxilia existit.

Secundo si aliquid in parte adhuc remanserit sua crassitie repelli non ualens, expedit quando feruor iam eius abierit ad diaphoretica deuenire auxilia, qualia sunt temperata in caliditate & humiditate, & medicamine & cataplasmate eis,uel calida hordeacea farina,& croco, uel condro,uel alio, adhuc enim secundum utrunq; modum conferunt sicut prædicta,nam in eo quòd sedant dolorem,& etiam caliditatem remittunt,augmentationē erysipelæ fieri prohibent, inquantum uero quod iam influxum resoluunt, sanant quod iam erysipelatis factum est, & sic præuisio sunt simul & cura,nec expedit ad saniationem eius procedere, in erysipelate enim sanies mala est,ut Hippocrates dixit in aphorismis.

Correctio uero accidentium scilicet doloris, & inflammationis ex prædictis est nota. Vlcerationes uero ipsius corriges præscarificans emplastrando hordeaceam farinā, deinde ipsum & excoriationem cum unguento albo de cerussa,quod in nostro antidotario dictum est,& est unguentum sericinum.

Regiminis ordinatio est,ut conuertatur regimen in omnibus rebus non naturalibus ad frigidum, & humidum, quæ supra in cura febrium nota est. Medicina Abo. ad excoriationem erysipelatis. scoria plumbi in uino pontico bulliat cum siclæ foliis, & cum eo euaporetur, deinde curetur cum eo in quo est resolutio fortis cū infrigidatione,quale est.Rec.lanæ ueteris adustæ non lotæ. ℥.xv. scoriæ ferri,plumbi,ana.℥.ix. sepi caprini ueteris abluti cum aqua.℥.xv.olei myrti.℥.v.& utatur. Aliud lenitiuū leuius illo.℞.scoriæ plumbi.℥.x.succi siclæ, drach. ii. olei & ceræ quod sufficit.

De formica. Cap. 2.

FOrmica est apostema cutis cholericū ex cholera adusta,paruum,incipiens sicut pustula una, uel plures cū punctione ad modum punctionis formicæ, quare dictum est formica, deinde fit apostema paruum & ambulat paulatim,& quādoq; corrodit & ulcerat propter crassitiē choleræ,et fit ulcus putridum,& quandoq; resoluitur cum est subtile,et est uesicans tantum separans & excorians, & quædam eius est miliaris,eo quòd habet pustulas plures,& paruas,similes milii,& est species formicæ.

Signa quidē sunt formicæ, quod est quia incipit sicut pustula,& eius essentia est rotūda,& dispositio,ut audiuisti,et color eius est ad citrinitatē decliuis cū inflāmatione grandi habens radicem latā,inde est quòd nominatur miliaris.

Cura formicæ consistit in illis in quibus consistit cura erysipelatis.s.in euacuationibus totius & partis cum alteratione,& infrigidatione & reliquis.uerum oportet quòd cholagogon eius in euacuatione uniuersali sit ex educentibus choleram adustam, qualis est aqua casei cum folliculis senæ,& fumoterræ,& similibus, & cum additione scamoneæ si expediat,deinde ministrabis super apostema infrigidantia,quæ sunt dicta in erysipela,nisi fuerit corrosiua,quoniam tunc humida,licet sint frigida nocent,& similiter diaphoretica. quare oportet ut ministrentur ea in quibus est stipticitas cum frigiditate,& caliditate parua,ut est rubus,

A lingua canis,solatrum,lentes,plantago,& similia quæ dicta sunt supra in cura carbunculi & carbonis,ante enim purgationem prædictam,si incipias infrigidare, retinebis materiam,& maxime si stiptica sint frigida, quare corrosio post corrosionem non cessabit augeri.Et post prædicta ministrabis sauich hordei,& corticem granati,& ramos uitis, cum uero terminetur corrosio super eam miscebis cum istis infrigidatiuis aliquid mellis,aut farinæ thuris cum aceto, & aqua quę currit ex ligno uitis humido cum aduritur,& stercus omnium cum ace.& ficus cum axungia porcina superposita non finit eam dilatari.

Cum ergo apparet corrosio,& ulceratio, tunc administra trochiscos andoron cum uino stiptico,aut aceto commixto cum succo cucumeris asi.& sal,& fel hirci, & rutam cum thure,& piper nigrum cum urina pueri.Galen.autem conueniens esse dixit,ut sumatur aliquid sicut est bucha extremitatis pennæ, aut alias res cuius extremitas sit acuta quam possibile sit deglutire formicā, deinde penetret formicam in circuitu eius usque ad profundum cum acuitate
B sua,deinde eradicentur cum ea formica ex radice sua. Illius autem formicæ quæ pura est,cura & destuctio est cum intromissione in balneum multæ aquæ, quoniam nocet ei aer,deinde egrediatur uelociter,& ungatur cum oleo ros. & aqua ros.Eius quoque quæ est miliaris, similis est huic, uerum cum eius caustico siue cholagogo fit uirtus pharmaci educentis phlegma sicut turbith,& educentis melancholiam sicut epithymum,& similia,quoniam necesse est illic, & melancholiam,& phlegma cholerę esse mixta propter crassitiem eius,deinde sumantur gallæ, & fructus tamarisci,& corticum granati,& boli ar.ana,& aggregentur omnia cum aceto & aqua rosata mixta tali mixtione ne mordeant,& liniantur desuper cum penna, & lac dulce uehementer est conueniens huic ægritudini.Cumq; transit principium,tūc curetur cum medicinis ex capite piscis adusto, cum uino pontico,& fortius illo est quando exiccatio ultima necessaria est,& sumantur folia albedorogi & ponātur in eis calidis,& ministrentur.Et fortius hoc est,ut sumatur flos æris,& sulphur citrinum adustum,& fiat ex eis linimē-
C tum cum uino,aut aqua uitis prædicta, aggrega olibanum cum aceto & oleo mixtum: & linitum in principio formicæ aufert eam.

De herpete. Cap. 3.

CApitulum de herpete propositum pertractare,ex capitulo erysipelatis notum est.Quod enim Hip. erysipelas nominauit Gale.herpetem dixit. dixit enim ad Glauconem sic.cholera xantha, cum quidem sui ipsius naturam seruans cum sanguine ubicunq; feratur corporis icteritia passio nominata fuit,sola autem extracta,& secundum aliquam particulam stante herpes nominatur. Siquidem deniq; crassa fuerit totam ulcerat usq; ad suppositam carnem cutem,& uocat hos Hip. herpetes estiomenos. Si uero subtilior fuerit, ea uero, quæ in superficie sola quasi superuixerit,& huius generis adustę nuncupatione, & sine additione herpes nominatur.hoc autem nihil aliud est, quam erysipelas ulcerata,ut ex dictis patet,& ex cura eius, quam ibi posuit Gal.

De phlegmone. Cap. 4.

D SI uero ex sanguine & xantha cholera secundum naturam se habentibus mixtum fuerit rheuma, aut non in solā cutem effunditur,sed etiam suppositam carnē tangat non phlegmon,neq; erysipelas solum fit,sed quædā mixta dispositio ex phlegmone & erysipelate simul, cunq; superet mixtionem sanguis cholera phlegmon erysipelatodes dicetur,& symptomata dominabūtur phlegmonis. Si uero cholera dominetur erysipelas phlegmonodes nuncupatur humoris prædominantis prępositio semper nomine substantiuo,& symptomato choleræ dominantur. Si uero neuter obtineat prædominiū,sed æquales appareant phlegmon,& erysipelas mixta dicentur,& symptomata erunt cōfusa,& permixta,nam calidior multum phlegmone, & flauior est uidere,nec adeo,ut erysipelati conueniens est, & si tetigeris facile subdecurrit sanguis, & rursus superfluit subtilis simul,& rubeus certe apparens, non tamen est dolorosus similiter hic phlegmoni secundum ullam speciem phleg-

phlegmonis,neque etiam pulſationem, neq; compreſsionem,neq; tenſionem ſi milem infert, ſed eſt quædam in eo ualde moleſtatio temperata.Eodem modo commixta eſſe rheumata poſsibile eſt ex cholera xantha,& phlegmate, & eryſipelas undimiæ commiſceri & mollem eryſipelam nominari,& ſiquidem propter frigidum ſuperfluum ſcliroti-
zata particula fuerit dura nuncupatur eryſipelas.

De cura. Cura.oſtenſio curationis in talibus ſibi inuicem complicatis erit compoſita, quod uniuerſale in cauſis morbis, & ſymptomatibus ſemper eſt & ſupra in febribus meminimus faciendum habetur autem ex cura ſimplicium, ut ibi eſt dictum.Et ſiquidem inæquales in mixtione fuerint apparentes ſanguis & cholera.primo ad euacuationem totius & antecedentis cauſæ,& dominante ſanguine præmittetur phlebotomia,cholagogum uero,aut phlegmagogum ſequetur. econtra uero præmittetur cholagogum, uel phlegmagogũ & ſequetur phlebotomia.Aequaliter uero apparẽtibus præmittenda tamen phlebotomia ſequetur cholagogum, uel phlegmagogum,nequeunte uero patiente tolerare phlebotomiam propter timorem uel ſuſpitionem,uel propter aliã cauſam præmittere poteris cholagogum,quale ſuperius in febribus dictum eſt leue,quod leniendo, uel lubricãdo educit choleram abſq; commotione ſanguinis, & turbatione abſq; moleſtia.Inquit enim in epidemiis Hipp.cum autem minutio neceſſario fuerit,& uentris ſolutio,à forti medicina incipere non debemus, nec à minutione forti. Si enim medicina ſit neceſſaria fortis ut helleborus,& uiolẽtæ medicinæ,ut quia humores,uel melancholici cũ ſanguine mixti ſint,& præmittatur,ebullitionem in ſanguine,& turbationem inducet, ac in natura moleſtiam,quare ſanguinem inflammabit,& ad turbationem mouebit,ſi quoq; fortis minutio præmittatur,uiſcoſitatem & craſsitiem augmentabis in eis,uel ſi cholerici ſint humores reddet effrenes.

Ad hæc autem omnia particularia euitanda.ad ſummum in tali neceſsitate eſt operandum cum leuibus minutionibus & medicinis. Aduerſantibus enim prædictis humoribus in ſeinuicem & cauſis eorum neutrum poſsibile eſt ſibi multum excedere eam quę ſecundum naturam eſt moderãtia,ut & forti minutione,uel ſolutione ſit opus,& maxime ſi cum ſanguine cholera ſit excreſcẽs.Si ergo humores fuerint æquales leuis minutio præmittatur,& ſi poſtea aliquid abũdauerit,medicina ſoluatur.quòd ſi æquales non fuerint, in primis ſuperdominans cum leui medicina ſoluatur, donec æquẽtur poſtea minuantur,ſed ſiquidem leuis medicina non ſufficiat,ut quia humores craſsi, & uiſcoſi ſint ualde,& in remotis poſiti partibus & profundis,ex aliquo regimine diſtinctum multiplicata, à ſanguine præmittenda erit ſolutio leuis,& minoratiua cum reiteratione,cum iuuamentum afferatur abſq; nocumento prædicto.uiolenta uero medicina nocumẽtum prædictum faciet,quod eſt magis iuuamento,ſi quod inducet. Secundo ad euacuationem particularem apoſtematis,& cauſæ aggregatæ in eo oportet accedere,& primo cum repercuſsiuis frigidis fortioribus,ſi eryſipelatodes fuerit phlegmon,quàm in ſolo phlegmone ſecundum plus & minus uel mediocriter, prout choleræ diuerſa mixtio exigebat, nec tamen fortioribus ſicut in eryſipelate certa,prouocabunt enim in tali diſpoſitione cutem particulæ in nigredinem uel liuorem,& in ſcliroſim apoſtema, adeo quòd calaſtica, & cataplaſmata ſalutem minime perficiunt, quare rationabilius eſt ut fortioribus parum utaris,& prius ab infrigidatione ceſſes,quam reperçuſſam particulam poſt occupet nigredo calore innato infrigidato in ea. Ceſſante uero ebullitione cataplaſmate oportet particulam cum hordei polline, id eſt farina hordei & ſeminis lini & anethi & fœnugræ. Et ſi undimiæ mixta fuerit eryſipelas,aut undimioſa ſeu mollis dicatur, miniſtranda erunt in principio apocruſtica,minus frigida, magis uero ſtiptica & remiſſa, & magis calida & ſtiptica, qualia ex dictis ſupra,& dicendis in cura undimiæ ſcies cõponere. Tertio uero ad correctionem accidentium. & ſi ex ſuperfluitate infrigidationis liuor, uel nigredo in particula apparuerit, fomentabis cum aqua marina uel dulci calida,aquæ decoctionis chamæmillæ,abſinthii, & reliquorum confortare habentium calorem in membro. Et deinde ſi expediat ſcarificabis,deinde cataplaſmabis luto ſigillato,& armeno,cum aceto et calida aqua,ut ſupra pluries dictum eſt.ſupercalefactionem enim ex tali diſpoſitione particulæ infrigidare expedit non calefacere,non tamẽ ex repercuſsiuorũ ſuperflua approximatiõe fuerit in diſpõem contrariã permutata, quod liuor ei ſuperacquiſitus uel nigredo declarat.Regimẽ inter illa medium obtinebit equale inter extrema,uel ad unũ eorum,uel aliud declinãdum.

SVMMA. LVI. Particulæ ſecundæ,ſectionis ſecũdæ, de medicinis apoſtematum phlegmaticorum,& eorum,quæ illius generis illa ſequuntur.

Equitur ſumma tertia particulæ ſecũdæ ſectionis ſecundæ,quæ eſt de medicinis apoſtematum phlegmaticorum & illorum,quæ illorum generis ſunt,& illa ſequuntur continens cap. 9.

De undimia,& eſt apoſtema phlegmaticum molle. Cap.1.
De ſcliro,& eſt apoſtema ſcliroticum durum. Cap.2.
De ſcliro ſplenis. Cap.3.
De ſcliro hepatis. Cap.4.
De glandulis & earum quæ illius generis ſunt & puſtulis glanduloſis. Cap.5.
De nodis. Cap.6.
De apoſtemate uentoſo,quod inflatio dicitur. Cap.7.
De apoſtemate aquoſo. Cap.8.
De dubellati frigidis comprehendentibus humores uiſcoſos,& gypſeos,& lapideos,& capillares,& arenoſos,& alios. Cap.9.

De undimia,& eſt apoſtema phlegmaticum, molle. Cap. I.

VNdimia eſt tumor phlegmaticus,albus,mollis,frigidus,& indoloroſus.Eſt autem unus qui in hydropicorum,& phtiſicorum pedibus accidere ſæpe ſolet totius corporis cacochymia, & complexione facta, & hic talis in corporibus tumor non apoſtema ſit, de quo hic loquitur,ſed quoddam ſymptoma conſequens ægritudines dictas qui dictus eſt cachexia,alius dictus eſt tumor apoſte moſus per ſe ueniens,& morbus exiſtens, dictus eſt undimia,& eſt apoſtema lapſum.

Cauſa cuius duplex eſt,interior &exterior. Interior undimioſi apoſtematis eſt ſuperfluxus phlegmatici humoris in particulam aliquam ex extremitatibus corporis, ut neruos,panniculos & iuncturas. penes eius diuerſitatẽ uariatur & quãto craſsior humor eſt,tãto ad duritiem, & frigus eſt magis decliue,licet ab apoſtematibus melãcholicis differat,propter paucitatem duritiei,& offuſcationis.

Cauſa uero undimioſæ diſpoſitionis, & cachexiæ, quæ illarum ægritudinum eſt ſymptoma plurimum eſt uapor phlegmaticus eleuatus ab ea,& nutritiuis membris,& quanto eſt ſubtilior,& magis marcida materia mollificatio eius eſt uehementior,ac impreſsio digitorum cum penetratione facilior.Cauſa uero exterior eſt percuſsio caſus, & ſimilia attrahentia ad locum phlegma,licet illud ſit paruum, & tunc non euacuatur à dolore, ex quibus ſigna diſtinctiua uniuſcuiuſq; ſunt manifeſta.

Cura.illa uero quæ ſymptoma eſt nullam præcipuam curationem habet cum dependeat eius cura ex cura illorũ. Eius tamen tumor ſi ſupercreſcat, licet in prima ſectione ſit dicta,cum de medicinis ægritudinum loquebamur, hic tamen breuiter dicatur,ſit autem frictione ſola per oxyrodium ac quando per oleum,& ſal uel ſalis cum oxyrodio.

Cura uero undimiæ quæ eſt apa de qua preſens eſt ſermo,eſt quatuor res,prima eſt abſciſsio antecedẽtis cauſæ. ſecũda eſt curatio apatis ſeu euacuatio cõiunctæ cauſæ collectæ in eo.tertia eſt regime,& eſt abſcindẽs cauſam primitiuã.quarta eſt accidentiũ correctio. Primam cõplent euacuatio phlegmatis,& rectificatio malæ cõplexionis frigidę & humidę ac cõfortatio membrorũ nutritiuorũ & digeſtionis

nis ipſorũ,& illud fit cũ ænematibus acribus,uomitibus,& pharmaciis phlegmagogis, quæ nota ſunt, & ſimplicia & compoſita, & cum ſyrupis & confectionibus, & aliis antidotis rectificantibus, & confortantibus ex electariis, ce rotariis,& emplaſtris ſeriosim enarratis in antido. noſtro, hæc enim utriq; undimiæ ſunt communia. Secundam rem complent repercuſsio in principio fiente apoſtemate cum eo quod aggregat, exiccationem & ſtipticitatem, & reſolutionem quale eſt ſpongia noua uel antiqua, aut pecia duplicata, ſtupa, uel filtrum bene abluta, cum aqua madefacta modicum aceti habente, facit enim quandoq; huiuſmodi ſiſtere paſsionem. Et memite ſolum uel cum quibuſdam exiccantibus calidis, & ſuccus myrtæ eſt bonus, & proprie cum ex eo conficiantur medicinæ poſt. Si uero ſiſtere non fecerit, ſed augeatur plus de aceto ſecundum complexionem miſcere oportet, commenſuratum tamen, ut in mollibus corporibus ſit aquoſius, in duris, & robuſtis fortius. Quod ſi per primas operationes non iuuetur, uenerit que ægritudo ad ſtatum, peruenerit cum ipſo ad ægritudinis finem, & cum ipſo ſolo uel cum aliquo reſolutiuo oleo ſpongiam ipſam, uel cum ſale nitro, & lixiuio aut beruali ex cineribus uitis,& ilicis, fici & ſimilium, uel aqua calcis, quæ eſt fortior, confert applicare. Adhuc uero non deliteſcente hoc auxilio, ſpongiam cum nitro, aut alumine ſulphure uel calce, uel ſulphure aduſto confortatam ſuperapplicare eſt bonum. Et cortex citri cum aqua caulis eſt mirabilis, oportet autem ſpongiam, pannum,uel filtrum, eſſe ſpatioſum, ut omnia latera comprehendat, ne declinet ad alterum locum materia, ſi non ſecundum aliquam extremitatum hoc tale fiat undimiaticum apoſtemata uel iunctura, ſuper ligatione ab inferioribus partibus incipienti, & ſuperius terminare ſuper immiſsionem comprehendere uniuerſam, quemadmodum in fracturis facimus, intentio enim curationis in huiuſmodi paſsionibus mixta eſt, hæc quidem diaphorare de materia eorum, hęc uero ſubſtantiam eorum conſtringere. Si ergo quis cum prædictis non ſiſtat, & fortiora pharmaca, quæ mixtam habent uirtutem ex prædictis uirtutibus ſupponere, quibus Galen. eſt uſus in chronicante undimioſo tumore perungens oleo particulam, deinde ſuperponens ſpongiam ex lixiuio conſtringenſq; uiolentius uidit paſsionem curatam perfecte, non adhuc habens intentionem miſcibilium uirtutum, ſed ad diaphoreticum, & inciſiuum declinantem quod intelligitur in chronicantibus fere omnibus,ſciuit perficere. Cumque apoſtema tale in membro neruoſo fuerit, ſpiſſo, aut ligamento,aut chorda, miſceatur cum medicinis prædictis quod incidat cum lenificatione. porro ſi mollities in apoſtematibus præ gnantium accidat ſubiungatur ſummitas caunæ, de qua fiunt ſcopæ in aceto, & ponatur de ſuper. Et melius eſt illud quod fit poſt contritionem ex chimolea cum aceto, & anethum. Et de embrocis eſt decoctio caulis & anethi, & decoctio corticum citri. Et de expertis eſt inuolui poſt huiuſmodi in foliis caulium rubeorum, & ipſos aſſatos comedere.

Regimen autem ſit ad ſiccitatem decliue cum caliditate reſoluente,quale eſt dictum in cura malæ cõplexionis ſtomachi humidæ hepatis, & cachexiæ. Accidentium autem correctio eſt doloris,maxime ſi ex cauſa exteriori perueneritque, cum ſuperapplicatione hyſſopi humidæ, & uini cocti, & cerotariis ex oleis anodinis cum chamæmilla anethino fœnugræci, & ſemine lini. Et cum embrocatione ex uino nigro ſtiptico. Et poſt illud miniſtratio cum cinere, & ſimilibus, & cum epithematibus, ex quibus bonum eſt ut ſumatur litiũ, & myrrha,cyperum aloes, & crocum, & acatia, & bolum armenum parum, & conficiantur cum aceto. Et cum dolor anteceſſerit, ſumantur ſordes balnei, & bulliant cum uino & aqua, & inſpiſſetur cum calce, quæ ponatur in ea donec fiat ſicut maſſa mellis & liniatur. Et iterum liniantur loca cum oleo, & ſuperponatur ſpongia aut lana imbibita aceto, & ſuperligetur fortiter, & medicamen de fermento eſt iuuatiuum.

Et de his, quæ ſunt iuuamenti mirabilis ſunt folia lilii, terantur,& exprimantur, & ſuperponantur. Et ſimiliter alumen, & litium contrita cum aceto, & aqua cineris. Et de epithematibus fortis iuuamẽti eſt ſtercus uaccinum,& olibanum, & ſtyrax, calamus aromaticus, & uinea, & ſpica abſinthium, & aliæ conſimiles, ſimplices & compoſitæ, in noſtro antidotario dictæ.

De ſcliro, & eſt apoſtema ſcliriticum durum. Cap.2.

APoſtema durum, & durities ſeu ſcliros eſt tumor indoloroſus, nõ tamen omnino,niſi particula inſenſibilis ſit omnino, ut concatenationes exiſtunt, & glandulæ, oſſa, & chartilagines, ſi enim particula ſenſibilis eſt,ut chordæ,nerui,et iũcturæ lacerti,& ſimilia, durus tumor talis non erit omnino inſenſibilis,ſi enim omnino deinde inſenſibilis eſſet,omnino inſanabilis foret,ſed quia eſt difficile ſenſibilis,& ſecundum hoc difficile ſanabilis erit. Eſt autem difficile ſanabilis cum fiat ab humore uiſcoſo, & craſſo difficile reſolubili a particulis in quibus emplaſtratus exiſtit. Aliquando quidem mox a principio tale exiſtit, & paulatim augetur & eſt melancholicum, plurimum uero à ſtolido medico conſtituitur apocruſticis uel diaphoreticis pharmacis incõpetẽter approximatis phlegmonoſo uel undimioſo apoſtemati, ut ſuperius dictum eſt, quibus manifeſtam diminutionem operantibus tempore breui ſperabit de tali curatione, uere ignorans, quoniam reliquia paſsionis inſanabilis fiet. diaphoretica enim ſubtili parte humoris & humida,reliquia exiccata,lapidea fit. Et enim generatio lapidis,qui in iuncturis,ex humore craſſo eſt, & uiſcoſo, non paulatim euaporato, ſed repente ſimul eſt exiccato,& uiolẽter calaſtico. Ita uero, & in renibus lapides generabuntur, aduſto in eis humore craſſo & uiſcoſo. Propterea igitur in ſcliroſis.i.duris diſpoſitionibus,nullum eorũ quæ fortiter calefiunt, uel deſiccant pharmacorum ad curam congruum eſt,ſed quæ caliditatem habent tepidam potentem uaporare, ut neq; multam neque omnino minimam,ſed ſufficientem mollificare,ſuperexcellens enim humidum, non omnino diaphorat, modicam uero habens humiditatem,exiccat fortius, quàm conueniat, uel inſufficienter remollit.

Cura. itaq; inſenſibilis cura eſt tres res,& proprie eius qui eſt à medico generatus. Prima eſt mundificatio corporis ab humore phlegmatico,ſanguineo, uel cholerico, uel melancholico, apto facere augeri ægritudinem, completur uero cum his,quæ ſunt nota. Secunda eſt curatio exituræ ſeu tumoris ſcliroſi,completur autem mollificatione, & ipſius reſolutione.Complentur uero ambæ quandoq; ſimul mixtis eiſdem pharmacis quandoq; diſtinctis, ſimul quidem,ut ſimplicibus uel compoſitis, diuerſis tamen ſecũdum fortitudinem, & debilitatem ſecundum diuerſitatem infirmi et membri naturam, ſimplicibus, ut puta medullis ex quibus melior eſt ceruina, & uitulina, & adipibus, de quibus inter uolucres ãſerina melior,inter greſſibilia,aſinina,deinde anſerina, & gallinacea. Et ſimiliter ex rapacibus auribus, ut vulturis & falconis. Et ex quadrupedibus ſylueſtribus,& rapacibus, ut vulpina, leonina, urſina, & leopardina,& taurina,caprina uero pinguior eſt & ſiccior & magis, quæ hircina, & proinde huiuſmodi diſpoſitioni bus inconuenientior, & adhuc uero cum his ammoniacũ, & thymiama, & bdellium alterutrum, & maxime hircinum inquantum utique huiuſmodi eſt, & maſtix, & ſtyrax humida, & ſicca: & mucilagines adhuc, ut fœnugræci, ſem.lini, radicum ſalicum, & radicum althęæ: omnia prædicta mollificant multum cum reſolutione pauca. Compoſita ſunt quæ ex his componuntur, & ea, quæ ex cerotis, & electariis in antidotario noſtro ſunt ſcripta. Diſtinctis uero, ut humidis, & diaphoreticis alternatim miniſtratis. Sint autem ex leptomeris partibus,mollificantia, humida, & maxime in particulis denſis exiſtente ſcliro. propterea in neruis, concatenationibus, & colligationibus, uiſum eſt mihi melius ipſis mollificantibus quid immiſcere inciſiuum ſubtilis ſubſtantiæ, quale eſt acetum, & maxime in medio mollificantium, & diaphoreticantium, ſit autem paucum, & parum miniſtratum, quoniam neruoſa nocet, niſi ſit carnoſa, & rara, ut hepar & ſplen. Et quidem ordo ſit talis, ut præmittantur fomentationes

euaporationes particulæ ex aquis decoctionis herbarum E radicum & seminum prædictorum cũ foliis,malua, & mel-
liloto,brancha vrsina,anethi recentis, & radicum cucume
ris asinini,& similium cum oleis,quod est melius. Sint aũt
ex subtilibus,potentibus penetrare in profundum, molli-
ficantibus cum resolutione quadam, ut est oleum antiquũ
simplex,oleum de alchanna,de lilio,de laudano, de styrace
& sambucino,& carycis pinguibus, & de alcherua , & in
sambucino quidem est melius de resolutione & mollifica-
tione æqualiter.Deinde inunctiones ex prædictis adipibus
& medullis,deinde lapidem marchasitem, uel molarẽ igni-
tum habere,& supereffundere acetum acerrimum , ut scli-
rotizatum cholera euaporetur cum eo,deinceps applicen
tur diaphoretica pharmaca,simplicia & composita,ex gum
mis & pinguedinibus præditinctis, & aliis diaphoreticis
appropriatis . optimum autem est ammoniacum per acetũ
dissolutum,mollificato scliro,sufficit autem eo secundum
unum uel duos dies utentes redire ad mollificãtia rursus ,
quibus plurimis diebus utentes oportet sicyam superappo
nere,deinde redire ad pharmacũ ex ammoniaco, uel opo-
panaco,& ex bonis quæ est fæx seminum , & fæx aceti , &
bulliant bene,& effundatur super eas ammoniacum. Aliud
sumatur ster cus asini,& radix euisci, & styrax , & fiat lini-
mentum cum eis.& fortius est quod sic cũ radice cucume-
ris,uel brioniæ,uel althęæ decoctis,& mixtis cum pingue-
dine.& ex radice dragonteæ est fortioris resolutionis,sint
autem ei mixta mollificantia dicta,& emplastra,quæ pone-
mus ad scrophulas,sunt bona,& cheiri, & proprie de radi-
ce eius sicca cum aceto emplastrata curat apostemata dura
petrificata.Tertia res cõpletur regimine,sit autẽ ex hume-
ctatiuo supra noto,& proprie ex radice althęæ cum adipe
defecta decocta , & extenuatiuo,seu exiccatiuo mixta se-
cundum tẽpora uariatũ,ut tpe mollificationis ad humecta-
tionem tendat,tempore uero resolutionis,ad siccitatem.

De scliro splenis. Cap. 3.

CVra scliri dicta,est cura eius inquantum sclirus, &
prout consimilis membri est. Cura uero eius prout
officialis membri est,nunc placet dicere, existẽti-
bus inquam quibusdam organicis maxime aptis scli
rari membris.altero quidem propter lutosam substantiam
crassam,& densam coagulantes transitus eius ut uias,ut he
pate:altero propter crasitiem cibi , quo nutritur,ut splẽ-
ne,altero propter utrunq; ut renibus,de cura scliri in eorũ
unoquoq; dicendum,quòd breuiter gratia indicationis su-
mendæ a natura particulæ , licet latius superius dicta sunt.

Splenis itaq; scliros prædictis tribus rebus perficitur
cura fortitudine tamen differentibus & loco,pharmaca.n.
incidentia cum remolliendo,& diaphorando,oportet esse
fortiora prædictis cum splen ea toleret intristantius,& non
exterius ministrata,sed etiam interius.

Sintq; interius ministratæ ex appropriatis,ut cortex cap
paris,radix scolopendrię,& tamarisci,radices & summita
tes & cortex salicis,tamarisci cortex & summitates ac flo
res & folia fraxi.sintq; i ace.decocta uel pparata i oximel.

Et exterius mollificantia præmissa ex uaporationibus
cum aceto & aliquo ex prædictis cum medullis & adipi-
bus.Et deinde ex eis cum gummis prædictis diaphorantibus mixtis,sintq; reiterata multoties cum frictione longa, H
manibus calefactis.Regimen quoque imponatur subtiliati
um;aperitiuum,& abstersiuum uisceris.Contingit autem
quandoque tumidum & durum fieri,non quia sclirum , sed
quia uentositate plenum,ut tangenti renitens uideatur,ne
que grauem ipsum sentiat patiens.Tali quidem non molli-
ficantia conuenit ministrare,sed quæcunque apta nata sunt
exiccando diaphorare,qualia sunt simplicia, & composita,
& ex simplicibus est flos salis extrorsum superpositis sple-
ni,& ex cõpositis quale est, qđ p absinthiũ emplastratũ cũ
spica primo fit,deinde quale est quod p sulphur plus & alu
men minus.in talibus.n. diaphoreticis oportet dominari,
modicum aut misceri stipticantis,& exiccantis.

De scliro hepatis. Cap. 4.

HEpatis uero sclirosim incipientem est possibile plu
rimum,extensum uero,quasi in plures dies impossi
bile est sanare,pereunt autem plures in tẽpore am-
pliori,& quidã quib. melius secedit uẽter,pereũt cito.Ma-
nifestũ est aũt q; sufficiẽter orificia sunt cõstricta uasorum
transmittentium nutrimentum ab hepatis sima ad gibbũ.

Incipientem itaque sclirosim in eo pharmaca,quæ illius
phlegmones liberabant prędicta,non enim tolerat uirtus
hæc pharmaca fortiora quemadmodum splen.supermiscere
re ergo oportet his,quæ illi propter eius phlegmonem ad
ducunt,mollificantia.Erunt autem,quæ ex absinthii extre-
mitatibus,& myrobalani expressione , & olei nardini spi-
cati conficitur:adhuc,& masticini,& mellini , & myrtini.
hoc igitur,& thus,ammoniacum,& bdellium,& prædictæ
pinguedines mixtæ incidere potentia,factum in hepate sa
nabunt sclirum,cum his simul quæ potantur & pharmacis
disoppilantibus,& expurgantibus hepar & cum congrua
diæta ad hanc intentionem tendente . Sunt autem & hæc
quæ in renibus lapidem frangentia super mixtis ex aliqui-
bus diureticis,quæ sunt nota.

De glandulis,& earum,quæ illius generis sunt , &
pustulis glanduloſis. Cap. 5.

GLandula nomen est mẽbri,ut superius dictum est,&
nomen est ægritudinis ipsius , ut apostematis,& tu-
moris prout assumitur hic . Glandulæ ergo ex apo-
stematibus sunt phlegmaticis, si molles sint,si uero
a principio duræ,ex melancholicis, de quibus Christo du-
ce infra dicemus.Et quidẽ ab apostematibus differunt,qñ
sunt separatæ a membris in quibus fiunt,& mobiles:apoſte
mata uero sunt ipsis affixa,et tamen generantur præter na-
turam.In quibusdã membris glandulæ: ipsæ tumentes sunt
adeo, ut sint sicut auellana uel nux,et maiores, ut in uola
manus,et supra frontem,et separantur,cum premuntur,de
inde redeunt multoties,et quandoque nõ redeunt,et quan
doque post aurem, et in collo,et sunt uocatæ frigulæ.

Causa eius exterior est superfluitas phlegmatica super
intusa eis a circunstantibus membris scilicet neruis,et pan
niculis,prout supra in cura apostematis est dictum .

Signa uero sunt, quoniã mobiles sunt, et molles ac par-
ui doloris. Et cura eius in fronte,uel uola manus est ut re
deat,et non redeat.Et est duæ res,mollificare, et digerere,
deinde euacuare,et resoluere . Primam complent mundi-
ficantia ex quibus ammoniacum in aceto dissolutum, et su
per lamina plumbea inunctum,quæ superponatur illi,et cõ
stringatur.Quòd si non recedat,frangatur,et teratur com-
pressione ac superligatione prædictę laminæ . quòd si non
recedat,scindatur cutis,et extrahatur , deinde incisio cutis
sanetur. Et quidam perforant, et cum causticо pharmaco
paulatim corrodendo consumunt.melius autem est cum in
cisione,quoniam ulcus minus efficit , et cicatrix minor re-
linquitur. Cura uero eius,quæ in collo existit,et post au-
rem,est cura apostematum glanduloſorum , et adenarum
superius dicta. Et ex appropriatis ei est cinis limaciarum
confectus cum adipe antiqua aut salita,nulla quidem medi
cina est ei par. Et iterum cinis mustellæ permixto eius ce
rebro cum oleo de lilio et antiquatur et detur, confert
etiam scrophulis . Contingunt quandoque pustulæ glan-
duloſæ in membris , et cura earum est cum compressione
prædicta.

De nodis. Cap. 6.

NOdi ex apostematibus sunt sclirosis et duris. Et cau
sa eius interior est phlegmatis crassi , et uiscosi di-
scursus ad aliquam superficialem particulam corpo
ris,plurimum ad dorsum , manus, et pedes,et iuxta
iuncturas,cuius obuiatio,et durities facit,ut de melancho
licorum genere,licet ex phlegmate fiant in principio cu-
ius pars subtilis existit resoluta,et crassa dura remansit,qua
re inter melancholica qnandoque numeratus , et plurimũ
durus est,et quandoque est sicut caro,aut puls,aut mel, aut
aliud non durum ualde,et proprie cum in curuaturis iun-
cturarum euenerit. Et quædam species eius est glandula-
rum duarum,quæ sunt similes alchiliæ. Et quandoque ac-
cidit,ut nodetur neruus,et assimiletur nodo , licet nodus
non sit. Et enim differt a nodo eo,quod non separatur ab
omni parte,nec a longitudine, nec a dextra,nec a sinistra.
Et quandoq; accidit a causa exteriori,ut a percussione,q
finiatur nodo ; et est rotundus,albus, similis capiti clau-
eueniens

eueniens in pedibus & plantis pedum plurimum , & post A
curationẽ exiturarũ,& est prohibens incessum. Cumq; cu-
ratur in principio cũ strictura superposita, resoluitur , &
deletur,nec redit.In processu uero oportet ut incidatur,
& extrahatur,uel curetur,ut cancer. Et est differens a glan
dula molli in suo principio,& dura in sui fine, quoniã glan
dula est mobilis separata a membro cum coopertorio , seu
folliculo suo.Nodus est magis cum eo in mẽbro, & est ma-
gis durus neruosus,& dolorosus,& cum cõpressione spar-
gitur,& non redit,alia uero non.

Cura glandularum nodosarum, uel nodorum glandulo-
sorum dicta est supra immediate. Et quidem cura nodorũ
cæterorum similis est illi. Completur enim mollificantium
premissione, & digerentium, & deinde compressione for
ti frangente,& cõtrahẽte laminæ plumbeæ super ipsum ut
ibi supra dictũ est,& ultimo perforatione,& incisione , &
quidem perforatio fiat cum pharmacis causticis,quę dicen
tur infra auxiliante Christo, & cũ premissione euaporatio
nis alicuius calidi,& emplastratione cum mollificantibus,
deinde auferatur simul cum chist,& si nõ cũ alio, saltem cũ B
uncinis,& excorietur,ut nihil de eo remaneat,quoniam re
dit.si ergo aliquid remaneat de eo ponatur emplastrũ cau-
sticum quod melius est.Incisio aut,fiat prout Antilus dixit.
Inquit.n.tende cutim quæ est supra nodũ cũ manu tua,uel
minister tendat manu sua, quantum possibile est,ita q; chi-
stis non tendatur cum ea,quòd si tendatur caute incide cu-
tem,ut & chistis nodi non incidatur, quoniã illud est quod
te prohibet ultimare excoriationem. Cum ergo incideris
& appareat tibi chistis nodi , extende latera cutis retro cũ
uncinis & incipe excoriare chistim a carne circunstante
cum unguibus,aut instrumento , donec egrediatur chistis
sana cum nodo qui in uentre eius est.quòd si aliquid de chi
sti remaneat , quia abscindatur , uel rũpatur,tunc extracto
illo quod potuit extrahi,super illud,quod remansit redibit
nodus maior. Cum ergo totus nodus cum tota eius chisti
fuerit expulsus,si cutis non superfluat a loco uulneris pro
pter paruitatem nodi tunc absterge sanguinẽ,& ablue uul-
nus cum mellis aqua,& sue eã,& incarna,& si magnificatis
super ipsum plurimum, propter magnitudinẽ & compres-
sionem nodi,tunc abscinde radicem eius totam,deinde cu-
ra.Et si nodus est uicinus neruo uel uenę,& est de illis,quæ
excoriãtur tunc excoriare ipsum est necessarium, ita quòd
neruus,uel arteria nõ lædatur quoniã facit accidere spas-
mum.Et in mellino quidem etiam solicitus sis, ut extraha-
tur cum chisti integra,ne rumpatur,quoniã ea rupta egres-
sio eius est difficilis:si uero accidat ut rumpatur,rectum est
ut excorietur,&stringatur,et ligetur cũ ligamẽtis,& si cur
rat ex eo sanguis plurimus cõfortetur patiens , ne cadat in
defectionem,& syncopim,quòd si cadat,cura eum cura syn
copis.Et siquidẽ timeat neq; toleret excoriationem neque
medicamen acutum,sed perforationem tantum, in tali per
foratione facta extrahatur quod egreditur facile,neq; præ
sumas de chisti cum excoriatione uel medicamine acuto
extrahendo,immo pone in illo postquam egreditur illud,
quod potuit oleum cũ butyro calido , nam tum chistis pu-
trefit,& egreditur per se. Et ex bona medicatione mellini
sanios,est ut euaporetur cum aliquo calido, deinde empla
stretur cum aliquo passula.enu. deinde excorietur cutis,&
ponatur medicamen acutum , efficit enim , ut non redeat, D
quale est calx,sapo,& cinis,& illa quæ currunt cursu eorũ
quæ dicta sunt de erumpentibus exituras. Glandulas autẽ
quæ sunt uelut alchilia,& sunt species nodi extrahe, si pos-
sibile est absque nocumento neruorum,et uicinorum mem
brorum,& si sint in loco uicino chordis,& neruis,ut in ma
nu uel pede & supra ipsum,non extrahas ipsas, quoniam fa
cit cadere patientem in spasmum,immo contere ipsum , &
stringe super ipsum rem cui sit grauitas cum maturatione,
ut est lamina plumbea uncta , & signum sufficientis com-
pressionis est ut stupefiat membrum . Medicamen bonum,
& est Abo.ex acutis.℞. calcis 3.iiii. fæcis uini adustæ.3.ii.
nitri.3.ii.magnetis.3.i.ferueant in aqua cineris feruitioni
bus paucis,& ponantur in ampulla de plumbo & roretur
semper ne exiccetur . Aliud bonum nodis , & glandulis,
& similibus . Recip. arsenici rubei hellebori ana. P. i.
corti.æris.P.iiii.& fiat linimentum cum oleo rosa.

Emplastrum bonum Rasis,& etiam in mellino,& in om
nibus exituris calidis in quibus est humor calidus leuis.℞.
chalbani,bdellii,sordicici uasis apum, & glutinis albotin,
ana partes æquales.

De apostemate uentoso quod inflatiuum di-
citur. Cap. 7.

APostema uentosum tumor est inflatiuus membris
præter naturam euenies . Et quidem alius est qui
fit a uapore leui facile resolubilis,& alius est qui a
crasso aggregato in membro inflatio dicitur.Et est
duplex.una quæ ex ipso spiritu crasso fit aggregato in mem
brorum uel uiscerum uacuitatibus constipatis,ut stomachi
intestinorum,uel inter renes ac ipsa,ut in colica, & illiaca
accidit & tympanite:& dicta est inflatio proprie , habens
percussiones & impetus apud infirmi sensum, uel medici,
perceptas propter motum illius in spacio quo continetur
amplo,& infusione eius,& transitum subitum, et in uacui-
tates illas à membris,a quibus generantur, ut in colica, &
iliaca cum uehementi dolore proprie est sentire, de cuius
cura in prima sectione est dictum . Alia est ex ipso spiritu,
subito uel paulatim influxo a nutritiuis membris ad aliquẽ
locum,separante inter adhærentiam suarũ contiguatarum
partium,uel eius medio aggregato sicut cum inter muscu-
los,& cutem constipatam in poris cooperientem eos ag-
gregatur,aut inter ossa & membrana eorum , & inter ner-
uos uel chordas , uel iuncturalia membra, aut in eius sub-
stantia aggregato,ut inter substantiam musculorum , quæ
quia extendendo eleuat in tumorem , dicta est apostema,
proprie habens a prædicta differentiam, quoniã in hac uen
tositatio est quieta,quia intercluſa in stricto, et cum resisten
tia tactui et dolore propter tensionem ad differentiam un
dimiæ , in qua nec dolor nec resistentia est, sed cessio cum
remanentia impressionis in loco de cuius cura ad præsens
intendimus.

Cura eius est quatuor res communes omni inflationi,
quę secundum uiscera siue secundum colum aliquod extite
rit.Prima est doloris sedatio.Cõpletur autem calidis ano-
dinis,et illius proprie , quæcunque uirtutem extenuatiuã, C
et resolutiuam crassi,et uentosi spiritus habent, et resoluti
ua.Qualia sunt proprie calefactoria Hip. ficca, ex sale , &
milio propter suauitatem suam,uel ex sale, et sulphure , et
similibus,uel alia humida,et mediocria . Secunda est regi-
men.Completur uero cum extenuatiua diæta mixtionem
habente alicuius resolutiui uentosi spiritus, et commouẽs
ipsum,quæ ex prædictis est nota. Tertia est euacuatio uen
tosi humoris, et uentositatis a membris ex quibus influat
talibus extremitatibus forte.Completur uero cum his quę
dicta sunt supra sectione prima de cura inflationis . Quar-
ta est expulsio eius de loco in quo aggregata existit.Com-
pletur uero cum his quæ spiritus uentosi crassitiẽ attenuãt
et cutis seu membri , in quo est intercluſus et constrictus
tenetur,poros aperiunt,quæ calida sunt et sicca, et plura ,
differentia tamen secundum uentositatem spiritus , et par-
ticularum differentiam in consistentiã & natura adhuc ue
ro et causarum ac mixtionis et temporum ipsius , differen-
tiam secundum consistentiam spiritus,quia crassi,uel subti
lis.secundum particularum uero naturam uel secundum si
tum profundum , sicut cum inter ossa et membranam co-
operiente ipsum fuerit intercluſa,aut superficialem , ut cũ
inter lacertum et cutem existat,uel secundum membri sub
stantiam solidam, ut neruos,tenontas,& iuncturas, uel ra-
ram ut cum fuerit in lacerti substantia. Adhuc uero in par-
te eius quæ magis neruosa , & sensibilis est,et quæ minus .
Nam existente uentoso spiritu crassa fortiora expediunt
quàm existente subtili, existente uero in profundo , for-
tiora sunt necessaria,et leptomeris substantiæ , quàm si in
superficie sit aggregatus . Qualia sunt ex oleis rutaceum ,
costinum,de enula,de piperibus,de spica,de castoreo , de
terebinthina,de lauro,& apostolorum , et similia . Suntq;
necessaria quandoque quæ ex profundo ad superficiem tra
hunt,ut est trictio dura, uentosatio cum sufficienti flam-
ma,& pharmaca trahentia de profundo , ut sunt empla-
stra de cypero,semi.urticæ, granis lauri,et similibus , cum

melle,& quæ ex ſynapi,& aliis adurentibus fiunt. Si quoq; in membro duræ, & ſolidæ ſubſtantiæ ſit, fortiora conueniunt,& ſubtiliora quã ſi in membro raræ ſubſtãtiæ, ut muſculus eſt,& eius pars proprie , quæ circa mediũ eius,quæ enim circa iuncturas pars eius eſt neruoſior & durior, in tali enim membro raræ ſubſtantiæ ſenſibilis, talia alienentur omnimode,ne tereantur ab eis, & fugiant, & maxime cum talis inflatio acciderit in lacertis propter attractionẽ uel plagam, quæ accidit eis, uel quid phlegmonis fuerit ei mixtum,tunc enim cum medicinis reſolutiuis mixta ſint ex dolore ſedantibus aliqua . Qualia ſunt quæ ex rob concuſſo cum oleo habente uirtutem reſolutiuam,ut oleum anethinum,chamæmillinum,& ſimilia, in quibus infuſa ſit lana ſuccida , & ſuccus ipſius , adminiſtrentur tepida , & ad caliditatem declinantia, & ne permittantur infrigidari , frigidum enim nocet eis,& demũ quale ſit ex ſapone, uino oleo & ace.mitigat.n.doloré,repellit ſtipticãdo & reſoluit.

Quod ſi dolor cum phlegmone fuerit illic a principio, tunc adminiſtra reſoluentia olea, in quibus ſedatio eſt doloris cum prohibitione,ſeu repercuſſione aliqua a principio,ſicut oleum uiolatum uel roſ: cum uirtute olei anethini , ut repellendo,& ſedando dolorem reſoluat,& quando inuenitur alienatio aliqua,per ea addatur illud quod addit ad reſoluendum,ſicut uinum nigrum uel ſtipticum, uel coctum & acetum quod uirtutem apocruſticam & reſolutiuã habet.In dorſo uero facto muſculo licet tibi addere ſaponẽ non exiſtente eo,adde aſſoniam, ideſt ſpumam maris , non ſit autem lapideum,ſed molle & rarum & album, quoniam cito reſoluitur , & eſt leptomeron maxime . Deinde cinis addatur,ſi talis uentoſitas & inflatio neglecta fuerit,& moratur diu,primum quidem utẽs pharmaco per ſaponem facto,ſecundo uero aliquo emplaſtrorum , quæ ex leptomeris,& reſoluentibus ſint foribus , & mixtis mollificatiuis quorum tibi hic aliqua numerantur.

Emplaſtrum reſolutiuum uentoſitatis intercluſæ in mẽbris chordoſis,neruoſis, & lacertoſis. ℞. ſordiciei balnei quæ ponatur cum aqua in patella , calcis nõ extinctæ ſecundum quantitatem qua prouciniat ſpiſsitudo ſicut lutum , & liniatur cum eo,& quandoq; fit illud cum uino .

Aliud. ℞. hyſſopi ſiccæ,teratur & puluerizetur ſuper ceratum factum ex cera,& oleo anethino,& emplaſtretur.

Aliud Gal.ad idem. ℞. ceram aquæ mixtam fac bullire & cola primo & fiat pura,deinde rurſus mittens in ollam calcem non extinctam lenem & farinam miſce donec fit unctuoſa ſubſtantia,deinde emplaſtra.

Aliud.℞.picis,reſinæ terebinthinæ, & confice cum pinguedine leonina,& taurina. Aliud.℞. glutinis,calcis,ſici ſylueſtris,uel cineris eius,cõfice cum uino uel pinguedine leonina . Si uero apoſtema , ſeu inflatio ex uapore leui ſit curabitur cum leuioribus ex extenuantibus,quales ſunt ſpongiæ in aqua anethi , aniſi,& fæniculi,& carui , & cum oleis leuibus,quale eſt anethinum , de ſemine lini, de ſchinanto,& ſimilibus.

De apoſtemate aquoſo. Cap.8.

APoſtema aquoſum eſt hydropiſis aſcites , & ramex aquoſa eſt cũ in membrorum præexiſtẽte in concauo intermedio,in eis aquoſitas congregata & aliud in quo aquoſitas congregata exiſtit non in uacuo præexiſtente in eorum intermedio , ſed inter ſubſtantiam membri,& membranam cooperientem ipſam, quemadmodum in hepate,& ſplene per anatomiã uidemus ampullas fieri,quibus eruptis aqua egreditur ſupra de quibus ſectione prima eſt dictum. Et quandoq; eſt inter duas tunicas cutis,ſeu duas cutes,ut cum aliquam ampullam ſeu ueſicam plenam aqua in manu,uel pede fieri uidemus , ſicut critice in peripleumonicis contingit,ut Hipp.in prognoſticis dixit.Et cura eius eſt duæ res.Prima eſt euacuatio.Completur autem perforatione. Secũda eſt perforationis curatio. Completur autem ueſicæ,& cutis abſciſsione, deinde conglutinatione,ſeu cicatrizatione , & induratione ſubteriores cutis,quod cum ſiccantibus fiet, Et ex appropriatis , & cõuenientibus ei eſt ſordicies balnei, ſiue uetoſa ſiue aquoſa ſit,& proprie ſi cum ſpongia ſuperponatur, & expreſſus emplaſtratus extenuat ramicem.

De dubellati frigidis comprehendentibus humores mucoſos,gypſeos,lapideos,arenoſos,& capillares,& alios. Cap. 9.

DVbelet nomẽ duobus modis accipitur , generaliter & ſpecialiter. Generaliter quidem ad omne apoſtema cuiuſcunque generis ſit aggregans materiam in loco ulcerato,ſeu continuitatis ſoluæ ipſius membri in quo eſt,ſiue a principio incipiat apoſtema calidum cũ aggregatione materię in eo,ac ſolutione tali, ſiue apud ſtatum eſſentiæ,& tumoris ſui.& exitura eſt illius generis. Eſt enim exitura próprie apoſtema calidum aggregans materiam in loco continuitatis ſolutę ſeu cuppo , & fit ei caput acutum,ut conuertitur in ſaniem,deinde generatur,& maturatur ſanies,deinde rumpitur.Et modus eſt etiam aggregans materiam ut indureſcat, non ut conuertatur in ſaniem,de quibus ſuperius dictum eſt. Proprie uero nomen adubelati cadit ſeu dicitur,ne apoſtemate aggregante , & comprehendente in regione, ſeu loco intermedio ſolutæ continuitatis apoſtematę particulæ res diuerſi generis , ſicut humores mucoſos gypſeos , & lapideos , arenoſos , & capillares,fuſcos,carbones,oſtracos, lutum, amurcam , & tumbos & ſimilia. Talis autem apoſtematis diſpoſitio prouenit,uel tranſitione phlegmonum, & eryſipelatum multarum in ipſam,uel ſine his,ex abundantia humorum aliquorum,uel ſpumoſorum uaporum aggregatorum in ea regione intermedia apoſtemoſæ particulæ,ſiue ex ipſa particula ſiue patiente,ſiue ex aliis ſuperfluentibus illius. Cum igitur locus intermedius apoſtematarum particularum repletus fuerit talibus humoribus,& ſic longo perſiſtens tempore humores ipſi ex diuturnitate temporis multiformes alterationes recipient, unde prædictæ res diuerſi generis ducuntur,fiunt autem ſecundum uiſcera, & ſecundum ſuperficiem cutis talia apoſtemata .

Signa eorum uero quæ in ſuperficie cutis fiunt cognitio eſt facilis,ſanatio uero difficilis. Cognoſcitur autem parata ex tactu ipſorum inuenire eſt & ſentire eſt in eis diuerſitatem corporum prædictorum , diſtinctorum mollitie, & duritie,& ſubtilitate,et craſsitie.

Cura uero eorum fit per inciſionem & extractionem illorum,& per pharmaca exterius ſuperpoſita , et attrahentia,et educentia, quale eſt emplaſtrum de fermento proprie dicto in antidotario noſtro abſque his quæ ſumuntur interius,quemadmodum ea quæ ex talibus ſecundum profunditatem fiunt,& maxime ſecundum uiſcera , ſunt enim tanquam inculta difficile cognoſcibilia, & curabilia, quæ indigent medicinis non ſolum exterius applicatis,ſed ebibicis,erumpentibus magis,& mundificantibus, incarnantibus,& conſolidantibus,quales in prima ſectione ſunt communiter dictæ.

SVMMA III. Particulæ ſecundæ , ſectionis ſecundæ,quæ eſt de medicinis apoſtematum melancholicorum .

De apoſtematibus duris ex quibus ſunt ſcrofulæ & bocia . Cap. 1.
De cancro . Cap. 2.
De lepra. Cap. 3.

De apoſtematibus duris ex quibus ſunt ſcroſulæ & bocia. Cap.I.

DVrities glandulæ duæ ex apoſtematibus melancholicis ſunt et cancer differentes inter ſe, durities glandulæ ut ſupra dictum eſt,et ipſæ a cãcro, ut in ſequenti dicetur ca . Et quidem durities inter ſe differt quo ad aduentum ipſius, & locũ ſeu membrũ . Quo ad aduẽtũ.n.quia quandoq; fit incipiẽdo,cũ ab humore melãcholico fit , ſiue generato,et aggregato in particula patiente,ſiue ei a toto corpore,hepate,uel ſplene,influxo , & fit plurimum permutatio ex aliis apoſtematibus per naturam, uel errorem medici in duriciem permutantis, ut ſuperius dictum eſt. Quo

Quo ad locũ uero ſeu membrum. Nam alia fit in iuncturis de qua in prima ſectione dictum eſt, alia in hepate,uel ſplene,uel renibus, de quibus hic ſupra dictum eſt .

Glandulæ quoque in ſe differunt. Aliæ enim ſunt adenes Aliæ ſunt glandulæ generaliter dictæ , ut hic ſupra dictum eſt. Et ſiquidem apoſtementur duræ , uel primo molliter, deinde dureſcant dictæ ſunt ſcrofulæ in plurali. Scrofulæ quidem,quia plurimũ accidunt ſcrofis,& porcis. In plurali uero qñ pr̃m fit & incipit una magna , deinde generantur plures,& ſunt ordinatæ ac ſi eſſent in cingulo pendente ex collo ad alteram partium, & quandoque ſunt ut racemus combinatæ,omnes tamen duræ,& ſcrotizatæ , ut quia ſcrofulæ non ſint aliud niſi ſcrotizatæ glandulæ. Et de ſcrofulis ſunt in quibus dolor non aſſociatur , & ſunt incurabiles,& ſunt in quibus dolor aſſociatur, & tamen ſunt difficilis curationis,per mollificantia,& reſoluentia,quare neceſſaria eſt maturatio,& putrefactio.

Et magis diſpoſiti ad incurrendum ſcrofulas ſunt habentes capita humida,& proinde loca in quibus magis generantur,ſunt collũ & ſubaſſellæ propter caliditatem loci ſtricturam , & occultationem reſoluentem ſubtile humidum , & dimittentem induratum craſſum eius. Et plurimũ accidunt infantibus,& ſunt ſaluiores,& raro iuuenibus,& ſunt peiores.Et quandoq; fit durities in neruis,& lacertis qui ſunt in gula,& quibuſdã glãdulis intermixtis eis ita,ut augeatur paulatim & dicitur bocium ad ſimilitudinem burrũ. Accidit autem prædictis capita habentibus humida apud labores,& portantibus onera ſuper caput,& mulieribus apud partus expreſsionem.Et quandoq; eſt morbus regionalis,& hereditarius procedens ad genitos.

Cura uero ſcrofularũ ipſarum,& bocii & eſt cõis & propria.Cõis ab eſſentia paſsionis ſumitur,quæ durities ẽ, ſeu durũ apoſtema.Propria uero a natura particulæ i qua ſcrofulæ fiunt,& bocium. Conſiſtebat.n.cõis cura duritiei ſeu ſcliroſis ois inquantum hmõi in tribus. Primo in eũone totius corporis uel mẽbri,ab humore, a quo generationẽ habuit,& recipere poſſet augmentũ ſufficiens, & illud cũ ſolutione uẽtris forti,educente phlegma craſſum,uel melancholiã,uel utrunq; a remotis.Et ex ſimplicibus, & proprie agarico,helleboro,& turbith confortato cum gingi. & cõpoſitis,& proprie pilulis cochiis , uel de hiera ; & pilulis Hip.& de gummis, & proprie de euphorbio præcedente digeſtione,& uomitu cum melle de floribus geneſtræ , & cũ phlebotomia ſi fuerit neceſſaria de cephalica.Et ſecundo de eũone materiæ induratæ in parte ſchiratæ,cõplenda cum mollificantibus, & reſoluentibus ſimul mixtis , uel alternatim miniſtratis,diuerſificatis in uirtute, potentia , & qualitate ſubſtantiæ ſecundum diuerſitatẽ materiæ in craſſitie,& duritie ſecundum magis & minus, ut quia dura fuerit a principio uel poſtmodum acquiſita,& ſecundum naturam particulæ uariam in raritate,& ſpiſsitudine ſubſtantiæ atque poſitione ipſius in ſuperficiali,ſeu profunda .

Et quidem ſcrophulæ cum ſit glandularum raræ ſubſtantiæ,& in ſuperficie poſitarũ durities,& ſcliorſitas euacuatio duritiei,& materiæ induratæ in eis dupliciter habet cõpleri.Primo cum mollificantibus,& diaphoreticis, ſi ſufficientes ſint, ut in quibuſdam ſcliris eſt uidere ſimilibus frequenter.Secundo,ſi illæ non ſunt ſufficientes, inciſione cũ ferro,putrefacientibus pharmaciis educatur cũ uelamine, ut redeat iterum, niſi fuerint magnæ, quoniam perducunt ad ulcerationem,quãre expedit,ut cum ſubtili regantur regimine,& mollificantibus, & reſolutiuis, neque uentoſentur,ut durities aliarum partium , quoniam educit ſubtilem ſanguinem uentoſatio,& ſcrophulas ſeparatas, magnificatas relinquit.Et ex appropriatis ſunt accetoſa emplaſtrata ſuſpenſa ad collum .

Aduertendum tamẽ ad naturã particularũ,ſeu glandularum ; nam ſiquidem ſint ex facientibus operationem uel iuuamentũ in ſuperfluitates à principalibus colligendo,cura ſeu euacuatio primo mõ eſt facienda ſola, ſecundũ modum nullatenus acceptãdo:eſt enim priuatio in eo operationis, uel iuuamenti,& inciſio circumadiacentium neruorum,& uenarum adiacentium inuolutarum in eis,quorum inciſione,grande ſequitur nocumentum,& iuuamento maius . Et in bocio multo maius propter ſuas arterias,& uenas quidẽ & arterias intermiſtas lacertis & neruis in gula cum quantitate maiori,ut infra dicetur . Ob quam rem loco inciſionis conſueuerunt quidam reſoluentia, & exiccantia fortiter ad euaporationis modũ,& retentionis in ore poſt prædicta talia patientibus miniſtrare , & alia localia remedia quæ dicentur,quaſi in principio ſint & paruę,curare uidimus:procedentes uero & magnificatas,nõ proprie bociũ. Si autem ſint ex præſtantibus iuuamentum in replendo tacuum aliorum,ubi primus modus euacuationis non ſufficiat,ſecundus eſt tentandus,cum ſit in eo iuuamentum magius incomparabiliter nocumento.

Tertio autem conſiſtebant ex regimine, ſit autem ſubtiliationum ad ſiccitatem tendens.Aer ergo eius caleſiat temperate,& exiccetur cum igne, & fumigiis ex ſandaracha , thure,ligno aloes,& alchitrã.Exerciteturpeditando mane & ſero ante cibũ:deinde ciberur pane furfuraceo,& miliaceo , ſicco, non madefacto in brodiis , quæ fugiat præter brodium cicerum.Carnes eius ſint ex animalibus ſiccis, & montanis,& pedeſtribus,& uolatilibus , aſſatis uel elixis ſine iure ſumptis.Et uinum ſit album,ſubtile, ſtipticum, cũ ferrea aqua,et utatur cum fructibus ſiccis , & carycis, paſſulis,& baccis,uitet recẽtes,et humidos, et herbas , utatur ſalſamento ex ſale ſacerdotali , quod ponit Nicolaus in antidotario ſuo,& ſpeciebus. ℞.cubebarum,nucis muſc.cinnamomi,ging.ligni aloes,macis,ſpicæ, garyo. cardamomi maioris,et minoris,ana quantitatem quam uis, & unã partem coriandri præparati.Vitet repletionem,crapulam , & nauſeatiuam ſatietatem,de ſero uero minuat cœnam ſuam & toleret ſamen & ſitim quantum poteſt. Poſt cibum quieſcat,& de nocte tantum dormiat poſt deſcenſum cibi.Vitet uentris conſtipationem , iram,& animæ accidentia,naturã extenuantia.Vitet quoque cibaria craſſa,& melancholica, & potum aquæ ſuper ea , & uina fumoſa,& pura,& abhoreat omnia caput replentia, & omnia quę trahunt materiã ad caput , ut eſt ſol, & locutio plurima , ira,& rixa,& capitis dolor,quæ faciunt currere materias ad ipſum , ſicut externere ſe ſuper faciẽ & curuare ſe ſuper genua prolixe,et habere puluinar planum, & quæ faciũt catarrhizare ab ipſo inferius materiam,ſicut eſt ſtare ſub diuo, et lumine lunæ , & in aere frigido , & humido,uel auſtrino , cui ſuccedit Borealis.

Et de localibus remediis quibus ad ſcrophularum curã utimur , & bocii, quædam per aurem immittuntur , quædam retinentur in ore , quædam euaporantur cum receptione uaporis in loco , quædam inunguntur , & quædam emplaſtrantur.Per aurem immittuntur oleum de been, & cucumeris aſinini , quoniam reſoluit ipſas. Ex retentis uero in ore,& bocio proprie eſt puluis oſtracorum aduſtorũ qui eſt.Recip.crucem marinam, palmam marinam , ſpongiam,pallam marinam, ſciticum marinum , corium marinum,os ſepiarum,procellos marinos, umbilicos marinos, omnia recludantur in olla noua, & apponantur ad ignem, donec ſint ſicca,& quaſi aduſta;deinde terãtur & cribellentur. Et accipiatur de eorum puluere.ʒ.iii.& puluris pipexis.ʒ.iii.& miſceantur cum mellis deſpumati al.lib.iii.& reliquus puluis reſeruetur . De confecto autem ſumat mane coclear unum tenedo in ore,& ſicut diſſoluitur , ita tranſglutiat uel ſpuat.De puluere uero , ſero cum intrat lectum ſumat coclear unum,& ſimiliter ſicut diſſoluitur humiditas & ſaliua,ita ſpuat.

Puluis ad bocium.

Ex euaporantibus eſt , ut euaporẽtur ſcrophulæ , & bocia,ex aqua cap:l.vene.& chamæmillæ,& radice althææ,et cucu.aſinini. Deinde recipiat uaporem per os in loco proprie ex lapide reſultante molari, uel marcheſita ignito, extincto,uel aqua ferrea,uel aceto forti , et manu prementetangatur,& hoc in diminutione lunæ , et hora coniunctionis proprie.Ex inungendis ſunt,ut poſt euaporationem ungatur cum ſimplici,ut ex oleis de been, uel compoſitis ungatur,et unguento hyſſopi deſcriptione ceroti per.xv.dies et per interualla trium dierum.

Item euaporetur cum lapide molari,uel marcheſita igni to,ſuperaſperſis prædictis . Deinde ungatur cum hoc unguento. Recip.ſpumæ maris , ſalis communis , ana.ʒ.s.ſul-

fu.litii.an.℥.s.foliorũ nasturcii,foliorum lauri, an.℥.s.testiculi canis.ʒ.i.terantur,& conficiantur cum melle , & oleo de narcisso,& ungatur mane, uel sero quolibet semel.

Empla-stra ad idem.

Et ex his,quæ emplastrantur sunt simplicia, & composita.Et ex simplicibus est emplastrũ de coriandro cum melle contrito , & similiter emplastrũ de radicibus cucu.asini.cũ melle,& oleo de narcis.uel farina hordei,qm̃ resoluit illud uel pix confecta cũ carycis,aut cum scilla,aut cum radi.caulis,aut cum radice cappa. uel oleo de lilio , uel lupini cum aceto,& melle,& stercus uaccæ,decoctum cum aceto.

Item aliud.stercus caprarum, & ouium montanarum cũ urina infantis,& stercus columbinum cũ oleo.Ex compositis aliud fortioris exicccationis. ℞. salis nitri, baurach , aloes,sanda.cyperi,corticũ radicum sola. corticum olibani, telæ araneæ ana,terantur,& conficiantur cũ aceto,& melle,& emplastrentur.Et ex emplastris resoluentibus cum facilitate est emplastrũ apostolicon, relatũ ad Christianos in scrophulis mortalibus ruptis,& emplastrum diachylon. Et quandoq; permiscentur cum hoc emplastro medicinæ simplices cum proprietate operante,sicut est radix lilii,& stercus caprarũ,& ouiũ,nasturcii, & radix cucumeris asinini, et uuæ mõtanæ,nõ quæ cadũt ante maturationẽ,& albæ, & farina fabarũ,& amygda.ama.& bdelliũ,quæ aggregatæ ad illud ministrentur pcedente mollificatione cum euaporatiõibus,& unguẽtis,& cerotis,& oleis simplicib.& mixtis.

Item emplastrũ Gal.resoluẽs duritiẽ in hebdomada, uel tribus diebus quod narrauit ipse in Megateg.℞.sinapis,se. urti.sulfu.spumæ marinę,aristo.ammonia.bdellii, olei antiqui & communis,quod sufficit.

Item aliud bonum.℞.farinæ fabarũ, et hordei, pinguedinis porci,et ursi,omnium an. P.i.radicũ colocynthidis , aluminis iameni,lilii,picis liquidæ,omniũ,ana partem.s.terantur & misceantur cũ oleo antiquo,& pinguedine frixa, post liquefactionem pinguedinis,& picis in oleo .

Item aliud relatum ad Andromachũ.℞.radicum cappa. radicum cau.lupini amari,fœnug.calcis,& nitri, an. admisceantur cũ pinguedine porci,& oleo antiquo & melle.

Itẽ aliud mirabile,& est Nicodemi.℞.se.lini, fœnugræ. resideant in uino, & addatur eis fimi colũbini pars media.

Itẽ aliud,& est Alchindi ad scrophulas & bociũ est simplex quod est.℞.oximellis scillę cum aqua morbellæ,s.scrophulariæ,radicum,& floribus genestræ,uel semine eius.

Syrupus ad idem.

Aliud compositũ,et est syrupus ex appropriatis qui est. ℞.capil.ve.auriculæ muris,hyssopi,scabiosæ, melissæ , chamædryos,stœchados arabi.acori,radicum morellæ, an.℥.i. florũ rorisma.genistæ,an.℥.s.zuccha.mellis ro. an.lib.i.aceti scillitici.℥.iii.ĩ pecia rara bulliãt spicæ.ʒ.i.nucis mus.cinnamo.cubebarũ,gingib.an.ʒ.ii.Dosis est.℥.ii . cum tepido mane,& seruato pdicto regimine purgetur cũ pilulis Hip. de hieralogodiõ,uel hiera colocynthidis cũ agarico, & euphorbio.Pilulæ Hip.expertorũ iuuamẽtorũ ad hoc,& alia multa.℞.chalbani,oppo.sarcocol.myrrhæ, sagapeni,laccæ lotæ,terebin.asę fœti.antimonii,pyretri,saxiphragiæ, ammon.carab .an.℥.ii.agarici,anacardi,turbith.boracis, interioris colocynthidis,casięfi.mundatæ,tamarindi , castorei, cataputiarũ mundatarũ,iuæ ualde bonæ, dictami,an.ʒ.i.euphor.styra.calam.salis ammo.esulæ,polipo.pentaphyl.hellebori albi,betonicæ,dragonteæ,medianæ corticũ sambuci,radicis ebu.peoniæ,senæ,git,hermodactyl. lapidis lazu. aristol.lon.& ro.cocognidion,quinque grana.myrob. mundatorũ,rhabar.reupõtici,cyperi,satureiæ, thymi,epith.auripigmen.salis gem.tartari,ro.uiol.masti.cimini,sem. apii, macis,petroseli.anisi,costi,carui,fu,basiliconis Alexãdrini sinapis,baccarũ lau.se.iunip.se.hede.an.ʒ.ii. aloes succotrini.ʒ.s.garyo.nucis mus.gingib.ligni alo.xyloaloes,an.ʒ.i. olei ros.& muscellini,sambuci,& petrolei,ana,ʒ.vii. bene cocti,& bene spumati , tantũdem quãtitatis medicinarum prædictarum,& tandiu iaceat in lacticinio prædicto , quãdiu totus imbibatur,& sic mediocriter desiccetur:facto tũc confice cum prædictis oleis , & cum bene coctum fuerit, fiat magdaleon , & serua per mensem unum uel duos , uel tres,antequam des,& cum dare uolueris fac pilulas ad modum ciceris,& da de sero quinque uel septẽ stomacho inanito,& cum multum antiquæ fuerint non ualent, quare da plures.Et adde aliquid prædicti succi:ualent etiam contra dolorem stomachi,ut supra prima Sectione est dictum, & sunt ualde expertæ contra ægritudines antiquas totius corporis,& præcipue contra arteticam antiquam , quartanariis,hemicraneis,asthmaticis,ischiaticis,cardiacis,stomatichis,iliacis,nephreticis,& calculosis,scrophulis,& bociis, post purgationẽ sumatur theriaca Andromachi cum uino calido.Item bibenda experta post purgationem prædictã, & sufficientẽ mirabiliter resoluens,et extenuãs scrophulas & bocia. ℞. radicũ asphodilorũ,radicum morellæ , radicũ brioniæ,ana lib.i.terantur crasso modo,et bulliant in cacabo,pleno Græco antiquo,capacitatis,lib.x.et bulliant usq; ad consumptionem medietatis:deinde colentur , et colatura reseruetur de qua sumat omni mane.℥.iii.Præterea sciẽdum est quod interdum redeunt scrophulæ,quæ cœperunt extenuari,& resolui ad dispositionem suam primam,quare oportet,ut extenuatiuo regimine iterum purgentur.Et de eis sunt,in quibus est carnositas,et in huiusmodi oportet, ut conficiantur medicinæ calidæ corrosiuæ cum oleo,& di-

F

mittantur per aliquos dies,et deinde administrẽtur, & hoc in scrophulis frigidis.In scrophulis autem, quæ sunt complexionis calidæ nõ oportet,ut superflua sit administratio medicinarum calidarum , immo sufficit eis , quod est sicut sauich de tritico cũ aqua coriandri. Et fortius illo est myrrha cum duplo sui de litio confecta cũ aqua coriandri, aut uincat medicamẽ aliud secundum quod prius dictum est,et illud quod necessarium facit uehemẽtiã inflãmationis, aut paruitas eius,et de illis quæ conferunt eis est,ut fiat sternutatio cum oleo de nucleis persicorũ,excorticatis , adustis.

Quod si necessariũ fuerit in curatione scrophularũ , uti incisione cũ ferro,oportet ꝙ fiat cũ cautela eis uicinantibus arteriis neruis , & uenis, & ubi multæ sint melius est omittere,ut supra dictũ est,et uacare in cura cum pdictis. Homo.n.quidã,ut Abo.dixit,errauit cum perforaret scrophulas adenarũ et gulæ,quæ sub mento sunt ; incidit enim nerui reuersiui ramum, quare destructa fuit uox eius . Etiam accidit,ut inueniret neruũ alium , et deregeret eũ frigori,quare destructa fuit complexio eius,et per consequẽs

G

eius operatio usq;quo reduceretur ad ipsum eius cõplexio cum calefactione,et fortasse errabit,et inueniet quidem, incidet eã, et sequetur hæmorrhosagia difficilis cõstrictionis perducens ad syncopim fortẽ,et deterior quidem est illa,quæ est profundior.Quapropter cũ excoriatur ex latere saluo,oportet ut scindãtur scrophulæ, et destruatur , quod residuum est cũ medicamine acuto sic, quòd nõ perueniat lateri læsio.Diachylon emplastri confectio secundum Almansor.℞. lithargyrii triti.℥.i.s.sumatur cũ sartagine layę, olei ueteris.℥.ii.s.superadiiciatur,et aggregẽtur, et lentus ignis sub eis fiat,& coquantur donec soluatur totum lithargyrium:deinde mucillago fœnugræci,et se.lini, an.℥.ii.mucillaginis maluauisci.℥.i.sumãtur,et in prædictis adiũgantur,et post hoc totum agitando donec totũ incrassetur, decoquatur.cum autẽ coctum fuerit,ab igne deponatur: agitando tamen non dimittatur , quòd postea tenendo commassetur spissitudinem habet et uiscositatem , deinde recõdatur , et usui reseruetur.

H

De cancro. Cap. 2.

Cancer diffinitur.

CAncer est apostema melancholicum pauci tumoris, et difusi,cuius causa est melancholia adusta in toto corpore,hepate,et uenis abundans,propter naturalem complexionẽ eorum regimen, et diætã in acribus,lentibus,et carnibus antiquis , et melancholicis,propter splenis defectionẽ,nõ trahentis illã,ac uirtutis extractiuæ ipsorum extra corpus nullatenus expellentis,sed propter sui melãcholiã cum sanguine ab illis infusam alicui ex mẽbris eiusq; uenis disseminatur ĩ eo collecta minutis,differẽs a glandulis mobilibus fixione sua cum mẽbro,et a duritie quoq; ẽ differẽs,primo in causa, quoniã causa duritiei melancholica est naturalis fæx sanguinis . Cancri uero causa est melancholica per adustionem facta innaturalis,a qua melancholiam,& acredinem acquisiuit, ut proiecta in terram ebulliat,sicut acetum acris odoris,a qua effugiunt muscæ,& proinde non est quietus cãcri,sicut durities,sed mobilis,& corrodendo procedẽs,hñs radices infixas vndique

membro ad modũ brancarum cancri infixarum cibo, & in medio eius est rotundæ formæ,cũ colore cãcri a qua egrediuntur venæ,sicut brãcę cancri,quare dictus est cancer.Et sunt uenulæ paruæ illo humore repletę , ibi diffusæ , quæ in duritie non existunt , humore in ea totaliter ad membrum in quo est a uenis expulso , & propterea tumor in cancro est minor , & magis diffusus, nec oportet, ut per ipsum destruatur sensus in principio sui , sicut in duritie : tunc.n.in suo impressionis principio cum insit membro complexionis malitia acquisita uirtuti membri sensibilis ei resistendo facit dolorem, nisi cum elongatum fuerit ei tempus, & factus est magnus,ut melo,& facta æquali dyscrasia mortificetur uirtus membri sensibilis , & destruatur in eo sensus , ut corrodatur,& ulceretur eius substantia. Et tunc licet ad ulcus deuenerit , naturam tamen apostematis non relinquit, uenis in circuitu eius tumescentibus,propter repletionem corrodentis humoris , si complexionis acquisiuit naturam apostemate,& ulcere corrosiuo. Durities uero a principio sui destruit sensum, propter sui crassitiem, & frigiditatem humoris, prohibentem transitum subtilis spiritus ad membrum,ac stupefacientem,& cõgelantem ipsum, & proinde color eius est liuidus , & melongianus , ut fæcis sanguinis . Cãcri uero color erit niger , ex adustione causatus ad quãdam uiriditatem tendens.

Adhuc quoq; differunt quibus accidit membris. Cancer .n.ut plurimum accidit mẽbris raris , ut mãmillis mulierũ, ut supra Sectione prima est dictũ,& in lacertis carnosis ualde,ut in naribus,& cruribus,& pulpis tibiarũ,& extremis, & proprie ad quæ superflua melancholia consueuit decurrere, ut est uirga in uiris & testes,in mulieribus uulua & anus . Durities uero in densis,ut hepate & renibus , neruis & iuncturis.Præterea in aduentu cancri.Cancri.n.aduentus plurimũ est incipiendo : durities uero plurimũ est permutãdo,& ex apostemate calido,& qñq; undimioso:necnõ in modo euacuandi,& aperiendi,cum.n.accidit durities ut plurimũ non est occultæ dispõnis,sed apparet. Cãcer vero non apparet secundũ plurimũ,deinde apparet. Et durities quidem qñq; permutatur in cancrũ ex se,errore medici,& si ex se apta sit uel inepta,& ex inuentione inflammationis, & pulsationis in ipsa,& apertione uenarũ in eius circuitu, vel eorũ absentia,& priuatione cognosces.Et qñq; permutantur phlegmones, & undimiæ in cancrũ, sicut in duritiẽ permutantur,& illud cũ prolongãtur, & eorũ retentæ materiæ adurãtur ex se,uel putrefactione , uel errore regiminis, ut trãseant in melancholiã innaturalẽ per adustionem.

De signis cancri.

Signa cancri dũ est in principio siue quod est , quia quãdoq; apparet sicut faba,aut cicer,aut auelana parua , & durus,rotundus,fusci coloris, in quo est caliditas aliqua , & quãdoq; cũ colore forti,quãdoq; paruo, & cũ perdurat ad magnitudinẽ procedit: & deinde perducit ad ulcerationẽ propter acredinẽ,& acuitatẽ adustiõis materiæ,& quãdoq; nõ ulceratur quia est siccus, & quãdoq; permutatur ulceratus ad nõ ulceratũ,& quãdoq; illud facit curatio cũ ferro, quãdoq; facit eius labia crassiora & duriora,& si cauterizet resoluetur materia,& cõsumetur corrodẽs,& putrefaciẽs.

De cura.

Regimen in cura cancri,est diuersum secundũ diuersitatem temporũ,& dispositionis,& loci eius. Si enim in principio sit,& in manifesto loco, antequã ad confirmationem & magnitudinẽ,& ulcerationẽ deueniat in qua plurimum sine chirurgia non curatur.Regimen eius est duplex , uniuersale & particulare.Vniuersale est quatuor res . Diæta uniuersalis,euacuatio,rectificatio, membrorũ generantiũ materiam,& correctio accidentium .

Diæta.

Diæta sit euchyma ad frigidũ & humidũ tendens, prohibens regenerari materiã cũ aeris alteratione,ut supra in febribus cap.generalis curationis est dictũ, ut cũ quiete animi & corporis,& cũ cibo ex lactucis, et herbis frigidis,& humidis,ut attriplicibus,spinachiis,betis,boragine,& similibus , & fructibus , ut cucurbita citrullis , & piscibus petrinis,& aquæ dulcis,& cancrorũ fluuialiũ, chist hordei,& uitellis ouorũ,et potu lactis uaccini,a quo extractũ sit butyrum,uel serum,et cũ potu aquæ hordei,uel uini albi subtilis,& lymphati,& cũ somno,et uigiliis tẽperatis,& cũ ianitione superfluitatũ siccarũ & rehumectatiõe cũ prædictis.

A

Vniuersalis euaporatio cõpletur euacuãtibus antecedẽtẽ cãm.s.melãcholiã adustã abũdantẽ in uenis , & ẽt naturalẽ,quæ materia est ipsius,minoratiue,& eradicatiue,præcedente digestione ex his,quæ nota sunt supra in ca. de quartana,cũ sãguisugatiõe aperiẽte orificia uenarũ hæmorrhoidarũ,uel cũ prouocantibus mẽstrua in muliere,uel cũ phlebotomia uniuersali de nigra,uel particulari de basilica dextra,uel sinistra,prout expediens est. Rectificatio mẽbrorũ generãtium melancholiã cõpletur ex prędicto regimine , & medicinis alterantibus hepatis & corporis dyscrasiam, & confortantibus splenem,quæ sunt supradicta,

Correctio uero accidentiũ est.ut dolor,si est fortis, mitigetur cũ frigidis repercussiuis,defendentibus membrũ,& repellentibus materiã,si non fuerit quod prohibeat,uel cũ calidis anodinis eis mixtis superius numeratis,si quod prohibeat illa adsit,et si sit caliditas in eo uehemens, extinguatur cum aqua coriandri,et solatri, et prædictis repercussiuis,et aliis frigidis interius sumptis.

Regimen particulare.

Particulare regimen,et particularium operationum exercendarum circa locum,& particulam cancri cum medi-

B

cinis localibus,et aliis opportunis.Et ẽ quatuor res.prima est destructio cãcri,si possibilis est.secunda est ubi possibilis nõ sit eius destructio, prohibitio additionis eius . tertia est si ad augmẽtũ perueniat prohibitio ulcerationis, & tũc proprie quãdo cũ eo est caliditas,& pulsatio , quoniam ulceratione minantur.quarta est ubi iam peruenit ad ulcerationem,et sit confirmata curatio ulcerati.

Primã rem cõplent,licet difficulter duo.Primũ est resolutio materiæ aggregatæ in mẽbro,& uenis,et repulsio eius,quod paratũ est influere ne colligatur : et illud cũ his quę frigiditatẽ habẽt multã,et caliditatẽ tẽperatã , qualia sunt coriandrũ,solatrũ,lentes cum aceto,succus plãtaginis et similia,que supra in cura antracis , et ignis persici dicta sunt. Alienẽtur aũt ea,quæ debilis uirtutis sunt,quia operationẽ nõ perficiũt,et quæ fortis ẽt cũ resoluẽdo subtile,crassum magis et induratũ relinquãt. Alienentur quoq; mordicãtia,quia tristãt particulã,et humorẽ syluestrẽ et imorigeratũ reddũt.Et pinde medicinæ ei cõueniẽtes sũt metalli-

C

cæ,seu minerales ablutæ ut ẽ tutia abluta mixta cũ oleo ro.

Aliud est incisio et sectio ipsius,ubi resolutio non suffecerit,et proprie cũ fuerit in aliquo extremorũ , ut est pes, manus,et mãmillæ,apto incisioni . Oportet aũt ut incisio fiat magna,uel ex toto abscindatur particula in qua est cancer,et quod est in circuitu eius ex uenis circundãtibus ipsum,ita ut de his nihil remaneat,et currat post illũ sanguis plurimus post euacuationẽ uniuersalẽ quæ pręcessit cũ expressione ipsarũ,ut curetur incisio . Et fortasse incisio non est melior,qm̃ nihil aliud est quã pducere ipsum ad ulcerationẽ,nisi ubi possibilis sit ĩcisio radicalis,ubi uero nõ,opʒ regere ne addatur,et fortasse post incisionẽ ĩdigebit cauterio cũ igne,qm̃ resoluit reliquias materiæ malæ,et confortat membrũ, et retinet hæmorrhosagiã , et fortasse in eis est timor magnus,et illud quãdo fuerit cãcer iuxta principalia mẽbra et nobilia,ne perueniat ad ea,uel orta ex eis, et accidit exinde mors,uel spasmus uel quia sit in membris occultis,de quo Hip.in apho.ait . Quibuscunq; cancri ab- 6. apho.

D

scõditi fuerint,nõ curari melius est, curati.n.citius pereũt non curati uero longius tẽpus perficiunt.sed tunc oportet ut rectificẽtur cũ mundificantiũ ministratione,cum infrigidatione et humectatione,qualia sunt aqua lactis proprie , et cum diæta ciborũ,et potuũ prædictorum,et eorum,quæ generant sanguinem bonum,frigidum et humidum.

Secundã uero rẽ.s. prohibitionẽ additionis complent duo.s.abscisio antecedẽtis causæ prædictis modis facta, et regimen.Secundũ est confortatio membri, et repercussio materiæ.Fit aũt cũ medicinis repercussiuis iã dictis secundum oẽm administrationis modũ,et melior est, qui fit cum lenitiuis mineralibus,quale est factum ex lapide molari,et lapidibus coctis,et quale est linimentum factum ex oleo cum frictione,quod resoluitur inter tabulã,et manicam de plumbo cum humiditate effusa super tabulam,quæ est sicut oleum rosa. & aqua coriandri,& qualis est emplastratio cũ acresta trita , & colocynthide cum aceto est proprie emplastrata. Tertiam rem,scilicet prohibitionem ulceratio-

nis nisi obstantibus illis ad magnitudinem perfectionis deuenit,& timetur ulceratio propter caliditatem,& pulsationem apparentem in ea,quæ res frigida est, & periculosior ex membro in eo uicino,blandientia complent, quæ prohibeat,ne calefiant unquam ex cibis frigidis,& medicinis,& aliis rebus: & ex illis est prohibitio somni super ipsum, & herbæ frigidæ contritæ,& superpositæ,& linimenta prædicta proprie ministrata cum frictione prædicta, & proprie, quæ fit ex tabella & manica plumbi, quando est cum eius fricatura terra sigil. aut bolum arme. aut oleum antiquum, aut aqua semperuiuæ,& cerussa cum succo lactu. aut mucillagine psyllii,& cerussa de plumbo, quoniam est operatio bona. Et de appropriatis magni iuuamenti est emplastrum de cancris fluuialibus, & proprie cum cadmia.

Quartam rem alterum duorum complet, scilicet assiduatio panni linei infusi in succo solatri super ipsum ulcus, & cum exiccatur iterum infundatur desuper aqua prædicta, si incisio mēbri in quo est non sit apta, quod si apta sit, incidatur et regatur vt supra dictum est. Emplastrum bonum conueniens ad illud. Sumantur medullæ tritici, & olibani, & cerussæ de plumbo, an. ℥ .i. terræ sigil. boli arme. aloes abluti, an. ℥ .iii. aggregentur & administrentur super humidum puluerē cum oleo ro. Et si admisceatur ei æquale de cadmia melius erit. Medicamen ad idē. ℞. tutiæ ablutæ cū aqua portu. aut mucillaginis psyllii, & emplastrēt. Melagogū solutiuū utriusq; mēlācholiæ cōueniēs cācro. ℞. epithymi, fumiter. sene. an. aur. iiii. puluerizentur, & in aqua lactis, aut mellis mitte, & sumatur uicibus multis.

Aliud. sumatur decoctio epithy. cū syru. acet. Aliud. ℞. hieræ Gal. quātitatē cōuenientē, & da cū deco. fumiterræ.

Contra cancrū,& proprie oris puluerizetur crystallū & fricetur os cum illo puluere,& deinde proiiciat postmodū de eo in ore usque ad decem dies,& liberabit, expertū est. Item ablutio cū urina mūdificat, & cōsolidat, expertū est.

De lepra & medicinis eius. Cap. 3.

Causę.

Lepra est cancer uniuersalis, cuius causa interior est cholera rubea cū sanguine multiplicata in uenis, effusaq; ab eis ad uniuersū corpus,& subcutaneas partes, ibique putrefacta manēs. Cā uero multiplicationis eius in uenis principalis & efficiens, est complexio calida & sicca hepatis generantis humores, uel totius corporis, uel utraq;, adurens sanguinē,& humores naturales ex hæreditate, seu semine, aut mēstruo, aut quia cōceptus fuerit embryo in matrice tpe mēstruorū fœdata sanguine melācholico, uel acquisita ex tpe,& in malitia regīs, ut materialis in cibis melācholicis & cholericis simul, & proprie in piscibus,& lacte, qui noti sunt supra cap. de melācholia et elephantia, cum aliis extrinsecis causis, puta non naturalibus rebus consimilibus illis cooperātibus in gñone talis humoris, ex quibus maxime est aer regionalis corruptus in se propter pestilentiā, uel infectus uapore resoluto ex corporibus leprosorū uicinorū in loco coarctato, & sub uēto inficiens humores,& spūs, mēbra,& totū corpus atq; uegetabilia,& proinde efficientē cām, et materialē ad generandum leprā maxime disponēs. Secūda est splenis associata debilitas nō trahētis illā, quare cū sanguine remanet multiplicata in uenis,& cum nō secernatur ex corpore per hæmorrhoidas, propter inualetudinem uirtutis, neç per menstrua, neç per poros cutis dēsatos nō deriuetur aduenas crurū & uarices, ut plurimū cōsueuit, sicq; uehemētis impetus et malitiæ, quia natura illam regulare nō pōt quodad digesta fuerit influit & a natura repellitur quandoque ad aliqđ mēbrū, ibiq; cācrū facit,& proprie si fuerit crassa: si uero subtilis faciet herpetem: si uero impellatur & influat ad cutē fiet albaras & morphea nigra uniuersalis, uirtute nutritiua seu actu eius assimilationis corrupta: & si influat,& impellatur,& spargitur in corpore toto & subcutaneis partibus & carnosis, & tunc siquidem putrefiat peruenit ex ea melācholica feb. & si occultetur nec putrefiat fiet lepra, quod est quia corrūpitur mēbrorū uitalis complexio ex sparsione talis humoris in corpore,& proinde cōpositio ut forma & figura quæ cōplexionē sequuntur,& color, et facies tota terribilis fit ad modū leonis tenētis rapaciter prædā suā quare dicta est leonina, aduriturq; sanguis in uenis ex mixtione ipsius,& incrassatur, ut in phlebotomiis, qm̄ sanguis appareat arenosus,& cū retinetur in uenis lōgo tēpore coarctatus, inflāmatur et uritur, ut corrūpitur ipsa, ita, ut ulceret,& corrodat,& calorē alteret, sicut cancer ulceratus,& soluta cōtinuitate cadunt quandoq;,& cū talis humor cholera nigra fuerit ex adustiōe choleræ causata, erit maioris malitiæ, ac penetratiōis,& impressionis in mēbra,& susceptibilioris corruptionis. Si uero ex adustione melācholiæ naturalis facta fuerit, est uehementioris malitiæ,& potentior ad penetrandū in mēbra,& imprimēdum,& tunc proprie cum ex adustione subtilis partis eius fuerit generata,& minus recipiēs curā, qm̄ nō obedit potioni, ut Ga. dixit. Et manēs in corpore corrodit,& ulcerat mēbra extrema,& procedit ab eis paulatim, donec perueniat impressio ad totū corpus,& principalia mēbra,& interficiat.& propter malitiā cōplexionis,& corrosionē,& ulcerationē totaliter imprimēdo procedit, qm̄ quāuis ipsius humoris generatio sit in uisceribus, tamen primum uestigium et impressio est in extremitatibus ad quæ impellitur propter debilitatem, & quandoq; moritur patiens antequā impressio corrosionis et ulceris perueniat ad principalia propter solā cōplexionis malitiā, et faciet spēm lepræ quā Auic. & Isaac, leoninam uocant.

Signa.

Signa eius sunt, quia tunc est pectus siccū, fissura narium, manuum & pedum cōbustio, uel cōtritio macilenta, cuius calor si augmentatur magis quam siccitas, articuli separantur & cadunt. Cum uero fuerit causata ex adustione partis eius crassæ, minoris erit malitiæ, ac impressionis, et minus recipiet curam, quoniam non obedit potioni, sicut dixit Hip.& Gal. propter duritiem et terrestreitatē suā,& faciet spēm lepræ quā Gal. uocauit albaras, seu impetiginē & morpheā nigrā uocauit. Cuius signa sunt quia color est niger,& crassescit corpus, seu sensus, supercilia finduntur, manus, et pedes cōtrahuntur, et digiti, nec ulcerat nisi corrumpatur,& acuatur. Cū uero causata fuerit ex adustione phlegmatis, faciet aliam speciem, quæ dicitur thyria, quam Gal. appellauit squamosam,

Et signa eius sunt, quoniam humescit corpus, glandes nascuntur, color est albus,& oculorum fluxus. Et cū causata fuerit ex adustione sanguinis, faciet aliā spēm lepræ, quæ dicitur alopetia, albaras,& morphea nigra,& scabies antiqua illis in toto corpore. Cuius humoris signa sunt, qm̄ rubet cutis: et putrida est,& tumet nimis, et sanguis, et sanies effluūt. Et forsitan non ulcerant cum humor exiccatus fuerit,& euētatus remanens uel infrigidatus non inflāmatur nec acuitur,& durat cū patiente tempore longo, sola tamē tumescentia existēte in mēbris quæ uidētur excreata membra,& augmētata. Et uocauit hanc dispōnem Ga. elephantiā,& est ex speciebus una, sicut albaras, et morphea nigra prædictæ. Et quādoq; corrodit radices pilorū, et facit alopetiā,& quādoq; excoriat cutem,& facit dispositionē, quæ tyria nuncupatur,& quandoq; facit scabiē quæ antiquatur, & est de genere eius secundū quatuor humorū adustiones scilicet leonina, albaras, seu impetigo, & morphea nigra uniuersalis in toto,& fixa tyria, seu squamosa, elephantia, alopetia, seu scabies antiqua. Dictæ sunt autem hæ species lepræ modo metaphorico quodam, eo quòd ab eodem humore in genere sunt causata, licet aliter,& aliter dispositio essentia sui, et loco, atq; corrūpente cōplexionem corporis colorem pulchritudinē, et figurā, et quia difficile mobiles, ut habituatæ, lōgo tēpore perseuerāt in corpore ad modum lepræ, licet mēbra nō oīa corrodant, nec ulcerent, neç eorum continuitatē soluant; aut quia quandoq; ab eis incipit lepra ipsa, ut Ga. dixit, Quibus omnibus pretermissis ad p̄sens ut ptinētibus ad tertiā Sectionē, hic solū de uera lepra iā dicta q̄ uľis est cācer, signa et medicinas ponamus.

Signa, in principio eius occultātur signa ipsius. Cū uero procedit, et extēditur tēpus eius, detegūtur, et cognoscit. Cū uero cōfirmabitur, nullus dubitabit in ea qđ est quia in principio cū incepit lepra color corporis,& p̄cipue faciei incepit fieri rubeus ad nigredinē tendēs,& hoc quia color est humorū,& nō mēbrorū, ut G. dixit. Et humores peccātes sanguis et cholera nigra sunt, et uenæ oculorū, proinde ad fuscedinē tēdunt et apparet in eis uictoria choleræ nigræ in cerebro ex somnis,& subtilitate, et paucitate capillorum, et sternutatione, et apertione uerrucę in naso, et strictura eius, et in pulmone, et cāna eius ex nocumento anhelitus, et raucedine uocis, in corde ex morsib. malis et dolorosis et apertione uenarum in pectore, et toto corpore ex sensu supra ipsum, quasi sit grauedo, ut incubus tpe somni, uel ex fœtore ipsius, et p̄prie ī sudore, et anhelitus ad fœtorē declinat. Cum uero p̄cedit, et extenditur tēpus eius apparet sparsio in capillis et casus eorū, et p̄prie in pilis faciei, et partium eius, et qñq; desiccantur casus capillorū, et icipit forma fieri fœda, et casus terribilis, et color denigratur, et additur cōstrictio anhelitus donec p̄ueniat ad difficultatem, et dyspniā magnam, et p̄uenit uox ad finē raucedinis, et incrassant labia, et denigrātur, et incipit sanguis cōgelari in iuncturis, et putrefieri, et apparet supra corpus sub cute tota additio glādulosa, similis aīali quod Græce uocatur saros. Cum uero cōfirmatur ægritudo, cadūt pili oēs,& p̄prie faciei, deinde incipit corpus ulcerari uľr, et proprie ubi apparēt additiones glandulosę. Et illud qñq; lepra nō est quieta in modum elephantiæ, et corroditur chartilago nasi, et roditur extremitas nasi eius, et corrosis iūcturis cadunt extrema, et currit ex eis uirus fœtens, et uox occultatur, et tēdit ad occulationē, et denigratur color ualde, et pulsus eius est debilis p̄p debilitatem uirtutis, et fit necessaria spissitudo in eo, deficiente magnitudine, et uelocitate.

Regimen in cura lepræ.

Regimen in cura leprę est p̄portionale regimini dicto in cura cancri, et est ab eo diuersum secundū diuersitatem tpis, et dispōnē eius. Si. n. in principio fuerit debilis poľis est curationis, licet difficilis, si uero fortis, cōfirmata, ipoľis sanationis erit. Si. n. cancer qui p̄ticularis est morbus cum magnificatus fuerit, seu ulceratus, curā nō habet, quāto minus lepra, quæ est uľis morbus, licet in ea materia sit diffusa, ita, ut nō ministrentur medicinæ fortes, sustentent ægritudinē ac refrenent, ut non agat uel imprimat super principalia mēbra. In cācro aūt cū sit in eodē tota unita, est secus.

Eius ergo, q̄ est in principio cū est debilis, regimen erit duplex, uľe et particulare. Vľe ē quatuor res cōsiľes illis. s. eūo uľis et aīcedentis cāæ, diæta, rectificatio membrorū generantium materiam, et correctio accidentium. Vniuersalis eūo completur phlebotomia, pharmaciis, et uomitu, et ænematibus. Phlebotomia quidem de basilica dextra,& nigra, et basilica sinistra, et hoc si sanguis cū tali nigra cholera multum appareat abūdare, quo casu oportet de uenis magnis ipsius manus, uel etiam pedis eūare ultime. Si aūt non, dimittatur phlebotomia magnarum uenarum, et fiat de ramis ipsarum, ut de saluatella dextra, et sinistra. Phlebotomia. n. magnarum dictarum, fortasse tunc magis nocebit quam iuuabit, malitiam reddendo effrenē. In ea uero quæ est ex paruis uenis, fit securitas ex iuuamento quod accidit absq; nocumēto, et apertio uenarum ani, et sanguisugatio cum magnis sanguisugis, uel prouocatio menstruorum, deinde erit conueniens, & proprie cum retenta fuerit ultra modum. Ventosatio uero propter crassitiem sanguinis, locum non habet, phlebotomia uero celebrata quiescat ab hebdomada, seruato bono regimine, et digestiuo sumpto purgetur pharmaciis appropriatis, ex simplicibus et cōpositis, que infra dicētur ipsi humori. Festina autem antequā incrassetur, et indurescat usq; ad hebdomadam, quia tunc non obediet potioni, ut Hip. dixit in aphor.

Et ex simplicibus sunt, sicut epithymum,& stœchas, myrob.& helleborus, lapis lazuli, et lapis armenus,& polypo. fumust. et si addatur pulpa colocyn. est potissima, facit. n. desistere ægritudinem,& ulterius non augeri,& qñ fuerit ibi cholera mixta faciens adustionem in melancholia, addatur aloe, succus. s. cucume. asi. uel scammonea. Oportet aūt ut purgatio cum prædictis sit multiplicata in tempore pluries, non. n. sufficit, ut unica purgatione purgetur, cum talis purgatio non debeat esse fortis, sed debilis et parum educens ac paulatim, ut supra in cura melancholiæ est dictū & consimilibus suis, non poterit materia unica medicina educi,& maxime cum sit penetratiua, et uehementer sanguini mixta. Inquit. n. Abo. cum materia fuerit uehemēter penetratiua, aut cū sanguine multū admixta, nō poteris ipsam unica uice eūare, sicut in ischiatica, et arterica longo tpe, et cancro, scabie antiqua, et carbūculis antiquis, oportet ergo ut incipias cum leuioribus quæ paulatim educunt materiam bis uel ter soluēdo, et toties repetatur quandiu necessaria fuerit, ut hebdomada qualibet repetatur: uomitibus uero ęnematibus lenitiuis, euacuetur omni tempore secundum declinationem materiæ. oportet autem, ut uomitus fiat cum acutis & salitis,& acetosis, quæ aliter locum non habent, deinde sumant aliquid de absinthio in potu.

Diæta.

Diætam uero complet regimen rerum non naturalium, ad frigiditatem, et humiditatem conuersio, seu permutatio, & primo aeris ad frigidum & humidum & contrarium ei in quo ægritudo existit procreata, et cum exercitio delectabili omni mane in umbra post euacuationem super fluitatū siccæ,& aquosæ,& cū cantilenis altis, deinde fricētur, quiescant, deinde cibetur cum cibis euchymis ex herbis, ut attriplicibus,& spinachiis, blitis & portulacis,& boraginibus, carnibus hœdinis, arietinis, et uitulinis,& proprie gallinarum iuuenum,& pinguium,& iuribus earum, quoniam contemperant humorum complexionem, et cū lacte caprino,& ouino nouiter mulso in quantitate qua digeratur simplici, uel mixto cum pane, uel sorbitione facta ex eo zuccharo, et oleo amyg. uel lacte, uel farina hordei, & fructibus, ut prunis chrysomillis, psicis, pomis, et amyg, et cum omni euchymo, ad frigidum,& humidum declinante, quod malam complexionem membrorum calidam & siccam nutritiuorum alteret & impinguet,& proinde dulcia sunt conuenientia,& materiam prohibent generari.

Expertum Galen.

Et ex his quæ commendauit,& est expertum à Gale. in lepra causata ab apostemate splenis, uel oppilatione eius, est decoctio tamarisci cum passulis sæpe sumpta,& ranæ paludum cum oleo,& sale coctæ,& comestæ sunt bonæ leprę, & cinis asini curat eam. Et ex his quæ commendauit præcipue Gal. est comestio carnis serpentum,& sorbitio iuris eius, prout infra dicetur: & comestio micæ panis in eo de simila. Et potetur uino albo, subtili, permixto ualde. Et quādoq; dimittetur uinum. quare potetur frigida aqua permixta aceto albo pauco,& si tolerat stomachus, uel aqua hordei, uel aqua lactis, uel lacte acetoso, a quo abstractum sit butyrum, quoniam est materia inflammationis,& adustionis,& deinde cum somno temperato de nocte non profundo, ne inflammetur,& cum inanientibus quotidianas fæces, ut clysteri,& aliis lubricantibus,& fructibus ante cibū sumptis,& cum repletione cibi prædicti pauca & sæpe facta, donec humectet corpus & impinguet,& cum gaudio & delectatione animi,& spe certa salutis,& cum omni abstinentia a coitu. Rectificationem quoq; membrorum generantium materiam complent quæcunq; alterant dyscrasiam hepatis calidam & siccam,& corporis uniuersi, aperiunt,& confortant splenem, qualia sunt regimen prænotatum, et medicinæ supra Sectione prima in cutis eorū dictę,

De correctione accidentium lepræ.

Correctio accidentium completur cum conuersione regiminis ad rectificationem impressionis factæ in interioribus membris, ut in cerebro,& pulmone, pectore,& corde, ex qua prædicta signa apparent in eis, licet. n. impressio mutationis coloris figuræ, corrosionis,& ulcerationis prius sit in exterioribus extremis, tamen corruptio compľonis prius est in interioribus,& principalibus, ac humorum aggregatio & fumorum, unde necesse est pati prius,& si non appareat extra, proinde oportet, ut incipias ab eis,& in cerebro quidem cum mundificantibus ipsum, ex gargarismis & caputpurgiis dictis in curis ipsius. Ex quibus sunt propria in hoc casu, quæ infra dicentur,& cum phlebotomia uenæ frontis & nasi,& cum epithematibus,& confortantibus ipsum,& repellentibus malos humores, quale est oleum rosarum,& lac mulieris,& similia.

De pulmone, & trachea arteria.

In pulmone uero & trachea propter raucedinem uocis asthma,& timorem prefocationis cum phlebotomia uenarum quidem. Et deinde cum aliis medicinis ex syrupis, et iuleb,& mundificātibus,& præseruantibus ipsa a nocumento, facilitantibus anhelitum,& cibentur cum lacte, spinaciis, quoniam sunt ex melioribus rebus.

In corde.

In corde uero cum phlebotomia basilicæ sinistræ propter abundantiam uaporum adustorum resultantium ad illud,& cum cordialibus frigidis confortantibus & repellentibus humorem uapores ab eo & fumos,& mores animæ corrumpentes. Inquit. n. Gal. natura corporis complexio-

complexiones & humores corporis imitatur.

Regimen particulare.

Particulare uero regimen uersatur circa extrema corporis, & eius exteriora in quibus principalis apparet impressio propter effusionem materiæ ad ipsa, & debilitatem ipsorum, & hoc cũ particularibus operationibus, & localibus medicinis exercendis, & ministrandis in ipsis, et primo cum frigidis, et stipticis confortantibus membra, et repellentibus materiam qualia sunt oleum myrtinum, de extremitatibus uitis, & de glandibus cum aceto, et deinde cum frigidis, et stipticis habentibus caliditatem temperatam, ut repercutiant quod fluit, et resoluant simul quod fluxit, qualia sunt succus plantaginis, linguæ canis, lentes, acetum, et alia quæ supra in cancro sunt posita & antrace, sed melius est ut balneētur, deinde ungatur. Sit autem balneũ ex aqua decoctionis fœnugræci cum sapone bono, et ex bonis est balneum in aqua decoctionis serpentis: & siculi balneantur in sanguine hominis, est.n. temperatior inter humores et naturæ conuenientior. dixit Gal. et aliqui in oleo, sicut patet ex infrascriptis. Post balneum uero ungatur totum corpus cum prædictis cum aceto fricando, & quandoq; confert inunctio ex oleo uiol. & lacte mulieris, oleo de cucu. & nenupharis, et illud quando corpus fuerit inflammatum, & exiccatum, & maxime post balneum resolutiuum cum resolutiuis, et resoluentibus fortibus. Quo casu oportet, ut etiam caputpurgium fiat ex lacte mulieris cum oleo uio. & inungantur extrema, & conseruentur ex darsesahan cum oleo de lilio, & de costo, & inungantur iuncturæ cum his subtiliatiuis, & resoluentibus fortibus quæ sequuntur, et illud cum materia fuerit exiccata, et indurata, et fortasse erit necessarium inungere eos in balneo cum subtiliatiuis resoluentibus, in quibus ingrediatur nitrum, & sulfur, baccæ lauri, et gluten carpentariorum, & sinapis, origanum, piper, macropiper, & staphisagria, & calamentum, quod confert non sua incisione tantum, sed etiam sua resolutione, & fortasse erit necessarium euphorbium, et hoc quando balneantur, et inungantur propter resolutionem superfluitatum, quia materia exiccata est, & indurata ualde, sed oportet, ut præcedat unctio cum butyro, et forte necessarium erit inũgere eos fricando cum huiusmodi medicinis in sole calido, et illud cum balneũ præsto non est. Et quandoq; inũgũtur cum theriaca, & solitis.

Vnctiones

Et ex medicinis quæ bibun tur compositis sunt multæ, et melior est theriaca maior facta cum carnibus uiperæ, & theriaca diatesseron, et diasulfur, & tro. tyri. & troci. scillę cum uino passo et crasso, et hoc post mundificationẽ corporis. His medicinis curabitur in sui principio et processu: si uero peruenit ad complementum, & fortitudinem sui & sit confirmata, phlebotomia penitus ommittatur, et proprie ex uenis magnis et etiam purgatio cũ forti medicina, quoniam superfluitates in eis soluũtur, & non educuntur, sic earum malitiam manifestant magis: et si conuertãtur ad intestina fortasse imprimeret cancrum in eis. Vnde Hipp. in aph. Sana habentes corpora pharmaciis purgati, exoluuntur celerius, quam malo cibo utentes. Alienentur ergo tunc omnia quæ materiam trahant, et conuertant interius & ministrentur deforis, quæ illam carminent, & resoluant, & motum faciant, ab ulceribus saniem abstergendo.

Potus.

Et de potibus conuenientibus eis est, ut sumatur de limatura eboris. ʒ.x. et sumantur in potu cum uini, et butyri. ℥. iii. aut sumatur althit, cum melle in quantitate nucis, aut de scilla, charati. x. cum syrup. scillæ inspissato, sicut rob, aut cimini. ʒ.v. et mellis, quantitas quam inspissent, sicut rob, & succus calamenti cum eis est bonus ualde ex. iii. almusach usq; ad. vi. et ultimo medicetur cum cauterio dispertito super membro eorum, sicut supra sinciput summitatis capitis radicem epigloti, & duo tempora, et collum, et iuncturam manuum, et pedum. Cauterizentur quoq; in principio ti-

Cauteriũ.

moris, et ulcerationis ex medicina splenis. Inquit Aboa. Valde utile iuuans est ad prohibendum ne corruptio spargatur, & ad confortandum membrum cuius complexionẽ uolumus rectificare, et resoluendum materias corruptas in membro repertas, et proinde uisum extitit antiquis, ut in prĩcipio timoris lepræ, et proprie ubi ex corporis dispõne timetur processio, et confirmatio eius, ut cauterizentur in

E anteriori parte capitis, ut conferat caluariæ, et alio inferiori loco, ubi capilli tunduntur, et inter supercilia, et alio in dextra parte capitis, & alio in sinistra, immo posterius ante nucham, et duobus apud duas commissuras coronales, et alio supra splenem, et sint docturæ illæ cum cauteriis leuibus minutis. Et quando cauterizatur supra caput, oportet, ut perueniatur usq; ad os saltem, non fortiter, et subito, et cum mora ipsius in loco, immo sic applicetur ne complexio cerebri corrumpatur, et inflammetur, et desiccetur, ut stolidi faciunt, non alleuiando manus ipsorum, et interficiunt, quare oportet, ut leniter imprimatur, et paulatim absque grandi inflammatione cauterii, et impressione, ac retentione ipsius in loco, et proprie cum in commissuris cauterizatio fiet.

Sermo Gal. in exhibitione carnis serpentis ad Glau. ait. In elephantiẽ patientibus echidnarum. i. serpentiũ esus mirabile est auxilium: oportet aũt comedere eas ita cõficientes quemadmodum feris nutritos, et aspidibus morsos uidisti. Primum quidem auulsis capite, et cauda usq; ad digitos. iiii. deinde intestinis oĩbus ablatis, et manifesto quod

F est. s. cute ablata, deinde aqua eorum corpore loto, sed huc usq; quidẽ cũ theriaca uocatã cõficimus deĩde aũt indifferẽter coquimus, in theriaca quidẽ in aqua ponentes anethi, et pauci salis. In elephantia autem patientibus in lebete similiter conficientes per alium ius album. Fit autem sic, aqua quidem copiose immissa cum oleo breui, et cum eo porro, et anetho, manifestum est autem quod usq; ad carnes echidnarum coquere congruit quousque fiant molles et separatæ, et sic comedere. Et ipsum autem echidnarum confectum pharmacum, quod uocauit theriacam antidotum, est optimum bibere in laborãtibus, et si uoluerit quis ipsam cutem perungi, hæc omnia facientibus est quando squama desistit a cute, qualis quod uocatur serpẽtum sepũ. Sermo Abo. Gal. interpretis super eodem. Et sorbeatur ius eius, et ponatur super ipsum mica panis, et de similia, et fortasse proiicitur in eo aliquid de pullis columborum do nec fiat sicut puls. Et huius quidem regiminis iuuamentũ fortasse non apparet in principio, sed paulatim augetur, donec subito appareat sanitas, et fortasse antecedit sanita-

G tem separatio rationis diebus aliquibus, et est signum separationis, et iuuamenti eius, et applicatio in qua oportet, ut abstineat à datione eius est, ut incipiat leprosus inflammari, et inflammetur, ac patiatur scotomiam, deinde fortasse permiscetur ratio eius, deinde excoriatur, er finaliter sanatur. Cum ergo ex comestione eius non patitur scotomiam neq; inflammatur, tamen non cesset comedere carnes eius, et ius. Sermo aliorum antiquorum ad illud est, ut sumatur serpens niger excorticatus, et sepeliatur donec in eo fiant uermes, et deinde extrahatur cũ uermibus, et exiccetur, & detur in potu puluerizatum illi in quẽ superfluit lepra usq; ad triduum omni die. ℥. i. cum syru. mellis. Oleũ in quo coquitur uipera confert ualde si inungatur ex eo. Aliud medicamen. Accipiatur serpens niger, et excorticetur, et ponatur in olla, et fundatur super ipsum de aceto forti. ℥. vii. aquæ. ℥. i. thapsiæ recentis, radicum draguntææ, ana ℥. ii. decoquantur omnia simul super ignem leuem donec dissoluatur serpens, et coletur aqua à serpente, & fricetur cum ea post abrasionem barbæ, & capitis, tribus diebus.

H Et ex iuuamentis quæ accidũt ex administratione medicinarum uiperalium, est excoriatio cutis corruptæ, & permutatio carnis, et cutis sanæ, quam inũctio lepræ cum humidis, et temperate calidis conseruare oportet. Bona solutiua conferentia leprosis digestione præmissa cum syru. de epithymo cuius descriptionem posuimus in antido. nostro sunt hiera logodion, hiera colocynthidis, hiera picra, et pilulæ de epithymo, & similia. Decoctio. ℞. myrob. cit. & indo. an. ʒ. x. ameos. ʒ. v. althit. boni. ʒ. s. passularum enucl. minã. s. decoque cum. ʒ. iii. turbith, donec ueniat ad tertiam, et exprimatur, et cõmisceatur cum ea de aqua mellis. ℥. ii. Sumatur post purgationem, & ungatur corpus leprosi in principio, & processu, ex butyro, & sedeat in sole donec fugatur, aut ambulet. lxx. passus, et conuertatur super sinistram ante, & retro, & comedat cappares cũ melle, et accipiat in potu decoctionẽ prædictã septẽ diebus, quolibet die

Caput purgium.

renouando ipsa. Descriptio caputpurgii mundificantis cerebrum leprosorum. ℞. macropi. chelido. tapsiæ, nasturcii, borungi, ana. ʒ. i. nucis mus. pulegii, ana. ʒ. s. succi agni casti cotylas. iii. olei sesa. tantundem misce, et decoque donec cõsumatur aqua, deinde coletur & reseruetur in uitreo & fiat. s. caputpurgiũ naribus quantum capiunt, deinde consequatur quãdo inflãmatur, et exiccatur, ex illo caputpurgium humectatiuum prædictũ. Et dixit Isaac, ut inquit Ga.

Nota.

Nunquam uidi in uita mea hominem hac infirmitate habitum plenarie sanari nisi uinum bibat in quo thyriæ cecide-rint, & ibidem computruerint. Hunc enim uidi excoriari, & cute expoliari cum uinum illud ebiberit, unde certificaui, ꝙ dixerunt antiqui de iuuamento carnis & pinguedine thyriæ in hac, & in omni alia passione dura, & melancholica. Et proinde purgato corpore cum speciebus hieræ magnæ scilicet hieralogodion, theodoricon, syrupo, & decoctione de epithymo, & sero, cum eo demus theriacam magnam factam cum pinguedine, & carne uiperæ.

Hic complemento Doctoris famosissimi Francisci Pedemontium, Diui Ioannis Mes. Christo fauente finis fœlix statuitur.

ANTIDOTARIVM NICOLAI cum expositionibus, & glossis clarissimi Magistri Platearij.

Ego Nicolaus rogatus à quibusdam in practica medicinæ studere uolentibus, vt eos recto ordine modum conficiendi dispensandiq; docerem, & certam eis traderem doctrinam, in qua de singulis usualium medicinarum unam tantum, uel duas aut plures libras conficere scirent: & quantum de unoquoque genere gummarum, herbarum, seminum, & specierum, inter omnes medicinas subscriptas acciperent, eis in scriptis redigerem, necnon quibus ægritudinibus proprie ipsæ medicinæ probatæ fuerint. Illorum tandem precibus adductus, talẽ eis tradidi doctrinã. Et primo de speciebus.

Intentio & causa.

Tria igitur requiruntur in ipsa dispensatione. Primum, ut omnia æqualiter ponderentur, tam in speciebus quàm in gummis, & herbis secundum proprium pondus unicuiusq;. Secundum, ut non sint nimia uetustate consumpta. Tertiũ, ut radices, herbæ, & semina, & congruis temporibus sint collecta, & in congruis locis reposita, ita, ut à fumo præcipue, & nimia humectatione, & humido loco corrumpi non possint. In conficiendo autem, tria considerantur similiter, mellis puritas, & quod sufficiat, & æqualis pulueris cribellatio, & syrupi ad aquæ cõsumptionem fiat decoctio. In puritate mellis, duo attenduntur. primum ne sit aquosum. secundum, ut non sit nimis coctum, sed quo sufficit, nihil aliud est dicere, nisi ut specierum puluerem colligere tantum ualeat, & conseruare.

Tribus nanq; de causis ponitur mel in medicinis. Prima nanque ad conseruandum, est nanque præ cæteris liquoribus mel conseruatiuum. Secunda, quia mundificatiuum est ualde. Tertia, quia sua dulcedine specierum amaritudinem temperat.

Pulueris autem cribellatio duobus modis debet fieri, nã in electarijs subtilissime debet cribellari: in alijs uero medicinis crassior debet esse, & maxime in laxatiuis.

Prædictæ uero doctrinæ magna & multiformis consistit utilitas. Nam cum aliqua indigeremus medicina, eam, aut totam, aut partem oporteret facere, aut certe ab alia persona carissimam aut forte corruptam emere cogeremur, aut

A *eam facere totam, aut omnino inutilem, aut certe esset impoßibile: necessario autem carere ea, aut aliquod istorum inconueniẽtiũ nos oporteret incurrere, sed huius operis sciẽtia non solum hæc uitabuntur incommoda, uerum etiã multa commoda consequentur. Hac nanque doctrina bona fiet medicina, & demum perfecte operabitur corpori adhibita necnon leuior erit expensa. Scire autem quantum de unoquoque genere gummarum, & herbarum seminum, & specierum inter omnes accipiant medicinas, non est inutile: per hoc enim facilis, & certa erit notitia emptionis, leue pretiũ & moderata dispensatio.*

Liber iste quem in prȩsentia legendum suscepimus, ex multis antidotis est compilatus, quod patet ex ipsarũ medicinarum intitulationibus. Inscribitur enim quãdoq; medicina picra Constantini, picra Gale. aurea Alexandri, Esdra magna, id est medicina Esdræ prophetȩ, trochisci Andromachi. Cum igitur ex diuersis authorũ no-

B minibus intituletur medicina, diuersos sic constat eius fuisse inuentores. Liber autem iste, dictus est antidotarium, ab antidotis diuersis, diuerso modo compilatis. Nota, quòd Constantinus compilauit magnum antidotarium, de antidotario Gal. & aliis. Quidam enim compilauerunt sub breuitate modica, quidam sub magna prolixitate multa de propria intentione ibi addentes. Nos autem non omnes, sed usuales medicinas proposuimus assignare. Primo, quid sit medicina, quæ medicinarum compositionis causa fuit, quæ nominis etymologia, ubi sit inuenta, quæ medicina contra quas ualeat ægritudines. Vtrum authorũ laudes sint omnes ueræ, aut quædam, & in quibus causis, quomodo debeãt dari medicinæ, quæ per se, quæ cum aliis.

De electione specierum medicinalium aliquid est tangendum.

Medicina simplex.

Medicina alia est simplex, alia cõposita. Simplex est quæ talis, qualis eam natura produxit, uel quæ artificio paratur sine alterius admixtione, talis autem est, sicut piper, scammonea, & multæ in hunc modum.

Causæ cõpositionis medici.

C Cum igitur in his simplicibus maxime uirtus medicinæ consistat, quæritur, & non ociose, quæ causa compositionis existat. Multiplex autem fuit. Prima & principalis fuit medicinarum propter compositionem maior efficacia. Secunda diuersitas ægritudinum, & morbi cum morbo contrarietas. Tertia acuminis repressio. Quarta medicinarum conseruatio. Quinta saporum horribilitas.

Maior efficacia fuit causa, quia quædam ægritudines cõpositæ sunt quia una sola medicina purgari non possunt, uel quia minor uirtus unius augmentatur maiori uirtute alterius, facit enim duplicata, quæ per se facere non poterat.

Diuersitas ægritudinum fuit causa, quia quædam ægritudines sunt calidæ, quædam frigidæ, quæ simul sunt in humano corpore: una autem medicina hos diuersos effectus consequi non potest in dyscrasiis diuersis. Composita medicina uirtutem habet in laxando, quoniam ibi est scammonea, quæ principaliter calidos, secundario frigidos purgat humores.

D Contrarietas morbi est ad membra, quia quandoq; membrum ægrotans nobile est, ut hepar, quod porosum dissolutioni est satis obediens: aut enim infrigidatur, unde indiget dissolutiuis ad sui purgationem, ut pori aperiantur, & dissoluatur frigida materia. Sed quia uehementer dissolutiua lædunt substantiam hepatis, apponenda sunt stiptica aliqua cum dissolutiuis, quæ debilitatem hepatis confortent.

Propter repressionem acuminis, quia quædam medicinæ, ita dissolutiuæ sunt, & malitiosæ, & acutæ, quæ interius recipi non possunt per se, nisi ante cum aliis admisceantur, quæ reprimant acumen, & malitiam, ut mastix, scammo, helleborum garyophyllus. Helleborus enim niger, & scammonea non possunt per se dari.

Ad conseruationẽ medicinarũ necessaria fuit cõpositio: quædam enim sunt naturaliter humidæ, & cito putrescunt, unde nisi aliis commixtæ sint seruari non possunt, ut est zingib. iuiubæ, & myrob. & chebu. iuiu. uirides magnam habẽt efficaciam, quæ ne pereant syrupis, & quibusdam aliis admiscentur.

Propter

Propter horribilem saporem necessaria fuit compositio quædam enim sunt medicinæ, sicut aloe, quæ adeo abominabiles sunt quod ab ægris recipi non possunt, & si recipiantur debitum non habent effectum: quædam ergo dulcia debent admiscери, quæ suam reprimant abominationé, & horribilitatem, ut mel, & zuccharum.

Antidotum dicitur contra datum ab anti, quod est contra, et dosis quod est datio: dicitur autem compositę medicinæ autidota a discretis medicis compositæ, & inuentæ cum multa discretione, & sic omnes medicinæ possunt dici antidota.

Vrea quando datur, caput à languore leuatur, aurea dicta est ab auro. Alexandrina ab Alexandro peritissimo Philosopho, à quo inuenta est. Proprie ualet ad omne capitis uitium ex frigiditate, maxime, & ad omnem rheumaticam passionem, quæ à capite ad oculos, & aures, & gingiuas descendit, & ad grauedinē omnium membrorum quæ fit de eodem humore, datur eunti dormitum cum uino calido .xviij. pars cōfecta est lib.ij.

Recipe assari, carpobal. hyoscyami, ana. drachm.ij. & s. garyophyllorum, opij, myrrhæ, cyperi, ana. drach.ij. balsami, cinnamomi, folij, zedoariæ, zigib. costi, coralli. cassiæ, ligneæ, euphorbij, tragacanti, thuris, meu, styracis calamitæ, saliuncæ, cardamo. seseleos, napi, saxifragiæ, anethi, anisi, ana drach.i. ligni alo. rhabarba. aliptæ, castorei, spicæ, galangæ, opopa. anacardi, masticis, sulfuris uiui, peoniæ, eryngij, rosæ, thymi, acori, pulegij, aristol. long. gentianæ, coriticis mādragoræ, chamædryos, fu, baccarum lauri, amei, dauci, macropi. leucopiperis, xylobal. carui, amomi, petroselini, seminis, leuistici, rutæ, seminis sinoni, ana. drac. i.s. auri, purificati, argenti meri, albarum magaritarum, blattæ bizātiæ, ossis de corde cerui, an. ℈.i. gra. xiii. limaturæ eboris, calami aromatici, pyretri, ana gr. viij. mellis qđ sufficit. detur in modum auellanæ febricitantibus cum aqua calida, non febricitantibus, cum uino calido.

Sūma medicinarū ē res lxviii.

Vrea est dicta ab auro per excellentiam potissima medicina in multis passionibus probata, ut aurū præcellit omnibus metallis, uel dicitur aurea ab auro quod recipit. Alexandrina ab inuentore, uel forte a loco. Ad oēm rheumaticā passionē faciens ad rheumæ capitis. Nota quod distinguēdū est in hoc loco, facit enim aurea contra rheuma capitis: non tamem in principio rheumatis datur: habet enim triplicem uirtutem, constrictiuā, quod per opium quod recipit declaratur, confortatiuam, quia recipit aromaticas species, dissolutiuam quod per cōsumptionem probatur: consumit enim humorem, & omnē consumpionem dissolutio operatur, fit enim per dissolutionem consumptio. Cum igitur dissolutiua uirtute operetur dissoluit materiam, et eam mouet, & sic rheuma augmentatur: dentur igitur prius alia opiata minus dissolutiua, ut mus Aenea, purgato tamen corpore prius utiliter, cum phlethoricum sit, uel præcedat phlebotomia, uel scarificationes: non tamen sequenti die post purgationem, uel phlebotomiam, uel scarificationem debet dari, sed in tertio die post purgationem, in quinto post phlebotomiam.

Qua hora debent dari opiatæ.

Nota etiam, quod nisi multa instēt necessitas, nō nisi de nocte debent dari opiatæ, & ieiunio stomacho. Vnde patiens accepturus, ante horam uespertinam comedat, & tamen parum, melius enim propter noctis frigiditatem operatur calore naturali fortius operante qui per frigiditatē noctis retentus fortius operatur. Detur autem aurea secūdum prædictas consideraciones contra rheuma capitis sine febre cum uino calido, cum febre, cum aqua calida, uel cum decoctione aliqua.

Dolores sedat. distinguendum est, si sit de frigida causa, & prædicto modo, considerationibus prænominatis obseruatis.

Iachrymæ oculorum quo fiant.

Oculorum lachrymas constringit. Lachrymæ oculorū fiunt, aut per calorem dissoluentem, ut in febribus acutis, & est signum mortis, et tunc non detur aurea: aut per frigiditatem constringentem, & hoc est ex uitio cerebri. Ad hoc ergo ualet aurea prius corpore purgato, & hoc cum decoctione olibani data, uel quod melius est formentur pilulæ de puluere olibani, & aurea, & teneantur diu sub lingua.

Dolori dentium dolor quandoq; fit ex fumo acuto ascēdente à stomacho ad dentes, fit etiam dolor dentium, quandoq; ex humoribus descendentibus a capite, si fiat uitio stomachi prius purgetur, postea cum succo mentæ calefacto distemperata detur: si uitio superiorum fiat, detur aurea secundum prædictam doctrinam, inungantur dentes & gingiuæ, fiat etiam emplastrum de aurea, & succo mentæ, & temporibus apponatur.

Momentanea epilepsia dicitur, quæ momenta, id est frequenter inuadit, quia nō præsentitur accessio, et habet fieri uitio cerebri, detur etiam contra hanc passionem cū decoctione peoniæ, uel quod melius est formentur pilulæ de aurea cum puluere peoniæ, & teneantur sub lingua.

Nota, quòd epilepsia, quæ fit uitio stomachi, & extremorum membrorum præsentitur, tali epilepsiæ non confert aurea, quæ autem fit uitio cerebri illi ualet.

Maniacis opitulatur. Mania est infectio anterioris cellulæ capitis cum priuatione imaginationis. fit autem huiusmodi infectio quandoq; ex sanguine, quandoque ex chole ra, & quandoque ex melancholia, si fiat ex sanguine, uel cholera, non ualet aurea, si ex melancholia, tunc detur in potu, sed cum magno studio, nec comperiatur, quòd admisceatur potui, colata per pannum offeratur nascienti, uel tale fiat experimentum in hac causa probatum. Cum inciduntur maniaci, prius inungatur totum corpus uel caput aurea, & postea in loco incidendo ponatur in magna quātitate secundum formam instrumentorum, si rotunda debet esse incisio, ponatur pilula magna super locum qui debet incidi, si capistrata, fiat quædam longitudo in modū magdaleonis, & apponatur loco incidendo, & super ipsum fiat incisio.

Cephalalgicis de frigida causa detur cum uino calido.

Tussientibus. tussis est inuoluntarius motus pulmonis, fit quia tussis ex humoribus rheumatizantibus à capite ad pulmonem: etiam ex abundantia eorum in pulmone, siue rheumate. Illi autem sunt calidi, uel frigidi, uel sicci, uel humidi, uel quoquomodo possint commisceri: si autem humidi, quia multum consumit aurea ualet, si frigidi, quia calefacit prodest. Si calidi uel sicci sunt, non est danda. Nota tamē quod aurea ualet illi speciei, quę est anhelitus.

Non dēbent dari febricitanti bus ante purgationem.

Nota tamen, quòd si humores sunt congesti, & uiscosi, non debet dari, quia compactiores eos reddit, & incurabilem reddit ægritudinem nisi prius fuerit materia digesta per unguenta mollitiua. Cognoscitur autem digesta per liberiorem sputaminis eiectionem. detur hoc modo, gummi arabici puluerizetur hoc modo, & tantundem aureæ admisceatur, formentur pilulæ, quæ diu teneantur in ore, ut uirtus medicinæ liberius petat caput. Et si est de rheumate tussis efficacius operatur, humectat etiam, lacertos tracheæ, arteriæ, & pulmonis, & confortat spiritalia membra quæ eis sunt uicina, ut aduenientem malam medicinā repellere possint, & si spiritualibus insidant confortata expellant.

Phthisis. phthisis est alia uetus, alia recens, soli recenti detur & tussientibus, præcedente tamen alia minus dissoluta, ut rubea.

Suspiriosis. suspirium est difficultas attrahendi aera. Est autem species asthmatis, quæ alio modo dicitur anhelitus.

Nota, quòd aurea illi speciei ualet, quæ dicitur anhelitus, fit autem suspirium quandoque ex siccitate, & tunc non ualet aurea, quandoque ex abundantia humoris, & tunc ualet aurea, sic præparata, gentiana coquatur in uino usq; ad tertiā partē, coletur, & in ipso uino ponatur aurea, et postea ad solē desiccata detur in puluere uel pilulis.

Cardiacis cum decoctione nucis mus. garyophyllorum ossis de corde cerui in uino odorifero uel aqua rosata, detur, uel his detur ut tussientibus.

Sanguineo uomitui per anagra. uel diabrosim, id est per resudationem sanguinis, reiectio fit. v. de causis uel propter eius abundantiā, uel acumē, uel pp caliditatē & siccitatem uel propter uenæ putrefactionē, ut cum fit propter siccitatem uel abundantiam humorum non ualet aurea: si propter putrefactionem uenæ ualet, quia consumit materiam putrefactam, constringit membrum putrefactum uel corruptum, & uenæ sequitur consolidatio, detur sic, in hac causa bulliat mastix in aqua ro. postea permittatur siccari, et pulverizata aurea admisceatur, fiāt inde pilulæ quæ in ore diu teneantur. Si propter frigiditatem fluat sanguis, detur cum uino calido.

Paralyticis. paralysis multis de causis habet fieri, fit autem de calidis, & frigidis humoribus raro tamen de calidis. unde omnibus uidetur prodesse paralyticis. Vsus tamen eius secundum diuersitatem membrorum in quibus fit diuersificatur, si fit in lingua paralysis maxime ualet aurea, formentur pilulæ de aurea cum puluere facto de semine cauliculi agrestis, et nasturcii, et teneantur in ore, si fiat paralysis in remotis partibus uel mediis, detur cum decoctione eupatorii, uel herbæ paralisis, uel castorei, uel fiant de puluere eupatorii et aurea pilulæ, hoc autem fiat præcedentibus unguentis dissolutiuis et purgatione, non tamen unguenta adhibeantur nisi in locis ubi causa existit, consistit autem frequenter in neruorum origine, unde debet inungi spina, et collū cum unguentis, & occipitium cum humeris. Malum terræ concauetur in quo ponatur oleum cum aurea & bulliant, & postea inungatur patiens circa neruorum originem. Et nota quod raro fit paralysis sine rheumate, unde duplici modo ualet aurea, constringendo rheuma, et exiccando humores phlegmaticos, uel humores paratos ad hoc. Item si fiat inunctio de aurea resoluta in oleo mustellino ualet.

Ad dolorem lateris et renū. distingue, si dolor sit de causa frigida. Item si sine febre & apate sit dolor. Idē sit usus in omnibus passionibus, et doloribus. Clateris, et renum, sciaticæ, et dysuriæ nisi dolor lateris sit ex uentositate, tūc debet dari cum decoctione anisi, et saxifragiæ: si uentositas non adsit, cum decoctione solius saxifragiæ, precedentibus dissolutiuis, et diureticis purgationibus accipiatur.

Lapidem frangit. Nota secundū doctrinam Ioannis plateari cum dari debet calculosis, cum conficitur, remoueatur opiū, et in ea apponatur balsamus, detur cum decoctione saxifragiæ. s.n. lapis in renibus sit distemperetur cum oleo nardino, si est in uesica lapis, iniiciatur per syringam.

Quotidianæ, tertianæ, quartanæ. distinguēdum est, quotidianæ de phlegmate naturali, tertianæ de cholera innaturali, quartanæ de melancholia innaturali, detur parū ante accessionem, et hoc digesta materia, et purgatione facta, in æstate cum aqua calida in hyeme cum uino calido uel frigido, et hoc modo debent dari oēs opiatæ, & melius est quod detur in hoc casu sine opio quam cum opio.

Nota autem quod aurea non debet dari febricitanti ante purgationem. s. post tertiū uel quartū diem: quartanariis nisi post tres uel quatuor accessiones uel purgationes.

Valet contra omnia uitia matricis. distingue de frigido humore, si.n. menstrua retineantur per frigiditatem ualet, data cum succo mentæ, uel rutæ agrestis: si humorosa sit matrix, distemperata cum aceto & succo rutæ agrestis ita, ut iniiciatur per pessarium & ualet. Nota ad men. prouo. debet dari sine opio, quia cum eo data multoties cancrum operatur uel contrarium. Si uitia matricis fiant ex rheumate non remoto opio detur cum decoctione olibani, uel fiat suppositorium de aurea, et puluere olibani, dosis eius secundum modernorum confectionem est. ʒ. s. si in magda leonibus conficiatur, detur ad pondus trium denariorum considerata uirtute patientis.

Apopleticis, et epilepticis, detur eodem modo.

Nota quod utriusq; ualet āte accessionē, si de frigidis habeat fieri, data tamen semel in hebdomada cum uino de coctionis castorei, olibani, uel cum uino cali. in accessione, aut suffocatione imminente aperiantur dentes, cum eo applicetur, et fricetur palatum cum aurea. Imponatur et naribus, attrahit phlegma cum multa quātitate, unde, multi in tali casu, uel causa liberati sunt, debet tamen parum patiens sufflumigari, in ipsa frictione aureæ cum cornu cer

uino, uel puluere olibani, uel asa fœtida super carbones positis inclinato capite, ne dissoluta materia per fumigiū & auream fluat ad interiora, uel fiat suppositum de aurea & puluere olibani.

Qualiter fiat colica.

Colicis. colica fit ex humore cōgregato in intestino colon uel frigido, quod cognoscitur per propria signa uniusq; cuiusq; humoris, si de calidis fiat humoribus ut cholericis, per cholericum secessum cognoscitur, tunc non detur aurea, si de frigidis aut phlegmaticis, detur. Refert tamē quo modo, fit enim de phlegmaticis duobus modis, cum rheumate & sine rheumate. Si cum rheumate fiat, quod per ampullosas egestiones cognoscit, detur cū uino decoctionis olibani uel in pilulis. Si sit dolor colicus ex hu. phlegmaticis inuiscatis in intestinis, & conglobatis præcedant inunctiones dialthęa, et oleo mustellino, & martiato. fiet clystere mollificatiuum cum aqua, in qua decoquatur brancа ursina, malua, bismalua uel solum cantabrum. hoc facto, aurea distemperetur cum uino calido addito melle, coletur per pannum et iniiciatur. Item si de aurea fiat suppositorium patienti teneſmum ex frigida causa ualet.

Nota quod aurea ex diuersis componitur in complexione, substantia, uirtute diuersa, sunt etiā secundū quantitatē in uirtute, quod recipit quædam constrictiua, quædam laxatiua, quædam diuretica, et alia multa, diuersas uirtutes habentia: in complexione, quia recipit calida quædam, quædam frigida, quædam sicca, quædā hu. in substantia, quia recipit quædam crassa, quædam subtilia, quædam facile penetrabilia: diuersa in quantitate ponuntur in aurea, quia de quibusdam plus de quibusdam minus, & sic multa diuersificantur in aurea. Quare autem diuersa uirtute complexione, et substantia recipit, satis compendiose superius sub quinq; causis assignatis comprehendimus, licet hoc authores diffusius, & prolixius exequantur diuersas assignantes causas, sub aliqua tamen illarum. v. quælibet ab authoribus posita continetur.

Dubium.

In hoc loco non ociose quæritur quare in hac medicina ponatur tantū de uno calido quantum de alio tantundem calido, uel plus uel minus, et quare tantum de uno calido quantum de alio tantundem frigido, nec plus nec minus, quare tantum de uno calido quantum de alio magis calido plus uel minus, quare tantum de uno frigido, quantum de alio magis frigido plus uel minus. Eadem quæstio formatur, & eodem modo, inter siccum et humidum, inter calidū & humidum, et inter frigidum et humidum. Item quæri solet quare unum de una recipiat, et quare nec plus nec minus, sed hoc soluere possibile est. Diuersa hoc antidotum, & alia antidota sunt componētia per quintam complexionem et uirtutem. sed quare, superius dictum est diuersa ibi sunt, sed pondus, quod in hoc loco est determinandum, diuersa quidem sunt quæ de quibusdam plus, de quibusdam minus, de quibusdam recipitur æqualiter.

Qualiter in antidotis plus ponitur & una medicina & minus de alia.

Quare autem quædam in minori pondere, quædam in maiori ponantur in antidotis, quatuor sunt causæ generales, ut sub una duas contrarias comprehendamus. Ex his multæ descendunt speciales. Prima est maior uel minor indigentia. Secunda fortitudo, uel debilitas uirtutis. Tertia remissio uel furiositas qualitatis. Quarta similium specierum paucitas uel minoritas. Propter maiorem indigentiam plus apponitur de una quā de alia, quia efficacior est ad consequendum medicinæ compositæ effectum, propter enim aliquem effectum inuenta fuit oīs medicina cōposita. propter illud ergo illa medicina qua antidotum magis indiget, in maiori quantitate est apponenda propter uirtutis debilitatē, quandoq; enim antidotū indiget aliqua specie in sua uirtute debili, unde in magna quantitate eam recipit, ut quantitate suppleat quod ,ppter debilitatem nō potest facere. propter qualitatum remissionem multū de simplici medicina ponitur in cōposita, ut sic multiplicata in sua qualitate intēdatur, hoc licet uidere in rosis, et aliis similibus. Rosæ.n. quia parum frigidæ sunt in parua quantitate multum infrigidare non possunt, unde ex necessitate apponuntur in magna quantitate. propter similium modicam operationē medicina composita quibusdam similibus speciebus multum indiget, sed si modica quantitate eas recipit

recipit, suum non consequetur effectum. Vnde oportet ut similem recipiat in magna quantitate, ut multarum uices suppleat. Econtra multa ponuntur in medicinis in modica quantitate propter prædictas .s. propter minorem indigentiam, propter uirtutis fortitudinē, propter qualitatis acumen, propter numerositatem consimilium. Propter minorem indigentiam de quibusdam minus apponitur, quia quę minus necessaria sunt in minori pondere ponenda sunt, poni tamen debēt, quia medicinæ eis indigent, propter uirtutis fortitudinem, quia quædam medicinæ sunt acutæ, & furiosę, & mēbro mortificationem, et adustionem inducunt, unde licet sint necessariæ, in modica quātitate sunt ponendæ propter numerositatem similium, quia aliæ sufficiunt, unde de ea modicum apponendum est, tam de una tam de primo quantum de alia, duplici de causa, propter æqualem indigentiam, utraq; enim indiget æquali, quandoq; unum æquale est pondus: uel propter qualitatem proportionum uel conditionem, quædam enim calida quibusdam frigidis proportionaliter sunt contraria. Ex quibus compositis quoddam fit temperamentum.

Generalibus causis assignatis quare plus, uel minus, uel æqualiter de simplicibus medicinis ponatur in compositis ad speciales descendamus. Assignemus quare tantum nec plus, nec minus de duobus calidis, sed æqualiter ponitur. in eodem pondere posita sunt in medicinis propter æqualem indigentiam, quia licet utraq; medicina calida sit, tamen utraq; medicina indiget composita, quia nullæ prorsus eiusdem uirtutis inueniuntur, ut in effectu eorundem patet, & in auctorum testimoniis. Eadem uero quæstio est, quare plus de alia tantundem calida, uel minus ea proportio, an effectus, uel occulta proprietas, uel potest referri ad minorem indigentiam.

Quare æqualiter de frigida & calida in eodē gradu, an æqualiter debet fieri propter diuersos effectus, quia contingit quandoq; diuersa membra, ut stomachum et hepar, diuersis passionibus infici, unde frigida ad infrigidādum, calida ad calefaciendum apponuntur. Fit etiam quandoq; ut ex eis fiat temperamētum, ut propter remissionem acuminis plus ponitur de una calida, quam de alia tantundem frigida, & propter locorum positionē. Est enim locus infrigidatus positus in profundo, unde calidius oportet esse medicamen si membrum positum in profundo debet calefieri, in maiori pondere sunt apponenda calida, ne frigida caliditatem impediant, uel caloris effectum, quare tantum de uno calido quantū de alio minus frigido propter ęqualem indigentiam, quare non est propter minorem, uel referatur ad repressionem acuminis. Similiter distingue inter calida & sicca, frigida & sicca, calida & humida, frigida & humida, diuersa hoc in antidotario reperiuntur nō autem uirtuti, quorum omnium uirtutem complexionem quintam assignare proposuimus, & ad quid in aurea apponuntur. Non autem uirtutes singulas assignabimus, quia in libro nostro de simplici medicina dictum est sufficienter de eis postea in fine de pondere dicetur.

Quid sit assarum.

℞. asari .i. baccare. Asarum baccara calidæ & sic. complexionis est, subtilis, & uirtutem habet diureticam, consumptiuam, mūdificatiuam. Nam humores educit per uomitum, unde ad acrem, uel acredinis naturam dicitur pertinere, ponitur in aurea contra stranguriam & dysuriam, quia diuretica est, cum complexione calida, & sicca dissoluente tamen ex subtili substantia & diuidente. Ponitur autem contra febrem quotidianam & quartanam, quia earum materiam dissoluit. Vnde experimentum habemus optimū de assara, & probatum contra quotidianam & quartanam, uinum decoctionis assari baccare detur ante accessionem, si materia sit in stomacho, educit eam cum uomitu si in aliis partibus, consumit. Radix eius medicinalis est & folia, radix ponitur in aurea. Radix debet eligi odorifera non multum leuis sed ponderosa, non perforata, sed continua, potest per triennium in sua uirtute seruari.

De carpo balsamo.

Carpobalsami. car. est calida & sicca in.ii. gra. xylobal. lignum balsami appellatur, balsamum uel opobalsamum succus .s. lachryma balsami. Balsamum est maioris efficacię. Carpobalsamum minoris, maioris tamen quam xylobalsamum. Carpobalsamum subtilis est substantiæ, uirtutem habet mundificatiuam, attractiuam, & confortatiuam quia calida est sicca propter sui naturam igneam, confortatiuam propter aromaticitatem, ponitur in aurea propter quasdam passiones capitis, ut est epi. cephala. & similia, quia materiam consumit. Contra cardiacam, quia restaurat spiritus & membra confortat. Vnde habemus optimum experimentum contra cardiacam. Patiens utatur omni die puluere carpobalsami, cortice superiori ablato, contra uitia matricis ex frigida causa, quia eam mundificat. illud eligendum est, quod non est perforatum, et quod est aromaticum.

Hyosciami. hyosciamus frigidus & siccus in.iii. gra. subtilis est substantiæ, uirtutem habet mortificatiuam & constrictiuam. Hyoscyamus semen est cassilaginis, sed aliud est album, aliud nigrum, aliud rufum. nigrum non est ponendum in medicinis, album ponatur si inueniatur, si non, rufum. ponitur in aurea propter rheuma, propter dolorē dentium, propter fluxum sanguinis per anagoga, uel diabrosim, contra rheuma ponitur & fluxum sanguinis, quia poros constringit, ex quorum constrictione cessat sanguinis fluxus, contra dolorem dentium, quia partem mortificat, & reddit insensibilem, unde dolor non sentitur. De hyoscyamo habemus experimentum contra omnem dyscrasiam de calore, uel omnia apostemata cuiuslibet exterioris partis corporis, ipsa herba trita cataplasmetur, uel semē hyoscyami teratur, ablacteretur cum succo ipsius herbæ, coletur, superponatur non sophisticatur. hyoscyamus per.xl. annos seruatur. Ponuntur assarum, & carpobalsamum in maiori quantitate, quam quædam quæ essent fortiora .i. fortioris uirtutis, ut suppleant quātitate, qđ minus est in qualitate, ponunt autē in maiori quantitate quā quædam dicta, quæ sunt minoris uirtutis propter ipsorum maiorum indigentiam, uel necessitatem, et eadem est ratio de carpobalsamo, sed hoc non habet hyoscyamus. Constat enim magis esse necessaria, quæ in maiori ponuntur pondere, fortis est .n. uirtute hyoscyamus, ponitur enim in magna quantitate propter modicam appositionem similium. Caryophyllus. quia spiritus reparat, & ponitur in hac medicina contra uitium matricis, cōtra uitium spiritualium, contra cardiacam passionem. Contra uitium matricis, quia consumit humores, et matricem mundificat. contra uitium spiritualium, quia eorum superfluitatem consumit per calidi. & sicc. contra cardiacam passionem. Contra uitium matricis, quia consumit humores, et matricem mūdificat, contra uitiū spiritualium, quia eorum superfluitatem consumit per ca. & sic. cardiacam passionem, quia aromaticitate sua spiritus reparat, & membra confortat, urinales meatus aperit subtilitate suæ substantiæ. Illi eligendi sunt qui in superficie planificati sunt. In sapore acuti, in substantia humidi, in impressione unguis aliquantulum emittunt humiditatis. Vinum decoctionis caryophyllorū cum aquaro. ualet contra dolorem omnē stomachi ex frigiditate, & contra cardiacam passionem. Myrrhæ. myrrha ca. est & sic. in.ii. gra. & subtilis substantiæ, uirtutē habet mundificādi & conseruādi, quia id quod dissoluit consumere sufficit, unde corpora antiquitus myrrha conseruabantur, habet etiam uirtutem conglutinandi. ponitur myrrha in aurea contra cardiacam, & contra fluxum, contra cardiacam, quia conseruat conseruādo, & depurat depurando, maxime opitulatur, fluxum constringit conglutinatione sua. illa eligenda est quæ crassa est, & gummosa, clara, lucida, lenis. Myrrha puluerizata cum pice, uel colophōnia, ulcera uirilis uirgæ sanat, & saniem consumit desiccando. Opii. opium frigidū est in.iiii. gradu, sic. in.ii. crassam habet substantiā & fumosam, unde cito petit cerebrū, uirtutem habet mortificatiuam, constrictiuam, soporiferam, unde cerebrum constringit, & uentriculos eius oppilat, constrictiuam propter frigi. & sic. & mortificationem propter intensam frigiditatem suam. in aurea ponitur ad constringendum rheuma, & ad conseruationem specierum. fit autem opium de suc. papaueris albi subtiliter incisi. eligendū est in colore subrufum, in sapore subamarum, in odore horribile, in substantia mediocre, & quod manibus possit malaxari. Valet ad somnum inducendum cum lacte mulieris, foliis mandra. semine hyoscyami, cataplasmetur fronti, & temporibus contra dolorem extremarum partium, quia mortificat partem, et insensibilem reddit. Cum inuenitur simplex opium ponendum est thebaicum. seruatur per omnia secula seculorum, fit autem citra mare, & ultra mare, transmarinum maioris est efficaciæ.

De cype-

Cyperi. calidæ est, & siccæ complexionis in.ii. gra. & substantiæ subtilis, uirtutē habet diureticam, ponitur in aurea propter stranguriam & dysuriam, et uitium renū. Vinū decoctionis eius frangit lapidem, contra stranguriam puerorum maxime ualet accipe cyperum cum herba, et coque in uino & oleo, cataplasma super pectinem, multum confert ad menstrua prouocanda, teratur cum ipsa herba, & fiat decoctio in aqua & oleo, & fomentetur circa radicem ipsius herbæ quæ dicitur cyperus. De istis quatuor ponitur minus quam de supradictis propter earum supradictarum proprietatem. Caryophylus, et cyperus in maiori ponuntur quantitate, quoniam supradicta maioris efficacię ut quantitas suppleat uirtutis defectum .s. propter maiorem indigentiam. Myrrha propter easdem causas, & propter conseruationem. opium propter modicam similium appositionem, opium distemperatum cum lacte mulieris pulsibus imponatur in parua distemperantia sanatur.

De balsa-

Balsamum. ca. & sic. in iii. gra. secundū quosdam, in secundo secundum alios, subtilem habet substantiam, uirtutem habet attrahendi confortandi, cōsumendi, diuidendi, et mundificandi, & ponitur in aurea contra epilepsiam, quia consumit materiam suis qualitatibus, similiter contra renum uitia subtilitate & qualitatibus suis contra uitia matricis quia eam calefacit. Contra paralysim quia uiuificat partē. apponitur balsamum præcipue ad conseruationem. quod patet, quia medicina opiata & balsamata diutius potest reseruari, quam non balsamata.

Opobalsamum iniectum per siringam lapidem frangit, si detur in potu fœtum mortuum educit, & matricem iuuat, & menstrua prouocat. balsamum eligendum est, quod cum ponitur in palato statim calefacit cerebrum, quod cum ponitur, lac caprinum statim coagulatur, quod si in eo intingatur pannus, et inde locus fuerit exiccatus, non remanebit macula, si cum oleo uel tereben. sophisticatus fuerit, maculæ semper erunt. Item si apponatur igni, flammam emittit, quod si apponatur in superficie aquæ, ibi reperitur, si in medio, ibi remanet, in fundo similiter. Itē si ponatur in pāno raro in aliquo pondere, postea lotis manibus exprimatur bene super aqua mundissima, si inuenitur in eodē pondere, bonum est.

De cinna- momo.

Cina. idem est, quod cinnamo. habet autem substantiam glutinosam, uirtutem habet consumptiuam, consolidatiuam. Cinnamo. ca. & sic. est in .ii. gra. uel in.iii. consumit qualitatibus suis, confortat aromaticitate sua, consolidat glutinositate sua. contra passiones capitis ponitur in aurea, quia materiam consumit, contra cardiacam, quia aromaticitatem sua confortat & depurat, ualet contra fluxum sanguinis ex corruptione uenæ, quia cōsolidat. eligendum est quod est subrufum cauernosum, uel canellatum odoriferum, et habet dulcedinem acumini ac mixtam. cortex est cuiusdam arboris quæ in India reperitur, si fiat vulnus in locis chartilaginosis puluis cinnamomi consolidat.

folio.

Folii, quando simpliciter folium inuenitur, folia garyoph. sunt intelligēda. ca. sunt et sic. in.iii. gra. subtilem habent substantiam, uirtutem confortandi & cōsumendi, diuretica sunt ex complexione & substantia, folia ponuntur in aurea propter consumptionem materiei, cōtra passionem capitis, contra cardiacam, quia confortant aromaticitate sua, depurant & reparant spiritus si contra uitia renum, quia urinales meatus aperiunt subtilitate substantiæ, & lapidē eiiciunt. contra frigiditatem stomachi quia calefaciunt. cardiaci, & stomachici bibant uinū decoctionis folii cū aqua ros. eligendū est foliū caryoph. in odore suaue, in substantia tenue, in colore rufum, in sapore acutum cum amaritudine.

zedoa

Zedoarii, zedo. ca. & sic. comple. in.ii. gra. subtilem habet substantiam, uirtutem habet confortandi ex aromatici. sua, mundificat ex complexione, diureticam habet uirtutem ex substantia. propter passiones capitis ponitur in aurea, & quia indigent confortatiuis diureticis mundificatiuis. Zedoarium est radix cuiusdam arboris quæ reperitur in india, cuius duo sunt genera, unum citrinum, aliud album, quod est citrinum solidum non perforatum, laudabilius est, citrinum raro inuenitur. album ergo est eligendū, quod est acutum, & continuum, et solidum. per tres annos potest seruari, ex citrino sophisticatur aloe. Aloe per minuta frusta diuisum aceto calefacto in quo puluis zedoariæ positus sit, ponatur frequenter, & extractum desiccetur, & iterum ponatur, colorem suscipit aloe hepatici, & suam horribilitatem amittit, & subcitrinum habet colorē, & malum odorem amittit uel deponit. puluis zedoarii, cum puluere cinnamo. carnositatem & putrefactionem gingiuarum sanat.

De zingibere.

Zingiber ca. est. in.ii. & .in.iii, hu. in primo, substantiæ est mediocris, uirtutem habet confortatiuam spermatis, & sanguinis generatiuam, & restauratiuam ex aromaticitate, restauratiuā ex hu. ponitur in aurea contra cardiacam, & defectum humi. & alias passiones quæ indigent restauratiuis. Zingi. radix est quæ in India reperitur, & aliud est subnigrum, quod est repudiandum, aliud subpallidum, quod est odoriferum album ponderosum non perforatum, & acutum. & quod difficile teritur, laudabile est. per.ii. annos potest seruari, cito putrescit, in cumulo piperis diutius durat in sua efficacia. Vinum decoctionis zingi. digestionem procurat et libidinem augmentat. & aliter radices dimittantur in uino quousq; relaxentur, & cum uino ca. pectini cataplasmatur, ualet contra apraxim eorum .i. contra inoperationem illarum partium.

De corallis.

Coralli albi. frigidi, & sic. in.ii. gra. crassam habet substantiam, uirtutem constrictiuam & occultam. ponitur in aures propter fluxum sanguinis per anagogen, & propter epilepsiam, quia occultam habent naturam iuuandi epilepticum. Coralli sunt lapides qui inueniuntur circa mare in lapidosis locis. Coralli alii albi, alii rubei, maioris efficaciæ sunt rubei, unde cum simpliciter coralli inueniuntur, de rubeis intelligendum est, qui uero rubei, & crassi sunt, non perforati sunt laudabiliores. Coralli multas habent uirtutes occultas, collo suspensi curant epilepsiam, ut dicit Galen. domus in qua sunt non fulguratur, puluis coralli combusti, & gummi ara. non combusti detur in cibis contra hæmoptoicam passionem.

De costo.

Costi. Costum cali. & sic. est in.ii. gra. subtilis substantiæ uirtutem habet diureticam propter subtilitatem substantiæ, & stomachi confortatiuam ex aromaticitate, uel amaritudine. ponitur in aurea propter uitia renum, quare diureticum, & stomachi confortatiuum est. Costi duo sunt genera. Aliud est subalbidum, aliud rufum, rufum uehementiorem habet effectum, album minus operatur, & in India reperitur uel Persia. unde frequentius eo utimur, quod est subalbidum, solidum, ponderans, non perforatum, amarum laudabilius est. Seruatʼ per triennium ad confortationem stomachi. puluis coral. seminis fœ. cinnamo. ponatur in cibis, uel fiat cataplasma ex puluere costi, masti. cera & oleo.

De casia lignea.

Casiali. est cali. & sic. in.ii. gra. quæ subtilis est substantiæ, uirtutem habet diureticam, consumit, confortat ex aroma. sua, diuretica est ex substantia, & qualitatibus suis, ponitur in aurea contra uitium renum, & uesicę, contra uitia matricis, contra cardiacam. Casiali. cortex est cuiusdam arboris in India nascentis, cuius plures sunt species. eligenda est tortuosa, cauernosa, continua, in colore rufa, quæ etiam habet subalbedinem distinctam, quæ acutum habet saporem, & dulcedinem admixtam amaritudini. sophisticatur ex cortice capparis, quæ multum est amara. casia debet eligi quæ multum est odorifera. Puluis casiæli. admixtus tripheræ menstrua prouocat, & educit si inde fiat pessarium. si dentibus teratur, fœtorem oris remouet, & putrefactas gingiuas sanat, detur cardiacis cum suc. pastinacæ.

Euphorbii. Euphorbium calidū & siccū in.iiii. gradu substantiam habet subtilem, uirtutem laxatiuam ex modo complexionis phlegmatis primo, & san. secundario. purgat attrahendo ex ignea sui substantia uel natura. ponitur in aurea propter epilepsiam apo. arteticam, paraly-

sim, ex contractiuis uirtutibus aliarum specierum laxatiua eius uirtus reprimitur, unde ponitur præcipue, ut ignei race sua mortificationem opii reprimat. Euphorbium gummi est arboris in india nascentis. eligendum est crassum sub rufum, non perforatum, non terræ admixtum. Puluis euphorbii cum suc. centri galli iniectus impetuose educit mu lieb'ria. fiat emplastrum ex puluere euphorbii & ex axungia ursina, cera, & oleo, & inungatur epilepticus per spinā usq; ad partes inferiores.

De Tragacantho. Tragacāthi. Tragacanthus frigidæ complexionis est in ii. gra. hu. in primo. substantiā habet glutinosam, & mediocrem, uirtutem habet constrictiuam ex frigiditate, lenificatiuam, & humectatiuam ex humiditate. ponitur in aurea contra suspirium, & fluxum sang. per anagogen, & ad represionem acuminis aliarum specierum. Tragacanthus, gummi est cuiusdam arboris in India nascentis. eligendū est in colore album, lucidum, clarum, non terræ admixtum, rufum uel rubeum, in medicina ad calefactionem plus ualet, quia minus est frigidum quam album, quod in medicinis ad refrigerandum ponitur. diu seruatur. Dimittatur cum amylo, sine penidiis per noctem unam tragacāthus in aqua, ex illa aqua luniantur labia, & gingiuarum, linguæ, oris scissuræ febricitantiū acute. si illinis hoc herpeten granulosum, ualet multum.

De thure. Thuris. Thus ca. & sic. in. ii. gra. gummosam habet substantiam uirtutem constrictiuam ex uiscositate, confortatiuam ex aromaticitate propter rheuma capitis ponitur in aurea propter frigiditatem matricis. Thus gummi est arboris in India nascentis, cuius duo sunt genera, crassum, & masculum, dicitur minutum maius. eligendum est thus album planificatū crassum, nō terrestreitati admixtum. diu potest seruari. Tria grana thuris si deglutiantur, digestionem procurant, & bonum anhelitum præstāt, & acetosam eructationem remouent.

De styrace. Styracis. styrax cali. est in. i. gra. sic. in. ii. substantiam habet mediocrem uirtutem confortatiuam, quia spiritus reparat quorundam membrorum, consolidatiuam, quia glutinosa est, mulliebria educit qualitate sua. s. caliditate, ora uenarum aperiendo rheuma constringit. ponitur in aurea cōtra uitia matricis, stomachi, & capitis. pilulæ ex ea factæ digestionem confortant, cataplasma ex ea factum scleriosim curat, fumigatio eius mēstruis imperat. Styracis tria sunt genera, styrax calamita, liquida, & rubea, liquida est quæ si gia dicitur. cum simpliciter styrax inuenitur, de calamita intelligendum est, quæ in colore rufo eligenda est, in substantia glutinosa, ut ualeat malaxari ad modum ceræ, non furfurea uel sulphurea, in sapore amara. sophisticatur ad ra sum iridis illiriæ & mellis, & tunc dulcis est.

De saliunca. Saliuncæ. Saliunca cali. est & sic. in. iii. gra. subtilem substantiam, uirtutē diureticam habens. ponitur in aurea propter uitia renum, uesicæ, & matricis. Saliunca est semen cuiusdam arboris uel herbæ, quæ eodē nomine appellatur. semen in hac medicina ponendum est, eligendum est subalbidum, recens, habens amaritudinem admixtam acumini. Semen potest seruari per tres annos. Fiat ex aqua fomentū saliuncæ decoctionis ad mēstrua prouocanda. suffumigium herbæ eodem modo appellatæ multum ualet matrici.

De napi. Napi. i. Sinapis. sinapismus alius fit ex seminibus, alius ex foliis sinapis, tamen eiusdem efficaciæ sunt, sed maioris est sinapismus ex semine factis. ex foliis siccis sic fit. terantur folia, & ebulliant in uino, & cataplasma loco patienti. ex seminibus sic fit. Semina terantur, & coquantur in aceto & uino, & in maiori quantitate ponatur uinum, cataplasmetur super lota dolentia, ualet ad lethargiam, & paralysim. Semen sinapis ca. & sic. in medio quarti gra. subtāriam habet subtilem, uirtutem habet attractiuā ex substantia ignea, ex natura sua consumit, ex complexione mundificat, ex eadem ponitur in hac medicina propter membrorum insensibilitatem, propter uitium matricis, propter paralysim apoplexiam epi. Sinapis semen est herbæ eodem nomine appellatæ, semē non herba ponitur in aurea, quod eligendum est album, non amarū, non ponticum, sed acutū. sophisticatur cum semine rapæ. Puluis eius sub lingua positus loquelam restaurat, semen in oleo laur. bullitum, & facellatum eam partem uiuificat in qua fuerit positum.

Saxifragiæ. Saxifragia ca. est & sic. in. iii. gra. & subtilis substantiæ, uirtutem habet diureticam ex qualitatibus suis & substantia, & ponitur in aurea propter uitium lapidis, & contra dysuriam, & stranguriam, menstrua prouocat. radix eius similiter dicitur saxifragia. radix per se ponenda est in medicinis quæ exigunt saxifragiā. Radix eligēda est continua non perforata quæ difficile frangitur, quæ frangitur de facili, uetusta & consumpta est. Saxifra. saxum frāgens dicitur, frangit. n. lapidem, & partem à parte separat unde maxime ualet calculosis. contra lapidem fiat fomentum ex aqua salsa decoctionis eius. i. saxifragiæ circa pudenda. uinū decoctionis eius bibitum lapidem frangit.

Ad idē nutriatur hircus p. iiii. menses de foliis saxifragiæ deinde interfice, & accipe sanguinem eius, non primū, sed secundū, cum coagulatus fuerit, per fruſtra diuide, & permitte desiccari ad solē, sed tamē sal admisceatur, ut diutius cōseruetur. per annum sic potest fieri, & si eis admisceatur balsamū, per. x. annos uel. xv. potest seruari. puluerizetur sanguis, & tali puluere utendum est in cibis & potibus.

Anethi. Anethum ca. & sic. in. iii. gra. uel. ii. substantiam habet subtilem, uirtutem diureticam, ponitur in aurea contra uitium renum, & uesicæ, & matricis. Nota quod in diureticis efficaciora sunt semina, quā herbæ ipsæ, et sem per ponenda sunt in medicinis, ualet contra indigestionē uinum decoc. eius per. iii. annos seruatur.

Anisi. Anisum ca. est & sic. in. iii. gra. substantiam habet subtilem, et uirtutem diureticam cōfortatiuam stomachi, & uentositatem consumptiua m. propter uitium interio. membro ponitur in aurea, stomachi. s. & interiorū & matricis. anisum maxime ualet contra indigestionē. Anisum semen est cuiusdā herbæ simili noīe uocatæ. semen est ponendum, debet eligi odoriferum, in sapore acutum cū aliquantula inspiditate admixta dulcedini nō perforatum, per. xx. annos seruari potest. Vinum decoct. eius optime procurat digesti. uentositatem consumit omnium. xx. quare ista. xx. in maiori quantitate ponuntur quā prædicta, assignatū est superius, qm̄ in maiori quantitate quā infrascripta assignā dum est. Balsamum in maiori quantitate propter maiorē indigentiam, quia maioris efficaciæ est. Cinnamomum in maiori quantitate, quoniam quędam sint in maiori quantitate habentia uirtutem, ut quantitas suppleat uitium uirtutis. Euphorbiū in maiori quam quædam minoris efficaciæ, ut resistat igneitate sua mortificationi opii. Sinapis maioris est efficaciæ quam aliqua infrascripta, sed propter maiorem necessitatem in maiori pondere ponitur.

Ligni aloes. Lignū alo. ca. est & sic. in. ii. gra. locum ubi nascitur nouit nemo, qm̄ nascitur in montuosis locis orientis circa originē Nili quæ nemini nota est, de montanis in nilum cadit, quod nilus recipiēs fert in Indiam, ibi uero à Saracenis, retibus capitur, & uenas quasdā inutiles igne comburunt, uel cultello remouent. Lignum aloes aliud subnigrum, aliud subrufum. subtilem substantiam habet, uirtutem diureticam ex subtilitate substantiæ, confortatiuā ex aromaticitate, aperitiuam ex qualitatibus suis & substātia. ponitur in aurea propter causas cerebri ex frigiditate, propter uitium renum, uesicæ, & matricis, propter cardiacam. Eligendum est subrufum, ponderosum, granosum, nodosum, aro. in sapore amarum, non multum solidæ substantiæ, subnigrum tamen laudabilius. Sophisticatur cum quodam ligno, quod iuxta Almansam reperitur, quod simile est in odore, sed nigrum uel album, uel solidioris substantiæ. Si comburatur in igne, odorem reddit aromati cum sed momentaneum. ϑ. iiii. ligni aloes puluerizati in aqua rosa. bulliant. detur talis aqua syncopizantibus, & cardiacis. per. x. annos seruari potest.

Rheubarbari. Rheubarbarum ca. est & sic. in. ii. gra. secūdum quosdam in. iii. subtilem habet substantiam, diureticā, laxatiuam, choleræ purgatiuam ex su. ponitur in aurea propter uitia renum, & matricis ex frigida causa, & propter febrem tertiana & quotidianam, uel cardiacam. Rheubarbarum aliud ponticum, aliud barbarum, de barbaro intelligē cum dicitur in medicina. &. rheu. qñ ponticū est, neutrū plane exigitur. Eligendum est subcitrinum, continuum, nō perforatum, quod habet maculas quasi uenas distinctas, albas, citrinas, quod habet croceas uel citrinas, puluerizari aptas, uel nō est rheubarbarum, uel est sophisticatū plus. Febricitantibus debet dari. ϑ. i. rheubarbari cum frigida aqua datum, uel cum succo scariolæ, uel tryphera saracenica. confert ictericis, tertianas curat datum ante horam accessionis. per. iii. annos potest seruari.

Aplitæ. ca. & sic. sed in quo gradu determinatum non habemus, subtilem habet substantiam, uirtutem habet confortatiuam ex aromaticitate sua. Aliptæ diuersæ sunt species, alia est amara, alia est muscata. Alipta est confectio cuius receptio in antidotario reperitur. Sophisticatur cū ladano, mastice, musco, & styrace, & aqua ro. fiat ergo alipta ut ideas receptionē, & eā cōfici, quia aliter non pōt cognosci. Magdaleon ex alipta formatur, & naribus appositus maxime ualet contra corizam, & catarrhum ex frigida causa.

Castorei. Castoreū ca. est in. iii. gra. sic. in. iiii. mediocris est substantiæ uirtutem habet confortatiuā, maxime neruorū, quia infrigidatos calefacit, dissoluit & consumit ex qualitatibus suis. ponitur in aurea propter rheuma capitis, dolorem dentium, apoplexiam, epilepsiam, & arteticam, paralysim. Castoreum testiculus est cuiusdam animalis, quod castor dicitur, non enim ut quidam dicunt cum uenatores sequantur, ut damno testiculorum eos euadat, sibi eos amputat, quod ociosum est cum maioris sit precii pellis quā testiculi. Castor in orientalibus, & occidentalibus, & septētrionalibus plagis reperitur copiosius. Castorei duo sunt genera. Est autem quoddam album in quo interius sperma retinetur, quod inutile est, & illud coagulum appellamus, testiculi similiter iuuenis castoris non ita sunt efficaces, ut inueterati, quoniā adulti testiculi laudabiliores sunt. Sophisticatur autem cum neruis minutatim incisis & cōmixtis, addito sanguine, & puluere piperis, & modico castoreo, in folliculo testiculi in ipsis. Eligēdum est castoreum subrufum, neruosum, horribile in sapore parum acutū, quoniā omne castoreum in sapore ualde acutum, est sophisticum. Castoreum distemperatū cum succo mentæ, & rutę in quantitate magna naribus immissum ualet contra paralysim stomachi, & etiam contra omnem paralysim.

Spicæ. Spica ca. est & sic. ii. gra. subtilem habet substantiam, uirtutem confortandi ex aromaticitate, ex amaritudine uirtutem diureticam, cum ex complexione tū ex substantia. ponitur in hac medicina contra uitium renum & cardiacam, & propter oppilationem splenis, & hepatis, & uicia matricis. Spica alia nardi, alia celtica. dicunt. n. cum inuenitur p se nardi, intelligendū est quę nascitur in India, uel secundum quosdam flos est, uel secundum ueritatem circa radices arboris inuenitur. Eligenda est plana, citrina, odorifera, subamara, non acumine remoto illo albo, & fuste interiori. Vinum decoctionis spicæ digestionem procurat. Spica decoquatur in aliquo uase bene cooperto ne fumus exhalet, postea patiens teneſmū ex frigiditate fumū recipiat per anum, postea spica super anum cataplasmetur.

Galangæ. Galanga ca. est & sic. in. iii. gra. substantiam habet subtilem, uirtutem habet diureticam. ponitur in aurea propter uitia renum & uesicæ & matricis, apople. epi. paralysis. Galanga, radix est arboris in India nascētis. eligendā est subrufa & nodosa, amara, continua, non perforata. Vinū decoctionis eius ualet ad digestionem confortandam.

Opopanacis. ca. est & sic. in. iii. gra. substantiam habet subtilem, uirtutem diureticam ualde dissolutiuam & consumptiuam, ponitur in aurea propter uitium renum cerebri matricis apo. epi. paralysim, & maniam, & arteticam. Opopanax, gummi est arboris in transmarinis partibus nascentis. Cum ponitur in electariis, debet resolui quod sine fustibus inuenitur, cum ponitur in pillulis debet puluerizari, sed quia fustes multum naturæ similantur. Eligendum est ergo parum in colore album, odoriferum, dimittatur in succo radicis maluæ per noctem. i. dissolutum deficcetur & supponatur. mēstrua prouocat, secundinam, & fœtum mortuum educit.

Anacardi. Anacardi ca. sunt & sic. in. iiii. gra. substantiam habent subtilem mediocriter uirtutem attractiuam melancholiæ, & phlegmatis dissolutiuam, consumptiuam, uenenosam, & hoc propter qualitates suas, & modum complexionis, unde quia uenenosi sunt, parum debet dari, quia lepram & mortem inferunt, admixti cum aliis secure dantur, & maximam habent efficaciam. in aurea ponuntur propter epilepsiam, apoplexiam, paralysim, arteticam. Anacardi sunt fructus cuiusdam arboris in India nascentis, qui alio nomine pediculi elephantis dicuntur. Eligendi sunt nigri, & humorosi & ponderosi. Nota tamen quod sic sophisticantur, ponuntur enim in humido loco, ut humorositatem contrahant à loco humido. cognoscitur quia humidi sunt exterius. Anacardi principaliter purgant phlegma, quod lethargiam inducit, fiat scarificatio in occipitio lethargici, postea fiat emplastrum de anacardis. eodem modo contra imperiginem & morpheam.

De mastice. Masticis. ca. & sic. in. ii. gra. subtilem habet substantiam & uiscosam, glutinosam, uirtutem habet confortatiuam ex aromaticitate sua, & stypticitate sua, partes facit partibus uicisim adhærere, quare confortat constrictiuam ex uiscositate & glutinositate, diu seruatur. ponitur in hac medicina propter cardiacam, & capitis rheuma, propter fluxū sanguinis per anagogen. Mastix, gummi est cuiusdam arbo. in quadā insula græcię, quę assimilatur lētico, secundum quosdam est lentiscus. Mastix, eligenda est subalbida, lucida, & clara, siue fœculenta, non sophisticatur, diu pōt seruari. Vinum decoct. eius digestionem procurat, uomitum compescit, emplastrum factum cum alb. oui, temporibus superpositum oculorum lachrymas cōstringit, ponatur mastix super regulam calidam quousq; liquefiat, post impositum super pannum lineum stomacho superponatur, multum digestionem confortat in conualescentibus ex ægritudine.

De sulphureo uiuo. Sulphuris uiui. Sulphur cali. est & sic. in. iiii. gra. mediocrem habet substantiam, uirtutem dissolutiuam, consumptiuam, & igneam, quod probatur, quia cito ignitur, & etiam sub aqua ardet, & expulsum conseruat ignem, ponitur in aurea propter arteticam epi. apo. quartanam, paralysim. Sulphur est genus terræ cuius duo sunt genera, uiuum, & non uiuum, quod extinctū dicitur, & in magdaleonibus formatur, uiuum maioris est efficaciæ, minus tamen durat. Eligendum est uiride, & quod difficile teritur, sulphur uiuum super carbones ponatur, asthmaticus fumum recipiat per os, multum confert.

De peonia Peoniæ. Peonia ca. est & sic. in. ii. gra. uirtutē habet diureticam, & occultam uim iuuandi epilepticus, ponitur in hac medicina propter uitium renum & epi. Peonia appellatur herba, & radix ipsius herbæ. cum simpliciter reperitur peonia intelligendum est de radice quæ eligenda est in colore nigro exterius, interius autem pōderosa, per. ii. annos uel. iii. seruatur peonia, iuuat epi. collo suspen. De confirmatione, puluis peoniæ datus cum ouo sorbili, epilepticis confert & apopleticis. Item uinum decoctionis sanat stranguriam & dysuriam.

De eryngio. Eryngii. Eryng. ca. & sic. in. ii. gra. subtilem habet substantiam, diureticam, confortat ex aromaticitate sua, ponitur in hac medicina propter uitia renum & cardiacos. Eryngii duo sunt genera, alii montani, alii marini. Montani plus sunt diuretici quàm marini, sed marini plus sunt confortatiui, & usui medicinæ laudabiliores. seruari possunt per annum. Vinum decoctionis eryngii ualet contra uitium renum & uesicæ.

De rosa. Rosæ. Rosa frigida est in, i. gra. sic. in. ii. duplicem habet substantiam. s. ponticam & aromaticam. Aromaticam ex igneis partibus & aeris, ponticam habet ex terrestribus & aquosis: uirtutem habet confortatiuam, tum ex aromaticitate sua tum ex ponticitate. ponitur in hac medicina propter cardiacam, ut reprimat uim aliarum specierum dissolutiuarum. Rosæ flos omnibus notus est, qui debet colligi antequam omnino expandatur. Expensæ enim rosæ citius corrumpuntur. Rosarum alia est rubea, alia alba. Rubea magis confortat, minus stringit. Alba econtrario. Itē alia recens, alia sicca. Recens non debet poni in medicina, sicca uero eligenda est rubea, remota antera, & remoto illo per quod pendet uel adhæret, quia stypticum est. seruari potest per. ii. annos. Puluis rosa. & caryophyl. ualet contra corrosionem gingiuarum. Item si rosæ coquantur in

aceto & aqua pluuiali, & ſpongia infundatur, ſuperpoſita ſtomacho uomitum ſtringit & fluxum uentris. Roſa alba antequam ad maturitatem ueniat collecta, & deſiccata dyſſentericos ſanat.

De thymo

Thymi. Thymi ca.& ſic.ſunt in.iii.gra.ſubſtantiam habẽt ſubtilem,uirtutem attractiuam melancholię & phlegmatis non tamen purgat,quia reprimitur eius uirtus laxatiua uirtute conſtrictiua aliarum ſpecierum, propter epi. ponitur in hac medicina,& apo.paralyſim,& cardiacam quæ cõfortat.Thymus appellatur herba,& flos herbæ. Flos eſt ponendus in medicinis,qui per annum poteſt ſeruari. eligendus eſt albus in colore.Puluis thymi cum aceto,& modico ſale datus,iuuat ſcabioſos, phlegma ſalſum purgat, lumbricos necat,teſte Dioſco.& Conſtantino.

De acoro.

Acori.Acorus ca. eſt & ſic. in. ii. gra. ſubſtantiam habet ſubtilẽ, uirtutem diure. ponitur hic in aurea propter uitiũ renum & ueſicæ.Acorus eſt herba quæ alio nomine gladiolus uocatur,cuius radix eſt melior,debet colligi in canicularibus diebus,& per fruſta diuidi minuta,& ad ſolem ſiccari.per.ii.uel.iii.annos poteſt ſeruari. Eligendus eſt acorus ſubrufus,ponderoſus,continuus,& non perforatus.Vinum decoctionis eius ualet contra ſtranguriam & dyſuriam.

De pulegio.

Pulegium.Puleg.ca.eſt & ſic.in.iii. gra. ſubſtantiam habet ſubtilem,uirtutem confortatiuam ex aromaticitate ſua aperitiuam ex ſubſtantia ſua,& qualitatibus ſuis, attrahit, ex ignea natura ſua,conſumit ex calore & ſicci. ponitur in hac contra paſsiones cardiacas,& rheuma capitis ex phlegmate,propter uitia renum & matricis. Pulegium eſt herba debet colligi in æſtate cum floribus ſuis.ſeruatur per annũ. ponendi ſunt in medicina flores,& folia remoto ſtipite.pulegii ſuffumigatio,uel fomentatio deſiccat humoroſam matricem, puluis eius ſubtiliſsimus panno lineo ſubtili impoſitus ſuper anum, dum prominet extra, teneſmum curat ex frigiditate.

De ariſtolochia.

Ariſtolochiæ.Ariſto.ca.eſt & ſic.in.ii. grad. ſubtilem habet ſubſtantiam,uirtutem diure. & occultam uirtutẽ attrahendi uenenum.Ponitur in hac propter uitia renum & ueſicæ & matricis,& potionem uenenoſam, & morſus reptilium.Ariſtolochia eſt herba,cuius radix eſt ponenda in medicinis,cuius diuerſæ ſunt ſpecies rotunda & longa. Rotunda maioris eſt efficaciæ,colligitur in uere,uel æſtate, & deſiccatur,in uſu reſeruetur.Eligenda eſt ſubrufa,& non leuis ponderoſa non perforata,ſed continua. Puluis eius recens peſſarizatus cum oleo muſtellino menſtrua prouocat.Vſus eius potui datus ualet cõtra uenenoſam potionem,& morſus reptilium,& contra ſtranguriam & dyſuriam,ualet contra aſthma puluis cum ſuc.menthæ,contra uitia matricis cũ ſucco arthemiſiæ.

De gentiana.

Gentianæ.Gentiana ca.eſt & ſic.in,ii.gra.ſecũdum Dioſco.in.iii.ſubſtantiam habet ſubtilem,uirtutem diureticam, mundificat ſpiritalia ex frigiditate, ponitur hic contra uitia renum & matricis.Gentiana eſt herba cuius radix ponẽda eſt in medicina Colligitur in æſtate & ſiccatur, per tres annos ſeruari poteſt.Eligenda eſt ſubamara, interius rufa quaſi tincta,& continua,non perforata.Puluis gentianæ datus cum uino ſingulare remedium eſt aſthmaticis tuſsientibus de frigiditate, peſſarizatus cum oleo muſtellino menſtrua prouocat.

De mãdragora.

Mandragoræ.Mandragora frigida eſt & ſicca in. iii. gra. ſubſtantiam habet craſſam,& gummoſam,& fumoſam,uirtutem conſtrictiuam,& etiam ſomniferam.ponitur hic contra uitia capitis,uel rheuma ad ſtringendum fluxum, ut etiã augmentet uirtutem opii conſtringendo. Mandragora eſt herba cuius radix medicinalis eſt, id eſt melior in medicina,colligi debet in æſtate.& per fruſta diuidi & ſiccari,ſeruari poteſt per tres annos. Eligenda eſt ponderoſa continua non perforata.in unguentis debent poni frõdes & fructus,in aliis medicinis radices. Puluis cum ouo ſorbili ſuperiorem,cum aqua hordei inferiorem dyſſenteriam clyſterizatus iuuat.Item cataplaſma factum de radice eius cũ ſucco proprio,temporibus febricitantium acute ſuperpoſitum,ſomnum inducit.

De chamędryos.

Chamædryos. Chamæ.ca.& ſic.in.ii. grad. ſubſtantiam habet ſubtilem,uirtutem diureticam,ponitur hic contra uitium renum & ueſicæ. Chamædryos herba eſt quæ colligi debet in æſtate,ſeruari poteſt per duos annos.Vinum decoctionis eius necat lumbricos.ualet contra ſtranguriam, & dyſuriam cocta in uino ca.& oleo & pectini cataplaſmata multum ualet.

Fu ca. eſt & ſic.in.ii.gra.ſubtilem habet ſubſtantiam,uirtutem diureticam propter uitia renum ponitur in hac medicina & matri.Fu,herba eſt quæ alio nomine dicitur ualeriana,& her.ſemen & radix eodem nomine dicitur. Radix ponenda eſt in medicinis,in ęſtate debet colligi,ſeruari poteſt per duos annos ſolum.

Baccæ la.Baccæ lauri ca.ſunt & ſic.in.ii.gra.ſubſtantiam habent ſubtilem,uirtutem habent confortatiuam, propter matricem, & paſsiones interiorũ membrorum ponitur in hac medicina. Baccæ lauri fructus ſunt lauri, de quibus fit oleum laurinum,ſicut de nucibus per aſſaturam in patella. colligi debent in autumno cum plene maturæ ſunt, ſeruari poſſunt per duos annos,eligendæ ſunt continuæ non perforatæ.Baccæ lauri deſiccatæ excorticentur,& interiora pulueriżentur,de puluere iſto inungatur facies in balneo ſimpliciter,uel cum melle quod ſic fit.Puluis baccæ la. cõmixtus ſit melli cum albu.oui deſpumato, & poſtea ſuper ignẽ modicum dimittatur,ut mel diſſoluatur, & ab igne depoſitum in uaſe reconditur, & de iſto tuberoſitates inungantur & uariolæ uel pannus in facie mulieris, qui poſt partum apparet in balneo, & poſt paululum faciem inde abluat, clarificat & ab illis ſuperfluitatibus faciem detergit, & tuberoſitates faciei remouet, & uariolas quæ ſunt maxime poſt parum.ſacellatio de bac. lauri capiti appoſita curat catarrhum.

Ameos.Ammi ca.eſt & ſic.in.ii.gra.ſubſtantiã habet ſubtilem,uirtutem diureticam, ponitur hic propter uitia renũ & matricis & ueſicæ.Ameos eſt herba cuius ſemen in medicina eſt ponendum, colligi debet in æſtate, & debet ſiccari,ſeruari poteſt per duos annos. Vinum decoc. eius ualet contra ſtranguriam & dyſuriam.

Leucopiper.Leucopiper calida eſt in.iii.gradu, ſicca in quarto,ſubſtantiam habet ſubtilem, uirtutem diureticam, album piper non inuenitur quãdoq;,ſed loco eius ponũtur quandoq; caputiæ quædam de tranſmarinis partibus allatæ quidam dicunt diuerſas arbores diuerſas ſpecies ferre, ſed non eſt uerum,imo Dioſcori. dicit ꝙ una, & eadem arbor has ſpecies fert.Longum piper flos eſt piper qui oblongus eſt, ut uidemus in auellanis: album piper eſt antequam perueniat ad maturitatem, quod poſtea calore ſolis coquente nigreſcit.

Macropiper.Macropi.cal.& hu.in.ii.gra.mediocrem habet ſubſtantiam,uirtutem diureticam,& reſtauratiuam, & confortatiuam,propter uitia renum ponitur hic,& ueſicæ, & cerebri.Macropiper,longum piper dicitur, eligendum eſt quod eſt cõtinuum,ſeruatur per.iiii.annos, & electariũ de eo factum,& de ſemine bomb.excoriato,& ſemine mal. & biſmal.cum ſyrupo additis amygdal. prædicta mẽbra reſtaurat,& ualde confert hecticis. Vinum decoc.eius ualet cardiacis addita aqua roſ.& ſyncopizantibus.

Xylobalſa.Xylobal.ca.eſt & ſic.in.ii.gra.ſubſtantiam habet ſubtilem,uirtutem diureticam & confortatiuam,ponitur in aurea propter uitia renum & cardiacam. Xylobal.lignum eſt balſa.quod eligendum eſt continuum non perforatum ponderoſum,& ſi gummoſum erit,melius erit, & eſt colligendum in æſtate.ſ.in fine eius,per annos.ii.ſeruari poteſt.Vinum decoct.addita aqua roſ. opitulatur cardiacis, & ſyncopizantibus.

Petroſelinum.Petroſe.ca.eſt & ſic.in.ii.gra.ſubtilem habet ſubſtantiam,uirtutem habet diureticam, & confortatiuam ex aromati.ſua.ponitur hic propter uitia renum,& ueſicæ,& matricis,& cardia.Petroſe. herba eſt, cuius ſemen ponĩt in medicinis,colligĩt in æſtate,diu põt ſeruari. Vinũ decoc.eius ſpãle remedium eſt contra ſtranguriã & dyſu.

Leuiſtici.Leuiſticum ca.eſt & ſic. in.ii. gra. ſubſtantiam habet ſubtilẽ,uirtutẽ diureticam.Leuiſti. eſt herba cuius ſemen ponendũ eſt in medicinis,colligitur in æſtate, diu põt ſeruari.Vinũ decoc.multum ualet ſtrangu.& dyſu.

Rutæ. Ruta ca.eſt & ſic.in.iii.uel.iiii.gra.ſubſtantiam habet ſubtilem,uirtutem habet diureti.& diſſolutiuam, & conſumptiuam,ponitur in hac medicina propter apo. epi. paralyſim,arteticam,propter uitia renum & matricis.Ruta herba eſt cuius ſemen eſt ponendum in medicinis,cum ſimpliciter inuenitur ponenda eſt ruta hortenſis, colligitur ſemen cum ſuis foliis uel folliculis, & ſic diu poteſt ſeruari. cum ponitur in medicinis,folliculi remouendi ſunt. Ruta trita & bene piſtata,& cum puluere cimini mixta, & cum uitel.oui.mirabiliter abſtergit oculum à ſanguine coagulato in eo exiſtente,ruta diſtẽperata cum ſucco mentæ,uel cũ ſuco proprio naribus immiſſa epi.curat. Item ſi in proprio ſuc.temperetur,per.x.dies & noctes detur epileptico.

De ſinone De carui.

Sinoni.Sino.eſt ſemẽ petroſel.agre.eiuſdem uirtutis eſt cũ domeſtico, & propter eaſdẽ cãs in hac medicina ponĩt. Carui.Carui ca.& ſic. eſt in.ii.gra. ſubſtantiã habet ſubtilẽ, uirtutem diureticam & cõfortatiuam,ponitur hic propter uitia capitis,hepatis,& renum,matricis, cardiacæ. Carui herba eſt cuius ſemen ponendum eſt in medicina hac,colligitur in æſtate,diu poteſt ſeruari, eligendum eſt non puluerizatum. Puluis carui facit os bene olens, & digeſtionem iuuat,carnes eo aſperſæ fiunt boni odoris.

De amomo.

Amomũ. Amo.ca.& ſic.eſt in.ii.gra.eiuſdem uirtutis eſt cuius carui,ſemen eius eſt medicinale, diu poteſt ſeruari. Puluis amomi trypheræ magnæ mixtus,& ſuppoſitus menſtrua prouocat,uinum decoctionis eius idem facit.

De dauco

Dauci.Daucus alius creticus alius aſininus. Semen cretici ponẽdum eſt in medicinis,idẽ intellige de dauco,quod de petroſelino.Omniũ.ʒ.i.s.an. quia iſta in maiori quantitate ponuntur quàm prædicta ſuperius dictum eſt, lignum aloes ponitur in maiori quãtitate quã infraſcripta propter maiorẽ indigentiã,alipta propter eãdem cauſam. Rheubarbarum & opopanax,ſpica,galanga,eryngium, roſæ,& ſimilia propter ſimilium modicam appoſitionem.

De caſtoreo.

Caſtoreum. Caſtor. ualet ad omnes paſsiones contra quas ualet aurea: ſulphur uiuum, radix mandrago.tragacanthum.reprimunt acumen: peonia, & ſequentia ſimilia propter debilitatem ſuæ uirtutis.

De auro.

Auri. Aurum dicitur temperatum in caliditate, ſubſtantiam habet craſſam,uirtutem habet purgandi, & extenuandi ſuperfluos humores, corpus à fumoſo humore releuat, capſulam cordis in ſuperfluitate medi. purgat. ponitur hic propter cordis paſsionem,limatura auri poni debet in hac medicina,ſed cauendum eſt ne cum limatura loco ipſius ab apothecariis cuprũ apponatur, limatura auri in cibis exhibita corpus à corruptione lepræ præſeruat,mentem cõfortat,coctura ex auro facta utilis eſt,quia in ea nõ naſcitur cãcer,uel eryſipelas,uel fiſtula. Epilepſiam in principio datũ curat,diu poteſt ſeruari.

De argẽto

Argentum.Argen.frigidum eſt, temperatum in humiditate,craſſam habet ſubſtantiam,uirtutem confortatiuam,& phlegmatis mundificatiuam. Argentum in aurea ponendũ eſt purum,argentum ualet ad quod & aurum, minus tamen ponitur in hac medicina, ut contra operetur quibuſdã ſpeciebus quæ uiolenter diſſoluunt,ut euphorbium,lamina argentea cocturæ impoſita fœtorem remouet.

De margãritis.

Albarum margaritarum.Margaritæ frig.& ſic.ſunt in.iii. gra. craſſam habent ſubſtantiam, uirtutem confortatiuam. Margaritæ ambæ ponuntur in hac medicina propter eandem cauſam propter quam ponitur argentũ, cordiacis medetur.Ambæ margaritæ in tranſmarinis partibus inueniuntur,in ſuperiori parte Indiæ,in uentre cuiuſdam piſcis qui ſimilis eſt conculæ marinæ, qui etiam habet in ſuperficie lanam molliſsimam,quæ dicitur melotida,quæ ualet ad dolorem aurium.Margaritæ in uentre illius piſcis inueniuntur loco ouorum,quando extrahuntur à piſce obſcuræ ſunt, & tunc dantur columbis ad manducandum,in quorum gutturibus depurgantur, quæ per tres horas ſeruantur in columba,& extrahuntur.Quædã artificioſe perforantur, ſed perforatæ,& non perforatæ eiuſdem ſunt efficaciæ, perforatæ tamen à motu perforationis aliquid caliditatis poſſunt acquirere. Sophiſticantur aũt cũ lapidibus, qui in uentre alterius piſcis inueniuntur, & loco earum ponuntur, ſed tamen tantæ non ſunt efficaciæ,ſed ita poſſunt cognoſci & diſcerni,quia iſtæ ſunt magis obſcuræ.

De blacta bizantia.

Blactæ.Blac.bizantia ca.eſt & ſic.mediocrem habet ſubſtantiã,uirtutem habet confortãdi,& abſtergendi, propter car.ponitur in hac medicina. Blacta bizantia eſt quædã ſuperfluitas,quæ inuenitur in ore, uel brancis cuiuſdã piſcis, qui bizãtium dicitur,quia bizantio ſimilis eſt in latitudine, & diu poteſt ſeruari. Puluis eius cum ſucco boraginis & aqua ro.commixtus,cardiacis eſt optimum remedium.

Os de corde cerui.

Os. Os de corde cerui quoddam durum eſt ad modum chartilaginis, quod inuenitur in corde cerui. Generatur autem ſic,uena quædam tranſmittitur à ſplene uſq; ad cor, per quam melancholia multa tranſit ad cor iſtius animalis, ipſumq; cor frequenter conſtringit. Vnde ceruus timidus efficitur,liquidiores & ſubtiliores partes melancholiæ conſumuntur caliditate,fœculentiores indurantur, & in oſsis tranſeunt ſubſtantiam. Ponitur in hac medicina ad melancholiam purgandam,purgat eam ratione ſimilitudinis. Os de corde cerui dicitur calidum à quibuſdam, quia per caliditatem generatur, ab aliis frigi. & ſic.quia melancholiam attrahit ſimilitudine ſua. Siquis aũt dicat ꝙ rõne conformitatis eam purgat, multo magis cibus melancholicus melancholiã purgare debet,quod falſum eſt,quia cibus melancholicus digeritur,& digeſtus aſsimilatur membris, unde potius melancholiam auget quàm purget. os autem de corde cerui purgat eam,quia ratione ſimilitudinis eam trahit, & quia non digeritur,ſecum ducit. Sophiſticatur cum chartilagine quæ accipitur in furcula pectoris ipſius cerui,uel hirci, & uix poteſt diſcerni. Os de corde cerui frig. eſt & ſic. craſſam habet ſubſtantiam,uirtutem confortatiuam, ſecundum quam ſpeciem confortationis confortare dicitur, ſpiritus reparando,humiditates reſtaurando, calorem naturalem confortando,partes conſtringendo,ſuperfluitates educendo.ſ.reparando ſpiritus, ut res aromatica, reſtaurando humi.ut uinum digeſtibiles cibi & ſimilia, & confortando colorem naturalem,ut quædam calida, conſtringendo partes,ut ſtyptica,educendo ſuperfluitates, ut medicina laxatiua.Confortare dicitur os de corde cerui quia purgat melancholiã à capſula cordis,ſed ponitur in aurea propter cardiacam paſsionem, diu poteſt ſeruari os de corde cerui.In maiori põdere ponitur in hac medicina quã prædicta, propter prædictam rationem,in maiori ponitur aurum quã infraſcripta propter maiorem efficaciam, argentum propter eandem cauſam,margaritæ propter debilitatem ſuæ uirtutis,blacta bizantia,os de corde cerui,propter ſimiliũ modicam appoſitionem,uel propter maiorem neceſsitatem.

De limatura eboris.

Limaturæ.Lima.eboris,ebur fri. eſt & ſic.craſſam habet ſubſtantiam & ponderoſam, uirtutem confortatiuam, ponitur hic propter cardiacam, propter fluxum ſanguinis, & propter conſeruationem aliarum ſpecierum, conſtringit enim fumoſitates ſpecierum fumoſitate ſua retinendo, ne fumando uirtus earum euaporet.eligendum eſt ebur, quod albius poteſt inueniri,lucidum,clarum,& ſine medulla. Sophiſticatur ex limatura aliorum oſsium, quod uix aut nunquam poteſt diſcerni,debemus autem coram nobis facere limare. Pul.eboris naribus inſufflatus fluxum ſanguinis narium reſtringit.

Calamus aromaticus.

Calamus.Cala.aroma.ca. eſt & ſic.in.ii.gra. ſubſtantiam habet ſubtilem,uirtutem diureticam, confortatiuam,conſtrictiuam,ponitur hic propter uitium renum & matricis. Eſt autem radix fruticis, debet eligi perforata in longum, & contra latum & ſine medulla,ſit leuis & pulueriżata cum frangitur radix uetuſtate, debet autem eligi aliquantulum ponderoſa & continua,in colore ruffa, in ſapore acuta. Vinũ decoct.eius confortat ſtomachũ & digeſtionẽ, adiuuat cardiacam,& nephreticos curat,p.iii.annos põt ſeruari.

Pyrethrũ.

Pyrethrum. Pyret.ca. eſt & ſic.in.iii.gradu, calefacit & deſiccat,ſubſtantiam habet ſubtilem, uirtutem diureticam, diſſoluit & conſumit.Ponitur hic propter epi.cephaleam, propter aſthma & tuſsim, propter uitia renum, & paralyſim,febrem quartanam,& alia diuretica,propter has cauſas ponitur in medicina hac.unde opiatæ diuidendo coagulant humores, & expellunt feb. per urinam licet uentrem conſtringant.pyrethrum radix cuiuſdam herbæ,quæ in calida & frigida regione inuenitur, ſed in calida minoris eſt efficaciæ.eligendum eſt quod eſt craſſum continuum & põdero-

derosum,quod ori appositum quadā pōticitate linguā mordet.per tres annos seruatur. Pyrethrum cōmasticatum mirabiliter phlegma educit, & cerebrum depurādo cōfortat. acetum decoctionis gargarizatum deficcat vuam humorosam,& hoc maxime,si addatur rosæ ebur. In aurea ponitur in maiori pondere quàm prædicta, propter maiorem indigentiam,calamus aromaticus propter similitudinem simul, nec pyrethrum propter intensionem caliditatis.

Mel. Mel quod sufficit.Mel diuersis causis in hac medicina ponitur,propter conseruationem specierum, ut amaritudinē, & horribilitatem quarundam specierum temperet, nisi.n. multa antidota,conficerentur cū melle, non solum horribilitatē linguæ, & cæteris membris inferrent,qua non ab eis attraherentur,sed ab eis expellerentur, operatur enim idē mel in medicina, quod esca in hamo. Membra cum dulcedine mellis amaritudinem attrahunt, unde depurantur & confortantur.

Cum aūt mel ponitur in medicinis sic est præparandum, ponatur ad ignē quousq; bulliat,& tūc deponatur ab igne,& spuma dimittatur residere aliquantulū, postea despumetur non solū per caciā,sed per pannū coletur. Cum aūt uolueris puluerem admiscere,non sit multū cal.quia eius calore species corrumperentur. Mel diuersis est modis, est.n. mel castaneū,quod aliquantulū amaritudinis habet.s.quod fit uel in uase de illa arbore facto, uel quia apes istud operātes floribus castanearum uescuntur, & illud uehementius operatur in medicina, sed propter amaritudinē non ponitur.& aliud est dulce ſm pastum apum. In ca.medicina,ponēdum est mel ruffum in frig.album tali proportione, si uis facere magdaleones in.i.li.pul.pone.i.li.mellis, si uis facere in liquida forma sine magdaleonibus in lr. pul. pone.iii. li.mellis. Nota quòd in magdaleonibus diu non potest seruari, quocunq; modo conficiatur, non debet seruari ultra v.an.dosis enim est.unc.s.secundum modernos, uel melius est.unc.iii.uel.ii.tantum,quia plus mellis antiqui. Mel casta neum.

Cōficitur sic post electarū specierū ſm cōpetentē doctrinā & cognitionem, & cōpetentē cribellationem limaturæ auri,& argenti,ponderatæ mittēdæ sunt cum puluere margaritarum,deinde pars prædictarū specierū immittenda est cū prædictis, & indesinenter debent moueri & cōmisceri. Iteē admiscendum est amplius quousq; pars puluerum sic semotim misceatur cum prædictis limaturis, & cum puluere margaritarum, donec mixtū sit per minima, cū su. puluere specierū,deinde indesinenter debet duci, modo de puluere,modo de melle apponendo,& iterum admiscendum est de pulueribus amplius, quousque media pars pul. sic semotim commisceatur. Iteē bulliat mel & bene despumetur, & reliqui pulueres admisceantur, tamen quandoq; crudū apponitur,non ex causa conseruationis sed putrefactionis.

Cognitio mellis decocti aquosi hæc est,gutta super marmor posita nō diffunditur sed colligitur,tunc deponatur ab igne,& in.ii.gra.calidū est,puluer̄es supponendi sunt,ut in i.li.puluer̄is ponantur.iii.mellis,tunc inferenda est terebinthina ad maiorem conseruationem, uel quod melius est in prima cum melle distemperetur per se terebinthina, post apponantur alii puluer̄es,& si habueris balsamum & appones,multo melius erit;quod sic apponitur.In particula mellis,dissoluatur balsamum semotum in uase mundissimo, & sic diligenter dissolutis melli admisceatur,melle tamen existente cal.aliter enim tàm balsamum quàm specierum uirtutes deperderentur,ultimo appones pul. sed paulatim,& cū pistello sine intermissione ducendi sunt, quod in oībus medicinis faciendum est,ut melius incorporentur, sed in hac præcipue ne pul.auri & argen. petant fundum, sed per minima misceantur. Conseruantur aūt effectu suo per.vii. annos, & si infra hoc spatiū ex alio accidenti deficeretur & indurescat in.i.li. medicinæ ponatur.ʒ.i. mellis despumati, & bene reducatur ad modum proprium lib.ii.sic,in mortario pone medicinā,& prius tere cum pistello, & postea cū melle despumato & temperate ca. paulatim distempera. Detur eunti dormitū cū uino cal.℞.cinna.folii,zedoa.zinzibe.costi,cora.casieli.euphor.tragacā.styra.saliunce,meu, carda.sese.napi, saxi.ane. ana.ʒ.i.ligni alo. reupon. aliptæ, casto.spi.galan.opopa.anacar. masti. sulphur. peoleryngii, E ro.thymi,acori,pulegii,ari.lon.gentianæ, corticis mandra, chamedry.fu,baccarum lau.amomi, petrose.semi.leuisti.semi.ru.sinonis.ana.ʒ.s.auri,costi,argenti, ambarum margaritarum,blactæ bisantiæ, of.de cor. cer. ana.ʒ.ix. limaturæ eboris, calami aroma. argenti,pyrethri. ana.ʒ.viii. mellis quod sufficit.detur in modum auellanæ eunti dormitum cū uino calido.hoc facit ritus.

A Drianum dictum est, quòd ab Adriano Imperatore Romanorum compositum fuit,ualet proprie ad omne uitium capitis ex frigiditate, et ad grauedinē oculorum,et obscuritatem, contra hemicraneam datur cū uino calido ubi cocta sit saluia in sero,in modum auellanæ: detur etiam quartanariis cum decoctione gentianæ,uel origani, ante horam accessionis:datur etiam accipitri lapidē habenti. Sed homini habenti lapidem detur cum uino in quo decocta sit saxifragia, uel milium solis. decima pars confecta est lib.i.

F *Reci.opii thebaici.ʒ.iii.casiæ ligneæ,hyoscyami,amborum ana.ʒ.ii.et scrup.ii.et.s. euphorbii, leucopiperis, ana drac.ii.et gra.vi.et tertiam partem unius grani, seseleos, semi:apii,ana drac.i.et scrup.s.et gra.ii. folii origani,trag. ana.ʒ.i.opobal.petroselini,macis, styracis cala.zingi.xylobal.cyperi,carpobal. macedonici, ana drac.i.minus gran. vi. seminis marathri,scrup.ii.et gra. viii. calami aroma. scrup.ii.et gra.ii.cinnamo.croci,costi, reupōtici, pyrethri, acori,dauci cretici,anisi an.drac.s.et gra.vi. castō.drac.s. sera pi.myrrhæ,rosæ,cardamomi,amomi, rutæ agrestis,seminis ameos, ana scru.i.et gran.iiii. casiæ fi. scrup.i.. Alii addunt lilifa.drach.i.mel,quod sufficit.*

G A Drianū antidotum.i.cōtra datum, Adrianum ab inuentore,ualet contra oēs morbi desperationes uel mortis sub.quæ fiunt ueneno interius sumpto, uel exterius illato,uel ex ea quæ fit ex superabundantia frigidi humoris,ut ex spasmo de repletione ex frigida cā rheumatis,ut in epilepsia,apoplexia, & ex indignatione neruorū, ut in paralysi:diuersificatur aūt usus sumendi ſm diuersitatē morbi. Contra uenenū interius sumptū detur cū uino decoctionis dictami,& cicoreæ, contra uenenū exterius illatū,ut morsum canis rabidi, uel reptilis superponatur distēperatū cū suc.mentæ,contra abundantiā frigidorum hu.fiat unguentū de adriano,& scarabeis.i.echarbed,qui inueniūtur inter pannos, & inter libros simul contritis & cōfectis cū petroleo,& adriano,inde ungatur patiens in balneo,uel si tale balneū uel oleū nō habes,obruat simo caballino,post inunctionē ad solē uel ad ignē detur eisdē cū uino decoctionis piperis,cōtra epilepticos,& apo.cū uino decoctio.peoniæ,fiat ēt frictio palati ex eo,immisso cum inter dentes,& iniiciatur per nares, cū suc.mētæ uel ru.distemperatū detur epilepticis,& melācholicis cū decoctione costi, & si detur cū decoctione senæ, & castorei melius erit. Cephalagicis detur cū uino decoctionis nucū muscatarū,contra indignationē neruorū cum decoctione olibani. Scotomicis, si scotomia sit uitio cerebri detur adrianū cum uino decoctionis garyophyllorum,fiat eis emplastrū ex adriano, & puluere garyophyl.nuc.musc.olibano,& oleo mustellino. Hepaticis,contra uitiū hepatis ex frigiditate,ut hydropis detur cū uino decoctionis petrosselini,apii,asparagi, fœniculi, bruscisi est uitium hepatis ex apostemate præcedenti sanioso, ad sanē mundificandā,da pilulas factas ex adriano,& puluere myrrhæ,terræ electæ,masticis, bdellii. Spleneticis cum decoctione capparis:præcedētibus tamen mollificatiuis,ut althęa,butyro, & purgatione cōpetenti. Nephreticis cum decoctione xylocassiæ,præcedēte usu abracem duobus uel tribus diebus,& strangu.cum decoctione milii solis, & seminis citrulli,quia diuretica sunt, & mundificāt præcedente benedicta, quia materia in uiis urinalibus existens posset indurari, si prius daretur. Calculosis cum apozimate saxifragiæ, uel quod melius est, fiant pilulæ ex adriano cū lapide lyncis,saxifragiæ,milii solis, sanguine hirci uetéris diu foliis hederæ pasti,uel fiat eis tale emplastrū, quod etiam stranguriosis ualet. Accipiantur cimices in magna quantitate,terantur & coquantur cum oleo,resoluantur cū adriano,fiat emplastrum,superponatur pectini.

Colicā patiētibus de phlegmate uitreo,iniiciatur adrianum cum aqua salmatina per clyster,diureticis præcedentibus,& mollificatiuis,si fiat de cholera non detur.detur etiā prædictis cum uino decoctionis cimini,& castorei ad bibēdum. Periodicis febribus interpolatis febricitantibus de phlegmate naturali, uel uitreo ante horam accessionis cū uino decoctionis,pigani. Tertianariis de cholera uitellina cum aqua tepida.Quartanariis,quando datur quartanariis, accipe herbas calidas,& coque in aqua quæ ponantur in stufa,sedeat patiens,ut sudet, & recipiat adrianum cum uino decoctionis pigani cum calida. Quidam dicunt quod si in ore uel aure galli à serpente morsi mittatur adrianum, statim liberabitur,sic etiam fit in nobis. quomodo autē debet dari contra uenenum interius & exterius sumptum dictum est superius.ℜ.opii thebaici propter fluxum humorum à capite descendentium.Xylocasiæ contra uitia renum, & ueficæ,& matricis,& cōtra cardiacam.euphorbiū,contra epilepticos,apoplecticos,arteticas paralyses. Leucopiperis cōtra uiscosos humores ad dissoluendum.

Hyoscyami contra rheuma,contra dolorem dentium,cōtra fluxum sanguinis,per anagogen, & diabrosim. Contra rheuma ponitur,quia poros constringit, ex quorum cōstrictione cessat fluxus. Seseleos contra uitia renum & uescam,& matricis.

Apii semē Apii semen calidum est & sic.in. ii. gra. uirtutem habet diureticam,extenuatiuam,dissolutiuam uentositatis,cōtra uitia renum & ueficæ,& matricis, & colicam, hic ponitur apium contra uentositatem,quia medicinale est.cū inueniatur apium simpliciter commune tantum intelligendum est, non apium risus,non raninum,nec apium hæmorrhoidarū: & etiam debet intelligi semen,& non radix, & non folia. per.iii.an.potest ser.non sophisticatur, uinum decoctionis eius uentositatis tortionem dissoluit. folium eadem causa ponitur hic,& in aurea.

Origanū. Origani tragacanthi,opobal.cyperi,carpobalsami,se.peC roſe.macedonici: & etiam petroselinū Alexandrinū uirtutem habet dissolutiuā,& diureticam.ponitur hic contra uitia,& dolorem stomachi,& eisdē causis,ut apium,renes, & uesicam purgat à superfluis humoribus,quod potest cognosci,quia cum comeditur,urina mingitur spissior,& hu. plena,sicut qui cretanum comedunt. per. v.an.serua.

Marathrū Marathri.ca.est & sic.in.ii.gra.idem facit quod petroselinum,quando ponitur per se intelligendum est de semine: uirtutem habet diureticam consumptiuam crassæ uentositatis,& præterea digestionem confortat, contra rheuma renum,& ueficæ hic ponitur,uinum decoctionis eius stomachum iuuat.per tres an.ser.post prādium comestum,medetur acidis eructationibus quæ sunt ex indigestione.

Reupōtici cau. Reupontici.ca.est & sic.in.ii.gr.herba est quæ in trāsma rinis partibus inuenit,habet uirtutem ex aromaticitate diu reticā,cōfortat,ex stipticitate cōdensat. Eligenda est rufa, in substantia solida, quæ cū frāgitur habet quasdā uenas interius,& est simile rhabarbaro,subamarū in sapore propter splenetica passionem ponitur hic & colicā,renū & ueficæ. D uinū decoctionis eius digestōnem iuuat.seruatur per.ii.an.

Sagapenū. Pyrethri,acori,sagapeni,ca.& sic.in.ii.gra.gū. est arboris quæ eodem nomine dicitur sagapenū: uirtutē habet confortatiuam,attractiuam,& consumptiuam.ponitur hic propter cephalicā,& epi. Eligendū est subrufum clarū, & cui paleæ non siat admixtæ uel lapilli.Si autē liquefiat,& colatur,supposituū menstrua prouocat,& educit.ser.per.iii.an.

Myrrhæ,ro.amo.rutæ agre.ruta.ca.est & sic.in.iii.gr. uirtutē habet diure.dissolutiuā & confortatiuā.ponitur hic cōtra cephaleā,epi.para.propter uitia re.& uesi.cū inuenitur pigani semen debet poni,& cum inuenitur.ℜ.rutæ agre.folia rutæ,agre.ponēda sunt folia rutæ debent colligi qñ flores producit,qui tūc plus ualent.ultra an.non serua. succus rutæ epi.ualet nari imissus,purgat.n.cerebrū à phlegmate.

Ameos fi. Ameos dictum est.Casia fi.ca.est.& hum. circa primum gra.sanguinem depurat,membra confortat, contra tertianam & quotidianam hic ponitur,quia depurat humores, & præparat,fructus est arboris ultra mare.Æligenda est in colore rufa,in substantia crassa,ponderosa, quæ dum concutitur grana non sonant interius.sophisticatur sic, cum inuēta sit leuis cooperitur in arena,ut ibi humiditatem,& ponderositatē accipiat,quod sic cognoscitur, quia humiditas multum aquosa intus reperitur,per.iii.ano.serua. quando ponitur in medicinis fine cortice debet ponderari, quando ponitur in decoctione cum cortice. mel quare apponitur diximus,& mel quod sufficit.

A Charistum sine munere interpretatur, & proprie datur contra catarrhum, & contra omne uitium pectoris ex frigiditate,maxime asthmaticis,arteticis,tussientibus,confert fluxum patientibus phlegmaticū per os datum in sero cum uino albo calido.sexta pars confecta est lib.i.

Recip.costi,chalbani,opij,phœnicon indum, hyssopi, selini,ana.ʒ.i.spicæ,croci,coralli,xylobal.casiæ fi.xylocassiæ calami aro.reupon.myrrhæ, styracis calami. opopanacis, bdellij,ammoniaci,olibani,cicidon,spicæ celticæ,abrotani, acori,assari,brathyos,roris syriaci,scillæ,diaphnidon,pyrethri,ammo.anisi,psyllij,ozimi,dauci,leuistici,marathri,meconis,melāpiperis,macropiperis,leucopiperis, floris syriaci,ana scrup.ii.elenii,scrup.i.&.s.bellebo.ni.zing.an.scru. i.mel quod sufficit.sumatur cum uino calido in sero.

Additio.

A charistum sine munere interpretatur nisi prius mercedem acceperis.Et istud est magnum quod est admirabile,ad differentiam parui,ut uult Nicolaus in magno antidotario, i quo habet has duas descriptiones, magni.ſ.& parui, ualet contra catarrhum,& omne uitium pectoris ex frigiditate, hoc est contra humores frigidos pectus rheumatizātes, & spūalia grauātes.Maxime asthmaticis,& est asthma, ut uult Aui.xiii.ægritudo pulmonariis.cum qua patiens non inuenit excusationē ab anhelitu frequēti,sicut est anhelitus quo laborat prefocatus,& festinatus. Et cōueniunt ista quatuor noīa in hoc q̄ significant malitiā anhelitus.ſasthma,dyspnia oregmon,& orthopnia,propter defectum contingentē ex mēbris spūalibus principaliter. Sed differunt, quia dicitur asthma quādo cadit peccatum in expiratione,& est sine sono,& cum tussi parua:oregmon uero dicitur quando sonus est plurimus in anhelando:orthopnia dicitur quādo est peccatū in inspiratione,expiratione,& sonitu:dispnia uero est sine sonitu.ualet etiā arteriosis.i.illis qui detrimentū patiūtur in trachea arteria ut rauci,& sic ualet contra raucedinē ex frigido humore causatam,uel propter descēsum frigidi humoris ad tracheam arteriā.Tussientibus ex descensu frigidi humoris ad partes pectorales.Contra fluxū patiētibus phlegmaticū per os datum cū uino calido albo.i.contra humiditatē salualē superfluā,& abūdantē per os datū. Etiam Nicolaus in magno antidotario dicit ipsum ad plures alias infirmitates ualere,ut ad ſtōi debilitatē,& uomitū ab humore supple phlegmatico cātos.Ad hepar ex uētositate splenis distemperatū,& splenē ex longa infirmitate tumentē, hoc est inflatū,pleureticis,iliosis,nephreticis, stranguriosis peculiariter medetur,& oībus uenenatis morsibus obsistit.

Phœnicō. Simplicia quæ hic sunt declaranda nunc declarabuntur. Primū est phœnicon indū,& per phœnicō indū, intelligit hic cōiter dactylus q̄ ex India affertur,nā phœnicon græce dactylus latine. Isidorus Græci palmam phœnicem dicunt eo q̄ diu duret ex nomine auis phœnicis quæ multis annis uiuere perhibetur,sed in libro de doctrina Græca scribitur phœnicobalanus dactylus. Aliqui tamen intelligunt per phœnica tamarindos, & dicuntur proprie oxyphœnices.i. acetosi dactyli qui fructus ex India deferuntur: & ideo aliqui textus loco phœnicon indi habent tamarindi.Secundū simplex,quod nunc est declarandum est selini, & per selinū intelligendum est apium, hoc est semen apii, nam selinum Græce apium latine dicitur,inde petroselinū, id est apium petræ,nonnulli tamen textus habent semen lini, quod satis est consonum,ut satis uidetur per utilitates ipsius achaSelinum.

risti. communiter tamen reperitur selini.i. se. apii.

Cicidon. Tertium simplex,est cicidon,& est cicidon galla, nam ci cidō,uel cicis Græce est, galla Latine,& sic reperitur apud Dioſc.cap.de cicidos.Gal.vii. simplicium dicit cicis,id est galla quam quidam omphatia nominant.

Brathyos. Quartum est brathyos,& est brathy Græce,sabina Latine de qua Serapio in cap.de iunipero dicit.sed sabina est illa,quæ dicitur brathy. Plinius inquit sabina herba brathy appellata à Græcis duorum generum est,&c.

Ros syriacus. Quintum simplex, hic declarandum est roris syriaci, & est ros syriacus secundū compoſitorem flos orni,sed non dicit quid sit ornus,sed secundū rei ueritatem ros syriacus est sumach,nam uide q̄ ubicunq; in libris de Græco tranſlatis habetur ros syriacus,in arabicis in eisdem locis habetur sumach.Nam apud Dioſco.cap.de origano, ubi est ros syriacus in Serapio. eodem loco ex uerbo Dioſco. est sumach. idem in cap.de porro,ubi habetur tuſo cum rore syriaco,in Serapione habetur sumach. Sextum simplex, hic declarā

Daphnidon. dum est daphnidon,nam daphne Græce, laurus latine dicitur, inde daphneleon, id est laurinum oleum, & sic hic per daphnidon baccas lauri intelligimus.

Mecon. Septimum simplex,est mecon quod est semen papaueris secundum Gal.vii. simplicium . Dioſco. de meconio ca.facit,& est idem.

Heleniū Octauum simplex, est helenium, & est secundum compoſitorem enula campana, & apud Dioſco. uocatur helenium , multi symphitum uocant , alii blatum, alii phlomum falso supple . Latini autem enulam uocant, folia habet phlomo similia angusta , & mollia , & oblonga non creſcentia in altum , sed super terram late expanduntur,radix est illi ingens, & odorabilis , & rufa , & uescida, gustu non suauis, frutex est illi similis lilio tirsum habet album,in cuius summitate flos est auroſus,montuoſis, & umbroſis nascitur locis,& humidis , & in hortis. hæc sunt quæ hic pro nunc declarabuntur,alia satis nota sunt etiam alibi pluries declarata. Iſta opiata raro in uſu habentur,unum simplex dimiſſum est indeclaratum , & est flos syriaci quod est,ut uolunt aliqui flos maluæ,alii dicunt quòd est flos biſmaluæ , cape quem uolueris , quia parum adinuicem differunt.Summa medi.est res.xlvi.

Athanaſia,id est immortalis proprie ualet ad fluxū sanguinis mulieris, datur cum ſucco plantaginis qui ſuccus debet prius duci ſuper lapidem molarē cum lapide hæmatite tandiu donec in ſanguineum colorem uertatur,& cum tali ſucco diſtemperata medicina detur , & eadem bombice intincta,& ſæpius in uuluam miſſa,ſanguinem conſtringit, hoc quidē facit humoptboicis cum tali ordine diſtemperata, et naribus attracta flu.ſan.nariū ſiſtit.Sexta pars confecta est lib.i.

Recip.cinna.caſſiæ ſi.ana drach.iii. & gran.viii.croci, ſchinanthi,ſtyracis calamitæ,ſu.ſileris,hyoſcya.apii,dauci,aniſi, betonicæ,opii,ana drach.i.&.s.& gran.iii.ſpicæ, folii, caſtorei,myrrhæ , lapidis hæmati.ſang. draco.coralli rub. mumiæ.coſti, boli, charabe,ſymphiti, lemnias, aſſari, acori,corticis mandra,polii,baccarum lau.meu, macropi. leucopi. petroſe.ana drach.s. mellis quod ſufficit.doſis eius est drach.iii.cum ſucco plantagi.propinata lientericis,dyſentericis,& ad diariam ualet.

Sūma medici.ē res. 35.

Athanaſia Thanaſia dicitur immortalis,quia hominem ab impetu mortis liberat , facit ad dolorem capitis factū à rheumate data cum decoctione olibani præcedēte generali purgatione contra dolorem oculorum: tunc debent pilulæ de athanaſia formari cum puluere olibani,& teneri sub lingua,ut fumoſitas reſoluta petat cerebrū & cōfortet neruos eius,& fluxum cohibeat , fiat emplaſtrū ex athanaſia mace,& olibano,& albumine oui,& fronti, & temporibus apponatur.

Ad dolorem dentium si fiat uitio ſtomachi detur cum aqua tepida , quia reprimit fumoſitatem à ſtomacho aſcendentem ad dentes.Si fiat uitio superiorum,fiat emplaſtrum quod diximus in dolore oculorum. Stomatichis, & cibos non digerentibus non debet dari , licet in antidotario reperiatur, quia aliter à primo inuentore fuit compoſita quā modo fiat: tunc enim erat satis ca.modo est fri.per ſpecies appoſitas & temperata , ſanguinis fluxum cum suc. pentaphylli ſtringit,uel quod melius est lapis hæmatites cum suc. plantaginis super cutem fricetur donec ſuccus rubeſcat,& cum eo athanaſia diſtemperetur,in eo ſucco bombax intincta ſanguis anatropin,id est fluxum per ſubuerſionem, anagogen,siue diabroſim ex pectore uel pulmone , uel hepate cum tuſsi frigida curat.

Nota triplicē fluxum ſanguinis per ſubuerſionem, illū.ſ. qui fit per ebullitionem cum petit ſuperiora, & uenas abrūpit,& fit fluxus per diabroſim.i.per reſudationem, per anagogem notat ſanguinis omnimodum fluxum,tam per ſuperiora quā inferiora ſm diuerſitatem membrorum.vnde uariandus est modus exhibitionis.Si fluit ſanguis ex ſpiritualibus dandæ sunt pilulæ de athanaſia, & puluere penidiarū, ſed quia sunt conſtrictiua pectoris tuſsim incitant.unde fit maior fluxus ſanguinis , ſtatim lenitiua sunt exhibenda , ut aqua decoctionis tragacanthi,gummi ara.liquiritię.Si à naſu triuis fluat ſanguis danda est cum suc. plantaginis , per inferiora per clyſtere iniiciatur cum eodem suc.fiat etiam emplaſtrum ſuper umbilicum & renes ex athanaſia , maſtice, olibano, ſangui. draco.bolo,& alb.oui cum modico ace.& ſale, menſtrua conſtringit cum uino decoctionis uerbenæ. Est & alius potior uſus in uino decoctionis geneſtellæ,uel biſtortæ,uel ſucco plantagi. cōtra ſuffocationem matricis, non iniecta, non ore recepta , ſed ſupra carbones ponitur, & fumum per os & per nares recipiat: habet enim fumum horribilem quem nerui ſentientes abominatione concutiuntur , quo motu mouetur matrix ad inferiora . Contra gonorrheā cum ſtyptico deco:bdellii & caſtorei , fiat emplaſtrum ex athanaſia,& duobus prędictis cum ſucco alicuius herbæ ſtypticæ & frigidæ,& apponatur pectini, & pudi bundis addita acreſta,uel aceto . Contra diabetē cum aqua ro.fiat emplaſtrum ex athanaſia , & ſandalis alb. & rub. & ro.ſuc.ſemperuiuæ,& apponatur renibus, & lamina plumbea minutatim perforata ſuperponatur. Omnibus uitiis uteſicæ detur cum puluere cimini,uel cinnamomi,cœliacis cū uino decoctionis olibani,& maſticis. Colica cum aqua in qua tragacanthum infuſum ſit. Nota quod quando colica paſsio est de phlegmatico humore uiſcoſo non debet dari athanaſia, ſi fiat de rheumate , uel calida cauſa, poteſt dari dyſentericis cum decoctione alipſei, id est gallæ, herba est quæ iuxta riuos, & in riuis naſcitur . Nota , dyſentericis non est danda,niſi præcedat generalis purgatio myrobalanorum citri.cum aqua roſa. uel aqua pluuiali, ſed præcipue debet dari cis , ſicut prædictum est de fluxu ſanguinis per anagogen,lientericis cum decoctione balauſtiæ,præcedente purgatione cum decoctione agarici, polypodii,& interiore colocynthidis. Nota , mithridatum ſpecialiter cura est lientericorum aperta, antequā in ſpecialibus confirmentur,ualet athanaſia cum aqua infuſionis traganthi poſt confirmationem non ualet , epithimetur exterius cum ſucco corrigiolæ,uel ſemperuiuæ , bonum est , ſi exterius fit apoſtema,quia repercutit.his qui uenenum receperunt , datur cum melle,ut mundificet,cum oleo,ut uomitum prouocet, poſt uomitum ſero detur athanaſia cum decoctione ariſto. uel dictami, gentianæ: & tunc uomitus non prouocetur.à ſerpente,uel ab animali uenenoſo morſo cum prædicta decoctione ſupra morſum cataplaſmetur.℞.cinna. ad fluxum cohibendum etiam confortat caſsia fiſtu.licet laxet non ponitur hic ad laxandum,ſed ad depurandum.

Schinanthi.ca.& ſic.in.ii.gra.dicitur autem palea cameloru in ægypto,& in arabia cōis est cibus camelorū, uirtutem habet diure.conſumptiuam,attractatiuam,ponitur hic propter dolorē dentium & neruorū,quia confortat, quāto albius melius,non ſophiſticatur, cum ponitur in medicina, abiice illud lene quod est exterius,& fuſtes,ſi qui ſunt interius.per.iii.an.ſeruatur.aqua decoctionis eius phlegma diuidit & purgat.ſtyra.calam.fu,ſe.hyoſcyami, opii,diximus ſupra,ani.apii,dauci,ſimiliter opii , ſed nota q̄ ponitur hic propter uitiū pectoris & hepatis,& aſpa renum,ſi ſanies ibi ſit ex aliquo apoſtema per iſtam medi.mundificatur.

Spicę,folii,caſtorei,myrrhæ diximus ſupra.Nota,caſtoreum, & opiū ponitur hic propter gonorrheā , ut caſtoreū ſua ſic.ſperma deſiccet,opium ſua frigiditate condenſet.

Hæmatitis fri.& ſic.est lapis qui in trāſmarinis partibus inuenitur.pręterea propter fluxum ſanguinis undecunq; ſit diu ſeruatur.lapis iſte tritus cum ſucco plantaginis,& naribus immiſſus fluxum ſanguinis narium reſtringit.

Bolus.fri.est & ſic.in.iii.gradu , terra est quæ in armenia reperitur, unde bolus armenicus dicit,inuenitur & in aliis regionibus,ponitur ad quemlibet fluxum reſtringendū,eligendus est in colore rufus qui alterius terræ non habet admixtionem,non ſophiſticatur,diu ſerua.in cibis & potibus datur cum ouo ſorbili,uetus fluxum ſiſtit.

Sāguinis dra.ſuc.est herbæ,aliqui dicūt, q̄ gūmi est fructi cis,quia fuſtes cū eo inueniunt admixti, est frig.& ſic.in.ii. gra.ponitur hic maxime pp fluxum ſan. per inferiora , ſed quia ſophiſticatur ille debet eligi qui cū frangitur colorem habet ſanguineum , & lucidum in ſubſtantia , diu ſeruatur, puluis eius in cibo & potu datus ſtringit ſanguinis fluxum.

Charabe uenix uel inuernix,idem est,gummi est arboris ca. & ſic. temperate contra fluxum ſanguinis hic ponitur, & sunt tria genera uernicis , craſſum ſubtile , & confectum cum oleo , & gummi uernicis fit quo clypeorum pictores utuntur,& illud non paratur in medicinis, quando inuenitur in receptis,charabe craſſum est intelligendum,quando ſinirnix ſubtile, non ſophiſticatur,diu ſerua.eligendum est in colore clarum.

Symphitū Symphitum,conſolida maior est,ſed proprie ſymphitum dicitur,radix eius ponitur propter fluxum ſan.& uentris & menſtruorū,eligendū est habēs ſubſtantiā non leuem , non perforatā,per.v. ann.ſerua. puluis eius datus in cibis ualet contra fluxum uentris,ſuppoſitus contra fluxum menſtruorum,fomentatio de ipſa herba ualet contra reten.menſt.

Vide an hic expoſitor decipiatur , ca.est ſic. in.iii.grad. uirtutē habet attrahēdi & conſumendi,& est uena terræ in Græcia,& in occidēte,eligendū in colore clarum,quod cū frangi inuenitur foliatū illud bonū est. Illud aūt optimum est quod est clarū,& minutū,non ſophiſticatur,ponitur hic propter uitia capitis & pectoris,ut eius caliditas repugnet frigiditati opii, per multū tēpus ſeruatur . Puluis eius mixtus cum ſapone ſpatareno multum ualet inueteratæ ſerpigini ſi locus ſerpiginoſus aqua ca.lauetur , deinde prædicta confectio ſuperponatur aliquātulum ibi dimittatur,poſt auferatur,quia multum aſtringit , nec patiens poteſt tolerare diu,& poſt,locū ablue,ſic igni impone , & aufer per interualla donec ſerpigo ſit mortua,poſt ungatur unguentis , ut docetur in chirurgia.℈i. auripigmenti datus tuſsientibus cum ouo ſorbili multum ualet . Coralli rubei,coſti,aſſari, mandragore cortices. Polypodium, ca.est & ſic.in.ii.gra. uirtutem habet extenuandi craſſos humo. ponitur hic contra uitia ſplenis & hepatis, herba est ſatis communis,ſubtilis ſubſtantiæ,ualet contra diuturnam duritiem ſplenis,per an.poteſt ſeruari. Baccæ lauri.ſubtilis est ſubſtantiæ depuratiuæ.ca.est & ſic.in.ii.gra.uirtutē habent confortandi, ponitur hic propter catarrhum,& alia uitia capitis.quando in ueniuntur baccæ uel daphnæ coctæ fructus lauri est ponendus,qū diaphnis,uel daphnides folia lauri. Sed quia de fructu diximus de foliis eſt dicendū, catarrhum uel corizā patiēs folia lauri cū roſis coquat, & fumū per os & per nares recipiat,illam aquam cum nare ſugat,quòd ſi catarrhus,uel coriza fiant ex frigi.loco ro. pone lauda.folia lau.in medio maii debent colligi,& in umbra deſiccari, ultra an.non debet ſeruari. Mumia.ca.est & ſic.in.iiii.gra.uirtutem habet conſtringendi , ponitur hic propter fluxum ſanguinis per inferiora uel ſuperiora,& est quædam ſuperfluitas quę inuenitur in ſepulchris mortuorum qui fuerunt cōditi balſamo uel uiridi aloe,ſophiſticatur.i.intelligendum est quod cum frangitur habet ſubnigredinem cum quadam liuiditate , & quia horribilem habet ſaporem,diu ſeruatur. Meu,macropiper,de iſtis ſuperius dictum est.

Caſsiæ , petroſelini , caſsiæ ſi. cinnamo.ana.drach.i.s.& gran.iii.caſtor.myrrhæ,lapidis hæmatitis, ſang.dra.mu.coralli,rutæ,coſti, ſymphi.lemnias , acori,corticum mandra. polii,baccarū lauri,meu,macropiperis , leucopipe. petroſe.ana drac.s.mel quod ſufficiat. conficiatur, ut dictum est.

caſsia ſi. reſoluatur in cacia . & ſi ponatur ultra tres annos nil habet efficaciæ.doſis eius est, drach.iii. Nota hic opiata per.iii.an.ſeruantur.

Evangelon , id est nuncium bonum datur patientibus acutas febres cum ſyrupo uio.uel aqua frigida,datur tertianariis & duplici tertianæ cū duobus ſcrup.aut tribus boni rhabar.uel cum aqua tepida,diſtemperatum et bibitū mirabiliter medetur.& datur contra caligīnē oculorum patiētibus ex fumo choleræ rubeæ uel ex acuta febre: hepaticis,hictericis datur cum ſuc. ſcariolæ uel fœnicu. aut cum decoctione capil.ue.viii.pars confecta est lib.ii.

Recip.myroba.citri.chebu.corti.ana.ʒ.viii.indorum.ʒ.vii.ſe.portulacæ,uiolarum, ſcariolæ,ana unc.s.belliri. emblici,ana.ʒ.i.& gra.vii.maſticis,drach.ii.& ſcrup.i.tamarindi,unc.iii.floris nenufaris,berberis, been rubei, rhabarbari, ana drac.i.& gra.iiii.medullæ caſsiæ ſi.unc.iiii. Conſcitur ſic,in duabus lib.aquæ pone ſyrupum uiolatum, unc.s.& bulliat donec aliquantulum coloretur aqua, poſtea ab igne deponatur & coletur:de eadem aqua accipiatur quod ſufficiat ad abluendum caſsiam ſi.& tamarindos. cola per caciam, & cum alia aqua addatur lib.i. & s.zucchari,& bulliat uſq; ad aquæ conſumptionem, poſtea addatur lotura caſsiæ ſi.& tamarindorum:& iterum bulliat ad ſpiſsitudinem. Si uis probare ſi coctum ſit, ponatur ſuper marmor, & ſi adhæreat quaſi mel,coctum eſt, & tunc ab igne deponatur,et aliquātulū infrigidari permittatur:deinde ſupradictarū ſpecierum puluis ſuperaſpergatur, & cum ſpatula agitetur donec incorporetur.doſis eius est,drach.iii.ut ſupra rius dictum eſt: ſero & mane cum aqua tepida datur.

Additio.

Euangelon interpretatur nuncium bonū,datur patientibus febres acutas cum ſyrupo uiolato nō pro minoratione materiæ, ſed pro eradicatione , per febres acutas intellige hic tertianas cōtinuas,uel cauſon, uel cum aqua frigida uel tepida diſtemperatū & bibitum datur tertianariis, uel duplici tertianæ,tertianariis quidē ueris uel nothis: ſimiliter & duplici tertianæ ueræ,uel nothæ . Datur etiam patientibus caliginem oculorum,id est tenebroſitatē ex fumis choleræ rubeæ,uel ex acuta febre, datur hepaticis , hoc est dyſcraſiam calidam hepatis patientibus,& hictericis ex chole ra rubea cum ſucco ſcariolę,uel fœniculi,ac cum decoctione capil.uene.quia omnia iſta ſunt deoppilatiua. Iſtud electariū non habetur in uſu:& ſi bene inſpexeris,parū differt à triphera ſaracenica quo ad intrantia,et quo ad effectus et proprietas:& ideo ipſa triphera ipſius Nicolai utuntur me dici Galliæ ad caſus ſupra ſcriptos,& non hoc electario.

Simplicia hic declaranda pauca ſunt, quia ſatis nota & alibi pluries declarata. Aliquæ tamen diuerſitates in confectione preſentis electarii apud diuerſos reperiuntur.Et primo apud aliquos reperitur.℞.myroba. citrino.chebu.corticum,ana.ʒ.vii.indorum.ʒ.viii.apud uero nonnullos reperitur.℞.myrobalanorum citrinorum, chebulorū , corticū, & indorū,ana.ʒ.vii. ſed primus ordo nihil melior uidetur. Secundo apud aliquos reperitur circa finem caſsiæ ſi.ʒ.iiii. ſyru.viol.ʒ.s.cōficitur ſic, in duabus lib.aquæ.ʒ.i.&.s. uiol. bulliat donec aqua aliquātulum coloretur &c. In aliquibus uero reperitur in duabus lib. aquæ pone ſyrupi uio.ʒ.s.& bulliat donec aliquantulum coloretur &c. Et primus modus mihi uidetur rationabilior . Item aliqui textus habent flores nenufaris &c. Alii nymphęæ , & est nymphea apud Serapionem nenufar,& ſic idem est, de quo Ianuenſis in ſynonymis,nymphea Græce,nenufar Latine,& uocatur ſic à nymphis quæ uocabantur Deæ fontium:ipſum nanque non niſi in aquis naſcitur,falſi herbolarii, qui ſe omnia ſcire fatentur,neſcio quā plantā in uineis naſcētem pro nymphea tradebant Dioſco. Nymphea ſiue,ut alii cacabus ueneris,i. papauer paluſtre,ſiue , ut Latini alga paluſtris , naſcitur in aquis ſtantibus uel locis non cultis & aquoſis. folia habens ſimilia ciborio,ſed minora, & oblonga altius ſuper aquam

proferens caput,multa capita infra aquam habẽs ex una radice,flos eſt illi albus ſimilis lilio cum paruo pallore,ſemen habens in medio croceum,ſed cũ efflorũerit rotundum effi citur,ſicut mala maciana,aut capita miconis, in quo ſemen nigrum inuenitur latum & ſpiſſum,in guſtu argilloſum, haſta eius lenis & nõ craſſa eſt & nigra,eſt ſimilis cichorio radix eſt nigra & aſpera,& nodoſa,& in autũno ſiccatur, hęc ille.Summa medi.præſentis electarii eſt res.xviii.

ANtimoron.i.contra mortem,quod cephalalgicis,lethargicis,ſtomaticis,iſchiaticis,podagricis,et de matrice laborantibus,diſcoloratis,nephreticis,& omnibus qui de tenui,aut viſcoſo phlegmate affligũtur, & his qui cibos nõ digerunt,phlegma et cholerã purgat, & aquoſos humores cum ventoſitate.octaua pars confecta eſt lib.i.

Recip.aloes.ʒ.v.℈.s.& gra.vi.caſſiæ ſi.ʒ.i.& gra.vi. & ſ.s.maratbri,maſti.ana ſcrup.ij.grana.v.cro.drach.ſ.aſſari,ſcrup.ij.& gra.v.& xylobal.ſcrup.ii.& gra.ij.℈.ſ. cinna.ſcrup.ij.& gra.v.ireos,drach.i.aron,dragonteæ,an. ſcrup.i.& gra.ii.& ſ.agarici,colocynthidæ,nitri,euphorbii,caſtorei ana ſcrup.ii.& gra.v.alexandri.apii,petroſe. ana ſcrup.ii.gra.v.bellebori nig.drach.ſ.diagridii,cocogni dii,ana ſcrup.ii.gra.v.mel, quod ſufficit. datur in modum caſtaneæ in ſero cum aqua calida.

Additio.

Antimoron,id eſt contra mortẽ. Iſtud electarium quod à Nicolao deſcribitur ualet ſecundum eum cephalalgicis hoc eſt dolorem capitis patientibus.Lethargicis. & eſt lethargia apoſtema frigidum poſterioris partis cerebri. Stomatichis:ſunt enim ſtomatichi ex facili cauſa dolorem ſtomachi patiẽtes. Iſchiaticis.eſt quidem iſchiatica paſsio dolori iſchiæ,uel anchæ quamuis aliqualis ſit differentia inter dolorem anchæ,& iſchiæ. Podagricis.& eſt podagra dolor, uel gutta pedum.Et de matrice laborantibus, ſiue ſuffocationem,ſiue præcipitationem, uel aliquem alium morbum ex uitio humorum præcipue phlegmaticorum. Diſcoloratis,propter oppilationem factam in uenis ab humore iam dicto. Nephreticis.eſt.n.nephreſis dolor renũ pp calculos illic generatos.Valet generaliter iſtud electariũ laxatiuum oĩbus illis qui de tenui,aut uiſcoſo phlegmate affligũtur,& his qui cibos non bene digerunt propter lubricitatem ſtõi, phlegma & cholerã purgat,& humores aquoſos,ut ĩ hydropicis,præcipue in aſcite cũ uentoſitate in qua ſpecie humores aquoſi ſuperfluunt cum aliqua portiuncula uentoſitatis.

Aliqua ſunt in præſenti electario ſimplicia declaranda. Primum eſt aron,id eſt pes ituli,ſiue dragunt ea minor, in præſenti electario ambæ ingrediuntur maior.ſ.& minor,& alio nomine uocatur iarus,uel barba aaron,uel pes ituli. Secundum ſimplex eſt draguntea,quæ ſecundum Dio. colubrina,uel uiperina dicitur,& ſecundum Meſ.in ſuis ſimplicibus luſ,ſiue ſerpentaria maior,ſiue colum draconum.Ambæ radices uſui medicinæ competunt,ut ſatis patere poteſt hic.Tertium ſimplex hic declarandum eſt nitrum, quod eſt ſal indus ſecundum compoſitorem,ſecundum Serapionem in ca.de baurach,nitrum eſt aphronitrum,ſiue ſpuma nitri. Dioſco.de nitro capitulum fecit,de quo dicit quòd eligendum eſt leue,& calorem rubeum habens, aut album, & eſt baurach armenum.Quartum ſimplex eſt Alexandrum.i.oli xatrum,ſiue apium Macedonicum.Quintum ſimplex declarandum eſt cocognidium quod eſt ſemen chamæleæ, ut dicit Dioſ.in cap.de chamælea. Alexandri iatros cap. de hydropiſi ait,chamælea,unde cocognidium colligitur,& eſt Iacticinium folii oliuæ habens ſimilitudinem. Et ſic eſt ſecũdum ueritatem,quòd cocognidium folia habet, ſicut folia oliuæ.Summa medi.eſt.xxiiii.res.

ANtidotum,id eſt contradatum:hæmagogum, id eſt ſanguinem menſtrualem ducens, ualens ad multas mulierum paſſiones,matricem, quæ non uſu purgatur,purgat mirabiliter,menſtrua educit,& fœtum in utero occidit, & poſtea extrahit, & poſt partum quæ non ſunt purgata,purgat,& ad ſalutem perducit,petram in uesica rumpit & purgat,urinam mouet, ſtranguriam ſanat, hepatis emphraſim curat,ſcliroſim in ſplene ſanat,et ad omnia interiora magnum bonum facit, & ad ſtomachi indigeſtionem,& eos ſanat qui colicam patiũtur: nephreticis poteſt,qui aũt hoc habuerit ſanitatem obtinebit,uel aliquando hæmorrhoidas prouocat,uiam totus corporis aperit, & fœtum mortuum,& ſecundinam educit,et ueſicam purgat, ſtomachum calidum facit,uentoſitatem cõſumit, uomitum compeſcit:tamẽ in mulieribus nihil operatur fortius ad omnia,quæ illis ſunt utilia,propter quod cauendum eſt à patiẽtibus hæmorrhoidas,aut fluxum uentris, aut dyſenteriam, nona pars confecta eſt lib.i.

Reci.aſſari,acori,amomi,ſe.atriplicis,marathri,an.dra. i.& gra.vi.aniſi,ſcrup.ii.ariſtolo.lon.artemiſiæ,caſſiæ iſt. ana.ſcrup.ii.& grana.xiiii.centaureæ minoris,ſcrup.i.& gran.vii.centaureæ maioris,dauci cretici,ana ſcrup.ii.hellebori ni.ſcrup.i.foliorum lauri,ſcrup.i.℈.s.& gra.iii.liquiri.drachm.i.& ſcrup.i.lupini, drachm.ii.melanthii, ſcrup.ii.myrrhæ,ſcrup.i.& grana.xiiii.orobi,ſcrup.i. ſtypteriæ,ſcrup.ii.macedonici,ſcrup.ii.& gran.xiiii.pyretri,ſcrup.ii.& gran.xiiii.piper drach.i.& ſcrup.ii.& gr. vii.ſe.rutæ,ſcrup.ii.& gra.xiiii.ſpicæ,ſcru.ii.& gra.xiiii. puleg.ſcrup.ii.& gra.xiiii,peoniæ ſcrup.i.& gra.vi.cyperi,ſcrup.i.ſinoni.ſcru.ii.ſchinanthi,ſcrup.i.& gra.xiii.garyophil.ſcrup.ii.radicis capparis,cimini,ana drach.i.apii, ſabinæ,ana ſcru.ii.& gra.xiii.xylobal.ſcru.i.& gra.xiiii. mel,quod ſufficit: datur in modum auellanæ maioris cum aqua poſt balneum,ſi cum febre eſt:ſi uero ſine febre, cum uino,aut mulſo dabis.

Additio.

Antidoton,id eſt contradatum,hæmagogum, id eſt ſanguinem menſtrualem ducens.Et dicitur hæmagogum ab hęma,quod eſt ſanguis,& ago,quod eſt duco,quaſi ducens ſanguinem menſtrualem.Alii dicunt ꝙ dicitur ab hæma,quod eſt ſanguis, & rhoos fluxus, & ideo dicitur hæmoroſagia. Hoc antidotum apud aliquos interdum in uſu habetur, reſpicit proprie membra naturalia,& propagationis proprie mulierum. unde datum cum decoctione calameuti, & artemiſiæ educit mirabiliter menſtrua, & fœtum mortuum. Datum cum decoctione ariſtolochiæ longæ, mundificat puerperas, & interficit fœtum, & expellit ſecundinam. Datum cum decoctione ſaxifragiæ, & acori, frangit lapidem, & expellit ipſum. Datum cum decoctione diureticorum confert hepaticis oppilatis, prouocat urinam, & ſanat ſtranguriam, & nephreſim. Datum cum decoctione tamariſci, confert ſpleneticis induratis. Datum cum decoctione muſcatæ, & galangæ, confert indigeſtioni ſtomachi ex frigiditate. Datum cum uino decoctionis menthæ, retinet uomitum ex frigiditate, uel indigeſtione. Datum cum decoctione aſſari, educit phlegma fortiter. Datum cum decoctione rutæ,& aniſi,confert colicæ ex uẽtoſitate,uel phlegmate.Vſus eius in mane conſeruat ſanitatem,maxime in complexione frigida,tamen nocet patientibus hæmorrhoidas,uel menſtrua.Simplicia hoc antidotũ componentia fere omnia iam ſatis declarata ſunt,tamen de aliquibus dicemus. Et primo de caſsiaſi. dicunt doctores, quòd hic per caſsiamſi.intelligere debemus caſsiam ligneã quod ſatis uidetur conſonum,ſi naturam antidoti bene cõſideraueris. Tempore enim antiquo uocabant caſsiam ligneam caſsiamſiſtulam, ut nult·Iannenſis in ſinonimis, quod apparet, nam Caſsius fœlix capitu.de ægritudinibus ſtomachi in picra Gal.ubi alii caſsiam ligneam ſcribunt,ipſe ſcribit ſiſtulam ſimpliciter:ſimiliter in quam pluribus cõfectionibus antidotorũ in antidotario uniuerſali, quæ nec laxatiua ſunt, nec caſsiæſiſt.competere uidetur.ex ſuis proprietatibus,caſsięſiſt.inuenies,& ligneam intelligere debemus,ſicut in athanaſia,& in aliis multis antidotis antiquis de Græco trâſlatis. Secundum ſimplex de quo dicetur hic eſt melanthium.i.gith. Dioſco. de melanthio capitulum fecit. Sed apud Sera.eſt nigella. Et ſi legis capitulum de melanthio apud Dioſco.cum capitulo de nigella apud Serap. uidebis quod idem ſunt. Species uero nigellæ ſecundum modernos ſunt duæ,una habens ſemen citrinum cũ odore prioris,ſed forma eſt,ut ſemen porri,& iſta eſt illa quæ debet poni in præſenti antidoto. Tertium ſimplex eſt ſtypterium,id eſt alumen. Dioſcori. Stypterium omne in metallis ægyptiacis inuenitur:eſt uero ſtypterium ſciſſum à terra aſcendẽs,ſicut flos naſcitur in locis mollibus,ſicut in Macedonia,Hierapoli,& multis aliis locis. Sunt uero ſpecies eius multæ aptæ uſui medicinæ:eſt autem rotundum ſtypterium,eſt & ſciſſum,eſt & liquidum eligendum,eſt uero ſciſſum recẽs,& niueum ualde,quod aer aut aura rapiat. Hoc ſtypticum eſt ualde, & ſine lapide ſeparans ſe ſicut capilli albi,unde dictum eſt trichitis,hoc in ægypto naſcitur. inuenitur etiam lapis ſimilis illi quo facile adulteratur, ſed guſtu intelligitur,quia nõ eſt ſtypticũ: eſt uero rotundũ quod multi manibus componunt,ſed bonum compoſitione facile cognoſcitur. Eligendum eſt quod ex natura ſua compoſitum eſt pompholigi ſimile,& album,& ſtypticum ualde,& paululum ſubuiride & pingue,& ſine lapide, & fragile:liquidum uero ſtypterium eligendum eſt limpidum & lacteũ habens unum colorem & iunctum ſine lapide,grauem odorem & igneum habens.Eſt igitur ſtypterium ſpecies alumnis,quæ ſecundum Dioſco.ſunt multæ: tamen tres ſunt ſpecies,quæ neceſſariæ ſunt in medicina, & ſunt proprie alumen iamenum,id eſt ſciſſum quod alumen de pluma à nulgo dicitur,& eſt rotũdum quod zuccharum uocatur, & eſt liquidum quod dicitur alumen de rocha,ſiue lipparium, & ſic ſecundum Matthæum ſyluaticum de alumine ſciſſo hic intelligitur,quod aliter iamenum uocatur. Alia pro nunc ſatis nota relinquuntur.Summa medi.eſt res.xxxvii.

BLãca dicta eſt quoniã albos purgat humores.i. phlegmaticos,ualet cephalalgicis,& oculorum doloribus, & ſanguinolentis tumoribus,& lippis, optime facit contra omnia quæ turbant phantaſiam,rationem, & memoriam:utilis eſt tremuloſis,epilepticis,paralyticis. octaua pars confecta eſt lib.i.

Recip.terebinthinæ,opopa.chalbani,aſſæ,ſagapeni,caſtorei,antimonii,ſuiſu.bdellii,aſphalti,ammoniaci,ſtyracis liquidæ,carnis leonis,diagridii,euphorbii,agarici,interiorum colocyn.hellebori ni.polypo.tapſiæ,pyrethri,ſchinãti,peucedani,aſſari,cyperi,peoniæ,betonicæ,chamæ.polii. amomi,leuiſtici,ſe.rutæ ſan.dra.ana.drac.i.cinna,garyop. macis,cardamomi,aniſi,maratri,balſami,ſcrup.s.ambræ, gra.v.mel quod ſufficit.doſis drachm.iii.datur cum uino in quo cocta ſit ſaluia, aut herba paralyſis in ſero, in modum caſtaneæ.

Lanca triplex eſt,media,maior,& minor, maiori utimur,licet in antidotario reperiatur quòd ſi medicina uſualis blanca,& eſt medicina laxatiua. Valet cephalgicis.Cephalea eſt inueterata paſsio capitis ex frigido humore facta,& fit uitio quandoq; ſuperiorum, quandoq; uitio inferiorum,ſi fiat ab ipſo cerebro ad digeſtionẽ materiæ,danda eſt hierapicra,uel benedicta, uel etiam aurea,iniiciatur per nares,uel pilulæ diacaſtoreæ,& tũc blanca exhibeatur cum uino decoctionis garyophy. uel caſsiæ li.ſi fiat uitio inferiorum.i.fumo aſcendẽte à ſtomacho,dãdum eſt oxymel ad digeſtionem materiæ: poſtea blanca cũ uino alicuius odoriferæ ſpeciei. Valet oculorũ dolori, & ſanguinolẽtis humoribus:dolori oculorũ ualet data cũ aliquo uino odorifero,uel cũ decoctione nu.muſ.uel caſsi.uel & ſanguineis tumoribus ex calidis humoribus, ut pote cholera,uel ſanguine non exhibeatur, ſed uidentur aliqui rumores eẽ ſanguinei cũ nõ ſint,quia phlegma impellit ſanguinẽ añ ſe,& indigeſtus ſanguis efficit phlegma, & colorat ſm ſe:& tunc humor phlegmaticus debet noĩari phłacа cerebri habitudine,& tũc blanca datur prædicto modo.

Lippis:lippitudo ſemper accidit ex phlegmate, & tunc fiant pilulæ de blanca,caſto.& nu.muſ.& oliba. & exhibeatur.Valet contra omnia quæ turbant rationem phantaſticam, & memorialem. Quidam talibus dant blancam cum decoctione anacardi,quod non laudo, ſed fiat emplaſtrum de blanca,& gummoſitate quæ inuenitur intra anacardos, & raſo occipite apponatur,& frequenter remoueatur,detur blanca cum decoctione alicuius ſpeciei confortantis cerebrũ,podagricis,ſpleneticis,ſingulariter medetur, podagricis dentur pilulæ factæ ex puluere hermodactylorum & blanca,ſpleneticis cum decoctione philipendulæ, & cũ uino decoc.phili.& tamariſci,fiant pilulæ de puluere phi. & exhibeatur hydropicis cum uino decoc. radicum fœni. petroſelini,apii,bruſci,aſparagi.℞. terebin.ca.eſt & ſic. gum.eſt arboris in Italia naſcentis,circa Brunduſium eſt ſatis,attrahit,diſſoluit,propter uitia capitis ponitur hic, ſed baſſa.ab ea ſophiſticatur, illa à nullo. aliquando alba inuenitur,aliquando ſubrufa,quæ melior eſt diu ſeruatur.

Opopa.ca. & ſic.attrahit, diſſoluit gum. eſt fruticis ſm Dioſc. quæ dicitur panax,inde opo.i.ſuc. panacis. ponitur hic propter epi.apople.& alias paſsiones capitis ,ppter paralyſim.Eligein col ore clarũ,liquidũ,quod ſua frutex à quo fluit,teneræ eſt ſubſtãtiæ,uix ſine fruſtibus uel corticibus poteſt inueniri,quia cum ferramẽto ſeparatur à cortice, & fructiee:ideo ſecum trahit commixtio antequam liqueſiat: coleſ qñ ponitur in medicinis:ſuppoſitũ ex eo, & oleo mu ſtellino factũ,ualet contra menſtrua retenta ex frigiditate. Opo.

Chalbanum ca.eſt & hu.gũmi eſt arboris, attrahit, conſumit:ponitur hic,,ppter paſsiones capitis, & apoſtemata, non ſophiſticatur,diu ſeruatur,in modum emplaſtri appoſitũ apa ducit ad ſaniem,& cutem attenuat,conſumit.gũmi eſt arboris,igneam habet uirtutem:ponitur contra paſsiones capitis paralyſis,& neruorum confortationem. Ponitur in hac medicina Aſſa,quæ eſt ferrei coloris,in ſe habẽs terræ admixtionẽ ,piiciatur. Eligatur in colore quæ ſimilis eſt ſagapeno,quanto fœtidior,tanto melior:aſſa ſup carbones ponatur,& patiens lethargiam fumum per os,& nares recipiat,& multum cõfortat paralyticos ,ponatur ſub lingua.Ɔ.i.aſſę,phlegma attrahit multũ, & cerebrum purgat. Chalb.

Antimonii ca.eſt & ſic.attrahit & conſumit, contra epi. & paralyſim.dicunt quidã quòd eſt metallum quod falſum eſt:ſed eſt uena terræ,& artificioſe ſit ſimilis eſt plumbo in colore & pondere,ſed facilius teritur, quod non facit plũbum,nec aliud metallum,niſi comburatur: in tranſmarinis partibus inuenitur,& artificioſe coaptatur, non ſophiſticatur.Eligendum eſt in colore lucidum,puluis eius cũ aqua roſ.maculam oculi abſtergit,naribus iniectũ ſanguinis fluxum ora uenarum exurendo conſtringit,diu ſeruatur. Antimo.

Bdellii ca.eſt & ſic.in.ii.gra. gummi. eſt quod ultra mare inuenitur,ſubſtantiam habet glutinoſam,uirtutẽ conſtrictiuam & attractiuam,ponitur hic propter paſsiones capitis,ut contra operetur helleboro & diagridio reſtringẽdo eorum malitiam, gummoſitate ſua membra reſtringat, ut uiolẽtia prædictorũ nõ poſsit libere diffundi, ,ppterea eius ſpcipua uirtus eſt reprimere uiolentiam ſpecies cum quibus ponitur,non ſophiſticatur,diu ſeruatur. Eligendũ eſt craſſum bdellium,conſolidat membra chartilaginoſa. Bdellium.

Aſphaltum ca.& ſic.alio nomine dicitur bitumen Iudaicum,trahit,conſolidat,conſumit: quidam dicũt eſſe uenam terræ: alii dicunt quòd in lacu Sodomæ reperitur, & ſic ex alba uel nigra ſpuma allidente,ponitur hic propter paſsiones prædictas,nõ ſophiſticatur,diu ſeruatur. Accipe lacertã uiridem abſciſsio capite & cauda, & ponatur in oleo cõmunica ca.per.lx.dies donec putrefiat:poſtea coquatur in ipſo oleo,& addito aſphalto,cera ru. fiat unguentum ualẽs epilepſiæ paraly.ſi ex eo ſpina dorſi inungatur:ualet ét alopetiæ ex humoris fri.putredine. Aſphaltũ. Vnguentũ pro epilepticis.

Ammoniacum ca.eſt in.i.ſic.in.ii.gra.attrahit, cõſumit, relaxat,diſſoluit,& deſiccat,ponitur contra paſsiones capitis, gummi eſt, ultra mare inuenitur quod cum frangitur non eſt unius coloris intus. Eligendum quod haber quædã grana lucida,quæ poni debent in medicina. Id uero quando inuenitur cum manibus malaxatur,& unius coloris, illud abiice:fit optima confectio ex colophonia,maſtice,ammoniaco,arſenico ad pilos tollendos,& faciem limpidam, & rubeam facit,ſicut in libro de uirtutibus herbarum habetur, in tractatu colophoniæ. Ammonia cum.

Styrax

Styrax.

Styrax liquida alio nomine sigia dicitur,ca.& sic. est, attrahit,& consumit,propter prædictas passiones hic ponitur,gummi est in Calabria,quanto est liquidior tanto est melior:ualet tineam patientibus sic præparata. Accipe styracis liquidæ.℥.ii.ammo.sagapeni,picis naualis,an.℥.i. in panno capiti tepidum superpone,per triduũ dimitte, post euelles radices pilorum optime,& superfluam putredinem ibi existentem extrahit, & consumit, depiletur tamen prius cũ psilothro,postea ibidem apponatur.

Caro leonis.

Carnis leonis.ca.est & sic.in.iiii.gra. calefacit & neruos confortat propter quandam similitudinem quam cum neruis habet sicut castoreum,est enim neruosa,ualet contra paralysim,crassam habet substantiam: ponitur in hac medicina propter prædictas passiones,sophisticatur per aliam carnem sed dignoscitur p cutẽ & pilos,salita, & desiccata p.v. an.seruatur,quidã seruant eam desiccatam ad solẽ sine sale.

Diagridium.

Diagridium calidum est & sic. licet cholerã rub. purget principaliter,tamen sequens naturam specierum cum quibus admiscetur phlegma purgat.de cuius electione & conseruatione,& sophisticatione,in alio libr.sufficienter dictũ est.Sciendum tamen ꝙ de ea optimum fit suppositoriũ acute febricitãtibus sic.Accipe zuccharum, & resolue super tegulam ca. post adde acetum, & coque ad spissitudinẽ, post scammoneam puluerizatam appone,& commisce, ista suppositoria debent esse gracilia. de. v.uel.iiii.℈. scammoneæ possunt fieri.iiii.uel.v.suppositoria.

De euforbio agarico.

Euphorbium agaricum.ca.est & sic.substãtiam habet subtilem,attrahit & extenuat contra prædictas passiones hic ponitur agaricus,siue fungus, uel bolus est qui in quadã arbore reperitur.Item inuenitur agaricus masculinus,& fœmininus:mascu.ponderosior est, & habet quosdam nodos interius,& est diuersi coloris,fœmininus leuior est,albus, æqualis, leuis substantiæ: qui ponitur in medicina quanto leuior,tanto melior,tribus an.durat.

De colocynthide.

Colocynthidæ interioris.ca.est in.iii.sic.in.ii.gr. purgat phlegma principaliter,in hac medicina ponitur contra passiones capitis,& epilepsiam, & apoplexiam, & paralysim: fructus qui solus in sua arbore reperitur mortifer est.Eligẽda est pulpa,quæ cũ granis hæret cortici, illa non ualet quæ cum frangitur habet grana superata à cortice:tamen ponit̃ succus fœniculi,&.℈.iii. diagridii,& ipsius colocynthidæ, & bulliat super cineres feruentes,& detur contra quotidianam de phlegmate naturali,uel uitreo.multum cõfert.

De helleboro.

Helleborus niger ca.est & sic.purgat phlegma principaliter.secundario melancholiam,pp prędictam causam,ponitur hic albus helleb.purgat phlegma,niger melãcholiam:albus debet poni cum inuenitur simpliciter,helleb.niger nunquàm sine adiuncto,neuter per se dari debet, radix in medicinis ponitur,colligitur in autumno,per tres an.seruatur.Vnguẽtum fit ex eo ad scabiem,quod ualde uiolẽtum est. ℞.lithargy.& pone in aceto per noctem & mane agita fortiter, & adde unicuiq; lib.℥.ii.helle.& fiat unguentum.

De polypodio.

Polypodium ca.est & sic.in.ii.gra.crassæ substantiam habet subiecti,uirtutem purgandi principaliter phlegma,secũdario melancho. contra prædictas passiones ponitur hic. Polypodium est radix,& inuenitur quandoq; cohærens lapidibus,quandoq; lignis,illud optimum est quod inuenitur in quercubus.conteritur polypodium.ʒ.iii.fiant pilu.ex eo & farina triti.addito fœniculo,cinna.& ouis.detur delicatis cum suo iure ad laxandum.

Nota,polypodium non debet dari sine aliquo extenuatiuo uentositatis,quia multam generat uentositatem.

De tapsia.

Tapsiæ ca.& sic.est in.iiii.gra. uirtutem habet educendi phlegmaticos humores per inferiora. Secundario melancholicos,tapsia est herba quæ inuenitur in transmarinis partibus,& Sicilia.quæ ibi reperitur optima est. ponitur hic propter prædicta.in uere debet colligi.cortex in medicina tam radicis quàm arboris ponitur.quandoq; in parua quantitate apponitur,secure cum aliis speciebus potest teri, & dari:quandoq; uero in magna quantitate per se teritur,ille qui eam terit liget faciem,& manus,& brachia,& crura & testiculos optime cooperiat,quia nisi ita se præparet inflabitur qui eam conteret:ꝙ si contingat eum inflari, inungatur populeon cum aceto mixto. Eligendum est quod cum frangitur,non exoluitur in puluerem,per tres annos serua.

Pyretri,schœnanthi,peucedani,ca. est & sic. subtilis est substantiæ,uirtutem habet diureticam,alio nomine dicitur fœni.porcinus,radix eius in medicinis ponitur herba est, uim habet diureticã,ponitur hic propter spleneticam pas. ut.s.medicinam conducat ad locũ ubi continetur medicina & propter uitia renum,& uesi. in uere colligitur.Eligendũ est quod cum frangitur non puluerizatur.per.iii.an. seruatur melius tamen est,ut singulis an.renouetur.Vinum decoctionis eius ualet calculosis,contra strãguriam & dysuriã. Assari,cyperi,peoniæ,chamæ.pol.amomi,leuistici,rutæ se. san.dra.quædam istarum ponuntur hic ad confortandũ,quędam ad extenuandum uentositatem,quædam ad constringẽdum,quædam ad laxandum,de quibus superius dictum est. Cinnamo.gariophyl.hæc confortant.

Macis ca.& sic.est in.ii.gra.subtilis substantiæ,confortat & cõsumit:ponitur hic cõtra prædicta,flos est nu.mus. sicut est quidam folliculus qui continet auellanã, sic & macis cõtinet nucẽ mus.Eligendũ est colore subrufum, in sapore habens acumẽ cũ amaritudine mediã inter ariditatẽ, & hu.asperitatem,& lenitatem mediã,quæ si complicetur cito frãgitur,& signatur esse uetus,si sine fractura bene cõplicatur significatur habere sophisticationẽ. Vinũ decoctionis eius cõtra dolorẽ stomachi ex frigiditate ualet. Cardamomum ani.marathrũ ponuntur ad extenuandam uentositatem.Balsami,confortat cerebrum,& consumit eius superfluitates.

Ambra ca.& sic. in.ii. gra. Ambra super carbones posita ualet epilepsiæ,per os & per nares fumo eius recepto multum confert,febricitantibus detur cum tepida, non febricitantibus cum uino,subtilis est substantiæ,& confortat cerebrum ex aromaticis,reprimit uiolentiã aliarũ specierũ, & est factum ex spermate ceti,nã cete concũbit sperma effluit & maris siccitate circa littora condensatur & in ambrã mutatur.in occidẽte maxime reperitur,cuius duæ sunt species alba,& grisea:grisea melior est.quàm alba:alba etiam laudatur.Ambra ualet cardiacis,suffumigiũ eis factũ, epi.& apo. sophisticatur ex admixtione laudani,& styracis.Ea ergo nõ ualet quæ nigra est,quæ autem est crassa odore aroma.quæ dentibus masticata malaxari potest,eligenda est.diu seruatur,sic conficitur.species cum gummis debent teri, & puluerizari in tempore sicco, & in una lib. puluerum ponunt tres mellis despumati.

Nota,ꝙ gummæ cum ponuntur in medicinis debẽt puluerizari cum aliis,uel resolui ad ignem:uel etiam colari.dosis eius est.℥.s.uel.ʒ.ii.uel.iii.ad plus. per bienniũ seruatur in multa efficacia,febricitantibus cum ea.aliis cum uino detur.℞.terebinthinæ,opopa.chalba.assæ fœtidæ,antimonii,cast.bdellii,asphalti,ammoniaci,styracis,carnis leonis,diagridii,euphor.hellebori ni.interioris colocynthidæ, polypodii,pyrethri,schœnanthi,tapsiæ,peucedani,assari, cyperi,peoniæ,betonicę,chamędryos,polii,amomi,leuistici,se. rutæ,san.dra.ana.ʒ.i.cinna.gariophy.macis,carda.anisi,marathri,balsami,an.℈.s.ambræ.gr.v.mel quod sufficit.

Benedicta dicitur,quoniam ab omnibus à quibus sumitur est benedicta,si detur habentibus infirmitates, cõtra quas inuenta fuit:ualet ad guttam arteticam,podagricis ex frigiditate,renes,& uesicã purgat, media pars confecta est lib. ii.

Recip.turbith,esulæ,zucchari,an.ʒ.x.diagridii, hermodacty.ro.ana.ʒ.v.gar.spicæ,zingib.croci,saxifragiæ, macropiperis,amomi,cardamo.se.lini.spermatis,petroselini,salis gem.galangæ,macis,carui,fœniculi,asparagi,brusci, granorum solis,ana.ʒ.i.mel quod sufficit.detur in sero cum uino calido ad modum castaneæ.

Benedicta medicina est laxatiua, peripleumonicis detur,sed non in principio,neq; augmento,nec ante septimum diem,sed in septimo, & aliquando nonũ diẽ expectamus,quandoque quartumdecimnm: detur cũ aqua decoctionis hordei,tragacanthi,gummi arabici, liquiritiæ,& succis eius.In hac decoctione ablacterantur semen melonis, cucumeris, & cucurbitæ cum uino decoctionis radicis,fœniculi,petroseli.asparagi,brusci: usu tamen oxymellis præcedente,cum tali aqua benedicta exhibeatur tantum patientibus hepaticam ex frigiditate.

Stomatichis habentibus stomachum distemperatum in frigiditate,ex frigiditate, & alio humore frigido cum uino decoctiõis masticis,seminis fœniculi,petroselini,apii, cimini,& anisi,contra uentositatem.

Cephalalgicis.cephalalgia est dolor uetus capitis, quandoq; continuus,quãdoq; interpolatus,& fit ex frigidis humoribus in miringas capitis descendentibus, huic confert benedicta cũ uino decoctionis garyophyllorũ, nucis mus. præcedente inunctione capitis cum unguento calido. Dolori renũ,& uesicæ:si dolor fit ex sanguine,uel cholera,non prodest benedicta,nec aliquod electarium calidum,quia inde posset maior sequi distemperantia,sed quando fit ex frigidis humoribus detur præcedente usu seminum diure. ut apii,petroselini, fœniculi,& consimilibus:detur autem cũ uino decoctionis saxifragiæ,granorum solis, filipendulæ, unde fiant pilulæ cum puluere prædictorum se.& exhibeãtur podagricis arteticis.Podagra species est arteticæ, quæ quandoq; fit ex frigido,qñq; ex calido humore, & tũc non ualet,sed specialiter datur his electarium de succo rosarũ, quod inscribitur ad guttam calidam,si fit de frigiditate:detur benedicta hermodactylata,apponemus de hermodactylis in triplo quam soleat recipere,iuuenibus omnibus exhibeatur cum aqua calida.Senibus, & frigidis natura cum uino calido:hæ sunt laudes ab authore præmissæ.Experimẽto didici multum ualere iliaco dolori,& colico sic exhibita,fomẽtetur patiẽs de aqua salsa & dulci ẽm uentrẽ & renes,& in illa aqua coquantur mercurialis,malua, senationes,in colatura resoluaẽ benedicta, & addito modico melle,& oleo, & succo mercurialis per clystere iniiciatur, & sic cũ egestiones emiserũt,secure detur benedicta per os, & diamargariton mixta,ita ꝙ duę partes sint de benedicta, tertia de diamargariton;si autem per clystere non assellauerit,nullo modo detur benedicta per os.℞.turbith. ca.est & sic.in.iiii.gra. radix est, quę in transmarinis partibus inuenitur,uirtutem habet attrahendi,dissoluendi,& expellẽdi, phlegmaticos humores propter omnes fere prædictas passiones:ponitur præcipue hic propter podagram, & arteticam. Eligenda est perforata non continua, circa medium foraminis aliquantulum gummosa, nigra in cortice, alba in foramine:plus ualet gracilis quã crassa. Inspice substantiam ne sit in minutis foraminibus perforata;quod si est, signa uetustate consumpta, si inueniuntur frondes interius abiiciantur,& sic in medicina ponatur: per quinq; annos seruatur. Vinum decoctionis eius confert arteticis podagricis,de turbith acuitur medicina,sicut hieralogodion,& quædam alia quæ competenter in quantitate.℈.iiii.debent poni,carnẽ mortuã consumit & corrodit.Zucchari tẽperate ca.& humi.plus tamẽ hu.quã calidũ. ponitur hic, ut reprimat malitiã aliarũ specierũ, sit autẽ zuccharũ de canna mellis ultra mare in Hispania,& Sicilia.Elige ualde dulce, & album interius & exterius.aliquando apothecarii de illo rufo zuccharo quod inter ius residet,quod mel zuccharinum dicitur,faciunt zuccharum, & cum eo conficiunt medicinas suas quod omnino cauendum est, quia melius esset mel.per multũ tẽpus seruatur, ita tamen ꝙ ad solẽ ter uel quater in mense exponatur, & in loco frigido collocetur.

Diagridiũ ca.in.iiii.gra.licet diagridiũ cholerã purget naturaliter,hic tamen ponit̃ propter arteticã & podagrã, quia sequens uirtutem electarii purgat phlegma pręcipue.

Hermodactylus ca.& sic.in.iii.uirtutem habet attrahendi,& purgandi phlegmaticos hu.herba est in cuius radice tuberositas quædam inuenitur quæ in medicina ponitur,in uere debet colligi, & ad solem aliquantulum exiccari, & postea in umbra suspendatur integra non perforata, quia facilius corrũperetur:possunt autem seruari plus.hermodactylus in modica quantitate datus multum confert arteticis,super cibos aspersus.

Puluis pro arteticis.

℞.Rosarum,garyophyllorũ,spicæ,zinzi. costi, saxifrag. macropiperis,amomi,seminis li.salis gem.ca. & sic. duplicis maneriei dicitur, scilicet salsum & dulce, sal gemma dicitur cretale,& est lapis sal gemmæ,salsum, habet uirtutem attrahendi phlegma,nõ sophisticatur, in transmarinis partibus,& in istis inuenitur copiose: & eligendum est in colore liuidum,in sapore salsum,per multum tempus seruatur.puluis salis gem.& salis cõmunis,& aromaticarum specierum super cibos aspersus multum ualet arteticis.

Galangæ,carui,macis,maratri, asparagi, brusci, semen herbæ calidæ & sic.uirtutẽ habet diureticã,ponitur hic propter uitia renum & uesicæ,ut medicinam educat usq; ad renes,& usq;ad urinales meatus,& ad inferiora. quando reperitur asparagi,& brusci simpliciter apponendum est semen ad pondus drac.gra.solis.

Lapis lyncis. Linx.

Lapidis lyncis.ca.est & sic.uirtutem habet diureticam. Lynx animal est cuius urina cum mingit in terra cõglobatur,& in lapidis essentiam transmutatur, non sophisticatur,quia plurimum de eo reperitur.

Grana solis.

Grana solis,frigida sunt,& sic. uirtutem habent diureticam,semen est cuiusdam herbæ quæ in fine autumni colligitur,diu seruatur. Vinum decoctionis eius confert stranguriatis,conficiatur sic,species puluerizentur præter scammoneam:hæc autem per se puluerizanda est,quæ cũ sit genus lactis coagularetur cum pulueribus aliis,& ẽt ipsa non est terenda,ut aliæ species,sed est molenda. Hermodactyli duplicandi sunt,& puluis esulæ miscendus est cum pulueribus,si uis eã acuere cũ esula,sic scãmonea, appones puluerem scãmoneę cũ melle despumato & ponderato, & impone pulueres an. paulatim. Vltimo appone puluerem zucchari,per.xv.an.serua.& dentur inde.ʒ.iii.in mane uel uespere cum calida,benedictæ medietas.ʒ.ii.℞.turbith, esulæ,zucchari,an.ʒ.x.diagridii,hermodactyli, ro. an.ʒ.v.garyophyl.spicæ,zingiberis,croci,saxi.macropi.amomi,se.lini,salis gem.galan.macis,carui,fœni.spara.brusci,se.granorum solis,an.ʒ.i.col.mel quod sufficit.detur in sero in modum castaneæ cum uino calido.

Benedicta probata arteticis, podagricis, paralyticis, nephreticis.℞.pyrethri,spicæ,piperis albi, & nigri, an.ʒ.i.lilii syluatici, hermodactyli, an.ʒ.i. &. s. turbith,ʒ.xx.scãmo.℥.ii.zuccha.℥.i, &. s. ozimi.℥.s.mel quod sufficit.da in modum nucis maioris cum cal.

Confectio aliptæ muscatæ.alipta,id est mixtura, ualet pueris patientibus asthma,& constrictionem pectoris,& etiam non ualentibus lac retinere, fit inde optimum fumigium,& odoriferum,quo utuntur apostolici,& imperatores in capillis suis, & intrat in perciosissimis medicinis & electarijs.

Rec.laudani purissimi,vnc.iij.styracis ca.optimæ, vnc. i.& s.styracis rub.vnc.i.aloes optimi.dra.ij.ambræ,drac. i.camphoræ,scrup.i.& s.musci,scrup.s.aquæ ros.quod sufficit.Confice sic.In diebus canicularibus pone styracem calamitam,& styracem rubeam, & laudanum in catino ad solem cooperto cum panno subtilissimo, ne puluis possit attingere,& cum mollificata fuerint ad solem,pone in mortario æreo calefacto ad solem cum pistillo ferreo similiter calefacto,& fortiter insimul conterantur, donec ad nigrũ deueniant colorem,postea addes puluerem ligni aloes, et insimul fortiter contere,& camphoræ similiter: postea contere muscum in tribus vnc.aquæ rosa.& de hac aqua aliquantulum madefac marmor prius bene lotum & calefactum ad solem, & accipe drach. i. cum tabula planissima de eadem aqua madefacta:super marmor diu agitetur,donec ad subtilitatem iunci deueniat, hoc modo facias super marmore madefacto,& tabula de eadem aqua supradicta, & cum reposueris superasperge de illa aqua uidelicet, vt supra diximus.

Additio.

Confectio aliptæ,id est mixturæ dictæ muscatæ,quia muscus intrat. suffumigatio eius accelerat partum ponendo unum ex trochiscis eius super prunas odorando fumum: confert etiam hoc modo ad branchos, & ad corizam, & ad catarrhos ex frigida causa:etiam ualet asthmaticis & cõstrictioni pectoris ex frigida causa in eo contenta.Cum eadem

dem eti... fit suffumigatio qua iuuantur apopletici. nobiles aromatizant capillos suos, suffumigando cum ea quolibet mane. Transglutiendo etiam ex eas tres pilulas, confert prostrationi appetitus ex debilitate sensus stomachi, & confortat stomachum: similiter oblata cum lacte cōfert paruulis nequeuntibus lac retinere. Simplicia quę hanc cōponunt confectionem satis nota sunt, pro nunc de duobus tantum dicetur hic: primo de laudano, dictum est laudanū ab illa herba, unde colligitur quam in cypro laudanum uocant secundum Serapio. ex authoritate Diosco. & fortius ex laudano est illud, quod est boni odoris, coloris uergētis ad uirorem sub molli tactu, & quando malaxatur adhæret manibus, & nō est in eo zabulum, & non assimilatur resinæ pini, & fit in terris arabum. Aui. laudat illud quod est pingue, ponderosum, boni odoris, & quod ad citrinitatem declinat. Secundum simplex, est styrax rubea quæ secūdum compositorem est confita rubea apud eundem est cozumbrum, siue thus iudæorum, & sic est cozumbrum, uel styrax rub. est thymiama & est fæx styracis liquidæ: non enim est styrax calamita, ut dicunt quidam. in hac confectione possumus uerificari quòd eædem non sunt, quia Nicolaus in præsenti confectione habet styracem calamitam, & styracē rubeam. Summa medi. istius confectionis est res. viii.

Confectio galliæ musc. quæ intrat in preciosissimis medicinis & electarijs. Reci. masti. vnc. ij. & gummi, vnc. i. campho. scru. i. hæc autem bene terantur subtilissime & cribrētur: & trochisci inde fiāt cū aqua ro. & siccentur ad umbram, & postquam fuerint desiccati, terantur subtilissime, & misceantur cum. iiij. vnc. olei sambu. bulliti & colati ad medietatem, deinde misce cum speciebus istis bene tritis. Recip. cinnamo. garyophyl. nu. musc. ana. vnc. s. & omnibus istis commixtis & bene manibus malaxatis, fiant trochisci in medio concaui, & cum sigillo sigillati ad pondus. i. dra. & s. & postea iūgatur cum aqua rosa. cum musco.

Additio.

Confectio galliæ mus. dicitur, eo quod recipit muscum, calida est & sicca & styptica, confortat membra carnem stringit. Tentio unius pilulæ ex ea in ore inter dentes molares palliat optime fœtorem oris, & data cum bdellio & sanguine dra. & charabe, confert sputo sanguinis, posita in electariis uel in aliis medicinis cordialibus uel odorata confert syncopi & cardiacæ. Data cum aqua rosacea, infusionis caryophyllorum recuperat spiritus. Data cum decoctione caryophyl. & nucis mus. confert stomacho læso materiam frigidam consumendo, infusa in uino aromatico & odorata, confert bolismo non calido, data cum uino decoctionis caryophyllorum retinet uomitum materiam consumendo, data cum uino decoctionis masticis confert ad fluxum uentris ex lubricitate stomachi causatum, bibita cum succo rutæ, confert suffocationi matricis. Hæc cōfectio intrat in medicinis pręciosis positis in antido. ipsius Nicolai, quia Mes. in proprio antido. habet similiter unam confectionem galliæ mus. quæ intrat in medicinis pręciosis ab eo descriptis. Et dicuntur de gallia secundum aliquos à quadam prouincia sic nominata. Alii dicunt quòd dicuntur à quadam herba sic nominata quæ est odorifera. Serapio facit capitulum de gallia & dicit quòd est fuch. Simplicia hanc confectionem componētia satis nota sunt. Sūma medici. est. ix. res.

Confectio neræ ita fit. Reci. ambræ orientalis uel occidentalis vnc. i. ligni aloes optimi drac. iij. mus. scrup. s. campho. gra. s. Conficiātur sic. Inueniatur caciola ad modum caciæ qua colatur syrū. uel mel non tamen perforata, & ibi apponatur ambra, et super prunas liquefiat, & liquefacta ab igne deponatur, & postea lignum alo. puluerizatum subtilissime admisceatur, deinde addatur muscus diligenter malaxando cum manibus, & ad vltimum camphora, tamen vnaquæque res per se puluerizata, postea diligenter malaxando cum manibus extrahatur, super concam æneam concauam & sigillatam extendatur, & cū infrigidatum fuerit inde extrahatur, & frustatim incidatur. Valet dolori matricis si mulier per inferiora fumum recipiat, & est preciosus incensum quod inter cætera reperitur. valet etiam satis ad concipiendum.

Additio.

Confectio neræ dictæ sic ab inuentore est incensum præciosius quod inter cetæra reperiatur. Nam quādo ponitur supra carbones ante oculos, suffumigatio confert principaliter syncopi, eius etiam suffumigatio & assumptio conferunt ualde in dolore matricis frigido, menstrua prouocat, matricem confortat & iuuat ad concipiendum. Simplicia hanc confectionem componentia satis nota sunt, dicemus tamen hic de ambra quia pro basi hic habetur.

Ambra secundum Serapio. nascitur in mari, & generatur in eo sicut generatur species fungorum in terra, & quādo mare turbatur eiicit à fundo eius lapides magnos, & cū eis eiicit frusta ambræ. Aui. in. ii. can. ait. Ambra secundum quòd existimo est manatio fontis in mari, illud uero quod dicitur quod est de spuma maris, aut ex stercore animalis maris, longinquū est. Electio, melior est grisea fortis aselehi, deinde uaria, post eam citrina, & deterior est nigra. Multoties assumitur ex uētre piscis q eā comedit & morit. Circa instans ait, ambra idest spuma ceti idest balenæ, non est ergo gūmi, ut quidam dicunt, nec est spuma, nec est stercus aialis, nec est iecur piscis, ut quidā mercatores dicunt. Auerrois in. v. colliget ait. ambra est una de speciebus camphoræ, quæ oritur in fontibus maris, & natat super aquam maris. Et s̄m cōpositorem melior est quæ in mari orientali uel occidentali reperitur. Summa medicinarū est res. iiii.

Catholicon valet hepaticis spleneticis, datur in acutis & peracutis, quia mollificat digerit & confortat. Reci. sene bene mundati, casiæfi. mundæ, tamarindorum ana. vnc. viij. reu. violarum, polypo. anisi ana. vnc. iiij. liqui. mundæ, pendi. candi. ana. drach. iiij. quatuor se. frigidorum munda. vnc. i. Accipe iterum lib. i. polypodij quercini, & tere modicum, & in aqua diutissime decoque, & ex colatura fac syrupum cum li. viii. zuccari. In parte autem colaturæ distempera casiam & tamarindos, & in fine decoctionis syrupi pone, deinde confice electarium, imponendo pulueres aliorum, & dosis eius est ab vnc. s. usque ad vnc. i.

Additio.

Istud electarium apud aliquos, puta modernos reperitur scriptum in paruo antido. Nicolai, tamē in antiquis codicibus non reperies scriptum. Et dicitur Catholicon idest uniuersale, eo quòd omnes humores educit leniendo absq; nocumento, uel quia indifferenter omnes humores euacuat incolumiter, febriētes etiam & non febriētes. potest omnia quæ possunt cæteræ medicinæ simplices, & est medicina familię. Educit enim melancholiam, cholerā, & phlegma, & mundificat sanguinem. Quòd si uolueris euacuare melancholiam solum, aut sanguinem mundificare, commisce cum eo epithymum, si choleram, reub. si autem phlegma commisce cum eo turbith, si uentositates misce cum eo anisi & carui. Descrip. præsentis electarii similē apud omnes non reperies, imo quilibet aromatarius suo modo illā uult componere quod ex arrogantia ignorantiæ associata accidit, hanc tamen hic descriptam inter cęteras meliorem & in quodam antido. Arnaldo attributo reperi. Nonnulli tamen ut est Luminare maius & alii hoc modo describūt. ℞. sene mundificati casiæfi. tamarin. ana. ℥. ii. reub. uio. polypodii quercini, se. anisi ana. ℥. i. liqui. mundificatæ, penidiarum, candi. quatuor se. frigidorum munda. ana. ʒ. ii. zuc. lib. ii, fiat decoctio cum. ʒ. vi. se. fœni. & ℥. iiii. polypo. recētis. in qua colata dissolue casiam extractam, & fiat electarium. Si uis fac hoc modo, parua nanq; est differentia inter præcedentem & istam. Additur in præsenti decoctione parum semi. fœnicu. quod bene factum est, quia polypodium de se multam generat uentositatem.

Notabis tamen unum quod commune est ad omnia solutiua composita, siue sint electaria, siue confectiones, & est quòd species solutiuæ sunt crasso modo puluerizandæ, & per satis rarum cribrum tamisandæ, quia talis crassa puluerizatio fit duplici de causa, prima ut diu in stomacho remaneāt & ibidem diu operentur, secunda causa ut uirtus earum cito non euanescat, & ne sua subtilitate ad membra transeāt, quia maximum nocumentum inducerent. Cōponentia hoc electarium pro nunc satis nota sunt, ideo hic nihil de eis dicetur. Summa medicinarum est res. xv.

Diamargariton dicitur à duobus margaritarum generibus, perforatarum, & non perforatarum, quæ ibi intrant, ualet cardiacis tristibus, ad omnem cordis debilitatem, & stomachi fastidium patientibus aufert, digestionem procurat, asthmaticis & dyspnicis opitulatur, & phthisicos & eos qui ex longa ægritudine sunt extenuati, reficit, decima pars confecta est lib. i.

Reci. caryo. cinna. spicæ, galanga. ligni alo. aliqui. troch. diarrhodon, diani. ana drach. i. s. nucis mus. macis, aliptæ, zedoa. reub. styra. calamitæ ana. drach. i. marga. perfo. & nō perfora. zingibe. ossis de corde cerui, rasuræ eboris, blactæ byzantiæ. ana. drach. s. mus. amb. cardamo. leuisti. basilic. ana. scrup. i. minus gran. ij. campho. gra. vi. mel. ro. quod sufficit. detur in æstate cum rodostomate uel frigida, in hyeme cū uino mane & meridie, ualet ut superius diximus, maxime phthisicis etiam consumptis.

Diamargariton est electarium ualens ad omnes passiones cordis ex frigiditate, sed quando fit debilitas cordis ex calore non detur, si fit ex frigiditate detur sic. Accipe. ℈. i. ossis de corde cerui, pulueriza & pone in. ℥. i. diamargariton uel. ʒ. ii. in. ℥. ii. & mane cūm uino da. Ad distemperātiam stomachi ex frigiditate sumatur, fastidium amputat. Fastidiū aliquādo fit ex calore, aut frigiditate, aliquando ex defectu spirituum, & ex crudis & frigidis humoribus in ore stomachi inuiscatis. si fit ex calidis nō detur, si ex defectione spirituum cum uino detur ante prandium, si ex frigidis & crudis humoribus post cibum. Digestione procurat. Digestio multis modis impeditur. si ex frigiditate detur sic, lignum aloes integrum, & scamonea, basilicon, pone per noctem in uino & mane exhibeas lignum aloes, ita ualet nec suam amittit uirtutem, solum aūt tale uitium confert multum, sed tūc tota uis ligni aloes amittitur & post lignum non ualet. Dyspneis. Dyspnia est spēs asthmatis, sed dyspnia est ex siccitate, asthma ex humi. asthmatico sic detur quod sumptū, non statim transglutiatur, sed diu in ore teneatur, & hoc sit nobis generale. Nota quoties datur contra uitia spiritualium, diu teneatur sub lingua, ut sic per morā ueniat ad spiritualia nisi amaritudo saporis impediat aut horribilitas. Phthisicis ualet nisi multum febriāt, datur cum uino uel aqua hordei, in qua abluta sunt semina melonis, citruli, cucu. quia saniem mundificant, & sic aliquando uulnera cōsolidant. Lōgis ægritudinibus, ut quartanæ quotidianæ, quia calorem naturalem confortat, & spiritus reparat, detur cū uino odorifero, & citrino, lymphato cū aqua rosata. Malisientes idest syncopizantes ut cardiacos & mulieres laborantes de fumositate matricum, quibus nō detur in agnitione, sed ante uel post, mulieribus sic laborantibus nō detur per os, sed supponatur in bombice, uel resoluatur in uino & aqua ro. & colata per pessariū iniiciatur, post accessionem interius recipiatur. ℞. ligni alo. caryophyllorū, ca. sunt & sic. in. iiii. gra. uirtutem habent satis conformē caryophyllorum ad confortandum hepar. hic ponit stomachū & uirtutē digestiuā, eligenda sunt subtilia & breuia in quantitate parū caryophyl. excedentia, crassa omnino sunt abiiciēda. per sex an. ser. uinū decoctionis eius satis confert sto.

Trochisci diarrhodō. ponitur hic ad confortandū. Troc. interpretantur rotunda confectio, diarrhodon idest de suc. rosarum facti. Troch. diani idest de suc. uiolarū. ponitur hic ad mundificationem. Musci cal. est & sic. in. ii. gradu uirtutē habet confortandi, ponitur hic quia digestionem sua caliditate confortat, & aromaticitate spiritus reparat, superfluitas est cuiusdam animalis. in India, Alexādria, Damasco reperitur qui subrufi coloris est, & aliquantulum solidæ substātiæ. per. v. an. serua. Seminis basilicon. herba est ca. & sic. in tertio gradu, confortat, semen eius proprie dicitur ozimū. cum non inuenitur basilicon semen est apponendum. Quidam tamen apponūt herbam siccam, intelligitur hic herba sic. satis confortat digestionem, non sophisticatur, per annū herba seruatur, semen per septem annos. Herba basiliconis trita cum ouis in sartagine ad modum crispellæ facta, multum confert indigestioni, diamargariton per annos duos seruatur, benedicta per tres.

Additio.

Diamargariton dicitur à duobus generibus margaritarum perforatarū & non perforatarum. Auic. in. iii. can. habet unam aliam descri. quæ differt ab ista, communiter præparatur secundum præsentem descriptionem quæ est Nicolai, & ualet istud electarium ad ea quæ scripta sunt in textu maxime in causa frigida, & ideo uocatur communiter diamargariton calidum, ad differentiam frigidi, quod ualet in causa calida quod descriptum non reperitur apud aliquem doctorem famatum, & ideo à diuersis diuersimode reperitur descriptum & præparatum. Non nulli hoc modo describunt & præparant. ℞. iiii. se. frigidorum maiorum mundato. se. portul. semi. papa. al. sandali albi, sandali muscatellini, ligni aloes, zingi. rosarum rub. florum nenufa. florum bora. myrtillorum ana. ʒ. i. coral. al. & rub. ana. ʒ. s. misce simul ut decet, & fiat electarium.

Alii uero hoc modo describunt & pręparāt. ℞. sanda. omnium, florum rosarum, florum uiol. se. melonum trochiscorum diarrhodon ana. ʒ. ii. ossis de corde cerui spodii, doronici romani, been albi, been rubei, spicæ nardi an. ℈. ii. margaritarum perforatarum & non perforatarum ana. ℈. s. smaragdorum, rasuræ eboris, hyacinthorum, saphirorum an. ʒ. s serici crudi combusti. ʒ. ii. se. endiuiæ, se. acetosæ, auri optimi ana. ʒ. s. ambræ, ligni aloe ana. ℈. s. camphoræ. ℈. i. musci gra. i. misce, & fiat puluis. Istud apud Lugdunenses magis præparatur quàm præcedens. Componentia istud diamarga. calidum satis nota sunt, unum tamen notabis q per trochiscos diarrhodon hic intelligere debemus illos quos ipsemet Nicolaus in præsenti electario describit in suo magno antido. qui inferius describentur similiter per trochiscos diani, idest de uiolis qui similiter inferius describentur. Summa medi. est. xxvii. res.

Diacamereō idest ducens hominem de morte ad uitā, quod facit asthmaticis, arteriacis, tussiētibus, phthisicis, omnem imbecillitatem stomachi emendat, debiles lumbos confortat, luxuriam prouocat, & omne quod in diarrhodon Iulii laudatur adimplet. decima pars confecta est lib. ii.

Reci. antofol. zin. ana. drach. v. & scrup. i. & gra. xvi. cinnamo. car. ana. drach. iiii. & scrup. i. & gra. 16. carniū dactylorum tantūdem, galan. spi. zedo. costi. pyre. coral. rudraga. reupontici, saliuncæ, anacardi. ossium dacty. carpo. anisi, amifructus idest iuniperi ana. drach. i. & scrup. ii. & gra. viii. leucopiperis, macropiperis ana. drach. i. & scrup. ii. & gra. viii. limaturæ auri puri, & argenti meri, ossis de corde cerui ana. scrup. ii. & s. mus. rasuræ eboris ana. scru. i. & gra. vii. ambræ scru. i. mel. quod sufficit. detur de eo. ʒ. iii. mane uel uespere cum uino.

Additio.

Diacamereon. i. reducens hominem de morte ad uitam quod interdū in usu habetur, est præciosius quā diamarga. uirtutem proprie respicit uitalem & animalem, complet omne illud in quo diarrhodon Iulii, commendatur datum cum pliris cum musto, confert maniæ prouenienti ab ascēsu fumositatum à corde procedentium, datum cum uino infusionis croci, confert cardiacæ calidæ. Tentum in ore ac transglutiendo mane & sero confert pectori, datum cum decoctione hyssopi & ficuum confert asthmaticis, arteriacis, tussientibus, & phthisicis cum ptyssana datum, cum uino decoctionis galangæ confortat stomachum frigidum, ac eius imbecillitates & indignationē emendat, datum cū uino aromatico confert dolori stomachi & melancholiæ, datum

datum cũ uino remollitionis zingiberis confert libidini,& confortat lũbos imbecilles frigiditate,& ipſum muſcatum confert impedimento cõceptionis ex humiditate matricis.

De aliquibus ſimplicibus hoc electarium componentibus dicetur hic.Et primo de ſaliunca, quia ſm compoſitorem eſt ſpica celtica & ſic reperitur ſm Matth. ſyluaticum in litera ſaliuncæ.Dioſc.dicit, ſaliunca genus herbæ quæ radiculas & folia habet, flores ſimiles uiolæ, ſpica celtica habet florem citrinum,qui non conuenit cum colore uiol: tamen loco ſaliuncæ communiter ponitur ſpica celtica.Secundum eſt antioſili,& ſunt antioſili craſsi caryophyli.Tertium eſt amifructus ſecũdũ Nicolaũ,hoc eſt ſemẽ iuniperi. Aui.in.ii.cano.dicit.abel eſt fructus iuniperi ſimilis zarur. hic textus Aui.eſt corruptus.nã fructus iuniperi dicĩt halhathar.& abel eſt ſabina ſicut patet apud Sera. ca.proprio de ſabina cui magis credendum eſt in ſimplicibus quã Aui. alia ſatis nota ſunt.Summa medi.eſt res.xxvii.

DIamoron à moris celſi dictum,à moris rubi,batinũ, ualet ad omnem cauſam palati & gutturis,cadentem uuam ſubleuat & humoroſam deſiccat,medietas eſt lib.i.Rec.mororum celſi lib.s. mororum bati, lib.i. mellis li.s.ſapæ.vnc.iii.Confice ſic.ſuccum mororum cum melle & ſapa in uaſe æreo ſtagnato ad prunas ſuauiter decoque.cum autem ſcire uolueris ſi coctum ſit, pone ex eo guttam ſuper marmor donec gutta marmori inuiſcata appareat & adhæreat,tunc cola & in uaſe ſtagnato uſui reſerua,& cum opus fuerit gargarizetur.

Additio.

Diamoron dicitur ſm intentionẽ Nicolai à moris celſi, & rubi,batinum à moris ru.Meſ.in ſuo antido.diſtinctione de loch habet confectionem de moris,& dicit ꝙ eſt diamoron & ſic eſt,nam ſua deſcrip.cum iſta Nicolai concordat, tamen generaliter conficitur ſecundum præſentem deſcri. ipſe Meſ.in practica capitulo de ſynanchia gutturis habet unam aliam deſcrip. ex authoritate Alexan. ſed non eſt in uſu,in eodem capitulo habet unã aliam deſcri. quam dicit diamoron quod Gal.compoſuit,ſed ſimiliter nõ eſt in uſu. Gal.uero.vi.myamir.deſcribit duas deſcriptiones diamoron,quarum unam ſibi attribuit alterã uero Andromacho quæ non ſunt uſuales.Hęc deſcrip.paſsiones reſpicit gutturis palati vuulæ,ac omnia genera pręfocationum,unde diu ac pluries gargarizatum in principio cum decoctione balauſtiæ,liqui.& roſarum prohibet ac intercipit fluxum humorum ad ea,quod poſtea gargarizatum,& diu in ore tentum cum decoctione corticis nucum frequenter, confert mirabiliter repercutiendo materiam fluentem ad guttur, & ad uuulam ac fluxa conſumit profundatione ſucci, quare eſt peculiare infirmitatum omnium eorundem. Vuulam cadẽtem ſubleuat ac humoroſam deſiccat, ſynanchẽ prohibet inungendo palatum ac guttur cum eo gargarizatum cũ ſucco plantagi.confert puſtulis ac ulceribus oris in quo augeatur mel,uel minuatur ſecundum quòd quæritur maior uel minor ſtipticatio uel abſterſio,uerum ſynãchem ex uſu fungorum curat gargariſmus ex oxymelle ſcillitico factus. Componentia hoc electarium ſatis nota ſunt.Sapa hic ponitur ad reſoluendam materiam fluxam,& ad refrenandum ſtiptica.Summa medi.eſt res.iiii.

DIanthos dicitur,quia fit de floribus dendrolibani, uiolarum,& roſarum. ualet triſtibus macilentis, cardiacis, multum lætificat, & conualeſcentes ex ægritudinibus miro modo confortat.6.pars confecta eſt lib.ii.&.s.

Reci.florum roriſmarini vnc.i.roſ.uio.liqui.ana. ʒ. vi. gar.ſpi.nucis muſ.glan.cinnamo.zing.zedoa. macis, ligni al.cardamo.ani.ane.an.ſcrup.iiii. mel quod ſufficit, datur mane & meridie febricitantibus cum frigida, non febricitantibus cum uino. Sũma me. di.ẽ. xvii. res,

DIanthos electarium eſt ab anthos dictum quod eſt flos roriſmarini,ualet ad omnem debilitatem corporis. ſi ſit ex defectu ſpirituum,uel ex frigiditate,uel ex oppi- E latione uel ex caliditate,uel ex humiditate, tunc non ualet,ſi ex frigiditate uel oppilatione ualet: frigiditas uero quandoq; cum humore quandoq; ſine humore,ſi ſit frigiditas ſine humore,detur cum uino calido uel frigido. Frigiditas cum humore quandoq; eſt cum fluxu, quandoq; ſine fluxu, ſi ſit cum fluxu, detur cum uino decoctionis caryophyllo.maſticis,& cimini,ſi ſine fluxu,cum decoctione nucis muſ.ſi ſit cum oppilatione, detur cum uino decoctionis aliquorum diureticorum.℞.anthos ca.eſt & ſic.ſubtiliat & confortat,ſubtiliat ex qualitatibus ſuis,cõfortat ex aromaticitate.roſmarinus bis uel ter fert flores in anno, meliores ſunt in uere,in umbra ſiccantur, per annum ſeruantur, cum ponitur in medicinis,folia & fuſtes abiiciantur.Violę ſunt fri.& hu.ponuntur hic ut temperent calorem aliorum & humectent membra ſpiritualia,ex aromaticitate confortent.Violæ,quædam ſunt ſubalbidæ & illæ non ſunt aromaticæ,nec adeo bonæ, & ſunt ſubnigræ & fere purpureæ, & tales ſunt bonæ, & in Vere colliguntur & ad ſolem parum ſiccantur,quia multum ſunt humidiores,& poſſent putrefie- F ri, confice ut alia electaria, per duos annos ſerua.

DIaſatyrion dicitur à ſatirionis radicibus, ſatyriaſis enim Græce, erectio uirgæ latine dicitur.proprie datur illis qui debilitatem patiuntur renum, libidinẽ mirabiliter prouocat ex aliqua occaſione prædicta ſine mora reſtaurat.viii.pars confecta eſt lib.i.s.

Rec.ſatyrionum teſticulorum uiridium,bauciæ,nucis indicæ,piſtacearum.ſecacul,pinearum enucleatarum ana.ʒ. xii.car.zingi.aniſi,erucæ ſemi.linguæ auis an.ʒ. v. cinnamomum, caudarum ſcincorum uiridium, ſemi. bulbi ana. ʒ.ii.&.s.muſci gra.vii.Conficitur ſic,in tantum mellis deſpu,quod ſufficit ponãtur teſticuli ſatyriorum, & baucia, & ſecacul,unaquaque per ſe in ſupradicto melle ponantur prius bene contrita, & cum ſpatula bene commiſceantur & bulliant aliquantulum,deinde addantur pineæ & piſtacia et nuces bene tritæ,et cum aliquãtulũ bullierit ab igne G *deponatur,et puluis prædictarum ſpecierum commiſcendo adiungatur, ad ultimum uero muſcum diſtemperatum cũ aqua ro.apponatur,et ſic uſui reſeruetur, detur in ſero cũ uino dulci,uel condito coclearium unum.*

DIaſatyriõ dicitur à ſatyris,quos pronos in uenerem fama uulgauit,uel à ſatyrionibus qui ibi recipiũtur. Valet contra omnem debilitatem renum, ſed tamen ſi ſit ex caliditate non detur,ſed ex frigiditate cũ uino calido detur,ſi ſit ex uiſcoſo humore cum uino decoctionis fœniculi petroſelini.

Libidinem excitat.coitus quandoq; debilitatur ex defectu ſpirituum & hu.& ex frigiditate & caliditate, quando ex calore,non detur,quãdo ex frigiditate, detur cum uino mediocriter lymphato. quidam dant cum decoctione uini ſcincorum,ſed male faciunt,quia dum putant libidinem excitare extinguunt.Accepturus diaſatyrion utatur bono cibo,generante bonos humores & multos, & poſtquam accepit,ſumat ficus uel dactylos,pineas uel amygdalas.℞.Sa- H tyrion,herba ipſa cocta cum carnibus hirci diaſatyrion eſt ruſticis.cali.& ſunt & ſic,in.iii.gradu coitum excitant craſſos humores diſſoluunt in uentoſitatem,unde uirga tenditur,per annum ſeruatur.

Baucia ca.& hu.in medio ſecundi gradus, ſanguinis & ſpermatis generatiua,alio nomine dicitur paſtinaca, radix competit uſui medicinæ,ponitur hic ad excitandum coitũ, quia uentoſitatem facit,unde debet poni in hac medicina.

Eruca cal.eſt & ſic.in.iii.gradu herba eſt cuius ſemen ſimiliter dicitur, ponitur hic quia uentoſitatem generat ex uiſcoſis humoribus quos reſoluit, reſeruatur per tres annos.ſemen & herba ipſa cocta cum carne hirci & comeſta diaſatyrion eſt ruſticorum.

Scincorum recentium,piſciculi ſunt ultra mare in fontibus dulcibus.calidi ſunt,& ſic. in.iii. gradu, circa caudam maioris ſunt efficaciæ, recentes ſi habeantur & ponantur ſi non ſicci ſaliuntur & ſiccantur,per tres an.ſeruan. ſed ultramarini

tramarini maioris ſunt efficaciæ, noſtrates minoris,illi maiores ſunt & craſsiores,iſti minores ſunt,& graciliores.

Bulbi ſemen ideſt cæpe marinæ. ca. ſunt & hu. propter eaſdem cauſas ponuntur,reſoluendo humores in uentoſitatem.in uere colligitur,per.iii.annos ſeruatur.

Lingua auis ca.eſt & hu.propter eaſdem cauſas hic ponitur,per an.ſeruatur,quanto recentior tanto melior.Quidã ita conficiunt ſatyrion & baucias,& ea quæ nõ poſſunt puluerizari,conterunt & diſtemperant cum melle, poſt addũt pulueres,ſed ſic confecti cito corrumpuntur,ideo ſic fiat ſatyrion,& bauciæ in melle coquantur,& poſtea optime contundantur, & cum melle in quo cocta ſunt conficiantur, deinde amygdalæ,& penidiæ,& ſpinæ per ſe contritæ, ad ultimum pulueres ſpecierum.per annum ſeruatur.

DIaprunis uel diamaſcenum dicitur à prunis, quæ ibi intrant,datur acutas et peracutas patientibus, et maxime cauſoni et ſynochæ, in principio et in augmento et ſtatu ægritudinis : nona pars confecti eius eſt lib.ii.et.s. B

Reci.prunorum damaſcenorum uiridium numero c. quæ poni debent in ſtagnato,et tantum aquæ quod bene coöperiantur:bulliant quouſque diſſolui uideantur,tunc ab igne deponantur, et cum aliquantulum infrigidata fuerint, ab aqua extrahantur,et in cribro ſuper catinum poſito pruna ponantur,et manibus tandiu fricentur, ut nihil præter oſſa et cortices in cribro remaneat : in aqua autem illa in qua decocta fuerint pruna ponantur vnc.i.et.s.uiolarum, et iterum bullire permittatur, et abſtractis uiolis ponãtur ibi li.ii.zuccari et lib.i.de pulpis prunorum, et coquantur ad ſpiſsitudinem:incipiente inſpiſſari,adde vnc.i.tamarindorum et caſiæfi.medullæ vnc.i.diſſolutæ et colatæ cũ ſupradicta decoctione prunorum,memento tamen quod in aqua prunorum bulliat vnc.i.et.s.uiol.ut dictum eſt : et cum ad perfectionem decoctionis peruenerit,ſemper agitando cum ſpatula,et poſtea ſuperaſpergatur puluis iſtarum ſpecierũ. Reci.ſandalorum alborum et ru. ſpod. reubar. cinna. ana. drach.iii.roſ.uiol.ſe.portulacæ,ſcariolæ,berberis, ſucci liqui.tragacanthi ana.drach.ii.ſeminum citru.mel.et cucur. mundatorum ana.drach.i.datur omni hora diei cum frigida ſine diagridio ad modum caſtaneæ. Si laxatiuum facere uolueris,ponatur in unaquaq; lib.drach.vii.diagridii quando ab igne deponitur:datur in declinatione febrium laxatiuum ad purgationem in matutinali hora ad modum caſtaneæ cum aqua cal.

DIaprunis dicitur à prunis & fit ſimplex, & laxatiuus quia ſcamonea trita apponitur.Quidam conficiunt ipſum cum ſyrupis. Quidam cum melle & ſyrupo. Confectũ bene poteſt dari cum aqua uio. & prunorum conſtipatis cholericis in æſtate in ea regione,datur ẽt in mane & meridie febricitantibus cum aqua frigida ad ſitim,& ad calorem minuẽdum. Idem factum laxatiuum detur acute febricitantibus ad laxandum maxime enutricatis poſt tertiam & quintam purgationem,& hyeme factum cũ melle,& ſimplex datur phlegmaticis conſtipatis,ſed febricitantibus acute non detur cum melle,ſed cum ſyrupo. ℞. prunorum.frigi.ſunt & humi.infrigidant & humectãt,quia uirtutem habent leniendi,hic ponuntur ad infrigidandum & humectandum.

Prunorum alia alba, alia nigra, alia dura, alia mollia, alia carnoſa.dura & bene carnoſa plus ualẽt quàm mollia & parum carnoſa,& talia debent poni in medicina, ſi forte non habemus damaſcena,quia illa præ cæteris ſunt laudabiliora.huiuſmodi pruna parum ante maturitatem debent colligi,quia perfecte matura cito corrumpuntur, ſcinduntur autem in quatuor partes,ita quòd carnes ab oſsibus nõ ſeparentur,ad ſolem deſiccantur,moderate tamen,deſiccata cum aceto lauentur & iterum deſiccentur,ut humiditas ab aceto contracta conſumatur,poſtea in uaſe ſtricto repone,quidam lauant cum aceto & oleo, & bene faciunt quia A inde ſunt pulchriora.Nota quòd tam ſicca quam uiridia ponuntur in medicina,per annum ſeruantur.

Spodium frigidum eſt aliquãtulum & humidum, ponitur hic ad reprimendum calorem & ſitim.Ego autem dico cum Dioſcoride ipſum fieri,ex oſſe elephantis combuſto, comburitur enim os elephantis in uaſe æneo uel ferreo ad ignem & fit ſpodium. Alii dicunt ꝙ ſpodium fit cum radice calami in India naſcentis combuſta dura & ſolida,& circa Babyloniam,ſophiſticatur autem cum marmore combuſto,uel cum oſſe canis uel alio,ſed ſic diſcernitur, quia marmor graue eſt & ponderoſum, ſpodiũ uero leue eſt, debet enim eligi album & leue, quia in puluerem adulteratur, quia uix cognoſcitur. Spodium.

Sandali tria ſunt genera,albus,rubeus,& citrinus, frigidi ſunt & ſic.in primo gra. albus frigidior eſt rubeo & minus confortat,citrinus plus omnibus cõfortat, & ponitur hic ad confortandum & refrigerandum,ligna ſunt, raro ſophiſticatur,ſed tamen albus poteſt ſophiſticari cum ligno cypreſsi,ſed odore diſtinguũtur,quia lignum cypreſsi odo- B riferum eſt.rubeum ſimile eſt ligno quod dicitur braxius, ſed carius eſt,nec cum eo ſophiſticatur, per longum tempus durant. Sandali.

Portulacę ſemen frigidum eſt & hu.ponitur hic ad ſitim mitigandam,& ad laxandum,per an.poteſt ſeruari ponitur hic contra feruorem. Portulacæ ſemen.

Semen ſcariolæ frigidum eſt & ſic.ponitur hic ad mitigandum quia mitigat diuretica, & contra ſitim & feruorẽ ponitur hic,per tres annos ſeruatur. Scariola.

Tamarindi frigidi ſunt & ſic.aliter dicuntur oxyphœnicia ſubtiliant ex qualitatibus ſuis, diuidunt ex acetoſitate, purgant quadam mordicatione. Tamarindi fructus ſunt arboris in India naſcentis qui conquaſſantur antequam ad nos ueniant. Eligendi ſunt in colore nigri, non nimium molles,uel duri.Cum enim ſunt exiccati apothecarii reſoluunt caſiamfi.in aqua,& in illa humectant tamarindos, ut recentes appareant.ſed diſcernuntur,quia cum tractantur digitos inficiunt, ſi autẽ ſint aridi uel pallidi uetuſtate ſunt conſumpti,componuntur in medicinis,nuclei abiiciantur, C per tres annos ſeruantur. Confice ſic, pruna decoquantur in aqua poſtea per cribrum de corio fricando tranſmittantur ſicut fit de citoniis,poſtea caſiæfi. abiectis enucleis reſoluantur cum ſyrupo uel in melle, ſi cum melle debeat cõfici & decoquantur ſimul cum carnibus prunorum ſemper agitando cum ſpatula. ſignum decoctionis eſt cum incipit adhærere ſtagnato, ab igne depoſito puluis ſpecierum addatur,quando enim cum ſyrupo conficitur per annum ſeruatur,quando cum melle per duos annos ſeruatur,qualiter autem cum ſyrupo debeat confici,dicẽmus quando de oxymelle docebimus. Tamaridi.

DIapraſsium dicitur à praſsio uiridi,quod ibi plus intrat quàm de aliis ſpeciebus:ualet ad omnem pectoris infirmitatem, & maxime ad catarrhum & ad cerebri frigiditatem,ſanat capitis uertigines & oculorum caliginem,& palatum,& arterias, & ad omnem ſpeciem catarrhi quæ fit ex frigiditate,mire prodeſt,dentium dolorem mitigat:decimaoctaua pars confecta eſt lib.iiii.

D *Rec.praſsii uiridis drach.v.s.traga. pinearum mũdata. amyg.piſtaciorum,carnium dactylorum,ficuum pinguiũ, paſſularum enucle.ana.drach.iii.et s.cinnamo caryophyl. nu.muſ.macis,ligni aloes,galangæ,zinzi. zedoariæ,ſpicæ, liquiritiæ,reupontici,anacardi,ſtyracis calamitæ, maſticis, myrrhæ,chalba.tereben.ireos, ariſtol. ro. radi. capparis, gentianæ,melanopiperis,aniſi.fœni.anethi,ſemi. apii macedonici,ſaxifragiæ an.drach.ii.hermodactylorum, origani, peucedani,ſchœnanthi, cardamomi,leucopiperis,carui,leuiſtici,uincetoxici.ana.drachm.i.& s.& grana.ii.s. balſamitæ,pulegii,dictami,coſti,pyrethri,ſatureiæ,baſiliconis, peoniæ, macropiperis, amomi, ſinoni,orobi.ana.drach. i. & gra. ii. & tertiam partem alterius, xylo. caſiæſi. corall.raſuræ eboris,carpobal. dauci cretici ana. drach.s. muſci.*

musci,ambræ,ossis de corde cerui, ana. gra.xiiij.mellis despumati quod sufficit. Conficitur sic.in lib.iiij. mellis despumati pone prasium supradictum aliquantulum contusum drach. v. s. & quartam partem pineæ recentis cum resina sua & de uino uetustissimo optimo unc.iii.et bulliat insimul lento igne ad uini cõsumptionem uel donec pinea aperiatur & caricæ bene purgatæ intus & extra, & dactyli eodem modo purgati,& passæ sine granulis suis,pineæ & amygdalæ & pistacia,omnia ista bene mundata pistentur,tamen unumquodq; per se pistetur,& postea insimul misceantur in mortario, & addatur ibi terebinthina, & simul pistentur,& cum prædicto melle calido in eodem mortario paulatim posito distemperentur, & postea addatur puluis supradictarum specierum,& diu conficiantur, styrax uero cum modico melle liquefacta confectioni supermisce sine intermissione,ad ultimum balsamum ambram et muscum supermitte,& iterum bene permisce,& usui reserua.datur in sero cũ uino calido in quo cocta sit hyssopus & tragacanthũ.

Sũma medi.est res. lxvi.

DIaprasium magnum electarium est, uertiginem capitis sanat factam ex frigiditate & uitio stomachi, sed si fuerit uitio cerebri non tantum ualet. Caliginem oculorum aufert factam ex fumositate à stomacho ad superiora ascendente cum uino calido datum, & postea propinetur uinum decoctionis sene. Palatum & arterias purgat si dolor sit ex rheumate,detur cum uino calido. Vuæ distillationem iuuat,coquantur ro.in aceto. post addatur uinum dulce & gargarizet, post accipiat diaprasium cum uino calido.

Dentium dol.ex frigido hu.fumatur cum uino calido interius,& ponatur super dentes exterius. Asthmaticis,suspiriosis,epilepticis,si fiant pilulæ ex puluere liquiritiæ & gẽtianæ & diaprasio & dentur:cannas pectoris & pulmonis emundat sumptum cum uino tepido,uel fiant pilulæ ex puluere penidiorum & amyli & diaprasio,& teneantur in ore donec liquefiant.Stomachum & hepar confortat cũ uino decoctionis fœni.& ani.

Spleneticis cum decoctione herbarum diuretica, peripneumonicis omnino detur cum aliquo lenitiuo, ut cũ decoctione gummi arabici & tragacanthi:omnibus uitiis interioribus ex frigiditate detur cum uino calido.Nephreticis,Calculosis,Stranguriosis cum uino decoctionis saxifragiæ.Colicis si fit ex frigido humore uel uiscoso uel uẽtositate,corpori bñfacit.si fiat discoloratio ex indigestiõe uel uẽtositate,detur,cũ uino decoctionis spicæ & nucis muscatæ.

Menstrua educit si fiat retentio ex humore frigido & uiscoso oppilante nel uentositate uel frigiditate, dissoluatur cum oleo mustellino,informentur suppositoria & inuolutum in bombice supponatur.℞.prasii uiridis.ca. est & sicci in tertio,uirtutem habet diureticam & dissolutiuam cõtra causas spiritualium & ad mundificationem hepatis & uiarum urinalium,uiride debet hic poni, quia siccum nullius est efficaciæ,hoc multo melius, si succus exprimatur in quantitate ponatur ab authore cum melle, in quo prasium conficiendum est,& quia non possumus semper uiride prasium habere,extrahe ab eo succum, & cum succo liquiritiæ informẽtur,& eius uice prasii utere cum opus fuerit. Nota, quòd apothecarii prasium siccum in hac medicina apponunt multum de puluere contrito, & ex eo componunt non decipientes.

Pineæ. Pinearũ.pineæ sunt fructus ca.& hu.propter causas spiritualiũ quas sic præpara,pinea integra super carbones ponatur donec folliculi aperiantur & nuclei extrahantur & frangantur,pellis abiiciatur, postquàm præparati fuerint, statim præparatos pone in medicina, quia ultra duos dies non seruãtur.Contra tinesmum. Pinea inuoluatur pellicula & patiens subtus fumum recipiat per embotum non inuoluta pellicula,dysentericis cõfert. per duos annos ser.

Pistacia. Pistacia calida & hu.ponuntur contra uitia spiritualia, fructus sunt arboris qui in transmarinis partibus inueniuntur,cum ponuntur in medicinis enucleantur, non indigent tamen ut mundentur. contra causas spiritualium ponũtur

E hic,multum excitant coitum.

Carnium dactylorũ.ca.sunt & hu.leniunt & humectant, fructus sunt arboris,eligendi sunt non perforati, bene carnosi,& gummosi,cum apponuntur in medicinis ossa sunt remouenda,& tantum carnes apponendę in quantitate determinata ab authoribus,per duos annos seruantur.

Ficus ca.sunt & hu.temperatæ pingues & recentes, siccæ temperatæ in caliditate & hu.fructus sunt arboris. ficus siccæ ponendę sunt in medicinis,ponuntur per causas spiritualium,propter asthma,propter tussim. leniunt molliunt & mundificant,per duos annos seruatur, aqua decoctionis earum ualet contra stricturam pectoris.

Vuarum passarum.ca.sunt & hum.fructus est communis & notus,uuæ sic debent præparari, accipiantur uuæ perfecte maturatæ ponantur in furno mediocriter calido,donec aliqua pars consumatur & desiccentur,tunc extrahantur & in uino abluantur,& ablutæ in loco competenti suspendantur.Vel aliter & melius,accipe grana uuarum in furno siccatarũ,elige meliora & ablue in uino & superasperge pul-
F ueres cimini,cinnamomi,& aliarum specierum aromaticarum,& inuolue in foliis ficus,& ita suspendentes eas conseruant per duos annos,& cum ponuntur in medicinis enucleantur & abiiciuntur acini,postea ponderantur, contra causas spiritualium.hic ponuntur ad mundificandos renes & meatus urinales & lumbos.

Ireos.ca.& sic.herba est cuius radix simili nomine appellatur,& ponatur radix in medicina.uirtutem habet diureticam & dissolutiuam,eligenda est non perforata, quæ cũ frãgitur non puluerizatur secundum doctrinam quam de aliis radicibus dixi. Aqua decoctionis eius contra stranguriam & dyssuriam iuuat,radix debet desiccari,& in umbra suspẽdi,per duos annos seruatur.

Aristolochia radix medicinalis est. cum inuenitur aristol.per se,rotundam apponas,contra uenenum ualet contra causas spiritualium ualet capitis & uiarum urinalium in frustulis scissa & exiccata,per tres annos seruatur in multa efficacia.

Radix capparis.frutex est,cuius radicis cortices compe-
G tunt medicinis,ponitur hic propter spiritualia, & ad cerebrum confortandum.eligendus est cortex habens ponticitatem cum amaritudine,& quia nõ puluerizantur, per tres annos seruantur.

Vincetoxicum calidum est & siccum, diureticam habet uirtutem, & dissolutiuam, & dicitur uincetoxicum quia uicem theriacæ contra toxicum tenet,& radix & herba eodem nomine appellatur,radix competit medicinæ. contra causas spiritualium & principalium membrorum ualet similem habet radicem ellebori,elige ut dicitur in circa instás, per tres an.seruatur.

Saturegia calida & sic.est,dissoluit confortat spiritualia mundificat,alio nomine dicitur thymbra, folia eius ponuntur in medicinis quæ diuretica sunt contra stranguriam & dyssuriam,ultra annum seruatur.

Dictamnũ ca.& sic.uirtutem habet dissolutiuam & attractiuã, & uim occultam contra uenenum, ponitur hic propter causas spiritualiũ & lumborũ, herba est quæ in petrosis locis nascitur,cuius radix competit medicinæ, eligenda
H est non perforata sed continua,per duos annos seruatur.

Orobum genus est leguminis temperatæ cal.& sic.secundum quosdam quod est falsum.Est enim frigidũ & sic. quod potest probari authoritate Isaac dicentis,in diebus suis ipsum cibum esse bonum:ratione similis complexionis ponitur in hac medicina & in quibusdam aliis,non ut dicunt,quidam quia sit diureticum, sed quia grauitate sua medicinam secum ducit ad inferiora,& uiscosos hu.dissolutos per medicinam educit.

Diaprasium sic conficitur,pineæ,amygdalæ,ficus,siccæ, uuæ passæ,& quæ non possunt puluerizari pistẽtur et cum melle despumato et succo prasii admisceantur, postmodũ puluis aliarum specierum addatur dum adhuc bene calidũ est balsamus imponatur,quia aliter non posset incorporari, postmodum muscus et ambra simul trita cum uino modico uel cum aqua ro.distemperata et parum uini dum adhuc calidum est,per.ii.annos seruatur in multa efficacia.

Diazingi-

DIazingibereos siue zingiber conditum sic fit,Recip. eryngiorum qui habent folia ad modum cretani marini,quod saraceni secacul uocant bene rasi cum cultello, postea coquantur in aqua donec dimittat se stringere manibus,& postea abstrahatur, & de aqua & lignis quæ sunt interius mundentur,& cum cultello frustatim incidantur,& in mortario marmoreo fortiter pestentur, & cum manibus exprimantur, ut aqua inde exeat & ponderentur inde lib.iii.& ponatur in.x.lib.mellis despumati & albissimi & coque donec incipiat rubere & addatur lib.s.zinzi. frustatim incisi, & dimittatur tandiu bullire donec digito adhæreat in marmore superposito, postea tolle ab igne & impone pulueres harum specierum. Reci.zinzi. unc.iiii. pistaciorum unc.iiii.zedoariæ unc.i.& .s.dactyl.unc.iiii.cum omnibus istis condiatur. stomachum confortat, digestiuam uirtutem adiuuat,uitio pectoris ex frigiditate ualet, renes confortat,libidinem potenter incitat.

Sũma me. di.est res. vii.

DIazingibereos idem est quod zingiber conditum cõtra raucedinem ualet,non quidem ex caliditate & siccitate factã,quia tunc datũ raucedinẽ magis augmẽtaret,sed si fit de phlegmate crasso & uiscoso circa tracheam arteriam cohærente,& tunc parumper & cum mora transglutiatur,ut supra diximus, ut humectetur arteria & dissoluantur humores qui eam exasperant.Asthmaticum de phlegmate fistulas pulmonis impediente, sitim & ardorem stomachi scilicet quando ex indigestione proueniunt, datur his cum aqua hordei cum decoctione tragacãthi liquiritiæ siccæ,tussi quando est ex frigiditate & siccitate uel ex rheumate, his detur cum uino decoctionis fœniculi,qui calore suo dissoluit & spuere facit.

Spleneticis nõ debet dari nisi facta sanie & rupto apostemate,datur aũt utiliter cum aqua hordei decocti,tragacanthi,liquiritiæ,de his omnibus quæ recipit satis superius dictũ est, quæ ca.sunt & confortatiua digestionis. conficitur autem sic.diuersi diuerso modo cõficiunt. Accipe eryngios marinos mundatos optime,decoque,& decoctos laua,& fustes inferiores & cortices exteriores remoue, postea minutim incide,& aquã fortiter exprime,ut aqua exeat,& appone mel tali proportione, ut pro .i.lib.eryngiorum sint duæ mellis,& bonum est.Alii ad libitũ ponunt,in principio decoctionis apponuntur ibi amygdalæ bene mundatæ non tritæ,& in fine nuclei pinearũ mũdati, facta decoctione.quod cognoscitur,quãdo totũ in subrufum mutatur colorem uel gutta posita supra marmor non fluit, deponatur tũc ab igne & infrigidetur,& tunc apponatur zingi.minutim scissum ꝑ sex dies in uino temperatum uel lixiuio, & bene incorporetur.alii totum zingi.puluerizatum, & quia potest tunc recipere plures pulueres & bene incorporatur & sic bonum est.in Alexandria fit de uiridi zingi. & ideo optimum est. quidam faciunt de eryngiis & bauciis, alii ex solis bauciis, & in loco mellis ponunt trophum gallæ uel syrupum, & ualet sic confectum,præcipue habentibus hepar & stomachũ calefactum.per annum seruatur,multum ualet.

DIaolibanum dicitur ab olibano, quia olibanum ibi intrat:ualet ad omnes capitis passiones, lachrymas potenter stringit,dolorem hemicraneum & supercilliorum sanat, & synanchen curat datum cum decoctione ptysanæ.vi.pars confecta est li.i. Reci.Castorei,opij, hyoscyami an.drac.iiij.casiæli.drach.ij. & scrup.ij. folij,croci, thuris masculi,ana drach.ij.reupontici, amomi.ana drac.i. scrup.ii.myrrhæ.drach.i.s.spicæ,pyrethri,euphorbii,leucopiperis ana.scrup.s.peoniæ,styracis,macropiperis an.drac. i.mel quod sufficit.datur sero cum uino calido in quo coctũ sit olibanum & saluia.

ma me. est res iii.

DIaolibanum medicina est opiata dicta ab olibano, nõ quia plus recipiat de illo quàm de aliis,quia magis recipit de opio & hyoscyamo, sed quia plus recipit de eo quàm alia opiata sm̃ suæ quantitatis modum, ualet ad multas capitis passiones,ad dolorem hemicraneæ.s.in prin-
A cipio,si tamen dolor fuerit ex frigiditate,uel ex rheumate, & detur prout dicitur in fluxu lachrymarum,si uero fuerit inueterata passio tribus diebus ante detur oxymel, & postea hierapicra, & si corpus fuerit plethoricum, purgetur cũ pilulis aureis,postea detur diaolibanum cũ uino calido. ualet ad dolorem supercilii factum ex prædictis causis, ut si fiat de fumositate à stomacho ascendẽte,detur prædicto modo.ualet specialiter contra fluxum lachrymarum factum ex frigiditate constringente,uel ex humiditate lubricante,uel ex debilitate uirtutis contentiuæ. Si uero fiat ex calore dissoluente non detur,si aũt fiat ex prædictis debet dari in pilulis hoc modo,fiant pilulæ ex mastice, & olibano puluerizatis & diaolibano & dentur.xii. uel.xiii. uel.xv.fiat ẽt cataplasma ex puluere olibani cũ diaolibano & albumine oui & superponatur fronti & tẽporibus. Valet ad fauces rheumatizantes præcedente purgatione,si corpus fuerit plethoricum cũ pilulis aureis, deinde detur diaolibanũ prædicto modo contra asperitatem linguæ & tracheæ factã ex uiscosis humoribus ipsi adhærentibus. si uero fit ex caliditate nõ
B detur. detur autem hoc modo,fiant pilulæ ex puluere penidiarũ & amylo & diaolibano,teneantur sub lingua,& trãsglutiantur,penidiæ,& amylum dissoluunt & relaxant medicinam,& diaolibanum consumunt. Tussientibus ex causa rheumatica uel ex frigiditate cum uino decoctionis caricarum & passularum. Valet contra uomitum factum ex frigiditate uel ex debilitate uirtutis retentiuæ cum uino decoctionis masticis, & fiat emplastrum ex puluere masticis,olibani,& sit tantum de costo quantum de duobus aliis,conficiantur cum oleo mustellino calefactis in testa. Valet contra nauseam cum uino calido patientibus dolorem stomachi,uel renum, ex frigiditate cum uino decoctionis masticis & nucis mus.Peripneumonicis competenter datur antequàm febriant, uel post undecimam uel quartamdecimã diem. ad mundificationem saniei in principio datur, sicut contra fluxum lachrymarum post quartãdecimam diem in pilulis factis cum puluere myrrhæ.

Empycis eodem modo. contra gonorrheam talis sit usus cum aqua rosata frigida uel calida detur:& fiat emplastrum
C super lumbos pectinem & testiculos, rosis coctis in aceto, & puluere castorei, & diaolibano. Fluentibus menstruis subuenit, informetur suppositorium ex diaolibano resoluto cum succo plantaginis, inuoluatur cum bombace & supponatur,detur etiam in potu cum succo eodem ad modum electarii,per.xv.annos seruatur. dos. eius est.℈.iii. Nota ꝙ non debet dari recens ante dimidium annum.

DIarrhodon abbatis à rosis dicitur quæ ibi intrant plus quam de aliis speciebus, nomen accepit abbatis ab abbate de curia compositum. datur proprie hictericis,hepaticis,phtisicis, hecticis & cardiacis qui patiuntur ex calore de acutis, & ad calefactionem stomachi, pulmonis, & totius corporis, & conualescentibus ex longis & acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliatur. et pars vi. confecta est lib.ij.

Reci. sandalorum al. & ru.ana drach.ij.s. tragacanthi, gummi ara.spodij.ana.scrup.ij.asari, spicæ, masticis, cardamo.croci, xylo.caryophyl.galliæ musca. anisi, marathri,
D *cinna. succi liqui.rheubar. semi. basiliconis, berberis, scariolæ.portulacæ,papaueris albi, citrulli, melo.cucume. & cucurbitæ ana.scrup.i.ossis de corde cerui, margaritarum ana.scrup.s.zuc.candi.ros.ana unc.i.drach.iij. camphoræ. grana.vij.musci. grana.iij.s.syrupi facti de aqua ros. quod sufficit.datur mane & meridie cum rodostomate, uel cum aqua frigida, si opus fuerit.*

Sũma medic.est res xxxii.

DIarrhodon tres sunt maneries.diarrhodon iulii,diarrhodon abbatis,diarrhodon magnum, & isto utimur, & dicitur diarrhodon à rosis, magnum propter efficaciam,contra uentositatem stomachi & dolorem scilicet cũ humore ex caliditate facto. Si uero sit ex sola caliditate nõ detur,quia aliquantulum est calidum.

Cardiacis,& diaphoreticis. Cardiaca & syncopis non differunt nisi in positione materiæ. Quando enim materia

est in capsula cordis,unde sequitur defectus cordis dicitur cardiaca, si à fumo consurgente,aliunde dicitur syncopis. Cardiacis detur mane cum uino decoctionis masticis uel caryophyllorum. Diaphoreticis in meridie cum aqua frigida contra debilitatem, ut pote conualescentibus ab ægritudine, præcipue datum cum uino mediocriter lymphato in mane. Contra oppilationem splenis & hepatis cum uino alicuius diuretici. Contra uitium lapidis cum uino decoctionis saxifragiæ & granorum solis ualet, quia multa diuretica recipit. confice ut alia electaria, per annum seruatur.

Diapenidion dicitur à penidijs qui ibi intrãt plus quã de alijs speciebus.ualet ad omne uitium pulmonis,et tussis & raucedinẽ uocis factam ex siccitate,phthisicis subuenit.vi.pars confecta est lib.i.

Rec.penidiorum drach.xvi.s.pinearum & amygdalarũ munda.sem.papaueris albi ana drach.iij. scrup.i. cinnamo. caryophyl.zingi.succi liquiri.draga.gummi arabi. amyli, seminum citrul.melo.cucume.cucurbi. purgatorum, ana. scrup.i.s. camphoræ tertiam partem scrup.i. syrupi uiola. quod sufficit. Conficitur sic.in una li. aquæ bulliant unc.ij. uiolarum donec aqua inficiatur aliquantulum, postea colatur, & colaturæ addatur libr.i. zucchari & bulliat donec incipiat inspissari,tunc addantur pineæ & amygdalæ, & semina melo.citrul. cucu. & cucurbitæ unaquæque per se bene contusa cum spatula semper mouendo, deinde addantur penidiæ subtiliter pulueriz atæ, & cum liquefactæ fuerint illud crassum quod supernatat cum caccia colando in mortario bene iterum teratur et commisceatur bene agitando,deinde camphora commisceatur,& ad ultimum puluis prædictarum specierum cum prædicto syru.agitando in mortario moueatur, donec incorporetur. detur mane & sero cum ptisana calida, non habentibus calorem cum uino calido.

Sũma medic. est res xvii.

Diapenidion magnum dicitur à penidiis,magnum propter efficaciam,ualet tussientibus ex siccitate cum aqua decoctionis dragacanthi gummi arabi. liquiritiæ. Arteriacam.Arteriaca passio dicitur quando patiens loquitur cum magna difficultate,& hoc in siccitate tracheę arteriæ & quandoq; ui cio uiscosi plegmatis oppilantis, datur prædicto modo,sed diu in ore teneatur, ualet asthmaticis simpliciter sumptum.Nota postquam asthmatici siũt arteriaci,passio est incurabilis.Phitificis similiter datur, sed non in secunda uel tertia specie hecticę,quia calidum.Pleure. peripneumonicis datur post apostematis eruptionẽ cũ aqua decoctionis hordei,gummi ara.liquir. in aqua ablacte rentur semina melonis cucu.& cucurbitæ,citrul.tunc coletur in aqua,colatura resoluatur diapen.& exhibeatur.digestioni prodest datum cum uino. Nota quòd potest dari omnibus diebus ieiuno stomacho.

Arteriaca.

Penidiæ.

Penidiæ ca.sunt & hu.& fiunt ex zuccharo, & aqua, leniunt & mollificant, propter causas spiritualium ponitur hic,per.ii.annos seruantur si bene siccentur.

Amylum.

Amylum ca.& hu. propter prædictas passiones ponitur hic,ultra annum non seruatur,quia uentositatem tollit post vi.menses. quomodo fiat in circa instans require.

Capita papaueris albi à quibusdam dicuntur esse fri. & sic.nos autem dicimus frigida esse & hu. propter prædictas causas ponitur hic.quando simpliciter ponitur papauer, album intellige,raro tamen sine additione reperitur. papauer tritum & cum albumine oui & lacte mulieris distemperatum,& fronti appositum somnum prouocat.

Capita papa.

Conficitur sic,quæ possunt puluerizari puluerizentur ex ceptis penidiis, quæ uero non optime contundantur & cũ syrupo conficiantur,postea puluis aliarum specierum addatur,ad ultimum penidiæ per se puluerizentur & apponantur,syrupus cum quo conficitur optime sit decoctus plus.s. aliis,minus tamen quàm ille cum quo conficitur stomaticum,ultra dimidium annum non seruatur.

Diaciminum dicitur,quia plus ibi est de cimino quàm de aliqua specie, ualet præcipue ad pectoris & stomachi frigiditatem & capitis, uentositatem intestinorum soluit, quartanarijs febrientibus mirabiliter digestionem procurat, si detur post comestionem cum uino. xij.pars lib.i.

Rec.cimini pridie in aceto infusi & exiccati drach. viij. scrup.i.cinnamo.caryophyllorum ana. drach.ij.s. zingibe. melanopiperis,ana drach.ij.grana.v.galangæ,tymbræ,calamenti ana dra.i.scrup.ij.ameos,leuistici,an.3.i.gr. xviij. macropiperis.3.i.nardi,cardamomi, Kareæ myristicæ,an. scrup.ij.s.mel quod sufficiat. dosis. 3. iij. datur post comestionem cum uino.

Diaciminum dicitur à cimino quia ibi plus de cimino quàm de aliis speciebus ponitur, diaciminum magnũ faciens alteratis à calido quo non utimur, sed tantum eo quod facit ad omnes frigiditates pectoris & stomachi, ualet tussientibus ex frigida causa,consumit enim sua caliditate frigidos hu.capitis descendentes & tracheam exaspe rantes,tussim facientes, uel etiam frigidos humores ibidẽ existentes.detur autem cum uino decoctionis caricarũ & passarum eunti dormitum & bene cooperiatur ut sudet,dolorem superciliorum placat,si fit ex fumo per indigestionẽ ascendente.Itaq; confert ciminum uino decoctionis alicuius speciei procurantis digestionem.Capita frigida emendat,idest quæ fiunt in febribus. Cum autem febres fiunt ex frigido humore ualet hoc electarium cum uino dulci, uinũ artificialiter dulce dicitur carenum. digestionem procurat cum uino forti decoc.masticis,datur secure ante cibum & post, uentositatem intestinorum expellit cum uino decoctionis fœniculi anisi, ualet contra emphraxim splenis & hepatis, id est contra oppilationem splenis & hepatis, ualet cum uino decoctionis tamarisci corticum, & de radice fœniculi, petroselini, apii,asparagi,brusci. Et nota quòd emphraxis aliquando dicitur oppilatio,aliquando duricies splenis & hepatis.

Ciminum calidum & siccum in tertio uentositatem & inflationem ab intestinis expellit,uirtutem habet diureticam & subtiliatiuam.ad confortandum digestionẽ ponitur hic, sic conficitur.Ciminum per diem in aceto infundatur,post ad solem deficcetur siue ad umbram & cum aliis teratur. Confice sicut aliud electarium,per duos annos seruatur in sua bonitate & non ultra.

Additio.

Gilbertus Anglicus capitulo de structura corporis habet tres descrip.diacimini,quarum prima est eadem cum ista, aliæ uero ab ista differunt.Rasis nono ad Almansorem capitulo de his quæ confortant stomachum habet unam aliam descrip.sed non est eadem, sunt uero nonnulli qui utuntur isto diacimino Nicolai & maxime in Gallia. Aliqui uero interdum magistraliter utuntur descriptione Mes. Summa medicinarum est res.xv.

Diacastoreum à castoreo dicitur quod ibi recipitur, ualet contra grauissimam cephalicam, epilepticis, uertiginosis auxiliatur,hemicraneis & monopagicis prodest doloribus,paralysim omnium mẽbrorum emendat,& maxime capitis,emphraxim splenis & hepatis et rheum soluit,& omnibus ægritudinibus secundum frigidũ no centibus obstat.xvi.pars lib.ij.

Rec.castorei myroba.ana drach.iij.minus grana.i.s.assesæti. myrrhæ, euphorbij ana drachm.i. & grana.xvij.aloes,drach.i.s.minus gran.i.folij,antimonij,pyrethri,liquiri.tragacanthi,calami aro.nitri, chalbani, schœnan. opopana.spicæ,sagapeni, nucis musc.castæfist.piperis long.albi,& ni.xylobal.carpobal.colocynthi. rheuponti. styracis calamitæ,zingi.cinna.ana drach.i.& gra.ij.staphisagriæ, dauci,marathri,petroselini,apij,sem.fileris,diaphnococci, sinoni,petrolei,styracis,ru.san.draco.cardæ thuris maioris,& minoris, agarici, masti. sal. ammoniaci, zedoariæ, anisi,

anisi,ana scrup.i.grana.ix. satureiæ, hyssopi, chamedryos, pulegii,origani,balsamitæ,ocymi,brancæ ursi. dictami,ruthæ,semi.aristo.longæ & ro.aaron,mabathematicon, asari, saluiæ, rosæ,bdel. ana gran. xvii.epi. polypo. opobal.ana. gra.xiii.alipiados,cappa.an.gra.xi.anacardi,sabinæ,gẽtianæ,corticis mandragoræ. an.gra.xi. peucedani, absinthii, ana drach.vii.ireos grana.iii.& tertiam partem unius,mel quod sufficit,datur in modum auellanæ capitalibus passionibus cum apozimate elelisphaci, hepaticis cum decoctione absinthii uel eupatorii, splenetics cum aqua capparis uel calamenti,nephreticis cum aqua decoctionis granorum solis uel macedonici, accipiatur summo mane & ieiunet usq; ad horam nonam patiens.

Diacastoreum dictum est à castoreo, ualet cephalalgicis omnibus prædictis, uno modo datur, scilicet cum uino decoctionis elelisphaci.i.saluiæ. Paralysim omnium membrorum maxime capitis emendat, si fit paralysis in lingua fiant pilulæ ex puluere saluiæ,& castorei,& diacastoreo,& dentur.viii.uel xv. & diu teneantur sub lingua antequam transglutiantur: si sit paralysis brachii, uel alterius membri fiat inunctio de diacastoreo resoluto in oleo mustellino,uel alio calido, & etiam interius recipiatur in prædicta decoctione.Emphraxim splenis & hepatis,contra emphraxim splenis detur cum uino decocti. absinthii,uel eupatorii, nephreticis, & stranguriosis, cum aqua decoctionis,granorum solis, uel petroselini, macedonici,qui mane accipit, ieiunet usque ad sextam horam, melius est, quòd accipiat in medio die,& post non comedat,& in nocte accipiat.Rx.staphisagriæ,ca.est & sic. uirtutem habet attrahendi phlegma à capite,& purgandi unde caput purgare dicitur,herba est.cum inuenitur per se, semen apponẽdum est, per tres annos seruatur.

Scilla.

Scilla herba est quæ alio nomine cepe marina dicitur,attrahit dissoluit digerit & diuidit, attrahit enim humores à superioribus, & digestionem operatur in interioribus, & educit,herba uenenosa est secũdum partem sui ultra mare, quod interius est mortiferum est,propter nimiam frigiditatem mortem inducit, quod autem exterius propter calorem nimium,quod in medio est temperatum est.Cum ponitur scilla in medicina scindenda est per medium, & si cõstat ex duodecim folliculis quatuor remouenantur ab exteriori parte,& totidem ab interiori,& sic de aliis proportionabiliter,medium uero in pasta inuolutum in furno ponitur.Cũ autem pasta cocta fuerit extrahatur,& ita præparata in medicina ponatur. Scilla integra sub terra posita per annum seruatur,dimidia per dimidium.

Branca ursina.

Branca ursina ca.est & hu.lenitiua,& mollitiua,ponitur hic,ut temperet acumen scillæ,& quarundam aliarum.

Epithymum.

Epithymum calidum est,& siccũ in tertio gradu,attrahit & purgat melãcholiam, ideo hic ponitur, per an.seruatur. herba est quæ crescit supra thymum ad modum foliorũ nullas habens radices, sed supra thymum ramusculi cohærent ad modum radicis,cõficitur sic.si gummæ quæ hic recipiuntur præ humiditate non possunt puluerizari,liquæfiãt,absq; liquore colentur, & cum melle despumato misceantur, post aliæ species puluerizatæ addantur, per duos annos seruatur.

Additio.

Simplicia componentia diacastoreum sunt plura inter quæ aliqua sunt satis obscura de quibus parũ hic dicemus. Primum est daphnococci secundum compositorem sunt baccæ lauri.semen ipsius.Circa instans inquit.lauri folia,& semina usui medicinæ competunt. Secundum est petroleum, est oleum de napta de petris factum.i. oleum petroleum.Tertium est mabathematicum,quod secundum compositorem est succus cauliculi agrestis, qui cauliculus, ut plurimum nascitur in locis maritimis & in locis altis, & desertis, & sunt similes domesticis, nisi quia sunt albidres & asperiores & amari. Quartum est alipiados, secundum compositorem est mezereon, & semen ipsius cocognidion uocatur,& non est laureola, ut quidam dixerunt, & aliter uocatur herba catholica.Alia satis nota sunt.Summa medi. est res.lxix.

Diacostum dicitur à costo, quod ibi intrat,ualet proprie splencticis,hydropicis, & leucophlegmaticis,et hypospharcæ quæ sit sine calore,proprie ualet splenetics, nephreticis, & stranguriosis optimum est.xii.pars li.i.

Rec.anisi,apii,asari, ana drac.ii. & scrup.ii. schœnãti. melanopi.myrrhæ.ana drach.ii.s.rheubar.croci, aristo.ro. & lon.an.drach.i.& scrup.ii.costi,drach.i.s.cinna.casiæsi. ana.drac.i.& scrup.i.mel quod sufficit.detur cum decoctione capparis,uel scolopendriæ sero & mane.dosis est,drach. ii.cum uino calido.

Sũma medici. ẽ res. xiiii.

Diacostum dictum est à costo. Valet &c. Splenetica passio quãdoq; est ex cholera quandoq; est ex melancholia,raro tamen ex cholera, sed si passio sit ex cholera non ualet,sed raro sit ex cholera, si uero fiat ex melancholia cum febre non detur cum uino decoctionis tamarisci,si fit ex calefactione hepatis, detur cum aqua tepida additis triasandalis,uel tryphera saracenica.

Contra dolorem stomachi ex frigiditate,uel uentositate detur cum uino decoctionis nucis musc.fiat emplastrum ex puluere masticis, & soluta cera cum oleo muscellino, & diacosto,& stomacho superponatur, datur ex frigida causa cum uino decoctionis spicæ nardi. Nephreticis, & stranguriosis cum aqua decoctionis saxifragiæ, granorum solis, & corticibus radicis herbarum diureti. hæc confectio non habet artificium,conficitur,ut electarium, per duos annos seruatur.

Diatragacanthum à tragacantho nomen accepit, sanat omne uitium pectoris, & pulmonis quod fit ex caliditate & siccitate, maxime phtisicis, hecticis, pleureticis,& peripneumonicis ualet, et ad omnem tussim, quæ fit ex caliditate uel siccitate, & ad ommem linguæ, & gutturis asperitatem. Cum uero sumitur, tandiu in ore teneatur donec ibi dissoluatur.medietas est lib.ii.

Recip. tragacan. albi, unc.ij.gummi arabi. al. unc.i. drachm.ii. amyli.unc.s. liquiritiæ drachm. ii. se. melo. citrul. cucurbitæ ana drach.iii.pendiarum, unc.iii.camphoræ, scrup.s. syrupi uio. quod sufficit. Conficitur sic, semina cum aqua ponantur super zuccharum, tantum tamen de aqua quòd possit zuccharum cooperiri,& bulliat usque ad dissolutionem zucchari, postea colentur per pannum rarissimum, & colatura ad decoctionem syru. coquatur,postea tundatur in mortario bene miscendo puluerem specierum.

Sũma me. est res. xi.

Diatragacanthum dicitur à tragacantho, quod recipit plus quàm aliud electarium. Valet patientibus in pulmone, & in pectore, & ad uocem clarificandum. Si huiusmodi passiones sunt ex frigida causa non dẽtur, si ex caliditate, & siccitate detur, tenendum est sub lingua, & paulatim transglutiatur, uel distemperetur cum aqua hordei & poterur, si patiens habeat frigidum stomachum, ut sæpe contingit ne stomachus magis infrigidetur post exhibitionem tragacanthi detur uinum aliquantulum lymphatum, uel quod melius est, uinum decoctionis masticis, potest etiam dari in pilulis, ex amylo, & zuccaro puluere liquiritiæ, & tragacantho confectis, & una magna, uel duæ paruæ sub lingua teneantur. Conficitur sic, tragacanthum per se pulueriz atur, quia antequam cum aliis speciebus possit pulueriz ari, omnes aliæ in fumum extenuarentur, & puluis ipsius ponderetur, postea aliæ species pulueriz entur,sed semina melonis, citrulli, cucumeris, & cucurbitæ mundentur à corticibus sicut debent, & sicut præceptum est ab antiquis. Nostri enim apothecarii huiusmodi laborem in seminibus mundari recusantes, semina ita aliquantulo zucchario simul terunt, & cum corticibus, & puluere cribellatum ponunt in medicinis, sed non tantum ualet,conficitur cum syrupo simplici,qui bene sit coctus, non tamen nimium, quia nimis de speciebus

non poſſet apponi. Quidam hunc ſyrupum clarificant ſpuma ouj, ut diatragacanthum albiſſimum ſit, poſtea ponitur puluis tragacanthi, poſtea aliorum, diutiſſime in mortario ducantur, ut bene incorporentur, & album fiat. Nota quidam ſophiſticant hoc electarium cum puluere amyli in multa quantitate ponentes, & alias ſpecies ſubtrahentes, ſed cognoſcitur, quia poſitum in ore farinam ſapit. per annum ſeruatur.

Iairis dicitur ab iri, prodeſt diſpnoicis arteriacis, tuſſientibus, uocem perditam reſtaurat ſi fuerit ex frigiditate. xij. pars eſt lib. iij. Rec. ireos unc. i. pulegij, hyſſopi, liqui. an. ʒ. vi. tragacanthi, amyg. pinearum, cinamomi, zingib. piperis, an. drach. iij. caricarum, carnium dactylorum, paſſularum enucle. an. drach. iij. ſemi. ſtyracis rub. drach. ij. & ſcrup. i. mel quod ſufficit, ſumatur ſero cum uino calido.

Addi tio.

Diairis dicitur à radice illa quæ ireos appellatur, uirtutem reſpicit ſpiritualium læſam frigiditate, maturat, conſumit, ac mundificat humiditates contentas in pectore & pulmone, unde tranſglutiendo ex eo cõfert dyſpnoicis, orthopnoicis, aſthmaticis, tuſsientibus, uocem perditam reſtaurat & commixtum cum zuccha. confert empycis. Gilbertus de Anglia in cap. de ſtrictura thoracis habet unam aliam deſcrip. quæ eadem eſt cum iſta. Auic. in. v. can. tractatu. vi. de uentre inferiori, & de debilitate ſtomachi inquit. medicamen quod dicitur diaireos. ſed idem non eſt, & ſic iſtud electarium cum melle ſecundum præſentem deſcrip. communiter tamen in hoc tempore præparatur cum zuccaro hoc modo, accipiatur zuccharum depuratum, & clarificatum, & coctum ad debitam cocturam, & quando infrigidatum fuerit, addatur puluris radicum ireos quantitas debita, & fiat confectio in morſellis, quod uocatur diairis de zuccharo. Simplicia ſatis nota ſunt. Summa medi. eſt. xv. res.

Iacalamentum à calamento dictum eſt, ualet præcipue ad omne uitium pectoris ex frigiditate, maxime his qui in ſenili ſunt ætate, ualet etiam tuſſientibus ex frigida cauſa, & quartanarijs ſi ex eo utuntur poſt prandium, & poſt cœnam in ſero cum uino. xv. pars eſt lib. ij.

Rec. calamenti, pulegij, hyſſo. melanopiperis, ſeſeleos, petroſelini an. ʒ. iij, & ſcrup. ij. leuiſtici, ʒ. i. & ſcrup. i. apij. ſe. ſcru. i. ameos, thymi, anethi, cina. zin. an. ſcr. ij. uel quod ſufficit. datur poſt prandium & cœnam.

Sũma medi. eſt res xiiii.

Iacalamẽtum dicitur à calamẽto, ualet tuſsi ex rheumate, & ex frigida cauſa, detur in ſero cum uino forti, & aliter. Accipe baccas lauri & ciminum & cõrita calefiant in teſta, ſine liquore ponaẽ in ſacculo, & inde caput ſaccelleẽ, ſi ſit uitio pectoris ſuper pectus ponaẽ.

Pituitis. Pituita eſt frigidus humor, & uiſcoſus in ſpiritualibus quem caliditate ſua diſſoluit, & conſumit ſumptũ: contra dolorem ſtomachi, ſi ſit ex phlegmate ualet cum uino forti, digeſtionem procurat cum uino decoctionis macis, poteſt dari ante cibum, & poſt ad procurãdum digeſtionem. Vẽtoſitatem in inteſtinis expellit cum uino decoctionis ameos. Menſtruis imperat ſi retineantur ex uiſcoſis humoribus ſumptum per os uel ſuppoſitum, ſic diacalamentũ reſoluatur cum oleo muſcellino, & ſuppoſitorium inde factum cum bombace inuolutũ ſupponatur, quartanæ, & quotidianæ ſic datur. Accipe. ℈. ii. ſcamoneæ, ℈. i. euphorbii, ʒ. i. maſticis, uel macis, & tere cum diacalamento, commixta dẽtur. iii. uel. v. horis ante acceſsionem, quartanariis in die interpolationis, poſtea detur uinum decoctionis roriſmarini, maratri uel pigani, præcedente tamẽ purgatione in utriſque, confice ut alia electaria, per duos annos ſeruatur.

Iapapauer, quod mirabiliter prodeſt hecticis phthiſicis nimium uigilantibus. tertia pars confecta eſt lib. ij.

Reci. ſucci liquiritiæ, tragacanthi, gummi arabi, an. ʒ. x. ſem. papaueris albi, penidiorum, ana drach. xx. amyg. dul

cium mundata. drach. x. amyli, ſe. citoniorum, portulacæ, ana drca. v. ſe. melonis, & cucurbitæ, & cucumeris, lactucæ, maluæ, ana drach. viij. fac puluerem, confice cum ſyrupo uiolarum uel ſapa.

Additio.

Diapapauer autẽ dicitur à papauere albo quod recipit. Gilbertus anglicus ca. de cauſis tuſsis habet unam aliam de ſcrip. quę eadẽ eſt cum iſta Meſ. diſtinctione de loch inquit. Loch de papauere, & eſt diapapauer ſed apud modernos aromatarios, aliud eſt diapapauer, & aliud loch de papauere nam hodiernis temporibus fit loch de papauere ſecundum intentionem Meſ. & diapapauer de mente Nicolai. Simplicia ſatis no. ſunt. Summa medici. eſt res. xv.

Iacodion dicitur à codio, quod papauer nigrum interpretatur, quod ibi intrat, proprie datur omni ſolutioni uentris, maxime dyſentericis cum decoctione aquæ pluuialis, in qua ſit ſpodium coctum, uel cum aqua roſata, & lientericis cum careno. xij. pars lib. ij.

Reci. capita papauerum nigrorum non nimis uiridium, nec nimis ſiccorum numero. xij. roſ. ʒ. ij. ſ. croci, acatiæ, liqui. an. ʒ. i. boli. unc. ſ. cinamo. ſymphiti, hypociſthidos, balauſt. an. ʒ. i. myrtillorum, unc. i. coralli rubei & albi, ſtomach. ſang. drag. laccæ, roris ſyriaci, an. ſcrup. ij. ſem. portulacæ drach. ſ. Conficitur ſic. capita papauerum ponantur in tantundem aquæ pluuialis, quod bene cooperiantur, & per tres dies ibi dimittantur, & in ipſa aqua uſq; ad tertiam partem bulliant, & poſtea colentur, & in colatura ponatur, lib. i. ſ. mellis myrtini, & in tali melle ſupradicta admiſceantur. Confectio mellis myrtini talis eſt, in duabus lib. mellis deſpumati ponatur una lib. ſucci myrtillorum, & coquatur ad ſucci conſumptionem, & poſtea coletur. doſis eius drach. iiij. uel. vi.

Iacodion à codion, quod eſt papauer, quod recipit in multa quantitate, & eſt duplex, Diacodion faciẽs ad fluxum uentris, & dacodion Gal. de quo hic agitur, ualet ad rheuma deſcendens ad pulmonem per tracheam, tuſsimq; commouens.

Rheuma quinque modis fit, uel enim fit ex caliditate diſſoluente, aut ex frigiditate exprimente, aut ex humiditate lubricante, aut ex humorum abundantia, aut ex debilitate uirtutis retentiuæ. Si ergo rheuma fit ex caliditate detur cum aqua calida, ſi ex frigida cauſa nullo modo detur, ſi ex humiditate lubrificante detur cum uino decoctionis maſticis, ſi ex humorum ſuperabundantia non detur niſi facta prius purgatione, ſi ex debilitate uirtutis retentiuæ detur cum aqua decoctionis roſarum, uel aqua roſacea. Valet phreneticis datum cum aqua frigida ſi tamen confectum fuerit cum ſyrupo, & non cum melle, fiat etiam emplaſtrum ex diacodion, & modico opio cum lacte mulieris reſoluto, uel cum aqua roſacea, & fronti & temporibus ſuperponatur. Valet febricitantibus non conſtipatis datum cum frigidis, ſi autem fluxum uentris patiantur cum aqua pluuiali, uel roſata. Requiem arteticis præſtat, requies alia eſt laborioſa, alia quieta. Cum enim fluxus uentris fit immature, & aliqua cauſa conſtringitur, requies ſequitur laborioſa, quãdo uero fluxus fit ui ſymptomatis, & aliqua cauſa conſtringitur, fit requies anethica. i. ſine labore. ℞. capita papaueris. Papauer aliud eſt album, aliud nigrum. Nigrum frig. eſt & ſic. album uero magis hu. cum inuenitur receptio papaueris ſimplex, tunc ſemen ponitur in medicinis, folia in emplaſtris & unguentis. Semina papaueris nigri per duos annos ſeruantur.

Acatia frigida eſt & ſicca, conſtringit & confortat. per annum ſeruatur. Eligenda eſt ſubnigra, quæ cum frangitur interius lucida eſt, quæ aliquantulum cohæret melior eſt, ſi eſt enim nigra uel pallida uetus eſt. Conficitur ſic. ſemen papaueris à capitibus excutiatur, & cũ ſpeciebus teratur. Capita uero nec nimis uiridia nec nimis ſicca, ut dicit auctor aliquantulum contundantur, & acatia ſimiliter, & ponantur hæc duo in aqua pluuiali, per triduum dimittantur, deinde coque & cola, & in colatura addito zuccharo fiat ſyrupus cum quo conficiatur. Si uero conficiatur cũ melle, coletur, & illa aqua coquatur ad ſpiſsitudinẽ, poſtea puluis ſpecierum addatur.

Iaſene dicitur quod plus de ſene ponitur ibi quàm de alia ſpecie, ualet proprie melancholicis, maniacis, cardiacis, & triſtibus, tota confectio uenit lib. i. Rec. ſenæ. unc. iii. auellanarum aſſatarum numero. l. ſerici combuſti, drach. ii. lapidis armenici, drach. i. lapi. lazuli. ʒ. iii. zucchari, unc. vi. cinamo. unc i. caryoph. galangæ, piperis, ſpicæ, ocymi, zingi. folii. gar. cardamo. croci, zedoariæ, floris roriſmarini, macropiperis, ana drac. ii. mellis, quod ſufficit: detur cum aqua in qua infuſum eſt ſene per noctem ſub diuo. Conficitur ſic. cum puluere auellanæ bene pulueriçatæ, & deſpumato melle ad ignem decoquatur, deinde puluis ſpecierum admiſceatur, quod ualet quartanariis, & magis ſpleneticis.

Iaſene electarium dictum a ſene, quod recipit plus quàm de aliis, cum autem plura electaria dicta ſint diaſene, iſtud inter cætera uſuale eſt, ualet melãcholicis triſtibus, & his qui ſunt ſine memoria, datur mane ſtomacho ieiuno, eodem modo detur cũ omnibus prędictis. ℞. ſene. folium cuiuſdam arboris, & fructicis ultra mare in Græcia & India, calidæ & ſiccæ complexionis, uirtutem habet purgãdi melancholiam, & ſanguinem aduſtum, per quinque annos ſeruatur, ſed non ſophiſticatur, quia in multa copia reperitur, ſene bulliat in ſucco boraginis, & inde fiat ſyrupus, multum ualet epilepticis.

Auellanarum aſſatarum, calidæ ſunt & ſiccæ, quidam dicunt q; ad membra confortanda hic auellanæ ponuntur, falſum eſt, ſed quia indigeſtibiles ſunt faciunt hoc electarium morari in inteſtinis à quo fumus reſoluitur petens cerebrũ illud confortat & depurat. Auellanæ ita aſſantur, nuclei in uaſe ferreo moueantur continue, ne exurantur, poſtea fricentur fortiter inter manus ut pelliculę non remaneant, ſimiliter terantur, & cum melle bene deſpumato conficiantur, deinde puluis ſpecierum addatur. per duos annos ſeruatur.

Lia diaſene deſcriptio. Rec. ſenæ, unc. iii. cinamomi, caryophyllorum, folii, cardamomi, galangæ, macis, ligni aloes, piperis longi, zingibe. zedoariæ, ſpicæ, nucis muſcatæ ana drachm. iii. boraginem & calamentum adde, & cætera quæ melancholiam purgant, auellanarum aſſatarum. l. ſetæ combuſtæ, drach. ii. lapidis armeni, unc. i. lapidis lazuli drachm. iii. zuccha. unc. v. mellis deſpumati quod ſufficit.

Additio.

Diaſene dicitur a ſene, quod ibi ponitur plus quã de aliis ſpeciebus. Gilbertus anglicus cap. de uitiis ſplenis habet hanc eãdem deſcrip. hoc antidotum eſt multũ in uſu, ſed dubium eſt ſecundũ quam deſcrip. debeat fieri, quia aliqui ſecundum primam componi faciunt, alii uero ſm alteram, tñ ſi bene conſideres parum inter ſe differunt, & ideo parum refert ſecundũ quam præparari debeat, quia ambæ deſcrip. etiam ad eandem intentionem ſunt ordinatæ. Summa medicinarum eſt res. xxi. cum additionibus.

Iacitoniten dicitur à citoniis unde fit, ualet ad debilitatẽ ſtomachi ſi fuerit ex frigiditate, appetitum confortat ſi non deficit ex abundantia humorũ, nomitiũ abſtinet, uentoſitatem prædictorũ emendat, & bonum colorem facit, et debilitatem ſtomachi reparat, lientericis prodeſt, ualet etiã his qui nimiam ſolutionem habent, facit maxime delicatis hominibus, & nobilibus, illioſis confert, bonũ odorem & colorem præſtat. Nota quod ſi ſtomachus laborat ex debilitate uirtutis digeſtiuæ, debet dari poſt cibum, ſi uero ex debilitate retentiuæ, ante cibum.

Rec. citoniorum in aqua elixatorum à cortice exteriori & nucleis interioribus mundatorum, lib. iii. mellis deſpumati, lib. iiii. ſ. ſupradicta citonia bene, ut diximus mundata, & fortiter trita in mortario, in caldario cum prædicto melle ſuper ignem ponantur, & cum ſpatula ſemper agitando, bulliant donec inſpiſſari incipiant. Si uis ſcire quando coctum fuerit ponatur aliquantulum ſuper marmor infuſum aqua roſ. ſi non inuiſcatur, ut colligere ualeas, coctum eſt, & tunc ab igne deponatur, & puluis harum ſpecierum cum ſpatula ſemper agitãdo ſuperaſpergatur. Rec. cinamo. unc. i. ſ. zingi. unc. i. galangæ, piperis, ana unc. ſ. caryc. mucis muſ. ana drach. iii. ſpicæ, ligni aloes, macis, cardamo. liquiritiæ, ana drach. ii. zedoariæ, drach. i. deinde ſuper marmor infuſum aqua roſ. cum aliquantulo muſci diſtemperatum ſupra marmor ſpargatur & cum infrigidatum fuerit cum cultello fruſtatim incidatur. Et ſi laxatiuum facere uolueris in unaquaq; libra apponatur, unc. ſ. ſcamoneæ tritæ, tamen cum fuerit calidum antequam ſupra marmor ponatur, ſcamoneæ bene commiſceatur, laxatiuum detur cum uino calido in ſero, ſimplex autem detur mane poſt prandium & poſt cœnam.

Sũma medic. eſt res xiiii.

Iacitoniten enim utile eſt aſthmaticis, detur his cũ uino decoctionis liquiritiæ, eodem modo tuſsientibus. Phthiſicis ualet, ſi phthiſis ſit ex rheumate, quia conſtringit, & conſumit putredinem, uirtutem habet conſtrictiuam, & conſumptiuam ex ſpeciebus, cæteris detur his cum aqua hordei. Vomitum conſtringit, ſi ſit de frigida cauſa, digeſtionem procurat, poſt prandium datum uentoſitatem delet, cum decoctione fœniculi. Colorem bonum facit quia uirtutem debilem confortat, quia ſpiritus reparat, hoc electarium conficitur diuerſis modis. Antiqui ſic faciebant, coroneis contuſis extrahebant ſuccum, cum ſucco mel ponebant in duplo, eo decocto ad ſpiſsitudinem addebant ſpecies, & conficiebant. Moderni ſic faciũt, coronea integra aqua prius bulliente decoquunt optime, poſtea mundata a cortice & a ſeminibus, & a duro illo in quo ſemina latitant, & quicquid durum eſt interius & exterius, poſtea exprimunt, & ſubſtantiam tranſire faciunt per cribrum de ſetis, & cum duabus lib. ſubſtantiæ tranſitæ per cribrum, uel per corium urſi minutim perforatum, commiſcent tres, uel quatuor lib. mellis, & decoquunt uſque ad perfectam decoctionem, & in. v. lib. ʒ. iii. uel. iiii. ſcrup. ſpecierum addunt, & faciunt electarium, & uſui reſeruant, deinde muſcus reſolutus cum uino puriſſimo in parua quãtitate uini incorporatur ei, & ſic reſeruatur. Alii decoquunt ad multam ſpiſsitudinem. Deinde proiiciunt electarium ſuper tabulam planificatam & mundatam & extendunt illud, ut ſtomaticon, deinde muſcus diſtemperatus cũ aqua roſata, uel uino ſuperaſpergitur, per fruſta ſcinditur, & reſeruatur.

Iahyſſopum. Rec. hyſſopi, ireos, thymi, melanopiperis, ana drach. xxx. gliconii, thymbræ, pigani, cimini, ana drac. xx. carnis dactylorum, caricarum, paſſularum enuclea. marathri, ana drach. x. zingiberis, aniſi, carui, leuiſtici. ana drach. v. mel, quod ſufficit, ſumatur mane, & ſero cum tepida.

Additio.

Iſtud electarium non eſt multum in uſu. Gilbertus anglicus capitulo de cauſis tuſsis habet unam aliam deſcrip. quæ eadem eſt. Hyſſopus eſt herba ſatis nota, & hæc eſt hyſſopus ſicca. Gliconium, ſecundum compoſitorem eſt pulegium. Gilbertus etiam in ſua deſcriptio. poſuit Gliconium, quod ſecundum quoſdam eſt mentaſtrum. Alii dicunt quòd eſt calamentum, ſed prima opinio eſt melior, thymbra id eſt ſatureia, piganum, id eſt ruta agreſtis. Summa medicinarum eſt res. xvii.

Iatrionpipereon, optimum rheumaticis, artheriacis, aſthmaticis, tuſsientibus, facit ad cauſas pectoris & pulmonis, phlegma ſtomachi digerit, digeſtionem procurat, frigiditates, & dolores in ea factos amputat,

hepaticis,& ſplenecticis,hydropicis,maxime hictericis conuenit,hypochondria tumentibus,renibus, & ueſicæ cauſis utiliſſimum eſt,menſtruis imperat,quartanarios, & quoti dianarios typos emendat.

Reci.nardi,amomi,melanopiperis,marathri,ana drach. iiij.zingibe.hyſſopi,petroſelij,leucopiperis,aniſi,ana drac. iii.croci,caſiæ,trochiſ.hedychroi,epithymi, enulæ , betonicæ,pigani, ſinoni,ameos,ſeſeleos,leuiſtici, ana drac.i.mellis, quod ſufficit,detur in modum auellanæ.

Additio .

Diatrionpipereon dicitur à tribus generibus piperum. Iſtud electarium deſcribitur à Nicolao in proprio antidotario,quod raro in uſu habetur, & ualet ad ægritudines pectoris, & pulmonis frigidas , procurat etiam digeſtionem impeditam à frigiditate , nocumentis etiam aliorum membrorum ſubuenit à craſsis humoribus , & frigidis cauſatis, diminuit typos quartanarios,& quotidianarios , raro tamẽ in uſu habetur , ſed illud quod à Meſ.deſcribitur præparatur. Eligendum eſt ex pipere nigro illud, quod eſt notum F
in quo non eſt res ſimilis grano furfuris & plenum . Sed ex pipere albo melius eſt illud , quod non eſt rugoſum & contractum,ſed illud quod eſt magnum grauis ponderis , & illud confortat ſtomachum plus quàm aliæ duæ ſpecies.Summa medicinarum eſt res.xxi.

Dlamanna utilis ad mollificandum ſanguinem, ad cholleram reprimendam,& etiam melancholiam, ualet etiam ad hepar calefactum, & corpus ſua uirtute purgat. Recipiatur de eo,unc.s.in aurora cum calida,et ad multa alia corporis incommoda ualet.

Rec.mannæ,zucchari uiol.caſiæ ſi.ana unc.iiii.tamarindi,zucchari, roſ.ana unc.i. hæc omnia reſoluantur in aqua decoctionis capilli ueneris,ſcolopendriæ,hepaticæ.ana unc. iii. ſeminum frigidorum mundatorum,uiolarum , ana unc. i.prunorum numero.xx. colaturæ addantur zucchar. lib. iii.et coquatur ad ſpiſſitudinẽ ſicut ſit in tryphera ſaracenica,& tunc addantur iſtæ ſpecies. Recip . ſeminum frigidorum mundatorum , uio. nenupha. ſcariolæ, lactu. portulana.unc.i.rheubar.foliorum ſenæ,aniſi, ana unc.i.& drac. i. ſumatur ut dictum eſt ſuperius. G

Additio .

Iſtud electarium diamanna in aliquibus paruis antidotariis Nicolai reperitur ſcriptum, in aliquibus non , & ideo non habetur in uſu , ſed illud Meſ.quod deſcribitur in proprio antidotario habetur in uſu , ſiquis tamen eo uoluerit magiſtraliter uti,poterit,quia ualet ad ea, quæ dicuntur in tex.per ſemina frigida intelliguntur hic quatuor ſemina frigida maiora. Summa medicinarum eſt res.xx.

Eſdra dicitur , quia Eſdra propheta in Babylonia in exilio poſitus eam primo inuenit , datur melancholicis timidis,& quibus ineſt malus appetitus , prodeſt, ualet etiam comedentibus carbones,& tuphos,& teſtas olarum , & ad nimiam cerebri frigiditatem ualet ad dolorem,et putredinem aurium ex rheumatica cauſa, & ſi hoc modo fuerit aptata, fac licinium de panno uel bombace,& in capite licinii pone parũ olei muſcellini, & ſuperponatur eſdra,& in aure patientis immittatur . ad difficilem partũ mulieris ſatis ualet, ſi cum ſucco artemiſiæ fuerit diſtemperata,uel ſabinæ,utroq; latere ab umbilico inferius inuncta: prodeſt ad tuſſim ueterem,uel humidam diſtemperata cum ſucco ptiſanæ,uel amyli: ualet ad ſciſſuras labiorum , ſi ex ea fuerint inuncta : ualet contra uenenoſos morſus animalium, ſerpentum,ranarum, & aliorum reptilium , & contra morſum canis rabidi , prodeſt toxicatis hominibus , ſi trium annorum,uel quatuor fuerit data,cum ſuc.mentæ diſtemperata ſupra uulnus inunctum ſatis confert. xl. pars confecta eſt,lib.iii.

Recip.aliptæ muſ.myrrhæ,zuccha.foliorũ rutæ,apii ſe. chamædry .fœnugræci,ana drac.i.ſcrup.i.& gra.i.eboris limaturæ,pigani , leliſphaci,galenæ, balauſtiæ , ana drach.i. & gra.vii.s.& parum plus,cinnamo. caryoph. xyloaloes, ſpicæ,zedoariæ,laccæ,roſ.cappa.pulegii,abrotani,melanopi.petroſel. oſſium dactylorum ana ſcrup. ii. s. & gra.iiii. galãgæ,zin.croci hortẽſis,anacardi,lithodæmonis, mandr. acori, peoniæ,thymi, hyſſopi,roris ſyriaci,baſilici,dauci,fœnicu. ſe.althææ,oliuarum oſſium,uini uet. optimi, drach.s. ſcrup.s.& gra.i.balſami, croci orientalis, folii, coſti , galliæ,calami aroma. caſiæſi. mirob. nardi celticæ,xylob. traga.coral.al. & ru. confectæ,ru.caſtorei opopa. bdel.chalba. aſpalthi,terebin.maſti.theriacæ adriani, ſplenis pultri,uentris merguli, reupon.ariſtolo.lon. aſari, hermodact. meu, ireos,pyrethri,peucedani, gentianæ, epithymi,uio.artemiſiæ,chimoleæ, folii,citri,laureolæ, mentæ, malobatri,quinquefolii,carpo.aniſi,amomi,cimini,miconis,ſe.ozymi, platocymi,ſe.rutæ hortenſis, bac.lau. ſang.draco. lapidis magnetis,lapidis gagatis,oſſis de corde cerui, muſcelei,petrolei,ana ſcrup.i.& tertiam partem alterius, camphoræ,ambræ,margaritarum perforatarum , & non perforatarum, blactæ bizantiæ, ſambuci, ſtyracis,cala. ſera.ſulphuris uiui,antimo.hypociſtidos,macis, litii , ſchœnanthi , acatiæ, herbæ ſyriacæ, floris oleandri, fu,marubii,ſulphuratæ,abſinthi alexandrini , euphorbii, cardamomi , ſemen anethi, ameos,git,leuiſtici, ſemen citri,leucopiperis, macropipe.nigellæ,uſifur,corticis neræ,mabathmaticõ , aquæ uitis,ana ſcrup.s.& gra.ii.lithargyri,amyli,opii,iunci, radicis calamenti,hyoſcyami,ana gra.vii.mellis quod ſufficit, datur in ſero in modum auellanæ cum uino calido.

Eſdra opiata eſt dicta ab inuentore ſcilicet Eſdra Propheta , ualet contra oẽs capitis moleſtias factas ex frigiditate,uel ex frigido humore abſque febre , & apoſte mate,uel ad eas quæ dicentur in ſequentibus . Nota quòd hæc opiata habet quaſdam cões laudes,quoniam ualet contra quaſdam ægritudines cõtra quas ualet aurea, & eodem modo exhibenda eſt , unde de ſupradictis in aurea prætermitto,ualet melancholicis ex melancholia naturali,exiſtente in capite, præcipue data cum uino decoctionis gentianæ,ut ipſe dicit,ſed quoniam gentiana ualet plurimum contra cauſas pectoris,utilius datur cum uino decoctionis alicuius confortantis,ut nucis muſca.uel caryophylli,uel muſci.hæc enim depurant cerebrum & confortant . Ad uuulã relaxatam ex rheumate data in pilulis ſic , puluis cinamomi , & antere commiſceantur cum eſdra & fiant pilulæ , & teneantur ſub lingua, cum tali etiam confectione longiori digito , uel aliquo alio in aſtino ſubleuetur uuula , exiccat enim , & conſumit hu . Synanchicis in princ. ſcilicet ante confirmationem apoſtematis facto inde gargariſmo cum ſapa , & forti aceto prodeſt , hic enim gargariſmus repellit materiam,nec permittitur apoſtemata confirmari. Idem etiam ualet ad intenſam uel remiſſam . Contra rhagadias, & ſciſſuras labiorum factas ex melancholica ficcitate , ſi H
fiant ex cholera ulcerante non ualet eſdra . debet autem ſuper rhagadias inungi hæc opiata addito puluere radicis portulacæ aduſtæ , mirabiliter confert puluis iſte confricatus cum eſdra , uel cum ſolo melle contra huiuſmodi ſciſſuras labiorum,manuum,& pedum,ex uiſcoſo phlegmate factas . Hictericis ſine febre , & ſine magna hepatis calefactione , & præcipue quando hictericia naſcitur ex aliquo craſſo & uiſcoſo humore oppilante . exhibetur in iſtis competenter cum aqua diure . capil. vene. hepatica , adiantos , cetrac . etenim aqua deoppilatiua eſt . Spleneticis ex melancholia, quia ſi ſit ex cholera non confert eſdra,debet autem eis dari cum aqua , uel uino decoctionis capparis præcedente purgatione , & inunctionibus ſplenem mollificantibus , arteticis podagricis , ſi fiant ex frigidis humoribus rheumatizantibus , ualet eſdra eunti dormitum cum calido uino , conſtringit enim membra relaxata , & conſtringendo rheuma cohibet . Ad dolorem

lorem poſt partum, qui ſit ex ſolutione continuitatis retinaculorum ex magnitudine fœtus elongantis pudenda præter modum,& elargantis , tunc ualet eſdra cum uino, conſtringit enim membra relaxata,& conſolidat ſoluta.Suppoſita etiam cum puluere olibani idem facit. A

Ad dure parientem ualet propter balſamum,quem recipit , & expellit fœtum . Iſtis autem datur cum uino decoctionis rutæ artemiſiæ , ſupponatur etiam diſtemperata cũ ſucco earundem herbarum. Ad morſus uenenatorum, quia multa recipit quæ uenenum expellunt dictamum , ariſtolochia rotun.gentiana,detur cum uino decoctionis mẽtæ, & morſuræ ſuperponatur , ad hoc tamen theriaca melius ualet .

Contra lepram albam.i. quæ ſit de phlegmate quam quidam dicunt aloperiam , Conſtantinus tamen dicit quòd aloperia ſit de ſanguine,detur autem cum uino.Nota quòd non tantum efficacius eſt in hoc mitridatum . Fluxui prodeſt à capite,data,ut diximus , uel fluxui uentris, & præcipue lienteriæ data cum uino decoctionis maſticis , præcedat tamẽ medicina phlegmagoga,ut polypodium colocynthis,& ſimilia.℞.fœnugræc.ſecundum quoſdam calidum eſt B
& ſiccum, mihi autem uidetur , quòd ſit calidum & humidum,uirtutem habet remouendi, & relaxandi,& maturandi, ponitur hic , ut relaxando medicinas eaſdem conſumptioni habiliorem reddat , & humiditate ſua uiolentiam aliarum reprimat , & obtundat . Fœnugræcum herba eſt cuius ſemen ſimili nomine dicitur , cum ſimpliciter reperitur in medicinis ſemen apponendum eſt , per tres annos ſeruatur .

Balauſtia. Balauſtia frigida eſt & ſic.uirtutem habet conſtringendi fluxum & rheuma,& ob hoc ponitur hic . balauſtia flos eſt mali granati caducus,debet autem colligi quando adhuc uicinatur origini , uiridem habens colorem, ad umbram uel ad ſolem deſiccatur,per biennium ſeruatur.

Abrotanum ca. Abrotanum ca.eſt ſic.uirtutem habet attrahendi,& conſumẽdi ſuperfluas,herba eſt quæ in productione florũ colligi debet,flores & folia abiectis ſtipitibus in medicinis ponimus,per annum uel per.ii.annos ſeruatur, ſed ſi quolibet anno renouetur melius eſt.

Lithodæmon. Lithodæmonis:ca.eſt & ſic.complexionis,uirtutem habet conſumendi, & abſtergendi ſuperfluas,lithodæmon , lapis dæmonis dicit,uel ideo quia eſt nigri coloris , uel ideo quia in lacu ubi Sodoma & Gomorra perierũt inuenitur, ſicut aſpalthum ſecundum quoſdam, ſed eſt falſum,non multum indiget electione,diu ſeruatur. C

Oliuæ fructus. Oliuæ fructus.oliua cali.eſt & humi.uirtutem habet relaxandi , & reſoluendi,recentes ponendæ ſunt in medicinis, uel ſaltem ſine ſale conditæ , quidam ponunt tantum oſſa, quidam totam oliuæ ſubſtantiam,quod melius eſt.

Semen althææ. Semen althææ inter ca.& fri.temperatum, uirtutem habet humectandi, ut humiditate ſua uiolentiam aliarum ſpecierum cõtemperet,ſemen maioris dicitur maluæ,eſt enim malua maior & arbor,maior malua biſmalua dicitur, & uiſcus idem dicitur , cum in unguentis , & emplaſtris althęa inuenitur,folia,uel radices debent apponi, in antido. tamẽ ſemen eſt ponendum.per annum ſeruatur.

Celtica. Celtica cal.eſt & ſic.uirtutem habet diureticam propter uitium renum ponitur hic, & ueſicæ , & matricis , dicunt D
quidam, quòd ſpica celtica eſt ſaliunca quod falſum eſt, eſt enim ſpica duplex,ſpica celtica,& ſpica nardi. Spica celtica debet eligi albidã,in occidentali plaga inuenitur,pro ea ponunt apothecarii ſaliuncam.

Gallia. Gallia calida eſt & ſicca, uirtutem habet confortandi & conſumendi.

Confita. Confita ru.i.ſtyrax , calida eſt & ſic. virtutem habet confortandi, & conſumendi,& conglutinandi, confortat enim aromaticitate ſua reparando ſpiritus, qualitatibus ſuis conſumit ſuperflua , & glotinoſitate ſua fluxum rheumaticum cohibendum conſtringit . Styrax ru.gummi eſt arboris in India naſcentis, in uere nanque árbor illa inciſa ſecundum ramuſculos a ruſticis , gummoſitas quædam emanat , quæ circa ſuperficiẽ arboris condenſata fit ſtyrax rubea,& dicũt quidã,quod purius eſt in illa gummoſitate,ſtyrax talis dicitur, quare bona gutta, & impurius ſtyrax rubea. Nos dicimus quòd gummi ſunt diuerſarum arborum, fortaſsis de ru

bea , quia ad colorem rubeum accedit , illa debet eligi, quæ rufa eſt , & manibus malaxata , ut cera , per. xxx. annos ſeruatur.

Splen pultri. Splen pultri.non determinatur ab autoribus cuius complexionis ſit ſplen pultri, ratio tamen & effectus eius manifeſtat quòd ſit cali. & ſic.tum quia de maſſa ſanguinea ſit, tũ quia ſuperflua cõſumit, ponitur hic,propter paſsiones capitis,& epilepſiam,& paralyſim,& typos febrium.Splen pultri non eſt ſplen , vt quidam dicunt , ſed eſt quædam ſuperfluitas circa cerebrum pulli equini , quod in tempore ſuæ natiuitatis per motum permutationis per nares emittitur , & niſi ſtatim ab aliquo recipiatur , mater pulli eam abſorbet, ſoli exponitur & ſiccatur , per biennium ſeruatur , ſed quanto magis exiccatur , tanto eſt melior . puluis eius ſpecialiter valet pueris tuſsientibus , & aſthmaticis datum cũ lacte .

Vetrismerguli. Venteris merguli , de ratione huius eſt , quòd ſit frigidæ & ſiccæ complexionis , licet non inueniatur ab autoribus determinatum,quia auis nata eſt in aquis degere , & aquas habitare, dicitur tamen quia membrum illud neruoſum eſt ideo ponitur hic, vt frigiditate ſua aliarum ſpecierum acumen temperet, & ſiccitate membra conſtringendo relaxata rheumaticum humorem cohibeat . Venter merguli, ſtomachus merguli dicitur,& in noſtra lingua peter,& in gallica caſsier appellatur , & tota illa ſubſtantia exiccata uſui medicinæ conſeruatur , quanto autem de maiori quæ poteſt haberi, tãto melior eſt.In electione tamen uentris merguli, & ſplenis , facile quis poteſt decipi, quoniam quodlibet ſimile pro eo poteſt vendi. per annum ſeruatur .

Artemiſia. Artemiſia ca. eſt virtutem habet conſumendi extenuandi , & diuretica eſt , propter cauſam ponitur hic renum & veſicæ.flores, & folia abiectis ſtipitibus medicinæ competunt, in tempore productionis florũ colligitur & ſiccatur, per annum ſeruatur.

Chimoleon. Chimolea frí. & ſic . complexionis, uirtutem habet conſtringendi. Chimolea, teſta argentea,terra ſaracenica , terra ſigillata, & terra ſiguli idem eſt , eſt enim quædam maneries terræ, quæ vltra mare reperitur , aromatica eſt aliquã tulum , & alba ſicut trochiſci. Saraceni in ea ſigillum imprimunt , unde ſigillata eligenda eſt aromatica, & quanto albior inuenitur , & cui ſigillum impreſſum eſt , apothecarii quandoque accipiunt aliam terram ſcilicet cretam albam , & pro ea ponunt , & diu abſque corruptione ſeruatur. Experimentum contra capillorum aſperitatem poſt ablutionem capitis , reſoluatur chimolea in aqua tepida , & inde caput lauetur, & capilli per ſe exiccẽtur,capillos facit odoriferos lenes,& aſperitatem remouet.

Menta ca. Menta ca.eſt & ſic.uirtutem habet confortandi & conſumendi. Mentæ duæ ſunt maneries, eſt enim menta communis,& menta romana ſiue ſaracenica, quæ apud monte peſſulanum coſtum dicitur. cum ſimplex inuenitur. ℞.mentæ, communis debet poni , ſcilicet folia abiectis ſtipitibus. in vmbroſo loco , vel ad ſolem deſiccatur , per dimidium annum ſeruatur .

Malobathrum. Malobathrum ca. eſt & ſic. uirtutem habet confortandi ex aromaticitate ſua & conſumendi , & diſſoluendi. malobathrum folium album, uel folium paradiſi dicitur, quia in paradiſo naſcitur, non recordor me uidiſſe . malobathrum ultra mare inuenitur. ponuntur autem pro eo folia caryophyllorum , ſubtiliora , & tenuiora , de quorum electione dictum eſt ſatis.

Lapis magnetis. Lapis magnetis frigi. & ſic. complexionis , uirtutem habet ſuperflua derergendi aſperitate ſua , & ferrum attrahẽdi , lapis qui in occidente , & oriente reperitur eligendus eſt , qui ſecundum quantitatem ſui proportionali ferrum magnum, vel paruum facile attrahit, qui vero hoc nõ facit abijciendus eſt, diu poteſt ſeruari .

Lapis gagates. Lapis gagates frigi.& ſic.complexionis eſt, virtutem habet deponẽdi ſuperflua grauitate ſui & aſperitate, lapis rotundus eſt , & ſatis ponderoſus eſt , non ſophiſticatur,diu poteſt ſeruari.

Muſceleon. Muſceleon cali. eſt & ſic. uirtutem habet calefaciendi , & diſſoluendi,& confortandi : oleum eſt, quod de muſco , & aliis ſpeciebus aromaticis ſic fit . In uaſe vitreo poni-

tur oleum commune cum prædictis speciebus, & in caldario aquæ pleno bene per unum diem permittatur, bullire debet cum radice eius herbæ, quæ pes columbinus dicitur, illa herba tantum ultra mare inuenitur. Sophisticatur autem à quibusdam, qui de sola casia lignea, & cinnamomo hoc faciunt oleum.

Sãbucus. Sambucus ca. est. & sic. sambucus arbor est, quæ de mense in mensem flores producit, ultra & citra mare inuenitur, de floribus eius fit oleum sambucinum sic: flores in oleo cõmuni i ampulla uitrea ponũtur, soli exponitur per. xx. dies, & eo amplius, illud coletur, fit oleum sambucinum, & cum inuenitur oleum sambucinum, ipsum oleum debet imponi non frondes quas quidam ponunt.

Caballi marini. Caballi marini. ca. & sic. est ſm quosdam, ſm alios frigidæ, & siccæ uirtutis, uirtutem habet desiccandi, & consumendi superflua, quidam pisciculi sunt qui in mari inueniuntur dicti caballi, eo, q̃ capita habẽt similia caballi capiti, & pedes simili modo quidam eos exiccant ad solem sale conditos, uel sine sale, quidam non, per biennium seruantur.

Hipocisti dos. Hipocisthidos. fri. & sic. complexionis est, uirtutem habet constringendi membra soluta, succus est cuiusdam fungi eodem nomine uocati, qui apud pedem rosæ caninæ nascitur, & est rubeus, fit autem sic: fungi in magna quantitate terantur, & succus exprimatur, & soli desiccetur, eligendus est non multum solidus, nec multum mollis, qui cum frangitur aliquantulum lucidus est, per biẽnium seruatur, melius tamen est si quolibet anno renouetur.

Litium. Litium ca. est & sic. uirtutem habet abstergendi, & mũdificandi superflua, litium, oculus lucidus dicitur, eo q̃ oculos lucidos, & claros reddit in collyriis appositum, quidam asserunt, q̃ confectio est, alii q̃ succus herbæ: fit autem litiũ sic, caprifolii pinulas collectas in mense septembris, tere per linteolum cola, & succum eius in conca ad solem exicca, & illud erit litium, eligendum est aliquantulum solidum & unius coloris cum frangitur, per vii. annos seruatur.

Flos oleã dri. Flos oleandri ca. & sic. complexionis, uirtutem habet calefaciendi uehementer, & consumendi. Oleander arbor est similis lauro circa marina nascens, est autem arbor pernitiosa & mortifera, si enim in eius ramis carnes assentur, uel uerubus infigantur, comestæ, mortem inferũt. Et nota q̃ flores eius nunquam per se debent dari.

Sulphurata ta. Sulphurata ca. est & sic. uirtutem habet dissoluẽdi super flua etiam extenuandi in modum sulphuris, uel exurendi in modũ sulphuris, unde sulphurata, uel sulphurita dicitur, herba est cuius semen competit usu medicinę, unde cũ simplex sulphurata inuenitur, semen ipsius apponimus, per tres uel quatuor annos seruatur.

Cardami. Cardami ca. & sic. semen est nasturtii, uirtutem habet dissoluendi superflua & cõsumendi & attrahendi. Nasturtium herba est, & est nasturtium hortulanum, & est aquaticũ, & alio nomine senatio dicitur, herba competit usui medicinę & semen, cum ergo inuenitur. ℞. nasturtii, semen apponendum est. Nasturtium hortulanum eligẽdum est, quod habet acutiorem saporem, per tres annos seruatur.

Semẽ cit. Semen citri. ca. & sic. uirtutem habet diureticam. Citrus est arbor cuius fructus citrus uocatur.

Semen citri, & cortex medicinæ competunt, semen colligitur in Maio, & soli exiccatur, eligendum est semẽ, quod in maturo citro inuenitur, per tres annos seruatur.

Gipt & nigellę. Gipt & nigellæ ca. & sic. complexionis uirtutem habent dissolutiuam & consumptiuam, semina sunt, simili nomine appellantur, quorũ herbæ in frumentis inueniuntur, in quorum notitia Salernitani non conueniunt. Quidam enim dicunt gipt esse crassum & rubeum, semen autem nigellæ gracile & triangulatum, & fere omnes habent hanc sententiam ego autem dico nigellam esse crassiorẽ quàm gipt, per tres annos seruatur, nigella menstrua peroptime prouocat, cũ inuenitur simpliciter. Recipe gipt uel nigella semen est apponendum.

Vsifur. Vsifur idem est quod minium unde fiunt capitales literæ rubeæ, ca. & sic. complexionis est, uirtutem habet abstergẽdi superflua ex asperitate sua, usifur non est uena terræ, sed ex coctione artificiosa aquosis & aereis partibus in igneas transeuntibus, eligendum est clarum, & lucidum cũ oppres-

so rubore, diu seruatur.

Cortex neræ ca. & sic. uirtutem habet diureticam. Nera arbor est secundum quosdam uel herba, quæ in apulia inuenitur, producens fructum ad modum baccarum lauri, qua utuntur saraceni ad faciendas tincturas, cortex huius arboris cõpetit medicinæ, nõ sophisticatur per. ii. ann. seruatur.

Mabathematicon ca. & sic. complexio. est, uirtutẽ habet diureticam, mordicat & pungit intestina, unde mouentur ad superflua expellenda. Mabathematicon succus est caulis agrestis, & domestici habentis folia pilosa, ex parte exteriori & interiori subalbida uel pallida, est autem domesticus & agrestis, folia conteruntur, succus extrahitur, ad solẽ exiccatur quidam autem substantiam caulium tritam cũ succo conficiunt, & trochiscos informantes usui seruant, sed non approbo, eligendum est, quod cum frangitur interius non habet lanuginem aliquantulum humiditatis habẽs, per tres annos seruatur.

Aqua uitis frigida & sicca, uirtutem habet constringendi, & infrigidandi, colligitur autem sic. In uere quando multa humiditas à terra transfertur, rami uitis incidunturF, & loco incisionis suspẽditur ampulla uitrea, uel aliquid huiusmodi, ut gutta aquæ recipiatur, & aqua optima est cõtra arsuram, & pruritum oculorum, per tres an. seruatur.

Lithargyri. frig. & sic. complexionis est, uirtutem habet abstergendi superflua interiorum asperitate sua, raro tamẽ ponitur in medicinis excipiendis per os, melius enim in unguentis, & emplastris operatur. Lithargyrium dicitur fieri de spuma auri uel argenti, sed spuma auri proprie dicitur cadmia, & istud eligẽdum est, ut pote melior & poni debet in medicinis, si potest haberi, sed apothecarii ponunt loco eius lithargyrum, quod fit è spuma æris quod non tantũ ualet, diu seruatur. optimum unguentum fit de puluere eius, & forti aceto decoctum contra salsum phlegma.

Iunci radix ca. est & sic. uirtutem habet diureticam, iuncus herba est satis nota, cuius radices aſsimilantur galangæ adeo, q̃ cum ipsis aliquando galangam adulterant, huius radices ponuntur in medicinis mũdatæ à suis ramusculis: per duos annos seruantur, melius tamen est si quolibet anno renouetur. Conficitur sic à quibusdam. Omnes species simul pulueri zantur, & appositis oleis, & melle despumato conficiunt. Sed longe melius est si lapides qui ibi recipiuntur pulueri zentur, & aliæ species simul postea factæ commixtione puluerum conficiuntur cum tali proportione, ut pro una li. pulueris ponantur tres mellis, ultimo apponantur olea cum modico mellis incorporata. diu seruatur. esdra, & post. vi. uel. vii. annos melior est. Nota q̃ magister Copho, et magister Ioan. de platea in hoc erant gemelli, quia fere omnes aliis de esdra discordabant dicentes q̃ esdra aut nullam aut modicam habebat efficaciam, quia cum infinitæ ſpecies in ea reperiantur quas reperies in eius dosi, de tot millibus unum fere nihil potest operari.

Electarium Ducis dicitur, quia abbas de curia illud cõposuit ad opus ducis Rogerij filij Roberti uiscardi, propter indigestionem, & uentositatem stomachi, et inteſtinorum, & ilij dolorem, & uitium lapidis. xii. pars est confecta lib. i.

Recı. ani. drach. ii. & gra. xvi. liqui. masticis, ana scrup. ii. & gran. v. chamædryos, zinzi. cina. galan. mara. carui, ana scrup. i. gra. xv. xylocasiæ, calamenti, dauci, pyrethri, piperis al. et lon. cyperi, schœnanthi, ireos, amomi, solii, asari, ana scrup. i. spicæ, croci, gummi ara. draga. se. anethi, cala. aro. cucubæ, cario. carpob. leuisticiı: iuniperi, alexãdri. sileris, pentaphylon, se. asparagi, citri, acori radi. ameos rub. indi, urticæ, reupon. nucis myristicæ, ligni alo. basilici, millii sol. saxifragi. se. citrul. melo. cucu. et cucur. scario. petroselini, been alb. et rub. styracis cala, cardamo. ana gra. xv. peniodorum unc. s. et scrup. ii. et. s. mel quod sufficit, datur post prandium, et post cœnam cum uino calido, si datur contra lapidis uitium, sumatur cum decoctione milii solis, uel scolopendriæ,

Electar-

Electariũ ducis dicitur à duce inuẽtore uel ad opus ducum compositum, ualet ad dolorem ilii. Alius fit ex cholera pungente, & mordicante intestina, & resoluente humores in uentositatem, unde fit extensio, & dolor interdum ex humore phlegma. in intestinis congregato, aliquando uitio lapidis comprimentis intestina, ex compressione cuius superfluitatibus recenti dolori emergit iliacus. Si fiat ex cholera hoc electarium confert propter plura calida quæ recipit. si aũt fiat ex phlegmate, de ratione probatur multum ualere datũ simpliciter, hoc enim electarium diureticum est, & experientia nouimus quòd electaria calida, & diuretica simpliciter data non existente constipatione, ualent subtilioribus partibus per urinam euacuatis. Si fiat ex uitio lapidis, ualet datum cum decoctione saxifragiæ, granorum solis, & lapidis lyncis, fiat etiam emplastrum de electario ducis cum succo senationis, & cum oleo communi, uel multellino, & pectini & lũbis superponatur, pars etiam illius emplastri per pannum exprimatur, & colatura addito balsamo per siringam iniciatur. ualet contra dolorem ilii ex phlegmate sic exhibitum, fiat decoctio uiolarum & prunorum damascenorum & mercurialis in uino uel aqua, & in colatura electarium resolutum exhibeatur optimum clystere contra hanc causam, fiat decoctio senationis in aqua dulci & marina, in colatura electarium ducis, & benedicta resoluatur, & addito melle, & oleo per clystere iniiciatur. Valet ad dolorem stomachi factum ex frigido humore, uel uentositate, detur autem cum decoctiõe nucis muſca. Nota, tam in his quàm in prædictis ieiuno stomacho melius exhibetur. in eius confectione non magno utimur artificio, terantur species secundum doctrinam aliorum electariorum, cum melle conficitur, debet aũt exhiberi cũ uino decoctionis nucis muſcatę.

Electarium Pliris arcoticon, pliris est completa medicina arcoticon principium interpretatur, ualet tristibus, melancholicis, & ad magnam stomachi debilitatem, & cordis, & syncopim, memoriam & reparat, sensum acuit, epilepticis anheliticis, acataleticis prodest, & omnẽ debilitatem cerebri reparat. vij. pars lib. i.

Rec. cinnamo. caryoph. ligni alo. galang. spica, nucis muſca. zinzibe. spo. schœnanthi, ciperi, ros. uiol. ana. drac. i. & gra. xv. folii, liquiritiæ, masticis styrac. sanſuci. balsamitæ, basiliconis, cardamo. macropi. & leucopi. myrtilli, corticis citri. ana. scrup. ii. & gra. v. gemmarum, been albi & rubei, coralli, serici combusti, ana scrup. i. gra. ii. muſci. gra. vii. & s. camphoræ, gran. v. syrupi ros. quod sufficit. detur febricitantibus cum aqua mane & sero, non febricitantibus cum uino.

Electarium pliris arcoticon. Pliris nomen est huic electario ab autore impositũ, arcoticon dicitur principale, princeps electariorum propter magnam efficaciam. ualet contra omnes passiones, quæ fiunt ex melancholia scilicet maniam, uel melancholiam, epilepsiã, & cardiacam. Perditum saporem restaurat. omnibus eodem modo exhibeatur scilicet cum uino odorifero, uel quod melius est cum syrupo facto de succo boragi. & zuccharo, melancholiæ fumositatem consumit, & meatus spirituum elargat, & sua aromaticitate cerebrum confortat.

Timorem remouet, & securitatẽ præstat, timor ex melãcholico humore consurgit, quem consumendo securitatẽ inducit, cessante enim causa, cessabit effectus: detur contra hanc passionem cum uino decoctionis ligni aloes & ambræ. Ad dolorem stomachi ex indigestione uel frigiditate contra quam ualet prædicto modo, uel addatur principaliter, datum cum decoctione tertiæ partis aucis mus. & viii. caryoph. & ℈. i. masticis. Anastrasim stomachi amputat ex indigestione facta, contra quam ualet prædicto modo, uel addatur modicum masticis uel anisi.

℞. Sanſuci. Sanſucus herba est quæ alio nomine dicitur maiorana, ca. & sic. uirtutem habet confortandi ex aromaticitate sua consumit ex qualitatibus suis, ad confortationẽ membrorum ponitur hic, in productione florum est colligenda, & ad solem deficcanda. cum ponitur in medicinis, flores, & folia à stipitibus separentur, & quãtitate ab autore determinata ponantur, per annum seruatur.

Balsamita ca. & sic. est, balsamita dicitur q̃ odorem balsami protendit, herba est satis communis & nota, ponitur hic ad confortationem membrorum, in uere colligitur. per an. ser. quanto recentior est, tanto melior est. De balsamita.

Myrtilli fri. & sic. fructus sunt herbæ myrti, uirtutem habent constringẽdi, confortandi, ponitur hic non ad cõstringendũ sed ad cõfortandũ, confortãt enim mẽbra calore relaxata, dũ constringendo partẽ parti cohærere faciunt, uel apponũtur ad repressionẽ caloris calidarũ, & siccarum, ne calor exolutus mẽbra debiliter. Colligũtur cum bene sunt nigri, & maturi, & siccantur, per annum seruantur, eligantur aũt, qui cum franguntur aliquid habeant humiditatis. De mirtillis.

Corticum citri. citrus est arbor cuius fructus citrum dicitur, citrum triplicis est substantiæ, habet enim acetosum interius, quod frigidum est & siccum, pulpam in medio quę calida est & humida, corticem exterius qui frigidus est & siccus, & sic cortex ponitur hic, qui subtilissime etiã mouetur à pomo, & siccatus apponitur. De cortice citri.

Been album, & rubeum. tam albũ quam rubeum ca. est & sic. herba est quæ in transmarinis partibus inuenitur, radix competit medicinæ, uirtutem habet confortandi, consumendi, ponitur hic ad confortandum membra, & ad consumẽdum superfluitates melancholicas, quæ cardiacã inducunt passionem, eligendum est continuum, non perforatum, extentum, ponderosum, quod habet his contraria signa uetustate consumptum, per annos tres ser. De been albo.

Serici combusti. non est determinatum ab aliquo autore cuius cõplexionis sit. ex complexione autẽ animaliũ illud operantium percipere possumus esse frigidæ complexionis & siccæ, quia anili utuntur nutrimento, & magis siccum postquam combustum est, ponitur hic, ut consumat, & abstergat superflua, comburitur sic. super tegulam calidam ponitur & desiccatur, donec possit puluerizari, combustũ non potest seruari, apothecarii non apponunt purum sericum, sed eius superfluitatem, sed ponendum est quanto purius inueniri potest, quia efficacius operatur. De serico cõbusto.

Camphora fri. est & sic. uirtutem habet constringendi ex qualitatibus suis, confortandi ex aromaticitate ad confortandum, ponitur hic uel ut temperet caliditatem speciẽrũ ibi appositarum. Quidam dicunt camphoram esse gummi, Sed nos cum Dioſco. dicimus esse succum herbæ quæ in transmarinis partibus inuenitur quæ camphora dicitur. Eligenda est alba, & quæ clarior potest inueniri. i. psyllio, & se. lini in uase uitreo postea diu potest seruari, uel quod melius est in uase facto de alabastro, uel de marmore præcipue sine alicuius commixtione diu potest seruari, scilicet per. xx. an. Conficitur sic, lignum aloes per se puluerizetur, margaritæ per se, ambræ muſc. per se, camphora per se, & cætera similia, multi enim sunt, qui in hoc electario camphorã non ponunt propter delicatos, præstat enim horribilem saporem, sed loco eius de sandalis in syrupo in quo conficitur multum apponunt, & bene faciunt. Sic autem fit syrupus sandali al. & rub. & rosæ in aqua bulliant, uel aqua rosarũ dies sit quod melius est, coletur, in colatura addito zuccharo fiat syrupus, & bene coquatur, quo bene cocto, ea, quæ puluerizata sunt simul imponantur, deinde lignum aloes, post margaritæ, post ambra, post muſcus postremo cãphora, & adhuc electario feruente, ista sicut diximus imponantur, per. ii. an. ser. De cãphora.

Electarium de succo rosarum ab eodem succo dictum est, expertum est contra guttam calidam & cholerã ru. purgat. cõualescentes ex ægritudine. s. quotidianarijs, & tertianarijs, purgat sine moleſtia, & reliquias malorũ humorum potenter educit qui remanserint. iij. pars. li. ij.

Rec. zuc. succi rosarum, ana li. i. & vnc. iiij. sand. al. & rub. & citri. ana ℥. vi. ſpo. ℥. iij. diagridij ℥. xij. camphoræ, scrup. i. tempera ad modum electarii cum syrupo facto de eodem zuccharo, & succo rosa. datur cum aqua calida in mane ad modum castaneæ. Sũma mẽ. est res. ix.

Electarium

De gutta. ELectarium de succo rosarum ualet contra guttam calidam,gutta dicitur percussio alicuius mẽbri ex fluxu humoris facta, cum enim humores fluunt ad aliquam partem corporis eam replent, & extendũt locum,ex distensione fit dolor quæ dicitur gutta. hæc autem gutta aliquando fit de frigidis, aliquando fit de calidis humoribus,si de frigidis fiat humo.non ualet, si de calidis specialiter ualet duobus modis,tum propter scamo. quæ choleram purgat,tum propter succum rosæ,qui stringendo fluxum cohibet & refrenat. Valet proprie arteticis, chiragricis,podagricis,de calida causa laborantibus, sanis etiã cholericis datur ad præseruationem. Cum itaq; contra guttam calidam ipsum necessitas expostulauerit,præmissis digestiuis per tres uel quatuor dies,detur cum calida in tempore quietis,non enim debet dari in tempore accessionis quando scilicet natura multum affligitur , antequam detur membrum guttosum inungatur butyro uel oleo uiola. ad materiæ mollificationem,facta purgatione post tertiam diẽ fiat inunctio,in secundo die purgationis detur rubea opiata ad consumptionem reliquiarum , & ad fluxum rheumaticum cohibendum,conficitur sic. De recentibus rosis succus extrahitur,de quo addito zucchar o fiat syrupus , cum quo syrupo conficitur scamonea per se puluerizata, electario adhuc calido à quibusdam imponitur , alii scamoneam decoquunt in pasta, & puluerizatam imponunt , alii puluerem scamoneæ per diem ponunt in aqua hordei , uel in syrupo ros. uel uio. sed si de scamonea magis oportet poni tutius est,quia statim medicina potest dari,quando uero ipsa substantia scamo.apponitur non debet dari ante.xv. dies , uel ante mensem,maxime in calida regione & tempore.Nota quòd melius conficitur , cum succo à rosis nouiter extracto,& conseruato,conseruatur autẽ succus in uase uitreo , uel stagnato,uel terreo strictum habente orificiũ , oleo rosa.uel communi suppositio , pauco tamen , potest autem sic seruari,per.viii.uel per.ix.menses. Nota tamen q̃ fex quædam ibi generatur , quæ per interualla est abiicienda , alii aliter seruant in tempore rosarum,ex succo earum fit syrupus,& bene coctus usui reseruatur , per tres annos seruatur ad plus.

ELectarium frigidum secundum Cophonem,quod optime tertianarios,& quotidianarios,& erraticas feb. purgando sanat , & etiam habentibus stomachum cholericum familiare est.iii.pars confecta est,li.iiii.

Rec.sandalorum al. & ru. & spodii , drag. gummi arab. amyli,rasuræ ebo.reubar.sene,ro.uio.se.fumiterræ,berbe. sebesten.se.portu.mara.anisi,se.papa.liqui.se.lactucæ , ana ℥.iii.mirabo.citri.belliricorum,capil.uene.ana.vnc.i.s. embli.vnc.i.Conficitur sic,psyllii,vnc.viii.ponãtur in sufficiẽti aqua feruenti in qua bullierit, lib. s. polypodii quercini uiridis mundati,& triti,omnes herbæ diureticæ uio.& primo,& tandiu dimittantur donec bene congelentur,deinde coletur fortiter per saccum,ad meliorem uero mucillaginis constrictionem intromittatur in saccellum aliquantulum aquæ feruentissimæ,& colaturæ addantur scamo. vnc. vi. puluerizatæ , prius tamen cum aqua frigida inter manus fricatæ,& bene cum eadem mucillagine fricẽtur manibus. deinde apponantur zuc.lib.iiii. dissoluti prius cum sufficiẽtia aquarum decoctionis polypodii & cæterarum herbarũ diure.& colati.deinde super ignem positum bullire permittatur,cumq; ad medium decoctionis peruenerit , addantur vnc.ii.tamar.& vnc.ii.casiasi.dissolutæ prius in sufficientia aquæ decoctionis prunorum & prædictarum herbarũ diure.& per caciam colatæ usq; ad perfectam coctionem bullire permittatur.signum autem decoctionis est , si super marmor positum & infrigidatum aliquantulum uiscosum fuerit,& digito adhæserit. motione tamen baculi ab ipso decoctionis principio non cessante.Cumq; coctum fuerit,ab igne deponatur , & in mortario posito puluis prædictarũ specierum superaspergatur,& cum pistello bene conteratur usq; ad ipsius uiscositatis & gummositatis remotionẽ. deinde recondatur , detur colatura cafiæfi. in sero uel media nocte.

ELectarium frigidum Cophonis exceptum a psyllitico,Copho nanq; quædam addidit & modum confectionis uariauit,unde frigidum Cophonis hodie intitulatur,dicitur frigidum quia inter electaria frigida superius iudicatur. Electarium frigidum principaliter purgat cholerã propter scamoneã quã recipit,secũdario phlegma falsum & melancholiam innaturalem , quoniã quędam phlegmatis purgatiua recipit ut polypodium & chebulos, & quædam melancholiæ naturalis purgatiua ut fumum terræ & sifia.Det itaq; cõpetenter febricitantibus tã cõtinuis quã interpolatis , & in simplici & duplici materia uel tertiana uel quotidiana de phlegmate falso . hoc prænotato, quòd si patiens præter modum macilentus fuerit,uel hepar calefactum habuerit & tempus calidum nimis & siccum, non est exhibendum, si uero plenus fuerit & reliqua nõ affuerint,secure põt exhiberi. In continuis spaliter det, ut in causone,tertiana continua synocha,sm quosdam , sed nunquam in his purgatio debet fieri cum medicina scamoneata,sed cum syrupo laxatiuo, & cum decoctione quæ potest exhiberi in maiori hemitriteo uel minori uel medio , non tamen in prima purgatione est exhibendum,sed in secũda uel tertia.primo.n.purgatur patiens aliqua decoctione semel uel bis,si opus fuerit,semel si fuerit in hyeme : &. viii. die signis digõnis præcedentibus : postmodũ si hæc febris perseuerauerit exhibeatur hoc electarium ad laxandũ , ut pote in.xi.uel.xiiii. die . Si uero fuerit æstas , bis purgetur patiens cum competenti decoctione,ut pote in.viii. uel.x. die.deinde si opus fuerit istud exhibeatur. Nota tamẽ q̃ in frigida regione tpe simili in hemitriteo secure potest exhiberi ad primam purgationem,& in quibus phlegma & choler a simul abundat:& præcipue in uere, præcedente tamen syrupo acetoso uel oxymelle additur materiæ. Purgationi autem sic insistendum est,diæterur patiens duobus uel tribus diebus ante liquidis & sorbilibus cibis,si tertia die circa meridiem comedat & non in sero & in media nocte uel circa matutinas hoc laxatiuum offeras uel in solida substãtia,si forte accepturus facilis sit ad uomendum,& remotas partes purgare uolueris . Resoluunt quidam & certe citius consequitur effectum in purgatione,nec est super dormiendum ne uis medicinę deperdatur.Et nota quod nullatenus dandum est cum frigida,ut Copho præcipit,ut quidã alii faciunt,nec etiam cum quadam alia medicina scamoneata,facile enim inde sequitur tortio uẽtris,febris,dysenteria & similia:frigiditate enim aquę habẽte motum ad intestinum uel stomachum,imbibitur;& intestinis cohæret, unde retenta in corpore,prædicta operatur incommoda, hoc aũt præcipue habet fieri cum oleo frigido dato cum frigida propter multã uiscositatẽ quam à psyllio contrahit. data itaque medicina , potionatus sit motus maxime post duas uel tres assellationes,foramina domus sint obstructa, ne frigus potionatũ attingat.Locus ubi assellat sit calidus, cum stupa uel cum molli pãno se tergat.Si autem ipse uade frigidus fuerit,assellet in balneo,si ardorẽ in ano senserit quod sit ex medicina nimis acuta uel ex furiosis humoribus & nimis acutis, pannum uel stupam in aqua calida intingat,& inde anum abstergendo foueat:uel fiat idem cum absinthio in aqua uel uino tepido intincto,quod etiam ualet cõtra tenesmũ post tres uel quatuor sellas : si cũ tortiõe uel tarde assellauerit panni linei calefacti uel uesicæ æneæ plena aqua diuretica uel simplici aqua , stomacho applicetur:detur ẽt aqua calida ad potãdũ facta purgatione , prius offeratur brodium gallinæ ad saturitatem: & si fortis fuerit antequã cibetur ducat ad balnea,ut si forte aliquid de materia relictum sit in corpore extenuetur & euaporet , ut suspitio omnis tollatur prædictorum symptomatũ, & febris , & similium,si uero balneum præsto non fuerit, fiat de aqua dulci & patiens ipsum intret.Et nota quòd mel rosatum datum his cum aqua calida , optimum est ad mundificationẽ stomachi,confortat enim:si autem potionatus debilis fuerit & impotens,priusquam cibetur,balneum sustinens , bibat ut dictum est brodiũ gallinę & superdormiat,ut in somno calor reuocatus ad interiora , idem faciat in stomacho quod balneum: & si post somnum assellauerit, detur iterum ius gallinæ,ad ultimum cibetur: prius tamen attendendum ẽ q̃ si potionatus possit ieiunare usq; ad uesperum melius est.nonnulli potionati escam citius assumentes febres. tortiones,dysenterias incurrunt. Aliqñ hoc fit quia dum natura ad ciborum refectionem operatur , cũ ipsis cibis scamonea intercipitur,quæ retenta prædicta ingerit incommoda post tres uel quatuor dies purgationis,resumptis uiribus. eat ad balnea prius sibi minuat si opus fuerit.Et nota potionatus parce debet comedere & parcius bibere & uinum lymphatũ,bene cõtemperatum, quia uinũ forte febres solet inducere:in phlegmaticis uero cibus debet minui & augeri potus:& causa est quoniam in potionato humores extra uasa existentes subducuntur & non sanguis , quorum defectus principaliter est reparandus,in phlegmaticis non plus de sanguine quàm alio humore detrahitur qui ex potu uini habet generari,merito ergo in potionatis cibus augmẽtandus,in aliis econtrario.℞.psyllii.frigidum est & humiditatem habet infrigidandi,humectandi & leniendi : ponitur hic ad reprimendum malitiam aliorum scilicet scamoneæ , & ad lenienda intestina,ut melius resistant acumini medicinæ,psyllium est herba cuius semen cõpetit medicinæ.Semẽ psyllii à quibusdam dicitur semen camphoræ,eo q̃ in eo cãphora seruatur . Eligendum est quod est post uentilationem,in fundo scutellæ resideat:quod uero leue est & uolatile,abiiciatur,significat enim medulla carere: per.v.annos seruatur.Et nota quòd collectum non exiccatur, sed quale est usui reseruetur.

Chebuli frigidi & sicci principaliter phlegma purgant secundario alios humores , quare ponuntur hic . Chebuli sunt quædam species uel maneries myrobalanorum : tuberosiores & crassiores eligendi sunt & quorum cortices bene nucleis coniungantur , rugosi , & continuam habentes substantiam,& non perforatam,sed aliquantulum habentes humiditatem humidiores sunt . Si autem aliqua uncuitas intus fuerit, uel etiam puluis , significantur uetustate consumpti.per.v.an.ser.

Emblici frigidi & sicci sunt : uirtutem habent purgandi phlegma,choleram,& melancholiam.

Bellirici eandem uirtutem habent:per .v.an.ser.

Indi frigidi sunt & sicci,purgant principaliter melãcholiam:quædam species est mirobalanorum, nigriores sunt eligendi non tamen multum curãdum est de electione, quia diutius cæteris possunt seruari.Sciendum est q̃ quidam mirobalanorum artificiose coaptantur,cum ponuntur in medicinis,quidam non . Citrini nanq; chebuli & indi scilicet cortices tantum abiectis nucleis ponuntur in medicinis iuxta pondus ab autore inuentum uel determinatum,& tãtum cortices debent ponderari & poni in medicinis .

Seminis fumiterræ cali.& sic. uirtutem habet purgandi falsum phlegma & melancholiam,& ideo ponitur hic.herba ficca nullius est efficaciæ,uiridis magnæ, semen competit medicinę.Electarium frigidum à diuersis diuerso modo conficitur.quidam enim conficiunt cum decoctione herbarum diureticarum quod melius est,quidam non.Cõficiatur ergo sic:fiat decoctio capilli ueneris,adianti,hepaticæ, cetrac,& polypodii quercini uiridis si possit inueniri , in aqua coletur:& in colatura ponatur psyllium mundatum,ut prædictum est,& maneat ibi per tres dies : postmodum tota illa substantia mucilaginosa per saccum coletur,& in colatura scamonea per se puluerizata cum zuccaro ponatur, & totum illud optime inter manus confricetur : quo facto semper agitando cum spatula ad ignem satis lentum , ut syrupus diu bulliat.signum autem decoctionis est, quando tota illa substantia lateribus stagnati non conuiscatur, sed facile per modum spatulæ in gyrum mouetur,& quasi totum cum spatula potest simul eleuari, tunc itaq; ab igne deponatur , & cum pistello in mortario diu teratur per se,& agitetur, ut uiscositatem amittat . deinde species simul puluerizatæ imponantur , electario tamen existente calido , & reseruetur.Alii aliter ponũt scamoneam puluerizatam in aqua hordei,post unum diem colant,& colaturam tantũ cum prædicta colatura psyllii imponunt, & prædicto ordine incedunt & tunc securius exhibetur in acutis, sed cũ sic fit , magis de scamo.est apponendum,quàm quando tota substantia apponitur.Aliis etiam modis apponitur, de quibus in electario de succo rosarum latius dictum est . Magister uero platearius tandiu bullire fecit cum syrupo & electarium frigidũ uehementer fuit durius, & potuit extendi ad modum stomatichon.per.ii.uel.iii.an.ser.

EMplastrum Apostolicon.emplastrum id est dura confectio.apostolicon,id est superpositum uel supra missum interpretatur quod tumoribus et inflationibus ad lucem inductum et superpositum, saniem excludit : optime facit ad nimium cerucis dolorem,ualet proprie ad subtiliandam cicatricem in quacunque parte corporis fuerit : sagittam uel lanceam uel aliquid aliud tale in membro infixum sine dolore extrahit:ualet etiam dolori ex decursione innata in ipsa parte.ubi antea fuerit uulnus attrahendo humores et putredinem,et ualet dolori renum si superponatur iij.pars confecta est lib.iij.

Recip.lithargyri unc.vi.ceræ rub. colophoniæ an.unc.ij. propoleos,uisci quercini an.unc.i.ãmoniaci, lapidis calaminaris ana unc.vi.masticis, olibani,mumiæ ana unc. s. terebin.chalba. bdellij,myrrhæ chalcucecaumenon.i.æs ustum : sarcocol.lapidis calcis,dictami, aristol.rot. prasij uiridis , opopa.ana unc.iij.Conficitur sic. opopanacum & ammoniacum & chalbanum aliquantulum tusa ponantur per noctem in uino,ita ut cooperiuntur, & mane bulliant , donec liquefiant,& per caciolam colentur,& iterum bulliant ad uini consumptionem : lithargyrium in puluerem subtilissimum redactum cum sufficienti oleo in caldario distempere tur,& super ignem ponatur,et cum spatula iterum agitetur,tandiu donec super lapidem positum in modum ceræ in spissetur , et statim addatur cera , et liquefacta cera addatur coloph.postea addatur mastix et olibanum:deinde myrrha ponatur, et facto interuallo ponatur bdellium , deinde uiscus quercinus,liquefacto uisco ponatur terebinthina , liquefacta ea,caldarium in terra ponatur,et tunc in ipso gũmi ponantur paulatim,et igni iterum superponatur , et cũ spatula semper agitando aliquantulum permittantur bullire,postea addatur sarcocolla et lapis calaminaris,facto interuallo ponatur flos æris et lapis calcis,post hæc chalcuce caumenon semper cum spatula agitando,donec incipiat aliquantulum rubere.ad ultimum dictamum et aristo.ro. postea infundatur in aqua frigida,et ab aqua extractum manibus exprimẽdo,et malaxando,ita tractetur ut tota aqua inde exeat,et inunctis manibus oleo lau.magdaleones informentur et usu, reseruetur.

EMplastrum . non dicitur emplastrum apostolicõ , ut quidam dicunt. sed apostolicõ .i. principale quia inter cętera emplastra præcipuum est : facit ad neruos cerucis,præcipue si dolor est ex contusione neruorum. Talis autem sit usus.sal & ciminum torrefiant in tegula, & locus ille saccelletur,post supponatur apostolicõ,hoc est optimum remedium in hac causa.Ad scrophulas maxime nouellas:utatur tamen patiens aqua diuretica, postea locus ungatur cum unguento quod fit de serpente rufo , ut docetur in lib.nostro de herbis in tractatu capparis: postea applicetur apostolicon.Cicatrizat.i.bonã carnem inducit.cutim enim subtiliat & nutrimentum attrahit ad locũ,q̃ ibidem inspissat & uacuitatem cicatricis replet,& ita cicatrizat per se si perpositum uel balsamo ab interiori parte inunctum, si post sit haberi quod melius est. Apostema in corpore , pulmone , stomacho , hepate , diaphragmate sub costis inunctum emendat. Si apostema sit de frigido humo.& in exterioribus & interioribus hoc emplastrum ualet: præcedat autem aliquod maturatiuum & præcipue istud , cepula

la rubea bullita cum uino, & oleo, & cimino, & cataplasmetur, post superinducatur apostolicon. Tumorem et dolorē splenis soluit, & duritiem ut dictum est in tractatu ceronii. Rheuma in pede uel genu desiccat præcedente purgatione cum benedicta: locus etiam inungatur prius cum unguēto aureo, uel oleo laurino. deinde detur aliqua opiata, ut aurea, post applicetur apostolicon.

Ad neruos præcisos & puncturas, loco prius inuncto cū oleo calido & aperitiuo. ualet. n. apostolicon puncturę neruorum, quia locum seruat apertum & mundificat.

Contra morsus uenenatorum aīalium. quia uenenum attrahit & cōsumit: & si tamē theriaca morsuræ prius applicetur, deinde apostolicon melius est. Sagittas uel aliquid tale in membris extrahit: si tamē ossibus non cohæreat facto inde stuello & imposito. Contra fistulas ualet quia saniem attrahit, & locum mundat. fit aūt talis usus, fiat stuellum de malo terræ & fistulæ immittatur, deinde apostolicon superponatur. sic etiā os fractum attrahit, si ibi fit. ℞. propoleos idest ceræ albæ. Nota quod quælibet cera alba non dicitur propolis sed artificialiter coaptata sic. Liquefiat in feruēti aqua in patella: & lapis politus in aqua frigida humectatus in illa cera liquefacta imponatur, & statim extrahatur, & sic fiat bis uel ter: laminæ ceræ lapidi adhærentes indurantur posita in aqua frigida & cali. dicitur propolis.

Viscus quercinus ca. & sic. attrahit, & dissoluit, & consumit, & est superfluitas diuersarum arborū, quæ sic fit. Quædam grana uiscosa in quercu & in quibusdam aliis arboribus reperiuntur, de quibus positis in aquis, rustici uiscum operantur ad aues capiendas. dicitur autē quercinus, quia de granis in quercu inuentis fit.

Lapis calaminaris, fri. & sic. attrahit & consumit & mēbra confortat, in orientalibus & occidentalibus partibus inueniuntur, non sophisticatur, diu durat.

Chalcuc. Chalcucecaumenon, quod est æs ustum fri. & sic. est fit de ueteri ære in alio usu habito ut de pelui & similibus frustatim incisis, ponitur in uasæ terreo, in fornace interiori, ubi ignis non desinat per tres uel quatuor dies. dimittatur ad minus per diē & noctē ibi, deinde extrahatur, & igneis & aquosis partibus consumptis terrestres remanent, & sic aptum efficitur ad puluerizandum.

Lapides calcis & batitura æris calida est & sicca. dissoluit & cōsumit, est autem batitura æris quoddā quod euolat per motum fabricationis, dum æs fabricatur cōfice apostolicon, ut docetur in Antido. Additio. Gilbertus de anglia in cap. de uulneribus in partibus interioribus habet unam descrip. quæ eadem est. simplicia satis declarata sunt.
Propolis. Vnum tamen deest circa quod multi errant & est propolis uel propoleos quòd secundum expositorem & rei ueritatē est sordities alueariorum apum quę uocatur mum: quod patet per Diosco. qui de ceræ propoli singulare cap. facit, & hoc ponunt boni aromatarii & non ceram albam, ut multi faciunt, & ex hoc redditur emplastrum attractiuum, quod est de proprietatibus maioribus emplastri, ut satis patere potest. Summa medicinarum est res. xxii.

E Lectarium psylliticum à psyllio dictum probatum cōtra chole. rub. tertianariæ, acutæ feb. hepaticis, hictericis omnino subuenit. medietas est. li. i.

Rec. psyllii lib. iii. et in aqua feruenti pone per triduum, postea coletur, & in colatura admisceantur scamo. vnc. iii. et zuc. lib. iii. et per duos dies dimittantur et postea coquantur, deponantur ab igne: et puluis istarum specierum admisceatur qui Rec. sandali albi, et rubei, rosʃ. rub. spo. trag. gūmi arab. uiol. berbe. ana vnc. s. semi. portul. scariol. ana. ʒ. iii. in æstate detur apud somnum, in hyeme circa mediam noctem, in utroq; tempore cum aqua calida ad modum castaneæ.

Additio.

Psylliticū. Istud electarium psylliticum dicitur à psyllio, quod in usu non habetur, sed illud quod describitur à Mesue, & ponitur psyllium ad reprimendum malitiam scamoneæ, & ad intestina lenienda, ut melius resistant acumini scamoneæ. similiter ad alterandum complexionem, & solutionem fa-

E ciendam, quia ut uult Mes. in suis simplicibus, psyllium est de alterantibus complexionem, & solutionem faciētibus, & eius solutio proprie fit lambificando. Eius autem aliud album, aliud subnigrum, aliud ad purpureitatem declinās, & melius est quod est completū & crassum, & est grauius, & submergitur in aqua. Compositum est ex duabus substantiis, quæ separari possunt inter quas cortex est separās. Est enim in eo substantia interior medullaris, & est in eo substantia expansa super corticem ipsius. Substantia autem interior medullaris calida est & sic. in. iiii. gradu, & est acuta uehementer, incisiua, rubificatiua, ulceratiua, & est de genere ueneni. Substantia autem exterior expansa super corticem est ex multum infrigidantibus, & dixit Ruffus est frigida, & humida in. iii. gradu. Et dixit Diosc. quòd est in. ii. & est uerius. Inquit. n. Hip. in epidemia. non eleuatur res frigida iūcta cum humiditate ultra secundum gradum, & dicit Gal. humida res nō transgreditur metam usque ad quam potest regimen extendi. propter quod nō inuenimus humidum esse causam doloris inquantum humidum, sed in F quantum potest esse materia, quæ quantitate sua mouetur ad continuitatis solutionem, quod ex eo conquassatum est cum aqua fontiū frigida, & fit mucillaginosum: & bibitur sicut est proprie cum oleo uiolaceo, aut syrupo uiolato, soluit uentrem. quod autem ex eo est frixum, & conquassatū cum oleo rosacea, est medicina fluxus uētris & dysenterię. Contritum autem potui nullo modo propinandum est, deocculcat enim contritio eius substantiam medullarem ulceratiuam & excoriatiuam. Conquassatum cum aqua frigida sicut diximus, solutione educit choleram, & confert febribus inflammationis multæ, & siti uehementi calidæ, & sedat inflammationes omnes, & dolores inflammationum, & proprie super cataplasmatum, & similiter sodam calidā uehementē: frixum uero, & conquassatū sicut diximus confert fluxui cholerico, & dysenterico, & fluxui medicinali, & proprie post potum scamoneæ, & medicinarum acutarum, potus eius est à. ʒ. i. usq; ad. ʒ. iii. timeat autem ipsum habens debilitatem uiscerum.

G *E Lectarium lætificans. Recipe melissæ, corticis citri, cario. galliæ mus. masti. croci orientalis, cinna. nu. musc. carda. neberemisi. i. ser. peoniæ, ben al. et rub. zedoariæ, doronici: loco eius ponitur se. pondus galan. se. ocymi maioris, et ocymi cario. omnium ana. vnc. s. musci quantum est. x. pars unius supradictarum: deinde sumātur chebuli. xx. emblici. xxx. et terantur in tribus lib. aquæ, coquantur donec ad unam redeant & coletur, in colatura uero mittatur li. i. mellis, deinde bulliant donec consumpta sit aqua, postea ex hoc melle cōficiatur puluis prædictarum, quod in triplū sit mel ad species, de quo cū necesse fuerit, sumatur ad magnitudinem auel. medicamen letitiam et coloris pulchritudinem, et digestionis bonitatem operatur, et canos retardat.*

Additio.

Istud electarium lætificans describitur à Rasi. ix. ad Almansorem ca. de melancholia quod interdum in usu habetur. H Mesue in suo grabadin particulari ca. de mania & melancholia sanguinea, habet unam aliam descri. quæ satis est consonans isti. Bartholomeus in proprio antidotario describit unam aliam descri. ex auctoritate Rasis. ista tamē est nobilior. Rasis in libro diuisionum ponit unam aliam descrip. Aliqua sunt hic simplicia satis ignota apud multos. Primum est neheremisch cuius flos, cortex, & capita similantur maci secundum Aui. in. 2. can. sed est minus rubeus, ad citrinitatem declinans, & est aromaticus &c. sed non bene cognouit Aui. quid sit. Similiter Simon ianuensis inquit. neheremisch est, ut Aui. describit, sed nec Simō Ianuēsis similiter uidetur cognouisse quid esset. Matthæus Syluaticus dicit, quòd neheremisch est semen rosæ asini uel flos eius. Aui. in suis synonymis in fine antidota. ait neheremisch, id est musaha, & est flos peoniæ uel peonia, & sic creditur esse bene expositum, nam sicut dictum est Matthęus Syluaticus dicit neheremisch est flos rosæ asini. Auer. v. col. dicit peonia, id est rosa asinorum. præterea uide apud Herculanum ca. de melancholia qui describit præsens electarium ex auctoritate Rasis, inquit ibi. neheremisch, id est semen peoniæ. Bartholo. habet loco neheremisch semen peoniæ, præterea uide etiam Rasim in electario de nucleis fructuū habet semen peoniæ, & Aui. in eadem confectione habet neheremisch quoniam idem est. Secundum simplex est ocymum maius, quod secundum Gentilem, & alios bonos authores est illud quod maiora folia aliis speciebus habet, quod sane intelligatur, nec est ut uoluit Luminare maius, nasturcium. nam si bene legisset Herculanum quem sæpe allegat super hoc electa. non hoc dixisset. postquam tamen superflua dixit de ipso ocymo maiori, tandem uidetur quasi ad ueritatem descendere. dicit. n. in fine postquā ostendi de ocymo maiori secundum auctores prædictos, & feci uidere quòd uolunt, quòd sit sanatio, tamen secundū cōpositorem aliud est, ut reperitur apud ipsum. nam ipse Rasis li. ii. apho. de experimentis, & cōfidentiis in quodam emplastro inquit. semen basiliconis caryophylati, se. basiliconis maioris, quod uocatur burungi. i. cubebe. Ecce qualiter uidetur ueritatē attigisse, postea in errorē maiorē incidisse rōe corruptionis uocabuli. nam ubi dicit, quòd uocatur burungi, uult litera uera bedoragi, uel albetharogi, & est bedoragi, uel albetharogi, ut uult ipse Rasis. iii. ad Almansorem semen basiliconis maioris, & ita exponit Herculanus super hoc electa. cum dicit, se. ocymi maioris, quod aliter dicitur bedoragi. hoc idem uult Matthæus Syluaticus in litera berengemisch. ubi circa finem ait auctoritate Ras. 3. Almans. cap. albetharogi, id est ocymum non cariophilatū. & dicit in fine, quòd cordi auxiliatur, & sic per ocymū maius intellige si uis ocymum commune, quod ubiq; inuenitur, & habet folia latiora ocymo caryophyllato. Sūma medicinarum est res. xx.

E Lectarium letitiæ Gal. Rec. succi pomorum dul. & odoriferorum, succi citoniorum aromaticorum, uini ueteris, succi boraginis, florum basilico. aut se. eius, croci, zedoariæ, xylobalsami, caryophi. corticis citri, galangæ, macis, nu. mus. styracis calamitæ an. ʒ. ij. s. ambræ, musci, camphoræ, an. ʒ. s. anisi, rasuræ eboris, thymi, epithymi an. ʒ. i. margaritarum ʒ. i. ossis de corde cerui. ʒ. s. limaturæ auri, limaturæ argenti an. scrup. s. zucca. albi quod sufficit, fiat electarium.

Additio.

Istud electarium interdū reperitur scriptum in antido. paruo Nico. interdum supra descriptum, tamē istud sępius reperitur, & in Gallia magis in usu habetur. Vnum tamen notabis, quia in recepta reperitur florum basiliconis, dubitant aliqui an flores debeant poni uel semen: reperiē apud authores quòd melius, quod in planta reperitur est semen, & raro folia & flores habentur in usu, nisi in unguentis & emplastris, & ideo melius est hic ponere semen quàm flores. Summa me. est res. xxvi.

E Mplastrum ceroneum à cera dictum, præcipue ualet ad omnem dolorem spatularum & pectoris ex frigiditate, & si humor frigidus illuc fecerit discursum, mire soluit: splenem remollit, ualet ad hydropisim de frigida causa hepatis, de eadem causa matricis frigiditati superpositum multum resistit. iij. pars confecta est li. ij.

Rec. picis naualis bene colatæ, ceræ, an. vnc. ij. & ʒ. iij. sagapeni. vnc. ij. ammoni. tereb. colophoniæ, croci. an. vnc. i. & ʒ. iij. alo. thuris, myrrhæ, an. vnc. i. opo. chalbani, styracis calamitæ, masticis, aluminis, fœnugræci an. drachm. vi. conficæ, bdellij an. drachm. iij. lythargiri drachm. i. s. Conficitur sic. cera alba, ammonia. opo. aliquantulum tunsa ponantur in uino, & præparentur ut in apostolicon dictum est: bulliant ad uini medietatis consumptionem: & stagnato super ignem posito, cum inceperit bullire, pix naualis bene colata addatur, & cum spatula semper agitetur, liquefacta pice addatur cera, & ea liquefacta ponatur colo- A *phonia, & postea styrax cū pistello calido trita frustatim in stagnato ponatur: post hanc ponatur mastix & olibanū, deinde myrrha cum bdellio: & interuallo facto ponatur terebinthina & consequenter alumen, & lythargirium, & ad ultimum fœnug. & cum coctum fuerit, fundatur super aquam tepidam & extracto ab aqua manibus exprimatur, donec tota aqua inde exeat: deinde puluis aloes super marmor inunctum cum oleo lauri malaxetur, deinde croco puluerizato & inunctis manibus cum eodem oleo magdaleones informentur.*

E Mplastrum ceroneum. Emplastrum dura confectio dicitur, ex duris, & glutinosis rebus, quæ manibus malaxari possunt, differt autē ab epithimate, & cataplasmate, quia epithima est confectio de pulueribus ex aliquo liquore, ut de sandalis albis & rub. & aqua ro. Cataplasma fit de herbis coctis. Ceroneum à cera dictum quam recipit in multa quantitate. Valet contra dolorem scapu- B læ factum ex frigido humore, uel ex uentositate, quia multa recipit dissolutiua, consumptiua, & extenuatiua: debet autem sic superponi, calefiat ad ignē & malaxatum, & alutæ inductum loco doloroso prius inuncto petroleo, uel laurino oleo, uel alio calido, superponatur. Spleneticis, & hepaticis ex uētositate uel humore frigido, nō tamen in principio, quia subtilioribus partibus consumptis sclirosis, & durities possent accidere, uel augmentari, inungatur ergo hepar, uel splē per. i. diem cū butyro uel dialthæa fortiter, & patiens aliquibus diureticis utatur, postmodum superponatur ceroneum.

Valet contra phlegmonem. si phlegmon fit de cholera, uel sang. uel melan. innaturali nō ualet. Si de phlegma. uel melan. naturali ualet. Loco prius inuncto cum oleis, remouet enim duritiem, & sclirosim.

Valet ad mundificandum saniem apostematis, hepatis, stuello inde facto, & intromisso, multa enim accipit attractiua, & purgatiua. hydropi. anasar. tympanum hydropem curat in qualibet specie hydropisis, quia uentris inflationē C sedat, & quamlibet speciem hydropisis sequitur inflatio, cōsumit enim & extenuat causam inflationis: debet autem superponi sicut diximus, contra uitia splenis & hepatis.

Dolorem etiam intestinorum placat, tortionem si dolor est ex frigido humore uel uentositate superponatur emplastrum, & super emplastrum uesica ænea plena oleo laurino calido, uel oleo communi ut emplastrum sic adductum uel in profundum melius operetur.

Lumbis & pudendis superponatur, renum & uesicæ distemperantiam emendat, si fuerit ex frigiditate quia calefacit. Si fuerit uitio lapidis, præcedat tamen usus saxifragiæ decoctionis. Inflammationibus dolori matricis subuenit, si dolor fit ex uentositate uel frigiditate superpositū uel suppositum inde factum oleo uio. inuncto superponatur, fomētetur tamē prius mulier cum decoctione centrigalli uel pulegii. Arteticis & podagricis ex frigida causa superpositū loco prius inuncto cum calido unguento. Febribus typicis uidelicet. i. interpolatis. s. in quotidiana de phlegmate naturali uel acetoso uel uitreo super alutam inductū cerotum, D si materia quotidiana in stomacho fuerit, consumit. Vel superpositum spleni, si materia ibi fuerit.

Canis rabidi morsui subuenit, & serpētum, lauetur morsura cum succo mētę, & ceroneum distemperatum cum eodem succo in uulnere ponatur. recipit. n. quędam uenenum attrahentia & expellentia. ℞. picis. pix ca. est & sic uirtutē habet attrahendi & consumendi superflua. Gummi est ca. & sic. est aūt pix triplex. s. pix liquida, pix naualis, pix cōis, qua pinguntur uel picantur naues cū simpliciter reperiē. ℞. pic. pix naualis apponenda est. Eligenda est quæ nigrior est. Cera humida est temperata inter ca. & frig. & emollit & humectat, ponitur hic ut aliorum siccitatem temperet, & remolliendo materiā eā consumptioni habiliorem reddat, & ēt aliorū puluerē cōglutinet, eligenda est purior. cōfice ut in antido. inuenitur: puluerizentur quæ puluerizari debent, & gummæ resoluantur ut ibi dicitur. Nota tamen signum decoctionis est, diu dum bullit ad ignē de illo proijciatur

ciatur aliquantulum in aqua frigida,& extractum ab aqua, si brachio nudo superpositum prius cohæreat,non est coctũ si autem coctum est,per.v.annos seruatur.

Emplastrum oxycroceum dicitur ab oxy græce,latine acetum: oxycroceum ex aceto & croco nomen habet: ualet præcipue ad fracturas ossium,& ad membra quæ dolore aliquo affliguntur.apostemata dura in qua cũq; parte corporis fuerint,remollit et dissoluit,unde antiqui chirurgici salernitani in fracturis ossium et cicatricibus attenuantibus & tumoribus, nullo alio emplastro utebantur.iij.pars lib.ij.

Reci.croci,picis naualis,colophoniæ,ceræ an.unc.iiij.tereb.chalbani,ammoniaci,myrrhæ,oliba.masti.an.unc.i.& ʒ.iij.Conficitur sic.chalbanum ammo.aliquantulum contusa ponantur in sufficienti aceto per noctem, & mane mittãtur super ignem,& eliquentur,& eliquatæ per cacciam colentur,& iterum coquantur,donec pars aceti consumatur, tunc pix naualis ponatur bene colata,liquefacta pice addatur cera, & ea liquefacta ponatur colopho. deinde terebin.& facto interuallo ponatur mastix, & olibanum, & myrrha cum spatula semper agitando, ad ultimum cum bene fuerit coctum,in aqua frigida infundatur,& ab aqua extracta manibus exprimatur,ut aqua inde exeat, & super marmor inunctum oleo lau.cum puluere croci malaxetur, & factis magdaleonibus usui reseruetur.

Additio.

Istud emplastrum est multum in usu & maxime secundũ præsentem descriptio. dicitur autem oxycroceum ab oxy ꝙ est acetum & croceum à croco. ualet proprie ad fracturam ossium & ad dolorem eorum & ad multa alia ut habetur in tex.Gilbertus anglicus in capitulo de uulneribus in partibus interioribus habet unam aliam descrip. quæ est similis huic.Similiter Bartholomeus in proprio antido. habet unam descri.sed non est similis huic.Nota quod per crocũ intelligitur hic crocus orientalis,seu cõmunis qui à uulgo saffren dicitur.& ideo quia ut sæpe magno precio uenditur,alii aromatarii quantitatem ipsius croci hic requisitam non apponunt, sed in parua quantitate ut solum colorari possit,& ideo effectus quos habere debet non facit. Sũma medi.est res.xi.

Philanthropos amicus hominis interpretatur, proprie ualet stranguriosis nephreticis,calculos in renibus & in uesica mirabiliter frangit,& fractos expellit: ualet etiam ad duritiem splenis & hepatis,dolori iliorum subuenit datum cum scrup.i.s.diagri.xij. pars lib.i. est.

Rec.folij schœnanthi,cyperi,asari,euphor.thymi.petro.macedo.ani.milij,solis,lapidis lyncis an.scrup.ij.& .s.cinamomi,calamenti aromatici,polypodij,philiasidos, melanopi.se.leuisti.& petro.& se.urti.se.citri,lithospermatis,sem.bardanæ,baccarum hederæ an.scru.ij.galan.nardi, zedoariæ,beto.su,meu, spara.carda.apij,marathri, erucæ, sina.orobi al.& ru.an.ʒ.s.caryoph.zingi.casiæli.pyretri, costi, spicæ celticæ, myrobalanorum cor.olibani, leucopiperis, carpobal.carui,cymini,baccarum lauri,sileris an.scrup.i. olei nardini,pulegij,sambu.muscelini an.gran.xv.mel quod sufficit,datur cum uino calido, laxatiuum uero cum aqua calida. Sũma medi.res est.lv.

Philantropos dicitur à philiasidos quòd est philipendula, herba est diuretica ualet ad emphrasim splenis & hepatis,si oppilatio fit ex humore frigido & uiscoso; detur cum aqua decoctionis fœniculi, petroselini, brusci asparagi. Valet etiam stranguriosis nephreticis,& calculosis: multa enim recipit diuretica, & lapides frangentia. Detur delicatis cum uino decoctionis saxifragiæ & granorum solis, dolori iliorum subuenit cum.϶.scamo.&.϶.i. euphorbii, præcedat tamen, si opus fuerit, clystere,& uomitus,nunquam.n.laxatiuum offerendum est alicui

E uehementer cõstipato,præcipue iliacis & colicis. fiat autem sic,puluerizetur scamo.& euphorbium in prædicto pondere addito mastice ad reprimendũ malitiam scamoneæ & gummi arabicum papa.euphorbium,& admixto puluere prædictorum philanthropos detur cum calida & in ipsa accessione, uomitu tamen & clysteri præcedentibus uel circa mediã noctẽ optimus est modus dandi.℞.philiasidos ca.& sic. est,diu.herba est,in Apulia reperitur.Alio nomine philipẽdula dicitur.radix eius competit medicinæ quæ eligẽda est continua non perforata.

Baccarum hederæ,dico ꝙ frigidæ sunt complexionis.de hedera dubitatur cuius complexionis sit,sed folia eius spargantur in pauimento domus:inuenitur tamen quoddam gummi eiusdem arboris, diureticum est, unde ualet ad frangendum lapidem & inde uidetur ꝙ sit calida: dicimus reuera ꝙ folia frigidæ complexionis sunt,subtilem tamen habent substantiam & diureticam.unde præcipitur hircum uetustissimum foliis hederæ nutriri,ut eius sanguis melius operetur ad frangendum lapidem.Gummi eius aliquantulum est

F calidum & satis diureticum,maxime illius hederæ quæ sua arbori maturatur:fructus eius diuretici sunt:in fine autumni colliguntur,diu seruantur.

Oleum puleginum ca.& sic.dissoluit & consumit & qualiter hoc fiat,satis notum est.

Bardana ca.ẽ & sic.dissoluit & cõsumit & extenuat, herba est cuius radix competit medicinæ & præcipue cortex radicis.optimum experimentum contra dolorem arteticũ, podagram,chiragram,radices eius decoquantur in uino,& ex eo locus patiens fomentetur.philanthropos per tres annos seruatur.

Philonium maius.i.nouus amicus,tusses cum uino datũ & mulsa emendat,peripleumoniam cum hydromelle, sanguinis sputum cum succo poligoniæ, indigestionem stomachi & uomitum cum posca uel hydromelle dolori hepatis & spleneticis ac uertiginosis cum oxymelle subuenit, iliacis, cum apozimate pigani,pleureticis,iliacis,nephreticis,& causis uesicæ cum mulsa, colicis peculiariter medetur.iij.pars lib.i.

G *Rec.leucopiperis,hyoscyami ana.drach. v. opij, drach. ij.s.casiæsi.drach.i. & .s. sem. apij,drach. i. petrose.marathri,dauci cretici ana.scrup.ij.gra.v.croci,scru.s.nardi,pyrethri,zedoariæ an.gr.xv.alij addunt cinamo. drac.i.et se. euphor.costi.an.drac. i. mel quod sufficit, datur in modum fabæ ægyptiacæ.*

Additio.

Philonium amicus nouus interpretatur, ꝙ Philon primitus inuenit,respicit uirtutem naturalem & spiritualem, datum cum mulsa emendat tusim phlegmaticã & difficultatem anhelitus,& confert pleureticis ex phlegmate & nephreticis & uesicæ causatis ex frigiditate & uentositate, datum cum hydromelle confert peripleumonicis, & dolori hepatis,datum cum succo sanguinariæ confert sputo sanguinis:datum cum uino cocto cõfert indigestioni & singultui ualde,datum cum oxymelle subuenit spleneticis,datum colico facit euadere præ cæteris opiatis:est etiam ex melio

H ribus rebus in sedatione fortis doloris apostematis renũ. Summa medi.est res.xv.

Caryophyllatum dicitur à caryophyllis, qui ibi intrant.car.ore retenti singultum stringunt, cocti & bulliti in aqua & bibiti,uomitum stomachi & subuersionem mirabiliter reprimunt,ualet proprie acide eructantibus,& digestionem optime celebrat,pororum oppilationẽ,& spiritualium meatuum aperit,pars.viij.est lib.i.

Rec.cinnamo.car.zin.liqui.ro.ana.drach.ij.& gra.xv. ligni aloes,galan.cardi,nucis myristicæ, nardi, zedoariæ, uiol.ana.drach.i.& gra.vij.& .s.reubarba.macis,croci,aliptæ,costi,cyperi,carda.basilico.anisi,leuistici, eboris ana. scru.i.& .s.gra.iij.& .s.mellis quod.s.datur post prandiũ sero cũ uino uel rodostomate post cœnam in modũ auellanæ,

Additio.

Caryophyllatũ dicitur à caryophyllis, respicit proprie spiritualia & uirtutem naturalem læsam à frigiditate, datum cum decoctione hyssopi emendat potenter oppilationes frigidas pectoris & pulmonis:datum cum prisana reparat phthisicos debilitatos infirmitate, datum cũ uino remollitionis croci,reparat cardiacos ex frigiditate datum cum decoctione caryophyl.compescit mirabiliter uomitum & subuersionem stomachi & acidos ructuatus. Summa medicinarum est res.xxiiii.

Higiia græca: higiia id est saluatrix: græca dicitur quia à grecis fuit inuenta,ualet proprie ad rheuma gingiuarum & dolorem dentium fricata super eos, ore sæpe abluto cum aceto calido, & sordidas nebulas ab oculis aufert.vi.pars est li.i.

Rec.hyoscyami seminis, ʒ.ii.& scru.ij.opij, ʒ.ij.& scru.i.costi, ʒ.i.& gra.xv.myrrhæ.opopanacis,scordii,origani, an.ʒ.i.& gra.x.styracis calami.chalbani,agarici,gentianæ,pigani,stœchados,prasij, cardamomi an.scru.ij.& s. balsami,nardi,croci,schœnanthi,thymiamatis,ammo.terebinthinæ,casiæ ligneæ,mandragoræ,eryngii, radicis rosæ, eupato.eupho.melanopiperis,leuistici, dauci, fœni. trifolii se.an.scru.ij.mel quod sufficit,datur cum uino calido in modum auellanæ. Sũma medicinarũ res.xxi.

Additio.

Higiia saluatrix interpretatur, græca quia à græcis inuenta fuit,proprie sistit rheuma frigidum data cum decoctione olibani sistit fluxum rheumatis ad gingiuas & dentes,unde si dentes fricentur cum ea, & etiam si superemplastretur,confert dolori ipsorum, oculorum,faucium, & superciliorum dissoluta in aqua euphragiæ & iniecta post fomentationẽ cũ mollitiuis, abstergit nebulas sordidas ab oculis.Tenta in ore & gargarizata cum decoctione balaustiæ,confert synanchiæ rheumaticæ.data cũ olibano & tragacantho opitulatur asthmaticis,tussiẽtibus, & phthisicis, ex rheumate data cum decoctione ficuum passularum & liquiritiæ mundificat pleureticos:data cum decoctione mentæ & masticis,curat dolorem stomachi & uomitum & fastidium ex frigiditate: data cum uino decoctionis capparis, auxiliatur spleneticis:data cum decoctione asari & schœnanthi confert hydropicis:data cum decoctione diureticorum,medetur nephreticis:data cum decoctione asari & costi,consumit humores frigidos & uiscosos causantes nephresim & colicam:bibita cum uino compescit cruciatus podagricorum confestim prouocando sudorem, data cum uino præseruat a nocumento aquæ corruptæ.

Idrocopion olympiacum.Idrocopion,id est potus contra rigorem,olympiacum ab autore dictum, cõfert proprie quotidianarijs & quartanarijs & non tertianæ:sudores etiam in diebus criticis prouocat ante horam accessionis ad modum auellanæ cum tepida data.vi.pars li.i.

Rec.cinnamomi, ʒ.iii.& scrup.i. & grana. xvi. croci, ʒ.ii.& scrup.ii.nardi,myrrhæ,oliba.opii,mãdragoræ: macropiperis,anisi,ameos,sileris montani, hyoscyami an. ʒ.i. & scru.ii.& gra. viii. mel quod sufficit. datur ad modum auellanæ ante horam accessionis cum calida.

Additio.

Idrocopion, id est potus contra rigores, olympiacum ab olympiaco imperatore,uirtutem proprie respicit naturalem læsam humiditatibus frigidis.unde datum cum aqua calida ante horam accessionis amputat quartanam ex melancholia naturali,& quotidianam nisi sit ex phlegmate salso.distemperatum cum aqua calida, & temporibus, & extremitatibus inunctis in die critico alleuiat ualde febricitantes prouocando sudorem, datum cum succo plantaginis,sistit mictum sanguinis. Summa medicinarum est res.xiiii.

Iustinum dicitur,quia à Iustino imperatore primo fuit inuentum præcipue datur calculosis, & patientibus dolo-

A *remilii: ualet stranguriæ & dissuriæ & his qui mingunt mucos.vi.pars lib.ii.*

Rec.cinnamomi,folii,costi,nardi, casiæ, aristol. lon. & ro.helenii,hyssopi,puleg.artemisiæ,pẽtaphylli,leucopi.orobi,petrosel.leuistici,oluxatri,urti.se.granorum solis, saxifragiæ,iuniperi,asparagi,se.sileris,apii, anethi, pigani, se. citr.se.fœniculi,anisi,baccarum lauri an.ʒ.i.s.mel quod sufficit:detur cum uino in quo coctum fuerit milium solis, uel saxifragia. Sũma medicinarũ ẽ res.xxxi.

Iustinum medicina est diuretica, ualet contra dolorem renum ex frigida causa cũ uino ca.uel frigido ieiuno stomacho.calefacit enim & dissoluit humores frigidos, & purgat per urinam, calculos frangit & arenam expellit datum cum uino decoctionis saxifragiæ granorum solis lapidis lyncis.Contra stranguriosos & dysuriosos resolutum cum oleo muscellino,uel cõi,facto tamen emplastro circa pectinem uel uirgam. uel melius, istud totum coletur per pannũ,colatum per syringam iniiciatur. secũdũ doctrinã

B aliorum conficitur cum melle rufo, & melius est si sit mel castanearum amararum,quia diureticum,& melius est si cũ eo conficiatur in hac & in similibus medicinis. ponitur aũt in tali proportione pro li.i.pulueris appone.iii.mellis:per iii.annos seruatur in multa efficacia.

Catarcticum imperiale,id est laxatiuum pro imperatoribus factum,& pro aliis delicatis hominibus.ducit enim sine læsione, & præcipue confert pinguibus hominibus qui semper sunt constipati:ualet multum iliosis: iuuat eos qui ex uentositate stomachi & intestinorum laborant:medietas lib.ii.

Rec.diagridii,zucca.an.ʒ.iiii.cinamo.nardi,saxifragiæ, polypodii,an.ʒ.ii.mirobal.citri.hermodactyli.ana. ʒ. iiii. car.zin.celticæ, melanopiperis, macropiperis, cardamo. amomi,an.ʒ.i.& s.mel quod sufficit,sumatur cum uino calido uel aqua calida mane & sero. Sũma medicinarũ ẽ res.xvi.

C Catarcticum imperiale. Catarcticum interpretatur laxatiuum, Imperiale propter suam dignitatem. Optime caput purgat in laxando,recipit enim quædam uiolenta quæ optime purgant, extrema subtilitate sui fumi non inuenit cohærentiam nisi in extremis unde magis purgat remota quàm propinqua:debet autem exhiberi ad purgandum caput cum pilulis:fiãt autem de receptione catarctici,& conficiantur cum succo absinthii,& dentur in sero,sed parũ superdormiat qui eas suscipit tres uel. iiii. horas,deinde excitandus est. Os bene olens facit.fœtor oris fit aut uitio putridorum humorum a cerebro distillantium,aut uitio spiritualiũ,aut uitio stomachi: si fœtor oris fit a cerebro detur in pilulis, facta purgatione dentur alia opiata,postmodum localia fiant remedia circa os & gingiuas.si fit uitio spiritualium parum aut nil ualet. Si fit uitio stomachi,detur more electarii cum aqua calida,præcedente tamen usu oxymellis scillitici uel de raphano utranque choleram purgat,secundario phlegma,principaliter melãcholiam.Sciendum ideo ꝙ cholericis extenuatis,& si cho-

D lera multum fuerit intensa in tempore calido non debet dari,neq; febricitantibus:datur autem aliis ad præseruationem competenter,uere cholericis cum aqua decoctionis pruuorum uiolarum,seminis citrulli,melonis, cucumeris, & cucurbitæ,phlegmaticis cum aqua decoctionis polypodii,melancholicis cum aqua decoctionis senæ. si etiam stomachum humidum purgare uolueris & maxime ab extremis partibus cum hermodactylis competẽter acuatur.Nota quòd catarcticum imperiale, aliquando fit simpliciter, aliquando acutum simpliciter quando tantum in eo ponitur de scamonea quantum eius receptio exigit: & tunc ter uel quater ducit.Acutum fit cum magis de diagridio additur:acuitur autem competenter, si catarctici imperialis, ℥.i.cum.s.de scamonea misceatur electario adhuc existente calido:uel etiam potest confici secundum doctrinã aliorum:per duos annos seruatur.Et nota quod uetus catarcticum melius est nouo.

Litrontripton

Litontripton pertundēs lapidē interpretatur,hoc proprie lapidem frangit & expellit,si in renibus uel uesica fuerit:hac medicina utentes, nec dolorem ilij nec lapidis uitium incurrunt, ſtranguriam & dyſſuriam ſine mora ſoluit.viij.pars.eſt lib.ij.Rec.nardi,zingi.xylob. acori,cinamo.peucedani,meu,melanopiperis, leucopi. macropi.ſaxifragiæ,an.ʒ.ij.ſ.opo.caryo.coſti,reup.liquiri. cyperi,tragi.alexandri.chamedryos,apij,aſparagi, baſiliconis, ſe.urticæ,ſe.citri,an.ʒ.i.& gra.xv.folij,croci,ſchœnanthi, caſiæ lignee,bdellij,maſticis ſeminis granorum ſolis,petroſelini,ſileris, ſinoni,cardamomi,anethi,ſe. euphor. lapidis lyncis,olei nardini,muſcelli,an.ſcru.i.gra.iiij.mel,quod ſufficit:detur in ſero cum uino calido.

Additio.

Litontripton,id eſt pertundens lapidem datum cum decoctione diureticorum compeſcit dolorem lumborum, & ſoluit diſuriam & ſtranguriam ex humoribus frigidis abſque mora,datum cum decoctione ſaxifragiæ,frangit potenter lapidem renum & ueſicæ, & expellit ipſum mirabiliter & utentes eo præſeruantur a lapide & abiliaca frigida.Sūma medicinarum eſt res.xliij.

Mithridatum,id eſt mater omnium antidotorum ſiue à Mithridate rege dictum,faciens ad omnes paſſiones capitis uirorum uel mulierum ſi fuerint ex frigiditate,maxime melācholicis & timidis,epilepticis,maniacis,phātaſticis. mirabiliter prodeſt cephalalgicis,hemicraneis dolorem cilii patientibus, & lachrymantibus oculis,& ad omnia cepitis uitia uel aurium ſubuenit, dentium doloribus,palato,et omnibus uitiis oris & maxillarum medetur,ſi ſuper locum dolentem ponatur: & iterum ad modum emplaſtri ponatur in temporibus unde fit diſcurſio ſynanchen ſoluit:apopleticis cum ceruſſa acceptū facit,tuſſiētibus & aſthmaticis,hæmoptoicis,peripneumonicis,& omnibus doloribus,qui intra corpus humanum ſiunt: ſuccurrit,iliacis dyſentericis, & lientericis optimum, ſi detur cū decoctione balauſtiæ, extenſionem humorum tetanos ſiue ſpaſmos patiētes,& paralyticos ſine mora curat,diaphragmati & hypochondriis ſubuenit:renibus & ueſicæ opitulatur,calculos frangit,menſtrua prouocat, omniaq; uitia matricis excludit:ſcliroſim patientibus & podagricis ſingulare præſidium eſt præcipue datur contra uenena omnia,reprimit uenenatos morſus,ſiue rabidi canis, ſeu cuiuſcūq; reptilis,impoſitum ſiue bibitum cū magna admiratione emē dat:ſi diſtemperatum fuerit cum ſucco mentæ potetur uel ſuperponatur.Quotidianariis & quartanariis etiam ante horam acceſſionis datum mirifice prodeſt cum uino tepido. xxviii.pars confect.a lib.iii.

Rac.ſtyracis calami.ʒ.i.& ſcru.i. car. nardi,xylo.orobi,leuiſtici drag.maſticis chalbani,gummi cedri,aſphalti,caſtorei,offei,bdellij,terræ figuli,meliloti, laudani, opopan. opij,ſulphuris uiui,liqui.nitri,hypociſthidos, acatiæ, roſ. chamedri.hypericon,abrotani,peoniæ,hyſſopi,origani,helenii,rami cedri,et daphnidos,ariſto.lon.epithymi,peucedani,centaureæ,roris marini,radicis eringij,balauſtiæ, cimarū mirtæ,piſidiæ,romei,ſcillæ,carpobal.git, aniſi, hyoſcyami,cimini,fœniculi,cardami,ſeſeleos,teſapei, ameos,ſinoni, leuiſtici,ſe.rutæ,ſe.miconis,apij,dauci,ſe.rapæ,macropipe. ocymi,amomi,an.ʒ.i.acori,illafeos,caſſami,filis, zuccoriæ catariacæ an.ſcru.ii.balſami,cinna.croci,coſti, ſchœnāthi,zingi.folii,terebin.myrrhæ,oliba.caſiæ, agarici, ſpicæ celticæ,reupon.hyrei,aſari,dictami,praſii,interioris colocynthidis,ſtœchados,artemiſiæ,calāmē.ſilphii,ſcordii, chamepityos,leucopi.melanopi.ocymini,petroſelini,ſe.anagodam,malabatri,carda.pentaphylli an.ſcru.i.daphnococci.

iii.partē ſcru.i.et gra.vii.uini uetuſtiſſimi unc.i. mel, quod ſufficit.datur in ſero in modum uellanæ cum uino in quo cocta ſit ſaluia non febricitantibus,et febricitantibus cum aqua tepida.

Mithridatum magnum,id eſt mater omnium antidotorum ab inuentore ſic dictum.Magnum additum eſt propter magnam efficaciam & ad differentiam minoris opiata eſt.Facit ad omnes paſſiones uirorum ac mulierum factas ſcilicet ex frigida cauſa & ad omnia quę ſubducuntur datum cum uino ieiuno ſtomacho uel ad manſionem,id eſt in ſero quod melius eſt.

Epilepticis prodeſt, facta confricatione palati cum hac medicina in ipſa acceſsione, dentibus cum eo apertis, ut phlegma diſſolutum exeat:poſt acceſsionem poteſt exhiberi cum uino.

Maniacis ex melancholia uel cholera aduſta, prædicto modo.

Phantaſticis.Phantaſtica paſsio dicitur, quando aliquis in ſomno diuerſas phantaſias & terribiles imaginationes uidet:unde aliquando à ſomno excitatur: quod habet fieri ex fumo melancholico inficiente cerebrum:datur eis prædicto modo.

Timidis mirabiliter prodeſt, datur his ut prædictis: timiditas ſit ex fumo melancholico in capſula cordis exiſtente,& conſtringente ipſam, & ex eodem inficiente cerebrum.

Cephalalgicis,hemicraneæ,& ad dolorem cilii,& ſuper cilii factum ex rheumate,datum cum uino decoctionis nucis muſc.purgetur tamen prius caput cum pilulis aureis, uel hierapicra,

Oculis lachrymantibus,& ad omnia uitia capitis, cum uino decoctionis olibani.uel quod melius eſt fiant pilulæ de puluere olibani & mithridato:ſi etiā fluxus lachrymarū ſit ex abundantia habitus propter incontinentiam uel data tum præcedente purgatione capitis.

Dolentibus dentibus magis ualet ut hęc opiata reſoluta cum ſucco mentæ.Et inuncto interius & exterius palato, & omnibus uitiis mamillarum ſi dolor ſit ex rheumate, datur cum uino decoctionis olibani .Fit etiam gargariſmus ex uiolis coctis,& zingib.in careno : hoc etiam ualet contra dolorem dentium.

Synanchæ diſſoluit in principio nōdum apoſtemate cōfirmato.fiat ēt prius minutio de uena cephalica, uel de uenis ſub lingua.poſt detur olibani decoctio cū mithridato. fiat etiam prædictus gargariſmus ſed cum aceto.

Apoplexiam cum ceruſa acceptum:ideo prohibetur ne cum ceruſa deſ,quia poſſet occidere:ſed in minori apoplexia poteſt inde palatum fricari & membra exterius ungi.

Tuſsientibus & aſthmaticis ex cauſa rheumatica laborātibus ualet prædicto modo:ſi uero fuerit aſthma ex ſiccitate uel uiſcoſitate humoris non ualet.

Hæmoptoicis,id eſt ſanguinem excreantibus. Notaſi ſanguinis ſcreatus ueniat à ſtomacho uel nutritiuis uel ſpiritualibus non debet dari,quia in ſtomacho receptum propter ſpecies calidas augmentaretur fluxus ſanguinis:ualet autem ſi fiat hæmoptoica uitio cerebri cum uino decoctionis olibani exhibitū,tunc enim ſola fumoſitas illius, & præcipue opii cerebrum petit, quæ conſtringit & fluxum ſanguinis prohibet.

Peripneumonicis. nō in principio ſed poſt.xiiii.dies rupto apoſtemate,& conuerſo in ſanie : detur his cum puluere myrrhæ uel gentianæ ad mundificationem ſaniei, ne fiat tranſitus in empyima.

Cœliacis. cœliaca paſsio dicitur fluxus uentris factus uitio ſtomachi,à cœlia quod eſt uenter : eſt autem ſummū remedium tam in his quàm in lientericis hæc opiata data cum uino:præcedat tamen purgatio iſta:interiora colocynthis,polypodium,agaricum,ſchœnanthum bulliāt in aqua, & colatura detur ad purgationem.

Dyſſentericis nullo modo medetur, ut quidam dicunt.

Contra extenſionem neruorum. Extenſio neruorum dicitur eorum contractio ex humoribus eos replentibus. ut in ſpaſmo de repletione, uel ex eorum relaxatione ut in

in paralyſi.ualent itaque hæc opiata data contra utranque cum uino decoctionis ſaluiæ, & caſtorei. reſoluatur etiam mithridatum cum miſceleon,& caleſiat in teſta ad ignē, & pars patiens inungatur.

Contra tineſmum ex phlegmate uiſcoſo, & mucilaginoſo in oleo ad ignem reſoluto intingatur bombax & ponatur: ad hoc etiam multum ualet theriaca paralyticis, ut diximus.

Hydropicis & in diaphragmate & hypocondriis patientibus ex frigida cauſa prædicto modo detur:renibus & ueſicæ parti dolenti cataplaſmatum ualet.

Calculos frangit cum uino decoctionis ſaxifragię & granorum ſolis:menſtrua prouocat facto inde ſuppoſitorio,ut diximus patienti tineſmum.

Arteticis iſchiaticis, podagricis, interius receptum & inunctum.

Venena omnia expellit,ad hoc præcipuè ualet mithridatum.Recipit enim multa uenenum attrahentia & expellentia:unde à quibuſdam ſolet dari cum toxico in pilulis contra uenenum. Tantum probatur ſicut theriaca, hoc autem in principio cum nouiter eſt factum, faciendum eſt, quia poſtquàm inueteratum eſt,non habet tantam efficaciam ad illud. Quidam cum mithridato theriacam ſophiſticant ſic, duas partes mithridati bene incorporant cum tertia theriacæ,poſt probant prædicto modo & efficaciam theriacæ inueniunt:in principio, tamen antequàm paſsio ſit inueterata detur prædictis ſic.puluis dictami,gentianæ,ariſto.rotundæ commiſceatur cum mithridato, & cum bene incorporatum eſt,da cum uino decoctionis mentę,ſuperponatur etiā morſuræ.

Quotidianos ueros de phlegmate naturali & nothos, non tamen de ſalſo phlegmate,ſed uitreo uel acetoſo:quartanā ueram liberat ſi ſit de melancholia naturali, de innaturali non.debet aūt dari præcedente purgatione ante acceſsionem cum uino,ſi fuerit hyems,cum aqua æſtate, præcedē te tamen purgatione. Hemitritaicis nullo modo exhibendum eſt.contra incertas paſsiones etiam ualet : ſed de meo conſilio nou detur propter ignorantiam qūo curas,℞.orobi lentiſci.i.laccæ quæ calida eſt & ſicca, conſtringit,& conſumit ex ſua glutinoſitate.quod patet quia ex eo ſit optimū glutinum, ponitur hic ad prohibendum fluxum rheumaticum.lacca eſt gummi arboris in india naſcentis, eligenda eſt clarior & purior:diu poteſt ſeruari.

Gummi cedri ca.eſt & ſic. & diureticū contra uitia renū & ueſicæ ponitur hic:diſſoluit & conſumit:gummi eſt arboris quæ cedrus dicitur,apud nos non habetur, unde pro eo ponitur gummi abietis. Offei.i.gummi hederæ ca.& ſic.diſſoluit,& eſt diuretica unde poteuter diſſoluit lapidem,eligendum eſt clarius & purius, & rotundum ad modum gummi arboris : bonum eſt & quod inuenitur in hedera arbori innexa:per triennium durat:gummi hederæ ſumptum intrius in quantitatem.ʒ.ii.bonum eſt contra dolorem ſtomachi qui ſæpe accidit mulieribus,probatum.

Terra figuli.i.figillata de qua ſuperius dictum eſt.

Melilotum ca.& ſic.eſt:herba eſt diuretica,in Apulia,& etiam in noſtris regionibus inuenitur, ſemen producit ad modum fœniculi,& dicitur corona regia : ualet contra uitia renum & matricis,& ideo ponitur hic.ſemen medicinę competit:bonum eſt & in uiſcellis & ſalſamentis: per trienium ſeruatur.

Laudanū ca.eſt & ſic. conſumit calefacit & confortat ex aromaticitate. Laudanū gummi eſt arboris ut quibuſdā placet,ſed de rore conficitur, qui cadit ſuper quādam herbam in quadā parte græciæ:ruſtici enim illius terræ cum longis corrigiis percutiunt aera reptitis uicibus à quibus rorē inuiſcatum in aliquo uaſe exprimunt,& ſic laudanum operantur:ſed uix hodie purum inuenitur laudanum propter impuritates quæ ei admiſcentur:purum eſſet ualde aromaticū & optimum per.x.annos ſeruatur.

Hypericū herba eſt perforata,uel ſancti Ioannis dicitur, ca.eſt & ſic.diuretica,in tempore productionis florum colligitur:in loco umbroſo, ponitur per annū ſeruatur, flores & folia abiectis ſtipitibus tantum ſunt medicinalia.

Helenium cal.& ſic.& diureticum, ſtomachum confortat: uenenum expellit. Nota aliud eſt helenium & aliud eſt lenias,lenias eſt auripigmētū.Heleniū uero enula dicitur, cuius radix medicinæ competit & non herba, radix in principio æſtatis colligitur, ſoli exiccatur per.iii.annos ſeruatur.

Rami cedri,cali.& ſic.ſunt.ſoluunt, conſumunt, confortant aromaticitate ſua.Rami cedri,ut uerum dicam,ſcilicet ſunt rami illius arboris:quorum loco apothecarii ponūt ſabinam ſcilicet & flores & folia abiectis ſtipitibus. Rami cedri.

Centaurea ca.& ſic.diſſoluit & conſumit ſuperfluos humores:herba eſt diuretica & amara ad modum fellis : unde alio nomine fel terræ dicitur. Eſt autem duplex maior & minor:in receptionibus maior debet poni, quæ facit flores ad modum hyperici:cum flores producit,debet colligi:flores & folia ſiccantur, & in medicina ponuntur ſine ſtipitibus.per annum ſeruatur. Cētaurea.

Romei.i.raphani cal.eſt & ſic.diureticum, digerit,diſſoluit & conſumit:radix competit medicinæ, quæ in autumno collecta,& exiccata per biennium ſeruatur: ponitur hic ad diſſoluendum craſſos humores, & cum ponitur in medicinis,interior ſubſtantia debet abiici. Romei.

Cardamum.i.ſinapis alba.ca.eſt & ſic. diureticum & diaforeticum diſſoluit & cōſumit, per biennium ſeruatur:hic ponitur propter notatas cauſas. Cardamū.

Lapa inuerſa producit quædam quæ ſi capillis inhærent nix poſſunt ſeparari, quæ in folliculis ſpinoſis ſicut caſtaneæ concluduntur. Sciendum eſt quòd lapa inuerſa & bardana non ſunt idem ut quibuſdam placet, ſed diuerſæ herbæ ſunt. Lapa.

Ciclamen,panis porcinus, malum terræ, caſſamus idem eſt,ca.eſt & ſic.diſſoluit conſumit & trahit,herba eſt producens florem ſimilem uiolæ,radix medicinalis eſt, circa finē autumni colligitur, in quatuor partes finditur cum filo,ſuſpēditur in umbra uel ad ſolem,deſiccata per.iii.annos ſeruatur.cum autem ponitur in medicinis, ſuperficietenus radatur. Tenta de malo terræ foramen fiſtulæ ſtrictum, multum elargat. Ciclamē.

Nixacar ideſt flos agni caſti ca.& ſic. diſſoluit ſperma & conſumit, unde libidinem mortificat:arbor eſt cuius flores medicinæ competunt,in autumno colliguntur : per annum ſeruantur. Nixacar.

Cartharia ideſt cornu ceruium fri. eſt & ſic. conſtringit membra diſſoluta, amaritudinem habet, unde lumbricos necat. Cum autem ponitur in medicina, raſura ſuperficialis abiiciatur,reliqua ſubſtantia eſt limanda, nec tamen uſque ad medullam limatura ponderetur cum in medicina ponitur. Cartharia ce.

Libani ideſt olibani ca. eſt & ſic. confortat conſtringit: ponitur hic propter rheumaticum fluxum. Olibanum duplex eſt craſſum & minutum,craſſum thus maſculinum dicitur,minutum fœmininum: cum ſimpliciter inuenitur olibanum,craſſum debet poni,diu ſeruatur. Libani.

Stœchados ca.eſt & ſic.& diureticū, herba eſt quæ alio alio nomine dicitur barba iouis, in tempore productionis florum colligitur & in umbroſo loco ſer.& ſic flor.ſine ſtipitibus in medicinis ponuntur:per annum ſeruatur. Sthœcados.

Scordion ca.eſt & ſic.attrahit & diſſoluit & cōſumit uenenum:allium agreſte dicitur, eſt allium agreſte & domeſticum,agreſte ſecundum radices magis competit uſui medicinæ:domeſticum magis competit eſui quàm medicinæ, ſecundum flores competit medicinæ. Scordion cum flores producit debet colligi & in umbroſo loco deſiccari: per annum ſeruatur. Scordion

Simphytum ca.& ſic.eſt conſumit & expellit uenenum: herba eſt cuius radix ponitur in medicinis : eligenda eſt ſecundum doctrinam aliarum radicum: per.ii.annos ſeruatur ſed nouatum plus ualet. Simphytū

Chamepityos cali. eſt & ſic.& diureticum & mundificatium: idem eſt quod quercula maior. Chamedryos quercula minor dicitur, in fine ueris cum flores producit debet colligi, abiectis ſtipitibus, flores & folia in medicinis ponuntur, herba ipſa in umbra deſiccata per annum poteſt ſeruari in multa efficacia. Conficitur ſecundum doctrinam aliarum opiatarum : ſed melius eſt ſi cum melle Chamepityos.

ruſſo conficiatur: per .x. annos ſeruatur in multa efficacia. Alii dicunt quòd quanto uetuſtior, tanto melior.

Additio.

Mithridatum aũt ſecundum intentionẽ compoſitoris eſt mater omnium antidotorũ. Gilbertus Anglicus cap.de dyſenteria inteſtinali uel hepatica dixit mithridatum.i.mater omnium antidotorum uel a Mithridate rege dictũ.ſine dubio mithridatum eſt confectio magna ſicut theriaca à Mithridate rege Ponti inuentore dicta:nam cum Mithridates rex ponti in boſphoro urbe à Põpeio ac romanis obſeſſus eſſet,iam de ipſo deſperans uenenum uxoribus,pellicibus, ac filiis,potandum dedit quod cũ & ipſe nouiſsime ſumpſiſſet, beneficio medicaminum quibus uitalia ſua præmunierat,nequaquam mori poterat, proinde tandem Gallo cuidam militi qui iam muro defoſſato intrauerat urbem iugulum præbuit, ſicq; uitam finiuit. Aui.in.v.can.habet unam aliam deſcriptionem quam dicit eſſe deſcriptionem communem,ſed non eſt eadem cum iſta. uerum eſt ꝙ ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum mithridatum ſecundum præſentem deſcriptionem quæ eſt Nicolai, & ſunt ex hominibus qui faciunt ipſum ſecundum Auicen. & ideo deſcriptionẽ Auicen.hic deſcribam.

Deſcriptio uera mithridati Aui.quod rex Mithridates conſtrui primo fecit, & quo ipſe ad euitãdum uenenorum inſidias uſus eſt.℞.myrrhæ,croci,agarici, zingib.cinnamomi,tra.i.uitrioli ſeu zezi ſeu chalcanti quæ idem ſunt an.ʒ.x.ſpicæ,olibani,alſeis & eſt naſturcium babylonicum,ſchœnanthi,xylobalſami,ſtœchados, ſeſeleos.i.ſileris montani, coſti chamepityos,chalbani,nebeſet.i.terebinthinę,macro piperis.i. piperis longi, ſucci barbæ hircinæ.i. hypociſthidos,caſtorei, folii indi,ſtyracis,opopanacis an.ʒ.viii.caſię, leucopiperis.i.piperis albi,melano piperis.i.piperis nigri, hermodactylorum, folii ſcordeon. i. dentium cœparum, allii ſylueſtris,dauci.i.ſe.paſtinacæ ſylueſtris,melliloti,gentianæ, olei balſami, carpobalſami.i. ſeminis balſami, trochiſcorum cokion, bdellii ana drach.vii.rutæ drach.ii.ammoniaci, ſpicæ romanæ, maſticis, gummi.i.gummi arabici, petroſelini ideſt ſe.petroſelini, cordumeni.i.carui agreſtis, ſe.fœniculi ana drachm.v.meu,aniſi, acori, ſagapeni, aſari,ana drachm.iii. opii, roſarum rub. pulegiii ana drac.v.fu.i. ualerianæ, acatiæ, umbilici ſcinci, ſe. hyperici,ana drach. iiii. & s. uini odoriferi antiqui in quo infundanẽ ea quæ oportet infundi,mellis deſpumati quod ſufficit,miſceatur & ſeruetur & adminiſtrentur poſt ſex menſes, & ſit doſis ſicut auellana ideſt aureus unus cum eo quod eſt conueniens de potibus.

Deſcriptio trochiſcorum cokion mithridaton ingrediẽtium hæc eſt.℞.paſſularum rub. enucleatarum.ʒ.iiii.glutinis albotin ideſt terebinthinæ.ʒ.xxiiii.ſchœnanthi,myrrhę ana.ʒ.xii.cinnamomi,bdellii ſubalbidi,blactæ bizantiæ,ſpicæ romanæ,caſiæ,meliloti,cyperi,baccarum lauri, an.ʒ.iii. calami aromatici.ʒ. viii.croci.drach.i. bituminis iudaici.i. aſphalti.ʒ.ii.s.liquefienda in uino ueteri ponantur, donec liquida fiant, alia autem omnia trita & cribellata cum eis coniungantur, & cum melle deſpumato quantum ſufficit, commiſceantur & fiant trochiſci.

Pro uerificatione deſcriptionis ſupradicti mithridati eſt aduertendum, quòd præfata deſcrip. eſt deſcriptio mithridati poſita ab Aui. in.v.can. ſumma prima tractatu primo:quæ quidem cæteris mithridati deſcriptionibus ab auctoribus poſitis completior reperitur:uerum in deſcriptione hic poſita non ponitur poſt caſtorei melakion ſicut ponitur ab Aui.& hoc ideo quia melakion eſt nomen prouinciæ ita ut ſenſus caſtorei melakion,ideſt caſtorei de illo loco uel de illa prouincia,quoniam Raſ.viii. almanſoris capitulo primo & Albucaſ. quarta particula azaranii & Ioannes Serapio ſeptimo breuiarii & Halyabas in regali diſpoſitione decima practicæ in eorum mithridati deſcriptionibus,loco melakion nihil ponunt. Præterea Ioannes Serapio loco iam allegato enumerando medicinas mithridati dicit quòd Summa medicinarum eſt.lvi. exceptis melle & uino,& ſi malakion eſſet aliqua medicina mithridatum ingrediens præter alias poſitas ab Aui. Summa medicinarum eſſet.lvii. ex quo patet quòd falſa eſt expoſitio tranſla-

E

toris Auicennæ exponentis melakion, ideſt opii,quoniam poſtea prope finem deſcrip.ponitur opium, palam eſt nanque quòd in una deſcriptione non debet poni idem bis ſub diuerſo pondere.

Pro uerificatione trochiſcorum cokion ab Aui.loco ſuprascripto deſcriptorum eſt aduertendum quod prædicti trochiſci cokion taliter ab Auicen. uocati à Raſ.viii. Almãſoris uocantur medicamen de fuſio, & in deſcribendo dictos trochiſcos uocantur theriaca de fuſio. ab albucaſi ſimiliter uocantur medicamen de fuſio, à Serapione uero vii.breuiarii & à Conſtantino.x.pantegni uocantur trochiſci cokion, ab Halyabate in regali diſpoſitione.x.practicæ uocantur trochiſci mefrumoferſi. Et quanuis ut dictum eſt à diuerſis autoribus diuerſimode uocentur,non tamen multum differunt. Completior tamen deſcriptio eſt illa quam ſcripſit Aui.

Errores qui in mithridati conſtructione cõmuniter committuntur ſunt tres,quorum primus eſt quòd in ipſo nõ ponitur terebinthina ſed ponitur reſina laricis quæ notabiliter

F

differt à terebinthina prout melius infra dicetur in theriaca.Secundus error eſt quòd in mithridati conſtructione non ponitur balſamum,ſed aliqui ponunt oleum balſaminũ quod ſit artificialiter. Alii ponunt oleũ laurinum ut montiſpedenſes.Tertius error qui in mithridati conſtructione committitur eſt quòd in ipſo ponitur plus de melle quã debeat poni:nam Halyabas uult pro qualibet libra mellis debere poni quatuor unc.ſpecierum, & tamen cõmuniter nõ ponuntur niſi duæ uel ad plus tres unciæ.Summa medicinarum mithridati deſcriptione Nicolai,eſt res cẽtum & quinque. Sed ſumma medicinarum mithridati ab Auicenna deſcripti eſt res.lviii.numerando uinum & mel.

MVſa ennea.Muſa à peritiſsimo philoſopho inuenta, faciens ad omnes acceſsiones periodicæ febris id eſt quotidianæ, tertianæ, quartanæ, ſi ante horam acceſsionis in modum auellanæ cum uino calido detur, & acutarum febrium anguſtias tollit,tamen cum dederis,conſidera uirtutes eorum qui patiuntur,quia ſtatim medelam

G

ſentiunt,& etiam ſi cum tepida diſtemperetur, & ex ea in acutis & peracutis pulſus & tempora inungantur, & ſi ſudorem prouocat erit ſignum euaſionis, ſi uero non,mortis:inflationem ſtomachi emendat, ſuſpirioſis, phthiſicis & his qui putredinem ſcreant ſubuenit, hydropicis, ſpleneticis & colicis ſubuenit,lapidem in ueſica frangit,et his quibus penitus urino denegatur.

Rec.piperis albi grana.xvii.thuris maſculi,myrrhæ,gẽtianæ,hyoſcyami,ana drach.vi.opii drach.iiii.croci drach.iii. minus grana.vii.euphorbii, ariſt.lon. mandragoræ ana drach.i.& ſcru. i. mel quod ſufficit, detur ut ſuperius in laude diximus.

MVſa ennea opiata eſt ſecundũ uoluntatem auctorũ tale nomen ſortita, ſunt autem diuerſæ muſæ, ſed iſta inter omnes muſas efficacior eſt, facit ad omnes occaſiones prędictarum febrium ideſt interpolatarum,ut tertianæ,quotidianæ,quartanæ, licet autem hæc

H

opiata dicatur ualere ad omnes interpolatas, præcipue tamen ualet contra quotidianam rubeam, contra tertianam mithridatum & adrianum, Theriaca contra quartanam. Si autem interpolata fuerit de humo. infecto uel compoſito ut de phlegmate ſalſo, dentur opiatæ compoſitæ, ut muſa ennea,& rubea, & ſic ſingula quęque locum teneant, & ſic de cęteris.debet autem muſa proprie dari contra quotidianam, præcipue de phlegmate naturali uel uitreo ante horam acceſsionis, ſed præcedat purgatio ſi opus fuerit, fiat decoctio calidarum herbarum in aqua, & patiens fumum recipiat bene coopertus undique, & ibi offeratur muſa cum tepida. Acutarum febrium anguſtias tollit, hoc non laudo,cum pater meus ita faciebat in acuta febre uolens certificari de uita uel morte, ungebat corpus febrientis præcipue uenas pulſatiles & circa brachia & tempora & in die critico,ſi ex tali inunctione ſudorẽ uideret prouocari,euaſurum iudicabat,ſi non,mortem. Ita dico, ſi prius non

non conſueuerat ſudare,quia tunc non eſſet certum ſignũ. Inflationem ſtomachi emendat ex frigidis hu. uel ex uentoſitate,detur cum uino calido præcedente uſu oxymellis & purgatione, ſi opus fuerit. Suſpirioſis ſi ſuſpirium fuerit ex ſiccitate,non detur,ſi ex frigidis humoribus & pręcipue ex cauſa rheumatica,detur cum uino decoctionis olybani, pectus tamen prius inungatur dialthęa uel butyro, ut relata materia obedientior ſit conſumptioni. Phthiſicis & his qui putredinẽ,id eſt ſaniem expuunt, ſubuenit,pus excreantes dicuntur empyci, qui putredinem excreant ex apoſtemate uel à uulnere præcedente, his confert muſa ad ſaniei mundificationem & ulceris cõſolidationem, cum aqua decoctionis myrrhæ, uel fiant pilulæ ex puluere myrrhæ, & muſa, & dentur. Spleneticis, hydropicis parum proficit, poteſt tamen dari cum aliquo diuretico. Colicis proficit,ſi fuerit ex cholera colica paſsio,non ualet, ſi fiat ex humore frigido uel uentoſitate, prodeſt per os data & clyſterizata. Nota tamen quòd ſi colica fuerit ex rheumatica cauſa,ſicut ſæpe accidit,danda eſt cum uino decoctionis olibani, ſi uero ſit ex frigidis humoribus, detur cum uino decoctionis caryophyl.nucis muſ. fit tale clyſtere, mercurialis & ſenationes bulliant in aqua ſalſa & dulci,colentur, colaturæ addatur mel & oleum, & muſa intus reſoluta iniiciatur per clyſtere. Lapidem in ueſica frangit, non credo. Vrinam prouocat,urina quandoq; impeditur & maxime in pueris ex humoribus in collo ueſicæ conglobatis, quibus hoc encatiſma optimum eſt. Mercurialis,portulacæ ſiccæ, ſenationes bulliant in aqua ſalſa & dulci uino, & partes inferiores inde fomententur: poſt fomentum fiat cataplaſma pectini & uirgæ de muſa, reſoluta in ſucco ſenationum & mercurialis aliquantulum calefactis in pateſla, pectini & uirgæ applicetur, conficitur ut aliæ opiatæ: per. vii. annos ſeruatur.

Nota,aloe per ſe puluerizetur & cribretur, & ſimiliter piper alb.per ſe,ſed puluerizari non poteſt, alia omnia inſimul confice ut in li.docetur.

MIcleta id eſt experta, proprie ualet ad hæmorrhoides,& ad uentris tortionem,& rugitũ lienteriæ et dyſenteriæ,et optima eſt omni ſolutioni uentris,me dietas eſt lib.i.

Rec.myrobalanorũ citrinorũ,indorũ, chebulorum,mundatorum aſſatorũ,ana drac.ij.s.naſturtij drac.ij.s.belliricorũ,embli.aſſatorũ ana drac.ij.cimini,aniſi,ameos,carui,marathri,ana drac.i.& s.infuſa in aceto die ac nocte dimittãtur,& aſſata puluerizentur, tunc adde ſpodiũ, balauſtias, ſumach,maſticẽ, gummi arab.ana drac.i.& grana.xv. fricentur oĩa cum oleo ro.& temperẽtur omnia cum myrtino ſyrupo,dentur cum aqua pluuiali mane meridie & ſero.

Sũma medicinarũ eſt.xiii.

MIcleta opiata eſt plurimum conſtrictiua, facit contra hæmorrhoidas, ſcilicet quando fluunt ſi reſoluitur in aqua roſa. & bombix ibi intincta ſupponatur,ualet etiam ad tortionem uentris & rugitum: ſi rugitus & tortio fiant de frigidis humo. uel uentoſitate, tunc non ualet micleta, ſi fiat ex cholera ut in dyſenteria tunc confert,unde ſtatim ſubdit. Lientericis & dyſentericis, debet tamen aliter & aliter in lienteria & dyſenteria exhiberi,præcedente tamen purgatione retinetur cholera & alii humores operantes fluxum, qui poſtmodum reſumptis uiribus impetuoſe fluunt per incontinentiam, & ſic fit nouiſsimus error peior priore. Præcedat itaq; talis purgatio in lienteria, polypodium, agaricus, colocynthis & ſchœnanthus bulliant in aqua, & colatura datur in lienteria,in ſecunda die poſt purgationem detur micleta cũ aqua decoctionis maſticis. In dyſenteria ſpecialis fiat dyſenteriorum purgatio, myrobalanorum citri.unc.ii.puluerizentur,puluis ponatur in aqua pluuioſa uel roſata per noctem, & colatura in craſtino detur:poſtmodum uero detur micleta reſoluta in ſucco plantaginis fricato cum lapide hæmatitis,ut diximus:delicatis autem,& qui non poſſunt huiuſmodi miſturas accipere,detur in pilulis ſic, gummi arabi.exuratur in teſta,puluerizetur, ex quo & micleta fiant pilulæ, & dentur. Nota tamen ſi dyſenteria fuerit uitio ſuperio-

A

rum per os dabitur,ſi inferiorum per clyſtere iuuatur, poteſt etiam inde fieri emplaſtrum cum eodem ſucco, addito puluere ro.boli.& modico aceto,lumbis, & pectini applicetur. Conficitur ſic,omnes myrobalani, ſcilicet eorũ cortices,& naſturcium,& ciminum,& marathrum,aniſum, & ameos,& carui aſpergantur aceto,non tamen copioſe, ſed aliquantulum humectentur,ſint ibi per noctem,mane exiccentur in teſta calida,uel alio uaſe exurantur, ut aliquantulum uideantur denigrari,nec omnino comburantur,quo facto puluis fiat,& cum oleo confricentur, cætera per ſe puluerizentur, puluis omnium ſimul conficiatur cum ſyrupo myrtino qui ſic fit,myrtilli aliquantulum coquantur parum in aqua pluuiali, poſt colentur, colaturæ addito zucchario fiat ſyrupus:ſi tamen haberetur tantum de ſucco myrtillorũ quòd inde fieret ſyrupus, tanto melior eſſet. per.iii.an.ſeruatur.doſis eſt.ʒ.i.

MEl roſaceum quod Græci rhodomel uocant, ſic fit. in.x.lib. albiſsimi & puriſsimi mellis deſpumati, ſucci recentium roſa.lib.i. ponatur in cacabo ad

B

ignem poſita, & cum bullire incœperit, uiridium roſarum cum forficibus,uel cultello inciſarum,lib.iiii. addantur, & tam diu bulliant quòd ad ſucci conſumptionem ueniat, & dũ bullierit ſemper agitetur, & in fictili uaſe poſito quandiu magis tenebitur,tanto melius erit, ſtomachum confortat & mundificat,cum frigida confortat & conſtipat,cum calida mundificat,datur mane, & meridie, & de eo conficitur diamargariton, garyophyllatum,& rubea trochiſcata.Eodem modo fit mel uiolatum,quod ualet tepide febriẽtibus, cum tepida corpus humectat, & relaxat, ualet ad ſiccitatem pectoris cum tepida.

Additio.

Mel roſatum ſecundum intentionem Nicolai apud Gręcos apellatur Rhodomel quod eſt geleniabin .Meſ.in proprio antidotario diſtinctione de cõditis habet unam aliam deſcriptionem,ſed iſta Nicolai eſt illa qua utimur.Reſpicit proprie uirtutem naturalem. datum cum aqua decoctionis

C

paſſularum & ficuum confert tuſsi frigidæ,& ſumere de eo quolibet mane confert catarrho calido, datum cum frigida confortat ſtomachum,& cõſtipat, datum ieiuno ſtomacho bene maſticando,confert ſtomacho malis humoribus repleto, ſi aqua calida ſuperbibatur, datum cum aqua calida eſt optimum poſt operationem pharmaci,datum tempore peſtilentiali prohibet putrefactionem.

NEphrocatarticum, id eſt purgans renes, expertum eſt ilioſis,difficultati urinæ, ſi cum apozimate milij ſolis ſumatur in modum auellanæ, de renibus & ueſica lapidem potenter expellit cum apozimate ſaxifragiæ, ſumptum menſtruis imperat cum decoctione artemiſiæ, colli tumorem ſedat cum decoctione coſti.xvi.pars confecta lib.i.

Recip.lapidis lyncis, drac.ij. & gran.xv. croci orientalis,drach.i.& grana.xviii.zingib. euphorbij, myrrhæ,olibani,ueſicæ apri,lapidis in hepate uel in ueſica porci inuen-

D

ti,cimini,hyoſcyami,ſeminis macedonici,citri,omnium decem,ana drac.i.grana.vi.nardi,ſchœnanthi,coſti,pyrethri, caſsiæ,reupontici,praſij, helenij, ſampſuci, gliconis, roriſmarini,gentianæ, ſaxifragiæ, gummi hederæ, cypreſsi pillularum,baccarum daphnidis,piperis nigri, & albi, ſeminis rutæ,& iuniperi,omnium, ana drach.s. grana.iiij. balauſt. ſtyracis, ſanguinis hirci, ſtruthij,aſſari,acori,fu,meu,ariſt. lon.& rotun.betonicæ,ſiſaliadis,dauci, petroſelini, ſeminis erucæ,omnium ana grana.ij.ſeminis urticæ, ſcru.s. & grana.ij.et.s.ſucci aſparagi,& bruſci,ana grana.v.s.mel quod ſufficit,doſis eius ſit drac.iij.cum uino tepido.

Additio.

Nephrocatarticum, id eſt purgans renes, datum cum decoctione milii ſolis eſt expertũ ilioſis, & difficultati urinæ, datum cum decoctione artemiſiæ imperat menſtruis,

propinatum cum decoctione cofti sedat tumorem colli, datum similiter cum decoctione saxifragiæ expellit lapidem, eius dosis est à drach.i. usq; ad drach.ii. Summa medicinarum est res. 52.

Oleum rosatum uirtutem habet frigidam & stipticam: & ideo ad dolores capitis ex febre seu ex calore solis optimum est: ardores autem ex calore quos stomachus plenus sua uentositate in toto, seu in parte capitis aufert, doloribus quandoq; in capite toto, uel in parte, confert, si ex ipso inungatur caput: cõfert etiam doloribus existentibus in stomacho, seu in intestinis ex acredine humorum mistum cum maslice, unc.ij. & sufficienti ceræ in ipso solutus, et postea locis inunctis: ad herysipelata est utile quibus in superficie non apparet, & ad alia huiusmodi multa. & istud oleũ sic fit. In duabus libris olei cõmunis, & ad nostram doctrinam abluti libra una & media uiridium rosarum aliquãtulum contusarum ponatur in olla plena, in caldario pleno aqua suspẽso, & tam diu bulliat quousq; ad tertiam partem ueniat, quod demum albo pãno lini immissum torculari exprimatur et liquor reseruetur. Eodem modo fit sambucinum, uiolaceum, & myrtinum oleum. Quæ scilicet olea ualent in acutis & peracutis inuncta super bepar, pulsus, tempora, & plantas manuum & pedum, calorem omnino extinguit.

Additio.

Olei rosati confectio.

Istud oleum rosatum apud modernos habetur in usu, uerum est quòd sunt ex hominibus qui accipiunt foliorum rosarum recentium, & comminuunt cum forficulis quantitatem quam uolunt, & superponunt oleum commune, & exponunt soli per dies quadraginta, deinde administrant ubi oportet. Circa instans capitulo de rosis inquit oleum rosatum sic fit. Quidam decoquunt rosas cum oleo & colant, & reseruant, alii terunt rosas uirides, & ponunt in oleo, & in uase uitreo soli per quinquaginta dies exponunt, & hoc optimum est.

Oleum mandragoratum quod facit ad nimios dolores capitis, & phreneticis male dormientibus fronti illinitum & naribus iniectum summe opitulatur pulsibus brachiorum inunctum, & plantis pedum illinitum quocunque modo uigilijs factis cum omni celeritate soporem reddit.

Recip. olei lib.ij. succi malorum mandragoræ, drach.iiij. hyoscyami albi succi, unc.ij. papaueris nigri hortensis capitum succi, unc.iij. uiol. recentium cimarum, succi cicutæ amarũ, an. unc.i. opij, styracis, an. unc.s. Conficitur sic. in oleo omnes succi mittantur, & per decem dies ad solem bene admisceantur. Vndecimo uero die ad consumptionem succi coquantur. Cumque coctum fuerit ab igne deponatur, & cum infrigidatũ fuerit, coletur, & in parte ipsius olei, opiũ & styrax soluti medicaminis supermittantur, & bene commixtum in uase reconditum usui reseruetur: hoc uero unguentum contra calefactionem hepatis sæpe inunctum mirifice ualet.

Additio.

Oleum mandragoratum dicitur à succo mãdragoræ, qui intrat in eo, confert ualde seu uehementer contra morbos ualde calidos: eius tamen narcoticitas est reprimenda, ut cum lacte mulieris, uel oleo rosaceo: in eo enim est frigiditas & humiditas intensa.

Oleum chamæmelinum salubre ad feruorem, & dolorem capitis, et stomachi causas ex cholera rubea sine aliquo calore commotas compellit articulisque proficit, & ad alia multa facit. Recip. olei dulcis dra.xviij. florum chamæmeli mense Iulij collectorum, li.s. Conficitur sic flores in oleo communi mittantur, in diebus canicularibus in uitreo uase ad solem suspendatur, & bene obturato, & post quadraginta dies in lento loco ponatur, & usui reseruetur.

Additio.

Istud oleum dicitur chamæmelinum à flore chamæmeli ex quo fit, calidum est temperate: & est oleum benedictum, & expertorum iuuamentorum, & resolutiuum humorum superfluorum, & mitigatiuum dolorum frigidorum, & subtiliatiuum humorum spissorum, & confert ei quem læsit frigus, & alia multa facit.

Oleum frigidissimum uiride sic fit. Recipe. oleis communis albi, & abluti, lib.iiij. cimarum rubi tenerrimarum, foliorum uiolarum, uermicularis, cimbalariæ semperuiuæ, solatri, foliorum papaueris, hyoscyami, mãdragoræ, crassulæ maioris, portulacæ, lactucæ, berbenæ, omnium ana drach.iij. hæc omnia insimul bene terantur, & in suprà dicto oleo mittantur per tres dies, post tertium uero die suprà ignem ponatur, & usque ad spissitudinem bulliat, postea coletur: deinde in fictili uase ponatur super ignem, & bulliat ad succi consumptionem tunc ab igne deponatur: et permittatur residere. & illud clarius quod super natat colligatur, & usui reseruetur. ualet in acutis, & peracutis, frenesi, & temporibus inunctum, ualet & retro inunctum per dorsum à nucha usque ad caudam inunctum, & per uentrem similiter & uolæ manuum, & plantæ pedum, eodem modo cõtra omnem calorem potenter medetur.

Additio.

Oleum uiride frigidissimum dicitur ab effectu tale, & à colore, unde temporibus, & fronte cum eo inunctis ualet febribus acutis: etiam calori, & dolori hypochondriorum ex causa calida per dorsum à nucha usq; inferius inunctum per uentrem: similiter & uolis manuum, & plantis pedum inunctis: hoc modo mirabiliter & potenter medetur cõtra omnem calorem immoderatum. Summa medi. est res. xiiij.

Popyra magna, opopyra dicitur à succo & igne: ops enim Græce, Latine succus, pyr, id est ignis, inde opopyra, id est ignitus succus, proprie ualet contra guttam quæ oculum, & linguam, & labium distemperat, ut recte sermonem non proferat, aut non loquatur, peculiariter curat paralysim oris, & gutturis, & manuum, & pedum, atque crurum, & totius corporis, optime medetur cum uino ubi cocta sit saluia, & castoreum, & costum in sero in modũ auellanæ, prodest tremulosis cũ eadẽ decoctione bibitum, contractioni neruorum subuenit, cum decoctione polypodij. epilepticis, melancholicis, & maniacis cum decoctione thuris masculi auxiliatur tussientibus in omnibus doloribus pectoris & stomachi cum decoctione calamenti, & cimini, hepaticis cum apozimate apij, & eupatorij, splenecticis cũ decoctione capparis, & absinthij, pleureticis cũ apozimate hyssopi, & pulegij, iliosis cum decoctione iris, & macedonici, calculosis cum apozimate saxifragiæ, & oxymi, & typice febrientibus cum decoctione pigani nasturij, pyrethri prodest, & ad multas corporis passiões facit. quintadecima pars confecti lib.ij.

Recip. opij thebaici, drach.ij scrup.i. & grana.iiij. cinamomi, garyophyl. nardi, galangæ, croci, costi, zedoariæ, zingibe. xylobal. reuponti. pyrethri, coralli albi & rub. tragacan. myrrhæ, castorei, opopanacis, piperis nig. alb. & long. ana drach.ij. & grana.vi. rasuræ eboris, elelisphaci, herbæ paralysis, an. drach.i. & grana.xiiij. balsami, musci, xyloaloes, schœnanthi, cassiæ fi. styra. calami. masticis, cõfitæru. chalbani, sagapeni, plantæ assæ fœtidæ, meliloti, aristo. rodũ. drangonteæ, assari, belenij, meu, peoniæ, raphani, corticis peucedani, acori, mandragoræ, betonicæ, gentianæ, chamædryos, pulegij, centaureæ maioris, & minoris, celticæ, absinthij, proserpinatæ, blattæ, capillorum uen. spõsæ solis, hypericon, uincitoxici, prasij, pigani, millefolij, cardamomi, calamenti, carpobalsami, anisi, seminis lenistici, hyoscyami, seminis lupini, & pollinis, eboris alexandrini, baccarum lauri, marathri, sileris montani, ana scrup.i. grana.xviij. mel quod sufficit. detur ut superius diximus.

Opopyra dicitur succus ignitus, ab ops quod est succus, & pyr, quod est ignis, opiata est. Valet contra guttam. Gutta est, ut diximus repercussio alicuius membri ex humore influente, ad cuius curationem duo sunt necessaria, constrictio fluxus rheumatici, & humorum superfluorum consumptio: hæc duo facit opopyra, constringit uirtute opii, consumit caliditate specierum, contra quam guttam ualeat ipse dotet specialiter. Contra paralysim linguæ, oculi, labii, & totius corporis, cum uino decoctionis saluiæ uel castorei præcedente purgatione cum pilulis aureis, uel benedicta, uel picra. Nota, quando aliqua medicina datur contra aliquod uitium, danda est decoctio illius herbæ uel speciei, quę ualet contra illud, ut contra paralysim cum decoctione saluiæ, uel castorei, contra epilepsiam cum decoctione peoniæ, & sic de cæteris. Si autem pars paralytica exposita sit excepto oculo fricetur cũ opopyra resoluta in succo rutæ calefacto in testa: ad paralysim linguæ debet interius recipi & teneri sub lingua.

Contractioni neruorum subuenit, nerui quandoque contrahuntur ex spasmo qui fit de repletione, quãdoq; ex spasmo qui fit ex inanitione, & tunc non ualet, quia magis desiccaret, quando fit ex repletione, tunc detur sic. accipe sulphur uiuum, & euphorbium, & scarabeos, qui inueniuntur in balneis, uel inter libros, conterantur, & resoluantur in oleo muscellino, & petroselino addita opopyra totum corpus inungatur in balneo, ut sic febris inducatur. Si uero tale balneum non habeatur, fiat fossa in stabulo in equino fimo, & prædicto modo inunctus cooperiatur fimo. Epil. cum decoctione peoniæ. Melancholicis, & maniacis detur, si sit melancholia uitio sanguinis adusti, uel mania, uel uitio choleræ adustæ, non detur, si de melancholia naturali, confert cum uino calido exhibita: fiat etiam sacellatio de puluere pulegii, calamenthi, origani, & aliarum herbarum calidarum calefacto in tegula raso prius capite in occipite, ualet tussientibus si non fiat ex siccitate. Si uero fiat ex humore fluxibili, & liquido, detur prius cum uino decoctionis olibani ad constringendum rheuma: post tertium uero diem detur cum aqua decoctionis amyli, & penidiarum, passularum, caricarum, liquiritię, & succi eius, hyssopi: detur autem sic ad inspissationem materiæ, ut spissata non cedat sputum impellenti, & sic facilius educatur. Omnibus pectoris doloribus, & stomachi ex frigiditate uel rheumate, uel uentositate cum uino decoctionis pulegii, & calamenthi.

Hepaticis ex frigiditate, & oppilatione hepatis patientibus ex frigidis humoribus facta: detur autẽ eis prius aliquod diureticum per aliquos dies: postea detur hæc opopyra cum decoctione apii.

Splenecticis de frigida cã: si tamen splen durum sit, prius ungatur relaxãtibus, & mollitiuis, patiens utatur aqua multum diuretica: deinde opopyra propinetur cum uino decoctionis capparis, pleureticis ualet, in principio nõ, sed post diem.xiiii. cum aqua decoctionis hordei ad maiorem mundificationem saniei, nẽ fiat transitus in empyema, uel fiãt pilulæ de tragacantho gummi arabi. & opopyra, & dentur. Et nota, q̃ opiata, & maxime opopyra non sunt danda contra uitia spiritualium, nisi cum aliquo lenitiuo adiuncto.

Iliacis non ex calido, sed ex frigido humore, uel uentositate detur sic, præcedat clystere mollitiuũ, & purgatio cum benedicta, & si opus fuerit principium ad consumptionem reliquiarum, detur opopyra cum decoctione iris illyricę & macedonici: sentiunt enim iliosi dolorẽ aliquando per.xx. dies post purgationem ex reliquiis materiei, tunc præcipue debet dari opopyra, sicut dictum est ad cõsumptionem residuæ materiei. Calculosis cum apozimate saxifragiæ resoluatur in oleo muscellino, & pectini cataplasmetur.

Colicis, si sint ex cholera nõ detur, si sit ex frigidis humoribus uel uentositate, detur cum decoctione polypodii, hypericonis. Nota, q̃ opiatæ non sunt dandæ cũ aliquo uehementi laxatiuo, ne fiat alterutrum repugnãtia, & augeatur dolor. Typice febrientibus non cuilibet, sed quotidianę de phlegmate naturali uel uitreo, uel quartanæ de melancholia naturali, quibus danda est decoctio pigani strutii, id est cauliculi agrestis, patiente collocato super cophinatam ad prouocandum sudorem: ualet etiam ad alia. Recip. herbæ paralysis calidæ & siccæ est, dissoluit, & consumit, subtilem habet substantiam, ponitur hic contra paralysim, unde ab ipsa nomen accipit, folia ponuntur in medicinis abiectis stipitibus. per an. seruatur in uere debet colligi, & in umbra desiccari.

Proserpinatæ fri. & sic. constringit, & infrigidat: herba est communis quæ corrigiola dicitur, ponitur hic ut constringat fluxum, & caliditatem aliarũ specierum reprimat, colligenda est cum flores producit, flores & folia in medicina ponuntur mediantis abiectis stipitibus. Proserpinatæ.

Capilli uenę temperatæ sunt complexionis, tamen aliquantulum attinent caliditati, uirtutem habent diure. ponũtur contra uitia renum & ueficæ, ultra mensem uel duos nõ seruatur. Capilli.

Sponsæ solis. frigidæ & siccæ cõplexionis est, folia medicinæ competunt, uirtutẽ habent diure. ponitur hic propter uitia renũ & hepatis, in uere colligitur. per annũ seruatur. Sponsæ solis.

Radicum seminis ca. & sic. diuidit, attrahit, & dissoluit & consumit, uomitum prouocat ex uẽcositate quam habet, ponitur hic ad dissoluendum, & consumendum crassos humores. per tres uel quatuor annos seruatur. Radicũ.

Lupini quidam sunt calidi, quidam frigidi, qui ex artificio coaptantur, ut sint insipidi, frigidi sunt: qui uero tales sunt, quales ab herba producũtur, calidi sunt, & diureti. hic debent poni propter uitia renum & ueficæ: quales à natura producuntur, tales apponantur: omnes simul puluerizatæ sint species, confice, ut alia electaria. per septem annos uel octo seruatur. Lupini.

Oxy dicitur ab acetoso succo, malorum granatorum qui ponitur ibi: datur proprie contra synocham causon. & contra omnes acutas, & peracutas ægritudines cum frigida: prodest etiam pleuresi, hecticæ febri, puncturæ hepatis: si tamen hectica sit cum tussi, addatur confectioni, unc.i. liquiritiæ, & succi eius, unc.s. ueteri, & non recenti cum scammonea. confectio est lib.iij.

Recip. prunorum damascenorum siccorum, lib.ij. et decoquantur in lib.v. aquæ usq; ad medietatem: deinde ab aqua extrahantur, & ponantur in cribro, et catino subterposito tãdiu manibus fricentur, donec pulpa exeat tota, et in aqua ubi cocta sunt pruna bulliat unc.s. uiolarum: & postea fiat syrupus cum duabus lib. zucchari, & s. addito succo prunorum prædictorum bulliat ad spissitudinem, & postea addãtur unc.iiij. tamarindorum, & unc.ij. cassiæ fi. mundatæ, et dissolutæ cum aqua rosa. et colatæ, colatura nanq; ponatur in syrupo, & cum incœperit inspissari, ponantur ibi succi utrorumq; granatorum, unc.viij. & quandiu ad præfatã uenerit coctionem agitando cum spatula, semper adde puluerem harum specierũ quod recipit puluerem sandalorũ alborum & rubeorum, spodij, ana drac.iiij. portulacæ drac.vi. ros. tragacãthi, ana drac.ii. Si uero laxatiuam facere uoueris, in unaquaq; lib. pone drac.vii. scãmoneæ puluerizatæ, tunc scilicet quando ab igne deponitur, & diaprunis, si laxatiuũ facere uolueris eodem modo facias, detur mane simplex, meridie cum frigida. laxatium detur summo mane cum calida in modum castaneæ. Sima medic. est res ix.

Oxymel laxatium ab oxy dicitur quod est acutum uel acetum quod ibi ponitur, & multa acuta, fit autem simplex & acutum. Acutum datur sanis ad præseruationem & præcipue cholericis in uere, patientibus simplicem tertianam, & etiam continuam, patientibus minorem hemitriteum & medium, eodem modo quo dictum est de frigi-

do cophonis, ſimplex datur cholericis ad mitigationem ſi- E
tis omni hor a diei. ℞. malorum granatorum, quorum alia ſunt dulcia, alia acetoſa, dulcia temperata ſunt inter frigidi tatem, & caliditatem, uirtutem habent abſtergendi, aceto- ſa frigida ſunt & ſic. digerunt, & diuidunt.

Seminis portulacę frigida eſt & humida, infrigidat & hu mectat, conficitur ſic. pruna optime decoquantur, & poſtea tranſducantur per cribrum: in aqua uero prunorum fiat de- coctio herbarum diuret. poſtea in parte ipſius aquæ reſolua tur caſsia fiſtu. & tamarindi, in alia parte fiat ſyrupus addi- to zucchar o: cum ſyrupus decoctus fuerit ponatur lotura caſsiæ, & tamarindi, & ſuccus malorum granatorum. Nota, quòd ſtatim ſuccus abſtractus à pomis debet poni, quia nō poteſt ſeruari, poſtea fiat aliquantula decoctio agitādo ſem per cum ſpatula, poſtea addātur carnes prunorum, & deco quatur fere ad ſpiſsitudinem diacitronitem, agitando cū ſpa tula, ne adhæreat cacabo, & deſtruatur, tunc eo decocto de ponatur ab igne, & adhuc calido, puluis ſpecierum adda- tur, & bene cum ſpatula admiſceatur. Quidā aliter faciunt, primo enim ponunt in ſyrupo carnes prunorum: & deco- F
quunt ad ſpiſsitudinem mellis ſemper agitando, poſtea ad- dunt loturam caſsiæ fiſtu. & tamarindorum, & ſuccum malo rum granatorum, & poſtea decoquunt ad ſpiſsitudinem, quam prius habebat lotura caſsiæ ſi. cum tamarindis impo nebatur: de impoſitione uero ſcammoneæ idem dicimus quod diximus in electario de ſucco roſarum. quædam pars poteſt acui quædam pars ſimplex poteſt ſeruari. per .ii. an- nos optimum eſt. Dixit autem Matthæus de platea q̄ poſt- quam ipſum ſeruauerat per. iiii. uel. iii. illum ſecure dona- bat acute febricitantibus.

OXymel Iuliani multum eſt laxatiuū, dicitur ab oxy. Iuliani ab inuentore, arteticis maxime competit ſi de frigido humore: ſi de calido ſit humore nō detur ſi ex frigidis ſit humoribus detur hoc modo. fiāt inū ctiones circa partem dolentem de eo, & unguentis calidis fiant etiam epithemata ex herbis mollificatiuis, & relaxati uis, ut malua brāca urſina, & ſimilibus, utatur per. v. uel. viii dies oxymelle diuretico: poſt. viii. diem in ſecundo cum ac G
cepturus eſt medicinam aliquam mediocriter laxatiu am, ut benedictam ſimplicem: in media autem nocte accipiat oxymel Iuliani, uioleuter purgat.

Pingues hu. in articulis reſidentes purgat, quia recipit multa uehementer laxatiua & ſubtilis ſubſtantiæ quæ attra hunt ab extremis partibus. ℞. aceti. frigi. & ſic. eſt pene- tratiuum ex ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ, conſtringit ex ſuis qualitatibus, ponitur hic ad diuidendos, & digerēdos craſ- ſos humores & uiſcoſos. Acetum fit per quandam ebulli tionem in uino accidentaliter factam, per quam igneæ par tes reſoluūtur in terreſtres, & aqueæ in aereas, unde fit ſub tilis ſubſtantiæ. Igneis itaq; partibus reſolutis remanenti- bus ex parte terreſtribus innaſcitur ſiccitas, ex aqueis fri. & ſic. acetum fri. & ſic. ſubſtantiæ ſubtilis.

Quo nam mō acetū fiat.

Tędæ. Tędæ pinguis. ca. eſt & ſic. uirtutem habent attrahendi, diſ ſoluendi, & conſumendi, ponitur hic ad digerendos craſ- ſos humores. Tæda pinguis lignum eſt abietis, ex quo ma- nat quædam gummoſitas quæ ſimiliter appellatur, quæ &c. ponitur hic. H

Cocogni dij. Cocognidii, ca. ſunt, & ſic. uirtutem habent diſſoluendi craſſos humores, & præcipue phlegmaticos, ponitur hic propter cauſas prædictas, ſemen eſt laureolæ colligi debet in autumno. per. iii. an. ſer. Eligitur quod cum frangitur ali- quid habet humiditatis nec in puluerem reſoluitur.

Lacteri- des. Lacterides. ca. ſunt in. iii. ſic. in. i. uel ſunt ca. in. iii. hu. in .i. diſſoluunt, attrahunt, & purgant phlegma: ideo hic ponū tur. lacterides dicuntur cataputiæ.

Elateriū. Elaterium ſuccus eſt cucumeris agreſtis, lacterides colli guntur in æſtate. per. ii. annos ſeruantur.

Cunare. Cunare ebuli. ca. ſunt, & ſic. diſſoluunt, attrahunt, & pur- gant phlegma, quare ponunt hic, herba eſt ſatis communis. cimmæ, & cortices competunt medicinæ.

Sinapis. Sinapis. calida eſt, & ſic. diſſoluit, conſumit, & necat lum bricos, ponitur hic ad diſſoluendum ſuperfluos humores, confice, ut dicitur in antidotario. per. ii. an. durat.

OXyzaccara dicitur ab oxy quod eſt acetum, & zuc charo, ualet tertianæ, acutis, & quartanæ, non ue re choleram in ſtomacho exiſtentem purgat. Recip. zuccha. lib. i. ſucci malorum granatorum, unc. viij. aceti, unc. iiij. ad ignem in ſtagnato uaſe pone, & tandiu bulliat, cum ſpatula ſemper agitando, donec ad quantitatem zuc- chari deueniat, ut in pyxide portari poſſit. detur in mane cum calida unc. i. &. ſ.

Additio.

Oxyzaccara dicitur ab oxy quod eſt acetum, & zaccara ex quibus componitur, infrigidat, digerit, diuidit, inci- dit, aperit, uias abluit, & mundificat craſſos humores, & ui ſcoſos, & ſubtiliat choleram craſſam phlegmaticam, & me- lancholiam ex cholera aduſta, etiam ualet contra abundan tiam ſanguinis, & ad febres paratas inflammari. Aliqui ad- dunt oxyzaccaram compoſitam quæ fit ex capillaribus, & ra dicibus aperitiuis.

OXymel ſic fit. Recip. mellis deſpumati, lib. i. aceti for tiſſimi, lib. i. &. ſ. in quo bulliant radices fœni. unc. ij. radi. rapha. unc. ſ. bulliant uſq; ad tertiam partem: deinde colentur, & colaturæ ſupradictum mel addatur in ſtagnato uaſe, ſemper agitando cum ſpatula, tandiu lento igne bulliat, donec ad conſumptionem aceti deueniat, ualet ut oxyzaccara, digerit, diuidit, & phlegma mirabiliter purgat. datur in mane cum calida.

Additio.

Oxymel dicitur ab oxy quod eſt acetum, & melle ex qui bus componitur, reſpicit proprie humores phlegmaticos, & eſt quadruplex, ſimplex, compoſitum, diureticum, & ſcil- liticum: oxymel autem ſimplex fit ex duabus partibus mel- lis, & una parte aceti, augendo uel minuendo acetum, ſecū dum quod oportet. illud quod hic ſcribitur dicitur compo- ſitum reſpectu ſimplicis nunc dicti, & reſpicit humores craſ ſos quos ſubtiliat, & confert febribus phlegmaticis prolon gatis, & tertianæ nothæ. Summa medi. eſt res. iiii.

POtio ſancti Pauli, dicitur potio à potando, ſancti Pau li, quia ſanctus Paulus eam compoſuit, hæc eadem à Romanis potio maior uocatur, quia Paulus magnus in terpretatur, datur proprie epilepticis, catalepticis, analep- ticis, ſtomatichis, cum uino coctum ſit thus maſculum, uel peonia miſta, hæc eadem cum eſdra, datur hyemali tempo- re, & uernali quartanarijs, & ſanat cum uino in quo cocta ſit gētiana, uel ſaliunca, uel caſtoreum ante horam acceſſio nis: medetur etiam arteriacis, paralyticis, cum uino in quo cocta ſit ſaluia, uel caſtoreum. xv. pars eſt lib. i.

Rec. nitri, drach. iij. & ſcrup. i. caſtorei, antimonij, ſino- ni, folij, daphnococci, ſileris, apij. petroſ. marathri, dauci, ſta phiſagriæ, ana drach. i. & ſcrup. i. ſalis ammon. epithymi, ana drach. i. & ſcrup. ſ. calami aromat. myrobalanorum, liquiri. tragacan. peoniæ, pyrethri, ana ſcrup. ij. coſti, colo- cynthidis, agarici, maſticis, ariſtolo. lon. & rotun. roſarum, mabathematicon, aſſari, elelisphaci, aronis, dictami, baſili- con, brancæ urſinæ, balſamitæ origani, pulegij, cbamedryos uel hyſſopi, ſetureiæ, pipe. alb. & ni. & lon. ſeminis rutæ, an. ſcrup. i. & gra. xviii. cardami, thuris, ana ſcrup. i. & gran. iiii. balſami, nardi, croci, ſchœnantus, caſſiæ, myrrhæ, opopa- nacis, ſulfuris, mandragoræ, gentianæ, bratei, euphorbii, ſanguinis merguli, ana ſcrup. i. cinnamomi, garyophyllorū, zingibe. anacardi, xylobalſami, reuponti. peucedani, ſtyra- cis calamitæ, ſagapeni, aſſari, ſanguinis draco. coaguli le- poris, coaguli agni, & capreoli, & uituli, & fellis urſini, ſanguinis anatis, petrolei, ana ſcrup. i. minus gran. iiii. herbæ paralyſis, drach. vii. gran. iiii. uel quod ſufficit, datur capita libus paſſionibus in ſero ad modum auellanæ, uel cum deco- ctionibus ſupradictis.

Pauli apoſtoli antidotum dicitur ab eo inuentum, con- fert

fert melācholicis, maniacis, epilepticis, ſi fiat ex frigido hu A
more, utpote melancholia naturali cum decoctione thuris maſculi, uel maſticis, aut coſti, ſi ſit de calidis humoribus nō detur. Paralyticis tremulis cum decoctione caſtorei elelif- phaci. Nota, quòd paralytici alii tremuloſi, alii non, utriſq; confert hoc antidotum prædicto modo datum: debet autē pars patientis inungi exterius, & recipere prædicto modo interius, tam in his quàm in aliis. Nota, quòd illi qui tre- munt facilius curantur quam illi qui non tremunt. Valet ad omnia quæ capiti nocent ex frigiditate cum uino decoctio nis alicuius ſpeciei cerebrum confortantis, aſthmaticis cū decoctione aniſi, penidii, tragacanthi, gummi arabi. liquiri. ſucci eius, uel fiant pilulæ de puluere horum & ex antidoto ſancti Pauli, & dentur. Peripneumonicis, non laudo, ty- pice febrientibus ante horam acceſſionis cum uino deco- ctionis cardamomi, uel calamenti, uel de puluere iſtorū, & potione ſancti Pauli fiant pilulæ, & dētur. Ad doloré ſtoma chi ex frigiditate cum apozimate iridis illiricæ, & pulegii. Hydropicis cum decoctione herbarum diureticarum. Sple neticis eodem modo, uel cū decoctione radicis tamariſci. Ad debilitatem lumborum cū decoctione aſſari, apii, & ma cedonici. Matrici ſubuenit, reſoluatur in oleo muſcellino, & bombax intincta ſupponatur, ualet & ad multa alia: men- ſtrua mirabiliter prouocat immixta cum pulegio. Nota, quod potio ſancti Pauli non eſt opiata, ſed uice opiatæ da- tur, conſumit, & calefacit. Recip. coagulum leporis fri. & ſic. eſt, tum propter naturam ipſius ſtomachi, tum propter naturam ipſius admirabilem, aſtringit, & mūdificat ex pro- prietate lactis, conſtringēdi uirtutem habet ex frigiditate, ponitur hic ad fluxum quemlibet uentris conſtringendum, & membra confortanda, ſtomachus, uel coagulum, uel uen ter eſt leporis. Coagulum dicitur, quia facit lac coagulari, extrahitur antequam incipiat herbas comedere, & imponi- tur ſal ad conſeruationem, maximam habet efficaciam con tra epilepſiam. per duos annos ſeruatur. Eligendū eſt quod non eſt nimis ſiccum uetuſtate corruptum.

Coagulum agni frigidum & humidum ad reprimen- dum ſiccitatem quarundam herbarum uel ſpecierum ponī- tur hic, ut diximus de coagulo leporis, fiat, & ſeruetur C
tantundem.

Coagula capreoli temperatum eſt in frigiditate, & humi ditate, propter capitis cauſas, & aſthmatis ponitur hic. ſer- uatur, ut prædicta. Coagulum uituli ponitur hic, ut tēpera- ta caliditate confortet, & ſua humiditate reprimat ſiccitatē aliarum ſpecierum. Nota, quòd oia iſta coagula ponuntur ad mundificationem & membrorum confortationem.

Fel urſi. ca. & ſic. eſt, ponitur hic propter epilepſiā & pa- ralyſim, uel cum ſuo folliculo ab hepate debet ſeparari, & ita ſuſpendi, & deſiccari, per. ii. annos ſeruatur. Sanguis ana tis calidus eſt & humidus ad humectandum ponitur hic re- center extractus ab anate, debet poni, & miſceri cum melle deſpumato, & calido: poſtea puluis ſpecierum quæ ibi reci piuntur apponatur, conficitur ex facili, niſi quòd ſi coagula recentia fuerint, ut non poſsint puluerizari, cum melle ca- lido commiſceantur & diſtemperentur antequā puluis im- ponatur. per duos annos ſeruatur. doſis eius eſt. ʒ. i.

PAulinum antidotum. Paulinum, id eſt magnum, anti dotum, id eſt contradatum, quia magnam uirtutem, & efficaciam habet, datur proprie ueteri, et nouæ tuſ ſi, quæ fit ex diſcurſione rheumatis à capite, ualet contra uitia pectoris ex frigiditate in ſero cum uino calido, ſed ſi di ſtemperatum accipere non poterit, fac inde pilulas. viij. uel ix. facto cum opio, ſed ſi confectum fuerit ſine opio, & laxa tiuum facere uolueris, da drach. ij. cum ſcrup. ij. ſcāmoneæ in pilulis factis, caput & ſtomachum ex phlegmate, & me- lancholia purgat, & oculorum grauedinem tollit. quarta pars eſt lib. i. quia in unaquaq; receptione ponunt lib. i. & mediam mellis deſpumati. D

Recip. aloes, drach. xi. & gra. xv. croci, coſti, anacardi, agarici, coralli, myrrhæ, ammoniaci, terebinthi. chalbani, ſa gapeni, opopanacis, confitæ ru. ſtyracis cala. ireos, ana drac.

Paulinum antidotum maius. Paulinum aliud eſt opiatū, aliud non opiatū, opiatum eſt, quod habet opium, non opia tum caret opio. Opiatum pręcipue datur ad conſtringendū fluxum. Non opiatum datur melancholicis, maniacis, epile pticis, ſi fiat ægritudo hæc ex frigida cauſa, id eſt melancho- lia naturali cum oxymelle bibitum, uel cum uino decoctio- nis alicuius ſpeciei odoriferæ cerebrum confortantis.

Epiphoræ oculorum curat. Epiphoræ oculorū ſunt apo Epiphoræ
ſtemata quæ naſcuntur ſupra oculos ab epi quod eſt ſupra, & foros quod eſt fores, ſupponatur inductum in abluta, ita quòd ſubſtantiam oculi non attingat. Dolor dentium ſi fue rit uitio ſuperiorum, id eſt uitio rheumatizantis cerebri in- ducatur in cartha, & in temporibus raſis ſupponatur, & dē tes ex eo fricentur, ſi opiatum fuerit magis ad hoc ualet. Malum odorem aufert, ſi fiat fœtor uitio ſtomachi fiant pi- lulæ ex puluere foliorum myrtæ mentæ, & Paulino, & dentur: ſolum etiam uinum decoctionis myrtæ multum ua let. Colorem bonum facit ſi fiat diſcoloratio ex frigidita- te, & indigeſtione detur cum uino decoctionis nucis mu- ſcatæ, uel garyophyllorum, uel macis omnium iſtorum uel unius. Valet tuſsientibus datum cum uino decoctionis amyli, penidiæ, tragacanthi. Vulnera ſtomachi ſanat, ſi ſint ex apoſtemate præcedente, cum uino decoctionis myrtæ detur, uel fiant pilulæ de Paulino, & menta, & dentur. Vomitum, & diſtemperantiam ſtomachi ex frigiditate fa- ctam aufert datum cum uino decoctionis piperis nigri, & caſtorei, uel fiant pilulæ de puluere iſtorum & Paulino, & dentur. Cardiacis, ſi fiat cardiaca paſsio ex cholerica materia non detur, ſi ex frigida cauſa, detur cum uino de- coctionis ligni aloes. In quo differat cardiaca à ſyncopi ſuperius dictum eſt. Typice febrientibus de melancho- lia naturali, & phlegmate naturali, & præcipue detur opia- tum. Epilepticis cum decoctione radicis fœniculi, pe- troſeli. aſparagi, bruſci. Spleneticis, cum decoctione ta- mariſci, & philipendulæ, uel fiant pilulæ cum puluere iſto- rum, & Paulino, & dentur.

Vetericis iſtis, detur ſicut empycis. Dyſenteriam datum cum ſucco pulegii curat: non laudo dari contra dyſenteriā niſi dyſenteria pro quolibet fluxu accipiatur: poteſt tamen dari lienteriçis poſt purgationem cum aliquo uino ſtyptico. Contra tumorem, & dolorem ex frigiditate cum deco ctione abſinthii, uel calamenthi.

Contra carbunculum, ſi fuerit ex frigida cum ſupponatur more emplaſtri diſſoluit & conſumit materiam, ſi fue- rit calida materia non detur niſi fuerit feruentiſsima, & tunc apponatur. Tumorem, & dolorem deponit, & ma- xime pudendorum, ſi materia fuerit in his partibus in ablu- ta inducatur, & ſuperponatur. Recip. unc. i. corimbrium. cal. & ſic. eſt diſſoluit & conſumit. Corimbrium gummi

arboris in India, & Græcia, non ſophiſticatur, alio nomine thymiama, hic ponitur ad conſumendum, & reſoluendum humores craſſos & ſuperfluos. Conficitur ſic. maſtix, & olibanum pulueri zentur per ſe, aloe per ſe, bdelliũ per ſe, &c. inſimul omnes gummæ in modico uino, & forti ponantur per diem & noctem: poſtea ponantur ad ignẽ & liquefiant, colentur per pannum in una receptione duæ libræ mellis bene deſpumati, huic colaturæ addatur benedicta, & cum aliquantulum bullierint gummæ in melle appone pulueres maſticis, & olibani: deinde myrrhæ, & bdelli. cum uis probare ſi coctum fuerit pone guttam ſupra marmor inunctum oleo, poſt impone pulueres ſpecierum modicum, & ſi poſſunt fieri pilulæ, ut non cohæreant, ſi non cohæreant manibus, coctum eſt, tunc depone ab igne & fac quaſi circulum de pulueribus ſpecierum dictarum ſupra marmor, & infunde hanc decoctionem in medio, & immiſce pulueres diligenter cum eo, & impone partem continue, & bene omnia confice malaxando. cum autem magdaleonem formare cœperis. reliquam crocum melius adiunge, ut meliorem inde ſaporem uel colorem aſſumat, & crocus melius appareat. per. iiii. annos ſeruatur. doſis eius eſt unc. viii.

E

F

Panchriſton antidotum, pan, id eſt totũ, chriſton, id eſt bonum, typice febrientibus datum cum mulſa mirabiliter ſubuenit, cum hydromelle diſtemperatum ſine mora menſtrua prouocat. ſexta pars eſt lib. i.

Recip. opii thebaici. ʒ. v. croci. ʒ. ij. & ſcrup. i. & ſ. ſeſeleos: drac. ij. calami aromatici, caſtorei, carpobal. cardamo. petroſe. ana drach. i. & ſcrup. i. zingib. caſſiæ, ſagapeni, piperis al. hyoſcyami, ſem. lini, ſe. rutæ agreſtis, marathri. an. ſcrup. ij. nardi, pyrethri, meu, euphor. ani. trifolij acuti, dauci cretici, ana ſcrup. i. & ſ. mel quod ſufficit, datur in modũ auellanæ in ſero cum uino calido.

Additio.

Panchriſton antidotum pan, id eſt totum, Chriſton, id eſt bonum, antidotum, id eſt contra datum. reſpicit proprie uirtutem naturalem diuerſis humoribus grauatam, et humores extra uaſa uagantes inducentes febrem interpolatam, unde datum cum decoctione cinnamomi, uel cũ decoctione quatuor ſemi. frigidorum, & utriuſque ſpicæ, ante acceſſionem, confert mirabiliter quotidianæ, datum cum decoctione thymi uel epithymi confert quartanæ, diſtemperatum abſque opio cum hydromelle prouocat menſtrua. Sũma medicinarum eſt res. xxiiii.

G

Icra, id eſt amara, Galeni, ab inuentore dicitur, ualet mirabiliter ad omnem capitis frigiditatem, ſtomachi digeſtionem procurat, uomitum ſtringit, frigiditati matricis ſubuenit, conceptionem adiuuat, detur in balneo ſi fieri poteſt uel eunti dormitum cum uino calido. ſeptima pars eſt lib. i.

Recip. aloes optimi, drac. xiiij. & ſ. cinnamomi, nardi, coſti, croci, ſchœnanti, xylo balſami, caſſiæ ſi. maſticis, aſſari, roſ. amomi, abſinthij, ana drach. i. & gra. vij. mel quod ſufficit. datur ut ſupra diximus.

Icra, id eſt amara Gale. ab authore, multæ ſunt aliæ. Iſta uſualis eſt, facit melancholicis, epilepticis, ſcotomaticis, omnibus his datur eodem modo cum uino in ſero, ſcilicet facta digeſtione ſtomachi, ſoluit cum uino decoctionis maſti. & col. quia ipſam choleram in ſtomacho exiſtentem purgat. Ad diuerſitatem ſtomachi, id eſt ad diuerſos eius dolores ſi fiant ex frigido hu. uel uentoſitate cum uino decoctionis coſti, & anxietates quas ſolent pati mulieres, maxime nocte quibus danda eſt picra in ſero cum uino decoctionis nucis muſca. & maſtic. emphraxim ſplenis, & hepatis cum decoctione herbarum diure.

Vetericis ſi fuerit inueterata, & ſine febre detur cũ decoctione abſinthii. Viſcerum hypocondriorum, & renum diſtemperantiam tollit data cum decoctione fœniculi, & cimini: cauſas matricis deponit ſi fiant ex humore frigido: reſoluatur picra in oleo muſcellino calefacto in teſta oui, in ea intingatur bombax, & ſupponatur. Menſtruis imperat cum ſucco artemiſiæ bibita, uel ſuppoſita. R. aloes hepatici &c. conficiatur ſic, omnes ſpecies ſimul terantur, in. i. lib. mellis ponantur. ʒ. iii. pulueris, per. ii. annos ſeruatur. doſis eius eſt. vi. ʒ. aliquando. ʒ. i. ſed quod melius eſt, doſis eſt. ʒ. i. Nota, quòd cum ſimpliciter picra inuenitur, Gal. eſt intelligenda, neq; de receptione ſua dicit niſi bis uel ter.

H

Additio.

Hæc interdum uocatur à Gal. & ab Aui. picra, & aliquãdo hiera picra quæ incolumis exiſtens expellit ſine moleſtia humores nociuos abſq; eo quod minuat de humoribus naturalibus: hæc tamen non eſt uſualis, ſed illa quæ eſt de octo rebus, ut. R. cinnamo. xylobal. aſſari, ſpicæ, croci, caſſiæ, maſticis, ana. ʒ. vi. aloes. ʒ. centum: iſta tamen Nicolai debet poni in antidotis poſitis in præſenti antidotario. Sũma medi. eſt res. xiiii.

Cardiacis quæ ſolet potio muſcata iuuare.

Potio muſcata maior, muſcata à muſco dicitur, eo q̃ muſcus precioſior eſt, & odoroſior ſit ulijs ſpeciebus, ualet cardiacis, ſcotomaticis, & ad omnem ſtomachi debilitatem, & corporis confortationem, & ad uitia pulmonis. pars tertia confecta eſt lib. i.

Recip. ſpicæ, folij, piperis longi, zingi. zedoariæ, confitæ ru. confitæ muſcatæ, car. xyloaloes, ro. uio. anacardi, acori, coral. coſti, leuiſtici, nucis muſca. raſuræ eboris, margaritarum integrarum & perforatarum, antofili, rhabarbari, amomi, oſſis de corde cerui, croci, piperis al. oſtium dactylorum, beliculi marini, ſpodii, ſandali al. & ru. macis, liquiritiæ, cinnamomi, alypte, aniſi, tragacan. blactæ bizantiæ, cardamomi, ocymi, limaturæ auri & argenti omnium. xl. ana ſcrup. ij. muſci, camphoræ, ambræ, omnium trium, ana ſcrup. i. zucchari candi. ana drach. ij. ſyrupus roſ. quod ſufficit. datur mane, & meridie, & ſero, ſcotomaticis & debilitatis coclearium unum cum uino, patientibus in pulmone, cum aqua hordei.

Additio.

Potio muſcata dicitur potio à potãdo, muſcata à muſco, eo quòd muſcus eſt precioſior cæteris medicinis. reſpicit proprie uirtutem naturalem primæ digeſtionis, confortat cor, & ſubtiliat materiam craſſam. Data bis in die cum decoctione nucis muſcatæ, & garyophyllorum confert ualde ſtomatichis, & ad omnem debilitatem ſtomachi ex cauſa frigida. Summa medic. eſt res. xlvi.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo, pilulæ à rotunditate dictæ, ſine quibus eſſe nolo, pp̃ ſummam efficaciã quã habent ſiue quia ſuperiores purgant humores, ualent proprie ad catarrhactas, obſcuritates, & caligines oculorum, caput mirabiliter à cholera, phlegmate, & melancholia purgant, ab omnibus prauis humoribus uiſum cuſtodiunt, illioſis mirabiliter conferunt, auriũ dolorẽ ſanant, id eſt in ſero x. uel xiij. ſumantur cũ ouo uel farinata. medietas eſt. ʒ. iij.

Recip. aloes hepatici abluti et odoriferi, drac. xiiij. myro balanorum citrinorum, chebulorum, belliricorum, emblicorum, indorũ, rhabarbari, maſticis, abſinthij, ro. uio. fenæ, agarici, cuſcutæ, ana drach. i. temperentur cum ſucco fœnicu. ſcammo. bene tritæ & pulueriçatæ, drach. vi. et. ſ. admiſceantur tãtum, quòd puluis ſcammoneæ per pannum cum ipſo ſucco ſit expreſſus, & ſit tanta ſucci quantitas quæ ſufficiat ad confectionem pilularum, & manibus primo inunctis oleo uiola. uel communi ſecundum doctrinam noſtram abluti, formentur in modum ciceris.

Additio.

Iſtæ pilulæ ſunt multum uſuales. Gilbertus Anglicus cap. de ſcotomia, & uertigine habet hanc eandem deſcrip. ſeruantur per an. q̃ſi uolueris eas exhibere contra fumum choleræ duplica myrobal. citrinos, & ſi contra phlegma duplica chebulos & agaricum, & ſi contra melancholiam duplica indos & ſene. Summa medi. eſt res. xvi.

Pilulæ

Pilulæ à rotunditate dictæ, aureæ ab excellentia auri dicuntur ſicut enim aurum inter cætera metalla precioſa habetur, ſic pilulæ iſtæ ẽter alias meliores approbãtur, proprie purgant caput, lumen oculorum acuunt, nẽtoſitatem ſtomachi, & inteſtinorum expellunt, & ſine mole ſtia purgant, medietas eſt unc. ij. & drach. ij.

Reci aloes diagridij, ana. ʒ. v. ro. ſeminis apij, ana. ʒ. ij. & ſ. aniſi, ſeminis fœniculi, an. drachm. i. ſ. croci, colocynthidis interioris, maſticis, an. drach. i. & informentur in modum ciceris cum aqua infuſionis tragacan. dentur in ſero. ix. uel xi. cum mulſa, aut cum uino.

Pilulæ aureæ. pilulæ à rotunditate, aureæ propter excellẽtiam uſus pilularum, inuentæ propter delicatos qui liquidas non poſſunt ſumere medicinas: hæ autem pilulæ optime purgant ſtomachum, quia multa recipiunt ſtomachum purgantia: purgant autem humores frigidos, purgãt hepar & renes: hæc membra per medicinam ſe iuuari ſententia ſecum attrahunt, & purgant.

Scotomiam ex anatumaſi frigidos humores purgando in ſtomacho, ex quibus uentoſitas conſurgebat, digeſtionẽ procurant, frigidos humores qui digeſtionem impediebãt expellendo.

Hiſtericos colorant ex oppi. hepatis factos, ſoluẽdo oppilationem, unde bonus redditur color. ſi febris adſit non dentur, uentoſitatem ſuauiter expellunt propter aniſum, & fœniculum quæ recipiunt.

Vſus autem pilularum eſt multus. Quidam dant in farina, quidam in ouo ſorbili, alii in nebula, aliis in racemis extractis arillis, alii in cera liquefacta ponunt, & ſubito ex trahũt eas in cuſpide ſtili fixas, cruſtella ſuperinducta ceræ, earũ amaritudo occultatur, & ſic exhibeantur, hoc aũt totũ inuentum eſt propter delicatos nõ potẽtes aliter recipere.

Debent autem generaliter dari in ſero, poſtea aqua tepida uel mulſa propinari, uel uinum tepidum, habentibus ſtomachum frigidum, poſt ſuperdormiendum eſt donec rugitum, & inflationem in uentre ſentiat: deinde ſurgat, poſtea dormiat caute à frigore, ut alias dictum eſt. de confectione dico q̃ in duplo apponenda eſt ſcammonea quam authores dicant, niſi plus apponeretur parum ducerent. conficiantur cum aqua decoctionis traga. dantur. xv. uel. xx. ſecundũ patientis uirtutem, per an. ſer.

Pilulæ diacaſtoreæ à caſtoreo dictæ ſunt, quod intrat, paralyticis mirabiliter proſunt una uel tres, diſtemperatæ cum aqua calida naribus injiciantur ita, ut ſupinus ipſe patiens iaceat, iuxta ignem paruum aliquantulũ uertat ſe, & ore aperto ſinat phlegma exire, oculos mundiſcant, & dentes lapſos confirmant, ſtranguriam curant, dolorem cilij ex aliquo frigido rheumate ſoluunt. tertia pars eſt unc. i. & ſ.

Rec. caſtorei, opij, croci, zingiberis, pyrethri, euphorbij, elaterij, nabathematicoe, leucopiperis, nigellæ, ſtaphiſagriæ, epithi. ſpicæ, an. ʒ. i. Confice cum ſucco betæ, & informa in modum ciceris.

Pilulæ diacaſtoreæ dicuntur à caſtoreo, paralyſi myrabiliter conferunt propter caſtoreũ, oculos mundificant, quia cerebrum, & neruos optime mundificant, laxatos dentes confirmant dentes quandoq; labuntur ex humoribus à cerebro rheumatizantibus, quandoq; à ſtomacho aſcendentibus. Valent utiq; pilulæ diacaſtoreæ, quia purgant humores lapſus dentium operantes. Gingiuas curant propter eandẽ cauſam. Et huiuſmodi pilulæ non recipiuntur per os, niſi cõtra inueteratas paſſiones, ut paralyſim, non dantur tamẽ niſi. i. uel. ii. quia potentes ſunt, & multum inducunt excoriationem: principaliter autem iniiciuntur per nares una uel duæ ſolutæ cum ſucco rutæ, uel cum uino tepido, patiente locato in balneo, uel aere calido, uel iuxta ignem: patiens etiam manu nares conſtringat uel concutiat, & capite inclinato permittat humores fluere: ſi enim rectus ſtaret, humores redundantes ad ſpiritualia poſſent eum ſuffocare, purgatione facta fugat patiens aquam decoctionis maluarum ad mitigationem feruoris: multam enim moleſtiam inducunt, & nota, quòd non debet eſſe frequens uſus earum ſemel in menſe, uel bis ad plus. per biennium durant in multa efficacia.

A

Pilulæ arteticæ, ualent contra arteticam & podagrã. Rec. hermod. turbit, agarici, an. drach. iiij. caſſiæ lig. nardi, garyophyl. xylob. carpobal. macis, galãgæ, zingiber. maſtichis, aſſæ fœtidæ, fœnicu. aniſi, ſaxifragiæ, feminis aſparagi, bruſci, roſæ, granorum ſolis, ſalis gemmæ, ana drach. ij ſcammoneæ, unc. i. aloes, ad pondus omnium. Conficitur cum ſucco fœniculi uel iuæ.

Additio.

Iſtæ pilulæ ſunt in uſu: has etiam deſcribit Gilbertus Anglicus cap. de cura arteticæ, ualent contra arteticam phlegmaticam. Summa medicinarum eſt res. xxiii.

Pilulæ octomeræ, id eſt de octo ſpeciebus, humores ſpiſſos de capite deponunt, & uiſum clarificant, & catarrhactas oculorum prohibent. Rec. aloes, diagridij, an. drach. ij. colocynthidis interioris, ẽpithym. dauci cretici, maſticis, agari. chebu. abſinthij, omnium. vij. an. drach. i. terantur, & cum ſucco ſtrigni diſtemperentur, & in modum ciceris formentur, dentur ex eis. ix. mane uel veſpere cũ uino.

B

Additio.

Hæ pilulæ raro in uſu habentur, dicit doctor in ſeb. formentur cum ſucco ſtrigni. Et ſtrignus ſecundum Dioſc. habet quatuor ſpecies quarum prima eſt hortulana odoris iocundi, hæc comeditur, & hæc eſt quam nos ſolatrum uocamus, aut morellam. Macer herbam quam Græci ſtrignum dixere, Latini, morellam dicunt, ſecundum Serap. ſolatrum eſt uua uulpis: ſecundum uero Meſ. uua uulpis aliud eſt, ut apparet in cap. de alpheſcera, ſed maior pars ſapientum tenet hanc opinionem q̃ uua uulpis, ſiue canina ſit ſtrignum ſeu ſolatrum. Summa medi. eſt res. x.

Pilulæ probatæ contra fluxum uentris, maxime lienteriam, & dyſenteriam. Recip. myrtillorum, balauſtiarum, pſidiæ, ſymphiti, ſanguinis draconis, boli, acatiæ, hypociſtidos, roſarum, tartari, ſumach, croci, galliæ muſcatæ, gallæ, cinnamomi, ſpodij, maſticis, gummi arabici, ana drach. i. opij, thebaici. ʒ. ſ. cum ſucco cimarum myrti, lentiſci tempera, & fac pilulas in modum orobi, dentur. ix. uel. xi. cum aqua ro. uel pluuiali.

C

Additio.

Iſtæ pilulæ raro in uſu habentur: has etiam deſcribit Gilbertus Angli. cap. de diaria, ualent contra omnem fluxum uentris, & maxime lientericum, & dyſentericum. Summa medicinarum eſt res. xx.

Pilulæ de quinque generibus myrobal. Recip. myrobæ planorum citri. chebu. belleri. emblicorum, indorum, agarici, diagridij, colocynthidis, ſenæ, ana unc. ſ. turbit, aniſi, marathri, maſtic. lapidis lazu. ana drach. ij. & ſ. & grana. v. alo. unc. i. fiant pilulæ, ualent arteticis, podagricis, ſpleneticis, ad uiſum clarificandum, choleram purgant aduſtam.

D

Pilulæ de quinq; generibus omnes hu. purgant, & præcipue phlegma & melancholiam, dolorem ſtomachi, & inteſtinorum ſedant, febricitantibus non ſunt exhibendę, nec ſolam choleram purgare uolentibus, ſed ubi cholera, & alii humores ſuperabundant, poſſunt dari, parum laxant. Siquis eas bene laxatiuas facere uoluerit, in duplo plus poteſt apponere de ſcammonea quam recipiant, conficiuntur cũ ſucco abſinthii uel fœniculi. Summa medi. eſt res. xvi.

Pilulæ cynogloſſæ multum ſunt utiles ad acre, & tenue rheuma. plurimos enim ſcio quamuis longo tempore rheumatizantes his ſuſceptis proculdubio eſſe curatos.

Rec. cynogloſſæ, opij, ſeminis hyoſcyami, omnium trium ana drachm. iiij. myrrhæ trogloditicæ. drachm. vi. olibani,

drach.

drach.v.garioph.drach.ij,cinnamo.corimbi.ana drac.ij. E *temperẽtur cum rodoſtomate,id eſt cum aqua ro.& formẽtur pilulæ ad modum ciceris,ex quibus dentur .v. uel. vii. eunti dormitum.*

Additio.

Iſtę pilulę interdum in uſu habẽtur. Gilbertus Anglicus ca.de cauſis tuſsis habet unam aliã deſcrip.quæ eadẽ eſt, & eſt cynogloſſa herba dicta lingua canis,ſimilis arnogloſſæ, id eſt plantagini maiori,niſi quia non ſunt ei coſtæ apparẽtes in foliis eius,ſed ſunt leuia ſatis,hæc in pratis , & iuxta uias naſcitur cum flore purpureo tendente aliquantulum ad rubedinem.Summa medicinarum eſt res. ix.

Pilulæ ante cibum,& poſt cibum ad digeſtionem confortandam,& uirtutem digeſtiuam.Recip.cinnamo. garyophyllorum,galangæ,nucis muſca.macis , zingi. cardamo.xyloalo.ſtyra.calamitæ,an.drachm.i. rhabar. ad pondus omnium ſupradictorum : aloes ad pondus omnium ſupradictorum.Confice cum uino,ſumantur ante cibum ſeptem & poſt cibum quinq;.

Additio.

Iſtæ pilulæ ſine quibus interdum in uſu habentur,diuerſę tamen deſcrip.apud diuerſos reperiuntur:aliqui laudant præſentes:alii uero laudant ſequentes , quas etiam laudo magis,quarum deſcri.ſequitur.Rec.ligni aloes,garyophyllorũ,folii,maſticis,xylobalſami,caſiæ,nu.muſca.macis, cinnamomi,cubebæ,croci ſpicæ,ſileris montani, an.3. ii. rhabarbari,pondus omnium,aloes ſuccotrini ad pondus rhabarbari & cæterorum, confice cum balſamo,uel uino.Summa medicinarum eſt res.xi.

Pilulæ arabicæ contra omnem dolorẽ capitis, et ſi per. c.annos durauerint.purgant mirabiliter omnes humores,& generant lætitiam,& auferunt triſtitiam, mẽtem acuunt,uiſum reddunt,auditum reſtaurant, memoriã tribuunt ſcotomiam,uertiginem,hemicraneam,oculos,dentes,gingiuas,ſtomachum,ſplenem,ſonitum aurium, omnibus humoribus,ætatibus,omnibus temporibus ſine moleſtia in uiris & mulieribus purgant.Rec.aloes,vnc.iiij. brioniæ,myrobalanorum citri.belliri. indo.chebulorum,embli co.maſti.diagri.aſſari,roſa.ana.vnc.i.confice cum ſucco fœnicu.uel abſinthii,croci,drach.i.caſtor.drach.iii.

Additio .

Iſtæ pilulæ interdum in uſu habentur . Gilbertus Angli. eaſdẽ deſcribit in duobus locis primo cap.de catarrhactis , ſecundo capitulo de cura arteticæ,ſecundum magiſtros:differt tamen ab iſta,quia in eis non ponitur crocus nec caſtoreum.Summa medicinarum eſt res.xiiii.

Pilulæ de elaterio.Reci.aloes vnc.ii.maſti.vnc.i. elaterii vnc.iii.conficitur cum ſucco ſiccidis, uel cum ſucco actis,uel chamæactis:& da tres uel quinque , ſuauiter ducunt, & principaliter melancholiam , & phlegma purgant,ſiue choleram rubeam.

Additio.

His pilulis raro utuntur medici iſtius temporis , & ſunt pilulæ de cucumere aſinino,nam elaterium eſt ſuccus cucu H meris aſinini,ſicut apparet apud Dioſ.ca. de cucumere aſinino.Siccidis,id eſt cucumeris aſinini , ſed intelligatur de radice.Actis,id eſt ſambucus,chamæactis, id eſt ebulus quaſi infirma,ſeu humilis actis,& dicitur à chamæ quod eſt inſimum,ideo qui dicit,ebulus eſt actis,ſambucus eſt chamæactis.non mentitur.Summa medic.eſt res.iiii.

Pilulæ cochiæ Gale. probatæ ad hemicraneum , dolorẽ ſtomachi,& ilium.Recip.aloes,abſinthii, pulpæ coloquynthidis,ſcammoneæ æquales pondus,maſticis dimidium,unius prædictorum.Confice cum ſuc. fœni. uel abſinthii,uel ſolatri,& fac pilulas:dentur ſecundum quantitatem uirtutis.

Additio.

Iſtæ pilulæ non habentur in uſu ſecundum prælentẽ deſcrip.ſed bene ſecundum deſcri.Raſis.ix. ad Almanſorem, & dicuntur cochiæ,id eſt capitales à cochos quod eſt caput,eo quòd mundificant caput.Summa medi.eſt res.vi.

Pilulæ de aloe,& maſtice.Rec.aloes.vnc.i. maſticis,vnc. ſ.garyophyl.roſarum rub.an.3 .i.croci,diagridii , ana. ſcrup.ij.confice cum ſucco fœni.uel abſinthij.

Additio.

Pilulæ de maſtice,& aloe dicuntur , eo quòd ex eis imponitur plus,uirtutem reſpiciunt naturalem proprie , purgant incolumiter & ualde ſtomachũ à phlegmate, & à cholera contentis in eo.Summa medic.eſt res.vii.

Quadrimeron,id eſt de quatuor numeris , uel quatuor rebus,expertũ eſt ad aſthmaticos , & ex catarrho tuſſientibus:ualet etiam ad dolorem, & frigiditatem ſtomachi,digeſtionem procurat, renes debiles releuat.nona pars eſt lib.i.Rec.belenii,vnc.i.& ſ.drac.iii. ſe. marathri,vnc.i.piperis, 3 .vi.cimi.3 .iii. mel quod ſufficit. datur mane uel neſpere cum uino calido.

Additio.

Quadrimeron,id eſt de quatuor medicinis, reſpicit proprie ſpiritualia datum cum decoctione hyſſopi, cõfert aſthmaticis,& tuſsientibus ex catarrho frigido,datum cum decoctione maſticis,confert dolori ſtomachi ex frigiditate. Summa medicinarum eſt res.v.

Roſata nouella,roſata dicitur à roſis,nouella reſpectu ueteris quæ recipiebat tibar,id eſt ſulfur uuum, uomitum,et ſubuerſionem ſtomachi aufert, debilitatẽ, & ſitim reprimit,defectis ex longa infirmitate mire ſubuenit.ſudores diaphoreticos compeſcit.xx.pars eſt li.ij. Reci. roſa.zuccha.liquiri.an.vnc.i.& 3 .i.& ſcrup.ij.& s.cinnamo.3 .ij.et ſcrup.ij.gra.ij garyophyl.nardi,zingi.galã.nu. muſ.zedoariæ,ſtyracis,cardamo.apii,an.ſcru.i.et gra.viii. mel quod ſufficit,datur mane,meridie,& ſero cum frigida.

Roſata nouella dicitur ad antiquæ differentiam,ualet ad ficcitatem cordis,& hepatis, & pulmonis , quidam dicunt roſatam nouellam eſſe ca.ſed meus pater dicit eam eſſe tẽperatam,& magis pertinere frigiditati quàm caliditati, unde ſi calor ſtomachi cordis pulmonis & hepatis ſit cum ſiccitate,non detur,ſi ſine ſiccitate,detur cum aqua decoctionis uio.prunorum,uel aqua hordei,uel cum frigida. Sitim ſedat.ſi ſit cum febre non detur,& cum datur contra ſitim, mane , & ſero cum frigida detur . Vomitum conſtringit cum aqua decoctionis roſa.uel aqua roſ. qualis ſolet fieri in his noſtris regionibus quæ melior eſt. Stomachum ex debilitate ſolutum ſtringit eodem modo exhibita. Cardiacis ſubuenit,ſi fiat ſubtiliſsimus puluis de oſſe de corde cerui puluerizatum ſubtiliter bulliat diu cũ aqua ro.& cũ calida detur, diaphoreticos ſudores reprimit ſumpta cũ aqua decoctionis florum myrthę,uel cum aqua de myrtill.ad dotrinam aquæ ro.frigida quòd melius eſt debilitatum lõga ægritudine reſtaurat cum aqua ro.cõfice ſic,omnes ſpecies contere in.i.lib.puluueris.iii.mellis ponantur,ſed ſi conficiatur cum melle non tantum ualet , quia calorẽ ab eo ſumit, non durat ultra annum,ſi fiat cum ſyrup.ſuæ naturæ diutius durat,ſimilia ſimilibus ſeruantur.

Rubea trochiſcata dicitur ab ipſo colore , trochiſcata à trochiſcis qui ibi ponũtur dicta,ualet tertianariis, quotidianariis ante horã acceſſionis data cum rodoſtomate ad modum auellanæ , naribus & pulſibus de eadẽ inunctis ſanitatem præſtat,rheumati ex acri phlegmate facto data cum ptiſana ſubuenit.ſeptima pars eſt lib. i. Reci. liquiri.cinnamomi,papaueris albi,an. drach. iij. & ſcrup. i. & grana.v.croci,hyoſcya.roſ.ſeminis. apii , an. drac.ii. & grana.xv.nardi,uiolarum,ana.drac.i.& grana. vii.garyophyllorum,ſtyracis optimæ,opii thebaicæ, an. ſcrup.ſ. trochiſci,croci,magnetis,& hedycroi,myr.aniſi,ana. gra. xv.mel quod ſufficit.

Rubea maior eſt opiata,ſic dicta , quia inter omnes medi.magis rubet. Trochiſcata , quia trochiſcos reſpicit. Tuſsim ex acri rheumate ſtringit ſumpta cum ſuc.ptiſanæ, Ana-

Anatrophen,& catatrophem,& ſputum ſanguineum ſtringit. Anatrophe dicitur ſubuerſio ſtomachi quandoq; quis propter frigidos humores in ipſo exiſtentes,& eum aggrauantes cogitur eos per ſuperiora emittere. Catatrophe dicitur ſubuerſio ſtomachi,quando humores cogũtur per inferiora exire,quãdo per inferiora eis detur cum ſucco mẽtæ uel uino decoctionis eiuſdem , ſpuenti ſanguinem cum ſucco plantaginis.Acutas febres placat,nõ laudo dare acute febricitantibus . Periodicarum febrium ante horam acceſsionis cum aqua ro. Vigilantibus ex phreneſi , hoc non laudo,ſed poſt phreneſim manente uigiliarum materia uel inſtantia ex ſiccitate cerebri ſic detur. Accipe ſemina papaueris lactucæ,puluerizentur,& ex eo puluere,& rubea fiãt pilulæ,& dentur,ſola rubea cum uino decoctionis eorundem.Neumontos matricis.Nemẽtoſis dicitur matricis fumoſitas illius, detur iſti cum decoctione uiolarum prunorum.confectio facilis eſt,omnes ſpecies ſimul terantur , & conficiãtur ut alia,per.v.annos ſeruãtur in multa efficacia.

Equies magna uel magna medicina , requies dicitur eo quod requiem patientibus præſtat,& ſomnum,et maxime typice febrientibus,quotidianariis , tertianariis,quartanariis,acutis & peracutis præſtat . vi. pars eſt li.i.Reci.roſ.& uiol.an.3 .iii.opii, hyoſcyami,meconis , papaueris albi,mandragoræ,ſcariolæ,lactu. ſeminis portulacæ,pſyllii,nucis muſcatæ,cinnamomi,& zucchari, an.3 . i.& ſ.ſandali albi,& ru.& citri.ſpodii, tragacanthi ana. ſcrup.ii.& grana.v.da patientibus acutã cum ſyrupo uiolato.interpolatæ cũ melle cõfectam dare poſſumus, datur quartanariis cum uino calido,acutis & peracutis tertianariis cum aqua calida uel ſyru.Requies eſt opiata quaſi frigida , præcipue ualet ad ſomnum inducendum ad modum caſtaneæ data,cum autem eſt data hominibus quaſi ſanis , tempeſtiue debent multum comedere uel cœnare, et poſtea detur eunti dormitum.quòd ſi aliquis abhorret ſumere, diſtemperetur cum ſucco ro.uel ſyru.uiol. & coletur & poſt ea detur,licet omnino non faciat effectum,nam multum ualet etiam ſic data.Item attẽdendum eſt quod ex ſpeciebus huius medicinæ ſyrup.factus bonus eſt ad ſomnum prouocandum ſcilicet ut ſpecies bulliant in aqua tritæ , & colentur,& appoſito zuccharo fiat ſyrupus.Item in acutis quibuslibet poteſt dari ad ſomnum inducendum.

Requies opiata eſt ſic dicta, quia quaſi requiẽ ideſt ſomnum inducit, opiata eſt, inter alias ſuperior eſt,datur quotidianæ,quartanæ,tamen aliæ opiatæ hic præualent ut muſcaneæ in quotidiana,Theriaca in quartana uel mithridatũ. debet autem eis requies dari præcedente purgatione pauca,& digeſtiua exiſtente materia, detur ante horam acceſsionis cum calida , conſumit enim aliquantulum & mẽbra conſtringit , datur in acutis & peracutis , ut in ſynocha & cauſo.& ſimilibus hemitriteo medio. Si poſt purgationem materiæ inſtantia uigiliarum remaneat, datur utiliter requies hoc modo,ſemen lactucæ tritum per noctem iaceat in ſyrupo uio.& in eodem requies reſoluatur , & in mane colatura detur cum aqua tepida,ſi delicatus fuerit . Sin autem cum ſemine lactucæ poteſt dari.ſi etiam ipſam lactucã habeas cum aqua decoctionis ipſius exhibeas , ualet quoq; ad ſomnum faciendum . Emplaſtrum factum de ſemine papaueris al.& ni.hyoſcyami,portulacæ lactucæ,mãdragoræ, cum oleo uio.& albumine oui & lacte mulieris , fronti & temporibus applicetur,ſola requies idem facit . conficitur ut aliæ,per.ii.an.ſer.doſis eius eſt in interpolatis.vnc.i.acutis.ʒ.viii.

Odozaccara ideſt zuccharum ro.ualet dolori ſtomachi & debilitati factæ ex calore,mirabiliter ſtomachum confortat,ualet etiam ad diarrhiam & omnẽ fluxum uẽtris ex calore factum, ualet cardiacis qui ex calore patiuntur.Fit autem ſic.in.ij.li.zucchari ponitur li.i. uiridium ro.minutatim inciſarum , & in mortario poſtea diutiſſime terantur,et in uaſe uitreo ad ſolem per .xxx.dies ponantur,& mane ac ſero bene agitentur,tranſactis uero. xxx.diebus in terreo catino ponantur & in lib.i.zuccharo modice triti ſuperpoſita & manibus bene confecta in uaſe ſtricto reponantur. datur mane & meridie cũ rodoſtomate,uel cum frigida.

Rodozaccara.i.zuccharum roſatum.Facit ad debilitatem ſtomachi factam ab humorum acumine , datum cum frigida.confortat enim aromaticitate,& ponticitate,acumen choleræ mitigat & dyſcraſiam, ualet contra fluxum uentris ex debilitate uirtutis retentiuæ, datur cum aqua pluuiali uel ro.quod melius eſt,utiliter datur febrientibus non conſtipatis cum frigida quia membra calore febrili diſſoluta conſtringendo,pars confortat & calorem reprimit.Fit autem hoc modo roſæ uirides optimæ teruntur remotis ungulis,adde zuccharum & iterum optime ſimul tere,& alteri incorporetur,zuccharũ debet tali proportione apponi . pro .i. lib. roſarum tres zucchari ponantur,quidam tamen copiam roſarum habentes pro.i.li.roſarum . ii. lib. zucchari ponunt,melius eſt quòd roſæ ſuperbundent quam zuccharum,& poſt.iii.uel.iiii. menſes zuccharum poteſt apponi modum excedẽtibus roſis . ſi autem zuccharum præter modum apponatur roſi uiridibus nõ inuentis damnum erit irrecuperabile.ſic itaq; confectũ per . xv.dies ſoli ad minus uel.xx.dies exponatur in uaſe terreo ſtrictum habente orificium,ut ſua aromaticitas non perdatur,agitetur in die bis uel ter ne exuratur, per bienniũ ſeruatur ſed melius eſt tamen ſi quolibet anno renouetur. doſis eius eſt.ʒ.i.

Rodomel.i.mel roſatum competenter datum eſt cum frigida phlegmaticis maxime in ætate, cholericis cum tepida maxime in uere ad mundificandum ſtomachum.Mundificat enim ex proprietate mellis,cõfortat ex roſis.Aliquando ad maiorem mundificationẽ tria grana ſalis apponuntur.delicatis colatura detur,melius tamen ſi tota roſarum ſubſtantia accipiatur . datur autem ad uirtutem digeſtiuam confortandam cum aqua decoctionis maſticis,aniſi,fœniculi,utiliter datur potionatis poſt acceptam medicinam ceſſante fluxu ad ſtomachum mundificandum & confortandum cum tepida uel aqua roſ. uel quod melius eſt cum decoctione maſti.&. vi. uel. vii. caryophy. mundificando enim ſtomachum prohibet , ne aliqua particula ſcamoneæ uillis ſtomachi adhæreat quæ dyſenteriam uel tineſmum poſſet inducere,uel in poſterum febrem inducat,hæc.n.pericula ſolent ſuperuenire ex ſcamoneæ receptione.Mel roſatum mulieribus eſt deſtinata medicina . Quidam ſic conficiunt , folia roſarum integra cum melle decoquunt illud auferentes quod melius eſt . tali proportione eſt apponendum ut pro li.ro.v.lib.mellis ponantur . ſignum decoctionis eſt in talibus quando rubere mel incipit & ualde aromaticum ſit.Nota tamen quod melius eſt ſi citra modum coquatur quam ultra.

Mellis ro. cõfectio .

Si enim modo nõ debito coctum fuerit, ſoli exponatur per.vii.uel . viii. dies:calori ſolis excoqui . Alii melius faciunt,ſuccum roſarum,cum melle coquunt ad conſumptionem ſucci.li.iiii.mellis pro qualibet li. ſucci ponentes , & hoc eſt optimum mel roſaceum,per.ii.an. ſer. in tertio anno melius eſt.doſis eius.ʒ.ii.uel.iii.

Eodem modo ſit zuccharum violatum quod facit pleureticis peripneu.& hecticis & qui maxime conſtipati ſunt,datur iſtis cum ptiſana mane & meridie cum frigida,pectus humectat et uentrem laxat.

Sotira magna quæ interpretatur ſaluatrix.ſi cum muſa bibatur,capitis dolorem antiquum tollit , ueterẽ uel ſylueſtrem phreneſim placat,epilepticis & melancholicis ſubuenit,oculorum,aurium,& dentium dolorem mirabiliter ſanat,mulieris lac ſoluit,& per aurem iniectum auditum reddit , cum tepida ſumpta diſpnoicis , aſthmaticis medetur , tuſſim antiquam & recentem tollit, ſtomachum uomentem , & de ſingultu & dolore laborantem , ſanat, peripneumoniam,& pleureſim,& hepatis tenſiones, depo

nit,

mit,ictericos ex abundantia fellis reb.purgat, & ad pristinum colorem renocat,sanguinis sputum cum oxymelle sumpta,uel decoctione poligoniæ, uel plantaginis sistit,fluxum nentris constringit, brachiorum et coxarum dolorẽ sedat, & his qui præ dolore dormire non possunt mire somnum inducit,arteticis,sciaticis, & podagricis necessario datur, ad serpentinos morsus cum mulsa propinata prodest, quartanarijs ex longa infirmitate patientibus si ea utantur. vi. pars est lib.ii.

Reci.styracis optimæ drac.iiij.&.s.apij.dra.iij.& scrup. i.costi,myrobala.opij,petrosc.macedonici ana drac. iij.seseleos drac.ij.& scrup.ij.piperis,drach.ij.& scrup.i.& s.cinamomi.nardi an.drach.ij.& scrup.s.schœnanti syriaci, anian.drach.ij.casto.drach.i.& s.reupontici.drac.i.& scru.i. trochisco. croci magnetis,asari an.dra.i.piperis al.scru.ij. & s.hedycroi drach.s.amomi,piperis long.an. scrup.i. alij apponunt croci drach.ij.& scrup.ij.mel quod sufficit.datur in modum auellanæ.

Additio.

Ista opiata non est in usu,siquis tamẽ uoluerit ea uti magistraliter,poterit,quia ualet ad ea quæ scripta sunt, trochisci croci , magnetis, & trochisci hedycroi,reperiuntur hic inferius.Summa medicinarum est res.xxii.

Stomatichon frigidum facimus , quod ualet contra omnem calorem,sitim reprimit, & patientibus debilitatẽ ex nimio calore potenter subuenit , acutis & peracutis mirifice prodest .

Reci.zuccha.lib.i.sandali alb. & ru.ana drach.i. & s. spodij,berberis , seminis portulacæ,scariolæ , seminis melo. palestini,suc.liquiritiæ,rosa.& uiola.nenufa. ana. drach.i. Conficitur sic , supradictum zuccharum ponatur in stagnato cum lib.i.aquæ ro.& tam diu bulliat cum spatula agitãdo , donec ad aquæ consumptionem deueniat, deinde puluis prædictarum specierum bene cribratus immisceatur cum spatula agitando in stagnato.cum autem probare uolueris utrum sit coctum,super marmor gutta proijciatur , quæ si coaguletur,bene coctum est,& si coctum fuerit,tunc ponatur super marmor prius abluto & inuncto oleo ro. uel uio. & tunc cum cultello eodem modo oleo inuncto frustatim incidatur dum calidum est , datur mane & meridie cum frigida.

Sũma medic. est res xiiii.

Stomatichon frigidum.℞.&c.ut in antidotario legitur. Valet contra dolorem & sitim stomachi , dico debilitati ex magna frigiditate stomachi,confortatiuum stomachi uirtutem digestiuam iuuat,multa enim recipit digestionem confortantia,ut cinnamomum &c.

Signũ decoctionis zucchari generale est tam in isto quã in alio , cum gutta super marmor oleo inuncto posita in modum fili per flatum oris extensa ex facili frangitur digito percussa uel contra marmor percussa , quanto frangibilior est gutta,tanto melior est,qualiter fiant in antidotario reperitur.Signo decoctionis inuento,statim ab igne deponatur pul.semper agitando,ad ultimum muscus , distemperatus cum aqua ro.statim proiicitur super marmor,signatur cum cultello uncto,ut cum infrigidatum fuerit competenter in frusta possit diuidi,& seruã.

Stomatichon calidum stomachum confortat , digestiuã uirtutem adiuuat,& iliosis confert. Reci.zuccha.lib.i.aquæ li.i.cinna.zingi.an.ʒ.ij.caryoph. galangæ an.ʒ.i.nucis mus.spicæ,ligni alo.carda.macis an.ʒ.s.confice eodẽ modo ut stomatichon frigidum,si uero laxatiuũ facere uolueris unc.i.scammoneæ addatur .

Sũma medi.ẽ res x.

Stomachon dicitur à stomacho quem forte olim melius mundificabat quam modo, propter indigestionem stomachi illorum qui fere nullum possunt recipere medicamẽ inuentum est.fit autem quandoque laxatiuum in quo apponitur scamonea,& fit confortatiuum in quo aromaticę species frigidæ uel calidæ tantum ponuntur, laxatiuum cõpetenter datur medicina recepta non sufficienter purgatis. Nequeuntes autem recipere medicinam cum eo possunt decipi.fit autem laxatiuum cum scamonea , pulueribus admisceturper quos pulueres recipit confortationem , sic etiam laxatiuum cum sola scamonea & zucchar bene cocto & ab igne depositopul.scamoneæ semper agitando cũ spatula admisceatur,& post aliquantulam decoctionem calidũ super marmor mundum inunctum oleo iniiciatur , & marmor sit parum decliue,sic etiam faciendum est in quolibet stomatichon.Tali autem proportione diagridium apponatur,ut pro li.i.syrupi sit.ʒ.i.diagridii uel ad plus.ʒ.i.& quæ ta pars alterius.

Sal sacerdotale quo utebantur sacerdotes in diebus Heliæ prophetæ propter dolorem capitis & caliginẽ oculorum,& stomachi,& dentium dolorem,tussim,& anhelitum emendat , os odoratum reddit & corpus humanum incolume seruat . Recip.salis communis unc.xvi.cinamo.unc.iiij.zingibe.amomi,pyrethri,cimini, ameos , pipe.sileris,saturegiæ,hysso.origa.pulegij ana unc.i. quæ omnia terendo in puluerem redige : & in omni cibo utere , & usui serua.

Additio .

Sal sacerdotale dictum sic,quia sacerdotes eo utebantur quod nunc non est in usu.Summa medi.est res.xi.

Syrupus ros.sic fit.Rec.ros.recentes & pone in uase & superasperge aquam feruentem , & cooperi uas ne fumus exeat inde,& cum infrigidata est aqua proijce rosas exprimendo , deinde aquam eandem bullientem super alias rosas recentes iterum proijce , & supradicto modo facimus,mutando rosas tam diu,donec ipsa aqua sit rubea, deinde in lib.iiij.aquæ libr.iiij.zuccha. pone & cum bullire inceperit album oui cum aqua frigida pone,& concutias tãtum quousq; spumescat,& spumam illam in syrupum bullitem superasperge,& cum nigrescere spuma inceperit , suauiter cum catia remoueas,& iterum aliam spumam infunde , & supradicto modo fac,quousque clarior fiat syrupus, & cum ceperit quasi filum facere , uel super marmor positus , uel supra unguem non diffunditur , coctum est , tunc let siccitati & calori febrium , sitim reprimit , confortat & constipat .

Additio .

Iste syrupus rosatus quem hic describit Nicolaus ex infusione factus est idem cum illo quem scribit Mesue in suo antidotario,differunt tamen in dosi.nã Mesue dicit.℞.aquę infusionis rosarum lib.v.zucchari lib.iiii.

Syrupus uiol.eodem modo fit , qui multum ualet febricitantibus phthisicis & constipatis , uentrem humectat & laxat , ut breuiter dicam , omnes illi qui sunt de floribus hoc modo fiunt , ut syrupus nenufarinus. Etiam ualet iste syrupus contra acutas & peracutas & prouocat somnum.

Additio.

Syrupus uiolatus fit ut syrupus rosatus ex infusione . Similiter omnes syrupi qui fiunt de floribus ut nenufarinus, buglossæ,boraginis,& sic de aliis .

Syrupus contra pleuresim & peripneumoniam, phthisicos & hecticos. Reci.aquæ lib.iiij. & ponantur ibi unc.ij.& s.uiola.liquiri.papaueris albi ana unc.s. seminis citonio.& maluæ mundatæ,medullæ semi.bombacis,medullæ semi.& cito.melo.cucu.cucur.mundatorum sem.portulacæ,trag.gummi ara.ana drachm.iij. omnia in aqua uel sacculo bene trita ponantur, & sacculus in prædicta aqua ponatur,& bulliat ad medietatem,& sacculo abstracto ab aqua lib.ij.zuc.apponantur,& fiat syrupus,et clarificetur ut supra docuimus .

Additio.

Syrupus contra pleuresim raro habetur in usu , poterit tamen quis eo magistraliter uti si uoluerit.Summa medicinarum est res. xv.

Syrupus contra acutas & peracutas passiones.Rec.suc. portulacæ succi melonum palestinorum an.lib.i.uel cũ aqua decoctionis citro. melo. & cucurb. uel capil. ueberbæ hepaticæ,politrici,adianti, cetrac.in aqua ista uel in succo prædicto fac bullire liquiritiam mundatam & tritã, & trag.uiol.ana unc.i.prunorum numero.v.semperuinæ , aut cotyledonis unc. i. deinde coletur , & colaturæ adde zucch.li.i. & fiat syrupus ut diximus,clarificetur secundũ quòd debet,uel ut superius docuimus,deinde psyllium & semi.cito.ana scrup.i.in sacculo mitte sanda. al. & rub. & spo.berbe.ro.portu.lactu.scario.an.ʒ.s.puluerizata,et horum puluerem in eodem sacculo pone,& ibidẽ reubar. pulnerizati drac.i.hæc stmul bullire facias usq; ad decoctionẽ. Datur contra acutas & peracutas sine apostemate cum aqua frigida.

Additio.

Iste syrupus contra acutas & peracutas passiones non est in usu,& credo propter magnum artificium suæ compositionis potius quàm propter aliud . Summa medicinarum est res.xxv.

Syrupus contra omnem fluxum uentris . Reci. zuc.li.i. aquæ ros.uel plu.li.i.et s.& in aqua ista ponatur myrtini unc.i.rosarum,sumach,acatia,balaustiæ,spodij, hypocistidos ana unc.s.sorbarum mundatarum.x. mespilorũ uiridium numero. v. cornarum uel prunorum immaturorum.x.tragacan.liquiritiæ,gummi arabici ana drac.s.quæ sunt terenda terantur,& bulliant in supradicta aqua , donec ad quantitatem unius li.deueniant , & colaturæ ponatur zuccharum prædictum,& fiat syrupus, et clarificetur ut diximus.

Syrupus de papauere contra omnem uentris solutionẽ. Rec.capita papaueris recentia siue humida numero.cl. plantaginis,balaustiæ,gallarum,prunellarum immaturarum ana ʒ.i.Cõficitur sic,omnia ista in aquæ pluuiæ scru. v.dimitte per biduum,in tertio uero die coque aquam bene usq; ad consumptionem medietatis,postea cola per pannum fortiter.Cum autem colata fuerit,admisce illi colaturæ tertiam partem mellis,& iterum coque donec ad spissitudinem mellis redigatur,& tunc conde in uase uitreo . & cum opus fuerit in ʒ.i.aquæ mitte ʒ.i.syrupi.

Additio .

Iste syrupus domini Nico. contra omnem fluxum uentris non habetur in usu , sed medici nostri temporis utuntur potius quodam syrupo de ribes nobis ignoto . laudarẽ potius istum,sed ut nunc dixi de alio, fortasse propter artificium dimittunt.Summa medicinarum est res.xv.

Spongia somnifera.Rec. opij thebaici unc. i. succi hyoscyami,succi moræ immaturæ , rubi , seminis lactucæ, succi cicutæ,codij.i.papa.suc.mandragoræ,suc.hederæ arboreæ ana unc.i.hæc omnia simul in uase mitte,& ibi spõgiam marinam nouam qualis de mari exierit , ut non tangat eam aqua dulcis,& pone ad solem in canicularibus diebus donec omnia consumantur,cumq; opus fuerit aqua nimis calida illam parum fomenta, & postea naribus patiẽtis appone,& cito dormict . cum autem excitare uolueris suc. radic. fœnicu. naribus apponetur , & mox expergiscetur.

Additio.

Istam spongiam somniferam describit Gilbertus Anglicus libro quinto capitulo de intestino exeunte per uulnus. Sed unum aliud dicit Gilbertus , quòd pro excitatione à somno accipiatur alia spõgia marina in aceto bene temperata & naribus applicetur. Sũma medicinarum est res.ix.

Syrupus diureticus.Rec.apii,petroselini,fœniculi,anisi, ameos,dauci,bauciæ,pentaphylli alexandrini, asparagi,bruscі peucedani,meu,scolopendriæ, capillorum ueneris,adianti,polytrichi,splendilidon,capparis, tamarisci, seseleos,simerinæ,grana solis,seminis melonis, citrullorum, cucumeris,cucurbitæ,cretani,saxifragiæ, seminis citri , lapis qui inuenitur in spongia marina,puluis cicadarum,amomi,thymi,chamæpityos,ossa ceraforum,pomorum,& persicorum,cardamomi,ireos,spicæ,nardi,caryophyllorum,costi,nucis muscatæ,an.ʒ.iii.galangæ,thymi,epithymi, phili pendulæ ualde bonæ,pimpinellæ,ciceris nigri.

THeriaca magna Gal.theriaca dicitur domina medicinarum,Galeni,quia ab eo composita fuit , facit contra grauissimas passiones totius humani corporis,epilepticis,catalepticis,apopleticis,cephalalgicis,stomatichis, hemicranicis prodest,ad raucedinem uocis & constrictionẽ pectoris optima est,arteriacis, asthmaticis , hæmoptoicis , ictericis hydropicis,peripneumonicis,iliosis , & uulnera in intestinis habentibus,nephreticis,calculosis, collyricis subuenit,menstrua educit,& fœtum mortuum expellit,lepras & uariolas,& frigus periodicum & cæteras passiones inueteratas,emendat,præcipue contra omnia uenena & serpentum morsus & reptilium ualet,sed diuersa est eius dosis pro quantitate & qualitate uniuscuiusq; passionis , quæ in fine scribitur,omnem defectionem sensuum releuat,cor,cerebrum,hepar,stomachum confortat,totum corpus incorruptum ducit & custodit.x.pars lib.ij.

Reci.trochiscorum scilliticorum ʒ.ii. & scru. ij. piperis lon.drac.ij.minus granis.viij. trochiscorum thiri & diacoralli an.drach.i.& scrup.i.xylobalsami scru.ij.& gra.vii. opii,agarti.iridis,rosæ,scordei,seminis rapæ siluestris, cinnamo.opobal.ana scrup.i.grana. xiiii.reubar.croci, spicæ,costi,schœnãthi.zingibe.casiæ lignæ,styracis calamitæ,myrrhæ,terebinthinæ,thuris masculi,calamẽti,dictami,stœchados,polii,radicis pentafilon , petroselini , piperis alb. ana scrup.i.& grana.vii.folii,gummi arabi. acori , chalcanthi usti,sagapeni,terræ sigilla .seu boli,suc.hypocistidos , celtice,chamedryos,gentianæ,meu,carpobal.amomi,apii,marathri,carui syluestris,seseleos,nasturcii,seminis ani.hyperici ana scr.i.mummiæ,castorei,opopanacis,asphalti , chalbani,centauræ minoris,aristo.lon.dauci syluatici ana scru.i. mellis despumati quod.s.quæ terenda sunt tere,& gummas in uino liquefactas cum puluere,& melle commisce sufficiẽti,uel cum speciebus teras. Datur in modum auellanæ cũ tepida apopleticis,scotomaticis , cephalalgicis, hæmicraneis, ad raucedinem uocis et constrictionem pectoris cum melle, aut tragacantho,ita ut in ore teneatur, asthmaticis cũ decoctione elelisphaci,hæmoptoicis ex pectore et pulmonis uitio cum ptissana,ad ueteratas passiones cũ apozimate hyssopi,ictericis cũ decoctione asari, hydropi.cũ oxymelle uel oxizaccara,peripneumonicis cum iure,uel deco.marrubii, iliosis cum apozemate apii,in intestinis uulnera habẽtibus cum decoc.sumach,nephreticis,calculosis,et colliricis cum apozemate granorum solis,apii syluatici uel domestici,arteriacis cum iure uel pigani decoctione,ad uenena & menstrua educenda & fœtus , cum uino calido , uel mulsa cum aqua ubi cocta sit menta uel ocimum,& frigori periodico , & cunctis passionibus cum tepida.

THeriaca dicitur à carnibus theri quas recipit, magna ab effectu & ad differentiam minoris , Gal. ab autho-

re,facit ad grauissimas passiones totius corporis, reuera
ualet Epilepticis,scotomaticis hemicraneis, & cephalalgi
cis,si epilepsia fiat uitio sanguinis adusti,non debet dari. si
de phlegmate uel melancholia naturali,detur cum uino de
coctionis peoniæ,præcedente tamen purgatione.

Apoplecticis cum uino,uel quod melius est, cuneo den-
tibus interposito,fiat paulatim fricatio capite inclinato, &
quia hæc passio solet etiã terminari per paralysim corpus
inungatur.Scotomaticis quando scotomia fit ex uentositate per indigestionem consurgente, ualet hæc medicina cũ uino decoctionis macis uel nucis muſca.quæ si non habeantur,saltem cum uino decoctionis masticis.

Cephalalgicis omnes cum uino calido raucedini ex humiſoso oppilante uel rheumatico fluxu à cerebro uenienti,detur autem sic. fiat pilula ex theriaca & puluere succi liquiritiæ,& teneatur sub lingua, dissoluit enim uiſcosos humores in trachea,& rheuma prohibet.Cõtra constrictionem pectoris eodem modo. Arteticis ex frigido humore si fiat cum rheumate cũ uino decoctionis olibani. Asthmaticis sicut contra raucam uocem. Hæmoptoicis si fiat ex acuitate sanguinis uel diabrosi, non ualet. Si uitio putredinis ueniẽ,detur cum prisana cum decoctione alicuius stipitici,ut cortice mali granati. Hicterici ex calido humore nõ detur,sed contra inueteratam hicteritiam, ubi etiam urina discolorata apparet & detur cum aqua decoctionis herbarum diureticarũ. Hydropicis,eodem modo.Peripneumonicis non nisi post rupturam apostematis, & tunc detur cũ uino decoctionis mentæ, uel fiant pilulæ ex puluere myrrhæ,& theriaca & dentur. Iliosis ex frigidis & uiſcosis humoribus præcedente tamen clysteri mollitiuo. In intestinis uulnus habentibus,si fiat ex præcedenti dysenteria,non detur, si ex præcedente apostemate, detur sicut hæmoroicis.

Nephriticis,ex uiſcoso humore descendente ad renes, detur cum uino decoctionis granorum solis & saxifragiæ.

Calculosis similiter detur,& resoluatur etiam in succo seminationum & colatura per siringam iniiciatur.

Colicis,quando fit colica passio in extrema parte colon intestini ualet sic, resoluatur theriaca cum mustella uel etiam cum oleo communi & cũ bombace supponatur. hoc est etiam commune experimentum Salernitanorum contra tinesimum.Si autem dolor colicus in profundum occupauerit, resoluta cum oleo per clystere iniiciatur addita aqua decoctionis maluarum. Menstrua educit cum succo artemisiæ bibita,uel supposita, alias mortuum proiicit scilicet fœtum, Salernitanorum, cum succo porri bibita si mortuum est,quòd si uiuum emittitur,& terram tangat statim infans moritur. Lepras emẽdat cum uino decoctionis sumpta,quia humores uiſcosos & superfluos consumit.

Rigores periodicos qui fiunt in febre quotidiana de phlegmate naturali uel acetoso,uel in quartana de melancholia naturali data cum uino tepido, præcedente tamen purgatiõe materia digesta,quia aliter de una posset facere duas.

Contra uenena & morsus serpentis uenenosi sicut reptilis uel serpentum propter carnes thiri quas recipit & alia uenenum expellentia, si autem uenenum receptum sit interius resoluatur cum uino decoctionis dictami, uel mentæ uel gentianæ,si uero morsura sit exterius,& animal nõ possit haberi detur prædicto modo,& etiam cataplasmetur supra morsuram,eodem modo ualet contra malum Thiri,serpentes sunt in Hierico.habent uirtutem expellendi uenenum ex sua uentositate,Venenum aliud calidum & siccum ut thiri,aliud frigidum & siccum. inueniuntur autem thiri in prædicto loco mane propter frigiditate aeris fere mortificati,unde à quibusdam iudicantur frigidi,sed in antidotario legitur arabico,quòd sunt calidi & sicci,& hac mortificationem dicimus fieri propter apertionem pororum aeris frigiditate subintrante,uenenũ ergo est illis quod propter leuitatem facile petit caput & caudam, unde cum capiuntur abscisis capita & cauda tribus digitis mensuratis, considerata tamen longitudine thiri, inde trochisci conficiuntur sic,istud medium optime lauatur & decoquatur,& spinis abiectis teritur,& inde cum farina orobi fiũt trochisci cum quadam pinguedine quæ supernatat in aqua ubi

E decocti sumpt, conficitur farina,apponitur ad conseruationem. Eligantur trochisci probati sicut theriaca probatur scilicet cum coxico & pilulis,si enim theriaca propter trochiscos quos recipit sic probatur, multo melius trochisci debent probari.Per annum seruantur, ultra annum facile corrumpuntur.omnes species teruntur exceptis trochiscis qui per se debent cõteri,& chalcãtho idest uitreolo quod in testa exuritur,postea puluerizatur. Ad ultimum omnes species conficiuntur sub melle,quidam tamen ut magis nigra fiat theriaca puluerem uitreoli prius cum melle mensuraro conficiunt,post alios pulueres apponunt li.i. puluris. iii. mellis per xxx.annos seruatur in .xxx. anno melior est,debet autem seruari in uase plumbeo uel stanneo uel ola stagnata,dosis eius est.ʒ.ii. uel.℈. iiii. multa necessitate incumbente & corpore forti.ʒ.iii.

Additio.

Theriaca autem magna Gale. secũdum intentionem Nicolai dicitur theriaca esse domina medicinarum quę composita fuit à Gal.& sic est quòd Gale. composuit unam descript.sicut apparet apud ipsum in tractatu suo theriacaliũ, F sed non uidetur esse eadem cum ista,sed fit quomodocunq; ab hodiernis bonis practicãtibus magis est laudata Andromachi descriptio,quam Aui.v.cano.ex authoritate Andromachi scripsit quam præsens descriptio Gal.Andromachus enim fuit primus inuentor thiri,ac aliarum rerum quæ innatiuæ sunt super omnia uenena. Nam sicut narrat Aui. in.v.cano.in confectione mithridati dicit quòd Mithridatus erat rex Ponti,& nominauit eam suo nomine & composuit ipsam,& infra ait.Fuit ergo theriaca magna in multitudine iuuamenti, deinde postquam accidit Andromacho illud quod expertus fuit ipsum super iuuamentum carnium serpentum & aliorum addidit in eo trochiscos de uiperis & alteratum est parum per additionem & diminutionem.

Posset tamen quis quærere propter quid dicitur theriaca.Dicitur quòd theriaca maxime illa quæ fit secundũ præsentem descriptionem dicitur à thiro serpente,uel dicitur quòd theriaca,Primo modo dici potest quasi theriæ caro, G quoniam in ipsa ponitur caro thiriæ idest serpentis fœminæ taliter nominatæ quæ etiam uipera uel echidna ab authoribus nuncupatur,propter quam præcipue carnem theriaca ponitur ualere contra uenena, præsertim animalium uenenosorum.

Secundo modo potest dici theriaca à thiros Græce,latine fortis,est nanq; fortis & ualidissima medicina præsertim contra uenena.

Tertio modo potest dici theriaca iuxta Albucasim. iiii. particula azarauii à theria & ca.theria enim græce secundum ipsum dicuntur quæcunq; potenter subueniunt potioni animalium uenenosorum,ca.uero Græce dicuntur quęcunq; conferentia medicinis uenenosis, unde theriaca idest quod potenter subueniens potioni animalium uenenosorum & conferens medicinis uenenosis.

Quarto modo potest dici theriaca iuxta Halyabatẽ. x. practicæ capitulo de theriacæ utilitatibus & probatione eius à trahendo,trahit enim theriaca ad se uenena. Theriaca tamen potius dicitur primo modo,quia illo modo secernitur ab omni alia medicina siue simplici siue composita; H non sic uero aliis tribus modis, imo quolibet aliorum triũ modorum possunt plurimæ aliæ medicinæ tam simplices quàm compositæ nominari theriaca ,& sic de facto ab authoribus nominantur.Descriptio uera theriacæ Andromachi est hæc.℞.trochiscorum scillę aure.xlviii.trochiscorum uiperæ, trochiscorum Andaracaron, piperis nigri, opii ana.aur.xxiiii. cinnamomi, rosarũm, seminis napi syluestris rotundi,scordei idest allii syluestris idest dentium ceparum suarum mundatorum, radicis lilii cœlestis idest ireos, agarici, succi liquir. olei balsami idest balsami ana. aur.xii.myrrhæ,croci,zingib. reubarbari, pentafilon idest quinque folii idest radicis eius, calamenti montani, prassij, petroselini idest seminis eius, stœchados, costi, piperis albi, macropiperis idest piperis longi, pulegii indi, olibani.i.thuris masculi,floris schœnanthi,gummi albotin idest gummi arboris, grani uiridis seu terebinthi idest.terebin-

rebenthinæ,casiæ lignęæ,spicæ idest spicæ nardi, polii ana A
aur.vi.styracis liquidæ,seminis apii,seseleos id est sileris mõ
tani,ameos, chamedryos, succi hypocistidos, spicæ celticæ seu romanæ, folii idest folii indi,gentianæ, seminis fœniculi,terræ sigillatæ,colcotar idest unius speciei uitreoli mineralis adusti,amomi,acori,nasturcii albi,carpobalsa. id est fructus balsami,hyperici idest herbæ perforatæ, phu, id est ualeria.gummi idest gũmi arabici, cordumeni idest carui agrestis,anisi,acatiæ,dauci,idest seminis pastinacę syluestris,bdellii subalbidi ana.aure.iiii.bezard idest chalbani, asphalti idest bituminis iudaici,opopanacis, centaureæ minoris,aristolochiæ rotundæ,castorei, sagapeni ana aure.ii. mellis lib.x.uini odoriferi antiqui idest uini odoriferi cocti seu cateni trium annorum uel circa,chist.ii. idest lib.iii. liquefiant quæ de eis liquescunt & infundantur quæ infunduntur,& terantur sicca & cribellentur, & conficiantur cũ melle,& ponantur in uase uitreato aut plumbeo, & nõ impleatur uas ut respiret medicina, & omnes medicinæ præter mel & uinum sunt.lxiiii.medicinæ.

Hæc descriptio istius theriacæ reperitur in multis aliis B
locis scripta, nam Rasis in. viii. ad Almansorem capit. de morbis uiperarum habet unam descrip. Serap.in suo antidotario habet unam aliam. Haliabas.xv. practicæ habet eandem sed ipse & alii dicunt quòd descriptio radicalis est Andromachi, & est melior aliis descriptionibus, sed uerum est quòd fuerunt plures medicorum sicut Galen. Democritus & alii,qui uoluerunt in ea addere uel minuere de pondere,sed necessitas nõ erat,quia Andromachus præ dictam descriptionem composuit tanta diligentia quòd nõ erat necessitas aliquid addere uel minuere,& sic ista descriptio domini Aui.est descriptio radicalis Andromachi, ipse Aui.habet tres descriptiones,sed prima est nobilior aliis.

Experientia theriacæ si erit bona aut mala ut docẽt Andromachus, Auice n. Ioan. Serap. Haliabas est talis: dicunt quod accipiatur gallus syluestris uel domesticus,sed syluestris est melior & mittatur super ipsum animal uenenosum uel ponatur de aliquo ueneno in uulnere paruo factoſuper alam sinistram prope coxam,& post hoc detur in potu cum uino de theriaca ,& ponatur de ea etiam in uulnere post C uenenum specialiter cum animal incipit debilitari, tunc si animal uixerit, erit theriaca bona & bonæ ætatis, si moritur,erit praua.

Alia probatio si detur theriaca illi qui sumpsit opium uel hyoscyamum nigrum uel corticem mandragoræ & si theriaca destruxerit uirtutem alicuius istorum uenenorum, erit bona.

Alia probatio est ut si homo sumat catarticum & cõsideretur tunc si soluerit eum,sumat in potu theriacam & tũc si retinet eum,est recens & bona, & si nõ,est mala. & sic satis patere potest quando theriaca est bona uel mala.

Nunc uideamus quanto tempore debet permanere theriaca antequam ea possimus uti.Sciendum est igitur secundum Andromachum & Aui. quòd debet stare per sex menses antequam possit esse in usu,unde quando est infans scili cet ante sex menses stupefacit, de qua gentilis ait, dicunt quidam sapiẽtes ꝙ theriaca noua stupefacit per opiũ quod natura separat ab aliis,& mandat illud ad partem dolentẽ.

Quæritur ulterius in quo tũpe theriaca melius conserua D
tur,in hoc est regula quia communiter conseruant ipsam in uasis plumbeis,sed male qui a plumbum attrahit ad se uenenositatem,nec debet esse de ferreo quoniam pars uasis quę uacua remaneret,posset fieri ęruginosa, & illa ęrugo propter permistionem theriacæ opportunam & ipsius theriacæ ebullitionem communicare posset ipsi theriacæ aliquid de uenenosa natura sua, nec debet esse de aurichalco qm ipsum fit ex ære,nec debet esse de cupro,quoniam ipsum fit ex parte æris, nec debet esse de peltro,quoniam ipsum cõponitur ex parte plumbi, imo conseruari debet in uase ex auro uel aurato,ex argenteo uel argentato, stanneo uel stãnato,uitreo uel uitreato, uel marmoreo, seu de alabastro bene polito.

Iterum posset quis quærere quot annis durat theriaca. Dicatur ꝙ Aui.in.v.de ipsa loquẽs dicit quòd theriacæ qui dẽ adsunt infantia,& pubertas,& adolescentia,& senectus, & mors,& sit infans post sex menses, deinde incipit in pubertate & augmento usq; ad tempus in quo stat per decem annos in regionibus calidis, & uiginti in regionibus frigidis,deinde stat aut decem annis aut uiginti, deinde declinat aut post uiginti annos aut quadraginta,deinde expolitur uirtute theriacæ,aut post.xl. annos in regionibus calidis,aut post.lx.annos in regionibus frigidis. Communiter autẽ tenetur quòd theriaca duret in bonitate triginta aut. xl.annis,& post illud est debilis.

Notandũ ulterius ꝙ melius tempus construendi theriacam est tempus ueris & tempus æstatis, quia theriaca iuxta doctorũ sententiam sex mensibus permanet antequã perfectissime commisceatur & fermentetur,nec de ea ante illud tempus est utendũ,sed sic est ꝙ theriaca præfato ueris uel æstatis tempore constructa,ob aeris caliditatem atq; tẽperiem sex futuris mensibus consecuturã melius & perfectius cõmiscebitur,non sic autem autumnali uel hyemali tẽpore, propter frigus aeris consecuturum glaciãs seu constringẽs mel,taliter ꝙ non potest fieri ita bona theriacæ cõmistio.

Modus conficiendi ipsam est iste, accipiatur opium, & B
myrrham,hypocistidem & sagapenum, succum liquiritiæ, styracem liquidam,acatiam,& opopanacem: & omnia hæc in mortario posita cum pauco melle despumato moueantur,donec mollescant:deinde ex uino infundatur, & per tres dies in uase uitreato manere permittantur, postea spica,cinnamomum,zingiber,& casialignea,nasturcium, atq; castoreum,& folium,& terra sigillata,colcothar,& aspaltũ ac amomum, hæc in mortario commisceantur, & ex uino aspergantur,donec uniantur:deinde mel, & gummi, terebinthina,chalbanum,& balsamum sumẽtur,& in cazola posita donec mista sunt aggregentur quæ taliter præparata aliis medicinis quæ in mortario sunt adiungantur:& cũ omnia simul fuerint terantur & agitentur, donec bene sint mista:deinde quod ex eis sit in pixide argentea quæ medicamen hoc in duabus partibus sui capere possit, reponatur. uas autem in quo ponatur,non oportet quòd sit plenũ, cuius os cum corio optime ligatur,quotidie tamen discooperiat ac per unã horã manere permittatur,ex hac quoq; medicina nõ nisi per sex mẽses aliquid sumatur,& illo mõ fiat.

Et scias quòd in primo mense omni die bis,uidelicet mane & sero per mediam horam uel circa,theriaca ipsa est fortiter agitanda & commiscenda, & semper postea suo coopertorio obturanda ac figillanda. Secundo autem mense omni capite quatuor dierum semel theriaca ipsa est per mediam horam similiter bene agitanda & commiscenda. In tertio uero mense omni capite septem dierum semel ipsa est similiter commiscenda. Quarto autem mense omni capite decem dierum semel similiter per mediam horam est permiscenda. Quinto uero mense similiter quindecim dierum capite est commiscenda.In capite autem sexti mensis similiter semel per mediam horam est permiscenda.Post modum uero tanquam perfecte commista dimittenda est optime obturata. Aliquando tamen in temporis processu cum opportunum uideretur præcipue propter ebullitionẽ ipsius tempore caumatis factam,non inconuenit ipsum aliqualiter permiscere.

Sequuntur errores qui in constructione theriacæ cõmuniter cõmittũtur, qui sunt septem; quorũ Primus est quod trochisci de uiperis ideſt theriis qui communiter in theriaca ponuntur, non continent in se carnes uiperarũ seu theriarũ. quæ sunt fere basis in uigore theriacæ, unde ipsa theriaca ẽm unum modum quid nominis nomen assumpsit. Errores in theriaca componẽda cõmissi. 7.

Secundus error est quòd in theriaca non cõiter ponitur balsamum,sed loco eius ponitur oleum balsaminum artificialiter factũ ex multis, de quo autores, ut Andromachus Auicenna Galenus Serap. Haliabas minime intellexerũt. Nonnulli etiam ponunt loco balsami oleum laurinum.

Tertius error est quòd in theriaca non ponitur cõmuniter gummi albothin ideſt terebinthina,immo loco eius ponitur communiter resina laricis, quæ quidem non modicũ differt à terebinthina, & in huiusmodi quidem falsæ terebinthinæ usu non solum in constructione theriacæ, immo & in quocunque alio terebinthinæ usu, & medici non tantum ignari immo ualentissimi ac famosissimi communiter errant,

decoctionis gentianæ,uel cum eo & puluere gentianæ pilulæ fiant & dentur. Sitim tollit prouenientem ex caliditate & siccitate ex in digestione factam cum uino decoctionis masti.& nucis musca. Stomatichis ex frigida causa eodem modo detur. Peripneumonicis nullo modo detur remanente loco sanioso,sed post peripneumoniam potest dari cum decoctione hordei,tragacanthi,& gummi arabi.sed multa cautela & quantitate modica. Phthisicis non laudo. Empycis, hydropicis, ex crassis humoribus & crudis cum aqua decoctionis radicum diure.uel seminum diureticorũ, spleneticis cum decoctione radicis tamarisci. Hictericis sicut theodoricon anacardinum. Pleureticis non detur. Nephriticis cum decoctione diureticarum herbarum & præcipue granorum solis. Colicis per clystere. Paralyticis, podagricis,arteticis,proprie datur in talibus cũ aqua decoctionis raphani,præcedente diæta competẽti,& oxymelle diuretico uel scillitico. Menstrua prouocat,omnibus aliis medicinis efficacior est in hoc resoluta cum oleo muscelino uel communi & bombace supponatur uel succo artemisiæ. Quod melius est omnibus causis mulieris ex frigiditate resistit. Mulieres quandoq; sentiunt maximam matricum inflammationem in dextra uel sinistra parte,ut etiam tumor circunscriptus appareat,cui multum ualet medicina pessarizata,resoluatur ergo cum succo artemisiæ & rutæ, & addita modica aqua decoctionis maluarum coletur,& per pessarium iniiciatur. ℞.brassicæ fri.& sic.ex natura sui succi laxat constringit humores ex substantia,est enim eterogeneæ idest compositæ substantiæ,brassica dicitur caulis nondum transplantatus,siccata puluerizetur,ponitur hic ad reprimẽdum uiolentiam aliarum specierum calidarum, alias cõfice ut legitur in antidotario.per duos annos seruatur, dosis eius est unc.i.

THeodoricon anacardinum ab anacardis dicitur qui ibi reperiuntur,datum mirabiliter memoriam reparat,vertiginem capitis & maxime à posteriori parte aufert,phlegma quod ibi est purgat, causis matricis mirabiliter confert si eam purgare volueris. vij. pars confecta est lib.ij.

Rec.aloes hepatici vnc.i.& .s.ireos,casiæ ana drachmas vij.minus gran.xvi.zingiber.anacardi,carpobalsa.an. drach.iij.& .s.folij,spicæ,myrobala.corticis, meu, epithy. ana drac.iij.& scrup.i.garyophyllorum,reupon.masticis, schœnanthi ana drach.i.& gra.iij.& .s.mel quod sufficit, conficitur sic. Accipe corticis radicis fœniculi bene triti & abluti lib.i.& pone in.ij.libris aceti.Et stet ibi per. vij. dies & postea tere ipsas radices,et in eodem aceto coque usq; ad tertiam partem.Et cum omni diligentia cola per pannum, & pone in duabus lib.mellis despumati,et bulliat vsque ad aceti consumptionem,cum tali melle confice. Supradictæ autẽ radices colligantur in maio uel iulio, quia ante hoc tempus humidæ sunt, & post hoc siccæ sunt,dosis est drachm.i. vel ij.cum mulsa valet. Sũma medic.est res xviii.

Theodoricon anacardinum,dicitur autem anacardinum ab anacardis quos recipit. Valet ad uertiginem capitis, si fiat ex phlegmate cum decoctione polypodii, si ex quadam melancholia, cum decoctione senæ. Contra obliuionem, obliuio sæpe fit ex frigiditate,ut ex phlegmate leniente posterius cerebrum,unde formæ impressæ elabuntur.datur autem his cũ decoctione polypodii,uel melius,fiat rasura occipitii & apponantur uentosæ cum scarificatione, postmodum locus fricetur ex eodem, additis humiditatibus anacardorum,sola etiam humiditas anacardorum confert inũcta. Rheuma capitis desiccat,primo cum eo purgatio fiat, postea detur aliqua opiata. Visum acuit datum cum uino, uel potius cum puluere myrobalanorum citrinorum uel cõditorum. Surditatem & tinnitum aurium tollit, & resoluit cum oleo muscellino tepidum & auribus colatura iniecta. Contra debilitatem stomachi ex frigiditate cum uino decoctionis masticis uel nucis muscatę. Valet ad constrictionem cordis & defectum pulsuum, constrictio cordis aliquando fit ex fumo melancholico,replente capsulam cordis, unde fit cordis cõstrictio & pulsus defectus est,datur his cum decoctione senæ,consumit & purgat melancholiam. Contra tumorem hepatis factum ex frigiditate ut in hydropicis, si adsit uentositas,cum decoctione cimini,anisi,fœniculi detur, si ex humore frigido cum apozimate apii,rad. petroselini,fœniculi. Hictericis ex oppilatione uenarum hepatis prædicto modo, uel cum.℈.i.euphorbii, solum euphorbiũ ualet in hac causa.

Spleneticis contra tumorem ex frigido humo. factũ detur ut diximus. Nephreticis si fiat ex lapide uel frigidis humo.& crassis ualet quia multa recipit diureti. detur autem cum deco.granorum solis uel saxifragiæ. Colicis ualet sumptum per os, uel fiat tale clystere cum aqua decoc. mercurialis,resoluatur theodoricon, & addito melle & oleo coletur & iniiciatur per clystere. Suppositorium etiam de eo factum multum confert. Contra sterilitatem si fiat propter nimiam pinguedinem,os matricis obturãtem, uel propter mucilaginem contẽtam in cotyledonibus supponatur theodo.cum.iiii.drach.zuc.consumit & extenuat pinguedinem & mundificat matricem. Contra sanguinis retẽtionem supponatur cum succo artemisiæ. Contra difficilem partum accipe medianum corticum caprifici idest fici syluaticæ, tere & cum theodoricon commisce, superpone carbonibus & suffumiga mulierem,si debet liberari per hæc liberabitur, ualet etiam fumigium ex solo cortice. Contra causas uesicæ & contra stranguriam & dysuriam detur ut nephriticis. Tenues & delicatos reparat,si fiat ex phthisi uel ex alia infirmitate, non prodest,sed nocet,si fiat extenuatio propter indigestionem detur cum uino decoctionis masticis,per indigestionem inepti ad nutriendum efficiuntur humo. unde fit extenuatio. Confice cum oxymelle sicut in antidotario præcipitur,per biennium durat,dosis eius est drachmæ. vi. uel unc.i.

TRochisci diarhodon idest rotunda confectio, trochisci isti in diamargariton intrant & in diarhodõ,quinta pars est drach.x.& gra.xij.Reci.croci,scrupu.ij. & gra.vij.camphoræ gra.xij. rosarum viridium drac.iiij. spodij drach.ij.sandali rub.drach.i.& .s.gra.vij.sandali albi drach.i.gra. xij. Conficitur sic.in marmorea pila recentes rosæ sine intermissione terantur:deinde cæterarum subtilissimus puluis specierum superponatur, & cum sufficienti rodostomate conficiatur, ad vltimum adhibeatur, camphora,deinde trochisci informentur,& ad umbram exiccẽtur,& vsui reseruentur.

Additio.

Plures descriptiones trochiscorum diarhodon à diuersis authoribus reperiuntur:ista tamen Nicolai debet administrari in suis magnis confectionibus,ut ipse testatur. Sũma medicinarum est res.vii.

TRochisci diaui,dicuntur à violis albis.iii.pars est.vi. ʒ.& .s.Recip.foliorum violarum albarum viridium ʒ.v.se.plantaginis, ʒ.i.amyli, ʒ.iii.seminis papaueris al.drach.ii.& scrup.i.balsami,scrup.i.rhabarba.scru.i.rhodostomatis quod sufficit.ad modum præcedentium trochiscorum.

Additio.

Isti trochisci secundum intentionem Nicolai dicuntur à uiolis albis,quæ ibi ingrediuntur,& debent poni in diamargariton,ut supra uisum est:& debent formari cum rodostomate,id est aqua rosarum. Summa medi.est res. vii.

TRochisci hedychroi.qui rubea et sotira intrant, sexta pars est drach.vi. Recip.amomi,drach.i. cinnamomi,croci,folij,myrrhæ,cassiæ,ana drach.s. spicæ, scrupu.i.opobalsami,costi,schænanthi, calami aromatici, xylobal.assari, fu.ana grana.xv.masti,marathri, an.gra.x.tamarisci,grana.v.vini ascalonis quod sufficit, hæc omnia tere, et cum vino illo trochiscos informa, et cum fumo styracis sicca.

Additio.

Additio.

Isti trochisci sunt in usu, sed non multum, & ut uult hic Nicolaus ingrediuntur in rubea trochiscata, & in sotira. Gilbertus Anglicus capitulo de cura arteticæ habet hanc eandem descriptionem. Summa medicinarum est res.xviii.

TRochisci croci magnetis intrant in rubeam, & sotiram. Recip.croci,drach.iij.rosarum,ameos,myrrhæ, ana drach.i.& .s.xyloaloes,scrup.ij.informentur cũ aqua rosata.

Additio.

Isti trochisci sunt in usu,quia ingrediuntur confectiones magnas,ut dicitur in textu, & dicuntur à croco. Summa medicinarum est res.vi.

TRochisci scillitici sic fiunt, scillam integram diuide, & inuolue in pasta fermentata,& in furno coque, et abstracta de massa, & eiectis corticibus eius, mediũ tere in mortario,& tantundem farinæ orobi adde,& inde trochiscos informa,& cum uino,aut melle tempera, & in umbra sicca,& si deest orobum, tantundem panis assi subtilissime triti pone,exinde trochiscos informa, & in loco umbroso sicca.

Additio.

Isti trochisci in usu habentur, quia magnas compositiones ingrediuntur. Summa medicinarum est res.iii.

TRochisci,diacoralli. Recip. coralli rubei,cinnamomi, myrrhæ,amomi,papa. ana drachm.iiij. schœnanthi, croci, ana drachm.ij. calami aro.xylobal. cassiæ ligneæ, folij,masticis, polii, fu, assari, pedis columbini, ana drachm.i.de his omnibus facto puluere cum uino tempera, & trochiscos pensantes solidos singulos informa,& in umbra sicca.

Additio.

Isti trochisci sunt usuales apud illos qui theriacã magnã Galeni hic descriptam facere uolunt: nam Andromachus loco trochiscorum diacoralli habet trochiscos aluidaracaron. Summa medicinarum est res.xvii.

TRochisci de aniso ualentes paratis ad hydropisim. Recip.anisi,eupatorii, ana drach.iij.apij,absinthii, masticis,aneti,assari,spicæ,amygdalarum amararũ, ana drach.i.aloes hepatici, drach.iiii. & s.informa trochiscos ad pondus drach.i.

Additio.

Isti trochisci de aniso interdum in usu habentur: & ideo præparari debent, & ualent ad ea quæ in textu scribuntur. Summa medicinarum est res.x.

TRochisci de thiro qui in magna theriaca Galen. recipiuntur, sic fiunt. Inuenias thiros in lõgitudine unius palmi existentes,oculos habentes rubeos,et linguam mobilem, & cornua in modum grani frumenti, caput & caudam tribus digitis mensuratis abscinde, medium quod remanet excoria, & intestinis proiectis optime dulci aqua laua,et sic coque donec spinæ à carnibus separentur,postea spinis proiectis,carnem in marmoreo mortario satis tere,et commista eiusdem ponderis farina orobi, uel panis assi cum iure suo tempera, & fac inde trochiscos pensantes singulos solidos,& in umbra sicca.

Additio.

Isti trochisci de thiro,id est de uiperis,& sic propter receptionem istorum trochiscorum theriaca ab eis secũdum nonnullos deriuatur. Quidam crediderunt quòd trochisci de uiperis non essent trochisci de thiro,sed errant,nam Andromachus uult quòd uipera sit, ut hic describitur thirus, & uult quòd trochisci de uiperis sint trochisci de thiro. Eiusdem opinionis est Halyabas.x.practicę. Andromachus & Rasis melius ostendunt de forma uiperæ quam Auic.& Nicolaus hic.

VOmitus noster dicitur à uomẽdo eo quod frigidos et calidos purgat humores:noster quia à nobis cõpositus est,purgat proprie choleram rubeã, et phlegma,datur quotidianæ ueræ, et tertianæ nothæ ĩ modũ castaneæ cũ calida:detur ẽt delicatis hominibus cũ syrupo acetoso distẽperato,& per noctẽ sub diuo ponatur, in mane iterum cum aqua calida distẽperetur,& coletur per pannũ,ut tota substãtia remaneat:sedat uerã tertianã, debilitatẽ et nauseam à superfluis & acutis humoribus factã aufert. Rec.tapsiæ panormitanæ,uel aragonensis collectæ in mẽse Maii,siue Iulii,unc.iii.croci aphricani,unc.i.& s.nucis uomicæ,unc.s.assari,unc.i.mellis assarini quod sufficit, qđ sic fit. In duabus lib.mellis despumati adde unc.iiii.succi assari,& bulliat ad succi consumptionẽ: & si succũ habere non uolueris pone thapsiæ,assari,ana unc.ii.& s.& dimidiam catapuciarum, & totũ depone in aqua marina, & bulliat usq; ad medietatẽ,& aqua ponatur in lib.ii.mellis despumati,et coque usq; ad aquæ consumptionẽ,& cũ tali melle confice,datur mane in modum castaneæ cũ tepida,uel oxyzaccara duris hominibus cum tota substantia,debilibus colatura tantum.

Additio.

Moderni medici nõ utuntur istis uomitiuis hic scriptis, sed quando uolunt uomitum prouocare magistraliter componunt secundum intẽtionem præsentem. Illud uomitiuũ, uel uomitus compositus est à domino Nicolao qui non est in usu. Summa medicinarum est res.vi.uel.vii.

VOmitus patriarchæ.Recip.thapsiæ,lib.i.croci aphricani,unc. iiii.cinnamomi,assari, ana unc.ii.catapuciæ,unc.ii.mel quod sufficit, detur cum tepida ante accessionem. Sũma medic.est res v.

Vomitus patriarchæ.patriarcha ab authore. principaliter purgat phlegma, secundario choleram superius,& inferius aliquantulum, dandus est eis qui multa stomachi repletione laborant & fastidio, ut aliquando fit in quotidiana & tertiana,maxime quando humores circa os stomachi abundant,pręcedat usus oxymellis p quindecim dies,si phlegma fuerit in causa,uel syrupus acetosus, si colera:nunquã enim exhibendus est uomitus nisi materia digesta:detur aũt cum multa cautela. Qui uero de strictura pectoris, & pulmonis multum laborant,non debent purgari per uomitum secundum Hip.phthisicos uero metuẽtes ad superiores pharmacias. Amplum thoracem habẽtibus potest dari, & facile uomẽtibus,et maxime in tẽpore calido:fiat ẽt aer artificialiter calidus carbonibus,& huiusmodi si necessitas ingruerit.

Quoniam uero quidam sunt difficiles ad uomendum, & uomitu indigent:, sic ad uomitum sunt aptandi: sic ergo præparetur malua, branca ursina, semen lini, fœnugræci,omnia contusa bulliant in aqua decoctionis maluarum: & hæc tepida cataplasmetur pectori ante, & retro. Potest ad idem fieri cataplasma cum malua trita & cocta cum axungia: inungatur etiam pectus dialthæa & butyro simul tritis, duobus uel tribus diebus, si opus fuerit,uicesies uel pluries in die fiat inunctio, postmodum detur uomitus cũ aqua calida in mane sole iam ascendente:detur autem cum frigida quibusdam quanto magis uolunt per inferiora purgari, sed delitiosis in his maxime qui aliquo pectoris laborant uitio,delicatis,& debilibus tãtum colatura detur, sed rusticis & fortibus tota substantia potest dari. Diuerso modo à diuersis conficitur, quidam aquam marinam cum melle despumato usque ad aquæ consumptionem bulliunt, & cum melle illo pulueres conficiunt. Nota, quòd thapsia per se est puluerizanda, aliæ simul. Pater meus aliter conficiebat. thapsiam contritam cum melle & cum salmacina optime decoquebat, & in colatura species conficiebat, reuera securius ita datur: magis tamen apponendum est de thapsia cum coquitur quàm in antidotario præcipiatur: ideo apothecarius assaram baccarum uiridem in multa quantitate in aqua dulci faciat bullire: si uiridem non habet,siccam ponat, minus tamen ualet, post multam decoctionem colet fortiter exprimendo: faciat etiam catapuc. Quo mõ inepti ad uomitum apti fiant.

quæ ibi recipitur simul bullire in multa quantitate contritas, quorum colaturam cum melle bullire faciat usque ad aquæ consumptionem, & cum tali melle pulueres cõficiat. Nota in.i.lib.pulueris.iii.mellis sunt ponendæ: ipse tamen Io.iiii. ponit propter siccitatem tapsiæ. Item nota, cinnamomũ quod recipit, debet esse crassum quia magis ad hoc ualet crassum quã subtile in uomitiuis medicinis. per duos annos seruatur. dosis eius est unc.i. sed fi colatura tantum detur duæ competunt.

VOmitus ualens tertianariis, & quartanariis, sed maxime cõpetit quotidianariis. Recip. tapsiæ, unc.iiij. assari baccari, unc.i. cinnamo. unc.i. croci hortulani, unc.i. se. atriplicis, unc.s. mellis quod sufficit. detur in modum castaneæ cum calida.

Additio.

Iste uomitus ualens tertianariis non est in usu: utilis tamen est ad ea quæ in textu scribuntur, intelligitur hic per crocum hortulanum semen carthami. Summa medicinarũ est res.vi.

VNguentum marciaton magnum à Martiano peritissimo medico dicitur à quo fuit inuentum, quod facit ad dolorem & frigiditatem capitis & pectoris & stomachi, & ad scliroſim splenis, & hepatis, & ad ilij dolorem, ad solem, uel ad ignem inunctum statim subuenit paralyticis, ydiaticis, nephreticis, podagricis prodest, tumores reprimit, duritiẽs remollit, spasmaticis, & typice febricitantibus ualet, & contra omnes dolores ex frigiditate metur potenter. quarta pars est lib.viij.

Recip. ceræ al. lib.ij. olei, lib.viij. rorismarini, foliorum lauri, ana unc.viii. rutæ, unc.vij. tamarisci, unc. vij. elbrij, sabinæ, balsamitæ, eleliſphaci, ocymi, polij, calamenti, artemisiæ, enulæ, betonicæ, brancæ ursinæ, spargulæ, herbæ uenti, pimpinellæ, agrimoniæ, absinthij, herbæ paralysis, herbæ sanctæ Mariæ, cimarum sambuci, crassulæ, millefolij, sempreuiuæ, chamædryi, centaureæ, fragariæ, quinquefolij, herbe tetrait, ana unc.iiij. & s. euisci radi. cimini, myrtæ, ana unc.iiij. fœnugræ. unc.i. & s. buty. unc.i. & drach.ij. urticæ, uiolæ. papaueris nigri, mentæ saracenicæ, & aliæ mentæ, polytrici, lapaceoli, cardunculi, matrisyluæ, maturellæ, herbæ muscatæ, alleluya, linguæ ceruinæ, crispulæ, camphoræ, styra. medullæ ceruinæ, ana unc.s. adipis ursini, gallinacei, masti. ana unc.i. thuris, unc.s. olei nardini, drach.ij. herbæ colligantur in medietate mensis maij, uno die omnes herbæ istæ colligantur uel duobus, si potest ab hora tertia usque ad meridiem.

Conficitur sic, herbas tritas diebus septem in optimo & odorifero uino infunde: octauo uero die ad lentum ignem ponantur, et cum uinum aliquãtulum incœperit consumi, addatur supradictum oleum, & bulliant donec incipiant diminui: deinde studiose colentur, & proiectis herbis, iterum super ignem ponantur, & cum incœperit bullire pone styracem, & cum modicum bullierit, pone butyrum & axungiã aliquantulum contusam, & oleum nardinum, mastices, & olibanum, & postea ceram, & cum cera liquefacta fuerit, semper cum spatula agitando ab igne deponatur, & cum coagulatum fuerit, in uase reserua.

Summa me di. est res lx.

Vnguentum marciaton contra. omnes dolores ex frigida causa, ut arteticam, podagram, contra uitia matricis ex frigida causa: loca etiam contusa confirmat, & delet liuorem cutis in omnibus, idem fit usus sicut de unguento aureo, scilicet locum inunctum ad solem fac, uel ad ignem, sed contra liuorem facta inunctione cum cera, & cimino misto super cataplasma fac. Potest uariari marciaton in coloribus cum puluere gersæ serpentariæ sicut dicetur de pulleon, & erit quasi album: cum oleo decoctionis radicis rubeæ, & erit subrubeum, confice, ut in antidotario reperitur. Nota, si omnes herbæ haberi non possunt per uices collige, & in uino forti per tres menses poterunt seruari, & uinum renouetur si opus est. per tres annos seruatur.

VNguentum arigon, id est adiutorium, ualet ad dolorem ex frigiditate uiri & mulieris tali modo inunctum in testa oui primum calefac ad ignem, deinde superinungatur, et postea testa calida superponatur loco patienti, ualet ad spasmum & tetanum, & ad dolorem ilij & renum, tali ordine, ut supra diximus, arteticis, & ischiaticis multum prodest, quartanariis si spina inungatur ante horam accessionis, ut dictum est, mirifice prodest. quarta pars est lib.v.

Recip. rorismarini, maioranæ, radicis iari, serpilli, rutæ, radicis siccid. ana unc.iiij. & s. foliorum lauri, saluiæ, sabinæ, ana drach.iij. policariæ maioris & minoris, ana unc.ix. brionie, unc.iij. laureolæ, unc.ix. nepitæ, foliorum siccidis, ana lib.s. masticis, olibani, ana unc.vij. pyrethri, euphorbij, zingi. piperis, ana unc.i. olei muscellini, unc.s. petrolei, unc.i. adipis ursini, olei laurini, ana unc.iij. butyri, unc.iiij. olei communis, lib.v. ceræ lib.i. & unc.iij.

Herbæ & radices hora supradicta colligantur, herbæ uno uel duobus diebus, ut dictum est superius, fortiter contusæ ponantur in oleo per septem dies: octauo autem die super ignem ponantur & coquantur, donec herbæ destruantur, postea per saccum fortiter colentur: & iterum super ignem ponantur & cum bullire incœperint addatur oleum laurinum, butyrum, adeps ursinus, & cera, qua liquefacta, addc petroleum & muscellinum, postea masticem & olibanum, zingiber, piper, & pyrethrum, euphorbium, & tunc ab igne deponatur, & recondatur.

Vnguentũ arigon ualet arteticis, & contra omnẽ frigidã guttã, & omnes neruorum passiones ex phlegmate, uel ex causa frigida. Contra tumores ex frigida causa: præcedat tamen purgatio, & statim inunctio fiat ad ignem uel ad solẽ: si tumor est splenis, tunc ualet maxime præcedente usu diureticorum, & unguentorum mollitiuorum. Contra tineſmũ, & colicam de frigida causa fiat inunctio totius spinæ usque ad annum. Recip. serpilli, calidum & siccum, & diaphoreticum, & est consumptiuum contra frigidas causas ualet potius hic ad tumorem extenuationem, & colligi debet in tẽpore productionis florum, in umbra exiccetur, & sine fumo per annum seruatur, folia et flores sine stipitibus ponuntur. Confice, ut docetur in antidotario.

VNguentum Agrippa, quo Agrippa rex Iudæorum utebatur, quod tantæ dignitatis erat, quòd nemini discipulorum tradere uolebat: ualet hydropicis, & omnibus tumoribus, in quacunq; parte corporis fuerint, & ad neruos indignatos, urinam prouocat, inunctum super ueretrem laxat, & dolori renum ex frigida causa optime facit iiij. pars est lib.v.

Rec. brioniæ, lib.ij. radices ebuli, tribuli marini, ana unc.ij. radic. succid. lib.i. scillæ, unc.vi. ireos, unc.iij. radi. filicis, unc.ij. omnes radices ter uel quater bene abluantur, & in pilo marmoreo terantur, & .iiij. lib. olei lentisci uel communis ponantur per duos dies, sed si per sex uel per septem dimittatur plus ualet, quia calorem, & odorem sibi & efficaciam uendicat: tertio uero uelut dictum est, ad ignem ponatur, & tandiu bulliat, donec incipiat dimitti. deinde ponatur in sacco, & exprimendo coletur, et cum colatum fuerit super ignem ponatur, & cum bullire incœperit ponantur unc.xv. ceræ albissimæ, & liquefacta cera ab igne deponatur, & cum infrigidatum fuerit collige & serua.

Vnguentum Agrippa dicitur ab inuentore, ualet ad indignationem neruorum, & tumores, & dolores totius corporis ex frigida causa superinunctum, stranguriam soluit. Inungatur & consequenter fiat fomentum ex aqua salsa & dulci, cum decoctione senationum mercurialis portulacæ, lacæ, addito oleo: ualet autem præcipue contra splenis uitium præcedente inunctione dialthææ, & usu diureticorũ, & ceroneo superposito. confice, ut docetur in antidotario.

VNguentum dialthæa, malasticum, & calasticum, dialthæa à radice euisci dicitur, malasticon, id est mollificatiuum, calasticon, id est calefactorium, medietas est lib.iiij.

Recip. radicis euisci, lib.ij. seminis lini, & fœnugræci, ana lib.i. scillæ, lib.s. olei, lib.iiij. ceræ, lib.i. terebinthinæ, gummi hederæ, chalbani, ana unc.ii. colophoniæ, resinæ, ana lib.s. Nota, quòd si ista ponantur, scilicet actis, & ciclamen, ualet ad consolidationem uulnerum, & quidam addunt butyrum. omnes herbæ, & radices bene abluantur, & teranur: similiter lini semina, & fœnugræci, & scilla, & cum bene trita fuerint, ponantur in. vii. lib. aquæ per tres dies: quarto autem die ponantur super ignem, & bulliant, donec inspissati fuerint: deinde paulatim in sacco ponatur, & cum exprimere uolueris, addatur aliquantulum feruentis aquæ, ad abstractionem illius succi uiscosi, de succo isto accipiantur lib.ii. & ponantur in.iiii.lib. olei, & bulliant ad succi consumptionem, quod erit cum nihil supernatauerit, postea addatur lib.i. ceræ, & cum liquefacta fuerit addatur terebinthina, postea gummi hederæ contusi, chalbani, et ad ultimum ponatur puluis colophoniæ, resinæ, et cum coctum fuerit, quod erit tunc cum gutta posita super marmor inspissabitur, deponatur ab igne, et cum coctum fuerit, et infrigidatum, diligenter repone. Valet proprie ad dolorem pectoris ex frigiditate et pleuresi, prius in testa oui calefactum ad ignem, et super pectus inunctum sanat omnia loca infrigidata et desiccata, calefacit, mollificat, et humectat.

Vnguentum dialthæa à radicibus althææ dicitur quæ ibi recipiuntur. Contra dolorem pectoris superunctum ad solem uel ad ignem utile est, si oleum laurinum cum dialthea fuerit admistum, quoniam ab ipso uim maiorem calefaciendi suscipit. Et pleureticis ualet si fuerit pleuresis ex calido humore, in hoc si fiat de calida causa liniendo tempore calido &c. fiat unctio de duabus partibus butyri, & tribus dialthææ, si fiat contrarium de sola dialthæa: inungatur autem pleureticus circa locum patientem in mane meridie & sero uel frequentius, loco inuncto lana uel stupa applicetur. Spleneticis super splen inunctum, uel melius, malum terræ dimittatur putrescere cõtritum in ipsa dialthea, postmodum exprimatur, & colatura calefacta, splen inungatur, uel si necessitas fuerit de succo ipsius misto cum dialthæa fiat inunctio, & splen uehementer, & bene cum manibus malaxetur ante prandium, & non post, multiplici de causa, quia si post prandium fieret, posset sequi triplex nocumentum, scilicet quia propter frictionem cibaria sumpta ante tempus decoctionis possent impediri, uel splen commotum per superiorem ramusculum melancholiam in nimia quanticate transmitteret ad stomachum, unde indigestio posset generari: denique ex cibariis multa fit ebullitio, & facta tunc splenis confricatione posset calor urgeri, & distemperantia, unde indigestio calor, & ebullitio. Recip. uiscl, calidum, & humidum, calefacit, & humectat, et ob hoc in isto unguento ponitur, uiscus, bismalua idem est, recens debet apponi, cõfice, ut habetur in antidotario, per duos annos seruatur.

VNguentum citrinum. Citrinum dicitur, quia in pomo citrino decoquitur, pulchram reddit faciem, lentigines de facie tollit, nigredinem à sole inductam destruit, & pustulas in quacunq; parte corporis ortas salsi phlegmatis mirabiliter destruit & aufert, cicatricem in corpore subtiliat, leprosi faciem si ex eo ungatur multum emundat, rubori oculorum pruritui, & pallori, & herysipe lati ualet, medietas est lib.ii.

Recip. bora. drac.ii. camphoræ, drac.i. coralli alb. unc.s. amenti dulcis, unc.i. umbilici marini, tragacanthi albi, amyli, chrystalli, antali, dentali, olibani albi, nitri, ana drach.iij. marmoris alb. drachmas duas, gersæ serpentariæ, unc.i. cerussæ communis, unc.i. hoc modo fit. Tere tragachan. et umbilicos marinos in mortario marmoreo cum pistello ferreo insimul, cætera sigillatim in eodem mortario terantur, & cum panno subtili albo cribrentur, et cum axungia porcina nouella albissima, lib.i. & s. sepi pecorini, uel caprini, unc.i. & s. axungiæ gallinaceæ, unc.i. Confice sic, chaldariũ plenum aqua super ignem bulliat, et cacabus cum axungiis in chaldario pendeat in ipsa aqua, & de ipso calore aquæ liquefiant axungiæ, & liquefactæ per subtilem pannum & album colentur in catinum, & mox totus puluis apponatur præter camphoram, & boracem cum spatula, semper agitando, ut omnium bona fiat incorporatio. hoc facto in uno citro cauato uel duobus mittatur, & ponatur, cum spatula, semper agitando, bulliant, et cum incipit bullire, iterũ in chaldario ponatur, & cum spatula, semper agitando puluis camphoræ, & bora. donec incipiat frigere, agitetur semper, & cum infrigidatum fuerit recondatur. Et nota, quòd in lib.i. pulueris debent poni. viij. lib. axungiæ. Summa medicinæ est res xviii.

Vnguentum citrinum dicitur, quia in citro coquitur, cuius usus talis est, si facies uel manus uel aliquod membrũ ex aliqua causa exasperetur, ualet hoc unguentum, quia mitigat arefactionem, & angustiam quam recipit abstergit, & depurat membra ex aliis quæ recipit, dealbat etiam faciem: inunge faciem uel aliquod membrum fortiter de hoc unguento, ut totum combibatur per frictionem: postea lauetur cum sapone uel aqua cal. & exiccata iterum inungatur in sero, mane lauetur cum ea, puram & lenem operatur faciem, distemperatum cũ clara oui cum aqua cali. interius in oculo & extra illinitum aufert sanguinem, & miro modo mitigat dolorem de cholera, & sanguine.

Recip. borac. ca. et fic. uirtutem habet abstergendi, & deponendi conglutinandi, quod probant auri fabri, nanq; aurum, argento, cum borace conglutinant, & consolidant, gũmi est arboris quæ in orientali plaga reperitur, dum autem colligitur cum fæce quadam, & impuritate colligitur: abiicienda est tamen impuritas cum ponitur in medicinis. Vel quod uerius est borax est fæx olei, & fit in hunc modũ apud saracenos, seruatur oleum. xl. an. aut plures. in quo tandiu seruato duplex fæx inuenitur, una inferius, quæ dicit amurca, alia superius, quæ dicitur borax, & est peior: hęc enim solidam habet substantiam, in sacellis posita abluitur, donec impuritas remoueatur, & fiat alba: deinde ad solem desiccatur & fit albissima: eligenda est purior albior, & clarior intus conformis: si etiam lauetur, & exiccata in medicinis ponatur melius est, diu seruatur. Borax.

Probatum experimentum contra difficilem partum, teratur borax, & distemperata cum uino detur, uel super omnia superposita in hoc casu ualet.

Amentum dulce. frigidum est & siccum secundum alios calidum & siccum abstergit, & dealbat: de uino cocto efficitur: decoquitur enim uinum, & in amentum transmutatur, lapis est albissimus, dicitur autem dulce ad differẽtiam amenti, quod fit de creta nimis uitiosa. Elige leuius, & albius, diu seruatur. Amentũ.

Vmbilici marini. fri. sunt & ficci, abstergunt ex asperitate sua, & dealbant: lapilli sunt umbilico conformes, in littore maris inueniuntur: elige albiores. Vmbilici.

Chrystallus frig. & sic. eiusdem uirtutis est cum prædictis per congelationem fit ex glacie, quanto albior tanto melior, per plures annos seruatur, ad lac recuperandum ex caliditate amissum, puluis chrystalli detur in potu, contra cholicam ualet similiter. Sed caue ne uentris adsit constipatio uel iliaca. Chrystal.

Antali & dentali frigi. & sic. similem uim habent cum prædictis, in nullo differunt, lapides sunt satis conformes, nisi quod antali dum franguntur quasdam habent uenu- Antali.

las in longum protensas,& non habent adeo solidam substantiam,sicut dentali. Dentali uero denti assimilantur in. solidate,albiores eligimus.

Marmor. Marmor frigidum & siccum non discrepat à prædictis, nec propter aliud apponitur.

Gersæ. Gersæ serpentariæ & cerussa.nota cerussa,alia frigida & sicca,ut ea quæ fit ex plumbo,& aceto,scilicet communis. Alia quæ est calida & sicca,ut ea quæ fit de serpentaria,ponitur ad mundificandū:hoc enim operatur præ cæteris quæ ibi recipiuntur.Confice sic,radices serpentariæ in uere collectæ optime mundentur,soli exponantur & siccentur, fiat inde puluis cribretur per pannum,& cum aqua pluuiali,uel melius cum rosata cōficiatur in aliquo uase,soli exponatur, frequenter aqua abiiciatur,& alia renouetur, ita fiat nouē diebus uel uiginti diebus uel plus,post modū abiecta aqua desiccetur,& in medicinis ponatur. Mulieres Salernitanæ faciunt gersam mistā de solo succo serpentariæ posito in scutella cum aqua ad solem,& aquam sæpe renouant,ut supra, sed non tantū ualet. Conficitur sic unguētum de omnibus. Fiat puluis subtilis & cribretur per pannum in uase habente orificium strictum.Cerussa uero cribretur per se, pulueres conficiantur cum axungia liquefacta, & colata, sicut in antidotario reperitur. Nota si cortices citri in azungiis cū liquefiunt posueris melius erit,uim enim mundificatiuam inde contrahunt:in una libra pulueris tres axungiæ colatæ ponimus, quando bene & competenter uolumus conficere.Alii quatuor uel quinque ponunt,unguentum confectū citris cauatis super prunas bullire facimus aliquantulum, & usui reseruamus. Quoniam uero hoc unguentum facili grauem odorem portendit, quidam in maiori quantitate apponūt de camphora:per annum seruatur,facile enim corrumpitur propter axungiam.

Vnguentum aureum ualet contra omnes guttas acutas,frigidas,& maxime contra lapidem in renibus, & hydropicis.Reci.radicis euisci,su,meu.ana lib.ij. utriusque aristolochiæ,helenij,hyssopi, pulegii, artemisiæ, pentaphylli,rutæ,foliorum lauri,acori,herbæ uenti, rorismarini,matrisiluæ,saxifragiæ,cyperi,chamædryos,asparagi,brusci,fœniculi,anisi,ana lib.i.apii,ireos,leuistici,granorum solis,petro.sileris,amomi,cardamomi,anethi,baccarū lauri,iuniperi,lapidis lincis,an.li.s.basilicæ,se.urticæ,se.citri,sinapis,euphorbij,ana unc.iiii. adipis, ursi.& uulpinæ, olei laurini,petrolei,ana unc.iii.schœnanthi,costi, pyretri, thuris,masti.myrrhæ an.unc.ii.miscelei,unc.i.olei, & ceræ quod sufficit. Herbæ *colligantur in mense maii, & contritæ mittātur in oleo uel uino albo,in quo sint uiginti diebus: postea addatur oleum quod sufficit, & bulliant donec herbæ incipiant diminui,& colentur per saccum,& ponantur ibidem ceræ lib.xii.bulliant quousque cera sit bene commista: deinde superponantur pinguedines bene dissolutæ & colatæ,et permittantur parum bullire,post superfundatur oleū laurinum,& deposito ab igne superinducantur alia olea: tertio pulueres costi,pyrethri,schœnanthi etiam:quarto olibani:quinto myrrhæ,& hoc per interuallum fiat: postea cera,& deposito ab igne,ponatur euphorbium: ultimo uero ponatur petroleum.* Sūma me. est res.52.

Vnguentum aureum propter excellentiam dicitur.ualet habentibus calculos in renibus facta inunctione ad solem uel ignem: relaxat enim substantiam lapidis & meatus aperit,unde lapis facilius emittitur,& ut quidam dicunt, contra omnes ægritudines de frigida causā ualet specialiter. Conficitur sic,omnes herbæ colliguntur tempore maii quę si non possunt simul haberi,uicissim per uices contritæ ponuntur in oleo uel uino secundum quosdam, sic fiat, donec omnes habeātur,postea bulliant in oleo,donec fundum petant,postea colentur per sacculum, & in colatura cera apposita fiat tantum ebullitio,donec cera,& oleum unum fiāt deinde pinguedines solutæ,& colatæ super addantur: postmodum olea,& pulueres per ordinem, sicut in antidotario reperies,facto competenti interuallo:euphorbium tamen,

E & petroleum ad ultimum stagnato ab igne deposito, debēt poni.per.iiii.an.seruatur.

Vnguentum album ad salsum phlegma. & totum cōfectum est lib.i.Recip.cerussæ,unc.i.lithargyrii, un. i.olibani,drach.iii.masticis,drach.ii. unaquæque species per se teratur hoc modo,puluis cerussæ cum pauco oleo distemperetur, & postea addatur lithargyrium:deinde mastix, & olibanum, cum pistello bene semper agitando paulatim aqua rosa.ponatur, & cum cœperit inspissari, addatur oleum & aqua rosa. & tandiu ducatur, donec sit bene incorporatum, & recondatur, & non sit spissum multum neque tenue.

Additio.

Istud unguentum album ad salsum phlegma interdum habetur in usu,quia inungendo membra scabie ex salso phlegmate infecta maxime post balneum curat. Summa medicinarum est sex res.

F *Vnguentum fuscum,id est nigrū,ualet ad omne uulnus: Nam super uulnus positum attrahit,& attrahendo mundificat,deinde sanat,medietas est lib.iii.*

Recip.olei,lib.i.& .s.ceræ,unc.iii.colophoniæ,unc.ii.gūmi,sagapeni,picis naualis colatæ,an.unc.iii.masti.chalbani terebinthinæ,ana unc.i.confice sic,oleum in olla super ignē mittatur,& bulliat,tunc ponatur cera,deinde colophonia, qua liquefacta ponatur pix naualis,postea gummi,sagapeni, & terebinthinæ,ita tamen,ut omnia terantur prius præter picem naualem,terebinthinam,puluerem masticis, & olibani,& cum spatula agitando semper,donec omnia liquefiant,& bene coctum sit: deinde cum infrigidatum fuerit, usui reseruetur.

Additio.

Vnguentum fuscum,idest nigrum confert omnibus uulneribus,nam generat carnem laudabilem, & mundat saniē & putrefactionem,inungendo circa labia uulneris. Sūma medicinarum est res.viii.

G *Vnguentum populeon dicitur, quia fit de oculis populi,ualet contra calorem acutæ febris, & his qui dormire nequeunt,inunctis temporibus,& pulsibus & plantis manuum & pedum,hoc idem cum oleo rosa. uel uiol. & mistis super hepar inunctum mirabiliter calorem tollit, & sudorem prouocat inunctum super umbilicū,medietas est lib.ii.*

Rec.oculorum populi lib.i.& .s.papaueris nigri, foliorū mandragoræ,cimarum rubi tenerrimarum, foliorum hyoscyami,solatri, uermicularis,lactucæ,semperuiuæ,bardanæ,uiolæ, scatuncelli,id est umbilici ueneris,an.unc.iii.axūgiæ nouellæ porcinæ sine sale lib. ii. oculorum populi per se bene pistentur,& iterum cum axungia pistentur, & magdaleones informentur,per duos dies dimittantur:tertio uero die omnes herbæ supradictæ colligantur, & per se bene H *terantur,& cum magdaleonibus iterum terantur, & misceantur,& formatis magdaleonibus per nouem dies reseruentur: postea uero magdaleones illi frustatim in caldario cum lib.i.odoriferi & optimi uini ponantur,& bulliant usque ad consumptionem uini cum spatula semper agitando: & postea per saccum expressum bene cola, & colatum dimitte infrigidari,& in uase reconde.*

Vnguentum populeon ab oculis populi dicitur,ualet cōtra dolorem acutæ fe.cum aceto uel acresta ad maiorē uim penetrandi:fiat inunctio circa frontem,& tempora in uolis manuum & pedū,& uenas pulsatiles:optime enim dyscrasiam caloris cordis reprimit:si tamen feb.non uehementer acuta fuerit:patiens autem de natura frigidus fuerit, & in tempore frigido fuerit,ut si sudare uoluerit non est eo utēdum,quia materiam digestioni inhabiliorem redderet, & naturæ beneficium sudore præparato posset impediri.

Ad somnum faciendum modo fronte & temporibus inunctis,sed citius operatur & fortius, si parum opii thebaici distemperati cum aceto misceatur:utilis est:hic enim cōfortat cum oleo rosa. uel uio. mistum, calorem hepatis tollit superinunctum: calefactum tamen prius in testa oui ad idē si hyems fuerit.

Cōtra au. [illegible] Quod autem dicitur in commendationem huius unguēti quòd super umbilicum inunctum prouocat sudorem: falsum est hoc:tamen nota non tantum unguenta uaria in effectu,sed etiam in colore debet medicus uariare, ut unum & idem in colore uariatum multiplex uideatur, poterit itaq; color populeon uariari, sicut per appositionem pulueris ros.uel sandalorum alborum,& huiusmodi, sed quia populeon aliquantulum grauiter olet, potest palliari cum puluere camphorę. Recip.oculorum populi, frigidi sunt, & humidi,generantur in principio ueris,quædam sunt tuberositates in illa arbore quasi gemmæ turgentes, quæ generantur ex humore arboris nutriente ad superficiem ipsius trāsductæ. Eligendi sunt modici,quoniam aliquantulum habēt aromaticitatis: crassi uero fœtorem operantur, recentes ponendi sunt in medicinis.

Vermicularis fri.& hu.idem operatur quod oculi crassi, & tuberosi non tantum operatur,nec tantum olet, & super domos nasci consueuit:dicitur uermicularis, quia habet folia ad modum uermis,recens apponitur,sicca non ualet.

Vmbilici ueneris,idem operatur cum prædictis,alio nomine dicitur scaruncelli,& uiride hic ponitur: habet enim hypnoticam uirtutem, herba est quæ in humidis reperitur locis. Sūmitates rubi, frigidi sunt,aliquantulum attinent siccitati,uirtutem habent infrigidandi, propter eādem causam ponuntur hic,& eandem habent uirtutem. Rubus est frutex qui fert moras, elige teneriores & albiores, uirides ponuntur,confice populeon,ut in antidotario dicitur. Nota,quòd ponitur ibi uinum:tamē appone acetum pro uino. per tres annos seruatur uel durat.

Vnguentum ad mollificandum splenem.Recip.fœnugræci,seminis lini,caricarum,tamarisci,farinæ hordei,aceti,olei,et ceræ albæ,omnia ista tribus diebus stent ad mollificandum:postea coquantur usque ad consumptionem aceti,& postea colentur,& reseruentur, & ex eis fiat unguentum.

Additio.

Illud unguentum non habetur in usū nec præparatur,poterit tamē quis eo uti magistraliter si uoluerit. Summa medicinarum est res.vii.

Vnguentum laxatiuum dicitur, quia uentrem laxat, cum autem uolueris inungere, post unctionem abstineat sex horis:ualet etiam constipatis, & lapidosis nephreticis super pectinem & uentrem inunctum,medietas est lib.iij. Sūma medicinarū est res.xiii.

Recip.succi cucurbitæ agrestis, succi interioris scillæ,succi cyclaminis, succi radi.anabulæ, succi radic. ebuli, succi mediani corticis sambuci, lactis tithymalli, chamæmillæ, ana unc.ij.uiola. succi radi.cucum.agrestis, & succi pomi eiusdem,& succi mercurialis,& succi radic.polypodij,succi herbæ laureolæ, succi capil.uene. cataputiæ, fellis tauri, aloes hepatici,ana unc.iij.diagridij, ana unc.i.s.nucis uomicæ,id est castaneolæ indicæ,unc.i. euphorbij,unc.i.omnes supradictæ herbæ,& radices in mense maij colligantur. Conficitur sic, succos, & catapucias tritas cum.iij.lib.olei sex diebus immisce.vij. uero die tandiu coque donec succorum quantitas consumatur,tunc adde ceræ albæ, lib.i.cum felle taurino,& cum spatula agitando, donec cera, & fel liquefiant,& postea addatur puluis terendorum.

Additio.

Vnguentum laxatiuum, dictum laxatiuum eo quòd inungendo uentrem,& ilia cum eo calido, laxat summe uentrem,humores phlegmaticos educendo,unde confert hydropisi & colicæ, frigidis, & calculosis. Tamen sciendum

A est quòd pharmacare emplastris, uel unguentis attractiuis est uerendum, quandiu per interius exhibita morbus quiescere poterit,aut ubi est euidens plethoria: quæ etiam corporibus calefactis nunquam applicentur, & nisi membra interiora & exteriora sint fortia. Sūma medicinarum est res.xxiii. Documētū ad unguentorū exhibitionem.

Vnguentum contra serpiginem, & impetiginem, atque elephantiam.Recip.sulfuris, aloes, lithargyrij, arsenici, argenti uiui, tartari,masticis,olibani, cimini, piculæ,axungiæ ueteris,quæ sunt terenda, tere,& tempera cum aceto & oleo,& suc. lapaceoli, & succo fumiterræ quod sufficit,& postea inungatur ad solem,uel ad ignem.

Additio.

Istud unguentum post purgationem confert serpiginosis,& elephantiosis,corpus inungendo post balneum aquæ dulcis.Summa medicinarum est res.xv.

B *Hieralogodion memphitum,hiera, id est sacra,logos, id est sermo, memphitum, id est impeditio: curat enim impeditam locutionem ex quacunque causa, simplex uel laxatiuum datum purgat melancholiam, & phlegma mirabiliter cum calida, datur epilepticis cum calido sale,& mulsa,curat stomatichos,& spumantes,caducos,uertiginosos,& qui linguam sibi mordent, cephalalgicis,hemicranicis, & qui ita uexantur ex capitis commotionibus,ut uideātur quasi dæmoniū habere, singulis mēsibus, ut diximus,data purgatione:paralyticis,tremulosis, medetur:pleureticis,hepaticis,spleneticis, subuenit, & menstrua educit:nephreticos,& ischiaticos, & arteticos alleuiat, lepras,et hernias,& uarias maculas emēdat.x.pars est.lib.i.*

Recip.colocynthidis interioris,polypodij,ana drac.ij.euphorbii,polij,cocognidii,ana drac.i.& .s.et grana.vi.absinthij,myrrhæ,ana drac.i.& grana.xij. centaureæ, aga.ammoniaci,thymiamitis, folij,spicæ, scillæ,diagridii,ana drac. C *i.aloes,comarum thymi,caßiæ,chamædryos, bdellij,prasij, ana scrup.i.& grana.xiiij.cinnamomi,opopanacis, castorei,aristo.long.piperis al.& nigri, & longi, croci, sagapeni,petroselini,ana drac.s.hellebori al. & nigri, ana grana. vi.mel quod sufficit, & datur mane & sero cum calida in modum castaneæ.* Sūma medic.est res xxxii.

Hieralogodion mēphitum,hiera sacra, logos sermo mēphitū soluens,soluit.n.paralysim linguæ, uel memphitū ab authore. Contra oēs passiones capitis epilepticis:si tamē fiant de calida causa uel humore,nō detur, si de phlegmate, uel melancholia naturali,detur cum uino decoctionis senę, uel filipēdulæ polypodii,uel schœnanthi. Scotomiam, uel caducas uertigines,epilepticis spumam emittētibus,& linguam mordentibus,ut epileptici quidam faciunt,in principio actionis,dum contrahuntur nerui mandibularum & lingua,eodē modo detur,illis capitis uexationibus eodē modo datur:similiter & aliis subscriptis qui imaginantur quòd dæmonium uidere uideantur,non uariatur modus dandi.

D Paralyticis tremulentibus. Nota,paralytici,quidam tremunt, quidam non. Qui tremunt facilius curantur quā qui non tremunt: significatur enim meatus spirituum nondum ex toto esse oppilatos,detur eis cum decoctione castorei, uel saluiæ: fiat etiam frictio palati ex prædicta medicina cuneo dentibus interposito.

Menstrua educit. specialis hæc medicina est in hoc casu resoluta cum oleo muscellino, uel cum succo artemisiæ, & supposita.

Arteticis podagricis,accipe herbam miuam, & pulueriza, & ex ea, & hieralogodion fiant pilulæ cum uino decoctionis eiusdem herbæ,quæ si non habeatur, fiant pilulæ cū puluere thuris uel turbith & sal gemmæ addito cinnamomo hieralogodion. Contra uenenum si non habeatur theriaca cum uino aristo.ro.& dictami:contra lepram,maxime in principio ad conseruationem, quia corruptos humores euacuat.

Zerimam, ideſt maculam in cute, exterius accipiatur, & interius: & ẽt ſuper locum fricetur, cõficitur, ut habetur in antidotario. per an. ii ſeruatur. In libro præcipitur .iii. ʒ. da re. Nos autẽ poſſumus dare quatuor. ʒ. antiqui enim in minori quantitate ponebant quàm nos modo.

E *HIera Ruffini, hiera, vt diximus, Ruffini ab autore dicitur, datur proprie ſcabioſis phlegmate ſalſo, elephantioſis, ſerpiginoſis, curat utranq; morpheam cũ tepida, deſtruit antiquam cephalicam, & hemicraneam, & monopogiam, dolorem capitis vel ſtomachi, epilepticis, catalepticis, & eos qui ex fumo ſtomachi extenebreſcũt ita ut ſubitaneum timorem videant, vel uentoſitate ſtomachi tinnitum aurium patiuntur, vt in furias uertantur, deponitur cacochymia ſtomachi, hepatis, & ſplenis, elephãticis, & podagricis confert auxilium, & menſtrua educit: ſed ſi purgationem inde facere uolueris cum ſcrup. i. ſcammoneæ fiat. lib. ij.*

F *Rec. aloes, unc. i. hellebori al. & ni. an. unc. s. diagridij, colocynthidis interioris, an. ʒ. iij. nitri, euphorbij, polypo. ſalis ammoniaci, an. ʒ. ij. & gra. xv. piperis, chamædryos, croci, agarici, maſticis, epithymi, an. ʒ. i. & s. caſſiæ ligneæ, xylobalſami, opopanacis, git an: ʒ. ij. myrrhæ, gra. xv. mel quod ſufficit: datur in ſero cum calida in modum caſtaneæ.*

Sũma medicinarũ res 21.

Hiera Ruffini ualet contra plures paſsiones, ut legitur in eius commendatione indifferenter data, ſcilicet cũ aqua calida, & ſero uel media nocte cũ decoctione ſenæ, ſi melãcholia eſt in cauſa, ſi fiat ex cholera, uel feruẽti ſanguine nõ detur, quia magis noceret quam prodeſſet. Contra tinnitũ aurium cum aqua decoctionis fœniculi ſe. cimini, aniſi.

Vitio ſplenis cum decoctione radicis tamariſci, uel herbarum diureticarum. Elephantioſis cum decoctione polypodii, uel ſenationum. Impetiginoſis loco patienti ſuperfricetur. Ad menſtrua prouocanda ſupponitur cum oleo muſcellino, uel ſucco artemiſiæ. Nota contra ſcabiem ſpecialis hæc eſt medicina. Item nota, cum multa moleſtia laxat propter utrunq; helleborum quod recipit. Vnde ea raro utimur, non detur cholerico, nec in tempore nimis calido ne excoriationem inferat, nec ualde frigidũ ſtomachum habẽti, ne in inteſtinis cohæreat, & praua generet ſymptomata, per duos annos ſeruatur, quidam dicunt quod per tres annos ſeruatur.

HIerapicra Gal. hiera, id eſt ſacra, picra, id eſt amara, quæ facit ad diuerſas capitis paſſiones, ſiue ægritudines aurium, oculorum diſtemperantiam ſtomachum quoq; optime purgat, cauſas hepatis emendat, ſplenis durities, & denſitatem remouet, & extenuat, renibus & ueſicæ proficit, & matricis diſtemperantiam emendat. decima pars eſt libra una.

Recip. cinnamomi, ſpicæ, croci, ſchœnanthi, aſſari, xylocaſſiæ, xylobalſami, carpobalſami, uiolæ, abſinthij, epithymi, agarici, roſa. turbith, colocynthidis, maſticis, ana ſcrup. ij. aloes, ad pondus omnium ſpecierum, mel quod ſufficit. doſis eius eſt drach. iij. cum abſtinentia mane cum calida. Si uero pilulas informes, da. xv. uel. xvij. cum ſufficienti diagridio.

Additio.

Hiera autem, id eſt ſacra, picra, id eſt amara, inde hiera picra, id eſt ſacra amara. Vocatur autem hierapicra magna ad differentiam alterius, quæ dicitur ſimplex, dicitur magna quia in ea plura, & fortiora ſimplicia ingrediuntur, & utraque conficitur hoc tempore: Nam primo ex ſpeciebus hieræ magnæ fit confectio cum melle, quæ appellatur hierapicra pro clyſteriis. Item etiam de prædictis ſpeciebus cum melle roſato conficiuntur pilulæ quæ dicuntur pilulæ de hiera magna, ſeu de hiera compoſita. De ſpeciebus autem hieræ ſimplicis fit hierapicra ſimplex cum melle quod ſufficit, & hæc conditur. Item de prædictis ſpeciebus fiunt cum melle roſato pilulæ, quæ dicuntur de hiera ſimplici Gal. Sũma medicinarum eſt res. xviii.

E *HIerapicra Conſtantini dicta eſt ab authore Conſtantino, qui eam compoſuit, ualet ad uiſum recuperandum, & retinendum. tota uenit lib. i. & s.*

Rec. myrobalanorum, chebuli, indi, citri. uiol. abſinthij, an. dra. iiij. bellirici, emblici, caſſiæ, epithymi, agarici, ſenæ, cuſcutæ, ſchœnanthi, rhabarba. an. ʒ. ij. xylocaſſiæ, ſpicæ, aniſi, maſticis, xyloaloes, ſal gemmæ, nitri an. ʒ. i. mel quod ſufficit. datur in ſero cum uino calido.

Sũma dicin. 22.

Hierapicra Conſtantini, datur contra defectum uiſus: deficit enim ex defectu ſpirituum, & propter caliditatem diſſoluentem, aut propter fluxum, & tunc non ualet, quia ex indigeſtione deficit nutrimentum, unde fit ſpirituum deperditio, unde ſi deficiat ex defectu ſpirituum propter defectũ nutrimenti deficientium ex indigeſtione, tunc fiat ſpirituũ reparatio, & detur cũ decoctione nucis muſcatæ, & garyophyllorum, & macis, ſi ex fumoſitate phlegmatis uel melancholiæ ſpiritum uiſibilem perturbante, ualet cum aqua decoctionis ſenæ, uel agarici, uel polypodii: ſi etiam fiat ex oppilatione nerui optici, confert cum apozimate humorem ſuperabundantem, unde fit oppilatio, reſpiciente. Nota data in pilulis ex puluere ſpecierum quas hiera recipit addito aloe cum ſucco abſinthii, uel fœniculi confectis, ualet cõtra cauſas capitis: ſi deficiat uiſus ex ſenio ualet data, ut dictum eſt, & præcipue cum myrobalanis conditis: ſi deficiat ex panno macula cataracta nil ualet. Contra hemicraneam cephaleam, paralyſim ex humore frigido, detur in pilulis: in oppilatione ſplenis, & hepatis, cum uino decoctionis apii, petroſelini, fœniculi: contra colicam, & iliacam iniiciatur per clyſtere cõfert cum melle. per. ii. annos ſeruatur. doſis eſt. ʒ. viii. uel. ℥. i. ad plus.

HIera picra abbatis de curia, phlegma, & melancholiam purgat, & ad guttam quæ fit de frigido & ſicco humore, unde membra uidentur contracta, ualet paralyticis datur cum tepida uel uino, medietas eſt lib. i.

G *Rec. agarici, colocynthidis, turbith, epithymi, cuſcutæ, an. drachmas duas, & gran. v. ſchœnanthi, carpobalſa. xyloaloes, xylocaſſiæ. croci, aſſari, cinnamo. maſticis, roſæ, uiola. abſinthij, rheuponti. folii, lapidis lazuli, an. drach. ii. diagridii, drach. i. & s. aloes hepat. drachm. iiii. & s. mel quod ſufficit. Si uero pilulas inde facere uolueris, tempera cũ ſucco abſinthii, & da. ix. uel. xi.*

Additio.

Hierapicra abbatis dicitur, quia abbas de curia ipſam cõpoſuit, reſpicit proprie membra iuncturalia, raro habetur in uſu. Summa medicinarum eſt res. xxii.

HIera fortiſſima Gal. facit cephalalgicis, ſcotomaticis, epilepticis, melancholicis, apoplecticis, paralyticis, maniacis, alopeciacis, letargicis, & qui in ſomno meditantur mortẽ, ad auriũ auditus, & oculorũ paſſiones, fauces, & arterias facit, dolorẽ dentiũ ſedat, uocem clarã facit, aſthmaticos, orthopnoicos, & longinquas ægritudines ſanat, pleureticis, hydropicis, hictericis, hepaticis, & H *ſpleneticis prodeſt, arteticum, colicum, cœliacum, dyſentericum, medetur nephreticis, & iſchiaticis, releuat phlegmaticum: quartanarios, & hemitriteos adiuuat, febres omnes auertit, elephantioſos purgat, uenenis obſiſtit, & cancroſis proficit: uitia enim mulieris emendat. Reci. colocynthidis, ſcillæ, aga. ammoniaci, hellebori ni. ſilphii, hyperici, an. unc. v. epithymi, bdellii, chamædryos, braſſicæ ſucci, caſſiæ, ana unc. iiii. ſmirnis, ſagape. ariſt. lon. piperis albi & longi, cinnamo. opopa. caſto. an. unc. iii. & s. petroſelini, abſinthij, piperis ni. an. unc. ii. aloes unc. i. & s. mel quod ſufficit. Dentur ex ea. ʒ. ii. uel. iii. mane cum calida.*

Sũm dicin. xxi.

Hierapicra ualet prædicto modo, minus tamen uiſum confortat, ſed plus purgat, & fit efficacior ſi dupletur aloe, conficitur, ut prædicta, & tantum ſeruatur. Facit ad diuerſa paſsiones capitis ex frigiditate, detur in ſero cum uino. Diſtemperantiis oculorũ, ut pote obſcuritati ualet, da-

ta cum uino decoctionis myrobalanorum conditorum.

Ad dolorem aurium, ut contra putredinem reſoluatur cum oleo muſcellino, uel cum myrrha, uel tepida infundatur, & tepide iniiciatur. Stomachum optime curat aucta cum ſcrup. vi. optimi aloes.

Spleneticis duritiem & diuerſitatem mollit cũ aqua diuretica ſæpius iam dicta, renum & ueſicæ cum decoctione granorum ſolis & ſaxifragiæ. Matricis diſtemperantiam ex frigiditate emẽdat cum oleo muſcellino, uel ſucco artemiſiæ ſumpta. per annum ſeruatur. Doſis eſt ℥. i.

ZIngiber conditum ſic fiat. Rec. eryngiorum quæ habent folia ad modum cretani marini, quod ſaraceni ſecacul uocant, bene radantur cum cultello, poſtea coquantur in aqua donec dimittãt ſe ſtringi manibus, poſt ea abſtrahantur ab aqua, et à lignis quæ ſunt interius, mundentur, & cum cultello fruſtatim incidantur, & in mortario marmoreo bene piſtentur, & cum manibus exprimantur, ut aqua inde exeat, ponderentur li. iij. & ponãtur in li. x. mellis deſpumati, et albiſſimi, et coquãtur donec incipiãt rubere, & addatur li. s. zingiberis fruſtatim inciſi, et dimitte bullire tandiu quòd adhæreat digito, in marmore ſuppoſito, poſtea tolle ab igne, & impone puluerem iſtarũ ſpecierum. Rec. zingibe. vnc. iij. gal. garyophyllorũ, cinnamomi, nucis muſcatæ, cardamomi, an. vnc. s. pinearũ mundatarũ, vnc. ij. & piſtacearum, vnc. iiij. zedoariæ, ʒ. i. & s. dactylorum unc. iiij. & cum omnibus iſtis condiatur, ſtomachũ confortat, & digeſtiuam uirtutem adiuuat, uitio pectoris ex frigiditate ualet, renes confortat, libidinem incitat.

Additio.

Iſtud electarium ſupra deſcriptum eſt, cũ ſuo commento in litera. d. uide illic ſi uis, quia hic nihil de eo dicitur.

De ponderibus medicinalibus.

ET quia ſufficienter de diſpenſatione omnium confectionum emplaſtrorum atq; unguentorum diximus, nunc uidendum eſt de ſpeciebus, & herbis ſecundum proprium pondus & menſuras quod ad omnium ſupradictarum, tam opiatarum quam laxatiuarum medicinarum & electariorum receptionem pertinet. Pondera igitur vel menſura quæ in arte medicinali reperiuntur hæc ſunt, quæ ſubtili ingenio, ac ſtudio ſolerti, ſumma ordinauimus diligẽtia ad opus omnium in arte medicinali ſtudere uolentium, per quod ponderari poſſunt omnes ſupra dictæ res ab uno ſcrupulo uſq; ad lib. xii. unciarum per grana frumenti collecta: incipiendum eſt igitur à ſcrupulo. Scrupulus eſt pondus granorum viginti, Duo ſcrupuli ſunt grana quadraginta, Tres ſcrupuli ſunt grana ſexaginta qui ſimul collecti faciunt drachmam. i. Exagium habet grana. xc. quæ faciunt drach. i. & dimidiam, ſed ex totidem granis conſtat ſolidũ, unde exagia ſex uel ſolidi ſex faciunt dra. i. Item. ix. drach. faciũt vnc. i. Centum & octo ʒ. faciunt lib. i. Quarta pars lib. i. eſt mille. lxxx. grana. Item medicinale ſextarium vini vel olei, ſeu aceti quod intrat in unguentis ſeu medicinis, eſt pondus librarum duarum et dimidiæ ad receptionẽ omnium medicinarum ſupradictarum ſufficit. Pondera igitur ſingularum ſpecierum pleniter aggregando põdus proprium de omnibus ponderibus uniuſcuiuſq; ſpeciei collectũ ordinauimus. Et quantum de qualibet ſpecie ad confectionem opiatarum, & laxatiuarum medicinarum, electariorum, & emplaſtrorum, trochiſcorum, et pilularũ ſufficiat, competenti ſerie demonſtrauimus. Et vt ſcholares medicinarum pondere releuentur, & in qualibet terra coram digniſſimis perſonis pondera diſtinguendo, & medicinas ualeant diſpenſare, cum diſpenſandi habeant copiam de numorum & amicorum plenitudine glorientur.

Quid li. medicinalis. Quid ſit ſcrup. Quid ſit drach. Quid exagium. Quid ſolidum. Quid uncia. Quid lib. Quid ſextarium.

Antidotarium Nicolai cum expoſitionibus & glo. Magiſtri Platearii finit.

A

EXPOSITIO IOANNIS de ſancto Amando Tornacen. eccleſiæ canonici ſupra Antidotarium Nicolai.

OPeratio medicinæ ſecundum Ioannitiũ conſiſtit in tribus. In exhibitione ſex rerum non naturalium, potione, & chirurgia. Iſta propoſitio ſcripta eſt à Ioannitio in fine ſui libri, & illa cõfirmatur ab Auic. li. i. Operatio medicinæ eſt trium, naturæ, tanquam agẽtis principalis: medici, tanquam miniſtri, quia ſecundum Gale. in techni, natura omnium eſt operatrix, medicus uero miniſter: & medicina, tanquam inſtrumentum operatur. Iſta autem operatio ad corpus humanũ refertur ſolũ, unde Auic. Medicina eſt B ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones &c. Iſta autem medicina eſt propter corpus humanum, propter reparationem duplicis incommodi cui ſubiicitur, eſt enim ſubiectũ transmutationis & alteratiõis naturaliter, &. ſ. repletionis accidentaliter ſuperfluitatum, trãſmutationis, quia ſecũdũ Gal. in techni, corpus humanum eſt tranſmutabile, & alterabile. Iſta autem alteratio, & tranſmutatio ineſt ei duplici de cauſa. ſ. ex parte ſuorum componentium, & ex parte cõpoſitionis, ſiue modi componendi. Ex parte componentiũ, dupliciter. ſ. primorum ut ſunt elementa quæ propter contrarietatem ſunt tranſmutabilia, & reddunt tranſmutabile corpus ex eis compoſitum. Et ſecundorum, ut ſunt ſanguis menſtruus, & ſpermata ſecundum Auicen. li. primo, & ſm Gal. lib. de elementis. unde ſi corpus humanum eſſet compoſitum ex uno elemento, non doleret, & ideo quia compoſitum eſt ex quatuor elemẽtis cõtrariis, ineſt ei dolor, tranſmutatio, & corruptio: & per conſequens quantum ad ſecũdum eſt corruptibile, quia iſta ſpermata ſunt liquida fluida, & paſsibilia, & per conſequens corpora ex eis compoſita, C ſunt tranſmutabilia. Ex parte modi componendi ſunt trãſmutabilia, & corruptibilia, quia corpus humidum eſt raræ ſubſtantiæ, & paſsibilis. unde Gal. ſecundo de complexionibus, & Auicẽ. lib. primo. Nos ſumus creati in fine caliditatis, & humiditatis, nec ad tantam coagulationem potuerunt corpora noſtra deuenire, ut ſunt lapides, & metalla. Similiter incommodo ſubiacet corpus humanum, ut eſt ſuperfluæ repletioni accidentali. Iſtius autem duplex eſt cauſa. Vna eſt ciborum in medicina, quia ſecundũ Iſaac in de febribus, non eſt aliquis cibus quin habeat multas ſuperfluitates, & ſuper iſta ſuperflua natura agit, modo tamen indebito. Secũda eſt diætæ inordinatio, quia ſecundũ Gal. in. vi. apho. filii huius mundi ſunt filii gulæ: homo enim ex appetitu gulæ inordinate uiuit. Diæta autem quæ eſt cibi, & potus exhibitio, reſpondet primo incommodo, quantũ ad reſtaurationem deperditi ſecundum Gal. i. aph. uentris uere & hyeme &c. niſi enim eſſet corporis deperditio, non indigeremus cibo & potu, & quantum ad alterationem, reſpondet aer, & aliqua alia. Et quantum ad ſecundum incõmodum, reſpondet potio, chirurgia, & euacuatio.

D Operatio ergo medicinæ cum ſit ad reparanda incõmoda accidentia corpori humano ex indebita exhibitione ſex rerum non naturalium.

Potio autem, & chirurgia differunt, quia per potionem euacuatur res quæ facile expellitur. & per chirurgiam quæ de difficili expellitur. Potio hic ſumitur large, ita quòd ipſa ſe extendit ad omne illud quod aſſumitur, tàm intra quã extra. Intra, ut ſyrupus, electaria, medicinæ, & opiata. Extra, ſicut emplaſtrum, balneum, & alia.

Vnde ſciendum eſt, quòd balneum eſt duplex. ſ. uniuerſale, & particulare. Particulare, ut cum aliquis ſe balneat uſq; ad uentrem tantum, ſicut in dyſenteria, aliquando uſq; ad genua, & illud dicitur proprie encatiſma. Vniuerſale uero eſt triplex. ſ. aqueum, aereum, & igneum: aqueum eſt duplex. ſ. calidum & frigidum. Calidum fit triplici de cauſa. ſ. ad euacuandum, quia ſecũdum Aui. & Gal. iii. aph. Balneum

Balneum duplex. Balneum uniuerſale triplex.

neum euacuat ea quæ corpori ab exterioribus uicinantur: & ad confortãdum, quia ſm Iſaac cap. de amore, ſm eos aliqui animantur cum intrant balneum, & ad impinguandũ, quod datur hecticis, & conſumptis poſt comeſtionem per ſex horas. primum facit. ſ. ſua caliditate. ſecundum ſua ſimilitudine cum calido naturali. tertium ſua apertione, attractione, quia aperiendo uiam, & attrahendo nutrimentum ad membra debilia, ea impinguat. Frigidum uero balneum ualet ad confortandum in eis, in quibus eſt calor fortis potens reſiſtere ne extinguatur. unde. iiii. apho. Iuuene bene carnoſo & tetano. balneum aqueum dicitur folium.

Balneum aereum eſt cum aliquis ſedet in tina uacua cooperta bene, & à uaſe in quo ſunt herbæ decoctæ per quoddam canale fumus illius decoctionis ad tinam fertur. Iſtud autem balneum aereum dicitur ſtufa.

Balneum igneum dicitur cum aliquis ſedet ſupra lapides calidos, & iſtud bal. ualet hydropicis cum ipſos deſiccet, & appellatur pyria. Et non tantum balneum ab extra exhibetur, ſed quædam alia, ſicut epithemata, cum ſuccus herbarum apponitur. Et cataplaſmata, cum apponuntur ſucci, & herbæ ſimul coctæ. Et embrocatio, cum ab alto liquor aliquis infunditur. Et emplaſtrum, cum confectio dura ſuper locum ponitur. Et apozima eſt decoctio ex herbis ſuper locum poſita.

Medicinæ quę extra aſſumuntur, diuerſificantur ſecundũ quòd ipſæ per diuerſa foramina adminiſtrantur, ſicut per os, & per nares, & per oculos, & per ſeceſſum, & per uirgã, & per os matricis.

De diæta autem ſm quòd ipſa eſt exhibitio cibi, & potus & ſex rerum non naturalium, determinat Iſaac, non tantũ in ſuis diætis, ſed etiam in libro de febribus, & Aui. De chirurgia autem Raſis Conſtantinus, & Auic.

Sed potio ſiue medicina aſt duplex. ſ. ſimplex & compoſita: de ſimplicibus determinat Auic. & de compoſitis determinat Aui. Raſis, & etiam Ga. & multi alii. Sed quia alii determinauerunt de medicina compoſita multum confuſe, & non euidenter, Ideo Nicolaus cuius librum exponere intẽdimus de compoſitis medicinis, cauſa facilitatis artis medicinæ, determinauit ſub compendio, abbreuiando quæ ab aliis prolixe ſunt determinata: & etiam ipſe docet modũ diſpenſandi medicinas compoſitas &c.

Partitio. EGo Nicolaus rogatus à quibuſdam &c. Iſte liber diuiditur in duas partes, ſcilicet procemium & executionem. Secunda incipit ibi. Aurea &c. prima in tres. In quarum prima, dat cauſam operationis. In ſecunda dat modum ſuæ operationis. In tertia, addendo cauſam finalem captat beneuolentiã. ſecunda incipit ibi. tria. requiruntur. tertia ibi. prædictæ uero doctrinæ. Prima iſtarũ diuiditur in tres. In prima dat modum diſpenſationis. in ſecũda modum cõfectionis. in tertia modum cribellationis pulucrum. ſecũda ibi. Conficiendo. tertia ibi, puluerum cribellatio. Secunda harum in duas. primo dat modum confectionis medicinarum compoſitarum. ſecũdo oſtẽdit quare mel in eis ponitur. ſecunda ibi. Tribus nanq; de cauſis &c.

Mellis bonitas cognoſcitur ex vi. Nota, ꝙ bonitas mellis cognoſcitur ex ſex, ſcilicet tempore, unde mel uernale melius eſt quã hyemale. ſecundo ex colore, unde mel rubeũ ſimile auro melius eſt alio. tertio ex ſitu eius, quia mel eſt terreũ: & ideo cum mel quod eſt in profundo ſit magis terreũ quã mel quod eſt ſuperius, ideo quod eſt in profundo eſt melius, & econuerſo eſt de oleo, quia oleum cum ſit aereũ, & cum oleum quod eſt ſuperius ſit magis aereum, ideo ẽ melius quàm oleũ quod eſt inferius. Quarto cognoſcitur ex eius ſapore. unde mel quãto dulcius, tanto melius. Quinto ex eius ſubſtantia. unde mel quanto magis denſum, tanto melius. Sexto ex eius origine. unde mel apum, melius eſt quàm aliud, & eſt melius quam mel de canna factum. Item nota, quod cribellatio & pulucrizatio idẽ ſunt. Et ſit puluis medicinalis ſubtilis duabus de cauſis, una eſt, ut ad remota loca poſsit tranſire, ſecũda eſt, ut cito alteretur. Similiter puluis medicinalis ſit craſſarum partium duabus de cauſis, una eſt ut diu in ſtomacho remaneat, & ibidẽ diu operetur, ſecũda cauſa eſt ne uirtus eius cito euaneſcat.

Mel cuius ſit cõplexiõis quæritur. Et quia mel eſt compoſitiuum medicinarum, ideo primo

E de melle quæramus cuius complexionis ſit, & uidetur ꝙ tẽperatæ. G. i. apho ſupra illũ apho. quæ creſcunt &c. Dicit ꝙ illud quod ab alio deciditur ſimile eſt ei à quo eleuatur, ſicut fumus eleuatus à iuuenibus ſimilis eſt eis, & fumus eleuatus à ſenib. ſimilis eſt eis. Sed mel generatur ex rore cęleſti, & ita ab eo eleuatur, ſed ros eſt temperatæ complexionis, ergo &c.

Item de rore duo generantur ſcilicet manna, & mel, ſed manna eſt temperatæ complexionis, ergo &c. Item dicet forte quis ꝙ apis facit mel ſicut artifex, & ueſtigium cauſæ lucet in ſuo effectu, cum ergo apis ſit terreæ & ſiccæ cõplexionis, mel erit ſimiliter terreæ & ſiccæ complexionis, apis enim eſt terreæ & ſiccæ complexionis, cum ſit carẽs ſanguine & cum ſit animal annuloſum habens annulos.

Sed contra apis eſt terreæ & ſiccæ complexionis, mel eſt calidum & ſic. ſecundum Ariſt. libr. de animalibus ergo &c.

Solutio, ad hoc ego dico ꝙ mel eſt calidum & ſiccũ, ſed in quo gradu? ego dico ꝙ Iſaac in diætis particularibus ipſum ponit calidum & ſiccum in ſecundo gradu. uerum eſt ꝙ

F ipſum eſt magis ſiccũ quã calidum, apes. n. accipiunt flores & rorẽ maxime ſuper ſalices & quercus, & hæc duo ſimul piſtant, & ex hoc compoſito faciunt mel & ceram, & hoc compoſitũ diuidunt in duas partes, una pars eſt magis craſſa & uiſcoſa, & eſt cera, de qua ipſæ faciunt domũ ſuam, & alia pars eſt magis ſubtilis, & eſt mel quod eſt nutrimentũ apum, quod eſt ſimile apibus in complexione ſcilicet calida & ſicca, unde cum apis ſeparat ab iſta maſſa craſſum & uiſcoſum à ſubtili, craſſum & uiſcoſum ſit cera de qua facit apis domum ſuam. de ſubtili autem quod eſt mel, facit nutrimentum ſuum, unde mel propter ſubtilitatem ſuam fere habet totam naturam aeream illius maſſę. Cera enim eſt humida & temperata inter calidum & frigidum, ideo ſuum calidum parum reſiſtit frigiditati aeris, ideo ipſa cera cito coagulatur à frigiditate, & à ſicco terræ infuſo ubiq; per ipſam & fortiter annexo humido aqueo eius, propter quam annexionem ipſa cera eſt uiſcoſa. Sed mel eſt ca. & ſic. liquidum ut ſit nutrimentum quia liquidum eſt cito paſsibile, & tale debet eſſe nutrimentum, & eſt calidum & ſiccum: ut ſit nu-

G trimentum apis, quæ eſt calid. & ſicc. Et eſt mel calidum ex tribus, ſcilicet ex materia ex ſeparatione & ex artifice. Ex materia, quia maſſa in qua ſunt piſtati flores & ros eſt calida. Ex ſeparatione, quia pars aerea quæ eſt magis calida cadit in mel, & magis aquea cadit in ceram. Ex artifice, quia apis eſt calidæ complexionis. Ex iſtis tribus eiſdem mel eſt ſiccum, & eſt magis ſiccum quàm calidum.

Ad primum cum dicitur, quod ab aliquo eleuatur eſt ſimile illi &c. Hoc eſt uerum de eo quod ab alio eleuatur ſine alteratione, & per ſolam deciſionem, ſed hoc non eſt uerum de eo quod eleuatur ab alio per alterationem & deciſionem. Ad aliud dico quòd non eſt ſimile, nam manna ſit de rore per artem hominis uerberando & nihil miſcendo, ſed mel ſit de rore per artem innatam apis & per alicuius immiſtionem. Ad aliud dico quòd duplex eſt calor uiuentibus ſcilicet calor complexionalis & calor animæ. Calor cõplexionalis eſt de ſubſtantia corporis uiuentis, ſed calor animæ fluit per corpus, & iſte calor cum ſpiritu generatur in corde ex ſanguine. Ideo loquendo de ipſo calore animæ

H habentia plus de ſanguine habẽt plus de illo calore & ſunt calidiora quam animalia non habentia ſanguinem. Loquendo tamen de complexionali caliditate animal ſonans in uolando poteſt eſſe calidius quàm aliquod animal habens ſanguinem, apis enim ſonat in uolando propter ſpiritum percutientem ſuum diaphragma, ſimiliter apis inquantum miſtum, multum habet de calore cõplexionali, propter quod apis habet pinguedinem & punctionem calefacientem & maturantem, unde apis eſt animal frigidum priuatum calore animæ, ſed eſt calidum calore complexionali, & ecõuerſo eſt de porco, & ideo apis caliditate complexionali calefacit, & maturat apoſtemata ſupra quæ ponitur, calefacit pungendo aculeo ſuo, & calefacit mel quod ipſa facit.

Conſequenter quæritur propter quid ponatur mel in medicinis compoſitis. Et ponitur in eis, ut eas præſeruet & conſeruet à putrefactione, & uidetur quòd non ſit uerũ, quia nullum conſumptiuum præſeruat, ſed mel eſt conſumptiuum cum ſit calidum & ſiccum: ergo &c. Itẽ Iſaac, mel eſt acutum & ita aperitiuum. ſed omne tale præbet calido extraneo ingreſſum, ſed omne tale eſt putrefactiuum & nõ conſeruatiuum, ergo &c. Conſequẽter quæritur cum quo melius conficiantur medicinæ, aut cum melle, aut cũ zuccaro, & uidetur quod cum zuccaro, quia zuccarum eſt magis temperatum cum ſit calidum in fine primi gradus & humidum in medio eiuſdem, ſicut dixit Iſaac, ſed mel eſt ſiccum in ſecundo gradu, ergo zuccarum eſt minus tranſmutatiuũ medicinarum quàm mel, & magis medicinale, ergo magis conſeruatiuum. Oppoſitum uult uſus omnium.

Quæritur cum quo melius cõficiantur mel cũ melle uel cum zuccaro.

Solutio. Ad primum dico, quòd mel ponitur in medicinis propter tria, propter palliationem, quia palliat horribilitatem medicinæ, ſunt enim multæ medicinæ quæ niſi cum melle conficerentur, non ſolum inferrent horribilitatẽ ſenſui guſtus, ſed etiam cæteris membris, quare ab eis non attraherentur, ſed potius repellerentur, operatur enim mel in medicina quod eſca in hamo, membra enim attrahunt cum dulcedine mellis amaritudinem, per quam confortantur & depurantur. Secunda cauſa quare mel ponitur in medicinis eſt, ut ipſum medicinas mundificet, quia ipſum caliditate ſua ſuperfluitates conſumit, reſoluit, & expellit. Tertia cauſa eſt, quia mel conſeruat ſpecies & medicinas, quia mel ſua uiſcoſitate facit medicinas cõpoſitas uiſcoſas, qua uiſcoſitate non permittit eas euocari à calido extra. Ad primum dico quòd licet in principio conſumat, in fine tamen conſeruat ſua uiſcoſitate, ſicut ſal. Ad aliud dico quòd mel eſt parum acutum, ideo ſua uiſcoſitas plus ualet ad conſeruandum, quàm ſua acuitas ad conſumendum. Ad ſecundum dico, quòd ſyrupus factus cum melle, ſimpliciter melius ualet factus cum zuccaro, & cauſa quadruplex eſt. prima eſt quia multum uiſcoſum melius cõſeruat medicinas compoſitas in ſyrupo quàm zuccarum. Secundo, quia mel eſt dulcius cum ſit dulcius omni re. Tertio, quia mundificat medicinas magis quam zuccarum, cum ſit calidum in ſecundo gradu & zuccarum in fine primi gradus. Quarto, quia melius digeritur quam zuccharum. Et licet ſyrupus factus cũ melle ſit melior ſimpliciter ad digerendum, tamen ad confortandum & infrigidandum melior eſt ſyrupus factus cum zuccaro quàm cum melle, ſi tamen uolumus digerere, debet cõfici cũ melle, ſi uolumus infrigidare, cũ zuccaro, ſi uolumus utrũq;, cũ utroq;. Ad obiectũ cõtra, dico ꝙ licet zuccarũ ſit tẽperatũ, eſt tamẽ propter hoc paſsibilius & putribilius, ideo ipſum minus conſeruat, & minus ualentem reddit ſyrupũ. Et dico quòd licet mel ſit magis acutum, quam zuccarũ, non tamen alterat propter ſuam actionem medicinas magis niſi tãtum quo ad dulcedinem reprimendo amaritudinẽ, & non quantum ad uirtutis debilitationem, niſi debilitatio melioret materiam, & ſic ſoluatur.

Propter tria mel ponitur i medicinis.

Propter quatuor ſyrupus factus cum melle melius ualet quam cũ zucca.

Modus faciẽdi ſyrupi roſatũ et infuſione.

SYrupus roſaceus ſic ſit. Accipe roſas recentes & pone in uaſe per ſe, & in caldario pone aquam donec bulliat, & ebullitionem ſupra roſas prædictas infunde, & poſtea uas ipſum tege ne exeat fumus, ex quo aqua ibi refrigerata eſt, roſas inde eiice, & aliis recentibus aquã eandem iterum bullitam ſuperinfunde, mutando roſas donec illa aqua rubea fiat. de hac autem aqua. iiii. li. accipe, & ibi iiii. lib. zuccari infunde, cum autem bullire incepit, albuminũ ouorum aliquod cum aqua frigida donec ſpumeſcat concutias, & illã ſpumã in ſyrupo bullientẽ ſpargendo infunde, & cũ nigreſcere hæc ſpuma inceperit, ſuauiter cũ cacia remoue, & iterũ aliã infunde, donec clarus fiat ſyrupus, & cum inceperit ſyrupus quaſi filũ facere, ſi cum digito tetigeris, aut à cacia dependens adhæreat, coctus eſt, ualet calori fe. & ſiccitati, ſitim reprimit, confortat, & conſtipat. Eodem modo ſyrupus uiola. fit, humectat, ſiccis febribus, & phthiſicis conuenit, & conſtipatis uentrem laxat. Syrupus nenufarinus eodẽ modo fit, ualet contra maximum calorem, maxime in acutis & peracutis.

Prius cui dum de ſimplicib' quam de cõpoſitis propter quatuor.

NOn eſt poſsibile ut homo cognoſcat medicinas cõpoſitas, niſi prius cognoſcat ſimplices, cũ igitur Nicolaus determinet cognitionem medicinarũ cõpoſitarũ, prius de medicinis ſimplicibus eſt uidendũ & hoc quatuor de cauſis. Prima cauſa eſt, propter nominum mutationẽ, quod enim unus homo uno nomine nominat,

A alter alio nominat, propter quod ſimplices medicinæ non ſemper per nomina diſtinguũtur, tamen ſemper diſtinguũtur per uirtutem. Secunda cauſa eſt, propter uulgi opinionem de ſimplicibus medicinis, quod enim dicit eſſe uerũ, frequentius eſt falſum, & eſt opinio uulgi quod dicunt omnes, & etiam plebs, errant enim in pluribus qui eos ſequuntur. Tertia cauſa eſt, propter paucitatem experimẽti, quia cum uirtutes medicinarum ſimplicium non ſciamus experimento, eas aliquando ſcimus per doctrinam.

Item ſi experimento non ſcimus quæ medicina iuuat, & quæ nocet, hoc aliquando ſcimus per doctrinam. Vnde de ſimplicibus medicinis uolumus hic determinare quædam, ut per doctrinam completius cognoſcamus, quæ ſimplex medicina iuuat, & quæ nocet, quia per experimentum incõplete, uel nullo modo cognoſcimus, licet enim aqua frigida ſemel exhibita calefaciat, ipſa tamen toties poſſet exhiberi quod frigefaceret.

Circa medicinã ſimplicem tria uideamus, primum eſt de hoc uocabulo, ſimplex medicina. ſecundũ eſt de eius com-

B plexione in generali. tertiũ eſt de eius cõplexione ſimpliciter in ſpeciali. Circa primũ ſic procedo & dico, quod hoc uocabulũ ſimplex medicina eſt æquiuocũ, habet enim tria ſignificata, nam uno modo ſimplex medicina eſt medicina cuius ſubſtantiæ non eſt admiſta aliqua contrarietas, & ita eſt ſimplex medicina cuius ſubſtantia & ſuccus, & cuius pars centralis & pars ſuperficialis ſunt eiuſdem naturæ & eiuſdem operationis homogeneæ. Et per oppoſitum illa medicina cuius ſubſtantia & ſuccus ſunt diuerſarum naturarum & diuerſarum operationum ſicut caulis, eſt compoſita medicina.

Similiter illa medicina cuius pars centralis & pars ſuperficialis ſunt diuerſarum naturarum & diuerſarum operationum eſt medicina compoſita.

Secundo modo dicitur medicina ſimplex, quæ tantum apparet ſimplex eſſe, licet ſecundum ueritatem ſit compoſita, & ſic omnis medicina producta à natura eſt ſimplex, & per oppoſitũ omnes ſyrupi, & omnia electaria & omnia antidota, & omnes opiatæ, ſunt medicinæ compoſitæ.

C Tertio modo dicitur ſimplex medicina, quia non eſt cõpoſita per artẽ, & iſto modo omnes medicinæ quę ſunt tales quales eas natura producit ſunt ſimplices, & per oppoſitum illæ ſunt compoſitæ quæ artificialiter confectæ ſunt.

Circa ſecundũ ſic procedo & dico, quòd complexionũ medicinarũ alia eſt actualis, alia potentialis. Actualis eſt illa quæ actu in illa medicina præſens eſt, & appello eſſe actu, quod eſt in eſſe cõpleto ultimæ perfectionis ſuæ, ſicut aqua calida eſt aqua calida actu, & huius complexionis tactus eſt cognitor. Complexio potentialis eſt illa quæ eſt in potentia in medicina, & hoc eſt tribus modis. Vno modo complexio eſt potentialis in medicina quæ habet eſſe imperfecte, & ſub eſſe in cõpleto complexionẽ ſiue uirtutem aliquid faciendi, & ſic equus unius anni aut mulus curſibilis dicitur, quia habet imperfecte, & ſub eſſe incompleto potentiam ad currendum. Sic puer dicitur ſapiẽs, non quòd habeat perfecte ſcientiam, ſed ſub eſſe incompleto; & de hac potentia dicit Galen. in habente huiuſmodi potentiam, habemus fiduciam ut fiat, licet non ſit factum, adhuc hæc potentia eſt agendi. Secundo modo cõplexio

D eſt in medicina in potentia, quia habet potentiam paſsiuã, ut iſta complexio fiat in eſſe, ſicut panis habet potentiam paſsiuam, ut in eo fiat complexio carnis in forma carnis. Et ſimiliter ſanguis eſt in potentia paſsiua, ut in eo fiat forma & complexio carnis ſimiliter, ſed differẽter, quia inter carnẽ & panem multa cadunt media, & inter carnem & ſanguinem non cadit medium, & hæc eſt potentia patientis. Tertio modo complexio in potentia in medicina eſt quando medicina eſt apta nata habere etiam ex ſuis principiis, ſicut medicina ex ſuis principiis propriis eſt apta nata eſſe calida & calefacere corpus humanũ plus debito, & etiam ſicut aliquis ex ſuis propriis principiis eſt aptus natus eſſe carnoſus, & non ex cauſis extrinſecis ſicut à balneo, & hęc potentia eſt quæ eſt de ſecunda ſpecie qualitatis.

Secundo modo complexio medicinæ poteſt diuidi ſic. Complexionum medicinarum, alia eſt temperata, alia eſt lapſa,

lapſa,ſicut complexio corporis humani,alia eſt temperata, alia lapſa,& appello complexionem corporis humani temperatam,non quia corpus humanum ſit omnino temperatum,quia ſi ſic, tunc homo eſſet dignus decorari ſicut angelus,ut dicit Gal.ſed appello complexionem corporis humani temperatam,quando homo non indiget coopertorio ad hoc quòd calefiat ad mitigandam ſuam frigiditatē, nec indiget ablatione ueſtiū ut frigefiat ad mitigandam ſuam caliditatem. Similiter medicina alia eſt temperatæ complexionis,alia lapſæ .Temperatę complexionis eſt illa quę nec calefacit nec infrigidat, nec humectat nec deſiccat plus debito,ſed conſeruat hominem in ſua naturali cōplexione. Lapſa eſt illa quæ calefacit corpus humanum plus debito.Illa autem quæ calefacit corpus humanum plus debito eſt calida lapſa.

Tamen aliquid poteſt eſſe calidum quatuor de cauſis. Primo,quia eſt calidum in fine caliditatis,& ſic ignis dicitur calidus.Secundo,quia in eo determinatur calidum elementum,& ſic miſtum in quo dominatur ignis dicitur calidum . Tertio quia calefacit corpus humanū plus debito, & ſic acuta,amara ſalſa,dicuntur calida , & ſic etiam quædā medicinæ dicuntur calidæ . Quarto quia eſt illud quod eſt calidum reſpectu aliorum ſuæ ſpeciei temperatorū , & ſic multi homines dicuntur calidi ſicut illi qui ſunt lapſi in calido.Similiter illa medicina quæ frigefacit corpus humanum,dicitur frigida lapſa , tamen aliquid poteſt frigefieri quatuor de cauſis ſicut calidum,& ſicut dicitur de calido et frigido quadrupliciter , ſic eodem modo de ſicco & humido poteſt cauſa quadrupliciter aſſignari.

Tertio modo poteſt diuidi complexio ſic.complexionū alia prima,alia ſecunda.Prima eſt ea quæ in eo quod ſit ex non habentibus complexionem, & hæc eſt complexio miſti,in eo quòd miſtum eſt immediate ex elementis quæ non habent proprie complexionem,ſed puras qualitates nō fractas . Secunda eſt illa quæ fit in eo quod ſit ex habentibus complexionem , & hæc complexio reperitur in medicinis compoſitis a natura , ſicut lac componitur ex ſero,butyro, caſeo,& caulis imponitur ex duabus ſubſtantiis, & pſyllii ex duabus,& fere omnes medicinæ à natura cōpoſitæ ſunt tales,& ſic hæc ſecunda complexio reperitur in medicinis omnibus compoſitis ab arte ſicut in ſyrupis,electariis,trochiſcis,& opiatis. Complexio ſecunda medicinarum poteſt ſic diuidi,nam quædam medicina habet ſubſtantiam ſtipticam & conſtipatiuam intra , & laxatiuam extra,ut caulis . Et quædam habet ſubſtantiam calidam intra,& frigidam extra , ut roſa , & ideo roſa eſt rubea extra , ſcilicet propter ſubſtantiam eam rubificantem extra . Et quædam habent ſubſtantiam uiſcoſam extra , & frigidam intra in profundo , ut pſyllium , unde pſyllii pars corticalis eſt aduſtiua , quia ſuperficialis eſt frigida . Sed quia in pſyllio pars frigida eſt frigidior quàm calida, ideo totum compoſitum pſyllium dicitur frigidum . Item complexio ſecunda medicinarum poteſt ſic diuidi , complexionum medicinarum,alia firma,alia non firma . Firma eſt illa , quæ licet ſit compoſita ex diuerſis complexionibus , non tamen poteſt diuidi,nec ſeparari in ſubſtantias diuerſimode complexionatas propter nimium annexum partium nec per artem , nec per naturam,nec per caliditatem naturalem , nec per ignitum,nec per decoctionem . Non firma eſt illa quæ eſt compoſita ex diuerſis complexionibus,& hæc poteſt diuidi in ſubſtantias diuerſimode complexionatas,& cōplexio cōplexionatorū ex quibus cōponitur, unum poteſt ſeparari ab alio,aut per decoctionē,aut per ablutionē,ſed ſi complexio ſit debilis,tūc fit ſeparatio per ablutionē, ſicut eſt in endiuia,ſed ſi ſit cōplexio mediocris & fortis, tunc fit ſeparatio per decoctionem,ſicut in caulibus,ſi ſit cōplexio fortiſſima,tunc impoſsibilis eſt ſeparatio , ſicut eſt oleū quod eſt compoſitum ex ſubſtantiis diuerſimode cōplexionatis & indiſſolubiliter, propter nimiū nexum & uiſcoſitatem partium olei.Et cū dicimus compoſitam eſſe medicinā ex contrariis cōplexionibus,quarum una eſt calida, & alia eſt frigida,nos nō uolumus dicere ꝙ in una medicina ſint duę cōplexiones contrariæ , quarum una ſit calida & alia frigida.ſed uolumus dicere ꝙ in una medicina ſunt duæ ſubſtātiæ deferentes illas duas complexiones contrarias, attamē illæ duæ ſubſtantiæ deferentes complexiones contrarias commiſcentur per totum,ita quòd cū qualibet parte unius ſit pars alterius,& tunc ſuæ complexiones inuicem frangūtur,& faciunt unam medicinam non compoſitam , ſed ſimplicem temperatam,& ſimilium partium per totum. Sed ſi illæ ſubſtantiæ deferentes contrarias complexiones non commiſceantur completæ,ſed una ſit iuxta aliā , ut una ſit in centro & alia in circunferentia, it a quòd quælibet pars medicinæ non ſit compoſita ex illis duabus ſubſtantiis , tūc illæ complexiones duarum iſtarum medicinarum non frangūtur,nec remittuntur , & tunc iſtæ ſubſtantiæ conſtituēt unam medicinam non ſimplicem ſed compoſitam diſſimiliū & non ſimilium partium in cōplexione,licet tamen ipſa appareat ſimplex ſicut caulis , & talis medicina per iſtas duas ſubſtātias facit ī corpore humano duas operatiōes,cū illę duę ſubſtātię diuidunt ā ſe inuicē per calorē naturalē .

Circa tertium ſic procedo , medicinarum alia ſubtilis , alia craſſa.ſubtilium , alia ſubtilis in paſſione , alia ſubtilis in actione . Illa medicina eſt ſubtilis in paſſione quæ facile poteſt diuidi in partes prunas. Subtilis in actiōe eſt quæ facile penetrat per foramina parua, & per corpora parua. Craſſa in actione per oppoſitum,& per oppoſitum illa medicina eſt craſſa in paſſione,quæ non poteſt faciliter diuidi in partes paruas.Item medicina quantum ad eius cognitionē poteſt ſit diuidi.Medicinarū ſimpliciū,alia rara , alia denſa.Rara eſt illa ĩter cuius partes ſunt plures uacuitates & partes aereæ,cū non ſit ponere uacuū . Denſa eſt illa inter cuius partes nō ſunt poſitæ uacuitates ideſt partes aereæ . Et nota ꝙ rara medicina in corpore humano de facili inflāmaē à calore febrili,ſed dēſa nō de facili inflāmaē , ſed potius fit carbo.Vñ Ga.dicit ꝙ rara medicina magis eſt flāma quā carbo.Sed dēſa medicina magis ē carbo quā flāma, & hęc ſufficiāt de medicinis ſimplicibus quātū ad preſens.

Conſequēter accedamus ad medicinas compoſitas quę cōponuntur per artē,quia de his intēdimus principaliter. Sed quia iſte liber totalis ē de medicina practica, ideo ſm operationē medicinæ procedamus ;Et quia in operatione medicinæ primo oportet malā materiam digerere ,quę digeſtio ſit per ſyrupos,& per electaria, & ſecundo eā digeſtam euacuare debemus , quæ euacuatio ſit per medicinas euacuantes,ſecundum Hipp.i.apho.dicentem, digeſta medicari,& tertio debemus reſiduum materiæ malæ cōſumere,& membrum inanitum per euacuationem medicinæ cō fortare,quod ſit per opiatas.

De ſyrupis.

ITem primo uolumus determinare de ſyrupis & electariis quæ ſunt digeſtiua. Secundo de medicinis euacuatiuis. Tertio de opiatis quæ habent reſiduum materiæ malæ conſumere,& membrum confortare. Inter ſyrupos & electaria primo dicamus de ſyrupis,poſtea de electariis. Incipientes igitur à ſyrupis , primo dicamus , quòd ſyrupi ſunt nouem uel decem qui communiter debent inueniri in apotheca , ſi apothecarius ſit bonus , qui ſunt hi , ſyrupus roſ.ſyrupus uiol.ſyrupus nenufa. ſyrupus oxyzaccaræ , ſyrupus aceto.oxymel ſimplex, oxymel diureticum , oxymel ſcilliticum,ſyrupus de abſinthio , ſyrupus de fumoterræ,& cum his poſſunt addi alii ſcilicet ſyrup.myrtinus , ſyrup. citoniorū,& ita in uniuerſo.xii. ſunt ſyrupi. unde ℣. Oxymel eſt triplex,nenufaris & uiolatus . De fumoterræ myrto,atque roſato,Abſinthio,acetoſo,poſt oxyzaccara iūcto. Et horum ſyruporum uideamus primo compoſitionem uel confectionem . Secundo propriam uniuſcuiuſque uirtutem. De primo dico quòd omnis ſyrupus conficitur aut cum melle aut cum zuccaro, & ſi ſic ſine his,non erit ſyrupus. Sed ille ſyrupus qui ſit cum zuccaro melius debet coqui ,quàm qui qui ſit cum melle, cum mel ſit magis conſeruatiuum & minus corruptibile & putrefactibile quam zuccharum propter quod ſyrupus factus cum melle diutius conſeruatur quàm cū zuccaro factus. Item ubi ponitur mel quanto minus decoquitur,tanto magis laxat , & quanto magis decoquitur,tanto magis reſtringit . Item ſyrupus melius debet coqui ſ æſtate quā in hyeme,ne putrefiat & corrumpatur à caliditate ætatis . Item ſyrupus quanto melius decoquitur,tantò melius eſt , niſi fiat ex rebus talibus quæ non patiantur multā decoctionē,quæ ſunt res calidæ & multū paſsibiles .. Iteꝫ diuerſæ res ponuntur in ſyrupis,ſicut radices,flores,& folia,ſed non ſunt ponendę ſimul in decoctione,ſed primo difficiles ad coquendū, ſicut radices,& poſt minus difficiles,ſicut folia,& poſtea facillime,ſicut flores.Si enim flores ponerentur in principio decoctionis cum radicibus antequā radices eſſent coctæ, uirtus florum eſſet totaliter conſumpta . Iteꝫ aliquando pulueres ponuntur in ſyrupis & nō debent poni in principio decoctionis,ne uirtus eorum euaneſcat per decoctionem, non ante zuccarum,ne ſyrupi & zuccarum deturpentur, ſed poſt zuccarum,& non modo quocunque,ſed in ſacco ponitur puluis & exprimitur ſaccus,& puluis cadit ſubtilis in ſyrupo . Zuccarum ponitur in ſyrupis ut conſeruet ſyrupū, & medicinas ſimplices in ſyrupo , & etiam ut attrahatur ad mēbra ſyrupus & medicinæ quæ in eis ſunt , & hoc cum melle , & etiam ut ſua dulcedine reprimat horribilitatem medicinarū exiſtentium in ſyrupo , ideo ſecundū horribilitatem uel quantitatē horribilitatis medicinarū exiſtentium in ſyrupo debet eſſe quantitas zuccari. Et ſyrupus habet terminū ſuæ decoctionis,qui cognoſcitur duobus modis . Vno modo, ſi cum ſpatula eleuetur,& fortiter teneat ſe gutta ad ſpatulā , coctus eſt ſufficienter.Alio modo , ſi gutta una ponitur ſupra cultellum ſi non ſpargatur diffundendo ſe undique, coctus eſt ſyrupus.

Conſequenter accedamus ad regulas ſpeciales . Et primo ad ſyrupum roſatum . Roſa eſt frigida in primo gradu , ſicca in fine ſecundi, & habet duplicem ſubſtantiam. Vnam ponticam & ſtipticam,& eſt id quod adhæret ſtipiti , quod eſt tale propter partes aquoſas & terreſtres,quæ ibi dominantur . Alia ſubſtantia eius eſt aromatica , ex partibus igneis & aereis,& eſt uerſus ſummitatem folii, & hæc ſubſtantia eſt amara in ſuperficie.Alia in profundo, & confortat ſua ponticitate & aromaticitate , & caput in æſtate & infrigidat.De roſa ſiunt quinque res.Prima eſt ſyrupus coctus . Modum autem conficiendi ſatis tangit Nicolaus , & ualet iſte ſyrupus & contra febres ſua frigiditate , & cōtra ſtim ſua humiditate ualet, & confortat & conſtipat ſua ſtipticitate.Secundum quod ſit de roſa eſt electarium roſatū , ſicut poſt uidebimus cum loquemur de electariis. Tertium quod ſit de ro.eſt mel roſatum,quod ſtomachum confortat. Quartum eſt aqua roſa. quæ ualet ad infrigidandum omnē materiam ualidam . Item ſi roſa decoquitur in aceto & in aqua pluuiali , & ſpongia infundatur & ſuperponatur ſtomacho , uomitum reprimit , & fluxum ſanguinis ſtringit. Quintum quod ſit de roſa , eſt oleum roſa. quod per inunctionem iuuat ſtomachum inflammatum , ſed in hoc oleo debet poni parum aquæ ne oleum inflammet ſtomachum .

Conſequenter accedamus ad ſyrupum uiolatum . uiola eſt flos notus,frigidus,& humidus, aromaticus,& quædam ſunt ſubalbæ,& minus aromaticæ, & minus etiam laudabiles,& quædam ſunt purpureæ,& ſunt obſcuræ, & magis laudabiles,& quanto ſunt purpuriores,& quaſi ſubnigræ , tanto meliores,& laudabiliores,ſyrupus autem uiola. eodem modo fit ſicut roſa.

Conſequenter accedamus ad nenufarinum ſyrupum.Nenufar eſt flos frigidus & humidus multum , & ſi de eo & de floribus papaueris fiat ſuccus,ſedat libidinem,de eo fiat ſyrupus omnino ſicut roſatus,& de aliis floribus.ualet etiam iſte ſyrupus in cauſis pectoris & tuſsi ex cauſa calida , & in feb.acutis & peracutis caliditſimis , quia magis infrigidat & alterat quàm uiolatus,ſitim ſedat,ſomnum prouocat,materiam incraſſat,cauendum eſt ne in cholera craſſa detur, ſed tantum ſubtili.Nunc quæramus de operationibus medicinæ practicæ.Et quia in operationibus medicinæ practicę ſit primo digeſtio,& ſecūdo euacuatio malæ materiæ,& tertio balneatio,& quarto oppilatio,& quinto phlebotomia, ideo primo quæramus de digeſtione quid ſit .

De digeſtione.

ET ſi dicatur ſicut dicit Auicē. ꝙ digeſtio eſt qualitas faciens ceſſare putredinem ſubſtantia manente,Contra, qualitas non corrigit peccatum ſubſtantiæ,ſed putrefactio eſt peccatum ſubſtantiæ cum ſit corruptio ſubſtantiæ , quia putrefactio corrumpit complexionem, quę eſt diſpoſitio ad formam,& per conſequens corrumpit ſubſtantiam,ergo digeſtio non eſt qualitas faciens ceſſare putredinem. Iteꝫ ſi digeſtio,faceret ceſſare putredinem , tunc nihil digereretur niſi putridū,ſed hoc eſt falſum,quia cibus digeritur , qui nō eſt putrefactus & chymus,ergo &c.

Item in ſanis aliquando fit digeſtio materiæ euacuandæ per ſyruposin quibus nulla eſt putrefactio ergo &c.

Item cum nulla ſit materia putrida niſi illa quæ eſt in minera putredinis,tūc nulla materia digereretur,niſi illa quæ eſt in minera,ſed hoc eſt falſum.Item cū in ſtatu materia ſit digeſta,tunc ergo ceſſaret putredo,& tunc in ſtatu non eſſet febris.hoc autem eſt falſum,ergo &c.

Item dicit ſubſtantia manente. ergo tunc materia digeſta debet manere in corpore , & non debet euacuari,quod eſt contra Hippo.digeſta medicari &c.Dices forte ꝙ digeſtio eſt repreſsio materiæ malæ,ſicut dicit Gal.Contra cum in omni ſtatu materia ſit digeſta,in ſtatu materiæ malitia ē repreſſa,ergo omnino materia non affligit , ſed erit ſtatus melior horarum.quod falſum eſt,ſed eſt nequior.Sed dices ꝙ digeſtio eſt præparatio materiæ ad expulſionē.Cōtra ſm hoc quidem deberet quicquid digereretur expelli . ſed hoc eſt falſum.Multa enim digeruntur quæ non expelluntur, ergo &c.Solutio.Dico ꝙ hoc nomen digeſtio eſt nomē æquiuocū,Vno modo poteſt fieri extra corpus uiuens,& aliquādo in uiuente corpore.Si fit extra corpus uiuens,tum digeſtio dicitur mutatio in caliditatem,& fit à calido , & nō oportet ꝙ illud calidum reguletur à uirtute naturali , & de tali digeſtione determinat Ariſt.in .iiii. meteororū. Si autem digeſtio fit in corpore uiuente,ſiue ſit iuuatiui,ſiue.nocitiui,ſemper tamen fit ab ea uirtute ſcilicet naturali tanquā regulante , & hæc digeſtio quæ ſit in corpore humano eſt duplex una eſt iuuatiui,& alia nocitiui.Illa quæ eſt iuuatiui eſt nutrimenti,& fit à calore naturali regulato à uirtute membri,& per hanc digeſtionem cibus acquirit complexionem membri, ut per hoc poſsit acquirere formā mēbri. Digeſtio quæ eſt nocitiui,eſt materiæ quæ eſt cauſa morbi, & eſt duplex,una per quam præparatur mala materia ad expulſionem. Secunda eſt per quam corrigitur mala materia, ut digeratur & membra nutriat.

Digeſtio in corpore humano frigida duplex.

De his duabus digeſtionibus dicit Haly. in techni , ꝙ digeſtio aliquando facit malū bonū,ut ipſum conuertat in mēbra & nutriat mēbra:aliquando facit malū,mediū inter malum & bonū,ut ipſum expellat. Sed tamen notandū ꝙ ſemper naturam malā materiam intendit digerere, ſed ſi materia fuerit furioſa & reſiſtens,tunc natura non poteſt cōpletē eā uincere, licet eā uincat in parte , & tunc eā non facit bonam,ſed mediā inter bonā & malam,ut ipſam expellat . Hæc autē diffinitio digeſtionis,digeſtio eſt qualitas &c.nō eſt diffinitio digeſtionis cōmuniter ſe habentis ad digeſtionē extra corpus uiuēs, & in corpore humano.Similiter iſta diffinitio non eſt digeſtionis factæ cōmuniter ſe habentis ad digeſtionē conuenientis & nociui , ſed dico quòd eſt digeſtionis factæ in corpore uiuente quæ eſt nociui tantū , ſiue illud nociuū per illā digeſtionem fiat bonū ad nutriendum & conuertatur,ſiue fiat mediū inter bonum, & malum et expellendū.Cum tu quæris quid eſt digeſtio ? dico quòd digeſtio in nocitiuo,ſiue mutet nocitiuum in bonum , ſiue in medium inter bonum et malum,eſt qualitas faciens ceſſare putredinem ſubſtantia manente . Ad primum dico quòd digeſtio non facit ceſſare putredinē immediate , ſed per mediū,nā quædā ſunt qualitates,quæ materiam exiſtentem in uenis habilitant , ut ipſa fluat ad mineram putredinis,et ibi putrefiat.Ego dico quòd digeſtio debet remouere à materia illa qualitatem per quam ipſa fluebat ad mineram ne ibi putrefiat,et per conſequens non permittat eam fluere ad mineram putredinis,nec per conſequens putrefieri.licet enim putrefactio peccet in ſubſtantia,tamen qualitas inclinatiua ad putrefactionem non peccat in ſubſtantia, quam qualitatem aufert digeſtio,et per conſequens nō permittit eam putrefieri . Ad aliud dico , quòd nihil digeritur hac digeſtione de qua loquitur niſi putrefactum .i. niſi illud

illud quod habet qualitatem aliquam per quam est in uia ad putrefactionem. Tertia ratio procedit de digestione iu E
uatiui, cum in sanis non fit aliquid nocitiuũ. Ad aliud dico q̃ non digeritur materia quæ putrefienda est, ut illa quæ est minera, sed in illa est, quæ est cum hac uia ad mineram, & ad putrefactionẽ, ideo non ualet. Ad aliud dico, q̃ in statu non est complere materia mineræ digesta, sed adhuc est in digerendo. sed in crisi ipsa est complete digesta. Item forte non digeritur materia quæ est etiam minera, sed materia antecedens quæ est in uenis. Dico quod in statu materia antecedens est digesta, sed non coniũcta materia quę est in minera, & hæc in statu facit febrem. Ad aliud dico quòd digestio est qualitas &c. i. digestio non euacuat materiam per se, solum. n. digestiuum non euacuat materiam, sed quod est digestiuum & euacuatiuum digerit materiam & eam digestam euacuat. Ad aliud dico, quòd diffinitio bona est, digestio est represio malæ materiæ, & hoc ut natura uincat super eam conuertendo uel expellẽdo, & ista diffinitio est eadem cum præcedente. Et ad argumentum contra dico quòd status est melior horarũ, & etiam nequior, nam in statu materia est minor quàm in alio tempore, tamẽ ipsa tunc est magis mota quàm in alio tempore, & quia materia nec affligit nec affert nocumenta & ſymptomata nisi quia mouetur, ideo plus sensibiliter affligit & fortiora symptomata inducit quàm in alio tempore. ideo status est nequior horarũ secundũ sensum, nõ tamen secundũ ueritatẽ, sed in tempore præcedenti materia erat maior, sed minus mota, ideo &c. Ad aliud dico quòd hæc diffinitio est bona, digestio est præparatio materiæ ad expellendum. & hęc diffinitio non est diffinitio digestionis factæ in corpore humano, sed materiæ nociuæ quæ debet expelli, cum ipsa nõ possit complete corrigi. Sed uidetur quod natura nunquam digerat materiam ad expellendum, sed tantũ ad conuertendum, & tunc diffinitio Auic. est mala, digestio est præparatio materiæ ad expellendum, probatio assumptæ. G. in de iuuamentis membrorum dicit, quòd omne quod natura alterat, alterat ut conuertat, ergo Auic. male diffinit digestionẽ sic. digestio est præparatio materiæ ad expellendũ.

Ego dico q̃ dictum Aui. intelligitur de materia nociti- G
ua, quæ non potest corrigi, sed Gal. intelligit de cibo. Vel potest dici, quod natura intendit conuertere quicquid digerit, sed operatio naturæ non attingit aliquando intentionem suam propter materiæ obedientiã. & tunc expellitur materia præter intẽtionẽ naturæ, & Aui. intelligit de operatione naturæ, & non de eius intentione, sed Gal. intelligit de intẽtione eius, & non de operatione, & sic soluitur.

De oxyzaccara. De ſyrupo acetoſo. Oxyzacoara ab oxy quod acetum dicitur, & zuc. fiat autem sic &c.

Syrupus acetosus sic fit. ℞. aceti partem unam, zucca. ii. & aquæ. iiii. Iste autem syrupus ualet in omni ubi est oppilatio hepatis, & splenis, & intestinorũ, & ualet in omni fe-

De hydromelle. de crassa materia. Hydromel fit ex melle & aqua, ualet illis qui habent crassos humores, & retentionem urinæ. ualet etiam ubi est crassa materia & phlegmatica. Oxymel simplex ualet ut oxyzaccara, digerit, diuidit, & phlegma mirabiliter purgat, datur cum calida, sic fit &c.

De oxymelle diu retico. Oxymel diureticũ. ℞. mellis despumati lib. i. aceti fortissimi lib. i. &. s. in quo bulliant radices fœnicu. ʒ. ii. & raphani, ʒ. i. &. s. rebulliant ad tertiam, deinde colentur, & supradictæ colaturæ supradictum mel addatur in stagnato uase, & iterum bulliant lento igne frangitando cum spatula usque ad aceti consumptionem. ualet fe. uerã, & quartanæ, & tertianæ nothæ, ut oxyzaccara phlegma digerit, diuidit, & purgat, datur mane cum calida.

De oxymelle ſcilliticum Oxymel scilliticum seu compositum addit supra radicẽ scillæ. Iste syrupus diuidit, incidit phlegma, & materias ubicunq; sint in corpore, & si non habemus scillã loco eius ponamus raphanum quod idẽ operatur, etiam ille syrupus ualet ad prouocandum urinã, & contra debilitatem pectoris ex materia uiscosa. Superius determinatum est de simplici medicina quantum ad eius nomen & quãtum ad eius complexionem, & quantum ad eius cognitionem in generali. Nunc declaremus de ea quantum ad eius cognitionẽ in speciali. Sed medicina simplex duplici uia cognoscitur. f. uia experimẽti, & uia ratiõis, & hoc est quòd dicit Haly, in techni. Necesse est medico ut experiatur cum ratione, & sm hoc ipse uult, ut ipse sit contentus in cognitione medicinæ experimento & ratione. Sic ergo manifestum est quòd medicus cognoscit medicinam duplici uia. f. experimẽto & ratione, & hoc idem dicit. G. in aph. sic. Si aliquis uult artem ducere ad actũ, oportet quòd utatur duobus. f. experimento & ratione. Et diuiduntur experimentum & ratio in duobus. f. in principiis & cognitione principiorũ. In principiis sic, nã principia rationis sunt principia rei, experimenta sunt operationes rei in principiorum cognitione. Nã principia rationis intellectu cognoscũtur, sed principia experimenti cognoscuntur sensu. Et quia principia experimẽti sunt nobis magis nota quã principia rationis, ideo prius inquiramus cognitionẽ simpliciũ medicinarum uia experimẽti, & hoc quantũ ad istã lectionem, secundo uia rationis, & hoc quantum ad lectionem sequentem.

Circa experimentum sciendum quòd duplex est experimentum. f. uallatũ, & non uallatum ratione, tunc ipsum est timorosum & fallax si non sit uallatum ratione. unde dicit F
Hip. experimentum fallax, & illud non conuenit ad cognitionem medicinarum. Si autem sit uallatum ratione, aut illa ratio, aut uallatio continuata est per totam operationẽ. experimentalem, aut non. Si non, tunc experimẽtum inducit cognitionem non firmam, & per tale experimentum nõ debet cognosci medicina simplex à medico. Si autem ista ratio & uallatio sit continuata per totã operationem experimentalem, aut ista consideratur, ut est in fieri, aut in facto esse. si in fieri tunc experimentũ est laboriosum, & longum, tẽpus requiritur, & per tale experimentum sic consideratũ debiliter cognoscitur medicina simplex. Si i facto esse tũc per illud experimentũ sic consideratũ, debet medicus cognoscere medicinas simplices, & de isto sic considerato hic intendimus, & ad hoc experimentum sic uallatum ratione, septem requiruntur & exiguntur conditiones.

Prima est q̃ oportet ut medicina simplex quæ experiatur, sit pura & munda ab omni extranea qualitate, ne per illam extraneam qualitatem impediatur propria operatio medicinę, & per consequens cognitio experimentalis. Et ponit Auic. exemplum in amygdalis quæ recentes sunt tẽperatæ complexionis, sed uetustate consumptæ amittunt complexionem temperatam.

Secunda cõditio est quòd sit experimentum in simplici ægritudine non in composita, sicut quotidiana est composita ex calido & frigido, ipsa. n. est frigida inquantũ ex materia frigida est. calida uero est inquantum est morbus calidus. f. feb. quia omnis febris est calor innaturalis, unde non sequitur. hæc medicina simplex. f. euphorbium curat mõrbum calidum. f. febrem quotidianam, ergo euphorbium est frigidum, quia omnis cura fit per contrarium, nõ sequitur. Dico quòd euphorbium curat quotidianam non per contrarietatem quam habet ad eam quia morbus, sed per contrarietatem, quã habet ad eam gratia suæ materiæ, quia euphorbium est calidum.

Tertia conditio est q̃ oportet q̃ medicina simplex experiatur in duabus contrariis ægritudinibus diuersis, sicut scamonea in quotidiana & tertiana, ipsa. n. curat quotidianam ex sua complexione, tertianam ex proprietate sua, tamen H
non sequitur, scamonea curat tertianam, ergo est frigida, sed sequitur ipsa ex sua complexione curat quotidianam, ergo est calida.

Quarta cõditio est, quòd oportet quòd uirtus medicinę sit ęqualis qualitati patientis, unde in morbo calido in. iiii. gradu medicina frigida in primo administrata, neq; infrigidat, neq; curat.

Quinta conditio est, q̃ fiat distinctio inter per se & per accidens. unde non sequitur aqua calefacit, ergo est calida, quia ipsa non calefacit per se, sed per accidẽs, quia exterius excitat calidum ad interius repercutiendo.

Sexta conditio est, quòd oportet q̃ operatio medicinæ sit cõtinuata & multiplicata. Si. n. medicina calefacit quinque homines, non propter hoc oportet quòd sit calida simpliciter, nec oportet quòd calefaciat omnes homines: nam illi quinq; homines quos ipsa calefaciebat possunt esse fri-

gidi & temperati, & illud quod calefacit frigidos & tempe- A
ratos, non oportet quòd calefaciat calidos.

Septima est, quòd oportet quòd experimentum fiat in corpore humano, & primo in temperato, postea in lapso, & postea in ægro, & non in aliquo alio, unde non sequitur hæc medicina simpliciter infrigidat leonẽ, ergo est frigida. Sunt. n. quædam medicinæ relatæ ad corpus leonis frigidę, & ipsum infrigidant, tamen ipsæ relatę ad corpus humanũ, sunt ca. & ipsum calefaciunt, propter hoc experimentũ debet fieri in corpore humano fulcitum istis. vii. conditionibus, & sic fulcitũ erit rõne, & hoc experimentũ ducit in cognitionẽ rei expertæ, & alia experimẽta faciũt illi qui principia medicinæ cognoscunt per doctrinam.

Habito de tribus superioribus syrupis. f. rosato, uiol. & nenufarino. Nunc dicamus de aliis quinq; syrupis. f. oxyzaccara, syrupo acetoso, oxymelle simplici, diuretico, scilliticõ, & hoc quantum spectat ad præsentem lectionem. Et primo dicamus de oxyzaccara.

De oxyzaccara. Oxyzaccara fit de uino malorum granatorũ & aceto, & ʒ. viii. & aceti. B
ʒ. iiii. & zuccari lib. i. & in stagnato uase bulliant mouẽdo cum spatula, donec ad quantitatem zuccari remaneant, & adeo sit spissum quòd possit diuidi sicut electarium. Zuccarum est temperatum in caliditate & humiditate. plus tamẽ habet de humiditate quàm caliditate. Vnde dicit Isaac in diætis particularibus, quòd zuccharũ est calidum in fine primi gradus, & humidũ in medio eiusdẽ. habet uirtutẽ dissoluendi cho. & uentrẽ humectat absq; ulla morsura, & stoma chũ mundificat. Sciendũ tamen q̃ si exhibeatur cholericis, ipsum in cholerã cõuertitur, & auget eã. sicut. n. acetositas sedat cholerã, sic dulcedo quæ est ei cõtraria auget eã, quia contrariorũ contrarii sunt effectus. Platearius autem dicit quod plus humiditatis quam caliditatis habet, & fit de cannamelis quæ inuenitur in transmarinis partibus. f. in Hispania & Sicilia. Et eligendũ est illud quod est albissimum intra & extra, & nõ rubeum, quia rubeum calidius est melle, & ideo mel est melius illo. Si syrupi emantur ab apothecariis, timẽdũ est ne sint de zuccaro rubeo, ideo melius est ægro & medico, quòd eos medicus faciat quàm eos emat C
ab apothecario.

De aceto. Acetũ frig. & sic. est, uirtutem habet penetratiuã subtilitate suæ substantiæ & constrictiuã ex suis qualitatibus, ideo acetum incidit & diuidit crassos humores & uiscosos, acetum est aliquantulũ calidum caliditate quã acquirit per putrefactionem, nõ dicitur calidum, quia sua frigiditas uincit suam caliditatem, & est plus frigidũ quam calidũ. Acetũ enim fit per ebullitionem & accidentalẽ caliditatẽ in uno uel alio, facientẽ expirare partes igneas & aereas remanẽtibus partibus aquosis & terrestribus, & ideo acetum pro partibus terrestribus est siccum, & pro partibus aquosis, & ideo acetum est frigidũ & sic. & subtilis substantiæ. Item syrupus contra cholerã ualet, si materia sit crassa, frigidior, & oxyzaccara plus ualet, quam dicti tres syrupi. f. rosatus, uiol. & nenufarinus, cũ acetũ multũ transeat, cũ sit multæ penetrationis, acutæ, & oxyzaccara est frigidior syrupo rosato. Sed cauẽdũ est ne oxyzaccara detur habẽtibus pectus debile, & siccũ, & debiles neruos. Causa primi, quia acetũ inimicũ est pectori. Causa secũdi, quia frigidũ est inimicũ D
neruis. Itẽ cũ acetũ excoriet intestina, oxyzaccara non debet dari habentibus intestina debilia. f. fluxum uentris.

De ſyrupo acetoſo. Consequẽter dicamus de syrupo acetoso. Syrupus acetosus recipit aceti partem unam, mellis. ii. & aquæ. iiii. & Aui. dicit quòd ipse nõ recipit nisi ista tria. acetũ habet frigiditatem, caliditatem, & acuitatem, & aqua mitigat eius acuitatẽ & caliditatẽ. Iste aũt syrupus debet dari in oi febre, ubi est oppilatio hepatis, & splenis, & intestinorum, ualet in febre de crassa materia, acetum. n. frigidum & incisiuum est. & ẽt iste syrupus ualet cõtra materias crassas simplices & compositas, sed si materia sit subtilis plus ualet syrupus rosatus. acetosus. n. datur ad infrigidandũ, & cũ hoc ad incidendũ, & diuidendum, & dissoluendum. acetosus. n. syrupus est aperitiuus pororum, & fumorum expulsiuus.

De hydromelle. Consequenter dicamus de oxymelle, & gratia huius de hydromelle, hydromel fit de aqua & melle. quòd aliquando est multæ cõmistionis, aliquando paucæ cõmistionis, & aliquando æqualis. Hydromel multæ commistionis habet. ix. partes mel mis & i. aquæ. Hydromel paucæ commistionis hẽt. viii. ptes aquæ & mellis. i. Hydromel æqualis cõmistionis habet æquales partes aquæ & mellis &c. Et mellicratũ aliquando sumitur pro clareto, & aliquãdo pro hydromelle. Hydromel ualet illis qui habent crassos humores & retentionẽ urinę. Et cauendũ ne detur illis qui habent caloré naturalẽ ipsum. n. incendit illũ calorem, similiter ne detur habentibus cholerã interius, ipsam enim incendit, sed hydromel ualet ubi est crassa materia & phlegmatica. De mellicrato.

Nunc aũt dicamus de oxymelle quod est triplicis generis, scilicet simplex, diureticũ, & scilliticũ, uel oxymel simplex, & oxymel compositũ, & decompositũ. Isti enim se habent per additionem sic. Oxymel. n. simplex fit ex aceto & melle, ut ex duabus partibus aceti & una mellis, & bonum est aliquando, quòd parũ aquæ apponatur. Et differt iste syrupus ab oxyzaccara in hoc, quod iste syrupus fit de melle, & ille de zuccaro, & iste syrupus aliquando plus de aceto quam de melle, aliquando minus, aliquando æqualiter. Si fit plus de aceto, uel æqualiter, tunc est multum frigidus, si fit de melle plus, tunc ipse est calidus, & parum, quia acetũ est frigidius, quã fit mel calidũ. oxymel datur, ubi est oppilatio cum frigiditate, & oxyzaccara, ubi est oppilatio cũ caliditate. De oxymelle.

Oxymel diureticũ siue cõpositũ addit supra syrupũ simplicem, & sic fit. ℞. radices diureticas, ut apii, fœniculi, petroselini, leuistici, mundificatas intra & extra, & per unam noctem iaceant in aceto, coquãtur cũ aceto usq; ad cõsumptionem medietatis, quia radices multũ debent decoqui, postea colentur & addatur mel sufficienter, & ualet contra oẽm febrem ex materia frigida, sicut quotidiana, & quarta na, & uniuersaliter contra oẽs humores phlegmaticos & melãcholicos in remotis partibus, quia ipsum est incisiuũ, sed debet euitari ne detur habentibus pectus malum, & neruos debiles, nisi apponatur reprimens malitiam eius. De oxymelle diuretico.

Oxymel scilliticum siue compositum addit supra illud radices scillæ, & iste syrupus incidit & diuidit humores phlegmaticos ubicũq; sint in corpore. Et si non habes scillam, loco eius ponas raphanũ, quod idẽ operatur, & ualet ille syrupus ad prouocandum urinam. cauetur tamen in habentibus malitiam pectoris, nisi addatur reprimens malitiam eius. Scilla est cæpe canis, quæ magis consumit, peior est hæc, illa quæ est albissima & uiscosa melior est. illa scilla est ualde incisiua & deoppilatiua. unde cõtra oppilationẽ splenis ualet. cauenda tamẽ est in pectore debilitato ex sic citate, tũ ualet in debilitate pectoris ex materia uiscosa. De oxymelle ſcilliticum cõpoſito.

Habito quid est digestio, nunc quęramus à quo fiat digestio. Et circa hoc quæramus primo, utrum quælibet materia possit digeri. & arguitur quòd non. primo sic, omnis cura fit per contrarium, sed calor est digerens, ergo nulla materia calida potest digeri. Item quòd materia febris putridæ non possit digeri, probo, quia fe. est calor naturalis mutatus in igneum & innaturalem, in feb. ergo non est calor naturalis, nec tẽperatus, sed digestio nõ fit nisi à calido naturali & temperato, ergo in febribus putridis non potest fieri digestio. In contrarium arguitur, quia natura est omniũ operatrix, ergo omnis materia potest digeri à natura. An quælibet materia possit digeri.

Consequẽter quæritur, utrum digestio fiat à calido radicali uel influente, & uidetur quòd à radicali, quia materia morbi est particularis, ergo digeritur à causa particulari, sed radicalis est particularis & proprius membro, & influens omnibus membris uniuersaliter & influẽs de membro in membrum, ergo &c. Itẽ Auic. in. i. dicit, quod idem calor digerit cibum & materiã morbi, sed radicalis digerit cibum & non influens, quia si influens digereret, ipse non daret nisi formã cordis, cum ibi generetur, & eius cõplexionẽ habeat, sed hoc est falsum, ergo &c. Sed contra, agẽs est in actu, & influens est in actu, radicalis in potentia solum & sopitus. ergo &c. Item uidetur q̃ influens digerat, licet uterq; digerat, quia calidum influens uis est, & radicalis particularis, & cã uis plus influit in suũ effectũ quã particularis, ergo fluens plus facit ad digestionẽ quã radicalis. An digestio fiat calido.

Solutio ad primam quæstionem, dico quòd omnis materia

Solutio primæ quæstionis.

ria à calore poteſt digeri, niſi ſua malitia reſiſtat, & egeat auxilio medici. unde calor naturalis digerit tam materiam calidam quã frigidã, ſed tamen differenter, quia infrigidata digerit alterando tantum, & ſic uia alterationis. ſed calor naturalis digerit materiam calidam partes calidiores expellendo, & expirare faciendo per modum fumi & uaporis, & ita reſiduum materiæ quod remanet infrigidando. dupliciter enim materia calida poteſt infrigidari. Vno modo partes calidiores expellendo in fumum & uaporem. & ita reſiduum quod remanet infrigidando, & ita materia calida infrigidatur à calore naturali nociuum expellendo. Secundo modo materia calida poteſt infrigidari ſola alteratione, & ita infrigidatur à frigido, unde calor digerit tam materiam calidam quãm frigidam, ſed nõ eadem uia, ſed diuerſa ſicut dictum eſt. ſed frigidum non digerit niſi unam materiam tãtum ſcilicet calidam, & uno modo tantum, ſcilicet alterando. Dico ergo q̃ quælibet materia digeritur à calido, nõ in quantum calidum, ſed inquantum naturalis.

Ad primum dico quòd omnis cura fit per contrarium, non à contrario in forma, ſed in effectu & operatione, & ab inducente contrarium, & ideo non oportet quòd calor curetur per frigidum, ſed per infrigidans. Ad aliud dico q̃ licet calor ſit innaturalis, tamen aliquid retinet naturaliter, ſecundum quod ipſe poteſt aliquam materiam digerere in longo tempore, quam naturalis calor & temperatus digereret tempore breuiori.

Solutio ſecũdæ quæſtionis.

Ad ſecundam quæſtionem dicendũ, quod eã ſoluit Auic. in. i. cap. de membris. ibi enim dicit Auicen. ſi cibus eſſet in membris & uia cordis eſſet clauſa exiſtens in membris non digereretur, quia calor influens non diffunderetur à corde, & propter hoc dico q̃ digeritur ab utroque & quòd aliquã do alteratur, & oportet ut alteretur à tali re quòd inducat cõplexionem membri, ut per eam poſſit recipere membri formam. Calor autem radicalis non immediate poteſt cibũ alterare cum ſit in profundo membrorum ſolidorum, & nõ tangens cibum, & calor influens de ſe ſatis ſufficienter alterat cibum, ſed ipſe ſufficienter non alterat cibum alteratione inducente formam conſimilem complexioni membri. Sed oportet quòd calor influens informetur & reguletur à calore radicali, & tunc influens eſt eiuſdem naturæ cum radicali, quia calor ſic rectus alterat cibum alteratione inducente formam membri. Dico ergo quòd uterque calor digereret cibum, ſed differenter. nam influẽs digerit inſtrumentaliter, & radicalis ſicut principale agens, regulando digeſtionem.

Item radicalis inducit formam membri, & non influens niſi reguletur à radicali. dico ergo q̃ radicalis digerit principalius. Ad primum dico quòd ipſe ſupponit falſum, cum dicit q̃ calor radicalis ſopitus eſt, hoc eſt falſum, ſed ẽ actu, licet non ſit actu ſicut influens, ut in ſyncopizante. dico q̃ calor eſt actu licet ſit debilis non apparens. Ad aliud dico q̃ cauſa uniuerſalis cum tunc ſit regularis, plus in cauſatum influit quam particularis, ſed ſi particularis ſit regulans uniuerſalem, & non econtra non oportet q̃ plus influat, & ſic eſt hic, ideo non ualet.

De ſyrupo de abſinthio.

Syrupus de abſinthio &c. coquatur abſinthium in aqua & ponatur poſt zuccarũ, & poteſt fieri cum melle duobus modis ſic. Accipe ro. & abſin. æqualiter & ponatur in aqua & coquatur ad partem quartam, & pones tertiam partem mellis, & quartã uini aromatici, & eſt multum bonũ. Secũdo modo ſic. ℞. abſinthii partem unam & duas cicoreæ, & fiat ſyrupus ſicut prius. hoc multum ualet ad confortandũ ſtomachum, & hepar deoppilando, ipſum conſtringendo, deoppilando paruas eius uenas, uel per eius ſubtilitatem, & caliditatem omnes hepatis partes, quæ ſunt ſanguineæ, cũ hepar ſit ſanguis coagulatus in conſtringendo per ſuam ſtipticitatẽ, & hoc ipſum deſiccat conſtringendo, ſed uenas eius aperit, & diuidit. Aui. dicit q̃ multum cõfert hydropicis ex calida cã, & choleram euacuat, & iuuat ſtomachum.

De ſyrupo de fumoterræ.

Syrupus de fumoterræ generaliter conuenit omni impetigini, omni ſcabiei, mondificat ſtõm, hepar & renes purgat ℞. myrobalanorum omnium an. ℥. x. ſenæ, myrrhæ, genticanæ, baccarum lauri, ana. ℥. i. & epithymi, cuſcutæ, abſinthii, thymi, hepaticæ, utriuſq; lapacii, ſcabioſæ, enulæ, boraginis, radicis apii, marathri, an. ℥. xx. liquiritiæ, polypodii, an. ℥. x tamarindi, caſiæ iſtulæ mundatæ, ana. ℥. iii. uuarum paſſarũ. ℥. i. roſ. mannæ uiol. ana. ℥. i. prunorum nume. xl. ſucci de fumoterræ & boraginis quantum ſufficit. ſaniationem mundificat, & etiam uenas, hepar aperit & deoppilat, & laxat uentrem, & choleram euacuat, & confortat, & ualet contra lepram & ſcabiem, & ſimilia.

De ſyrupo de boragine.

Syrupus de boragine eſt triſtitiam mitigans, mundificãs ſanguinem, lætitiam prouocans, & memoriam, ideo ualet contra cardiacas paſſiones, et ſit ſicut ſyrupus de fumoterræ. Similiter poteſt fieri ſyrupus de citoniis, et ẽt ſyrup. de myrto, et aliquando de multis aliis rebus, ẽt quomodo debeant fieri patet ex prædictis, quia fiũt ſicut prędicti ſyrupi.

Quia dicit Ariſto. in lib. de animalibus, q̃ quando ratio concordat ſenſui, tunc eſt perfecta cognitio, et cum declaratum ſit de cognitione medicinarum ſimplicium per experimentum, cuius principia cognoſcuntur ſenſu. Nunc debemus dicere de cognitione medicinarum per rationem, cuius principia cognoſcuntur intellectu. Et ſunt quatuor rationes per quas medicinæ ſimplices cognoſcuntur. Prima ſumitur ex ſubſtantia medicinæ ſimpliciter. Secunda ex ſapore eius. Tertia ab odore. Quarta à colore eius. Et primo dicemus de ratione ſumpta à ſubſtantia medicinarũ ſimplicium. Sed ſciendum q̃ ſubſtantia eſt nomen æquiuocum. nã ſubſtantia uno modo eſt res de prædicamento ſubſtantiæ, et ſic utitur hoc nomine ſubſtantia logicus, et aliquando ſumitur ſubſtantia pro poſitione partium in toto, et hoc modo utitur hoc nomine ſubſtantia medicus. et ita intẽdimus de ſubſtantia. Et ſubſtantia diuiditur per rarum & denſum, ſubſtantia aũt cito inflãmabilis eſt, cum ipſa ſit uacua. i. aere plena, res. n. poteſt cito inflãmari, uel quia rara, uel quia calida. unde non ſequitur, hæc res cito inflammatur, ergo eſt calida. ſimiliter non ſequitur, hæc res cito inflammatur, ergo eſt rara. ſed bene ſequitur, hæc res cito inflãmatur, ergo eſt rara uel calida. Similiter ſequitur, duarum rerum eiuſdem ſubſtantiæ. i. eiuſdem raritatis quæ citius inflammatur eſt calidior alia, quia ea non citius inflammatur pro maiori raritate cum ipſa ſint eiuſdem ſubſtantiæ. i. æqualis raritatis. unde Gal. in techni dicit. ſi corpus humanum cito inflãmatur ipſum eſt rarum uel potentia calidum. Itẽ poteſt cito infrigidari, uel quia rarum & cito paſſibile, uel quia potẽtia frigidum. unde non ſequitur hoc cito infrigidatur, ergo eſt potentia frigidum, ſed ſequitur hoc cito infrigidatur, ergo eſt rarũ & cito paſſibile uel potẽtia frigidũ. Itẽ ſi ſint duæ res, quarum una eſt rara, & alia denſa, ſi denſa citius infrigidatur, ipſa eſt frigidior. Sed ſi rara citius infrigidatur, non oportet quòd ipſa ſit frigidior. Similiter denſum tarde calefit & inflammatur, uel quia denſum, uel quia potentia frigidum, unde non ſequitur hoc infrigidatur, ergo eſt potentia frigidum, ſed ſequitur hoc tarde infrigidatur, ergo eſt denſum, uel potentia frigidum. Similiter ſequitur duarum rerum eiuſdem ſubſtantiæ. i. æqualis denſitatis quæ tardius inflammatur eſt frigidior, quia non tardius inflammatur pro maiori denſitate cum ipſæ ſint eiuſdem ſubſtantię. i. eiuſdem denſitatis. Item res tarde infrigidatur, uel quia denſa, uel quia potentia calida, unde non ſequitur, hoc tarde infrigidatur, ergo eſt denſum. Nec ſimiliter ſequitur hoc tarde infrigidatur, ergo eſt potentia calidum, ſed ſequitur, hoc tarde infrigidatur, ergo eſt denſum, uel potentia calidum. Similiter ſequitur, duarum rerũ quæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ. i. æqualis denſitatis quę tardius infrigidatur eſt potentia calidior. Item ſi ſunt duæ res quarum una eſt rara, alia denſa, ſi denſa citius inflammatur, ipſa eſt calidior, quia denſitas non facit eam citius inflammabilem, ſed ſi rara citius inflammaretur non oportet quòd ipſa ſit calidior, quia ſi rara tardius inflammatur, ipſa eſt frigidior.

Item ſciendum quòd rarum non eſt inflãmabile, niſi quia potentia frigidum, ſimiliter rarum non eſt cito infrigidabile, niſi quia potentia calidum. Item ſciendum quòd rarum eſt cito inflammabile, niſi impediatur per potentialem frigiditatem, rarum in eo quòd rarum, cito paſſibile eſt, & denſum tarde.

De

De cognitione à ſaporibus.

Conſequenter dicamus de cognitione ſumpta à ſapore medicinarum ſimplicium. Et ſciendum quòd per ſapores melius iudicamus complexionem medicinarum ſimpliciũ quam per odores. Cuius cauſa eſt, quia ſi medicina quæ habet duos ſapores, ſicut dulce & acutum ponatur in ore ſupra linguam, ille ſapor qui cauſatur a principaliori complexione & eam ſequitur, uincet immutatione, & tunc lingua plus de eo iudicabit, & de complexione ad quam ipſe ſequitur quam de alio, & de complexione ad quam alter ſequitur. Item ſi una res non habet niſi unum ſaporem, ſignum eſt quod non habet niſi unam complexionẽ ad quã iſte ſapor ſequitur. Sic ergo manifeſtum eſt, quod ſapor quando eſt unus tantum, non eſt niſi una complexio in toto, quæ neceſſario eſt ei principalis, & quando ſunt duo ſapores in eadem re, ille qui plus immutat guſtum ſequitur cõplexionem principalem rei, & ſic per ſaporem deuenimus in cognitionem cõplexionis medicinarum, ſed non p odorẽ ita faciliter, quia odor quem olfactus percipit, non ſequitur complexionem principalem totalem rei, quia nõ ſequitur totalem rem, nec partem eius maiorem, ſed ſequitur eius minimam partem. ſ. ſubtilem, quæ eſt fumus, quia odor eſt fumalis euaporatio ſecundũ Ariſto. ideo licet odor atteſtetur ſupra cognitionem minimæ partis rei, non tamen atteſtatur ſupra cognitionem totalẽ, neq; ſupra cognitionem plurium partium rei, ideo non atteſtatur ſupra cognitionem principalem. Et licet per ſaporem melius iudicemus de cõplexione rei, quã p odorem, tamẽ ſapor aliquando eſt mendax, quia opiũ eſt frigidum, tñ ipſum eſt amarũ, & ſapor amarus eſt calidus, ideo ſapor opii cũ ipſum ſignificat eſſe calidum, falſo illud ſignificat cũ ipſum ſit frigidum. Sed ille error raro aut nunquã accidit in corporibus calidæ cõplexionis, in eis. n. nũquã dominatẽ ſapor frigidus, ſed calidus. Sed in corporibus frigidis iſte error frequenter accidit, in eis. n. aliq̃n ſapor calidus dominatur. ſ. amarus, & cauſa huius eſt, quia caliditas eſt qualitas magis actiua quam frigiditas, ideo in complexione calida, calidi tas non pmittit dominari frigidum ſaporem, & in complexione frigida, frigidũ non poteſt prohibere quin in ea dominetur ſapor calidus. Item alia cauſa poteſt eſſe, quia ſapores calidi ſunt magis immutatiui cum maiori ẽt delectatione & triſtitia, quam ſapores frigidi, ideo ſapores calidi, tam in re calida quã in re frigida magis impediunt perceptionẽ ſaporum frigidorum quã econtrario. Et cauſa quare ſapores calidi ſint magis ĩmutatiui cũ delectatione & triſtitia eſt, quia calidi a cauſa magis actiua cauſantur, quæ eſt caliditas, & frigidi a cauſa minus actiua, quæ eſt frigiditas.

Item ſciendum quod nouem ſunt ſapores, ſ. acutus, amarus, ſalſus, unctuoſus, dulcis, ponticus, ſtipticus, inſipidus, & acetoſus. Et horum ſaporum, ſtipticus, ponticus, & inſipidus, & acetoſus, cauſantur a frigido tanquam a ꝓpinqua cauſa. licet. n. acetoſus poſsit cauſari a calido tanquã a cauſa remota, tñ ipſe ſemper cauſatur à frigido tanquã a cauſa ꝓpinqua. Sed dulcis & amarus, unctuoſus, ſalſus, & acutus, cauſantur a calido, ſed dulcis & unctuoſus cõueniunt corpori humano in gradu, ſed ſalſus acutus, & amarus, ſunt elonati i gradu ſupra cõplexionẽ humanã quantũ ad caliditatẽ.

De ratione ab odore.

Conſequenter dicamus de ratione ſumpta ab odore medicinarum ſimplicium. Notandum primo de odore, quia omne odoriferum eſt calidum niſi multam roralem humiditatem habet impedientem ſuam caliditatem, ſicut nenufar & uiola. Secunda regula eſt hæc. aliquãdo per odorem uim ſaporis habentem nos cognoſcimus ſimplices medicinas & earum complexionem per odorem dulcem & odorem ponticum, & ſic de aliis odorum nominibus illarum ſpecierum ſaporum quarum habent uirtutes.

Tertia regula eſt hæc, homo male odorat, quia habet malum olfactum. huius autem ſunt tres cauſæ. Prima quia inſtrumentum olfactus eſt coopertum aliqua pellicula, quã oportet eleuare per aerem uel fumum inſpiratũ antequã odoremus. Secunda cauſa eſt, quia inſtrumentum olfactus eſt in profundo poſitũ intra caput. Tertia cauſa ẽ, quia inſtrumentum olfactus eſt prope cerebrum, quod ſua humidi-

dicate frangit inſtrumentum olfactus, ſiue complexionem naturalem ipſius, quæ eſt ſicca, propter illas tres cauſas homo habet peiorem olfactum cæteris animalibus.

De ratione a colore.

Conſequenter dicamus de ratione ſumpta à coloribus. per colores. n. cognoſcuntur ſimplices medicinæ & earũ cõplexiones, ſed inſufficienter & incomplete. Videmus. n. ut in pluribus album, frigidum, & calidum, rubeum, non tamẽ omne album eſt frigidum, nec omne rubeum calidum, ſed omne albũm dummodo ſit humidum, eſt frigidum, ſicut lac uaccę. ſimiliter omnis res rubea uel nigra dummodo ſit ſicca, ipſa eſt calida. Item in rebus eiuſdem coloris, ſicut cæpe quod eſt rubeũ, illud quod eſt albius eſt frigidius, & quod eſt citrinius, eſt calidius, ſicut eſt de cæpe, ſic dicimus de uino, quia uinum albius eſt frigidius, magis rubeum eſt magis calidũ, tamen uinum poteſt eſſe rubeum dupliciter. uno modo per actionem calidi. alio modo per cõmiſtionẽ partium terreſtrium rubearum cum eo, ſicut homines album uinum faciunt rubeum ex remanentia ipſius uini cum acino, quia partes terreſtres acini, rubeæ cum uino albo commiſtæ faciunt uinum rubeum. primo modo eſt calidius quam uinum album, & etiam res rubea primo modo rubedinis eſt calida de natura, ſed rubea ſecundo modo, eſt nõ calida de natura, ſicut lac uaccæ eſt frigidum, ſi tamen parũ croci admiſceatur cum eo, tunc fiat rubeum uel citrinum, non tamen propter hoc erit calidum.

Sed poteſt quæri qũo una res poteſt eſſe calida & alba, ſicut eſt euphorbium, & rubea frigida, ſicut eſt roſa.

Reſpondet Auic. ſic q̃ duplex eſt compoſitio. prima quę eſt ex elementis. ſecunda quæ eſt ex mixtis, quãtum ad primam compoſitionem, nulla res alba poteſt eſſe calida, & nulla rubea poteſt eſſe frigida. ſed quantum ad compoſitionem ſecundam, aliqua res alba poteſt eſſe calida, & aliqua rubea poteſt eſſe frigida. Et ſic patet qũo poſsibile eſt q̃ aliqua res miſceatur ex re alba frigida & ex nigra calida, et in miſto ſit plus de ſubſtãtia alba frigida, & minus de nigra calida, quia niger color plus uincit quam albus, ideo ſit ex eis color medius. ſ. rubeus, tamẽ totum ſit frigidum a prædominio, cum frigiditas ibi dominetur. Similiter poſsibile eſt q̃ ex re non habẽte manifeſtũ calorẽ frigida, ſicut chryſtallus, & ex re rubea calida aliquod miſtũ fiat, ita q̃ ibi ſit plus de chryſtallo, & minus de rubea, totũ erit rubeũ frigidum cũ chryſtallus dominẽt in quantitate, & quantũ ad dare complexionẽ, ſed rubeum dominatur in dando colorem rubeum, ſicut eſt de roſa, roſa. n. eſt compoſita ex ſubſtantia calida, rubea, pauca quæ non dominatur quantitatiue, neq; ſubſtantia, ſed in dando colorem tantum, & ex ſubſtantia frigida multa, & non manifeſti coloris quæ dominatur quãtitatiue in ſubſtantia roſæ, & non reſpectu coloris. & quantum ad dominium quantitatis, dominatur complexio, non color, & ideo per calorem male iudicamus complexionẽ rei, ſcilicet aliquas res albas, tamen calidas, ſicut lac euphorbii, quoniam eſt album, tamen ipſum eſt calidum.

De ſyrupo de abſinthio.

Superius determinatum eſt de octo ſyrupis, nunc dicamus de aliis, & primo dicamus de ſyrupo de abſinthio.

Abſinthium eſt radix & baſis in ſyrupo, & eſt hæc herba multum nota, multas habens ſpecies, & uirtus eius in ſucco eius maxime dominatur, & hæc herba eſt calida, & ſicca in ſecundo gradu, ſed eius ſuccus eſt calidior & ſiccior quam eius ſubſtantia, & eſt ſtipticum mediocriter pro aliqua eius ſubſtantia in ea exiſtente frigida. Similiter ipſum eſt amarum pro aliqua eius parte ſubtili calida, exiſtẽte in ſuperficie, & iuuat ſtomachum, ipſum deoppilando paruas eius uenas, per eius caliditatem & ſubtilitatem, & omnes partes hepatis quæ ſunt ſine ſanguine, cum hepar ſit ſanguis coagulatus, conſtringendo per ſuam ſtipticitatem, & etiam per hoc idem deſiccat conſtringendo, ſed uenas eius aperit, & dicit Auic. quod multum ualet hydropicis ex ea cauſa. & euacuat cholerã abſq; eo quod phlegma euacuet, & iuuat ſtomachum, & nocet capiti per ſuam caliditatem & ſiccitatem mordicantem & reſoluentem fumos ad caput. Sed quomodo hoc ſit poſsibile cum caput ſtomacho compatiatur? Dico quod confortat ſtomachũ per ſuam ſti-

pticitatem: constringentē, & nocet capiti per suam siccitatem, & caliditatem, mordentem, & resoluentem fumos ad caput & est succus calidior & siccior, quā eius substantia, propter enim istud quòd est aperitiuum hepatis ualet hydropicis, & etiam bonum est cum succo eius ungere uentrem eius, si sit dolor in eo, & parua materia.

Syrupus absinthii stipticitate sua cōfert habentibus stomachum debilem, & euacuat choleram excoriantem intestina, & confortat uenas sua stipticitate. Vnde si stomachus & hepar sint debilia, poni debet absinthium, & fit de zuccaro, coquatur absinthium cum aqua, & ponatur post zuccarum, potest etiam fieri cum melle duobus modis. uno modo sic. Accipe rosas, & absin. æqualiter, & ponātur cum aqua, & decoquantur ad partem quartam, & apponantur tres partes mellis. iiii. uini aromatici, & est multum bonū. Secundo modo sic. Accipe absinthii partem. i. citoniorum. ii. & fiat syrupus sicut prius. hoc multum ualet ad cōfortandum hepar: & ad euacuandum choleram.

De syrupo de fumoterræ.

Fumus terræ. Consequenter accedamus ad syrupum qui fit de fumo terræ. fumus terræ est herba nota, & calida temperate. vnde non est multum calida: nec multū frigida. Dicitur enim fumus terræ quia cito oritur in magna quantitate: quia cū nihil est in sero eius super terram, in crastino magna apparet: & est amara tendens ad acuitatem, & cum hoc habet stipticitatem: sanguinem mundificat: sicut borago & myrobalani, & etiam uenas, & hepar aperit & deoppilat, & laxat uentrem, & choleram uacuat: & hoc totum facit in sua caliditate & confortat stomachum: ualet contra lepram, contra scabiem, & contra similia genera. & syrupus fit de eo, sicut de absinthio, & in eo fumus terræ est basis, nam ipse ualet contra scabiem & lepram, & si in eo ponantur myrobal. & borago multum mundificat sanguinem & si cum fumoterræ ponatur radix apii & fœniculi multū plus ualet ad deoppilandum hepar quam sine his.

De boraginis syrupo.

Borago. Consequenter accedamus ad syrupum qui fit de boragine. borago est humida & calida, tristiciam mitigans, sanguinem mundificat, prouocat letitiam & memoriam.

Item contra cardiacas passiones: & fit iste syrupus, sicut syrupus de fumoterræ. Et aliquando similiter potest fieri syrupus de cironiis, & de multis aliis rebus, sed quomodo debeāt fieri patet ex prædictis. Nota q̄ differt rob & syrupus. nam si succus inspissetur per se, tunc est rob, sed si inspissetur cum melle uel cum zuccharo, tunc est syrupus.

An digestio habeat incrassare uel subtiliare. Habito quid est digestio & a quo digestio fiat. Circa hoc primo quæramus, utrum digestio habeat incrassare uel subtiliare. & videtur primo quod semper debeat incrassare, quia dicit Auic. q̄ digestionis intētio est q̄ oia incrassent. Item Gal. dicit quòd ipsa semper incrassat. Item digestio fit a calido semper consumendo subtile humidum, ergo digestio semper incrassat. Sed contra dicit Aui. quòd digestio incrassat subtile, & crassum subtiliat.

Soro. Ad hoc ego dico quòd digestio incrassat, & nō subtiliat, sed aliquid potest dici tale in substantia & passione & actione. Dico quòd digestio incrassat in substantia, sed ipsa subtiliat in passione. unde dico quòd ipsa incrassat, quia ipsa per calorem facit effumare subtile, ergo quòd tunc remanet est crassius quam prius, sed quòd remanet est digestum, ergo digestio incrassat in substantia, & hoc est uerum. Tamen multi dicunt quòd secunda digestio incrassat, & etiam tertia, tamen prima subtiliat, quæ fit in stomacho, quòd dico esse falsum, sed omnis digestio incrassat, nonne chilus est subtilior pane, ita. sed hoc non est propter digestionem, sed propter crassi a subtili communicantem diuisionem, quia digestio per se quicquid aufert resoluit est subtile, & hoc resoluit per fumum, & non aliter, propter hoc dico quòd omnis digestio incrassat substantiam per se, tamen ipsa subtiliat quantum ad passionem suam, nam digestio congelata dissoluit, & liquefacit, & uiscosum diuidit cum resolutione subtilis per fumum, & ita licet ea incrasset quantum ad substantiam, tamen ea subtiliat quantum ad passionem, quia ea reddit ipsa passibiliora, quam prius. unde Auicen. loquitur de subtiliatione in passione, ideo &c.

Consequenter quæritur utrum digestio possit fieri a calore innaturali febrili. uidetur quòd sic. Gal. dicit quòd in statu accidentia insurgunt, quia morbum digerunt, sed illa accidentia sunt innaturalia, ergo calor innaturalis febrilis morbi materiam digerit. Item illud idem quod materiā expellit, diuidit & digerit, sed in v. febrium scribit Isaac, quòd calor febrilis materiam expellit. Item quòd morbū curat, materiam morbi digerit, sed calor febrilis curat paralysim & spasmum. ergo &c. Item ille calor qui calefaciendo materiam morbi calefacit, digerit. sed calor febrilis materiā morbi calefacit, digerit. &c. Itē calor æstiualis abbreuiat morbos, sed hoc non est nisi quia ipse materiā morbi digerit, attamen est calor innaturalis corpori humano, ergo similiter calor febrilis, licet ipse sit innaturalis, poterit materiam morbi digerere.

Sed contra. digestio & principium digestionis sunt causæ sanitatis, sed calor febrilis nō est cā sanitatis, ergo &c. Item digestio est effectus naturæ & naturalis, ergo fit a causa naturali, & non ab innaturali & febrili. Item Gale. in. ii. regiminis acuto. dicit, quòd digestio fit a calore humido, sed calor febrilis est siccus, ergo &c.

Solutio, dico ad istam quæstionem quòd digestio nō fit nisi a calore naturali, uel ab eo, quod a natura digeritur & regulatur sicut est syrupus, & nō fit a calido innaturali, uel febrili. Cuius cā hæc est, quia digerēs ducit ad terminū bonum, sicut facit calor naturalis, sed calor innaturalis uel febrilis cum agat in eo, quia calor & igneus, nō ducit ad certum terminum bonum, sed potius ad malum, cū ad consumptionem, ideo ipse non digerit, tamen ipse iuuat materiæ digestionem, quia ipse expellit unam partem materię morbi, & natura residuum facilius uincit & digerit, & ideo licet ipse non digerat, tamen iuuat digestionem.

Ad primum dico quòd in statu fiunt accidentia, tamen non digerunt materiam morbi, sed bene stimulant naturā, ut ipsa digerat materiam. Vel dicendum, quòd accidentia non digerunt materiam, sed significant eam digeri. Vel dicendum, quòd ibi non dicit Gal. quòd insurgunt accidentia quæ digerant materiam, sed dicit per modū copulæ sic, in statu insurgunt accidentia ac morbum digerunt, per hoc non habes quòd accidentia morbum digerant. Sed gloſandum est sic, et morbum digerentia. i. uirtus, et calor naturalis. Ad aliud dico, quòd illud quod expellit materiam iā digestam digerit & expellit eam, sed calor febrilis non expellit materiam digestam, sed expellit eam antequā digeratur, ideo non oportet quod eam digerat. Ad aliud, dico q̄ calor febrilis non curat paralysim nisi per accidēs, ideo nō oportet quod digerat materiam morbi. Nam calor febrilis stimulat naturam, & ea stimulata insurgit in ipsam per suum calorem naturalem, & tunc digerit materiam paralysis & eam expellit, & ita curat paralysim. Ad aliud dico, quod digerens materiam debet eam calefacere sine consumptione multa, sed licet calor febrilis calefaciat materiam frigidam morbi, tamen eam non digerit, quia eā plus debito calefacit, consumit, & multū crassiorem & minus passibilem quā prius reddit, & ideo non digestam, licet. n. digestum sit crassius non digesto, tamen est passibilius & magis obediens. Ad aliud dico, quod calor æstinalis non digerit materiam, sed incedit & acuit calorem naturalem ut melius possit digerere materiam, & etiam aperit poros, ut ipsa digesta cito expellatur, ideo non ualet.

Confectio aliptæ muscatæ, alipta. i. mistura ualet pueris patientibus asthma, & constrictionē pectoris, et etiam ualet non ualentibus lac retinere, fit inde suffumigium optimum & odoriferū, quo utuntur apostolici, imperatores in capillis suis, & intrat in ptiosis medicinis & ele. &c.

Confectio galliæ muscatæ intrat in prætiosissimis medicinis & electariis &c.

De confectione neræ.

Confectio neræ ita fit &c. Dicit Ga. in de simplici medicina, quod per operationes cognoscimus uirtutes. Igitur postquam inquisita est cognitio, s. medicinæ & suæ uirtutis per rationem & experimentum. Nunc inquiramus cognitionem suæ uirtutis per operationes eius.

De

De operatione medicinæ simplicis.

Et sciendum quòd medicinæ simplicis triplex est operatio. vniuersalis, particularis, & cōis ad vniuersalem & particularem. Operatio uniuersalis est illa quam ipsa exercet in toto corpore, sicut calefacere &c. Particularis est illa quam ipsa exercet in aliqua parte corporis, & pro aliquo sicut confortare. Sed cōis ad uniuersalem & particularem est illa quam exercet simplex medicina in aliqua parte corporis, tamen pro iuuamento totius corporis: in hoc enim quòd exercetur in parte corporis conuenit cum particulari, in hoc aūt quòd ipsa sit pro iuuamento totius corporis, conuenit cū uniuersali operatione, sicut est hæc operatio quæ est prouocare menstruum uel hæmorroidas. Item quædam operatio simplicis medicinæ est prima, quędam secunda. Prima est sicut calefactio, infrigidatio, humectatio, & deficcatio. Secunda est eadem cum prima cum aliqua additione & intensione, sicut adustio quæ est calefactio cum intensione, & congelatio, quæ est infrigidatio cum intensione, arefactio quæ est deficcatio cum intensione, & putrefactio, quæ est quædam humectatio cum intēsione. Item omnis simplex medicina habet duas operationes, unam per suam materiam: aliam per suam formam, & appello materiam suam subtile, siccum, uiscosum, crassum cum uiscositate, coagulatum, curſibile, mucilaginosum, spōgiosum. Operatio medicinæ subtilis est facile diuidi, & facile calefieri, tamen debiliter. Operatio medicinæ uiscosæ est non facile diuidi, cum partes suæ adhæreant tanquam catenæ, & ideo cum eleuatur facit filum sine interruptione, & etiam uiscosum, non de facili puluerizatur, cum suum siccum terreum sit nimis fortiter nexum cum suo humido aqueo. Operatio crassi sine uiscositate est quòd ipsum de facili puluerizatur. Operatio congelatæ medicinæ est quòd bene retinet suam figuram, & non cedit in omnem figuram: sed semper est in una figura: ut in illa quam primo recipit in congelatione, & eam non deperdit, nisi per liquefactionem: unde congelatum sibi determinat unam figuram scilicet illā quā in congelatione recipit. Operatio curſibilis medicinæ est quòd de facili cedit in omnem figuram, tamen per naturā curſibilitas nullam figuram sibi determinat. Operatio medicinæ mucilaginosæ est, quòd ipsa posita in aqua facit in ea uiscositatem. Operatio medicinæ oleaginosæ est, quòd ex ea fit oleum, & est medicina oleaginosa quæ habet in se aliquid olei, sicut grana & nuces. Operatio medicinæ spongiosæ est, quod cum ei obuiat humiditas statim in eam sub intrat & imbibitur ista humiditas.

Visis operationibus medicinæ a parte suæ materiæ: nunc uideamus de propriis operationibus eius a parte formæ suæ, & appello eius formam eius complexionem. Et sunt quatuor complexiones medicinę. prima calida. secunda frigida. tertia humida. quarta sicca. Et quantum ad istā locutionem uideamus proprias operationes medicinæ calidæ simpliciter.

De opera tionibus medicinæ calidæ.

Et sciendum quòd medicina simplex per complexionē calidam exercet duodecim operationes.

Prima est humorē subtiliare quòd nō facit fortis calor: quia ipse cōsumendo subtile incrassat: sed mediocris subtiliat humores cōgelatos liquefaciēdo sine cōsumptiōe eius.

Secūda operatio est abstergere: sicut illa medicina quæ ducit secum superfluitates quas inuenit in orificiis uenarū &. talis medicina debet esse amara: unde omnis medicina amara uentrem laxat.

Tertia eius operatio est exasperare: sed aliquid potest exasperare tripliciter. Primo modo abstergendo. Secūdo modo consumendo. Tertio modo constringendo. Abstergendo sicut medicinæ abstersiuæ exasperant & secum ducunt humiditatē cōtinuantē & lenificantē: & hæc patēt in trachea arteria mulierum. Nam trachea arteria multum habet multam humiditatem ipsam continuantem & lenificantem, ideo habent uocem suauem & dulcem: & cum aliqua medicina laxatiua transit per earum tracheam arteriam ipsam humiditatem arteriæ eius adhærentem secum ducit & remanet discontinua & aspera: & tunc habet mulier non suauem nec uniformem uocem: quia consumendo exasperat. Calidum consumendo, quia consumit humiditatem arteriæ quæ ipsam cōtinuabat & lenificabat, quia consumpta, partes arteriæ in parte una constringuntur: in alia autem diuiduntur. Tertio modo pontica & stiptica exasperant constringendo partes arteriæ in uno loco: in alio autem diuidunt eam necessario: & ita auferunt lenitatem & inducunt asperitatem & in arteria: & in aliis partibus. Et licet exasperare dicatur tribus modis: tamen calidum non exasperat nisi uno modo. s. secundo modo consumendo.

Quarta operatio medicinæ calidæ est aperire, quòd facit aperitiua medicina: sed medicina aperitiua potest esse tripliciter. uno modo abstergendo. alio modo cōsumendo. tertio modo constringendo. Abstersiuæ aperiunt medicinæ quæ humiditatem eis adhærentem: & mēbrum eis continuantem secum ducunt & lauant: & ita medicina abstersiua est aperitiua remouēdo continuans. Consumendo medicina est aperitiua: ea quæ consumit humiditatem continuantem: & isto modo omnes medicinæ tā amaræ quā acutæ quā salsæ ēt sunt aperitiuæ. Constringēdo medicina aperitiua stiptica & pontica, quia constringendo mēbrum in uno loco: in alio loco diuidit. Et sciendum quòd medicinæ abstersiuæ aperiunt parum, & stipticæ plus: & calidæ maxime. Item medicinæ abstersiuæ nullo modo subintrāt: sed ponticæ & stipticæ diuidendo subintrant de necessitate: & calidæ aperiendo possunt subintrare: cum calidum consumere possit tam de longe quā de prope. Et licet medicina aperitiua sit tribus modis: tamen calida nō est aperitiua nisi uno istorum modorum scilicet secundo modo.

Quinta operatio medicinæ calidæ est mollificare: calida enim medicina aperit poros circunferentiales: & tunc per illos poros ipsa trahit humiditatē ad partes circūferētiales, quæ mollificat partes circūferentiales. Sed caueas ne illa caliditas sit nimium fortis. nam si esset nimis fortis, ipsa non tantum traheret humiditatē ad partes circūferentiales, sed cum hoc eam consumeret: & tunc non mollificaret partes circunferentiales: sed medicina mollificans debet esse mediocriter calida: quia humiditatem tunc mollificantē quā attrahit ad partes circūferētiales nō consumit.

Sexta operatio medicinę calidæ est aperire sine mēbri subintratione, materiā cōtinentē euacuādo siue euaporando: & sic calida & sic. in. ii. gradu sunt aperitiua: & calida medicina conuenit in apostematum cura: cū ipsa confortet mēbrū apostematū & unā partē apostematis euaporat: & ita aperit: & residuū materiæ apostematis ipsa maturat. Similiter talis medicina cōpetit in euaporatiōe materiæ uentosæ, quā euaporādo membrū aperit: sed hæc operatio non differt a quarta, nisi sicut uniuersale & particulare.

Medicina calida quinque modis attrahit.

Septima operatio est attrahere, sed medicina calida potest attrahere quinque modis. Primo modo attrahit cū sua cōplexione, quæ est calida simpliciter nullam operationē ultra faciendo: & sic medicina calida attrahit a profundo corporis & membrorū: sicut a iuncturis: & sic anacardus calidus & ficcus attrahit. Secundo modo medicina calida attrahit non simpliciter sed cum hoc mordicat, per quam mordicationem paruum doloré inducit. Tertio modo medicina calida attrahit non simpliciter: sed cum hoc membrum ulterius rubificat, & sic semen urticæ, & cæpe attrahunt. Quarto modo medicina calida attrahit non simpliciter, sed cum hoc pruritum facit. Quinto modo medicina calida attrahit non simpliciter: sed cum hoc ulcerat: sicut est illa medicina quæ consumit materiam continuantem, & illam attrahit a profundo membri & eam consumit.

Octaua operatio medicinæ calidæ est consumere totaliter: sicut illa quæ consumit humidum totum continuās, & residuum incinerat.

Nona operatio medicinæ calidæ est corrodere, sicut illæ quæ diminuunt carnē per corrosionē: nō per putrefactionē nec per adustionem: & hoc faciunt medicinæ salsæ.

Decima operatio medicinæ calidæ est putrefacere: et hoc faciunt illæ quæ corrumpunt spiritus & humiditates. de calib. medicinis dicit G. in de simplici medicina, q̄ ipsæ nō debēt diu manere ī corpe: et si diu remanēt suspectæ sūt

Vndecima opatio medicinæ calidæ est corrūpere non consumendo, neq; adurendo: neq; putrefaciendo: sed malam complexionem repugnantem operationi membri

inducendo,ſicut ſunt illæ quę inducunt apoplexiam,epileſiam,& his mediantibus paralyſim.

Duodecima operatio medicinæ calidę eſt excoriare poſt abſterſionem: ſicut ſunt illæ quæ uehementer abſtergunt: quia excoriatio nihil aliud eſt quã uehemens abſterſio: & tales medicinæ ſunt bonæ in lepra, & morphea, & conſimilibus paſſionibus, & hæc ad præſens ſufficiant de operationibus medicinæ calidæ.

De electariis.

POſtquam determinatum eſt de ſyrupis, nunc dicamus de electariis:ſed quia tres ſunt confectiones, quarum prima eſt alipta muſcata: ſecunda gallia muſcata, tertia eſt cõfectio neræ,quæ ingrediuntur & conſtituũt quædam electaria,& alias quaſdam medicinas compoſitas: ideo primo de illis tribus confectionibus dicamus: & primo de confectione aliptæ muſcatæ.

Alipta. Alipta ſcilicet miſtura, muſcata: quia muſcus ibi ponitur,& aliqui dicũt quòd muſcus eſt ibi baſis, quia dat ei nomen,ſed hoc non eſt uerum,non enim baſis dat ſemper nomen nec ſemper eſt baſis quòd dat nomen,alipta enim muſcata a muſco denominatur,quia dominatur in ea quantũ ad odorem, licet ibi non ſit baſis, unde dico quòd muſcus non eſt ibi baſis. quia laudes aliptæ muſcatæ non ei appropriantur per muſcum, ſed forte per aliud, hoc enim eſt baſis in medicina per quod ei laudes conueniunt.In iſta autem confectione ſex res ponuntur,ſcilicet laudanum: ſtyrax duplex ſcilicet calamita, & ſtyrax rubea: muſcus, lignum aloes:ambra,& camphora.

Vera medicinarũ baſis quæ.

Laudanum enim fit ex rore cœli cadente ſuper herbas quas comedunt capræ,quę herba eſt nobis ignota,& ſupra pilos caprarum comedentium illas herbas cadit ille ros:& ex illo rore laudanum fit ſic. cum ille ros bene eſt inuiſcatus ſupra illas herbas, homines cum corrigiis uerberant illas herbas ſuper quas cadit ille ros, & ex illa uerberatione ille ros aliquantulum ſeiungitur ab illis herbis, & poſtea exprimitur ille ros ab illis herbis,& tunc ſoli exponitur,& deſiccatur,& licet laudanum fiat ex rore cadente ſupra pilos dictarum caprarum,tamen ille ros qui cadit ſupra pilos barbæ melius ualet ex fumo exeunte ab ore capræ prædictæ,in quo rore ſit quoddam inuiſcatum in barba & non in aliis partibus ex quo fit laudanum.Laudanum eſt cali. & ſic. in primo,ſubtiliat humores, & habet aliquã ſtipticitatem ſiccam:maturat apoſtema, prohibet rheuma conſumendo eius materiam, & prohibet ne materia fluat & fluxam digerit & conſumit: confert tuſi, unde ualet contra tuſim ex frigida cauſa,& bene lenit pectus, & materiam fluxam conſumit, & fluxuram prohibet fluere ſuffi cienter,extrahit fœtum mortuum.

Quid ſit laudanũ.

Electio laudani.

De ſtyrace. Styrax:eſt triplex.una eſt calamita:& hæc eſt melior, alia eſt rubea: & hæc eſt minus pura: tertia eſt liquida quæ ad ignem liquefit artificialiter:& hæc eſt peior. Styrax rubea ponitur hic & calamita.ſtyrax eſt calida, & ſicca in.i. gradu operationes eius ſunt hæ: lenit membrum: & ideo ipſa eſt bona in laxitudine:& dolore iuncturarum,quæ propter motum deſiccantem laxantur, & inhabiles ad motum fiunt:& confert raucedini,& tuſi:reſpicit.n.pectus,& materiam pectoris maturat:& hæc duo.ſ.ſtyrax, & laudanum ſunt ibi pro una baſi:& dicitur eſſe baſis in medicina quæ principaliter operatur in medicina,& quæ reſpicit membrum propter quod datur medicina: alia,aut ſunt iuuatiua aut malitiam baſis reprimunt,ne noceat,aut præbẽt ei tranſitum,aut confortant membrum,oĩa talia & aliquando alia cũ baſi ponuntur in medicinis compoſitis. iſta duo.ſ.ſtyrax & laudanũ cõferunt pectori dupliciter.uno modo:quia materiam fluxã maturãt:alio mõ quia materiã fluxurã nõ permittunt fluere,non tamen maturant niſi materiam fluxã.

Vera medicinæ cõpoſitæ baſis.

De ligno aloes. Lignũ aloes calidũ eſt & ſiccum in prin.ii. gradus. confortat uenas,& eſt aperitiuum, & lignum aloes ponitur in hac confectione ut iuuet in digerendo: ſtyrax & laudanũ non habent uirtutem fortem maturandi & calefaciẽdi materiam frigidam in pectore contentam: ſed debiliter maturant,ſed lignum aloes iuuat ad digerendum materiam eã digerendo,ſed non eſt baſis: ſed laudanum, ſtyrax eſt una baſis in hac confectione; quia proprie reſpiciunt pectus, & quia lignum aloes non eſt baſis hic ſed iuuamẽtum ideo minus ponitur de eo hic & de baſi ponitur in duplo ſcilicet uirtutis: etiam lignum aloes confortat neruos: & ideo pectus,cum ſit neruoſum,& cõfortat cerebrum,quod confortatum non permittit fluere materiam ad pectus,nec deſcendere, & ſtomachum & cor confortat, & propter ſtomachum ponitur.

Ambra. in hac confectione ponitur ambra quæ eſt medicina maris: dicunt enim quidam quòd eſt ſperma cete: quod falſum eſt. inuenitur enim in uentribus piſcium qui eam comedunt quando uomit cete, ſed eſt lapis qui uenit de fontibus maris: ſicut dicit Auic. calefacit enim & confortat:& dicit Auic.quòd ipſa eſt calida & ſicca in.ii. gradu,ponitur hic quia cõfortat cerebrũ, cõſumit materiã cadentem ibi:& prohibet ne deſcendat in habentibus cerebrum immundum,ſed habentes cerebrum mundum iuuat. unde ſi habet complexionem naturalem bonã & ſufficientem iuuat eam,& quia aromatica,calida & ſicca, ſubtiliat materiam,confortat pectus, & ualet in tremore cordis ex frigida cauſa,ponitur hic ut confortet pectus.

Camphora eſt quędam medicina quæ inuenitur in quodam ligno & eſt ſpecies gummi: unde dicit Auic. quod ipſa inuenitur in ramis cuiuſdam arboris iuxta quã iacet leopardus:unde raro uidetur arbor illa: ſed lignum deſiccatũ inuenitur:frigida & ſicca eſt multum: ideo abſcindit coitum,prohibet fluxum ſanguinis nariũ.cum in naribus ponitur cum aceto ne fluat ſanguis: confortat cerebrum: ponitur hic ne in materia deſcendat ad pectus,& quia conſtituentia aliptam muſcatam ſunt ſubtilia & maxime ſua baſis ideo alipta confortat pectus,& eſt bona habẽtibus aſthma ex frigida cauſa,ideſt difficultatem anhelandi: & eſt bona contra pectoris ſtrictionem ex frigida materia contenta in pectore. Item eſt bona in pueris non ualentibus lac retinere,quia ſtomachum confortat ut ipſum recipiat. Alipta ponitur in medicinis compoſitis: conficitur ſic: & eſt ibi cautela.primo muſcum,ſtyrax,& laudanum ponũtur in aliquo uaſe æneo: & illud uas coopertum cum panno mundo ponitur ad ſolem,ita quòd ibi alquantulum caleſiat & molliſicẽt. Deinde in mortariolo aliquantulum calido ponantur,& piſtentur cum piſtello, & bene molliſicentur quouſque piſtellum fiat calidum. Deinde lignum aloes puluerizatum ibi ponatur,& deinde muſcus cum aqua roſtem peretur,& cum aliis miſceatur:cuius cauſa eſt: quia ita parum hic & in aliis confectionibus de muſco ponitur,quòd niſi diſtemperetur cum aqua non poſſet commiſceri cum aliis per totum, ſicut uidemus quòd parum croci quando diſtemperatur cum aqua cum multo lacte commiſcetur: quòd non fieret niſi diſtemperaretur cum aqua.

Gallia muſcata eſt alia confectio cuius auctor non ponit laudes:tamen ualet contra ſtomachi debilitatem ex materia frigida, ipſam conſumendo, prohibet uomitum: ualet contra fluxum uentris, conſtipando humiditatem lubricantem & deſiccando.maſtix & gummi arabicum ſunt ibi pro baſi,quia proprie confert eis.& præcipue operatio & laus eius ſint huius confectionis, maſtix ca. & ſic. eſt in ii.gradu.ſubtiliat humores craſſos frigidos, confortat ſtomachum:appetitum erigit.Similiter gummi arabi. & gingiber,& nux muſcata,& muſcus,& cinnamomum:& caryophyllum:& camphora:& alia quæ ibi ponuntur confortãt ſtomachum:& iſta confectio in medicinis ſtomachum confortantibus debet poni, iſtæ duæ confectiones ſunt præciosæ dictæ,& eius loco incenſi in monaſteriis utuntur aliqui diuites,de muſco qui ponitur in alipta muſcata intelligę quòd eſt quoddam apoſtema, quod naſcitur in pede cuiuſdam animalis:& eſt ualde aromaticum, & confectiones ponuntur in litera: ut patet.

Confectio neræ contra paſsiones mulierum ualet: prouocat menſtrua,confortat & iuuat ad concipiendum. eſt enim aperitiua matricis & ipſius confortatiua, quia materiam eius ſuperfluam conſumit, unde in medicinis ualentibus ad paſsiones mulierũ ponit, hęc eſt ſoĩa lectionis.

Habito quòd a calido naturali & innaturali fiat digeſtio nũc quæramus quomodo materia morbi digeratur a medicina. Et primo quomodo digeratur a medicina calida. utrum

utrum a medicina calida caliditate actuali eius uel potentiali. Et uidetur quòd a caliditate eius actuali: quia omne agens eſt actu ens: ſed calor medicinæ calidæ cum ſit digerens materiam morbi eſt agens.ergo eſt actu ens:maior patet quia patiens eſt tale in potentia quale agens eſt in actu igitur agens per illud quod agit eſt actu ens.

Item aqua calida ſecundum Aui. materiam exiſtentem in ſtomacho frigidam digerit per caliditatem ſuam: ſed nõ per caliditatem ſuam potentialem:quia ſic eam incrudaret & infrigidaret.ergo hoc eſt per caliditatem actualem.

Sed contra,quia hoc dicit.G.in techni. quod medicina calefaciens & infrigidans debet eſſe talis ſecundum uirtutem & non ſecundum ſenſum & apparitionem: immo eſſentialiter tale ut dicit ibi.

Solutio ad illam quæſtionem. Dico quòd medicina calida aliquando agit per caliditatem actualem,aliquando per potentialem,quia aliquando ipſa nõ paſſa,& tunc ipſa agit per actualem caliditatẽ,& hoc eſt quando ipſa agit in propinquis partibus ſicut in ſtomacho, & aliquando ipſa agit paſſa,& tunc ipſa agit per caliditatem potentialem:tamen ipſa eſt in actu & reducta ad actũ cum ipſa agit, & ſic ipſa agit in remotis partibus.Ad primũ cum dicitur,dico quòd ipſa eſt actu calida cum agit,ſed hoc eſt propter ſui paſſionem,per quam reducta eſt caliditas potentialis ad actum. Ad aliud quod eſt de aqua calida patet.

An aliqua materia morbi poſsit digeri per medicinam frigidam.

Conſequenter quæritur, utrum aliqua materia morbi poſsit digeri per medicinam frigidam, & uidetur quòd nõ, quia frigidum non ponit pedem in operatione naturæ, ut dicit Aui.i.libro.Item ab eodem digeritur cibus, & materia morbi ſecundum Aui.ſed cibus nõ digeritur a frigido, ergo &c. Itẽ digeſtio eſt naturalis operatio ſecundũ Aui. in.i.ſed nulla talis operatio fit a frigido,ergo &c. Item ſecundum Aui. in.iiii. digeſtio materiæ eſt præparatio eius ad expulſionẽ,ſed dicit Ga.in.iii.ſimplicis medicinæ,quòd frigiditas aggregat materiam,& facit eam immobilem, ergo &c.Oppoſitum dicit Gal.& Halyab.in techni.

Solutio.Dico quòd medicina frigida ſolũ digerit materiam calidam & ſiccam,ſed medicina calida digerit omnẽ materiam tam calidam quã frigidam, ſicut patet ab Halyabi qui ponit quatuor medicinas digerentes omnem materiã ut crocus & ſpica &c.Tamẽ digeſtio malæ materiæ poteſt fieri dupliciter.Vno modo ipſa digerit ſolum alterando,& malitiam eius reprimendo, & iſto modo digeritur calida materia,& ſicca cholerica in æſtate a frigido, reprimendo eius uehementem caliditatem,& eius malitiam, ut natura poſsit eam deuincere,& etiam iſto modo digeritur materia frigida a caliditate,eius frigiditatem & malitiam reprimendo,ut natura poſsit eam deuincere & expellere.

Secundo modo medicina digerit, membrum & calorẽ naturalem confortando,ut ſupra ipſam materiam uictoriã habeant eam digerendo & expellendo, & ſic fit digeſtio a calido temperato, & nullo modo a frigido,unde materia calida digeritur dupliciter,uno modo alterando, ſecundo modo confortando,ſed materia frigida non niſi uno modo tantum, ſcilicet alterando. Ad primum obiectum dico, quòd frigidum nõ ponit pedem in opere naturæ, ita quòd ſic inſtrumentum.Ad aliud per idẽ,quod dicit Auic. quòd ab eodem digeritur cibus & materia morbi,dicendũ quòd uerum eſt,quoniam cibus & materia morbi digeritur ab inſtrumento naturæ regulato a natura. Ad aliud cum dicitur,quòd nulla operatio naturalis fit a frigido, uerum eſt tanquam ab inſtrumento, ſed ut dictum eſt. Ad aliud dico quòd frigidũ aggregando aliquam materiam reddit per ſe eam immobilem,tamen per accidens ſcilicet ut ſit natura expellenti obediens quæ peccabat ſua ſubtilitate & liquiditate.propter quod ipſa erat tunc incomprehenſibilis a natura,ſed ipſa incraſſata magis eſt comprehenſibilis a natura:unde Gale.in prognoſticis, ſputum eſt difficilis ex pulſionis triplici de cauſa, aut quia uiſcoſum, propter ſui nimiam adhærentiam membro in quo eſt, ut ab eo nequit expelli,aut quia ſubcile, & liquidum fugiens comprehenſionem, cum natura expellens ſuas ſuperfluitates cũ uento,& aere non poteſt ipſum comprehendere, aut quia uirtus eſt debilis in expellendo,cum igitur ſit ſubtilis,& liquida ipſa debet incraſſari,ut fiat comprehenſibilior,& mobilior non de ſe,ſed a natura,ergo &c.

An medicina frigida digerat materiam.

Conſequenter quæritur, utrum medicina frigida digerat materiam morbi,& agat in ipſam per frigiditatẽ actualem uel potentialem,& uidetur quòd per actualem,quia illud quod agit per complexionem, qui ab alio non recipit, agit illud actualiter,ſed medicina frigida non habet frigiditatem a corpore humano per quam ipſa agat, ergo &c.

Si tu dicis quòd imo.ſ.quòd ipſa recipit frigiditatem a corpore humano per quam ipſa agit,Contra,natura corporis humani agit per calidum,ergo a natura corporis humani ipſa non recipit frigiditatem cum agat per eius contrarium.Si dices quòd in actione corporis humani, talis frigiditas medicinæ per quam ipſa agit educitur ad actum. Contra,omne illud quod educit aliquid ad actum, facit illud ſibi ſimile,& non contrarium ſibi, quia paſſum eſt contrarium agenti,& propter hoc patitur licet reſiſtat per cõtrarietatem. Item calida medicina agitur per potentialẽ complexionem quã requirit a corpore humano,ergo poſitum frigida medicina per frigiditatem accidentalem.

Item quomodo infrigidat cum in qualibet parte corporis ſit caliditas quæ non infrigidat, ſed potius calefacere debet.Sed contra.iii.de complexionibus, medicinæ calidæ,frigidæ,humidæ,& ſiccæ agunt per complexionem potentialem. Solutio. Hanc quæſtionem ſoluit Gal.3.ſimplicis medicinæ. Medicina dicitur agere per potentialem complexionem dupliciter. Vno modo quia non agit niſi ab alio patiatur prius,& ſic medicina debet agere per cõplexionem potentialem,quia non agit niſi ſui diuiſione patiatur prius a calore naturali, quia non mouetur nec intrat membri ſubſtantiam niſi prius diuidatur, & ideo ſi opium ponatur ſupra manum eam non infrigidat, quia ipſa non eſt diuiſa in partes paruas. Alio modo dicitur aliquid agere per potentialem complexionem, quia ipſum non agit niſi prius patiatur ſui diuiſionem ab alio, & in ipſo aliquid aliud multiplicatur, & ſic medicina calida agit per potentialem complexionem quam recipit ab alio ſcilicet a calore naturali, & quantum ad hoc agit per actualem.

Solutio quæſtionis.

Sed quia ab alio patitur antequam per illud quod habet agat, pro tanto dicitur agere per potentialem complexiõnem, frigidæ enim medicinæ nullam complexionem accipiunt per diuiſionem ad hoc, ut agant, ut calidæ & frigidæ motum accipiant per diuiſionem, licet non per complexionem.

Et ſciendum,quòd triplex eſt potentia, ſcilicet eſſentialis,accidentalis,& actualis.Eſſentialis eſt illa quæ indiget tranſmutabilitate rerum in ſuã ſubſtantiam ſiue eſſentiam, & ſic medicina calida eſt in potentia. Potentia accidentalis eſt illa, quæ indiget tranſmutabilitate rerum accidentaliter,ſicut eſt illud tranſmutãs,quod remouet prohibens, & in iſta potentia eſt medicina frigida. Potentia actualis eſt illa, quæ non indiget aliqua tranſmutatione alia ab eo in quo eſt,ſed ſolo exitu ab ocio in actum, & ſic uigilans ſcribit in potentia, & ſic uenenum eſt interficiens in potentia, quia ad hoc quòd uenenum interficiat, non oportet quòd ipſum diuidatur, immo applicatione ſui ad corpus interficit. Ad primum argumentum dico, quòd medicina frigida mouet,hoc eſt per complexionem quam in potentia habet,quia motum ab alio accipit, licet nõ per complexionem agat. Ad aliud dicendum, quod non eſt ſimile, quia licet medicina calida non agat niſi aliquid multipliciter cum ipſa,& in ipſa,non propter hoc ſic eſt de frigida, quia ſecundum Gal.ponentem hoc exemplum, ligna uiridia per ſe infrigidant,ſed ſicca ligna nunquam calefaciunt niſi prius caleſiãt ab igne,& in eis ignis multiplicetur. Ad ultimũ,quãdo tu quęris quomodo eſt poſsibile, quòd agat per frigiditatẽ,immo per caliditatẽ quã acquirit a corpore quia per totum eſt caliditas, dico quod non oportet: non enim medicina frigida calefit a corpore,nec a calore corporis,quia ipſa multa,immo dico,quia calor corporis nõ poteſt calefacere,ſicut uidemus in hominibus ebriis in ma

Potentia triplex.

ne uinum uomere,& cibum actualiter frigidum, eo quòd propter sui multitudinem non potuit eum digerere calor, unde uerum est,quòd si opium in quantitate esset parua,ipsum non infrigidaret totum corpus humanum, immo uinceretur a calore naturali, sed tamen non potest uinci, uel quia est maioris quantitatis,uel quia calor nostri corporis est debilis,& tunc non potest calefieri à natura, & complere,sed remanet frigidum actu: ideo tunc ipsum infrigidat, & sic patet solutio.

De diamargariton. Diamargariton dicitur a duobus margaritarum generibus,perforatarum,& non perforatarum, quæ ibi intrant, ualet cardiacis,tristibus,& ad omnem cordis debilitatem & stomachi,decima pars confecta est, lib.i. Recip. garyophyl.cinnamo.spicæ,galan.ligni alo.liquiri.trochiscorum, diarodon,& diani.ana.drach.i.s.nucis musc.macis, aliptæ, zedoa.rhabarba.styracis cala.ana drach.i.margaritarum in tegrarum perforatarum,ana drach.s.ambræ,musci,basilicon is seminis,ana.℈.i.minus gra.ii.musci,grana.ii.gingib.ossis de corde cerui,eboris,blattæ bizantiæ,ana drach.s. camphoræ,gra.vi.& mane & sero datur in æstate cum aqua frigida,& cum aqua ros.cum rodostomacho, in hyeme cum uino mane & meridie.ualet ut superius diximus maxime phthisicis & consumptis.

Diacameron. Diacameron.i.ducens hominem de morte ad uitã,quod facit atthmaticis,arteticis,tussientibus,phthisicis, & omnem imbecillitatem stomachi emendat, debiles lũbos confortat,luxuriam prouocat, & omne quod in diarodon Iulii laudatur complet,decima pars confecta est, lib.ii. Recip.antopholi, gingibe.ana.ʒ.v. ℈.i. & gra .xvi. cinnamo. galan.ana.ʒ.ii.gra.vi.garyophyllorum,spicæ, zedoariæ, costi, pyrethri,coralli rubei,traga.reuponti.saliuncæ, anacardi,ossium dactylorũ,carpo.anisi,seminis iuniperi , ameos, leucopiperis,macropiper.melanopiperis , ana drach.i. ℈.ii.& gran.viii.limaturæ auri puri,& argenti meri, ossis de corde cerui,ana.℈.ii.&.s.musci,& rasuræ eboris , ana.℈.i. & gran. viii.amb. drach.i. mel. quod sufficiat.detur de eo. drach.iii.mane & sero cum uino.

Diamorõ. Diamoron a moris celsi dictum est, a moris rubeis , ualet ad omnes causas palati & gutturis cadentẽ uuulam subleuat,& humorositatem desiccat,& medietas est lib.i. Recip.mororum celsi,mororum bati, lib.i.mellis,lib.s. cæpæ, ʒ.iii.confice sic,succum cum melle,& sapa in æneo uase stagnato ad prunas leues ad perfectam decoctionẽ desine bullire:cum autem scire uolueris si coctum sit, pone ex eo gut tam unam super marmor , & si inclinato marmore se quasi mel retineat,coctũ est,tunc accipe in uase stagneo & usui reserua.Et cum opus fuerit ex eo palatum,& uuulam inunge,& ad gargarizandum dabis.

De operationibus medicinæ frigidæ.

Superius usum est de operationibus medicinæ calidæ: nũc dicamus de operationibus medicinæ frigidæ.Et sciendum , quòd medicina frigida quinque habet operationes. Prima est confortare. Secunda est repercutere. Tertia est incrassare. Quarta est incrudare. Et quinta stupefacere. Prima est confortare membrum , quod tripliciter contingit. Vno modo substantiam membri inspissando,& sic frigida,& styptica confortant . Secundo modo confortat membrum,spiritus uiuificando, & mobiles & agiles ad sua opera incitando uel exercendo,& sic medicinæ aromaticæ confortant . Tertio modo complexionem membri adæquando , & sic medicinæ temperatæ confortant , & sic oleum rosatum caliditatem membri contemperando membrum confortat.

Secunda operatio medicinæ frigidæ est repercutere,frigidum enim repercutit quatuor modis . Vno modo , quia medicina frigida membrum constringit , & ipsum constrictum minorem locum occupat:ideo necessario quod est in membro expellit,& aliunde materiam non recipit. Secundo modo frigidum repercutit , caliditatem membri fortiter attrahentem mitigando , quæ mitigata minus attrahit: & ideo in hoc materia trahi ad locum prohibetur , in hoc quod trahens debilitatur , & ita a frigido expellitur . Tertio modo frigidum repercutit, materiam fugando per contrarietatem,quod est,quia non uadit uacuum, id est sed cum humores ducit,& ita frigidum expellit materiam fluxam & fluxuram. Quarto modo frigidum repercutit,materiam ipsam incrassando,quæ minor redditur, nec penetrãs membrum,propter sui crassitiem , sicut si esset subtilis, & ingrediens.

Tertia operatio medicinę frigidæ est incrassare, sed materia tripliciter incrassatur. Vno modo per congelationẽ sicut glacies a frigido incrassatur . Secundo modo per inspissationem,& subtilis humidi consumptionem, & sic sicum incrassatur,& humidum incrassatur,& sic forte chole ra existens per se incrassatur. Tertio modo incrassatur aliquid per alterius rei commistionem, sicut aqua per admistionem farinæ incrassatur,& sic calidũ incrassat, quia commouet materias:ideo unam partem alii commiscet , & terminat , & sic indigesta à calido incrassat , & sic incrassatur digestio per bonam commistionem , & terminationem humidi cum sicco,& econuerso.

Quarta operatio medicinæ frigidæ est incrudare, incrudatur autem materia tripliciter. Vno modo calidum digerens debilitando,& sic frigida per caloris debilitationem indigestionem faciunt. Secundo modo fit indigestio propter membri raritatem , propter quod ab exteriori calore calefaciendo ad exteriora calor digerens attrahitur extra locum digestionis.Propter quod, qui habent rarum stomachum,male digerunt:& propter hoc etiam non fit bona digestio in æstate,quia calor ad exteriora trahit. Tertio modo fit incrudatio propter motum rei digestibilis , quia digestio fit in quiete secundum Aris.4.meteororum.Et ideo secundum Auic.in primo digestio non fit mediantibus uillis,qui sunt necessarii propter motum materiæ,& ideo illi qui faciunt rem digestibilem moueri de loco ad locum incrudant,& sic uentosa omnem digestionem impediũt propter humiditatem extraneam accidentalem crudam in eis existentem , quæ in uentositatem resoluitur , quæ quidem uentositas quando non consumitur de loco ad locum mouetur,& aliud simili motu mouet,sicut cepæ, fabæ, cicera, faseoli, quia in uentositatem humiditas quidem extranea in eis existens dissoluitur,ideo digestionem impediunt.

Quinta operatio medicinæ frigidæ est stupefacere,quod facit dupliciter. Vno modo spiritus incrassando, & immobilitando,propter quod inhabiles uirtuti animæ fiunt. Et propter hoc in membro uirtus ista non mandatur,nec operationem eius efficit.Secundo modo,quia complexionem membri corrumpit,propter quod spiritus cum ipso operationem in ipso non exercet , quæ sine complexione membri debita,& proportionabili existente instrumento non exercetur in membro.

De operationibus medicinæ humidæ.

Humidæ medicinæ quinque sunt operationes . Prima eius operatio est inflare. Secunda est lauare . Tertia sordidare. Quarta lubricare . Quinta planificare . Prima autem est inflare,inflatio enim fit per resolutionem materiæ in uentositatem cum non potest consumi:ista materia, nec uentositas,& sic omnia uentosa, quæ habent in se aliquam humiditatem extraneam crudam per quam inflant, uentositatem in stomacho operantur:& ita etiam quæ uentositatem faciunt,sunt inflantia sicut cæpę & cætera. Istorũ enim quæ faciunt uentositatem, quædam faciunt in stomacho uentositatem,& ulterius aut parum, aut nihil trãsit ad uenas,aut ad hepar , sed in stomacho consumitur , & si in stomacho non potest cõsumi,facit passionem in intestinis, ut colicam inflatiuam,sicut sunt ruta, & spinachia.alia sunt quorum uentositas licet eleuetur in stomacho , tamen aliquid non consumitur de quo fit curandum, & residuũ transit ad hepar & uenas,& hoc forte sui acuitate , sicut in cæpe forte antequam posit in stomacho consumi , stimulat ut a stomacho expellatur,& sui acuitate penetrat , & etiã uentositas horum facit eandem passionem, quam & uentositas præcedentium. Sunt alia quorum uentositas in stomacho consumitur quantum ad aliquam eius portionem, quia non ita cito penetrat forte cũ non sit acuta,sicut uentositas prædictorum, & ita consumitur aliqua eius portio non tamen tota,forte propter sui crassitiem sicut fabæ, & illa portio quæ in stomacho non consumitur , ad hepar uenit, & ab hepate ad membra genitalia currit , propter quod ad coitum ualet, in omnibus tamen istis fit eleuatio uentositatis in stomacho , ut in cæpa,fabis,& aliis quæ omnia habent humiditatem extraneam indigestam,sed in quibusdam consumitur & in quibusdam non.

Secunda operatio est lauare,humidum enim est lauatiuum,lauatiua enim medicina est , quæ abstergit sua actione,& passione,id est agendo & patiendo, ut aqua hordei quæ est humida & cursibilis , quia humida remollit materiam,quia cursibilis est, mobilis,& suo motu impellit,& secum trahit materiam remollitam,& ita agendo , & patiendo abstergit,& sic aqua cucumeris,cucurbitæ,& aqua hordei,& aqua piscium sunt lauatiuæ , quia sunt humectantes & cursibiles. Vnde cum nos uolumus domum mundare proiicimus aquam cum impetu,ut remolliat, cursibilis sit, & secum puluerem trahat.

Tertia eius operatio est sordidare, humidum enim sordidat,& hoc est humidum sua uiscositate adhærens fortiter membro,sicut gummi arabicum & tragacanthum membrum sordidant sua adhærentia,hoc est cum illud membrũ cui adhærent,non indiget lenitione, immo habet humiditatem sufficientem,aut superfluam,& tunc humidum adhærens ei sordidat ipsum.

Quarta operatio eius est lubricare , humidum enim est lubricatiuum,& est medicina lubricatiua quæ solum humiditatem remollit sua humiditate sine hoc, quòd sit cursibilis,& sic uiolæ lubricant sua humiditate,remolliendo materiam quæ remollita non amplius adhæret membro , nec ei inuiscatur,quæ cum non adhęret amplius membro sua gratiate cadit,aut materiam stimulat & grauat , ita quòd ab ea expellitur,& sic differt lubricatiua a lauatiua quia lubricatiuum ex sola passione remolliendo mũdificat,& abstergit,sed lauatiuum actione & passione,ut dictum est.

Quinta eius operatio est planificare seu applanare rem asperam , sicut uidemus in trachea arteria , cum sit aspera per humiditatis suę consumptionem, educentis æqualitatem suarum partium , tunc fit in ea partium suarum supereminentia propter humidi consumptionem, tũc adueniente aliquo humido leniente applanatur & adæquatur, & sic gummi arabicum,tragacanthum,& similia tracheæ arteriæ sunt planificatiua.

De operationibus medicinæ. Siccæ medicinæ quatuor sunt operationes. Prima est constringere siue aggregare membrum . Secunda est consolidare.Tertia est carnem generare . Quarta est sigillare id est cutem generare .

Prima igitur est cõstringere, siue aggregare membrũ , & ex hoc sequitur;ergo siccum exprimere habet,quia contrahendo & comprimẽdo membrum , facit illud minorem locum occupare , & ita humiditatem interruptam inter partes aggregat,& necessario exprimit,& ex hoc sequitur quòd incrasset per expresionem talis subtilis humidi , ergo oppilat,quia incrassat,& quia materiam immobilẽ,nec cursibilem,neq; penetrantem reddit per meatus per quos posset penetrare,si non incrassata esset , nec aggregata in unum,& ex hoc sequitur,quòd siccum conglutinat,& cum ipso est parum de humido cum sicco terreo bene termino & fortiter,& per hanc uiam omnes medicinæ , quæ in fluxu uentris dantur ad constringendum, & constipandum debent aduri,ut humiditas superflua, quæ est in eis lubricans conseruatur siue auferatur,& tunc in eis est bona terminatio humidi cum sicco terreo,& ita sunt bene conglutinatæ,& per hoc sunt bene conglutinantes & constipantes,& excoriationi intestinorum resistentes.

Secunda operatio sicci est consolidare , & unire partes uulneris siue labiorum adinuicem, & hoc propter consumptionem humiditatis superfluæ interemptæ inter uulneris labia non permittentis ea coniungi, & unum fieri secundũ Gal.in techni.capitulo de consolidatione continuitatis,& sic sanguis draconis consolidat,& uulnus curat.

Tertia operatio sicci est generare carnem , quod fit dupliciter. Vno modo quia materiam superfluam consumit quæ membri complexionem corrumpebat. Secundo modo,quia sanguis incrassatur , propter hoc disponit sanguinem , ut ex eo fiat caro. Ista enim medicina quæ carnem generat,oportet ut non sit mordicatiua,per hoc enim malam materiam attraheret,quæ carnis generationem impediret,nec nimis sit ficca, quia tunc materiam ex qua debet fieri,consumeret,& substantialem humiditatem membri, & sic ulcus profundaret.

Quarta operatio sicci est sigillare,& cutem generare super uulnus consolidatum,& ita est siccior quam carnem generans,quia magis debet consumere humiditatem , & sanguinem indurare quia siccior est cutis quam caro , & hæ sunt operationes sicci.

Scitæ sunt operationes medicinarum simpliciũ quas habent a complexione sua. Sunt & aliæ quas nõ habent a sua complexione,sed a sua proprietate sicut scamonea habet attrahere choleram.Item quædam sunt medicinæ, quæ habent duas operationes simul,ut uentrem soluere, & membrum constringere & confortare , sicut hermodactyli habent attrahere phlegma a iuncturis ad stomachum , & per hoc uentrem laxant,& hoc faciunt sua proprietate . Similiter sua stipticitate quas habent confortare iuncturas & cõstringere,ne materiam aliunde recipiant. Et forte emplastrati exterius supra iuncturas habent extrahere materiam ad exterius,& stipticitate sua membrum confortare.

Item aliæ sunt medicinæ, quæ habent duas operationes facere,& sunt differentes ab illis,sicut ciminum habet laxare membrum sua humiditate lubricatiua , & prouocare ratione suæ substantiæ subtiliatiuæ & penetratiuæ . Quando ergo uolumus unam istarum operationum per talem medicinam facere,tunc debemus aliam impedire,& illam quam uolumus iuuare . Vnde quando uolumus prouocare urinam per ciminum, debemus iuuare ciminum per diuretica,ut per semen apii , & tunc ad prouocationem urinæ ualet,& in partes ipsum ciminum puluerizare , ut citius a stomacho ad renes transeat , & aliam impedire,scilicet humiditatem lubricam amouendo, forte per adustionem uel contritionem.Sed si uolumus uentrem laxare , oportet econuerso facere admiscendo medicinas lubricas,ut uiolas & similia,& in crassas partes puluerizare, ut plus in stomacho moretur,& operationem suam in eo faciat. Ité aliquæ medicinæ quæ habent substantias diuersas in se, unam acutam subtilem,quæ est in superficie , aliam centralem crassam stipticam , ut caulis , inter quas natura potest diuidere in operando unam partem trahendo ad unam materiam faciendo unam operationem,& aliam ad aliã, & ideo cauIis in apostematum statu est bonus, natura enim trahit sub stantiam subtilem acutam ad materiam fluxam,ut ipsam dissoluat,& mittit substantiam stipticam ad materiam fluxuram ne fluat,&c.

Habito de tribus confectionibus quasdam medicinas componentibus,& quædam electaria ingredientibus,Nũc ad electaria accedamus.

De electariis.

Sciendum quòd electariorum quædam sunt calida , ut diamargariton,diacalamentum &c.Quædam sunt frigida ut diapapauer,triasandali &c. Quædam humida, ut diatragacanthum . Quædam ficca,ut diaprasium.

Item quædam iuuant membra animata,ut pliris cum musco & sine musco.Quædam membra naturalia , ut diacitoniten.Quędam membra genitalia,ut diasatyrion.Quædam uitalia , ut diamargariton. Item quædam confortatiua tantum,quædam confortatiua & laxatiua , quando confortãt, pulueres debent bene conteri secundum suum modũ plus, uel minus, secundum quòd diuersis membris competunt; ut dictum est prius. Item quædam electaria fiunt ex solis pulueribus,ut diamargariton,quædam decoctionibus herbarum,& pulueribus, et aliquando cum succis herbarum, & pulueribus ipsarum. Ad istam electionem spectant,quæ ualent ad membra spiritualia,quæ sunt, diamargariton,diacameron,diamoron.

De diamargariton. Diamargariton est electarium ex puluere factum , & dicitur sic , quia ex duabus margaritis conficitur , ualet cardiacis,& tristibus,ualet ad cordis & stomachi debilitatem & lætificat.Margaritæ secundum quosdam sunt basis, quia dant nomen,sed non oportet . Non enim dant nomen margaritæ , & laudes conuenientes huic electario.Tales enim

ſunt,quia confortant cor & ſtomachum . Caryophylli igitur,& ſpica,& lignũ aloes, & margaritę ſunt pro baſi una, quia margaritæ confortant cor,& alia ſtomachum confortant,margaritæ confortant cor per ſimilitudinẽ, quia ſunt duræ ſicut cor. Item quia cor eſt rarum in ſubſtantia confortant ipſum inſpiſſando. Vnde lignum aloes, & ſpica , & caryophylli , ſunt eius baſis quantum ad confortationem, & margaritæ ad cordis debilitatem.

De caryophyllis.

Caryophylli eſt medicina nota,proprietatem cõfortandi ſtomachum & hepar habent, faciunt putrefactionẽ oris ſua acuitate cum nimio uſu comeſtionis , quia ſua acuitate laxant gingiuas,quæ laxatæ materiam aliquando recipiunt quæ remanens ibi putrefit. Et ſpica duplex eſt ſcilicet celtica & ſpica nardi .

De ſpica nardi.

De ſpica nardi hic intelligimus , eſt medicina nota habens proprietatem reſoluendi caliditate ſua, & confortandi ſtomachum ſua ſtipticitate , oppilationem hepatis aperit cum materia eſt frigida,& pectus cõfortat & coitũ incitat.Et ideo in medicinis prouocantibus coitum ponitur. Item prouocat menſtrua ſuffumigata, eſt enim aromatica.

De margaritis.

Margarita duplex eſt ſcilicet perforata & non perforata.perforata eſt melior,cũ eſt perforata a natura non ab arte,ut ponitur in coronis,quia iſta operatio non dat ei bonitatẽ neq; malitiam,licet hoc quidam dicant, quod propter hoc ſunt bonæ,quia illæ perforantur, quæ in coronis mulierum ponuntur,et ideo perforatæ ſunt meliores.

Sed dico quòd perforata natura eſt melior , & cum eſt pforata a natura eſt pretioſa & cara quia ſecũdum philoſophum libro.4.de animalibus, quæ ſunt perforatæ a natura ſunt mũdatæ a ſuis ſuperfluitatibus per illa foramina.Margaritæ ſunt illi lapides,qui in uentribus piſcium conchiliũ inueniuntur:iſta puluerizata cum corallo ſi proiiciatur ſuper oculum ualet ad lachrymas oculi,prohibet ne materia fluat ad oculum .

Declaratio diacameron.

Diacameron.i.ducens hominem de morte ad uitam,antophilus ibi ponitur,& eſt ſtypticus, amarus, ualet ad pectus,& ad luxurioſos,& caryophyl.gingib.& cinamomum ſunt ibi pro baſi una,quia confortant ſtomachum, & antophilus eſt ibi baſis alia,ſcilicet inquãtum confortat pectus, & eſt medicina cardiaca,& eſt prætioſior quàm diamargariton,quia ibi ponuntur,quæ ponuntur in diamargariton, & plus de pretioſis,galanga,& ſpica celtica .

Declaratio diamoron.

Diamoron ex duobus moris fit . Sunt enim mora celſi, & mora rubi,illa non poſſunt digeri in ſtomacho propter ſui craſsitiem,ideo ei nocent, ſunt enim ſtyptica & ſicca, unde prohibent materiam fluere ad uuam, & guttur ſua ſtipticitate.Diamoron ualet in principio ſynanches, mirabiliter enim reprimit materiam,ne fluat ad guttur,cum aqua roſata adminiſtratur,& plus ſi adminiſtretur cũ ſucco corticum nucis magnæ,quia diamoron per ſe non poteſt penetrare propter ſui craſsitiem,& ideo non conuenit in repercuſsione materiæ a ſuperioribus uenientis, ſed ſuccus ille eſt penetratiuus,cuius ſignum eſt,quia pueri non poſſunt abſtergere manus ſuas ab ipſo maculatas , & ideo penetrat bene interius,& ſua acuitate qua penetrat , materiam fluxam conſumit,& ſua ſtipticitate materiam fluxurã prohibet,& non ſolum ab una parte,ſed a qualibet parte,quod non poterat facere diamoron per ſe,quia nõ poterat intrare partes gutturis ſicut cum ſucco , iſta decima pars, quæ inuenitur in antiquis libris eſt lib.ii.

Habito quomodo fiat digeſtio. Conſequenter quæritur utrum quilibet humor ſit euacuandus,et a natura digerendus,& uidetur quòd non per Hip.ii.aphoriſmorũ,inchoantibus morbis &c.ſed tunc materia eſt indigeſta , ergo &c. Item in primo in peracutis paſsionibus raro pharmaciis uti,ſed tunc non eſt digeſta materia,ergo &c.

Quæritur an quilibet humor ſit euacuãdus.

Item digeſtio eſt repreſsio malæ qualitatis materiæ,ſed materia euacuanda poteſt peccare in quantitate nõ in qualitate,ergo talis materia euacuanda non poteſt digeri . Itẽ aliquando nulla facta digeſtione materiæ euacuandæ damus hieram picram Galeni, Paulini pilulas ad euacuandã choleram ante cibum uel poſt,ergo &c . Sed contra dicit Hippo.digeſta medicari &c.

Conſequenter quæritur utrum materia nec quantitate nec qualitate peccans,ſi debeat euacuari, debeat digeri,uidetur quòd non,quia digeſtio eſt repreſsio malæ qualitatis materiæ,ergo & c.Contra digeſta medicari &c. Item in apho.dicit ſi quis uult corpus purgare , oportet materiam præparare primo,ergo &c.Solutio ad primam quæſtionẽ dicendum,quòd aliquando eſt euacuanda materia digerenda,& aliquando non,nam ſi materia eſt furioſa, tunc debet euacuari ſine eius digeſtione . Si materia non eſt furioſa, aut ipſa eſt multa,aut non,ſi ſit multa, debet euacuari tunc abſque digeſtione materiæ ad minus in parte,ut natura melius poſsit ſupra reſiduum,melius eſt enim ipſam materiam indigeſtam euacuare,quã naturã impedire in ſua digeſtione. Si materia non eſt multa, uel natura poteſt ſupra eam complete ad digerendum eam, aut non,ſi ſic,ipſa nõ eſt digerenda antequam euacuetur,ſi natura non poteſt complete ſupra eam ad digerendum ipſam , tunc aut ipſa euacuatur per medicinam fortem,aut per leuem,ſi per leuem medicinam euacuatur,tunc eam poteſt hæc tantum digerere per aliqua ſui componentia,quantum ipſa poteſt attrahere per aliqua ſui componentia,ſicut pilulæ ante cibum , tunc tales medicinę poſſunt dari ante digeſtionem cum ipſæ digerant tantum,quantum euacuant , ſi medicina ſit fortis, tunc materia debet digeri,antequã euacueẽ tali medicina. Ad quam digeſtionem quatuor requiruntur conditiones.

Prima eſt mẽbrũ præparare, ita ne malũ ei nocumentũ inferatur a malitia medicinæ, & ita diuerſimode debent præparari contra diuerſas malitias,quas medicinæ debent inferre.Vnde Hipp.iiii.particula apho. ad helleboros &c. quia helleborus nimium deſiccat , antequam exhibeatur, membrum debet humectari quiete & ocio.

Secunda conditio eſt,quod materia remolliatur , ut ſit parata ad exitum.

Tertia conditio eſt,quòd uiæ debẽt aperiri,ut per ipſas poſsit currere materia,& trahi a medicina.

Quarta conditio eſt,quòd humor attrahẽdus ita præparetur , ut a membro , & a materia odio habeatur, quòd a natura non retineatur, natura enim uehementius retinet phlegma in æſtate quã in alio tempore,ut per illud cõtemperetur caliditas æſtatis, & choleræ abundantis in æſtate. Similiter in hyeme natura uehementius retinet choleram quã in alio tempore,ut per eam contemperetur frigiditas temporis hyemis,& phlegmatis abundantis in hyeme , & ideo in æſtate eſt magis amicum naturæ phlegma quã cholera,propter quod in æſtate facilius euacuatur cholera quã phlegma,immo ſi phlegma tunc euacuaretur , tũc eſſet motus agitatiuus phlegmatis tracti a natura et a medicina. Similiter cholera in hyeme eſt amicabilior naturę quã phlegma,et ideo in hyeme facilius euacuatur phlegma quã cholera,immo ſi cholera tunc euacuaretur,eſſet motus agitationis cholerę tractæ a natura,& a medicina,per hæc patet reſponſio ad duo prima argumenta.

Ad tertium dicendũ,quòd ratio ſupponit falſum, impoſſibile eſt enim humorem abundare in quantitate,quin cum hoc abundet in qualitate , unde impoſsibile eſt phlegma abundare in quantitate quin cum hoc abundet in frigiditate & humiditate,non quia ſit frigidior & humidior quam ſi non abundaret,ita & de aliis humoribus, & ſic patet ſolutio ad argumentum per prædicta.

Ad ſecundam quæſtionem dicendum eſt, quòd materia, nec qualitate nec quantitate peccans antequam euacuetur debet digeri,ut ipſa ſit naturæ odioſa, niſi enim digeretur nõ eſſet naturæ odioſa, & tũc ſi uellemus ipſam euacuare,eſſet motus agitationis medicinæ trahentis & naturæ retinentis,ſi autem timeamus humorem mouere, & facere in tempore ſequenti ratione moræ aliquam ægritudinem ſpecialem,ſicut febrem tertianam, uel aliquem alium morbum ante tempus illud eſt melius materiam alterare in oppoſitas qualitates illius morbi, ne illum morbum faciat quã illam materiam euacuare,et ſic ſoluũtur argumenta,et per conſequens quæſtiones.

Dianthos dicitur,quod fit ex floribus dendrolibani,uiolarum,& roſarum,ualet triſtibus,macilẽtis,cardiacis, multum lætificat,& conualeſcentes ex ægritudinibus multum confortat,vi.pars confecta eſt lib.ii.&.s. Reci. florum roriſmarini ʒ.i.roſarum,uiola.liquir.ana. ʒ.vi.caryophyl.ſpicæ,nucis muſc.galangæ,cinamo.gingi.zedoariæ , macis,ligni aloes,carda.anethi,ana. ℈.iiii.mellis quantum ſufficit, detur mane & meridie, febricitantibus cum aqua, non febricitantibus cum uino .

De pliris arcoticon.

Pliris arcoticon, pliris completa medicina , arcoticon principium interpretatur,proprie ualet triſtibus , melancholicis & ad nimiam ſtomachi debilitatem , & ſyncopim & cordis,memoriam reparat,intellectũ acuit, & epilepticis,analepticis,& catalepticis prodeſt, & omnem debilitatem cerebri reparat,octaua pars eſt li.i.℞.cinnamo. caryophyl.ligni aloes,galangæ,ſpicæ, nucis muſ.gingibe.ſpodii, ſchinanthi,roſarum,cyperi , uiolarum,ana.ʒ.i. & gra. xvi. folii,liqui.ſtyracis,maſticis,ſanſuci,balſamitæ, baſiliconis, cardamo.macropi.myrtillorum,corticum citri,ana.ʒ.ii.& gra.v.gemmarum,been albi & rubei,coralli,ſerici combuſti,ana.ʒ.i.& grana.ii.& .s.muſci.grana.v.ſyrupi roſa.quantum ſufficit.detur mane & ſero febricitantibus cum calida non febricitantibus cum uino.

Diacaſtoreum.

Diacaſtoreum dicitur a caſtoreo,quod ibi recipitur,ualet contra grauiſsimam cephaleam, epilepticis , uertiginoſis , auxiliatur : hemicranicis , & monopagicis doloribus prodeſt,paralyſim omnium membrorum , maxime capitis emendat,emphraxim hepatis , & ſplenis atque renum ſoluit,& omnibus ęgritudinibus ex frigiditate obſtat, quinta pars confecta eſt,lib.ii.℞.caſtorei, myrobalanorum citrinorum,ana.ʒ.iii.minus gra.i.&.s.aloes.ʒ.i.&.s. minus granum.i.aſſari,myrrhę,euphorbii , ana.ʒ.i.& gra. xvii. folii, antimonii,liquiritiæ,tragacanthi,calami aromatici , nitri, chalbani,ſchœnanthi,ſpicæ,opopa.caſiæ,piperis longi, albi,& nigri,xylobalſami,carpobalſami, colocynthidis,reupontici,ſtyracis calamitæ , gingib.cinamo.ana. drach.i.& grana.ii.ſtaphiſagriæ,dauci,marathri, petroſel. apii , ſemi. ſileris,daphnococi,conchi,ſinoni,petrolei, ſtyracis rubei, ſanguinis draconis, cardamo . thuris maioris & minoris, aniſi,ſileris,olei laurini,agarici,maſti.ſalis armoniaci , zedoariæ,ana.ʒ.i.& gra.viii.ſatureiæ,hyſſopi , chamædryos, pulegii,origani,balſamitæ,ozimi,branchæ urſinæ,dictami, rutæ,ſe.ariſto.longæ & rotun.aaron, nabathematicon, aſari,ſaluię,roſarum, bdellii, ana gra.xvii. epithy. polypodii, opopa.ana drach.xv.aliapidios,cappar. ana.grana.xi. anacardi,ſabinæ,gentianæ, corticum mandragoræ, ana grana. xvi.peucedani,abſinthii,ireos,ana.grana.ii.& tertiam partem vn.mellis quod ſufficit,detur in modum auelanæ capitalibus paſsionibus cũ apozimate eleliſphaſci,hepaticis cũ decoctione abſinthii,uel eupatorii, ſpleneticis , cum aqua capparis uel calamenti,nephreticis cum aqua decoctionis milii ſolis uel macedonici,accipiatur ſummo mane,& ieiunent uſque ad horam ſextam .

Diairis.

Diairis dicitur a radice illa,quæ ireos appellatur , ualet dyſpnicis,arteriacis,tuſsientibus,uocem perditam reſtaurat,ſi fuerit ex frigida cauſa,duodecima pars eius confecta eſt lib.iii.℞.ireos.unc.i.pulegii,hyſſopi,liquiri.ana.ʒ. vii. tragacanthi,amygdalarum,pineæ, cinamo. gingi. piperis, ana.ʒ.iii.ſtyracis rubeæ.ʒ.ii.℈.i.caricarum,carnium dactylorum,paſſularum enucletarum,ana.ʒ.iii.& s.mellis quod ſufficit,detur ſero cum uino calido. Sicut dicit Auic.in.ii. iudicia medicinarum mutantur ſecundum diuerſas præparationes,ne igitur iudicium medici impediatur , præparationes medicinarum uideamus.

De præparationibus medicinarum.

Sex enim ſunt præparationes medicinarum . Prima eſt coctio.Secunda contritio.Tertia eſt aduſtio. Quarta ablutio.Quinta congelatio.Sexta commiſtio.Præparantur igitur medicinæ per coctionem , quæ coctio neceſſaria eſt tribus de cauſis.

COCTIO.

Prima per decoctionem.

Prima eſt earum mundificatio, & ſic mel decoquitur,ut a ſua impuritate mundificetur.Vnde Gal.3.acutorum,mel non coctum,non debet poni in hydromelle, niſi ſit purum, ſed ſi ſit impurum debet decoqui unde mundificetur.

Secunda conditio uel cauſa eſt, ut ſubſtantia quam uolumus refutare expellatur,ſicut cum caules in dyſenteria uolumus dare ad uentris conſtipationem,decoquimus , ut ſubſtantiam eorum acutam laxatiuam, quæ eſt in ſucco auferamus,& de hoc habetur a Gal.3. de ſimplici medicina, quòd caulis decoquitur cum ad uentris locum datur, quia quanto plus decoquitur,tanto plus ſtringit.

Tertia de cauſa fit decoctio medicinę , ut uirtus eius aqua uel oleo,in quo fit decoctio, demundetur . Et propter hoc dicit Gal.3.ſimplicis medicinæ , quod aqua & oleum ſunt materia aliarum medicinarum , quæ ſecundum uirtutes illarum medicinarum quibus commiſcẽtur formantur, & hæc tertia decoctio diuerſificatur ſecundum diuerſitatẽ decoctionum,quædam enim ſunt medicinæ quas oportet longo tẽpore decoqui,& ſunt craſſæ,ut lapides,& radices, & genera alia,ad hoc enim,ut eorum uirtus aquæ,uel oleo madetur,oportet quod earum decoctio ſit diuturna . Aliæ ſunt medicinæ,quæ minori decoctione indigent,& in tempore minori,ſicut ſemina diuretica,ut ſemen apii, petroſelini,fœniculi,dauci,carui,ameos &c : Aliæ ſunt medicinæ quarum decoctio eſt ad ſufficientiam in tempore breuiſsimo,ut illæ quæ ſunt raræ ſubſtantiæ,ut epithymum, flores, uiol.boragi.& omnes flores uniuerſaliter.Ex hoc enim habemus unum modum confectionis ſyruporum. Si enim uolumus in aliquo ponere radices,ſemina,& flores,primo debemus ponere radices, & decoctione ſemifacta debemus ponere ſemina,& decoctione fere completa,debemus ponere flores.

CONTRITIO.

De ſecunda per contritionem.

Secunda præparatio medicinæ eſt per contritionem, iſta autem contritio eſt duplex,una multa , alia parua.Multa fit duabus cauſis.Prima eſt ut per illam contritionẽ remoueatur malitia medicinæ quam faceret in ſubſtãtia ſua craſſa,& ſic bene conteritur pulpa ſecundum Auicen . quia ſi remaneret in ſua ſubſtãtia craſſa adhærens membro, ut ſtomacho uel inteſtinis ſua ſpongioſitate attraheret humorẽ multum exiſtens in ſtomacho uel inteſtinis, & poſſet ibi generari apoſtema,& hoc dicit Auic.in.ii. & non ſis contentus pulpam contere,unde pulpa propter illam cauſam ſubtiliſsime conteritur. Secunda cauſa eſt, quia membrum quod curare uolumus eſt ſituatum in diuerſis partibus remotis,& ideo bene debet conteri , ut facilius penetret,& minus in ſtomacho remaneat , & propter hoc dicit Auicẽ. in prooemio,quòd pulueres ſubtiliſsime debẽt conteri cũ ponuntur in electariis,& hoc habetur a Ga.ii.ſimplicis medicinæ,quòd medicinæ curantes paſsiones renum, debent minutiſsime conteri propter cauſam prædictam. Craſſa autem contritio fit duobus modis. Vna eſt cauſa,ne ultimata contritione uirtus medicinæ , & operatio proprie corrumpatur,ut cum medicina ſit ſcamonea,ſi multũ contereretur propter raritatem ſuæ ſubſtantiæ amitteret ſuam operationem,quæ eſt attrahere choleram.propter quod ipſa debet conteri in magnas partes.

Et ſi tu dicas per illam propoſitionem,quòd ſi tanta uirtus in tãto tempore poteſt,& medium poterit trahere medium in æquali tempore,ergo ſi pondus.i.ʒ.ſcamoneæ poterit trahere tantum choleræ,& medietas poterit trahere medietatem cholerę. Eſt dicendum ; quòd iſta propoſitio eſt uera,ſi utraque poſsit in hunc actum , ſed utraque non poteſt,quia uirtus eſt ablata,& ita a parte agentis , uirtus eſt ita ablata,quòd non poteſt trahere, unde non habet diminutam uirtutem reſpectu paſsi,ſed nihil,non enim ſequitur,ſi decem homines poſſunt trahere nauim per unam leucam in ſeptimana,ergo quinque homines poſſunt trahere eandem nauim per dimidiam leucam , nec ex parte medicinę tenet ſimiliter,ultimata ergo eius contritio corrumpit propriam uirtutem medicinæ. Sed corrũpere propriã operationem medicinæ eſt duobus modis , aut corrumpitur ſua propria operatio,ita quòd in aliam non mutatur,ſicut in ſcamonea,quæ ultimate contrita non laxat,aut propria operatio corrumpitur,et alia inducitur, ſicut patet in cimino cuius eſt uentrem laxare , ſed cum conteritur ultimate , mutatur laxatio iſta ad urinam , quia tunc urinam prouocat . Secunda cauſa eſt , quare non multum conteruntur medicinæ , ſed craſſę remanent , ut multo tempore in ſtomacho remaneant , & iuuent digeſtionem in eodem , & ſic faciunt medici , quia hepati trageam craſſam propter ſtomachum , & propter alia membra minute contritam .

Aduſtio

ADVSTIO

De tertia p adustionem.

Tertia pparatio medicinę, ē adustio q̄ fit sex de causis.

Prima est, ut acuitas quæ continetur in medicina remoueatur per adustionem, quæ adustio consumit partes subtiles, in quibus est acuitas, & per hoc acuitas remouetur, & ita attramentum quod corrosiuum est, & chalcanthum adustum cum croco ualet ad consumptionem apostematis duri, quia tunc sine corrosione consumit.

Secunda causa, ut per adustionem acuitas acquiratur, & ita lapides non habentes acuitatem, ut fiant calx aduruntur, quæ acuitas in partibus terreis lapidem sic desiccando & igniendo. unde secundum Gale.ii. simplicis medicinæ, calx est calida in.iiii. gradu est corrosiua, piper secundum Gal.ibidem est calidum in.iiii. gradu. Illa autem caliditas cum est in.iiii. gradu, tunc est in materia crassa, quæ propter sui crassitiem diu moratur in uno loco, propter quod corrodit membrum in quo moratur, & sic calx uiua quæ habet partes crassas, quæ non possunt cito penetrare, immo diu morantur in uno loco, nec sine illis subtiles possunt penetrare, propter quod corrodit, sed pertransit sicut flamma, quia sua caliditas in rara substantia fundatur, & ideo non adurit, nec corrodit, & ideo dicit Auicen. quod cępe exterius posita ulcerat, quia diu moratur in uno loco, sed interius recepta, non propter sui motum.

Tertia causa est quare aduritur medicina, quia ipsa est ualde crassa ita, quod ad partes remotas non potest penetrare, nisi subtiliaretur: in ista autem adustione subtiliatur, propter quod melius potest penetrare.

De quarta p ablutionem.

Quarta causa est, ut melius possit contineri, per illam.n. adustionem disponitur medicina ad faciliorem contritionem, & sic sericum comburitur secundū Auicen. nec debet conteri in pliri, cum non est artificiale neq; bonum, quod sic per ipsum conteratur, quia aliqn̄ sua uirtus tota corrūpitur in ista adustione, licet per ipsam præparetur ad contritionem. Istud enim sericum aliquādo datur ad cordis cōfortationem, et tunc non debet comburi, quia tunc uirtus medicinæ quam quærimus amittitur scilicet cordis confortatio, & tunc quando debet poni in pliri electario melius est, ut scindatur in minutissimas partes cum cultello, & postea secundum quod possibile est cōteratur. Aliquando enim ponitur sericum in medicinis ad consumptionem materiæ, & sic ponitur in dialene, & tunc debet cōburi, & tunc bene habet uirtutem consumendi. Similiter est de aloe, quia aliquando datur simul ad laxandum, & ad stomachum confortandum, tunc debet comburi, quia per istam combustionem consumitur sua gummositas, per quam laxabat. Et propter hoc magis apparet alia uirtus, & alia operatio quæ est confortare, & tunc melius confortat.

Quinta causa est, ut malitia medicinæ remoueatur, & sic scorpio aduritur, ut per istam adustionem uenenositas auferatur per quam malitiam poterit inducere in corpus humanum, nec in lapide, quia per puluerē ex eo factū possumus mirabiliter lapidē frāgere, ad q̄ mirabiliter ualet.

Sexta causa est, ut humiditas superflua consumatur, & sic myrobalani, & omnes gummi quæ dantur contra fluxū uentris, aduruntur, ut remoueatur gummositas illa per quam laxabat, & sic in myrobalanis remanet natura constrictiua, & in aliis remanet natura uiscosa conglutinatiua humiditate superflua, lubrificatiua, consumpta, ut gummi arabicum, tragacanthum, & sic datur in dysenteria.

ABLVTIO.

Quarta pręparatio medicinæ est ablutio, per ablutionē enim pręparantur medicinæ. Ista autem ablutio fit quatuor de causis. Vna enim est ut acuitas quæ continetur in medicina, auferatur, & sic abluitur calx, et extinguitur aqua frigida, ne sua acuitate corrodat membrum, & similiter de omnibus medicinis quarum timemus acuitatem.

Secunda de causa debet ablui medicina, ut ab ea sordes mundificentur, & sic abluitur oleum, ut mundificetur, ideo ut per illam ablutionem albificetur & clarificetur.

Tertia causa, ut melius possit conteri, quia medicina est ita dura, quod non potest bene conteri, nisi partes suæ remolliantur, & sic acatia abluitur, ut melius possit cōteri, prius tamē aduritur quam abluatur, ut per adustionem

E & per ignem adurentem incidatur, & pori aperiantur, unde per omnes eius partes primo in ablutione aqua possit melius iuuare scilicet subintrare, & omnes partes eius remollire, deinde ad ultimum conteri, primo ergo aduritur, secundo lauatur, tertio conteritur.

Quarta de causa abluitur medicina, ut eius malitia auferatur, & sic lapis lazuli abluitur, habet enim duplicem uirtutem scilicet expressiuam & nauseatiuam, ut ergo nauseatiua auferatur, debet ablui ut compressiua solum remaneat. Sed quia multiformis est ablutio in istis rebus diuersis, ideo uideamus de istis diuersis ablutionibus, quia in hoc multoties solent chirurgici medicos irridere.

De ablutione ceræ.

Cera enim primo sic abluitur, debet primo liquefieri ad ignem, deinde in aqua pura clara sine sapore aliquo debet poni, & in ipsa aqua debet manibus malaxari, & aqua à cera cum manibus exprimi. Deinde ad ignem debet liquefieri, & demum in aqua munda &c. ut prius, & sic iterum, & iterum faciendum est, quousq; aqua ista sine sapore aliquo exierit, quia tunc signum est, quod tota acuitas ceræ est ablata, qua indigemus aliquoties cum uolumus unguentum

F ad infrigidandum, unde ablutionem illam facimus, ut acuitas ceræ auferatur.

De ablutione olei.

Oleum debet sic ablui, pone oleum in uase mundo stricti orificii, & demum super oleum infunde aquam mundā ardentem, & tamen non debet malaxari cū manibus istud oleum, sicut faciebas de cera, ne propter sui uiscositatem adhæreat manibus. Et aliqui lapides abluuntur, non sicut oleum & cera.

Lapis lazuli sic abluitur, aut alius lapis huiusmodi primo debet conteri, & postea poni debet in loco, uel in uase purissimo. Et postea aqua clara fortis super eum infundi, & debet diu aqua cōmoueri, & postea debet dimitti quousque resideat in fundo aquæ, & deinde remoueatur ista aqua, & postea iterū ponatur, & fiat ut prius, & iterum & iterū quousq; aqua exeat clara absq; sapore mutata, & ablutio istius lapidis sic fit, ut p hoc uirtus nauseatiua auferat.

CONGELATIO.

De congelatione.

Quinta præparatio medicinæ est congelatio, cōgelatur

G enim medicina eam ponendo in loco frigido, ut caliditas remoueatur, & frigiditas introducatur, unde sic medicinę infrigidantes congelantur.

COMMISTIO.

De commistione.

Sexta præparatio medicinæ est cōmistio, commiscemus enim aliquando medicinas adinuicem, ut earum uirtus fortificetur, sicut scamo. admista medicinis aloeticis ipsas cōfortat in actione, & sic zin. fortificat turbith, de se.n. turbith phlegma attrahit subtile, sed si cum eo zingi. admisceatur, fortificando facit eum trahere phlegma crassum.

ADMISTIO MEDICINARVM.

Secundo modo admiscemus medicinam medicinæ, ut ipsam faciat transire cito ad locum debitum, & sic crocus admiscetur auro & argento, & sic de aliis medicinis cardiacis, quia illæ sua ponderositate ad intestina cito descenderent, nec ad uenas possent penetrare, sed crocus facit ipsas ad cor penetrare.

Tertio modo admiscetur medicina medicinæ, ne cito transeat ad uenas, ut quando uolumus hepar deoppilare per diuretica, & illa habent naturam cito penetrandi ad

H uenas, ideo debemus cum eis aliqua admiscere quæ ea impediant, ne cito ad uenas transeant, immo remaneant in uiis hepatis, sicut raphanus habet proprietatem humores attrahendi ad stomachum, & diuretica habent naturam penetrandi ad uenas. Ex isto autem motui contrario fit agitatio quædam, quæ est causa quietis in uia medicinæ, & hoc est in hepate.

Quarto modo admiscetur medicina medicinæ, non ut medicina fortificetur per aliam medicinam uel confortetur, sed potius ut una per aliam debilitetur & corrumpatur, ut si admisceamus uiol. uel myrobalanos in æquali uirtute quia una laxat, & alia comprimit, una alii contrariatur, & diminuitur operatio unius per alteram, & ideo cum admiscetur uiol. cum myrobalanis debent parum cōmisceri, & hoc ut operatio uiolarum prius fiat, quam myrob. operentur.

Quinto

Quinto modo admiscentur medicinæ inter se, ut una aliam impediat, & sic admiscemus cum scamo. zing. quod confortat stomachū, eo quod scamo. est inimica stomacho, & bdellium aut mastix, quia scamonea habet intestina excoriare, ut sua uiscositate hoc impediant in scamonea. Itē non solum ex ignorantia complexionis medicinarum, & ignorantia præparationis impeditur iudicium medici, sed potest impediri ex herbarum uicinitate aliarum, unde medicinæ crescentes iuxta herbas uenenosas, sunt malæ, & uirtus earum est corruptiua, & sic uidemus quod uirtus musci, & ambræ cum oritur iusta camphoram, & psylliū corrumpitur & diminuitur.

Dictum est prius, quod quædam sunt electaria ualentia ad membra spiritualia quædam ad membra naturalia &c. & cum prius dictum sit de tribus electariis ualentibus ad membra spiritualia, diamargariton & diamoron, & diacameron, Nunc dicamus de aliis ualentibus ad membra naturalia, & de his quatuor quæ spectant ad electionem istā, quorum primum est dianthos, secundum est pliris, tertiū est diacastoreum, quartum est diairis.

Electaria ad membra naturalia.

De Dianthos.

Ianthos fit de anthos & est basis in hoc electario, sicut patet inspiciendo ad eius laudes, quæ proprie huic competunt, & est ibi plus quam de aliis.

Anthos est marinus ros, in litera habetur floris rorismarini. Item de dendrolibani, aut leptolibani, & cū dicitur dendrolibani, uel leptolibani intelligitur, quod fit de foliis rorismarini, & cum dicitur de floribus anthos hoc est de floribus rorismarini, & leptobani, uel dendrolibani folium eius, est istud, est calidæ & siccæ complexionis, non tamen multū, unde non multū calefacit, nec multū infrigidat cor, tamen proprie confortat, spiritus reparando, stomachum confortando & cerebrum, unde sunt multa ibi ualentia ad stomachum, ut ro. zingi. & similiter ualet cerebro sua aromaticitate spiritus reparando & confortando, & ad cor proprie est medicina cardiaca, anthos ex sua proprietate cor confortat, et ualet contra cardiacam passionē ex frigida causa, & ualet tristibus & macilentis.s.ex solicitudine & tristitia, quia lætificat, debet caueri in feb. ca. & in omnibus extenuatis, nisi sit ex solicitudine, & conualescentibus, quia in eis est paucitas spirituum.

Dianthos autem reparat spiritus deperditos, & cor debile confortat, sunt enim qui ualde timent propter cordis sui debilitatem, & spiritus paucitatem, & propter hoc tristes sunt, & curiosi a cura dicti non a curiositate & macilenti. Quidam enim dicunt quod debet dari in febribus in mane cum aqua frigida &c. Sed si ego darē in febribus, nō darem nisi in febribus de materia frigida, & in die interpolationis, melius & securius tamen est, ut caueatur in feb. sed cōuenit in illis, qui habent cor debile, tēperatum tamē satis ī caliditate et frigiditate, tñ debile spirituū paucitate.

De pliris.

Pliris est aliud electarium ualens ad spiritualia. Pliris duplex est cum musco & sine musco. Arcoticon, id est completa confectio, siue perfecta medicina, ualet tristibus, confert melancholicis, confortat stomachum debilem & cor, & ualet cōtra syncopim, memoriam reparat, sensum acuit, & epilepticis ualet analepticis, & catalepticis, & omnem debilitatem stomachi confortat ex causa frigida, est enim calidius & siccius quam dianthos. Sunt enim quædam quæ ualent proprie ad confortationem stomachi, ut cinnamomum, & caryophyllum. Sunt etiam quædam uiolentia ad cor, ut corallus & spodium, quædam autem ad cerebrum, ut schœnantus, & cyperus. Est igitur pliris medicina cardiaca, & cor confortat ut dianthos, sed differenter & propter causas diuersas duæ debent dari ad confortationem cordis. Pliris enim debet dari ad confortationem cordis propter frigiditatem & timorem, sed dianthos quando est temperatum in caliditate & frigiditate, est tamen debile ex spirituum debilitate uel paucitate, quia anthos ex sua proprietate habet spirtus reparare. Notandū secundū artē quam dat Galen. quod si aliqua medicina ualet ad membra plura, debemus dare illam medicinam cum aliquo ducente ad membrum illud, quod uolumus confortare. Vnde diuretica habent deoppilare hepar & splenem, pectus & pul-

A monem. si autem uolumus dare diureticam ut anisum, & tamen ad deoppilationem hepatis, possumus dare sicut sunt, quæ ad hepar conueniunt cum sua uirtute. Sed cum uolumus deoppilare splenem, debemus dare cum aceto, cum acetum faciat transire ad splenem. Si autem ad pulmonem, debemus admiscere cum liquiritia, & vuis passis, & similibus. Similiter cum pliris ualeat ad stomachum, cor, & cerebrum confortandum, cum uolumus dare plirim ad stomachum confortandum, debemus dare cum decoctionibus alicuius ualentis ad stomachi confortationem, & habētis respectum ad illum membrum proprie, uel cum decoctione zingi. uel galangę, si ad cor cum decoctione buglossæ, aut nucis muscatæ. Si ad cerebrum, cum decoctione betonicæ aut primulæ ueris, aut similium, quæ habent aspectum ad cerebrum, & hæc est ars ualde bona, aliqui tamē sunt ualde delicati, qui electaria nolunt accipere sicut sunt nec cum decoctione, & possumus habere talem cautelam, quia possumus dare tale electarium, & postea uinum ad bibendum cum aliquibus habētibus aspectum ad membrū, quod uolumus confortare, & sic intellige de aliis.

De Diacastoreo.

Diacastoreū dicitur a castoreo, quod est ibi basis, & est

B castoreum, testiculus cuiusdam animalis, quod dicitur castor, & est animal ualde calidum & siccum, & est ualde mirabile habens duos pedes ad modum gatti, anteriores ungues ualde acutos habentes, quia natura dat membrum, & membri operationem. Similiter datur ei a natura, quod est animal ualde aquaticum, & in aqua habitans propter sui uehementem caliditatem, & ideo ut possit ripis fluuiorū adhærere, qn̄ vult nutrimentum suum accipere, dantur ei tales ungues, habet pedes posteriores ad modum anseris, ut cū illis in aqua possit natare, sicut pedibus anterioribus ripis adhæret, sic posterioribus posset natare, habent insup dentes ualde acutos ad modum gatti. Multum sunt similes gatto, quia comedit arbores, radices, & cortices, & ideo ut possit accipere cum suis dentibus illos cortices, habent a natura tales dentes, & incidit tales arbores, & est mos talium animalium, quod quando unus castor uenit in aliqua terra ubi sunt plures castores, tunc ducunt ipsum in locum ubi est copia nutrimenti, unde faciunt ipsum sclauū et seruum, & tunc bene decorant ipsum cū corticibus supra dorsum, & depilant eum ut per hoc possit cognosci ab aliis

C sclauus. Dicitur autem a quibusdā, quod abscindit sibi testiculos cum debet capi a uenatoribus, & quod cognoscit p instinctum naturalē, quod uolunt ipsum habere propter testiculos, & sic habentur, & testiculis habitis ipsum dimitūt uenatores abire. Sed hoc est falsum, pellis.n. eius plus ualet quam eius testiculi. Item non est tanta sapientia in bruto quod sciret hoc facere: isti testiculi sunt calidi in tertio gradu, uel in principio quarti, & sicci in secūdo gradu, & sunt meliores in quibus est sperma, & intus bene digestum.

Item illud electarium in quibusdam libris non est inuētum, & habet magnam receptam, ualet principaliter cōtra paralysim propter euacuationem materiæ, quia residuum materiæ consumit, & neruos confortat, unde est optimum neruis, & istud est empiricum, & contra capitis ægritudinem cum materia est euacuanda, & contra spasmum ex repletione de frigida causa. Diacastoreo aliquando utimur intus, & aliquando extra: intus ut sub lingua tenēdo, si possit pati, quod est difficile diu supra linguam tenere, uel sub lingua receptum, sub lingua consumit humiditatem super

D fluam in lingua, uel in radice linguæ, intra corpus recipitur propter prædictas causas. Item similiter extra utimur eo. unde est unguentum mirabiliter ualens ad paralysim, materia prius euacuata ungatur locus in quo est paralisis de oleo castoreo, & oleo laterino, & oleo laurino forti, uel costino, uel alio oleo petroleo, unde de testiculis castorei fit oleum: sed tamen caue, ne ex hoc inflametur corpus quia timendum est de hoc, est enim de istis oleis unum ex quo fit ignis græcus, sed oleum castoreum commistum cū nardino oleo forte ualent.

De Diairi quid sit.

Diairis dicitur ab iri, est.n. radix quæ habet uim aperiendi, & calefaciendi, & consumendi, unde ista radix matrici supposita, & suffumigata facit aborsum, aborsu enim fœtus aliquando indigemus, cum sit fœtus debilis, non

potens

potens exire,& tunc melius est,quod fœtus occidatur quã mulier & fœtus simul, mẽstrua prouocat mirabiliter,unde suffumigata mortuum fœtum educit, et secundinam,& mẽstrua, fortiter aperiendo matricem, ualet proprie pectori cum in eo sit materia crassa,quia ipsam incidit et diuidit,calefacit, & tussim curat,ex materia tali creatam: unde non debemus dare semper diatragacanthum,& diapenidion in tussi,quia illa lenificatiua non sufficiunt,immo nocent, & magis faciunt materiam inuiscare cum materia sit frigida & crassa,sed debemus cum eis commiscere diairim,aut diahyssopum ad illam materiã incidendam, & alia quæ remoliunt eam, unde in iuuenibus calidæ & siccæ complexionis conuenit diatragacanthum, sed in senibus, qui sunt frigidæ complexionis, & habent naturam multum phlegmaticam,bonum est commisceri diairis operatio, aut diairis, aut diatragacanthum misceri diapenidion, quod est aliquãtulum calidum,& aliquantulum diairis,aut diahyssopi.quãdo est materia crassa in pectore multa, tunc debet primo remolliri,& postea consumi, ideo in diairi ponuntur quædam remollitiua,ut penidion &c. & quædam incisiua, consumptiua,quia est ualens ad materiam frigidam in pectore contentam. Iris est basis in hoc electario quod est diairis, quod patet per laudes eius &c.

Habito de digestione,& de modo digestionis,& de materia digestibili. Nunc uideamus de digestiuis per quæ fit digestio.

De digestiuis.

An syrupꝰ acetosus ualeat in digestio-ne materiæ pure cholericę.

ET circa hoc primo quærimus utrum syrupus acetosus ualeat in digestione puræ materiæ cholericæ, & uidetur quod non, quia nihil subtilians conuenit in digestione materiæ sua subtilitate,& mobilitate peccantis, sed cholera peccat sua subtilitate, propter quod est mobilis de loco ad locum,& syrupus acetosus plus eã subtiliat eam diuidendo, ergo syrupus acetosus adhuc non ualet in digestione puræ choleræ. Item Gal.3.apho. dixit, quod sola siccitas sufficit ad generationem choleræ, igitur cũ acetum habeat siccitatem, ipsum generabit choleram, sed quod generat choleram non digerit eam reprimendo suas qualitates,neq; curat morbos causatos ex cholera.Itẽ nullum calefaciens oportet ad digestionem choleræ dare, sed acetum calefacit,quia locum quem attingit rubicũdat, & corrodit secundũ G.in de simplici medicina,ergo &c.

Sed contrariũ dicit Auicẽ.in quinto,quod syrupus acetosus uincit puram choleram.Idem uolunt omnes autores medicinæ, & eo utuntur omnes medici ad eã digerendã.

Consequenter quæritur quis syrupus melius ualet ad hoc an acetosus uel uiolatus, uidet ꝙ acetosus, quia quod est frigidum magis conuenit in digestione materiæ cholericæ, sed syrupus acetosus est frigidior uiolato, ergo &c. Sed contra. cura fit per contrarium, ergo melius fit curã per magis contrariũ, sed uiolatus magis cõtrariatur choleræ quam acetosus, quoniam in duabus qualitatibus, cum uiol.sit frigidus & humidus,& acetosus una tantum in qualitate contrariatur, quia est frigidus & siccus, ergo &c.

Solutio,ad primam quæstionem dicendũ,quod syrupus acetosus cõuenit in digestione materiæ cholericæ i quinq; casibus. Primo quando materia cholerica peccat in sua caliditate,& non sua siccitate,tunc magis conuenit acetosus quam uiolatus.Potest enim esse cholera temperata in substantia nec nimis sicca nec dura, calidior tamen debito, & tunc ille syrupus est optimus, quia bene infrigidat. Vnde Gal.in de simplici medicina dixit. Ipse non est infrigidans sicut acetum. Secundo conuenit syrupus acetosus in digestione choleræ, quando cholera est in loco remoto, tunc enim syrupus acetosus magis conuenit quam uiolatus, quia acetosus magis potest penetrare quam uiolatus, & ita aqua cum aceto in æstate cito sedat sitim a caliditate membrorum non stomachi introductam. Illud bene sciunt Lombardi qui hoc bibunt, quia humiditate aquæ mẽbra ita rorantur, & sic sitis mitigatur, & frigiditate aquæ & aceti infrigidantur, hoc etiã bene conuenit in pinguibus hominibus, & non multum extenuatis, & siccis, cũ acetum deficcet, propter hoc certe plus ualet acetosus quam uiolatus. Tertio conuenit syrupus acetosus pluſquam uiolatus ad digerendum materiam cholericam in hominibus pinguibus de dicta causa. Quarto quando est oppilatio cum putrefactione choleræ,plus competit ad digerendum choleram acetosus quam uiolatus,quia uiolatus non transiret nec penetraret sicut acetosus.

Quinto si materia putrefacta in corpore sit multa, tunc non conuenit uiolatus, sed acetosus, quia uiolatus non est citæ penetrationis,& est debilis actionis, inde non conuenit.& oppilat sua frigiditate & humiditate,fumos retinet, & poros claudit,& stringit.Sed acetosus ualet contra choleram, quia ipsam infrigidat, & quia ipsam euacuat, & quia scindit, & aperit poros sua subtilitate, & fumos facit effumare, ideo putrefactionem minuit.

Ad primum dicendum,quod tunc impedit,cum cholera est multum subtilis. Vel dicendum sine præiudicio melioris sententiæ, quod cholera non est subtilis in substantia, sed crassa, licet subtilis & acuta in actione, est enim crassa in substantia cum sit humidior,& hoc habetur a Gal. in secundo prognosticorum, ubi dicit, quod cholera perse est crassa congelata, sed humiditate phlegmatica liquefit, & subtiliatur,& phlegma est per se congelatum,sed caliditate choleræ subtiliatur,cum.n.commiscetur,ergo in sua substantia subtiliat syrupus acetosus eam incidendo, & eam incrassat infrigidatione, infrigidando enim immobilitat eam, & tollit eius acumen. Ad secundam rationem potest multipliciter responderi,uno modo scilicet, quod per hoc quod est siccitas,dico quod Gal.loquitur de siccitate temporis diuturna, cum enim tempus sit siccum multum, & perseuerat diu in sua siccitate, tunc multiplicatur cholera æstate plus debito in corpore humano.

Secundo modo potest responderi per ly sola, quod non est sola siccitas in aceto,immo cum frigiditate,quæ generationem choleræ impedit. Tertio modo dicendum est, quod licet acetum impediret digestionem choleræ ueræ, tamen non impediret digestionem cum est admistum cum suo repressiuo cum zucchar. In syrupo enim est zuccharum calidum & humidum temperate, & ideo non impedit hoc iuuamentũ, quod facit acetum in ipsam cholerã infrigidando, quia non minuit frigiditatem, sed remouet nocumentum, quod faciebat acetum siccitate, quia humidum est,& potest plus humectare zuccharum, quam acetũ desiccare. Ad aliud dicendum, quod non facit ruborem siue corrosionem eo quod calidum,sed quia subtile & acutum,quia enim subtile, subintrat & penetrat, & penetrando diuidit,eo quod acutum corrodit & mordicat, propter hoc enim dolorem inducit, & sanguinem ad locum trahit, qui rubefacit & calefacit,non ergo facit hoc quia calidum sed quia subtile & acutum. Ad secundam quæstionem quã do tu quæris quis syrupus sit melior ad digerendum cholerã,aut acetosus,aut uiolatus.Dicitur quod in quinque casibus prædictis uiolatus est melior, scilicet cum cholera multum peccat sua siccitate,& etiam cum cholera est in loco propinquo, & etiã cũ cholera est in hominibus macris, & multum extenuatis, & cum cholera non est in corpore oppilato, & cum materia putrefacta non est multa, & maxime conuenit syrupus uiolatus,cum uenter est constipatus,uiolæ enim laxant uentrẽ,si tamen esset materia putrefacta in loco propinquo, & tempus est pluuiale calidum tunc darem libentius acetosum quam uiolatum,quia uiola sua passibilitate est multum putrefactibilis, & tunc impediet fumorum euaporationem, quare timendum est ualde in isto tempore pluuioso, & putrefactibili impediente fumorum euaporationem.

Diacalamentum a calamento dictum, præcipue ualet ad omne uitium pectoris ex frigiditate, his maxime qui sunt in senili ætate, ualet etiam tussientibus si sit ex frigida causa, & quartanariis si utantur eo accepto post prandium & cœnam,& in sero cum uino.

Diatragacanthum frigidum a tragacantho dicitur, ualet ad omne uitium pectoris & pulmonis, quod ex calore & siccitate fit maxime phthisicis,hecticis,pleuriticis,& ad omnem tussim, quæ fit ex caliditate & siccitate, & ad omnem linguæ & gutturis asperitatem, cum uero sumitur tandiu in ore teneatur,ut parumper in ore dissoluatur.

Dia-

De diapenidion.

Diapenidion dicitur a penidiis, quæ ibi intrãt plus quã de aliis,ualet ad omne uitium pulmonis,& tussim,raucedinem factam ex siccitate,phthisicis detur in mane & sero cũ ptisana calida non habentibus calorem cũ uino calido.

De Diaprasio.

Diaprasiũ dicitur a prasio uiridi, quod ibi intrat plus quam de aliis,ualet ad frigiditatem pectoris maxime ad catarrhum, & cerebri frigiditatem, & oculorum caliginem, & ad palatum, & arterias & ad omnem speciem catarrhi, qui fit ex frigiditate mire prodest, datur in sero cum uino calido,in quo coctum sit uinum & tragacanthum.

Visa est præparatio medicinæ digerentis simplicis & cõpositæ. Nunc autem uideamus modum digestionis. Circa quod tria sunt consideranda. Primum est complexio & dispositio ægri, siue membri cui inest ægritudo & materia ægritudinis. Secundum est complexio ipsius ægritudinis. Tertium dispositio patientis considerando, ætatem & regionem.

De modo digestionis.

CIrca primum quatuor sunt consideranda. Primum est complexio naturalis membri. Secundum curatio membri. Tertium est situs membri. Quartum est uirtus ipsius.Medicus enim debet cognoscere cõplexionem membri naturalem,cuius causa est duplex. Prima est, ut sciatur quantum eleuetur membrum in complexione .istud non potest sciri,nisi sciatur complexio radicalis. Secunda causa est, ut sciatur terminus alterationis, siue temporis qui etiam cõuenit ad debitam complexionẽ. Has duas conclusiones posuit Gal. in techni.

De complexione membri dantur quatuor regulæ.

Prima est, quod immoderata complexio per immoderatam in gradu æquali debet reduci.

Secunda regula est, quod si membrum eleuetur in complexione sibi simili indiget debili medicina. Sed faciens labere in dissimili est forte, forti enim resistẽti debetur forte agens,& debili sufficit debile.

Tertia regula est, quod complexio est infusa aliquando ipsi membro sine materia, aliquando cum materia. si sine materia, tunc indiget sola alteratione, & de hoc dicitur, quod cura fit per contrarium,si cum materia, tunc indiget euacuatione.

Quarta regula est, quod tempus infrigidandi, et calefaciendi est unũ et æquale,sed humor nõ est unus, et æqualis.

Et si arguas contra, quia calor est fortius agens quã frigiditas,ergo fortius aget,ergo non erit tempus unum,aut æquale calefaciendi aut infrigidandi. Ad hoc dico,quod quodlibet membrum est absolute calidum, ideo faciliter calefit,& ideo debet calefieri debili calefactione,quia sua caliditas iuuat in sui calefactione,cum non resistat caliditati calefacienti, sed membrum indiget forti infrigidante. Sed infrigidatio mẽbri timenda est, cuius tres sunt causæ.

Prima est oppilatio existens in membro calido quæ per frigiditatem augmentaretur, et per consequens calor, qñ.membrum est calefactum ipsum debet infrigidari cũ medicinis frigidis subtilibus, cuiusmodi sunt oxyzaccara & acetum, et debent cũ eis commisceri medicinæ calidæ parum calefacientes,et deoppilantes, quæ faciunt fumos effumare,et ita infrigidatur.Secunda causa est caloris mẽbri acuitas,cum calor.n.est multum acutus,oportet quod cum multis frigidis altereẽ et extinguatur, frigiditas .n.fortiorẽ ægritudinẽ inducit,quam esset illa quam inducebat caliditas.Tertia causa est mẽbri nobilis uicinitas,unde timendum ẽ infrigidare miseraicas,ne lædatur hepar,sed nõ ẽ timendũ calefacere,cũ calor sit amicus naturæ. Sed tempus humectãdi,et desiccãdi est inæquale, citius.n. fit desiccatio quã humectatio, quia citius desiccatur humidũ quã humectetur siccum,quia ad ipsum humidum tria sunt cõtraria in ducẽda,quorũ unũ ẽ calidum cõsumens humidum, et inducens siccũ,secundũ est frigidũ cõgelans,et ita ipsum deficcans, et tertiũ siccum consumens et imbibens, et ita humidum .p tria agẽtia in ipsum deficcatur, et tẽpus exiccãdi est breue,cũ nõ habeat siccum,nisi unũ contrarium in actione ipsum cõsumens.f.humidũ,et unum agens tardius effectum inducit quã cõtraria agẽtia, et ideo citius est deficcatio cõsumendo humidũ,quã humectatio, corrumpendo siccum,

Item cum humidum sit habitus, siccitas autem est priuatio, & cum facilius fit deuenire ab habitu in priuationem quam ecõuerso,ideo facilius fit deficcatio consumẽdo,quã humectatio corrumpendo siccum & citius. Sed tamen timor humectandi & deficcandi æqualis est, cum neutrum timendum sit propter hoc quia debiliter agit.

Secundum quod debet considerare medicus circa naturam,& dispositionem membri in quo est ægritudo,est compositio mẽbri sicut ẽ raritas,et densitas membri, amplitudo & strictura uenarum. De amplitudine uasorum scien dum est,quòd illud quod habet uias amplas est facile, & ci to alterabile,cuius causa est,quia cum uiæ sint amplæ,medi cina alterans penetrat cito, & cum uiæ sunt strictæ, medicina alterans tarde penetrat,& penetrando alterat,& alterando penetrat, & ideo hepar quia rarum est, cito alteratur,& renes tarde, quia sunt ualde densi.

Item medicina alterans membrum non debet carere aliqua re confortante membrum,unde si debeat hepar calefieri,debent apponi pontica confortantia.

Tertium quod debet medicus considerare circa naturã & dispositionem membri in quo est ægritudo, & materia ægritudinis, & situs membri propter colligantiam membri ad membra, sicut stomachus & cerebrum se habent, & ideo quando curatur stomachus per medicinam, cauendũ est ne illa medicina sit debilitans cerebrum, & etiam quando curamus cerebrum, cauendum est ne illa medicina sit debilitans stomachum. Quia ergo ex situ membri cognoscitur colligantia, debet situs membri à medico cognosci. Item ex situ membri cognoscitur operatio membri, quæ debet considerari in operatione medicinæ. Item ex situ membri scitur utrum egeat forti medicina uel debili,unde si membrum sit in partibus remotis,eget forti medicina,& si in propinquis,debili indiget,& loquor de debili,& forti in quantitate, & qualitate secundum Galen.in.xiii.megatechni. Item ex situ membri scimus utrum debeamus aliquid apponere cum principali medicina, & quid. Nam si membrum sit situatum in partibus remotis, debet aliquid poni cum medicina,quod facit ipsam penetrare ad membrum remotum. Si in partibus propinquis situatur membrum, medicina non indiget quod aliquid apponatur ei, quod ipsam faciat penetrare. Et si membrum sit situatũ inferius,tunc cum medicina debet transire ad membrum, debent poni diuretica. Item per situm membri scimus super qua parte exteriori debemus ponere emplastra.

Quartum quod medicus debet cognoscere,& cõsiderare circa naturam membri, & dispositionem in quo est ægritudo,& materia ægritudinis, est uirtus membri sicut membri principalitas, & membri communitas, siue communis operatio & sensus. unde dico quod debet cognosci membri principalitas, unde membrum principale siue nobile quod idem est, non indiget forti medicina, neque cum ea debet curari. Membrum autem principale est cor. secundo cerebrum. tertio hepar. ultimo testiculi. Similiter debet cognoscere membri communitatem, id est communẽ operationem, ut ipsam in situ conseruet, sicut cum stomachus curatur & alteratur, debet conseruari sua operatio, quæ est communis omnibus membris. Similiter sensus mẽbri debet cognosci a medico, quia cum membrum est fortis sensus,non debet dari ei medicina fortis,quia statim ab ea læderetur, si tamen est debilis sensus, potest ei dari fortis medicina & mordificatiua.De natura ægritudinis quantum ad ætatem, & regionem in sequentibus apparebit.

Superius dictum est de quibusdam electariis conferentibus pectori.

Pectori conferentia.

ADhuc uideamus de quibusdam pectori conferentibus, & de istis quatuor quantum ad præsentem lectionem. Primum est diacalamentum. Secundum est diatragacanthum. Tertium est diaprasium. Quartum diapenidion.

De diacalamento.

In diacalamento, calamentum est basis, & habet plures species, quarum una est calamentum montanum, & est fortius aliis,& calidius & siccius, & est omne calamentum calidum & siccum, & est ualde amicum pectori, alterat

terat enim pectus sua caliditate & acuitate,confortat spiritum sua proprietate,forte & aromaticitate,stomacho debili ualet,& maxime confortat,& abstergit materiam cholericam,& multum ualet contra tertianam,& contra paralysim, urinam prouocat & hepar calefacit. Item cum est conturbatio in stomacho,& timemus nauseam, calamentū emplastratum super stomachum nauseam prohibet. Item laxat uentrem. Item ualet contra melancholiam calefaciendo,subtiliando, abstergendo,euacuando. Item ualet contra dysenteriam, abstergendo materiam cholericam, quæ intestina excoriat, & ita calamentum ualet contra dysenteriam per accidens,scilicet abstergēdo materiam cholericam excoriantem intestina.

Electarium istud scilicet diacalamentum ualet contra passiones pectoris ex frigida causa, & contra tussim, & quartana,cum melancholiam calefaciat,& etiam prouocat urinam ex frigida causa detentam, & nunquam ualet contra passiones ex causa calida.

De diatragacantho. Diatragacanthum est electarium,cuius basis est tragacāthum. Diatragacanthum est frigidum & humidum, pectus leniens propter quod diatragacanthum ualet contra passiones ex causa calida & sicca generatas.

De diapenidion. Diapenidion est electarium cuius penidiæ sunt basis, & fiunt de zuccharo, & sunt temperatæ aliquantulum calidæ & humidæ,propter hoc quod sunt de zuccharo, bonæ sunt pectori,uentri & stomacho. Diapenidion est magis calidū quam diatragacanthum,& ualet contra causas frigidas & siccas,& magis contra siccum quam contra frigidum.

De diaprasio. Diaprasium est electarium cuius prasium est basis. Prasium idem est quod marubium, calidum & siccum in tertio gradu, ualet pectori, & similiter ualet pulmoni, & contra oppilationem hepatis & splenis, & aborsum facit & prouocat menstrua. Istud autem electarium debet fieri ex suc.prasii non ex sua substantia.

De syrupis quē humorem digerant.

An oxymel digerat phlegma. VIso quid digerat syrupus acetosus. Nunc uideamus quem humorem digerant alii syrupi. Et circa hoc primo quæritur utrum oxymel digerat phlegma, et uidetur quod non, quia in oxymelle non est nisi acetum & mel.sed ratione aceti non digerit phlegma cum sit frigidum sicut phlegma, & digestio fit per contrarium, nec ratione mellis, quia mel est phlegmaticorum laxatiuū secundum Isaac in diætis,sed illud quod láxat non digerit, quia digestio debet præcedere laxationem,ergo &c.

Oppositum facit usus medicorum. Iuxta hoc quæritur utrum oxymel digerat phlegma rheumatizans,& arguitur quod sic,quia phlegma rheumatizans peccat sua humiditate & fluxibilitate,sed oxymel deficcat ratione aceti & etiam mellis,ergo &c. Contra auget rheuma, ergo non digerit ipsum nec conuenit contra ipsum.

Consequenter quæritur utrum oxymel digerat melancholiam & uidetur,quod non,quia Hipp. in prognosticis, & in.iii.acutorum dicit,quod acetum est inimicum melancholicis, ergo & melancholiæ, ergo & oxymel sic. ergo tunc oxymel non digerit melancholiam. Contra subtile digerit crassum,ipsum incidendo,sed oxymel est subtile rātione aceti & melancholia crassa,ergo oxymel digerit melancholiam. Consequenter quēritur utrum oxyzaccara digerat materiam melancholiam, & uidetur quod non, quia digestio fit per contrarium, sed non sunt contraria, ergo &c. Contra est incisiua, ergo est humoris crassi digestiua,& per consequens humoris melancholici ergo &c.

Ad primam quæstionem dicendum,quod oxymel paucę commistionis digerit phlegma,& appellatur oxymel paucæ commistionis,quod componitur ex hydromelle,& aceto pauco,hydromel enim habet proprietatem attenuandi, mundificandi, & euacuandi phlegma cum egestione & urina,& acetum licet sit frigidum,tamen est incisiuum,ideo ipsum mistum cum hydromelle in compositione oxymellis phlegma digerit. Sed caueri oportet in quatuor casibus: primo in intestinorum excoriatione,& omnium aliorum membrorum excoriatione, quia communia membra excoriata læduntur ex re acetosa,sicut est oxymel.

Secundo in intestinorum debilitate, ne debiliter & exE coriet illa. Tertio in uentris constipatione, cum humoris abundantia uentositatem eleuat, & non potest exire, quare prius debet uenter laxari cum clysteri, uel cum aliquo alio. Vnde secundo acutorum oxymel excoriat, & uentositatem facit, quia secum humorem adducit forte abstergendo, & aliquando per hoc excoriationem facit adducendo choleram,& aliorum humorum copiam.Quarto debet caueri in rheumate,quia ratione aceti aperit poros, & uias inferius, propter quod rheuma corpus intrat, & per hoc parat aditum ad rheuma.

Dico ergo, quod phlegma potest per oxymel digeri, exceptis quatuor casibus prædictis. Ad argumentum contra dico,quod licet acetum sit frigidum, quia tamen ipsum est incisiuum ideo bene conuenit, & cum dicis, quod oxymel laxat phlegmaticos, dico, quod phlegmaticus dicitur tribus modis. Vno modo dicitur ille, qui habet multum phlegma in stomacho & intestinis. Secundo modo dicitur F phlegmaticus,qui habet multum in uenis, & in aliis partibus.Tertio modo dicitur phlegmaticus ille,qui est phlegmaticus ex sua complexione, & illud est de substantia membrorum. Dicendum ergo, quòd de primo phlegmatico uerum est, quod multum laxat secundum Isaac in diætis: sed oxymel,& hydromel digerit phlegma contentum in uenis & aliis partibus.Et si dicas,quod nihil debet euacuare indigestum, cum igitur mel,& hydromel laxent, non debent digerere, immo prius debet materia digeri per aliquod aliud antequā oxymel exhibeatur. Dico quod nullū digestiuum potest esse forte euacuatiuum,postea tamen est se debile euacuatiuum, ita quod tantum posset euacuare quantū potest digerere,& hoc libenter facimus,& secundum artem in digestione phlegmatis, ponimus enim ibi semina diuretica scilicet apii, carui, ameos, quæ phlegma digerunt: etiam ponuntur ibi polypodium, & centaurea quæ euacuat tantum quantum potest digerere aliud, sic est hic, tantum enim potest digerere oxymel quantum potest euacuare:est enim incisiuum multum,calidum,mundificatiuum, abstersiuum,& euacuatiuum. Ad secundam quæstionem dico,quod oxymel non digerit phlegma rheumatizans:licet enim deficcet,quia tamen aperit poros,non cōG petit, quia magis noceret quam iuuaret. Ad tertiam quæstionem dicendum, quod oxyzaccara ualet contra melancholiam,ipsam incidendo,& euacuando, & diuidendo. Ad obiectionem dico,quod melancholicus duobus modis dicitur. Vno modo,quoniam est melancholicæ complexionis,frigidæ scilicet & siccæ,& tali non conuenit acetū, ut plane patet. Alio modo potest dici melancholicus ille,qui habet melancholiam abundantem in corpore, & tali competit, quia scindit humorem crassum talem. Ad quartam, utrum oxyzaccara congruat contra melancholiam, dico quod sic, non tamen uniuersaliter, propterea distinguimus,quod duplex est melancholia,una naturalis,& contra hanc ualet oxymel. alia innaturalis facta per adustionē phlegmatis, aut sanguinis, aut melancholiæ naturalis, aut choleræ, sed si ipsa fit ex phlegmate adusto, aut ex sanguine adusto, aut ex melancholia naturali adusta, contra hanc adhuc ualet oxymel. Si autem ipsa fiat ex cholera adusta, tunc contra ipsum ualet oxyzaccara, ipsam infrigidando & humectando,melius tamen est,ut commisceatur H oxymel, & oxyzaccara in digestione talis melancholiæ, quæ fit ex cholera adusta, ut per oxyzaccaram adustio imp diatur ipsius choleræ, & oxymel materia adusta incidatur & digeratur.

Diacitron uno modo fit sic.quidam scindunt illud pomum per rotulas,quia magnum est, et ponunt eas in aqua, & coquunt eas in ista aqua, & zuccharum ex alia parte coquunt, & infimul ponunt illas rotulas liquefactas, & in utrum cum zuccharo, & tunc illud fit electarium. Alio modo potest fieri, quem modum tangit Auicenna in.v. aliqui remouent corticem, & faciunt electarium, & male faciunt. Diacitron ualet contra passiones stomachi ex calefactione, & confortat stomachum debilitarum ex laxatione,est enim constipatiuum siue constrictiuum, & infrigidat, ualet etiam contra fluxum uentris cholericum, malitiam reprimendo, & contra cardiacas passiones ex causa calida:quia frigidum aromaticum est:unde ualet con A tra cardiacos tales:ualet etiā contra stomachi debilitatem ex acetositate sua, oleum eius ualet contra paralysim.

Diacitoniten à citoniis dicitur, unde digestionem procurat uomitum abstinet, uentositatem præcordiorum, & stomachi emendat colorem bonum facit, & debilem reparat,lienteriсis prodest: ualet etiam his qui nimiam solutionem habent, maxime delicatis hominibus & nobilibus, iliosis prodest, bonum odorem facit, & confortat mirabiliter, detur in mane & post prandium & post cœnam simiter cum uino.

Diaciminum dicitur, eo quod plus est in eo de cimino quam de aliis speciebus:ualet præcipue ad pectoris,& stomachi debilitatem,frigiditatem,& capitis,uentositatem in testinorum soluit,quartanariis, & typice febrientibus mirо modo prodest, digestionem procurat, si detur post comestionem cum uino.

Diagalanga quod reperitur in libro aureo, & in capitulo de cardiaca. Rp.galangæ,spicæ, zingiberis, cinnamomi, zedoariæ,liquiritiæ,confice,casto.rosa.uio.caryophyllorū, B blactæ bizantiæ,bauciæ,ana.ʒ.i.eboris.ʒ.ii.perlæ utriusq;, osis de corde cerui,camphoræ,ana.gran.vii.mellis, quod sufficit. detur in æstate cum rosa. ana.ʒ.i.s. uel zuccharo quod sufficit.

Diazingiberos optimum est contra raucedines,& arteriarum asperitatem facit asthmaticis, ficę tussientibus, si tim & dolorem stomachi potenter emundat pleureticos, & apopleticos.Rp. zingib.ʒ.s.succi, liquiri.tragacan. penidiarum se.usualis colochynthidis, omnium quatuor.ʒ.xv. mellis quod sufficit. datur ad modum auellā. mane uel meridie in ore tenendum.

De natura ægritudinis.

SVperius dicebatur, quod ad modum digestionis triarum necessaria uidere. Primum scilicet natura & dispositio ægri siue membri,in quo est ægritudo, siue materia ægritudinis.Secūdum natura ipsius ægritudinis. Et tertium dispositio patientis scilicet quantum ad ætatē & regionem,& sic de aliis. De primo in præcedenti lectione usum est. Nunc de aliis duabus in præsenti lectione uidendum est. C

Regula circa ægritudinē cui primū obtemperanda. Primo de natura ægritudinis: de qua natura ægritudinis talis datur regula.Si medicus cognoscat naturam ęgritudinis, debet curare per contraria, quam si non cognoscat non debet operari, nec tentare curare, qm̄ si curaret, nō est suū sed fortunæ,secundū Alexandrum primo sui lib.

Secundo debet cognoscere quantitatem ægritudinis et intentionē,& de hoc habet secunda regula,quæ talis,quod ægritudo quandoq; est nimis calida, quandoq; nimis frigida,quādoq; nimis sicca,quādoq; nimis humida,uel uiscosa, aliquando subtilis nimis:debet ergo medicus secundū æstimationē artificialem, siue ueritati propinquā cognoscere quantitatē excessus,uel in frigiditate, uel in caliditate, uel siccitate, uel humiditate, ipsius ægritudinis, ut dictum est prius, & de hac habetur a Gal.in fine techni, sic oportet, quod humores non sint uiscosi,uel glutinosi,aut calidi,aut frigidi,aut humidi,aut sicci,sed debēt esse temperati.

Tertia regula est,quando aliqua ægritudo est nimis fortis,ut in eā nullatenus medicus speret salutem, in ista inciD piendum est cum forti medicina propter malitiam materiæ,quia inducias non dat medico,ut ordinate procedat, à leui medicina ad fortem gradatim ascendendo, sicut aliquando accidit in apoplexia, & epilepsia, maxime in eis quorum est paroxysmorum continuitas, quia aliquando oportet fortem medicinam dare in principio morbi: aliquando autem ægritudo est debilis,& tunc medicus habet inducias, & incipiendum est à leui medicina, & deinde ad fortem ascendere,sicut in quartana & quotidiana.

Quarta regula est, quod aliquando agit médicus contra ægritudinem, & aliquando contra symptomata ægritudinis. Et tamen dum cura est regularis. Primo oportet agere contra essentiam ęgritudinis. Secundo contra quæ sunt post, symptomata enim ab ægritudine causantur, & ipsam tanquam suam causam sequuntur, & per eius ablationem auferuntur.Istud licet sit regulare,tamen nō habet ueritatem in quatuor casibus, immo primo obuiandum est contra symptomata quatuor de causis.

Prima est uehementia doloris ut in cholica passione de materia crassa phlegmatica, primo agimus contra doloris substantiam, mortificando & membrum stupidum reddendo per narcotica, ut opium,mandragora, & alia ut membrum non sentiet licet materiam incrudent & infrigident, & sint frigida. Secunda causa est propter accidentium acuitatem & uehementiam:ideo eis primo resistemus, uerbi gratia, si habenti febrem accidat syncopis, damus uinū contra syncopim, licet augeatur feb. unde uinum plus iuuat obuiando contra syncopim quam noceat augendo febrem, & de hoc loquitur Gal.in.xi.megatechni. Tertia causa est propter uirtutis debilitatem, unde quando in statu,uel in alio tempore est uirtus debilis sine cuius fortitudine morbus curari non potest, eam per carnem & uinum fortificamus, licet morbum augmentemus, maxime enim debemus ad uirtutem respicere, melius est enim morbum augmentare quam uirtutem deficere. Vnde dicit Gale.ii. megatechni. primo uirtutem, demum morbum cura, siue contra morbum agas. Quarta causa est calefactio nimia, & sic in feb.quando est nimia calefactio refrigerandum,& primo per frigida, licet enim morbum augmentent oppilando poros, & prohibendo fumorum euaporationem, & augendo putrefactionem, & per consequens magis curamus calefactionem quam morbum, unde primo contra calorem est obuiandum, licet morbus augeatur, demum contra morbum:hæc Gal.in.ix. megatechni. In alijs uero casibus, primo obuiandum est contra morbum.

Quinta regula est, quod in dolore uehementi curamus morbum cū medicamine morbum inimicante,et quia timemus sensum doloris:iō aliqui mortificant sensum p narcotica,& sic dolorem mitigant,sed hoc est malū, quia frigida semp sūt inimica naturæ,& impediunt curā morbi, sed tēperata cū aqua ros.uel oleo ros.iuuāt. Illud.n.nō debemus facere,nisi cum doloris est uehemētia,sicut dictū est prius, uel in membri sectione cum uolumus extrahere lapidē,ita pefacimus membrum ne dolorem sentiat,sicut faciunt pueri cum uolunt perforare cutem suam, ipsam eleuant & bene stringunt fugando calidum & spiritum, ut membrum non sentiat dolorem,& tunc cum acu perforant.

Sexta regula,q medicus non debet dimittere uiam rectam,licet non eueniat effectus medicinæ,neq; tenere uiā non rectam, licet nocumentum non appareat, quia in fine ex hoc magnum nocumentum sequitur, unde si tu administres aliquem syrupum artificialiter ad digestionem alicuius materiæ prius considerando conditiones considerandas,non debes transire ad aliam medicinam, licet nō uideatur operari medicina, quia hoc est propter materiæ crassitatem,& propter temporis contrarietatem, et ineptam dispositionem, seu medicinæ digerentis. unde Hippoc.ii.aphorismo. omnia secundum rationem facienti &c.

Septima regula,quod non semper eandē medicinam debes dare,sed debes transire ad aliam, & mutare tuam medicinam,si prima effectum non habet. Ista autem regula mihi uidetur esse contraria prædictæ. Sed dico quod non est contrarietas, quia medicina debet mutari non secundū uirtutem seu complexionem uel operationē, sed secūdum substantiam,quia nisi hoc fieret,in corpus non imprimeret,immo cibus eius fieret ex assuefactione, unde si demus diacalamentum ad digestionis fortitudinem, & superfluitatum consumptionem, non debemus dare per longum tempus, ne natura assuescat,ita quod ab ipso non patiatur tanquam a medicina alterante,sed utatur ea tanquam cibo per assuefactionem,sed debemus eam mutare in diatrionpipereon, uel consimile, quod habeat eandem operationem facere, & tunc faceret idem, quod diacalamētum facere non posset, si assuefieret naturæ intantum, quod cibus ei fieret.

Octaua regula, quod in operatione, & curatione morborum debemus considerare morbi tempora, quia aliter morbus est curandus in principio,augmento, statu, & declinatione sicut in apostematibus & febribus. In principio apostematum debemus uti repercussiuis, exceptis nomen casibus, qui per hos uersus habentur.

Nobile,

Nobile,plectoricum,crisis,centaurea,forensis.
Crasitie s,frigus,congestio, copia,uirtus.
In augmento,cum repercussiuis debemus commiscere dissolutiua, & in statu similiter: sed differunt in hoc, quia in augmento repercussiuis in plus, & dissolutiuis in minus, quia plus est de materia fluxura quam iam fluxa, & in statu est econuerso, & in declinatione solum dissolutiuis, quia non est materia fluxura, sed tota fluxa est,si militer in feb. continua.

Nona regula,quod non semper debemus curare per medicinā,sed per diætam aliquando melius est,confortādo naturam ad uincendum materiam,ut quando materia est pauca,bonum est dare cibum bonum chimum generantem,& naturam cōfortantem, ut pullos & exercitium naturę conueniens,& alias res non naturales conuenientes. Vnde si aliquis conqueratur de grauedine membrorum, non debemus ei dare pharmaciam ītam,sed debemus ei iniungere exercitium, & alias res non naturales ei conuenientes, quia si pauca sit materia, natura per hæc confortata poterit illam materiam expellere. Vnde Auicen. dicit in primo.non omnis ægritudo suo curatur contrario. Et Halyab.supra techni dicit, quod ille medicus, qui potest morbum curare per cibum est melior. Et Rasis in suis experimentis laudat medicos altarium, qui cibis curabant idest de sacrificio altaris &c. Secundum quod debet medicus considerare in digestione materiæ est dispositio patientis, sicut ætas & consuetudo. Aetas enim debet considerari: unde in ætate ferventi in feb. est aqua frigida conueniens, non tamen in senibus cum sint debiles: secundum Gal. in iii. megatechni: impossibile est senes esse fortes, aqua enim non competit nisi in fortibus & carnosis.

Item consuetudo est consideranda,sicut uidemus in aliquibus,qui uolūt, quod in syrupis multū mittatur de aqua, ut qui sunt assueti potare aquam, quidam non, ut qui non consueti potare aquam,& ideo secundum consuetudinem, non secundum nos,ideo Auicen.dicit, quod in syrupis debemus ponere de aqua,& plus ponimus de aqua in syrupis eorum, qui consueuerunt bibere aquam, quām in syrupis eorum,qui non consueuerunt bibere aquam. Similiter uidemus,quod aliqui sunt assueti ponere in uino suo medietatem aquæ, aliqui plus, & aliqui minus, & aliqui nihil, ideo in eorum conualescentia bene est illud considerandū, unde in syrupis eorum qui consueuerunt in uino suo plus ponere aquam,plus ponitur de aqua quam in syrupis aliorum.Item uirtutem naturalem,& animalem debemus conseruare & conseruare in omni cura, unde uirtutē naturalē cum ipsa curet morbos, debemus confortare, cōfortando hepar,ubi ista cōsistit: similiter uirtutem animalē debemus confortare, unde gaudium & letitiam debemus eis prouocare, cum omnibus competant: & res placentes uolentibus macrefieri, & illis in quibus corpus suum est infrigidatum multum,ita tunc ut calefiat est multum conueniēs, secundum quod recitat Halya.supra techni de eo cuius corpus ad iram prouocauit, & cuius corpus infrigidatum erat,calefactum fuit,sanatus est.

Electaria stomacho conferentia.

Vlso de quibusdam electariis pectori ualentibus. Nunc uideamus de quibusdam stomacho ualētibus. Et quantum ad præsentem lectionem uideamus de quinq;,quorum primum est diacitrō, secundum diacitoniten,tertium est diaciminon, quartum est diagalāga, quintum zingiber conditum.

Diacitron est quoddam electariū, cuius basis est citrus, bonus stomacho,& est fructus cuiusdam arboris. De pomo citri utimur quantum ad quatuor, quæ sunt in eo, ibi enim est cortex,acetositas,semen,& caro. Cortex est calidus, & ualet contra paralysim. Oleum factum de citro ualet contra tremorem cordis quia aromaticum est. Caro pontica est & crassa in digestione, & propter sui in digestionem nocet stomacho,unde non potest digeri. Acetositas frigida est & sicca. Diacitron ualet contra passiones stomachi ex calefactione, & confortat stomachum debili tatum ex lassitudine, est enim stipticum & infrigidat, etiam contra fluxum uentris choleticum malitiam reprimēdo, & contra cardiacas passiones ex calida causa, quia frigidum aromaticum est, unde ualet contra tales cardiacos, ualet etiam contra passiones stomachi sua acetositate, ualet eius oleum contra paralysim. Diacitron

Diacitoniten ex citoniis fit, siue cotanis quod idem est, & est quoddam cum speciebus,& quoddam est sine speciebus,& est quoddam simplex siue confortans,aliud laxatiuū in quo scamonea commiscetur, & idem est melius de electariis in quibus scamonea commiscetur. Citonia sunt frigida & sicca,styptica,stomachum confortant, & ab eis dicitur diacitoniten: contra indigestionem ualet, quia stomachum confortat,contra eriam uomitum ualet, uentositatē etiam præcordiorum remouet, quia confortat digestionē, uētositas per indigestionem fit,bonum colorem facit propter bonam suam digestionem, ualet contra fluxum uentris,quia consumit uentositatem,& confortat stomachum, & bonum odorem facit, & confortat mirabiliter, & ualet hominibus delicatis, & aliqui faciunt sine speciebus, corticem citoniorum remouendo, & postea coquunt carnem incisam in frusta,& postea zuccharum commiscent, & hoc simpliciter sine speciebus laxatiuum est ut dictum est,cum aqua calida debet dari in sero, aut cum uino post prandiū in mane, & sero post cœnam. Diacitoniten

Diaciminum a cimino est dictum,quod ciminum est calidum & siccum, eius aqua albefacit faciem in esu, etiam comestum non multum facit colorem bonum, sed multum usus eius citrinat ipsum sua subtilitate & caliditate, & sic ciminum uentositatem consumit,ualet contra colicam passionem,quia in ea est uentositas,oleum de cimino, & farina fabarum,& pauco melle ualet contra inflammationem testiculorum, ualet etiam contra passionem pectoris ex frigida causa, quia eam calefacit & incidit, & uentositatē consumit,ualet forte asthmaticis, & in stomachi frigiditatem causa dicta,quartanariis ualet & materiam eius consumit & incidit,& typum febris mitigat, quia calefacit materiam, & consumit uentositatem, ut dictum est, quia miro modo prodest, digestionem procurat mirabiliter datum post comestionem. Diaciminum

Diagalanga dicitur à galanga, & est radix rubea, calida & ficca in secundo gradu, & ualet contra stomachi frigidā passionem ex uentositate uel ex phlegmate, quia caliditate & siccitate consumit,& aromaticitate confortat, huius etiam radix soluit uentositatem, & ideo competit contra colicam passionem, & est galanga basis in hoc electario. Diagalanga

Zingiber conditum fit ex zingibere, & habet uim piperis,sed est minus calidum pipere. Istud tamen zingiber magis calefacit quam piper,cum sit crassius. Et ideo cum incipit calefieri fortior in eo calor imprimitur, & fortiorem imprimit,& est calidum & siccum,habet humiditatē, quod scitur per suam citam putrefactionem stomachum confortat sua caliditate, memoriam iuuat, superfluam humiditatem cerebri absergendo,bonum hepati & stomacho,quia digestionem confortat,superfluam humiditatem consumēdo, unde cum fructibus indigestibilibus comeditur,ut conseruet digestionem,zingi. conditum ualet passionibus capitis,& pectoris ex materia superflua humida, mundificando superfluam humiditatem. In India & Alexādria fit hoc modo,accipitur zinziber uiride & coquitur fortiter usque quo sit multum molle, & cum melle uel zuccharo miscetur,& tantum est durum, quod uix potest cum cultello incidi:aliquando fit ex zingib. sicco in frusta inciso, & postea posito in uase in terra ita, quod mollificatur, demum miscetur cum zuccharo uel cum melle. Dicitur

De modo exhibendi digestiua.

Visum est superius de digestione & de modo digestionis. Nūc uideamus de modo exhibēdi digestiua sicut sunt syrupi & electaria. Et propter hoc quæritur utrum syrupus debeat dari post cibum secundū artē, & uidetur quod non quia syrupus non debet dari post rem impedientem suam operationem siue digestionem, sed cibus primo assumptus impedit digestionem siue operationem faciendam à syrupo, cibus sua crassitie impediat transitum syrupi ad materiam digerendam. ergo &c. Item Isaac in diætis uniuersalibus dicit quod cibus crassus non debet dari ante subtilem, cum ipse impediret transitum subtilis, sed post, ergo a simili, cum cibus sit crassus, syrupus uero subtilis,syrupus debet dari ante cibū et non post,ergo &c. Antequam

Oppositum dicit Gal.iii.acutorum: dicit enim quod syrupus ante cibum debet dari, ut ibidem dicit Hipp. & nihil prohibet a potu eius, scilicet secaniabin post acceptionem cibi. Consequenter quæritur utrum syrupus debeat dari cum aqua uel sine. Et uidetur quod non cum aqua, quia omne quod miscetur cum alio debet eius nocumentum reprimere,& uirtutem eius confortare,igitur cū aqua diminuat uirtutem syrupi,non debet commisceri cum eo. minor declaratur per Gal.iii.simplicis medicinæ,qui dicit quod aqua diminuit uirtutem eius cui admiscetur & tollit saporem. In oppositum est usus communis omnium. Tertio quæritur utrum cum aqua calida uel frigida,& uidetur, quod non cum aqua frigi.quia dicit Hippo. quod aqua frigi.non dat uigorem nec penetrat, talia autem non competunt syrupo quia debet transire,ergo &c.

Solutio,ad primam quæstionē dicendū, quod de syrupis debemus dare in mane nō solū tria cochlearia uel quatuor, quia in magno stomacho citius consumeretur antequā ueniret ad membrum, sicut parum uini in magno poculo.

Ad quæstionē ergo dico, quod in sanis hominibus post cibum non est artificiosum dare syrupum,immo melius est non dare ipsum, quia corrumperetur a cibo sua operatio, quia ergo cibus assumptus in magna quantitate non permitteret ipsum transire propter hoc in ipsis hominibus, qui utuntur multum crasso cibo nō conuenit syrupus post cibum,nisi sit post longum tempus, unde in quadragesima, quia non comedunt homines nisi semel in die scilicet in meridie, & cibus potest digeri ante noctem, & transire ad hepar,tunc in nocte potest dari syrupus,sed in se. acuta bene potest dari syrupus post longum tempus.si post digestionem cibi,cibus enim febricitātium est paucus, & subtilis, & facilis digestionis, ut aqua hordei, & ideo uiam aperit syrupus,& ideo potest dari post cibum calem,licet in quadragesima posit dari in uespere secure i pauca portione, tamen debet dari in mane in magna portione & non in sero, debet tamen dari ante cibum simpliciter, & sine digestione securius, quia tunc stomachum mundificando ad bonam susceptionem præparat,& uiam cibo,ut melius post sit transire aperit. Autoritas Hippo. & Gal.debet intelligi in feb. in quibus datur cibus lubricus, subtilis cito digestibilis,post cuius tantam digestionem potest dari syrupus, cui syrupo transitus præparatur.

Ad aliud quod secundo quæritur, utrum cum eo aqua debeat commisceri,dicēdum quod sic. Et si quæras, quare, dico duplici de causa aqua commiscetur cum syrupo, una est ut abominatio remoueatur. Secunda ut ille syrupus faciliter transire possit propter illam aquam, quia illa aqua aliquando syrupum subtiliat,quia ergo non est eadem abominatio in syrupis, pauca enim est in syrupo uiola. sed multa est in syrupis in quibus ponitur absinthium,& similia amara, ideo quantum ad hoc minus est ponendum de aqua in syrupo uiola. quam in syrupo de absinthio. Non ergo est certa, & determinata quantitas aquæ ponenda in syrupis, immo in quibusdam plus, in quibusdam minus. Item syrupi in æstate magis coquuntur quam in hyeme, ut melius conseruentur, & ne medicina cito a calido æstiuo rarefiat propter exhalationem caloris naturalis secum ducentis humidum naturale ad exteriora a calore extraneo & excedenti: ideo plus debet poni de aqua in æstate quam in hyeme. Ad argumenta dicendum, quòd aqua diminuit eius uirtutem in sapore,propter ibi ponitur, quia sapor est abominabilis:non tamen tollit ei uirtutē penetrandi per angustas uias ad hepar, immo iuuat ipsum subtiliando, neq; in operando minuit postea uirtutem, postquam ad hepar penetrauit, quia natura diuidit eam a syrupo, & sequestrat,& ad renes mittit eam cum urina.

Ad tertiam quæstionē dico, quòd aqua calida debet poni in syrupo in omni tempore, nisi in æstate ualde feruent, & in morbo calidissimo:causa est,quia aqua calida, caliditate sua actuali digerit materiam, si eam cum caliditate sua attingat, etiam ipsa caliditate sua aperiendo uias melius facit,ut syrupus transeat ad materiam morbi quam si esset frigida, & etiam iuuat syrupum ad digestionem materiæ plus sua caliditate quam frigiditate sua, quod patet per Isaac.i. uiati.cap.de amore hereos: qui dicit quòd quidam intrantes balneum, ad cantandum animantur. Ad argumentū dicendum,quòd aqua frigida quantum est de sua frigiditate non transit, tamen sua substantia, & sua subtilitate transit. Vel dicendum quod aqua frigida facit transire syrupum & syrupus aquam frigidam, unde mistum ex istis duobus melius transit quam alterum per se, & aqua deficit in transeundo sua frigiditate & syrupus sua crasitie: aqua autem mista cum syrupo dat ei subtilitatem, & syrupus dat aquæ caliditatem,ut oxymel,uel aliquid tale, nec aqua tunc congelat,nec syrupo impedit uiam, sicut diximus de aqua mista cum uino rubeo crasso facit ipsum penetrare, & uinum aquam. Ideo dicit Aui.quòd uinum lymphatum citius inebriat quam purum, quia citius transit,& caput petit, quia subtilius factum est &c.

An electaria danda sint ante cibum.

Deinde quæritur utrum electaria debeant dari ante cibum uel post, quòd non ante arguitur, quia uinū prohibetur ante cibum cum sit calidum:ergo electaria cum sint calida ante cibum non debent exhiberi.

Item somnus ante cibum prohibetur, quia calorem ad interiora trahendo stomachum calefacit, qui calor fortis stomachi inueniens substantialem humiditatem dissoluit. Sed electaria cum sint calida, stomachum calefaciunt, ergo non debent ante cibum exhiberi. Contra. quod non debeant exhiberi post, & ita electaria nunquam erunt exhibenda,quia electaria sunt calida & penetratiua, sed talia faciunt cibum indigestum transire, ergo electaria cum sint calida, non debent post cibum exhiberi.

Syrupum an electarium debeamus præponere.

Consequenter quæritur utrum cum debemus exhibere syrupum & electarium, quid debemus præponere. Solutio ad primam quæstionem, quia electaria, aut dantur propter stomachum,aut propter alia membra,ut triasandali propter hepar,aut diamargariton ad cōfortationem cordis,pliris ad confortationem cerebri, electarium ducis ad confortationem ueficæ, & diacostum ad deoppilationem splenis. Si demus electaria propter alia membra a stomacho,quæ sunt remota confortanda, & propter materiam quæ in eis est digerenda, tunc debemus ea dare ante cibum,& non post, quia cibus impediret electarium transire ad membra,quæ debemus confortare, & materiam in eis digerere. Si uero detur electariū propter stomachum, hoc est dupliciter, aut quia stomachus est malus & peccans in se,scilicet, quia ipse est nimis calidus uel nimis frigidus,uel nimis siccus,uēl nimis humidus, uel quia habet in se aliquam humiditatem superfluam, tunc demus electarium ante cibum, ut peccatum stomachi corrigendo præparet ad hoc,ut possit cibum digerere. Si autem detur electarium, non quia stomachus peccet in se, sed propter uitium cibi. aut hoc est,quia cibus est nimis crassus, ut caro bouina, aut quia uentosus,ut fabæ, aut quia nimis pinguis, & natans in stomacho, aut quia nimis calidus humidus,frigidus,aut siccus, tunc detur post cibum: si enim daret ante cibū exiret, citius stomachū quàm posset corrigere uitium cibi,si autem sit cibus natans, uel quia multus,ut in gulosis, uel quia pinguis, tunc post cibum competit diacitoniten, quia compressiuum est in sua stipticitate, nec est nimis calidum: ideo non facit citius debito cibum ante sui digestionem transire, unde sunt cauenda electaria nimis calida penetratiua diuretica, sicut diatrionpipereon, diacalamentum,dianisum, quia facerent cibum transire ante digestionem sui: sed sit quia uentosus,tunc cōpetit cōsumens uentositatem,sicut diaciminum:sed cum modo, quia faciet transire cibum ante digestionem: ideo commisceatur cum eo diacitoniten, ut per diacitoniten remaneat, & per naturam suam uentositatē consumat. aliquando autem, ut melius possumus electaria accipimus, & tunc ista non caueamus.

Ad primum argumentum dicendum, quod uinum non prohibetur ante cibum,quia calidum,sed quia facilter trāsiens ante sui digestionem, & penetrans mentem percutit lædendo neruos, quia cum sit calidum, & nerui sint phleg-

ma coagulatum,ideo ipſos diſſoluit & nocet eis,& hæc eſt una cauſa quare nocet neruis uinum ſumptum ante cibũ.

Secunda cauſa eſt hæc,quare nocet neruis uinum ſumptum ante cibum &c. uinũ ante ſui digeſtionem penetrat ueniens ad membra, & ad neruos non digeſtum non conuertitur, quare remanens aceſcit. Acetoſum autem eſt inimicũ neruis. Tertia cauſa eſt, quia ſui penetratione materiam indigeſtã ſecum trahit, & facit penetrare ad neruos & replet,ideo cauetur. Sed electaria ita cito nõ tranſeunt cum ſint craſſa,& non percutiunt neruos.

Ad aliud dicendum,quòd uerum eſt, quod ſomnus prohibetur in ſanis hominibus ante cibum propter cauſam in argumento tactam,ſed tamen ſi aliquis materiam phlegmaticam haberet in ſtomacho,ut melius per calorem in ſomno cõſumeretur,competeret ſomnus. Similiter de electariis dico,quod in ſanis non competunt ante cibum, niſi in eis ſit aliquis lapſus,unde caueat conſeruator ſanitatis ab omni medicinali, cũ tamen habet aliquam materiã phlegmaticam in ſtomacho conſumendam competunt electaria ſicut ſomnus.

Ad aliud dicendum,quod poſt cibum nõ debet dari electarium ſtypticũ ualde calidum,ut diatrion pipereon ſecundum Auicen.ſed debet dari electarium aliqualiter calidum ſtypticum,quod remaneat in ſtomacho, & poſsit digeſtionem iuuare. Ad aliam quæſtionem dicendum, quod ſi ſyrupus,& electarium dentur propter membrum remotum a ſtomacho,primo debet dari ſyrupus,ut uiam aperiat electario,& ipſum faciat trãſire, ſed ſi propter ſtomachum debet dari electarium prius, ut diutius in ſtomacho remanẽs ibi operationem ſuam faciat.

De ſtom. frigi. Stomatichon frigidum facimus,lib.i.ualet contra omnẽ calorẽ,ſitim reprimit,& paſſionibus debilitatis ex nimio calore potenter ſubuenit,acutis & peracutis mirifice prodeſt.℞. zuccha.lib.i.ſanda.alborum & rub. ana.ʒ.i.&. s. ſpodii,berberis,ſemi.portulacæ,ſcario.ſemi.melonis paleſtini, ſucci liquir.ro.& uiolarum, nenupharis, ana drach. i.cõfice ſic.zuccharum ponatur in ſtagnato cum lib.i.aquæ roſa. & tandiu bulliat cum ſpatula agitãdo donec ad aquæ conſumptionem ueniat: deinde puluis harum ſpecierum commiſceatur agitando in ſtagnato: cum autem uolueris ſcire an coctum ſit, gutta ſupra marmor proiiciatur inuntum oleo mel.uel roſa. uel oleo communi ad noſtram doctrinam abluto: cum uero coctum fuerit, ponatur ſupra marmor, &cum cultello oleo inuncto fruſtatim incidatur cũ calidũ eſt,datur mane & meridie cũ aqua frigida.

De ſtom. calido. Stomatichon calidum, ſtomachum confortat uirtute m digeſtiuam iuuat, & ilioſis confert. Recip. zuccha.lib.i. aquæ,lib.i.cinnamomi,gingibe. ana drach. ii. garyophyl. galangæ,ana.ʒ.i.nucis muſcatæ,ſpicæ,ligni aloes,cardamomi, macis, ana.ʒ.s.eodem modo conficitur ſicut ſtomatichon frigidum.

De ſtom. laxatiuo. Stomatichon laxatiuum de his ſpeciebus poteſt fieri, ſi apponatur.ʒ.i.ſcãmoneæ, uel fiat de ſpeciebus dulcibus laxatiuis quæ teri poſſunt,croci,xyloaloes, garyoph. galliæ muſcatæ,aniſi,maratri,cinnamo.ſucci liquir. rhabarbari,ſemi.baſilicõnis,berberis,ſcariolæ,portulacæ, papaueris albi,citruli,melonis,cucu. & cucurbitæ,ana.ℑ.i. margaritarum,oſsis de corde cer.ana.ℑ.s.zucchari candi, roſarum, ana.ʒ.i.&.ʒ.iii.camphoræ tertiam partem.ℑ.unius.

De quadrimeron. Quadrimeron.i.de quatuor numeris,uel de quatuor rebus expertum ad aſthmaticos, & ex catarrho tuſsientibus, ualet ad dolorem & frigiditatẽ ſtomachi,digeſtionẽ procurat,renes debiles releuat.ix.pars.eſt li.i. ℞. helenii.ʒ.i.& ʒ.iii.ſe.marathri.ʒ.i.piperis.ʒ.vi.cymini.ʒ.iii. mellis quod ſufficit,datur mane & ueſpere cum uino calido.

De roſa. nouella. Roſata nouella dicitur a roſis, & nouella dicitur in reſpectu ueteris qua recipiebat cipapirũ.i.ſulfur uiuũ,uomitum & ſubuerſionẽ ſtomachi aufert,debilitatem & ſitim reprimit,defectis ex longa infirmitate mirabiliter ſubuenit, ſudores diaphoreticos compeſcit.xx.pars eſt,lib.ii. ℞.roſacei zucchari,liqui.an.ʒ.i.&.ʒ.i.&.ℑ.ii.s. cinnamo.ʒ.i.ℑ. ii.garyoph.nardi.ging.galangæ,nucis muſcatæ, zedoariæ, ſtyracis,cardamo.apii,ana.ℑ.i.& gra.viii.mel. quod ſufficit.datur mane & meridie cum frigida aqua.

Diarodõ abbatis dicitur a roſis quæ ibi intrant plus quã de aliis ſpeciebus,nomen accepit abbatis ab Abbate de curia compoſitum,datur proprie hictericis,hepaticis, phtiſicis,hecticis, cardiacis,qui patiuntur ex calore,& conualeſcentibus ex longis,& acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliatur,& ad calefactionem ſtomachi pulmonis ac totius corporis.Sexta pars eſt,lib.ii. ℞. ſandalorum alborum, & rubeornm,an.ʒ. iii. &.s. tragachanti, gummi arab. ſpodii, an.ℑ.ii.aſſari,ſpicæ, maſticis,ging.cardamo.muſci.gra.iii. &.s.ſyrupi facti de aqua ro.quod ſufficit,datur mane & meridie cum rhodoſtomato uel aqua frigida.

Trifandali dicitur a tribus generibus ſandalorum quæ ibi intrant,datur proprie contra calorem ſtomachi, & hepatis,phthiſicis,& hictericis ualet, medietas eſt lib.iii. ℞. ſanda.alborum & rube.citri.ro.zucch.an.ſolide.ii. rhabar. ſpodii,ſucci liqui.ſem.portu.an.ſolide.i. &.s. amyli, gũmi arabici,tragacanthi,ſe.citru.melo.cucub. & cucur.ſe.ſcariolæ,an.ſolide.i.camphoræ.ℑ.i.&.s.Alii quadruplicant roſas ad põdus ſyrupi ro.quod ſufficit,datur mane & meridie in modum caſtaneæ confecta,alias cum aqua frigida.

Diacoſtum dicitur a coſto quod recipit, ualet proprie ſpleneticis,hydropicis, et maxime leucophlegmaticis, & hypoſarchæ,quæ ſit ſtomachi calore.xii.pars eſt lib.i. ℞.aſſari,aniſi,apii,ana.ʒ.ii.ℑ.ii.ſchœnanthi,myrrhæ,melanopiperis,ana.ʒ.ii.s.rhabarb.croci,ariſto. rotun.an.ʒ.i.ℑ.ii.coſti.ʒ.i.s.cinnamomi,caſsiæ ligneæ,ana.ʒ.i.ℑ.i. mellis quantum ſufficit,datur cum decoctione capparorum,uel ſcolopendriæ in ſero uel mane. Doſis ſit.ʒ.ii.cum uino calido.

De euacuatione.

Habito de digeſtione & modo digeſtionis, uideamus poſtea de euacuatione circa quam ſex ſunt inquirenda. Primum eſt de euacuatione quæ fit per ſeceſſum. Secundo de ea quæ fit per medicinam uomitiuam. Tertio de ea quæ fit per phlebotomiam. Quarto de ea quæ fit per clyſteria. Quinto de ea quæ fit per uentoſationem. Sexto de ea quæ fit per ſanguiſugas.Circa primum adhuc ſex uideamus.Primum eſt quæ impediunt euacuationẽ per ſeceſſum, & quæ rectificat eam. Secundum eſt uidere modum præparandi corpora quæ debent euacuari. Tertium eſt quomodo uiæ debeant præparari per quas debet fieri euacuatio. Quartũ eſt de nocumentis quæ eueniunt corpori humano ex exhibitione medicinæ & remediis contra ipſa.Quintum eſt de ſignis cuacuationis factæ completæ per medicinam. Sextũ eſt de regimine patientis poſt euacuationem. De primo duo debent uideri, primo quæ ſunt illa quæ impediunt euacuationem, quæ fit per ſeceſſum. Secundum eſt quæ ſunt illa quæ rectificant euacuationem per ſeceſſum. Primum eſt de præſenti lectione.

Impedientia euacuationem.

Sciendum, quod illa quæ impediunt euacuationẽ ſunt. xvii. Primum eſt uſus boni cibi, & diætæ laudabilis in aliis rebus nõ naturalibus.talis non debet enacuari cum non habeat materiam in corpore niſi neceſſariã corpori,unde tales debent cauere pharmaciã, unde Auic. Caueat cõſeruator ſanitatis ne aliquod medicinale præſumat dare:cũ.n.medicina attrahat p ſimile,& cum nõ ſit humor ei ſimilis in corpore uel abundans, cũ illa abundantia fiat ex indebito regimine ſex rerũ non naturaliũ, attrahit quod eſt neceſſariũ corpori & cõuertit ſe ad ſanguinẽ, & ad carnem,& cũ magna anguſtia trahit eã carnẽ.i.materiã ex qua caro debeat generari ſecundum Ga.ſupra illũ aph. Sana habentes corpora pharmacia &c. Secundũ eſt repletio nõ antiquata & pauca,aliquãdo accidit,quod aliquis nimis comedit,& ſentit ſe grauẽ: peccaret.n.qui ei daret ſtim medicinã,immo iſta repletio p abſtinentiã, exercitiũ, & balneũ euacuatur:abſtinẽtia.n. deficcat propter defectũ humiditatis nutrimenti membra humectantis, exercitium ſuperfluũ enaporat calorẽ ſopitũ euigilando, & poros aperiendo,ſomnus digerit, quia per ipſum calor digerẽs ad interiora reuertitur.Balneũ aũt cõuenit in ſuperflua euacuatione,& iſtã duplicẽ ſuperfluitatẽ tangit Hip.in aph.cũ dicit quod ſudor multus,aut ſignificat,qd nimio cibo utitur aut quia pharmacia indiget,cũ ibi ſit diſſiũctio, oportet qd ibi ſit duplex reſolutio,quarũ una cauſatur per ſudorẽ, & alia

alia per euacuationem,prima eſt noua,ſecunda antiqua.

Tertium impedimẽtum eſt repletio humoris ſanguinei, non debet ſanguis per medicinam euacuari, ſed per phlebotomiam.Vnde Gal.Si medicina nõ habemus ſanguinis euacuatiuam,& ſi ſit,non tamen inuenta eſt. Vnde Gal.ix. megatechni dicit,quòd medicina non euacuat humorẽ in uenis.i.cuius habitatio proprie eſt in uenis.i.ſanguinem.

Quartum impedimentũ eſt corporis inanitio & uacuitas.Vnde Hipp.ii.particula aphor.ubi indigentia,nõ oportet laborare.i.ubi eſt cibi paucitas, & pauperies, non eſt iniungendum exercitũ, aut pharmacia, aut phlebotomia, ſiue in ſanis, ſiue in ægris, unde ſani non debent laborare neque ieiunare: per hoc enim uirtus deficit, ideo cibus exercitium præoccupare debet,ut dicit Gal.

Quintum impedimentum eſt corporis diſpoſitio, unde aptitudo ad uomitum impedit, ne detur medicina euacuatiua per ſeceſſum,ſed per uomitum,unde Hippo. graciles & facile uomentes &c.

Sextum impedimentum eſt,quando materia uenenoſa in uacuitatibus membrorũ cõtinetur quieta,ut in leproſis non debet dari medicina euacuatiua,quia materia quieta per medicina mota,poſſet uenire ad membra nobilia, ut ad cor,& ſyncopim inducere,& alia mala ſymptomata cũ materia ſit uenenoſa. Vnde Hippo.ii.aphor. Sana habentes corpora purgari &c. unde ſecũdum expoſitionem commenti,ly habentes non accipitur comparatiue, ſed electiue,ſiue pro magis,ſiue pro quanto plus,ita quod ſit ſenſus, habentes ſana corpora cito exoluuntur, quia ſubſtantialis humiditas eorum per hoc minuitur,etiam uirtus, utentes malo cibo,ideſt ſanguinem malum & corruptum habẽtes. qui dicitur cibus interius,quoniam hepar aliis mẽbris miniſtrat,& non exterior,ut panis,quã ideſt, quantum exoluuntur iſta celerius,quaſi dicat multo plus cum in eis ſint mali humores moti per medicinam malitiam ſuam oſtendentes proprius occultat.

Septimum impedimentum eſt, quod aliquod accidens concomitans,corpus euacuandum,ut impregnatio, unde in principio impregnationis,& in fine non debet fieri euacuatio,quia ſicut fructus debiliter liganẽ in ſua prima creatione,ſiue generatione,a debili uento, & ex ſufflatione cadunt,& in fine quãdo ſunt maturati nullo extraneo cogente ſimiliter cadunt.Sic etiam dicitur de ſpermate & fœtu, unde non debet fieri euacuatio in prægnãtibus,niſi a quarto menſe uſque ad ſeptimum,& hoc dicit Gal.ſupra primũ apho.iiii.particulæ. Prægnantes &c.

Octauum impedimentum eſt nimia temporis, aut in frigiditate,aut in caliditate diſtemperantia, quia tunc calor temporis excedens ſubtilitate ipſius medicinam extraheret,& ita uirtutem medicinæ debilitaret, & eius actionem impediret.Item humorem motu oppoſito reſpectu motus medicinæ caliditas temporis traheret cum caliditas trahat & eſſet motus agitationis.Item calidum calido appoſitum facit ipſum furere,quia omne pharmacum eſt calidum, ut plurimum.De frigido cauſa eſt, quia frigiditate temporis materia eſſet cõpacta,& tunc ipſa eſſet inobediens medicinæ trahenti,& prohibens ſuam operationem. Similiter de regione frigida & calida intẽperate, & ſic de aliis ego intelligo,unde in regione calida ualde,non debet dari medicina,cum in ea ſit uirtus debilis, nec in frigida, quia humores compacti non obediunt expulſioni.

Nonum impedimẽtum eſt uirtus naturalis,aut accidentalis debilitas:uirtus.n. naturalis curat morbos, ideo ſi eius debilitatione medicina laxatiua non debet dari cum ipſam debiliter,nec ſi uirtus animalis eſſet debilis, niſi ei poſſemus obuiare, ſed ſi ei poſſemus obuiare,poſſet dari.

Decimum impedimentum eſt complexio calida & ſicca,quia ſimile additum ſuo ſimili facit eum furere. Similiter in complexione ſicca,quia uirtus in eis eſt debilis,& in uirtute debili non debet dari medicina,ad minus fortis.

Vndecimũ impedimentum eſt nimia corporis raritas, quia talia corpora cito exoluuntur, & ab eis cito fit eſſo, quia humores euacuari ſunt obedientes,& hoc dicit G.iii. ſimplicis medicinæ,quod cã quare medicina plus debito euacuat,eſt corporis raritas: & ideo in talibus eſt cauẽ dũ.

Duodecimum impedimentum eſt pinguedo naturalis, quia talia ſunt debilis uirtutis,unde Hip.craſsi ualde ſecundum naturam cito moriuntur, nec pinguibus accidentaliter,ſiue per acquiſitionem,ne fiat caloris ſuffocatio,in illis enim ſpiritibus, & calore naturali extinctis a uenis, per medicinam fieret a ſuperexiſtente pinguedine, & a frigiditate per abſtractionem caloris inducta,compreſsio iſtorum meatuum.

Decimũtertium impedimentum eſt præparatio ad fluxum uentris,et ad paſsionem colliricã, ſicut in illis qui habent longas tibias, & collum longum & gracile,quia hoc tale animal, ut plurimum eſt diſpoſitum ad fluxum uentris ſicut eſt in ardea:ideo in talibus,ne fiat fluxus uentris, aut interſtinorum excoriatio,non debet dari fortis medicina.

Decimũquartũ impedimentũ eſt ætas inconueniens, ut puericia & ſenectus:in ſenibus enim ẽ uirtus debilis, et in tali ætate,& tali uirtute debili nõ debet dari medicina fortis,& in eis ſufficit,quod ex ſe ſoluitur a corporibus eorũ.

Decimumquintum impedimentum eſt ars laborioſa, ut fabrilis,& in portatoribus magnorum onerum, aut in his qui uadunt,uel qui currunt, quia per talia membra ab eis diſſoluuntur:ideo medicina eſt contraria.

Decimumſextũ impedimentũ eſt apoſtema in partibus inferioribus.ſ.in ano,tunc enim ſecundũ Ga.in. xiii.mega techni.nõ debet prouocari fluxus uentris: per hoc.n.morbus augetur & dolor ſentitur in illo mẽbro,ſimiliter ſi apoſtema ſit in matrice,non debent prouocari menſtrua.

Decimumſeptimum impedimentum eſt diſpoſitio cœleſtis:iſta enim eſt aſtrologica. Iſta enim tripliciter impedit euacuationem ſeceſsiuã,uno modo, quia materiam infrigidat,& incraſſat,unde cum Luna coniungitur Saturno, tũc materia congelatur, & inobediens expulſioni redditur. Luna enim quando eſt in ſigno terreo congelat materiam, unde Phyſici dicunt,quando Luna eſt in ſigno cholerico, acue medicinam plus,ſi in melancholico adhuc plus, ſi in phlegmatico,quia eſt expulſioni conueniens,ut Scorpione,Cancro,& Aquario:& tunc Luna dicitur eſſe in ſuo domicilio,tunc bonum eſt dare medicinam. Secundo modo impediunt euacuationem, quia uirtutem fortificant,ut retineat.Et quia ſecundum Haly. ſupra centiloquium Ptolemei,propoſitione.xxix.ibi dicentem, quod medicina non euacuat,nec trahit niſi ſuperet uirtutẽ, ideo cũ uirtus fortificatur,impeditur operatio medicinæ. Et ſic cum Luna iungitur cum Ioue, quia Iuppiter uirtutem confortat, & fortificat:eſt enim calidus & humidus, & ita conueniens corpori humano,& uirtutem eius fortificans: ideo tũc nõ eſt danda medicina, & de hoc habetur ab Halya. ibidem. Et tertio modo impediunt operationem corpora cœleſtia quia ipſa mouent materiam ad partem oppoſitam, ut ſuperius,ideo magis competeret uomitus quam ſeceſſus, quia medicina ſeceſsiua mouet materiam ad unam partem, & corpora cœleſtia ad aliam partem,ut cum Luna iungitur planetæ aſcendenti in medio cœli,& uocatur aſcenſus ille planeta,qui primo nobis oritur, & primo nobis apparet, cum annus incipit,ſcilicet cũ Sol eſt in primo puncto Arietis,et per aſpectum ad hunc planetam reſpondent Aſtrologi de omnibus ab eis quæſitis,quia ergo corpora cœleſtia trahunt materiam ad partem oppoſitam illi parti ad quam medicina æque trahit, et hoc neſcit medicus cum impeditur medicinæ operatio.

Electaria ſtomacho conferentia.

Dictum eſt de electariis pectori conferentibus. Nũc dicendum eſt de electariis ſtomacho conferentibus & de iſtis ſex ſpectant ad præſentem lectionem.

Quorum primũ eſt ſtomaticon. Secundũ eſt quadrimeron. Tertium eſt roſata nouella. Quartum eſt diarhodon abbatis. Quintum eſt triſandali. Sextum eſt diacoſtũ. Stomaticon duplex eſt.ſ.calidum & frigidum. In frigido, ſandali ſunt baſis,de quibus uidebitur in triaſandalis. Iſtud ſtomaticon eſt bonum omnibus patientibus caliditatem hepatis: proprie intra,et extra uniuerſaliter. Stomaticon calidum confortat ſtomachũ, in quo baſis eſt,cinnamomũ. Stomaticon. Cinnam.

Cinnamomum cortex eſt,& eſt nota, boni odoris, purpurei coloris,acuitatem,quãdam habens,& mordicans lin-

Electu

guam,calidum & ſiccum in tertio gradu, bonum eſt in omni materia craſſa & uiſcoſa,& uirtutem confortat ſua aromaticitate & ponticitate,non eſt melior medicina hepati ſecundum Auic.Hepar enim patitur triplici de cauſa: aut quia anguſtum & oppilatum,cinnamomum ad hoc iuuat ipſum ſua acuitate aperiendo,& deoppilādo: aut quia nimis rarum:cinnamomum ipſum iuuat, ſiue confortat conſtringendo ſua ponticitate,aut quia infrigidatum, & ſic cinnamomū ipſum confortat,ipſum calefaciendo caliditate ſua quia ipſum eſt calidum:electarium, ſiue oleum factum de eo eſt ualde bonum in paſſionibus neruorum, & tremore ex cauſa frigida,& in aliis morbis de cauſa frigida, urina, & menſtrua prouocat. Stomaticon calidum conueniens eſt hepati:confortat enim hepar:ualet etiam ad ſtomachū, & ualet contra dolorem ilii ex uentoſitate a materia frigida eleuata: putrefactionem prohibet & materiam putrefactam conſumit dupliciter &c.ut patet.

De quadrimero. De enula campana.

Quadrimeron eſt electarium ex quatuor meris.i. puris ſpeciebus factum.Helenium.i.enula cāpana eſt ibi baſis, radice eius, & foliis utimur, eſt complexionis calidæ & ſiccæ,& craſſæ ſubſtātiæ,ideo tarde calefit,& in omnibus cauſis ualet,& reſtringit uenas, & ualet contra iuncturarum dolorem ex phlegmate, quia phlegma diuidit, & diſſoluit materiam phlegmaticā in pectore, & cor ſimiliter confortat,& ipſum lætificat,urinam & menſtrua prouocat,quia illæ ſe conſequuntur.Enula campana eſt bona catarrho, unde oleum confert contra catarrhum in pectore: ualet etiā contra paſſiones pectoris frigidas,cordis,& renum &c.

De roſata nouella.

Roſata nouella eſt multum bona ad uomitum refrenandū,& roſa in eo eſt baſis, & laudes eius huic attribuimus, de roſa uiſum eſt prius.

De diarhodon abbatis.

Diarhodō Abbatis,diarhodon a roſis,Abbatis, uel quia Abbas inuenit,uel quia pro Abbate fuit factum, & ualet contra icteritiam:hepaticos,phiſicos,hecticos,cardiacos, quæ cardiaca fit ex calore, ualetque conualeſcentibus ex acutis,& ægritudinibus calidis,calefacit hepar: non multū ſed mediocriter:plus enim infrigidat quā calefacit, habet enim aliqua, immo multa, plus tamen de frigido, & eſt ibi pro baſi roſa,& eſt ibi plus de roſis quam de aliquo alio rum,datur mane & meridie,& ſero cum rodoſtomato, id eſt cum aqua roſata,uel cum aqua frigida.

De triasādalis.

Triſandali dicitur a ſandalis quod eſt lignum, & eſt duplex.ſ.album & rubeū,& dicunt aliqui quòd rubeum magis confortat hepar,ſed hoc eſt falſum per authoritatē Haly.in diſpoſitione regali dicentis ibi,quòd album magis confortat hepar. Item per rationem, quia ſunt magis odoriferi albi quam rubei, & ſunt frigidi in tertio, & ſicci in ſecundo,non multum confortant,quia ſunt ſubtiles,ualēt ſtomacho,& hepati calefacto, unde ex quacūq; calefactione hic ſic ualent utrique ſandali.ſ.albi & rubei, et ſandali cum ſucco lactucæ,& aqua roſata ualent ad calefactionē remouendam hepati.Item ad hepatis infrigidationem ualent ſandali albi, & rubei cum ſucco endiuiæ & pauco abſinthii, & aqua roſata & pauco aceto &c.

De diacoſto & quid ſit coſtus.

Diacoſtum dicitur a coſto.Coſtus eſt triplex.ſ.arabicus indus & garyophyllatus,& eſt calidum & ſiccum in ſecundo.Coſtus etiam puluerizatus,& cum aqua roſata poſitus, pauco melle:aufert labes facierum.Item coſtus cum amygdalis amaris maſticatus cum ſaluia abſtergit faciei pannum & lentigines faciei remouet,& confert pectori,materiam frigidam contentam in eo incidendo, urinam & menſtrua prouocat,& fœtum mortuum expellit: & ſplenem deoppilat,& eſt baſis huius medicinæ, licet enim ibi ſit minus in quantitate,eſt tamen magis in uirtute: plus tamen calefacit in pauca quantitate quam alia in multa: ualet proprie oppilationi ſplenis & hydropicis, & maxime leucophlegmatis,& hypoſarcæ ex frigida materia ſiue cholera, detur ſero & mane,ſi detur propter oppilationem ſplenis, detur cum decoctione ſcolopendrię.

An urina debeat eſſe craſſa ante digeſtionem.

Habito & quæſito de digeſtione materiæ, nunc quæramus de ſignis.Et circa hoc primo quæritur,utrum urina debeat eſſe craſſa ante digeſtionem phlegmatis,& uidetur q̄ ſic,quia Iſaac in urinis,paſsiuę qualitates dant urinæ ſubſtantiam,ut craſsitiem,& ſubtilitatem,& actiuæ dant colorem.cum igitur phlegma ſua humiditate peccet ante digeſtionem,cum tunc ſit humidum,urina tūc debet eſſe craſſa cum humidum det craſſam ſubſtantiam, & ſiccum tenue. Contra, frigidum impedit tranſitum materiæ cum urina. Sed quādo ſic eſt quod materia non pōt tranſire cum urina ſola crāſit aquoſitas,& ſic urina ſubtilis ergo &c. Itē phlegma eſt ſubtile,cum ſit aquoſum, ergo facit urinam tenuem.

Conſequenter quæritur qualis debeat eſſe poſt digeſtionem phlegmatis,& uidetur quod craſſa, quia calidum digerendo & conſumendo materiam cum urina,eam incraſſat, cum igitur digeſtio materiæ phlegmaticæ fiat per calidum per digeſtionē phlegmatis materia incraſſabitur, ſed ſi ſic: tunc per digeſtionem phlegmatis urina erit craſſa.

Cōtra:digeſtio phlegmatis fit per diuiſionē & inciſionē & ſubtiliationem,unde cum oxymel quod ſubtiliat & incidit materiam phlegmaticam datur ad eius digeſtionem, humor ſubtilis additus ei facit in ea ſubtilitatem,& craſſus craſsitiem, ideo &c.

Qualis debeat eſſe urina poſt digeſtionem.

Conſequēter quæritur qualis debeat eſſe urina poſt digeſtionem,cū materia ſit craſſa,uiſcoſa, phlegmatica, uidetur quod ſpiſſa,quia illud phlegma eſt ſpiſſum:ergo urina poſt ſui digeſtionem per ſui cōmiſtionem incraſſabitur.

Contra,ſpiſſum ſubtiliat urinā,ſicut patet de melancholia,quæ urinā ſubtiliat:& hoc ē,quia materia ſpiſſa uiā oppilat,ergo &c.Solutio ad primā qōnem dico,quod phlegma indigeſtum eſt ualde ſubtile aquoſum, & tale non multum inſpiſſat urinam,tamen phlegma aliquantulum eſt ſpiſſum reſpectu aquoſitatis urinæ,ſed phlegma bene digeſtū inſpiſſat urinam,quia digeſtio phlegmatis incraſſat quod prius.ſ.ante digeſtionē erat ſubtile, & in urina per phlegma non digeſtum nō multum incraſſatur, inſpiſſatur tamē. Dico ergo,quod urina ex phlegmate ante,& poſt digeſtionem ſemper eſt craſſa,unde urina ante digeſtionem phlegmatis eſt craſſa,licet ipſa ſit ſubtilis reſpectu urinæ poſt digeſtionem phlegmatis. Concedo ergo,quod urina ante digeſtionem phlegmatis eſt craſſa,licet parum.

Ad primum dico,quod phlegma ſua humiditate plus facit lubrificando cum urina,quam faciat ſua frigiditate coaugulando,et oppilando, ideo craſſa eſt urina ſemper ex phlegmate,licet ſit ſubtilis ante digeſtionem phlegmatis, quia poſt incraſſatur per commiſtionem phlegmatis incraſſati per digeſtionē,ideo urina miſta ex iſto phlegmate & aquoſitate eſt craſſa.

Ad aliud dicendum quod oxymel ſubtiliat & incraſſat,ſicut ignis:ignis enim glaciem liquefaciendo ſubtiliat eam, & ignis conſumendo ſubtile a luto ipſum incraſſat. Oxymel ergo per ſuam caliditatem phlegma ſubtiliat,& liquefacit:ſed phlegma ſubtile incraſſat aquoſitatē ſubtilem cōſumendo et euaporando.Et ideo habens tale phlegma debet eſſe urina craſsior poſt digeſtionē,cū eſt ſubtile, aquoſum,conſumptiuum plus quā ante,et ſic ſoluitur prima qō.

Ad tertium dico,quod cū phlegma eſt craſſum, uitreum cōgelatū,ante digeſtionē ē urina multū ſubtilis, quia illud phlegma eſt congelatū ſub aliquo, et non eſt liquefactum, oppilando uias reddit urinam ſubtilē. Similiter poſt digeſtionem eius urina eſt ſubtilis,non tamē ſicut prius, quia prius propter oppilationem non permittētem aliquid cū urina permiſceri,ſed poſtea eſt ſubtilis propter commiſtionem phlegmatis liquefacti cum urina, et ideo talis urina prius erat pauca,ſed poſt digeſtionem erit multa. Vnde aliquādo melius cognoſcitur digeſtio materiæ per quantitatē urinæ quā per qualitatē,quia multi ſunt in quibus non mutatur urinæ ægritudinis reſpectu urinæ in ſanitate ſua, multo magis nō mutabitur urina in materiæ digeſtione,reſpectu urinæ ante materiæ digeſtionē,ſed quando bene pōderatur ſuus potus,ita quod medicus uidet quod bibit patiēs nimis,et uidet urinā multā,tunc pōt cognoſcere materiam phlegmaticā eſſe digeſtā. Et hoc dicit Hip.in apho. ſi urina appareat prius turbata,et poſtea clara & multa &c.

Ad argumentum dicendum quod phlegma cū miſceatur cum urina poſt digeſtionem, non apparet craſſum, ſed ſubtile liquefactum,ideo non incraſſat urinam.

Vtrum digeſtio materiæ in podagra poſsit cognoſci per urinā.

Conſequenter quæritur utrum digeſtio materiæ in podagra & arthetica paſsione poſsit per urinam cognoſci, & uidetur quod non:quia ſecundum Iſaac in urinis:ſolum urina eſt ſignificans ſuper materiam exiſtentem in uenis & hac parte in quibus ipſa generatur,ſed materia podagræ eſt extra uenas,ſicut in iuncturis,ergo &c. In oppoſitū eſt uſus cōis:damus.n.ſyrupos ad digeſtionem ægritudinum præditarum & per urinam cognoſcimus eius digeſtionem: ergo,&c.Solutio.ad quæſtionem pōt tripliciter reſponderi. Vno modo ſic:quòd digeſtio materiæ iſtarum ægritudinū poteſt cognoſci per ſe,per urinam.ſ.materiæ antecedentis quæ eſt inter uenas,quæ ad iuncturas continue fluit,& non cognoſcitur per urinā digeſtio illius materiæ quæ eſt in iūcturis,ut obiicis, uñ illa materia quæ eſt in uenis digeritur per medicinam,& cū illa digeſta eſt,euacuatur, ſed materia cōiuncta quæ eſt in iūcturis,licet illa digeratur per medicinam,tamen ipſa non euacuatur per eam,ſed poſtea per emplaſtrū,& alia remedia materiæ coniuncta, quæ in iuncturis euacuat. Dico etiā plus.quòd ſi conſtaret quòd materia non eſſet in uenis, ſed ſolum in iuncturis, Ego non darem digerēs intra, ſed ſolum per emplaſtra ſupra iuncturas,poſtea eā digererem & euacuarem. Vel poſſemus dicere quòd digeſtio materiæ in iuncturis pōt cognoſci per accidens,quia cū mat eria non eſt digeſta, tunc aſcendunt fumi & euaporāt a materia,adhepar,qui cū ſint frigidi,hepar infrigidant,quod infrigidatum crudā aliquando facit urinam,ſed ſi materia ſit digeſta: fumi non eleuantur frigidi, ſed aliquantulū calidi:& ideo tunc non infrigidatur hepar neque debilitatur tantū,ſicut prius, propter quòd pōt urinam magis colorare,& per digeſtionē incraſſare,& hoc patet per ſe de quodā,de quo narrat Haly. qui habuit podagrā a qua fumus eleuabatur ad hepar,qui hepar infrigidabat,& ex hoc incurrit hydropiſim, & mortuus eſt,& ſic patet ſolutio ad argumentum, quòd non ſignificat per ſe digeſtionem materiæ extra uenas, licet per accidens poſsit ut prius uiſum eſt,& ſic ſoluitur.

De dantifa.

Dianiſum Conſtantini in lib.ſtomachi, utile contra uentoſitatem ſtomachi, frigiditatem, & inflammationem reumaticam ſedat &c.

Garoph.

Garyophyllatū a garyophyllis dictum qui ibi recipiunturſtringunt enim ipſi garyophylli catarrhum, in ore detenti,ſingultum &c.

De potio de muſcatis.

Potio muſcata maior,muſcata dicitur a muſco, eo quòd muſcus preciоſior,& odoriferior ſit aliis ſpeciebus, ualet cardiacis,ſtomatichis,& ad omnem ſtomachi debilitatem, & cordis confortationem,& ad uitia pulmonis &c.

Diatrion.pipereon.

Diatriōpipereō Herodis regis:diatrion Gal. quòd facit ad frigiditatē,& doloré ſtomachi,digeſtionē procurat &c.

Triophilon.

Triophilon dicitur a uiridibus rutæ foliis, quæ in eo ponuntur,ualet proprie quartanæ, & ueræ quotidianæ in hyeme,& uernali tempore &c.

Rectificantia euacuationem.

Superius uiſæ ſunt cauſæ impedientes euacuationē:nūc uidendum eſt de rectificantibus eā.ſ.quomodo debēt fieri & quæ debent conſiderari,& obſeruari quando fit euacuatio:tunc prius uidendum eſt qualiter fiet euacuatio, ſit autē tribus de cauſis:una eſt nimia materiæ repulſio, ut Hip. in apho.repletionē euacuatio ſoluit.Secunda cauſa,eſt mala qualitas ipſius materiæ.Et hoc dicit Galē. primo megatechni:ſi materia non ſit multa,tamen mala, euacuanda eſt paulatim.Tertia eſt morbi magnitudo,& de hac dicit Aui. & Gale.xi,& xiii.megatechni,cum apoſtema eſt magnum caueamus ne rumpatur,ideo euacuamus materiam, licet forte non ſit mala,aut multa antecedens.

De conditionibus in eſſone conſiderandis.

Conſequenter uidemus conditiones rectificantes euacuationem,& quæ debent obſeruari in euacuatione materiæ,& iſtæ conditiones ſunt decem.Prima eſt materiæ qualitas.Secunda eſt,ut uideatur materiæ euacuādæ quātitas. Tertia eſt facilitas euacuandi. Quarta eſt temporis cōformitas,uel opportunitas ad euacuandū. Quinta eſt medicinæ proprietas ad euacuandū, Sexta eſt mēbri per quod fieri debet euacuatio,aptitudo,ut per illud fiat melius euacuatio quā per aliud. Septima eſt mēbri per quod fieri debet euacuatio,diſpoſitio,& abſtractio. Octaua eſt uiarum per quas debet fieri euacuatio,cōditio.ſ. ut nō tranſeamus diametros.Nona eſt, ut non trahatur materia cū uiolentia magna.Decima eſt,ut uideamus modum attractionis.

Prima igitur eſt,ut conſideretur materiæ euacuandæ qualitas, quia ipſa debet eſſe nociua. Vñ in.iiii.particula, apho. In pharmaciis talia educere oportet qualia ſponte uenientia.i.qualia a natura debent expelli. Natura autem non expellit niſi nociuum: & ideo cū medicus ſit miniſter naturæ debet eam ſequi,ut expellat materiam nociuam ſecundum G.i.aphor.unde dicit Haly.ſupra in techni. Si medicus non iuuet,tamen non debet nocere, unde debet iuuare,ſi poſsit,& hoc eſt expellendo nociuum.

Secvnda, debet medicus conſiderare materiæ euacuandæ quantitatem.Et tu dices non eſt uerum, quia dicit Hip.quæ egeruntur non multitudinem conſiderare &c. Dico,quod iſtud excluſiue eſt dictum.i.quòd tu debes non ſolū quātitatē conſiderare, ſed multa alia,ut eius qualitatē & uirtutē,quia ſi multa materia euacuatur & ſit nociua, dūtamen uirtus ſufficiat,eſt bonum,ſi non ſufficiat eſt malum, ſi multa euacuatur,ſiue pauca & bona, non peccat in qualitate,aut in quantitate malū,unde nō eſt quantitas tantū conſideranda p ſe,quia per ſeipſam neq; iuuamentū neq; nocumentū facit,niſi p hoc quod hēt reſpectū ad quantitatem & uirtutē,& per ea ſpecificatur,ut uiſum eſt: ergo debemus cōſiderare materiæ quātitatē reſpectu uirtutis,quia non debemus eā totā ſimul euacuare,ſed paulatim propter uirtutē,quia per tales euacuationes natura deficit, & eas abhorret ſecundū Aui.in primo. Itē parte materiæ euacuata alia portio ſi poſsibile ſit corrigitur, & in mēbra cōuertitur ſm Haly.in fine techni,& ſi nō poſsibile ſit corrigi a natura expellitur,quæ licet nō eſſet potēs totā expellere, eſt tñ potens portionē remanentē poſt euacuationē expellere,unde G.xii.megatechni. Nō eſt faciēdum in corpore uiuo,ſicut mortuo,quia in mortuo materiā corruptā, ſicut carnē putridā aut pinguedinem totaliter incidimus,et reſi duum ne putrefiat ad aerē frigidū ſuſpendimus, ſed in corpore uiuo partem materiæ putridæ auferimus, & reſiduū materiæ quæ remanet,digerimus,ut natura poſsit ſupra illud,uel corrigendo,ut conuertatur,uel expellatur.

Tertia conditio eſt euacuandi facilitas: materia enim quæ eſt in uenis,faciliter a medicina trahitur, ſed illa quæ eſt in iuncturis,uel in membrorū concauitatibus,utpote difficultatem,& cauſam reddit Gale. in de iuuamentis membrorū,quòd materia quæ eſt in uenis eſt in loco amplo,& talis de facili trahitur.Alia eſt in loco ſtricto, & talis de difficili trahitur,ideo fortiorem medicinam oportet dare ad euacuandam materiam illam, quām quæ in uenis. & ſic intelligitur.

Qvarta conditio eſt temporis opportunitas. Quatuor tempora ſunt,quorum diuerſitatem oportet conſiderare,& ſecundum eorum diuerſitatem,exhibitionem medicinæ & etiam ipſa medicina eſt diuerſimode danda. Eſt.n. tempus anni,tempus morbi,tēpus mēſis,tēpus diei. Tempus anni debet cōſiderari,in uere & autūno debēt dari medicinæ laxatiuæ,& fieri euacuationes, et non in æſtate, & hyeme,in uere in principio & in fine, in principio humores frigidi,ſicut melancholia et phlegma,melancholia conſeruata eſt ab autumno,& non eſt generata in hyeme, ſed phlegma generatum eſt in hyeme, et non conſeruatum ab autūno.Et timendum,ne iſti humores frigidi ebulliant in uere,in caliditate ueris,et faciant ſe.ideo euacuādi ſunt in principio ueris,ſed materia cholerica in fine ueris eſt euacuanda,quia iſta non fuit conſeruata ab autumno neq; generata in hyeme,ſed quia caliditate ueris fuit generata, ideo ne in æſtate ſequenti ebulliat,debet purgari in fine ueris,quia uer in principio ſui aſsimilatur hyemi propter approximationē:finis uero æſtati, medio uere proprie, et ſic alia:& cauſas has aſsignat Iſaac in de elemētis et aliis, quæ ibi patēt.In autūno debet fieri euacuatio, ſed non in principio eius,quia corpora ſunt inanita ex æſtate præcedēti,nec in fine,quia frigiditate eius materia profundatur

in uenis:nec etiam est obediens expulsioni & attractioni medicinæ. Sed in medio eius in quo est tēperantia in actiuis:uidetur Aui.in autūno debere fieri euacuationes cum dies sunt æquales noctibus. Secundo debet tempus morbi considerari,quia aliquādo in principio morbi debet dari pharmacia,aliquādo in medio,aliquando in fine. In principio duplici de causa. Vna est propter materiæ acuitatem & furiositatem:& de hoc habetur ille apho.primę particulæ,in acutis passionibus in commento. Raro præcipitur in acuta passione pharmacia,quia non præcipitur, nisi cū materia est furiosa,quia tunc medicus nō habet inducias præparandi:ante enim patiens esset mortuus, quam esset præparatus ad medicinam. Secunda causa quare fit euacuatio in principio morbi,est materiæ multitudo,& quia materia est multa,& morbus est longus, ideo timēdum ne propter longitudinem morbi uirtus deficiat, ideo debet natura in principio morbi exonerari, & de hoc habetur in prima aphor.inchoantibus morbis &c. Et hoc est propter multitudinē materiæ,quia ſm G.Hip. est breuiloquus:ideo dicit prius quòd debemus in principiis pharmaciis uti, uidetur hoc inutiliter repetere nisi propter aliam causam intelligat.Intelligit in primo aphor. propter materiæ furiositatē hic intelligit propter materiæ multitudinē:aliter esset confusio in repetitione uerborum, aliquando euacuamus in medio morbi,ut in principio paroxismi,ut alleuiatur,quia eius fortitudinem,& symptomatum malitiam timemus,& de hoc dicit Halya.supra techni.xxviii.c.Hora conueniēs euacuationi est hora paroxismi,& hoc cū medicina leui,ut māna uio.tamarindis &c.aliqñ fit euacuatio in fine morbi, ut quādo materia est quieta in uno loco posita:nō in membro nobili,nec uicino, quia tunc induciæ dantur medico, materia non debet in principio, sed in fine euacuari quādo corpus est præparatum ad euacuationē,& materia digesta: cum.n.sit quieta in loco posita,non est timenda eius furiositas,neque mobilitas,cum hoc non habeat, & cum hæc sit pauca,non est timenda uirtutis debilitas propter morbi lōgitudinem,& cum sit remota a mēbro nobili propter stomachi malitiam,uel propter sui syncopim,& huiusmodi.

Tertio est tempus mensis considerandum,quia in prima quadra lunæ pharmaciæ,& euacuationes sunt faciendæ nō in secunda:facimus enim tantum duas quadras in lunatione,quas quadras continet nouilunium, & plenilunium, & secunda totum residuum lunationis, & sic abusiue utimur hoc nomine quadra, quia quadra proprie est, quarta pars lunationis:& nos ponimus eam pro medietate loquendo abusiue de quadris.Dico tamē quod in prima quadra lunæ quæ continet nouilunium, & plenilunium debet fieri euacuatio,quia tunc tempus est calidum, & in caliditate temporis pori aperiuntur,et per ipsam humectātur.ut per eos fiat fluxus,& transitus humorū: & etiam in hac prima quadra humores liquefiunt,& fiunt cursibiles:ideo tunc habiles sunt expulsioni:& propter hoc.s.quia tempus est calidum secundū Philosophum.viii. de animalibus in illo tempore herinacii impinguantur:& dicebant quidā,quod hoc est,quia melius uident,sed hoc est falsum,sed hoc est, quia tēpus est calidius,& cum in eis calor digerēs sit debilis,cū sint animalia frigida,per calorem temporis fortificantur, & eorum calor, propter quod nutrimēto ampliori eorum corpora reparantur:& ideo fit impinguatio eorum.Sed in fine mensis,nō debet fieri euacuatio, quia tūc cū tēpus sit frigidum,quantum est de hoc, pori clauduntur, & humores congelantur,quare inobedientes medicinæ attrahenti efficiuntur,ideo tunc ipsi non debent euacuari.

Quarto est tempus diei cōsiderandum, medicina enim, aliquando datur in mane.s.quādo datur in liquida substantia,quia timetur si in nocte daretur, ne dormitione superueniente,& calore interius fortificato,uirtus medicinæ resolueretur.Aliquando.n.datur in sero cū datur in substantia dura crassa,sicut in pilulis quæ indigent longa remanentia in stomacho:aliquando quia forti attractione indigent ad stomachum:& tunc non agit medicina, nisi diuidatur a calore naturali,bonum est dormire, ut super somnum calor naturalis rediens ad interiora, & ipse unitus fortificetur,et melius possit medicinam diuidere. In media nocte E dantur electaria,quia non sunt ita passibilia, sicut medicina data in substantia liquida, neque ita dura, sicut pilulæ, ideo in media nocte dantur,quia indigent mediocri actione,siue diuisione.Aliquando dantur pilulæ ante cibum sine acumine,uel post cibum,et istæ debēt in uigilia dari, quia non indigent forti attractione neque forti diuisione.

QVINTA conditio,est medicinæ euacuantis proprietas ad euacuandum,debes.n.eligere medicinam propriam ad euacuationem proprii humoris secundum Haly.supra techni.xxviii.c.unde si uelis euacuare phlegma,non debes dare scammoneam,sed esulam, aut pulpam colocynthidis, & si cholera,myrobalanos citrinos,si melancholiam,myrobalanos indos,aut lapidem lazuli, quæ autē medicina quē humorem respiciat,habebimus in fine.

SEXTA conditio,est membri per quod debet fieri euacuatio,aptitudo,s.ut per eum fiat euacuatio melius quā p alium,& ad hoc tria sunt consideranda. Primum est quod materia ibi repat,repere est animalium debilis motus, cū igitur materia repit.i.debiliter mouetur ad aliquē locum, F ut per eum expellatur,si natura esset satis fortis,natura per eum posset ipsam expellere.Secundum est situs membri,si materia esset in simo hepatis,ipsa non debet euacuari per vrinam prouocando eam,sed per medicinam secessiuam, & ideo nō per renes,sed p intestina. Si ipsa sit in gibbo hepatis econuerso. Tertio debet cōsiderari membrum ita φ membrū per quod fit euacuatio sit ignobilius mēbro a quo fit euacuatio,quia sic facit natura recte operans scilicet expellere a nobilioribus nocumētum ad ignobiliora: si aliter facit hoc est ex malitia medicinæ,& tunc debet diuerti.

SEPTIMA conditio,est quod debemus considerare dispositionem membri a quo fit euacuatio,ne in eo sit dolor uehemens,tunc enim ab eo non debemus euacuare, quia tunc fieret motus agitatiuus qui est naturæ contrarius. Mēbrum enim per naturā doloris ad se humores traheret,& medicinam,& medicina ab eodem traheret eosdem humores,& ita agitatio fieret. Quid ergo faciemus?primo dolor sedetur,postea ab eo euacuetur.

OCTAVA cōditio est,quod tu non debes transire duas G diametros,quia per hoc natura multum debilitatur in hoc quod fieret ei contrarius dupliciter,unde si materia sit superius in parte dextera,nō debes euacuare in sinistra,quia tunc fieret motus a superiori ad inferius,& a dextro in sinistrum,& hoc intellige quando est distantia inter hæc,& nō qñ destrum & sinistrum sunt in uicinia,quia tunc debet attrahi ad locum oppositum,secundum duas diametros, ut si materia sit in pare dextra capitis,quia non multum distās a sinistra non debet tantum trahi ad sinistrum inferius.

NONA conditio est,quod non debet trahi materia cum magna uiolentia,quia subtile obediens expulsioni, & attractioni extraheretur, & crassum inobediens incrassaretur & inuiscaretur,& remaneret,& esset difficilioris expulsionis quam prius,& tamen natura debilitaretur ex uiolētia.

DECIMA conditio est, quod oportet considerare uasorum mediorum dispositionem & conditionem, & uiarū per quas transit materia,siue mouetur ad medicinam, quia si sint repletæ cum dicat Aui. quod per uacuum debet fieri motus,non posset materia alia per uenas trahi, ideo tunc H in uenis remaneret,& fieret ibi nocumentum,tunc primo euacuandum per phlebotomiam a uenis, quia est in uenis, & postea datur medicina euacuatiua,quæ trahat materiam a membro per uenas ad stomachum.

De sex electariis.

Nunc uideamus de sex electariis. Quorum primum dianisum.Secundum est garyophyllatum. Tertium est diamacis.Quartum est potio muscata.Quintum est diatrion.Sextum est triophylon.

De dianiso. Dianisum dictum est ab aniso, anisum semen est fœniculi Romani,calidi et sicci:intus habet uirtutem aperitiuam et stipticam, et uentositatis dissolutiuam,confert inflationi in facie,et consumit uentositatem, lac prouocat impedimentum ex materiæ frigiditate,calefaciando, et digerendo,aut ex uentositate crassa phlegmatica oppilante uias, sitim sedat causatam ex materia salsa eam incidendo, assatum cum stringat uentrem, & per assationem sua stipticitas A augetur,calefacit & digerit,uentositatem diuidit, splenem & hepar deoppilat: vrinam & menstrua prouocat, si nos uideamus laudes, & opera dianisi. Dianisum ergo digestionem confortat:& etiam uentrem,& stomachum: tussim & sitim compellit,hepar,splenem deoppilat,& uentositatem consumit,unde idem anisum quod est ibi basis facit non habemus ipsum in hoc lib.Nicolai, sed inuenitur in libro de stomacho Constantini,& est ualde bonum.

De garyophyllato. Garyophyllatum a garyophyllis dicitur, fructus est calidus & siccus in tertio odorem multum bonum facit, nisi assuefaciat multum, ut prius dictum est, quia est odoriferum confortat stomachum,& confert ad uomitum, unde ex garyophyllis, & mastice,& mace, cum ligno aloes, & succo mentæ,si fiat emplastrum suppositum super stomachū ualet contra uomitum. Item cocti in aqua ualent contra uomitum, si bibatur ista aqua in qua sunt cocti, unde ualent contra stomachum, ipsum confortando: & materiam phlegmaticam digerendo, & uentositatem consumendo: ideo eructantibus accide ualet, singultum constringit: pectoris oppilationem remouet, quia aperitiuum est, & B aromaticum:ideo spiritus qui sunt instrumenta uirtutis cōfortat,qui spiritus facit mouere facilius,quia aromaticum.

De diamaci. Diamacis a mace est dictum, & est macis tunica nucis muscatæ:aromaticum & ponticum est,& est bonum in singultu,calidum & siccum,cōfortat stomachum,putrefactionem remouet,& suum electarium. Item sua caliditate materiam frigidam digerit,& sua aromaticitate membra confortat, maxime neruosa, & spiritalia, & materiam sua stipticitate consumit: ideo contra paralysim,& tremorē cordis ex frigida causa ualet.

De potione muscata. Potio muscata dicta est a musco qui est ibi basis: muscus est folliculus quidam iuuentus in quodam animali simili capriolo,confortat cor & subtiliat, unde potio muscata est bona ad confortationem cordis contra materiam frigidā melancholicam phlegmaticam:nota, quod bellirici qui in eius cōfectione cadunt, sunt albi lapilli parui,& sunt boni contra dentes nigros.

De diatriopipereon. Diatriōpipereon est dictum a pipere,& est factum cum tribus piperibus. Est enim piper triplex : est enim piper C quod dicitur leucopiper,& est piper quod dicitur melanopiper,& est piper quod dicitur macropiper.Piper album, est piper quod uiride est multum humidum: & istud est piper longum antequā sit perfecte maturatum:aliquantulum tamen deficcatum : propter quod apparet quædam discontinuatio inter eius partes, sed quando est complete maturatum,& est nigrum, est calidum & siccū in tertio uel quarto,& quia est subtile non multum calefacit, attrahit a corpore interiori,phlegma consumit, bonum est hominibus sanis in regionibus frigidis, neruos multum confortat calefaciendo, non est ei par secundum Auic.phlegma in pectore & stomacho inuiscatum, remouet ipsum calefaciendo & dissoluendo, appetitum confortat, urinam et menstrua prouocat, unde post coitum suppositum matrici fœtum corrumpit,& facit mirabile,quod dicit Auic. quod cū datur multum soluit uentrē, & paucum prouocat urinam, sed scāmonea econuerso facit.Huius causam assignat Ari. in problematibus,sed occulte uētositatem soluit,& phlegma calefacit, pectus ex materia phlegmatica curat, & est D basis in isto electario, & ideo per prædicta patet laus huius electarii.

De triophylon. Triophilon dicitur a tris quod est tres,& fit ex tribus generibus piperis secūdum quosdam:sed hoc est falsum, quia fit ex foliis rutæ,& est ibi basis,& istud non est in usu.Quædam ruta est uiridis & quædam est sicca. Viridis est calida & sicca in secundo,sed desiccata in tertio.

Item quædam est syluestris,& quædam est domestica. Quæ autem est iuxta siccum est melior, multum incidit, & ipsa cōfert ad paralysim,& in iuncturarū passionibus ex frigida causa.Ruta comesta siue masticata tollit odorem alliorum & cæparum propter eius odorem fortem, & dicit Arist.in de animalibus quod quando mustella uult pugnare cum serpente,siue cum buffone,ipsa comedit rutam, ut interficiat eam,quia contraria est ueneno.

Vnde comestio rutæ cum nucibus & amygdal. dulcibus A in mane præseruat a uenenis assumendis.Triophylon competit quartanariis,quotidianariis: fit enim ex tribus piperibus,non tamen pro basi.

De euacuatione medicinæ per simile uel contrarium.

HAbito de digestione medicinę. Nunc dicamus de eius euacuatione. Et circa hoc quæritur utrum medicina euacuet,& attrahat per simile,uel per cōtrarium:& uidetur quòd per contrarium,quia Haly.sup centiloquio Ptolæmei dicit, qđ medicina non euacuat nisi quia ipsa uincit uirtutem,per contrarietatē, ergo &c.

Item Gal.dicit supra lib.de regimine acutorū quod medicina non euacuat,nisi quia corpus debilitat, sed ipsa debilitate per contrarietatem, ergo &c. Item omne uenenum est contrarium humanæ naturæ, sed medicina quia uenenosa trahit humorē ad se,quia natura ipsa non ablata nequit nutrire,& ablata nutrit, ergo &c.Item medicina nutrit in patiendo,& trahit in agendo, sed agere & pati sunt contraria:ergo ipsa nutrit per simile, & trahit per contra-B rium.Sed dices forte quod ipsa trahit per contrarium, sicut nutrit per simile membro, sed trahit per simile humori.Sed contra humor est potentia non multum remota a membro:si igitur contrariatur membro, & humori qui disponentis membro conuenientes in se recipit per quas ipse habilitatur,ut conuertatur,& a membro trahatur.

Dices forte quod trahitur a tota specie.Cōtra, quia tūc sequeretur quod in humore essent duæ totæ species, Vna per quām a toto membro trahitur, & alia per quam a medicina trahitur. Sed hoc est falsum, quia per Auicen. in primo tota species est illud per quod res est illud quod est, & istud in re est unum scilicet forma rei essentialis dans ei esse.

Item si medicina trahat a tota specie &c. Esula & pulpa trahent hunc eundem humorem.s.phlegma, & ita esula & pulpa haberent eādem totam speciem, cum idem trahant, & per consequens erit in eis eadem dispositio in summo, & ad eandem formam specificam, quia si tota species non sit forma specifica rei, erit saltē summa dispositio ad ipsam.

C Item si attractio esset a tota specie cum eadem medicina non habeat diuersas totas species:tūc una medicina nō trahit diuersos humores quod falsum est. Videmus enim quod quædam medicina est quę primo trahit choleram, secundario phlegma,& alios humores,ut myrobal.citri. Oppositum dicit Gale.iii.simp.me.quod medicinę non trahūt nisi humores sibi similes.Item medicina non trahit nisi humorem inter quem & ipsa est assimilatio,&.ii.particula,super illum apho.Sana habentes corpora,dicit Gal.quod medicina laxatiua,uel potio sibi similium est attractiua.

Solutio:ad hanc quæstionem ego dico, quod medicina laxatiua trahit humorem a tota specie, & per similitudinē euacuat,tamen alio modo. Quatuor enim sunt causæ quare medicina attrahit humorem.Vna est tota species, unde Gal.iii.sim.me.medicina attrahit proprietate suæ substantiæ,& sic attrahit per simile non in forma,sed proprietate & proportione,quæ est inter completum, et incompletū, quia humor a uirtute medicinæ excitatus ad medicinam mouetur,sicut ferrum ad adamantem,et sic attrahit per simile,et contrarium membro:simile non in forma,quia ad-D amas non trahit adamantem:sed ferrum, nec medicina medicinam, sed humorem,sicut Auic.nititur arguere contra Gal.licet non arguat contra intentionem eius, quia nō intendit quod medicina attrahat per simile in forma : sed in proprietate,unde dicit quod carthamū non attrahit phlegma,quia phlegma,sed quia phlegmaticum contrariū membro,dico quod medicina est quasi sarcina mēbro. Vnde Halya.medicina trahit,quia uincit uirtutem,unde trahit,quia uirtutē debilitat,& membrum:quia enim cōtrarium membro,ipsum debilitat,et ab ipso trahit,quia ipsum debilitatum nequit materiam retinere firmiter. Quod enim ei est cōueniens.s.humorē trahit:ergo per simile humorem trahit.Est.n.in medicina aliquid actu quod in humore est in potētia,pp quod ad ipsam mouetur ab ipsa exercitatus.

Secunda causa est complexio medicinæ, unde medicina trahit,quia calida,unde calidior medicina in eodem gene-

re magis trahit ſecundum Ga.in de ſimplici medicina.Tertia cauſa eſt,quia ipſa exiſtens in ſtomacho,& in inteſtinis ipſa mordicat.ſ.ſtomachum & inteſtina, & per hoc dolorem ibi inducit,& per hoc calor, & ſpiritus & humores ad ea mouentur, & a caliditate fortiore ibi exiſtente attrahuntur per naturam doloris, eo quòd ad locũ doloroſum calor,& ſpiritus, & in copia magis mouentur, & qui etiã mordicat,euacuat illud quod attrahit,unde illud eſt per cõtrarium,unde neque dolorem,neque mordicationem, neque grauedinem inducit membro, niſi per contrarietatẽ. Iſtud eſt per accidens.ſ.attractio, quia per iſtam mordicationem non attrahit medicina niſi quia calor uincitur a natura,quia ſecum ducit humorem. Quarta cauſa eſt fatigatio & debilitatio, quia membra debilitata non retinent quod in ſe eſt,& ideo facilius attrahitur, & abire dimittũt. & etiam tanquam grauedinem & ſarcinã expellũt,& mordicant expulſiuam uirtutem.primo modo fit euacuatio, & attractio per electionẽ unius humoris: & ſi attrahat alios humores hoc accidit, ſed tribus aliis modis euacuantibus humores omnes æqualiter,niſi quòd ultimo magis dilectũ & ſic ultimo ſanguinem ſi perſeueret uirtus medicinæ, & etiam per calorem ſubtiliorem,& liquidiorem citius trahit.Iſtis igitur tribus modis euacuat omnes humores, & calor & ſpiritus,ſed tamen primo euacuat perſimile humori,& quia per hoc idem eſt ſimile humori, & contrarium membro:ideo attrahit per contrarium membro, euacuat enim per contrarietatem,quia non euacuat niſi quia fatigat:illa autem fatigatio eſt per contrarietatem, & ita per contrarietatem tantum euacuat. Ad primum,& ad duo ſequentia dicendum,quòd uerum eſt, quod attrahit per contrarium membro: tamen perſimile humori,quia per idem eſt ſimile unius,& contrarium alterius. Ad aliud dicendũ, quòd duæ ſunt totæ ſpecies in humore, per quarum unam conuenit cum membro,& per aliam cum medicina.Si ponamus duas totas ſpecies,aut duas potentias eſſe in aliquo reſpectu duarum diuerſarum formarum,ſicut in lapide adamantino ſunt duæ diuerſæ totæ ſpecies.Vna ſecundum quã eſt lapis,alia ſecundum quam eſt adamantinus: ſecundum enim quod ſunt formæ diuerſæ:ſecundum hoc ſunt diuerſæ totæ ſpecies:tamen iſtæ ad alias ſint præparationes ſecundũ Auic.& ſecundum quòd tota ſpecies medicinæ uincit totã ſpeciem membri excitando ſpeciem ſibi conuenientem in humore,ſed hoc mouetur humor ad medicinã nõ ad membrum.Et cum tu dicis quòd tota ſpecies eſt illud per quod aliquid eſt illud quod eſt: verũ eſt,nõ tanquã perfectio,ſed tanquã præparatio per quã res eſt illud quod eſt, uel forte poſſet dici,quòd in humore eſt quoddã incõpletum quod excitatũ per aliquod duorũ, natũ eſt ſe ad illud moueri, ſicut ſi in animali dicamus eſſe incõpletum aliquid quod eſt indifferens ad hoc quod excitetur per formã hoĩs, uel aſini, & excitatum per hoc poteſt ſe facere in actu, & ſi illa duo excitãtia excitent ſimul, illud quod uincet ducet illud incompletũ ad ſui naturã,& eſt ſimile quod ponitur. Tu potes ire ad noſtrã dominã uel ad campos pro tua uoluntate, unde tuum uelle eſt indifferens ad hoc uel ad illud, tamen ſecundum quòd per aliquam cõditionẽ exiſtentẽ in noſtra domina excitatur tua uolũtas,tu eligis ſecundũ hoc unũ, & nõ aliud.Similiter eſt hic,quia in humore eſt aliquid incompletũ quod excitatũ a medicina fortius, a medicina ad ipſum mouetur magis,vnde Halya.medicina non attrahit humorẽ niſi uincat uirtutẽ,ſicut dictũ eſt, ſecundũ numerũ formarũ exiſtentiũ in re,ſunt diuerſæ totæ ſpẽs in re, & illud nõ eſt incõueniens.Ad illud dicendũ qđ nõ ſequitur,ꝙ eſula & pulpa ſint idẽ,licet in eis ſit aliquod cõe in quo cõueniunt,per quod attrahit illud, & iſta ſpecies eſt incompleta,habentium formaliores alias totas ſpecies diſponentes ad ſuas formas ſpecificas,& in eis eſt diuerſa ratio commiſtionis,propter quod ſint idem,quia non attrahunt eundem humorem per illud per quod differunt,ſed per illud in quo conueniunt: uidemus enim quòd in una parte miſti, ut lapidis adamantini eſt tota ſpecies trahens ferrum,& in alia parte eiuſdem eſt tota ſpecies pellens ferrum.

Ad aliud dicendum quòd medicina nõ trahit niſi unum humorem per ſe,ſed per accidens trahit multos,unde primo attrahit humorem quem per ſe attrahit,poſtea quos trahit,trahit per accidens.

Electarium reſumptiuum ualet ad reſtaurandũ deperditum.Recip.liquiritiæ ro.zucch. ana.ʒ. iii.gummi arabum, tragacan.ana.℥.i.& ſan.al.& ru.ana.ʒ.v. papaueris al.℥.i.ſ. ſucci liqui.ani.ſem.portulacæ,lactucæ,ſcar. ana.℥.ſ. garyophyl.ſpodii, ana drach. iiii. cinnamo.℥.i. gingibe.ſcario. calamenthi,ana drach.ii.corticum citri.ʒ.i.penidiarum.℥. ii.ſe.frigidorũ.ſ.melonis,citruli,cucurbitæ, cucu.an.ʒ.iii. ſe.citoniorũ.ʒ.iii.amygdalarũ,pinearũ,ſebeſtẽ, ana.℥.i. ſe. maluæ,ſe.bombacis,uiolarũ,berberis, nenufaris, ana.℥.i.

Diacapparis,antidotum peculiare ſpleneticis,& ad omnem duritiem ſplenis antiquam ſiue recentem,ſplenem extenuat,& ſanguinem effluere facit cum uino acceptum,aurium uermes,cum aceto immiſſum occidit, dentium dolorem aufert,diſtemperatum cum uino in ore teneatur,menſtrua educit cum apozimate,cuius deſcrip. eſt, ſcillæ aſſæ, aſſari,pyrethri,centauræ,piperis,thymi,apii,ſemi. melanthii,radicum agrimoniæ, ana.℥.i. mellis quòd ſufficit, dabis ſpleneticis per ſeptem dies cum uino bono,ſeptima die ante dabis catarticum,quod melancholicam deponit, cum noueris ſplenem eſſe frigidum.

Electarium Ducis dicitur,quia Abbas de curia compoſuit ad opus ducis filii Regis, ualet ad digeſtionem, uentoſitatem ſtomachi,& inteſtinorum & ad ilium dolorem & uitium lapidis,&c.

Philantropos,amicus hominis interpretatur,uel miſericors,&c.

Iuſtinum a Iuſtino Imperatore factum, proprie ualet calculoſis ad ilii dolorem,&c.

Lithontripton,pertundens lapidem interpretatur, lapidem frangit,& expellit,&c.

Nephrecatarcticon,id eſt purgans renes, expertum eſt ilioſis,&c.

Circa euacuationem quæ fit per ſeceſſum uiſa ſunt illa quæ impediunt:& etiam illa quæ rectificant euacuationẽ per ſeceſſum.

De modo euacuandi corpora per ſeceſſum.

Nunc uideamus modũ euacuandi corpora, euacuanda per ſeceſſum,& hic ſunt duo conſideranda. Primum eſt, qũo corpora debẽt præparari ante exhibitionẽ medicinæ.

CIRCA primum duo conſideranda. Primum eſt de cõditionibus corporis euacuãdi,quas oportet obſeruare ad hoc quòd medicina ſeceſsiua habeat effectum, quæ ſi non obſeruentur nullum effectum habebit. Secundũ eſt de cõditionibus corporis euacuandi per medicinam ſeceſsiuã quas oportet ſeruare:ut medicina ſeceſsiua habeat ſimiliter effectum,ſi non obſeruentur,ipſa non habebit effectum ſuum per ianuam inferiorem, habebit tamen effectum ſuũ per ianuam ſuperiorem ut per uomitum.

Circa primum ſeptẽ conditiones a parte patientis ſunt conſiderandæ.

Prima eſt,ut die anteriori patiens multoties comedat, non tamen multum, ſed ſæpe diuerſos cibos, non multæ qualitatis,quia hoc facit ſtomachum eſſe dedignatum ad recipiendum medicinam:& ideo facilius deſcendit,& faciliori modo euacuatur.

Secunda conditio eſt, quod oportet uidere diſpoſitiones corporis euacuandi,& humoris expellendi a corpore, unde dicit Hip.graciles & facile uomentes,&c. ſuperius, ut cholerici,ſed carnoſi inferius, quia ſic a natura nati ſunt moueri,ſed ſubtiles,ut cholerici,ſuperius.

Tertia conditio eſt,quod ante medicinam debet dari aliquid leniens uentrem, ſicut brodium carnium pinguium, aut uiolas,&c.

Quarta conditio eſt,quod ille qui non eſt aſſuetus accipere medicinam,antequã accipiat fortem medicinam: ut pilulas cochias, aut aliquid tale prius debet accipere aliquam medicinam lenem, ut per hoc tentetur, utrum ſit leuis ad ducẽdum:aut non,a medicina, & per hoc euadit medicus multoties magnum periculum: & per hoc etiam patientes aliquando aſſueſcũt medicinas accipere,unde bonum eſt primo talibus dare paulinum, aut picram tantum. unde quidã medicus dedit cuidã patienti diaſenæ,& diaboraginatum,& per illa aſſellauit patiens multoties, & per illa certificatus fuit, quod ſi ei data eſſet medicina fortis, quòd ibi fuiſſet maximum periculum.

Quinta conditio,eſt quòd aliquando debet comedere ante exhibitionem medicinæ,maxime ante fortẽ, aut propter corporis raritatem, aut ſtomachi debilitatẽ,quia omnis medicina talis,eſt calida,& ideo cauendum eſt de corporis incenſione uel deſiccatione, ideo ſi timetur de hoc, bonum eſt quod eadem die comedat micam panis in ſucco mali granati,aut uuæ agreſtis,quia iſta ſunt ſtiptica & infrigidantia,idem eſt faciendum in ſtomachi debilitate, ne ei noceat etiam in corporis raritate, ne ſyncopim inducat.

Sexta cõditio eſt quòd ante exhibitionem medicinæ bonum eſt intrare balneum,quia balneum humores mouet & ita ad expoſitionem eos habilitat. Quia G.i.de criſi dicit. motus humiditatis iuuat motum.i.poros aperit, & ita ad expellendum parat.

Septima conditio eſt,quòd non debemus dare fortẽ medicinam homini qui non conſueuit accipere, niſi magna neceſsitate,ne fiat mutatio ſubita,& ſi damus, debemus dare debilem.

CIRCA ſecundum uideamus conditiones corporis euacuandi per medicinam ſeceſsiuam quas oportet obſeruare,ad hoc ut medicina ſucceſsiua habeat effectum ſuũ proprium,quæ ſi non obſeruentur, ipſa non habebit effectum ſuum proprium per ianuam inferiorem, habebit tamen effectum per ianuam ſuperiorem & per uomitum. Ad cuius intellectum ſciendum eſt quòd medicina ſeceſsiua ſit uomitiua in quatuor caſibus.

Primus caſus eſt, ſi os ſtomachi ſit debile & fundus fortis,tunc fit ſeceſsiua uomitiua,quia tunc fieret abominatio non retentio ab ore ſtomachi,ſed expulſio,& fundus. quia fortis,medicinam expelleret,quia uenenoſa eſt ad os ſtomachi,quia debile eſt. Secũdus caſus eſt,ſi venter conſtipatus ſit,quia non poſſet tranſire inferius, & ideo moueretur ſuperius,& ideo primo oportet quod uenter leniatur antequam detur. Tertius caſus eſt, quia non debet dari medicina homini abhorrenti eam, quia in inſtãti fieret uomitus. Quartus caſus eſt,quia non debet dari homini habenti faſtidium appetitus, quia fieret uomitus, quia os ſtomachi in talibus eſt lapſum,ideo de facili & recipit,& male retinet.Econuerſo in quinque caſibus non debemus medicinam uomitiuam dare. Primus caſus eſt, fortitudo oris ſtomachi, tunc enim reſiſteret fluxui humorũ, ita quod ad ipſum non poſſent faciliter attrahi. Secundus caſus eſt fames,quia tunc retinerent membra fortiter, & non attraheret medicina niſi cum uiolentia. Tertius caſus eſt,quando uenter eſt lenis & lapſus, quia tunc medicina deſcenderet inferius & fieret ſeceſsiua. Quartus caſus eſt,quia non debet dari medicina uomitiua homini in conſueto ad receptionem talis medicinæ,& habenti ſpiritualia debilia, ne nimis per hoc debilitetur, & per alterationem ſubitam. Quintus caſus eſt,quod ſi medicina ſit grauis nõ debet dari ad uomendum niſi forte in hoc malitia reprimatur, & hoc eſt ne deſcendat & fiat ſeceſsiua, unde in iſtis quinque caſibus ſit medicina uomitiua ſeceſsiua. propter hoc caue ab iſtis.

De præparandis corporibus poſt medicinam.

Nunc uideamus quomodo corpora debent præparari poſt exhibitionem medicinæ, & ad reparationem corporis,poſt exhibitionem medicinæ debent quatuor conditiones obſeruari.

Prima conditio eſt,quod patiens poſt exhibitionem medicinæ non debet eſſe in aere nimis calido, quia humores ad exteriora motu contrario motui medicinę traheret, & ita euacuationem impediret,& uirtutem medicinæ diſſolueret,nec nimis frigido aere,quia humores congelaret & ad exeundum eos prohiberet,eos faciendo inobedientes.

Secunda conditio eſt quod patiens poſt exhibitionẽ medicinæ non debet comedere nec bibere, donec medicina ſuam operationem compleuerit, ne per cibum aut potum natura diuertatur a ſua operatione, per quam ipſa medicina digerit,tanquam per ſuum inſtrumentum, ſcilicet per calorem & ſpiritum.

Tertia conditio eſt,quod poſtquam medicina incipit operari non debet patiens dormire antequã medicina compleuerit ſuam operationem, quia in ſomno retinentur fortes euacuationes,ſcilicet quæ a duplici uirtute fiunt, ſcilicet naturali & animali.quia in ſomno non ſentitur grauamen,propter quod fit expulſio.

Quarta cõditio eſt,quod patiẽti abominationem medicinæ,ut non uomat,debent dari fortes odores ſtomachum confortantes,& uias conſtringentes, ut etiam ſpiritualia confortentur,ut acetum ad confortandum ſtomachum, & ſi hæc non ſufficiant, ſtringantur extrema, ut ibi ſpiritus fluat,& fluxus humoris ab ore ſtomachi diuertatur. & ibi uirtus animalis ſe conuertat, uel proiiciatur aqua frigida in facie uel in fronte,ut calor ad ſtomachum reuertatur,& ſecum humores reducat & ad ſpiritualia,ea confortando.

Viſa præparatione corporis euacuandi in ſe, nũc uideamus præparationes corporis euacuandi in reſpectu medicinæ,& de hoc dantur quatuor regulæ.

Prima eſt hæc, quia medicinæ principaliter euacuanti debemus tale quid admiſcere quod eius malitiã reprimat, non tamen eius operationem diminuat,ſicut myrob.citricum ſcamonea impediunt excoriationem inteſtinorum, quod eſt impedimentum ſcamoneæ, non tamen attractionem humoris cholerici impediunt.

Secunda regula eſt hæc ſecundum Gal.ii. acutorũ,quod non debemus dare duas medicinas quæ euacuent in diuerſis tẽporibus,ut ſcilicet una cito,alia tarde,niſi ita ſit quod illa quæ cito euacuat,ſit in pauca quantitate quod non faciat operationem ſuam, ſed ſolum ſit acumen alterius medicinæ iuuando ipſam in ſua operatione, ſicut ſcamonea acuit aloeticas medicinas quæ ſunt tarde operationis de ſe, & citius operantur per admiſtionem ſcamoneæ. Si enim adminiſtrentur duæ medicinæ, quarum una euacuet cito, & alia tarde, timendum eſt multum de debilitate multa patientis.

Tertia regula, eſt quod non debemus dare eadem die duas medicinas patienti,ſi prima nõ ſoluat,ne per hoc multum debilitetur,licet multi faciant contrarium.

Quarta regula eſt,quod non debemus alicui medicinã dare,niſi in corpore ſit humor quem uolumus euacuare, quia medicina attraheret humores,& calores, & ſpiritus, & ita noceret,& hoc habet ita quod nunquam debes dare medicinam niſi reſpectu humoris determinati, quem cognoſcis in corpore abundare, cuius contrarium multi faciunt,propter quod ipſi peccant, & contra artem faciunt, & ſic patet ad iſta.

De ſeptem electariis.

Nunc uideamus de ſeptem electaris. Quorum primum eſt reſumptiuum. Secundum diacapparis. Alia quinque reſpiciunt paſsiones renum & ſunt diuretica, propter quod reſpiciũt medicinas diureticas,de quibus iam uidebimus.

Reſumptiuum dicitur eo quia uires corporis reſumit totius corporis,dico debilitati ex longa ægritudine infrigidati & deſiccati, & debet dari debilibus hominibus,frigidis & ſiccis, conualeſcentibus, & ex longa ægritudine deſiccatis & infrigidatis,eſt.n.ca. & hu,& ſunt ibi calida correſpondentia ſpiritui & uirtuti debilitatis ex frigiditate,& quædam hu.correſpondentia ſiccitati. *De electario reſumptiuo.*

Diacapparis eſt electarium ſatis bonum contra paſsionem ſplenis. Capparis eſt arbor,cuius radicum cortice utimur,& eſt calida & ſicca in tertio, abſtergit, mundificat, aperit,habet enim amaritudinem cum ſtipticitate, & confert in iſchiatica,phlegma digerendo & maſticatum attrahit phlegma a capite, unde a profundo attrahit phlegma mirabiliter,ualet ad ſplenem, quia ſua ſtipticitate ipſum confortat,& etiam ipſum deoppilat,cum ſit amarum, & ẽt confert ei attrahendo melancholiam materiam, & eſt bonum neruis & iuncturis, prouocat menſtrua, & interficit ſerpentem in uentre,et ualet in paralyſi, & in paſsionibus matricis ad prouocandum menſtrua, & cum datur contra ſplenem diacapparis,debet dari cum ſucco ſcolopendriæ, & tamariſci,in arteticis cum decoctione iuæ, in prouocatione mẽſtruorũ cũ decoctione arteticæ uel rubeæ tincto. ad capitis phlegma diſſoluẽdũ cũ pliri.& ſic in aliis ſuo mõ. *De diappa.*

Deinde

De electariis diureticis quæ valēt contra passiones renū.

Deinde uideamus electaria diuretica quæ ualent cōtra passiones renum, uel lapidem in renibus, & ad talem medicinam oportet quod sint .v. Primo oportet quod in tali medicina sit aliqua medicina commista quæ ad locum ducat medicinam frangentē lapidem, ut medicina diuretica ut semen apii, & semen petroselini &c. Secundum est medicina quæ faciat medicinam remanere, ut uiscosa, ut gummi arabicum, traga. Tertium est quædam medicina quæ ad incidēdum semper præparet, ut remollitiua, maluæ, uiolæ, &c. Quartum est quia oportet, quod ibi sint aliqua quæ lapidē frangant, ut milium solis, & saxifragia. Quintum est quæ lapidem expellant, ut acorus &c. Nota quod sanguis hirci, cinis corticum oui a quo pullus extrahitur, eius cinis scorpionis, caput lincis, ista ualent contra lapidem frangendū. Item reuponticum ualet ualde renibus. Ideo notandum est, quod ista electaria renum non debent dari nisi corpore iam mundificato, quia ipsa subtile consumerent, & residuū incrassarent, & magis indurarent, & sic lapidem non frangerent, sed corpore mundificato debent dari.

F De quinq; electariis ualentibus ad renes nunc dicere uolumus. Quorum primum est electarium ducis, secundū est philanthropos, tertium est iustinum, quartum lithontripton, quintum nephrocatarcticum.

De electario ducis.

Electarium ducis est, quod est saporosius, & melius, & dicitur sic a quodam duce pro quo factum fuit, ualet ad digestionem in stomacho & contra uentositatem, propter anisum, & ad lapidem frangendum propter saxifragiam & milium solis, uel granum solis quod idem est, unde secundum Auic. habet duas bases, unam anisum contra stomachi uentositatem. & aliam saxifragiam & milium solis ad lapidem frangendum. milium solis herba est, grano utimur, & dicitur sic, quia colorem solis habet, quia lucidum est, & est calidum & sic. in tertio, & est diureticum.

Saxifragia.

Saxifragia est herba sic dicta, quia saxum .i. lapidem frangit puluerizata & data ualet ad fracturam lapidis, similiter decoctio herbæ saxifragiæ ualet ad iliacum dolorem, cum ilia patiatur ex lapide, aut ex uentositate, & non ex cholera, quia illud electarium est calidum, ilia aliquādo patiuntur ex lapide, aliquando ex cholera. Quando ex cholera, tunc est dolor ascendens. Sed quando est ex lapide, tunc est dolor descendens. Si ergo sit dolor iliorum ex uentositate aut ex lapide tunc ualet saxifragia. Sed si sit ex cholera, multoties credunt aliqui, quod sit cholica passio, quādo patiuntur illa propter lapidem, sed non ita.

De Philāthropo. Quid sit folium.

Philāthropos est amicus hominis, dicitur a philos quod est amicus, & anthropos, quod est homo, folium est ibi basis, & est ualde propinquum spicæ nardi in uirtute, bonum odorem facit, & est calidum & siccum in secundo, conseruat pannos a uermibus & tineis, confortat stomachum, urinam prouocat, & propter hoc ibi ponitur, & cum hoc apium, & multa alia. Apium cali. & sic. est in secundo, & est duplex syluestre & domesticum, domesticum humidum est, apium resoluit & aperit, & confert spleni & hepati, eius oppilationem auferendo, & urinam prouocando, idem facit petroselinum. Est enim quædam apii species quæ dicitur fieri ex mutatione alicuius herbę in apium, unde dictū est pro aliqua herba quando ipsa crescit multum quod ipsa fit apium. Apium & calamus si decoquantur in uino, istud uinum ualet ad fracturam lapidis, & in hoc electario est lapis lincis. Linx est quoddam animal acutissimū penetrans, in quo animali lapis inuenitur, qui habet ad hoc proprietatem. Item est ibi semen rutæ quod est ualde diureticum.

Item hedera est bona ad lapidem frangendum, licet .n. ipsa sit frigida, tamen propter subtilitatem substantiæ suæ & acredinem quam habet in suis baccis, lapidem frangit. Calamus etiam ad hoc ualet. Item orobus prouocat urinam, ita quod facit mingere sanguinē, si cōtinuaretur. Ideo ualet ad lapidem frangendum. Pulegium est bonum ualde in fractione lapidis & maxime ceruinum, & dico maxime quia raro inuenitur & maxime semen eius, & uiscus quercinus, & ista duo sunt ualde ad hoc ualentia. Istud electarium ualet stranguriosis, calculosis, & oppilationi splenis antiquatæ, & fractioni lapidis.

E Iustinum habet easdem laudes, & dicitur a Iustino Imperatore pro quo factum fuit, & ualet ad omnes non bene mingentes, & in eo basis est cinnamomum.

Lithontripton basis eius est spica nardi, cor confortat, aperit oppilationem hepatis, & stipticitatem habet quandam, confortat stomachum, superfluam eius humiditatem consumendo & desiccando reu. ibi cadit. Triplex est reu. s. reubarbarum, reu. indum, reub. ponticum, bdellium etiam ibi ponitur ut medicinas retineat.

Nephrecatarcticon .i. purgans renes ad idem ualet, & est lapis lincis eius basis potenter prouocat menstrua, & lapidem frangit, sicut basis sua quæ a proprietate frangit, sicut dictum est.

Vtrum medicina euacuatiua uadat ad humorem, ut ipsum euacuet.

Viso per quem modum medicina euacuat, & attrahit humorem. Nunc quęritur utrum medicina euacuatiua uadat ad humorē ad hoc ut ipsum euacuet, & attrahat, an nō. Et uidetur quod sic per Aui. Agaricus iuuat illas medicinas uenire ad partes corporis remotas .ii. cap. de agarico. Item Auic. lib. primo fen. quarta: cap. v. Medicinæ coangustantur in apoplexia & epilepsia, quia uenæ sunt obstructæ. Item Auic. lib. iii. ca. de causa uniuersali passionum cordis dicit, quod medicinæ cardiacæ faciunt alias medicinas ad cor trahere.

Item Sera. vii. Sicut mēbra sana trahunt nutrimētum, ita ægram medicinam, ergo sicut nutrimentū uadit ad mēbra sana, ita medicina uenit ad membra ægra. Item omnis actio fit per contactum, cum igitur medicina agat in humorem, ipsa debet tangere humorem, quia tangentium ultima sunt simul, ideo &c.

Sed contra dicit Aui. quod medicina existens in stomacho attrahit humorem ad se. Item Sera. medicina existens in stomacho uel intestinis ad se trahit humorem.

Solutio, ad istam quæstionem dicitur, quod medicina diuiditur a colore naturali & effumat, ita quod medicinæ fumus ad humorem uenit ipsum inficiens, & per hoc naturæ odiosum reddens. & sic infectus ad medicinam uenit. Sed G si fumus ad humorem ueniat, aut ibi uenit quia fumus, aut a proprietate aliqua. Sed quia fumus non descenderet, sed ascenderet, & sic solum a partibus superioribus traheret. qd' falsum est: ergo nō, quia fumus. Nec a proprietate, quia incompletum mouetur ad complecum, ut ibi incomplemētum recipiat & non est econuerso, sed fumus ab humore non recipit complementum. ergo &c. Item si fumus mouetur ad humorem, eadē ratione & tota medicina, si fumus gratia proprietatis mouetur ad humorem, cū illa proprietas in tota medicina reperiatur, quia ubi est eadem causa & idem effectus. Si dicas quod medicina ad humorem trahitur ab humore. Contra. medicina est actiua respectu humorum non passiua, nec ducitur a natura, quia ipsam abhorret. Item si ueniret ad humorem ut inficeret humorem, & per hoc fieret odiosus naturæ, & tunc medicina expelleret humorem a membro, tunc omnia alia inficiētia humorem expellerent humorem a membro, quod est falsum.

H Item Sera. arguit sic. omne quod mouetur, mouetur amore & desiderio, & ibi ueniens iunctura quiescit, ergo si humor coniungeretur medicinæ, uel medicina humori nō amplius ad ipsum moueretur, nec attraheret. Propter hoc dico quod ad humorem non uenit fumus medicinæ, sed uirtus eius. Et tu dices. Quomodo potest separari uirtus cum sit accidens. Item quod est essentiale alicui non potest nec per se, nec per accidens ab eo separari, uirtus est essentialis rei, ergo &c. quid igitur medicinæ uenit ad humorem, si fumus ipse nihil facit? Item si loquatur de uera uirtute ipsa non uenit ibi, sed ipsius similitudo per multiplicationem speciei suæ & similitudinis, sicut adamas attrahit ad se ferrum, quia sicut in ferro potentia actiua ad adamantem quæ nec in se, neq; de se completur, sed cum recipit uirtutem adamantis excitantis ipsam potentia, ipsa ducitur ad adamantem & ad complementū, ita est in proposito, unde est in humore potentia ad medicinam quæ per medicinā excitata uadit ad medicinam & ad complementum, unde sunt ibi tria agentia sicut in qualibet operatione naturali unum

A unum est intra, & abintra, sicut potentia actiua humoris, quæ uadit ad medicinā & ad complementum. Secundū est extra, & ab extra, sicut uera uirtus uel forma medicinæ. Tertium est extra tamen sicut similitudo ueræ uirtutis, uel ueræ formæ. Ad argumētū patet, & dico quod agaricus facit transire alias medicinas .i. uirtutes aliarum medicinarum quæ non multiplicantur nisi per medium dispositum & transparens & non oppilatum crassis, & compactis humoribus. Ad aliud dico quod dictum Sera. intelligendum est de medicina alterante. Ad aliud quod ibi est tactus uirtualis & non corporalis, & sic patet &c.

De diasatyrion.

Diasatyrion dicitur a satyris, satyriasis enim græce, latine erectio uirgæ &c.

De Diaprunis.

Diaprunis uel diamascenū a prunis diamascenis dictus quæ ibi recipiuntur, ualet proprie acutis & peracutis, maxime in causo & synocha in principio & declinatione augmento & statu ægritudinis.

Oxy dicitur ab acetoso succo malorum granatorum qui ibi ponitur, datur proprie contra synocham & causon, & contra acutas omnes ægritudines & peracutas &c.

Tryphera saracenica, tryphera dicitur quia hominem iuuenem reddit, saracenica a sara &c.

Catholicon.

Electarium quod dicitur catholicon. ℞. senæ bene mundatæ casiæ &c.

Circa euacuationem quæ fit per secessum uisa sunt illa quæ impediunt & etiam illa quæ rectificant, & modum euacuandi corpora euacuanda per secessum.

Medicinarum præparatio ad euacuandum per secessum.

Modo uideamus quomodo medicina debet præparari, per quam debet fieri euacuatio per secessum, & de hoc duo sunt uidenda, quia anteq̄uā hoc faciamus, debemus primo uidere naturā medicinæ in generali in euacuando, secundo debemus uidere modū pparandi medicinam per quam debet fieri euacuatio.

Circa primum sic procedo & dico secundū Aui. in primo quod medicinæ in euacuando diuersificantur quinque modis. nam quædā medicinæ euacuant attrahendo, & quædam comprimendo, & quædam lenificando, & quædā labificando, & quædam liquefaciendo. Medicina quæ euacuat attrahendo, est illa quæ euacuat a sua proprietate humorē ad quem habet aspectum, ut scamonea a sua proprietate attrahit choleram & habet aspectum ad eam.

Illa medicina euacuat comprimendo, quæ primo cōtrahit humorem cū hoc quod comprimat intestina, & humorem in eis attrahit, ut myrob. citri. non enim debet istud gerundium comprimendo exponi per si, uel per quia, uel per dum, quia notat concomitantiam & non causalitatem. non enim euacuant quia comprimunt, sed a sua proprietate attrahunt humorem ad quem habent aspectum determinatū ut myrob. citri. cholerā, indi melancholiam, chebuli phlegma, si tamen propter compresionem euacuarent attraherent forte humorē eundē, aut euacuarent cum ipresione communicent, licet in proprietate differant.

Illa euacuat leniendo quæ inungit & lenit membra, ut per ipsam faciat facere decursus humoris euacuandi, ut sunt tamarindi.

Illa euacuat labificando quæ humores mollificat, labificando & infundit, & per ipsum labilem facit ad exeundū & solubilem ipsum facit. Differunt ergo lenificatiua a labificatiua, quia labificatiua est respectu humoris, lenificatiua respectu membri.

Illa quæ liquefaciendo euacuat humorem, quem per uirtutē suā & a pprietate attrahit, sua caliditate liquefacit & dissoluit, unde uerum est quod uiolæ licet dicamus quod euacuant leniendo, tamen attrahunt sua proprietate secundum quod uult Haly. in. ii. practicæ de regali dispositione, & similiter omnis alia euacuat attrahendo. Sed cum dicimus quod euacuat leniendo, comprimendo, lubrificando, liquefaciendo, hoc dicimus referendo ad substantiam suā uel complexionem, & non proprietatem per quam trahit. similiter intelligas in aliis.

Regulæ de medicinarum præparatione.

Viso quomodo diuersificentur medicinæ in suis naturis in euacuando. Nunc uideamus de præparatione earum, & de hac præparatione dantur sex regulæ.

PRIMA est, cum nos uolumus dare medicinam ad aliquē humorem euacuandum in liquida substantia, uel in aliquibus pilulis, debemus facere cum decoctione proportionali medicinæ in euacuando, uerbi gratia. Cum nos damus myrobal. citri. ad euacuandum choleram, debemus eos dare cum decoctione prunorum uiol. &c. Et cum nos damus myrob. indos ad euacuationem melancholiæ, debemus eos cum apozimate dare, uel cum decoctione epithymi. Cum damus myrob. chebu. ad euacuationem phlegmatis debemus eos dare cum decoctione polypodii.

SECVNDA regula est, quòd medicina euacuat primo humorem quem respicit. secundario alios. Ista tamen regula habet instantiam secundum Serapionem in tribus casibus. Primo, si humor quem non respicit medicina sit propinquior, ut si in stomacho sit cholera & tu das medicinam ad euacuandum phlegma a capite, quia medicina mordicando & stimulando stomachum facit choleram quæ in stomacho est, citius expelli quam medicina posit a capite attrahere phlegma. unde ab accidenti, primo euacuat humo B rem quem non respicit stimulando & mordicando stomachum & non per se.

Secundus casus est priuatio humoris quem respicit, ex alterius abundantia, ut si humor proprius sit paucus, & alius abundans citius extrahetur, non proprius, quia citius sit naturæ odiosus, & ideo citius permittit ipsum abire, & a medicina trahi cum ab ea stimulatur, & uenæ debilitatæ a medicina tunc citius permittunt abire.

Tertius casus est, maius odium, cum enim non proprius humor est magis odiosus quam proprius citius euacuatur per accidens, quia citius permittitur abire. unde si cum datur medicina in ęstate ad euacuationem phlegmatis, citius euacuatur cholera quæ est magis naturæ odiosa in tali tempore, quia secundū Isaac in elemētis, natura in ęstate phlegma retinet, ut per ipsum in processu temporis posit se adiuuare, & in hyeme est econuerso.

TERTIA regula est, quod non debemus dare in eodem die duas medicinas fortes, ne corpus uehementer euacuetur. si ergo prima euacuat aliquam partem, non tamen C sufficienter, & nos demus postea fortem medicinam, planum est quod est periculum in uehementi euacuatione, si non euacuat adhuc est periculum, quia una medicina aliam fortificabit, & ita uehementer euacuabunt.

Item licet parum euacuauerit humores, commouet tamen eos, & ad expulsionem eos præparabit, & ideo secunda medicina potest uehementer euacuare. Sed tamen duæ debiles, aut una debilis & alia fortis possunt in eadem die operari uel dari, quia posibile est quod medicina fortis data non euacuat quantum debet, uel ita cito ut debet, ut si dederimus myrob. citri. ad euacuationem choleræ & nō euacuant sufficienter, competenter potest dari de succo ros. drach. i. uel. ii. uel dimidia quæ euacuat debiliter.

QVARTA regula est, quod quandó aliquam medicinam exibemus, debemus primo cum ea cōmiscere medicinam eam refrænantem, quæ medicina aliam in sui malitia refrænet post ea uidebitur.

QVINTA regula est, quod cum alicui præparato ad colliricam uolumus medicinam dare, sicut sunt trauli & blesi, & qui de facili habēt incurrere fluxum uētris, debemus cū D ea cōmiscere aliquam medicinam uomitiuam ne uehemēs fluxus prouocetur, & propter hoc talibus do libēter esulā, quia uomitiua est aliquantulum, quia quando ego uideo quod ipsi assellauerūt duabus uicibus, uel tribus, & postea uomant, tunc gaudeo, quia tunc scio quòd pars medicinæ & materiæ per uomitum euacuatur, & per hoc fluxus nimis uentris impeditur.

De modo exhibendi pilulas.

SEXTA regula est, de modo exhibendi pilulas. Qui est quod debemus dare eas cum aliquo coopertorio, istud coopertorium fit sic, aliquando ponatur pilula in cera liquefacta, & cito extrahatur. deinde cum melle, aut cum zuccaro, aut cum oleo uiol. sumatur: per ceram cooperientē occultatur sapor medicinæ horribilis ne sentiatur. propter mel aut zuccarum aut oleum uiol. fit facilis trāsitus illius per

per meri ad stomachum.

Communis usus dandi est, ut cooperiatur nebula & cũ uino, ut propter nebulam non sentiatur sapor medicinæ horribilis, & propter uinum ut posit melius transire ad stomachum.

De nocumentis ex assumptione medicinæ contingentibus & eorum remediis.

Consequenter uideamus nocumenta quæ eueniunt corpori humano ex exhibitione medicinæ & remedia contra ipsa, & hæc nocumenta sunt septem.

PRIMVM nocumentum est, quod medicina non euacuat, & huius possunt esse sex causæ.

Prima causa est aliquando uiarum siue meatuum angustia, sicut accidit in paralysi & spasmo, propter hoc .n. quod humores per uenas angustas non possunt transire, ideo medicina facit torsionẽ in stomacho & intestinis. Et remediũ bonum contra hoc nocumentum est, quod uenæ prius aperiantur antequam medicina detur, & si medicus non sit ita acutus quod ante exhibitionem medicinæ uias aperiat, sed exhibeat medicinam uiis non apertis, tunc remedium contra hoc, est quod procuret medicus ꝙ medicina euomatur.

Secunda causa quare medicina non euacuat, est quia est nimis uetusta. unde ipsa est secundum materiam & non secundum speciem. Remedium contra hoc est quod medicus procuret quod euomat eam. Tertia causa quare medicina non euacuata est proprii humoris priuatio & remedium contra hoc, est quod medicus ꝓcuret quod euomat eã.

Quarta causa quare medicina non euacuat, est proprii humoris cum suo humore contrario fortis commistio, propter quod non potest attrahi, & tunc bonum remedium cõtra hoc, est, quod illa medicina euomatur, aut cũ clysteriis aut cum suppositorio expellatur, & si sit acuta debet cum hydromelle sua acuitas frangi per mellis dulcedinem, aut aliquid detur quod faciat eam descendere sicut potus magnus aquæ hordei, uel aliquid tale. Quinta causa quare medicina non euacuat, est temporis frigiditas, quia temporis frigiditate humores congelantur & inobedientes redduntur. Et remedium contra hoc, est ꝙ patiens debet poni in balneo sine aere non trahente, sed solũ dissoluente & calefaciente humorẽ congelatũ secundũ Auic. in primo. unde Auic. dicit ꝙ patiens debet intrare in primã cameram balnei & secũdam & tertiã, quia traheret ad se medicinam & ipsam debilitaret, & euacuationem impediret, quia cum motu contrario traheret humores motui medicinæ. Sexta causa quare medicina non euacuat, est complexio frigida materiæ euacuandæ. Remedium contra hoc, est calefacere uentrem per calida apposita extra, ut apponendo supra uẽtrem extra uesicam æneam plenam aqua calida. aliud remedium, est tegulam calefactam, aut auriculare calefactiuum ad ignem supra stomachum extra ponere.

SECVNDVM nocumentum quod facit medicina est nausea, ut cum damus esulam & myrob. Et remedium contra hoc est, ut cum timemus hoc bonum est, ut ante exhibitionem medicinæ cum de facili uomit patiens, demus ei aliquid ad uomendum, postea uomat, & si hoc non fecerimus tunc demus ei post exhibitionem medicinæ aliquam rem acrem, ut succum mali granati, aut uuæ agrestis, & fricemus extremitates & plantas pedum, ut spiritus & calor ex pulsiui medicinæ per uomitum attrahantur ad locum fricatum, & stringamus manus & pedes cum chorda fortiter, dolorem inducendo, ut spũs & calor non expellãt medicinam per uomitũ, sed potius ad locum doloris currãt &c.

TERTIVM nocumentum quod facit medicina est torsio & mordicatio, propter medicinæ acuitatem, ut cum damus helleborum. Et remedium contra hoc, est ut medicus sit multum solicitus, ut istam acuitatem medicinæ reprimat cum rebus infrigidantibus, ut per potum aquæ frigidæ, aut per rem pinguem, aut unctuosam & dulcem, quæ leniat, eius acuitatem frangendo, ut butyrum, aut amygdalas dulces, aut nuces, aut ea quæ medicinã inferius faciunt descendere, ne torsionem in stomacho uel in ore stomachi faciat, sicut aqua hordei sua cursibilitate.

QVARTVM nocumentum quod facit medicina, est aliquando febris, quæ aliquando uenit uel propter temporis
E
caliditatem uel medicinæ. Remedium est contra hoc dare infrigidans, ut est syrupus uio. nec isti potionato debemus dare syrupum acetosum, quia acetum est frigidum & acutum, ideo cito læderet intestina ex euacuatione debilitata, cum frigidum sit inimicum neruis, & membris neruosis, & sua acuitate cito ea excoriaret, & fluxum cholericum induceret: & hæc est ratio quare prohibemus actu frigidas res potionato, immo omnia tepida, quia infrigidantia nocent tam in cibo quam in potu.

QVINTVM nocumentum quod facit medicina, est aliquando syncopis, quæ accidit aliquando aut per nimiam euacuationem, uel medicinæ horribilitatem, tunc remediũ contra hoc, est dare aromatica confortantia, & stringantur extrema fortiter, & proiiciat aqua frigida in frõte & apponãtur naribus res habẽtes fortes odores, & aromaticas.

SEXTVM nocumentum quod facit medicina, est aliquã do nimia solutio uẽtris quæ accidit, aut propter cõplexionis membrorum frigiditatem, aut propter uenarum debilitatem, aut propter earum amplitudinem, uel intestinorum
F
debilitatem. Et remedium contra hoc est, quia tunc debemus uentrem stringere, hoc autem facimus multis modis. Vno modo medicinam expellendo. alio modo humores retinendo ne fluant ad stomachum. alio modo stringendo uenas. alio modo intestina claudendo ne humores recipiant, dando mespila, diacitoniten, coctana, & cum intestina clauduntur ipsa retinet humores, & non dimittunt eos fluere. alio modo ponendo patientem in balneo, quia balneum humores ad se trahit ne ad stomachum descendant.

Item debet ligari eius extrema, sicut in uomitu & eadẽ de causa.

SEPTIMVM nocumentũ quod facit medicina, est quod ipsa aliquando non soluit in prima die, aut in secunda, aut in tertia. Et remedium contra hoc est secundũ Aui. quod post duos dies aut tres debet fieri phlebotomia. & cãm ponit Auic. quia licet medicina non euacuet, ipsa tum humores commouet, qui commoti possunt ad membrum nobile uenire, & ibi apostema facere.

Electarium generatiuum.

G
Superius uisum est de electariis competentibus mẽbris uitalibus & animalibus nutritiuis. Nunc dicamus de uno electario solum, quod conuenit membris generatiuis, quod est diasatyrion, & est dictũ a satyris. Satyrius herba est dicta a satyriasi, aut econuerso, & est satyriasis uirgæ erectio, radice dictæ herbæ utimur, & uocatur illa quibus utuntur testiculi satyrorum. Istud electarium confert ad coitum. sunt.n. duo ad coitum conferentia. Vnum est res sperma generans aliud est res sperma prouocans. Res sperma generans est duplex. Vna est cibus multus sanguinem generans & chymum laudabilem: alia est medicina calida & humida uaporosa, quia talis naturæ est sperma, quia in coitu tria sunt materia calida & humida euacuanda, quæ est sperma & spiritus siue uapor uel uentositas mouens & erigens præputium & spirituale faciens sperma, quia cum ipso debet esse spiritus, & ipsum sperma est spirituale secundum Philosophum. Item ibi est medicina coitũ prouocans, sicut anisum. medicinæ menstrua prouocantes quia aperiunt, aliqui tamen comedunt anisum, ut coitum
H
auferant sicut dicunt monachi, & ex hoc sequitur dicunt ipsi quod est frigidum. Sed sequitur anisum, aliquando prouocat coitũ, aliqñ prohibet, cum.n. in testiculis, aut in uasis seminalibus, est materia multa incisa clausa, tunc anisum uiam aperiendo & materiam diuidendo, prouocat coitũ, sed cum materia est pauca in corpore ipsam materiam & uentositatem consumendo, coitum impedit: ab Auic. ut credo, uocatur testiculus uulpis. Sed cauendũ est ne istud electarium detur nisi prius facta præparatione, nec in corpore extenuato sicco, quia ipsum corpus consumeret & desiccaret, sed in corpore plectorico, repleto, carnoso, & ad hoc prius disposito & præparato per usum ciborum multum sanguinem cursibilem generantium, sicut oua sorbilia, & iura bonarum carnium, ut gallinæ & similium, & utatur ocio & quiete, aliter non debet dari. In isto electario sunt quædam posita quæ calida & humida sunt & propter hæc materiam in coitu præstant, & quædam stimulant

mulant spiritus & uentositatem ad hoc conuertendo & conferendo. Satyrii sunt calidi & humidi: & uaporosi, & similter bauciæ. Vnde Ras. iii. Almanso. bauciæ sunt calidæ & inflammatiuæ, & acuitatem spermatis præstant. Similiter secacul. i. cæpe domus, cinnamomum quod ibi ponitur ad stimulandam & in spiritus reparationem & zingiber est calidum uentosum siue uaporosum, & ideo libidinem prouocat. scincus est piscis zirbus quidam & habet aspectum proprie ad testiculos & ad coitus prouocationẽ.

Scincus.

De electariis laxatiuis.

Habito de electariis digestiuis & alteratiuis. Nunc uideamus de electariis laxatiuis. Et de horum quatuor uideamus ac præsens.

Quorum primum est diaprunis, quod uocatur diamascenon, dicitur a prunis diamascenis, & sunt ibi pruna basis & sunt frig. & humida in fine tertii gradus. soluunt euacuando choleram de omni morbo calido, & maxime in acutis & peracutis in omni tempore morbi sine periculo, & illud uerum est, quando est simplex, tunc.n. conuenit in omni tempore morbi prædicti, & in die paroxismi pruna sunt ibi basis quia laxant & infrigidant. Istud autem electarium datur ad infrigidandum & laxandum, & maxime in causone & synocha, & istud simplex datur in omni hora diei cum aqua calida.

Oxy similiter est parum laxatiuum, oxy. i. acetosum, quia fit de succo malorum granatorum acetosorum. malum aũt granatum duplex est, quoddam dulce, quoddã acetosum, de succo acetosi fit, & habent eandem receptam quam habet diaprunis, nisi quia in diaprunis est reub. & nõ est oxy, oxy duplex est. s. simplex & laxatiuum, simplex datur in acutis.

De tryphera saracenica.

Tryphera similiter est electarium laxatiuum, & est duplex, una est tryphera saracenica, alia tryphera magna, & ista est de opiatis, sed prima est unũ de electariis laxatiuis. Tryphera saracenica hominem iuuenem reddit. unde iuuẽtutem prolongat, lenit euacuãdo phlegma, in ipsa sunt myroba. de ipsa potest dari. ℥. i. uel. ii. sine periculo. De diaprunis autem uel oxy simplicis, ℥. ii. uel. iii. unde minus de tryphera debet dari, quia in ea sunt myrobal. myrob. citrini sunt ibi basis. unde ualet ictericis, & hepaticis, & in simplici tertiana & in duplici de cholera, quia ipsam purgat.

Catholicon.

Catholicon laxat humores, leniendo, & dicitur sic. quia est medicina uniuersalis, & datur omnibus hominibus & oẽs humores euacuat sicut patet per sua cõponentia. Sunt enim quædã quæ melancholiam euacuant, quædã phlegma. quædam choleram, & põt dari in febricitante, & sine feb. ualde est bona medicina. unde boni medici ualde utuntur isto electario, quia nulla medicina potest quantum ista possit, lenit pectus. polypodium est ibi basis, parum est laxatiuum, tamẽ aliquoties accidit, quod multum euacuat. unde experimẽto uidi ꝙ cuidam mulieri dedi. ℥. s. & duodecies assellauit. Similiter de oxy simplici. xxi. uicibus assellauit quidam monachus, sed non est uis in hoc quãtuncũq; faciãt assellare, non est periculum, quia non faciunt hoc nisi per accidens, & non fortiter attrahunt. In istis enim monachis & mulieribus sunt multi humores congregati in stomacho ex pisis, & fabis, & piscibus. Et ideo ex leui causa multum ab eis euacuatur.

Vtrum medicina euacuatiua attrahat a uenis.

Viso quomodo medicina euacuat & per quem modum, tunc quæramus a quo ipsa euacuat. Et circa hoc primo, quæritur utrum ipsa attrahat a uenis uel extra uenas, & uidetur quod a uenis per Auic. iiii. lib. & per Ras. vii. Almanso.

Oppositum dicit Gal. ix. megatechni. dicit enim hic morbus. i. synocha de qua loquitur hic, non est aliud nisi plenitudo cũ calore plenitudinem aũt oportet minui, & calorẽ infrigidari, quod si stultus medicus cogit hanc minuere cũ laxatiuo & diuretico, necessario calorem augmentat, hæc n. medicina calida est. Item impossibile est plenitudinẽ existentem in uentris laxatiuo purgari, nam hoc non attrahit nisi ea quæ sunt extra uenas. Dices quod uerũ est, quia non euacuat humorem, qui est in uenis. i. cuius proprius locus est extra uenas, ut phlegma, cholera, & melancholia. Cõtra. locus naturalis magis proprius est rei quã acciden
A
talis, sed proprius locus humorum est in uenis, quia in uenis sunt apti ad nutritionẽ, ubi sunt cum sanguine, ergo &c.

Dico quod euacuat a uenis & extra uenas.

Vtrum humor in uenis facilius euacuetur, quam existens extra.

Consequenter quæritur quis humor facilius euacuatur, an ille qui est in uenis, an ille qui est extra uenas & uidetur quod ille qui est in uenis, quia. iiii. de iuuamentis membrorum dicitur, quod quanto est locus amplior tanto ab eo attractio est facilior, sed uenæ sunt ampliores quam membrorum raritates. ergo &c. Contra. quanto humor est amicabilior naturæ, tanto tardius attrahitur, ut patet de sanguine qui fortiter retinetur a natura propter amicitiã, sed in uenis est humor amicabilior, quia est aptus ad nutritionem. alii sunt ad iuuamentum. s. qui sunt extra uenas. ergo &c.

Solutio. dicendum quod omnis humor per uenas meseraicas trahitur ad stomachum, excepto humore a capite reumatizante ad meri. Ille. n. humor a meri ad stomachum
B
nõ trahitur per uenas miseraicas, sed forte per alias uenas, & excepto humore a pulmone euacuãdo. Et si humor a pede euacuatur, primo trahitur usq; ad medium dorsi & postea ad chylim uenam, postea ad hepar postea ad meseraicas, postea ad stomachum, & postea ad intestina, postea ad anum extra. Si a manibus attrahitur primo, attrahitur mediantibus uenis existentibus uersus collum, deinde ad spinam dorsi, deinde ad hepar, deinde ad meseraicas, deinde ad stomachum, sed non est ita de humore rheumatizante a capite, siue in uigilia, siue in somno. Et ad authoritatem Gal. quod medicina non euacuat humorẽ, cuius proprius locus est in uenis. i. sanguinem. Alii tamen humores non habent proprium locum in uenis, quia non sunt ibi quantũ ad propriam operationem, sed ad alienam quæ est nutritio cholera enim est ibi, ut faciat sanguinem penetrare. Melancholia est ibi ut ipsa sanguinem inspisset. Et phlegma, ut tempore necessitatis conuertatur in sanguinem. Quia ergo nõ nutriunt nisi cũ sanguine, ideo nõ est eis proprius locus, quia in eo operationem propriam quæ in eis debe-
C
tur, non operatur in tali loco, sed cum alio & per aliud cũ sanguine, sed cholera extra uenas & in intestinis habet suã propriã operationem, quæ est mordicare intestina & per hoc expulsiuam confortare. Et melancholia in ore stomachi habet suam propriam operationem, quæ est aperitiuam confortare. Et phlegma suam propriã operationem habet in iuncturis quæ est ipsas irrorando motum facere. Tales n. humores attrahit medicina, & talium locus proprie est extra uenas. Et licet istud sit uerum tamen non est hæc intentio Gal. in illo loco, sed sua intentio est hæc quia in. ix. megatechni dicit de synocho & synocha, & dicit hic, quod in synocha est plenitudo in uenis. Differunt autem plenitudo & abundantia, quia plenitudo est omnium humorum repletio & æqualiter, sed abundantia est unius humoris per alios tantum. Dicit quod medicina non euacuat plenitudinem existentem in uenis, nam non euacuat nisi ea quæ sunt extra uenas. i. quæ faciunt plenitudinem extra uenas. Isti. n. humores non faciunt plenitudinem in uenis sed sanguis. ideo non euacuant ipsam plenitudinem. hæc. n. est sua intẽtio. Aliam quæstionem soluit Auic. dicens quod humor
D
qui est in uenis facilius attrahitur, quia propinquior est, & quia locus est amplior. tuum ergo argumentum procederet nisi essent istæ conditiones.

Vtrum medicina secessiua attrahat humores ad intestina uel ad stomachum naturaliter.

Consequenter quæritur utrum medicina secessiua attrahat humorem ad intestina naturaliter, aut ad stomachũ. Et uidetur quod ad stomachum secũdũ Sera. in. vii. Item per rationem sic uomitiua medicina hoc facit. ergo & secessiua. Oppositum dicit Aui. & Serap. in vii. & ideo uidebitur sibi ipsi contrarius. Dico quod medicina secessiua attrahit humorem ad intestina naturaliter. Causa prima est, quia medicina secessiua est nimis inimica stomacho, ideo ab ipso cito expellitur ad intestina antequã attrahat materiam, & tunc in intestinis existens attrahit materiam. Item ipsa stimulando uel mordendo stimulat

stomachum

stomachum, ut ab ipso ad intestina expellatur & ideo cito ipsa expellitur, aut trahit ad locum, ideo ipsa trahit ad intestina. Item secundum Serap. si medicina traheret ad stomachum & expelleret ad intestina, postea non esset motus ica ordinatus sicut si ad intestina solũ, quia ab intestinis ad stomachum traheret, deinde a stomacho ad intestina est in ordinatio. Quarta causa est, quia dato quod medicina sit in stomacho, adhuc non traheret humorem nisi ad intestina, quia expulsiua intestinorum fortior est, quã attractiua medicinæ, & ideo non potest attrahi ultra intestina. Quando dicis quod attrahit ad stomachum secundũ Sera. uerum est aliquando partem medicinæ quando medicina est uehemẽtis attractionis, tamen raro accidit. Ad aliud patet, quod nõ est simile, quia medicina uomitiua fortior est quã secessiua. ideo potest uincere expulsiuam intestinorum, & ad stomachum attrahere. unde si pondus denarii aut oboli scamoneæ ponitur ad hoc quod sit medicina secessiua, plus ponetur de scamonea ad hoc, quod esset uomitiuæ, & ideo periculosior est ideo &c.

De benedicta. Benedicta dicitur, quia ab omnibus a quibus sumitur benedicitur, si detur habentibus infirmitates contra quas inuenta fuit. ualet ad guttam arteticam, & podagram ex uentositate, renes & uesicam purgat &c.

Catar. Catarcticum imperiale. i. laxatiuum, pro imperatore & aliis delicatis hominibus inuentum fuit &c.

Pauli. Paulinum antidotum. paulinum. i. magnum, antidorum i. contra datũ, quia magnã uirtutẽ & efficaciam habet &c.

Circa euacuationem per secessum quatuor sunt nisa.

Primum est, quæ sunt illa quæ impediunt medicinam p secessum, & quæ sunt illa quæ rectificant eam. Secundum fuit, modus præparandi corpora quæ debent euacuari.

Tertium fuit, quomodo debet medicina præparari per quam debet fieri euacuatio. Quartum fuit de nocumentis quę eueniunt corpori humano ex exhibitione medicinæ & de remediis contra ipsa.

Signa euacuationis completæ.

NVnc circa euacuationem adhuc duo uidemus, quorum. Primum est de signis completæ euacuationis factæ per medicinam secessiuam. Secundum est de regimine patientis post euacuationem. Et primo dicamus de signis completę euacuationis. Et sciendum quod completa euacuatio facta per medicinam secessiuã habet quatuor signa.

PRIMVM est facilitas euacuationis, & leuitas patientis, quia dicit Gal. supra illum apho. iiii. particulæ. In pharmaciis si qualia ducere &c. quod cũ æger sentit alleuationẽ signum est quod materia nociua est expulsiua, & facilitas euacuationis significat q̃ materia est digesta, q̃ euacuatur.

SECVNDVM signum bonæ & completæ euacuationis est sitis patientis secundum Hipp. in quarta particula. Qui cunq; in pharmaciis non sitiunt. & Aui. recitat hunc apho. secundũ Gal. in. v. & dicit q̃ habet calumniam, si intelligat de siti ex quacunq; causa ueniat. Sitis. n. potest induci quatuor de causis post euacuationẽ uel post potionem medicinæ. Vno modo propter complexionem stomachi calidã & sic. in talibus enim de facili inducitur sitis. Secundo modo ꝓpter materiæ caliditatem & siccitatẽ inducentem caliditatem. & siccitatem in ore stomachi. Tertio modo propter humores calidos attractos & cõmotos ad stomachũ, a quibus fumi resoluuntur, qui os stomachi desiccant & calefaciunt, & ad hoc sequitur sitis. unde tunc habent sitim post quatuor sellas aut quiq;, & sitis ista tribus de causis ueniẽs non est signum bonæ & completæ euacuationis. Quarto modo causatur sitis a priuatione humorum, & membrorũ inanitione, quæ inanita a stomacho trahunt & ipsum desiccant, ex quo sitis oritur, & hæc sitis est signum bonæ euacuationis. Videat ergo medicus ex quo sitis causetur, s. n. uidet quod iste frigidus & humidus, & quod sit phlegmatis euacuatio, & medicina sit frigida & humida, aut non multum calida & sicca, tunc si habeat sitim, tunc est signum bonæ & completæ euacuationis.

TERTIVM signum est somnus profundus, & hoc dicit Aui. lib. i. fen. iiii. Somnus profundus post solutionem uentris & uomitus signum est quod corpus est mundificatum, & quod medicina contulit. Et idem Auicen. iii. li. ca. de subeth. & hoc idem uult Gal. supra illum apho. iiii. particulæ. Cum uolueris ducere, moue corpus, cum uolueris sistere somnũ fac, & noli mouere, cum enim post potionem est somnus profundus natura pacificata est. unde a somno cognoscitur quies & pacificatio uirtutis.

QVARTVM signum est mutatio egestionis. unde si in patiente purgetur phlegma, & prius habebat egestionem attestantem supra phlegma, & postea mutetur bonũ est, quia signum est bonæ euacuationis, & quia materia phlegmatica est euacuata, & si non mutetur, malum est, unde Hippo. in. iiii. particula apho. Egestiones nigræ malæ, & quantuncunq; colores fuerint plures non malum sed bonum, signũ enim est quod pharmacum euacuat materiam malam, & postea cum mutatur, signum est tunc quod mala materia est digesta. Vnde semper in principio morbi, quia hoc non fit ui naturæ sed morbi. Vnde. ii. apho. mutationes egestionum &c. & hoc est uerum in fine digestionis. i. post digestionem malæ materiæ & non ante.

Regulæ post euacuationem obseruandæ.

NVnc uideamus de regimine patientis post euacuationem. Et de hoc dantur decem regulæ.

PRIMA regula est de motu patientis, quia primum quod iungitur patienti post exhibitionem medicinæ est motus, & ideo etiam prima regula est de motu quia regitur patiens post exhibitionem medicinæ. Regula est hæc quia sicut ante exhibitionem medicinæ patiens debet quiescere, ita post exhibitionem medicinæ patiens debet moueri, ne superfluitates aggregentur. Sed tamen sciẽdum quod si medicina sit subtilis, tunc debet moueri p motum ne uirtus resoluatur. Si autem est crassa debet paulatim moueri, ut medicina descendat inferius, sicut post exhibitionem cibi crasi ne noceat ori stomachi, & citius a calore stomachi in fundo fortiori possit diuidi: & ut citius attrahere, & post cũ habeat nauseam, non debet moueri, quia tunc augmentaretur. Vnde Auic. lib. i. cap. de exercitio, dicit quod patiens debet quiescere quousq; anima eius sit sedata, quia anima trahitur propter uentositatem medicinæ. Vnde Aui. dicit ca. prædicto, quod non esset laborioſum eas bibere nisi essent uenenosę, & per motum illũ plus mouetur fumus uentosus medicinę, quia secundum Hipp. iiii. apho. motio corpus turbat, ideo debet quiescere quousq; dimittat appetitum uomendi.

SECVNDA regula est de somno, & est si medicina sit debilis, sicut est, quæ datur in liquida substantia, tunc non debet iniungi somnus, secundum Aui. in. i. ne natura fortificata in somno medicinam digerat, & uirtus trahendi a medicina auferatur. Sed si sit crassa tunc debet dormire ut natura eam diuidit.

TERTIA regula est, ut post exhibitionẽ medicinæ bonũ est ut detur succus stipticus, ut succus mali granati, aut succus uuæ agrestis, ut per hoc confortetur stomachus, ne materiam aliunde recipiat, ut per hoc uomitus impediatur & prohibeatur. bonum est tamen ut ante exhibitionem istius succi stiptici detur aqua calida, ut lauet stomachum & impediat portionis alicuius inhærentiam stomacho, & deinde confortetur cum succo stiptico, ne humores recipiat. & hoc uult Hipp. & Gal. in. v. acutorum, quod debet dari aqua hordei post exhibitionem medicinæ propter causam dictam.

QVARTA regula est, ut post exhibitionem medicinæ & confortationem oris stomachi per prædicta, bonum est ut supra uentrem ponantur calida non uehementer tamen, quia si essent uehementer calida, attraherent in contrariũ medicinæ. Illa autem calida faciunt ad attractionem medicinæ quia cum medicinæ associatur caliditas, fit fortior attractio secundum Gal. in. v. simplicis medicinæ, & iuuat ad hoc ut medicina cito diuidatur a calore naturali, & citius operetur, unde bonum est ponere pedes in aqua calida, quia per hoc totum corpus calefit, etiam bonum est regulã aliquãtulũ calidũ supra uentrẽ ponere, & hoc uult Aui.

QVINTA regula est, quod cũ medicina incipit operari, tunc patiens debet moueri paulatim, quia per hunc motũ medicina ad inferiora descendit, & per hoc nocumentum eius impeditur secundum Gal. motus iste iuuat ad motum humorum, & per hoc facilius expellitur, & hoc uult Gal. ii. acutorum. & etiam Rasis.

SEXTA regula est, quod patiẽs nõ debet comedere, nec bibere postquam medicina incipit mouere quousq; completa sit euacuatio, ne per hoc uirtus medicinæ impedia tur, exceptis tribus casibus. Primus casus est, quando stomachus est calidus & siccus, ne igitur ista caliditas & siccitas intendatur, & febris consequatur, bonum est dare aquã calidam aut syru. uio. & hoc uult Gal. in. ii. acutorum. Secundus casus est, quando multa cholera ad stomachum uenit, quæ inordinationem & læsionem & corruptionem inducit, aut ibi remanens putrefit & fœtere facit. Tertius est cum patiens magnam famem habuerit antequam medicina suum opus compleuerit, & tunc dandus est cibus ante quam medicina suam compleuerit operationem, aliquoties accidit quod nimis tarde mouet, ut per unum diẽ aut duos, & tunc non debemus expectare completam euacuationem, sed debemus dare micam panis intinctam in aliquo succo confortatiuo & aromatico. ne ergo febris fiat, & fames nimis intendatur, & fiat corporis deiccatio, bonum est tunc eos aliquo succo confortante uel cibo, non tamen impediente attractionem medicinæ, dietare.

SEPTIMA regula est, quod post euacuatiouem completam debet somnus iniũgi, licet apud quosdam medicos non sit bonũ, cũ dicant quod nõ inueniatur ab authore aliquo, & ratio eorum secundum Auic. hic. quia somnus stomacho inanito non debet prouocari secundum Auic. Gal. tamen dicit supra illum apho. iiii. particulæ. cum uolueris ducere helleborum &c. quia somnus debet inungi post medicinam, quia sicut per medicinam natura irritatur, ita in somno & quiete confortatur.

OCTAVA regula est, quod post somnum debet comedere parum, quia uirtus est debilis, ne ergo cibo multo succũbat, dandus est paucus cibus, & hoc dicit Gal. i. & ii. apho. & in lib. acutorum dixit idem. unde quanto plus euacuatur, tanto minus comedatur, eo quod plus est debilitata uirtus. Et quanto minus euacuatur, tanto plus comedat. Est tamen sciendũ quòd iste cibus debet diuersificari post euacuationem secundum diuersitatem euacuationum factarum per medicinas & secundum diuersitatem patientium. Aliquando. n. phlegma euacuatur, & est patiens cõplexionis frigidæ, & tunc post euacuationem factam per medicinam bonũ est dare cibum calidum, incisiuũ secundũ Aui. in. i. ut nasturcium, & causa est, quia cum portio materiæ sit euacuata, & non tota, quia totam non debemus euacuare propter uirtutis debilitatem, tunc per illum cibum calidum incisiuum datum, residuum materiæ consumetur & stomachus calefit. si cholera euacuetur & stomachus fit calidus, bonum est, ut detur lactuca primo. præterea post euacuationem, bonum est dare aquam calidam, ut lauetur intestinum, antequã cibus sumatur, sed aliqui dant aquam frigidam post euacuationem, & post phlebotomiã, sed hoc est malum nisi in casu uno. s. quando dolor est in hepate & calefactio quæ est ibi propter incẽsionem, & motum cholerę, ideo tunc est bonum dare aquam frigidam eius incensionem mitigantem. In aliis casibus nocet, quia frigidum actu est inimicum membris neruosis.

NONA regula est, quia secunda die post prædicta debet intrare balneũ, nisi sit multum debilitatus, tunc non detur, sed si sit fortis, tunc secundum artem die secũda debet intrare balneum, secundum quod uult Aui. in primo. licet antiqui dicant contrarium. Vnde qui euacuatur secunda die, intrat balneum, attamen eadem die in qua data est medicina non debet intrare balneum. Vnde cum nos timemus nimium fluxum uentris, & balneum stringit uentrẽ secundũ Gal. iii. acutorum. supra illam partem balneare humidum habentibus uentrem, balneum stringit uẽtrem trahendo materiam ad partem oppositam. Item dicit Gal. iii. apho. super illo. apho. in temporibus calidis pluuiosis. &c. balneum trahit materiam uel humorem ad exteriora, sed si timeamus nimium fluxum uentris, tunc balneum debet secunda die dari, quia euacuat residuum materiæ, medicina enim humores mouendo, fumi ad cutem eleuantur, qui per balneum postea euacuantur, & cum hoc quia per balneum deficcatum corpus per medicinam humectat, quod autem residuum est materiæ euacuet & humectet hoc dicit Gal. iii. aph. balneum euacuat quæ cuti uicinantur &c.

DECIMA regula est, quod ultimo scilicet die tertio debet fieri phlebotomia, quia mali fumi ab humoribus resoluti inficientes humores euacuantur, qui si ibi remanerent corruptionem in humoribus inducere possent.

De tribus electariis.

REstat dicere de tribus electariis tantum. Quorum primum est benedicta. Secundum catarcticon imperiale. Tertium est paulinum.

De benedicta. Benedicta dicitur, eo quòd ab omnibus sumentibus eam benedicitur. Istud autem electariũ secundũ Nicolaum a dominio euacuat phlegma, sed credo quòd non est uerum, si inspiciamus ad eius receptam. Est. n. ibi de diagridio. ʒ. v. & huiusmodi, & turbith &c. sed. ϑ. i. de scamonea magis euacuaret, & dominaretur in euacuando humorem ad quẽ habet aspectũ quam, i. uel. ii. turbith, & huiusmodi aut aloes. Si uero uolumus p eam euacuare phlegma, debemus scamoneam diminuere, aut alia augmẽtare quæ phlegma euacuant, ut aloe, agaricus, & turbit, intantum quòd dominantur in euacuatione phlegmatis respectu scamoneæ in euacuatione choleræ. In hoc electario turbith radix est basis, & ideo de eo uideamus. Turbith est quædã radix calida & sicca, illud autem quod est album concauum est melius. & expellit humores contentos in stomacho & intestinis & illud quod euacuat phlegma est subtile, quantum est de se, sed cum zingibere euacuat crassum phlegma secundũ Aui. Item adustum humorem euacuat, sed differenter. s. quia ipsum euacuat, cum datur in liquida substantia, sed cũ datur in puluere euacuat phlegma. unde Rasis. iii. Almasor. facit puluerem, de hoc ualde bonũ ad phlegmatis euacuationem ita quod accipitur de turbith, secundum quod com petit ad ægritudinem, & ipsi patienti, quia aliquando plus, aliquando minus, & in subdupla proportione de zingibere, & de zuccaro quãtum de omnibus istis. unde recipit. ʒ. x. turbith & zingibe. ʒ. v. zuccari. ʒ. xv. & hoc est ualde bonum, quia secundum quod postea uidebitur, primo debet de basi medicinæ accipi quantum competit patienti, & postea in subdupla proportione de iuuamento, ut zingi. ʒ. v. cũ acceptæ sint turbith. ʒ. x. & quia ista sunt calida & sicca, ideo ad represionem caliditatis & siccitatis eorum, apponitur de zuccaro quantum de illis duobus. Benedicta purgat phlegma a iuncturis, & renibus, & uesica, unde ualet, ut dicit Nicolaus ad arteticam & podagram. Sunt enim aliqua quæ confortant stomachum, quia scamonea est inimica stomacho, ut caryophyl. ro. &c. Vnde ista sunt ibi refrenantia malitiam medicinæ. Aliæ sunt ibi medicinæ simplices quæ liquefaciunt phlegma in renibus, ut saxifragia, milium solis, aliæ quæ in iuncturis, ut macropiper, asparagus, carui, fœniculus, &c. aliquid quod confortat cor, ut macis & crocus, quia scamonea est inimica stomacho & cordi. salgemma est ibi, ut medicinam faciat descendere citius, ne stomacho noceat, & sunt ibi aliquæ medicinæ quæ ducunt alia, & liquefaciunt phlegma ac incidunt, ut semen fœniculi, carui &c. & sunt ibi huiusmodi quia habent aspectum ad iuncturas, attrahũt. n. phlegma a iuncturis & confortat sua stipticitate, quam habent, iuncturas, ne materiã recipiant, & ideo cum uolumus dare benedictam, propter membra iuncturalia debemus eam cum alio componere quam sit hic, quia debemus augmentare hmõi, eo q̃ ad hoc habeat aspectum. Et tunc uocatur benedicta cum hermodactylis, sed illa quæ ibi ponitur uocatur benedicta absolute. De ista sine acumine bene potest dari. ʒ. s. sed si acuatur cum scamonea, uel esula ad plus. ʒ. iii. uel. ʒ. ii.

Et notandum secundũ Rasim, turbith non habet frænũ, quia manifestum nullum nocumentum inducit corpori.

De catarctico imperiali. Catarcticum imperiale. catarcticum. i. laxatiuum, imperiale, quia factum fuit propter imperatorem, euacuat omnem humorem, choleram, phlegmam, & melancholiam, & est multum calidum, quia in se multam caliditatem habet, trahit phlegma a capite, non detur in feb. tertiana, cuius materia est cholera ptra, quia calida est. nõ debet dari nisi

gi nisi materia digesta,datur.n.quotidianariis,quartanariis, & tertianariis, cum tertiana est nota,composita ex cholera & phlegmate, euacuat humorem contētum in pectore, & tunc datur cum decoctione liquiritiæ &c . Vnde regula est bona,quod cum datur medicina aliqua debet dari cum decoctione aliquarum medicinarum ad hoc ualentium, ut membrum confortet, potest dari sanis & ægris, unde sani aliquādo de ipsa sine digestione recipiunt.ʒ.i.ʒ. uel.ii. Sed melius est post digestionem . ut si uelis dare catarcticum imperiale ad euacuationem phlegmatis fac digestiuum syrupum ex calidis, si choleram ex frigidis, & tunc materia digesta potest accipere de quarto in quartum.ʒ.i.aut.ii. secundū ꝙ cōpetit . unde securius datur post digestionē quā ante cum in eo sit scamonea, tamen potest dari ante digestionē.ʒ. ii. quia hēt secū digestiua,& euacuatiua,& ægris ante digestionem.ʒ.s.& euacuat omnes humores. Sed cū cholera, tunc debet acui cum scamonea. Sed cum phlegma,cum pulpa aut esula, quando melancholiam, cum lapide lazuli,& hoc secundum quod competit.

De pauli. Paulinū est medicina debiliter euacuans, & est bonum ad euacuandum in tempore calido in fine ueris, & in principio æstatis,& est bonum ad tentandum utrum patiens sit leuis adducendum.Vnde in sero.i.uespere si detur de paulino.ʒ.i.aut.ʒ.ii.& ducatur. satis facilis est ad adducendū, si non difficilis est,euacuat phlegma & melancholiā,si autē acuatur cum scamonea, euacuat choleram. Ipso utimur in corrosione carnis mortuæ in dente, cum puluerizatum est supponitur dentibus,habet.n.in se multas gummas calidas, & sic corrosiuas. Item si fiat cum decoctione myrrhæ in aqua,& tunc paulinū distēperetur in aqua & dēti dolenti apponatur, aufert dolorem dentis ex rheumate, quia in se habet multas gummas calidas cōstrictiuas,propter quod constringit fluxum rheumatis, & prouocat menstrua, si distemperetur in decoctione artemisiæ, & per pessarium matricem iniiciantur. Idem faciet si per matricem fumus istorum recipiatur.Solebat etiam esse opiata, sed modo laxatiua, & non debet in ea poni opium, cum datur ad laxādum, ista medicina prouocat menstrua & præparat ad conceptum,& facit ea quæ dicta sunt.

De pasione medicinę.

Dubium pulchrum. DIcto de operatione medicinæ, dicamus de eius passione, & circa hoc quæritur utrum medicina debeat conuerti in eundē humorem quem ipsa attrahit, si a natura uincatur, ita quòd non posit illum humorē attrahere,quia de hoc est controuersia inter Gale.& Aui. & uidetur quòd non, quia dicitur primo simplicis medicinæ quòd cibus patitur,& medicina agit,& hæc est differentia inter illa,ergo medicina non patitur, sed si conuerteretur in humorem quem attrahit pateretur, ergo &c. Item Auic.in primo dicit quòd illud quod nullo modo conuertitur, sed agit, est medicina,sed tale in humorem conuertitur,& loquitur illud de medicina alteranti,ergo a fortiori ratione de medicina euacuante, cum ipsa sit magis actiua, & corpori humano magis contraria. Item nihil respectu eiusdem agit & patitur,sed medicina agit in humore,siue in membro,ergo nō patitur ab humore siue a membro. Item Auic.in primo dicit quòd uerbum illius qui dicit, ꝙ medicina conuertitur in humorem quem attrahit, non est aliquid,ergo &c.Oppositum dicit Gale.iii.simplicis medicinæ scilicet quòd tanta conuenientia est inter medicinam & humorem quem attrahit, quòd conuertitur in humorē quem trahere debet si ipsum non trahat, ut cartha.i.se.croi hortensis in phlegma quòd debet trahere.

Solutio. Ad hoc dicendum est quòd duplex est medicina.Vna euacuans fortiter,& alia euacuās debiliter. Fortis nunquam conuertitur in humorē quem trahit, & hæc fuit intentio Aui.Sed debilis potest esse secundū Gal.ut carthamum in phlegma. Sed quomodo potest carthamū conuerti in phlegma cum sit calidum & siccum, dubium est. Aliqui dicunt si carthamum si non trahit phlegma circūdatur a phlegmate,& a phlegmate circundante in phlegma conuertitur.Sed quæritur unde phlegma ueniat, cū ipsum nō trahat medicina,ut suppositum est. Item in humore nō est uirtus,sed in membro,ergo phlegma non conuertet cartha-E mum in phlegma,sed magis membrum. Dico quod carthamum trahit phlegma a proprietate, unde Gal. non trahit carthamum phlegma quia sit phlegma,sed phlegmaticum, & non est dictum quòd in se habeat phlegma, sed est dictū quod in eo est tota species,siue proprietas,quæ dicitur tota species, per quam ipsum habet cōuenientiam & proportionem phlegmate,ut ipsum attrahat. Illa autem proprietas est casus elementorum proportionabilis in carthamo & phlegmate, uel idem secundum quòd debet esse idem, ibi enim est eadem forma generalis siue proprietas in utroque, uerūtamen est in carthamo actiua, & in phlegmate pasiua, & per istum casum elementorum proportionabilem inter ista natum est unum attrahere aliud secundum quòd unum completius habet istum casum, quam aliud, cum enim a natura posit tolli ista uirtus actiua, propter remotionem istius completi, tunc fit deuentum ad istum casum elementorum proportionabilē phlegmati,& tunc in phlegma conuertitur. Quando enim illa potentia non est in misto nec illa conueniētia, tunc illud est uenenosum alteri. F Et secundū ꝙ ista potentia magis est ꝓpinqua,& secundū hoc citius cōuertitur caro pullina quā bouina, quia casus elementorū ꝓportionabilis in pullo respectu corporis humani nō est ita remotus, neq; est ita latens sub tot dispositionibus contrariis, quæ per dispositionem & alterationem mouentur,sub quot caro bouina,unde dico quod si natura ueneni posset a ueneno remoueri,& remaneret forma misti fieret cibus, unde conuenit ei sub ratione qua mistum,nō sub ratione qua tale mistum est, ut prius loquebatur, non conuenit ei in forma quæ supra mistionem incompletā addit:cōuenit tamē ei facta resolutione ad admistionem:unde sub forma completa quæ est uenenum, & similiter est in carthamo,quia differt a phlegmate secūdū quod carthamum conuenit ei sub ratione qua mistum secundum quod in eo est casus proportionalis respectu phlegmatis.

Dico ergo quòd cum medicinæ uirtus attractiua uincit uirtutem ipsius membri: cum trahit humorem ad se:cū autem uincitur uirtus attractiua medicinæ a uirtute membri & corrumpitur:tunc remanet potentia ad phlegma,& cō-G uertitur ad phlegma,licet sit calidum & siccum in complexione sub ratione qua carthamum est, tamen in eo complexio ꝓportionalis respectu phlegmatis,sicut mistio proportionalis mistioni:sicut.n.cā causæ, ita effectus effectui proportionatur, est.n. carthamum phlegmaticum, & habens complexionem per quam conuertatur in phlegma si natura eius uincatur:& hoc non fit a phlegmate, sed a natura.

Ad primum argumentum cum dicitur agit:ergo non patitur:uerum est ab humore in quem agit patitur tñ a membro siue a natura.Vel dicendum,quod natura sua per quam agit uincitur per uirtutem membri fortius resistentem, & corrumpitur & patitur,& ita cibus fit. Ad Aui. dico quòd Auic.reprehendit ipsum in hoc, quòd dicit medicinam cōuerti in humorem, eo quòd conuenit cum eo in forma, & arguit contra eū,quia tunc phlegma &c.Sed hæc nō est intētio Gal.ut patet per dicta:sed intendit ꝙ conuenit cū eo in proprietate.q̄ dicta est:ita quòd in eo est cōuenientia nō formæ actualis,sed est ibi potentialis conuenientia: in uno tñ actiua,& in altero magis pasiua: ut sunt sub suis formis H specificis:est tamē deuenire ad talē ꝓportionē in eis:ut unū alteri fit idē,ita quòd unū in aliud cōuertitur, ut uisum est.

Picra.i.amara, Gale.ab ipso autore qui ipsam inuenit: ualet ad oēm capitis frigiditatem, & stomachi digōnē &c.

Pilulæ ante cibum:& post.℞. ligni aloes &c.

Pilulæ sine quibus esse nolo:sic intellige: pilulæ a rotunditate dictæ sunt,sine quibus esse nolo: propter earum magnam efficaciam &c.

De euacuatione quæ fit per uomitum.

SVperius uisum est de eūone quę fit per secessum, nunc dicamus de illa quæ fit per uomitū. Et de hoc duo sunt inquirenda. Primum est de his quæ sunt fienda ante exhibitionem medicinæ uomitiuæ. Secundū est de his q̄ facienda sunt post exhibitionem medicinæ uomitiuæ. De primo dantur sex regulæ.

PRIMA regula est, quòd debemus cauere medicinā uomitiuā fortem in quinq; casibus. Primus casus est de illis: qui

A qui habent pectus strictum,& membra spiritalia debilia.talibus enim non debet dari medicina uomitiua: hi enim nō possent pati fortem uomitum per Gal.in apho. uomitus laboriosior esset secessu. Ideo tales non debent euacuari per helleborum uomitiuum.unde.iiii.apho. phthisicos metuētes ad superiorem pharmacias, phthisicos,scilicet habitu, ut sunt illi qui sunt dispositi ad phthisim, ut illi qui habent collum gracile,& pectus strictum, & similia.

Secundus casus est, quòd illi qui sunt apti ad spuendum sanguinem, non dabent euacuari per uomitiuum: ne ex nimio conatu ad uomendū sequatur sputus sanguineus quod est malum, quia sanguis undecunq; fluat superius est malū.

Tertius casus est,quod non consuetus uomere nō debet fieri uomitus fortis,esset enim tunc ualde subita mutatio.s. a non uomente ad fortiter uomentem: quibus quidem uomitus est ualde laboriosus, & ita esset ibi multus labor.

Quartus casus est,quòd pingues non debent euacuari ꝑ uomitū, quia pingues habent strictas uenas, & ideo materia attractu superius ex conatu nimio ad uomēdum stomacho timendum est de ruptura uenarū. Quintus casus est,ꝙ B nō debet dari medicina uomitiua illis qui sunt dispositi ad synāchen,& de facili incurrūt eam, sicut sunt illi qui habēt membra superiora uersus uuulam,in qua parte fit synanche debilia.Illa.n.membra debilitate sua sunt in potentia materiam ad se tractam per medicinam uomitiuā expellere,quę ibi aggregata remanens facit apostema synanchicum.

SECVNDA regula est, ꝙ antequam detur medicina uomitiua fortis, debet patiens disponi ad uomendum, nisi sit dispositus,quia si esset subtilis & dispositus ad hoc,istud sufficeret:primo ergo debemus ipsum disponere, exhibendo ei medicinam debilem uomitiuam.

TERTIA regula est,de illis quæ debent disponi ad uomitum, & quæ faciunt ipsum debiliter uomere,si uolumus fortem uomitum,debemus antea rem leuem facientem leuiter uomere: ut diuersos cibos simul: ciborum.n.diuersitas stimulat stomachum ad expellēdum & uomendum. Dictorum Auic. conciliatio. Cibi.n.assumptio unius reddit ipsum auidum in retinendo,et in ipso delectatur secūdū Aui.in.i.licet uideatur dicere cō-C trariū in primo lib.cap.de fastidio,quòd comestio unius cibi solum generat fastidium,& hoc est uerum in diuersis mēsis,non tamen in eadē mensa siue comestione.Sed ecōuerso reddit stōm auidum.Bonum.n.est nunc comedere unum cibum,cras de alio,& post cras de altero,ne per comestionem unius & eiusdem cibi qualibet die fastidium generetur,sed in una mensa plura comedere,fastidium facit.

Quare pinguia uomitū excitēt. Item cibi ꝑparantes ad uomitum debent esse pingues, quia tales habent multū densum aerem in se,propter quod natant in ore stomachi, & secum materiam deferendo ipsum ad stomachi orificium eleuant, & fastidium generant, & etiam multa uini potatio præparat ad uomendum.Vnde secundum Auic.in primo,antiquitus solebant inebriare se semel,aut bis in mense,ut uomitum prouocarent.

QVARTA regula est,qui uult facere uomitum, & leuē facere, faciat ipsum ieiunus, licet leuius fiat post cibum, quia cibus corrumpitur ibi ab humoribus attractis:qui corruptus cum humoribus in stomacho existens stimulat stomachum ad expulsionem sui per uomitum. Sed uomitus D fortis non indiget stimulante,nisi medicina data,& humoribus per eam attractis. Item, quia humor motus maius nocumentum inducit naturæ quam quietis:ideo ipse stimulat naturam ad sui expulsionem.

Vomitus triplex. QVINTA regula est, quòd cum triplex sit uomitus .s. fortis, debilis,& mediocris.Primus fit ꝑ helleborū. Secūdus fit per semen raphani, semen rutæ, pulegium montanum,semen cæpæ,& porri. Mediocris fit per helleborum intinctum cum raphano siue infixum, ita quòd raphanus habeat solum odorem hellebori secundum Aui. & debet hoc modo fieri.radix raphani debet scindi,aut partiri,perforari, & helleborus debet poni sub illa figura : & hoc adhuc existente raphano in horto : & dimittatur per duos dies : aut per tres:& tunc ille raphanus habebit odorem hellebori,& non substantiam,& iste est securus uomitus.

SEXTA regula est,ꝙ primo antequā fiat uomitus fortis,debet ꝑparari patiens,& debet dari ei uomitus debilis A hoc modo.primo debet accipi raphanus & scindi per rotulas,& istæ rotulæ debent poni in oxymelle simplici,aut diuretico,aut scillitico:& debet dari ad comedendū una rotula qualibet die usq; ad diem quartū, & in quarta die cū hoc debet dari patienti de oxymelle,in quo fuerunt illæ rotulę raphani cum decoctione seminis rapha.se.porri, & cæpæ.

Regulæ post uomitum seruandæ.

Visa sunt quæ facienda sunt ante uomitū:nunc uideamus quæ fienda sunt,post uomitum,de quo sunt septem regulæ.

PRIMA regula est quòd post exhibitionē medicinæ debent oculi ligari cū plicis manutergiorū secūdū Aui.in primo.ne lædantur in uomitu, quia oculi in uomitu sunt multum grauati,quia multum compatiuntur stomacho.

SECVNDA regula est,quòd patiens debet moueri post exhibitionem medicinæ,& uomere in meridie, quæ hora est calidior diei: motus enim iuuat medicinas ad expellendum,quia per motum mouetur,& caliditas trahit humores ad superiora,ideo illa iuuant ad uomitum.

TERTIA regula est,post uomitum cōpletū debēt os & B facies lauari cū aceto & aq̄ tepida, & si pa℞ de cinna.ponatur,hoc ē bonū:& hoc duabus de causis.Primo,ut ꝑ hoc auferatur mala materia,& sapor mali fumi in ore remanentis iō os debet lauari cū facie.Scd̄o quia uomitus nocet dētibus,ideo oportet os lauari,uñ uidemus quòd sæpe uomentes habent dentes turpes ualde,& huius duplex est cā̄.Vna causa est,quia materia calida ad superiora trahitur: quæ cōtinue neruos debilitat & laxat, sicut balneū quod neruos debilitat cū nerui sint phlegma coagulatū.Scd̄a causa quia illi qui sæpe uomunt, hoc faciunt inordinate, quia illi qui post comestionem statim uadunt dormitum, & postea uomunt,& hoc est malum : quia natura cibum digerere incœpit: incomplete tamen, qui quidem cibus post indigestionem fit acetosus:acetum enim dentibus nocet, & ideo melius est immediate post cibum euomere, antequam natura incipiat digerere. Malum est tamen quotidie, uel ita sæpe euomere,sicut faciūt aliqui, qui uomunt ut posint melius comedere:ex hoc.n. labore debilitatur natura multum: & de hac causa Gualterius de Cruce eps̄ Carnodenensis fuit C mortuus,quia consuetus erat uomere,& una uice consecutus fuit sanguis,& ita mortuus fuit, quia bene unam quartam & plus sanguinis per os uomendo emisit.

QVARTA regula est, quod post uomitum cibum accipere retardet, quia ex uomitu multū natura debilitata est, & ideo statim malum esset cibum accipere siue obiectum supra quod oporteret ipsam operari : quare oporteret ipsum morari,quia non posset complete digeri.

QVINTA regula est,quia post uomitum retardanda est phlebotomia, usq; ad tres dies, quia natura per uomitum multū debilitata adhuc plus per phlebotomiā debilitatur.

SEXTA regula est,quia uomitum multum nocet stomacho,& ideo debemus post uomitum stomachum confortare cum stipticis aromaticis, ut cum uino condito cum cinnamomo,quia cinnamomum est aromaticum & stipticum.

SEPTIMA regula est, quòd si timemus qd uomitus nimis remaneat,aut ꝑseueret, debemus ipsum impedire ligādo fortiter extrema, diuertendo fluxum humorum ab ore stomachi:& stomachum confortando per emplastra stiptica,ut cum ro.&c.præter ea ponendo pedes in aqua calida, D ut materia exterius trahatur, & ab ore stomachi diuertat.

Regulæ ante uomitum faciendæ.

Consequenter reuertantur ad regulam rerum faciendarum ante uomitum. Et de hoc adhuc ponātur tres regulæ.

Prima est,quod cum alicui aliquā oportet uomere choleram ardentem, ante uomitum debet cholera infrigidari per frigida stiptica supra uentrem posita, ut per succum citoniorum,& similia.

Secunda regula est,quod uomitus a stomacho per se, & immediate euacuat: & si ab aliis mēbris hoc faciat, hoc est mediante stomacho.

Tertia regula est,quod uomitus ē cōpetens in ægritudinibus longis quarum materia est frigida,& in quibus materia est coangustata,quia talis materia indiget forti euacuatione eradicāte,& quia uomitus est eūo fortis:ideo competit, unde in paralysi, in quartana, quotidiana, podagra, is-

chiatica, artetica &c. competit, quia materiam craſſam & frigidam attrahit medicina uomitiua.

De medicinis.

VSque hunc uiſum eſt de electariis & ſyrupis. Nunc uideamus de medicinis: & quantum ad iſtam lectionem ſpectat, dicamus de tribus harum. Prima eſt picra Gal. Secunda pilulæ ante cibum. Tertia pilulæ ſine quibus eſſe nolo. Videamus ergo de picra Gal.

Notandum quòd in antidotario Nicolai ponũtur duæ picræ. Vna quæ uocatur picra Gal. & eſt illa quam uocat Aui. & Gal. hierampicram abſolute, & hæc eſt ſimplex.

Alia eſt quæ uocatur hierapicra quæ ab Auicẽ. uocatur diacomiſtidos, & in iſta eſt pulpa, unde prima eſt ſimplex & ponit eam Raſis. ix. Almanſo. & Serapio in. v. Iſta quæ hic uocatur picra ab Auicen. in. v. hierapicra abſolute, & a Gal. in. v. interiorũ: hierapicra ſimiliter abſolute eſt præſentis ſpeculationis. Et ſciendum quòd hæc eſt ſecuriſſima & ualde bona, & euacuat phlegma inuiſcatũ in ſtomacho, & in caplte, unde ſtomachum purgat ualde bene a materia in eo contenta, ualet in paſſionibus oculorum ex ſtomacho, ſicut dicit Gal. in. v. interiorum. Item a capite attrahit vnde Serap. in fine. vii. dicit, quòd ipſa rectificat mirabile, quod eſt in capite.

Item euacuat malam materiã, & bonã dimittit ſecundũ Auic. in. iii. Item euacuat leuiter humores ſine moleſtia.

Item nõ attrahit a partibus remotis, unde dicit Auicẽ. quòd non tranſit hepar in ſua euacuatione, purgat caput, & euacuat materiam ex qua fit colica: cum ſit ex phlegmate in inteſtinis inuiſcato, & attrahit materiam ex qua fit paſsio iuncturarum, & maxime quando materia in ſtomacho abundat, illa uocatur hierapicra. i. amara, & dicitur ſacra a quibuſdam, quia partes ſacras euacuat: ſed non eſt uerum, ſed dicitur ſecundum Aui. in. v. quòd eſt medicina diuina, quia ſicut diuina res agit occulte, & ſine ſtimulatione ita iſta medicina agit occulte, & cũ ſapientia, unde dicitur hiera quaſi ſalua, quia ipſa ſaluat, & non facit læſionẽ. propterea fuit inuenta hiera ab antiquis, quia medicinæ ſimplices læſionẽ manifeſtã inducebant, ut pulpa &c. Illa autem occulte. i. non inducendo aliquam ſenſibilem læſionẽ, euacuat humores illaudabiles a ſtomacho, & capite, relinquendo laudabiles. Ibi eſt aloe baſis, & eſt triplex. i. ſuccotrinũ, hepaticũ, & caballinum melius eſt, & eſt calidũ & ſiccum in tertio, mundificat ſuperflua cholerica a capite: & phlegmatica a ſtomacho: aliqñ aũt lauatur aliqñ non: quãdo aũt aloe abluitur, minus laxat ſtomachũ: & ipſum cõfortat magis. Aloe uero nõ ablutũ magis laxat, & minus confortat.

Tu dicis quod Ga. vii. megatechni dicit quòd aloe ablutum magis laxat, uerũ eſt quã alia de quibus illic facit mentionem, non tamen magis quam non ablutum, unde ipſe dicit illud comparãdo aloe ablutum ad alia: non ad ſeipſum non ablutum, de eius proprietate eſt ſtomachũ confortare cum ſit ſtipticum & amarum, unde Sera. in. vii. quãuis omnes aliæ ſimplices medicinæ inferant nocumentum ſtomacho, tamen aloe ſtomachum confortat, Aloe autem nocumentum facit, quia ſtomachum excoriat, quia diu remanet & eſt tardæ operationis, ideo propter ſui remanentiam nocumentum inducit, unde in diebus frigidis datum, aliquando facit mingere ſanguinem: hoc non facit ipſum attrahendo, cũ nulla medicina ipſum attrahat: immo hoc eſt ipſum debilitando, & nocumentum inducendo, unde nocet hepati: & quia contra nocumenta medicinarum debemus adhibere refrenantia illa nocumenta, ideo contra primum nocumentũ debemus cum aloe admiſcere bdellium excoriationem impediens in hominibus frigidæ cõplexionis, quia bdelliũ eſt gumma calida, & tragacãthum in hoibus calidæ cõplexionis obuiãdo. Secũdo nocumento damus roſ. Ex aloe fiunt trochiſci ſic. aloe accipitur. 3. i. bdellii. 3. s. & fiat puluis. iſte puluis aſpergatur ſucco abſinthii, aut aqua roſ. & fiant trochiſci, & eis utuntur tempore competenti. Valet iſta picra ad purgandum phlegma de ſtomacho, & choleram de capite: ponitur in ipſa cinnamomum ad confortationem ſtomachi, quia ipſum eſt aromaticum & ſtipticum. Et tu dices, quòd aloe ipſum confortat: non ergo eſt neceſſarium aliud confortans ſtomachum ibi apponere, Dico quòd licet aloe per ſe confortet ſtomachũ, quia ſtipticũ & amarũ eſt, ipſum tamen per accidẽs debilitat. ſ. euacuando, & confortantibus indiget, & acuitur ſcammonea, ſed non acuitur ſcammonea ad euacuãdum phlegma, ſed ad hoc ut ipſum faciat cito operari ſecundum Aui. quia aloe eſt tardæ operatiõis, & debet cũ pauca ſcãmonea acui: ſed ſi iſta medicina uel puluis aſpergatur cũ melle, ipſa eſt debilior quã ſi aſpergatur cũ ſucco abſinthii, aut cum aqua roſata.

De iſta picra poteſt dari ſecure uſq; ad. ʒ. s. & tunc debet dari poſt materiæ digeſtionem. Sed ſi dentur ante materiæ digeſtionem, dentur drachm. ii. cum aqua roſata, in ſero tamen melius eſt, ut detur in pilulis, quia eſt amara ſiacuatur cum ſcammonea pót dari. ʒ. ii. ad minus poſt materię digeſtionẽ. acuitur aũt cum ſcãmonea aliquando, & tũc dicunt quidã de ſcammonea, & quòd propter hoc ipla eſt inimica ſtomacho, & ipſa nõ debet puluerizari minute, ne adhæreat ori ſtomachi. Sed iſtud nõ inueni ab authore, ſed inueni quòd ipſa eſt raræ complexionis, ideo ſua uirtus minuitur, & exoluitur per puluerizationem. Ego tamẽ quando per meipſum facio iliam medicinam, puluerizo minute & ipſam aſpergo cum ſyrupo uiolato, aut cum aliqua gumma liquefacta, ut tragacantho, & tunc pulueres alios cum hoc admiſceo, tunc crocus ponitur in ea ad confortationẽ cordis, quia hæc medicina eſt nocens cordi.

De pilulis ante cibum.

Pilulæ autem ante cibum ſunt ſimiles medicinæ prædictæ, parum tamen diuerſę, quia in eis ponitur rhabarba. quod non ponitur in picra, & uocantur ſic, quia dantur ante cibum, & etiam poſt cibũ, nec etiam obſeruamus in eis diætam, quia ſecundum Auic. aloe cibum non corrumpit, euacuat a ſtomacho ſine anguſtia, unde cum aliquis nõ poteſt aſſellare, aut cum conqueritur de dolore ſtomachi, aut propter uentoſitatem, aut propter materiam phlegmaticam, tunc bonum eſt dare iſtas pilulas, quia uentoſitatem fæcem, & materiam phlegmaticam euacuant, ſed cauendæ ſunt in tempore calido, quia in eis ſunt multa calida.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo, ſunt ſimiles prædictis, ſed parum contrariæ, pilulæ ſcilicet rotundæ ſine quibus &c. propter earum efficaciam; ipſæ enim purgãt omnes humores, ſcilicet phlegma, choleram, & melancholiam, & ualẽt contra multas paſsiones: recipiũt enim medicinas omnes humores purgantes. Nunc quæratur utrum medicina euacuet materiam, quã inuenit in ſtomacho, & uidetur quòd ſic, quia eſt ei inimica, non niſi euacuaret, ergo &c.

Item medicina habet eandem proprietatem ad materiã contentã in ſtomacho, & in aliis membris, ſed ab aliis euacuat materiam, ergo & a ſtomacho. Oppoſitum arguitur per argumentum Serapionis in. vii. contra illos qui dicunt quòd medicina euacuat, & attrahit, quia uenit ad membrũ, ſiue ad humorẽ, contra quos dicit, & quòd ſi tunc medicina ad humores ueniret, hoc non poſſet eſſe, ut attraheret, quia tunc amans amatum contingeret, & non fieret motus cum ergo in ſtomacho ſit coniunctio medicinæ cum humore, medicina non trahit a ſtomacho.

Solutio ad hanc poſitionem, ego dico, quòd ſi materia mala ſolũ eſſet contenta in ſtomacho, ego non darem medicinam attrahentem, ſed lenitiuam, aut compreſsiuam, aut mordicantem. Si uero daretur medicina attrahens, ipſa attraheret a ſtomacho, & non euacuaret, quatuor de cauſis.

Prima eſt, quia ſtomachũ mordicaret, cũ ipſa ſit calida, & acuta, qui mordicatus quod in ſe contineret, expelleret.

Secunda cauſa eſt, quia medicina mouet materiam, quæ mota maius nocumentum induceret quam quieta, & magis ſtimulat ſtomachum, ut expellatur.

Tertia cauſa eſt, quia medicina exiſtens in una parte ſtomachi materiam ſparſam in diuerſis partibus ſtomachi aggregat circa febrem, quæ aggregata in uno loco nocumentum inducit, & magis ſtimulat, ut expellatur.

Quarta cauſa eſt, quia medicina nõ utitur omnibus partibus humoris, ſed alicui tantũ coniungitur: & ideo partes quibus non coniungitur ad ſe non trahit, ſed illam partem cui ipſa coniungitur trahit: & ideo quatuor de cauſis materiam quam ipſa inuenit in ſtomacho ad ſe trahit. ſ. mordendo, mouendo, aggregando, & attrahendo, & ſic per dicta

cta patent rationes ad oppoſitum. Et ſi uellemus ſaluare partem oppoſitam, tunc ad rationem Serapionis reſpondemus ſic, quia licet medicina habeat aſpectum ad humorem exiſtentem in ſtomacho, & in aliis mẽbris, dico quòd hoc eſt uerum: non tamen oportet, quòd ſi medicina attrahat ab aliis mẽbris, quod propter hoc attrahat a ſtomacho, quia materia exiſtens in ſtomacho medicinæ coniungitur, medicina enim materia in ſtomacho attraheret, niſi ei con iungeretur. Item medicina tribus aliis modis habet euacuare quam attrahendo, ſicut dictum eſt ſuperius.

An ſit aliqua medicina euacuantia ſanguinis.

COnſequenter quæritur de iſtis medicinis euacuatiuis. ſ. utrum ſit aliqua medicina euacuatiua ſanguinis, & uidetur quòd ſic, quia dicit Iſaac in. i. uiati. cap. cephalæ paſsiones, quæ profunt cholerę, proſunt ſanguini, ſed quæ proſunt cholerę, choleram euacuãt, & quæ proſunt ſanguini euacuant ſanguinem, ergo illa medicina quæ euacuat choleram, euacuat ſanguinem, ſed habemus medicinam euacuatiuam cholerę, ergo habebimus medicinam euacuatiuam ſanguinis. Item ſanguis eſt nobilior aliis humoribus, ſed aliqua medicina eſt deputata ad euacuãdum alios humores, ergo ad ſanguinem euacuandum, ſi aliter, tunc non eſſet nobilior. Item Aui. in. ii. dicit, quòd pulpa euacuat ſanguinem. Item ratio per authoritatem, quæ ſolui non poteſt, dicit Halyab. ſupra tegui, quòd Gal. fecit ſuſpendi illum, qui talem medicinam dedit, ergo fuit & eſt. Contra dicit Gale. quòd medicina non euacuat humorem, qui eſt in uenis, id eſt ſanguinem, ſed phlebotomia. Conſequenter quæritur, dato quòd ſit talem medicinam ponere, utrum bonũ eſſet eam dare, & uidetur quòd ſic, quia ſicut alii humores peccant, ita ſanguis peccat, ſed bonum eſt humores peccantes per medicinam euacuare, ergo & ſanguinem peccantem. Oppoſitum uult Haly. per authoritatem dictam.

Solutio, dicendum quòd poſsibile eſt aliquam medicinã euacuare ſanguinem, licet ea non utamur, & quare ea non uteremur, quia dato, quòd eſſet medicina ſanguinis euacuatiua, & habens reſpectum ad ſanguinem, tamen ipſum non euacuaret nec attraheret, ſicut alii humores a ſuis medicinis euacuantur: ſi enim eſſet medicina ſanguinis euacuatiua. ſ. pulpa, ſi euacuaret ſanguinem, ipſa euacuaret nõ euacuandum, & non euacuaret euacuandum, quia ſecundũ Serapio. ut dictum eſt ſupra, humor non proprius medicinæ aliquando euacuatur citius a medicina quã humor proprius, quando proprius eſt magis dilectus, & tunc humor non proprius citius non dimittatur ire a natura quam humor proprius, & tunc per medicinam citius expellitur, & attrahitur humor non proprius medicinæ qua proprius, unde cum medicina proprium attrahat humorem quem reſpicit quã alium, niſi ipſe ſit magnus dilectus a natura, quã alii humores ſecundum Iſaac, cum ipſe ſit quaſi filius dilectus naturæ, & alii quaſi ſuperfluitates reſpectu illius, cum ſanguis plus iuuet naturam quã alii humores, ideo per medicinam ſanguinis aſpectuã, ſi ipſa eſſet, prius attraherentur, & euacuarentur alii humores quam ſanguis, unde ſi ſolus ſanguis peccaret, dato hoc, licet forte iſtud non ſit uerum, tamen adhuc ſolus ſanguis non euacuaretur, neque prius, ut uiſum eſt, immo alii humores. Item ſecundũ Philoſo. iiii. de animalibus, uia recta debet eligi, & torruoſa uitari, ſed phlebotomia eſt rectior, & ſecurior euacuatio ſanguinis quã pharmacia, & phlebotomia oẽs humores euacuat ſimul, & magis ſanguinẽ cum magis abundet, & pharmacia non, ut uiſum eſt ſupra, ergo phlebotomia debet eligi ad euacuandũ ſanguinẽ, & non pharmacia. Item euacuatio fit duplici de cauſa, aut propter humoris abundantiam, aut propter humorum corruptum, igitur ſi fiat euacuatio ſanguinis, aut hoc fiet, quia ſanguis abundat, aut quia erit corruptus, ſi quia ſanguis abundat, tunc igitur alii humores etiam abundabunt, quia ſi ſanguis abundat, hoc erit propter bonum nutrimentum bonum chimum generans, & uirtutis digeſtiuæ fortitudinem, propter iſta non generatur ſolus ſanguis in abundantia, immo cũ alii humores, cum ſint propter ſanguinis iuuamentũ, ergo abundante ſanguine non debet ſolus ſanguis euacuari, ſed omnes.

Melius aũt euacuatur per phlebotomiã quam per pharmaciam, ideo ad euacuandum ſanguinem peccãtem ſua quantitate non debemus uti pharmacia. Si uero ſanguis ſit euacuandus propter eius corruptionem, tunc ſua multitudine & corruptione alios humores corrumpet, cũ ipſe ſit plus in corpore humano quam alii humores. Et propter hoc dicit Gal. quod ſynocha ſit de omnibus humoribus corruptis in omnibus uenis, & ita ſanguis ſine aliis non eſt euacuandus, ſed omnes inſimul, & tunc idem quod prius. Sed alii humores poſſunt abundare plus debito, & corrumpi ſine ſanguine, ergo ipſi ſunt euacuãdi ſine ſanguine, & hoc per pharmaciã, ergo &c. & ideo alii humores naturaliter ſunt enacuandi per pharmaciam, ſed ſanguis non, quia eius euacuatio per pharmaciam eſt innaturalis: ideo dicit Halyab. quòd G. fecit ſuſpendi &c. quia eius euacuatio per pharmaciam eſt innaturalis. Si uelimus ponere quòd ſit dare talẽ medicinam, poſſemus reſpondere ad rationes in oppoſitũ. Et primo ad primam dicendum, quòd iſtud uerbum, quod prodeſt choleræ, prodeſt ſanguini, eſt intelligendum non de medicina euacuante, ſed de medicina alterante. Quæ enim proſunt cholerę acuitatẽ eius extinguendo, proſunt ſimiliter ſanguini. Vel ſi iſtud intelligit de euacuatiua, debet intelligi ſic. Quæ proſunt cholerę ipſam euacuando, proſunt ſanguini ipſam mundificando, quoniã per euacuationem cholerę ſanguis mundificatur. Ad aliud, quod eſt de pulpa, dicendum, quod uerum eſt, quòd pulpa euacuat ſanguinem, & ſoluit ipſum, non tamen attrahit ipſum: ipſa enim ſoluit, & euacuat ſanguinem, ſi cum pulpa ſit medicina fortis, ipſa membrum ualet debilitando, facit ipſum dimittere abire, quod in ipſo continetur, quod eſt ſanguis, & ideo pulpa ſoluit, & euacuat ſanguinem, cũ ipſe ſuperfluit, non tamẽ attrahit ipſum. Ad aliud patet ſolutio. p. dicta.

Ad ſecundam quæſtionem, ſoluta eſt, quia non eſſet bonum dare eam propter cauſas prædictas.

Ad argumentum in oppoſitum cum dicit, quòd ſanguis aliquando peccat, & eſt malus, ſicut alii humores, ergo bonum eſt, tunc ipſum euacuari per pharmaciam, ſicut alios humores peccantes, dicendum quod hic eſt fallacia conſequentis, uel melius hic eſt fallacia figuræ dictionis, quia nõ ſequitur, ſi ſanguis ſit malus, quòd hoc modo euacuaretur, ſcilicet per pharmaciã, quia alio mõ poteſt ſecurius euacuari, ſ. per phlebotomiam; & ſic ſolutum eſt totum.

Pilulæ aureæ: pilulæ quia rotundæ, ut diximus, aureæ dicuntur ad ſimilitudinem auri &c.

Pilulæ octomeræ, id eſt de octo ſpeciebus, humores ſpiſſos a capite deponunt, & uiſum oculorum clarere faciunt catarrhum prohibent &c.

Hierapicra Gal. hiera, id eſt ſacra, picra, id eſt amara, facit ad diuerſas capitis paſsiones, aurium & oculorum diſtemperantiam, ſtomachum quoque optime purgat, cauſas hepatis emendat &c.

Hierapicra Conſtantini, quid ſit hiera dictũ eſt, ſimiliter Conſtantini ab authore Conſtantino, qui eam compoſuit ualet ad recuperandum uiſum, & recipiendum &c.

Hierapicra Abbatis de quã iam diximus quid ſit, ſed ad quid ualeat, dico quòd phlegma, & melãcholiã purgat &c.

De euacuatione per phlebotomiam.

VPerius uiſum eſt de euacuatione, quæ ſit per ſeceſſum, & etiam de euacuatione, quæ fit per uomitũ, quæ quidem euacuationes ſunt ſpeciales & electæ, quia ipſę euacuant unum humorum ſpecialem, & non omnes humores: nunc uideamus de ea, quæ ſit per phlebotomiam & eſt uniuerſalis euacuatio & communis. Quare autem phleboromia ſit euacuatio uniuerſalis, & cõmunis habetur, a G. iiii. particula aphor. In pharmaciis talia educere oportet &c. Sed euacuatio dicitur uniuerſalis dupliciter: uno modo, quia eſt omnium humorum euacuatiua, alio modo quia ab omnibus partibus corporis ipſa euacuat. Vtroque modo dicitur phlebotomia eſſe uniuerſalis, primo modo ſecundum Ga. ſupra iſtum aphor. ubi cibus præter naturã intrat &c. Item ſupra illum aphoriſmum ex ægritudine cibum accipiens, quòd ipſa eſt euacuatio uniuerſalis. Secundo modo dicit G. ſupra apho. vi. ſi dolor a dorſo &c. & hãc duplicem uniuerſaliratem tangit Auicen, cum dicit, quòd

phlebotomia eſt euacuatio uniuerſalis, quia toti corpori conuenit, quæ multitudinem humorum euacuat, per hoc tangit uniuerſalitatem humorum.

Circa phlebotomiam ſunt ſeptem conſideranda. Primo qui ſunt illi in quibus phlebotomia eſt cauenda. Secundũ eſt, propter quid phlebotomia eſt facienda, & in quo. Tertium eſt, in quo tempore morbi phlebotomia eſt facienda, & in quo non. Quartum eſt in quibus hominibus competit phlebotomia. Quintũ eſt quid ſit faciendum ante phlebotomiam. Sextum quid ſit faciendum in phlebotomia. Septimum quid ſit faciendum poſt phlebotomiam.

Quibus ſit exhibenda phlebotomia.

De duobus primis ad præſens uideamus, quorum primũ eſt, in quibus hominibus phlebotomia eſt cauenda, & ſuſpendenda, & quare in quibuſdam hominibus phlebotomia eſt cauenda. Sunt autem .xi. cauſę.

Prima cauſa, eſt cibi aſſumpti indigeſtio, unde ſi aliquis in ueſpere multũ comederit, & in mane adhuc ſentiat dolorem, uel odorem, uel ſaporem cibi aſſumpti, per hoc ſignificatur, quòd cibus non eſt digeſtus, tunc non oportet phlebotomari quouſq; fuerit facta completio digeſtionis, unde Gal. iiii. megatechni, phlebotomia eſt ſuſpendenda quouſque fiat cibi digeſtio: cauſa eſt, quia ſecundum Aui. in primo tria ſunt attrahentia. ſ. uacuum, calidum, & tota ſpecies: ſi ergo per phlebotomiã a uena ſanguis euacuaretur, cibum indigeſtum a ſtomacho, uel ab hepate attraheret, qui indigeſtus ueniens ad mẽbra non corrigeretur, quonia tertia digeſtio non corrigit peccatum ſecundæ, ſi peccatũ ſit magnum, propter quod in membra non conuerteretur & ibi remanens poſſet eſſe cauſa ægritudinis.

Secunda cauſa, quare phlebotomia eſt cauenda, eſt alia euacuatio, ut quando eſt fluxus menſtruorum, aut hæmorrhoidarũ, tunc non debet fieri euacuatio quæ dicitur phlebotomia, & hoc eſt uerum ad euacuationem, licet ad diuertendũ materiã poſsit fieri, & hoc dicit Ga. ix. megarechni.

Tertia cauſa, eſt ætas magna, ut ſenjum, unde dixit Gal. ix. megatechni, ſenibus phlebotomia non competit: cauſa eſt, quia ſecundum Gal. & Halyab. in techni in coualeſcentibus, & ſenibus eſt paucus ſanguis bonus, & multus malus. Sed ſecundum Aui. in. i. cap. de phlebotomia, ſi ſanguis bonus ſit paucus in corpore, & malus multus, phlebotomia rapit bonum, & dimittit malum, & ideo in talibus non conuenit phlebotomia.

Quarta cauſa, eſt ſtomachi mala diſpoſitio, ſicut accidit in quibuſdam hominibus in quibus humor cholericus incipit fluere ad os ſtomachi, & apti ſunt ad cholericum uomitum, & de facili uomunt, & apti ſunt ad uomitum, & ſoliti ſunt non habere faſtidium, in talibus non conuenit phlebotomia, & quia per phlebotomiam humores commoti ad os ſtomachi mouentur, tanquam ad locum cõſuetũ, & quia membrum eſt debile, & impotens illi fluxui reſiſtere: ideo multa mala per phlebotomiam accidũt illis, & hæc eſt una cauſa, quare aliqui in phlebotomia ſyncopizant. ſ. quando cholera ad ſtomachum fluit, quæ mordicando ſtomachum ex compaſsione cordis ſyncopim ducit &c.

Quinta cauſa, eſt debilitas uirtutis, plebotomia enim eſt euacuatio fortis ſecundum Gale. ii. aphor. in quo morbo &c. & ſecundum Gal. iiii. ſimplicis medicinæ, uirtus debilis non poteſt pati fortem euacuationem.

Sexta cauſa, eſt ætas puerilis, ſcilicet ante nonum annũ. Vnde Gal. xi. megatechni, non debent phlebotomari niſi habeant nouẽ annos ad minus: cauſa eſt, quia corpora puerorum ſunt facile ſolubilia a calore extraneo: ideo debilitantur multũ ex euacuatione forti facta per phlebotomiã.

Item quia indigent nutrimẽto, duplici de cauſa, ſcilicet propter augmentum & nutrimentum, ideo minutio ſanguinis non competit eis. Item quia facile exoluuntur a calido extraneo, ſufficit quod ab eis diſſoluitur, propter qđ non indigent phlebotomia.

Septima cauſa, eſt corporis ſiue compoſitionis raritas, & cauſa eſt uiſa, quia ab eorum corporibus multum reſoluitur, ideo ſufficit eis iſta exolutio, nec aliqua euacuatione indigent, unde Gale. ix. megatechni, rariſ corporibus eſt phlebotomia contraria, in talibus enim fit facile reſolutio ideo ſufficit, quod ab eis diſſoluitur.

Octaua cauſa, eſt complexionis frigiditas, cum. n. ſecundum Gal. in megatechni, phlebotomia infrigidet, augmentaret frigiditatem, quare infrigidat, cauſa eſt ſecundũ Iſaac in urinis, quia ſanguis eſt fundamentũ caloris naturalis, & illud in quo calor naturalis confortatur, & quia phlebotomia ſanguinem euacuat, ideo & calorem naturalem, & tũc per conſequens infrigidat.

Nona cauſa eſt humorum cruditas, & uiſcoſitas, & tunc cauenda eſt phlebotomia ſecundum Gale. xii. megatechni cap. ii. quia augmentatur cruditas humorũ, & propter hoc in morbis longis non eſt facienda phlebotomia ſecundum Aui. quia cruditas humorum augmentaretur, & uirtus debilitaretur, & morbus prolongaretur: & ideo timẽdum eſt de caſu uirtutis, & propter hoc dicit Auic. quod in morbis chronicis facienda eſt pharmacia ante phlebotomiam, & non phlebotomia ante, licet utraq; euacuatione indigeat. Sed cruditas poteſt accidere duabus de cauſis. Prima cauſa eſt propter abundantiam humorum calorem ſuffocantiũ qui debilis, & ſuffocatus, humores generat crudos, & tunc bene conuenit phlebotomia. Vnde Gal. ii. ſuo libro ca. de hydropiſi dicit, quod phlebotomia in principio hydropiſis hypoſarcæ conuenit, quando prouenit ex multitudine ſanguinis menſtrualis, cum prohibeamus fluere menſtrua propter aliquam cauſam, aut ex multitudine hæmorrhoidarum, quia ſicut ignis paruus ſub multa lignorum congerie ſuffocatur, & remota aliqua portione lignorum ignis forti ficatur, ſimiliter eſt de calore innato ſuffocato ſub humorũ multitudine &c. Secunda ratio cruditatis humorum eſt caloris innati debilitas, ut in illis qui ſunt debilis complexionis, & in illis, qui habent longam ægritudinẽ, & in ſenibus, tunc non competit phlebotomia, quia per hoc augmentaretur cruditas ſecundum Auic. non quotieſcunq; uideris ſignа repletionis eſt phlebotomia facienda, ut quãdo humores ſunt crudi in corpore, & hoc dicit Gal. in. xii. megatechni, quia tunc cauenda eſt phlebotomia: corpus enim infrigidaretur, & humores magis crudarentur, debet ergo ſanguis dimitti, ut humoris cruditatem digerat.

Decima cauſa, eſt indebita aeris diſpoſitio, ut ſi ſit aer nimis calidus, aut nimis frigidus, aut ſiccus, aut humidus, aut turbidus, unde ſub cane &c. quia ibi eſt nimia caliditas & ſiccitas, & ante canem, quia ibi eſt nimia frigiditas, & humiditas, moleſtæ ſunt purgationes, ut habetur. iiii. apho.

Vndecima cauſa, eſt corporis nimia inflammatio, & doloris uehementia. Vnde Auicen. in. i. & Gale. dicunt, quod in febre fortis inflammationis, & in apoſtemate uehementis doloris non debet fieri plebotomia.

Qua de cauſa ſit exhibenda phlebotomia.

Conſequenter uideamus cauſas propter quas debet fieri phlebotomia, & ſunt quinque cauſæ: prima eſt directa, aliæ indirectæ.

Prima quæ eſt directa, ut abundantia ſanguinis euacuetur, ſiue abundantia ſanguinis in qualitate, ſiue in quantitate, aut utroque modo ſecundũ Aui. in. i. Duo ſunt genera hominum, qui ſunt phlebotomandi, quorum unus modus eſt: illi homines, qui ſunt præparati cadere in ægritudines, ut qui habent abundantiam ſanguinis in quantitate. Et reliquum genus, eſt genus hominum, qui iam in ægritudinem inciderint, propter humorum ſanguinis abundantiam uel malitiam. Sed differẽter phlebotomia fit propter iſta, quia ſi propter ſanguinis abundantiam debet fieri phlebotomia multa. Sed ſi in qualitate peccet, uel ſit malus debet fieri pauca. Vnde Gale. ix. megatechni, ſi ſanguis ſit malus in corpore, debet euacuari paulatim, & ideo peccãt multi, qui quando uident ſanguinem malum, phlebotomãt ſe quouſque uideant exire bonum, & forte prius totus ſanguis exiret quam exiret bonus, ſed debet fieri pauca euacuatio, & tunc ſecundum G. in caſu iſto prius quã fiat phlebotomia, debet diæta ſanguinem bonum generans exhiberi, ut loco mali ſanguinis bonus generetur, et poſtea debet fieri poſt modicum tempus phlebotomia pauca, & ſic deinceps, iſta phlebotomia eſt directa: quia ſic per ſe ad euacuationem illius, quod per ſe debet per phlebotomiã euacuari, ut cum humor ſiue ſanguis principaliter tantum ſecundum

cundum, quod cum eo ſunt alii humores.

Phlebotomia duplex.

Aliæ cauſæ ſunt indirectæ, quarum prima eſt morbi magnitudo, & magnitudo pulſus, unde Galen. particu. prima apho. ſupra illum aphoriſ. quæ egeruntur non multitudinẽ conſiderare oportet, ſed quomodo egeruntur &c. dicit quòd non eſt melior medicina in apoſtemate uehementis inflammationis, & ſimiliter in feb. & in dolore forti quam phlebotomia. Sed illa uidentur eſſe contraria prædictis, quia prius dictum fuit, quod in dolore forti, & in febre uehementis inflammationis nõ conuenit plebotomia: modo dicitur quòd competit, propter quod diſtinguendum eſt, quòd duplex eſt phlebotomia, quædam regularis & artificialis: & iſta non competit in dolori forti, neque in febre uehementis inflammationis, cuius cauſa eſt, quia fieret uir tutis motus agitatiuus, qui eſt contrarius naturæ, cũ ſit diformis: motus enim agitatiuus tractus & pulſus ad partes diuerſas per phlebotomiam fieret ad locum apoſtematis, & ex dolore forti fieret tractio ad locum doloris, & ita agitando in febre uehementis inflammationis augmẽtaretur inflammatio per phlebotomiam paucã, quia phlebotomia commouet humores, qui commoti magis inflammantur. Sed cum phlebotomia uſque ad ſyncopim debet fieri: illa enim cum uincat attractionem doloris non facit motũ agi tatiuum, quia etiam ſimiliter euacuat ipſam materiam, ſimiliter tollit inflammationem cum non ſint humores ibi, qui commoueantur, & calefiant, & maiorem inflammationem inducant. & quòd hoc ſit uerum patet per intentionẽ Aui. eodem loco, & per intentionem Gal. dicto aphor. Aliter ſoluitur ſic, quòd inflammatio aliquando fit in febre dupliciter, aut propter materiæ acuitatem, aut propter materiæ multitudinem, ſi fiat febris aut dolor propter materiæ acui tatem ex materia cholerica, tunc conuenit phlebotomia, quia tunc magis acueretur & inflammaretur, quia tunc fre num choleræ, ſcilicet ſanguis colleretur, qui quia calidus, & humidus, & ita temperatus, malitiam choleræ reprimebat: ideo nõ debet euacuari, unde ſimiliter in febribus acutis, ut in cauſone, & ſimilibus nõ debet fieri phlebotomia, licet forte non ſit uerum ſecundum Aui. in. iiii. Et ideo prima ſolutio melior eſt. Alio mõ fit febris propter materiæ multiplicationem, ſiue propter ſanguinem multum oppilantem, ſiue prohibentem fumorum euaporationem, qui remanentes in corpore inflammationem inducunt, & in hoc caſu conuenit phlebotomia, ut in ſynochia, ſimiliter in dolore, qui fit ex materiæ multitudine propter membri in tentionem extra naturam ſibi debitam conuenit phlebotomia, ſed prima ſolutio melior eſt. patet igitur quod non eſt contrarietas in dictis prius & hic.

Secunda cauſa indirecta quare fit phlebotomia, eſt, ut trahatur materia ad uiam illam per quam debet euacuari, unde in retentione menſtruorum, aut hæmorrhoidarum, debet aperiri ſaphena ſecundum Gal. & ſecundum Auicẽ. ut trahatur materia, ſcilicet ſanguis inferius.

Tertia cauſa indirecta, eſt ut trahatur materia ad locum contrarium illi loco ad quem fluunt humores, unde in nimio fluxu menſtruorum debet fieri phlebotomia de baſilica, ut trahatur materia ad contrarium, & diuertatur a fluxu, & propter hoc dicit Gal. ii. acutorũ: quòd in pleureſi ſiniſtræ partis debet fieri phlebotomia de brachio dextræ partis, ut diuertatur, & trahatur materia ad locum contrarium loco ad quem declinat, ſimiliter ſi fiat in dextra phlebotomia, debet fieri in ſiniſtra parte.

Quarta cauſa indirecta eſt, ut per phlebotomiam una portio materię euacuetur, & natura potentior ſit ſupra reſiduum, & ſic competit phlebotomia, cum repletio eſt in corpore ne fiat apoſtema, quia natura eſt debilis reſpectu regiminis illorum humorum, ideo una portio illius materiæ eſt euacuanda, ne propter impotentiam naturæ in regendo illam materiam, illa materia fluat ad aliquem locũ debilem in quo aggregetur, & apoſtema generetur.

De medicinis caput purgantibus.

Vperius dictum eſt de quibuſdam medicinis humores a capite trahentibus. Nunc adhuc de quibuſdam medicinis caput purgantibus, & euacuantibus dicamus, quarum quinque medicinæ ſunt huius lectionis, quarum prima eſt pilulæ aureæ, ſecunda eſt pilulæ octomeræ, tertia eſt hierapicra Gale. quarta eſt hierapicra Conſtantini, quinta eſt hierapicra abbatis. Et iſtæ quinque habent quaſi eandem uirtutem.

De pilulis aureis.

Vnde primo dicamus de pilulis aureis. Dicuntur autem pilulæ a pila, quia ſicut pila eſt rotunda, ita pilulæ ſunt rotundæ. Et cauſa quare dantur in figura rotunda, eſt quia figura ſpherica non tangit planum niſi in puncto, ſed concauum ipſa tangit undique. quando igitur pilula ponitur in ſtomacho concauo æqualiter tangitur ab omni parte ſtomachi, & ita undiq; æqualiter, & in omni ſui parte ad actũ mouetur per calorem ſtomachi: & ideo in qualibet ſui parte ad actum reducta attrahit æqualiter undiq; ab omnibus aliis membris, & dicuntur aureę ab auro per metaphoram, quia ſicut aurum eſt precioſius aliis metallis, ita iſtæ pilulæ ad complendum ſuos effectus ad quos faciendos dantur ſunt precioſiores aliis pilulis comparatis ad ſuos effectus complendos.

Iſtæ dictæ pilulę aureæ attrahunt choleram & phlegma, primo a capite, ſecundario ab aliis membris, & quia caput purgant a dictis humoribus: ideo acuunt uiſum debilem, & debilitatum ex humorum abundantia in ſtomacho contentorum, & auferunt uentoſitatem a ſtomacho, quia auferunt phlegma ex quo eleuatur uentoſitas, & etiã quia habent in ſe aliquam caliditatem, & aliquam uentoſitatem commoueantur, ut aniſum & fœniculum. In iſta medicina ſunt pro baſi aloe, & diagridium, de aloe prius dictum eſt, nunc uideamus de ſcammonea. ſi autem ponitur hic de colocynthide, ponitur ad confortationem aloe.

De ſcammonea.

Scammonea eſt ſuccus herbæ, quæ ab Auic. uocatur uolubilis, ſcammonea poteſt puluerizari, & quæ cito puluerizatur melior eſt. Item unum ſignum ad hoc eſt, ſi ponatur in aqua frigida & cum manibus tangatur, & comprimatur, ſi ipſa faciat aquam albam, ſicut lac, ipſa eſt bona, & eſt calida in tertio & plus, quia cum ea acuunt medicinæ, & pilulæ aureæ, & benedicta &c. Et electaria, & doſes, quæ dantur de die in diem. Aliquando acuuntur medicinæ cum ſcammonea cocta, ut doſes medicinarum datæ de die in diem, aliquando cum non cocta, ut electaria, & medicina quæ non eſt cocta, uocatur ſcãmonea, ſed quando eſt cocta uocatur diagridium, quod coquitur a quibuſdam ſic, quia tegitur paſta, & in furno ponitur, illa paſta cocta, ſcammonea erit cocta. Aliquando coquitur inuoluta in foliis caulis, & exponitur calori temperato propter debilem coctionem. Tertio poſſet coqui meliori modo ſic, accipiatur coctanum, & concauetur prius fruſto quodam remoto ab eo concauo, & poſtea ſcammonea in eo ponatur, & poſtea obturetur illud orificium cum fruſto ab eo prius ablato, aut cum paſta, & tunc ponatur in furno calido temperate, & coquatur, & quando coctanum eſt coctum, ſcammonea erit cocta. Iſte modus coquendi ſcammoneam eſt melior quia ſcammoneæ malitiæ per coctanum reprimitur, cum ſcammonea ſit inimica ſtomacho, & coctanũ a ſua ſubſtantia, & a ſua complexione iuuet ſtomachũ cõtra nocumenta inducta ex ſcammonea. Scãmoneæ proprietas eſt, quia ipſa educit cholerã, & alia ſuperflua, & fortius educit choleram quã helleborus. Item ipſa attrahit a remotis partibus: quod educat fortius, dicit Auicen. ii. ſcammonea educit choleram fortiter. Hoc idem dicit Raſis. viii. Almanſoris, quod ipſa educit choleram, & alias abundantias ſuperfluas, dicit Raſis in diuiſionibus, quod educit choleram fortius quam helleborus. Dicit Serap. in vii. & Halyab. ii. practicæ in diſpoſitione regali ad extremitates ducit humores ubicunq; ſint, & ita a remotis euacuat. Sed ipſa habet tria nocumenta, primo nocet ſtomacho mordicando ipſum plus ſecundum Serapio. in. vii. quam aliæ medicinæ nocet inteſtinis ipſa excoriando ſecundum Auicen. in. ii. Itẽ tertio nocet cordi ſecundũ Aui. in. ii. Et quia ſecundũ nocumenta, quæ inducit, debẽt eſſe remedia: ideo iſtis tribus nocumentis obuiãdo debemus tria membra confortare. ſ. ſtomachũ, cor & inteſtina. Etiã dicũt authores, qđ ſcammonea debet præparari cum cimino, aniſo, croco, & ſale, pauco, & bdellio, & illa puluerizata, & ſcãmonea cõficiant cum ſucco citoniorũ, qm̃ prohibẽt ſtomachi debilitatem

ex scammonea: ideo scāmonea data cū aloe, & myrobalanis securior est, quia talia stomachum confortant. Et ideo electarium de succo rof. inter omnia electaria acuta, quæ videmus, est artificialius, quare ibi est ro. quæ habet stomachum confortare, & intestina, sandalum, & spodium reprimunt nocumentum, quod infert scammonea hepati. Camphora reprimit nocumentum, quod ex scāmonea est præparatum cordi. Cum ergo uis præparare scammoneam, pone cum ea prædicta, & pone cum ea masticem, & anisum, mastix confortat stomachum constringendo: & anisum ipsum calefaciendo, & conficiatur cum bdellio, ut refrenet intestinorum excoriationē, crocus ibi ponitur, ut refrenet malitiam cordi illatā, sal ibi ponitur: ut scāmoneam faciat citius descendere, ut ipsa minus remanens minus noceat.

In istis pilulis aureis sunt rof.se.fœniculi, anisi, quia & stomachum confortant, & ita scāmoneæ malitiam reprimunt, crocus, quia cor confortat, colocynthis confortādo aloes. Recip. aloes, diagridii, an.ʒ.v.ro.se.apii, an.drachm. ii.&.s.anisi, fœnicu.ana.ʒ.ii.s.croci, colocynth.interioris, ana.ʒ.i.dosis huius medicinæ est.ʒ.xxii. ad plus earum recepta, quæ ibi ponitur est.ʒ.& in istis.ʒ.xxii.sunt.ʒ.v.scam moneæ, unde in qualibet.ʒ. istarum pilularum sunt bene tres partes vnius denarii, & istud est magnum quid: ideo non debet dari in magna quantitate, si uoluerimus euacuare phlegma magis quam choleram debent acui cnm pulpa, si magis choleram quā phlegma, tunc acuantur cū scammonea, nō dentur nisi post digestionē medicinæ, & si non ducant, debet acui amplius secundum humoris exigentiā. Item ro. quæ sunt in eis stomachum confortant, & intestina, ne ista medicina intestina excoriet.

Et nota, quòd electarium calidum non debet acui cum scammonea, bene peccant qui plirim, aut gingiber conditum cum scammonea acuunt, sed frigida electaria debent acui cum fræno posito cum eis.

De pilulis octomeris.

Pilulæ octomerę sic dicuntur, quia ex octo specibus cōponuntur, & fere ualent idem, quod prædicta medicina, & quia non est in usu, ideo non facio uim.

De hierapicra Ga.

Hierapicra Gal. est ualde bona, & in usu est, & est illa, quæ uocatur hierapicra Gal. & uocatur ab Auicen. diacolocynthidos, quia in ea colocynthide ponitur, choleram, & phlegma purgat a capite ualde bene, magis tamē phlegma quam choleram ab aliis membris parum purgat, & secundario, sed a stomacho & capite malam materiā purgat, & hoc primo non debet dari in febre, neque in complexione calida, sicut patet in pilulis aureis, sed in humoribus frigidis tantum, & differt a picra Gal. de qua habuimus prius quia in ea est plus quam in picra, scilicet turbith, colocynthis, & agari. dosis eius est post digestionem audacter est.ʒ. iii. sed si acuatur cum pulpa, aut esula fortior erit, esula tamen est timenda multum, quia nauseatiua multum. Et istis duobus modis debet dari post digestiuum. Dentur tamen aliquando de octo diebus, in octo dies.ʒ.ii. sine digestione materiæ, melius tñ est, quod detur syrupus, aut aliqñ tamē si præcesserit aliqua euacuatio, dent.ʒ.ii. de ea sine digestione præcedente, melius est tamen dari eā post digestionem.

De hierapicra Cōstantini.

Hierapicra Constantini optima est, cum & dicta est sic ab inuentore, respicit stomachum, quia in se est confortatiua stomachi, recipit ut omnes, quinque myrobalano. & tunc ualet ad uisum reparandum, proprie quando uisus est debilitatus ex fumis eleuatis a stomacho ad caput, phlegma euacuat, & omnes humores præter sanguinem, non est multum in usu, unde in apothecis non multum inuenimus eam, nisi faciamus eam fieri, datur post digestionem. ℥.s. uel drach.vi. sine digestione, drach.ii. si uolumus eam acuere cum scammonea, drach.iii.

De hierapicra abbatis.

Hierapicra abbatis ualet ad phlegma purgādum melancholiam, & ad guttam quæ fit ex frigido & sicco humore, unde uidentur membra esse contracta, ualet paralyticis: unde est fere eiusdem effectus cum hiera picra Gale. habet enim in se turbith, colocynthidē, epithymum, cuscute, mundificat sanguinem &c. non est in usu, datur ad pondus hieræ picræ de ea scilicet ad pondus.℥.s. quia non est multum fortis, & in sua recepta est lib.i. & non est de scammonea ibi nisi drach.i.&.s.

De modo exhibendi medicinas.

Viso prius de digestione & euacuatione, nunc quæramus de modo exhibendi medicinas, & quia in recto modo exhibendi medicinas, primo debent acui secundo exhiberi: ideo primo dubitatur de earum acumine, & circa hoc primo quæramus, Quid sit acuere medicinam. Dices forte quod est eā facere laxatiuam, tunc ergo nulla medicina esset laxatiua nisi acuata: quod falsum est. Si dicas quod est eam confortare in laxando, tunc ergo uiolæ acuunt medicinas, quia fortificāt in laxādo medicinā

Solutio. dico ad hoc quòd acuere medicinam est apponere unam medicinam cum alia, quæ debet acui præter illam quā habet de sua natura, quæ faciat ipsam esse fortius laxatiuam, & notabilius quam esset prius antequam esset acuata, uerbi gratia. Si in aliqua medicina, ut in benedicta sit de scammonea drach.i.uel drach.ii. Et ego apponā plus ultra hoc.ʒ.i.uel.ii.scāmoneæ, uel drach.i.colocynthidis, si uelim euacuare phlegma, quia pulpa, & scammonea notabiliter laxationem medicinæ augmentant, uiolæ autem licet augmentent, non tamen notabiliter.

Consequenter circa hoc quæritur, cum medicina posit acui in tempore confectionis, & etiam per unum diē, aut per duos ante tempus suæ exhibitionis, quis modus est melior, & uidetur quod in tempore suæ confectionis, quoniā modus acuendi medicinas per quē uenenositas, & malitia medicinæ magis reprimitur, est melior, sed hoc est in confectione, quia tunc medicina acuens plus immorata fuit cū eis, quare ipsam debet reprimere, ergo &c. Item ille modus acuendi per quem uirtus medicinæ acuentis, quæ debet acui magis commendatur, est nobilior, sed hoc est in cōfectione, quia tūc medicina acuēs plus moratur cū medicina acuibili, & magis fit unū ex eis aliquo mō, ergo &c.

Oppositum facit cōis usus. Dico quòd acuere medicinā in tempore suæ cōfectionis est melius sine præiudicio sententiæ melioris, quia tunc uirtus medicinæ acuētis melius commendatur medicinę euacuanti, & melius est repressa malitia euacuantis, & etiam acuētis, & quare non facimus hoc cum illud sit melius, causa est difformitas siue diuersitas euacuandorum, quibus medidina pręparatur: verbi gratia, per unam medicinam possum purgare diuersos humores, & ab aliquo uolo purgare unciam unam choleræ, & ab aliquo minus, secundum exigentiam patientium, & ab aliquo phlegma, & ideo diuersimode acuuntur, quia aliquando cum medicina forti habente aspectum ad phlegma, ut pulpa, aut esula. Aliquando autem cum habente aspectum ad chol. ut cum diagridio, & tunc de eo aliquando plus ponimus, aliquando minus quia per unam medicinam diuersos rusticos euacuamus, quibus non præparamus proprias medicinas, nec ipsi paterētur hoc fieri, medicus Regis hoc potest facere ad euacuandum ipsum solum, ergo &c.

Consequenter quæritur utrū medicina euacuans phlegma debeat acui cum medicina euacuante choleram, & uidetur quod non, quia acuere medicinam non est nisi fortificare ipsam respectu illius, quod prius debiliter faciebat. Sed medicina euacuans choleram non iuuat ad euacuationem phlegmatis cum sit oppositum ei, ergo &c. Itē Auic. in.iii. medicinæ euacuantes contrariæ non sunt simul admiscendæ, unde dicit, quod myrobal. & uiolæ non sunt simul admiscendæ. Item Gale. lib. acutornm secunda particula medicinæ, quarum una cito euacuat, & alia tarde, non sunt miscendæ, sed aloe tarde euacuat: & scāmonea cito, ergo aloe, & scāmonea nō debēt sit admisceri. Aloe phlegma euacuat, & scāmonea cholerā, & tñ magis uidetur, ꝙ cū alia aloe debeat admisceri scāmonea, quā cū ſm Aui. ergo &c.

Ad oppositum sunt omnes authores, & medici, & Auic. qui dicit scammonea iuuat alias medicinas, & maxime aloeticas, & præparat eas ad euacuandum.

Solutio. dicunt quidā quòd commiscetur ei, quæ est naturæ utilior, sed hoc non est ab authore dictū, sed ponitur cum medicina aloetica triplici de causa. Ad ꝑparādū, quia mordicando stomachū & intestina, stimulat ea, ut citius reducant medicinā aloeticā ad actū, quæ reducta ad actum citius operatur, quā per se faceret. Secunda causa est ad confortandū, quia cōmouet humores propter, quod sunt habiliores, ut a medicina aloetica attrahantur. Tertia causa est ad adiuuandum, quia medicina adiuuat alias medicinas, ad attrahendum a remotis partibus, quia aloe solum de se attrahit a partibus propinquis cum scammonea a remotis.

Ad primum in oppositum dico, quòd scāmonea non attrahit choleram, nisi uincat & dominetur in attractione humorum ad quos habet aspectum, sed nos nō ponimus eam in tanta quantitate, ut dominetur supra aloe, cum est acuatū, sed solū ipsum fortificādo, & exitādo in sua operatione.

Medic. contrarie tas quadruplex.

Ad secundā rationem dicendum, quòd contrarietas medicinarum est quatuor modis. Vna est in complexione, vt myrob. qui sunt frigidi, & scāmonea quæ est calida. Secunda contrarietas est in humoribus euacuando, ut scamoneæ & aloes, & contraria istis duobus modis bene possunt coniungi. Primo, ut una aliam in sua complexione mitiget, & temperet. Secūdo, si uelimus diuersos humores euacuare. Tertio modo est contrarietas in modo operandi, & euacuandi, sicut uiol. & myrobal. contrariantur, quia uio. leniunt, & myrob. exasperant & constringunt, illæ non debent simul commisceri, ut obiicis. Quarta contrarietas est in tempore, quia una cito euacuat, & alia tarde, & de talibus uerum est, quòd non debent adiungi, nisi una aliam adiuuet, & sic soluitur totum.

Theodoricon empericon. i. a Deo datum, bene expertū interpretatur, ualet contra hemicraneam, dolorem, & uertiginem capitis, & fluxum phlegmatis, quod in faucibus, & gutture decurrit: unde fit homo sine uoce, ualet etiam spleneticis sine febre &c.

Theodoricon anacardinū, theodoricon dicitur ut supra anacardinum dicitur ab anacardo, quæ ibi intrat, datum memoria præparat, uertiginem capitis, & maxime in posteriori parte aufert, phlegma quod ibi est, purgat &c.

Pilulæ Rogerii. ℞. cal. cubebæ, cinnamomi, spicæ, epithymi, uiol. assari, carpobal. schœnanthi, masticis, garyophyl. ana.ʒ.ii. turbith, colocynthidis, an.ʒ.iii. singulorum myro. an.ʒ.i. agarici, sem. senæ, ana.ʒ.i. rhabar.℥.s. aloes ad pondus omnium confice cum succo fœniculi. &c.

Pilulæ cochiæ. ℞. aloes, diagridii, colocynthidis, nucis muscatæ, macis, spicæ, epithymi, uiol. assari, carpobalsami, schœnanthi, masticis, garyophyl. ana.ʒ.ii. turbith, absinthi, ana.ʒ.i. succi, solatri infusionis tragacanthi &c.

Quibus temporibus morbi sit facienda phlebotomia.

Superius uisum est propter quæ cauenda est phlebotomia, & propter quid fieri debet, nunc uideamus in quibus tēporibus morbi facienda phlebotomia, & in quibus non. Sciēdum, quod in principio morbi non est facienda phlebotomia: medicus enim est minister naturæ secundum Gale. in techni, sed secundum ipsum. iiii. apho. ægritudinibus quibuscunq; incipientibus nulla euacuatio in principio est naturalis, sicut ergo in principio natura non euacuat, ita nec medicus. Istud tamen in tribus casibus habet instantiam in materiæ furiositate, & acuitate, unde Aui. in. i. phlebotomia non debet fieri in principio, quia phlebotomia tunc humores cōmoueret, & subtiliaret, & per corpus currere faceret, nisi materia sit furiosa.

Secunda instantia est propter materiæ multitudinem, unde Ga. supra illum aphor. inchoantibus morbis oportet hanc fieri. s. phlebotomiam, aut pharmaciam, ut natura alleuietur qua. s. erat onerata propter materiæ multitudinem.

Tertia instantia est propter morbi magnitudinē & acuitatem, ut quando est apostema magnum & dolorosum, licet non sit multa materia. s. antecedens in corpore: unde Aui. in. i. si habeat apostema, hic est phlebotomandus, licet non indiguerit, & Gale. xiii. megatechni. Si apostema sit magnum, phlebotometur in principio, licet non sit materiæ multitudo, ne crepet, aut rumpatur apostema ante sui maturationem, ergo ut mala symptomata utentur minutio est facienda.

Secunda regula circa hoc est, ne fiat phlebotomia in die motus ægritudinis, sicut in crisi non est facienda phlebotomia, nec alia euacuatio, ne materia a loco ad quem natura expellit ipsam diuertat. Similiter neq; in paroxismo, unde Gal. in prima particula aphor. in statu, nec phlebotomia, nec pharmacia debet fieri, quia in ea fit coctio morbi, quæ fit melius in quiete quam in motu. Sed sicut se habet status ad morbum totalem, ita se habet paroxismus respectu dierum interpolationis, sicut ergo non est euacuandum in statu, ita nec in paroxismo, unde Auic. in. i. dicit, quòd in hora paroxismi, siue status, siue motus ægritudinis, est tempus quiescendi, & somnum quærendi.

Tertia regula est, quòd phlebotomia non est facienda in principio morbi cum crisis est remota, quia secundum Isaac in urinis sanguis est fundamentum caloris naturalis, ipsum scilicet sustinens, licet cor fundamentum generans, & spiritus fundamentum deportans: sanguis enim est fundamentum caloris naturalis, quia ex eo naturaliter generatur calor naturalis: & ideo euacuando sanguinem, euacuatur calor naturalis, qui materiam morbi debet digerere, & morbus prolōgatur, & uirtus debilitatur, propter quod timendum est, ne propter morbi longitudinem, & uirtutis debilitatem natura succumbat.

Quarta regula est, quòd in uentre sicco. i. cōstipato, qui habet fæcem in intestinis non debet fieri phlebotomia. Causa est, quia tria sunt attrahentia secundum Auic. in primo. s. uacuum, calidum, & tota species, quia ergo per phlebotomiam uenæ euacuantur, quæ a mēbris sibi propinquis attrahunt, & ita in secunda uice a stomacho humiditatē fæcum, & ita fæces plus exiccantur, debet ergo primo leniri uenter per suppositoria, aut clysteria nisi per se laxetur.

Quinta regula est, quòd non debet fieri phlebotomia multa, quia ex hoc accidit malum in senio, unde Auicen. in primo dicit, quod ex hoc accidunt multi morbi. s. apostema, epilepsia, & paralysis &c. & propter remotionem sanguinis, & caloris generantur multæ superfluitates phlegmaticæ, quæ sunt causa harum ægritudinum.

Sexta regula est, quod non debet fieri phlebotomia in muliere impregnata, aut menstruata, in impregnata non, quia per hoc calor cibum digerens diminueretur, & nutrimentum auferetur fœtui, & maxime quādo fœtus est magnus. unde Hip. v. particula aphor. Mulier in utero habens phlebotomata abortit, quia aufertur ei nutrimentum, & maxime si fœtus est maior, quia tunc indiget ampliori cibo, licet multæ mulieres faciant contrarium, quia dicunt quod oportet fieri phlebotomiam, & post uiuum unum. s. in fine impregnationis si post quartum mensem, & de mortuo, scilicet in principio ante quartum mēsem. Corrige tu doctor. In menstruata dico naturaliter, s. post renouationē mensis non debet fieri phlebotomia, quia in fluxu nimio menstruorum esset facienda ad diuersionem mēstruorum, sed quando emittit menstruum secundum debitum, tunc non debet fieri phlebotomia, cum materia euacuetur sufficiēter a natura, & ne natura ab illa operatione diuertatur secundum Aui. in primo. Item post colicam passionem nō debet fieri phlebotomia: cum enim phlebotomia humores commoueat, per hoc posset humor cholericus ad stomachum fluere, & ipsum inflāmare. Nec similiter post ipsum uomitū, ne similiter humores fluant ad stomachū, nec post fluxum uentris, nec post uigilias magnas, nec post fortem uomitum, & breuiter post nullum calefaciēs multum, aut multum dissoluens, quia ergo in fieri phlebotomia calefaceret, & humores commoueret, & uirtutē debilitaret plus ideo phlebotomia in talibus casibus non est facienda.

Quibus hominibus conueniat phlebotomia.

Consequenter uidendum est quibus hominibus conuenit phlebotomia secundum Aui. in. i. cōuenit hominibus delicatis, ociosis, & quiescentibus, multum carnosis, & utētibus cibis multū sanguinē gñantibus

Item in illis in quibus est abundantia sanguinis, & cognoscitur per urinæ spissitudinem, abundantia enim sanguis facit ipsam esse spissam, sed cholera subtilem, & sic habemus duas regulas.

Melācholia duplex

Tertio debet fieri phlebotomia in illis in quibus melancholia abundat, unde cum est multa melancholia naturalis currens cum sanguine per totum corpus, quia sanguis in hepate ab ea non mundificatur, tunc conuenit phlebotomia, siue minutio, & postea pharmacia, unde duplex est melancholia, scilicet naturalis & innaturalis, naturalis est fæx sanguinis, quæ quando abundat est currens cum sanguine,

guine,quare cum ſanguine per phlebotomiam euacuatur: ideo facienda eſt phlebotomia ad eius euacuationem cum ſanguine,ab eodem enim calore, ut ſcilicet a calore temperato fiunt ſanguis,& melancholia quæ eſt eius fæx,& poſtea facienda eſt pharmacia.

Quarto eſt in illis,in quibus timetur ſanguinis,& humorum ebullitio,& conturbatio, & calefactio, conuenit phlebotomia,& iſti cum ſtatim ſentiunt calefieri, debent phlebotomari:dum tamen ſit timor ebullitionis, conturbationis,& calefactionis propter humorum abundantiam. Aliquando tamen aliqui decipiuntur per illam regulam, quia ſtatim cum ſentiunt calefactionem, & timent de humorũ ebullitione,ſtatim phlebotomant ſe, & quando iſtud eſt ex choleræ calefactione,ſiue incenſione per phleboromiam, non ceſſat illa calefactio, neque ebullitio, immo per hoc augmentatur,quia phlebotomia humores cõmouet,& per corpus eos currere facit,niſi ergo hoc ſit ex humorũ abundantia,non conuenit phlebotomia,quod cognoſcitur per ſudoris multitudinẽ,& maxime in mane, aliqui enim ſunt qui non ſudant niſi quando euacuatione indigent.

Item in illis debet fieri phlebotomia,qui habent fortem virtutem,& qui ſunt ſanguineæ complexionis, & non frigidæ & ſiccæ,illi poſſunt plus pati phlebotomiã, unde Raſis.vii.Alman.cor pora apta ad phlebotomiam,& quæ eam plus poſſunt pati,ſunt illa quæ habent uenas amplas, manifeſtas,& iſti ſunt piloſi,& habent corpora bruna, & ex colore rubeo,& fuſco miſtis ſunt colorati,& iuuenies,& adoleſcentes,& ſenes,non decrepiti:ſed pueri, & infirmi non ſunt minuendi niſi maxima neceſsitate cogente.

Quid faciendum ante phlebotomiam.

COnſequenter eſt dicendum, quid ſit faciendum ante phlebotomiã,& de hoc prima regula eſt hæc, quod ſi timeas ne humores craſſos in ſe habeat, debet intrare balneum antequã phlebotometur,quia balneũ humores ſubtiliat & commouet,ſed non dico eodem die, ſed die præcedente,quare non in eodem die?quia per balneum,cutis inſpiſſatur,& lenis fit, quæ cutis lenis cum percuſsione facta a plebotomãte fugit & labitur, & eſt periculum,& propter hanc cauſam acceptio ſyrupi acetoſi ante phlebotomiam eſt competens,ante dico per aliquos dies, ut materia ſubtilietur,& per hãc uiam fit motus ante phlebotomiam,ut humores diſſoluantur & ſubtilientur,& propter hoc quãdo debet fieri phlebotomia,debet fricari brachium,ut humores exiſtentes propinqui brachio ſubtilientur, & præparentur ad exitum facilius. Item aliquando ante phlebotomiam eſt dandus cibus, ut ille qui habet ſtomachum debilem ex ſui ſenſibilitate, & cui cholera ad os ſtomachi mouetur mordicando, ſed non quicunque cibus ſed bene digeſtibilis, & ponticus, ut bucella panis intincta in aliquo ſucco acetoſo:confortat enim ſtomachum ſua ponticitate,& prohibet ne humores fluant ad ipſum ſua frigiditate, reprimitur acuitas choleræ ſi aliquantulum fluat.

Quid in phlebotomia faciendum.

COnſequenter uidendum eſt,quid in phlebotomia eſt faciendum. Aliquando magnum uulnus eſt faciendum in aperitione uenæ aliquando paruum.Magnũ uulnus debet fieri tribus de cauſis in uena.ſ.quando ſunt humores craſsi,ſiue ſanguis craſſus euacuandus,& per illud magnum uulnus ſanguis poteſt facilius exire. Secundo propter temporis frigiditatem,quia humores incraſſat, unde in hyeme debet fieri magnum uulnus. Tertio propter humoris abundantiam,quia tunc melius fit euacuatio per magnum uulnus quam per paruum. Sed paruum uulnus fit,quando uirtus eſt debilis,ut de ſpiritibus, & calore minus euacuetur. Secundo ſimiliter in tempore calido eadem de cauſa,et quando ſanguis eſt ſubtilis.

Item phlebotomandus aliquando debet iacere ſupinus quia per illum modum iacendi uirtus præſeruatur, nec debilitatur,quia ſecundum Gal.prima particula prognoſticorum,accubitus eſt corporum debilium,ſuper latiorẽ partẽ ſicut innanimatorum,& etiã ſupra partem fortiorẽ ſicut ſupra ſpinam dorſi,quia ſecundum Aui. eſt fundamentũ corporis,ſicut lignũ nauis eſt fundamentum, ſupra quod tota nauis fabricatur,ita ſpina dorſi ſupra quam totum corpus fundatur.Quãdo ergo timemus de corporis debilitate, ſiue quòd ſyncopis accidat,debet phlebotomari ſupinus.

Tertio in phlebotomia debet uideri color ſanguinis, quia ſi album ſanguinem exire uideas,ſtatim ſtringas, quia per hoc ſignificatur,quod in corpore ſunt frigidi & crudi humores,pp defectũ caloris naturalis digerẽtis,& amplius non eſt talis ſanguis minuendus per phlebotomiam, & illud dicit Philoſ.i.& ix.de animalibus. Vnde Hip. mulieri menſtrua ſine colore proprio &c.& quia propter frigiditatem ſanguinis albi uolunt aliquando & menſtruant.

Item in phlebotomia debemus uentum cõſiderare ſicut & in pharmacia,in æſtate enim debet uentus ſeptentrionalis eligi,ut ſua frigiditate caliditatem temporis temperet.

Itẽ hora electionis eſt intra primã & tertiã horam diei, quia tunc completa eſt digeſtio, & ſuperfluitatũ expulſio eſt facta,unde hęc eſt hora cõmoditatis,ſed alia eſt hora neceſſitatis,& hoc poteſt eſſe in qualibet hora diei, & noctis ſecundum Auicen.quia impedimentum nõ habet ibi locum cum ibi ſit neceſsitas.De hora quadræ Lunæ nõ inuenitur ab aliquo autore medicinæ,tñ Philoſ. dicit in lib.de regie principũ,quòd poſt pleniluniũ in defectu Lunæ debet fieri minutio,tñ nos facimus contrariũ,ut in pluribus &c.

Quid poſt phlebotomiam faciendum.

VLtimo & ſeptimo uidendum eſt poſt phlebotomiã, quid ſit faciendum,poſt phlebotomiã non fiat ſomnus immediate. unde Aui.dicit, quod poſt minutionem non fiat ſuperdormitio, & reddit cauſam mirabilẽ,quia p hoc poſſet accidẽ fractio mẽbrorũ neruoſorũ.

Aliæ tamen duæ cauſæ poſſunt aſsignari. Vna eſt,ne in ſomno patiẽs ſe uertat ſupra uulnus.i.brachiũ phlebotomatum,& per hoc lædatur. Alia eſt ne humores fluant ad mẽbrum læſum in quo eſt dolor pp ictum phlebotomiæ et fiat apoſtema.Vnde Gale.aphor.ſuper illo apho. In quo morbo &c.In ſomno ſi ſit apoſtema iatra corpus,et membrum læſum ad ipſum fluunt humores. Sed quo habet intelligi cauſa Aui.Notandũ,quod hoc põt eſſe ſic. Confractio eſt paſsio membrorũ neruoſorũ et lacertorũ,ſed ſecundũ Ga. ſupra illum apho.In quo morbo ſomnus laborem præſtat, Somnus in principio paroxyſmi non conuenit, quia calor naturalis ad interiora ingreditur, et exteriora infrigidantur,& fumi remanent ibi non conſumpti, propter hoc rigor augmentatur,et etiam paroxiſmus prolongatur,ſimiliter eſt hic per commotionem humorũ, ita phlebotomia ad neruos & lacertos elongãtur, qui non conſumpti remanentes in ſomno infrigidantur in exterioribus et incraſſantur,ideo faciunt neruorum, et lacertorum confractionem ſi fiat ſuperdormitio immediate poſt phlebotomiam.

Item ſecunda cauſa eſt frigiditas membrum incraſſans faciens contrafractionẽ,ſicut in quartana, in cuius typo fit confractio propter frigiditatem & craſsitiem materiæ, ſed nerui ſunt frigidi & lacerti,ideo ad ipſos ueniens iſte fumus in quo ſomno in quo retractio fit caloris ad interiora,infrigidatur et incraſſatur ille fumus infrigidatus et incraſſatus infrigidationem,et incraſſationẽ inducit in membro ſine confractione,quia ad membrum conſimile præparant ęgritudines conſimiles,et G. ſupra illum aphoriſmũ. In morbis minus periclitantur ægrotãtes. Dicit quod hoc eſt intelligendum de ſomno phlebotomiæ uicino, et non remoto,poſtquam fumi illi ſunt conſumpti.

Item poſt phlebotomiã debent cauere a multo cibo, in primo et ſecundo die, quia cibus debet eſſe digeſtibilis, multum ſanguinẽ generans bonum,ut ouа ſorbilia,et uinũ bonum,et pulli,unde ſecundũ Iſaac in diætis, cibus eſt minuendus eis, et potus augendus reſpectu cibi non conſue tudinis,immo debent minus potare quã ante phlebotomiã quia uirtus digeſtiua debilior eſt, cibus tamen digeſtibilis dum tamen ſit aliquantulum craſſus eſt eis bonus, uidetur ſm Aui.pullus aſſarus aromaticus coctus in olla ſine aqua.

Item aliqui poſt phlebotomiã habent linguam ſiccam, et hoc propter abundantiam choleræ rubeæ a qua fumus eleuatur propter ſui commotionem poſt phlebotomiã, et eius ebullitionem,et tales debent potare aquã hordei, ut acuitas & caliditas choleræ mitigetur, unde illi qui timet de

de calefactione hepatis, aut ſtomachi,aut ebullitionẽ cho. debent hoc facere,multi faciũt,ſed neſciũt cauſam,& ideo aliquãdo faciunt male,quia non eſt cholera rubea abundãs in eis.Item non exercet ſe poſt phlebotomiam, quia exercitium plus debilitaret eum, & multi ex hoc debilitantur. Item non balneet ſe poſt in die eadem propter eandẽ cauſam,& quia fieret humorum commotio,ſed iaceat in lecto ſupinus,quia iſte eſt modus debilium.

Item non ligetur fortiter brachium, ne dolorem inducendo fiat humorum fluxus ad locũ,nec brachium ſtringatur pannis multis,& regatur ne grauet & nimis calefiat.

Item aliquando accidit inflatio in brachio aut apoſtema,& tunc debet fieri phlebotomia in alio brachio ſecundum Auicen.ſed ſecundum Raſim fiat phlebotomia ſupra locum phlebotomatum in eodem brachio, & tunc ponantur repercuſsiua ſupra locum ne recipiat materiam.

Item uulnus per phlebotomiã in brachio factã aliquando tarde ſanatur, & hoc propter inunctionem phlebotomi in aliquo oleo,ut leuius intret,et minus lædat phlebotoma tum ſicut dicit Gal.ix.megatechni,& tunc tardius curatur uulnus quia ſecundum Ioannitium & Gal.& oẽs authores uulnus non curatur nec ſanatur quandiu aliquid eſt inter labia uulneris,& oleum exiſtens inter labia uulneris impedit eius citam conſolidationem.

Secunda cauſa quare uulnus per phlebotomiam factum tardius curatur, eſt nimia ſanguinis euacuatio per quam uirtus debilitata retardat continuationem, & conſolidationem uulneris,unde uirtus naturalis eſt debilis.

Tertia cauſa eſt brachii nimius motus, quia ſecundum Auic.peripneumoniæ uulnera non ſanantur neq; conſolidantur niſi mẽbrum ſit in quiete.hæc tria ergo curẽtur per ſua contraria, unde non fit inunctio phlebotomi in oleo, nec fiat euacuatio multa, nec motus brachii neque exercitium iniungatur,in iſtis eſt periculum & maxime in baſilica & cardiaca,quia in cephalica eſt minus periculum ut ui debitur.Notandum quòd phlebotomia ſubtiliat humores, & etiam mobiliores facit eos.

Medicinæ conuenientes ad capitis euacuationẽ.

SVperius dictum eſt de quibuſdam medicinis cõuenientibus ad euacuationem capitis.Nunc adhuc uideamus de quibuſdam ad hoc conuenientibus. Et ad hanc lectionem ſpectant quatuor medicinæ, quarum prima eſt theodoricon empiriſton. Secunda eſt theodoricon anacardinum. Tertia eſt pilulæ cochiæ. Quarta pilulæ Rogerii.

De theodoricon empiriſtõ

Theodoricon a theos, quod eſt Deus, & datum quaſi a Deo datum,empiriſton id eſt bene expertum, eſt laxatiũ ſed nõ fortiter laxat,calefaciendo melãcholiã & phlegma, ſi cum eo iungatur ſcamonea,aut hermodactyli, aut eſula laxat fortius, ſecundum Nicolaum principaliter a capite phlegma purgat,hoc tamen non eſt uerum ſed principaliter a membris ſub diaphragmate, unde proprie a matrice euacuat,quia eam mundificat,& menſtrua prouocat, ſi detur ſero cum decoctione alicuius herbę ualentis ad hoc, ut artemiſiæ,aut rutæ maioris,& ſecundario a iuncturis euacuat,purgat amplius quam benedicta.

Dragunt.

Item ſi ex ipſo,& draguntea, & nigella, fiat peſſarium mirabiliter menſtrua prouocat,Item habet unum ſpeciale ſcilicet quando palatum ex eo fricatur attrahit phlegma a capite,& ideo ualet in lethargia, unde ad experimentum uocatus fui ad quandam mulierem quæ iam amiſerat loquelam,ut reſtaurarem ei loquelam ad tempus fricaui palatũ cum eo,& aliquantulum poſui de diacaſtoreo, & recuperauit loquelam,& fecit teſtamentum ſuum,& mortua fuit. Item ſi ex iſto electario,& amylo fiant pilulæ,& ſub lingua teneantur,ualent ad uocis reſtaurationẽ amiſſam ex phlegmate craſſo,in pectore inuiſcato,& melius eſt ſi caſtoreum apponatur. Item ſi detur cum decoctione tamariſci in mane deoppilat ſplenem.Item ſi detur de eo.3.i. diacalamenti.3.i.mulieri in ueſpere, & ſequatur potus uini cum decoctione artemiſiæ,& rubeæ maioris prouocat menſtrua, & præparat ad conceptum quia purgat matricem, & principaliter inferiora,ut credo. Si tamen iſta medicina detur cum decoctione ru.maioris artemiſiæ &c.ualet ad menſtrua prouocanda,ut dictum eſt. doſis huius medicinæ eſt. ʒ.s.ualet ad hemicraneam,& uertiginẽ capitis quia phlegma a capite purgat,& a pectore,& cõtra fluxum phlegmatis,quod in faucibus a gutture decurrit, ex quo ſit homo ſi ne uoce, & etiam ſpleneticis ſine febre colorem bonum facit.

De theodoricon anacardino.

Theodoricon anacardinum econuerſo purgat reſpectu primi,quia purgat partes quæ ſunt ſupra diaphragma principaliter,& præcipue caput a melancholia & phlegmate, calefaciendo ea ſecundario alia membra cũ pulpa aut eſula laxat fortius,non detur in liquida ſubſtantia, ſed in pilulis,ſicut neque alię medicinæ attrahẽtes a capite, quia eas oportet diu remanere in ſtomacho cum a remotis.ſa capite extrahant. Doſis eius eſt.3.i.&.s. ualet ad memoriam amiſſam reſtaurandam ex phlegmate, unde ſi in lethargia primo raſum ſit caput, & accipiatur illud electarium,& acuatur cum ſucco anacardi,ut.ſ.intingatur in eo, & ex eis fricetur poſterior pars capitis,ualet ad memoriam reſtaurandam amiſſam propter phlegma, phlegma corrumpit memoriam ſua frigiditate,ſpiritus congelando, & humiditate ſua formas receptas habilitando ſicut accidit in aqua, iſtud.n.quia calidum, & ſiccum eſt phlegma a capite euacuat,& ipſum conſumit. Si autẽ peſſarium mittatur in matrice mundificat eam, & materiam mẽſtruorum extenuat. Ideo mulieres quæ non concipiunt ex humorum in matrice abundantia,eam accipiunt quia euacuat & conſumit.

De anacardino.

Anacardus eſt fructus calidus & ſiccus. Vnde Auicen. anacardus urit humores & ulcerat, neruos adiuuat, unde confert eorum frigiditati, unde aliquod oleum ualens ad hoc accipitur in puluere caſtorei, & ſucco anacardi ſi inueniatur,quia raro inuenitur ſuccus,quin ſit deſiccatus,& fricentur nerui,uidelicet,anacardus ut dicunt quidam eſt pediculus elephantis,quod falſum eſt, immo eſt fructus arboris calidus & ſiccus in iii.& in iiii. gra. in hoc electario, et in præcedenti eſt baſis aloe.

De pilulis cochiis

Pilulæ cochiæ ſunt optimæ, purgant phlegma a ſtomacho,& a capite,& ideo contra paſsiones capitis ualent,cõtra hemicraneam,uertiginem,& epilepſiam, & breuiter contra abundantiam phlegmatis in capite, & ualent cõtra elephantiam,doſis earum eſt uſq; ad.3.iii. habent enim in ſe tria,diagridium,colocynthidem, & aloe, conficiuntur cum ſucco ſolatri,quia ſua frigiditate reprimit acuitatem, medicinarum,aut cum aqua infuſionis tragacãthi,quia prohibet excoriationem inteſtinorum contra diagridium, & aloe,quia aloe nocet ſtomacho,& hepati ponuntur in illis pilulis confortantia ſtomachum & hepar,& patet.

De pilulis rogerii

Pilulæ Rogerii ſunt multum bonæ ad purgationem ſtomachi,& capitis de phlegmate,unde multũ uiſum acuũt, conſumendo materiã uenientem ad oculos,unde ſi aliquis conquereretur de capite,& uiſus debilitate propter phlegma,euacuarem illud cum pilulis cochiis,& pilulis Rogerii,poſtea purgatione facta darem pilulas rogerii de quarto in quartũ diẽ ſine obſeruatione diętæ ad reſidui conſumptionem,fortificato patiente poſt euacuationem, ut poſt quindecim dies non dẽtur pilulæ. In pilulis.n.rogerii ſunt digerentia & conſumentia phlegma, & ſi ex eis medicinis quæ cadunt in eis fiat puluis,ſine laxatiuis, bona eſt ad uiſum clarificandum.

An artificiale ſit acuere electaria.

HAbito de euacuatione, & quia electaria ſolent acui ad laxandum.Ideo ſolet quæri utrum electaria acuere ſit artificiale,& uidetur quod ſic. Primo quia hic eſt uſus communis, cum ſcamonea.n.acuitur diacitonitẽ & oxy.Item medicus eſt naturæ miniſter,ergo mali tiam quam medicina infert naturæ debet auferre meliori modo quo poteſt.Sed malitia medicinæ, & eius horribilitas meliori modo quo poteſt aufertur,ergo &c.Item Aui. cap.de ſyrupo acetoſo dicit, quod abominatio medicinarum eſt cauſa, quare ponitur plus in eis de zucchara aut minus.Illud enim quod medicinæ abominationem tollit, artificiale eſt iungere cum medicina, ſed electarium eius abominationem auſert,ergo &c.Contra, medicina debet remanere in ſtomacho, ut attrahat humorem ad ſtomachũ ibi quieta manens,ſed electarium propter ſui dulcedinẽ,& caliditatem,

calidit atem, etiam ab aliis membris attrahit, & sic operationem medicinæ impedit, nullum tale est artificiale cum medicina adiungere, ergo &c. Item Gal. in fine acutorum dicit, quòd duæ contrariæ medicinæ non debent simul admiscerí. Sed electarium est contrarium medicinæ ipsum acuenti, quia electarium est aptum natum trahi a membris, & est eis multum amicabile. Et medicina cum sit odiosa membris, magis nata est ab eis expelli quam trahi, ergo ex complexione horũ duorũ fiet nocumentũ, & impedimẽtũ.

Item medicina laxãs & alterans sunt contrariæ, ergo non debẽt simul commisceri, sed electarium alterat & medicina laxat ergo &c.

solutio qõnis. Solutio, dicunt quidam quòd non est artificiale acuere electarium, quia medicina attraheretur per accidens, licet cum electario, sicut ad interfectionem uermium uidemus, quòd primo datur res dulcis, ut serum, & propter sui dulcedinem attrahitur illud, & postea succus amarus latitãs sub illo dulci, & per hoc uermes interficiuntur. Similiter ẽt hic, quòd medicina uenenosa cum electario mista attrahitur cum electario, quæ membro nocumentum inducit. Sed ego dico, quòd aliqua est artificiale acui, & aliqua nõ acuere, illa electaria quę stomachum respiciunt est artificiale, ut plirim & similia, non est artificiale, quia tunc cum eis attraheretur medicina ad membrum, cum. n. acuitur electarium respiciens stomachum, ut diacitoniten auidum a stomacho recipitur, & retinet, ita quòd operationem suam remanendo in stomacho potest medicina facere, nec ab aliis membris rapitur, siue attrahitur, quia electarium per medicinæ acuitatem corrumpitur, modicum enim fermenti corrumpitur magnam quantitatẽ pastæ. Iste modus exhibendi inuentus fuit propter medicinæ horribilitatem, & propter delicatos non potentes accipere per se, quia illam abhorrent ualde, & sic patet solutio ad primum, quòd medicina non attrahitur a membris cum electario, quia medicina electarium corrumpit, sicut fermentum pastã, & ideo citius expellerent illud membra quàm ipsum attraherent. Ad aliud dicendum, quòd duæ medicinæ contrariæ, quarũ una corrumpit aliam non debent commisceri, sicut aqua hordei, & fecaniabin, sed sic non est hic, unum facit ad euacuationem, & aliud ad remouendum medicinæ abominationẽ & malitiam, & propter hoc patet solutio ad omnia.

Per quod acuuntur medicinæ.

Consequenter quæritur per quid acuũtur melius medicinæ, aut cum scamonea non cocta, aut cum cocta & uidetur quòd cum non cocta quia medicinæ acuuntur cum scamonea ut laxent, sed coctio uirtutem laxandi ab ea tollit, quia coctio est fortior quam contritio per quam su am uim amittit secundũ Aui. maxime cũ ignis sit fortissimum agens &. 4. meteororum, oĩa sunt materia igni, ergo nõ debent acui cũ scamonea cocta sed cũ cruda.

Item quod confortat malitiam medicinæ non cõpetit. Sed coctio cõfortat malitiam scamoneæ cum coctio det ei acuitatem, ut patet per simile, quia coctio acuit lapidem, & calcem, & mel ergo similiter scamoneam. Oppositum facit usus communis.

solutio qõnis. Solutio dicendum quòd medicina aliqñ acuitur in principio ueris, ut per totũ annum possit conseruari, & dari qñ uolumus, & tunc cum scamonea non cocta debet acui, ne sua uirtus debilitetur, neq; timetur de eius malitia, quia p diuturnitatem temporis satis auferetur. Aliquando aũt acuimus medicinam, quæ nõ debet diu seruari, sed quæ post quatuor dies, aut post tres debet exhiberi, tunc cum scamonea cocta debet acui, ut sua malitia per partium subtilium ignearum ablationẽ reprimatur, & ideo etiã coquitur cũ aliquo repressiuo malitiæ suæ, ut cum coctanis, uel cum aliquo tali, ut dictum fuit prius in sententia.

Ad primum contra, dico quòd coctio pauca & moderata non corrumpit proprietatem suæ substantiæ. s. scamoneę sed immoderata corrumperet, neq; coquitur ita quòd immediate ab igne calefiat, quia coquitur in foliis caulis, aut in pasta, aut in coctano in furno, leui igne, uel calefacto.

Ad aliud dicendum, qꝙ actio calidi secundum Aui. dupliciter acuit atem inducit, uno modo propter partium terre strium ignitionem, sicut in lapide & calce, secundo modo propter consumptionem partium aquosarum & humidarum existentium in re, & sic in melle acuitatem inducit cõ sumendo partes quæ sunt in eo, quia in eo est multum humiditatis, quod consumitur in eius decoctione. Sed scamonea non habet partes terrestres tales, aut aquositatem quæ debeãt consumi, sed quasdã subtiles igneas acutas, quæ euaporant, & consumuntur in decoctione, ideo non acuit eam, sed eius malitiam aufert.

Consequenter quæritur utrum medicina secessiua debeat acui, cum lapide lazuli, & uidetur quòd non, quia nihil secessum impediens, & ad oppositum medicinam trahens debet acuere medicinam secessiuam. Lapis lazuli est huiusmodi cum sit uomitiuus, ergo &c.

Item nihil impediens operationem medicinæ secessiuæ debet eam acuere, sed lapis lazuli impedit operationẽ medicinæ secessiuæ, quia comprimendo facit medicinam citius descendere quam deberet a stomacho & intestinis, in quibus manere debet, ut attrahat humores, ergo &cæt. Oppositum facit communis usus.

Consequenter quæritur quare medicina acuat, & quare non datur acumen per se & medicina per se. Si dicatur, ad hoc acuitur, ut illa medicina in pauca quantitate posit attrahere acuata sicut non acuata in magna, ergo tunc debet dari acumen, quia in pauca quantitate laxaret magis quam medicina in magna.

Solutio ad primã quæstionem, ego dico quòd medicinæ quæ dantur ad euacuationem melancholiæ, siue dentur in liquida substantia, siue in puluerizata bene acuuntur cũ lapi de lazuli bene loto in aqua, ut per illam ablutionem sordities per quam erat uomitiua auferatur, unde debet ablui in aqua, & postea remoueri illa aqua & imponi alia, & sic deiceps quousq; clara, & sine sapore exeat, & debet sic acui, primo debet exhiberi medicina in mane in liquida substantia, & in fero in puluerizata, cum patiẽs ierit tribus aut quatuor uicibus ad sellam, debet postea administrari lapis lazuli distemperatus in syrupo uiol. uel aliquo alio. Et tunc iuuat medicinam in attrahendo, & ipsam festinat, ne ei noceat, & tunc nõ nocet in illa operatione, quia nõ facit medicinam citius descendere quam fecerit suam operationẽ, quia non datur simul cum ea sed prius, nec uomitum inducit cum sit ablutus, & sic patet solutio ad obiecta.

Ad secundam quæstionem dico, quòd nõ debet dari medicina per se, nec acumen per se, sed unum cum alio, causa est, quia in medicina laxatiua duobus indigemus, primo ut in stomacho remaneat sufficienter ad hoc, ut ad actum posit reduci, & in intestinis suam operationem facere, ibi remanens, secundo ut sufficienter possit trahere, unum deficit in acumine. s. remanentia sua, quia ita est odiosum stomacho, ut non possit remanere, ut suam operationem faceret, immo ante tempus expellitur a stomacho. Secundum deficit in medicina non acuata, quia debilis est uirtutis in attrahendo, ut ergo possit remanere, & attrahere fortiter, utrunq; ponitur, & nõ unum per se, nec aliud per se.

Diascene dicitur, eo quòd est ibi plus de scena quam de aliis speciebus ualet proprie melancholicis, maniacis, cardiacis, tristibus, tota confectio est lib. i. &c.

Electarium de succo ro. ab eodem succo dictum expertum contra guttam arteticam ca. choleram rubeam purgat, & conualescentibus ab infirmitatibus. s. tertianis, quotidianis, purgat sine molestia reliquias malorum humorũ, educit potenter quæ remanserunt &c.

Electarium dulce. ℞. ros. cinna. zingi. melan. ana. ʒ. vi. zuc. ʒ. v. sand. alb. & ru. ana. ʒ. iii. hermod. esulæ, ana. ʒ. i. diagridii, turbit, an. ʒ. i. &. i. zucchari, mel quantum sufficit.

Pilulæ de mastice & aloe. ℞. aloe. ʒ. s. masticis. ʒ. ii. caryophyl. ros. ana ʒ. i. turbith, diagridii, ana. ℈. i. confice cum succo fœnicu. dosis est. ʒ. ii. potenter uisum clarificant.

Pilulæ de quinq; generibus myrobala. ℞. omniũ myrobala. agarici, diagridii &c.

Quæ uenæ sint aperiendæ in phlebotomia.

Uerius inquisitinus septem conditiones circa phlebotomiam. Adhuc duo uideamus quantum spectat ad istam lectionem. Quorum primum est, quæ uenæ debeant aperiri in corpore humano in phlebotomia. Secundum est de inspectione sanguinis post phlebotomiam, quomodo cognoscimus utrum sit bonus, uel malus.

Et circa primum sic procedo, in phlebotomia aliquãdo aperiuntur uenæ aliquando arteriæ. In apertione aũt arteriæ est timor, & huius causa potissima est nimius fluxus sanguinis, qui duplici de causa habet fieri in phlebotomia, una cum est caliditas sanguinis arterialis, calidum. n. est facile mobile, arteriam dilatans & aperiens, ideo iuuat multũ ad euacuationem sanguinis in phlebotomia arteriæ. Secunda causa est arteriæ nobilitas, ideo in ea tardius curatur, quia uulnera non curantur nisi quiescant, & quia mouetur continuo solidari non potest. Prodest tamen tripliciter, uno modo cũ est in corpore sanguinis subtilis abundãtia, & qñq; uapo rosi, & qñq; calidissimi. Sanguis. n. subtilis, ex quo spiritus, & calor naturalis fiunt, in arteria habitat. Item uapo rosus sanguis in ea arteria habitat, & sanguis sanguineus in uenis secundum Aui. Item calidissimus, quia a corde effici tur & digerirur, quod est calidissimum membrum.

Quę uenæ sunt phlebotomandæ.

Item uenarum apertio est in multis membris, aliquando in brachio siue in magna manu, aliquando in parua, aliquãdo in pede, aliquando in naso, aliqñ in fronte, aliqñ in labiis, aliqñ in lingua, siue in palato, aliquando in angulis oculorum uersus frontem. Item in manu maiori, quæ est ab ascellis usq; ad cubitum sunt quinq; uenæ aperiendæ secundum Rasin. uii. Alman. & secundum Aui. in. i. Una uocatur cephalica, quæ est capitis. Secunda basilica, quæ est hepatis. Alia mediana, siue cardiaca, siue nigra secundum quòd uocat ab Aui. siue matrix. Quarta, ascellaris. Et quinta, funis brachii. In manu minori uocatur sceilem siue subascella, siue saluatella. Et in brachio, secundum quod continet manum maiorem, & minorem sunt sex uenæ aperiẽdæ, & una quæ est in manu minori aperienda, quæ est inter medium & auricularem.

In pede sunt. iii. ischiatica, saphena, & uena ischiatica poplitis.

Cephalica a collo & a partibus quę sunt supra collũ euacuat, & ideo in passionibus capitis ualet, ut in hemicranea, mania, & aliis calidis passionibus, siue ex materia calida, unde ipsa incipit siue oritur ab humero tendens uersus partem sinistram brachii.

Basilica immediate euacuat a partibus sub collo, ut pectore, hepate siue passionibus pectoris & hepatis ualet un de in pleuresi ualet.

Mediana est inter duas, quarum una est in superiori parte brachii, & alia in inferiori, inter duo extrema, ista mediat. Basilica incipit ab ascellari, & tendit ad partem domestică brachii ad curuationem. Mediana est ramus utriusq;, igitur mediana siue nigra est media inter istas duas tripliciter, in situ ut usum est, in compositione, quia ex eis componitur, sicut medium ex extremis, & utriusq; est ramus, quia ex duobus ramis, quorum unus ab una procedit, & alius ab alia componitur, & est media in euacuatione. quia undiq; euacuat, & ab inferioribus partibus a collo, & a sub collo, & supra collum, unde est utilis toti corpori in euacuando, non uniuersalis, sicut quidam dicunt, quia a corde oritur, sed quia ramus basilicæ, & cephalicæ est, & quia cum uolumus phlebotomare de basilica, & non apparet bene, debemus magis medianam quàm cephalicam accipere, quia magis conuenit cum utraq; quàm una cum alia, cum sit ramus istorum & illa extrema.

Sceilem siue saluatella est uena quæ est inter medium, & auricularem tendens plus uersus digitum medium, & illa aperiatur in dextra parte, siue in manu dextra in oppilatione hepatis, & in sinistra manu in oppilatione splenis, & quare hoc fit nescit ratione sm Aui. sed experientia, hãc enim inuenit G. p somnũ, sicut dicit quòd habebat in cura quandam patientem oppilationem splenis & hepatis, & somniauit se hanc patientem phlebotomare de illa uena, & sic fecit, & curata est. De illa fit phlebotomia ponendo manum in aqua calida quia subtilis, ideo ut incrassetur & dilatetur, ne uulnus claudatur citius debito, & ut sanguinis crassus subtilietur in aqua calida ponitur, quia remota est a corde &c.

Ascellaris est illa, q̃ posita est sub basilica, & illa apparet i ligatura brachii, & de illa est illud iudiciũ, qđ de basilica.

Funis brachii est illa, quæ est supra cephalicam supra os uicinum siue alterius brachii uersus partem syluestrem, & est idem iudicium de illa, & de cephalica, licet ergo secundum Gal. & Aui. in apertione uenæ, sit euacuatio uniuersalis a toto corpore, non tamen ab oĩbus uenis æqualiter, ut usum est, licet ergo a toto corpore euacuent, nõ tamẽ eis est timor æqualis, immo secundum Ras. vii. Alman. cephalica est securior, basilica est magis timẽda, & cardiaca adhuc plus est timenda, licet minus quã basilica secundũ aliquos. Cephalica. n. est securior, quia nec iuxta eã est neruus, nec sub ea est arteria, sed sub cardiaca est neruus, & aliquando supra eam neruus subtilis, ideo timendum est ne incidatur neruus. Basilica est periculosa ualde, quia sub ea est arteria & iuxta eam est neruus, & musculus, ideo cauenda est ualde, supra uenam ponitur arteria in interioribus corporis, quia est locus nobilior in exterioribus sunt uenæ, ut melius prohibeatur a nocumentis, secundum Aui. in. i. Sceilẽ siue saluatella non est periculosa, sed tamẽ subtilis est, ideo ut appareat magis, & melius ponitur in aqua calida.

In pede sunt prædictæ tres uenæ, & hæ aperiuntur cum uolumus trahere sanguinem, & ad partem inferiorem, & ad prouocationem menstruorum. Et illa quæ est in pollice, uel poplite secũdũ Aui. magis ualet quã saphena aut ischiatica, quia propinquior est matrici, ideo melius potest ab ea trahere. Saphena similiter a uirga & testiculis & matrice medicinam id est sanguinem trahit, & ischiatica ab anchia, & renibus, & a membris, quæ sunt situata uersus partem syluestrem melius trahit. Saphena a matrice a membris posita uersus partem domesticam, licet enim sint rami uenæ unius secundum Gal. vi. aphoris. experimento sic probatur esse licet causa ignoretur.

In medio frontis est una uena aperienda in antiquatis passionibus faciei, ut morphea, & impetigine, & scabie, & passionibus oculorum prius tamen debet fieri minutio de cephalica uena.

In naso similiter, sed in apertione utriusq; debet collum ligari, & postea aperiri una aut alia, post. n. ligationem colli melius manifestantur.

In labiis sunt uenæ, quæ aperiuntur propter apostema existens in ore, aut gingiuis, cephalica tamẽ prius minuta.

In palato sunt quatuor uenæ, quæ si aperiantur ualent fluxui rheumatis ad dentes in eis facientes dolorem. Vnde quandam mulierem curaui per hoc, quod habebat dolorẽ in dentibus ex fluxu rheumatis ad illum locũ, primo tamẽ posui repercussiua, & restrictiua fluxus, & nihil profuit, deinde mitigatiua, & nihil profuit, deinde maturatiua, & nihil profuit, postea feci eam minui de cephalica, & postea ego feci aperire illas quatuor uenas & curata fuit, unde hoc est bonũ quando materia fluxa est digesta, quia nisi esset digesta forte non curaret, & istæ uenæ sunt manifestæ.

Item uenæ quæ sunt in angulis oculorum uersus frontẽ, illę apiunt in passionibus oculorũ, cephalica prius minuta.

Illę uenæ, quæ sunt in lingua, id est quæ sunt sub lingua aperiuntur in synanche, prius tamen cephalica minuta.

Venæ quæ sunt in temporibus incidũtur in hemicranea, & propter magnum capitis dolorem, & pro ægritudine capitis diuturna, & illæ sunt quas Hipp. & Auic. uocãt iuuenales, quarum absscisio reddit hominẽ impotentẽ generare.

Item in collo sunt duæ uenæ, quæ uocantur gindem quę minuendæ sunt in principio lepræ, tamen anhelitus angustatur maxime, unde etiam in synanche impediente anheli tum ualet hoc.

De inspectione sanguinis post phlebotomiam.

Consequẽter uideamus de sanguinis inspectione post eius extractionem, primo eius substantiam consideremus, utrũ sit crassus uel subtilis. Si sit crassus aut spissus, ipse significat abundantiam crassæ materiæ, aut siccitatem, propter caliditatem consumentem humiditatem. Si sit subtilis, ipse significat indigestionem, & abundantiam humorum crudorum indigestorum, si calidus, calidorum, si frigidus, frigidorum. Si sit unctuosus, significat aut leprã futurã, aut nimiã pinguedinem. Lepram quia unctuo-

ctuositas fit in sanguine ex calore forti ipsum in unctuosita
tem conuertendo, quæ adurit sanguinem, & lepram facit.

Item per saporem, si sit dulcis, signum est quòd bonus est quia signum est completæ digestionis, si amarus, abundantiam cholerę, si acris significat abundantiam melancholiæ, si insipidus, abundantiam phlegmatis.

Item per odorem, si sit fœtidus, significat humores fœti dos & corruptos, si aquosus, significat indigestionem, unde est in eo aquositas aliquando multa, quæ est in eo, ut transeat per uenas, hepatis angustas, & illa debet habere colorem urinæ quæ est superfluitas digestiuæ secundæ.

Item aliquando est in eo spuma, & ista spuma significat, si non causatur ex ea sanguinis ebullitionem, aut uentositatem, ideo si non sit in eo spuma, bonum est.

Item per colorem debemus inspicere, si sit albus, dominium plegmatis adusti est in eo, aut non adusti, utrum adusti potest cognosci per uiscositatem? quia tunc est uiscosus, & facit uiscositatem in eo adurès calor, sed aquosus phlegma naturale. Color bonus in eo est rubeus, tendens ad quã dam obscuritatem, quia purpureus color intensæ rubedinis, & clarus significat chole. secundum Ga. in primo de crisi. obscurus, sanguinem crassiorem.

Item aliquando est uiridis, & significat completam adustionem, aliquando liuidus, & tunc significat melancholiæ abundantiam, aut spiritum mortificationem. Item aliquando cito exit, & signum est, quòd est subtilis, aliquãdo tarde & signum est quòd est crassus, cum mediocriter, mediocris, aliquando cito coagulatur, & est signum tunc quòd est crassus, aliquãdo tarde, & est signum quòd est subtilis. Item bonus sanguis debet esse diuersi coloris in suis partibus, in superiori parte rubei coloris, & uersus extrema, quia ille est leuis, ideo ad locũ superiorẽ, mouetur, in medio rubeus nõ clarus, in fundo niger, ppter melancholiam, quia sanguis crassus melancholicus, in fundo residet.

Item per figuram potest cognosci, unde accipias baculũ in extremo rotundum, si non resistit, sed statim scindatur, signum est siccitatis, si resistat multum, est uiscosus, si medio criter mediocris.

De tribus electariis laxatiuis.

HAbito de quibusdam medicinis, nunc dicamus quantum ad præsentem lectionem de tribus electariis laxatiuis, & de duabus medicinis. Trium aũt electariorum. Primum est diascene. Secundum est electarium de succo ros. Tertium est electarium dulce. Duarum medicinarum. Prima est de pilulæ de mastice. Secunda est pilulæ de quinq; generibus myrobalanorum.

De diasce ne. quid scene.

Diascene est electarium laxatiuum propter scene, quod est in eo basis. Et est scene herba calidissima, sine calida & sicca, cuius foliis utimur, purgat cholerã rub. & chol. nig. & phlegma. Item confert scabiei, lepræ, quartanæ, & contra uitium splenis, & epilepsiæ, & syncopi, & cõtra hæmorrhoidas, & purgat melancholiam, & ideo purgat quemlibet humorem præter sanguinẽ. Si uolumus purgare phlegma plus quam choleram, uel melancholiam, debet dari cũ carthamo, aut cum semine urticæ, si plus choleram, debet dari cum sero caprino, si plus melancholiam, cũ decoctione epithymi, hæc sunt uerba Halyabbatis. ii. practicæ de regali dispositione, dici quòd dosis eius est bene a .3. iii. usq; ad. vii. diascene euacuat melancholiam adustam, & non adustam, ideo confert melancholicis & maniacis, quia melancholia quæ est morbus fit ex melancholia non adusta, & cardiacis cum cardiaca debeat fieri ex fumis melancholicis ad cor, eleuatis ex humore multo spiritus uitales inficiẽtibus siue conturbantibus. Item tristibus, cum tristitia fit ex abundantia humoris melancholici spiritus obumbrantis & obscurantis, gaudium enim fit in luce, sed in tenebris anima tristatur, in isto est plus de scene quã de aliquo alio ideo est basis. In eo est sericum combustum, sericum cõfortat cor, & materiam superfluam consumit, combustũ plus consumit quam confortet, quia tamen non potest conteri nisi prius comburatur, ideo semper cum ponitur in medicinis, siue hoc fit ad confortandum, siue ad consumendum semper comburitur, licet sua uirtus semper minuatur in confortando. Ibi sunt lapis lazuli, & armenici qui melancholiam euacuant, sunt tamen stomacho inimica, quia uim habẽt nauseatiuam, abluitur sic. ponitur in aqua, & illa cum sit immunda amouetur, deinde ponitur in alia aqua, & illa cum sit immunda amouetur, & ponit in alia quousq; aqua clara exeat, & sine sapore per quod significatur eius sordities esse remota, ablui ergo debet lapis lazuli, & lapis armenicus post suam poluerizationem, ozymum. i. semen basiliconis & crocus &c. ponuntur hic ad cõfortationem cordis, capitis, & spirituum, & cętera patent.

De serico

Et electarium de succo ros. fuit inuentum propter delicatos medicinam non potentes accipere per se, confert podagræ, ischiaticæ, ex causa calida quotidianis: tertianis, quãdo est tertiana non uera, quia choleram euacuat reliquias morbi euacuando, ibi sunt ex. s. succus ros. qui sua proprietate confortat stomachũ secundum Sera. in. vii. & excoriationem intestinorum sua stipticitate reprimit, ideo reprimit malitiam scamoneæ. Præterea ibi sunt sandali propter hepar, & camphora propter cor, quia non sunt nisi tria nocumenta quæ facit scamo. s. stomacho intestinis hepati & cordi, ideo inter omnia electaria, hoc est ualde artificiale.

Electarium satis forte est quia in lib. i. ipsius sunt .3. iii. scamoneæ, & illud est multum, ideo non datur nisi usq; ad 3. iii. medici istud portant secum, & quando medicina parum ducit, patienti dantur. 3. ii. uel circa, ut plus ducat, sed in eo est periculum dare sic post medicinam, quia unus per huius medicinæ receptionem fuit ductus. l. uicibus. Istud electarium est bonum & securum, unde unus medicus magnus fuit, qui semper isto utebatur, & nunquam dum posset dabat aliam medicinam, non tamen detur post fortem medicinam ut dictum est, licet non ducat tantum quantum cõpetit, quia p hoc medicina uigorata ultra modũ duceret & ideo eẽt piculũ, uñ melius eẽt expectare, q̃ ita cito dare.

Electarium dulce est eiusdem generis, euacuat phlegma & choleram, & ideo contra tales morbos in quibus est uterq; humor uadet, unde uadet arteticis, quia arterica secundum Aui. fit ex cholera ductrice, & phlegmate morbum generante & inducẽte, esula & scamonea sunt in eo basis, ibi sunt confortantia, rosæ & sandali, & similia, & euacuantia tria, ut hermodactili, esula, & scamonea. Differt ab electario de succo ros. quia electarium de succo ros. choleram purã euacuat, ideo in tertianis puris, & ueris competit, & aliud purgat choleram & phlegma, ideo in tertianis nothis competit, & quotidianis, sed quia electarium de succo ros. tantum choleram proprie purgat ideo confert tertianis ueris proprie, & etiam arteticis de materia cholerica, unde dicit Nicolaus quod competit contra guttam, choleram, & cholerã rub. & purgat & conualescentes ab infirmitatibus tertianariis & quotidianariis, purgat sine molestia.

Pilulæ de mastice, & aloe purgãt secure, & ualde stomachum, cum est phlegma in eo contentum, acuunt uisum cũ debilitatus est ex fumis eleuatis a phlegmate contento in stomacho, aloe in eis est basis, mastix ponitur ad repressionem malitiæ aloes, qui confortat stomachum. dosis earum est .3. ii. sine acumine aliquo, & optime purgant, caryophylli, ad stomachi confortationem, rosæ ad intestinorum confortationem, crocus ad confortandum cor, & ita reprimitur malitia scamoneæ, dantur secure ad euacuandum phlegma a stomacho, sine obseruatione diætæ.

Pilulæ de quinq; generibus myrob. i. de quinq; myrob. optimæ sunt ad pugandum cho. & phlegma & melancholiam a stomacho, & membris uicinis, & dosis est .3. s. uel .3. vi. quia non sunt uiolentæ myrobal. in colatura bene dantur usq; ad .3. xx. in substantia sua, usq; ad .3. x. unde bene do de istis usq; ad .3. xv. unde accipio emblicorum, bellirico-
rum, an. ʒ. s. uniuscuiusq;, & ita. viii. 3. de illis, deinde alia prima puluerizata usq; ad. vi. 3. & pono in decoctione primorum myro. & deinde aliam decoctionẽ quam habeo ualentem ad hoc commiscendo cum illa decoctione, & totũ simul do. Et tu dices quòd myrob. amittunt uim suam in decoctione, dico quòd non, moderata existente, licet non sint ita fortes, Rasis dicit in suis experimentis, quòd non debent dari in sua substantia, quia sua asperitate & siccitate pectori nocent, & sua stipticitate, post laxatiua uehementer constringunt, unde patientes post exhibitionem de his conqueruntur, & propter hoc cum his ponitur zuccharum reprimens eorum asperitatem nocentem pectori, & casiafi stula, & tamarindi, ne constringatur ita fortiter, unus est modus exhibendi quem ponit Rasis, accipiantur myrob. centum, & ponantur in aqua frigida, ita quòd sit aqua eminens bene per. iii. digitos aut. iiii. deinde dimittantur bene per. vii. dies in aqua illa, deinde auferatur aqua illa & ponatur ad solem deficcari, & deinde aqua ponatur & dimittatur per. iiii. dies uel per. v. quod est melius, deinde iterũ ad solem ponatur, & sic fiat donec albescãt illi myro. & exeat aqua sine sapore & clara. Deinde ista aqua quæ prius est extracta detur patienti, euacuat enim sine periculo, & sine malitia saporis, respectu aliorum scilicet decoctione, uel in substantia.

De phlebotomia respectu pharmaci.

VIso de phlebotomia in se & absolute, nunc uidendũ est de ea respectu pharmaci. Et circa hoc quæritur, dato quòd utrunq; competat, quod istorũ est prius faciendum, uel pharmacia, uel phlebotomia. Et uidetur quòd phlebotomia, quia sicut cognitio generalis præcedit specialẽ, ita euacuatio generalis, uel uniuersalis præcedit specialem secundũ Gal. in multis locis, phlebotomia est euacuatio uniuersalis respectu omnium humorum, & specialiter sanguinis, pharmacia specialis respectu unius, ergo &c. Itẽ secundũ Ras. & Aui. prius debet fieri euacuatio uniuersalis quã particularis, primo. n. docent phlebotomare de cephalica, quæ uniuersaliter euacuat antequã fiat euacuatio de uena frõtis, aut de uenis, quæ sunt sub lingua, ergo &c. Item dicit Gal. in. vii. megatechni, quòd si inueniatur medicina, quæ scilicet curet morbum, & symptoma ta simul ipsa est melior quam. si alterum tantum, ergo simili ter euacuatio est melior, quæ duo facit, quam unũ tm, si utroq; indigeamus, sed phlebotomia est huiusmodi, quia humores omnes euacuat, & non pharmacia. Sed euacuatio melior, & fecurior est facienda prius secundũ authores, ergo &c. Et tu dices ad hoc forte, quòd si humores sunt subtiles, prius est facienda phlebotomia quam pharmacia, si sint indigesti, & uiscosi, prius faciẽda est pharmacia, quia si phlebotomia daretur cõtra humores frigidos uiscosos sanguis frigidus, humidus, & uiscosus remaneret paucus, quia euacuaretur in phlebotomia calor naturalis & spiritus.

Cõtra dicit Gal. xi. megatechni, quòd si sit sanguinis multitudo, & uiscositas, & oppilatio, & pharmacia indigeat, prius tamen est succurrendum cum phlebotomia, ergo & in uiscositate & oppilatione corporis phlebotomia est facienda. Sed cõtra securiora prius sunt faciẽda, sed pharmacia est securior, cum minus debiliter uirtutem, quæ maxime debet seruari a medico & respici, ergo &c. minor patet per Gal. xi. megatechni. minutio sanguinis cæteris euacuationibus defectionem uirtutis magis inducit.

Solutio. Auic. sic soluit illãm quæstionem lib. i. quia si indigeat patiens phlebotomia & pharmacia, aut æqualiter, aut inæqualiter, si inæqualiter, tunc succurrendum est magis ei quo magis indiget. Si æqualiter, tunc distinguo, aut tu uis dare fortem medicinam, aut debilem. Si fortem, ut est helleborus, & est repletus patiens, cũ indigeat pharmacia, facienda est prius phlebotomia, ne ex nimia humorum commotione uenæ rumpantur, hoc dicit Auic. Si debilem medicinam oportet dare, aut sanguis est mistus cum aliis humoribus, aut separatus per se. si mistus, tunc debet prius phlebotomari cum euacuat omnes humores, cum quibus est sanguis mistus. Si est separatus, aut humores sunt subtiles, aut uiscosi, aut indigesti. Si diuisus & humores sunt subtiles, debet prius fieri phlebotomia quam pharmacia, ut natura fortificetur exonerata cum indigeat euacuatione sanguinis per hypothesim, nec indiget multitudine sanguinis tanta ad digestionem humorum subtilium, quantum si essent uiscosi, & est facienda, quia est securior quam pharmacia secundum authores, per hoc natura fortificata melius resistit uenenosæ materiæ. Si humores sint crassi, uiscosi, in digesti, medicina debet præcedere, quia phlebotomia euacuaret subtile, & residuum incrassaret. Breuiter ergo cum est æqualis indigentia phlebotomiæ, & pharmaciæ, & est abundantia humorum & sanguinis, prius phlebotomia est facienda excepto uno casu tantum, scilicet cum sanguis est uiscosus & humidus. Ad Gal. dicendum, aut ipse in tellexit de inæquali abundantia scilicet quãdo sanguis multo plus abundat, quod patet per eius intentionem ibi, quia de synocha ibi determinat, ubi est maior abundantia sanguinis quàm aliorum humorum, & ideo tunc prius facienda est phlebotomia quam pharmacia propter humores putridos corruptos abundantes ibi.

Consequenter quæritur, utrum in febribus interpolatis competit pharmacia, & uidetur quòd nõ, quia omne pharmacum est calidum primo apho. Sed calidum adueniens calido facit ipsum furere, ergo cum in eis sit calor non debet medicina exhiberi. Item aut datur ante digestionem, aut post, non ante secundum illum apho. Digesta medicari & cætera, nec post secundum Gal. i. interiorum. Natura non indiget medicinæ auxilio, nisi cum morbo magnificato nequierit dominari, sed post digestionem natura dominatur quia secundum Gal. digestio non est nisi cum natura morbum uincat, ergo &c. Solutio. dico quòd datur in febribus interpolatis post digestionem materiæ, non ante digestionem materiæ. Ad primum dicendum quòd medicina calefacit per se, & infrigidat per accidens euacuando malitiam causantem calorem siue febrem, quando aliquid nocet parum, & iuuat multum, illud non est dimittendum propter illud nocumentum, parum autem calefacit, & infrigidat multum.

Ad argumentum secundum, dico quòd cum natura in digerendo dominatur, non debet adiuuari ad digerendũ post digestionem, tamen non dominatur aliquando in expellendo, quia expulsio est motus localis, & digestio alteratio, & motus localis est fortior quam alteratio. Et tu argues contra, quod digestio quæ est alteratio est fortior, quam expulsio, quia expulsio fit in breui tempore, digestio in longo tẽpore, difficilius est digere quam expellere, quia quod fit tardius est difficilius. Dico quòd expulsio fit citius, quia materia est obediens, & disposita, ut expellatur quantum est de se, si uirtus esset sufficiens & fortis, sed quia ille motus est fortis, ideo non sufficiens ad hoc nisi adiuuetur, & digestio est super materiam inobediẽtem, & indispositam, ideo tarde fit & paulatim, contrarias dispositiones abiiciendo, & conuenientes inducendo, ideo indiget adiutorio in expellendo, licet dominetur in digestione, quia uirtus est debilitata per morbum præcedentem, & ex resistentia materiæ morbi in digerendo.

Hieralogodion

Hieralogodion memphitum, hiera id est sacra, logos id est sermo, memphitum id est impedimentum, curat. n. impeditam locutionem ex quacunq; sit causa, hæc omnes id est sacras partes, id est cerebrum, ab omni impedimento liberat, linguam & quęcunq; cum sit impedita sanat, simplex uel laxatiuum datum, melancholiam & phlegma mirabiliter purgat, cum calida detur epilepticis, cum calida sale & mulsa curat stomachicos, & spumates caducos & uertiginosos, qui linguam sibi mordent, cephalagicos, hemicraneos, & qui ita uexantur, ex capitis motionibus, ut uideantur quasi demonium habere, singulis mensibus, ut diximus, data, prodest autem hoc antidotarium sine periculo, neq; ullas molestias accipientibus infert, decima pars cõfecta est lib. i. ℞. colocynthidis, interioris polypo. an. 3. ii. euphor. folii cotandii, an. 3. i. &. s. & grana absinthii, & myrrhæ, an. 3. i. & gra. xii. cẽtaureæ, agari. amomi, cimini, anethis, folij, spicæ, scillæ, diagridii, ana. 3. i. aloes, cimarum thymi, casiæ, chamedryos, bdellii purissimi, ana. 3. ii. & gra. xiiii. cinnamo. opopa. castorei, aristol. rot. piperis albi & lon. & nig. croci, sagapeni, petrosolini, ana. 3. s. helleb. nig. & albi, ana 3. vi. mel quod sufficit, dantur autem de eo. 3. iii. mane uel sero cum calida uel cum mulsa & sale distemperata admodum castaneæ.

De hiera ruffini.

Hiera Ruffini, hiera id est sacra, Ruffini ab authore dicitur, datur proprie scabiosis ex salso phlegmate, elephantiosis, & serpiginosis, curat utranq; morpheam, cum aqua tepida datur. sed si purgationem purgare uolueris, adde, drach. ii. scamo. &c.

De

De phlebotomia per uentoſationem.

SVperius uiſum eſt de uniuerſali euacuatione, quæ fit p phlebotomiam, nunc uideamus de magis particulari, quæ eſt uentoſatio. Iſta uentoſatio aliquando fit cum ſcarificatione, aliquando ſine ſcarificatione. Cum ſcarificatione quinq; de cauſis.

De uẽtoſis

Prima cauſa eſt, quia aliquãdo ponitur uẽtoſa ad reſtringendum ſiue diuertendum, ut ſupra mamillas apponuntur uentoſæ ad diuertendum fluxum humorum ſiue menſtruorum, ſecundum Hipp. v. apho. & hoc dicit Gal. xiii. megatechni, ſi in ſanguinis fluxu de vulua in mamilla apponitur, uentoſa ualet, & debet. ſ. caueri, ut ſcilicet apponatur in oppoſitum ſupra membrum habens colligantiam ad illud, aliter nihil faceret, & per hanc uiam dicit ibidem, quòd in fluxu ſanguinis narium apponere uentoſam ſupra hypochondrium dextrum ualet, & ſi a ſiniſtra ſupra ſiniſtrum, & ſi ab utraque ſupra utrunq;.

Secunda cauſa eſt, ut attrahantur humores ab intra ſiue a profundo corporis ad exteriora, ũde Gal. xiii. megatechni, unde ſcimus quia uentoſa cæteris fortius attractiuis, quæ interius ſunt extra ducit, & apoſtema aufert durum præcedente tamen euacuatione uniuerſali, maxime ſi corpus ſit plenum.

Tertia cauſa eſt ut per uentoſam membrum retineatur, ſiue reducatur ad loca propria, ut cum inteſtina cadunt inferius, appoſitio uentoſæ ſupra uentrem retinet ea, & reducit ad locum proprium.

Quarta cauſa eſt ad diſſoluẽdum uentoſitatem, ut in colica per hoc dolor ceſſat, unde in quadam muliere accidit quòd erat pinguis ualde, propter quod ſæpe habebat colicam. Et quædam mulier alia accipiebat duas ollas ſtrictas in orificio, & ponebat in uno magno uaſe æneo ollas, & uas æneum ponebat ad ignem, demum panno lineo uentrẽ tegebat, & poſtea illas duas ollas calidas ſupra uentrem ponebat, & adhærebat uentri & ſanabatur. In apoſtemata aut in materia intenſa nõ conuenit uentoſa in cholica, niſi materia ſit phlegmatica & uentoſa.

Quinta cauſa eſt, quãdo appoſitio uentoſarum fit ad doloris mitigationem & tunc in colica paſsione fit generaliter hoc modo, ſiue hoc fit ex apoſtemate, ſiue fit ex materia cholerica, ſiue ex phlegmate, ſiue ex uentoſitate &c. Vnde Gal. in xiii. megatechni capitulo. iiii. aliquando curamus dolorem exiſtentem propter fumoſitatem inteſtinorum cũ uentoſa ignea, & ita ualet ad diſſoluendam uentoſitatem, & per conſequens ad curandum, ſi ſit cauſa uentoſitatis, & ad dolorem mitigandum, ſi ſit ex materia alia, licet non curetur perfecte, ut patet per Gal. ibidem. &c.

Aliquando aũt fit uentoſatio cum ſcarificatione, quare autem fit uentoſatio & nõ phlebotomia, triplex eſt cauſa.

Prima cauſa eſt, quia uolumus euacuare a membro uno & non ab alio, & ideo fit uentoſatio, & non phlebotomia, quæ a toto corpore euacuat.

Secunda cauſa eſt, quia uirtus eſt debilis, aut ætas inconueniens, unde Raſis. in. vii. uentoſæ a paruis uenis ſanguinem trahunt, & ideo nõ debilitant ſicut phlebotomia, quæ a magnis uenis calorẽ & multitudinem ſpirituum euacuat cũ ſanguine, uentoſa aũt parũ de calore & ſpiritu euacuat.

Tertia cauſa eſt, quia intendimus euacuare ſanguinem a membris ignobilibus, & non a nobilibus, phlebotomia autem principaliter euacuat a nobilibus, & a magnis uenis, uentoſa autem a membris ignobilibus, & a paruis uenis immiſtis in membris, & ab extra uenas, & hoc habetur ab Halyab. in techni. unde docet uentoſationem fieri prope talum, ut maxime fiat remotio a membris nobilibus. Loca autem in quibus uniuerſaliter ponũtur uentoſæ ſunt iſta in coniunctione colli, & capitis, inter cornua capitis. Et iſta uentoſatio habet locum cephalicæ, confert enim paſsionibus capitis, & membrorum in capite exiſtentium, & dolori dentium, oculorũ, aurium, præcedente tamen totius corporis purgatione, ne ad caput materia trahatur, & impleatur, & ſic morbus augeatur ſecundũ Gal. xiii. megatechni cap. prædicto, ſed cauendum eſt ne aſſueſiat, quia aſſuete memoriam lædunt. Secundus locus eſt ſupra nucham puppis, & habet officium uenæ nigræ, in coniunctione ſpa-

E tulæ cum collo, ualet ad paſsiones faciei, ut impetigine, & in fœtore oris, ſed poſita ſupra ſpondiles habet officium baſilicæ, & mundificat partes pectoris, eſt tamen nocens ori ſtomachi, & infert tremorem cordis, unde in talibus non debet fieri, ualet tamen tremori cordis ex repletione & cum calore, ſecundum Raſim. ii. Almanſo. Ventoſæ ſub mento mundificant faciem, impetigini conferunt, & in mãdibulis patientibus aliquando ponuntur in renibus, & tũc conferunt paſsionibus membrorum inferiorum, aliquãdo in cruribus intra ad prouocationem menſtruorum hæmorrhoidarum, iſta enim uentoſarum appoſitio melior eſt mulieribus quam ſaphenæ apertio, ad prouocationem menſtruorum quia fortius attrahit a propinquiori.

Item differentia eſt inter uentoſationem & phlebotomiam, quia phlebotomia ſanguinem craſſum euacuat, & uentoſatio ſanguinem ſubtilem, per hoc differt attractio per uacuum ab attractione per pharmaciam, quia pharmacia humorem certum, & determinatum euacuat & attrahit, ſed uacuum ſubtiliorem.

F

Quando fieri debeat uentoſatio.

POſtea uideamus quando debeat fieri uentoſatio.

Primo dico, quòd in pinguibus nõ ualet uẽtoſatio, quia ſecundum Ari. in animalibus ſicut in fluminibus accidit, quòd canalia aliquando ſubtilia luto implentur, & tunc non ſunt canalia, quia per ea non poteſt aqua currere, & poſtea luto euacuato iterũ fiunt canalia, ſimiliter eſt in corporibus humanis, quia quædã ſunt uenæ, q̃ aliq̃ñ nõ ſunt canalia, quia carne & pinguedine replenẽ & tũc per eas nõ currit ſanguis, quia ergo in pinguibus ſunt ualde ſtrictæ uenæ, quæ carne aut pinguedine replentur, ideo nõ eſt in eis ſanguis, & ideo uentoſæ non attrahunt in eis niſi cũ magna uiolentia, nec attrahunt niſi ſanguinẽ ſubtiliſſimũ, & craſſus per locum oppilatum tranſire non poteſt.

Item debes cauere ne exhibeas uentoſas in principio menſis quia humores ſunt quieti, & ideo cum difficultate trahentur, nec in fine, quia illa quadra eſt frigida, & ideo non attrahentur faciliter, ſed in hora media, quia tunc ſatis ſunt humores mobiles, nec ſunt nimis frigidi. Item in

G hora diei tertia, quia tunc propter calorem pori aperiuntur, & ſanguis in illa hora magis ad membra mouetur, ideo de facili trahitur ad ea & ab eis.

Item poſt balneum non debet fieri uentoſatio, quia timendum eſſet ne fieret fluxus ſanguinis nimius, niſi in caſu. ſ. ſanguis ſit nimis craſſus, tunc ſanguis ante uentoſationem debet fieri ſubtilis per balneum, ſicut in phlebotomia dictum eſt in regulis de phlebotomia.

Differt attractio ſanguinis per uentoſas ab attractione per ſanguiſugas, quia ſanguiſugæ magis attrahunt a profundo corporis, uentoſæ autem a partibus ſuperficialibus, debent ergo ſanguiſugæ apponi ad locum ubi uolumus attrahere a profundo humores.

Item antequam apponantur, debet locus fricari, ut fiat rubeus, & ſi non uelint adhærere membro, debet locus illiniri cum ſanguine recenti, ut adhæreant, debet ergo locus fricari, aut lauari aqua calida.

De ſanguiſugis

Debẽt eligi tales ſanguiſugæ non quæ ſunt in aqua lutoſa & turbida, & quæ ſunt uirgulatæ, quia iſtæ ſunt uenenoſæ ſanguiſugæ in colore ſimiles lapidi lazuli, ſed debent eli-

H gi, quæ ſint rubeæ tendentes ad colorem hepatis, quæ habeant duas lineas rubeas, aut tendentes ad quandam uiriditatem, quæ habeant parua capita, & ſint longæ, graciles, in aquis claris manentes. Et ſi uelimus eas facere cadere debemus apponere ſal, uel calcẽ, aut puluerẽ, ſiue cinerẽ circa earũ capita, & ſi poſt caſum, quia cutem perforauerunt fluat ſanguis, tunc reſtringendus eſt. ſ. cum puluere tegulæ recentis & gallę, & parum de ſanguine draco. tunc ſpargaẽ ſupra locum ne reſtringatur. Item poſt caſum earum debet apponi uentoſa, quia per ſanguiſugas fugit attractum de ſanguine pluſquã exterius ſit euacuatũ, debet ergo apponi uentoſa, ut ille ſanguis extrahatur. Appoſitio illarũ ſanguiſugarum ualet paſsionibus cutis q̃ñ paſsio eſt profundata in cute. Item in iſtis ſanguiſugis quæ ualent ad attractionẽ ſanguinis ſciendũ eſt, quòd debent eſſe famelicæ, & hoc fit ſic, quia prius debent in aqua per unum diem conſeruari ita, quòd non comedant, uel ſi uelis plus conſeruare illas

A pone in aqua illa parum de ſanguine agni, uel huiuſmodi, ut uiuant aliquantulum temporis, ualent ergo in impetigine ſerpigine, & contra malum vulnus, & antiquum, prius tamen corpore euacuato per phlebotomiam.

HAbito de quibuſdam electariis laxatiuis, & de quibuſdam medicinis adhuc dicamus de duabus medicinis quãtum ſpectat ad præſentem lectionẽ. Quarũ prima eſt hieralogodiõ. Secũda ẽ hiera Ruffini.

De hieralogodion.

Hieralogodion dicitur ab hiera quod eſt ſacra, & logos quod eſt ſermo & impedimentũ, quia ualet ad impedimentum loquelę. Optime. n. purgat phlegma & melancholiam. Helleborus alb. & ni. ſunt ibi baſis, in ea ſunt multum attrahentia, ibi eſt colocynthis, euphorbium, helleborus, ſcamonea, cocognidium, ſemen laureolæ, & eſt ualde laxatiuum, unde laxat bene, ſicut Helleborus, & licet helleborus ſit ibi minus in quãtitate, magis tamen eſt ibi in uirtute, ideo eſt ibi baſis, proprietas eius eſt multiplex, helleborus duplex eſt. ſ. albus & niger. Albus facit uomitum, quia leuior eſt: ſed niger facit ſeceſſum. Helleborus al. eſt calidus & ſic

B cus in ſecundo habet proprietatem deſiccandi, & incidendi, & corrodendi, & ſubtiliãdi. Corrodit carnem mortuã.

Quid helleborus.

De helleboro utroq;, & ſagimine forti, uel ſagimine antiquo fit bonum unguentum ad ſcabiem, leuiter incidit & ſubtiliat phlegma, & melancholiam euacuat, & choleram, ſed magis melancholiam euacuat & cholerã, ſed magis melancholiam. Confert melancholiæ, epilepſiæ, maniæ, & monopagiæ. & habet malitiam quia mutat materiam in uentoſitatem, eam exoluendo mirabiliter, ideo facit dolorem capitis & ſtuporẽ, ideo docet Hip. cum eo ponere daucium, petroſelinũ, aniſum, ameos, ſiler montanũ per quæ ſua malitia aufertur. Accipiatur helleborus uiridis, ſi inueniatur, quia iſtud eſt bonũ, ponantur in aqua calida radices, paruę, quæ adhærent magnæ radici, & craſſæ, quouſq; poſsint ſcoriari, & remoueri ſordities, demum ſiccẽtur & puluerizentur, & cum eo commiſceantur ſemen dauci, & ſemen ſileris montani, aniſi, ameos, carui, &c. ſi ponatur, & infigatur in radice uitis, uinum erit laxatiuum, albus helleborus magis

Helleborus mures interficit.

C eſt, niger tamen eſt magis calidus, mures interficit, ſi ex aliquo intincto in eo guſtẽt, helleborus eſt ibi baſis, & cõfert hæc medicina, & etiã hiera Ruffini paſsioni capitis, aliqui dicũt, quòd debet dari in liquida ſubſtãtia, quod eſt falſum ſed in pilulis, quia iſtæ attrahunt a remotis partibus, tales debent dari in craſſa ſubſtantia, ergo &c.

Hieralogodiõ eſt ſecuriſsima in ſcabie antiqua ex phlegmate & melancholia, datur ſine acumine, & ſi acuatur parum debet acui. Vſus dandi eam talis eſt bonus, & ſecuriſsimus, detur de hieralogodion. ℥. ii. patienti in ſero, deinde dormiat in mane uadat medicus ipſum uiſitare, & ipſum inueniet dormientem, & quaſi ſtupidum, tunc habeat medicus decoctionem ſuam cum myrob. indis, & chebulis factã cum epithymo &c. unde ſunt ibi aliquæ herbæ decoctæ habentes aſpectum ad melancholiam, quædam ad phlegma, illam decoctionem det in mane, tunc illud bene euacuabit. cauſa eſt, quia primam magnam fecit commotionem in humoribus, & iſti humores ſic commoti fortius a myrob. attrahuntur, unde plus euacuant tunc quam euacuaret una fortis medicina.

D De illa dedi ſemel. ℥. ii. cum. ℥. i. pilularum aurearũ &. ℥. i. hierępicræ cuidam, qui ſibi timebat de lepra. xx. ſellas habuit, euacuatione facta a uentre habuit uomitum materiæ uiridis ualde ad modum herbæ uiridis, unde unam pintam & plus, & tendebat illa materia ad quandam nigredinem, lepra eius fuit palliata per tres annos, & poſtea apparuit.

Hieralogodion ſi ponetur cum muſto in teſta oui, & diſtemperetur cũ muſto in aqua decoctionis artemiſiæ ualet ad prouocãdum menſtrua p peſſariũ iniectũ ſi cũ ſanguine leporis hieralogodion diſtẽperetur aut hiera Ruffini, quod eſt melius, & ex hoc fricetur locus morpheatus curatur.

De hiera Ruffini.

Hiera Ruffini eſt fortior, in ſua. n. recepta ſunt lib. ii. & ſunt. ℥. iii. hellebori, & illud eſt multum, in hieralogodion non ponuntur niſi gra. vi. tritici. xx. grana faciunt pondus unius denarii, & ſua recepta eſt li. i. & illa eſt minus quam duodecima, ideo eſt debilior quã hiera Ruffini, ualet idem hiera Ruffini, quod hieralogodiõ niſi quia eſt fortior, & dicitur ab hiera quod ẽ ſacra & Ruffini, quia Ruffinus eã inuenit attrahit phlegma & melãcholiã, iſtę medicinę sũt fortiſsimę, et iõ nõ debet eas dare medicus niſi ſit multũ expt᷒

An medicina attrahat materiam coniunctam.

QVæritur utrum medicina attrahat materiã coniunctã ipſius morbi, aut antecedentẽ, & uidetur q̃ coniunctã ſecũdũ Ioãnitium materia cõiuncta eſt qua pręſente eſt morbus, & qua abſente nõ eſt morbus. Illud ergo quod curat morbũ, illã materiã ſiue cauſam abiicit ſimpliciter. Sed per medicinas laxatiuas aliquando curatur morbus, ergo per ipſa materia coniuncta euacuatur.

Item a medicina humor trahitur a tota ſpecie, ſed eadẽ eſt tota ſpecies, ſiue proprietas in humore, quæ eſt materia coniuncta, & in humore quæ eſt materia antecedens, ergo ſi unus poteſt attrahi & alius. Item Gal. in techni. euacuare eſt totam materiam a corpore educere, ſed non educetur tota materia morbi, niſi materia coniuncta morbi euacuaretur, & antecedens, ergo utraq; materia euacuatur.

B Ad oppoſitum, medicina non attrahit nec euacuat niſi digeſtum, digeſta medicari &c. ſed coniuncta materia non digeritur, ergo &c. minor patet, quia digeſtio eſt alteratio faciens ceſſare putredinem. Sed in materia coniuncta non ceſſat putredo. Illa enim in paroxiſmo conſumitur & inciditur, ergo &c. Dicunt quidam, quod materia coniuncta non attrahitur a medicina, ſed ſolum antecedens, ſed illud eſt falſum generaliter ad minus in paralyſi, cum non ſit putrefactio, quare non poteſt attrahi illa materia coniuncta cum non eſt ibi cauſa, immo planum eſt, quòd attrahitur, & membrum in quo eſt læſio alleuiatur, & alleuiationem ſentit. Et propter hoc dicunt quidam, quòd uerum eſt in his morbis non in aliis in quibus eſt putrefactio. Sed contra, medicina eſt uiolentior in attrahendo quam phlebotomia, ſed phlebotomia in pleureſi ubi eſt putrefactio & febris continua euacuat materiam coniunctam febrem facientem, quia ſecundum Hippo. ii. acutorum debet phlebotomari patiens quouſq; ſanguis mutetur a rubedine in nigredinem. Et dicit Gale. quòd cum nigreſcit uenit a lo-

C co paſsionato, ergo per pharmaciam poteſt materia coniuncta feb. euacuari.

Propter hoc dico, quòd materia coniuncta quantum eſt de ſe poteſt euacuari, tamen ſua euacuatio impeditur, quia ante paroxiſmum materia mouetur ad locum mineræ a quo fortiter propter malam eius qualitatem attrahitur, & ad ipſum materia ex ſua mala diſpoſitione mouetur, ille autem motus impedit, ne a medicina attrahãtur, cum ſit propinquior aliquando mineræ quam medicina, & materia antecedens ideo ad mineram mouetur, & non ad medicinam ante paroxiſmum. Duo enim ſunt a medicina attractionem impedientia, unum eſt fortis motus materiæ ad mineram. Secundum eſt propinquitas eius ad mineram, & non ceſſat paroxiſmus quandiu poteſt ab humore eleuari fumus potens corrumpere, & hoc eſt quandiu humor habet formam humoris, & ideo non ceſſat paroxiſmus niſi cum humor iam eſt quaſi cinis factus, & incineratus per putrefactionem completam, & tunc formam humoris non habet, & ideo a medicina non attrahitur. Ratio autem

D eorum qui dicebant, quòd in febre materia coniuncta non attrahitur, eſt quia uident, quòd poſt acceptionem medicinæ in tertiana, aut in ſimili morbo patiens aliquando habet paroxiſmum unum, & forte nihil plus, quod non eſſet, ſi materia coniuncta eſſet attracta, & ubi antecedens eſſet attracta haberet plures paroxiſmos, & ita rationem ſeu opinionem ſuam ſic conſeruabant. Ratio autem eorum qui ponebant, quòd materia coniuncta non poteſt attrahi, eſt quia materia eſt putrefacta, & putrefactio mutat ſpeciem, & ita humor putrefactus actu non habet ſpeciem humoris, ideo non attrahitur, ſed hoc eſt falſum, & putrefactio cum eſt in ſtatu ebullitionis non mutat ſpeciem humoris, & tunc facit febrem formalem, ſicut pomum cum in eo ebullitio inchoat, non amittit formam pomi, ſed poſt incinerationem amittit formam, ita eſt in propoſito, unde humor in putrefaciendo habet formam humoris, ſed completa putrefactione cum humor eſt pu-

trefactus

trefactus siue incineratus, tunc amittit formam humoris,
& bene uerum est, quòd non attrahitur, ut dictum est,
neque febr.tunc facit, nec est tunc materia coniuncta ali-
cuius feb.nisi quintanæ aut nouenæ. ut dictum est in lib.fe-
brium. Ad argumentum in oppositum dicendum, quòd
non est intentio, quòd digestio faciat cessare putredinem
omnino, sed incensionem putredinis in materia, si sit in a-
ctu putredine, aut ad putredinem futuram, ad quam est
actu disposita a materia non actu existente in putrefactio-
ne, remouendo dispositiones disponentes materiam ad
hanc putrefactionem, ut quod uiscosum incidat &c. & in
materia quæ est in putrefactione actuali mitigat putrefa
ctionem, & ita digestio cessare facit in materia putredinē
in hoc, quod putredinem mitigat, ut dictum est &c.

An medicina debeat dari in statu morbi.

Consequenter quæritur utrum medicina debeat da-
ri in statu morbi, & uidetur quòd sic, quia medicus
cū sit minister naturæ ipsam in suis operationibus
ordinatis debet imitari, cum ergo natura ordinate
ꝓcedēdo in statu euacuet, ergo & medicus. Item in primo
interiorum, natura non indiget medicinæ auxilio, nisi cum
ipsa morbo succumbit, & hoc est in statu, quia in statu sunt
symptomata in malitia ultima, quæ naturam multum mole
stant, ergo &c. Item cum natura non potest materiam
expellere, ne uincatur, tunc debet medicus eam iuuare,
sed hoc est in statu, ergo &c. Oppositum dicit Hippocr.
in statu silentium habere melius est, dicit enim quòd diæta
non debet exhiberi, de qua minus uidetur quam de medici
na, quia medicina est contraria naturæ cum sit uenenosa,
ergo &c. Dico quòd in statu non debet dari medicina,
attamen sciendum, quòd duplex est status, quia uno modo
distinguuntur tempora morbi a parte quantitatis rei eua-
cuandæ, sicut in pleuresi, unde in principio eius nihil, aut
parum spuit patiens, sed in augmento plus spuit, & in statu
maxime spuit, in declinatione diminuitur sputum, & iste
status non est nequior horarum, sed est mitior quam princi
pium, & quam augmentum, quia materia tunc est minus
molestans, & minus malitiosa, ideo dicit Hippoc.primo a-
cutorum, quòd quanto plus spuitur, plus est dandum de iu
re, ut confortetur natura ad illud expellendum, & non de-
tur in principio, ne impediatur natura ad digerendum, &
tamen in statu medicina adiuuans naturam ad expellendū,
cum non est potens, omnino expellere, & liniens mem-
brum, & habilitans materiam ad expellendum potest dari.
Alio modo distinguuntur tempora morbi a parte sympto-
matum, & tunc dicitur principium morbi tempus in quo
symptomata non apparent, aut parum, & cum augmentan-
tur augmentum est. Et status dicitur tempus in quo est
ultimitas malitiæ symptomatum, & declinatio est tempus
in quo diminuuntur symptomata. Et iste status est me-
lior horarum, & in isto statu nihil est dandum, ne natura
impediatur.

Ad primum, quòd medicus debet sequi naturam, uerum
est quantum ad locum per quem fit euacuatio, ubi repit na
tura ibi oportet ducere, & in quantum ad qualitatem ma-
teriæ euacuandæ. Vnde apho.4. in pharmaciis talia edu
cere oportet, qualia sponte uenientia, & non quantum ad
tempus euacuandi, quia medicina eam impediret, & ab
euacuatione materiæ desisteret, cum non moueat nisi mo-
ta, & eam debilitaret, cum sit uenenosa & malam dyscrasiā
generaret, cum sit calida.

Ad aliud dico, quòd ibi sunt multi defectus. Primo
fallacia consequentis. Secundo fallacia figuræ dictionis.
Nam non sequitur, debet iuuare, ergo tunc dicitur iuuare.
Vel sic dicendum, quòd debet iuuari nisi impediretur per
illud, quod datur ad iuuandum, sed ut uisum est impedire
tur per medicinam, & ideo maius nocumentum quam iu-
uamentum faceret. Sed dicendum, quod illa autoritas
maxime in medicinis alterantibus attenditur, & non in
euacuantibus. Ad aliud quod arguitur, quòd in statu mor-
bi est medicina danda, quia natura tunc maxime laborat,
quia tunc sunt accidentia ultimata. Dicendum quod uirtus
animalis, quæ uiget in lacertis & musculis maxime labo-

E rat scilicet passiue, & uirtus naturalis est salua, & non labo
rat passiue, sed actiue tantum expellendo, & est fortior re-
spectu materiæ ægritudinis, cum iam illam uicerit, licet es-
set fortior in se, & ideo non indiget medicinæ auxilio.

An medicina sit danda die proximi.

Consequenter quæritur utrum medicina debeat dari
in die accessionis, & uidetur quòd sic per Halyab.
in techni in capitulo de causis. Item hoc idem dicit
Aui.in.iiii. quia in quartana & quotidiana in die pa
roxismi debet fieri uomitus, qui est fortior medicina quam
secessio, ergo &c. Item una causa est quare materia melius
attrahitur a medicina cum naturæ odiosa est, cum ergo in
paroxismo magis sit odiosa quam ante, ergo tunc erit ma-
xime apta ad euacuandum. Ad oppositum est Auic.dicens,
quòd tunc est tempus quiescendi, & somnum quærendi lib.
i.capitulo de phlebotomia. Solutio. multi medici dede
runt medicinas in die paroxismi, ut magister Rogerius ba-
ro, & multi alii, ut inuenitur in practicis suis, sed non da-
bant fortes, sed debiles, & tunc dicebant, quòd medicina
F debilis erat danda, ut.3.ii.hieræ picræ, & ratio per quam fa
ciebant, erat ista, quia secundum Gal.primo de crisi, motus
naturæ iuuat ad materiæ expulsionem, cum ergo in die pa-
roxismi magis moueatur, tunc poterit faciliter expelli.

Sed contra, & per hoc ad illud respondetur, motus con
fusus, & incertus iuuat ad extractionē materiæ, sed motus
ad certum non iuuat, quia tunc fit motus agitatiuus cum
materia mouetur ad unum locum a natura, & a medicina
trahitur ad alium. Sed in paroxismo est motus ad certum
ubi: ad mineram expellendam ad exteriora, & medicina ad
hæret stomacho, ergo &c. Istud credo secundum Aui.&
Gal.quòd non debet dari medicina fortis in die paroxismi
sed debilis potest secundū Halyab.sed non hora paroxismi
sed ante horam, ut alleuietur paroxismus secundū Halyab.
& Aui.in.iiii. dicentem hoc de uomitu in quartana. Et cū
dicitur quòd tunc facilius attrahitur, quia motus eius iu-
uat, falsum est, ut patet ex prædictis, quia motus ille intelli
gitur de quo loquitur in.i.de crisi, de materia furiosa, quæ
non mouetur ad locum certum, sicut materia faciens paro
G xismum. Ad aliud quod arguitur, quòd tunc est materia ma
gis odiosa naturæ, uerum est, tamē non debet propter hoc
dari medicina euacuans, quia diuertit naturam in illa hora
& ille motus ægritudinis eam debilitaret propter causam
prædictam. Theriaca magna Gal. theriaca dicitur domina
medicinarum Gal. quia Gal. eam composuit, facit contra
grauissimas passiones corporis humani, epilepticis catale
pticis, apopleticis &c. Theriaca diatesseron, de.iiii.rebus
antiquitus dicebatur, sed alii philosophi aliquid postea ad
diderunt, ꝓprie ualet toxicatis, & canis rabidi morsibus,
& aliis uenenis, morsibus animalium detur cum suc. men-
tæ, & super ipsum vulnus inuncta apostemata bonum &c.

De euacuatione per clysteria.

Superius diximus de euacuatione uniuersali, quę fit per
phlebotomiam, de quadam particulari, quæ fit per se-
cessum, & per uomitum, & per uentosam, nunc uidea-
mus de quadam particulari euacuatione, quæ fit per
clysteria. De qua dantur.xi.regulæ.

Reg. clyst.

Prima est, quòd omnia clysteria euacuant materiam
H quæ est in intestinis.

Secunda regula est, cum clysteria expellant, & con-
sumant uentositatem in intestinis contentam, ideo ualent
in passione colica, & maxime in colica uentosa.

Tertia regula est, quòd clysteria ualent in passioni-
bus renum, & membrorum nobilium. In passionibus renū,
quia intestina renibus uicinantur, & ideo a renibus inest
dolor in intestinis ex passionibus renum, & est in eis uen-
tositas quam clysteria expellunt quæ dolorem faciebant,
ideo dolorem mitigant in renum passione, licet illam ma-
teriam non consumant, nec expellant. Similiter ualent
qu passionibus membrorum nobilium, ut cordis, hepatis,
teia expellendo fæces ab intestinis, intestina per uacuita-
tem suam attrahunt materiam contentam in membris no-
bilibus, & ita materiam contentam in eis curant.

Quarta regula est, quòd secundū Aui.iii.lib.cap. de
cura colicæ, non debent fieri clysteria acuta fortia, nisi
post

post materiæ digestionem, quia cor & hepar debilitarent. A

Quinta regula est, ꝙ non debent fieri cibo crudo exi
stente in stomacho, quia ille cibus attraheretur ad intestina
ante sui digestionem, & ad hepar similiter attraheretur an-
te sui digestionem, & ideo non debet clysterium fieri, nisi
post cibi digestionem, & hoc per longum tempus ipsis inte
stinis euacuatis, ipsa attraherent ad se cibum indigestum se
cundum Auic.lib.iii.cap.de cura colicę.

Sexta regula est, ꝙ nō debent fieri clysteria continue,
imo debet fieri quies inter ea, ne per hoc naturæ multum
debilitentur.

Septima regula, notandum ꝙ si clysteria non inue-
niant humorem contentum in intestinis, non attrahunt hu-
morem à membris secundum Gale.vii.megatechni, clyste-
rium non transit ultra ieiunum.

Octava regula est, ꝙ diuersimode administrantur ista
clysteria secundū diuersitatem membrorū patiētium, unde
si passio sit in renibus, patiens debet iacere supinus, & pedi
bus eleuatis debet clysterium dari, & per istum modū iacē
di melius attrahit à renibus, & attingit ad eos, si in intesti- B
nis debet iacere pronus propter eandem causam.

Nona regula, quòd non debent fieri clysteria in tem-
pore calido, sed aliquantulum frigido, ne per hoc febris se-
quatur propter eorum acuitatem, & debent fieri ante cibū,
aut post multum.

Decima regula est, ꝙ bonum est, ꝙ ante clysteria fiat
humorū ebullitio siue cōmotio, quod facit balneū ante cly
steria, quia melius attrahūtur ad intestina ipsis euacuatis.

Vndecima regula est, quòd non debent fieri clyste-
ria cum patiens est infirmus, aut in intestinis, aut in ano, ut
cum in eis est apostema, aut hæmorrhoides non competūt.
Causa est duplex, quia primo patiens læderetur ab ipso
clysteri. Secundo per clysterium fieret attractio ad locum
passionis & doloris secundum Gal. & ad ipsum non debet
fieri attractio.

Secundum circa hoc notandum, ꝙ clysteria multis, & di
uersis intentionibus fiunt. Nam aliquando fiunt ad mollifi-
candum, ut ubi est fortis induratio fæcum, fiat clysterium
mollificatiuum. Accipe maluas, bismaluas, herbam mercu- C
rialem, uiolariam, & decoquantur, cum istis addatur cola-
tura furfuris, & parum salis &c. Item oleum uiolatum, aut
butyrum recens, aut sagimen porcinum. In hoc autem cly-
sterio non debet esse sal, nisi parum, si sit ibi, ut faciat ipsum
citius descendere & expelli.

Aliquando fit clysterium ad mordificandum. Accipe
absinthium, abrotanum, centauream, calamentum, origa-
num, & similia, & decoctioni istarum addatur parum mel-
lis, & si uis purgare phlegma, addatur polypodium, & cum
hoc plus ponatur de sale quàm in illo primo clysterio, quia
non fit pro induratione fæcum, sed propter defectum cho-
leræ, quæ ad ista intestina non delegatur ad expulsionem.
Sed prima competit induratione fæcum, & ideo maxime
competit in colica facta ex fæcum induratione, quia eam
curat.

Aliquando fit clysterium ad mundificandum, ut clysteriū
mundificatiuum, ut in dysenteria, quia prius oportet uulne
ra mundificari, quā ipsa consolidentur fiat ex rebus mundi-
ficatiuis, accipe lentes, hordeum mundatum, fabas, & co- D
quatur, & in decoctione aquę distemperetur mel, uel si uis,
fac clysterium simplicius. Accipiatur aqua casei.i.serum cū
melle, & iniiciatur dictum serum cum melle & coquatur,
& si uis adde furfur triticeum cum prædictis, & coletur, &
colatura ista per clysterium iniiciatur.

Aliquando fit clysterium ad consolidādum, & tale fit ex
rebus uiscosis, ut in dysenteria, accipe tragacanthum, gum-
mi arab.primo tamen accipiantur uitella ouorum assatorū,
& pistentur, cum oleo rosato distemperentur cum mucila-
gine psyllii, & cum aliquibus stipticis, & de galla, & aliquā-
tulum de sanguine draconis. Si debilius uis facere, uitella
ouorum assatorum accipe, & distemperentur cum oleo ro-
sato, si uis facere fortius fac prædictum.

Aliquando facimus clysterium ad constringendum, quia
intestina aliquando sunt ita debilia ꝙ non possunt fæces re-
tinere, & tunc indigent stipticis constrictiuis, ut ex talibus

A fiat clysterium, ut rosis, acatia, hypocystide, galla &c. traga-
cantho, gummi arabum, si uis facere fortius, adde cum his
folia quercus, & folia mespillorum, istis etiam utimur ad
consolidandum, & non solum ad constringendum.

Item solent fluxus uentris curari per aliqua nō constrin-
gentia, sicut per clysterium factum de sepo hircino, quod
est quasi intestinorum lorica contra choleram calidam ex-
coriantem, quia crassus est cito coagulatur & descendit ad
intestina, ne cholera mordicentur & debilitentur, quæ con-
fortata quantùm in se est retinent, ne materiam aliunde re-
cipiant, sicut prius.

Aliquando fit clysterium ad laxandum, ut clysterium la-
xatiuum & hoc dupliciter, aut in causa calida euacuādo hu-
mores calidos, aut in causa frigida euacuando humores fri-
gidos, ut phlegma. Si in causa calida, accipiatur malua, bis-
malua, mercurialis, decoctioni istarū addatur oleum uiol.
& detur cum electario de succo rosarum, aut electario dul-
ci, aut casia extracta, & similibus distemperatis. si in causa
frigida, tunc accipe calamentum, origanum, abrotanum,
B polypodium. Et si cum hoc phlegma à stomacho uolumus
euacuare, illi decoctioni addatur hierapicra, & si à renibus,
addatur benedicta.

De suppositoriis.

Consequenter uideamus de suppositoriis, aliquando
fit euacuatio per suppositoria, & illa aliquādo fiunt
lenia, ut ex sapone gallico, aut expinguedine por-
ci, addendo parum salis & mellis, & succi mercurialis, &
debent semper inungi in oleo uiol.uel sanguine porcino.
Aliquando fiunt fortiora, ut materia contenta in inferiori-
bus euacuetur, ut si addatur puluis scamoneæ aut aloe, aut
fel taurinum siue porcinum, quia hæc mordicantia ab exte-
riori addita mordicant: sicut cholera ab interiori ueniens.

De pessariis.

Consequenter uidendum est de pessariis, quæ dicun-
tur clysteria quæ aliquando ad matricis mundifica-
tionem, & menstruorum prouocationem aliquando
C ad restringendum menstrua, & prius ad mundificandum.
Ad menstrua prouocanda, accipias abrotanum, sabinam ru.
maiorem arteticam, nigellam &c. Vel accipias trypheram
magnam supra theodoricon, & formentur ad modum digi-
ti parui, & si fuerit nimis mollis, addatur puluis nigellæ,
quo facto inuoluatur in pāno tenuissimo & ponatur in ma-
tricem. Aliquando autem fiunt ad restringendum fluxum
menstruorum, & tunc debent fieri ex eis quæ restringant:
ut acatia, hypocysthis, succus arnoglossæ, sanguis traga. gal
læ, tragacan.gummi arabum &c.

Opiata nocumentum reprimentia.

Superius uisum est de medicinis laxatiuis quæ nocu-
mentum inferunt ex sui malitia. Nunc uidendum est
de opiatis, quæ eorum malitiam & nocumentum re-
primunt, cum post ipsas exhibentur. Triplex est enim nocu
mentum, quod infert medicina laxatiua, humores enim fa-
cit fluere, qui commoti ad membrum debile uenientes, ibi
possent causare ægritudines. Item membra aperiunt, ter-
tio ipsa debilitant. In opiatis est triplex remedium cōtra il
D lud triplex nocumentum, quod infert medicina laxatiua ꝑ
aliqua in eis contenta, habent enim aliqua restringētia flu-
xum humorum. Item aliqua omnino constringentia mem-
brum rarefactum, ut stiptica, & aliqua quæ confortant
membrum ut aromatica confortātia quod est debilitatum,
& dicuntur ab ope, quia per excellentiam opem ferunt si-
ne eo ꝙ nocumentum inducant per aliquam malitiam quā
habent laxatiuæ, sicut laxatiuæ medicinæ. propter hoc ab
hoc per excellentiam dicuntur, aut dicuntur ab opio quod
recipiunt, & licet omnes opiū non recipiāt, aliquid tamen
est in eis loco opii. inter quas est una nobilissima opiata
quæ dicitur theriaca magna in qua thirus est basis, siue tro-
cisci facti de thiro siue de carne thiri. Thirus est serpēs qui De theriaca.
inuenitur in calida regione, & est calidus & siccus, magis
tamen calidus quàm siccus. Vipere siue thiri s̄m Aui.& phi
losophum qui eodem modo loquuntur de hoc, debent ca-
pi in fine hyemis & in principio ueris, sed non debent oc-

eidi,sed debent seruari usq; ad principiũ æstatis, & per hoc forte magis cousumetur uenenositas in eis. Illæ autem quæ sunt flauæ sunt malæ, & fœmina est melior quàm masculus, & est illa quę habet plures dentes, sed masculus non habet nisi duos,unum superius & alium inferius.

Item cornuta timenda est,quia timendum est,ne sit degenere serpentis,qui dicitur dipsas qui sitim facit, quia ergo nescitur distingui ab illa,accipiatur non cornuta,accipiantur ergo,quæ sunt colore, rufæ,non uariæ,& quæ sunt bene mobiles,caput leuantes bene,& illæ quæ morantur in locis humidis,& in litore maris,aut in lacunis,non accipiantur, quæ in locis altis,& in montibus sunt.

Item illæ quæ post abscisionem diu uiuunt, quia signum est quòd in illis sit multũ de calore & spiritu, à quibus fluit sanguis multus,quia non sunt ita uenenosæ & malæ. Pars media recipitur remoto capite & cauda bene, ad mensurã quatuor digitorum,& in aqua dulci mundatur,& intestinis ablatis,& quod est in uentre,& similiter cutis earum,& decoquantur frusta decisa illius partis mediæ cum aqua aceto & sale,quousq; ab osibus separetur.deinde ossa abiiciãtur F & prematur caro, & humor in ea existens egredietur, & fiant trochisci ex ea, & ponatur in eis furfur siue aqua furfuris ad conseruandum ut fiant trochisci. Isti sic confecti nõ possunt multum seruari,possunt tamen alio modo confici, & possunt conseruari per uiginti an. Ille autem qui facit trochiscos debet sibi inungere manus cum oleo balsami,ne noceant sibi.

Item thirus habet hanc proprietatem scilicet ducendi superfluitatem ad exteriora. Vnde philoso. & Auic.dicunt ꝙ cuidam ex comestione carnis thiri accidit apostema in collo plenum pediculis. Item Aui.i.ca. de uenenis dicit quòd theriaca habet proprietatem attrahẽdi suum proprium uenenum, ergo per naturam thiri habet proprietatem contra uenenum consumendo,quia thirus est calidus & siccus, & attrahendo ad se à corde ad stomachum uenenum suum expellendo ad extrema,siue ad exteriora. Item ualet theriaca contra uenena,alia uia scilicet naturam confortando sua forma communi resultante ex constructione & fermentatione suorum componentium, per quam conuenit corpori G humano,& cor confortant,quia confortatum,uenenum expellit,& sic ualet contra omnia uenena generaliter, & per illam causam diuertendo uenenum à corde per suam formã communem,quam habet ex actione & pasione suorum inuisibilium, per quam uirtutem confortat cor quantum ad suas operationes primas facientes,secundum Gal. xiii. megatechni,ualet melius recens quam antiquata scilicet ad ea quæ facit thirus,sed quantum ad operationem,quam habet

Qñ bona. ex sua forma,melius ualet antiquata secundum Aui. Theriaca est infans usq; ad septem menses, & iuuenis usq; ad finẽ decem mensium in regione calida, & usq; ad finem uiginti in regione frigida, & senex & corrupta usq; ad finem quadraginta annorum in regione frigida, & usque ad .xxx. in regione calida. Si sit bona iuuenis aut corrupta & senex potest sciri per hæc, accipiunt apothecarii caseum recentem & ponatur in extremitate casei herba ex qua inflamantur humores,& per hoc denigratur caseus aut citrinatur, & ex alia parte ponatur theriaca, si fugat ipsum, bona est, unde debet facere dealbare lac in illa parte in qua erat H denigratum.

Item si faculue,id est gallo syluestri tribuatur uenenum, & per exhibitionem theriacæ curetur,bona est & recens.

Item si cui rustico fuerit data medicina & iuerit ad sellas quinque uicibus,aut si habeat fluxum uentris,& cito per exhibitionem theriacæ restringatur bona est. Hæc duo ultima ponit Aui.hanc composuit Andromachus,sed tempore suo dicebatur mithridatum,quia tantum ualet quantum theriaca,nisi in receptione ueneni,in mithridato & theriaca sunt eadem,nisi quia in eo non est caro thiri secundum G. in mithridato & sui sequaces addiderunt carnem thiri & uocata fuit tunc theriaca. Ista theriaca sublimior est medicinarũ ualet contra pasiones frigidas,sed nõ debet dari in pasionibus calidis,siue ex materia calida, nisi hoc sit in dysenteria,tunc ibi competit in omni casu.

Item non detur nisi post materiæ digestionem,quia eam E dissolueret,& non posset eam dissolutam consumere totã, cum sit multa & indigesta, & ideo non est danda nisi post materiæ digestionem,& euacuationem uniuersalem, ipsa enim materia,si esset multa & indigesta per eam dissoluta & non consumpta,posset ad aliquod membrum nobile fluere,& malum inducere,nisi in apoplexia, cum timeatur de morte subita, tunc potest dari ante materiæ digestionem & euacuationem,quia melius est portionem materiæ consumere, & aliam dissoluere, quàm mortem sequi.ualet ergo in apoplexia cum uino distemperata, uel sic melius sit posito aliquo inter dentes:fricetur palatum cum ea, & totum corpus inungatur, quia aliquando in paralysim terminatur,stomatichis ualet cum decoctione macis, aut nucis muscatæ cum uino data in isto uino,cum stomachatio fiat ex uentositate eleuata cum materia propter in indigestionem asthmaticis & raucedini uocis cum sit ex materia uiscosa in pectore contenta cum succo liquiritiæ,aut si fiat ex materia rheumatica frigida descendente ad tracheam arteriam,quia resoluit materiam contentam in pectore, & fluxũ rheumatis restrinxit,in sputo sanguinis non ex acumine sanguinis,sed fiat ex uitio putredinis uenæ data cum ptisana uel cum aqua decoctionis balaustiæ uel gallinæ &c.

Item in dysenteria cum decoctione hypocysthidos, aut galliæ, tragacanthi &c. contra lapidem renum cum decoctione saxifragiæ,uel milii solis, ad prouocationem menstruorum,& mundificationem matricis cum decoctione artemisiæ,aut rubeæ maioris,contra lepram cum decoctione menthæ aut gentianæ,quia superfluos humores consumit, & contra uenena distemperata cũ decoctione aristolochię, aut gentianæ,dosis eius est.ʒ.i.& illud adhuc est multum.

Theriaca diatesseron fit ex quatuor medicinis ualentibus contra uenenum, & ideo dicitur diatesseron, recipit myrrham aristo.gentianam,& baccas lauri,& fere ualet cõtra uenena sicut & prima,dosis huius theriacæ scilicet diatesseron est.ʒ.ii.

An in euacuatione crassorum humorum competat fortis medicina.

CIrca istam lectionem quæritur,utrum in euacuatione crassorum humorum competat medicina fortis, & uidetur ꝙ sic, q̃a medicina correspõdet digestiuo sed in eis datur digestiuum forte,quia ualde diuretica,quia secundũ G.in techni medicinæ uirtus debet esse eleuata in gradu eodẽ in opposita qualitate,ergo si illud est multũ crassum quod debet digeri,illud debet esse ualde diureticum, quod debet digerere,ergo quod debet euacuari.

Item in.iiii.aph.melancholicos purgare inferius uehementius,si ergo uehementer oportet melancholiam purgare.& crassus humor est,ergo &c.secundum G.quia crasior & glutinosior est:Item supra illum aphoris.in.iiii. helleborus periculosus est sanas carnes habentibus,dicit G. ꝙ forti infirmitati fortis medicina correspondet. Contrarium dicit Aui.iiii.lib.cap.de cura quartanæ,maxime in principio,quia subtile euacuaret fortis medicina, & crassum remaneret,& magis impingeretur.

Solutio. Medicina fortis dicitur quadrupliciter. Primo propter locum à quo euacuat,ut cum à uenis euacuat phlebotomia & non à magnis solum,& sic secundũ G.ii. acutorum dicitur phlebotomia fortis euacuatio,quia cum uiolẽtia euacuat,unde à parte talis modus euacuandi dicitur fortis. Secundo modo,quia cum uiolentia euacuat,unde a parte modi euacuandi dicitur fortis,& sic secundũ Ser. in. vii. dicitur uomitiua medicina fortis,quia præiudicat attractio sua expulsiuæ intestinorum. Tertio modo dicitur, fortis, quia humorem crassum euacuat. Quarto modo dicitur fortis, quia euacuat multum,& de hac dicit Auicẽ.iiii.li.c. de cura tertianæ non ueræ. unde dicit, ꝙ quædam est medicina fortis debilis,quædam est medicina fortis absolute, & quædam debilis absolutæ. Fortis absolute est: quæ humorem crassum euacuat,& multum una uice, & fortis debilis: fortis, quia euacuat humorem fortem ad euacuandum: debilis, quia paucum. Eodem modo dicitur morbus fortis,aut quia est ex materia crassa, & tunc competit in principio medicina, quæ humorem crassum euacuat: debilis tamẽ & parũ, quia aliter consumeret subtile & reliquum cõpingeret,in fine competit fortis, post materiæ digestionem,quæ multum euacuat, & ẽt multoties, debilis, quia melius esset euacuare per quinq; aut sex medicinas debiles, quam per unam fortem ualde: quæ naturam multum debilitaret,& hoc uult Auic.in cap.prædicto.

A Ad primum respondetur tripliciter, & primo sic.medicina euacuans respondet digestiuæ:uerum est quòd illum humorem quem digestiua digerit,medicina euacuãs euacuat, non tamen oportet eodem modo, quia euacuatio non fit nisi materia digesta,& in principio non est digesta,licet forte ibi sit aliquid digestum,non tamen est digesta, quantum ad suam portionem maiorem, uel si euacuat de indigesto, hoc est parum quia non obedit.

Secundo modo respondetur per interemptionem maioris,imo materiæ crassæ non respondet digestiuum diureticum ualde,nam secundum Gal. in pasione renum & lapidis,non debent dari diuretica fortia in magna quantitate, ut eorum operatio sit fortis. licet ualde subtiliatiua in pauca quantitate competant,quia ista consumerent subtile, & B residuum putrefacerent. Et ad argumentum forte dicitur. quòd per se uerum est quòd illi crasso respondent tantum, subtile per proportionem,tamen per accidens hoc impeditur, quia non subtiliaret, cum non sit calidum ualde illud quod ita est subtile,quia tunc subtile euaporando residuum incrassaret,ut dictum est prius.

Tertio aliter dicendum, ꝙ uerum est ꝙ fortis medicina respondet digestiuo scilicet postquam opus suum compleuerit,& hoc est materia digesta,& non in principio.

Ad aliud dico, ꝙ morbus qui est fortis multum affligit, unde indiget medicina forti à principio usq; ad syncopim secundum Gal. qui dicit, quod non inuenit meliorem curã in materia furiosa, quàm illam in morbo forti, alio modo competit,ut dictum est,& sic patet resolutio.

An in sanis competat pharmacia.

COnsequenter quæritur,utrum in sanis cõpetat pharmacia,uidetur quòd non secundum Auicen.in.i.qui dicit. Caueat conseruator sanitatis ab omni re medicinali,ergo &c. Item causa curatiua non respondet corpo C ri sanatiuo,sed conseruatiua,quia causæ distinguuntur secũdum distinctionem corporum,sed medicina euacuatiua est species curatiuæ secundum Gal.in techni.ergo &c.

Ad oppositum est usus.

Solutio. dico quòd sano non lapso non debet dari medicina,nec alterans,nec euacuans. Si uero sit lapsus,aut habet corpus mundum, aut non mundum: si mundum, tunc non competit euacuans, sed si competat hæc erit alterans. Et tu dices quòd debet ei dari medicina euacuatiua ad præseruandum, licet non ad curandum.ut si timetur de tempore æstiuo sequente multum calido,ne incurrat feb.propter generationem multæ choleræ,& in eo debes euacuare choleram:licet non abundet ut postea per tempus non fiat generatio choleræ superabundantis, imo fiat diminutio,& sic fiet temperamentum. Sed dico,quòd non debet dari medicina euacuans ad prȩseruandum,quia molestum esset humores euacuare necessarios. Sed melius est ei dare medicinã suam complexionem alterantem, ne plus debito cholera generetur.

D Si habeat corpus immundum:tunc competit non sub ratione qua sanum: sed sub ratione qua præparatum ad ægritudinem,cum in eo materia morbi futuri existit: unde non remouetur dyscrasia facta, sed fienda, & hoc est in præseruando. Vnde euacuatio materiæ corruptæ est species curationis,sed non corruptæ est species præseruationis,& sic patet solutio ad duo prima argumenta, & ad primam quæstionẽ patet, quòd dare hieralogodion,aut pilulas cochias in principio est malum, quia subtile consumerent, & residuum incrassarent.

Aurea alexandrina ab auro dicta, alexandrina ab Alexãdro peritisimo philosopho,à quo fuit inuenta,proprie ualet ad omne uitium pectoris & capitis ex frigiditate, & maxime ad omnem pasionem rheumaticam: quæ à capite ad oculos,& ad aures,& ad gingiuas descendit, & ad omnem grauedinem omnium membrorum, quæ fit de eodem humore.xviij.pars confecta est lib.ii.℞.se.asari carpobal. hyoscyami ana.ʒ.ij.balsami,cinnamomi,folii,zedoar.zingi.costi,coralli,casiæ trac.euphorbii,gasim, thuris, styracis cala. salmente,meu,cardamomi,seseleos,napi.i.semen sinapis,saxifragiæ,anethi,anisi an.ʒ.i.ligni aloes,reub. repon.aliptę, casto.spicæ,galangæ,opobalsami,anacardi, masticis,sulph. uiui,peoniæ,eryngii. ro.thi.acori,pulegii,aristo.longæ,gẽtianæ,corticum mandragoræ,chamedryos, baccarum lauri,petroselini,se.raustici,se.leuistici,se.rutæ,se.ameos,dauci,macropiperis,leucopiperis,xylobalsami,carui,amo.ana ʒ.i.&.s.auri,costi,argenti meri, ambarum margaritarum, blattæ bizantiæ,osis de corde cerui ana.thuris,heboris,calamenti aroma.pyrethri.ana.gra.ix.mel.ꝙ sufficit, detur ad modum auellanæ eunti dormitum cum uino calido,febricitanti cum aqua tepida.

De compositione medicinarum.

B VIso superius de modo digestionis & euacuationis: & quia euacuatio fit ut plurimum per medicinas compositas & etiã de ipsis hic determinatur. Ideo uideamus modum compositionis.

Circa hoc tria habent uideri. Primum est uidere causas propter quas est medicinarum compositio. Secundum est quòd in omnibus est ponere aliquas medicinas pro fundamento in medicinis compositis, quomodo cognoscemus. quid erit basis in medicinis compositis aut fundamentum. Tertium est uidere causas ponderum medicinarum quare quædam in tali pondere ponuntur, & quædam in tali. Primum est de præsenti lectione.

PRIMA causa quare necesse est habere medicinam cõpositam ex pluribus simplicibus est:quia nõ erat aliqua medicina simplex sufficiens ad hoc quo indigemus secundum Galen.in techni. Si dyscrasia sit eleuata in decem numeris, oportet quòd exhibeatur ei medicina eleuata in decem numeris in latere opposito,& hoc non est reperire aliquando in simplici medicina habente respectum ad hoc, sed una est eleuata in decem numeris & alia in xij. & tunc ex cõmistione istorum fit illud quo indigemus, & hoc est medi- C cina composita. Vnde Serapio. in.vii.cap.ii.dicit,quòd si talem simplicitatem haberemus: medicina composita non indigeremus.

SECVNDA causa est,morbi compositio quę indiget medicina composita, ut feb. de materia frigida, quæ ratione materiæ indiget calidis, ratione formæ ægritudinis formalis indiget frigidis & humidis. Vel si morbus sit compositus ex cholera & phlegmate,nulla autem simplex medicina inuenitur:quæ sit calida & frigida,humida & sicca: ideo indigemus composita.

TERTIA causa, bene uerum est ꝙ morbus simplex indiget simplici medicina, sed in simplici morbo indigemus medicina composita, non quia morbus sit compositus:sed quia uolumus in hoc morbo opera plura facere & opera contraria, ut in apostemate consumere materiam fluxam, & materiam fluxuram restringere,ne fluat in membro debili,in quo est morbus materialis indigemus materiæ consumptione, & membri debilitati confortatione, quod per simplicem medicinam non habet ita fieri, sicut per compo- D sitam.

QVARTA causa est, propter represionem mali saporis:& acuti ipsius medicinæ,ne saporis horribilitas abominationem inducendo nauseam faciat, & per hoc contingat eam uomere: antequàm compleat suam operationem & de hoc dicit Serap.c.prædicto. ꝙ propter hoc ꝙ aloe est amarum,cũ aromaticis conficitur,& per hanc causam cum opio castoreum, ꝙ est mortificans,ut sua acuitas.i.excedẽs frigiditas reprimatur per quã erat mortificans. Et per hanc uiam iubet Hipp. commiscere cum helleboro anisum, fœniculum &.ut consumant uentositatem quã facit, & eleuat helleborus commotionem faciendo in humoribus.

QVINTA causa est, ut ex actione & pasione simplicium medicinarum habeatur una forma communis, quæ cor confortet: & per hoc ualeat ad omnia uenenosa tam calida quàm frigida,quod in simplici medicina non inuenitur:unde est uidere de theriaca magna. has causas ponit

Ad argumentum in contrarium, dico ꝙ licet balneū in hora balneādi trahat materiam ad exteriora, quia humores liquefactos facit per corpus fluere, post balneum reuertuntur ad interiora, & hoc etiam ut dictum est membra præparat, ut possit materia fluere per ea, ut medicina in balneo non debet dari, licet ego dederim in uno casu, scilicet cuidam dominæ quę habebat melancholiam, & nolebat accipere medicinam: feci eam intrare balneum & mitigata fuit, & liberer accepit, deinde feci eam statim à balneo auferri, & post longum tempus ipsa fuit curata.

Ad secundā quæstionem respondeo & dico: quòd balneū habet duas facere operationes, uel tres. Prima est trahere materiā ad exteriora. Secunda est stringere uentrem, per hoc ꝙ illa materiā trahit ad exteriora, & tale est uehementis caliditatis. Tertia operatio est calefacere nō tamē fortiter. Dico ergo, ꝙ in tēpore calido non cōuenit intrare balneū in hora solutionis neq; in die: quia traheret materiā, & medicinam ad exteriora, & tu arguis quòd per hoc uentre stringit. Sed in tempore frigido & in hyeme antequām medicina moueat confert balneū: non tale quòd fit attrahens sed solum commouens materiam: & meatus aperiens: istis duobus indigent humores frigidi cum crassi sint, & meatus sint stricti per aeris aut temporis frigiditatē indigent apertione: propter quod non euacuarentur de facili nisi cōmouerentur, & meatus aperirentur. Vnde Aui. non intret quis balneum post medicinam quod attrahit: ingredi tamen potest primam causam: idest tinam aquæ calidæ: balneum bonum est: & illud fit ad mollificandum.

Ad tertiam quęstionem dicendum est: quòd post medicinam conuenit balneum uel æquiualens, ut stupha. & hoc propter duo. Vnum est ut membra per medicinam fatigata per balneum confortentur. Secunda causa: ut fumi subcuta nei per medicinam eleuati scilicet à materia mala & à medicina euaporentur. Ad argumentum dicendum quòd balneum non replet uenas & poros corporis: ideo non remanet diu humiditas illa accidentalis quam inducit, sed per sudorem resoluitur & fumum: adhuc conuenit quòd membra sunt per medicinam desiccata.

Ad quartam quæstionem dicendum est: quòd debet fieri balneum ante medicinam per tres dies: post medicinam uero in die sequenti secundum Aui. dummodo tamen uirtus sit fortis.

Vltimo quæritur utrum stupha melius sit quàm balneum post medicinā. Dicendum ad hoc: quòd si corpus sit euacuatum à cholera aut à melancholia: & sit illud corpus rarum cōpetit balneum scilicet aquæ calidæ ad humectandū: quia tale corpus est ualde desiccatum per medicinam cum esset de se siccum: & quia corpus est rarum, balneum sufficit ad euaporandum fumos, sed si euacuamus humores humidos, aut corpus non sit extenuatum: sed pingue, carnosum, & duræ compositionis, & euacuata est materia frigida & humida: tunc stuphæ, quia fortiores & desiccātes, meliores sunt, quia tale corpus non indiget tanta humectatione sicut primum: sed magis desiccatione, ergo &c.

De modo compositione medicinarum.

VIsis causis compositionis medicinarum compositarum: nūc uideamus modum compositionis earum. Circa quod tria habent considerari. Primum est, ꝙ in medicina composita plus ponitur de una medicina simplici quàm de alia. Secundo, quòd sit proprietas basis siue radicis medicinæ compositę, quia per hoc quid erit basis in ea uidebitur: Tertio quid cum radice debeat apponi, & quare ea cum radice apponuntur.

De primo dicendū secundū Aui. quòd non ad compositionem solum medicinarum cōpositarum oportet scire uniuersalem uirtutem medicinæ simplicis, sed specialem: unde non solum oportet scire quòd illa medicina simplex sit calida uel frigida: humida uel sicca. Sed in quo gradu frigiditatis &c. & uirtutem eius propriam & operationem: ut sciamus tantum de illis simplicibus medicinis apponere ut uirtus communis quam quærimus ex tali compositione resultet. Et de hoc dantur septem regulæ.

PRIMA est: si medicina simplex est uehementis fortitudinis: parum de ea debet apponi, quantum est de ista natura, & per hoc habemus causam quare de musco & opio parum in medicis apponitur. muscus enim in pauca quantitate est magnę qualitatis & operationis, & opium & talis medicina dicitur esse fortis, ideo sufficit parum apponere ne in quantitate noceat, & operationes aliarum corrumpat: aut occultet. Sed si debilis: multum de ea apponitur ut cha mæmilla quæ in quantitate magna est paucæ qualitatis & operationis: ideo de istis est multum apponendum & hæc regula confirmatur per Gale. iiii. simplicis medicinæ dicentem. Tantum potest forte agens in breui tempore quantū potest debile in multo tempore, & econuerso. Et similiter ex hoc potest elici, quòd quātum potest forte agens in quātitate pauca, potest agens debile in quantitate magna, uel multa, & econuerso.

SECVNDA regula est: quòd de illa medicina quæ habet iuuamenta multa, multum debet apponi: & dicitur habere iuuamenta multa medicina simplex: quæ pluribus ægritudinibus, aut pluribus membris confert, ut rosa quæ sua stiptici tate stomachum & hepar confortat: & cor sua aromaticitate, & omnia alia membra sua stipticitate, & aromaticitate, & proprietate. Sed si haberet pauca iuuamenta: tunc aut est citæ operationis: & tunc quia non multum de substantia sua & uirtute deperditur antequam suam operationem cōpleat: parum de ea est apponendum: si tarde multum de ea est apponendum, & quòd de medicina habente plura iuuamenta multum debeat apponi, potest probari per simile secundum Gale. in aphor. pueris debet dari plus de cibo quàm iuuenibus: quia nutrit & augmentat, sed non facit nisi nutrire in iuuenibus. ergo similiter erit de medicina quæ facit multa iuuamenta: quia debet dari in magna quantitate siue in maiori.

TERTIA regula est, quòd quando datur medicina ad operandum in membrum remotum: tunc est de ea apponendum plus: quia multum diminuitur eius quātitas, & per cōsequens sua uirtus in operando antequam ad membrum ueniat si in membrum propinquum minus de ea est apponendum. Si enim detur medicina ad operandum in renibus in secundo gradu: & nō detur nisi operationis in secundo gradu: non seruabitur gradus operationis: & ideo plus debet apponi quàm egeat membrum: eo quòd multum deperditur in uia, ut seruetur gradus quo indigetur ad operandum in membro remoto: & hoc confirmatur per Gal. in techni, si complexio mala sit eleuata in quatuor numeris &c. & Haly. exponit &c.

QVARTA regula est: ꝙ si medicina sit nobilis operationis, quæ operatio est confortare membrū nobile, plus de ea quantum est de hoc: est apponendum. similiter parum.

QVINTA regula est, quòd si medicina simplex inueniat sibi similē in medicina composita, parum de ea est apponendum: uerbi gratia: si semen fœniculi debet apponi in medicina composita: & ibi sit anisum, apium &c. de quibus debet parum apponi: quia pauca quātitas medicinarum simpliciū similium æquialet multæ quantitati unius.

SEXTA regula est, quòd si medicina aliqua faciat nocumentum magnum uel iuuamentum parum, parum de ea est apponendum. Si iuuamentum magnum & nocumentū paruum, multum est apponendum: & quanto nocumentum est maius, minus de ea est apponendum. Vnde quia nocumentum apii est magnum scilicet mortificum: ideo parum de eo ponitur.

SEPTIMA regula est, quòd si medicina simplex inueniat in composita suum cōtrarium quod suam uirtutem corrumpat: magis de ea est apponendum: & si similem minus habeat suam contrariam in medicina composita nullum in ea habens consimile operans in membris remotis, multum de ea est apponendum, si contrarias ualde parū: si habeat duas conditiones: & deficiat una. tunc multum de ea est apponendum, quia duæ conditiones bonæ possunt uincere unam: si quasdam habeat, & quasdam non, mediocriter est apponendum.

Sed quare ponuntur medicinæ simplices plures in medicina cōposita: causa est, ut fiat una uirtus communis ex his quæ in nulla simplici medicina inueniebatur.

Sed tunc est quæstio quomodo ueniat ista medicina alteratiua ad membrū quod alterat. Si tu dicas ꝙ sua uirtus uenit cū fumo, si sic, cum fumus ita ueniat ad membrum sanū, sicut ad ægrum, alteratur sanum sicut & ægrum. Dices quòd membrum attrahit medicinam. Contra membrum attrahit simile: ut cibum: ergo non attrahit medicinam cum sit ei cōtraria: per idem contraria non attrahit. Dico quòd possibile est quòd fumus eleuetur ad membra sana & læsa: sed il la parum alterat. Sed quia ad membra læsa uenit fumus & substantia, & non ad sana, ideo membra læsa bene alterantur: sed medicina per se non mouetur, cum sit incompleta respectu eius quod debet alterare: sed attraheretur: si enim moueretur de se æqualiter à quolibet moueretur. Et si tu arguis, membrum attrahit cibum, ergo non medicinam. Respondet Serap. in. vij. quòd medicina alteratiua non attrahitur à membro, quia membrum, sed quia membrum ægrum, quia ægrum intendit sanari per eandem naturam per quam intendit conseruari in sanitate cum est sanum: sicut graue mouetur per eandem naturam ad centrum & quiescit ibi: & per eandem naturam appetit moueri à loco in quo non est per naturam, & quiescere in suo loco naturali. Similiter membrum per cibum conseruatur, & per medicinam alterantem sanatur, & per eandem naturam utrunq; appetit & attrahit. Sed non tamen sub eadem dispositione existēs sed contraria scilicet bonitate sanitate & ægritudine: cū enim est sanum membrum appetit cibum ut conseruetur sub dispositione quam habet: cum est ægrum appetit medicinam, ut per ipsam sanetur.

Superius uisum est de quibusdam medicinis simplicibus existentibus in aurea: adhuc de aliis positis ibidem uideamus. primo de euphorbio. Euphorbium est gumma arboris ca. & sic. in quarto gra. quod est crassum subrufum nō perforatū est melius: est enim ita ca. & sic. quòd adurit: habet uim abstergendi & subtiliandi, quia subtilis est substantiæ, calefacit magis quàm asa fœtida, & habet uim laxatiuā, & educit humorem phlegmaticum uiscosum contentū in anchis, dorso, & similibus, melancholiam purgat: ponitur hic contra apoplexiam, paralysim, arteticam, sua uirtus laxatiua ex aliis medicinis constrictiuis ibi positis remittitur: unde ponitur etiam ibi ut sua igneitate mortificationem opii repri mat: est enim medicina ualde acuta, & timetur sua acuitas, & ideo antequam ea utamur, debemus eam reprimere, sic potest reprimi. puluerizetur, non tamen usq; ad summum, & deinde ponatur in lacte dulci pingui uaccino, aut oleo amygd. & dimittatur ibi per diem unum aut noctem: deinde auferatur & postea conteratur, & cum eo tragacanthū apponatur, deinde aspergatur cum mucilagine psylij & fiāt pilulæ, postea tempore competēti ponatur in medicina in qua debet poni euphorbium: in paucis diebus interficit, inducendo dysenteriam ex sua corrosione & adustione: unde cito interficit, sicut realgar, & ideo debet dari in pauca quātitate ne in magna quantitate datum interficiat: dosis eius est sexta pars. 3. i. ne excoriet in magna quantitate datum: confert frigidis passionibus, ut paralysi & ischiaticæ: quia expellit materiam à iuncturis. Eius oleum est ualens ad paralysim, sicut oleum costinum, aut nardinum, aut de cinnamomo actuatum cū euphorbio, & ungatur spina dorsi usq; ad caudam, ualet ad paralysim. Item illa inunctio ualet in passionibus renum ex frigidis humoribus.

Olibanum est gumma arboris, scilicet libani, & est duplex. scilicet fœmina & masculus: fœmina est paruum thus: sed masculus est crassum, album, planificatum, non admistū terrestreitati: crassum est melius, calidum & sic. in fine secū di gradus, deficcat, uirtutem habet constrictiuam ex siccitate, & uiscositate, & stipticitate, & confortatiuam. Vnde restringit rheuma capitis, & ualet contra frigiditatem matricis, propter hoc tria grana si tranglutiantur digestionem procurant, & iuuant & confortant, & bonum anhelitum faciunt, omnem odorem bonum præstāt & acetosas eruptiones remouent. Item non habet uim corrodendi, sed carnem generandi solum, si ex eo & sanguine draconis fiat puluis, & proiiciatur in uulnere, sanat uulnus & carnem generat. Item si accipitur cum aloe, & inungatur manus, uel locus morpheatus confert. Item olibanum cum oleo ros. ualet in principio apostematis mamillarum, materiam repercutiendo. Item stipticitate restringit uomitum, & similiter restringit fluxum uentris, & econtra. Item si pili leporis intingantur in incausto deinde aspergatur puluis olibani, & naribus imponatur, restringit fluxū sanguinis fluentem à naribus.

Saliunca autem dicitur spica celtica: est ca. & sic. in secūdo, substantiam habet subtilem & diureticam, ponitur hic ad consumptionem phlegmatis, & membrorum confortationem: habet enim uirtutem confortandi ex sua aromaticitate & ponticitate & diureticitate ex sua complexione & amaritudine, & propter hoc renes purgat. De salium ca.

Meu est cali. & sic. in secundo, ponitur hic ad consumptionem phlegmatis, & membrorum confortationem & calefactionem.

Cardamomum est semen ad modum ciceris: tamen minus, & est interius subalbidum, calidum in secundo: sic. in tertio, calefacit cum quadam stipticitate, & est aromaticū propter quod habet uim confortatiuam, & habet subtilem substātiam, & ideo habet uim diureticam & penetratiuam ex complexione, & ponitur hic propter renum uitium, & matricis, & contra cardiacam, cardamomum puluerizatum cum coriandro ualet ad digestionem in stomacho frigido, confert uomitui; si detur cardamomum, thus, mastix, æquali pondere cum aqua patienti. De cardamomo.

Seseleos. i. fileris montani cali. & sic. in. ij. habet uim subtiliatiuam & aperitiuam ex substantia & complexione, unde subtiliat humores, carminat & diuidit materiam frigidam: unde dissoluit phlegma coagulatum. ideo confert passionibus dorsi, renum, & matricis, & ueficæ, & ad hoc ponitur, unde si ponatur siler montanum cum aniso, & sefœniculi & coquantur in patella fricetur dorsum, ualet in passionibus eius ex materia frigida, confert etiam asthmati, quando est ex materia frigida in pectore inuiscata, iuuat stomachum ipsum calefaciendo, siue materiam frigidam in eo contentam, si comedatur à mulieribus facilem partum facit, urinam prouocat & menstrua, & digestionem iuuat ut dictum est. De seseleos.

Napi. i. semen sinapis ca. & sic. in medio quarti gradus. est ualde incisiuum, phlegmatis consumptiuum, & mundificatiuum: ponitur hic propter membrorum insensibilitatem, propter uitia matricis apoplexiæ & epilepsiæ, quoddam domesticum, quoddam siluestre. Siluestre in uia cibi est malum, quia malum humorem generat, tamen in uia medicinæ iuuat, abstergendo phlegma ualde, unde ualet ad abstergendum maculam faciei ualde, siue sanguinem mortuum cum aqua fabarum, unde dicitur quòd nocet capiti: & hoc est uerum, propter humiditatem uaporosam, unde faciendo euaporationem nocet capiti, ideo sanis non est bonum neque ægris, caput abstergendo phlegma ualet, istius semen est aperitiuum, ideo ualet oppilationi splenis & hepatis, sitim facit, & proprie cum aceto, quia utrunque desiccat. De napis.

Anethum ca. & sic. in. ij. simile est aniso & fileri montano in operatione: est enim incisiuum aperitiuum & deoppilans splenem & hepar. De anetho.

Reubarbarum habet substantiā commistam ex substantia aquea & terrea & aerea, ex terrea habet ponticitatem, ex aliis duabus habet diureticitatem, & est bonum hepati: euacuat choleram ut dicitur communiter non tamen ab authore inuenitur hoc: secundū philosophū purgat phlegma & proprie ab ore stomachi, unde dicit Philoso. Alexandro. Alexander accipias in mane de reubar. quia purgat phlegma ab ore stomachi. tamen quia diureticum est, cum urina choleram, quia subtilis humor est, expellit, sicut alia diuretica. stringit uētrem sua terrestreitate & ponticitate, & mirabiliter confert debilitati ex casu aut percussione si fiat ex reubar. & aniso: dosis eius est. ʒ. s. De reubarbaro.

Reuponticum habet eandem uirtutem cum reubar. tamen quia ponticum, magis confortat & habet proprietatē ad iuncturas consumendo phlegma in eis. De reupōtico.

Opopanacum. i. succus panacis gumma est illius arboris aut succus, & est ista arbor non multum alta, & est oppositionis. succus radicis istius arboris mundificat ulnera & membra confortat, est calida & sic. in iii. & est re-

solutiuum uentositatis & abstersiuum: ideo eo utuntur multi chirurgi:quia mundificat & curat vulnera & membra cõfortat: si ponatur in corrosione dentis, interficit vermẽ qui est ibi. si fiat emplastrum ex opopanaco, & ammoniaco, & rasura vasis ænei nigri: vt cacabi, & distemperetur cum aceto emplastrum supra splenem de oppilat mirabiliter, prouocat vrinam & menstrua.

Anacardus secundum quosdam est pediculus elephãtis, sed non est verum: est ca. & sic. in. iiii. consumit ualde: & ponitur hic ad phlegmatis consumptionem.

De opiatis.

VIdimus prius de euacuatione & balneo, nunc restat videre de eo quod fuit propositum vltimo scilicet de opiatis: quia de phlebotomia non uidebitur hic, quia de ipsa in libris aliis specialiter quæritur. Et est prima quæstio de operatione opiatarum medicinarum. Et quæritur vtrum medicina posita in electariis debeat magis conteri: quàm in medicinis laxatiuis aut ecõuerso: videtur quòd æqualiter simplex medicina vbicunq; ponitur, siue in medicinis: siue in electariis, est semper eadem, cũ per idem operetur, ergo & eandem operationem debet facere, ergo debet eodem modo præparari, ne detur alius modus operandi, siue operatio alia.

Item uidetur q; plus debeat conteri quàm illa quæ ponitur in medicina laxatiua: suppono q; medicina non mouet nisi quia mota, & ad actum reducta per calorem naturalẽ. Item suppono quòd medicina quæ remanet minus in stomacho indiget maiori præparatione ad hoc ut operetur & ad actum reducatur quàm illa quæ plus ibi moratur. Sed cũ medicina simplex ponitur in medicina laxatiua in stomacho minus remanet, quam quæ ponitur in electario confortatiuo. unde Aui. stomachus proiicit medicinam laxatiuam citius quã potest: sed alteratiua plus remanet: ergo debet magis præparari cum ponitur in medicina laxatiua, illa præparatio sit per contritionem, quia cum est diuisa in partes paruas citius ad actum reducitur, ergo &c. Ad oppositũ est Nicolaus in proemio. cribellatio pulueris in electariis subtilissime debet fieri, sed in aliis maxime in laxatiuis crassior debet esse ergo &c.

Iuxta hoc secundo quæritur utrum aliqua medicina debeat conteri ad summum: uidetur quòd sic: omne quod præparat medicinam ut ad actũ reducatur & cito operetur est faciendum: hoc facit contritio maxime ad summum: ergo &c. Si dicatur ad hoc uerum est quòd talis contritio quanto potest esse maior, dum tamen non mutet speciem medicinæ. sed si fieret ad summum mutaret speciem medicinæ, & ideo non debet fieri. Contra. iii. simplicis medicinæ dicit G. quòd si caro & panis, ad summum terantur, non mutant speciem ergo à simili nec medicina. Item species est commistio mistibilium in misto resultans: sed hęc contritio non tollit mistionem cum mistum in misto possit diuidi in infinitum, ergo neq; speciem.

An pulpa colocithidis debeat cõteri ad summum.

Tertio quæritur specialius, utrum pulpa colocynthidis debeat conteri ad summum, & uidetur, quòd sic, secundum Aui. in. ii. Oppositum dicit Aui. in eodem libro cap. ii. quòd nulla medicina debeat ad summum conteri.

Solutio. dicendum est ad primum q; medicina quando debet poni in electario plus debet teri, causa est, quia non alterat nisi attrahatur, & ideo ad hoc q; alteret membrum, indiget ut attracta à membris posit penetrare, facilis penetratio fit per contritionem multam: sed medicina laxatiua manens quieta in stomacho attrahit à membris: & si attraheretur à membris malum esset, & ideo crassior debet esse ne citius debito transeat à stomacho: debet ergo in electariis magis conteri: non tamen tantum ut speciem perdat.

Ad argumentum, dicendum q; uerũ est quòd eandẽ operationem habet medicina in quolibet membro, uerũ tamẽ præparatur ut illam operationem habeat facere in diuersis membris, aliquando in intestinis, aliquando in stomacho, aliquando in aliis membris ut patuit.

Ad aliam quæstionem dicendum, quòd nulla medicina debet conteri ad summum, quia contritio ad summum, aut mutat speciem & operationem, aut corrumpit eam. mutatur enim operatio per contritionem; ut in cimino patet, quia quando parum teritur laxat uentrem, cum multum teritur prouocat urinam: corrumpitur, ut patet in scamonea contrita ad summum, quia ipsa non attrahit.

Ad aliud quod arguis dicendum, quòd uerũ est quòd nõ mutat speciem, id est formam substantialem rei: mutat tamẽ speciem, id est proprietatem rei, secundum quam habet facere talem operationem uel talem, quia operatio rei consequitur formam sub esse conuenienti & proportionabili cõtrito ultimate: istud esse tollit aut mutat.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd pulpa potest cõteri ad summum, quia propter sui uiscositatem & adhærentiam in suis partibus, propter quam in sua substantia remanens in intestinis, ipsa excoriat, patitur summã contritionẽ sine corruptione, non tamen debet conteri ad summum ita quòd uirtus sua resoluatur, si hoc sit possibile. Vel concedendum quòd pulpa potest ad summũ conteri propter prædictam causam. Et cum dicitur quòd nulla medicina debet ad summũ conteri, dicendum quòd ibi est distributio accõmoda, scilicet pro medicinis substantialibus: quia per illam contritionem corrumpuntur in sua operatione: sed pulpa non est huiusmodi: ideo &c.

Quarto quæritur utrum aliqua medicina possit refrigerari, & ab ea acuitas remoueri per adustionẽ, uidetur quòd non, quia omne agens imprimit formam suã in passum: tamen per accidens remouendo subiectũ in quo habet caliditas radicari fortior quã inducatur in tanto tempore infrigidat, sicut in attramento & scamonea.

Ad aliud dico & agens per se idem facit: tamen per accidens ex diuersa dispositione materiæ: ut patet in luto & glacie a sole diuersa agit quia lutum deficcat & coagulat, & glaciem resoluit: sic est ibi ratio &c.

Adrianum dictum est ab imperatore Adriano qui illud compositit, ualet proprie ad omne uitium capitis ex frigiditate, & ad oculorum grauedinem, & obscuritatem: & contra hemicraneam &c.

Acaristum sine munere interpretatur, proprie datur cõtra catarrhum & omne uitiũ pectoris ex frigiditate & maxime asthmaticis &c.

Athanasia, id est immortalis, proprie ualet contra fluxũ sanguinis, et fluxũ mulierũ cum succo plantaginis: qui succus prius debet duci supra lapidem etc.

Diaolibanũ dicitur ab olibano quod ibi ponitur: lachrimas potenter restringit: dolorem hemicraneum etc.

Esdra sic dicta, quia Esdra propheta eam inuenit, proprie ualet melancholicis timidis, & quibus malus est appetitus, ualet ẽt comedentibus carbones & testas ollarum, & ad nimiam frigiditatem cerebri cum uino calido in fero data ad modum auellanæ: ualet etiam ad putredinem & dolorem aurium cum uino calido distemperata & iniecta, ualet ad fracturas labiorum si cum ea inuncta fuerint, ualet ẽt toxicatis hominibus uenenatis ab animalibus & serpentibus, & rabiosi canis morsibus &c.

Mithridatum id est mater omnium antidotorum: ualet ad omnem capitis passionem uiri uel mulieris: maxime si fuerint melancholici &c.

De natura radicum: & de apponendis cum radice.

VIso superius de causis compositis medicinarum cõpositarum, & de modo compositionis quantum ad hoc scilicet quantum ad cognitionem causæ quare & quãdo debeat plus apponi de una medicina, quã de alia. Nunc uideamus de aliis duabus scilicet de natura radicum & de apponendis cum radice.

Primo tamen uidendum est de causis impedientibus medicinæ compositionem. Tria enim sunt quæ impediunt cõpositionem medicinarum. Vnum est earum operatio in diuersis temporibus, & quando una operatur cito & alia tarde, tunc non debent admisceri secundum Gal. ii. partic. regiminis acutorum cap. de cura pleuresis, causa est: quia operatio unius esset completa, antequam altera inciperet operari: & ideo per hoc natura esset multum fatigata & debilitata. Et hanc propositionem accipit Aui. à Gal. in. i.

Secunda causa est diuersus modus euacuandi: ut in myrob. & uio. myrob. euacuant comprimendo: uio. leniendo: ideo non debent simul admisceri. Sane tamen intelligimus quòd usualiter illa cõmiscemus simul: & hoc est admiscẽdo de uiolis in tam pauca quantitate, ut earum operatio sit cõpleta antequam myro. incipiant operari: sed in æquali pondere & uirtute non debemus ea apponere.

Tertia causa est diuersitas & contrarietas in proprietatibus: & propter hoc anacardi in theriaca secundum Auic. in. v. non debent poni: quia habent proprietatem contrariã carni chiri: & illam corrumpunt: & hanc proprietatẽ ignorat medicus: & ideo est defectus magnus in commistione istarum medicinarum, nisi medicus proprietates tales medicinarum cognoscat: & hæc est causa quare ponit Aui. in. v. quod pauca ad plus quod possumus debent poni in medicina composita, quia ignoramus proprietates medicinarũ: & timendum est ne una aliam corrumpat, & sic sit nouissimus error peior priore.

Hoc habito, uidendum est de proprietatibus radicum: sicut enim in composito artificiali est basis & fundamentũ supra quòd alia fabricantur, ita in cõposito naturæ, ut in homine ossa, & in naue ligamenta lignorum magnorum. Similiter & in medicinis: aliquando sunt duæ medicinæ pro basi: aliquando una tantum, ut hierapicra, & picra Gal. aliquando duæ uel tres, sicut in benedicta, scamonea, turbith, & hermodactyli, & dicuntur basis, quia supra illa fundãtur alia. Videamus ergo causam quare una medicina est basis, aliquando duæ uel tres. Istæ causæ sunt tres, quia medicinę plures ponuntur pro basi una in medicina composita. Prima est unius basis debilitas. Secunda est euacuationis suæ tarditas. Tertia est passionum curandarum pluralitas. Basis debilitas sicut uidemus in benedicta in qua ponitur turbith ad euacuandum phlegma à renibus & à iuncturis: sed quia debilius euacuat, ideo cum eo ponuntur hermodactyli ad fortificandum eius operationem, quia non sufficit per se ad operationem quam quærimus, sed quia turbith est tarde operationis aliquando datur, & in die una non euacuat sed in alia die, quia est tarde operationis, apponitur scamonea ad festinandum operationem. ut ergo benedicta attrahat fortiter, & cito, sunt tres medicinæ pro basi, quòd autem scamonea festinet alias medicinas, & præcipue aloeticas dicit Auicen. iii. lib. cap. de cura fodę, quòd ex necessitate festinat alias medicinas. Item ca. de casu uirtutis dicit, quòd iuuat alias medicinas, & hoc propter commotionem.

Prima ergo causa est debilitas medicinæ in tarde attrahendo aut debiliter.

Secunda causa est, pluralitas operationum, quas uolumus facere in morbo: unde in paralysi quærimus duo principaliter, scilicet neruorum confortationem, quod fit per castoreum & materiæ phlegmaticæ consumptionem, quod fit per pyrethrum, ideo sunt in medicina curante paralysim pro basi duæ medicinæ, quia una medicina simplex hoc non faceret.

Tertia causa est, pluralitas morborum, quos uolumus curare uel intendimus, ad quod non sufficeret una medicina simplex: unde si in stomacho sit frigidas, & in capite caliditas, debemus ponere cassida & frigida, & natura sagax diuidet inter illa mittendo unam partem calidam ad morbum frigidum, & partem frigidam ad morbum calidum secundum Auic.

Obiectio.

Et tu dices contra prædicta: ex quo pro basi habemus illa quæ quærimus, ut in paralysi per castoreum & pyrethrũ neruorũ confortationẽ, & materiæ phlegmaticæ consumptionem, ergo cum basi nihil debemus apponere.

Responsio.

Dicendum est ad hoc, quòd aliquãdo debiles sunt bases in sua operatione, & nocumenta habent, ideo oportet aliqua apponere ad eorum confortationem, & ad earum nocumenta reprimenda, id est ad confortandum dupliciter, aut confortando ipsam basim in se admiscendo aliqua quæ sint similis operationis cum basi: & sic ponimus cũ theriaca gentianam, & terram sigillatam cũ carne chiri, quod ualet ad uenena. Aliquando confortando ipsam basim non in se, sed in operando circa materiam, ut facilius attrahat, & medicinæ obediat: & sic ponimus zingiber cum turbith: ut materia mota obediat attractioni. Aliquando propter nocumenti remotionem, & sic in medicinis uenenosis in quibus ponitur uenenum, ut in theriaca: quia ibi ponitur caro chiri, ponitur bedeguar, & sic in medicinis aloeticis, quia aloe est tardę operationis, propter quod excoriat intestina ponimus tragacanthum & bdellium, aut in scamonea apponitur anisum, quia nocet stomacho. Sandali albi & rubei, quia nocet hepati & masticem aut bdellium: quia intestinis ipsa excoriando.

Areole quid.

Et si quæratur quomodo poterit inueniri basis quando aliquis uoluerit componere medicinam. Dicendum quòd inuenitur in areolis medicinarum quas ponit Auic. ponit enim areolas medicinam: prima areola medicinarum complexionem calidarum & frigidarum &c. Et ponit areolam medicinarum complexionum diuersarum respicientiũ stomachum, & hepar, & cor, & renes, & cætera à suis proprietatibus: & etiam ponit areolam medicinarum deoppilantium, & dicitur areola, ordinatio & series medicinarũ simplicium ad idem ualentium. Si ergo uolo curare stomachum calefactum: oportet dare frigida stomachum respicientia, oportet ergo medicinam curantem dyscrasiam stomachi quærere in duabus areolis, aut in areolis medicinarum frigidarum, aut in areola stomachũ respicientiũ, quia stomachus calefactus debet curari non per quascunq; medicinas frigidas, sed per eas medicinas quæ ipsum respiciunt: & cum hoc tertio debemus uidere gradus. Vnde si placet oportet te eligere si utile est; medicinas secundum gradus meliores. Quatuor enim sunt gradus bonitatis in medicinis. Aliquando enim medicina dicitur bona ad hoc: ut ad stomachum confortandum. Aliquando ut multum bona, ut cinnamomum ad confortandum stomachum. Aliquando ualde bona, ut mentha. Aliquando maxime bona, ut absinthium: semper ergo debes recipere medicinam quæ habet gradum perfectio rem bonitatis ad hoc, dum tamen non habeat plura nocumenta: aliquando autem illa multum prohibent ne accipiatur. si autem sint nocumenta aliqua, aut multa, quæ possunt reprimi prius debent reprimi: quæ sunt meliores, oportet quærere in areolis medicinarum, quas uolumus in areolis proprijs: unde si uolo hepar calefactum & oppilatum curare, quia tribus indigeo, infrigidatione, & deoppilatione & medicina hepar respiciente & confortante, oportet illa quærere in areolis proprijs, & contra caliditatem accipere endiuiam: & ponatur quòd non habeat aspectum ad hepar, uel acccipiamus quæ non habent aspectum ad hepar, ut lactucam ad infrigidandum,

dum,& quia non deoppilat,accipe cum hoc ſe.fœniculi:licet aliquantulum calefaciat propter hoc minus de ipſo eſt apponẽdum: & quia neutrũ iſtorum habet aſpectum ad hepar: ideo cũ eis admiſceatur ſandali quia hepar reſpiciunt: uel ſi hepar ſit infrigidatum & oppilatum ſimiliter: faciendum eſt per tres medicinas ualentes ad hæc tria, & eſſent ibi pro una baſi:& ſi aliqua ſit medicina quæ illa tria poſſit facere,illa eſt melior,ut cuſcute, & hæc erit baſis in medicina:& hæc eſt ſententia de primo.

De adriano

VIſo de aurea: uideamus de adriano. Adrianum dicitur ut ſupra:& ualet ad frigidas paſsiones ex melancholia & phlegmate,& proprie in capite, unde ualet in apoplexia,lithargia, & epilepſia, & hemicranea menophagia, cephalea, detur cũ uino decoctionis coſti poſt euacuationem materiæ. unde diligenter attendẽdum eſt,quòd nulla opiata de mundo debet dari niſi corpore prius euacuato, quia ſubtile materiæ ſolum conſumit, & per hoc materiam incrudat: & propter hoc inobedientem digeſtioni magis reddit, licet morbum latitare faciat ad tempus & propter plebem,medici dant in quartana in die paroxiſmi in mane, & non habet patiens paroxiſmum. Sed poſtea deterior uenit poſtquam medicus accepto ſalario fugit.dant philonium & diabolanum:aut muſam æneã, aut aliquod tale:quod malum eſt. Aliquando datur nõ euacuata materia, ad conſumendum phlegma in ſtomacho & inteſtinis,ut in colica:& tunc datur cum cimino,uel cũ uino decoctionis cimini. aliquando ad conſumendum phlegma in renibus:& tunc datur cum uino decoctionis milij ſolis, aut ſaxifragiæ.aliquando in quartana materia euacuata cum decoctione gentianæ, & hoc in principio paroxiſmi, ut mitigetur paroxiſmus,& aliquando datur non euacuata materia, uel euacuata, quod melius eſt, contra typum ad calefaciendum, & ad typum remouendum: & tunc cum decoctione alicuius herbæ calidæ, uel cum uino ſimplici,unde ſic ualet in principio ſe.quando typus eſt fortis.

Acharistũ Acharistum ualet contra paſsiones frigidas pectoris ex frigida cauſa rheumatica ad prohibẽdum rheumatis deſcẽſum ad pectus, detur cum puluere maſticis aut mirrhæ uel etiam ad conſumptionem materiæ phlegmaticæ tuſsim facientis:& tũc debet dari cum decoctione liquiritiæ,ficuũ, uuarum paſſarum,hyſſopi,& ſimilium.

Athanasia Athanaſia, id eſt mortalis: quia facit euadere à morbis mortiferis,unde ualet contra omnem fluxum humorum ad exteriora,ut ad fluxum menſtruorum cum ſucco plantaginis:ualet ſecundum Gal. in megatechni. Succus plantaginis habet in hoc maximam uirtutem,& cum illo ſucco diſtemperata ualet in hæmorrhoidibus: & in hac cura poteſt dari opiata, ſine euacuatione artificiali præcedente: quia aliquando facta eſt euacuatio ſufficiens à natura per ipſum fluxum menſtruorum:ualet etiam aliter contra menſtrua,ſed diſtemperetur cum ſucco plantaginis, & proijcia tur in matricem. Item materia euacuata naturali purgatione uel artificiali accipiatur hæmatites uel corallus, & frica cum ſucco plantaginis,& dimitte in illo ſucco per aliquantulum temporis:tunc cum miſto diſtemperata athanaſia,reſtringit potenter menſtrua. Item cum ſang.drac.& ſucco plantaginis diſtemperetur,& emplaſtretur ſuper tẽpora:ualet contra fluxum ſanguinis narium,aut ſi injiciatur naribus cum decoctione iſtorum diſtemperata. Item ualet in fluxu uentris,ſi cum puluere oſsis ceruini acuatur: & fiat ſuppoſitorium. Item ſi per clyſterium iniiciatur cum decoctione balauſtiæ, ſang.drac. gallæ. tragacan. Item in hæmoptois paſsione cum aqua ro.traga.maſti. & ſimilibus detur.

Diaolibanum. Diaolibanum dicit ab olibano, quod ibi ponitur, contra omnem fluxum rheumaticum ualet,& multum ſtringit fluxum lachrymarum. Item prohibet fluxum humorum ad pectus,ſi ex eo fiant pilulæ & teneantur in ore,& ſub lingua:& ſi uis facere melius acue cum olibano uel maſtice, uel cum alia medicina reſtringente: ſed quia deſiccant nimis,& ita poſſent pectori multum nocere:ideo debet præparari cum lenitiuis ne ei noceat,ut cum tragacanthis, & penidijs,& ſimilibus,ſicut ante acceptionem medicinæ de ſiccantis multũ pectus & corpus, ut hellebori, oportet corpus quiete & cibo primo humectare, ſecundum Hippoc. iiii. aphoriſ.

Eſdra dicitur quia eſdra propheta eam inuenit, ualet timidis melancholicis,& appetentibus comedere carbones & teſtas ollarum:& contra frigiditatem cerebri cum uino calido data in ſero ad modum auellanæ, ualet ad humores frigidos conſumendos,contentos in capite cum uino decoctionis gentianæ, quòd multum calefacit caput,ſi cũ melle accipiatur uel admiſceatur: & ſi liniantur aures purgat earum ſordities. Item ualet ad partus facilitatem, unde ueluæ experimentum faciunt,quod faciunt ipſę cũ decoctione artemiſiæ & rutæ:ſupponendo matrici expellũt fœtum, aut bibita ualet ad hoc:iſta eſdra diutetica eſt.

Mithridatum ualet proprie ad omnes paſsiones ex phlegmate & melancholia,in mulieribus & uiris, proprie in capite contentis: curat fere omnes paſsiones,& ideo antiquitus erat melior opiatarũ & prima,& eam inuenit Andromachus,nec differt à theriaca magis niſi in hoc quòd in theriaca apponũtur carnes thiri quas Ga.appoſuit:& ideo eſt melior omnibus præter theriacam:quia ualet ad omnes paſsiones ad quas ualet theriaca præter hoc quòd non ualet ad uenena quia in eo non eſt caro thiri: illa mundificat matricem prouocando menſtrua per peſſarium iniecta.

Item ſi ſuper dentes emplaſtretur,curat paſsiones eorũ.

An exhibere opiata ſit bonum.

VIſo de digeſtione & euacuatione & balneo, modo uidendum eſt de opiatis.

Et primo utrum eas exhibere ſit bonũ poſt euacuationem,& uidetur ꝙ non ſm Gal. iii. ſimpl. medicinæ,opium cum uino citius interficit quàm ſine uino:quia citius ad cor propter uinum penetrat, ſed in opiata ponuntur aromatica cum opio quæ ad cor ipſum tranſire faciunt,ergo non conuenit dare ea ſimul: ſed ſi dentur opiata,dentur ſimul ergo non debet opiata dari. Item non dantur niſi ad conſumendũ materiã:ſed materia eſt euacuata ſiue cõſumpta,ergo &c. Ad oppoſitum eſt uſus cõis. Iuxta hoc quæritur,quare nõ datur ante balneũ: ſed poſt balneum. Et ſi detur poſt balneum, quare non datur per unũ diẽ poſt,aut per duos,ſed ſtatim poſt balneum,aut in balneo.

Solutio:medicina dicitur opiata,aut quia opiũ recipit: aut quia medicinam habentem uim opii, ut mãdragoram, aut hyoſcyamum,aut quia opem confert propter nocumẽta à medicina præcedente in corpus inducta. Medicina enim laxatiua tria nocumenta facit membris, ipſa aperit ſu gendo ab orificio uenarum,& ipſa debilitat ſecundum Ga Ien.iii. ſimpl. medicinæ: tertium eſt quia totam materiam nõ conſumit,aut euacuat.Opiata contra iſta iuuamenta facit per opium:& per alia conſtringentia membra conſtringit,quæ per medicinam erant aperta: mẽbra debilitata per aromatica confortat. Item per calida exiſtentia in ea reſiduum materiæ conſumit:medicina enim laxatiua fumos interius ab humoribus eleuauit:& ipſos non conſumpſit totos:& etiam à medicina fumi eleuati fuerunt,qui poſt medicinam remanſerunt:& aliqua portio materiæ, quia euacuatio exquiſita non eſt ſecundum artem facienda, ut dicit Aui.in primo: quæ opiata data poſt medicinam laxatiuam conſumit.Itẽ à medicina & ab humoribus eleuati fuerunt fumi ad exteriora uerſus cutem & non euacuati:& iſti per balneum euacuãtur:quia balneũ non euacuat, niſi illa quæ cuti uicinantur:& ideo, quia prius ſunt exteriora euacuãda quã interiora,ut ſi propter uicinitatem fiat attractio,melius eſt: ut ab interioribus ad exteriora fiat attractio quàm econuerſo:ideo forte ante opiatam ſit balneum.

Itẽ alia cauſa ſit,quia ratione opii & aliarũ medicinarũ conſtringentium,ſibi uiam & tranſitum impediunt & claudunt,ideo balneum ut uias aperiat & præſtet tranſitum, ſit ante exhibitionem medicinæ & maxime ſtatim poſt balneũ cum tunc uiæ ſunt apertæ datur opiata.

Ad primum argumentum dicendum eſt quòd Ga. ſoluit iii.ſimp.medicinæ,dicens quòd opium multum citius interficit cũ uino quã per ſe,quia uinum paucum facit tranſire opium,eius malitiam non corrumpendo: ſed ſi datur paucum cum opium cũ multo uino non interficit: quia malitia opii per uinũ aufertur.In opiatis enim ponitur parum de opio, quia multum de aromaticis contra eius malitiam, quæ eſt membrum mortificare & ſtupefacere,corrigunt, non tamẽ eius compreſsionem tollunt, poteſt ergo comprimere, nõ interficere:& iſto indigemus:ergo &c.

Ad aliud dicendum quòd uerũ eſt quòd materia eſt euacuata,non tamen totaliter,quia illud non eſt artificiale ſecundum Aui.& non datur ad conſumprionem materiæ euacuæ,ſed relictæ poſt medicinam laxatiuam.

Secundo quæritur & eſt quæſtio famoſa: utrũ medicina compoſita ut theriaca operetur per formam medicinarum ſimplicium quas recipit,aut per formam totius reſultãtem ex mutua actione & paſsione:per quod ſit earũ excellentiarum fractio:uidetur quòd per formas ſimplicium omne compoſitum operatur per principia ſuæ compoſitionis: quia ſicut actum primum dant ei,qui eſt eſſe:& actum ſecũdum,qui eſt operari,ſed medicinę ſimplices ſunt de compoſitione compoſitæ:ergo per illas operatur. Sed operatio fit à forma,ergo per formas ſimplicium operantur.Itẽ Ser.in vii.de medicina quæ habet iuuamentum multum & nocumentum p'aucum,eſt multum apponendum in medicina cõpoſita:ſed hoc nõ uidetur eſſe,niſi medicinę ſimplices operarẽtur,cum non iuuent niſi in operando:ergo &c. Itẽ omnis cura fit per contrarium:ſed per medicinam ut theriacã curantur duo contraria ſcilicet uenena calida & frigida:ergo eſt eis contraria:ſed hoc non eſt per ſuam formam communem:quia per illud non eſt aliquid contrarium diuerſis. ergo hoc non eſt per aliud niſi per ſua ſimplicia: ergo &c. Oppoſitum uult Sera.in.vii.& arguit ſic:omne agens eſt actu ens:ergo quod non eſt actu ens non agit, ſed medicinæ ſimplices non ſunt actu in medicina compoſita:ergo non agunt:minor patet:quia miſcibilia in miſto non ſunt actu:unde dicit quòd caro thiri non eſt caro actu in theriaca: nec opium eſt opium actu.Item Auic.in.v. dicit. errant qui dicunt quod theriaca ualet ad hoc propter ſpicam, & ad hoc propter ambram:ergo &c.

Tertio quæritur,utrum iſta forma communis ſit à natura,uel ab arte,uidetur quòd à natura, & forma naturalis & eſſentialis rei à re inſeparabilis eſt à natura:talis eſt forma medicinæ compoſitæ,ideo &c. Contra ſit per miſtionẽ medicinarum ſimplicium in compoſito:ergo ab arte.

Primam quæſtionem ſoluit Serap.in.vii. & non uidetur eſſe difficilis, ſi aliquis quærat utrum miſtum operetur per formã miſti ſuperadditam miſtioni:aut per formas elementorum plane reſpondet ꝙ per formã miſti,ſimile eſt hic.

Dicendum igitur ꝙ medicina compoſita, aut eſt recens aut antiquata & uocatur recens poſt ſuam confectionẽ per duos menſes uel tres,cũ adhuc non eſt deuentum ad aliam formam reſultantem ex operatione medicinarũ contrariarũ:quia illa non fit niſi in tempore longo ex fermentatione iſtorum miſcibilium & mutuam actionem & paſsionẽ ſuarum excellentiarum fractionem, propter quod malum eſt dare medicinam recentẽ in ſua confectione, ut hiera picra Gale.uel aliam,quia adhuc non habet operationem & proprietatem quam debet habere à ſuis componibilibus,inducentibus formam cõmunem in ea, cui in eſt proprietas talis uel talis: & ideo iſti apothecarii iſtas medicinas cõponunt,& habent de illis,ut ſcilicet fiat eorũ fermentatio ante ſui exhibitionem. Dico ergo quòd cum eſt recens, operatur per formam medicinarum ſimplicium.unde Gale.v. megatechni cap.iiii.theriaca recens prouocat ſomnũ, quia ipſa habet uim opii,& ideo cũ uolumus dare medicinam alteratiuam ad alterandũ membra diuerſa,ut ſtomachũ & caput,melius eſt dare recentem quàm antiquatam, quia melius poteſt natura diuidere medicinas ſimplices adinuicẽ, & ad diuerſa mittere. Sed cum eſt antiquata,tunc operatur per formam totius communem,cum formæ & ſpecies medicinarum ſimplicium corrumpantur, quantum ad operationem,& quòd hoc ſit uerum,arguit Serap. ſic in. vii.roſa habet in ſe partes terreſtres & per hoc habet naturã ſtipticam,& conſtrictiuam.Itẽ componitur ex partibus aqueis, per quas habet aliquã lenitionẽ,& infrigidationem,ſed cõfortat,non per naturã huius uel illius ergo per naturã aliã, illa natura nõ eſt in roſa,niſi forma cõmunis habet proprietatem confortandi à ſua forma cõmuni. Similiter in medicina compoſita quæ per formam ſui habet operationem. Item uidetur quòd non operetur per formas ſimplicium, ſed per formam communem,quia cum ibi ponatur de cinnamomo in pauca quãtitate,uidelicet.ℨ.i.aut.3.i. nihil ſenſibiliter in corpus operatur:ſi ergo operetur,hoc nõ eſt niſi comparando reſpectu aliorum miſcibilium ut ex eis forma communis reſultet. Item hoc dicit Ga.quòd in theriaca antiquata opium non manet opium nec caro thiri, imo ex illis reſultat forma communis cum aliis. Item cum iſtæ medicinæ ſimplices admiſtæ contrariæ ſint: contraria autem approximata impoſsibile eſt non agere: ergo agunt: ſed cum non ſit earum uirtus infinita: tandem uirtus earum deficiet, unde unum reſiſtendo alteri, unum aliud corrumpet in completo ſuo,& utrunq; franget utrunque, non in nihil,nec unum habet ut formam ſuam in materiam alterius inducat,ergo ex eis reſultabit forma communis, habens ueſtigium utriuſque,& proportionem cum utroque, licet magis cum uno ſcilicet dominanti,quam cum alio, cũ non dominetur intantum ut uirtutem alterius corrumpat, & ſic per illa medicina compoſita operabitur, cum non ſit aliam formam actualem reperire. Dico ergo quòd cum eſt antiquata,operatur per formam communem eius, ut dictũ eſt ſicut uidemus quòd forma una membri per complexionem unam operatur, licet dicatur attrahere per caliditatẽ & humiditatem,& frigiditatem expellere:non tamen eſt actu calidum,nec actu frigidum,ſed eſt ibi quoddam commune reſultans,habens ueſtigium cuiuslibet, per quod commune natura operatur ſecundum proportionem quam habet cum calido,& ſic dicitur calidum operari, & ſic ſecundum proportionem quam habet ad frigidũ,dicitur per frigidum operari,& ſic de aliis. unde cum dicantur membra efficere quatuor operatiões,ſm quatuor uirtutes radicatas in eodem,ut in forma mẽbri quæ ſunt attractiua, retentiua digeſtiua,& expulſiua,hoc per calidum,hoc per frigidũ,nõ eſt intelligndũ, quòd per hoc quod eſt actu calidũ &c. ſed per commune reſultans ex his,ſimiliter eſt hic.

Ad primum argumentum in oppoſitum dicendum eſt, ꝙ uerum eſt, ꝙ operatur per ſua componentia ſm ꝙ componunt,ſed ut cõponunt non ſunt in actu,ſed confracta inquãtum commune ex his reſultat,habens cuiuslibet ueſtigium & uirtutem,cum à nullo nullius uirtus corrumpatur,cũ ibi non ſit dominium completum unius ſupra alterum, operatur ergo per uirtutem habentem naturam.

Ad aliud dicendum ꝙ de medicina cuius iuuamentũ eſt multum & nocumentum paucum,non ponitur in medicina compoſita multum,ut per ipſum medicina compoſita operetur.Sed quia forma communis totius quæ ex commiſtibus inducitur:inducatur ſecundum exigentiam miſcibiliũ accedens ad uirtutem & naturam earum:ita quòd iuuamenta & nocumenta in medicina compoſita ſub eadem cum iuuamentis & nocumentis ſimplicium,ut ſæpe,& eſt ſimile ſi uellemus corpus facere cholericum accipiendo.ii.3.aquæ, &.ii.terræ.&.iiii.drachmas aeris.&.iii.3. ignis magis accederet ad naturam calidi & ſicci, quàm aliorum: non enim plus ponitur de igne ut per ignem operetur, ſed magis ut accidens ad eius naturam à dominio ſint in eo eius proprietates,& in forma communi ex his reſultans, licet in ea ſint proprietates aliorum,licet non ſub tanto dominio.

Ad aliud,dicendum quòd cura fit per contrarium in effectu,licet non ſit theriaca contraria in forma iſtis, eſt tamen in effectu,quia confortando corpus, expellitur uenenum, per ipſam enim corpus confortatum, ſuum nocumentum expellit,per ſuam autem formam communem habet cor cõfortare,& per aliqua ibi exiſtentia ſimplicia,dato quod remanerent actu.licet non ſit uerum,ut aromatica, & aliqua alia proprietate ſua confortant, confortant enim naturam quæ debet uincere uenenum,tanquam ſibi inimicum. Curatur etiam alio modo,conſumendo uenenum per ſuam caliditatem & ſiccitatem,ſiue ſit calidum ſiue ſiccum. Curatur etiam alio modo trahendo ad ſtomachum à uia procedente ad cor,à ſua proprietate,quam habet etiam à carne thiri & ideo in hac cura melius ualet recens quam antiqua ſcilicet in trahendo uenenum ad ſe. Item

tia ſunt fortiora cum compoſitum debeat habere naturam
ſuorum componentium,ſed componentia ſunt fortiora in
recente,ergo &c.ergo in illo tempore ſcilicet in principio
ſuæ confectionis debet exhiberi.Ad oppoſitum eſt uſus cõ
munis, datur enim per longum tempus poſt confectio-
nem ſuam.

Solutio.dico quando damus opiatam,ſi quæramus ope-
rationem quam habet à forma communi ſequente fortio-
rem uirtutem ipſarum miſcibilium & componibilium, &
eorum alterationem cum talis forma non fiat niſi tempore
multo,melius eſt antiquata ſecundum Aui. & Serap.Sed ſi
quæramus aliam operationem,quam habet ex aliquo com-
poſito, ut theriaca emplaſtrata ſupra locũ morbi, attrahit
ad ſe uenenum per carnem chiri,quæ intrat ſuam compoſi-
tionem ſecundum Aui.in hoc tunc eſt melior recens, quia
ille chirus magis habet ſuam propriam uirtutem in recen-
te,& quantum ad illam naturam, differt theriaca à mithri-
dato eodem modo ſi uelimus ſomnũ prouocare per theria
cam quod per opium facit melior eſt recens ſecundum Ga.
v.megatechni.c.v.

Ad primũ dicendum q̃ compoſitum eſt fortius in tẽpore
in quo ſua componentia ſunt fortiora quantum ad illam uir
tutem & operationem,quã per ſua componentia habet,ta-
men quantum ad uirtutem,quã habet ex ſua forma commu
ni reſultante ex actione & paſſione mutua ſuorum compo
nentium,poteſt eſſe fortius,& eſt per proceſſum tẽporis.

An opiata debeant dari in principio morbi.

COnſequenter quæritur utrum opiatæ debeant dari
in principio morbi.arguitur q̃ ſic,quia opiata datur
ad confortationem membrorum, ſed in principio
morbi magis laborat natura ſecundum illum aph.In
choantibus morbis &c.ergo illo tempore debet magis da-
ri confortatio reſpondens labori. Item datur ad conſtrin-
gẽdum:ergo in illo tempore debet dari in quo magis time
tur fluxus,& ẽ maior.Oppoſitũ dicũt auctores in practicis.

Solutio.dico q̃ duplex eſt tempus exhibendi medicinas
laxatiuas,ut in principio ueris,& medio autumno, licet in
quolibet tempore poſſint dari neceſſitate cogente.Simili-
ter eſt de opiatis quòd quantum eſt de tempore electionis
in principio nõ debet dari materia cruda & indigeſta,quia
conſumeret ſubtile & reliquum magis incraſſaret.

Item cum tũc materia ſit multa,quæ ſua multitudine im-
pediente non poſſet per opiatam conſumi, per ipſam tamẽ
poſſet liquefieri & diſſolui & ipſum poſſet facere fluere ad
aliquod mẽbrũ nobile.unde Auic.in.iiii.dicit q̃ ſi daremus
in principio quartanę theriacam adderemus quartanã quar
tanæ, ſubtile conſumendo & reliquum incraſſando magis
materiam incrudaret & inobediens naturæ fieret. quantũ
ẽ de neceſſitate ne peius accidat, ut mors ſubita, damus in
principio morbi,ut in apoplexia,quando timemus ne ſubi-
to patiens moriatur,quia melius eſt,ut portio quædam ma
teriæ minuatur,& materię incrudetur,quam mors ſubita in
ducatur,& ſic in principio apoplexię damus theriacam, &
facimus phlebotomiam aliquando, quando timemus mor-
tem ſubitam.

Labor triplex. Ad primum argumentum dicendum, q̃ labor triplex eſt
ad præſens.Vno modo dicitur labor fatigatio membrorum
ex motu corporali,ut de exercitio, & de hoc eſt ille apho.
ubi indigentia non oportet laborare.i. motu corporali in-
ducente fatigationem.Secundo modo dicitur labor fatiga-
tio membrorum ex motu & materia,& de hoc habetur ille
apho.labores ſpontanei narrant morbos.Tertio modo dici
tur labor illud quod inducitur ex medicina euacuante ma-
teriam inducentem laborem,& fatigationem membrorũ,
& debilitatem eorum.& quando natura laborat magis ta-
li labore,tunc competit magis opiata,materia ſcilicet dige
ſta & euacuata per medicinã prius dictã. hoc.n. eſt in prin
cipio quia tunc eſt materia indigeſta & multa.ſi uero natu-
ra laboret primo labore non curatur per opiatã:ſed per cõ-
trarium exercitiũ ſcilicet requiem ſecundũ illum aphor.In
omni motione corporis.Secũdus labor per digeſtionẽ ma-
teriæ hoc inducentis,& per eius euacuationem.

Ad aliud dicendum, quòd non datur ad fluxum reſtrin-
gendum:niſi materia euacuata & digeſta, poſtquã erit pau-
ca,quia à natura incraſſaretur,& cum eſſet multa, non con
ſumeretur,niſi ſubtile uel ipſam liquefaceret ut dictum eſt:
niſi in caſu ſcilicet ſi eſſet fluxa materia ad membrum nobi-
le,quia tunc tempus eſſet neceſſitatis,ſicut ergo medicina
laxatiua,non debet dari à principio ſecundum illum apho-
riſ.digeſta medicari &c.cum tunc materiam non eſt digeſta
niſi in caſu cum eſt materia furioſa,ſecundum illum aphor.
in peracutis paſſionibus raro &c. Similiter eſt de opia-
tis ut dictum eſt.

Tertio quæritur,quæ prius debeat dari, laxatiua uel o-
piata,uidetur q̃ opiata ſm omnes autores,à debiliori medi
cina uſq; ad fortiorem ſemper eſt procedendum, quando
medicus habet inducias,ut uideat ſi debilis ſufficiat: & per
hoc uideatur quãtitas fortitudinis medicinæ quæ debet ex-
hiberi,opiata eſt debilior quàm pharmacia,ergo &c.

Item medicus quantũ poteſt omnia nocumenta induſta
à medicina debet cauere.unde debet prius dare illa, quæ
paucum nocumentum inducunt,ut uideatur ſi ſufficit, ſed
laxatiua eſt huiuſmodi reſpectu opiatæ,quia pharmacia in-
ueteratꝫ,& multa alia nocumenta facit, opiata multa iuua-
menta facit,confortat,conſumit materiã,& conſtringit mẽ
bra.Ad contrarium eſt uſus communis.

Solutio.Medicina debet prius dari.& loquor in uia ele-
ctionis.cauſa eſt,quia opiata poſt exhibitionem medicinæ
eſt utilis,conſtringendo meatus uiarum apertarũ,per mor
dicationem medicinæ:& ſuctionem uenarum à medicina
& cõſumendo materiã paucam quã inuenit poſt exhibitio-
nem medicinæ,& confortat mẽbra debilitata.ſi autẽ medi-
cina materiam incraſſaret ſubtile conſumendo,cũ non poſ-
ſet totum conſumere,cum materia ſit multa, aut ipſum li-
quefaceret,ita quòd ad membrum nobile poſſet currere,&
ita noceret.

Ad primum argumentũ dicendũ, quòd medicina leuior
ſemper debet præcedere,quando habet operationẽ unam,
ſed quia medicina laxatiua operatur attrahendo materiã,
& membra debilitando,opiata uero conſumendo,& mem-
bra confortando.propter hoc debet ſequi licet ſit leuior,
quia emendat & corrigit malitiã medicinæ laxatiuæ,nõ ſic
autem faciunt medicinæ unius operationis, ideo lenitiua
eſt prius danda,ut myrob.quam ſcamonea.

Ad aliud dicendum quòd uerum eſt quòd illa medicina,
quæ habet plura iuuamenta debet prius dari quam alia,ſed
tu dicis quòd opiata habet plura iuuamenta,dico quòd hęc
iuuamenta non habet,niſi materia prius euacuata per medi
cinam laxatiuam,ergo &c.

Vtrum debeat dari opiata in feb.interpolatis.

HOc habito,quæritur,utrum debeat dari opiata in fe.
interpolatis,ut in tertiana,quotidiana,& quartana,
& uidetur quòd non,quia ſimile adueniens ſuo ſimi-
li facit eum furere,ſed opiata eſt, ut plurimum cali-
da ergo &c.Item augmentares ebullitionem,cum ſit ca.er-
go & feb.ergo nõ debet dari in cura illius. Itẽ ſtringit mea
tus,& hæc eſt potiſſima cauſa putrefactionis pororũ clau-
ſio,ergo non competit.In oppoſitum ſunt auctores.

Iuxta hoc quæritur in qua die ualet,uel in die quietis,
uel in die paroxiſmi.uiderur quòd nõ in die paroxiſmi,ſed
in die interpolationis,quia ſecundũ Hip.in aph. Cibus qui
eſt magis amicus naturæ eſt auferendus in die paroxiſmi,
ergo multo fortius medicinale,non ſolum opiata. Itẽ nulla
la euacuatio debet fieri die paroxiſmi ſecundum Auicẽ.in
i.& in quarto,ſed propter opiatam ſit conſumptio materiæ
uel euacuatio,ergo &c.

Contrarium patet per communẽ uſum practicantium.

Ad primũ dicendũ,quòd opiata debet dari in feb. inter-
polatis materia digeſta, & etiã pro parte euacuata per ſu-
dorem,egeſtionem,& urinam,& ſic de aliis.

Ad primũ obiectũ, dicendum quòd licet opiata per ſe
calefaciat plus, tamen per accidens infrigidat materiã cau
ſantem febrẽ,à qua multi fumi eleuantur ad cor, euacuan-
do,conſumendo,conſtringendo, & confortando mẽbra.
Ad aliud dicendum,quòd opiata tempore quo datur ſecun
dum artem non facit ebullitionem,quia materia cũ ſit pau-
ca,quia eſt iam euacuata prius, iam eſt ſub regimine curæ,
& poteſt ſuper eã natura,& eſt ſupra eam fortis, ideo præ
ſeruatur ab adustione,ſed ſi daretur in ebullitione,quando
materia non regitur à natura,ſicut tu obiicis, ipſa augmen
taret ebullitionem. Ad aliud,dicendum quòd conſtrictio
opiatæ non augmentat putrefactionem, quia prius opera-
tur per conſumentia, conſumendo materiã,quam per con-
ſtringentia membrum conſtringendo, conſtrictio autem
non cauſat putrefactionẽ, niſi cũ occultatione materiæ cũ
prohibitione expirationis fumorũ,quòd non eſt hic, tamẽ
quia datur cũ materia ſit pauca,& quia illud quod fuit cau-
ſa talis materiæ & fumi ſunt qui remanſerunt priuſquã con
ſtringat,ideo &c. Vel poſſet dici, quòd plus boni faceret
per aſſumptionem materiæ quam faceret mali per conſtri-
ctionem,& ideo danda eſt,prima ſolutio melior eſt.

Ad aliã quæſtionem dicitur,quòd opiata datur tribus de
cauſis in feb.interpolatis. Primo propter typi remotionẽ,
ſi plus quàm ſe.noceat,aut malum quod inducatur per ex-
hibitionem opiatæ.Secundo propter paroxiſmi remotio-
nem,quando in eo conſueuit uenire ſyncopis,aut alia ma-
la ſymptomata talia.ut ſtupor mentis,aut cordis defectus,
& tunc datur,licet incrudet materiã, quia magis timemus
accidentia quam incrudationem materiæ,unde in ſyncopi
ſe.ſecundũ Gal.i.xii.megatechni, damus uinum, licet no-
ceat ſe.& ſecundũ ipſum.ix.megatechni,aliquando damus
aquã frigidã ad materiæ incrudationẽ, ut in ſynocha, quia
in ea eſt uehemens inflãmatio,quæ magis timetur quã ma-
teriæ incrudatio,quãdo ergo ſymptomata mala ueniunt,&
in paroxiſmo,malum non eſt prohibere paroxiſmum ne ta
lia ſymptomata ueniant.Tertio datur ad conſumptionẽ ma
teriæ remanentis poſt euacuationem.Primo modo, debet
dari in acceſſione.Secundo modo in die acceſſionis, ante
horã acceſsiõis.Tertio modo in die interpolationis, & in
aliis caſibus,niſi in primis duobus.

Ad primũ dicendum quòd cibus debet ſubtrahi in die
acceſsionis,quia nullum bonum facit niſi digeratur,cũ non
ſit niſi per multas alterationes in quibus natura à digeſtio-
ne morbi & expulſione multum diuertitur. opiata non ſic
facit cum cito ad actum reducatur, cum non indigeat niſi
diuiſione, & non digeſtione, & cum hoc prohibet typum
uel mala ſymptomata prohibendo paroxiſmum, ut dictum
eſt, ut cum timemus magis ſymptomata quàm incrudatio
nem materiæ per incraſſationem ſui. Ad aliud dicendum,
quòd non datur ad euacuationem, ſed ad conſumptionem,
ut dictum eſt.

Hoc habito,quæritur utrum opium,hyoſcyamus,& mã-
dragora debeant poni in opiata,uidetur quòd non. Nihil
impediens medicinæ operationem,debet poni in ea, opiũ
facit hoc in opiata,cum operatio opiatæ ſit conſumere, &
mẽbrum confortare,opij operatio eſt incraſſare & mẽbrũ
ſtupefacere. Item opiata datur ad conſumptionẽ materiæ
in omnibus mẽbris, quod ergo eius tranſitum impedit ad
mẽbra,non debet in ea poni,opium eſt huiuſmodi, cum ſit
frigidum & craſſum.

Solutio.dicendũ eſt quòd opium uel ſimilia debent po-
ni in opiatis duplici de cauſa. Vna eſt propter tuitionem
opiatarum,ne uirtus opiatarum in prima & ſecunda dige-
ſtione corrumpatur, antequam ad membra alia in quibus
debet conſumere,& alia opera facere, ueniat. Alia cauſa
eſt,ad conſtrictionem, ut materia conſumpta, mẽbra prius
aperta,per medicinam conſtringantur,& ſic fortificentur,
cum uirtus unita ſit fortior ſeipſa diſperſa.Ad primũ dicen
dũ quòd opiũ nõ impedit operationes opiatarum, quia eſt
ibi ualde parũ,propter quod nec incraſſat materiã, nec ſtu
pefacit membrũ,unde nõ impedit calida quin cõſumãt,aro
matica quin confortent,ſicut aqua pauca nõ impedit, quin
uinũ inebriet,in pauca quantitate ſufficit ad conſtringendũ
membra non ad alia opera faciendum.

Notandũ tamen quòd ſi datur tryphera magna quæ eſt
opiata,habens proprietatẽ magnã ad menſtruorũ prouoca
tionẽ:melius eſt ſi detur ſine opio,quã cũ opio,& ita debet
dari ad prouocationẽ menſtruorũ cũ decoctione artemi-
ſiæ,aut rubeæ tinctorũ,aut ſpicæ nardi, & ſimilium aut ſup-
ponatur matrici, & prouocabit, tamen ſi damus illam ad
conſumptionẽ & confortationẽ membrorum, poſt exhibi-
tionẽ medicinæ melius eſt dare cum opio,quia tunc indige

mus cõſtrictione meatuum & membrorum, & ut uirtus ſit
fortior,non ſic in prouocatione menſtruorũ.Ad aliud ſimi
liter dicendũ,quòd opium quod eſt ita paucum non impe-
dit tranſitum medicinæ ad membra.

De quibuſdam oleis.

Oleum roſaceum ſic fit in duabus li. olei cõmunis ad do De oleo roſaceo.
ctrinam noſtram abluti li.i.&.s. roſarum uiridium aliquan-
tulum contuſarum,& ponatur olla plena ſuper ignem in
caldario pleno aqua,& tandiu bulliat donec tertia pars mi
nuatur,& deinde albo panno lineo infuſo torculari expri-
mantur.Eodem modo uio.ſambu.quod eſt ca.& myrtinum
fit oleum,quod eſt frigidum & ſtipticum ualẽt illa olea ſci-
licet myrtinum & roſatum ad acutas feb. inuncta ſuper he-
par,& tempora,& plantas pedum,& palmas manum: quia
calidum innaturale extinguunt.

Oleum nenufarinum ſimiliter fit ſicut oleũ roſ. & eſt ma De oleo nenufa. De lilio.
gis frigidum. ualet contra uigilias cauſatas ex caliditate.

De lilio ſimiliter fit:& eſt calidum & ſic.ſicut lilium, & propter hoc ualet in cauſis frigidis.

Oleum perſicorum ſimiliter fit. ualet in hemicraneo do- De oleo perſico.
lore,& ad interficiendum uermes in uentribus puerorũ.

Oleum hyoſcyami ſic fit:piſtatur parum de ſemine hyo- De hyo ſcyamo.
ſcyami & madefiat aqua in manibus malaxetur: & poſtea
ad ſolem deficcetur uſq; ad exhalationem aquæ, & iterum
aqua humectetur,& iterum deſiccetur, & ſic toties iteran-
do donec mollefiat,quo facto in illo ſemine ponatur oleũ
& dimittatur longo tempore, poſtea leuiter exprimatur,
ualet contra uigilias ex caliditate,& ſimiliter contra dolo-
rem capitis ex calore.

Oleum ouorũ ſic fit,coquantur oua ad ignẽ, & accipian- De oleo ouorum.
tur uitella, & ponantur ſuper laminã ferreã,uel in uaſe fer-
reo,& ſuperponatur ad ferrum, & comprimatur: & quod
exit ex eis eſt oleum,ualet ad dolorem ani ex materia acu-
ta proprie,& contra ignis adustionem.

Oleum frumenti ſic fit.accipiatur uas uitreũ ſtricti orifi- De oleo frumenti.
cii, lini eũ fortiter:ita quòd bene patiatur ignem & replea
tur frumẽto & foramina uaſis filis æris obturẽtur: ita quòd
non cadat frumentũ,deinde ſupra ollã ollã ponatur, & fiat
ignis circũquaq; & eliquabit oleũ, ualet contra impetigi-
nem & ignis adustionem.

Oleũ chamæmillæ & oleũ caſtoreũ,ſit ut oleũ roſaceum.

Oleum de cinnamomo ſic fit.ponatur cinnamomũ in ua De oleo ci namomi.
ſe aliquo ſubtus perforato, & ſuperius obſtructo, prius cũ
oleo aſpergitur, & aliud uas ſub eo ponitur, deinde illa
duo uaſa ſub terra ponantur,& aliqua terra tenaci bene cõ
glutinentur & forti igne circunquaq; igniantur:tũc uapor
ſuperius eleuabitur:& quia orificium eſt clauſum inferius
deſcendere cogitur:& ille uapor oleũ dicitur. Et hoc eodẽ
modo fieri poteſt oleum de auro & argento & lapidibus:
præterquam cryſtallo.

Oleũ de terebinthina fit ſimiliter per ſublimationẽ, & De oleo de terebin thinæ.
eſt clarũ ut aqua fontis,ualet in patiente neruorum paraly
ſim,& fere ubicunq; ut oleum benedictũ,& ardet, ut ignis
græcus cũ oleo benedicto, unde ferrum de eo inunctũ in-
flammatur.

Oleum benedictum ſic fit.accipe lateres nouos nunquã De oleo benedi- cto.
ab igne tactos,& in fruſta non nimis parua terantur,donec
ab igne igniantur,& poſtea in mortariolo terãtur, & oleo
aliquantulum humectentur & iterum deſiccentur, & ſic in
uaſe ſublimatorio ponuntur,& deinde leuis ignis ſufficit,
& poſtea magis fortis,donec aqua inde exeat, & tunc exi-
bit oleum,conſequenter illud oleum ualet in paſſionibus
frigidis,ut in paralyſi,ſpaſmo,etiã duritiem aufert. & obli-
uionem tollit.

De oleis & unguentis.

VIſo de electariis,ſyrupis,medicinis laxatiuis, & op
pilatiuis,nũc uidendũ eſt de oleis & unguentis. Et
ſciendũ quòd nomen olei abſolute dictum cadit ſu-
per oleo oliuarum,ſiue pro eo intelligitur,& illud
oleum eſt materia omnis medicinæ. Sed Gal.ii. ſimplicis
medicinæ,& recte dicitur materia, quia non habet natu-
ram agentis,de qua ſit curandum ſed naturã patientis quia
omni medicinæ quæ in oleo recipitur dat ſuam proprie-
tatem. unde ſecundum complexionem materiæ commi-

ſtæ

ſtæ oleo,habet alteram complexionem & proprietatẽ quæ ei à medicina ſibi commiſta imprimitur.

Oleũ uniuerſaliter loquendo habet fieri multis modis. Quoddam oleum fit per uiam expreſsionis, ut oleum oliuarum,aut nucis, aut per uiam ſublimationis, ut ſi uiolæ uel medicinæ aliquæ ponantur in alembico, primo fluit aqua, demum oleum, aut per uiam decoctionis, ut de lignis,aut floribus,& huiuſmodi.

Oleum oliuarũ quod fit per expreſsionẽ oliuarũ, fit multis modis.Aliquando enim fit ex oliuis nõ maturis,& uocatur oleum omphacinum,& eſt ponticum, aut ex oliuis maturis.Aliquando eſt recens, aliquando eſt antiquatum, aliquando ablutum,aliquando non ablutum,ablutum eſt frigidum ex aqua cum qua abluitur ei commiſta.

Similiter illud oleum aliquando eſt dulce ſine ſale, & tunc laxat uentrem per ſuam lubricitatem, ſicut malua,biſmalua,cum in illo uentre non ſit phlegma, & remouet dolorem,qui ſit acuitate medicinæ ſcilicet dolorem mordicatiuum.Aliquando eſt ſalſum,& iſtud excoriat uentrẽ,ideo ſoluit ipſum ſi in ipſo ſit phlegma.

Abluitur autem ſic oleum, aqua ei commiſcetur, & ſic concutitur.ex iſta autem concuſsione unũ cum altero commiſcetur,& ſic oleum mundificatur & eodem modo oleum aqua infrigidatur.Non ablutum eſt temperatum, quia dicitur aliquid temperatum ſimpliciter etiam per comparationem ad corpus humanum,quod cũ ei exhibetur,ipſum non intendit in aliqua qualitate,ſicut eſt de oleo, non enim calefacit corpus humanum,neq; infrigidat per aliquam qualitatem excedẽtem quam habeat.Sed ſi ipſum calefaceret, hoc eſſet retinendo ſua uiſcoſitate cali. naturale corporis quo iterum corpus calefit,ſicut ueſtimenta quibus cooperimur.iſtud autem oleum eſt materia omnium medicinarum quia ab omni medicina inficitur.

De oleo roſaceo. Item omnia olea de quibus Nicolaus determinat. Primum eſt roſaceũ & illud fit multipliciter.Vno modo ſic: accipitur de oleo oliuarum lib.i. & tertia pars lib. i. roſa. & tunc ponatur ad ſolem:ut per hoc fiat commendatio uirtutis ro.oleo,& dimittatur per.x.dies in uaſe cooperto ſuperius uitreo,deinde coletur,illud dicitur oleum roſaceum. Et ſi uis facere fortius iſtud oleum, pone adhuc cum roſis, & fac ſicut prius. & deinceps ſecundum quòd uis habere oleum ro.fortius,illud oleum ſic fit ad ſolem in æſtate,quia tunc nobis ſol apparet.Secundo modo ſic, quòd aliquando accidit,quòd non habemus ſolem,ut in hyeme: & tũc quia inferiora loca ſunt calida ponatur in puteo. Tertio modo ponendo uas ſub terra,quia aliquando accidit quòd nõ habemus ſolem,nec puteum,& iſtud oleum eſt melius,& magis odoriferũ,quia terra ita cooperit uas quod nec uirtus, nec fumus poſsit exire,nec euaporare.

Sciendum autẽ,quod illud oleũ quòd fit ad ſolem, fit in decem diebus,tamen puteo fit in duobus menſibus, & in terra fit in tribus menſibus, ſecundum fortitudinem caloris maiorem & minorem.

Aliter fit oleum ro.quando non poſſumus tantum expectare,accipitur ſuccus ro.cũ oleo de oliuis, & ponitur ad ignem quod remanet poſt decoctionem & conſumptionẽ ſucci,dicitur oleum ro.

Aliter fit cũ uolumus illud citius facere, accipitur oleũ & infunditur ſuper ro.& dicitur roſatum.Iſtud oleum roſatum eſt ponticum,& eſt frigidum & ſiccum, & quia habet ponticitatem,ideo confortat membra,ideo ualet membris mollificatis,laxatis,& debilitatis, propter laxationem mẽbrorum & neruorum.unde ualet contra neruos laxos, penetrat enim melius,& ideo magis profundatur quã oleum ſimplex in membris,licet roſa ſit craſſa, ipſa tamen facit penetrare oleum ſuum ad membra ſecundum Gal. iiii.ſimplicis medicinæ. Cutis enim ideo eo mollificatur, quia roſa ſui acuitate penetrat,& ducitur, & ſua ponticitate impellit ſuum oleum.

Item quia ponticum, frigidum & ſic. conuenit contra arſuram membri,& puncturam, ideo non eſt ei par in ſedãdo dolorem ſecundum Gal.iiii.ſimpli.medi.qui dicit,quòd ipſe habebat uulnus in quo erat dolor pungens, & poſuit ex una parte agreſtam,& in alia acetum,& in alia oleũ roſ.& dicit quòd nõ inuenit magis infrigidãs quàm acetũ: nec magis dolorem mitigãs quàm cum ro. unde expertus fui hoc in quodam qui habebat dolorem pungitiuũ in ano, ſiue longaone,& feci aſpicere uetulam,& dixit mihi,quod erat rubeum tendens ad quandam nigredinem, & ille dubitabat de eryſipelate in ano, & ego appoſui oleum roſatum cum albumine oui & ceruſſa pauca,& curatus fuit de angu ſtia,non dico de morbo,poſt quatuor dies. Aliquando ponitur cum uitello oui, ſed albumen magis mitigat dolorẽ aliqualiter ſtupefaciendo. Valet etiam illud oleum contra aduſtionem ex igne,& contra rhagadias, & etiam cum ſanguine turturis,aut columbæ,curat multum locum doloroſum,& cum farina hordei. Itẽ in caliditate hepatis in cauſone,& ephimera, ualet ad ſedandum dolorem capitis.

Item in diabetica paſsione ualet, ungendo renes cum eo, quia diabetica paſsio ſit ex caliditate renum attrahente humiditatem, quæ debet ſitim ſedare ſiue per cuius defectionem ſit ſitis. Item ualet in pruritu, in ſcabie ſi ex eo, & aceto corpus inungatur, corpore prius purgato,quia conſumit materiam reſiduam, ſiue eam reprimit à ſua acuitate.

Oleũ nenufarinũ ſit ſicut oleũ roſatũ,frigidũ eſt, & ualet contra uigilias cauſatas ex caliditate,ſi ex eo caput inũgatur.Item ponitur cũ oleo roſato & cera, & fiat ex illis quaſi cerotum,ualet contra apoſtemata calida.

Oleum de lilio eſt ca.& ſic.ſicut lilium,ualet ad dolorem ſtomachi ex frigiditate.Item ſi tenta ponatur in hoc oleo, & ponatur in matrice,ualet ad craſsitiem matricis, cum ſit calidum & ſiccum.

Oleum perſicorum ualet in hemicranea, & ualet ad interficiendum uermes in uentribus puerorum,ſi ex eo ungãtur,& magis ſi potetur.

Oleum hyoſcyami fit ſicut tactum eſt,& ualet contra uigilias ex caliditate.Item in dolore capitis ex caliditate,ſi caput inungatur.

Oleum ouorum fit ſicut dictum eſt, illud oleum ualet ad dolorem ani ex materia acuta proprie,& cõtra aduſtionem ignis.

Oleum myrtinũ ſic fit.myrtilli piſtentur, deinde ponantur ad ignem cum uino,& tam diu ſtent quouſq; uinum cõſumetur,deinde oleũ apponatur, & decoquatur ſimul ita, quòd bulliant,& poſtea colentur,ſic dicitur oleum myrtillinum,frigidum eſt & ſiccum, & ualet contra caliditatem capitis ex ſua frigiditate.

Oleum frumenti fit ſicut oleum ouorum, ut dictum eſt ſcilicet per expreſsionem cum duabus laminis ferreis candentibus,ualet contra ſcabiem,& impetiginem, & ſerpiginem,& ſimilia,alio modo ſit ut dictum eſt,& illum modum tangit Raſis.v.Alman.ualet contra prædicta & contra aduſtionem ignis, & contra alia, ſicut ibidem tangit Raſis.

Oleum chamæmillæ fit,ut oleum roſatum, ſicut dictum eſt, & eſt ſubtile, ualet contra dolorem ſtomachi & pectoris ex uentoſitate, uel ex materia pauca quia reſoluit ſine attractione, ſicut chamæmilla. Item confortat membra.

Oleum coſtinum fit ſicut alia olea, ualet ad confortationem ſtomachi, ualet in paralyſi calefaciendo neruos, & ſi cum emplaſtro ponatur ſupra ſtomachum frigidum, & cõmiſceatur confert.

Oleum de cinnamomo confortat ſtomachum, & magis neruos,& fit ſicut in litera tactum eſt.

Oleum de terebinthina clarum eſt,& fit per ſublimationem,multum ualet in paralyſi, & cæteris paſsionibus neruorum, ualet ferè tantundem, ut oleum benedictum, ardet ut ignis, unde de eo fit ignis græcus cum oleo benedicto,& ſi ferrum cum eo intingatur,& poſtea in ignem proiiciatur inflammabitur,& ardebit quandiu ibi erit aliquid de oleo.

Oleum benedictum fit uno modo, ut dictum eſt ſupra; Aliter fit ſecundum Raſim.v.Almanſor. ponuntur iſta fruſta in uaſe uitreo ſpiſſo, illud uas cum argilla ſuperius bene obſtruatur,ita quòd nihil exeat,& ſi tu uideas exire fumum,adhuc obſtrue illum porum cum argilla, deinde fiat ignis leuis,donec deſiccetur illa argilla, & deinde fiat fortis ignis,& fiat oleum. Iſtud autem uas uitreum pati poteſt bis,uel ter uigorem iſtius ignis,& non plus.

Et ualet iſtud oleum in paſsionibus frigidis, & paralyſi, & ſpaſmo,mirabiliter enim penetrat, unde ſi in manu aliqualiter ponatur ſentietur fœtor per multum tẽpus id eſt per quatuor dies,cuius ſignum eſt, quia multum penetrat, & ideo ualet in paralyſi & ſpaſmo, ſi membra inungantur, prius tamen euacuatione facta, & materia digeſta, & non eſt ei par in hoc, ſupra ſplenem poſitum ſoluit eius duritiẽ, cerebrum calefacit, unde obliuionem aufert, ualet etiam contra uenenum ſcorpionis cum illud ſit frigidum. Item ſi bibatur opium,& hyoſcyamus, ualet contra iſta & alia ſimilia, & ſi in iſto oleo intingatur ferrum, & ponatur ad ignem,ſtatim incendetur,ſicut in terebinthina. Item ſecũdum Raſim ſi intingantur in illo oleo retia, aggregabuntur in eis multitudo piſcium & capientur.

Circa iſtam lectionem primo quæritur utrum opiatæ,& aliæ medicinæ alterãtes alterent per ſuam qualitatem uenientem ad membra, aut per ſubſtantiam ſuam uenientem ibidem.Et uidetur quòd non oporteat ibi uenire, niſi ſolam uirtutem,motus localis fortior eſt motu alterationis,ſi medicina attractiua attrahit humorem præter quã in ſua ſubſtantia ad membrum ueniat, ergo & medicina alteratiua, manente in ſubſtantia, abſq; eo quòd ueniat ad membrum ſecundum ſui ſubſtantiam,poterit alterare.

Itẽ uirtus naturalis,uitalis,& animalis feruntur ab hepate,cerebro,& corde ad ſingula membra, ſola ſubſtantia in ipſis remanente,& tamen alterat membra, & in eis operatur,ergo à ſimili erit de medicina, quòd ſicut illa per ſpiritus deferentes multiplicatur,ſic per ſpiritus deferentes ad ſingula membra, ita illa medicina alterando ſpiritus, ergo &c.

Item ſecundũ Gal.iii.ſimplicis medicinæ ſi ponatur pes in aqua frigida,totũ corpus infrigidatur,& tamen planum eſt quòd tantum qualitas defertur ad membra, & non ſubſtantia aquæ,ergo multo fortius medicina recepta interius alterabit,abſq; ſuæ ſubſtantiæ tranſmiſsione.

Item emplaſtra ſuper hepar,& alia membra, & unguenta ponimus,ut alterent illa membra interiora,ut hepar, & ſtomachum,& tamen planum eſt, quòd non ſit per ſubſtantiæ præſentiam in illis membris interioribus,ſed per uirtutis ſolius commendationem.

Contra,agens particulare agit per contactum, & maxime agens per complexionem medicinæ, cum ergo tactus ſit corporum duorum,uidetur quòd ſubſtantia medicinæ tãgat membrum,quod alterat ueniendo ad ipſum, hoc idem uult Serapio.in.vii.

Iuxta hoc quæritur ſecundo cũ illa medicina alteratiua ad mẽbrum ueniat,quomodo hoc fit.i.per quam uiam,quia non põt per ſe,quia nihil ſe ipſum mouet,omne enim quod mouetur,ab alio mouetur,neque per aliud, quia tunc eſſet per membrum attrahendo, quod eſt impoſsibile, quia attrahens à tota ſpecie,non attrahit ſimul duo contraria, ſed membrum attrahit cibum,qui eſt cõtrarius medicinæ cum unius ſit agere, & alterius pati,ergo &c. & probaẽ maior, quoniam uirtus attrahendi à tota ſpecie fit ratione ſimilitudinis,quæ non eſt reſpectu diuerſorum.

Forte dices,quòd trahens à tota ſpecie, nõ attrahit duo contraria cum remanet ſub eadem diſpoſitione,ſub diuerſa tamen poteſt,unde membrum quando eſt ſanum,attrahit cibum & non medicinam,cum autem eſt ægrum, attrahit diuerſum,ut medicinam alterantem.

Contra diſpoſitio accidentalis non mutat eſſentialem, cum ergo ſi fiat attractio diuerſorum à tota ſpecie,diuerſifitur tota ſpecies,ægritudo autem eſt accidẽtalis, & tota ſpecies eſt diſpoſitio eſſentialis ſecundum Aui.non ergo diuerſificetur per ægritudinem,ergo &c.

Ad primã quæſtionẽ reſpondet Serapio in.vii. ꝙ medicina alteratiua uenit ad membrũ ſm ſui ſubſtantiã, & non ſolum ſm uirtutẽ,uerum eſt ꝙ medicina alteratiua põt alterare abſq; hoc,ꝙ uadat ad membrũ ſm ſubſtantiam, quia eius uirtus per ſingula corporis membra multiplicatur, tam ſana quã ægra indifferenter,& appellatur hæc uirtus fumus à medicina reſolutus, qui per corpus diſpergitur alterãs corpus ad naturam propriam. Ille autem fumus paucus eſt,& uirtutis debilis,ideo ſua alteratio eſt pauca.

Item medicina minus appropriatur uni membro quã alteri,quia ubiq; ſpargitur, quia ſi debet fieri alteratio contra dyſcraſiam alicuius membri,niſi ſit pauca ualde,oportet quòd medicina ſecundum ſui ſubſtantiam ad membrum ueniat ſecundum Sera.in.vii. Dico ergo quòd medicina alteratiua ad membrum uenit,& licet ſua uirtus ſemper multiplicetur,tamen illa non ſufficit,quia uapor per quem multiplicatur illa uirtus,eſt paucus.

Ad primum argumentum in contrariũ dico,quòd medicina euacuatiua nõ oportet,quòd eat ad membra,quia ipſa operatur à tota ſpecie. hac autem ratione ſuæ ſpiritualitatis poteſt ſe multiplicare complete, & excitare potentiam incõpletam humoris, qui ei obedit magis in parte una quã in alia obedit dyſcraſiæ medicinæ alterantis, ſed medicina alteratiua agit per complexionem, quæ ſic non poteſt ſe multiplicare ad hoc ut alteret, cum non multiplicet ſe niſi cum fumo debilis uirtutis. Item reſiſtentiam inuenit in membro,& non fit attractio in humore,ergo &c.

Alia tertia ratio uere concludit,quòd uirtus multiplicatur,dico tamẽ quòd non ſufficit ad alterãdũ, propter quod neceſſario ſubſtantia illuc uadit. Et de aqua frigida dico, quòd infrigidat,& alterat membra,ſi ſint parum lapſa, non tamẽ ſi ſint multum lapſa, ſimiliter dico quòd medicina per fumum alterat membrum, ſi ſit parum lapſum, non tamen multum lapſum,niſi per ſubſtantiam.

Ad ſecundã quæſtionẽ dico,quòd ibi uenit quia à mẽbro attrahitur, per uirtutem eandẽ per quam mẽbrum attrahit cibum in ſanitate attrahit medicinam in ægritudine,et quãuis nihil ſeipſum generet,quodlibet tamen ſeipſum conſeruat,unde quælibet forma rei intendit ſui conſeruationem, conſeruatio autem pendet in duobus.ſcin remotione contrarii,& attractione conuenientis, ideo membrum per ſuã propriam uirtutem attrahit ſimile,cum eo indigeat,& per eandem uirtutem abiicit contrarium, cum in membrũ inducitur. Sed quia iſtud contrarium ſiue nocumentum non poteſt abiicere per ſe, ideo attrahit aliquid quod iuuet ipſum.ſcmedicinam alterantem, & hoc per eandem uirtutem per quam attrahit ſibi ſimile,quia uirtus per quam ſe cõſeruat eſt una & eadem,quæ hæc duo facit,reſpectu eiuſdem finis, qui eſt conſeruare, facit duo opera ad eundem finem, expellere autem contrarium non poteſt immediate facere, ideo attrahit illud medium,quo indiget ad hoc operãdum, ut medicinam. Dictum eſt ergo per quod mẽbrum attrahit medicinam.ſ.per ſuam uirtutem,ſed non eſt dictum quomodo. Et ad hoc poteſt forte dici,quòd membrum dyſcraſiatũ inducit in medicina aliquã diſpoſitionẽ,per quam ſit ei ſimilis,& eſt etiã ſimile reſpectu effectus,& finis, ideo ad illud mouetur pluſquam ad aliud, uel ad minus uirtus regitiua corporis illam habilitat & diſponit,hoc tamen habet dubitationem,& ideo inquiſitione & ſtudio indiget.

Ad primũ argumentũ dicendum,quòd attrahens non attrahit à tota ſpecie contraria,& dico quòd cibus,& medicina non ſunt contraria ſecundũ quòd attrahuntur, licet in ſe ſint contraria,quia attrahuntur ut ſimiles, licet non in ſpecie,ſed in operatione reſpectu finis ſcilicet ut membrũ conſeruetur per ea,in iſto autem conuenit, ideo debent utraq; attrahi,nec attrahuntur,ut diuerſa,ſm quòd diuerſa.

Vel dicendum,quòd membrum non attrahit diuerſa,manens ſub eadem diſpoſitione, licet ſub diuerſa diſpoſitione manens hoc poſsit facere, unde ſolum membrum ægrũ attrahit medicinam,& nõ ſanum,cum ergo arguitur, quòd attrahens uariatum non poteſt attrahere cõtraria, quia per hoc mutatur ſua tota ſpecies, dico quòd uerum eſt ſecundum, ꝙ tota ſpecies non attrahit, niſi per conſeruationem ſui, iſta autem natura reperta eſt in duobus cõtrariis, ideo duo contraria attrahit. Et tu obiicis,ꝙ haberet ſimilitudinem cum duobus contrariis, dico quòd non eſt incõueniẽs licet tota ſpecies ſit contraria alicui iſtorum in forma, eſt tamen ei conueniens in intentione, quia ſcilicet tam illa uirtus quã illud cui contrariatur ſcilicet medicina, intẽdit membrum cõſeruare,ideo &c. Nec dico quòd mutetur iſta ſpecies propter diſpoſitionem illam accidentalem, aliud

tamen opus facit ſpeciale ſcilicet attrahere medicinam qua indiget, propter illam diſpoſitionem, & qua non indiget cū eſt ſub alia diſpoſitione, ſemper attrahit quo indiget ad ſui conſeruationem dummodo poſsit &c.

Dubiū tertium.

Hoc habito,quæritur de iſta medicina alterante, utrum antequā ad membra ueniat quæ alterat, conuertatur in humorem,uel non conuertatur, & confundamus illa duo in unum,& arguitur quòd debeat imitari humorem, & mutetur.ſ.antequā alteret,dicit Gal.x.megatechni,ꝙ quāuis medicinæ alterantes,& cibi,& potus, ad membra ueniant,tamen tarde,& poſt eorum conuerſionem,& alterationem.

Item.xiii.megatechni,dicit Gal.quòd medicinæ mordicantes magis nocent concauo hepatis quā gibbo,quia cum ueniunt in gibbo hepatis iam ſunt conuerſæ, ergo multo fortius medicina uadens ad mēbra ſingula.Item impoſsibile eſt, quòd agens approximatum paſſo non agat,ſed medicina approximat ſtomacho & hepati,ergo in ipſam agūt, ſed actio hepatis eſt conuerſio in humorē,ergo &c.

Contrarium uult Auic.in.i. cap. de eo quod comeditur & bibitur,ubi dicit,quòd illud quod in corpus agit,& non patitur eſt medicina,& alibi quod à corpore non uincitur, eſt medicina. Adhuc dicit,quod in corporis ſimilitudinem non conuertitur,eſt medicina. Item Gal.i.ſimpli.medi.cibi eſt pati, medicinæ agere, cum ergo non poſsit mutari niſi patiatur,ergo &c. Item per experimentum patet hoc, cum damus potiones uulneratis,uidimus medicinas egredi per uulnera membrorum ualde remotorum, ut in capite,ſub eodem colore, & ſub eodem ſapore, ſicut intrant, ergo &c.

Ad iſtam quæſtionē dicendum eſt, quòd cum quæris utrū medicina cū debet alterari debeat conuerti in humorē &c. Dicendum eſt quòd non,ſi enim cōuerteretur iam haberet omniū membrorum ſimilitudinem, quia omnia membra ipſum æqualiter attraherent. cum ergo unum mēbrum, ſicut membrum læſum,præcipue ipſum attrahat, & non aliud,patet quòd non debet conuerti,& hoc uult Gale.iii.ſimplicis medicinæ in principio diſtinguit ita duplicem alterationē ſine mutatione.Vna ſecundum ueritatem,ut quando fit de ſpecie ad ſpeciem, ut cum ex pane ſiue cibo fit ſanguis, & iterum caro,& os,& neruus. Alia ſecundum tranſumptionē,ut quando corrūpitur non uera forma,ſed uiſualis exteriorum,ut cū panis in parua fruſta diuiditur, & cum piper conteritur. Deinde ſubiungit ſtatim Galen. & omnes libri ſunt falſi, in illo loco tamē aliquando librum inueni in quo erat alio modo quàm in nouis,ubi non eſt negatio, ſed in illo erat negatio,ita ꝙ debet ibi eſſe in alia litera,quæ ſtatim ſubiungitur,& nos quidē iam diximus,quòd uirtutes medicinarū non ingrediuntur in genus primorum duorum generum mutationis.& iſtud patet per literam quæ ſequitur, cū dicit quòd non ſit poſsibile,quòd mutetur res,& cōuertatur de ſpecie in ſpeciem,niſi calefiat, & infrigidetur &c. ex quo patet,quòd medicinæ alterantes nō corrumpuntur, cum non intrent in genus ſecundum alterationis.

Res medicinalis triplex.

Tunc de ſecunda quæſtione,quæ cum illa cōfundebatur, utrum.ſ.poſsit præſeruari à corruptione. Dicendum quòd triplex eſt res medicinalis. Quædā quæ eſt medicina pura, quædā eſt quæ eſt medicinalis, quædam eſt quæ eſt ei cibus medicinalis. Medicina pura tm̄ agit,medicinalis agit magis quā patiatur,cibus medicinalis utrunq; æqualiter.Dico tunc,quòd ſi ſit medicina pura,non corrumpitur, neq; conuertitur in humorē,antequam alteret,ſed alterat abſque ſui conuerſione, quia habet tantā uirtutem medicinæ,ꝙ ſuperat uirtutem cibi,tamen poſſet conuerti,in tanta quantitate pauca poſſet dari,ſed non oportet ad hoc,ut alteret unde appellando medicinam illud, quod eſt medicinale, uel illud,quod eſt cibus medicinalis,poteſt bene conuerti, licet non debeat nec oporteat ad hoc,ut alteret. unde Auic. Sanguis generatus ex lactuca,retinet ſuam qualitatem uſq; ad tempus, & ita poteſt conuerti & alterare, tamen non oportet, quòd conuertatur ad hoc quod alteretur, unde ſi detur ſuccus lactucæ ad alterandum, uel infrigidandum hepar,licet poſsit conuerti, non tamē debet ſi debeat alterare.Vnde ſciendum quòd differt dicere medicinam,medicinale,& cibus medicinalis,unde cum dico medicinam,dico

E rem agentem tantum,cum dico medicinale,dico rem agentem & patientem,magis tamen agentem quam patientem, cum uero dico cibum medicinalem, dico rem agentem & patientem,magis tamen patientem. Quando ergo quæritur,utrum medicina conuertatur,dico quòd non,ſi appellatur medicina pura, quod poteſt probari per literam prædictam.iii.ſimplicis medicinæ,& ſi detur illud, quod eſt medicina pura in aliqua quantitate modica, poterit fieri cibus medicinalis,& tunc conuertetur, uel medicinale ſi magis agat quā patiatur,cibus medicinalis æqualiter utrunq;, aut magis patiatur quā agat,unde ſi detur ſuccus lactucæ ad infrigidandum hepar, uenit ibi ſicut eſt. Et tu quæras quid accidet de illa medicina antequam fecerit ſuam operationem,dico quòd expelletur ſicut ſuperfluitas cū ſudore,uel urina,uel egeſtione,ſicut tangit Auic. de croco,quod conducit medicinas cordiales ad cor, & in fumum cōuertitur, & expellitur. Et dico quòd ſi illa medicina, quæ prius erat medicina pura detur in modica quantitate, ut poſsit conuerti,tunc alterabit omnia membra, non magis unum quā

F aliud erat,nec tunc erit medicina pura,ſed erit cibus medicinalis,quia mutatur in humorem recipiendo uirtutem medicinæ per quam alterat corpus, & tunc duo mobilia ſcilicet in quantum cibus patitur ſuam conuerſionem,& inquātum medicinam ſuam diuiſionem ſolum.

Ad primum argumentum poteſt dici, quòd medicinæ ueniunt poſt ſui conuerſionem, uerū eſt tranſumptiuā ad mēbra quæ eſt ſui diuiſio,unde cōuertitur ſm̄ ſui apertionem, non conuerſione uera. Ad aliud dicendum ſicut prius.Vel dicendum ad utrunq; aliter, ꝙ medicinæ uenientes in gibbo hepatis,ſunt conuerſæ.i.debilitatæ in ſua malitia, unde in tertio de complexionibus,acuta cibaria,ſicut cæpæ & allia non ulcerant interius, quando comeduntur ſicut quādo exterius emplaſtrantur,quia ſua acuitas remouetur magis, quia ſe cōmiſcent humoribus contentis in uenis, & ſanguis per quem ſola acuitas mitigatur,non permittit,quòd ſic ineniat aliquid in ſtomacho cum quo commiſceantur, ideo corrigitur eorum malitia magis cum ueniunt ad gibbum, quam ad concauum hepatis, quia tunc eſt magis admiſta cū

G humoribus quàm prius. Ad aliud eſt ibi conſequens, non enim ſequitur,ſi corpus agit in medicinis, quia hoc modo, ſiue talem actionem faciat, quæ eſt conuerſio in humorem, quia agit aliam actionem ſcilicet diuiſionem eius in partes paruas correctionem medicinæ à ſua malitia, unde ibi fit conuerſio tranſumptiua,& non uera.

De unguento populeon.

Vnguentū populeon dicitur, quod fit de oculis populi. ualet cōtra calorē acutæ feb. & his qui dormire nequeunt, inunctis temporibus,& pulſibus,& plantis manuum, & pedum,hoc idem cum oleo roſ. uel uiolato miſtum, & ſuper hepar inunctum,mirabiliter calorem tollit &c.

Vnguentum dialthææ malaſticon,& calaſticon dialthęa, à radice eraſti dicitur malaſticon, id eſt mollificatiuum,calaſticon,id eſt calefactiuum &c.

De unguentis.

VIſo de oleis,uidendum eſt de unguentis.Vnguenta fuerunt inuenta eadem ratione, ſicut & electaria, & aliæ medicinæ compoſitæ,ſicut electaria, & medicinæ compoſitæ fuerunt adinuentæ ſcilicet interius, & exterius exhibitæ propter hoc, ꝙ medicinæ ſimplices non

H faciebant effectum interius, ſicut unguenta & emplaſtra, quia medicinæ ſimplices extra effectum aliquando non faciebant, & hoc uel propter debilitatem ſimplicium medicinarum,aut quia longo tempore non poſſunt remanere in loco ſuper quem ponuntur. Inuenta fuerunt unguenta, ut diutius ſuper locum remanerent,& per hoc ſuam operationem adimplerent:uerbi gratia cum puluis aliquis aſpergatur ſuper locum,per pannos aufertur citius,quam ſi unguētum,uel emplaſtrum,aut cerotum, cum iſto puluere conficiatur,illa enim faciunt medicinam ſcilicet puluerem diutius remanere ſuper locum.

Vnguenta etiā ſunt inuenta, ut faciant abſterſionem in membro & confortationem,abſtergunt, & conſumunt materiam paucam remanentem poſt purgationem prius factam, & aliquando fiunt ad confortandum iſta unguenta, tam mēbra exteriora,quam interiora. Interiora ut ſtomachum,

chum,aliquando enim inungimus uentrem propter ſtomachi confortationem frigidi oleo coſtino, uel oleo de ſpica nardi,uel de abſinthio,uel de menta,iſta autem omnia inungunt ipſum maxime cum eſt debilitatus, aut propter frigiditatem,aut propter texturæ raritatem.

Notandum eſt,ꝙ in omni unguento eſt oleum, aut pinguedo,à qua confectū ſit, ut diutius remaneat ſuper membrum,illud autem facit oleum, aut pinguedo per uiſcoſitatem ſuam.Vnguentum dicitur ab ungue,uel ungo ungis, & tunc proprie dicitur unguentum.

De unguēto populeon.

Vnguentū populeon eſt primū unguentū factum,& dicitur ab oculis populi.oculi aūt populi dicuntur folia cuiuſdā arboris,quæ populus appellatur. Quæ folia dictæ arboris parua colliguntur, & ex iſtis cōponitur unguentū,prouocat ſomnū,ſi ex eo plātæ pedū,tempora, & uolæ manuū, & arteriæ inungantur,& hepar infrigiditat,ſi eſt poſitū ſupra ipſum cum aqua roſ.& pauco aceto.

Nicolaus dicit,ꝙ prouocat ſudorem, ſi ex eo umbilicus ungatur,ſed falſum eſt,cum.n. frigidū ſit claudendo poros, prohibet caloris euaporationem, cum etiam ſit uiſcoſum per ſuam uiſcoſitatem impedit humiditatem, ex qua fieret ſudor egrediens,& eā interius retinet,ut phlegmatici pruriginoſi &c.Conficitur ſicut alia unguenta, quia ſpecies cōteruntur,& tunc cum oleo,uel pinguedine conficiuntur. Recipit omnia frigida,papauer frigidum nigrum,mandragoram,cimas rubi, ſolatrum, & ſimilia frigida, unde illud unguentum ualet contra calorem acutæ feb. diſtemperatū cum aceto,ut melius poſsit tranſire,aut cum acreſta, & debet fieri inunctio ſuper uolas manuum, & pedum, & circa frontē,& tempora,ſed ſi feb. non fuerit acuta multum patiens de natura ſua frigidus,& tempus ei conforme fuerit, aut ſi ſudare uoluerit,non eſt utendum populeo, quia materia fieret ex hoc ineptior digeſtioni, & ſudorem impediendo,beneficium naturæ poſſet impedire.

De unguēto dialthæa.

Vnguētum dialthęa quaſi factū de althęa.i.malua,uel biſmalua calefacit & humectat,& ideo multum ualet ad maturandum apoſtemata,quia ſecundum Gal.ii. ſimplicis medicinæ ad maturationem apoſtematum tria requiruntur ſcilicet calor ad caloris attractionem ad locum apoſtematis,ut melius poſsit digerere,& quia timetur,ne fiat conſumptio & reſolutio caloris,apponuntur uiſcoſa, ut calorem attractum ibi exiſtentem interius retineant,& humida ad materiæ remollitionem,ualet ad reſoluendum uentoſitatem, & ſubtilem materiam.

Vtrū theriaca in materia rheumatica cōueniat.

Circa iſtam lectionem dubitatur, cum primo uiſum ſit de opiatis in generali, uidendum eſt de eis in ſpeciali. Et primo de theriaca utrum ſit bona circa materiam rheumaticam, uidetur quòd non. Nullum rheuma prouocans competit in cauſa rheumatica,ſed theriaca eſt huiuſmodi, cum ſomnum prouocet ſecundum Gal.primo megatechni.cap. iiii. ergo &c. Item nulla operatio prohibens fluxum materiæ à membro nobili ad ignobile eſt facienda, ſed theriaca eſt huiuſmodi,quia prohibet fluxum materiæ a cerebro, quod eſt membrum nobile,maior patet per Auic.& Gal.in infinitis locis,quia ſemper debet fieri expulſio ſuperfluitatum à mēbris nobilibus ad ignobilia,minor patet per Aui. lib.v.de probatione theriacæ dicit,quod ſi theriaca exhibita ſtringit uentrem,bona eſt,ergo ſtringit & fluxum rheumatis à capite.

Reſpōſio.

Oppoſitum dicit Auic.in.v. quòd ualet ad conſumptionem materiæ phlegmaticæ,ergo ualet frigida cauſa & rheumatica.

Dico quòd theriaca cōuenit in materia phlegmatica cū eſt digeſta,& non multa, ſed pauca,unde conuenit euacuatione prius facta,ſed ſi materia ſit indigeſta, quia conſumeret ſubtile,& reliquum incraſſaret,non conuenit,ſed ſi materia eſſet digeſta,tamen multa non competeret, ne etiam aliquam partem conſumendo ipſam incraſſaret, & aliā non conſumendo,aut faceret ipſam per corpus currere ad membrum nobile,ſed ſi illa materia flueret ad membrum nobile,tūc eſſet tempus neceſsitatis, ut quando fluit ad oculos, quia pauca materia, ut gutta, nocet eis, repercutimus ad cerebrum, & ſtringimus fluxum eius ad oculos, ſimiliter ſi phlegma ad partes ſpirituales, ſeu uitales flueret rheuma-

A ticum,& ſi materia eſſet pauca & digeſta,tunc conuenit ad illius digeſtionem ſiue conſumptionem.

Ad primum argumentum in oppoſitum dicendum,quòd theriaca recens prouocat ſomnū,& talis non conuenit, ſed antiquata, & illa prouocat magis uigilias, caput deſiccando,in eo conſumendo materiam phlegmaticam inducentē ſomnum. Ad aliud dicendum,quòd non ualet licet prohibeat fluxum rheumatis à cerebro cum hoc,quòd reſtringat, ipſum conſumit,& ita in cerebro remanet.

Item bene uerum eſt, ꝙ ſi flueret à cerebro in membrū ignobile non deberet reſtringi,ſed ſi ad membrum nobile, de quo eſt magis timendum,quā de cerebro, deberet ſtringi,ut ſi ad cor,aut ad pulmonem,aut ad oculum.

Conſequenter quæritur utrum competat in quartana,uidetur ꝙ ſic ſm̄ Auic.in.iiii.Quartana habet curari per calida,cum materia eius ſit frigida,ſed theriaca eſt calida et materiam quartanæ conſumit,ergo competit.

Item ſm̄ Gale. in morbo longo debet uirtus confortari & conſeruari,quia ipſa curat morbos,ſed quartana eſt mor-

B bus longus & chronicus,ergo in ea conuenit,quod uirtutē confortet,quoniam ſecundum Auic.theriaca confortat calorem & ſpiritum,ergo &c.

Oppoſitum dicit Auic.in iiii.dicit enim quòd ſi daremus theriacam in quartana,adderemus quartanam quartanæ, & ſic afflictionem afflictioni,ergo &c.

Dico ꝙ ante euacuationē materiæ non conuenit, neque materia indigeſta,quia ſubtile conſumeret,& reliquum incraſſaret,unde in principio non conuenit,ſed materia digeſta,& euacuata,& exiſtente pauca,conuenit ad reſidui conſumptionem:ſed ſi multa,non competeret, aut ſi eſſet indigeſta,tunc enim adderetur quartana quartanæ.

Ad primū,dicendū, quòd in ea competunt calida.ſ.tēperata leuia,& humida ad materiæ remollitionem, ſed theriaca eſt multum cali.& ſic.ideo tantum conuenit,ſicut in fractione lapidis ſecundū autores non competunt nimis diuretica,materia indigeſta,quia materiā petrificarent, ſubtile conſumendo,& reſiduum compingendo & indurando,ſimiliter eſt hic. Ad aliud,dicendum,ꝙ uerum eſt,ꝙ confor-

C tat,& ſi tantum confortaret,competeret,ſed quia plus faceret mali,materiam incraſſando, quam boni,uirtutem cōfortando,ideo non conuenit in quartana.

An theriaca cōpetat in ſanis.

Conſequenter quæritur utrum theriaca competat in ſanis,uidetur ꝙ ſic,ſm̄ illum apho.tenues & certæ dietæ, dicit Gal.quòd in ſanis uirtus debet cōfortari & conſeruari, in ægris autem debet minui in acuta egritudine,ſed ſecūdū Auic.in.v.cap.de laudibus theriacæ. Theriaca uirtutem cōfortat,calorem,& ſpiritum confortando. Item conſeruat adoleſcentia ſecundū Aui.in.iiii.ergo conuenit in ſanis.

Item ſi ſit inconueniens, hoc erit propter carnem thiri quæ eſt uenenum ſm̄ Gal.iii.ſimplicis medicinæ, ſed quod propter hoc non ſit inconueniens, arguitur ſic,quia ſecundum Auic.in.iii.caro thiri habet proprietatem conſeruandi uirtutem,& uitam prolongandi,ergo &c.

Oppoſitum dicit Gale.iii.ſimpli.medi. Medicina liberās à ueneno eſt uenenum, ſed uenenum non competit ſanis, ergo &c.

Corpus ſanū duplex

Solutio.quæſtio famoſa eſt, dico tamen ad quæſtionem,

D duplex eſt corpus ſanum ſcilicet ſanum ſimpliciter, quod non eſt ægrum nec actu nec potentia,in potentia dico quia habeat in ſe materiam, quæ debeat in futurum eſſe cauſa ęgritudinis,& taliter ſano nō cōuenit,quia ſecundū Gal.& Hip.medicina non conuenit ſanas carnes habentibus, quia cum non inueniat materiam malam in corpore, conuertit ſe ſupra bonos humores,ex quibus debet bona caro generari, & conſumit & euacuat, ſimiliter ſi theriaca exhibeatur in corpore ſano,ſimpliciter conſumeret illud,quod non eſſet conſumendum, & eſſet ibi uenenum. Aliud eſt corpus ſanum, quod opera habet naturalia non læſa, attamen eſt neutrum decidentiæ, quod in ſe habet materiam, quæ quieta eſt,ideo non noceret ei in futuro, tamen mota ab aliquo induceret ægritudinem, in tali ſano conuenit, conſumendo illam materiam phlegmaticam, quæ debet facere ægritudinem in futuro, & hoc modo prolongat iuuentutem ſcilicet tardando canitiem. Canities enim fit ex

phlegmate euaporato,uel existente in capite, quod remanens debilitat calorem & naturam:ut nutrimentū illuc ueniens non posit conuerti à natura debilitata, imo prius desiccatur,& marcescit quàm conuertatur,& propter hoc dealbatur,quia fumi eleuati, ex quibus generatur pilus, sunt albi,& faciunt pilos albos, & sic calorem confortat, quia secundum philoso.lib.de respiratione, calidum dupliciter deficit,aut quia extinguitur,aut quia marcescit, & hoc est propter defectum humiditatis in qua radicatur ut uidemus in hyeme folia marcescere. & calidum hoc modo debilitatum non confortaret,imo amplius consumeret, & propter hoc in sano simpliciter non confortaret calorem naturalé, immo,potius ipsum marcescere facit,consumendo humidū radicale,cum non inueniat materiam superfluam. Aliquando calor extinguitur & suffocatur:& absciditur sub multo humido accidentali,& hoc modo debilitatum calorem naturalem propter phlegma multū accidentale confortat theriaca,& ideo conuenit sanis lapsis.

Ad argumentum in oppositum,dicendum est, quòd nisi esset debilitatio uirtutis & caloris propter phlegma accidé F tale,non confortaretur per theriacam,ut uisum est,ideo in aliquibus lapsis,non ut sunt simpliciter sani conuenit.

Ad aliud dicendum,quòd uerum est,quòd prolongat iuuentutem secundum apparentiam,licet non sit secundū ueritatem,quoniam tollēdo rugositatem:nihil enim adeo manifestat senectutem,sicut rugositas,unde dicit Philosophus xix.de animalibus,q senectus est sicut glacies,& sicut rugositas,& est uerbum obscurum,non.n.fit senectus nisi per debilitatem caloris ex consumptione humidi naturalis siue radicalis non completa,quia sic esset mors,unde calor consumit seipsum per accidens.s.consumendo suum humidū, & hęc est uera senectus,quando per introductionem frigiditatis propter materiam obumbrantem calidum naturale, & hoc est apparés senectus,cuius signum est rugositas, illa.n. rugositas in senibus apparens ante terminum debitū, fit ex materia phlegmatica faciente cadere partem supra partem propter suam grauedinem,propter quod est ibi rugositas.illud autem quod consumit talem materiam,tollit rugositatē & hoc facit theriaca,& sic prolongat iuuentutem secundū apparentiam,& quia etiam canitiem aufert, illa autem theriaca in sanis temperatis non conseruaret iuuentutem, ut patet per prædicta,sed in sanis lapsis, ideo istis conuenit aliis non.Ad aliud dicendum, quòd caro thiri est uenenū in sanis simpliciter,sed in sanis lapsis non,quia habet proprietatem ducendi superfluitates exterius, & in talibus conuenit,sicut concessum est.

Vnguentū citrinū. Vnguentum citrinū,dicitur citrinum,quia in pomo citri decoquitur,pulchram reddit faciem,lētigines de facie tollit,& nigredinem à sole introductam destruit &c.

Vn.albū. Vnguentum album ad phlegma salsum sic fit, & coctum confectum est lib.i.&c.

Vn.agrippæ. Vnguentum quo Agrippa utebatur, & tantæ dignitatis erat,quòd nemini discipulorum tradere uolebat, ualet hydropicis,& omnibus humoribus in quacunque parte corporis fuerint &c.

vn.marcia Vnguentum marciaton magnum, marciaton à Marciano dicitur peritissimo medico,à quo fuit inuentū,quod facit ad dolorē,frigiditatē capitis,& pectoris,& stōi &c.

Vn.arigō. Vnguentum arigon.i.adiutorium,ualet ad omnem dolorem ex frigiditate uiris & mulieribus,tali ordine,immittitur in testa oui &c.

Vn.fuscū. Vnguentum fuscum .i. nigrum ualet ad omne uulnus, nam super uulnus positum attrahit, & attrahendo mundificat &c.

vn.utilissimum. Vnguentum utilissimum impetiginosis, & serpiginosis, & elephantiosis &c.

De unguentis calidis,& siccis.

VIsum est superius de unguentis frigidis, uel saltem temperatis,nunc uidendum est de calidis & siccis, & de marciato &c.Primo tamen dicendum de unguento citrino,& dicitur citrinum non à colore, sed quia in illo pomo concipitur,concauatur enim ita, q non remanet nisi cortex,& in illo cortice ponuntur species.

Vnguentum citrinum. Vnguentum autem citrinum fit ad absterſionem & dealbationem,abstergit enim omnes maculas corporis,& mundificat faciem,& albificat eam,& totum corpus, & ideo utuntur eo mulieres,unde etiam aufert lentigines. Et sciendum pro regula,quòd nullum unguentum abstersiuum debet poni in loco nisi prius mollificatione facta,unde primo debet facies aqua lauari,cum nolumus lentiginem abstergere,& maxime quando sunt profundatæ, & antiquatæ & induratæ,ut remolliantur, & illa aqua debet esse aqua alicuius decoctionis ualentis,ut furfuris,aut lentium,aut fabarum,ut materia præparetur ad abstergendum,& hoc in mane præcedenti,uel in nocte,uel in sero,debet facies unguēto citrino ungi. & tertio in mane sequenti debet iterato membrū illud sicut facies lauari in aqua abstergente, in qua sint cocta aliqua,quæ ponuntur in isto unguento, ut aqua in qua coquantur amygdalæ amaræ,aut consimilis medicina,& facit illa aqua absterſiua duo bona quia commouet unguentum,& iuuat unguenti operationem,in hoc quòd si aliqua mala materia remāserit propter debilitatem unguenti non abstersa abstergitur ab aqua. Adhuc istud unguentum ualet ad denigratam faciem in tempore æstiuo,ut tempore messis,& ualet ad pustulas siue sint in manu, siue in pede. aut in alia parte corporis,si sint ex phlegmate, & similiter ualet unguentum citrinum contra nigredinem remanentē post casum scabiei,sunt enim qui dant medicinam fortem ad curam scabiei, & tunc illa scabies cadit, tamen postea remanet quædam nigredo in loco,ad hoc remouendum bonum est unguentum citrinum, habet enim in se multas medicinas dealbantes,habet in se medicinam per quam habet uim lenitiuam,unde contra asperitatem ualet & arefactionem, & debet inungi fortiter, & fricari membrum, quod inungitur ex isto,ut unguentum imbibatur in membrum per fricationis motum,recipit autem medicinas abstergentes,ut boracem.Borax enim est gumma absterſiua,& depuratiua,& conglutinatiua,unde cum eo conglutinant aurifabri argentum ualde fortiter cum est puluerizatum, ut duas laminas plus discontinuas coniungunt fortiter, contra difficultatem partus ualet secundum Platearium, si distemperetur cum uino,& propinetur, super omnia ualet in hoc G casu, ut dicit.

Amentum dulce similiter ponitur hic,amentum est quasi lapis durus,quod efficitur ex uitro liquefacto, istud dicitur amentum dulce ad differentiam salsi, quod fit ex uitro, aut terra ualde petrosa.

Vmbilici marini sunt frigidi & sicci, & abstergunt asperitate sua & dealbant,& sunt lapilli similes umbilico, inuenti in litore maris,clari & albi.

Chrystallus frigida & sicca,eiusdem uirtutis cuius prædicti lapilli.Chrystallus fit de glacie propter uehementem motum frigiditatis constringentem & dealbantem, clarior & albior est,ualet eius puluis ad recuperandū lac amissum ex caliditate,si detur ad potādum,& ualet in colica,sed caue ne detur uentre constipato,aut in iliaco entale.

Dentale sunt similia prædictis,& dicitur dentale quia est simile denti in soliditate,& est album,& quanto albius,tanto melius.Entale non differt ab eo nisi cum frangitur,habet uenulas quasdam secundum longum protensas.

Marmor,frigidum est,& siccum,& non differt ab aliis,& H propter idem ponitur.

Gersa est cerusa, quæ duplex est, quia quædam fit ex laminis plumbi perforatis,& positis in uase cum aceto ad solem, & illud quod inuenitur in sole dealbatum per illas laminas,est cerusa,est enim frigida ualde, & illa utuntur mulieres ad abstergendum faciem, sed unum accidit eis ex hoc,quia amittunt dentes ex usu ipsius, quia ratione aceti est inimicum dentibus & ossibus, & illa cerusa est frigida & sicca. Alia est cerusa, quæ calida est & sicca, quæ dicitur gersa serpentina quæ ponitur hic ad mundificandum & depurandum, & ista facit hoc præ cæteris ibi positis, & illa cerusa sic fit. Radix serpentinæ in uere colligitur, & optime mundificatur, & puluerizatur, prius tamen ipsa ad solem desiccata,deinde per pannum cribelletur, & tunc cum aqua rosa. aut pluuiali conficiatur, & deinde ponatur ad solem in aliquo uase in quo sit aqua rosa. & illa aqua sæpe abiiciatur, & remoueatur, & hoc fiat per .xx.dies, uel amplius,postmodum illa aqua abiiciatur,& desiccetur, A & deinde in medicina ponatur, inter omnia unguēta istud optime abstergit, quia habet in se multas medicinas abstergentes,sicut corallum album,tragacāthum,entale, dentale. Auic.ponit aliud unguentum,quod est ualde bonum ad deciorationem,& adustionem ignis,quo multum utuntur chirurgici.fit autem ex lythargyro,cera albissima, cerusa plūbi,oleo ro.cum uino albo.& conficiatur.

Vnguentum album & unguentum fuscum & unguentū ac phlegma salsum,ualet ad scabiem,serpiginem,& impetiginem,unde certus sum, q unguentum album ualde bonū est ad scabiem ex quacunq; sit causa,habet enim in se absterſiua,aliquando enim accidit, q nō curat complete scabiem scilicet cum materia sit multa, & cum prius euacuatio non est facta,non conuenientia ita, q possit complete curare, hoc competat ad illam auferendam, quę est præsens, sed post euacuationem curat ualde bene.

Vnguentum Agrippæ dicitur à rege, qui ipsum inuenit, uel pro quo factum fuit, calidum & siccum est, ideo ualet hydropicis,& hoc materia purgata, ut residuum consumatur, ualet etiam contra neruos induratos, possunt autem nerui iudurati triplici de causa, aut ex eorum desiccatione, & tunc non ualet,aut ex frigiditate congelāte, & tunc magis ualet. istud unguentum attrahit aquositatem propter sua cōponentia, si uenter ex eo ungatur ualet hydropicis, sed caue ne super hepar ponatur, quia timendum esset de intensione causæ efficientis hydropicis, recipit in se brioniam,quæ est radix uitis albæ, habet proprietatem abstergendi aquam in hydropicis, scilicet in eorum uentribus,& ideo mulieres portant eam ad uendendum, tota etiam die illa habet uirtutem uomitiuam.

Vnguentū marciaton, id est unguentum magnum, siue marciaton:ita à Martiano magno philosopho,qui eū inuenit,illud est cali. & sic. ideo ualet ad passiones frigidas ex materia phlegmatica,uel melancholica, & hoc ualet cōtra frigiditatē,siue materiam passionis capitis maxime,quia in se habet multa caput respicientia:ut ocymū,id est semen basiliconis,& balsimitā,agrimoniā, pimpinellā,betonicā &c. & non debet dari in morbis calidis. Et notandum quòd nō C debet dari in morbis,ubi est materia crassa, nisi materia digesta, & pro parte euacuata, ut in paralysi, & spasmo &c. quia subtile resolueret,& residuum incrassaret.

Item notandum, q quando materia est profunda in membro,non ualet,quia non posset penetrare,sed si uolumus ipsum penetrare,tūc debemus fricare locum, ut per hoc pori aperiantur, & poris apertis possit subintrare, sicut dictum est,ualet contra passiones frigidas capitis,uel contra hemicraneam,lithargiam,maniam,melancholiā,materia digesta prius & euacuata, quia multa sunt ibi caput respicientia. Ite ualet cōtra passiones pectoris,si ex eo ungatur pectus. Pectus aūt potest pati à caliditate & siccitate, & tunc non debet dari,cum sit calidum,& potest pati à materia rheumatizante à capite,& tunc quādiu materia illa rheumatica est in fluxu,non conuenit,quia ad locum traheretur. Sed cum est tota fluxa,iam prius euacuata, & digesta per incisiua & lenitiua,conuenit,unde si sit multa,prius debet fieri euacuatio,si materia antecedens sit multa,& si sit multa, & crassa, & frigida:primo debet liniri,& tunc lenitiua tribuētur in- D terius,potest exterius hęc unctio ungi,quia per illam disponitur materia,ut per illud unguentū ad exteriora trahatur, non solum subtile,sed crassum cum subtili. Item ualet contra passionem stomachi debilitati, & prius stomachus, aut hepar,non debet aliquo unguento inungi, aut aliquod emplastrum supponi post cibum, quia attrahendo calorem à loco digestionis impedirent digestionem, & diuerterent naturam à sua digestione, sed in mane ante cibum debent inungi ad solem,duplici de causa, quia sol suo calore aperit poros,ut melius per ipsos unguentum possit transire,& calorem naturalem excitat secundum Serapio.in.vij.

Sed notandum,quòd cum inungitur pectus illo unguento,si timemus eius deficcationem,& subtilis materiæ solū, debemus istud unguentum reprimere cum oleo rosa. uel uiol. aut unguento populeo. Item ualet ad passiones renum ex materia frigida, inungendo renes materia ipsa exi-

stente digesta,& pauca,unde post purgationem competit.

Item ualet contra colicam non factam ex hepate à materia cholerica, sed phlegmatica aut uentosa. Similiter ualet ad arteticam, & podagram, post materiæ digestionem, cum remanent aliquæ pustulæ in iuncturis digitorum, aut manuum, aut in cubito, & si non est satis forte, debet cum eo admisceri unguentum arigon,aut oleum ualens ad hoc.

Item ualet contra paralysim, & si non est satis forte,commisceas cum eo de cinnamomo, aut de castoreo, quia sunt multum bona ad hoc. Item ualet contra duritiem splenis,materia prius remollita interius,quia aliter subtile cōsumeret,& reliquum incrassaret. Item ualet contra spasmum si inungatur spina dorsi usque ad caudam,unde in omnibus passionibus frigidis ad consumptionem materiæ à capite descendētis,debemus sic inungere spinā dorsi, usq; ad caudam in paralysi,& spasmo.In isto est ruta,quæ est aperitiua,calida & sicca,& habet proprietatem specialem ad stomachum,& ad menstrua prouocanda, & fœtum mortuum B educit,conficitur istud unguentum ex adipe ursi, & confortat neruos,et consumit materiam,& ideo ex solo adipe ursi solent fricari membra paralytica ad materiæ pauce consumptionem,& neruorum cōfortationem,unde iste adeps ursi multum est consumptiuus,est ca.& sic.

Item in isto unguento est sabina, & habet specialitatem Nota de adipe ursi
propriam ad prouocandum menstrua, & est consumptiua calida & sicca. Est etiam ibi balsamita,quæ in pratis reperitur,& habet odorem quasi balsami, & ideo sicut dicitur, ualet proprie ad caput confortādum ex frigiditate sine materia uel cum materia,nisi materia sit multa,& indigesta,& rheumatizans.

Item in dolore capitis ex calida materia non ualet.

Ocymum est ibi,quod est semē basilicōnis,ualde aromaticum capiti confert.Est etiam ibi saluia, calida & sicca, & habet aspectum ad caput, & neruos,& hoc alio nomine dicitur elelisphacos sylueſtris. Artemisia habet proprietatem specialem ad menstrua prouocanda.

Enula campana,aperitiua est, & consumptiua,quia subtilis substantiæ cali. & sicc. Herba sanctæ Mariæ, quæ alio nomine dicitur buchormariem,& hic dicitur cauciterium, ualet ad caput proprietate sua,& agrimonia,& pimpinella & absinthium confortat stomachum.

Vnguentum arogon ad idem ualet fere omnia, quæ ponuntur in prędicto unguento misto calidius est,tamen quia Vnguētū arogon.
recipit aliqua calidiora, ualet contra quartanam, si ante paroxismum inungatur spina dorsi usq; ad caudam, aufert typum,& contra paralysim ualet materia existente pauca, digesta,prius facta purgatione, & si ponātur ista tria simul, scilicet arigon,marciaton,& agrippa,bonum est.

Vnguentum Agrippæ est magis calidum quàm istud ua- Vnguētū Agrippæ.
let proprie ad hydropicum, attrahendo aquositatem,unde si ponantur illa tria simul ad hoc, ualēt ad omnes passiones frigidas,& eo modo qui dictus est.

Circa istam lectionem quæritur, de illa quæstione diffici- Dubium.
li,& famosa quomodo uenenum unum,attrahat reliquum, ut adeps crocodilli emplastrata super locum morsum à crocodillo,uenenum crocodilli attrahat, & caro uiperæ, cauda,& capite abiectis,emplastrata super locum morsum à uipera uenenum attrahat, & quęritur utrum hoc fit per simile,uidetur quòd non,omnis motus fit propter indigentiā:si ergo aliquid ad aliud moueatur, oportet q in illo ad quod fit motus, sit aliquid quod non sit in eo, quod mouetur ad ipsum, sed hoc non est possibile in eis, quæ sunt eiusdem speciei,ergo &c.

Item nō per simile actu, quia tunc aurum attraheret aurum,& ferrum,ferrum.Nec per simile in potentia,sicut adamas attrahit ferrum,quia in illis,quæ sunt eiusdem speciei, unum non est potentia ad reliquum. Nec in uno est potentia actiua ad aliud, cum sit sub eadem forma specifica, propter hoc enim dicitur tota species, quia est in quolibet individuo unius speciei,cum ergo non sit possibile,ut in uno sit actio,& in alio sit passio,ergo &c.

Item attractio ad se, & expulsio eiusdem sunt contraria, sed uenenum, ut caro uiperæ expellit uenenum ad cutem

secundum Auicen. Ergo non attrahit ipsum.

Oppositum dicit Auicen. in quinto, qui dicit, quòd attrahit per simile.

Item Gaie. in. iiii. simplicis medicinæ à veneno liberantes attrahunt per simile.

SOLVTIO. primo uideamus, quòd medicina liberat à venenis quatuor uel quinq; modis.

Primo modo, impediendo venenum, ne ad cor transeat, quia non interficit nisi transeat, & sic theriaca antiqua confortando cor, quod confortatum expellit venenum, impedit ne transeat, & similiter aromatica.

Secúdo modo, per alterationem complexionis veneni, per complexionem contrariam, & sic allia contra morsum scorpionis, quia est venenum frigidum, & alia sunt ca.

Tertio modo, quia ducit materiam superfluam, & cú hoc venenum ad exteriora, & sic caro uiperæ conuenit.

Quarto modo fugando hu. à facie veneni, ne inficiantur à veneno qui infecti cor possent inficere, & sic terra sigillata, & dictamus competunt.

Quinto modo attrahendo, quia attractio fit à calido, & à uacuo, & à tota specie, & sic theriaca recens emplastrata super locum morsum attrahit venenum, sed quomodo attrahit, hoc est difficile, & diuersus est modus ponendi.

Dico ergo, ꝙ attrahit à simili, si tamen adiungatur cum eo caliditas fortius attraheret. Dico ergo, ꝙ aliquid simile in forma attrahit aliquid sibi simile in forma per modú applausionis, non à simili, ita quòd unum sit habens aliquá naturam actualem, quam habet aliud in potentia, & incomplete, ita quòd in uno est ut actio, in alio est, ut passio, sed in utroque est, ut actio, & in utroq; ut passio, & hoc mouet me quod dicit Gal. in lib. de malitia cõplexionis diuersæ, quod omne simile, & amicum alteri est conueniens, & natum ei cõiungi, & ideo unum ab alio trahitur, & hoc patet per experimentú, accipiatur uirga coryli recens, & scindatur per medium medullæ, & ponatur frustum unú in manu una, & aliud in alia manu adinuicem coniungentur, & hoc est quia unum alteri natum est coniungi naturaliter, quia ex eis fiebat naturaliter unum coniunctum, & ideo unum natum est alteri coniungi, excitatum per uirtutem alterius, & per illud faciunt uetulæ carmen suum in matrimonium: dicunt enim, quòd quando aliquis desponsat aliquam, quòd ille uirgæ coryli, si coniungantur, matrimonium erit ad bonum, si non, non, sed dicunt carmen aliquid operari ad hoc, quia ni si dicerent, coniungerentur tamen, siue ad bonum, siue ad malum. Sed tu dices quomodo ergo tunc erit, quare nõ attrahet venenum exterius appositum, siue caro uiperæ in se habens venenum, quare magis attraheret venenum existẽs interius ad exteriora quam econuerso.

Dico ꝙ non sunt uiæ qualiter apertæ motum præstantes, unde cum illo quod est emplastratum exterius apponuntur cõstringentia, ne possit penetrare, & ideo ad se aliud attrahit cum non possit ab alio trahi causa dicta.

Item cum illud exterius positum aliud attrahat, natura percipiens se per illud iuuari fortificatur, & illud expellit, & ita attrahitur, & expellitur a natura tanquam naturæ nocens. Sed tunc quæstio erit, quare aurum non attrahit aurú, & ferrum, ferrum.

Dico ꝙ in corporibus nimis siccis, & duris à quibus nihil euaporat, cum quo uirtus fortis multiplicatur, non fit attractio similis in forma, unde aurum non attrahit aurú, neè ferrum ferrum, quia nimis sicca, unde si illa uirga coryli esset nimis sicca, & non recens, non fieret coniunctio nec caro thiri similiter. Sed tunc est quæstio difficilior quomodo adamas attrahit ferrum, & etiam adamas, adamantem, cum ab eo nõ possit euaporare aliquid, cum sit ita durum, ꝙ uix possit frangi. Dico quòd facit hoc multiplicando suam similitudinem, & sine euaporatione aliqua, excitando potentiã actiuam incompletam existentem in ferro, quæ nata est cõpleri per formam adamantis: ideo mouetur ad ipsum. Vnde dico, quòd in adamante est uestigium orbis, unde est in eo aliqua pars habens in se proprietatem occidentis, alia oriẽtis, alia meridiei, alia septentrionis: & dico quòd in parte pro meridie, & septentrione existente, maxime attrahit, & parum à parte orientis, & occidentis, unde sunt in eo fortiores uirtutes polorũ, quod cognoscitur à nautis, quia attrahit quando habent uentum septentrionalem, aut meridionalem.

Sed quomodo tunc discernetur, utrum sit meridionalis, aut septentrionalis. Dico quòd sic, accipitur testa oui plena aqua, & mouebitur fortiter, & tunc ponetur adamas in testa fortiter mota, tũc pars meridionalis ad meridiem mouebitur, & septentrionalis ad septentrionem. Et aliquando accidit, quòd illa pars quæ est meridionalis, attrahit illam, quæ est habens proprietatem, & naturam septentrionis, licet sint sub eadem forma specifica, & hoc non est nisi per aliquam proprietatem magis completam, existẽtem in parte meridionali ad quam est pars septentrionalis in potẽtia, & completur sua potentia per ipsam, unde dico, quòd nunquam pars meridionalis attrahit partem meridionalẽ nec septentrionalis septentrionalem, quia neque est in una aliquid quo indigeat alia, propter quod fiat motus, cũ sint eiusdem formæ & proprietatis.

Vnde propter hoc patet ignorantia quorundam dicentium, quòd aliquãdo adamas fugat adamantem, ut pars meridionalis meridionalẽ, quia hoc est falsum, licet uideatur fugare, non tamen fugat, sed attrahit partem septentrionalem existentem in una parte adamantis, & quia in opposita parte erat proprietas quasi meridiei, ideo attrahendo partem septentrionalem ad se uidetur fugare partem meridionalem, uerbi gratia: ponatur hic adamas, cuius una pars habeat proprietatem meridiei, & alia septentrionis, & ponatur acus super illum lapidem, ita quòd iaceat supra lapidem, tunc tangit una extremitas acus extremitatem unam adamantis, & alia aliam, & extremitati influetur acus uirtus illius partis quam tanget, ut si tanget meridionalem, influetur eius uirtus meridionalis, tunc eleuetur acus superius, tunc cum influatur ab adamante per totam acum directe positum, illa pars acus in qua primo meridionalis, erit septentrionalis, cum toti acui influatur uirtus ab adamante ut si intelligeremus, ꝙ una scutella plena aqua acui supposita directe influeretur uirtus fundi scutellæ, & similiter est hic, quòd illa pars acus, quæ primo tangebat partem meridionalem cum fricabatur, uel iacebat super eam, quãdo fricatur pars illa ad partem illam directe, habet illa pars, quæ habebat primo proprietatem meridionalem, proprietatẽ septentrionalem, & tunc illa quæ primo erat meridionalis, cum sit septentrionalis, attrahitur à parte meridionali adamantis, quia non attrahit meridionalem, ut dictũ est, & per hoc quod attrahit illam, uidetur fugare aliam, & sic simile huiusmodi non attrahit per simile actuale, sed cum sit possibile, ut partibus habentibus eandem formam, & speciem, sint diuersæ proprietates, quam una est completa alia incõpleta, per hoc fit attractio, & sic attrahit caro uiperæ suum uenenum, non uenenum uenenum, nec caro carnem, sed caro, uenenum, quia habet proprietatem incompletam, licet eandem formam habeãt, unde nullus authorum dicit, quòd uenenum attrahat uenenum, sed caro uiperæ suum uenenũ & adeps crocodilli suum uenenum, & fortius quàm aliud, licet attrahat quodlibet uenenũ, unde aliquid est actu in carne, uiperę extra, quod nõ est in ueneno intra, ideo attrahit.

Ad primum patet, quod licet essent eadem in forma, nõ tamen in proprietate formæ, nisi ut dictum est, quia unũ incompletum est in proprietate respectu alterius.

Ad aliud dicendum, quòd cum caro uiperæ exhibetur intra, cum habeat proprietatem mouendi ad exteriora, secũ ducit superfluitates, & uenenum quod in suo transitu reperit, sed cum extra attrahit proprietate illud uenenum, ut dictum est, & iterum extra posita attrahit, cum nõ possit moueri intra. Item ipsa cum detur intra, cum aliquibus constrictiuis in stomacho existens ad os stomachi attrahit uenenũ & ipsum post ad exteriora expellit, & secum ducit, cum de eius proprietate sit moueri ad exteriora.

Explicit expositio Ioannis de sancto Amando super antidotario Nicolai.

Gentilis

proportionibus medicinarum, & de modo inuestigandi complexiones earum, & ad sciendum conuenientem dosim cuiuslibet medicinæ.

RATIA lucidioris habitus, quem Mesue denotat in modis & proportionibus medicinarum, quæ inuicem confici debent, sicut etiam gratia latioris scientiæ ad formas earum inueniendas, & doses earum compositionum magis proportionales, quàm in libris reperitur aliis, hunc breuẽ tractatum insequar. In quo ostendam omnem moderationem medicinæ laxatiuæ compositæ, & modos compositionis ex simplicibus medicinis, & proportiones ad eas attendendas, & doses propinationis earum secundum exigentiã huius artis, declarando dicta quorundam super hoc.

Huius. n. tractatus sciẽtia est maxime necessaria, propterea quia libri sapiẽtum ceciderunt iam in adulterationem, non propter uenerabiles sententias ipsorum, et scientificas eorum compositiones & canones, sed propter scriptorum insufficientiam uel negligentiam. Etenim sicut processus in prole, speciem primi patris debilitat, donec iam non sit dignum nomen gentium antiquæ proli radicaliter assimilari, Sic propter scriptorum degenerationem, iam libri antiquorum uidentur corrupti. Hoc declaratur, quia si Gal. libros Hip. copiasset proprio calamo, essent libri Hip. auctẽtici, & completi, & exemplum Gale. errore manus est ab illo deficiens, quanto ergo magis, cum idiotarum scribentiũ seminantur exempla.

Et quia libri theoricæ intellectu regulantur, libri autem practicæ sola fide quasi adhærendo experimentis, Ideo scriptorum discrimen est maximum libris practicæ. practicos autem canones nunquam recuperat intellectus, quia (ut dixit Gal.) hæc pars non est scientialis, sed experimentalis, ut Halya. tertio techni commento. lxxxviii. Theoricus autem si dubitauerit, inuenit, ac imperfectos eos certificat intellectus, & complet, cuius signum est, quòd plurimi libri practicæ sunt corrupti. Et si discurris antidotarios, inuenies in eis maximam diuersitatẽ in ponderibus, sæpe. n. scribitur. ʒ. pro libra. &. 3. pro. ʒ. cuius error facit medicum libris adhærentem esse medicum æquiuoce, ubi non perlustret eum huiusmodi scientia.

Hoc igitur opus breue nebulosam uiam practicæ in hac parte elucidabit, ut quis hãc doctrinam imitans, textus male scriptos decidat, bene scriptos sequatur, & eis adhæreat, donec doses medicinarum per se intelligat, & per se ipsum male positas corrigat, sicut mihi pridie contigit in nono Almaso. male scripto. cap. de podagra. ubi ponit descriptionem pilularum, quę à multis allegantur, scilicet pilularum, quæ non ualentes incedere, incedere faciunt, ubi ponitur in una dosi quarta pars. 3. scammoneæ quæ est. xv. grana, & hoc est erroneum, & ideo scripsi in margine, scammoneæ quarta pars unius scrupuli, & remoui. 3. & tunc dosis est fœlix, & pro certo ista litera fuit eius, non enim tutũ est cum antidotariis, & aliis descriptionibus sapientum absq; hoc tractatu procedere.

Diuisio huius libelli.

CONtinet tractatus iste tria capitula, nõ. n. sciẽtia proportionum medicinarũ simpliciũ ordinatur, nisi ad doses compositarũ medicinarũ inueniendas, proportiones aũt tales sunt duæ, una est medicinarum simpliciũ respectu totius, alia est proportio simplicium medicinarũ inter se, ex prima ꝓportione inuestigatur cõplexio medicinę laxatiuæ compositę, ex alia inuestigatur compositio medicinæ laxatiuæ compositæ. Sunt ergo tria capitula in toto.

De proportione simplicium ad totum compositum, id est de complexione medicinæ laxatiuæ. Cap. 1
De proportione medicinarum simplicium inter se, id est de compositione medicinæ. Cap. 2
De dosi earum. Cap. 3

PARTIS EXECVTIVAE
Capitulum primum.

OMplexio autem medicinæ laxatiuæ est duplex, ut ad præsens spectat, quædã est ex primis qualitatibus resultans, quomodo dicimus quòd medicina laxatiua est calida uel frigida. In tali uel tali gradu. Alia est complexio resultãs ex qua litatibus primis perquas medicinæ habent operationes tertias, ut dictum est quinto Colliget, & ibi uide bene ad literã, & talis plus habet dici forma cõpositi, uel qualitas quã complexio, nam cõplexio proprie significat supra qualitates tangibilis. Cõplexio me. laxatiuę duplex

De primo quidem dicendũ, ꝙ medicinæ simplices in cõposito laxatiuo, uel sunt eiusdem complexionis, uel diuersæ. Si eiusdẽ, uel sunt cum eodem gradu, ut cum commisce mus crocum, & mannam quæ ambo sunt eiusdem complexionis & gradus, uel sunt eiusdem complexionis, & nõ gradus, ut cũ commiscemus crocum cum caryophyllis. Est. n. crocus calidus in primo, caryophyllus in tertio. Diuisio medicinarum.

Quare si miscentur medicinæ eiusdem complexionis & gradus, tunc complexio medicinæ est nota, quia illius cõplexionis & gradus, cuius complexionis & gradus est unaquæque earum simplicium medicinarum, illius gradus & complexionis est medicina compositæ, ut confectio ex cinnamomo, mace, & galanga, est in secundo gradu caliditatis secundum unamquanq; earum, quia unaquæq; earum est in eodem gradu.

Et si aliquis diceret, ꝙ medicina ratione suæ quantitatis excedit gradũ suum, ut secunda primi capitulo, de eo quod comeditur, & bibitur, & ideo plures medicinæ eiusdẽ gradus uidentur eleuari supra illum gradum,

Dicendum, ꝙ illud est per accidens.

Et illud etiam non est ad propositum, quia de tali medicina compositæ, tantum damus, quantũ daremus de una istarum simplicium. Si. n. fieret confectio ex cinnamomo, daremus de ea. ʒ. s. sicut de tali daremus. ʒ. s.

Sed dices, quare ergo fit compositio ex quo sunt eiusdẽ complexionis & gradus?

Dicendum, ꝙ in operationibus secundis, simplicia habent alia, & alia iuuamenta, licet sint eiusdem gradus & cõplexionis.

Nam miscendo galangam cum cinnamomo, quæ sunt eiusdem gradus & cõplexionis, aliud tamen iuuamẽtum ex operationibus secundis habet galãga quã cinnamomum, quia galanga reaggregat partes stomachi relaxatas, cinnamomum autem subtiliat, & aperit uias, & macis confortat cor. Ergo licet conueniant in gradu qualitatis eiusdem, uel complexionis, non tamen conueniunt in secundis qualitatibus, & ista compositio debet fieri, quia una medicina habet proprietatẽ iuuandi, uel nocendi unũ corpus, & non aliud, immo unum membrum, & non aliud, immo una hora, & nõ alia. ne ergo cadat error miscẽtur plures eiusdem uirtutis, quia licet galanga inimicaretur uni membro, & conferret pluribus, miscemus sibi medicinas eiusdẽ uirtutis, ut ex toto remaneat securitas curationis, & causam huius permistionis medicinarum, nunc cum una, nunc cum alia, tangit Auic. quarta primi capitulo primo, & secundo can. capitulo de lacte, &. iii. can. Fen. x. capitulo de cura asthmatis. & xx. tertii cap. de dolore iuncturarum. & Gal. viii. ter. Inspiciebat naturarum diuersas proprietates.

Et hic non quæro utrum mensurę secundarum qualitatũ, & tertiarum sequantur mẽsuram primarum, sed de hoc apparebit tibi, si legas quinto Colliget capitulo. iiii. Si autem medicinæ sint eiusdem complexionis, & non gradus, tunc oportet considerare actionem, & resistentiam graduum adinuicem.

Et in hoc errauit uehementer Bartholomeus uarignana in tractatu suo dicens, si medicina componatur cum similibus in complexione, quòd eius complexio est tanto intensior, sicut si componeretur ex pluribus calidis, esset calidior quàm si ex paucioribus.

Sed hoc est contra principia medicinæ, nam aliqua medicina cõposita ex aliqua una re calida solum est calidior aliqua composita ex uiginti calidis rebus.

Et pro tãto sumitur dictũ domini Aui.v.Cano. & Auer. v.Colliget capitulo.liiii. quòd quãdo cum medicina magis calida componitur minus calida, medicina magis calida remittitur, & secundũ quòd est maior distantia earum adinuicem, secundũ hoc est magis calidæ maior remissio. Et hoc idem probatum est in physica . nam magis tale per participationem sui contrarii fit minus tale, de hoc etiam determinatum est super libro de differentiis feb. Dico ergo, ꝙ si cũ medicina calida in primo addatur medicina calida in.iiii. sicut crocus piperi, ꝙ tunc medicina calida in.iii. uel.iiii. remittitur ad aliquem numerum siue mansionem suæ latitudinis. Omnis enim gradus, tres numeros, siue mansiones habet, ut exponit Haly. & plusquam commentator in techni, & ideo Gal.ponit exemplum in numeris, & non in gradibus, ut plusquam commentator commento.viii. sed de hoc non expedit disputare, sed tamen Auic.& Auer.concedunt talem resistentiam, & oppositionem inter medicinas diuersorum graduum complexionis eiusdem existere, & quòd gradus non sunt æquales imperfectione, & quòd gradibus accidit imperfectio ratione participationis sui contrarii, positiue uel priuatiue, & nos declarabimus super secundo de differentiis feb.& super.ii.Colliget si Deus uoluerit.

Cõclusio secũda cõpleta.

Item est intelligendũ, quòd tales medicinæ quæ sunt diuersorum graduum socientur cũ debita quãtitate utriusq;, nam uinum debile, si addatur uino magnę uirtutis in æquali quantitate, aut in media parte, tunc remittit illud uer.gra. Cyathus unius cum cyatho alterius, aut medietas unius cyathi paruæ uirtutis cum cyatho magnæ uirtutis debilitat omnino fortitudinem maioris.

Sed si parua quantitas puta.ʒ.i. debilis uini addatur cum cyatho unius fortis uini, & potẽtis non permutabit ipsum, qm̃ propter paruitatem suæ quantitatis non habet proportionem uinum debile respectu illius fortis in permutando.

Et eodem modo intelligendum est de societate medicinarum. Si enim misceantur piper & crocus in quantitate æquali uer.gra.remittetur piper ad secundũ gradum, & eleuabitur crocus ad secũdum gradum, & si misceatur crocus in media parte cum pipere, remittitur piper ad tertium gradum, & eleuatur medietas croci ad tertium gradum, quia propter paruitatem quãtitatis croci, uirtus eius resoluitur, non potens remittere ipsum ad secundum, & si superat quãtitas croci quantitatem piperis, absq; proportione trahet piper uirtutem croci ad quartum gradum.

Quantitas ergo consueta apud practicos est æqualis põderis, aut parum excedentis, aut in duplo, quãdoq;, & quandoq; est quantitas medietatis. In istis enim quantitatibus stat proportio actionis & passionis, & illud oportet considerare sicut dictum est.

Digressio in qua ponit dubia.

Et Auer. innuit contra hoc unam rationem difficilem, quia si medicina calida in primo remittit medicinam calidã in quarto ad secundum gradũ, sequitur quòd medina calida in primo & frigida essent eiusdem complexionis. probatur consequentia, medicina frigida in primo associata calidæ in quarto remittit calidam in quarto plusquam remittat calida in primo ut notum est, sed non potest eam plus remittere quàm ad ẽm gradũ, ergo &c. Præterea frigida in quarto associata calidæ in quarto remittit ipsam ad gradum secundũ, & contra quia non potest eã remittere simpliciter.

Respondetur ꝙ medicina frigida in primo remittit calidã in quarto ad ca.in primo, sed medicina calida in primo remittit eam ad calidam in secundo, uel si hæc remissio nõ sit punctualis (ut dicitur) tamen sit remissio magis calidæ, de mente Auer.& omnium.

Ad secundum dicitur, quòd ex medicina in quarto gradu calida, & frigida in quarto, non fit remissio ad gradum, sed fit temperamentum. Et est alia ratio sophistica quam scribit Alchindus quòd minus calidum associatum magis calido intendat magis calidum, & non remittat. Expecto soluere Deo duce super.v.Colliget &c. ratio stat in hoc, Sumo unum corpus in quo caliditas sit in tertio gradu, & frigiditas in primo, & uocetur caryophyllus, sumo aliud corpus in quo caliditas & frigiditas sint æquales, ita quòd habeat duos gradus calidi tatis, & duos frigiditatis, & uocetur zuccharum, tunc arguitur, maior est proportio actionis à calido in duobus gradibus ad frigidum in uno, quàm sit proportio calidi in tribus gradibus, ad frigidũ in duobus, sed in caryophyllis est frigiditas unius gra. quæ contra operatur, caliditati zuc. In duobus gradibus, & in eodem est caliditas in tribus gradibus quæ contra operatur frigiditati zuc. in duobus gradibus, ergo associatis caryophyllo, & zuccaro, caliditatis zuccari plus remittet, uel corrumpet frigiditatem caryo. quàm caliditas caryo. frigiditatem zucchari propter maiorem proportionem, quare augebit caliditatem caryo. & non remittet eam. Et ratio stat in hoc, quòd præsupponit in medicina calida esse frigiditatem in actu, & tunc erit in omni parte in qua est etiam caliditas.

Et hoc est impossibile, & hoc negabitur in præallegato capitulo, quoniam experientia præteritorum huic est contraria. Sit igitur ex dictis mensura complexionis medicinæ compositæ ex medicinis simplicibus diuersis in gradu, & non in complexione. Si autem medicina sit composita ex diuersis in complexione, tunc uel ista sunt æqualia, uel inæqualia, siue diuersa.

Et est considerandum ꝙ æqualitas uel diuersitas attendũ tur penes tria. s.numerum, quantitatem, & uirtutem.

Si ergo sunt æqualia in quantitate numero & uirtute, tunc complexio cõpositi est media inter illa. Et enim quia contraria agunt inter se, & quia sunt æqualia in uirtute, nõ agunt positiue, sed remissiue æqualiter refrangendo se in naturam medij.

Si autem sunt æqualia in uirtute, & non in quantitate ut quòd sit in eo medicina frigida in tertio gradu, & sit quantitas drach.ii. & sit medicina calida in tertio gradu, sed quantitas.ʒ.s. tunc quia ratione quantitatis maioris, actio plus continuatur & perdurat, remittetur pro certo medicina frigida in aliquo gradu, & tunc compositum declinabit ad calidum, & non ad medicinam, quoniam quantitas est causa intensionis graduum, sed per accidẽs, ut in cap. de eo quod comeditur, & bibitur, ut. v. Colliget capitulo penultimo. Et non imaginor aliam causam modo, nisi quæ dicta est, quoniam in maiori quanto uirtus actionis plus perdurat. Et eodem modo intelligendum, si sunt in medicina composita medicinæ simplices æquales in gradu, sed inæquales in numero, quia plures de calidis quàm de frigidis, aut econuerso.

Si autem sint medicinæ diuersæ in complexione, & una habeat excessum in gradu super aliam, tunc prædominante gradu, dicitur totum compositum esse tale, ut si sit unum cõponentium calidum in quarto, & aliud frigidum in primo, hoc compositum diceretur calidum, non tamen in quarto, sed secundum resistentiam, vt dictum est supra. Quia si calidum minus reducit magis calidum ad remissiorem gradum, multo magis frigidum, & hic est canon Auer.v.Col. penultimo capitulo.

Considerare tamen oportet, ꝙ mistio talium debet fieri ẽm quantitatem proportionatas, non dico æquales in pondere, sed in proportione. ver.gra. chamæmillæ.ʒ.i. minus calidæ quàm piperis, piperis.ʒ.ii. sunt ergo sumendæ quantitates sicut inuestigat Auer. cum quibus saluentur operationes illorum simplicium, ut.d.Gal. tertio de cõplexionibus cap. tertio, quòd modica quantitas ignis non calefacit.

Et hæc est scientia inuestigandi complexionem primam in compositis laxatiuis.

Dicendum nunc de complexione siue forma laxatiui ut solutiuum est, & totum hoc dependet ex prædictis, supponendo gradus in medicinis laxatiuis. Omnes.n. medicinæ laxatiuæ sunt eiusdem formæ, quia omnes mouent per acuitatem. Ita quòd etiam illæ quæ mouent comprimendo habent aliquas partes acutas per quas proportionantur ad determinatum humorem, & ad actum solutionis, quanus prę ter acuitatem habeant aliam formam specificam, per quam soluunt, ut dictum est in principio huius libri.

Differunt ergo medicinæ laxatiuæ ẽm gradus. Quædam enim sunt in primo gra. secundũ quòd Bartholomeus recte exponit, ut quæcunq; sunt in extremo debilitatis, ut aqua lactis, mel rosa. succus absinthii, succus rosa. syrupus uiolaꝰ.&c. Quædam in secundo, ut quæ excedunt prima, ut tamarindi, casiafi. manna, & quædã species myrobalanorum, Epithymi, sene & similia. Quædam in tertio gra. ut solutiua euacuantia attrahendo. Talia enim sunt solutiua fortia, ut aloes, turbith, agaricus, hermodactylus, polypodium, reu barbarum. Quædam in quarto ut uehementer acuta, sicut helleborus, esula, catapucium, mezereon, coloquintida, scamonea, serapinũ &c. Et hos gradus inuestigat Auer.v. Colliget capitulo penultimo.

Et quia omnes isti gradus sunt sub eadem forma, siue sit talis forma manifesta uel occulta, nõ sequitur quòd plus remittit minus solutiua medicina magis solutiuam quam remittat eã medicina nullo modo solutiua. Et causa est quia inter solutiuas non est diuersitas graduum penes participationem contrariæ formę, quæcunq; sit illa forma, sicut est in gradibus primarum qualitatũ. Et hæc est sententia Auer. v.Colliget, capitulo. lviii. Vbi assignat causam quòd si iungatur medicina, minus aperitiua, magis aperitiuę, quòd medicina magis aperitiua remittitur, quia oppositio ad oppilationem in medicina debilis apertionis est maior quam oppositio eius medicina fortis apertionis.

Et in hoc uidetur contradixisse sibi Bartholomeus cum dixit in fine tractatus, quòd si iungatur scamonea cum aliis medicinis solutiuis, debet dari in minori dosis, quàm si iungatur cum digestiuis, quia iuuant operationem suam. Et in eodem dixerat. quòd si scamoneæ adiũgantur medicinę debiles, quòd debet dari plus de ista medicina in quarto gradu. Et improbat eum similitudo quam etiam ipse concedit in medicinis, quo ad secundas operationes, & in medicinis quo ad primas. Ideo dico ꝙ si associetur medicinis saltẽ primi, & secundi gradus, ut cum epithymo & manna &c. ꝙ debet poni in maiori quantitate, & etiam si iungatur cum suis consolantibus, ut infra. Cum medicinis autem tertii gradus est magna similitudo, & ideo inter eas non est magna resistentia, sicut enim modicum distant, ita modicum se alterant, sicut calidum in tertio, & calidum in quarto. Causa autem alterationis in diuersis gradibus est nota. Et quia proportionabiliter se habent medicinæ solutiuæ ad quartũ gradum, cum medicinis calidis uel frigidis, ideo conclusio dicta supra de remissione medicinæ frigidę, compositæ, per societatẽ medicinarũ diuersorum graduũ est similis, & necessaria. Vt dicamus ꝙ si medicinæ solutiuæ in quarto gradu ut est scamonea, addatur medicina solutiua in primo uel secundo, remittit eam ad debiliorem gradum .v.g. si addatur scamoneæ, succus rosarum, uel aliqua medicina, primi gradus solutiua, quòd tunc illud totum sit solutiuum in secũdo gradu, & si addatur aliqua solutiua in tertio, ut turbith &c. quòd sit solutiua in fine tertii, uel in principio quarti.

Et hic notandum primo quòd hoc habet intelligi ut supra dicitur, ꝙ talis mistio fiat secundum quantitatem in qua saluetur operatio simplicis medicinæ, neq; sit quantitas tã parua ut cum ea non stet operatio, ut de scamonea usq; ad quatuor grana, neq; sit tanta quantitas quòd excedat operationem, ut cum damus de turbith. ʒ.s. & aloes &c. sed sit quantitas proportionata, quia si est ibi de turbith, quanta est sua dosis naturalis ab.ʒ.i. usque ad duas, & sit ibi de scamonea quantitas naturalis scilicet à granis quatuor usque ad .xii. hac enim proportione seruata apparet manifeste quod dictum est. Et si excedat quantitas unius quantitatem alterius, secundum hoc debet fieri proportio: ut supra ostẽsum est diligenter.

Secundo notandum, quòd etiam isti gradus habent latitudinem, quia medicinarum solutiuarum in quarto gradu quædam soluit plus, quædam minus, ut scamonea in ultimo quarti gra. & colocynthis in principio quarti.

Ex his ergo diligenter apparet quæ sit forma solutiui, ut sumamus in exemplo confectionem de manna Gale. quam scribit Mesue in antidotario. ℞. mannæ dissolutæ in succo rosarum lib.i. scamoneæ.ʒ.s. hæc medicina composita habet medicinam solutiuam in quarto gra. sicut scamonea, & habet solutiuam in secundo, sed quia mannę coniungitur cum æquali quantitate solutiui, in primo gradu, sicut est succus rosarum, ideo fit manna solutiua in fine primi grad. & quia quantitates sunt proportionatæ, quia in omni.ʒ. mannæ ingrediũtur.ʒ.ii. scamoneæ. Ideo remittitur solutiua in quarto, ad solutiuam in secundo, uel in fine secundi intenditur solutiua in primo, quæ est manna cum succo rosarum ad solutiuam in fine secundi, quare talis confectio est solutiua in fine secundi.

Et ideo bene dixit G. quod est medicina benedicta, quia omnes tales secundi gradus sunt mouentes sine æstuatione & dosis in ista est.ʒ.s. Et ista sunt necessaria ad inueniendũ doses medicinarum solutiuarum compositarum sicut dicetur in tertio capitulo.

Considerandum etiam quòd non solum medicinæ minus solutiuæ remittunt medicinas solutiuas, uerum remittunt etiam eas societates medicinarum alterantium præterquã sint solutiuæ, aut resistentium effectibus earum, ut dicetur in sequenti capitulo.

Et ideo quamuis in hiera Gal. sola medicina solutiua sit aloes, quod quidem est solutiuum in tertio, tamen quia sociantur medicinæ prædictæ ei, remittitur ad finem secundi, sicut si addantur, aloes, casia, myrabolani, absinthium, reducitur ad secundum gradum solutiuorum, & hoc sufficiat ad inueniẽdum complexiones medicinarum, & proportiones simplicium respectu totius.

Capitulum secundum.

NVnc uero dicendum est de proportione medicinarum simplicium respectu earum inter se, talis autem proportio est debita compositio simplicium medicinarum. propter quod aduertendum, quòd necessitas compositionis medicinarum solutiuarum est propter alterum trium. Vel enim medicina solutiua est debilis uel tarda, sicut turbith, aloes &c. & tunc eget compositione & societate medicinæ acuentis eam, aut festinãtis, & uelocitantis operationes suas sicut turbith misceturꝰ zingi. &c. Vel medicina solutiua, est maligna in complexione sua, & hoc aut in complexione primarum qualitatum, quia fit nimis acuta calefaciens, aut secundarum, quia ulcerosa, excorians, aut tertiarum, quia à proprietate habet aliquem malum effectũ ut aloes, & scamonea, habenant aperire orificia uenarum, & tunc eget compositione ex societate insistentium ut dicetur. Vel medicina nec est debilis operationis, nec est maligna in se, sed non respicit determinatum membrum, à quo purgare uolumus, & tunc eget societate medicinæ deferẽtis eam ad membrum, his tribus modis compositio cum medicina solutiua est necessaria. Talis autem compositio non potest conuenienter fieri, nisi habita proportione cadente inter simplicia quæ componi debent. Talis autem proportio est duplex, quædam est proportio formæ specificæ, ut cum dicimus scamonea nocet cordi, ut dicit subtiliter Mesue, & cum hoc inflammat, & cum hoc aperit orificia uenarum. Et sunt medicinæ, quæ habent proprietatem ad istas resistentias, ut ambra à proprietate confortat cor, & chrystallum infrigidat, gallæ constringunt orificia uenarum, nõ tamen permistio earum cum scamonea est utilis, quia non cadit inter ea proportio à forma specifica, sed ponemus cum ea propter primum spicam, propter secundum camphoram, uel sandalos, propter tertium tragacanthum uel masticem. Et ista proportio est inuenta per experientiam, aut prophetarum reuelationem, & de ista proportione nõ oportet prolongare, quia autores ponunt medicinas habẽtes adinuicem talem proportionem, ut dicam, numerando species earum. Alia est proportio medicinarũ, quo ad quantitatem, de qua excusat se Mesue, ut si zingiber habeat proprietatem & proportionem, primo modo sumptum ad turbith, nescimus tamen proportionem quantitatis eius, & de tali proportione est hic intentio.

Secunda pars huius capituli, in qua ordinat se ad ponendum conclusiones.

Dico igitur quòd alterans aliud, uel alterat iuuando uirtutem eius, & hoc duplex, uel acuendo, uel deferendo uirtutem eius. Et tale alterans non oportet quòd fit æquale al-

le alterabili,ſicut uidemus, quòd ſi quatuor homines non poſſunt trahere aliquam molem, addito homine uno, trahent eam, eodem modo ſi medicina propter debilitatem non poteſt complere aliquam operationem, modico ſibi addito complebit eam. Etiam illa quæ acuunt, ut plurimũ medicinas,aut deferunt eas ſunt acuta,ſed addere in medicinis acutis eſt cauendum,ut dicebat Meſue. Et idem infra quòd omnis medicina laxatiua quanto eſt uicinior temperamento, tanto melior ſeu incolumior eſt. Debemus igitur medicinas ſimplices propter prædicta iuuamenta neceſſarias ponere in tanta doſi,quòd ad doſim medicinæ cõuenientem, ueniat de prædicta medicina in minori quantitate. Vt ſi in.ʒ.s.laxatiui ſit de medicina laxatiua doſis propria,ut ſi ponamus de aloe drach. ii. ſint de conſolantibus drach.i.aut ſcrup. ii. aut ſecundum exigentiã expurgandi corporis. Et communis quantitas harum conſolantiũ, uel rectificantium eſt tertia pars, aut quandoq; medietas: Vt patet in hiera quam ſcribit Gal.vii.ter. capitulo .ij. quod duæ partes ſunt aloes,& una conſolãtium,uel tertia,& hic canon eſt conueniens doſis.℞. turbith electi ʒ. ii. zingiberis ſcrup.ii.zuccari duplum,uel agarici drach.i.s.uel ſecundum quoſdam medicos ut agarici drach.i. ſaliſgẽmæ ſcrup. s. Aut propter ſeroſitatem ſalis, ut docet ad literã Meſue capitulo de agarico. Acuitas tamen ſaliſgẽmæ eſt ſuſpecta, & ideo ponimus in ualde paruo pondere quandoque ut dicamus,agarici drach.i. ſaliſgemmæ grana . ii. uel plus uel minus, & hoc eſt per accidens. Et ſi uolumus deferre ad caput addimus ſpicæ uel nucis muſ. eandem quantitatẽ cum iſtis quantitatibus.ſ.ʒ.s.uel ſecundum quoſdam medicos agarici.ʒ.i.ſaliſgẽmæ. ℈.s.ſpicæ.ſcrupu. s. cum aliquo ſyrupo.

Vbi oportet tamen quòd illæ medicinæ ſolutiuæ miſceãtur alijs medicinis remittentibus,uel debilitantibus, debemus addere in confortantibus operationes earum, & eodem modo oportet intelligere de aliis quæ aſſociare oportet medicinis laxatiuis,ut alterent eas propter iuuamentũ uirtutis debilis earum,aut deferant eas. Si autem alterans alterat propter malitiam, tunc hoc non conuenit niſi in medicinis tertii uel quarti gra. propter acuitatem earum & uenenoſitatem,& quia non quæritur ſolum quod uenenoſitatis medicinæ remittatur,ſed quòd omnino prohibeatur à ſuo malo effectu. Et cum prohibitio alicuius operationis nõ poſsit fieri niſi ab æquali in uirtute oppoſita,ideo oportet quòd medicina quæ addit ur propter hoc iuuamentum,ſit æqualis quantitas. Si medicina agat à forma ſpecifica,ſicut ſi.v.g.ponerentur in ſolutiuo cõpoſito ſcamoneæ. g.vii.poneremus maſticis uel tragacanthi.g.vii. aut plura, ut.℈.s.uel.℈.i.aut galliæ ſimiliter ſicuti eſt dictum Meſue de colocynthide quòd detur cum laudano æquali quantitati, quia laudanum à proprietate reſiſtit nocumentis colocynthidis. Et ratio eſt iſta, nam effectus à proprietate uel à forma ſpecifica prouenientes,non poſſunt impediri, niſi à contraria diſpoſitione,quæ ſit uirtutis æqualis, & hoc in his quæ agunt non à complexione,ſed à forma ſpecifica, ut plurimũ,ſtat cũ æqualitate quantitatis. Dicitur enim quòd adamas prohibet ferrum ab attractione à magnete,& tunc ſi.ʒ.i.ferri debet attrahi ab.ʒ.i. magnitudinis poſita cũ ferro.ʒ.i.adamantis non attraheret ferrũ,oporteit igitur quòd æqualia ſint talia,quæ mouent ſecundũ proprietatẽ. Eſt tamen aduertendum hic ubi tales medicinæ acutæ non aſſocientur cum aliis reprimentibus complexionem eius:ſi autem aſſocietur ſcamonea cum camphora & ſuccis frigidis, non egebit tanto maſtice.Nam formæ ſpecificæ non agunt niſi cũ ſuis cõplexionibus,ut dicit Auer.vii.phy. commen. xxxv. quòd magnes nõ attraheret ferrum,ſi fricaretur cum alleis,& carabe non attraheret paleam,niſi calefiat. Ideo acuitas medicinæ remittitur, remittitur ſecundũ eum etiã operatio ſua proprietate.& ideo indiget minoris ſocietatis medicinæ contrariantis ſibi à proprietate. Debet ergo ſi medicina componatur ſimplex, poni cum ea æqualis quantitas reſiſtentis, & hoc in operationibus,& effectibus à forma ſpecifica. In operationibus autẽ caliditatis & frigiditatis oportet quòd fiat reſiſtentia per maiorẽ quantitat.m. Cum illæ ſint calidæ in tertio uel quarto, ideo indigent pluri quantitate frigidorum, niſi ſint frigida narcotica in quarto,& tunc ſufficit æqualis quantitas ut ſucci lactucæ,uel nenufaris.ʒ.s.cum ſagapeno. ʒ. s. uel opii quantum granum lenticulæ, ſcamoneæ tantundem, uel opii, & caſtorei, ponitur enim caſtoreum pro æquali quantitate, ut remittat opii ſtupefactionem ſicut eſt dictum Auic.in libr. de uiribus cordis in ſua notabili confectione. Raro tamen hæc compoſitio eſt neceſſaria,ſed ſi debeamus infrigidare ſcamoneam,faciemus cum camphora & ſandalis & ſemine acetoſæ uel endiuiæ, uel tragacantho ponendo quantitatem infrigidantium maiorem,cum caliditas.4.ſit acutior in actione ſcilicet omni frigiditate eiuſdem gradus, ut Auic.primo can.Fen quarta ſecundo & tertio.c. & tertio Can. Fen. 13. His igitur conſideratis patet ſcientia ſcilicet compoſitionis, & proportionis medicinarum ſimplicium adinuicem.

De doſi medicinarum. Capitulum tertium.

VIſo modo inueſtigandi complexionem medicinarum laxatiuarũ cõpoſitarum per quã dicuntur calidæ plus, uel minus frigidæ, humidæ, ſiccæ &c. per quam dicuntur etiã ſolutiuæ in diuerſis gradibus, & uiſo de modo cõpoſitionis earum, & ſimplicium proportione adinuicem &c. reſtat uidere de doſi earum & primo quædam in generali,ſecundo quædam in ſpeciali. Doſis eſt duplex,quædam eſt doſis ſimplicium, & de iſta dicimus ſecundum quòd autores ſcribunt. Alia eſt doſis compoſitorum ad quam inueniendam eſt laborandum, propter corruptionem librorum ex parte ignorantiæ ſcriptorum. Et iſta doſis quandoq; ſequitur quantitatem medicinarum laxatiuarum, quandoq; proportionem partium adinuicem, per quam proportionem dicitur tota medicina laxatiua in tali gradu:primo dicendum de ſecunda doſi,& ſecũda de prima, primo igitur de doſi quæ ſumitur à forma totius compoſiti,ſecundo de ea quę ſequitur compoſitionem partium ſimplicium.

Oportet ſcire q; doſis medicinarũ cõpoſitarũ ſolutiuarum debiliũ uel ſolutiuarũ in primo gradu incipit ab.ʒ.i.

Doſis medicinarũ ſolutiuarũ in ſecũdo gra. incipit ab.ʒ.s

Doſis medicinarũ ſolutiuarũ in .ʒ. gra. incipit à.ʒ.i.uel.s.

Doſis autem ſolutiuarum in quarto eſt diuerſa, ſecundũ quòd quartus gradus habet latitudinem manifeſtã,quędam ſunt in ultimo acuitatis,ut helleborus,ſcamonea,ſcebram, mezereon,euphorbium colocynthis. Quædam ſunt non in ultimo quarti gradus,ut cucumer aſininus, ſagapenum, catapucia,ſerpẽtaria. Doſis ergo primarum incipit à granis, & ſecundarum à ſcrup.

Verbi,gratia doſis ſuccirroſarum ſimplicis ſyrupi uiomellis &c.eſt vnc.i.uſq; ad. iii. uel . iiii.& ſerum caprinũ uſq; ad.vi.ʒ.ab inde infra ſcilicet ab.ʒ.i. non habent notabilem operationem,& ab inde ſupra ſcilicet ab.ʒ.iii.uel.iiii. aſcendunt ad ſecundum gra.ſolu.

Doſis autem ſecundi gradus ſolutiui incipit ab.ʒ.s. uſq; ad.ʒ.i.s.ut doſis epithymi,ſenæ,caſiæ,tamarindi.

Doſis tertii gradus ſolutiui eſt à.ʒ.i.uſq; ad. ʒ. iii. uel ut plurimũ ad.ii.ut aloes à ʒ.i.s.uſq; ad.iii. agarici à ʒ.s. uſq; ad.ii.hermodactylorum à drachm.i.uſque ad.ii.uel. iii.myrobalanorum,reubarbari,à.ʒ.ii. uſq; ad. ʒ.s. Ideo ponuntur ſecundi gradus.doſis turbith à.ʒ.i.uſq; ad.ii.uel . iii. & ſic de aliis.

Doſis igitur quarti gradus in prima latitudiue ſtat cum iſtis tertii gradus,ut doſis cucumeris aſinini eſt à. ʒ. s. uſq; ad.ʒ.ii.doſis ſagapeni eſt a.ʒ.s.uſq; ad aur. i. Doſis cataputiæ eſt a.drach.s.uſq; ad drac.i.Sed ſi per cataputiam intelligitur granũ regum,eſt magis ſolutiuum, & ponitur doſis a granis quinq; uſq; ad.vii.uel.x. doſis ſerpentariæ eſt a.ʒ. s.uſq; ad.ʒ.i.ſcamoneæ a granis.v.uſq; ad.x.uel.xii. & quidam eleuant eam uſque ad.xvi.hellebori erit a.xxiiii. granis uſque ad. ℈.ii.Sed Auic. in libro de uiribus cordis, dicit quòd eius doſis eſt gra.xxii.s.& in decoctione.drac.i. Doſis febram & mezereon etiam a gra. iiii. uſque ad. xx. euphorbii eſt a.iiii. gradu uſque ad. xii. colocynthidis eſt a.xiiii.uſque ad . xx. Doſis autem lapidis ſaraceni, armeni,lazuli, ponuntur cum doſibus ſolutiuarum in tertio gradu, cum ſunt loti, & cum non ſunt loti ponuntur cum doſis duplo ſolutiuarum in quarto gradu primi ordinis, & polypodium, & reubarbarum, tenent medium inter medicinas ſecundi gradus,& tertij,ideo doſis eius eſt a.ʒ .i. uſque ad aure.iiii.

Quibus diligenter expoſitis & ſuperiori doctrinæ applicatis,patet qualiter & quæ ſit doſis conueniens medicinarum compoſitarum laxatiuarum: quoniam ſi inuenies eas in primo gradu,doſis eſt quæ aſsignata eſt, & ſi in ſecunda, uel tertio, uel quarto &c. & hæc doctrina iam declarata eſt ſupra.

Et ideo improbatio quam facit Bartholomeus in doſi Aui.in tertio can.fen.prima de cura maniæ lupinæ,non uidetur eſſe conueniens, & eſt exemplum ſuper quo ipſe laborauit,deſcriptio Auic.eſt hæc.℞.puluris hieræ, epithymi,ſtœchadis,omnium,ana partem unam, myrobalanorũ, ſcamoneæ,ana partem mediam.

Nam ſi conſideratur, ex dicta doctrina tale pharmacum eſt ſolutiuum in tertio gra.quoniã ſcamonea quæ eſt quarti gradus ſociatur cum æquali pondere myroba. qui ſunt ſecundi gra.ſolutiui, & cum hoc reſiſtunt ſcamoneæ à cõplexione,& ut eſt communis opinio,corrigunt eius prauos effectus:quare quanuis myrobalani non ſint tantæ acuitatis in eadem quantitate;quantæ ſcamonea, tamen remittunt, deinde adduntur ſolutiua ſecũdi gradus,ut epithymi & puleris hieræ.

Quamuis enim aloes ſit tertii gradus ſolutiui, tamen cũ puluere ſuo,ut dictum eſt ſupra remittitur à tertio gra.& cum contraria duo ponantur in quantitate dupla ad ſcamoneam remittitur uirtus ſcamoneæ omnino a gradu ſuo, & deſcendit ad tertium gradum ſolutiui. Sed doſis ſolutiui in tertio gradu eſt a.ʒ .i.uſq; ad.iij.poteſt ergo (ſicut Auic.præcepit) dari de eo.ʒ.ii.

Et pro certo iſte contradicit ſuis canonibus, improbando Aui.ſiue deſcriptionẽ eius, & hæc contradictio eſt ſatis publica,nam in ſuo tracta.eodem capitulo dicit,quomodo hæc medicina eſt in medio ſecundi gra.ſolutiuorũ & quarti gradus,ſed talis eſt in tertio,& poſtea ſubdit quòd doſis eſt drac.ii. uſq; ad.ʒ.ſ.& ſi mea uerba concludunt tu ipſe reſpice.

Et cauſa erroris fuit, quia ipſe opinatus fuit,quòd cum additur medicinæ ſolutiuæ fortis uirtutis alia medicina ſolutiua,aut medicina iuuans eam quòd debet poni in minori pondere.Et ibi eſt error & cõtra id quod ipſe incepit, ſed cauſa eſt,quia ipſe non proſpexit mentem Auer. quinto colliget capitulo penultimo ſicut ſupra nos expoſuimus eſt mens Auer. confirmantis mentem Gal. in de ſimplici medicina. Vnde in confectione de manna Galenus ponit in parua doſi,nec obſtat maior doſis ſcamoneæ,& hoc quia ſolutiuum id reducitur ſecundum totum ad ſolutiuum in ſecundo gradu,quamuis ſit ibi ſcamonea a prædominio uirtutis,ſicut probatum eſt in fine primi capituli, & tamen in media.ʒ.totius confectionis de mãna, quam doſis præcipit Meſue ingreditur ſcamoneę gra.x.illa eſt magna doſis eius apud Dioſcoridem Sera. Meſue, & ſecundum alios libros habetur quòd ponatur ad mediam libram mannæ . ʒ. i. ſcamoneæ uel.s.& tunc in.ʒ.s.totius eſt.℈.i.ſcamoneæ, & illa doſis eſt extra limitem quem uulgus auſum eſt, hanc igitur doſim ſcilicet.ʒ.s.confectionis de manna præcipiunt. Et ego ſemper uſus ſum ea, quia tota illa medicina fit ſolutiua in ſecundo gradu.

Et non fit ſolutiua in ſecundo gra. niſi, quia medicina minus ſolutiua diminuit de uirtute medicinę magis laxatiuæ, non ergo addunt in uirtute eius ſecundum quòd iſte æſtimabat,& per conſequens oportet quòd ponatur in maiori doſi. Niſi medicinæ laxatiuæ quarti gradus ſocientur medicinis laxatiuis tertij gradus, oportet enim tunc non addere in pondere,quia ſicut dictum eſt, inter ipſas eſt propinquitas,nec eſt tanta diſtantia quanta cum ſolutiuis primi uel ſecundi gradus, & per conſequens non eſt tanta remiſsio, quare ſufficit minor quantitas ſolutiui in quarto gradu.

Et hic conſiderandum eſt de latitudine harum doſium, quia cum medicinæ ponantur cum deferentibus uirtutes earum,aut cum acuentibus eas, tunc debet poni in minori doſi.& cum ponuntur cum reſiſtentibus & remittentibus malos effectus,debent poni in maiori doſi, & medio modo ſe habente, medio modo debẽt poni ut fecit Gal. in ſua confectione prædicta, & ibi poſuit taliter doſim ex eo quòd ſcamonea ponitur cum ſolutiuo debiliori, quia remouet operationem ſuam, patet ergo in communi doſis medicinarum compoſitarum & maxime in pilulis & puluribus.

Modo in ſpeciali inueſtigemus eam in confectionibus & electariis.Scias ergo q; a prædicto can.tu potes inuenire conuenientem doſim in libris & inconuenientem improbare ſumendo in confectionibus & electariis gradum medicinæ laxatiuæ ſicut dictum eſt.

Sed nunc alio modo inueſtigandum eſt ſcilicet ex quantitate medicinæ laxatiuę quæ ingreditur compoſitionem.

PRopter quod ſciendum, quòd in toto compoſito ex diuerſis ſimplicibus, imaginandum eſt formam habere homogeneitatem, ita quòd qualibet parte ſumpta illius totius pharmaci ſit eadem proportio ſimplicium ad inuicem, quæ eſt in toto compoſito, ut ſi in toto compoſita medicinæ ſolutiuæ ſit tertia pars in quacunque parte illius compoſiti, erit etiam tertia pars & hoc eſt planum.

Nam ſi in miſto prædominetur terra, in quacunq; parte miſti debet prædominari terra.

Hoc ſuppoſito, leue eſt uidere utrum doſes medicinarum ſolutiuarum ſcriptæ, ſint conuenientes, ſupponendo unum quod in doſi quam tu propinas ſit conueniens doſis ſolutiuarum, ſi ingrediantur ibi plura ſolutiua, aut ſit conueniens doſis unius ſolutiui. Si ſolum unum ſolutiuum ingrediatur,ut in hiera Gal.ſolutiuum ſolum aloes eſt,oportet ergo tantum dare de illo electario hieræ, quòd in illa doſi ſit doſis aloes non excedens in magis & minus, uerbi gratia,in toto electario aloes ad triplum ad alias medicinas,uel fere,ut.vii.ter.capitulo undecimo.ergo in quacunque parte erit pars aloes tripla, uel fere. Et ideo conueniens doſis eius eſt.ʒ.iii.cum medietate,quarum triũ drachmarum duæ partes ſunt partes aloes.& eſt drac.ii. ſed ʒ.ii. aloes eſt doſis conueniens.

In hiera autem cum ſcamonea,doſis eſt.ʒ.ii.aut.ii.s.quia acuitur ſcamonea ponendo in omni libra hieræ ſimplicis quæ eſt hiera Gal. ʒ . i. ſcamoneæ correctæ, ſed uigeſima quarta pars libræ eſt.ʒ.s.& uigeſima quarta pars.ʒ .eſt gr.ii. s.quare poſuimus de tali hiera cum tali quantitate ſcamoneæ datæ.ʒ.s.quia ſcamonea ſolum acuit in hac doſi uirtutem aloes,nec ipſa de ſe habet uirtutem ſoluẽdi, cum ponatur in minori quantitate,quàm ſit conueniens ad ſuam ſolutionem.

Aduertendum tamen eſt ab apothecariis, qui hodie acuunt unam li. hieræ ſim. & benedictæ ſimplicis cum uno quarto ſcamoneæ,ſcilicet cum.ʒ.ii.& quidã ignari, & proſumptuoſi etiam addunt plus.

Sed apparet ex iſto can.quòd una.ʒ. diagridii in una libra medicinarũ ſolutiuarum in quarto gradu, eſt inconueniẽs.Sed in tertio,uel ſecundo, eſt bonæ operationis ſolicitans medicinas ſolutiuarum,nec eſt timor de effrenatione eius, cum non ingrediatur cum quantitate, cum qua ſtet uirtus ſolutiua, quę eſt gra. ii. s. quæ doſis eſt uigeſima quarta pars unius drachm. non ſit doſis ſcamoneæ.

Oportet ergo allibrare in toto compoſito qui uult conuenientem doſim inuenire, quanta ſit quantitatis in toto de medicinis laxatiuis, & quanta ſit quantitas totius; deinde ponere doſim, de ea in quam cadit quantitas conueniens, uel doſis laxatiuorum ſimplicium, quæ ponuntur ibi.

Et ſi ſint ibi plura laxatiua, non oportet quòd de uno quoq; ingrediatur doſis conueniens, ut ſi eſt ibi agaricus, turbith,helleborus,ſcamonea,& aloes,nõ oportet quòd in una doſi ingrediatur de unoquoq;. ʒ. i. uel . ii. quia ſufficit quòd de medicinis unius gradus,tanta quantitas ingrediatur

Cõcluſio completa primę partis huius ez.

tur,quanta eſt doſis unius earum. Verbi gratia,ſi ſint in una medicina duæ medicinæ,puta agaricus,& turbith, aloes & hermodactylus,ſufficiet drachma,pro quolibet in una doſi, quia ſunt ſolutiua in eodem gra. Et ſi ſit ibi ſcamonea et mezereō,& quæ ſunt eiuſdem ordinis,ſufficit inter omnes ponere tantum,quantum eſt doſis unius ſolius, ut apparet in doſi quam ſcribit in pilulis,in præallegato capitulo de cura maniæ,quòd detur ex eis.3.ii. quod ſupra oſtenſum eſt contra Bartholomeum de Vari. eſſe conuenientem doſim. Et hoc oſtenſum fuit de doſi medicinæ ſolutiuæ in ſe, quia ex ſolutiuo in primo gra.poteſt dari tantum, & ſolutiuo in. 2. gra.tantum.& ſic de aliis,ut ſupra patuit.

Sed oſtenditur modo ex hac uia(ſicut dictum eſt) procedendo in electariis & confectionibus inueſtigando quantum de ſolutiuo ingreditur in doſi,ſolutiuum illud eſt. ℞. ſtœchados,epithymi,hieræ picræ ana partem unam ſcilicet 3.i.myroba.ſcamoneę ana partem mediam ſcilicet.3.s.in toto ſunt. 3. iiii. cuius octaua pars eſt ſcamoneæ, & octaua pars eſt.drach.s.

Igitur in doſi duarum drachmarum ingreditur pro octaua parte medietas.ℑ.i.s.ſcilicet gra.xxx.Et iſta doſis nō eſt erronea,quia datur ſcamonea(ut ſupra dictum eſt)cum declinantibus eam ad inferiores gradus, nam primo miſcetur cum æquali parte myrobalanorum, qui ſunt in primo, aut ſecundo gradu ſolutiuorum,poſtea iterum cum aliis ſolutiuis ſecundi gradus,ſicut de epithymo & picra in dupla quantitate, quare pro certo trahitur ad debiliorem gradū ſuæ operationis.

Et illud in quo maxime errauit Bartholomeus, fuit cum poſuit illam medicinam eſſe in tertio gradu,dixit quòd doſis medicinarum tertii gradus eſt à drach.i.uſque ad.ii. uel. iii.Si enim debebat hanc doſim reprobare, nō debebat procedere illa uia.ſed debebat dicere quòd quantitas ſcamoneæ non erat in proportione ad alias medicinas propter multam quantitatem,quare non fit remiſsio ſcamoneæ quāta expedit,& tunc reduxiſſet ad primum,quia cum miſcent ſcamoneam medicinis debilioribus,ea poteſt poni in tanta doſi,quòd hanc doſim ſuam maiorem non ſaluat. Et notum eſt quòd in his pilulis nō eſt ſolutiuum forte niſi ſcamonea quantum ad uirtutem,& debilitatur ſcamonea propter admiſtionem ſolutiuorum debilium,ut uiſum eſt in primo capitulo.Si ergo in hac doſi quam ponit Auic.ſint.xxx. grana ſcamoneæ,ſunt cum repreſsione ipſorum ad tertiam partē, nam ſicut in primo capite dictum eſt. Si medicinæ ſolutiuæ in.iiii.gradu addatur ſolutiua in primo uel ſecundo, remittunt eam ſecundum gradum,maxime cum excedit quantitatem,& ſic remittitur illa ſcamonea quæ erat in. xx. granis ratione aſſociatarum ſibi ad.x.gra. & illa eſt ſua doſis conueniens maior,ſicut expediebat ſibi in euacuatione humorum melancholicorum.

Non tamen dubitandum eſt,quòd illa doſis eſt nimis magna per id quod eſt uiſum,quamuis Bartho. non recte procedat ad improbandum eam,immo improbatio (ſiqua eſt) paret per dicta Auic.Verum eſt maxime conſiderandum in doſi medicinarum de ſcientia medicinarum, quia tunc tempore noſtro medicinæ ſunt debilioris uirtutis propter impreſsiones in regionibus ab aſtris ut Haly.ſuper techni,tractatu tertio commento.88.& celebrantur ab apothecariis. Etiam propter noſtra mala regimina bene aggregantur humores difficilis eradicationis ut Gale. in commento .28. par.6.ſcilicet. (eunuchi non podagrizant.) Ex his duobus debentur maiores doſes,ſed conſolatæ & cum præparatione humorum.

Eſt etiam conſiderandum uirtutes modernorum corporum quæ pro certo ſunt debiliores, nam fortitudo uirtutis ſtat per complexiones bonas & bonitatem humorum,ſi ergo modo humores innaturales multiplicentur, deſtruūtur pro certo uirtutes,& ex hoc doſes debent eſſe debiliores.

Et ideo poſuerunt authores gradus & latitudines in doſibus ut pro exemplo de ſcamonea detur à granis. iiii. uſq; ad.x.uel.xii.quia debilior doſis in debilioribus, & fortior in fortioribus, & mediocris in mediocribus, & ſic diuerſificando eas per alias indicationes,nam cum damus ſine acuēte & adiuuante eam,damus plus de ea, & cum damus cum iuuantibus,damus minus, & ſic eſt intelligendum in aliis coniecturalibus.

Item medicinæ quæ diu ſteterunt,ſunt fermentatæ ſimul & impreſsio ſolutiuorum eſt debilior, ſed recenter factæ habent de uirtute ſolutiui multum.

Et ex hoc notandum quòd medicinæ ſolutiuæ in quarto gradu,ſunt meliores in pilulis,cum ſint plus fermentatæ,& ideo ſecuriores.aliæ autem ſcilicet tertii gradus poſſunt dari in cōfectione & decoctione, ubi non ſtent nimis, & ſtent diu poteſt dari maior doſis.ſolutiuæ autem primi & ſecundi gradus debent dari recentiores ſiue recentes.

Expeditum eſt ſupra hoc quod de eſſe medicinarum concepimus: Deo autem duce dicemus ſuper quinto colliget de aliis medicinis & cibis ſicut diu opinati ſumus, quòd ſic eſt dare quatuor gradus in cibis,ſicut in medicinis tam ſolutiuis quām non ſolutiuis:ut ſi uerbi gratia, ſecundum quòd inueſtigat Auer.cibus temperatus eſt caro humana, & cibus primi gradus,caro perdicis,hędi,caponis, & in ſecundo gradu par uus pullus,& in tertio,carnes communes, & in quarto cibaria,quæ ſubſtantia ſua ſunt craſſa nec humano corpori proportionata,aut cibaria habentia rationem medicinæ,ut ſalſa,acetoſa,lubricatiua &c.de quibus ad prędictum locum reſeruamus.

FINIS.

Gentilis Fulginei de medicinarum compoſitarum doſi breuiter inueſtiganda libellus explicit.

Incipit

Incipit tractatus quid pro quo.

A Riſtolochiæ rotū dæ loco, longa uel pōderis æquale, zuſrumbet, id eſt zedoariæ, & tertia ponderis de mace, & medietas ponderis ſui de coſto. Et loco longæ ponitur medietas ponderis ſui de pipere, & æquale pondus zurumbet.

Auicen.

pro Abrotano, abſinthiū uel origanum,uel polium.

pro Abſinthio, abrotanum: uel origanum.

pro Aſaro,zingiber,uel polypodiū quercinū, & pondus ipſius, & ſeminis acori, & ſexta ponderis eius amomi.

Auicen.

pro Acoro in expellendis uēteoſitatibus,ut i iuuamēto hepatis & ſplenis æquale pondus de cimino, cū tertia ſui ponderis de ariſtolochia.

Auicen.

pro Acatia ſuccus lētiſci, uel hypociſtidos.

pro Aniſo, daucus id eſt paſtinaca uel ſampſucus id eſt maiorana.

pro Aſpalto, pix liquida, uel ſemen urticæ,uel erucæ,uel agni ſperma.

pro Ameos,aniſum.

pro Amomo,ameos uel quaſi dupla uel ſabina in duplum.

pro Acātho id eſt ſpina alba, ſemen litii.

pro Abrongi id eſt quodam grano laxatiuo quo caremus,ſagapenum.

Gale.

pro Achante ſpermate.i.urticæ ſperma lichindæ id eſt cā delabris herba.

pro Auripigmēto,ſandaraca.

pro Agarico,epithymum.

pro Antimonio, plumbum uſtum.

pro Acoro,radix achanti.

pro Agarico,epithymum uel euphorbium.

pro Aſa fœtida, ſagapenum

pro Aloe,ſuccꝰ cētaureę: uel ſtercus bouis,uel litium.

pro Apii ſemine, ſemen rapæ

pro Amygdalis amaris,abſinthium, uel nuclei perſicorum.

pro Amygdalis dulcibꝰ,auellanæ,uel econuerſo.

pro Aſphodillorum radice, ſuccus uel radix betæ.

pro Amygdalarum lacte, lac auellanarum, & econuerſo.

pro Ambra ſtyrax calamita in duplo.

pro Ammoniaco maiore: calamus aromaticus.

pro Ammoniaco ſale, ſal capadocium, uel ſal fortiter tritum.

pro Amylo,iris illyrica.

pro Axungia porcina, medulla uituli.

pro Adipe ceruino, adeps lupinus.

pro Adipe urſino,uel lupino, uulpinus.

pro Adipe crocodilli, adeps canis marini.

pro Balſamo,terebenthina diſtillata: uel oleum laurinū, uel gummi ederæ.

pro Balauſtia pſidia uel cupulæ glandium,uel cortex mali granati.

pro Butyro,lac uaccinum.

pro Boragine: cicorea uel ſcariola,

pro Berberis,omnes ſandali, & ſpodium.

pro Buzacharam ponitur zingiber.

Gale.

pro Bolo armeno, ſanguis draconis,uel puluis balau.

pro Corallo,ſimphytum.

pro coſto,enula.

pro Cocognidio, ſemen coriandri.

pro Cappare,geniſta.

pro Cappari radice,radix tamariſci.

pro Caſsia, ſabina, & cinnamomum in duplum.

pro Calamo ſilueſtri, raphanus.

pro Cimino: ſemē baſilicōis.

pro Cedria id eſt pice liquida,laudanum.

pro Cardamomo, carui uel cinnamomū,uel pip longū.

pro Croco, aloe uel æquale pondus de coſto, & quarta pōderis ipſius de corticibus caſsiæ ligneæ.

Auicen.

pro Cicide galla, laudanum.

pro Chamedryos uel chamepityos, radix lapatii agreſtis.

pro Cypreſſo: medietas ponderis eius de cortice granati,& pondus ipſius de ſarco colla rubea.

pro Coranis pira immatura.

pro Cretano, ſaxifragia, uel grana ſolis.

pro Colophonia reſina.

pro Cotula fœtida, chamæmilla.

pro Carui,ciminū, uel piper

pro Calamēto,mēta aquatica

pro Cubebis,zedoaria.

pro Carpobalſamo, fructus ederæ, uel xylobalſamus æquali pondere.

Serapio.

pro cucurbitæ ſucco: ſuccus uiolarum inſipidarum.

pro Capillo ueneris in aſthmate ponitur pondus ipſius de flore uiolæ cum medietate,ponderis ipſius, & de ſucco liquiritiæ.

Auicen.

pro Caſiafiſtula,medium pondus de tereniabin, & triplū pōderis eius de carne paſſularū,& octaua ponderis ipſiꝰ de turbith, & qñq; ponit loco paſſularum liquiritia.

Auicen.

pro Cicorea,ſcariola.

pro Cinnamomo, cortex caſiæ ligneę,aut duplum ipſius de cubebis.

pro Caſtoreo: ruta uel æquale pōdus de acoro & medietas ipſius de pipere.

Auicen.

pro Cordumeni: alcarmel,& ſchœnanthum.

Auicen.

pro Carcoſsi,auellana,baccæ lauri.

pro Cucumere agreſti, radix tithymalli.

pro Cipreſsi fructu, cupulæ glandium.

pro Crocodilli adipe, adeps canis marini.

pro Cerui adipe, adeps anſeris.

pro Cypero,iuniperus.

pro Calamento,urtica.

pro Centaurea,polium.

pro Cadmia,ſquama ferri.

pro Cornu ceruino, caprinū

pro Careos,bacca lauri.

pro Chimolea .i. terra hiſpania artemiſia.

pro Dictamo,elelisphacus.

pro Dactylis,ficus.

pro Dauci ſemine, ſemen paſtinacæ,uel milacinum.i. ciminum.

pro Draguntea, abrotanum

pro Doronigis,zurūbet equali pondere eius, aut duæ tertiæ ponderis eius de caryophyllis.

Auicen.

pro Darſeſahan.i.arbor dicta aſpalatū. fructus aliembut. i. duæ tertiæ pōderis ipſius. Et in iuuamento neruorum pondus ipſius de aſaro, & medietas ponderis eius ex doronigi.

Auicen.

pro Epithymo, ſemen colocynthidæ,uel cuſcutæ.

pro Enula, centaurea uel centonicum.

pro Ebulo,ſambucus,& econuerſo.

pro Helleboro nigro, ſatiriō

pro Galbano,ſagapenum.

pro Eupatorio, chamepityos,uel pōdus eius de aſaro, & medietas ponderis ipſius de abſinthio.

Auicen.

pro Elephante ſandaraca.

pro Eclemptanio, roſa.

pro Erugine, ſquamma ferri

pro Euiſco, radix capparis.

pro Folio, ſpica indica uel nardi.

pro Fu.elelisphacꝰ uel ſpica.

pro. Flore ſyriaco, radix lapatii.

pro Fœnugræco, ſemen lini.

pro Fimo lupino,ficus caprinus,uel canis.

pro Fraxino,ſabina.

pro Fetri ſquamma, ſpuma ferri.

pro Felle bouis, fel taurinū.

pro Foliis oliuæ,folia plantaginis.

pro Floribus amygdalarum, uiolæ.

pro Felle urſi, fel tauri, uel perdicis.

pro Faufel,æquale pōdus ſandalorum rubeorū, & medietas ponderis eius excoriandro recenti:

Auicen.

pro Filipendula, radix lapacii agreſtis.

pro Galanga, herbæ caryophyllarum.

Auicen.

pro Gliconio.i.pulegio, hyſſopus.

pro Giſaſtereos, chimolea.

pro Gentiana, pondus eius cū dimidio ex aſaro, & medietas pōderis eius de radice capparis,uel enula.

pro Gūmi arabico,grana prunorum, uel ceraſorum, uel tragacanthi.

pro Hermodactylis in doloribus iūcturarum, pōdus eius de foliis alchannæ & medietas pōderis eius de bdellio.

Auicen.

pro Ireo,thymum.

pro Leuiſtico, ſemē paſtinacæ.

pro Lacte ficus, lac mororū.

pro Libantidos, pyrethrum.

pro Litio,polygonia,uel ſuccus arnogloſſæ,uel amygdalarum,ſed ſm Auic. pondus æquale ex faufel, & ſandalo aggregatis æqualiter.

pro Lentiſci ſemine, ſemē paſtinacæ.

pro Lētiſco, radix poligonii.

pro Leucopipere, nigrum in duplo.

pro Laudano,pulegium, uel populeon.

pro Lupi adipe,adeps uulpis

pro Elelisphaco calamētum.

pro Lauri baccis, ſerpillum.

pro Lithargyrio, ſquamma ferri.

pro Libani cortice, libanum in duplum.

pro Lateride, cocognidium.

pro Lepore marino, eancer fluuialis.

pro Lini ſemine,hyoſcyami

pro Mororū lacte, ſuccus eiꝰ

pro Myroba,ſuccus meu.

pro

pro Medulla ceruina, ſuccus. hederę nigrę uł albugo oui.
pro Myrrha, pſyllium.
pro Malua, fœnugræcum.
pro Myrto, ſumach.
pro Mororũ ſucco folia rubi.
pro Mandragora, lachrymæ oliuæ uel aſari.
pro Melliloto, pŏdus eius & s. de chamæmila, & medium de foliis ficus.

Auicen.

pro Muſco, pondus æquale caſtorei.
pro Maſtice, gummi pineæ, gummi cypreſſi, æqualiter.
pro Myrrha, medietas ponderis ipſius de pipere nigro ſecundũ Aui. ſed ſm Conſtantinum quãtũ eſt pŏdus eius de amygdalis amaris, uel calamus aromaticus, uel coſtũ amarum.
pro Melle, lapam.
pro Meu, pſyllium.
pro Mororum ſucco, folia rubi.
pro Marathro, radix aſparagi.
pro Myrrhæ lacte, ſuccus ederæ.
pro Nuce uomica, cataputia
pro Nardo ſyriaco, ſchœnanthus.
pro Nuce muſcata, ſpica equaliter.

Auicen.

pro Opio meconio, mandragora, uel caſtoreum.
pro Opopanace, lac cyclaminis.
pro Selipie, pumex.
pro Opopanace chalbanum.
pro Oleo roſato, oleum de ſemine abſinthii.
pro Opio, papaueris ſuccus, mandragoræ.
pro Oxyrodino, uinum auſterum.
pro Oleo ueteri, adeps porci nus uetus.
pro Oliua ægyptiaca, adarce in duplo.
pro Ocymo, ſiſymbrium.
pro Pyſtachiis, nuclei pinearum.
pro Pipe, iuniperũ, uel zin.
pro Pampini foliis, folia ederæ uel rubi.
pro Pipere nigro, piper albũ in duplo.
pro Politrico, capillus ueneris uel zingiber.
pro Paſſulis dactyli.
pro Polio in extractione uermium & prouocatione urinæ & menſtruorũ, pondus æquale, de lignis granati uiridibus, & duæ tertiæ ponderis ipſius de corticibus lignorum caſsiæ ligneæ,
pro Policarpo, abſinthium.
pro Policarpi ſemine, ſemen apii.

pro Ponſilogono croci in duplum.
pro Petroſtelino, ſemen apii.
pro Rheubarbaro, radix myricæ, duplum reupontici.
pro Roſis ſiccis, folia perſici ſicca.
pro Ribes, acetoſa. Meſue capitulo de robi ipſius.
pro Reſina, terebenthina.
pro Rore ſyriaco, radix lapacii.
pro Spica inda Gal. Auic. & Serapio conueniunt q̃ loco eĩ ponãt phu. i. ualeriana.
pro Setaragi, rubea.

Auicen.

pro Satyrio, ſemẽ erucæ, uel urticæ, uel ſcincus.
pro Symphito. i. cõſolida maior, centaurea.
pro Spodio, antipodia.
pro Stœchados chamędryos.
pro Staphiſagria, pyrethrum.
pro Sumach, myrtum.
pro Scariola, cicorea.
pro Scamonea, cucumer agreſtis, uel lac tithymali, uel euphorbium.
pro Seſamo, ſemen lini.
pro Seccacul, buccidem.

Auicen.

pro Sepo ceruino, medulla cerui, uel adeps anſeris.
pro Sepo arietino, chamædryos.
pro Stœchados, lactuca uiridis.
pro Salamandra, uiridis lacerta.
pro Siſimbrio, flos ſyriacus. i. maluæ uel ozymum.
pro Sinapi, naſturtium.
pro Scilla, bulbum.
pro Sepię oſſe, pumex uel maſtix.
pro Sidia, ſyrupꝰ malorũ granatorum cum calida con.
pro Sepo hircino, adeps uulpis.
pro Sampſuco, ſe. ſaturegię.
pro Spumato cardamomum.
pro Syrica, lithargyrium.
pro Sandaria, ſulphur uiuũ.
pro Turbith, eſula.
pro Tamariſco, ſcolopędria.
pro Tartaro, nitrum.
pro Terebenthina, maſtix.
pro Thymo, ſaturegia.
pro Tamarindis, pruna damaſcena.
pro Tithymallis, ſcamonea.
pro Tutia, oſſa myrobala.
pro Thapſię ſucco, ſuccus chamædryos, uel chamęleõtis.
pro Tamariſco radix geniſtæ
pro Tithymallo, chameleon.
pro urſi adipe, adeps uulpis.
pro Vua paſſa dactyli.
pro Vino granatorum, uinũ auſterum.
pro Viſco de quercu, ſuccus turbiſci.

pro Xylobalſamo, lignum ederæ uel leuco radix.
pro Sanćte, flores ſepię.
pro Hypociſtide, mandragora.
pro Hyſſopo, thymus, uel ſampſucus.
pro Hyperico ſemen anethi.
pro Hypociſtide medietas ponderis ipſius de cortice oui adusto abluto, & ſexta ponderis eius de gallis, & de cima ponderis eius de gummi arabico.

Auicen.

pro Zurumbet in uenenoſis æquale pondus &. s. de dirũdi, & duæ tertiæ ponderis eius de taxaracon ſilueſtri, & medietas ponderis eius de granis citri.

Auicen.

pro Zingibere pyrethrum.

Explicit Tractatus. ✱ quid pro quo.

Incipiunt Synonyma.

Artemiſia, id eſt matricaria.
Acatia. i. ſuccꝰ prunel lorum immaturorum agreſtium.
Acaneum orminum uel igridia, id eſt urtica.
Alidiados. i. laureolæ ſemen & eius coagidium.
Aginilac uel melantiũ. i. git.
Amarioca. i. ſemen rapiſtri.
Acorus. i. gladius.
Adraſca. i. helleborus albus.
Ambra. i. ſperma ceti.
Azarod. i. ſarcocolla.
Adragnis. i. portulaca.
Antipharmacũ. i. uincitoxicũ
Alogalbra. i. gentiana.
Aumãtis. i. ſuccꝰ maioranæ.
Argemonia. i. agrimonia.
Aſpaltũ. i. bitumen iudaicum.
Anagodam. i. ſumach.
Adarais. i. caro marina.
Aronis, uel aron. i. yarus.
Anacardi. i. fructus cuiuſdã. arboris in India, quam imperiti pediculos elephantium dicunt.
Aniſum. i. ciminum dulce.
Alipta conſita. i. miſtura.
Antofali, uel auernati. i. caryophylli magni.
Angulus. i. circulus.
Aracon. i. capillus ueneris.
Agaricus. i. fungus cuiuſdam arboris.
Amylum. i. ſuccus frumenti.
Amifructus uel acodiacoſtidos. i. iuniperum.
Aliſander, uel olus aptum, i. petroſel. mace.
Arnogloſſa, uel centum neruia. i. plantago.
Anagalus, uel ſymphitum cõſolida minor.
Aricalomi, ariſtol. lon.
Anthera. i. ſemen roſæ.
Aara. i. baccara, uel uulgus.
Auriges ſimilis herba uenti minoris.
Abrotanũ eſt in ſepibus: cuius ſemine utimur.
Apium domeſticũ, ſemẽ eius ſelinum ſpina & eius foliis utimur.
Apium raninum.
Apium hæmorrhoidarum, ſimile eſt ranino.
Aniſi quia habet guttas magnas foliis.
Apiũ ẽt eſt qui dr apiũ riſus.
Altea, biſmalua, euiſcꝰ, idẽ ó.
Annæ utimur foliis & radice
Alegia baſilica, baſilicon, idẽ eſt, ſemine & foliis utimur.
Achantis id eſt urtica pungens, utimur.
Ancuſa alba, facit ſpinas. al. bas, nigra, nigras.
Atriplex, chryſolochanna, rinoli idem eſt, foliis & ſemine utimur.
Albus. i. ornus.
Archiotiden. i. baccæ iunipi.
Aturbaliorũ facit folia uel sã bucꝰ ſed aſpiora & minora cuius radix ſi rumpatur ſanguinem cum lacte reddit.
Acuceide ſiſis eſt cicutæ in foliis, & facit ſpinas.
Amphimerina ſiſis eſt lilio quando primo creſcit & hẽt haſtam.
Alfita. i. confita muſcata.
Ameos ammi ciminella, perdium, idem eſt.
Aſa. i. aſſa fœtida.
Antimaſis. i. fumoſitas.
Atticum mel. i. album mel.
Alaſa ſiue abluta. i. galla.
Accis. i. ebulus.
Aneum. i. uinum album, uel acetum.
Acopum. i. ſine labore.
Apoſoreſis id eſt tarda detractio ſanguinis cum interpoſitione.
Agocanobin. i. cantabrum.
Aidoli. i. fuligo.
Arſenicũ. i. auripigmentum.
Ameos id eſt murcula uel redi domum.
Aſpaltum. i. geneſtellæ radix.
Aliephos. i. peonia.
Altea. i. euiſcus,
Adiantus. i. herba capillaris uel aboſobia.
Aſaer. i. centineruia.
Afrodis uini, id eſt acorus uel gladiolus.
Aſepia. i. draguntea.
Acitus. i. lapacium.
Aloccis. i. geneſtella.
Amomei. i. papauer agreſte
Ampella leuca. i. brionia uel cucurbita agreſtis.
Atripeleos leſchi. i. brionia uel uitis alba.
Agiltres. i. mercurialis.
Anderginans. i. cappara.

Anagius. i. portulaca.
Atiafax. i. atriplex.
Aizona. i. ſemperuiua.
Apidia. i. para.
Alfita id eſt farina hordei immaturari.
Anticrocus. i. flos albutii: uel flos gruci.
Armoracia. i. rapiſtrum.
Alos. i. ſal.
Autinus id eſt chamæmilla, uel baccara.
Aoniton id eſt barba leporalis, uel lupatriua.
Alpiu. i. roſmarinus.
Armolachu id eſt genus mali grana.
Alzaru. i. uulgagia.
Altercus. i. iuſquiamus.
Albeſtus. i. calx uiua.
Aloſacritus. i. flos ſalis, uel adarces græce.
Acanthis ægyptias. i. ſemẽ urticæ.
Abdios uel tigus ideſt barba iouis.
Ampeloleucis, id eſt uitis alba agreſtis.
Agroſpermõ. i. ſemen ſalicis.
Agallis. i. ſolium, uel zinia.
Acaru. i. piper apium.
Aglafortes. i. peonia.
Auantu. i. teſta uuorum, unde pulli excluduntur.
Amaracus. i. maiorana.
Alicacabon. i. piſcelina.
Agnus uel agnus caſtus. i. ſemen ſalis.
Agaricus. i. fungus albus cuiuſdam arboris.
Acatia. i. erucæ ſuccus.
Agaliſis uel agaloſis id eſt ſemen urticæ.
Agatis lenticis. i. brionia.
Aloſorctus id eſt flos ſalis mõtani.
Aron id eſt ſenatores uel ſimilis ſe.
Apupigmentariũ. i. gentiana.
Aririxauel. i. ariſtolo.
Amurca. i. fęx olei.
Alipolus uel alipoclus: id eſt chamælea.
Achalephe, id eſt urtica.
Abſtingalas, uel aſtragalos id eſt pes porcinus.
Alumen rotũdum. i. unde mulieres tingunt.
Amefates ebrilus.
Anachemon, uel anamõ id eſt medicamen album.
Aſcella id eſt agrimonia uel ſarcogrion ſtaphilon. i. pina ca agreſtis.
Amel. i. grana ſolis.
Anagelicum. i. ſympicum.
Androgmos. i. interphea.
Agus uel actis. i. lenticula.
Amantus. i. ſaxifragia.
Alkionum. i. ſyriaca.
Altioneus. i. ueſpertilio auis.
Aſiozarmis. i. rumices.
Aleoruibus. i. caules.
Alfalal. i. cepulla.

Ampelos melanis. i. uitis nigra agreſtis.
Alcoſolimi. i. coriander.
Alipti. i. rapa.
Afugilla. i. radices.
Alcarad. i. porrus.
Alelica aleca, & bdella, ideſt ſanguiſuga.
Amiathos. i. alumen ſciſſum.
Arcella. i. agrimonia.
Abſcenalium. i. abſinthium.
Aneuſa. i. lacca.
Alogalice. i. gentiana.
Aſccublum. i. ſaturegia.
Andarane. i. ſal lucidum.
Arãtili. i. ſemẽ uuæ, uel arilli.
Alfur. i. faba.
Apoquinatus id eſt ſorbido de niue.
Arcimonii. i. malus trianeus.
Apozumatus id eſt capreolus uitis.

Been rub. radix quæ in India inuenitur.

Ben album in ægypto reperitur.

Baccæ lauri uel dapnococci, idem eſt.
Bratheos. i. ſebitia.
Burit, herba fullonum, ſaponaria idem.
Balauſtia, fructus cuiuſdam arboris quæ oritur ad modum mali granati, quem imperiti caduca mali granati dicunt.
Baucia id eſt paſtinaca domeſtica.
Baſilicus ſerpentaria, dragum uel hortulana.
Baurach. i. ſalo.
Btea uel columaina idem eſt.
Bulbus. i. cepa marina.
Balſamita id eſt ſiſimbriũ hortenſe.
Bugloſſa. i. lingua bouina.
Baccæ hederę, uel carpociſci. i. fructus eiuſdem.
Braſſica. i. caulis non tranſplãtatus.
Brionia, id eſt cucurbita agreſtis.
Brancha urſina, magna folia habet & inciſa, & ualet apoſtemati.
Bulma. i. teſta bouis.
Balura, farfara, ungula equina, idem eſt.
Bufagon. i. faciens appetitum
Baſale. i. cipola.
Barba iouis, id eſt herba herculis, uel ſtœchados uel benades.
Bumades. i. marina pix.
Badon, rubus teſtinus, uel mora domeſtica.
Beneta. i. lingua canina.
Baſaſa, uel biſſaſa. i. piganon, uel ruta.
Baſilica id eſt regina, uel gentiana.
Butaminagion. i. artemiſia.
Balanus. i. galanga, uel myrobalana.

Brui. i. ſaluia.
Benicon uel beticon. i. ungula caballina.
Beoniæ uel bitoniæ. i. albutii radices.
Brameæ, uel bracha, uel braſia: id eſt ſeruicus albe.
Brumus. i. auena.
Bombix. i. flos arboris lanæ ſimilis.
Biſas id eſt emolia, uel ruta agreſtis.
Bulbus fiſticus uel ruffus. i. ſcilla.
Bulbus micouas. i. narciſcus.
Bdellium. i. gummi quod in arabia inuenitur.
Bontration. i. apium riſus uel ſceleracus.
Bultamon. i. oculus bouis.
Berec uel beſeon. i. fęx cardi unde coagulatur lac.
Bonadrex. i. ſemen apii.
Biſcone. i. pulegium.
Bibone. i. betonica.
Becion vel bedon. i. caſsilago alba.
Bamiſilla uel batoſtilla. i. cima rubi.
Bulbus ſtudius, id eſt lupini flos.

Rocus africanus. i. hortenſis.

Cardoneſa. i. ſemen naſturcij.
Carpetatio. i. flos nuris.
Cortex neræ id eſt cuiuſdam arboris ſimilis ceraſo, qui in apulia naſcitur, & fructus eius vocatur micum.
Colophonia. i. pix græca.
Carpotarios. i. ſemen ferullæ
Chalcecacumenon, uel caſticum, id eſt æs uſtum.
Caſia ſyringa. i. caſia fiſtula.
Carei pontici. i. dauci.
Caſia abſolute poſita id eſt lignea uel xylocaſia, rubea, & ſicca.
Caſſamum, malum terræ, panis porcinus.
Cynogloſſa. i. lingua canina.
Cuſcuta. i. podagra ligni.
Cicidon. i. galla.
Cadõ mirylticon. i. muſcata.
Calcanthum. i. uitreolum.
Conſica rubea. i. ſtyrax rubea.
Carcetium cõbuſtũ. i. bõbix.
Calculi. i. cardamomi.
Carice. i. ficus ſiccæ.
Carenum. i. uinum coctum.
Cumella. i. cameos.
Cedros libani. i. roſmarini.
Cuſtos orci, petendactylis, i. grana ſolis.
Chimolea id eſt terra hiſpanienſis.
Capellula. i. ſanguinaria, florem facit album.
Coriandrum agreſte, flores facit purpureos.
Cameleonta nigra, & cardus aſini, & cardus maior, idem eſt: foliis utimur.

Cameleonta alba, & cardus coagula, idem eſt: foliis utimur.
Centris. i. conſolida media habens teſticulos ſimiles enulæ companæ, foliis & radice utimur.
Camædrios; id eſt quercula minor.
Camæpithyos. i. quercula maior.
Cẽtaurea maior contingit folia iuxta ſtipitem.
Centaurea minor, febrifugi uel fęl terræ idem eſt, & tota herba utimur.
Conforata domeſtica, id eſt abrotanum.
Camomilla ſimilis eſt cotilæ fœtidæ: ſed camomilla redolet, cotila fœtet.
Craſula maior id eſt faba ſylueſtris.
Craſula minor; ſimilis eſt ei; ſed multo minor.
Capillus ueneris ſimilis eſt polytrico: niſi quia facit ramuſculos in ſtipite, herba utimur.
Cacaparia ſimilis eſt canapis foliis.
Cametrais. i. ebulus.
Cynogloſſa, id eſt lingua canis triangularis dieſſequi radice utimur.
Calamentum. i. nepita, quidã dicunt quòd tria ſunt genera, foliis utimur.
Ciminũ æthiopicũ, ſiſis eſt an cucele: ſo. & ſemine utimur
Celſus. i. morus.
Cantariarori, id eſt raſura cornu ceruini.
Carei. i. daucus creticus, ſemine utimur.
Calcãthum, uitreolum, tragacantum idem eſt.
Calciteos. i. ſquama ferri.
Cicer erraticus ſimilis eſt teſtę bouis ſ foliis, & facit croceum florem, & redolet, ſed teſta bouis non.
Criſpula habet.
Chelidonia. i. herba petigina ria uel glantia.
Carpobalſamum, id eſt ſemen balſami.
Caſtoreum iſtipebi.
Cantãbrum. i. furfur.
Caſtaneola, ſpecies eſt, in India oritur.
Cathitii. i. ſemen ferulæ.
Carotides, i. capitales.
Deſton. i. betonica.
Cinabareos. i. minium.
Cyclaminos. i. orbicularis.
Colla. i. bleuta.
Cecidos. i. galla aſiana.
Ciſiros. i. pumex.
Cynocephalicon id eſt caput canis.
Cuſtacimonia. i. puluis de terra rufa.
Caretico. i. lacca.

Cocognidium.i.ſe. laureole.
Caſia.i.hederæ ſemen.
Crominium.i. cæpa canion.
Capſitis,uel camitti.i.ipid⁹.
Crobnos loiacon, id eſt liliũ album.
Corillidon.i.cimbalaria.
Cariota.i.paſtinaca agreſtis
Conſinice.i.betonica.
Cutinum roſtas,id eſt caduca mali granati.
Comiciale.i.gentiana.
Cerolozola.i.camedrios.
Cinocoron.i.
Cinolbatus.i.rubus caninus.
Codion.i. papauer agreſte.
Coronopos.i. mala citonia
Croculus.i.ſtriginis.
Codia.i.papaueris flos.
Cephoreos.i.dens caballin⁹.
Celſa.i.mora domeſtica.
Colophonia.i.reſina frixa.
Cirifolium,id eſt cardius ſyluaticus.
Carcobaſicon.i.auellana.
Catrios id eſt roſmarinus,uel ſemen ferulæ.
Criſocantes id eſt hedera arborea.
Camelo uel chamelea.i.cocognidium uel.
Clabrũ ueneris ulcire rubeũ
Cucuriones id eſt ramindere uirides.
Centroſ.i.milium.
Ciperũ.i.iũcus triãgulatus.
Coclia.i.papaueris capita.
Carhinaboto id eſt metallum uel cuprum.
Caſtoreũ .i. teſticul⁹ boueris
Cinetis uel cimices elephãtis .i.anacardi.
Columbaria .i. uerbena, uel periſterion.
Cunarius.i.cardus.
Caſſamum.i. ſemen balſami.
Ceruta.i.policaria.
Celtica ſialiola.
Cliziza.i.liquiritia.
Cicer erraticus.i. ſerpillus.
Calamentis.i.nepita iniruta.
Carabet.i.locuſta pucis.
Caulia.i.ſemen cauliculi.
Caugil.i.rapa.
Crades.i.urtica.
Cedria.i.pix liquida.
Cothibi.i.geneſta.
Camice ſupina.i.ſemẽ cicutę
Cãcharides.i.genus muſcarũ.
Comaras.i.citonia.
Carladãdras.i.nucaria uel arbor nucum.
Chelon.i.teſtudo.
Corona bella.i.pigamum.
Ciſſa.i.hedera nigra.
Catones.i.atriplices.
Cindos.i.anticrorum.
Cabria.i.braſsica.
Congelidon.i.rapa.
Carion.i.draguntex ſemen.
Cruco leucodio id eſt aſphodelus.
Cibuſtri.i.hordeum.
Crini.i.lilium, unde ſapo fit.
Coloquintida: id eſt cucurbita ſaracena.
Cyclamen.i.malum terræ.
Cromon.i.cæpa.
Carauadi cereũ uel canapũ.
Cadinaile id eſt corium mali granati.
Calitricum.i.pulitricum, uel culidon.
Camepida.i.chamedrea.
Caſola.i. ſigillum ſalomonis.
Cameleon.i.cetraria.
Carios.i. coriandrum.
Capſeuue.i. ebulus.
Calamus.i.canna.
Ciſus melas.i. hedera nigra, uel arborea.
Cinnalis.i. adriana.
Ciriogon.i.grana ſolis.
Chiuas.i.maſtix.
Cirion.i.lentiſcus.
Cimbalaria.i.flos geniſtæ.
Cimbalatrium.i.hedera.
Craſcu.i.crocus.
Cranum.i.fructus cornex.
Clicon.i.pulegium.
Cinco.i.anethum.
Couiſſa.i.coriandrum.
Calamo.i.mentaſtrum.
Caraſtato.i.anulum.
Cruta ſinolea.i.ſuccus caruſæ
Carinoleon,id eſt cardus benedictus.
Coliſtran.i.fel tauri.
Coliſatrias.i.fel urſi.
Cidonendria.i. ſaxifragia.
Calcitem.i.flos calcis.
Cruſtulibar.i.caſtoreum.
Climaſtica.i.lithargyrium.
Criniber.i.caulus.
Chutrie.i.tragacantum.
Cataricon.i. raſura de cornu ceruino.
Cecabre.i.genus uernicis.
Calendula.i.ſolſequia noſtra.
Chacrios.i.roſmarinus.
Cipereon.i.iunci radix.
Charaminon.i.cæpe.
Chareos.i.ſemen ferulæ.
Chaunalep.i.farina fabæ.
Cypariſſus.i.cipreſſus.
Cheſtu.i.betonica.
Carpobalſamũ, id eſt fructus balſami.
Colophonia id eſt reſina capinata.
Criſolocanna.i.atriplex.
Caldanus.i. cicer erraticus.
Coccimella.i.prunella.
Corpus.i.ſtercus, uel ſimus.
Chilatricum .i. herba ſanguinea,uel pes columbinus.
Chambris.i.braſia.
Cyamus.i.faba.
Cityſus,folia ſunt diuretica.
Chirice.i.hordeum.
Chibria.i.ſulphur.
Chrimon.i.lilium.
Chiromidion.i.cæpe.
Cheuſeudafu. i. cinnamomũ.
Charafis.i.apium.
Chilbu.i.canis.
Chine.i.chalbanum.
Chatria.i.cedria.

Delenacon .i. ſanguis draconis.
Dehercit:elcheir: farina hordei.
Dulium belſem: id eſt balſamus.
Deriſequalis,iunctus triangulatus,id eſt ciperi.
Diamerozi cõbuſtum.i. beta.
Diaphnidos.i.laurus.
Daphneleon.i. oleũ laurinũ.
Diaptem.i.polypodium.
Diagridium.i.ſcamonea.
Damechã, uel mulis erodarcum.i.ſanguis draconis.
Dentrolibanum, roſmarinus idem eſt flos eius libanotidos anthos quo utimur.
Dictamus ſimilis eſt fraxino in foliis,& eſt quaſi frutex, radice eius utimur.
Daucus creticus, ideſt paſtinaca domeſtica.
Dialomata.i.glandula.
Doronice.i.uernix.
Drys.i.quercus.
Darmi.i.manipuli.
Dorcadis.i.capreolus.
Dipſia.i.ſciticula.
Dinulla uel dianulla: id eſt pulegium.
Dapce uel lepruce dentis .i. lac crudum.
Dicea.i.herba uaccina.
Draguntea.i.aſclepia.
Den.i.galla cruda.
Diſtis uel udriſtis id eſt chamædryos.
Daphnis.i.laurus.
Diris.i.rubus
Dicea .i. appolonaris.
Dictamen.i.propoleos.
Diacoregium, id eſt ſtercus caprinum.
Diacopna, uel diacopagia, .i.confectio lactis,quòd ex lapidib⁹ fluuialib⁹ coquitur
Diaxibon.i.ceperum.
Deptellium id eſt ulmus, uel bulbus.
Des.i.pulegium agreſte.
Deptame.i.peucedanum.
Dauci ſemen id eſt paſtinacæ ſemen.
Diaquilon.i.ſucc⁹ fœnugræci
Diafulful.i.piper longum.
Deeb.i.aurum.
Digege.i.gallina.

Elonos ſpõſa ſolis, ſolſequia cicorea,intiba, idem eſt,foliis utimur,& ſemine.
Eliga.i.arili uitis.
Elimom.i.apium
Elilifagum.i.ſaluia.
Egiro.i.populus arbor.
Euiſcus, id eſt biſmalua, uel maluauiſcus.
Eriſaficæ.i.gladiolus.
Eritrodum,uel eritrhodõ, id eſt rubea,unde tingitur.
Eptafilo .i. ſeptem folia, uel plantago.
Erineus.i.caprificus.
Erion.i.carica.
Epiricum.i.ſcopia regia.
Eliadin rodiom.i. oleum ro.
Elia.i.lana.
Erpillon.i.ſerpillum.
Emptidos.i.cardus.
Eclifma.i.plumbum uſtum
Esbrin.i.brionia.
Erebẽtis uel arbentis.i.cicer.
Euſciuum .i. ſemen oleaſtri.
Eliſcapo .i. ſemen ilicis arboris.
Eucimus.i.eruca.
Eradea.i. ſiſimbrium.
Erungium .i. centum capita
Eretuginis .i. faba hortenſis
Eriſilon .i. decliua uel ruta.
Euchinus.i.erucinus, uel eruttus.
Eriſto.i.calcantum.
Erice.i.tamariſcum.
Eleeſpleum .i. oleum uetus.
Elnus .i. lumbricus, uel parietaria.
Ergauicion .i. ungula caballina.
Eletes.i.oliua.
Eneſton.i.fœnum.
Elechine uel elehedine, id eſt parietaria.
Erinon,ſemen lini.
Eeruzomon .i. cicer erraticus.
Eſopa cerotis.i.ſudor ouium
Epach.i.lana.
Etraneum.i.calx.
Elificum.i.lenticula.
Eucinas.i.lapar.
Erinicus.i.lumbricus.
Elirica.i.gladiolus.
Eoſmam,id eſt ſerpens unde fit theriaca.
Erugine campanna .i. præſiũ de ramo.
Elinentos.i.cicer.
Erigo.i.grana ſolis.
Emadiõ.i.ſanguis draconis.
Eruron.i.affronitum.
Ericeparon.i.iuncus triangulatus.
Elbair.i.oua.
Etheum.i.allium.
Elmelle.i.ſal.
Elmia.i.cozumbrum.
Elmac.i.granum.
Egebel.i.mons.
Eliuben.i.cauſeus.
Elebem.i.lac.
Eſemon.i.butyrom.

Filis.

Flis.i.capparis?
Flomus, ideſt, taſſus barbaſsus; cuius genera ſunt duo mas & fœmina.
Fel terræ, febrifuga .i. centaurea, minor.
Fufulabia, id eſt, piper nigrum.
Flos ſiriacus.i. flos maluæ.
Fiſalidos.i. filipendula.
Fu.ualeriana,maturella benedicta idem eſt.
Fœnum græcum ſimile eſt melliloto, ſed tñ minores facit uaginas & craſsius habet ſemen quo utimur.
Fœnicularis uel fœniculus porcinus, idem eſt,radice utimur.
Fenda.i.amaraſca.
Flammula longam facit haſtam,ut uolubilis rotundã, maſticata linguam combu rit, & eſt ſimilis uiti albæ, niſi quia non habet folia in ciſa ſicut uitis alba.
Faſcigallicum .i. celtica.
Finicus .i. dactylus uel fœnitia.
Fœdis.i.fœmina nini.
Frictis.i. reſina fricta.
Filtra.i. ilia.
Fiſalidos,id eſt;herba tuſcainga.
Fecor.i.ſuccus.
Fuctigal.i.peucedanum.
Feſicon.i. folium.
Faſsigallicus .i. elisfagus uel ſalium.
Figia.i. fœniculus uel marathrum.
Fœnice .i. palma.
Ficus.i. carica uel cabdos.
Ficos uel figor, id eſt, alga marina.
Floſgniſci.i.anticrocum.
Fila indica.i. pimpinella.
Filibon.i. geniſta.
Fubapiruum, id eſt,ſulphur uiuum.
Fiſca ſolida.i. aliſcacabo citrino, uel rumphea uel hypoſelium.
Fuful abati, id eſt, piper album.
Feigel.i. ruta.
Fugil.i. radices.
Fuli.i.faba.
Flectios, ideſt, pes columbinus.

Gallicorum citonie: ideſt flos citoniæ.
Gallia muſcata,ideſt, trochiſci de muſco confecti.
Gummi cedri.i. gummi iuniperi.
Gliconium.i. pulegium.
Goletia.i.origanum.
Gelena uel cucurbita alexandrina, id eſt, colocynthis.
Griſolocanna .i. atriplex.
Giſareſtenos uel bulbus .i. cera rubea quæ in armenia reperitur.
Giſampinas uel geſeſtartos i.terra argentarea.
Gliconſe. i.liquiritiæ.
Grandin ſimilis eſt in foliis hyperico: niſi quia maior eſt hypericon.
Gariofilata.i. ſana mundi.
Grana ſolis, milium ſolis, idem eſt.
Germion .i. fermentum.
Geſaſteria.i. creta.
Glicus.i.lappa.
Glaucia.i. chelidonia.
Gimpræti.i. melantium uel nigella.
Gleuco.i. mirſtum.
Gigiſci uel glitis.i. rapa uel ſinapis.
Glicolus.i. pulegium.
Germon.i.lilium uel litius.
Glixis.i. policonia.
Grana armonia,id eſt ſtaphi ſagria.
Gri. uel gli. i. balſamum.
Gigeatis .i. terra argentea.
Gagada,id eſt eſſe centaurea maior.
Gliquiritia uel quiriza, id eſt radix uel peonia pontica.
Galanga .i. fructus maris.
Gagatemos.i. iuſquiamus.
Gemotilis, id eſt mercurialis uel parietaria.
Geris uel gieris .i. iuiuba.
Geroboui.i. plantago.
Glatium.i.molla.
Gladiolus .i. ireos.
Gleueruitici.i.chelidonia
Gentiana, id eſt anaglaica, uel comitialis.
Grudo ſperma.i. ſemen urticę.
Glidis.i. peonia.
Gingidium.i.cerefolium.
Glilella uel gilea, id eſt colocynthis.
Galli,id eſt muſtella.
Giafinococa.i.baccę lauri.
Gabentitem.i. tithymallum
Girapiron,id eſt, ſulphur.
Glis, id eſt terra tenax.
Glis,id eſt lappa uel animal.
Gafgania,id eſt iunci radix.
Geromio.i.herba muſcata
Gidio,id eſt attriplex.
Gineque, id eſt calx.
Ganeti, id eſt pecora
Gaxit apium.

Herba ſancti petri herba panis.
Herba ſancti Ioannis, herba pforata.
Herba ruſtica, id eſt, roſa ſaluatica.
Helleborum album. i. ueratrum.
Helleborũ nigrum.i.radicula hermodactyli, habet folia ſimilia naſſaco, & habẽt cepulas ꝙbus utimur.
Hypericon, ſcopa regia, idem eſt.
Hyrcina,id eſt retrahit, fœtet ut hircus.
Hęc ſimilis eſt matriſilue et dicitur iudaica, et foliis utimur.
Hiſcus,id eſt uiſcus.
Hidoribrium .i. aquæ pluuialis.
Horineo, id eſt caprificus.
Higirontus, id eſt ſenation.
Hirigium, id eſt cardus marinus,uel benedictus.
Hipericõ.i.cauda caballina.
Hidris uel itheas.i. ſalis.
Hydrargiros.i. argẽtũ uiuũ.
Hinciprum, id eſt flos cipri.
Hybercum.i. maluauiſcum.
Helerodonia.i.roſa agreſtis
Hierobotanum.i.uerbenca, uel columbaria.
Hedioſinum,id eſt menta.
Hicatis,uel igis.i.ſambucus.
Hecolitis melano .i. hedera nigra.
Hypociſthis id eſt ſuccus cuiuſdam herbę quæ naſcitur ad pedem herbæ caninæ.
Hygia,id ẽ ſtyrax liquida.
Hydor,id eſt aqua.
Hyriana, id eſt lambruſca.
Hyenctus, id eſt ireos.
Hypoquiſtidos.
Hypoſcelium oliſatiũ iella.
Hypericus .i. ſalaſtiũ uel herba ſanctæ Mariæ.
Hyoroceros.i.argentũ uiuũ.
Hypoſtaſis.i. nebula urinæ.
Hytimum,id eſt capillaria
Hyragaronta.i.ſenationes.
Hyſcidioniſioid eſtſerpilum.
Hyripoton, id eſt medulla ceruina.
Hyperos .i. uiſcago de quercu uel de qualibet arbore.
Hyperois .i. cauda caballina
Hiproargitos,id eſt argentũ uiuum.
Hydroleũ .i. oleũ qđ ſup natat in balneis ſulphureis.
Hypericon herba ſancti Ioãnis herba perforata, ſcopa regia, triſcalamus, idem ẽ, ſemine & foliis utimur.
Hyſios purpureus, id eſt ad modum laculi.
Hyreos herba,eſt habẽs radicem odoriferam, & florem inter album & citrinum, tamen album radice utimur.
Hartes id eſt cortex mali granati.
Herba pireſtam.i. colũbaria.
Habel cariſtis .i. apii ſemen.
Hiſcas id eſt papauer.
Haruſca id eſt mandragora.
Habellalu id eſt aniſum.
Humanus id eſt cicer.
Hatis id eſt lenticulæ.
Harahamen,id eſt ſtercus columbarum.

Mes.

Harabia il .i. ſtercus caninũ.
Haranuẽ.i.ſtercus caprinũ.
Haraganæ, id eſt ſtercus pecorinum.
Huraheimar, id eſt ſtercus aſininum.
Harafaras, id eſt ſtercus caballinum.
Hamilium, id eſt ſuccus frumenti.
Hazir,id eſt porcus.
Hump. id eſt uua.
Haſel. id eſt me.
Hal.id eſt acetum.

Iaſeos bardana, id eſt lapa inuerſa.
Iantis flos, id eſt flos uuæ agreſtis.
Iu. id eſt uiola alba.
Iuſquiamus, caſilago, ſymphoriaca,ueruraria, canicularis, idem eſt.
Iarus, barba aron, idem eſt radice utimur.
Ipolina creſones,creſentiones dunirem.
Iſculi ſunt uermes teranei.
Iraber,pes ciconiæ, idẽ eſt.
Idioſmium id eſt menta.
Intuba id eſt cicorea.
Iris illyrica.i.liliũ ſaluaticũ
Ipoquiſtidos, id eſt ſuccus lanæ ouium.
Iocule.i.gutta aquæ piſinæ.
Idios id eſt gladiolus.
Iſtiaſcorpo.i.ſemen ſalicis.
Icax id eſt uiſcum.
Igropiſſa id eſt pix liquida.
Iſtringus id eſt ſolatrum.
Icropuldum.i. bu. agreſtis.
Inantes id eſt flores,qui ſilio uocantur.
Inciſcardo.i. coma leuiſtici.
Inantes id eſt flos ſoliſicii.
Iaufir id eſt opopanacum.
Iemar id ẽ preſsiũ de aceto
Ierebaterio.i.ſanguinaria.
Iarus id ẽ flos roriſmarini.
Irobemel.i.uinum cũ melle
Indicum .i. opium thebaicũ
Illebut id eſt terebenthina.
Iuniperi id eſt zeneuer.
Iris illyrica, genus gladioli eſt,cuius radice utimur.
Incepta a .k. requirantur in litera.c.

Lapis iudaicus, id eſt lapis agapis.
Lapis lyncis,ſit de urina lupi ceruini.
Lilifagus.ſaluia agreſtis,floribus & foliis utimur.
Lapis magnetis id eſt giro uel calaminaris.
Lepidos lyncis id eſt batitura eris.
Licoſperma id ẽ ſemen ſaxifragiæ,uel grana ſolis.
Lemprenças, arſenicum id eſt auripigmentum.
Leoporina priaſcus id eſt ſatirion.

Litodemon.i.lapis niger qui de India uenit.
Lectapodion.i.planta leonis florem habet rubeum.
Laureola, alipiados, angula, semen eius cocognidiũ, consimilis lauro in foliis & cortice, semine utimur.
Latrides ideſt cataputati uel ſemen eius genus ciceris.
Labula ideſt genus tithymalli maioris, cuius lac expellit ſerpentes.
Lactuca domeſtica, foliis & ſemine utimur.
Lactuca agreſtis, uel acetoſa damp.quoſdam.
Leuiſtici ſemine utimur.
Leuiſticum agreſte, arbor.
Laurus ideſt daphnis, tamen dãpne, ideſt eius baccæ & daphnelæum.
Lingua ceruina, ſcolopendria, ſplenetica idem eſt.
Labrũ ueneris cardum ſimilis ſed profundius inciſum pungens, eo utimur.
Lapa caprina, ſimilis ungulæ caprinæ in foliis, ſed tamen folia eius multo minora.
Lapa inuerſa.i.bardana.
Leucopiper, album piper, inde leucophantia. i. de albo flore fœta.
Lana ſuccida. i. mollificata & ab animali recenter edu cta.
Libarutidos.i.roſmarinus.
Linozoſtis ideſt mercurialis
Lebeumarios ideſt thus maſculum.
Libanos manne, ideſt puluis thuris maſculi.
Linichiti ideſt gladiolus.
Lecopulgubrium, ideſt lachet uel ſaluia.
Liptotaria.ideſt lenta febris
Litridos.i.cucumer amarus.
Leuticiprino ideſt uiola.
Lithargyrium. i. ſpuma argenti.
Lapa ideſt menta.
Linoteſagria.i. mercurialis.
Licon.i.pulegium.
Leuci.i.arbor populus.
Leuiſma, i.caſtanea.
Lapatium.i.rumex.
Libana.i.lagana.
Liris.i.auena.
Lobia.i.faſeolus.
Lagus ideſt lepos.
Lotus.i.trifolium.
Leucucugio, uel leuchino.i. uiola alba.
Litron ideſt uitrum.
Lyncim ideſt limus de petra
Liuins.i.panicum.
Litonio.i.uerbena.
Liguſtum ideſt ciprum.
Liperum, i. iunci radix.
Lappara ideſt capparina herba.
Lamolea.i.cardus.

Liamus, ideſt faba.
Litealpira.i.farina fabæ.
Leuben ideſt libanum.
Lipti ideſt rapa.

MVmia ideſt collectio ſpecierum quæ inueniuntur in ſepulchris mortuorũ.
Malabatrum ideſt folium album uel nigrum.
Mabathematicum.i. ſuccus cauliculi agreſtis.
Marmis, ideſt olibanum minulum.
Milium ſolis, uel grana ſolis ideſt cauda pecorina.
Miloſophali.i.uenter apis.
Melilotum corona regis. i. pratellis.
Mul fœnugræcum agreſte.
Malua ſiriac. molachia id eſt flos.
Meuis ſiriacus ſo. flo. radi. utimur.
Meliſſa id eſt melago, uel ce traria.
Meu.i. ſiſtur, uel ſinomi radix, radice utimur.
Millefolium, ambroſia, ſupercilium ueneris, idem eſt, foliis utimur.
Muſcata maior facit ac. ſed redolet.
Marſilion, ideſt faba lupina, fere ſimilis eſt helleboro nigro.
Mandragora ſimilis eſt conſolidæ maiori in foliis, niſi quia mãdragora habet craſſiora folia & ſpiſsiora, & quaſi pungentia.
Morgellina domeſtica albos facit flores.
Morgellina ſilueſtris, rubeos
Mirice.i.geniſta.
Miconis.i.papaueris.
Melidna.i. plumbum uſtum.
Matriſilua, periclimenon caprifolium, idem eſt.
Macropiper, ideſt longum piper.
Melanopiper, ideſt nigrum piper.
Melancholia id eſt cholera nigra.
Macedonicum. i. petroſelinum alexandrinum.
Myrtili.i.ſemen myrtæ.
Melaticum ideſt ſylueſtre.
Melagina.i.molificatiuum.
Melatica, ideſt calefactiua.
Malſano.i.debilitatio.
Marathrum ideſt fœniculũ.
Menſtrua.i.fluxus ſanguinis.
Miconos niger.i. papauer hortenſe.
Molochia ideſt malua.
Menaphilos ideſt tragacanthum.
Melbellacũ ideſt lingua ceruina.
Mellatia ideſt nigella.
Melanos, ideſt ſerpillum, malues.
Melacinagria, ideſt apiſto uel malua agreſtis.
Mecula, ideſt papauer agreſte.
Mertion.i.millefolium.
Menino ideſt oleaſter.
Muſme.i.myrrhæ folia.
Maſtichia.i.alba.
Myrticus.i.folia ferulæ.
Militum, ideſt ſinapis
Mananchus, ideſt ſemen de meu.
Minthe.ideſt nepita.
Meleche, ideſt malus
Molipelotum, ideſt fęx argẽti, uel plumbum uſtum.
Mis ideſt mus, uel muſcus.
Macer, id eſt cortex mali granati.
Miſcores.i.caniculares.
Mactõn, ideſt catapula fœnu græci quæ conficitur cum ſe.lini.
Mirum, ideſt formica.
Melicon, ideſt fraxinus.
Melandrus, ideſt ſorbus.
Meliſſe, ideſt apis
Moioſox, ideſt glix.
Marubium
Melimion.i.ſiſimbrium.
Muzungi, ideſt lilium.
Miliatrum, ideſt ſinapi.
Mikoitorgo, ideſt ſanguis hircinus.
Militodagrum, ideſt ſanguis draconis.
Melicratum, ideſt mel & uinum.
Mirpoſilon.i.millefolium.
Maxibatrum, id eſt cauda porcina.
Mellantis.i.mel de apibus.
Miſlinci, ideſt folium.
Magnetis.i.calamita.
Maclonis, ideſt artemiſia
Mezere.i.ruta.
Muriula, ideſt ameos.
Mecio, ideſt lenticula.
Mialos, ideſt uiola.
Macellus, ideſt antophalus.
Mulchul, ideſt bdellium ſecundum ſaracenos.

NEnufar, ideſt flos nimphęæ.
Nux indica, ideſt magna quæ ab india uenit.
Nux uomica, ideſt caſtaneola indica.
Nux miriſtica, uel caris miriſticus, ideſt nux muſcata.
Napeum, ideſt ſinapis.
Narciſcus ſimilis eſt petroſ. in foliis, ſemine utimur.
Naſturcium, ſemen eius cardamum, quo utimur.
Nitrum, ideſt ſalgemme.
Nauſea.i.ſubuerſio ſtomachi cum uoluntate uomendi.
Nardoſtachium: ſpica nigra.
Neſia.i.centaurea.

Nixa, i. ceraſa matura & ſic.
Nepita, ideſt calamentum.
Narcus.i.ferula.
Nardus celtica.i. ſaliũca uel ſpica celtica.
Narca, ideſt botria ſaliunca ulſaſſag.
Nicticorax, ideſt bubo auis.
Niceris, ideſt ueſpertilio.
Nar, ideſt focus arditus.
Nanorachi, ideſt piculum cuius ſe. eſt ſe. apii, & ſapor, ut piper.
Nixa id eſt caria, uel putredo ligni.
Naſcader.i.armoniacum.
Niciflos, ideſt betonica.
Nebia, ideſt uinum.
Nepta.i.ſulphur, uel oliuarum cũ amurca ſua uel herba piloſa quæ naſcitur in campis, uel quædam confectio.

OXiacãtum.i.berberis
Oxicitronilli, id eſt ſuenci citranguli.
Opoſcitum uel ofel. ideſt gummi hederæ.
Opobalſamum, ideſt ſuccus balſami.
Orobani lenici, i. lacca.
Oxifenicon, uel fenicia indi ideſt tamarindi.
Ozimum.i.baſilicon.
Oxireum, ideſt forte acetũ.
Oxiũdi ſimilis eſt filiſci.
Oculus Chriſti, ſimilis eſt oculo conſulis, ſed habet laticra folia iuxta ſtipitem & ſuperius rotunda, & habet florem citrinum.
Origanum, ideſt golena ſimilis eſt calamẽto, ſed calamẽ tũ habet folia piloſa foliis utimur.
Oculus conſulis ſimilis eſt mentaſtro.
Opos, ideſt ſuccus.
Olibanum, ideſt thus.
Optamicũ. i. ſternuatorium.
Orthopnia, ideſt rectus anhelitus uel orthopnia, quando tantũ aerem ſumit quantum emittit, cum difficultate tamen.
Opium.i.lac papaueris.
Origantum, ideſt opopanacum.
Omfontium, ideſt muſtum uuæ amarę.
Opomirſine, ideſt ſuccus myrtæ.
Oxys, i.acetum ſyluaticum.
Onichas, ideſt diagridium.
Orodis.i.roſa canina.
Olea, ideſt oliua.
Opium oxicanium.i. laſer, uel ochialos marinus.
Opiũ indicũ, i. odore graue
Odicus, ideſt ebulus.
Onichos, ideſt ungula.
Oleum omphacinũ.i. uiride uel quod gremiale dicitur.

Oleũ ſuccinũ.i.liliacum.
Ois.i.agnus.
Oleum ſucciniũ, de cucumere agreſti.
Oleum myrtinum de floribus uarum.
Oleum miſinum, id eſt miliatium, uel myrtinum.
Oppopanace, id eſt ſuccus panacis.
Orimus uel oriza, id eſt ſimila hordei.
Oriona.i.aurum.
Orirodonum. i. acetum & oleum roſaceum.
Omphacum mellis.i. muſtum uuæ amaræ & mel.
Ocrodis.i.ſerum de lacte.
Opium thebaicum, ideſt laſerti.
Oleum ſuccinum id eſt quiriliumfacus.
Oliſatrum.i.petroſelinum macedonicum.
Oxymilium.i.ceruſſa.
Otridiriana.i.matriſilua.
Olenga ideſt galanga
Oxamium.i.acetum cum ſale.
Oxyzaccara.i.acetum cũ zuccaro.

POnpholicon. i. battitura ferri, uel fuligo de forna ce æris.
Periſtereon.i.uerbena.
Periclymenon.i.matriſilua.
Percenotidos. i. mercurialis.
Perdiacratos, uitreola, parietaria.i.herba mirabilis.
Piſtacia ſunt fructus qui ueniunt de damaſco.
Piganum, ſemen rutæ agreſtis idem eſt.
Propoleum.i.cera alba.
Pentafilon, ideſt quinque folium.
Praſium, ideſt marubium album.
Praſium viride, ideſt flos æris.
Paucedanum, fœniculũ agreſte cauda porcina, & marmarum idem eſt.
Proſerpinaca, poligonia, centinodia, & corrigiola, idẽ eſt
Pelios.i.poliũ montanum.
Pepones.i.melones.
Pſinuthii.i.ceruſſa.
Platocimum.i.montanum.
Pſiſeleos, ſemine utimur.
Policaria minor, ſimilis ẽ maiori in foliis, multum redolet & foliis utimur.
Panfiligo.i.barbaſus.
Pimpinella, & ſcopaſtella, idẽ eſt.
Planta chriſti, guttas facit nigras in foliis, quam quidam dicũt ſatyrion eſſe, & nõ eſt.
Polium montanum eſt odoriferum, & eſt ſimilis canuſcellæ, niſi quia ſpiſsiora folia habet, & diuretica quibus vtimur.
Piluſella, pilos habet in foliis.
Polypodium.i.felicula: dulcemulia, radice utimur.
Pulmonaria eſt minuta ueraſa.
Papauer album, ſemen eius codium quo utimur.
Papauer rufum.
Papauer nigrum, unde fit diacodion.
Pes milui ſimilis eſt iaro in foliis, niſi quia iarus habet cornuta folia, & pes milui uaria.
Prouanca & timeca idem eſt
Pulegium.i.gliconium.
Pes columbinus.i. ſpẽragia.
Pes milui.i.cetrac.
Portulaca, andragnus, pes pulli idem eſt.
Pentadactylus cuſtos horti.
Propoleos id eſt fauus ſine cera.
Panax ideſt herba quæ fecit opopanacum.
Peroti id eſt auricularis.
Pituitas ideſt lippitudo.
Piganum, ruta agion, idẽ eſt.
Parotides, malum circa aures
Periclymenon, matriſilua, auenula, idem eſt.
Porrum.i.fectiuum.
Propte ideſt nimphea.
Politricum id eſt adiantum.
Pepen ideſt papanos.
Poligonia.i.ſanguinaria.
Pſilion ideſt policaria.
Panacofriza.i.ferula agreſtis, uel panacus.
Pentebon.i.peonia.
Perdicaber, parietaria.
Peonigratum.i.chelidonia.
Piſſaria.i.pix liquida.
Pentea ideſt filex, petris naſcitur, uel perion.
Paragilon.i.balanum, uel myrobalanum.
Parumallus ideſt granatum.
Perſonatia ideſt bardanum.
Paluirus ideſt pampinus.
Pedicularis ideſt ſtaphiſagria
Pituregium ideſt hypericon.
Politria idẽ capillus ueneris
Piſaxara ideſt pix dura.
Piponagrafi ideſt colocynthis.
Pentalon ideſt bactheos.
Pſidia ideſt flos mali granati domeſtici, uel alia arbor.
Ponadratia.i.ariſtolo.
Pitigoni radix ideſt tute.
Palla ideſt geneſtellæ radix.
Praſi ideſt ſuccus porri.
Poneide ideſt roſata.
Parteticon ideſt artemiſia.
Pofunluagos ideſt fominus uel balſamum.
Paraſioruia ideſt enu. campana.
Plantago ideſt arnogloſſa.
Piſa ideſt pix ulcera uirginis.
Pſopus.i.perſonatia, uel dardanum, uel millefolium.
Piperapum ideſt acorum.
Plumidera ideſt helleborum.
Picula ideſt reſina pini.

QVercula maior id eſt camepytyos.
Quiamus ideſt faba
Quercula minor id eſt camedrys.
Quinque neruia.i. lanceola
Quinorapi.i.nuclei pini.
Quirica: haſta tribuli mari
Quiprodani ideſt roſa canina
Quaſſa ideſt aqua
Quiamos ideſt ſyla.
Quiricus ideſt ſemen lini.
Quiagulos ideſt coagulum.
Qualnuties ideſt lac.
Quicomin.i.pulegium.
Quelanea ideſt iuſquiamus
Quiconus ideſt papauer.
Quororo ideſt cucumer.
Quatilia ideſt lactuca.
Quilionfagus ideſt oleum ficionum.
Quiũ ideſt triangulus uel iunci radix.

ROmeon.i.raphanum.
Radix cuiſci.i.altea
Ramicedri ideſt iuniperi lignum.
Ramnus ideſt ſpica alba, uel benedicta.
Rodoxiron.i.oleum roſatum, & acetum.
Ros ſyriacus.i. flos omi. uel nucis ſiluaticę ſimilis ẽ roſæ.
Roſa, ſemen eius anthera, eis utimur.
Roraſtrum, folia habet, ut uiticella, ſed undique pungẽtia.
Roſmarinus, flos eius anthos.
Robella, quaſi piſa uiridis
Rapiſtrum.i.armoniacum.
Ragadia ideſt ſciſſura
Raphanus ideſt radix cutica.
Radicula, ideſt linaria, uel ſtrutius.
Rira.i.radix.
Rodonſiron.i.roſa ſicca.
Reſina.i.gummi abietis.
Reuponticum ideſt barbarũ.
Ruffus ideſt celſus.
Reſina pina.i.picula.
Rodus uel rodia ideſt cortex maligranati.
Rapa ideſt gongelida.
Roſmarinus.i.libanotidos.
Reſina terebentina.i.gumma.
Rodon ideſt roſa.
Raticus ideſt anetum.
Rubricam ideſt ſinopidem
Rodoleon.i.oleum roſeum.
Riquiritia ideſt herba dulcis
Rodoſtoma ideſt aqua roſata.
Regia ideſt cauda caballina.
Radiatum ideſt iuſquiamum
Raſia ideſt ariſtolis uel marubium.
Riſanapace.i.peucedanum.
Racceuece.i.fœniculum.
Ramilla ideſt camęmillæ.
Reatis ideſt petroſelinum.
Rumex ideſt lapaciũ acutũ.
Radiolus ideſt ireos
Raſalacanna ideſt capitello unde ſapo fit.
Ragarius ideſt grana ſolis.
Racardus ideſt cardamomũ
Rodonogira uel rana, ideſt roſa.
Ralba agreſtis.

SIletio ideſt pes colum binus.
Saliunca.i.ſpica celtica
Sanſucus amaracus uel ſperma ideſt maiorana
Secacul ideſt eryngium.
Strobilea ideſt pinea
Stuma ideſt caulis agreſtis craſſæ cæpæ.
Semen bulbi.i.ſemen domeſticæ, & craſſæ cæpæ.
Secca ideſt hyſſopus.
Scordeon.i. allium agreſte.
Staphiſagria, herba pedicularis ideſt caputpurgium
Siſtrum nel anethum agreſte, id eſt meu.
Stipterea ideſt alumen.
Sinonum id eſt petroſelinũ agreſte.
Smiris, quidam lapis.
Sandaraca, quoddam genus uernicis.
Septemer ideſt ſagapenum.
Sebanum ideſt ſemen apii, uel ſemen lini.
Simbra ideſt ſaturegia.
Stœchados barba ideſt polium marinum
Sãdicus, eſt cõfectio quædã.
Smirne, baſilicon.i.mirca
Splemon ideſt ſcolopẽdria.
Stagni rotundus.i.abſinthiũ nigrum.
Satyrion ideſt priapiſcus, uel teſticuli leporis
Saphiſalidos.i.paſtinaca.
Sticide ſagria, id eſt cucumer agreſtis.
Sicarios ideſt ſiſimbrium.
Stila ideſt bulbus.
Sambuci medianus cortex uocatur, & quandoque cortice & radice utimur.
Scanapis, flos eius anthos
Senaron, cardus benedictus & carducellus, idem eſt.
Scifola habet folia lucida & pinguia: tota utimur.
Sigillum ſanctæ Mariæ facit haſtam rectam, & aliquantulum longam, & alcam, & folia rara et aſpera, radice utimur.
Sigillum Salomonis facit haſtam flexam in arcu, & multa folia ſurſum trahentia, & flores albos plures, ſub arcu haſtæ ſuæ deorſum trahentes, ſe. & radice utimur.
Spõdalidõ, radice utimur, ſimilis eſt ſinono, ſed rotundiora hẽt folia ſinonum &

acutiora & lucidiora magis a ſtipite remota, ſemen eius ut ſemen petroſelinum.
Scrophularia quaſi lactucella habens teſticulos.
Serpillus ideſt ſaturegia agreſtis, herba utimur.
Symphitum, conſolida maiorana gallicum, idem eſt, radice utimur.
Scilla.i.cæpa maior.
Spatula fœtida, ſpatula ſalubris, idem eſt.
Siſimbrium, ideſt balſamita aquatica, uel abſinthium pōticum.
Semperuiua.i. aizoon.
Scariola, endiuia, troſiſma idem eſt, foliis & radicibus utimur.
Sponſa ſolis eliotropia, ſolſequia, cicorea, intuba, idē eſt, foliis & ſemine utimur.
Sinape agreſtis habet lata folia & rotunda.
Sauina.i.bratheos.
Sentis, ideſt rubus qui facit mora.
Sābucus arbor ſimilis eſt de galeæ in foliis.
Sariofoas.i.ſarcocolla.
Saponaria, burit, herba fullonis, idem eſt.
Saliunca.i.ſpica celtica.
Storax liquida.i.lagia.
Stobilia, ideſt ſemen pineæ.
Siccides ſu. id eſt cucumer agreſtis.
Sinopide.i.terra rubea.
Samum, i.fructus iuniperi.
Siccidos.i.galla aſiana.
Squiballa.i.dura ſtercora.
Similia.i.folia uel mediū furfur.
Semicupimen, id eſt cima media.
Siſeleos.i.ſiler montanus.
Sterione.i.gaua.
Stiracos.i.ſtorax.
Sileos.i.policaria.
Soluinſia, cidamum.
Stiſaphora, ideſt contra orientalis.
Sandix.i.auripigmentum.
Scinus.i. lentiſcus.
Simphonica, iuſquiamus cani cularis, latrecula, idem eſt.
Silfui.i.caryophylus.
Scatuncellus.i. umbilicus ueneris.
Scorfilidos, ideſt reſina uel corces.

Spedace.i.cēruſſa.
Sicaminum.i.celſa mora.
Sarcocolla.i.agrimonia.
Sendaminum.i.acrifolium.
Senacis.i.ſpica celtica.
Scarade.i.ſaluia.
Scura.i.lacerta.
Scolopendria, id eſt lingua ceruina.
Seperos.i.bacca lauri.
Siſama.i. ſemen papaueris agreſtis, ſiſama etiā ſunt quædam grana tragacanthi.
Spaguum.i.ſaluia.
Siſamus.i. paſtillus uel ſemen balſami.
Scarius.i.ficus.
Spaltea.i.palma.
Spondogos. i. lanugo quæ in roſa ſyluatica ſolet eſſe.
Syla.i.ceraſa.
Silomachar. i. radix uel cortex ceraſi.
Siſipium ideſt ciprium.
Sui.i.ſinapis.
Sale.i.auena.
Scupio ferrigena, ideſt petra argenti.
Staphenanice, ideſt ſuccus paueris.
Scalia.i.caſia.
Salpadatie.i.aphronitrum.
Scalcadrene.i.ſal lucidum.
Sapa.i.miſtum coctum.
Sanſica.i.baſilicon.
Sacrapax.i.attriplices.
Seldaco.i.iris illirica.
Sinon elauer.i.agrimonia.
Sumbul.i.ſpica.
Sabar.i.aloe.
Sota.i.iunci radix.
Siſan.i.ireos.
Seris.i.ſarcocolla.
Sumach.i.macer.
Stargil.i.citonia.
Simberſeber.i.alumen.
Sedenegi.i.blactæbiſantiæ.

Tbaiarū ideſt ſulphur uiuum.
Trochiſci.i.rotunda cō fectio.
Thus.i.olibanum longum.
Tuniana.i.cozumbrum.
Trifolii ſemen, id eſt trifoliū acutum.
Terraſigillis, ideſt argilla uel creta.
Teſapium.i.ſinapis alba.
Trozuua uel endia ideſt ſcariola.
Turiones.i.ſummitates.

Trifagus.i. trifolium acutum.
Trigon.i. ſonum gutturis.
Thora, ut toxicum ualet.
Tymbra.i.ſaturegia.
Tapſus maſculus.i.ſtoſnus foliis utimur.
Til uel fibri.i.fœnugræcum.
Tribula.i.laccinder.
Trianneti.i.petroſelinum.
Tridax.i.lactuca.
Tithymallus.i.galatites.
Tencādeſtra.i.pyrethrum.
Teruneon.i.pentafilon.
Trixago maior id eſt camedryos.
Truſagnire, id eſt ſulfur ſuper ignem.
Traiſenochum.i. chamæmila.
Tridica agria, id eſt lactuca ſilvatica.
Tapſia: ſuccus ferulæ.
Tetigra.i.tribulus.
Tobir.i.roriſmarinus.
Tatides.i.artemiſia
Tergio.i.filex.
Troicutes.i.betonica.
Triſafice.i.gladiolus.
Tronecaria.i.periſtereon.
Tertis.i. orobus uel cicercula
Torobos.i.aqua lactis.
Taras.i.aqua marina.
Tartarum.i.greupa.
Tacumo.i.ebulus.
Tecanti.i.euphorbium.
Torra rubea, id eſt bolus armenicus.
Tici.i.ſulphur.
Teremerbin.i.manna.

Vlga, id eſt aſara baccara.
Vnfar.i.cinapriū, uel minium.
Virgia.i.lilium.
Viola floribus & foliis utimur.
Vua lupina.i.ſtriguum.
Vmbiculus ueneris, cotilidones.
Vſcatūcelli, cimbalaria, idem eſt, foliis utimur.
Venti maior.i.anagal.
Venti media.i.bugla.
Venti minor, ideſt conſolida minor.
Vermicularis maior retroſellit idem eſt.
Vermicularis minor ſimilis eſt ei, herba utimur.
Virga paſtoris.i.lupi pect.
Verminaca.i.militaris.
Veche.i. uitreola quam equi comedunt.
Vngula.i.pes leonis quæ dicitur ungula caballina.
Vnfation.i.flos uitis.
Vatus.i.mora ſiluatica.
Victoria policon.i.bugloſſa.
Vitumé.i.ſulphur iudaicū.
Vlixatrum .i. petroſelinum.
Villarum . i. liliū urginale.
Vtridos.i.lac quod urinæ ſimile eſt.
Vzifur.i.ſinopide.

Xllotaria . i . lignum cornutū, uel ſiliqua.
Xylobalſamum. i. lignum balſami.
Xili.i.lignum.
Xilonacor.i.cortex celſi.
Xyloaloes.i. lignum aloes.
Xylomyrrha, ideſt lignū myrrhæ.
Xia.i.ſenationes.
Xilia.i.caſia.
Xiſimbrium.i.balſamita.
Xilinon.i.apium.
Xixia.i.unguenta.
Inchoata ab.y.in litteris. H.&.I.requirantur.

Zccarum.i.pſylliū.
Zonamon id eſt ſem peruiua.
Zomus.i. fermentū.
Zuccozaria, id eſt agnus caſtus, uel ſalices marini.
Zema.i.ſuccus.
Zizania.i.lolium.
Zion.i.ſemperuiua.
Zinirna.i.myrrha.
Ziperi.i.galla.
Zogi.i.forpices.
Zambacea id eſt rara unde oleum fit, flos eius albus & odorifer.
Zaſtra.i.crocus orientalis.
Zeumia.i.poligania uel centinodia.
Zingiber.i.radix zingib. uel piretri.
Zauco.i. argentum uiuum.
Zarma.i.auripigmentum.
Zerte.i.oleum.
Zerteeria, i. oleum laurinū.
Zerte ecliri id eſt oleum lenticinum.
Zalbe.i.orobº, uel cicercula
Ziginaria ideſt praſium raminum.

Finis Antidotarii Nicolai & quorundam aliorum tractatuum.

LIBER SERVITORIS IDEST A liber.xxviii.Bulchaſim benaberazerin, traſlatus a Simone Ianuenſi, interprete Abraham Iudæo Tortuſienſi.

DIXIT Aggregator huius operis. Poſtquam ego collegi librum hunc magnū in medicinis cōpoſitis, qui eſt liber magni iuuamenti, quem nominaui librum Seruitorem, & cōpleui libros ſuos oēs ſecundum uoluntatem meam: inueni in multis medicinis compoſitis libri huius, medicinas multas ſimplices quæ indigent præparatione ante horam neceſſitatis magnæ earum: quēadmodum ſuccos exprimere, & medicinas comburere, abluere, & cō ficere aliquas ex eis, & diſcernere ex eis quæ bona ſunt, & quæ non bona, & alia ſecundum hanc formam. Præuidi igitur aggregare omne quod eſt neceſſarium in hoc, ſecundū B rememorationem meam, & ordinaui hunc librum in tres tractatus.

Primus eorum eſt de præparatione lapidum & mineralium ſolum, & de ablutione eorum, & de aduſtione & confectione eorum. ſicut eſt marchaſita, & atramentum, & calcanthum, & colcotar, & ſpecies aluminum, & ſpecies ſalis & plumbum, & ferrum, & ęs, & cohol, & ſcoria argenti, & ſcoria auri, & eſt de ablutione thutiæ, & calcis, & eſt de ſublimatione argenti uiui, & arſenici, & de medicinis petratis. i. pſilotris, & de operatione medicinarum acutarū, & de operatione zinzifur, & de præparatione iſtorū omnium, & de declaratione ſciæ iuuamentorū iſtorū oīum.

Tractatus ſecundus eſt de præparatione radicum plantarum, & de operatione expreſſionis ſuccorum earum, & qualiter extrahuntur mucilagines & cortices ſeminum, & medullæ ſeminum, & de ablutione olei, & de præparatione fœcis eius, & de ablutione aceti, & de colatione fæcis eius, & de operatione aceti ſcilliticī, & de diſtillatione aquæ ipſius ſcillæ, & de aſſatione ipſius, & de diſtillatione C aquæ camphoręe, & de operatione amyli ex frumēto, & de hordeo, & ſiligine, & de ablutione coralli & charabe, & de operatione medicinarum acutarum & laxatiuarum, ſicut eſt ſcammonea, & coloquintida, turbith, & mezereon, & anacardi, & ſcebrā id eſt eſula, & ſpecies eius. Et ad ſciēdum tempus quo debent colligi herbæ neceſſariæ reſeruationi, & qualiter debet ſeruari quæ colliguntur ex radicibus, & floribus & oleis eorum, & ſimilibus.

Tertius eſt de præparatione medicinarum ſumptarum ex animalibus: ſicut de aduſtione conchilium, & oſtracorū & cornuum, & ſolearum, & unguium, & oſſium, & de aduſtione corticum ouorū, & de aduſtione ſetæ, & de aduſtione ſartam id eſt ſcorpionum, & cancrorum, & tyriorum, & leporum, & veſpertilionum, & hirundinū, & de modo colligendi ſanguinem ex animalibus uiuentibus, & de candidatione ceræ, & confectione urinæ infantium, & qualiter fit gluten ex coriis, & qualiter colliguntur ſella, & exiccantur ad neceſſitatē alcohol, & de bona cognitione iſtorum omnium, quæ ſunt bona, & quæ non bona ex eis.

D

TRACTATVS PRIMVS CAPITVli primi de ablutione lithargyrii, & aduſtione eius, & electione boni ex eo.

ET de primo tractatu eſt modus ablutionis lithargyrii, & de aduſtione ipſius, & electionis boni, & non boni ex eo. Species igitur lithargyrii multæ ſunt, quia quædam ſpecies eius eſt quæ fit ex plumbo, & quædam fit ex argento, & quædam ex auro, & quædam ex eis eſt nigri coloris, & quædam aurei, quæ quidem melior eſt cæteris. Nam unguenta quę fiunt ex tali lithargyrio declinât ad albedinem, & ſunt nobiliſsimæ bonitatis, ſed ſi lithargyrium fuerit nigrum, aut habens in ſe aliquid plumbi: erit unguentum quod fiet ex eo nigrum & turpe. Si ergo uolueris ipſum abluere & dealbare, neceſſe eſt quod eligas id quod habet colorem auri, & quod ſit graue, & mundum a plumbo, & frangas idem in fruſta quantitatis fabæ, & accipias quantitatem ex eo quam uolueris, & pone in olla rudi, & proiicias ſuper idem aquam, & ponas ſuper id de frumento bono & purgato quantitatem quandam, & accipias de hordeo pugillum unum, & liga eum in panno lineo nouo ſubtili, & ſuſpendas eum ligatum in orificio ollæ intra ipſam & facias feruere, donec crepet hordeum, deinde auferas ollam ab igne, & ponas id quod eſt in olla in parua parapſide munda, & proiicias frumentum, & funde ſuper lithargyrium aliam aquam & ablue ipſum fricādo manibus fortiter, poſtea dimitte ſiccari, deinde accipe & tere ipſum & proiice ſuper ipſum aquam calidam, & agita ipſum, & dimitte quòd reſideat, & abiice aquam, & iterum deficca ut prius, & facias hoc deſiccando, terendo, & abluendo tandiu quòd ſubtilietur & diſſoluatur in aqua, deinde expecta quòd reſideat & clarificetur aqua, & abiice ipſam, & tere quotidie ſæpe in die, & in ueſperis pone ſuper eam aquam aliam, & dimitte per horam unam & cola, & facias hoc totum ter in die: quinque diebus continuis. poſt hoc proiice ſuper duas lib. ex eo. drach. ii. ſalis gemmæ, & infunde ſuper ipſum aquam aliam, & quando fit album pone ſuper ipſum aquam calidam, & facias ſecundum quòd feciſti prius tādiu, quòd nihil remaneat in eo falſedinis, & poſtea dimitte deſiccari in ſole, mouendo ipſum ſæpe, donec exiccetur tota humiditas, deinde repone, & ſerua.

Alius modus.

Accipe de lithargyrio, li.ii. & tere bene, deinde accipe de ſalgemma nigra li.vi. & miſce cum lithargyrio, & pone in olla rudi, & proiice ſuper ipſum tantum aquæ, quòd cooperiatur, & agita tota die mane & ſero, & ſi aqua uidebitur minui, adde paulatim, & fac id triginta diebus agitando, ut dictum eſt ne coaguletur, & petrificetur, et poſt triginta dies abiice agitando paulatim, deinde pone ipſum in mortario, et tere, et poſtmodum proiice ipſum in parapſide terrea munda et proiice ſuper ipſum aquam, et agita cum manu motione forti, et dimitte donec reſideat, et abiice illam aquam, et ſuperfunde aliam aquam et facias hoc quouſque ſalſedo tota recedat. Poſtea dimitte ferri exiccari, et informa trochiſcos, et ſine eos ſiccari, et ſerua in uaſe plumbeo.

Modus alius.

Frange lithargyrium in fruſta quantitatis fabæ, et pone ipſum intra ſtomachum apri, et fac tandiu feruere in aqua, donec ſtomachus coquatur, deinde extrahe ipſum a ſtomacho, et pone cum eo de ſale quantitatē quæ ſufficiat et tere, & laua, ſicut dictum eſt ſuperius.

Alius modus.

Et ſunt qui accipiunt lithargyrii quantitatem lib.i. & miſcent cum eo tantundem ſalis, & ponunt ſuper ipſum aquam, & terunt in ſole, et mutant aquam una uice poſt aliam, quouſque albeſcat. Et aliter, accipe quantitatem lithargyrii & inuolue in coto albo, & pone in olla fictili, & pone deſuper ipſum aquam, & accipe fabas recentes uel nouas pugillum unum, & pone deſuper & permitte tandiu bullire quouſq; fabæ crepuerint, et totum nigrificatum ſit, et tunc proiice ab olla, et inuolue in coto alio, et ſuperpone aliam aquam claram ponendo alias fabas, ut prius, et coque iterum ut feciſti, et facias hoc ter uel amplius quouſque cotū nō tingatur, et poſt pone ipſum in uaſe aliquo, et pone ſuper oēs octuaginta drachmas ex eo ſalis nitri quātitatem lib.i. et tere ſimul: et iterū ſuperpone de ſale nitro albo fortis albedinis drachmas quadraginta poſtquā ſal nitrū prius diſſolueris in aqua, et tere bene donec albeſcat magna albedine, deinde pone in uaſe terreo latum habente orificiū et ſuperpone aquā multā, et agita, et dimitte, donec reſideat, et aqua clareſcat: et abiice ipſum, et iterū pone aliā aquā, & fac ſic donec aqua dulceſcat, et nihil remaneat falſedinis. In fine uero cola aquam, et pone in olla terrea noua uitreata in ſole quadraginta diebus in æſtate, et poſt quadraginta dies, quando erit deſiccatum, utere eo.

Alius modus.

Accipe lithargyrii boni aurei partem, & tere bene, & pone ſuper eum de ſale cõi partes duas, & pone ſuper eum quantitatẽ aquæ qua cooperiatur, & ſuperet circiter quatuor digitos & dimitte in uaſe ſeptẽ diebus, & miſce omni die bis, & poſt ſeptem dies proiice aquam, & pone aliam aquam, & muta aquam illã quotidie uſq; ad finẽ quadragin ta dierum. Tunc.n. aqua dulcificabitur & litargyrium deal babitur ſicut ceruſa, & fac trochiſcos & ſerua & tere.

Combuſtio litargyrii.

Accipe lithargyrium, & frange fruſtatim ad quantitatẽ nucis, & pone ſuper prunas ſufflando cum folle fabrorum, donec fiat ſicut ignis, deinde extrahe ab igne, & ſine infrigidari, & abſterge ipſum a putredine. Alii uero quando extrahunt ipſum ab igne, extinguunt eum in aceto uel in uino & iterum ponunt in igne, & ſic faciunt tertio, & etiã pluries extinguendo, & poſtea abſtergunt.

Modus operationis ceruſſæ, & ablutionis & ele ctionis ipſius, & quæ eſt bona & quæ non.

Modus faciendi ceruſſam ſicut fit in Hiſpania, eſt ut accipias uas magnum terræ, habens orificium latius fundo eius, & ponas eum in domo obſcura plena fimo pecorum & ſit remota a uẽto, & ſit domus ſtricta, & ſepeli duas partes uaſis in illo fimo, & pone in fundo uaſis parum aceti bo ni uetuſti cum fœce ſua, & ſuper acetum pone iterum de uua bona & bene matura quod attingat uſque ad medium uaſis, uel minus parumper. Et caue ab vua nigra ne ceruſſa deſtruaſ, & poſtea accipe pannum craſſum de lana uel de pilo, cuius forma rotunda formetur ad menſuram orificii uaſis, & fac in ipſo panno triginta uel quadraginta forami na uel plus uel minus ſecundum quantitatem orificii uaſis, & ſuſpende in unoquoque foramine panni filum unũ craſſum & forte, & in capitibus filorum liga laminas plumbi unicuique filo laminam unam, & longitudo uniuſcuiuſque laminæ ſit duarum partium palmi unius, & latitudo uniuſcuiuſque ſit tertia pars palmi. Et ſpiſsitudo earum ſit ſicut craſsitudo digiti uel circa illud: & ſuſpende laminas in uaſe longe ab uuis circa menſuram trium digitorum, deinde cooperias uas aliquo coopertorio quod cooperiat os uaſis cum toto illo coopertorio perforato, & ſtringe cooperto rium bene, ne aer uel uentus ingrediatur, & claude oſtium domus, ne uentus ingrediatur in domum & dimitte ſic de cem diebus uel circa hos ſecundum qualitatem temporis, & poſtea auſer coopertorium primum & ſecundum perfo ratum, & auſer laminas paulatim. Nam tu inuenies in lami nis ceruſſam quæ declinat ad nigredinem parum & tunc rade laminam paulatim, unamquamq; per ſe, & poſtea repone eas in uaſe ſecundum modum prædictum, & dimitte ſicut feciſti prius, poſtea iterum auferas, & rade, & aduna ceruſſam ſimul, & facias ita donec fere conſumptæ fuerint laminæ, deinde pone ibi alias laminas plumbi nouas: & fac ita ſæpe, ſi uis multam ceruſſam facere, & caue a fumo ua ſis, quia multum lædit cerebrum. Poſtmodum autem in tempore ueris accipe quod collegiſti, & coadunaſti, & pone totum in magna pelui, & pone ſuper eam aquam, & laua, & proiice aquam quando ceruſſa deſcenderit ad fundum peluis, & pone aliam aquam, & fac ita donec ni gredo recedat, et fiat alba, et purgata a ſuperfluitatibus. Deinde facias ex ea magdaleones & pone ſuper lapidem marmoris ad ſolem, & ſine ſiccari, & cuſtodias ipſam a fumo, et a uento, et a puluere, et repone & ſerua.

Modus abluendi ceruſſam, et aſſandi et lauandi eam.

Tere ceruſſam, et pone in uaſe fictili concauo ſuper pru nas, et fac ignem deſubtus donec ſit combuſta, deinde remoue ab igne et repone, et ſi uis ipſam aſſare, neceſſe eſt quòd ponas eam in patella terrea ſuper ignem, et agita ip ſam donec conuertatur in colorem cineris, poſtea auſer ab igne, et dimitte infrigidari et repone. Et ſi uis eã abluere tere ipſam in aqua ſæpe, et proiice aquam ſæpe et ablue ſicut lauatur ſcoria auri, et argenti, quorum modus dicetur infra, et illa eſt bona ceruſſa quæ eſt multum candida et partes eius ſunt de ſe clarę. et quando tangis eam digito inuenies partes eius lenes ſine aſperitate, et quãdo tu fran gis aliquantulum ex ea ungue tuo, quod frangitur eſt ſicut ſquama.

Modus lauandi plumbum.

Oportet quòd habeas mortarium & piſtillum de plumbo, & proiicias in mortario parum aquæ & agita cum piſtillo diu, donec aqua incipiat denigrari, & incraſſari, dein de cola ipſam per pannum lineum, & fac hoc ter uel amplius, & dimitte quod colatũ eſt, quouſque deſcendat plũbum ad fundũ uaſis, in quo ipſum colaſti, & poſtea proiice aquam eius, & pone aliam aquam, & laua ipſum ſicut lauatur ſcoria auri & argenti, & ſæpe quouſque non remaneat in aqua, ulla nigredo. Et fac trochiſcos & repone.

Alius modus lauandi.

Sunt qui accipiunt plumbum purum, & limant illud cũ lima: & terũ illud cum aqua modica in uaſe quod dicitur eorum lingua ſalaxa, & piſtillum eſt de petra, & proiiciũt deſuper ipſam aquam & lauant ipſam in uaſe, ſicut dixi ſupra & cum manu adnant, & quod egreditur de nigredi ne proiiciunt, & ſcias quod non debet lauari una uice mul tum, ne conuertatur in ceruſſam, ſed expectare parum, & reiterare aliam aquam & ſinere quouſq; plumbum deſcendat in fundum uaſis, & proiicere illam, & iterum mittere aliam. Finaliter uero debet abiici tota aqua, & fieri ex eo trochiſci. Et cauſa quare nõ debet multum exquiſite ablui, eſt ne conuertatur in ceruſſam.

Modus quo lauatur ſcoria plumbi.

Accipe de ſcoria plumbi, & tere ipſam bene, & pone aquam, & ablue, & proiice aquam ſemper, & iterum pone aliam, & fac ita tandiu, quòd bene abluta ſit, in fine uero ex pecta quòd deſcendat ſcoria ad fundum uaſis, & abiice aquam, & fac trochiſcos, & repone.

Modus aduſtionis plumbi.

Sume laminas plumbeas & pone in olla fictili, & proiice ſuper eas parum ſulphuris, radendo ipſum ſulphur ſuper eas, deinde accipe alias laminas plumbi, & pone ſuper pri mas, & iterum rade ſuper eas de ſulphure, et iterum alias laminas ſuperpone, & ſulphur rade, & fac ita quouſque olla ſit plena, deinde accende ſuper eas ignem, & quando uideris plumbum inflammari, oportet quod commiſceas cum uirga ferrea donec plumbum conuertatur in cinerem ita quòd nihil remaneat de ſubſtantia plumbi quin ſit totũ in cinerem conuerſum, & quando erit ita, aufer ab igne & dimitte infrigidari, et oportet quod ille qui hoc facit, cooperiat faciem ſuam, nam odor multum nocet.

Modus alius comburendi.

Accipe limaturam plumbi, et admiſce cum ea de ſulphu re, et pone in ollam ſuper ignem, et agita cum uirga modo prædicto.

Item alius modus.

Alii accipiunt ceruſſam de plumbo loco ſulphuris et im ponunt. modus quo uſi ſunt Hiſpani de combuſtione eius eſt, quòd accipiunt plumbum et ponunt in furno aurificis et ſufflant cum folle donec confletur, et poſt radunt ſuper eum ſulphur donec combuſtum ſit, et colligunt et repo nunt, uel etiam ſufflant ſuper ipſum ſine aliquo ſulphure, quouſque comburatur. Verumtamen magnus labor eſt, et non poteſt comburi niſi in magno tempore, et cum difficul tate. Accipe ergo ipſum aduſtum, et laua ipſum cum aqua dulci, ſicut abluitur id quod ſupra dictum eſt in capitulo de laminis, et repone, et ſcias quod quando erit bene aduſtũ, conuertetur in colorem lithargyrii.

Modus faciendi æs aduſtum.

Inquit Dioſcorides, ſunt qui faciunt æs uſtum ex clauis qui reperiuntur in naui, in hunc modum. Accipiunt ſulphu ris partem, et ſalis tantundem, et terunt utrunque ſimul, et ponunt clauos in olla fictili cruda cum ſulphure et ſale, et gradatim, ita quòd unum ſolatrium faciunt de clauis, et aliud ex puluere ſalis et ſulphure, et iterum aliud ex clauis, et aliud ex puluere. Et ſic faciunt quouſque olla ſit plena, et poſtea cooperiunt uas cum coopertorio terreo, et ponunt in fornace figuli, et dimittunt quouſque uas bene coquatur, et auferunt, et reponunt. Et dixit, quòd alii radunt ſuper ipſum alumen iameni loco ſulphuris. Et alii nullum iſtorum ponunt, niſi quod comburunt ſatis et alii comburunt cum ſulphure ſolo, ſed id ſit nigrum. Alii uero liniunt clauos cum ſulphure & alumine diſſolutis in aceto, & adurunt in uaſe crudo, & alii accipiunt clauos, & ponunt in uaſe æreo, & proiiciunt deſuper acetum & combu runt, & poſtquam aduſtum eſt ſemel, proiiciunt deſuper acetum, & ſic faciunt ter, & reponunt. Alii uero ſic combu runt æs, accipiunt enim limaturam æris rubei & ponũt ſuper eam octauam partem ſui de ſulphure, & ligant in pecia & liniunt uel lutant cum argilla, & ſinunt ſiccari, & poſtea ſepeliunt in igne facto ex ſtercoribus animalium duobus diebus, quia erit aduſtum, & iſtud eſt mirabile æs aduſtum, quod me docuit quidam uir bonus & fidelis, & melius æs uſtum omnibus eſt id quod apportatur de Babylonia, & po ſtea id quod uenit de Cypro, quod declinat ad nigredinem & ruborem.

Ablutio eius.

Sed qui uolunt eum abluere, terant eum in aqua dulci ſecundum modum illum quo lauatur ceruſſa mutãdo aquã ter in die, donec nihil remaneat putredinis.

Modus lauandi ſcoriam æris.

Scoria æris lauatur eodem modo, & uirtus eius eſt, ſi cut uirtus illius. Veruntamen ſcoria minoris uirtutis eſt.

Modus lauandi batituram æris, & eſt illa quæ ca dit ab incude, quando malleatur æs.

Dixit Diſco. ſume batituram æris & purga ex ea lib. ii. & pone in uaſe quod dicitur ſalaya, & eſt mortariũ, & po ne ſuper eam aquam claram dulcem, & miſce bene donec ſquammæ deſcendant in fundum uaſis, & aſcendat putredo natans in aqua, & proiice aquam, & aufer quod eſt clarificatum, & pone lib. i. &. s. aquæ pluuialis, & iterum miſce in ſalaya cum manu, & quando uideris eam leuem, proiice aquam paulatim quouſque remaneat. ʒ. xx. & laua iterum lauatione forti, & poſtea comprime ſquammas illas appo diando parietibus uaſis & exprimatur ab eis aqua. Et tunc accipe aquam illam & pone ipſam in uaſe ęris rubei, quia iſta aqua eſt corpus ſquãmarum & ſubtilitas earum, & ea rum uirtus qua debemus uti in medicinis oculorum. Illud uero quod remanet habet modicam uirtutem: & oportet quòd lauetur alia uice, & quod miſceatur bene quouſque nihil remaneat illius lenis. Et poſtea cooperi reſiduum cũ panno & dimitte duobus diebus ita, quod non commo ueatur, & poſt duos dies clarificabis, & repone in uaſe ſtri cti orificii, & alii lauant folia, alii florem æris ſicut ſcoriam & reponunt.

Modus comburendi ſcoriam & abluendi ipſam, & eligendi bonam ex ea.

Notandum eſt quòd ſcoria quorumcunq; metallorum nominatur arabice climia. Et modus combuſtionis eius eſt quòd ponas ſuper ignem de prunis donec caleſiat & faciat ebullitiones ſimiles ueſicis, ſicut facit ſcoria ferri, & tunc extinguas eam in æſtate in uino, & qui eget uſu eius in ſca bie oculorum oportet ut extinguat eam in aceto. Alii uero accipiunt ſcoriam combuſtam in hunc modum quem ego narro. Terunt ipſam in uino, & ponunt eam in ollam factam ex argilla, & comburunt alia uice quouſque frangatur in modum foliorum. Et poſtea terunt iterum, & comburunt alia uice, & tertio, donec uertatur in cine rem, & nihil remaneat craſsitiei, & iſtud eſt quo utuntur quidam loco thutiæ.

Doctrina qualiter aduritur ſcoria argenti & auri, ex lib. almeiamir, quibus utimur in collyriis.

Accipe de ſcoria cabruſie quantum uis, & tere ipſam craſſo modo. Et confice cum melle ipſam, & pone ipſam in uaſe fictili nouo, & oppila orificium eius, & lini cum ar gilla, & facias foramẽ in ſummitate coopertorii per quod fumus exhalet. Et pone uas in medio ignis ex carbonibus quando ergo incipit ſcoria comburi aſpice fumũ qui egre ditur ex foramine, ſi declinat ad nigredinem dimittas ad huc ſuper ignem: ſed quando uideris ipſum declinare ad al bedinem, aufer ab igne & extrahe ſcoriã a uaſe, & proiice ſuper ipſam de bono uino quantitatem qua extinguatur, & dimitte refrigerari, & tere & utere.

Ablutio eius.

Sed eius ablutio eſt, ut teratur in aqua, & proiiciatur il-

la aqua, & iterum ponatur ſuper ipſam alia aqua. Et hoc huc ſepe tandiu quòd non appareat ſuper aquam aliquid putredinis: deinde collige, ſicca, & reſerua. Et melior ſpe cierum eius eſt cabruſie, deinde quæ habet colorem cœle ſtem & intus album & habet uenas ſimiles lapidi. Aliæ ue ro ſuæ ſpecies ſunt non bonæ, quia non ualent niſi in un guentis.

Modus præparandi cadmiam, & abluendi & confi ciendi eam, & ſcientia electionis eius.

Cadmia eſt thutia, quæ uocatur arabice ſapharie, quæ conuertit ramum rubeum in glaucum, & ipſa quidem eſt thutia in potentia. Et quando fit ex ea auricalchum, aſcendit fumus eius, & adhæret parietibus fornacis, & colligitur, & conuertitur tunc in thutiam in effectu. Et hæc eſt il la quæ eſt bona ad præparandum & abluendum. Et thutia quidem eſt lapis, qui egreditur ex minera proprie in Albi rã ciuitatem Hiſpaniæ, & illa quæ ex ea grauis eſt media criter & declinat ad rubedinem paulatim, uel ad glaucedi nem, eſt melior ſpecierum eius. Et quæ eſt munda a lapidi bus ſuæ mineræ, & eſt ſpecies climiæ ſecundum opinionẽ Dio. Et omnis ſcoria de corpore malleabili, ſicut eſt aurũ & argentum, æs uel plumbum, ſeu ferrum. Et aliæ multæ ſpecies, & alii lapides multi ſicut marchaſita ſunt omnes ſe cundum opinionem Dio. climiæ. Verũtamen id quod ueri ficatum eſt apud nos experientia & opere huiuſmodi longo tempore in ablutionem iſtius thutiæ, & præparatione eius in medicinis oculorum, eſt ut accipias de iſto lapide ſicut egreditur de minera terræ, ex eo qui eſt declinans ru bedini & glaucedini ſicut dixi, qui eſt mundus a lapidibus ſuæ mineræ. & frange fruſtatim, & pone in fornace aurifi cis cum multis carbonibus, & ſuffla cum folle, & pone de ſuper alios carbones et ſuffla quouſque caleſiant lapides, et aſcendat fumus eius ab igne, tunc ergo accipe illos can dentes cum forpice, et extingue in aqua pluuiali uel dulci et qui uult uti ea in ſcabie oculorum, et uult quòd eius frigiditas et ſtipticitas ſit amplior, oportet quod extin guat eam in aceto, uel in aqua granatorum, uel in deco ctione ſumach, et ille qui uult, ut ſit magis penetrans et ſubtilior, oportet quod extinguat eam in uino, uel ſapa. Et iſte eſt modus coctionis eius.

Modus ablutionis eius.

Modus uero ablutionis eſt quod accipias cadmiam et teras craſſo modo, ne terãtur partes quæ ſunt in ea ex lapi deis uenis. Deinde liga eam in panno craſſo ex lino, et po ne coram te parapſidẽ magnam cum aqua dulci, et ſubmer gas peciam illam in qua ligaſti thutiam in aqua et frica ma nibus, et inunge cum aqua illa ſæpe et diligẽter donec diſ ſoluatur quod eſt ſubtile ex ea, et egrediatur ex panno in aquam. Et tua intereſt, quòd reponas aquam illam cũ eo, quod egreſſum eſt de pecia in parapſide alia, et frices iterũ pannũ in aqua alia clara, et hoc fac quouſque tota terrei tas thutiæ excoletur a panno: ultimo proiice, quod rema net ex lapidibus in pecia. Deinde miſce aquam, quę eſt in parapſide cũ thutia, et proiice aquam illam cum ſubtili illo terreo, et illa pinguedine quæ natat ſuper aquam per agi tationem eius in uaſe alio. Et facias hoc cũ ſumma facilita te ita, q; ſepares illud ſubtiliſsime ab arena, quæ deſcendit in fundo uaſis, et proiicias aquã aliã ſecũdo, et tertio, quo uſque nihil remaneat de ſorde eius, et proiice arenã quæ ſua grauitate iacet in fundo uaſis, reliquũ uero, qđ referua ſti dimitte reſidere in aqua, donec deſcẽdat ad fundũ. Tunc proiice aquã cũ facilitate, donec remaneat cor purũ, hoc autem pone ſub ſole donec deficcetur, et repone, et ſerua.

Alius ad idem.

Verum quidam abluunt iterum hanc in hunc modum, qui eſt, quòd colligunt cor eius, et ſpumam ſeu pinguedinẽ eius de ſuperficie aquæ cum coto mundo, et proiiciũt ſub ſtantiam. Et iſte modus ablutionis appellatur arabice al theſiul. i. clarum. Et faciunt ita ſæpe, quouſq; egrediatur to ta ſpuma eius, et ſubtilitas eius, et abluunt cotum a thutia quæ eſt in ipſo qualibet uice, et ponunt ſub ſole quando expleuerint donec ſiccetur, et reponunt neceſsitati.

Modus confectionis cadmiæ.

Cõfectio uero cadmiæ diuerſificat ſecundũ diuerſitates

ægritudinum oculorum. Nam ille qui uult frigiditatem eius in ophtalmia oportet quòd ponat de aqua rosata bona in una parapside. Deinde ponat thutiam lotam sicut dictũ est in una pecia, & lauet fricando cum aqua ro. quousque tota egrediatur de pecia. Post hoc ponat sub sole, & cooperiat cum panno mundo, ne cadat in ea puluis, uel aliud & dimittat donec siccetur. Deinde infundat eam cũ aqua rosata secundo & tertio, ultimo terat eam subtilissime. Et terat cum ea aliquantulum camphoræ, & utatur ea in ægritudinibus ophtalmiæ calidæ. Et ille qui uult iuuamentum eius in rubore palpebrarum, & in crassitudine earũ, quod dicitur arabice sulach, & in scabie, oportet quòd conficiatur cum aqua myrobalanorum citrinorum loco aquæ rosatæ. Et qui uult ea uti in ægritudinibus oculorum frigidis, conficiat cum uino ueteri bono, odorifero, ter, & imbibat eam in aqua maioranæ recentis semel, aut bis, & terat cum aliquantulo spicæ nardi. Et aromatizet eam cum modico musci, & utatur ea in lachrymis oculorum, & humiditatibus descendẽtibus ad oculum, & in uenis rubeis, quæ sunt supertextæ in coniunctiua, quæ nominatur sebel, & in fluxu palpebrarũ. Et sunt qui conficiunt eam cũ aqua fœniculi ad aquã descendentẽ ad oculũ, aut cũ aqua sumach, & ille qui uult, quòd sit uirtutis abstergentis & rodentis, oportet quòd conficiat eam cum aqua acori, & similium.

Alius assationis modus.

Assatio uero eius est, quòd accipias eam, & teras bene, aut accipias de lauata, & conficias cum aqua, & fac trochiscos, & super testam nouam ponas, & postea super prunas & uolue trochiscos cum assiduatione, donec siccentur, & fiant rubei, tunc repone necessitati.

Combustio eius.

Sed modus combustionis eius est, quòd accipias de thutia lota sicut dixi supra, & confice eam cum melle bono, ita ut fiat ad modum pastæ, & pone in olla terrea, quæ habet orificium strictum, & cooperi cum coopertorio cõuenienti orificiũ eius, & oppila liniendo cum argilla, & fac foramen in medio coopertorii, & pone in fornace calcis, & dimitte donec uratur, & quando erit adusta, cuius signum est quod non egreditur a foramine fumus, aufer ab igne, & extingue eam calidam in rob, & ficca & repone.

Modus cõbustionis marchesitæ, & ablutionis eius, & electionis eius, quæ est bona, & quæ non.

Marchasitæ duæ sunt species, aurea uidelicet, & argentea, & illa quæ grauior est ex ea, est melior, & modus adustionis eius est, quod accipias eam, & rores eam melle, & pone super prunas non multas, & suffles cum assiduatione donec rubeat, deinde aufer ab igne. Sed ablutio eius est, quod accipias de ea quæ aurea est, & tere, & cribra, & pone iterum in mortario, & proiice super eam de aqua pluuiali, & tere & ficca. Et iterũ pone aquam aliam, & facias hoc septem diebus continuis, postea adde parum musci, & tere, & utere ea in oculo, quia confert humiditati eius, & cicatricibus ulcerum, & albedini eius.

Modus abluendi antimonium & adurendi.

Ablutio eius est sicut ablutio marchasitæ, & cadmiæ, & adustio eius est, ut ponatur super prunas, & suffletur cum folle donec inflammetur, & auferatur postquam inflammatum est statim ab igne, quoniam si nimium dimitteretur in igne, conuerteretur in uirtutem plumbi.

De modo faciendi ziniar ex ære, & abluendi, ipsum, & colligendi ex eo quod bonum est.

Operatio faciendi ziniar secundum quod fit in partibus nostris, s. in Hispania, fit in hunc modum. Accipe uas fictile magnum, cuius orificium sit latius fundo eius, & pone ipsum in domo plena stercoribus ouium, & sepeli ipsum in modum quem dixi in faciendo cerussam, nisi quod laminæ in quibus fit ziniar debent esse ex ære rubeo, & latitudo cuiuscunq; laminæ sit secundum mensuram dimidii palmi, & longitudo sit secundum duas partes palmi unius, & spissitudo sit sicut crassitudo dimidii digiti. Et non est curandũ uerum uua quæ apponitur in uase sit nigra aut alba, aut si ponas acetum forte solum sine uuis, cooperi ergo uas post constrictionem laminarum, & stringe os eius, & oppila, & reuertere ad uas transactis .x. diebus, & aufer laminas, & rade ziniar de laminis paulatim, & reponas iterum eas in uase, & dimitte diebus totidem, & iterum abrade, & fac istud donec consummentur laminæ, & postquam consumptæ fuerint, pone alias laminas, & fac ut fecisti prius, donec habeas ziniar quantum uis.

Modus alius.

Inquit Dioscorides. fit ziniar in hunc modum. Pone acetum forte in aliquo uase fictili, & cooperii uas cum coopertorio facto ex ære curuo uel plano, si non inueneris curuum, sine aliquo foramine, ne uapor aceti exhalet extra, & inquiras omni .x. die, & rade a coopertorio ziniar, & collige, & serua: uel accipe laminas æreas, & pone, idest suspendas in uase ubi sit acetum forte, & sit suspensio earum ita, ut non tangat acetum, & in quolibet .x. die requiras, & rade quod inuentum est in laminis ex ziniar. Et dixit etiam quod fit secundum hunc modum, & est ut accipias frustum æris fusi, uel plura frusta, & sepeli ea in uinatio uuæ quãdo æfescit, & semper quãdo aliquid oritur ex ziniar super frusta, collige & serua. Et dixit etiam quod fit ex limatura æris & ex laminis plumbi extensis subtilibus, proiiciendo desuper limaturam, & laminas, acetum forte ter uel quater in die & moue qualibet die semel, & fac ita donec uertatur in colorem uiridem, & quidam aurifices faciunt ziniar secundum modum diuersum ab istis, & est quod terunt urinã infantium in mortario ex ære cabrusia, id est de cupro cum pistello de eodem, & agitant diu quousque color eius uertatur in uiridem colorẽ, & cum isto clarificãt aurum. Et dixit Dioscomodum alium in ziniar quem appellauit uermiculum, uel uermiculosum. Et fit ut accipias mortarium, & pistellum de cupro, & proiice in eo de aceto forti al. & tere agitando cum pistello donec acetũ incrassetur: deinde adde acetum iterum, & de alumine rotundo, & sal gemma clara lucida, & de sale multum albo, & de sale nitro, de quo libet ana. ʒ .ii. & tere agitando diutius in sole æstiuo, quousque uertatur in colorem ziniar & incrassetur, deinde coque ipsum, & ista species ziniar est pulchri coloris, & fortis operationis. Alii faciunt in hunc eũdem modum addentes tantum uni parti aceti duas urinæ uetustæ, & de medicinis prædictis easdem portiones. Et sunt qui adulterant ziniar cum ære adusto, & gummi arabico miscẽtes, & faciũt in modum supradicti uermiculosi.

Modus alius faciendi ziniar.

Accipe partem salis, & partem farinæ hordei, & tere utranque cum aceto, & linias cum eo ollam terream a parte interiori, & dimitte diebus quousque inueniretur ziniar sicut ziniar nouum, & rade, & repone.

Modus comburendi ziniar.

Accipe ziniar, & pone in patella terrea super ignem, & misce quousque uideas colorem eius mutari, ita quod uertat ad colorem thutiæ, & postea aufer ab igne, & sine tepescere, & collige, & serua, & utere, & habeas de ziniar, qđ generatur in mineris in insula Cypri, quod apparet super aliquos lapides in quibus est æs, & est quod stillat a spelunca, & id quod ex eo apparet super lapides est parum sed id quod inuenitur in mineris est maioris quantitatis, & pulchri coloris, sed non est bonum propter nimiam quantitatem quæ admiscetur ei ex lapidibus, & sunt qui adulterant cum multis rebus, sicut cum pumice in marmore pistatis, & sunt qui miscent cum chalcantho, & qui uult cognoscere illud, quod est adulteratum cum pumice, uel cum marmore, madefaciat manum suam in aquam, & ponat super eum, quia statim dissoluetur, et sunt qui masticant ex eo cum dentibus, et sic percipiunt lapides, et discernitur id quod est adulteratum cum uitreolo, ponendo ipsum in lamina ferrea super ignem, et si continet aliquid uitreoli quando erit combustum, fiet rubeum, sed id quod non est adulteratum remanet in suo colore et sua figura. Et melior specierum eius in nostris partibus est, quod est magis uiride, fortioris odoris, adurens gustum, et fortioris operationis.

Modus comburendi, et albificandi auripigmentum, et sublimandi ipsum, et comburendi, et uertendi citrinum in rubeum.

Pone auripigmentum in uase fictili super carbones accensos, & agita ipsum satis sine intermissione, & quando erit ualde calidum, & color mutatur, auferas ab igne, & dimitte infrigidari, & tere, & repone, & uirtus eius est, quoniam ipsum putrefacit, & pungit punctione magna, & aufert carnem superfluam in ulceribus, & abradit pilos.

Sublimatio arsenici.

Sume de arsenico citrino id quod ex eo est humidius & laminosum, videlicet quod assimilatur laminis auri, & tere cũ tantundem salis quod comeditur, & pone inter duas patellas terreas uitreatas, & luta eas cum terra uitriariorum, & pone super ignem, & dimitte ipsum donec dissoluatur: & ascendat fumus eius, & adhæreat ad tectum superioris patellæ, deinde aufer ab igne, & sine tepescere, & tunc aperi uas, & rade quod inuenies adhærens tecto superioris patellæ, & misce ipsum cum eo, quod remansit in patella inferiori, & tere insimul, & pone iterum inter patellas: ut primo fecisti, & pone super ignem ad sublimandum iterum, & facias hoc tertio, & quarto, & toties quousque id quod ascendit fiat album sicut cerussa, quod quidem colligе, & serua necessitati.

Modus uertendi arsenicum citrinum in rubeum.

Veruntamen, qui uult facere ipsum de citrino rubeum oportet quòd frangat eum in frusta mediocria, & ponat in olla segregatum, & oppilet os ollæ, & ponat in furno panis, & dimittat spacio quinque horarum, deinde frangat & auferat, quia tũc inueniet arsenicũ rubeũ pulchri coloris.

Modus albificandi argentum uiuum per sublimationem.

Accipe de argento uiuo bono, & purificato a plumbo, & omni alia sorde, & tere ipsum cum põdere eius de chalcantho bono, & proiice super eum acetum, & assidua pistatione quousque argentum uiuum totum coaguletur, & nihil de eo appareat in chalcantho. Tunc ergo exicca ipsum modicum ab humiditate aceti, & pone inter duas patellas & luta cum argilla, & pone super ignem, & fac ignem sub eo tanto spacio temporis, quanto faceres, si uelles coquere carnes, deinde aufer ab igne, & dimitte infrigidari patellas, & accipias, & aperi eas, & tunc inuenies partem argenti uiui adhærentem tegmini patellæ superioris, & partem eius mortuam, & partem eius uiuam, tunc ergo collige totum, & adhibe simul terens fortiter ut prius, & semper rora cum aceto, & iterum pone inter patellas, & luta labia cum argilla, & pone super ignem, ut prius fecisti, & hoc totum fac septies: uel amplius: uel minus, quousq; fiat album, quod collige & serua.

Modus sublimandi medicinam acutam, quæ lingua arabica nominatur Adhicbardic.

Sume arsenici citrini puluerizati, calcis uiuæ alchaliz mar ana lib. s. argenti uiui libi. i. salis armoniaci quartam partem libræ unius, terantur omnia cum aqua primo donec moriatur argentum uiuum, deinde ficca & tere secundo, & pone in alutel ad sublimandum, & forma alutel est quod accipias ollam & patellam unam terream, & facias in patella foramen ad magnitudinem orificii ollæ, & construe orificium ollæ super foramen, quod fecisti in patella, & luta eam simul cum argilla sapienter, deinde fac furnum paruum, & pone patellam super furnum, & luta bene ab omnibus partibus eius, deinde pone mediam in olla, & cooperi ollam cum parapside uitreata, & luta orificium ollæ bene cum labiis parapsidis undique, post hoc accende ignẽ sub olla horis sex, quia medicina sublimabitur, & ascendet supra patellam, & adhærebit parapsidi, cum ergo infrigidatum fuerit, aperi uasa, & abrade medicinam a parapside, & repone & utere. illud autem quod remanserit in fundo ollæ serua similiter, & utere eo pro corrosiuo, etiam qui uult medicamen fortius eo, oportet quòd radat id quod remanet in fundo ollæ cum eo, quod sublimatum est, & terat totum simul, & ponat iterum in alutel, & accendat ignem de subtus, donec sublimetur, est nãq; fortius satis quod subli mabitur, & qui ponet eum ad sublimandum iterum & tertio erit melius.

Modus faciendi zinzifur, & est cinaprium.

Accipe argenti uiui, & sulphuris citrini ana. Et quidam ponunt minus de sulphure, misce & pone totum in uase uitreato de terra, quod possit subsistere igni, & imple tertiam partẽ eius ex medicina, & duas partes eius relinque uacuas, deinde cooperias uas cum parapside uitreata, & luta sapienter cum creta, & pilo confectis insimul, deinde ædifica sibi furnum quadratum, & pone uas in medio furni quadrati, ita quòd duæ partes uasis, quæ sunt uacuę supra medicinam sint superantes extra furnum, & sit fundus uasis distans a solo fornacis mensura duarum partium palmi, deinde accende ignem sub eo. xii. horis, deinde permitte furnum frigescere, postea frange uas, & inuenies zinzifur.

Modus faciendi calcem, & abluendi eam, quæ est necessaria combustioni ignis: & furunculis acutis, & modus faciendi confectionem medicinæ quæ fit ex ea ad depilandum pilos.

Fit calx in partibus nostris plurimum ex lapidibus notis in mineris eorum. Et sunt ex hominibus, qui faciunt eam ex petra marmoris albi, & fit ex corticibus ouorum, & ex testis ostracorum uiuentium in mari. Verumtamen melior calx ad faciendum medicinam, est illa quæ fit ex corticibus ouorum, & post illam melior est illa, quę fit ex marmore. Sed modus faciendi calcem ex corticibus ouorum est, ut accipiatur de corticibus ouorum quantitas, & in olla noua ponantur cortices ouorum, & cooperiatur olla, deinde in fornace figuli ponatur semper quandiu uasa sunt in fornace, postea detege ollam si appareat sicut calx, bene, sin autem, remitte in fornacem, & tãdiu sic fac, quod fiant albi, sicut calx albissima. Et si furnus figuli non est tibi bene paratus, accende sub eis ignem: & suffla cum folle donec fiant sicut dixi. Et per hunc modum oportet, quòd fiat ex marmore & lapidibus aliis, quoniam intentio nostra non est nisi, ut incendantur, & adurantur donec fiat calx, & fiat alba. Modus abluendi calcem, quæ est necessaria combustioni ignis.

Accipe de calce uiua id quod est de ea album & mundum, & tere, & cribra calcem albam & mundam. Et pone in parapside munda, & proiice super eã de aqua dulci quantitatem, ita, quòd cooperiatur ab aqua, & dimitte per horam, postea misce. Et cum residentiam fecerit ad fundum uasis, proiice aquam de super & repone. Et confert ad alcharin. i. rubori & ueficis, & combustionibus ignis dissoluta in aqua uel oleo rosato. Aliter aleoxin idest rubori cum ueficis in facie.

Modus conficiendi medicinam depilantem capillos una hora.

Accipe de calce lapidum, uel marmoris, uel ouorum, uel ostracorum, partes duas, & de auripigmento citrino partem unam, pone in mortario facto ex plumbo, & proiice desuper aquam, uel aquam hordei, & tere donec fiat nigrum, & postea oportet, quòd calefiat cum igne, quando linis cum eo in balneo, quoniam ista medicina facit corpus lene, & subtiliat pilos nascituros.

Modus psilotri noti.

Accipe calcis partes octo, auripigmenti citrini partem unam, tere & cribra, & coque in uase æneo cum tãta quantitate aquæ qua cooperiatur. Et coque quousque penna intromissa in medicina depiletur per se facile.

Modus comburendi salem.

Accipe de sale, & tere, & pone in uase terreo, & luta labia uasis cum coopertorio simul cum argilla, & sepeli uas, & inter prunas dimitte donec comburatur. Et sunt qui ponunt salem in pasta, & sepeliunt sub prunis, donec pasta fuerit combusta. Et sunt qui abluunt in aqua, & dimittunt deficcari, postea ponunt in olla, & cooperiunt, & accendunt ignem sub ea, & ponunt circum ollã prunas, quia sal non cessat crepitare donec sit combustus. Et quando quieuerit a crepitatione, erit combustus, sed ego terebam sale bene, & ponebam in olla super ignem, & exufflabam donec erat combustus.

Forma combustionis chalcanthi, & specierum eius, quæ sunt atramentum & uitriolum.

Accipe chalcanthum, & pone super testam nouam & pone testam super prunas, & ure, & fit quantitas adustionis, si fuerit

fuerit calcanthum non multæ humiditatis, quando non ap E
parebunt ampullæ, & erit deficcatum deficcatione forti.
Et ſi fuerit amplius humiditatis, oportet quod dimittatur
ſuper prunas quouſq; mutetur color eius, & quando muta
bitur color eius infra ſe, & uertetur ad ſimilitudinem ma
græ, id eſt ſinopidis, tunc oportet quod auferas ab igne &
purges, & ſunt qui ponunt ſuper prunas & exufflant deſup,
donec declinant ad citrinitatem, aut ponunt ſuper teſtam,
& ponunt ſuper prunas, & miſcent, donec mutetur color.
Modus adurendi alumẽ, & cognoſcendi bonũ ex eo.

Species aluminis ſunt multæ, & melior earum eſt, quod
ſcindicur, & eſt album, & nouum, ſtipticum, ſine lapide,
poſt id humidum, & clarum, cuius partes ſunt æquales hu
midæ ſine lapide, ſed modus combuſtionis eius eſt ſicut cõ
buſtio chalchanti, niſi quòd non fit rubeum, ſicut illud.
Modus combuſtionis coralli.

Teratur corallus, & ponatur in olla terrea, & ponatur
in furno per noctem, ſi bene comburitur, bene eſt, ſin autẽ,
iterum ponatur, donec comburatur, & ſunt qui ponunt in
crucibulo, & exuflant, & comburitur ſicut uis. F
Combuſtio ſpumæ maris.

Pone eam in olla terrea, & cooperi, & luta cum argilla
& pone in furno quouſq; aduratur, deinde accipe, & repo
ne. Et quidam ponunt ſuper prunas, & comburunt exuffla
do, ſed ablutio eius eſt ſicut ablutio climiæ.
Combuſtio nitri.

Teratur & ponatur in crucibulo ſuper prunas ſalnitrum.
Et exuffletur donec aduratur quemadmodum dictum eſt
de ſale. Et ſi non aduritur bene, iterum ponatur, & exuffle
tur donec aduratur quantum oportet.
Combuſtio ſalis nitri.

Salnitrum comburitur ſicut ſal, ſcilicet, ut ponatur in
teſta ſuper prunas, & exuffletur donec aduratur. Com
buſtio boli armeni & iugibat, & terræ hiſpanæ, & almogre
& aliorum lapidum. Frange quodcunque eorum in fruſta
quantitatis fabæ, & ſuper teſtam uel laminam ferream po
ne, & miſce ſicut eſt ibi uoluntas adurendi uel affandi.
Modus faciendi crocum ferri.

Accipe de limatura ferri quantum uis, & pone in lami
na ferrea, poſtea ſuffla cum folle, donec caleſiat lamina & G
limatura, & pone in mortario ferreo, ita calidam, & tere
bene, & iterum pone in lamina, & exuffla ſecundo, donec
caleſiat ad ignem, ut prius feciſti, & tere. Et fac ita decies
uel amplius, quia quanto plus feceris, tanto melius, quan
do ergo conuerſum fuerit in colore croci, ſi adhæſerit ali
cui rei, color eius non ſeparabitur, & iuuamentum eius
eſt, quòd qui depilauerit pilum ſuperfluum, uel male grana
tum in palpebra, & poſuerit ſuper locum a quo euulſus eſt,
& ponat de limatura iſta ſic præparata, ſæpe prohibet or
tum eius, & ſunt qui ponunt eam in unguentis quando uo
lunt exiccationem eorum fortem, & ſunt qui utuntur ea
ſola, & qui proiiciunt eam ſuper ulcus humidum, cuius ſa
natio eſt difficilis, & exiccat illud potenter.
Modus purificandi limaturam ferri.

Eligat limaturam ferri puram cum aqua, & nõ ſit miſtio
alicuius alterius metalli. Nam ſi ibi eſſet miſtio alicuius,
ſicut æris, uel plumbi, aut uitri, & daretur in potu alicui oc
cideret. ponatur ergo de ea quantum uis in uaſe mundo,
ſuper quam proiiciatur parum aceti, & ponatur ſub ſexto- H
rio mundo, & iterum ſuper ſextorium ponatur corium ali
quod, & dimittatur xxx. diebus, uel ad minus vii. diebus,
& poſtmodum extrahe, & inuenies colorem eius ſicut zi
niar, deſicca, tere, & utere, & ſunt qui abluunt eam cum a
qua dulci, aut cum aceto, & colant per pannum, & dimit
tunt ſub ſextorio quouſq; putreſcat, & poſtea abluunt, &
reponunt, & uirtus eius eſt, quod iuuat illos, quorum co
lor faciei eſt croceus, & facit impinguari corpus.

Modus aſſandi ſcoriam ferri.

Teratur tritura craſſa, & ponatur in aceto uel rob, po
ſtea extrahatur ab eo, & exiccetur, & aſſetur ſuper prunas.
Modus abluendi ſcoriam ferri.

Oportet, quòd abluatur antequam aſſetur, & poſt etiam
abluatur ſicut diximus in climia & marcheſita.

Modus limaturæ auri & argẽti, quibus uti
mur in medicinis cordis, ſicut chelię.

Accipe de auro bono & puro fruſtum, & habeas corã
te parapſidem cum aqua munda dulci, & habeas pannum
de lino aſperum mundum cuius unum caput teneas in ma
nu tua, aliud ſtet miſtum fundo parapſidis in aqua. Tunc
frica aurum in panno ſemper madefaciendo pannum cum
aqua, & limatura deſcendet in fundo uaſis ſubtilis, fac ergo
tandiu, quod limetur de auro illo quantum uolueris, dein
de dimitte per horam, & proiice aquam cum facilitate, &
ablue ter, & ſicca, & ſerua. Eodem modo fac de argento.
Et ſunt qui limant lima ſubtili, & ſic utuntur.

TRACTATVS SECVNDVS
de præparatione medicinarum quæ fiunt ex plantis.

Modus faciendi aloen.

ALoe eſt ſuccus cuiuſdam herbæ, quæ na
ſcitur in Sicure, uel in Sicutra ſecun
dũ quod audiuimus, & modus opera
tionis eius eſt, quod teritur herba illa,
& exprimitur ſuccus eius, & coquitur
ſuccus donec congel etur, & ponitur
in utribus ex corio, & reponitur do
nec exiccetur, & melior manerierum eius eſt, quòd cito
frangitur, & habet odorem bonum, & color eius eſt ſicut
color hepatis.

Modus ablutionis aloes ſeu ꝓparationis ad expellendam
malitiam, & acuitatẽ eius, & conficiendi ipſum.

Accipe de aloe ſuccutrino mundo, quod cito frangitur,
& habet colorem hepatis, & odor eius eſt bonus, pondus
lib. i. tere bene, & cribra, deinde accipe caſiæ ligneæ ſpicæ
nardi, aſari, ſchœnanthi, carpobalſami, xylobalſami, cinna
momi, ligni aloes, croci, maſticis, laccæ, ana. 3. iii. contun
de, & coque in lib. vi. aquæ donec conſumpta ſit medietas
aquæ, cola, & exprime, & repone in uaſe uitreo. & rora a
loen ex iſta aqua, donec imbibatur totum, & pone ſuper
uas marmoris, aut uitri, & tere in ſole bene, pone in para
pſide munda, & cooperi panno craſſo, & dimitte ſiccari ab
illa aqua: & cum deſiccatum fuerit, reduc iterum ad tritu
ram ſecundo, & imbibe iterũ ex aqua iſta, & dimitte ſicca
ri ſicut prius, & iterato facies hoc, donec aqua penetret
partes eius omnes, & ſit tota aqua conſumpta uel expleta,
terendo, imbibendo, & deſiccando, ſicut dictum eſt, & cum
ultimo deſiccatum fuerit, repone in uaſe uitreo mundo, &
da ex eo ſolo ſine admiſtione alterius medicinæ pondus
aur. i. & utere eo in medicinis laxatiuis, & ſpeciebus hierę
& aliis medicinis in quibus aloe ingreditur.
Modus alius ablutionis.

Et qui vult eo uti in ægritudinibus melancholicis in
quibus eget euacuatione melancholiæ præparet ſic. Rx. cro
ci, ſpicæ nardi, cinnamo. xylobalſami, carpobalſami, caſiæ
ligneæ, aſari, ana. 3. x. ſchœnanthi, ſtœchados arabici, ana.
3. v. coque in lib. x. aquæ fontis ſuper ignem leuem & par
uum, quouſque remaneat tertia pars, & cola cum colato
rio craſſo, & exprime. Deinde accipe de aloe citrino lib.
ii. & tere, & cribra, & imbibe ex aqua iſta ſupra petram
marmoris, & aſsidua trituram eius, & infuſionem, & deſic
cationem ſecundum ſupradictam diſciplinam, donec biberit
aquam illam totam: ultimo tere, & ſerua in uaſe ſtricti
orificii, ne uirtutem amittat, & oppila os uaſis, & tua intere
reſt ut addas, & minuas ex medicinis iſtis ſecundum oppor
tunitatem ægritudinis.
Forma adurendi aloen.

Oportet quòd ponas aloen in olla munda ſuper prunas
donec aduratur.
Modus acceptionis aquæ cucumerum dulciũ.

Purgat choleram, quæ eſt in ſtomacho, & inteſtinis, &
extinguit acumen eius, doſis eſt a tertia lib. i. uſque ad. ii.
tertias lib. cum. 3. x. zucchari.

Modus

Modus decoctionis hieræ picræ, quæ eſt neceſſaria, A
ut reponatur ad horam neceſsitatis.

Accipe ſtœchados arabici, pulegii, aña. 3. v. epithymi. 3.
xx. aniſi, fœniculi, ſe. anethi, ana. 3. iii. cinnamomi. 3. x. aga
rici. 3. v. aduna hæc, & tunde, & infunde in lib. x. aquæ ca
lidæ, & dimitte in æſtiuo tempore in uaſe ſtricti orificii, &
cooperi, & dimitte. viii. diebus, deinde extrahe in uaſe, &
cola cum expreſsione, & iterum mitte in uaſe, & pone ibi
de hiera, quam ſcripſimus, pondus. cc. & luta os uaſis cum
argilla & pilo, & dimitte in ſole. x viii. diebus, & poſt repo
ne uas, & da ex eo in potu quantitatem lib. i. in ægritudi
nibus melancholicis, & in ægritudinibus capitis omni
die, poſtquam miſcueris uas, & miſce cum ea drachmam
unam olei de chertua recentis, & aſsidua hoc. vii. diebus cõ
tinuis, quia eſt nobiliſsimum, & proiicias multum, & ego
noſaui operationẽ eius in libro medicinarum hieræpicræ.
Forma extrahendi lac ſcamoneæ.

Radix huius lacticinii de quo extrahitur ſcamonea eſt
craſſa, ſicut cor meſshude, id eſt uitis nigræ, & color eius
exterior, eſt cineritius, & interius eſt alba, grauis odoris B
plena humiditate. Et illi qui colligunt lac eius in fine men
ſis Februarii, faciunt foueam circum radicem arboris, &
incidunt ex uenis eius quantitatem duorum digitorum, &
ponunt circa radicem eius iuxta locum inciſionis duas ol
las, aut tres ollas, ſecundũ quòd de lacte eius egreditur, &
dimittunt uſq; mane, poſtea congelatur, & eſt ſcamonea, et
dixit Dioſco. Sunt qui fodiunt circa radicem circulariter,
& ſternunt circa radicem eius in fouea folia nucis, poſt
quam inciſæ ſunt uenæ eius, & ſic recipiunt ſuper ipſa folia
humiditatem manantem ex radice. ſ. lac eius, & dimittunt
ſiccari, & ſeruant. Et melior ſcamonea eſt illa, quæ eſt cla
ra, & leuis, & ſpongioſa, & habet colorem ſicut color glu
tinis coriorum boncam. Verumtamen apud nos eſt melior
illa, quæ eſt cœleſtis coloris, quę apportatur de Antiochia.
Et adulteratur ſcamonea cum farcocolla, & lacte tithymal
li. Et cognoſcitur illa quæ eſt bona, non adulterata, quæ nõ
pungit, uel mordicat linguam forti mordicatione, quia
tunc non habet admiſtum lac tithymalli. Et peior ſpecie
rum eius eſt, quæ affertur de Canaam, & de Paleſtina, & C
ſunt iſtæ duæ ſpecies graues, & craſſæ ſubſtantiæ adulterate
cum lacte tithymalli, & farina ſaliginis id eſt cherſene.
Modus coquendi ſcamoneam, & præparan
di, ad repreſsionem eius malitiæ.

Dixit Melzigiar, ex prudentia aliorum medicorum ille
qui vult præparare ſcamoneam oportet, quòd accipiat de
malis dulcibus, & diuidat ea in duas partes, & extendat il
las medietates in fundo unius ollæ, & ſunt qui terunt mala,
& extendunt ea in fundo ollæ quantitate craſſitudinis u
nius digiti, & ponunt ſcamoneam ſuper fruſta malorum,
uel ſuper ipſam carnem malorum tritorum ſi maius illud,
quod faciunt, & facies ſolum unum ex ſcamonea, & aliud
malorum, & ſic facies gradatim, quouſq; olla ſit ſemiple
na. Deinde prepara iterum ollam aliam ſecundum eandem
formam cum malis & ſcamonea. Et ita tres uel quatuor ol
las, & plures ſecundũ uoluntatem tuam. Et pone ollam ſup
ollam, et luta orificium olle cum fundo alterius cum paſta,
et cooperi ſuperiorem ollam cum coopertorio. Et oppila
bene cum paſta etiam, et pone in medio furni calidi, et di
mitte nocte una uſq; mane, et aperi furnum et ollas, et ex
trahe ſcamoneam. Et ſi inueneris mala, quæ ſunt ſub ſcamo
nea et circum, ſicca et combuſta, tunc utendum eſt ex ea,
aliter uero non. Et ſunt ex medicis qui miſcent cum aniſo,
uel ſemine apii, aut dauco ante, et conficiunt cum oleo a
mygdalarum dulcium, aut aſſant eam in malo mundato a
granis, aut in citonio, et utuntur, et talis præparatio prohi
bet a potante eam nauſeam, et tortiones uentris, et ſtoma
chi dolores et inteſtinorum.
Forma extrahendi ſuccum tithymalli.

Tithymalli multæ ſpecies ſunt, & modus extrahendi lac
ipſius eſt talis. Incidatur ſummitas eius in menſe Aprilis,
& ſumitas eius inciſa inclinetur ſuper uas aliquod mundũ.
Et exprimantur ramuli ſingulariter, donec lac eius egre
diatur totum, et fac hoc ex pluribus ramulis, et plantis, do
nec habeas de lacte quantum uolueris, et deſicca eum in ſo
le. Et utere eo in purgando melancholiam, et phlegma, et
ad uomitum prouocandum, et ſunt qui conficiunt lac in fa
rina ſiliginis, et faciunt pilulas ad magnitudinem ciceris,
et ſeruantur. Et ſunt qui faciunt lac ipſum diſtillare ſuper
ficus, ſuper unamquamque ficum. iii. uel. iiii. guttas, exic
cant et ſeruant. Et qui vult prouocare ſeceſſum comedat
ex eis tres ficus, et ducet multum. Veruntamen lac tithy
malli guttur exaſperat, et facit rauceſcere ſumentem ſe.
Et propter hoc qui vult eo uti oportet ut pilulas quas ante
diximus inuoluat in melle deſpumato, et ſic utatur.
Modus extrahendi ſuccum a tapſia.

Tapſia eſt planta, quæ oritur in terra Feſ ſigilmeſſa, quæ
aſsimilatur plantæ balach in figura ſua. Et lacticinium eius
extrahitur in hunc modum: fodias terram circum radicem
eius, ita quòd radix deregatur a terra, et ſit fouea rotunda
circa radicem. Deinde ſcindatur cortex eius, et cooperia
tur fouea uſque mane, quia colligetur ſuper radicem lacti
cinium clarum mundum, quod collige, ſicca, et ſerua, et la
chrymum hic uocatur tapſia. Sed qui vult extrahere ſuccũ
radicis eis, fodiat, et extrahat radicem, et purget eam, et
terat, et exprimat eam cũ torculo, et extrahat ſuccum, et
ſiccetur in ſole in uaſe fictili craſſo uitreato, et ſeruet. Sunt
qui terunt folia cum radice ſimul, et ſic exprimunt ſuccum
et iſte ſuccus eſt debilis uirtutis. Et differentia eorum eſt,
quòd ſuccus ex radice ſola eſt pinguis, ſpiſſus, et ſuccus fo
lium, et radicis ſimul, eſt humidus, et ſuccus radicis quan
do habet admiſtum ſuccum foliorum deficcat, et facit exic
care propter uim ulceratiuam, quam habet. Et oportet,
quòd ille qui extrahit lachrymum eius, non extrahat eum
in die in quo ſit uentus. Et caueat ab odore uaporis eius,
et quòd non tangat eum in aliquo membro nudo. Nam ip
ſum inflaret tantum, et fieret deſiccatum id quod ex mem
bris eius eſſet defectum propter fumoſitatem eius: et lini
at cum hoc membra ſua nuda ex ceroto liquido, uel oleo
roſato. Et uirtus corticis radicis tapſiæ, et ſucci eius, et la
chryma eius, eſt laxatiua, et narrauit mihi quidam fidelis,
quòd ex ſaracenis ſunt, qui quando uolunt cauterizare ali
quam partem corporis, aut incidere aliquod ſuperfluum a
membro aliquo, ponunt ſuper illud de planta iſta. Nam ip
ſa urit, ſicut ignis, et facit operationem cauterii.
Modus extrahendi ſuccum cucumeris aſinini.

Accipe de cucumeribus illis, qui ſunt bene maturi, et di
mitte eos ſic collectos una nocte. Deinde accipe uas, et po
ne ſuper eum cribrum, et pone ſuper eum cultellum reſupi
natum, ita quòd acies eius ſit uerſus ſuperiorem partem, et
oppoſita uerſus cribrum. Et diuide per medium cucume
ris ſingulariter ſuper cribrum, et exprime id quod eſt in
eis de humiditate ſuper cribrum, donec deſcendat in uas
ſuppoſitum. Et quod cadit de carnoſitate eorum ſuper cri
brum exprime donec deſcendat cum tota ſubſtantia eius
per cribrũ in uas. Deinde pone ſuper id totum quod colle
ctum fuerit ex eis, aquam dulcem, et quidam ponunt aquã
marinam, et lauant, et proiiciunt aquam, et ſunt qui iterum
colant cum aqua prima, quæ egreſſa eſt a cucumeribus, ſub
ſtantiam quæ remanſit ſuper cribrum, et miſcent bene, et
cooperiunt cum panno, et expectant donec craſsities ad
fundum uaſis deſcendat, et ſeparatur ſubtilitas, et aqueitas
quę eſt ibi a craſſo. Et cum hoc feceris, aufer aquoſitatem
eius, et proiice leuiter extra. Et ſi remanet iterum aliquid
ſuper eum de ſubtili aquoſo, collige ipſum cũ ſpongia uel
coto, et pone craſſum eius in uaſe lapideo, et tere quaque
die continue, donec inſpiſſetur, et ſit aptum ad trochiſcos
formandos, & fac trochiſcos, et ſicca in umbra, & ſi miſcue
ris, cum eo aliquantulum gummi arab. aut tragac. erunt tro
chiſci magis adhærentes in partibus ſuis, et ſubſtantia eo
rum erit ſicut uitrum, et ſaluabitur per amplius tempus.
Alius modus ſecundum Dioſcor.

Dixit Dioſco. ſunt aliqui, qui cinerem cribratum ſuper
terram extendunt, et faciunt in medio eius foueam, et po
nunt pannum triplicatum ſuper cinerem, et proiiciunt ſuc
cum cum toto, quod eſt in eo ex aqua ſuper pannum, quo
niam cinis ſugit, quod eſt in eo de aquoſitate cito, et quan
do fuerit deſiccata, terunt craſsitudinem ſecũdum diſcipli
nam quam narraui prius. Et quòd ex electario habebit

colo

..., ſicut ſuccus porri, uel ſicut ziniar, et ſi habet in ſe turbulentiam, ſeu craſsitiem et grauitatem, eſt malum, et non eſt laudabile, & melius ex eo eſt, quod habet uiriditatem paucam, declinantem ad albedinem parũper, & quod eſt ſimile colori ambræ, & eſt cum hoc leuis ponderis, & actus leuis, & eſt calidum. Et qui appropinquabit ipſum igni inflammabitur, & comburetur cito, & non eſt nimis uetuſtum .x. annorum uſque ad .vii. & uirtus eius eſt fortior, & melior qui uoluerit eo uti in uomitu, & laxatione uentris. Et doſis eius completa eſt .iiii. pars drach.i. & proprietas eius eſt attrahere humores phlegmaticos, & melácholicos per uomitum, & per uentrem, & adulteratur cũ admiſtione eius de ſucco cucumeris domeſtici, aut cum amylo, ut aſsimiletur electario bono claro albo leui.

Modus extrahendi ſuccum abſinthi.

Accipe abſinthium, quãdo eſt in fine ſuæ cenereitatis & bonitatis, cõtere eũ mane ante ortũ ſolis, quia tunc ſuccus exibit melius & facilius, deinde ſtringe eum in torculo, aut porta in panno craſſo & forti, exprime cum trabe lignea, ſicut premunt artifices affo.i.cartamum, & expone ſuccum ſoli, donec erit prope deſiccationem, & fac ex eo trochiſcos, & ſerua. Et ſunt qui ponunt ſuccum eius ſuper ignem, & coquunt donec coaguletur, & ponunt cum eo parum gummi arabi. ut partes eius ſint melius adhærentes, & faciunt trochiſcos, & ſeruant. Et quidam adulterant eũ cum amurca olei, & propter hoc nõ recipiatur niſi a fideli uiro, & mundus, clarificatus, purus, ex eo eſt fortis odoris, & fortis amaritudinis, & uirtus eius ſucci fortior eſt uirtute abſinthii. Et ſecundum hanc diſciplinam extrahitur ſuccus ex ſcenrag. id eſt fumoterrę, niſi quòd aquoſitas eius eſt amplior aquoſitate abſinthii quam oportet quòd ingeniamur ad exiccandum ipſum amplius in ſole, uel in decoctione ſuper ignem.

Modus exprimẽdi ſuccus ex gafid.i.eupatorio.

De menſe Maii herba mollis recens, quæ naſcitur in hortis, uel uiridariis colligatur in mane, & quoniam aquoſitas eius eſt pauca ſemper, quanto magis eius, quæ naſcitur in montibus. Accipe ergo ex ramis ſuis tenellis, & caue a uẽto, uel a ſole, & tere ipſam ante ortum ſolis, & exprime ſuccum eius, & coque cum gummi arabico pauco, quouſque coaguletur, & ſi poteris ex eo facere trochiſcos bene, ſi non autem, ſerua ſicut eſt. Et ſunt qui adulterant ipſum cũ aliis ſuccis, quare oportet quòd non accipiatur niſi a fideli uiro. Et ſunt qui exponunt ſuccum ſoli, & dimittunt donec ſiccatur, ut poſsint facere trochiſcos, & faciunt ex eo.

Modus extrahendi ſuccum ex tribulis marinis.

Succus haſac.i.tribuli marini, exprimitur ſicut eſt gafid.

Forma colligendi euphorbium, & eligendi ex eo quod bonum eſt.

Euphorbium naſcitur in terra, quæ dicitur ſelgelmeſa & fex, quod ſic colligitur. Accipiuntur uentres pecudum & lauantur bene, & ligantur ad crus arboris, deinde accipiũt homines lanceas, & ſtantes a longe figunt acumen ferri in crus arboris, quoniam inde effunditur gummi copioſum in uentrem, ac ſi effunderetur ex uaſe aliquo. Et aliquando emanat ex eo ſuper faciem terræ propter fortitudinem ſui caloris. Et elegantius ex eo eſt id quod eſt clarum, urens fortiter, & eſt grauis ſaporis ualde propter nimiam acuitatem eius.

Modus faciendi opium.

Opium eſt lac papaueris nigri. Et dixit Dioſcorides, ꝙ modus extractionis eius eſt ſecundum hanc formã .ſ. quod uenias ad papauera, quæ ſunt completæ maturitatis, poſtquam deſiccata ſunt a rore, qui cecidit ſuper ea in mane, & ſcindatur cutis eorum parum cum facilitate non profunde ne transfigatur cutis eorum, ſed ſuperficies tantum incidatur, quoniam lac ingrederetur intra concauitatem papaueris, & non poſſet poſtea colligi, deinde rade papauer circũquaque ex omni parte eius, & incipe abraſionem tuam a ſummitate capitis papaueris, & extrahe uſq; ad finem ſciſſuræ quam feciſti directe, & caueat raſor, ne radat de cute eius cum lacte, & collige lac cum digito, & pone in uaſculo uitreo, deinde expecta per tempus aliquod, & reuertere iterum ad papauera prima, quoniam inuenies per ſciſſu-

E ras quas abraſiſti iterum lac egreſſum, quod colliges ut dixi. Et hoc facies quouſque aliquid de lacte egreditur, & ſi uides aliquid egredi ſecunda die & tertia, collige etiam deinde adhibe ſimul totum quod collegiſti, & tene in loco mũdo donec coaguletur, ut poſsis ex eo facere trochiſcos.

Forma extrahẽdi ſuccum ex papaueribus ex quo fit opium.

Accipe capita papauerum & folia eorum, & tere bene, & extrahe ſuccum eorum cum ſtrictorio, aut aliter, & tene ſuccum illum aſsidue in ſole donec coaguletur taliter, quòd poſsint inde fieri trochiſci, & fac & ſerua: & uirtus huius debilior eſt uirtute opii, & melior ſpecierum opii, ẽ graue & pingue, & quando frangitur eſt in loco fracturę, lene, & clarum declinans rubedini, & quando funditur ſuper eũ liquor, cito diſſoluitur, & qui applicauerit ipſum candelæ incendetur, & emittet flammam non obſcuram et odor eius quando extinctum fuerit remanebit ſecundũ diſpoſitionem ſuam primam, non immutatus, & adulteratur cum ſucco lactucæ erraticæ, & ſuccus huius lactucæ habet

F uirtutem ſimilem uirtuti papaueris nigri, ſed eſt debilior ſatis, uerum in colore & odore multum aſsimilatur ſibi. Et ſunt alii qui adulterant cum ſucco memithæ, & cum traga. Sed id quod eſt adulteratum cum ſucco memithæ quando diſſoluitur in aqua, eſt odor eius ſicut odor, uel color croci, et id quod adulteratum eſt cum gummi arabico, eſt clarum et paucæ uirtutis.

Modus colligendi lac chelidoniæ & extrahendi ſuccum eius.

Accipe huius herbæ, quæ eſt crocei coloris ualde, et amari ſaporis completa maturitate, incidantur ſummitates ramorum eius ſcilicet quando incipiunt apparere ſemina eius et inclinentur rami ſuper uas mundum ex uitro uel ex alio, ita quòd lachryma eius cadat in uaſe, quod exponatur ſoli, donec exiccetur, et fac trochiſcos, et ſerua. Sed qui uoluerit ſuccum eius exprimere, colligat herbam, et terat, et exprimat ſuccum eius, et deſiccet aut coquat primo donec inſpiſſetur, et poſtea ponatur in ſole, donec deſiccetur. Dixit Dio. tere hanc herbam, et exprime ſuccum

G eius, et miſce cum melle mundo, et coque in uaſe ex ære puro, et in mundo uaſe reſerua, quoniam eſt magnæ uirtutis in clarificando uiſum quando poſueris ex iſto medicamine in oculum. Et dixit principium ortus chelidoniæ eſt quando hirundines incipiunt apparere, et quãdo deſinunt apparere herba deſiccatur, et non apparet. Et propter hoc appellatur herba hirundinum.

Forma extrahendi ſuccum corticum radicum mandragoræ.

Accipe cortices radicum mandragoræ dum ſunt teneræ et recentes, et contunde fortiter, et exprime ſub aliqua re graui, et collige ſuccum, et tere donec incraſſetur, et ſerua neceſsitati. Et ſunt qui coquunt radices in uino uſq; ad cõſumptionem tertiæ partis, et colant, et ſeruant. Et ſunt qui colligunt lachrymam eius facientes foramina in radice, et colligunt quod emanat ex ea de humiditate. Verum ſuccus eſt fortior lachryma, et lachryma non reperitur ubique.

Forma extrahendi ſuccum ex ſuccharã.i. hyoſcyamo.

Accipe fructum eius cum oleis, et extrahe ſuccum, et po-

H ne in ſole, et utere eo ſuo anno, et non amplius, quia cito corrumpitur. Et ſunt qui terunt ſemen eius ſiccum, et proiciunt ſuper ipſum aquam, et exprimunt ſuccum eius, et iſte eſt melius ſucco foliorum eius in ſedando dolores. Et ſunt qui terunt plantam eius, et miſcent cum farina frumenti, et faciunt trochiſcos, et ſeruant.

Modus exprimendi ſuccum ex memithe.

Inquit Dioſcorides memithe multam habet aquoſitatẽ, et color aquæ ipſius eſt ſimilis dolori croci, oportet ergo, quòd teratur cum ramis ſuis, dum eſt recens, et tenera, et quod expreſſum fuerit, ponatur in ſole in uaſe cooperto, et dimittatur donec incraſſetur, et fiat ſicut lutum, deinde fiant ex eo ſief, quibus utere in alcohol, et in unguentis ſuper apoſtema, et in ægritudinibus podagræ calidæ et aliis. Sed ego accepi memithe, et triui, et extraxi ſuccum eius ſicut Dioſco. dixit, et non exiuit ſuccus eius glauci coloris, quemadmodum dixit, et feci trochiſcos eorum, et declinauit color eorum uiriditati, donec declinauerunt nigredini, et quęſiui a mercatoribus, qui ueniunt ab oriente, & dixerunt mihi, quòd accipiunt ſuccum eius, & terunt cum amylo, & ſief, & feci ſicut dixerunt, & declinauit color eorum glaucedini, ſed non totaliter ſicut illi qui apportantur de oriente, & dixerunt mihi alii, quòd conficiunt ſubſtantiam eius cum aqua fluminis, & faciunt ſief. & hi ſunt illi, qui deferuntur ad nos de oriente, & cum hoc toto ignoro ueritatem eorum.

Modus extrahendi ſuccum prunorum ſylueſtrium ex quo fit acatia.

Acatia fit in miſalim, & eſt ſuccus prunorũ ſylueſtrium & modus extractionis eius eſt, quòd colligas plantam hãc cum fructu eius, & pone ſuper eam aquam paucam in uaſe, & dimitte ſic diebus aliquibus deinde coque ſuper ignem illam colaturam, quouſq; coaguletur, deinde proiice in uaſibus ſimilibus cocleis, & dimitte ſiccari, & ſuccus huius fructus, qui dicitur acatia, quando fit ex fructu maturo perfecta maturatione ita, quòd iam acquiſiuit dulcedinem, eſt color eius nigrior & clarior, & non erit ſtipticus inteſtinis, propter ſuam dulcedinem, ſed quando fiet ex fructu nõ complete maturo erit color eius decliuior rubedini magis, & ſtipticitas eius erit maior, & elegantior omnibus aliis. eſt acatia, quæ eſt talis, ſicut dixi nunc, & talis magis eſt odorifera aliis.

Modus ablutionis eius.

Tere eam cum aqua dulci ſæpe, & proiice aquam, quæ ſupra natauerit, & fac hoc donec uideas aquam claram, fac ex ea trochiſcos & ſerua. Et ſunt qui lauant eam cum aqua roſata, quando uolunt frigiditatem eius ampliorem & ſedationem doloris magis. Modus uero aſſationis eius eſt, quòd ponatur ſuper prunas, & aſſetur quantum eſt neceſſarium.

Modus faciendi litium.

Sunt qui faciunt litium ex radice arboris, quæ dicitur curtam, & ſpecies huius litii nominatur cohaculam, & eſt quoddam, quod affertur ex alimen. Et ſunt qui faciunt litium in hunc modum, & eſt quòd terunt folia ex arbore ſicut ſunt, & exprimunt ſuccum, aut mollificant ea, aut infundunt ea aliquibus diebus in aqua, & coquunt, & exprimũt, & iterum ponunt ſuper ignem aquam illam, & decoquũt donec incraſſatur ſicut mel. & ſunt qui adulterant eum cum amurca olei, & miſcent cum ea tempore quo ipſum coquunt, aut cum ſucco abſinthii, aut cum felle bouino, & melius litium eſt, quod facit ſpumam, & habet colorem ſimilem ſanguini, quoniam ante ipſum inflammatur in igne, & extinguitur in aqua, & color eius exterior eſt niger, & interius declinat ad nigredinem, & etiam non habet in ſe pinguedinem, & habet ſtipticitatem cum amaritudine, & color eius eſt ſicut color croci, & ſicut color litii indici, quod fit in hunc modum quem dixi. Etiam ſunt qui faciunt ex amurca olei ſimilitudinem litii, accipiunt enim amurcã olei ueterem, quæ non habet terram nec arenam, & decoquunt in uaſe æris donec incraſſetur, & ponunt ſuper dentes dolentes, non facit dolorem quieſcere. Et qui decoxerit ipſum cum acreſta quouſque fiat ſicut mel, & ponit ex eo ſuper dentes corroſos eradicat eos, uel præparat ad faciliorem eradicationem.

Modus extrahendi ſuccum hypocyſthidis.

Accipe roſam caninam in fine menſis Maii, & tere, & exprime ſuccum eius, & coque donec incraſſetur, & dimitte ſiccari, & ſunt qui apponunt modicum gummi arabici, ut partes eius melius adhæreant.

Modus extrahendi ſuccum ex balauſtia.

Dixit Dioſcorides, extrahũt quidam ex balauſtia ſylueſtri ſuccum, ſicut ex roſa canina, & eſt ſtipticus, & uirtus eius eſt ſicut uirtus hypocyſthidis.

Forma extrahendi ſuccum chalbani.

Accipe bauciam ſylueſtrem, fœtẽtem, cum ſuis ſumitatibus, & incide eam in fruſta longitudinis .iiii. digitorum, et hoc facies, quando erit glauci coloris in fine menſis Iulii, et pone in uaſe æneo, et proiice ſuper ipſam herbam aquam, qua cooperiatur, et plus, et bulli magno igne, quouſque diſſoluantur rami, et ſtipites eius, deinde aufer ab i-

A gne, et cola cum colatorio ex pilo.i.ex ſetis, et proiice ligna, deinde proiice ſuper aquam illam colatam tantum quantum eſt medietas eius, et de terebinthina, et eſt helzelebat, et coque cum pauco igne, donec cõſumatur aqua et remaneat gummi, et non oportet, quòd cooperias illud quando coquis ipſum, et poſt hoc repone ipſum in marſupiis, uel utribus, et ſerua, et utere, et ſi ſiccetur pluſquam oportet quãdo decoquit, pone in eo parum olei de cherua, aut parum ſepi anatis, et ſignum in hoc eſt, quòd accipias ex eo parum dum coquitur, et pone ſuper marmor, et ſi nimis eſt durum, pone de oleo, et ſi eſt ſatis molle nil addas. Et ſunt qui adulterant ipſum cum reſina pini, et farina fabarum. Et melior ſpecierum eius eſt, quæ habet odorem ſuæ herbæ.

Modus faciendi ſuccum liquiritiæ.

Accipe radicem liquiritiæ quando eſt magis humida et plena ſucco, ſcilicet in menſe Iulii, et contunde ipſam et proiice ſuper ipſam de aqua donec cooperiatur, uel plus et pone in uaſe ſuper ignem, et coque cum pauco igne do-

B nec mel eius, ſcilicet pingue eius egrediatur de ipſa et cola, et proiice ligna, et pone iterum aquam ſuper ignem, et coque quouſque coaguletur, deinde expone ſoli donec deſiccetur et utere.

Modus extrahendi ſuccum vuæ acerbæ.

Sunt qui exprimunt ſuccum ex vuis acerbis in fine acredinis, et alii faciunt ex participantibus aliquantulum dulcoris et maturitatis, ſed prior eſt frigidior et ſtipticior, et ſecundus eſt minus ſtipticus et minus frigidus, et modus eius eſt, quòd accipias ex vuis immaturis et piſta, et exprime, et pone in uaſe ex ære rubeo ſup ignẽ, et coque donec propinquet coagulationi, deinde pone in uaſe extenſo, et expone ſoli donec exiccetur, et ſerua, et quidam ponunt ad ſiccãdum in ſole abſq; decoctione aliqua, ſi adeſt ſol calidus. Et ſunt qui miſcent cum eo parum gummi arabici. Verum ſimplex eſt melior, et melior ex eo eſt crocei coloris, quæ declinat alii colori, facile frangibilis, et fortis ſtipticitatis, et pungens linguam, et ſunt qui coquunt ipſum cum melle, aut cum uino, et utuntur eo in tumoribus ner-

C uorum, et ceruicis, et gutturis, et tumore faucium palati ad alcola.

Modus extrahendi ſuccum centaureæ.

Accipe de centaurea dum eſt recens et tenera, et tere eam bene antequam ſol oriatur, et ſi ſuccus eius egreditur bene. ſi non autem, oportet quòd ponas eam tritam in uaſe, et proiice ſuper ipſam aquam qua cooperiatur, deinde coque eam, et exprime ſuccum eius ſicut exprimunt tinctores affor, et eſt crocus hortulanus, uel ſicut gentianam, et pone ſuccum ſuper ignem, et coque donec incraſſetur, et ſerua, et qui vult quòd partes eius adhæreant magis, ponat in eo parum gummi, uerum ſimplex eſt melior, ſerua ipſum et utere.

Modus faciendi ſuccum ex berberis.

Accipe berberos bene maturos, et contere eos, et miſce cum aqua, et frica manibus, et cola, et pone aquam colatã ſuper ignem, et bulli donec coaguletur, et ſicca et ſerua.

Modus exprimendi ſuccum ſolatri.

Accipe plantam ſolatri cum foliis, & granis, & tere, &

D exprime ſuccum, & coque ſuper ignem, uel exicca expoſitum ſoli, quouſque coaguletur, & ſiccetur, & ſerua.

Modus extrahendi ſuccum hauſig.

Oportet, quòd colligantur folia eius donec ſunt humida et terantur ante ortum ſolis ſicut iam dixi, et exprimatur ſuccus eorum, et coquatur ſuper ignem, uel deſiccetur in ſole, et ſic ſeruetur. et iſte eſt modus extrahendi ſuccum plantaginis, et lactucæ, et ſemperuiuæ, et portul. et roſtri porcini, et ſcario. et fœnic. et apii, et cuſſus, id eſt uolubilis, et lapatii, et cæterarum huiuſmodi herbarum, ex quibus poſſunt ſucci extrahi.

Modus præparandi ſcillam in omnibus modis præparationis eius, et eſt Cæpa muris, et primo de modo aſſandi ſcillam.

Oportet, quòd eligantur ſcillæ quæ declinant ad albedinem in ſuo colore, et ſunt mediocres inter magnas et paruas, et quæ oriuntur in terra craſſa et ſicca, et quæ ſunt duræ, pau-

ræ, paucæ humiditatis, et quæ euaſerunt, a corruptione, et caue a cæpe, quod eſt unum ſolum, ſcilicet quod eſt natum in terra ubi non ſunt aliæ ſcillæ. Nam non debes accipere niſi ſcillas, quæ habent circa ſe ſcillas, ſcilicet cæpas multas, quia illa quæ naſcitur ſola eſt ſcelerata, mortalis. Accipe ergo de iis quas diximus, & excoria eas de cortici bus ſuis exterioribus ſiccis, & abſcinde ex inferiori parte foliorum eius id quod eſt deſiccatum, & abſcinde radicem eius, & purga eam bene totam, & inuolue eam in paſta facta ex farina hordei uel alterius, aut in maſſa facta ex argilla rubea, dulci aut nigra, & ſit inuolutio eius quo inuoluis eam craſsitudinis unius digiti, & pone eam ſic inuolutam in furno, aut in athanor ubi ſint prunæ incenſæ, et ibi dimitte tota una nocte, uel plus, donec ſit aſſata paſta, & compleatur decoctio eius, & color eius fiat rubeus, deinde auſer ab igne, & ſine infrigidari, & auſer paſtam qua inuoluiſti eam, & conſidera ſi uidetur tibi bene aſſata, ita ſcilicet, ut ſit mollis, tractabilis, ſi ergo compleuit ignis opus ſuum in ea bene, ſed ſi non, coque iterum, inuoluta paſta, uel in argilla, quouſq; ſit æqualiter per totum aſſata, nam ni ſi bene aſſetur remanet in ea acuitas mala, quæ nocet ſtomacho, & uentri ualde, & facit uomitum, & nauſeam.

Forma deſiccandi ſcillam.

Accipe cæpe crudum, & auſer corticem exteriorem, & ſcinde in duas partes per longitudinem cum cultello facto ex ligno pini, deinde ſepara tunicas abinuicem, & configas eas in filo lineo, & imple filum ex fruſtis eius diſtanter ita quòd fruſta non tangant ſeinuicem, & ſuſpende in umbra in loco uentoſo, & dimitte donec deſiccentur a uento abſq; ſole.

Forma caſtrandi ſcillam.

Accipe ſcillam antequam incipiãt germinare folia eius & ſtipes, & cauteriza eam cum ueru ex ferro candenti, & ure bene in loco illo ubi ſtipes, & folia oriuntur, uel oriri debebant, fac ergo id antequam germinet ſtipes, nam quãdo ortus eſt ſtipes eius non eſt amplius ingenium in caſtrãdo eam niſi, quòd incidatur totum id quod ortum eſt, & cauterizatur, & uratur bene locus ubi oriebatur ita, quòd amplius non germinet ibi aliquid.

Modus conficiendi acetum ſcilliticum.

Accipe cor ſcillę cum tunicis ſuis mollioribus, quę ſunt prope cor eius, & incide in duobus uel tribus fruſtis cum cultello ligneo & non ferreo, & imple fila de filo facta ex ipſis fruſtis, deinde accipe parapſidem terream, & line interius eam totam pice, & erige lignum in medio, ſcilicet parapſidis eius ad modum columnæ, & liga plurima fila ſummitati columnæ, ſeu ligni huius, & extende fila ipſa æquidiſtanter trahẽdo ipſa per labia parapſidis, deinde per latera eius donec ipſa annectantur omnia pedi parapſidis, & fiat ſicut tentorium ſuper parapſidem, & tunc iam perce piſti, quòd lignum debet eſſe tantæ longitudinis, quòd ſupereminеat labio parapſidis, deinde pone in parapſide de aceto bono forti quantitatem, qua duæ parapſidis partes impleantur, poſtmodum ordire circulariter filum in quo fixiſti fruſta cepæ ſupra fila illa, quæ ſtant ſicut tentorium, tali modo fruſta ſint ſuſpenſa ſuper faciem aceti, ita quòd non tangant acetum, & cooperi parapſidem cum coopertorio habẽte culmen, ſicut uides eſſe neceſſarium ad opus tuum, uel cum parapſide alia cooperi inferiorem in latitudine, & ſic coopertorium linitum pice etiam interius, deinde oppila bene lutando orificia uaſorum cum argilla, & pone in ſole quatuor diebus in menſe Iulii uel Auguſti, cum ergo complebuntur dies, oportet ut coles acetum in uaſe uitreo, & reponatur neceſsitati.

Et dixit Hebengizar cuius expoſitio eſt filius macellarii, quòd quidam ex philoſophis gentilium, ſcilicet incircũciſorum, ponunt pro qualibet libra cæpæ. lib. vi. aceti, & iuſſerunt ſuſpendi fruſta longe ab aceto digitis .iiii. cum pondere. ʒ.ii. ex iuiubis recentibus, & tantundem ex pulegio regali, & ſuſpendunt cum fruſtis cæpæ, ſicut ipſa ſuſpenſa ſunt, & poſt. xl. dies colant acetum in uaſe mundo, ſuffumigando prius ligno aloes. Et ſunt ex medicis, qui dicunt, quòd in lib. iii. aceti ponatur lib. i. ſcillæ, ſed modus prior eſt apud me melior, & oportet quòd poſtquam ſtete

E rit in ſole in menſe Iulii, aut Auguſti, ſicut dixi ſex diebus, quòd auferaẽ argilla qua lutaręq; ſunt parapſides, & apertis parapſidibus proiiciantur cæpæ in acetum, & pro quibusli bet libris tribus aceti, accipe apii, balſamitæ, ſcilicet ſiſimbrii, & pulegii recentis, de quolibet, an. ʒ. i. herbæ aniſi, fœniculi, amborum recentium, ana. M. i. ex his omnibus fac faſciculos, & ſuſpende ſuper faciem aceti, ſicut ſuſpendiſti ſcillas, & expone ſoli duabus ſeptimanis in æſtiuo tẽpore, deinde auſer iſta, & proiice, & accipe ſpicæ nardi, cinnamomi, aniſi, amygdalarum amararum, ana. ʒ. i. caryophyllo. ʒ. s. & repone in parapſide cum cępis, luta & dimitte ſeptem diebus, & poſt auſer argillam, & aperi uaſa, & cola acetum in uaſe uitreo, nam tali modo præparato utebantur reges gentilium.

peratio eius ſecundum Dioſcoridem.

Sed Dioſc. faciebat acetum ſcilliticum in hunc modum quem ego narro. Accipe de cæpis ſcillæ albis, & ſcinde in fruſta, & infige ea filo, & ſepara ita fruſta, quòd ſe non contingant, & deſicca in umbra in loco uentoſo uerſus orientalem, uel uerſus occidentalem partem. xl. diebus integris, deinde accipe de his ita ſiccis põdus lib. ii. & proiice ſuper eas lib. xiiii. aceti, & dicit alibi lib. x. & cooperi uas cum coopertorio, & luta cum argilla labia uaſorum, & expone ſoli. xl. diebus. & poſtea cola acetum & exprime ſcillas, & proiice earum ſubſtantiam, & ſerua neceſsitati.

Et dixit iterum, quòd quidam ponunt ex cæpis recentibus ſine exiccatione modo prędicto in aceto, & dimittunt ſeptem menſibus, & colant acetũ & utuntur, & dixit quòd hoc acetum factum in hunc modum incidit humores craſſos fortiter pluſquam factum aliquo alio modo, & dixit quòd eſt optimum ægritudinibus corporis omnibus prærerquam habentibus, intrinſecus ſcabiem uel ulcera, ſeu excoriationes intrinſecas, & oportet quod quando incipiemus ipſum dare in potu alicui, quod demus in primis quantitatem paucam, poſtea addamus in quantitatem eius paulatim donec perueniatur ad. ʒ. i. s.

Modus alius breuis pro iis, qui uolunt, quod cito fiat propter neceſsitatem.

Accipe. ʒ. i. aceti, & pondus. ʒ. i. cæpæ ſcillæ, & pone totum ſuper ignem, & bulliant duabus bullitionibus, deinde auſer ab igne, & cola, & utere.

Et ex iuuamentis aceti ſcillitici ſunt, quod ipſum incraſſat tracheam, arteriam, & fortificat carnem eius, & clarificat uocẽ, & confert doloribus ſtomachi, & malæ digeſtioni, & ualet oppilationibus, & ſuffocationibus matricis, & fortificat cor debile, & reddit ſanitatem, & clarificat colorem, & acuit uiſum, & frangit lapidem, incidit humores craſſos, & aperit uias, & canales omnes, & confert apoplexiæ, & iuuat uniuerſaliter in omnibus ægritudinibus frigidis iuuamento maximo.

Modus diſtillãdi aquam ex ſcilla, quæ occidit mures, & quæ ponitur in medicinis ex qua fit ſyrupus acetoſus.

Accipe de cæpis nouis recentibus, & excoria eas cortice ſuperiori, & proiice id, & incide reſiduum cum cultello, deinde accipe ollam, & perfora eam in fundo foraminibus paruis, et imple eam ex ipſis cæpis inciſis. Deinde fac foueam rotundam in terra, & ſepeli in fouea illam ollam uitreatam, & pone ollam cum cæpis ſuper ollam aliam uacuam, quam tu ſepeliſti, ita quod ſuperioris ollæ fundus ingrediatur os inferioris ollæ, deinde luta eas inuicem, ut contingant ſe, & cooperi ollam ſuperiorem coopertorio idoneo & luta, deinde cooperi circumquaq; ex terra, ita quod cum incenderis ignem circum, ignis non attingat inferiorem ollam, & ſuperior ſit ſtans in medio ignis: deinde accende ignem circa ſuperiorem ollam, & ſuper eam ex ſtercore animalium uel ex alio, & fac ignem nocte una tota, in mane uero inuenies aquam diſtillatam in olla inferiori, quã cola & ſerua, & qui uult ex ea occidere mures conficiat cum ea farinam, uel panem, & ponat in loco ubi abundãt mures, moriuntur ex eo, qui comederint cito & ſi miſcueris parũ ex lithargyrio erit uelocior ad occidẽdũ.

Modus albificandi acetum ex quo fit ſyrupus acetoſus.

Conſtrue athanor ſimile illi in quo diſtillatur aqua roſacea, &

A guam extenſus, longus, albus, & cito frangibilis, cui appareat in fractura ſimile texturæ araneæ telæ ſubtilis, & doſis eius eſt pondus, ʒ. s. uſque ad. ii. & infra.

Præparatio hellebori nigri.

Et niger helleborus purgat de uirtute ſua phlegma & melancholiam, & operatio eius eſt fortior operatione helebori albi, & præparatur eodem modo ſicut helleborus al. eligitur autẽ cuius radiculæ ſunt plenæ, pingues, & ſubtiles, in cuius fractione apparet ſimili ſubtili arenæ, acutũ habens ſaporem: & melior eſt ille qui naſcitur in terra petroſa, alta, ſicca, & doſis eſt a ʒ. ʒ. s. uſq; ad. ʒ. ii. & tempus collegendi utrunque helleborum eſt in menſe Iulii, quia ſunt in fine bonitatis. Et niger helleborus

Forma exhibendi polypodium.

Polypodium purgat uirtute ſua phlegma & melancholiam ſine moleſtia, & grauedine, & præparatur ad ſumendum ipſum ſolum, quia coquitur in aqua hordei, aut ſiclæ, aut decoctione cucumeris, aut aqua mellis cocta. Et qui uult eo uti in potionibus, radat ipſum bene, & terat, & miſceat in medicinis, & eligitur citrinum cuius ſapor appropinquatur ſapori gallarum cum dulcedine, & eſt craſſum ſi cut digitus minor. Polypodium.

B Et doſis eius in decoctione eſt a. ʒ. ii. uſque ad. ʒ. v. & ſimiliter in ſubſtantia per ſe doſis. a. ʒ. i. uſq; ad. ʒ. ii. & dicit phi loſophus lehana quod iſtud pondus. ʒ. i. intelligitur de ficco. Veruntamen quando eſt recens doſis eius ſolius uſq; ad ʒ. ii. aut. iii. & in potionibus. ʒ. i. & oportet quod colligatur in uere. Et ſunt etiam qui colligunt in autumno, ſed primũ eſt melius.

Modus exhibitionis & præparationis granorum Nil eſt indicum.

Hæc purgant de uirtute ſua phlegmatica, & modus præparationis eorum eſt quod ipſa terantur & infundantur in oleo amygdalarum dulcium, & bulliant in aqua uſque ad conſumptionem aquæ, & remaneat oleum, & dentur ſola: aut conficiantur aliæ medicinæ cum eis ſecundum uoluntatem recipientis: & doſis eorum eſt a. ʒ. iii. uſque. v. & melius. Nil eſt cuius folia ſunt craſſa, & ſimilia foliis oliuarũ parũ minora: & ſũt calidi ſaporis: & faciũt raucedinẽ uocis Nil.

C Sermo de Alcham.

Omne amarum appellatur apud arabes alchã & in hoc multum laborauerunt expoſitores. nam quidam ex eis dixerunt quod erat colocynthis: & alii quod erat aliud: ſed ad ultimum non eſt uerificatum apud eos quid ſit: & purgat uirtute ſua aquam citrinam abſq; quod lędat ſtomachũ: & purgat etiam phlegma, & modus exhibitionis eius eſt, quod detur in potu cum melle cocto, aut cum rob: & melior ex ea eſt longa quæ aſſimilatur cucumeri minori ſatis magnæ amaritudinis, quæ inuenitur in terra humida, & caueri oportet ab illa quæ inuenitur in terra ficca, petroſa, & quæ reperitur in mõtibus propter fortitudinem ſuæ uirtutis, & doſis eſt ab. viii. granis uſque ad. x. Alcham.

Modus præparandi Scebram, id eſt Eſulam.

Scebra in ſua proprietate nocet hepati, & purgat aquã citrinam, & doſis eius eſt ſicut diximus de laureola, & præparatio eius eſt, ut ponatur in lacte horis .xxiiii. & poſtea deſiccetur, & ſunt qui ponunt in aceto cum eo quantitatẽ ponderis eius de roſis: & trag. & dant cum melle aut ſucco uuæ, aut cum aqua ubi ſint decoctæ lentes, aut ſicla: doſis eſt pondus gra. vi. ad, vii. Scebra.

D Modus præparandi Ireos.

Iris purgat uirtute ſua aquam citrinã, & humores craſſos, & uiſcoſos, & melancholiam, & aperit oppilationes hepatis, ſed inducit triſtitiam, uel ſollicitudinem, & bonũ eſt quod admiſceatur aliis medicinis ad reprimendum malitiam eius, & præparatio eius eſt, ut detur in potu cũ aqua & melle ſimul coctis, & eligatur ex eo aquoſum multũ partes cuius lachrymantur, & breuis ſtaturæ, & partes eius æquales, & color eius prope citrinitatem boni odoris, doſis eius pondus aur. ii. uſq; ad. iii. uel. iiii. aut potetur tritum, ex eo pondus. drach. i. uſq; ad drach. ii. cum melle cocto. Iris.

Modus præparandi Acorum.

Virtus acori eſt propinqua uirtuti ireos, & doſis eius eſt ſicut doſis ireos. Acorus.

Modus

Yebith. Turbith ex uirtute ſua purgat phlegma, ſed inducit ſyncopim & tortiones. Sed eius præparatio eſt, quòd teratur & roretur oleo amygdalarum dulcium, quia prohibet partem ſuæ malitiæ: quod ſi non habes, accipe ſeſaminum, uel butyrum, uel oleum commune, quodcunq; habes paratum. Et turbith melius eſt quod eſt album, multum, & lenem habet corticem & lignum interius ſubtile ſine aſperitate, & non eſt craſſum & habet gummi ſuper capita eius, & doſis eius, quod eſt nouum, eſt pondus. ʒ. i. uſq; ad. ʒ. ii. & hoc eſt cum magna cuſtodia, & de ueteri plus, & non datur ſolum, & poſt acceptionem eius ſumatur brodium pingue, & ex pinguedinibus ſubtilibus.

Modus præparandi euphorbium.

Euphorb. Euphorbium purgat ex uirtute ſua phlegma uiſcoſum: quod eſt in ſcia: & lumbis & inteſtinis: ſed ipſum facit triſtitiam, & debilitatẽ, & rectificatio eius eſt quod non multum teratur, & miſceatur cum oleo & cum eo pone bdellium aut ſuccum liquiritiæ, aut ex ſpeciebus, ſicut cinnamomum, caſia lignea, & ſimilia, & oportet ut fundatur in oleo roſaceo bono, & eligatur ex eo clarum, nouum, citrinum, fortis odoris, amarum, cui ſupertranſuerit annus unus uſq; ad tres annos, & doſis eius eſt a granis. vi. uſq; ad grana. xii.

Modus præparandi helleborum album.

Helleborus albus. Helleborus albus purgat uirtute ſua phlegma per uomitum, & modus acceptionis eius eſt, quod comedatur ante aſſumptionem eius cibus aliquis leuis: & poſtea accipiatur contritus bene, cum pulte facta ex farina frumenti, uel hordei: & melior eſt qui eſt pũgitiui ſaporis, adurẽs lin

Modus præparandi Centauream.

Centaurea. Centaurea purgat uirtute sua phlegma uiscosum,& choleram simulem feci:& humores qui sunt in scia,& lateribus & anchis quando aqua eius bibitur uel clysterizatur cum ea eligatur ergo subtilis quæ reperitur in montibus amara multum, quæ uero reperitur in uallibus est debilis operationis, & potio eius est aquæ.unc.ii.in cl ysteri.unc.iiii.cũ oleo sesamino.

Modus exhibendi Fumum terræ.

Fumus terræ. Iuuat stomachum uirtute sua, & confert scabiei, pruritui, & bothor, nam purgat choleram adustam, & mundificat sanguinem,& prouocat urinam,& qui vult eo uti oportet quòd eligatur recens, amarus multum, & uiridis coloris,& potio eius in decoctione est ab.ʒ.i.usq; ad.ʒ.ii.s.sine decoctione a.ʒ.iii.usq; ad.ʒ.vii.cum tantundem de myrob. citrinis, & qui vult bibere de succo eius, nõ oportet quod decoquatur, & quantitas potionis eius est ab.ʒ.iiii.usq; in viii.cum pondere.ʒ.iiii.myro.citri.& qui vult eo uti:interponat semper diem unum in acceptione eius.

Modus assumptionis absinthii.

Absinthium purgat uirtute sua choleram a stomacho leniter & intestinis, aperit oppilationes, & prouocat urinã, & fortificat hepar, & non habet efficaciam in purgando phlegma: & qui vult uti in decoctione uel in potu potet ex eo.ʒ.v.uel.vii. & qui vult eum sumere absque infusione uel decoctione accipiat.aur.i.usque ad.ʒ.ii.

Modus exhibitionis cuscutæ.

Cuscuta purgat uirtute sua choleram, & confert stomacho, et aperit oppilationes uenarum & confert febribus longis: & fortitudo operationis eius est melior & fortior operatione absinthii. potio aquæ.eius est quantitas lib. semis bullitæ & colatæ: & si quis vult bibere de aqua sua absque decoctione, oportet quòd apponat cum eo de zuccha. bono.ʒ.x.

Forma præparandi cussus.

Purgat uirtute sua cholerã: & modus acceptionis eius est quod sumatur de aqua sua sine ebullitione põdus tertiæ partis lib.i.usque ad.ii.partes lib.cum.ʒ.x.zuccari boni uel penidii.

Modus præparandi cachille.

Purgat uirtute sua aquam citrinam cum magna lenitate,sine læsione,& sumitur de aqua eius sine decoctione:tertia pars lib.usque ad.ii.partes.

Modus acceptionis capilli ueneris.

Purgat uirtute sua choleram a stomacho & intestinis, & dosis eius est a.ʒ.iii. usque ad.vii.

Modus præparationis senæ.

Purgat humores crassos,& confert dolori sciæ, & lumborum,& infundi debet oleo amygdalarum dulci,uel butyro: & dosis eius est.ʒ.iiii. ad.v.

Modus præparationis abalgar.

Purgat aquam citrinam, cuius uirtus est sicut uirtus esulæ in corrumpendo uirtutem corporis & purgat cholerã fortiter,& dosis eorum est a granis.v.ad.vii. mundata cum aqua & melle cocto: quia laxant laxatione forti.

Modus præparationis carthami.

Purgat uirtute sua phlegma, & hoc faciunt grana eius munda a cortice:cuius dosis ex granis est.ʒ.xx. & oportet quod proiicias super eam lib.s.aquæ calidæ, & frica manibus & cola,& pone eis ex penidiis albis.ʒ.x.& potentur.

Modus acceptionis linguæ bouis.

Purgat uirtute sua choleram,& confert pulsationi cordis,quæ contingit a cholera cum bolo armeno.

Modus præparationis myrobalanorum citrinorum.

Purgant uirtute sua choleram& cõferunt stomacho, & qui vult uti eis eligat citrinos, apud uiriditatem, graues, plenos, & non crispos, & dosis eorum est si fuerint decocti uel infusi a.ʒ.x.ad.xxx. & de his qui non sunt decocti, uel infusi.a.ʒ.iii. usque ad.vii.

Modus exhibitionis myrobalanorum indorum.

Purgant uirtute sua melancholiam, & cõfortant stomachum,& dosis infusorum uel decoctionis est a.ʒ.v.ad.xx.et de non infusis uel decoctionis.ʒ.ii.uel v.

Modus exhibitionis myrobalanorũ chebulorũ.

Purgant uirtute sua melancholiam laxatione debili: & conferunt orificio aniteligantur declinantes rubori,& nigredini parum,qui sunt graues,& pleni:& dosis infusorum uel decoctorum est a.ʒ.iii.ad.x.non decoctione infusorum a.ʒ.i. usque ad.v.

Modus exhibitionis uiolarum siccarum.

Purgant uirtute sua choleram quę est in stomacho:& in testinis, & conferunt fumositatibus resolutis ab eis & synãchiæ quæ accidit pueris,quando ipsæ accipiuntur cũ aqua, & dosis earum est a.ʒ.iii.ad.vii. de siccis:& si fuerint recẽtes accipiantur infusæ, uel decoctę pondere.ʒ.x.

Forma exhibitionis prunorum & tamarindorum.

Purgant uirtute sua choleram & reprimunt acuitatem eius & prohibent uomitum,& faciunt eum quiescere & cõferunt pruritui: & qui vult eis uti eligat recentia & multũ acria: & dosis aquæ eorum postquam fuerint decocta est pondus lib.s. ueruntamen tamarindi sunt fortiores ad laxandũ, & acriores: quare dosis eorũ est minor dosi illorũ.

Forma exhibitionis mannæ.

Mollificat uirtute sua intestina & lenit ea & pectus lenificatione pauca:& eligatur alba recens eius.dosis sit ab aurei s.x.ad.xx.

Forma exhibitionis casiæfistulæ.

Purgat uirtute sua choleram adustam: purificat sanguinem & clarificat eum,auferendo crasitatem eius,dosis est a.ʒ.iii.ad.x.& eligatur quæ est in canna eius,& color, carnis eius est niger lucidus & grauis.

Modus exhibitionis granatorum acrium dulcium.

Granata expressa cum carne sua interiori purgant choleram: & confortant stomachum sua stipticitate,& dosis aquæ eorum est li.s.cum.ʒ.x.zuccari boni.

Forma præparationis armoniaci.

Confert dolori uenæ sciaticæ, & eligitur quod est simile olibano cuius odor uergit ad odorem castorei, parum pingue:habens continuitatem partium suarum mundum a ligno,amari saporis:& dosis eius soliusaut cum aliis medicinis.est pondus aur.i.ad aur.s. cum rob infuso.

Modus præparationis opopanacis.

Iuuamentum eius est sicut iuuamentum armoniaci, & eligitur illud cuius superficies est citrina: & interius albũ, amari saporis,pingue,cito frangibilis,fortis odoris, & caue a nig.& dosis eius est a.ʒ.s.usq; ad aur.i.infusum in rob.

Forma exhibitionis bdellii.

Iuuat uirtute sua ad tenesmum,& ad excoriationem intestinorum, quæ accidit ex assumptione medicinarum acutarum. Et confert hæmorrhoidibus,& collectionibus interioribus,quando bibitur:& collectionibus extrinsecis, facto ex eo emplastro cum rob dulci. Et qui miscuerit eum cum medicinis acutis phlegma purgantibus, prohibet excoriationem eorum & nocumentũ ab eis. Et eligatur amari saporis,clarum uisu,& lene,& cito frangibilem: & boni odoris. Et quando proiicitur super ignem, eius odor assimilatur odori baccæ bizantiæ, cuius dosis solius est.ʒ.i.cũ aliis medicinis.ʒ.s.

Forma exhibitionis sagapeni.

Confert dolori colicæ, & uentositati intestinorum, & dolori ofsis caudæ:& coxarum, & ischiæ,& purgat phlegma uiscosum: cuius dosis per se sumpti est.ʒ.i.usq; ad aure.i.infusum in rob,aut in oleo amygd. dul. aut cum melle & cum aliis medicinis a.ʒ.s.usque ad.ʒ.i. infusi ut prius.& eligatur cuius color interior declinat rubedini, & de foris albedini,& est clarum,fortis odoris: & pungitiui saporis.

Forma exhibitionis sarcocollæ.

Purgat uirtute sua phlegma uiscosum, & incarnat ulcera, & uestit ea corio, & contrahit uiscositatem carnis quæ est nutrimentum carnis, ex quo fit generatio & in ulcere incarnatio & prohibet humores nociuos descendentes ad oculos: & qui vult ea uti, oportet quòd eligat illam cuius color est similis colori olibani declinans citrinitati,& quæ est amari saporis, & cito frangibilis, cuius dosis est cum aliis medicinis.ʒ.s. usque ad.ʒ.i. infusa in rob decocto. Et oportet quòd nunquam accipiatur sola,sed semper permista cum aliis medicinis.

Modus

Modus exhibitionis prædictarum.iiii.gummarum qui est alius à prædictis.

Istæ gummæ quas nominaui hic,sicut ammoniacum opopanacum,bdellium, & sagapenum, quando debent alicui exhiberi,& ipse abhorret acceptionem earum in pilulis factis ex eis solis: & diligit magis acceptionem earum cum rob:tunc oportet quòd tu infundas eas in aqua bullienti donec dissoluantur:& cola & infunde oleum amygdalarũ dulcium & da in potu cum rob.

Modus præparationis salium,& proprietates eorum in purgando,& de aqua salsa.

Omnes species salis purgant phlegma, & mundificant stõm,& dissoluunt humores crassos. Et de uirtute salis est q̃ faciat descendere uirtutes medicinarum solutiuarum cito,& id quod coagulatur in stõ ex lacte qñ sumitur in potu cum mellicrato. Et melior specierum salis est illa quæ reperitur in minera. Et qui uult potare aquam salis, eligat sal mundum:quia melior est aliis omnibus,purgat.n.phlegma & malitiam & humores crassos: dosis eius solius in ʒ. ii. usq; ad.iiii.cum aqua frigida.Et si tardabitur nimis laxatio eius,bibatur post ipsum aqua frigida,quia laxabit, & stringetur uenter eius qui potauerit post ipsum aquam calidã, & post purgationem recipiat ius gallinæ ad frangendum acuitatem punctionis eius, & acumen, & ad prohibendũ nocumenta eius à neruis stomachi & intestinorũ: sed aqua maris oportet quòd potẽ sola sicut sal de quo dixi. Et sunt qui bibunt eam cum oxymelle misto cum uino bono, & dulci,& bibunt post purgationem eius elixaturam gallinę, & dosis eius est à.iiii.lib.usq; ad lib.s.

Forma purificandi aquas turbidas.

Accipe ollam magnam & imple eam aqua illa, & construe super orificium duo ligna fecantia se in modum crucis,& pone super illa ligna uellus lanæ mundum, & multa ablutione ablutum,& accende ignem sub olla leuem: & quicquid imbibitur in uellere ex uapore qui eleuatur ab aqua exprime,& serua:& fac hoc quandiu aliquid ascendit ab aqua.Et quidam distillant eam sicut aqua rosa. Et sunt qui clarificant aquam ponendo super eam aliquid anethi: aut amyli, aut farinæ, quoniam ista descendunt & trahunt secum ad fundum uasis crasitatem aquæ, & sic clarificatur aqua.

Modus faciendi almuri.

Almuri purgat phlegma uiscosum,& incidit eum,& iuuat in dolore colicæ quando miscetur clysteriis cum medicinis conuenientibus,& sumitur in cibo pro dolore ischiæ qui fit à phlegmate,& est subtilius quàm sal,& quàm sal nitrũ,& quam aqua piscium salsorum ueterum: & uirtus eorum est debilior uirtute eius:cuius operatio est in hũc modum.Accipe de farina hordei partes.ii.salis partem.i. confice cum aqua & sal focacias azimas,& pone in furno,& dimitte ibi donec comburantur intus & extra: deinde extrahe à furno & diuide quãlibet earum in tres uel in quatuor partes,& pone in olla magna munda & cooperi aqua, & pone cum eo de ciffolionibus palmarum plenam manum, & pone ollam in furno panis à principio noctis usq; mane. Et sunt qui coquunt panem cum aqua super ignem usq; ad consumptionem mediæ aquæ,& tollunt,& ponunt in aquã ex melle secundum uoluntatem eorum ad frangendum salsedinem eius,& seruant,& hoc est caput almuri. Et qui uult facere almuri ẽ minus, primo ponat super residuum panis mediam quantitatem aquæ,quæ primo posita fuit, & cum olla mittat in furnum usque ad consumptionem duarum partium aquæ, & colet,& seruet. Et sunt qui miscent almuri secundum cum primo, & seruant necessitati ad comedendum, uel ponendum in clysterijs. Et in almuri sunt operationes longæ aliæ ab ista quam dixi quæ sunt idoneæ comestionibus regum, & non oportet rememorari eas in hoc loco quia sufficit nunc de modo isto quantum ad medicinæ necessitatem.

Modus faciendi oleum stipticum, & seruandi ipsum secundum doctrinam Dioscoridis.

Modus stipticandi oleum,& faciẽdi oleum ros. est quòd accipias schœnanthi lib.v.& ʒ.viij.olei oliuarum.lib.xx.& ʒ.v.tere schœnanthum & confice cũ aqua.Et adde de aqua tantum quod ipsum cooperiatur:& coque cum oleo,& mitte in tempore coctionis,& aufer ab igne & permitte infrigidari,& cola,& serua,& fac ex isto oleo oleum rosa.Et ego narraui operationem eius in libro oleorum.

Forma stipticandi oleum ad faciendum oleum de lilio.

Accipe olei lib.ix.ʒ.v.calami aro.lib.v.& ʒ. v. myrrhæ aur.tere calamum aro.cum uino bono: & bulli tantum in oleo:deinde cola super lib.iii.s.ex carui agresti, & est cordumeni,quòd primo triuisti, & infudisti in aqua pluuię:& dimitte quousq; bene imbibatur in oleo,& exprime: & cola:& serua ad faciendum oleum de lilio.

Forma stipticandi oleum ad faciendum oleum de narciso.

Accipe olei li.ix.&ʒ.v.darsisaham lib.vi.&ʒ.ii.tere darsisaham,& infunde in tanta aqua quantum est oleum,& accipe calami aro.lib.v.ʒ.viii.& deinde accipe frustum & tere,& cribra: & coque: & cola: & serua necessitati ad faciendum oleum de narciso.

Forma stipticandi oleum ad faciendum oleum de Nil.

Accipe olei abluti partem.i.aquę pluuialis partẽ.s.proiice partem aquæ super oleum & in alia infunde species qui bus uis stipticari oleum: & misce. Accipe ergo darsisaham lib.v.s.calami aro.li.vi.s.myrrhæ lib. ii. carui agrestis lib. iii.&ʒ.ix.olei li.ix.ʒ.ii.tere darsisaham & infunde in aqua & proiice super oleum & bulli.similiter myrrham infunde in uino boni odoris & tere calamum arom. & pone myrrham & confice: & aufer darsisaham ab oleo & pone calamum aro.confectum cũ myrrha,& bulli simul: & post ebullitionem sufficientẽ cola ab his,& proiice super carui agreste oleum colatum postquam triuisti carui, & confecisti & misce semper donec infrigidetur, & cola totum, & serua necessitati ad faciendum oleum de Nil.

Forma albificandi oleum ad faciendum omnia olea,& nominatur oleum compositum.

Iam dixi albificationem eius in libro operationis oleorũ,& modus operationis eius est,quòd tu accipias de oleo boni odoris & saporis, & pone in olla, & misce cum aqua calida:deinde pone in sole quousq; albescat: deinde pone in sole quousq; separetur oleum ab aqua, & collige oleum de superficie aquæ cum cocleari:& repone. Et si fuerit album una uice bene,& si non iterum repone in aqua sicut prius,& misce secundo,& donec albescat. Et sunt qui albificant in hunc modum.Accipe uas uitreatum intus & extra,& fac foramen in fundo eius: deinde pone digitum super foramen,& super os uasis, & agita uas cum oleo & aqua,agitatione forti:& dimitte per horã scilicet quousq; separetur oleum ab aqua,& natet oleum super aquam: tũc aufer digitum à foramine uasis quousq; egrediatur aqua, & incipiat egredi oleum: tunc oppila iterum foramen & pone aliam aquam calidam super oleũ,& agita sicut prius, & hoc fac tandiu donec oleum albescat secundum uoluntatem tuam.

Forma lauandi oleum sesaminum.

Oportet quòd proiicias aquam dulcem super eum, aut bullias primo una ebullitione cum igne leui,& coles, tunc proiice super aquam dulcẽ donec eleuetur pinguedo eius & serua necessitati quando pinguedo eius fuerit ablata.

Modus faciendi oleum de lateribus.

Ego dixi iuuamentum eius in lib.de oleis. Accipe lateres rubeos nouos,quos aqua non tetigit, & fráge in frusta pusilla circa quantitatem.ʒ.i.& pone eos in igne,& dimitte ibi donec inflammentur ultima inflammatione & fiant candida,deinde singulariter unumquodq; frustum per se extrahe ab igne: & subito submerge in oleo uetustissimo: quod iam paratum posuisti iuxta te in uase: & cum extincta fuerint extrahe ab oleo,& cũ hoc feceris de omnibus frustis,tere eos trirura crassa & pone in uase uitreo uel terreo et uitreato,quod possit ignẽ sustinere, uel in pluribus si habes parata uasa: et sint uasa ista idonea facta cum suo coopertorio: et nominantur uentres,quia sunt rotunda in inferiori parte, et extensa ad superiora, quemadmodum nouerunt illi qui occupantur in arte alchimiæ: et cum po-

fueris in eis de lateribus tritis, ſicut dixi uſq; ad .ii. partes uaſis uel plus claude uaſa cum ſuo coopertorio habente naſum: ſicut eſt id cum quo fit aqua ro. luta bene uaſa adinuicē cum argilla & pilo: deinde ędifica fornacem ſapienter: ita quòd poſsis ordinare .iii. uel .iiii. uaſa, & cum deſiccatū fuerit lutum quo luxaſti, uaſa ordinentur in fornace, ſicut fit in aqua roſ. niſi quòd inter iſta & ignem nullum debet eſſe medium: deinde accende ignem leuem ſub uaſis à principio: & poſt auge paulatim ignem, ſecundū quòd uideris uaſa calefieri, quoniam propter hoc ſaluantur uaſa à crepatura: nam timendum eſt ne frangantur, ſi ſubito nimis fieret ignis fortis à principio: cunque uideris exire aquam per naſum uaſis, collige eam per ſe ſi uis, & auge ignem donec uideas oleum egredi rubeum, quod recipias in uaſe mundo. Caue ne ignis ſeu flamma appropinquet illi oleo: quia cito accēderetur, & non cito extingueretur: & quando nihil emanabit de oleo aufer ignem à furno & dimitte infrigidari: & aperi uaſa & extrahe fæcem ab eis. Quæ ſi fuerint ſana pone iterum de lateribus ſanis in eis: ſinautem, reuertere ad opus tuum cum aliis nouis, ſicut prius, quouſque habeas oleum quantum uis: & repone ipſum in uaſe uitreo ſtricti orificii, cuius orificium oppila bene cum cera & terra, quoniam ſi haberet reſpiraculum euaneſceret, & egrederetur totum à uaſe, propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ: ſerua ergo eum, & utere in ęgritudinibus frigidis, ſicut epileſia, apoplexia, grauitate auditus, & artetica frigida. cuius iuuamenta dixi in libr. de oleis, & eſt de ſecretis philoſophorum.

Forma operationis medicinæ, qua uti poteris quando non habes thuciam.

Accipe folia oliuæ ſilueſtris: pone ea gradatim in uaſe terreo: & cooperi orificiū uaſis cū argilla & pilo, & pone ſi furno figuli, & dimitte ibi à principio decoctionis uaſorū quouſq; uaſa figuli ſint cocta: & pone ollam in loco ubi fuerit ignis fortior. & cum infrigidabitur furnus extrahe ollā, & accipe quod eſt in ea de cinere, quem ſi nō inueneris petrificatum, ita q; ſint fruſta, tere & ablue in ſole calido cū aqua ſæpe: & accipe ſubtile ex eo, & ſerua, & utere in medicinis oculorum: quia iſta medicina non habet pretium cui cōparetur propter iuuamenta ſua: nam ſuperat in iuuamēto omnes ſpecies thuciæ in auferendo albuginem: & pannum oculi: & hoc eſt de ſecretis medicinæ.

Modus faciendi amylum ex frumento.

Accipe de frumento bono & nouo: & purga ab omni extraneo in eo: & elige illud quod eſt rubeum & graue: color eius ſit ſicut color ceræ, & facias eū teri tritura craſſa. ſ. ſolum frangi, & pone in uaſe terreo uitreato mundo, & pone ſuper eū aquā, ita quòd cooperiat, & ſuperet duobus digitis uel tribus digitis: & dimitte per noctē: in mane uero exprime cū manu bene, quouſq; deſcēdat amylum totum, cola, & proiice ſubſtantiā, & dimitte aquā in olla quouſque deſcendat amylum in fundo ollæ, & aqua ſupernatet. Tunc eiice aquā ſuauiter, ita quòd ex ea nihil remaneat, & exicca cū modico coto: fiat hoc in tempore æſtiuo, & ſiccetur ne aceſcat, & deſtruatur, & cooperi ollam cum pāno ſubtili, ita quòd nihil cadat intus: poſtmodum cum erit ſiccū repone in uaſe ſtricti orificii obturādo os uaſis, ne aliquis uermiculus ingrediatur, uel aliquid aliud. Si autē fiat in hyeme magis oportet cuſtodiri ne aceſcat: quia oportet ut fiat ingenium: ut cito ſiccetur in ſole, uento, uel prope ignem. Et ſecundum ſunc modum fit amylum ex rizo.

Forma faciendi amylum ex hordeo.

Elige hordeum quod eſt melius, graue, lenius, propinquum ſuæ meſsi: & facias ex eo ſicut docuit te facere ex frumento æquali diſciplina: niſi quòd oportet, ut coletur colatorio craſsiori, quia multum habet de furfure, & propter ſuam craſsitatem.

Forma faciendi amylum ex orobo.

Accipe ex orobo quod habet pinguia grana: propinquū ſuæ collectioni, & quod euaſit ſuam perforationem & tere ipſum tritura craſſa ſcilicet frange, & exuffla ab eo corticem, ita quòd nō remaneat niſi caro eius, & pone ſuper eū aquam, & dimitte. vi. horis & proiice illam aquam ter uel quater, quouſq; clarificetur aqua, & remaneat corpus ſuū mundum ſine acumine & furfure, & tunc dimitte eum in aqua qua cooperiatur una nocte: in mane uero malaxa cum manu, quouſque diſſoluatur ex eo lac eius, & dimitte lac in uaſe quouſq; aqua ſupernatet: quam eiice ſuauiter, & expone ſoli donec exiccetur, & ſerua.

Modus faciendi farīna ſeu ſimilam ex orobo.

Accipe de orobo bono ſicut dixi: & dimitte in aqua longo tempore, & poſt eiice aquā illam, & dimitte donec conſumpta ſit aqua illa, quæ eſt in eo abſq; quod ſiccentur grana: deinde facias bulliri in aqua alia, donec crepent grana & ſeparent ſe à cortice eius, & tere tritura craſſa: & exuffla ab eo corticem eius & ſerua.

Modus faciendi penidios.

Penidii fiunt ex melle cannæ: & ex puluere zuccari, & fiunt etiam ex zuccaro bono forti ficco, albo, & mundo. Et modus eſt quod accipias zuccarum. li. i. uel. ii. uel ad plus. quia non poſſunt bene fieri in multa quantitate, & pone in uaſe æneo ſtannato: uel in uaſe terreo interius uitreato, cuius os ſit latum: ſed uas æneum eſt melius ſatis, & liquefac zuccarum cum tanta quantitate aquæ dulcis, qua cooperiatur: & ſi zuccarum eſt forte, pone cum eo pro qualibet li. eius .ʒ. i. mellis: & diſtilla ſuper ipſum de oleo amygda. dul. ſi habes: & ſi non habes, mitte loco eius aliud oleum: & pone uas ſuper ignem ex prunis ſine fumo: & miſce ſemper ęqua liter, & coque quouſq; ſit prope conſumptionem aquæ & experire proiecta gutta ex eo ſuper marmore, & cū digitis & quando inueneris quòd fiant fila inter digitos, ſiue adhærentia, oportet cito auferri ab igne, & proiice extendendo ſuper petram marmoris, poſtquām unxiſti eam oleo amyg. dul. ſeſamino: & collige partes eius undiq; cum ſuo calore & inquātum poſſunt ſuſtinere manus operantis, poſtea trahe: & extende inter manus ſicut trahuntur electuaria dulcia: & fige clauum curuum ad ſuperiora in pariete & proii ce ſuper eum, & trahe à clauo apponendo ſuper eum, & trahendo ſicut trahuntur electuaria dulcia, quouſq; dealbetur in fine ſuæ albedinis: & appone iuxta ignem quandiu traxeris ut caleſiat: & fiat obedientior extenſioni: & iterum appone clauo trahendo, ut albeſcant quantum uolueris: deinde incide cum forficibus ad uoluntatem tuam, & ſi uolueris facere formas rotundas, uel oblongas, uel alias diuerſas, accipe de amylo albo, & tere, & pone ſuper marmore, & extende ſuper ipſum de paſta illa penidiorum, & plica, & uolue: & incide: & fac quaſcunq; formas uolueris, tamen cito facias, ne infrigidetur inter manus tuas: deinde pone ſuper cribrum: & pone iuxta prunas ad horam, & aufer, & dimitte donec infrigidetur, & ſerua, Et qui uult eos facere ex puluere, liquefaciat eam in aqua ſicut prius dixi: deinde colet ab arena, & aliis ſuperfluitatibus, & coquatur, & faciat ſicut dictum eſt. Et qui facit eos ex melle cannæ, caueat ne ſit nimis forte: & ſi eſt, ponat in eo de zuccaro albo, quātitatem. ii. partium eius, & parum aquæ, colet: & coquat, & faciat ſecundum diſciplinam ſupradictam, & ſi mel eſt ſubtile oportet quòd ponat medietatē eius de zuccaro, & ſunt qui ponunt ex melle duas, & zuccaro tertiam, & coquunt & faciunt, ut dixi. Et ſunt etiam qui faciunt penidios ſecundum alias formas diuerſas ab iſtis, ſcilicet ponentes ſupra eos, aquam roſ. & parum camphoræ ad ęquandam uirtutem eorum.

Modus faciendi aquam roſatam.

Aquæ roſ. operatio ſcita eſt apud multas gentes. Sed ego propoſui narrare operationem eius in hoc libro propter duas cauſas, una eſt quæ conuenit tractatui huius libri ad hoc, ut ſit completa in ſcientia noſtra in eo: & ſecunda eſt: ut oſtendam operationem eius illi qui neſcit eam. & illi qui uult eam facere. Et operatio eius eſt ſecundum. iiii. modos. Vnus modus eſt eius quæ fit cum aqua, & ignis eius eſt ex lignis. Et quæ fit cum aqua etiam, & ignis eius eſt ex carbonibus. Et quæ fit ſine aqua, & ignis eius eſt ex lignis. Et quæ ſine aqua, cuius ignis eſt ex carbonibus. Et illa quæ fit cum aqua & cum igne ex lignis, eſt illa quæ ſæpius fit: & eſt generalior quam plures homines faciunt in noſtris partibus, & ita eſt minoris odoris quàm illa quæ fit cum igne carbonum. Et illa quæ fit ſine aqua & cum igne carbonum eſt maioris odoris ſatis, quàm quæ fit ſine aqua etiam cum igne lignorum. Et quę ſit ſine aqua, & cum igne lignorum, minoris odoris eſt: quam quæ fit cum aqua, & igne lignorum. Sed modum operationis eius quę fit cum aqua & igne lignorum: ego mōſtrabo ſecundum formā quam faciunt reges Abarach: & hic eſt modus eius. Facias berchile paruū in domò ampla, cuius fundus & latera ſint ex plumbo, adeo diſcrete ſimul ſolidata, ut aqua non poſsit egredi ab eo, & facias ſibi coopertorium ex uitro cū ſagacitate, uel ex terra uitreata: & in eo forma ſecundū formam uaſorum diſtillationis c. uel. cc. ſm quantitatem magnitudinis berchilis, uel paruitatem eius, ſm uoluntatem tuam faciendi multam uel paucam aquam roſ. deinde pone ollam magnam ex ęre, uel cacabum poſt parietem, iuxta quam poſuiſti berchile ſecundum formam ollæ balnei, & conſtrue eam ſuper furnū, & berchile ſit conſtitutum ſuper furnum inferius ab olla: ita quòd applicet de calore ignis berchilis ad ollam, & facias caminum cum foraminibus per quæ poſsit fumus extra domum egredi: ita quòd fumus totus à domo egrediatur & non noceat aquæ roſ. deinde imple ollam ex aqua, quæ ſit in puteo facto iuxta ollam: ſicut eſt puteus balnei: & accende ignem ſub ea quouſq; bulliat aqua bene: deinde dimitte uenire aquam per canale, quod feciſti per diſcretionem ad berchile: deinde pone aliam aquam frigidam in ollam ex puteo ſicut in olla balnei fit, & conſtitue in berchile canale per quod egrediatur aqua, quando fuerit plenum: & ſit exitus eius extra domum: deinde pone cucurbitas, ſiue uētres, & ſunt uaſa diſtillatoria in foraminibus berchilis, & ſtringe cum panno lini diſcrete: ita quòd bene ſedeant in foraminibus ſuis, & uapor aquæ non egrediatur extra. Similiter & capita eorum ſtringes cum panno lini, & ſint uaſa iſta ex uitro, uel ex terra uitreata: deinde pone roſas intus, & cooperi cum coopertorio ſuo: & ſuperpone unicuique uaſi phialam ſuā ad recipiendum quod diſtillabitur ex aqua roſ. & ſemper quando finietur diſtillatio eius, proiice roſas primas, & pone alias recentes, quouſq; compleatur totum opus. Et ſcitum eſt quòd aqua roſ. quæ fit ex roſis ſylueſtribus quæ oriuntur per ſe ſine irrigatione aquæ eſt melioris odoris, quam quæ fit ex roſariis domeſticis: quæ naſcūtur in locis cultiuatis, & rigatis aqua. Et operatio eius quæ fit in terra noſtra, eſt leuior & breuior quā illa quam dixi. Et eſt quòd accipias ollam ex ęre, ſicut eſt olla tinctorum, & pone poſt parietem, et pone ſuper eam coopertorium diſcrete factum cum foraminibus in quibus uentres ponuntur: & pone in eo uentres cum ſagacitate, & poſtea imple ollam aqua, & accende ignem ſub ea cum lignis ex uite, uel ſimilibus: & fac diſtillare, & quādo mediabitur diſtillatio, oportet quòd cooperias os furni, donec compleatur tota diſtillatio, & qui uult loco lignorū componere carbones, aqua magis erit odorifera. ſed operatio eius ſine aqua & cū igne carbonum eſt, quòd facias furnum quadrum, aut rotūdum, & habeat coopertorium ſuperius ſuper quod ſtabunt uentres ex terra uitreata, & poſsint ſuſtinere ignem, & quando accendētur carbones & incipiat aqua ro. diſtillare, claude os furni & dimittē foramina aperta per quæ fumus egrediatur, & dimitte ſic donec fuerit diſtillata tota: deinde abiectis primis roſ. pone alias recentes.

Modus alius qui uult diſtillare paucam aquam.

Accipe ollam ex ære, & imple eam aqua, & pone ſuper larem ignis, & pone ſuper os eius coopertorium perforatum foraminibus duobus, uel tribus, uel pluribus, aut paucioribus uentribus ſecundum quòd poterit capere cooperatorium ollæ: & ſint uentres ex uitro: & accende ignem ex ſarmentis de uitibus, uel carbonibus ſub olla, donec bulliat aqua quæ tunc diſtillatur aqua roſ. in una uice, uel duabus, quanta uolueris.

Modus faciendi aquam roſaceam cum muſco.

Accipe aquæ roſaceæ li. ii. & pone in ea de muſco trito bono aur. i. & pone in uentre diſtillationis de uitro facto et diſtilla paulatim, ſicut dixi ſupra, quouſq; tota diſtilletur, & & repone eam in uaſe uitreo: & ſtringe os eius, quia bona eſt regibus ad odorandum quando liniunt ex ea pannos ſuos, ut ſint odoriferi.

Modus faciendi aquam roſaceam cum croco.

Accipe ex croco bono .ʒ. ſ. & lib. ii. aquæ roſ. & pone crocum in aqua roſ. & infundantur in ea bene: deinde diſtilla ſicut dixi, quoniam bona eſt ad ponendum in medicinis, & odorandum & ornandum in decorationibus.

Modus faciendi aquam roſatam cum caryophyllis.

Accipe .ʒ. i. caryophyllorum. & lib. i. ſ. aquæ roſ. & pone caryophylla in aqua illa die & nocte, & poſtea diſtilla ſicut dixi: & ſerua.

Modus faciendi aquam roſatam cum camphora.

Accipe .ʒ. i. camphoræ. & pone lib. i. aquæ ro. & diſtilla, & ſerua: & utere in medicinis regum. & ſecundum hūc modum fit aqua ro. cum ſandalis: & aliis ſpeciebus cum quibus uolueris. Et ſunt qui diſtillant hæc omnia in aqua ſimplici loco aquę roſaceæ.

Modus faciendi aquam roſatam cum roſis ſiccis.

Accipe de roſis ſiccis: & pone ſuper eas aquam qua infundantur ſolum: & non plus: deinde imple ex eis uentres uitreos ſeu plumbeos: & diſtilla paulatim cum diſcretione: quia erit conueniens in medicinis & decorationibus. Et dixit mihi quidam, quod poſuit in lib. i. ro. ſiccarū lib. x. aquæ, & fecit diſtillari: & fuit aqua roſ. ſatis bona, ſed non faciunt iſtam, niſi neceſsitate, quando non reperitur alia.

Modus faciendi ramich.

Accipe de paſſul bonis rubeis lib. iiii. & pone ſuper eas aquam ad pondus earum, & coquantur: poſtea cola cū expreſsione, & proiice ſubſtātiam, deinde accipe. li. ii. mellis optimi, & miſce cū aqua paſſularū: & lib. i. ſ. olei ſeſamini, uel ſambucini, & bulli totum ſimul quouſq; ſit prope coagulationem. & caue ne deſiccentur. quòd ſi incipiant deſiccari, adde parū aquæ ne adurantur, deinde accipe caſiæ lignro. cinnamomi an. tantum quòd ſumma ſit lib. i. & gallarum li. x. tere, & cribra ſubtiliter, & cōfice cum aqua paſſularū, & melle in olla, & pone ollam ſuper ignem ſuauiſsimum, & dimitte quouſq; conuertatur ad modum pultis factæ ex farina, deinde extende medicinam hāc ſuper ſextarium ad ſolem donec propinquet coagulationi, & ſit idoneum ad operationem, deinde pone ſuper marmore uncto oleo de cheri uel de zambuc, & unge manus tuas ex eodem oleo, & fac trochiſcos ſi uis facere ramich.

Modus faciendi trochiſcos de gallia.

Sed ſi uis facere trochi. alios de ſuch. i. de gallia. Accipe de muſco quantum uis: & tere bene, & malaxa cum eo ſicut malaxatur paſta dura, ex qua fit panis & fac trochi. magnos, uel paruos, quos extende ſuper cribrum ex ſetis, & dimitte duobus uel tribus diebus donec ſint rubei, deinde perfora eos, & pone in eis filum, & interpone in medio ipſorum fruſtula ligni ſimiliter perforati, ne ſe contingant, & ſuſpende in loco ubi non tangantur à rore, uel re nociua: quando autem tranſiuerit ſuper eos annus, erit gallia bona: & quanto amplius tempus habuerit, tanto erit gallia melior. Et galliæ quatuor ſunt ſpecies ſcili. cet gallia ex muſco, & gallia ex uentribus, & ex corio, & ex aqua. Operatio galliæ ex muſco eſt illa quam dixi, & iterabo operationem eius breuiter, quando ramich. fuerit ſiccum eſt quòd accipias ex muſco & teras ipſum per ſe: & teras ramich per ſe, & cribra cum cribro mediocri: & proiice ſuper ipſum muſcum & malaxa in uaſe, quod arabice dicitur ſalachia: cum oleo de cheyri: aut de zabath, & fac trochiſ. & pone ſuper cribrum, donec ſiccentur, & perfora eos: & intromitte filum per foramina eorum: & ſuſpende & ſicca, ut dixi. Sed operatio galliæ ex uentribus, eſt quòd accipias uentriculos ex quibus extractum eſt muſcum, & incide eos cum forficibus ultima minutione: & facias ſicut feciſti de muſco cum ramich, & hæc eſt gallia ex uentribus. Et operatio galliæ ex corio, eſt quòd accipias corium piloſum, quod eſt ſuper marſupiū à quo extractum eſt muſcum. & tunde pilos eius cum forficibus bene, & poſtea rade cum cultello acuto uel uitro: & quere bene radices pilorum: ita quòd nihil de eis remaneat, ſed fiat ſicut corium: deinde incide cum forficibus ſubtiliſsime, & tere, & cribra cum cribro ſubtili: & fac totam operationem ſicut feciſti

clſti in gallia cum muſco,& in gallia uentrium.Et operatio galliæ ex aqua,eſt quòd accipias ex uentriculis' muſci quos prædixi tibi cum toto corio piloſo:& incide cum' pilo ſuo', poſtquam erunt uacui,& pone in uaſe uitreo ſimili urinali,& proiice ſuper unamquamq; burſam,ſeu uentriculum. li.ii.aquæ & pone in ſole.xx.diebus,& cola aquam, deinde tere ramich:& cribrā:& confice cum aqua uentriculorum: & fac trochiſcos,ſicut feciſti de gallia muſcata,& aliis & ſuſpende per annum integrū,ita quòd non tangantur manu: quia tunc receder fœtor eorum,& remanebit boniras eorū Et tempus faciēdi gallias omnes,eſt tempus ueris:& oportet quòd quando fiant tempore hiemis, quia remaneret in eis humiditas,& deſtruerentur,& ipſa non reciperent odorem ſpecierum,niſi ſiccarentur bene,& ſcias hoc.

Modus adurendi ramulos arborum, & radices, & folia quæcunq; ex eis egent combuſtione.

Et de ipſis eſt modus combuſtionis ſarmentorum uitis quæ quidem oportet comburi,quando de nouo ſunt amputatæ,& habent in ſe ſatis de humiditate.Accipe ergo ea: & abſterge bene à terra,& laua bene cum aqua donec nihil remaneat in eis ex terra uel alia putredine, deinde imple ex eis ollam magnam quantum oportet;& claude eam cū coopertorio perforato:ut fumus eorum inde egrediatur: deinde pone in furno panis,à ſero uſq; ad mane:& extrahe ollā, & uidebis ſarmenta facta ſicut carbones, rūc tere ergo eos bene:& pone eos in olla minori primo, & pone iterum in furno,& facias hoc ſæpe,donec inuenies cinerem albū bonum lenem tactu,quem ſerua neceſſitati. Et in hunc modū comburuntur ligna ficus,& lentiſci ideſt carui, & terebinthi:& radix cannæ:& omnia folia,& cortices,& radices,& cortices auellanarum:& caſtanearum & glandium quando uolueris ex eis cineres facere. Et qui uult ea comburere cum minori artificio,& minori labore,oportet quòd fiat ſimile huic in omni re, cuius combuſtio eſt neceſſaria in operatione medicinæ.

Forma aſſandi myrobalanos citrinos,chebulos, in dos belliricos,& emblicos,pro illis qui emittunt ſanguinem,& habent hæmorrhoidas & dyſenteriam, & teneſmum.

Oportet quòd imbibas myrobalanos in aqua citoniorū i.ſucco,aut granatorum acetoſorum,aut in ſucco uuæ acerbæ,aut citri:aut in aqua ubi decocti ſint berberi, aut lentes aut ubi coctum eſt lapatium acutum:deinde deſicca eos bene,& madefac in oleo roſato,uel in oleo de lentiſco: & eſt de zaur:aut oleo maſticino,uel butyro:uel oleo oliuæ:dein de aſſa ſuper patellam ferream, uel teſtem calefactam primo:& caue ne adurantur:& deſtruatur uirtus eorum.

Modus aſſandi ſemina quæ adminiſtrantur in medicinis fluxus uentris ſicut ſunt ſemen portulacæ:naſturtij:althęæ:plātaginis: pſylij: grana myrti: carui:aniſi: cimini albi: & grana granatorum: ſemen lini:marubij: & ſimilium.

ACcipe patellam ferream aut terream, aut æneam: aut lebetem cum lato orificio: & calefac eam bene deinde aufer ab igne: & ſtatim cito ſuperpone ſemina,dum ipſa eſt calida antequam infrigidetur, & commiſce eam ſemper donec uideris aſſationem eius completam ad uoluntatem tuam,& ſi non fuerit completa una uice:pone iterum patellam ſuper ignem ſine ſeminibus: donec calefiat,& pone ſemina deſuper cum abſtuleris eam ab igne, & fac ut prius,& caue ne comburantur.

Et non apponas ad aſſandum omnia ſemina, & plura ſimul,ſed unamquamq; ſpeciem per ſe:quia ſunt quædam ſemina,quæ ſunt minora aliis,& quædam craſſiora, & quædā habent multam uiſcoſitatem:& quędam paucam: & ſunt ex eis quæ debent amplius aſſari,ſicut pſyllium, & ſunt ex eis quæ parum,ſicut carui,& aniſum,& ciminum album, & ita de aliis ſecundum quòd oportet cuiq; ſpeciei.

Forma aſſandi tragacanthi,gummi arabicum: & omnes alias gummas.

Qui uult aſſare gummi arabicum, frangat eum in fruſta ad magnitudinem ōrobi:deinde accipiat patellam,& calefaciat eam: & auferat ab igne, & ponat ſuper eam gummi arabicum,& miſceat bene,ſine intermiſsione donec albeſcat:& ſi non albeſcit prima uice,fac iterum ut prius,donec ſit album:eodem modo facias ex tragacantho, & gummi amygdalarum.

Forma aſſandi charabe: & comburendi.

Frangitur ſicut dixi fracturis paruis,& aſſa una uicet uel duabus,& ſerua. Sed combuſtio eius eſt in hunc modum. Accipe ollam fictilem, & pone carabe intus, & claude os eius cum luto: & pone in igne athanor una nocte, deinde extrahe:& tere:& utere.

Forma aſſandi gallas qui uult eis uti in capillis.

Frange unāquamq; gallam.in.iiii.uel.v.partes,& infunde eas in oleo oliuarū una hora: deinde aſſa ſecundū diſciplinam myrob.& aufer cito cum ſagacitate, ne comburantur & deſtruantur. Et qui uult frangere ſtipticitatem earū infundat eas in butyro uel oleo ſeſamino: & terat:& ſeruet ſine aſſatione.Et qui uult augere ſtipticitatem earum imbibat eas in aqua citoniorum, aut cum una aquarum ſtipticarum quas dixi:aut ſucco ſtiptico,& ſeruet.

Forma comburendi ſęcem uini & aceti.

Accipe ſęcem uini:& munda,& deſicca eam in teſteo uaſe ſuper ignem magnum,& dimitte donec comburatur. Et ſignum combuſtionis eius eſt quando mutabitur color eius in albedinem, & pinguit linguam cum inflammatione. Et combuſtio ſęcis aceti fit in hunc modum:& uirtus utriuſq; aduſtæ eſt quòd deſiccat multum,& ſunt abſterſiuæ,et auferunt carnē ſuperfluā ab ulceribus,et ſunt ſtipticæ, & purificant purificatione forti.

Modus conficiendi ſarcocollam.

Accipe de ſarcocolla bona, alba, craſſa, & pone in uaſe uitreo ampli orificii,& demulge ſuper eā lac aſinæ quantitate pauca.ſ.ne infundatur in ea,ut liquefiat, ſed remaneat quaſi ſicca, & pone ſubito in ſole ut cito deſiccetur,& quando erit ſicca:oportet quòd iterum mulgeas ſecundum quantitatem quam dixi: & ſemper caueas ne cooperias eā lacte: ne aceſcat lac antequam deſiccetur & deſtruatur: fac ita quater uel quinquies & cū hoc feceris,ſicca bene:& ſerua. Et ſi non habes lac aſinæ paratum, fac cum cum lacte mulieris,quia eſt melius. Et ſunt qui conficiunt cum lacte equæ, capræ: & aliis ſpeciebus lactis: ſed lac mulieris eſt precioſius.

Forma conficiendi carui cum lacte ad fluxum uentris.

Accipe de carui,& pone in uaſe mundo:& pone uas ſuper ignem una hora,donec ſit fere calidum,deinde infunde ſuper eum lac capræ quantitatis qua cooperiatur:& dimitte duabus horis:& extrahe,& ſicca,et ſerua.

Forma conficiendi myrobalanos emblicos cum lacte.

Accipe de emblicis melioribus: et pone ſuper eos lac aceteſum:et dimitte ſic die et nocte: et quando lac deſiccabitur, pone iterum aliud lac, donec ſint infuſi ad uoluntatem tuam.

Forma conficiendi cordumeni: et ciminum in aceto ad ponendum in confectionibus.

Accipe cordumeni, aut de cimino nouo al.et purifica a lignis, et à ſorde: et pone in olla lapidea, et cooperi cum aceto forti,cuius quantitas ſit ita q; totum imbibatur à cimino,et nihil remaneat: deinde extende eum ſuper ſextorium in umbra, donec ſit prope exiccationem, et poſtmodum aſſa eum ſuper patellam ferream: ſecundum diſciplinā quam narraui tibi in aſſatione ſeminum.

Modus purificandi et colandi gummi arabicum,et tragacan. ad ponendum in alcofol.

Accipe de gummi arabi. et tere tritura craſſa ne terātur cum eo ligna eius:et pone in olla uitreata, et cooperi cum aqua clara et munda, uel cū aqua ro. et dimitte per nocte: et in mane aſpice,ſi eſt neceſſaria alia aqua:et adde;et ſi nō, miſce bene cū manu donec totum liqueſcat: et proiice eā ſuper cribrum mundiſsimum, et duc cum manu: hincinde donec deſcendat de cribro totum colatum.et ſunt qui deſiccant: et ſeruant deſiccatum.Et ſunt qui utuntur ſicut ſunt.

Modus

Modus præparandi opium quod adminiſtratur in collyriis.

Accipe laminam æream:aut caciam lancis in qua ponuntur res quæ penſantur:& pone eam ſuper prunas donec bene caleſiat & aufer ab igne:& pone ibi ſubito de opio mundo. Et quando uideris eum liquefactum, auferme deſicceturne fiat frangibile,& refrigera,& utere.

Modus præparandi tragacan. quando uolumus ipſum ponere in loch.

Oportet quòd liqueſiat in melle & aqua die ac nocte: & ſi in mane oportuerit quòd addatur de aqua, fiat, & ſi non, miſce cum manu,& cola: & fac ſicut ſciuiſti de gummi arabico,& utere.

Forma comburendi olibanum, & acciendi fumum eius.

Accipe de olibano bono & claro:& accende cum lumine candelæ:& pone in olla ueteata uitreata quouſq; comburatur:deinde cooperi ollam ſubito:ut colligatur olibanum prius combuſtionem eius:quia ſi non oppilares ollam ſubito conuerteretūr in cinerem. Et ſunt qui in hora cōbuſtionis cooperiunt ollam coopertorio æreo habente culum ad colligendum fumum eius.

Forma colligendi olibanum quod ponitur in alcofol.

Verum forma collectionis fumi eius eſt, quòd apprehendas fruſtum olibani cum toto ſuo cortice cum forficibus, & pone flammæ ut accendatur: & proiice in uaſe terreo paruo quod habeat coopertorium ex ære delicate factum: & non oportet ut tu accendas granum ſecundum, antequā extinguatur primum granum: & oportet quòd coopertorium ſit taliter ſituatum ſuper os uaſis, quòd cognoſcatur qualiter, & quantum colligetur ex fumo in cooperculo:& eſt quòd interponas lapillum inter labium uaſis & cooperculi tantæ craſsitudinis,ut per illam diſtantiam uidere poſſis collectionem fumi:& rota ſuper coopertorium cum ſpōgia uel pecia madefacta in aqua frigida, ne coopertorium nimis caleſiat,& iungatur unus fumus cum alio, nam ſi hoc non fieret fumus propter calorem cooperculi conuerteretur ad inferiora:& miſceretur cum cinere olibani: & non colligeretur tantum.Et uirtus fumi eius eſt quòd ſpſe ſedat apoſtema oculi quod dicitur ſarcan. Et hoc modo colligitur fumus myrrhæ,ſtyracis, & galliæ, & omnium ſpecierū gummi.

Forma accipiendi fumum picis liquidæ.

Accipe crucibulum ſeu lucernam ferreā,uel terream:& pone in eo licinium,& parum picis:& accēde licinium: & deinde cooperi ſuper flammam luminis eius coopertorio terreo,interius uitreato:& ſit forma eius ſimilis furnulo habēs culmen,cuius ſummitas tendit in acutum, & ſit ſtricta, & ſummitas eius habeat ſicut foramen athanor, & dimitte ſic flammam ſub coopertorio: nam fumus eius adhærebit parietibus cooperculi: & quando pix minuetur adde picē aliam:& facias hoc tandiu, quod colligatur ex fumo quantum uolueris:& caue ne nimium caleſiat coopertorium: & fumus non adhæreat fumo: ſed conuertatur ad inferiora: quia oportet quòd euentes cum flabello hora poſt horam: & uirtus huius fumi eſt calida & ſtiptica:& uſus eius eſt uti lis ualde in alcofol,& in medicinis oculorum. Et nos utimur eo in emplaſtris:& in debilitate oculorum, & lachrymis,& botor,& ita accipiat fumus ex butyro.

Forma coquendi alchitram.

Sume uas terreum oblongum, & lutа cum argilla & pilo,& pone uſque ad.ii.partes eius de alchitram,& pone ſuper prunas, & coque donec remaneat medium eius,deinde fige lignum ſeu acum ferream in ea, & extrahe ad aerē: nam ſi deſiccabitur,ſcias quòd erit coctum,& tunc aufer ab igne:& deſicca:et utere.

Modus abradendi ſandalum quod adminiſtratur in medicinis apoſtematum calidorum.

Sandalorum quoddam eſt rubeum: & eſt frigidius aliis: & aliud eſt citrinum et aliud eſt album & illud quo magis utuntur medici ad infrigidandum eſt rubeum: et utuntur eo in medicinis podagræ calidæ, & medicinis furunculorū calidorum.et modus eius eſt quòd accipias ex eo fruſtum, quod ſua craſsitie impleat manum tuam: et frica ipſum ſuper ferrum drachir.i.azarium,uel ſuper petram duram, ne aliquid ex petra miſceatur cum ſandalo in fricatione. Et fuit conſilium aliquorum, ut fricetur ſuper cotem cerdonum, quia ſi aliquid ex ea diſſoluitur cum ſandalo non nocet,immo auget in frigore eius et iuuamento, quia natura huius cotis eſt frigida et deſiccatiua,et oportet quòd diſtilletur ſuper ipſum ſemper in tempore fricationis, aqua frigida uel aqua roſata: aut de ſuccis herbarum frigidarum ſicut ſuccus ſolatri,et memithæ: et ſemperuiuæ, et lactucæ et plantaginis: uel aliud ſimile aliorum ſuccorum frigidorum,et tunc habeas parapſidem mundam coram te, ſuper quam facias fricationem in quam deſcendit aqua, uel ſuccus cum fricatione ſandali,et quando deſcenderit de ſandalo quantum uolueris cum huius ſucco: et ſi de ſucco uel de aqua nimis erit,dimitte deſcendere ſandalum in fundo uaſis: et proiice ſuperfluum quod ſupernatauerit ex aqua,uel ſucco,et reſiduum collige, et utere eo in omni quod oportet ſolo,uel compoſito cum emplaſtris: quia ſedabit dolores calidos cum auxilio dei. Et quidam ex medicis qui erāt in noſtris partibus fricabant ſandalum cum teſta terrea, alba,noua,dura,et utebantur in furunculis et clauis, et dicebant quòd in teſta alba erat proprietas conferendi furunculis.Et ſunt etiam qui fricant in mola fabrorum, qua acuuntur gladii: et ita faciebant ęgyptii. Sed ſandalum citrinum,et ſandalum album fricant ſecundum eandem diſciplinam qua rubeum.

Modus extractionis mucilaginum ex ſeminibus,ſicut pſyllii,ſœnugre.ſe.li.ſe.maluæ, et radicum eius,et ſe.althæę: et radicum eius, et ſe. citoniorum: et marubii: et cæterorum huiuſmodi.

MOdus eius eſt quòd accipias de bono pſyllio quantum uis,et munda eum à terra: et à qualibet re extranea,et pone in olla mūda: et pone ſuper ipſum de aqua calida li.iiii. ad unamquamque libram pſyllii: aut plus ſecundum quòd tu uolueris ping uem eſſe mucilaginem,uel ſubtilem,et dimitte ſimul per noctem: mane uero calefacias parum ſuper ignem, et proiicias in marſupium factum ex tela lini forti,noua,craſſa, et ſtringe os marſupii cum ligaméto fortiter,ne aliquid ex pſyllio lubricet extra, deinde eum ſuſpende ſuper orifi cium ollæ uitreatæ, et percute marſupium ab omni parte eius, cum uirga lignea uel ferrea ſubtili, et quod egreditur de mucilagine trahe mulgendo ad inferiora cum uirga, donec deſcendat mucilago in ollam:et fac id,donec nihil egrediatur à marſupio:deinde diſſolue os eius: et liga iterum magis inferius à loco in quo ligaſti prius,et percute iterum cū uirga quouſq; egrediatur tota mucilago:nam pſyllium egredietur totum ſiccū ex marſupio cum hoc artificio. Et ſecundum hanc formam fiunt omnes aliæ mucilagines. Et ſunt quidam qui ponunt ſuper ſemina aquam calidam,et miſcent bene,et ponunt in panno uel cribro: et ponunt donec tota mucilago egredia tur: ſed primus modus apud me eſt melior.

Modus extrahendi mel ex anacardis.

Accipe de anacardis: et aufer pedem eorum ſcilicet id quod adhæret ramo eorum, et pone in olla munda cum aqua, et bulli quouſque ſuper faciem aquæ uideas natare ſicut mel, quod colliges cum cocleari paulatim quouſque nihil remaneat de eo ſuper aqua, quod repone, et ſerua neceſsitati.

Forma extrahendi cor ſeminum, id eſt medullas, ſicut cor carthami:ſe.cucurbitæ,cucumeris, citri, melonis, et ſimilium.

Accipe de carthamo: et purga à ſuperfluitatibus eius, et ſi habet aliquam humiditatem, oportet quòd deſiccetur in ſole, deinde pone in mortario,et frange leuiter cortices eius,et frica manibus quouſq; ſeparetus cortex à corde: deinde cribra paulatim cum cribro facto ad hoc, quia cor eius deſcendet, et cortex remanebit ſuper cribum: et ita oportet fieri de aliis ſemi. Et ſunt qui auferunt medul-

in terra,non poſtquam eſt euulſa:ſicut cum uolueris facere opium,euphorbium,& ſimilia.

Modus deſiccandi omnes herbas.

Generaliter ſcire debes q; radices,& folia,& rami, non debent ſiccari antequam ſint abluti à terra,& à ſordibus eorum:& quòd deſiccentur in loco ubi non ſint humiditates.

Modus repoſitionis herbarum,& florum,& ſeminum,& aliorum ad ſeruandum.

Oportet quòd reponas flores herbarum medicinaliũ in capſis ex ligno.Et ſemina ſtringantur in facculis ex corio, uel papyro: quia iuuat ea ad meliorem conſeruationem & hoc ſecundum ipſam ſententiam Dioſ. Et repoſitio rerum humidarum,ſicut ſunt ſucci,& gummæ liquidæ,& cõfectiones,& ſimilia,debeat eſſe in uaſis craſsis de uitro:uel de terra uitreata,uel de argento,uel c ornu,& ſimilibus.Sed medicinæ molles quæ ſunt conuenientes medicinis oculi, debent reponi in uaſis æneis.Sed unguenta in quibus ingrediuntur pix,& ablatram,& acetum,oportet quòd reponas in uaſis æneis.Et pinguedines, & cerebella. & omne pingue oportet reponi in uaſis factis ex ſtagno, & omne quod eſt ex pulueribus,ſi eſt puluis hierẽpicrę & ſimilia,oportet reponi in uaſe terreo ſtricti orificii:& oppiletur os eius cũ cera,uel creta,ne reſoluatur,& minuatur uirtus eorum.Et oportet quòd reponatur rob,ſicut uuæ,& citoniorũ, & malorum,& myrti,& ſimilium,in uaſe terreo nouo,quia terra trahit ad ſe humiditatem quæ eſt in eis,quia magis præſeruantur à deſtructione.Et olea debẽt reponi in uaſis uitreis & os uaſorum ſtringi debet,ne deſtruantur & fœteant. Et oportet reponi omnes ſpecies aromaticas,& zebetę,& galiæ,& omnes ſpecies aromaticas, ad aromatizandum in uaſis aureis,uel argenteis deauratis:aut in uaſis ex porcellionibus:uel ex uitro.Et omne acetoſum quod debet ſeruari, oportet reponi in uaſe linito cera uel pice, & oportet reponi in uaſe uitreo omne uinum quod habet ſubſtantiã æqualem,quæ eſt ſignum ſuper durabilitatem eius, & ſuper prohibitionem ſuæ corruptionis,& omne uinum cuius ſubſtantia eſt inæqualis,cuius ſignum eſt ſuper corruptionem eius facilem & quòd dim non poſsit ſeruari:oportet ſeruari in uaſe terreo,ut terra exiccet humiditatem eius ſuperfluã quæ eſt cauſa ſuæ corruptionis.

Modus colligendi colocynthidam, & deſiccandi eam.

Colocynthidę debent colligi in fine menſis ſeptembris, quia tunc ſunt in fine bonitatis earum,& maturationis. Et oportet quòd non colligas ex eis niſi illas quarum color declinat citrinitati:& quando incipiunt folia earum exiccari & attenuari:& elige ex eis maiores in quantitate: & oportet quòd non accipias illam quæ eſt ſola orta in ſua arbore: quia ipſa eſt multum mala & pernitioſa. Sed modus deſiccationis earũ eſt quòd cuſtodias eas bene,quia non deſiccãtur in breui tẽpore:pone ergo eas in ſole,& uerte eas qualibet die ſæpe:& in nocte pone eas in loco remoto ab omni humiditate:& cuſtodi bene,donec ſiccentur: & qui non poterit eas deſiccare in ſole,quoniam tempus erit fortaſſe nubiloſum,oportet quòd impleat fila ex eis infixis: & ſuſpẽdat prope ignem ad fumum,ut deſiccentur,& cum bene deſiccatæ fuerint,munda eas à cortice ſuo et à ſeminibus,quæ ſunt in eis:et ſerua medullam earum in corio.

Finis.

TERTIVS TRACTATVS de præparatione medicinarum, quæ ſumuntur ex animalibus.

Forma comburendi omnes ſpecies conchilium.

Portet qui uult cõburere teſtas conchilium,quòd terantur,& ponantur in olla munda:& ponatur olla in furno figuli una nocte:deinde extrahantur ſi ſunt combuſtæ ſicut cinis albus bene: ſinautem,ponas iterũ in furno panis uel eodem:& dimitte donec ſint alba calcina ea.Et ſunt qui ponunt cocleas ſuper prunas, & exufflant & dimittunt donec fuerint albæ, & terunt, & ponunt ſuper teſtam terream ſuper carbones, & exufflant donec ſint albæ ſecundum uoluntatem eorum.

Forma comburendi Cortices ouorum.

Oportet quod aſpicias ad illud quod dixi de conchiliis, & combure ſicut dixi de eis:quoniam idem eſt modus, nec plus,nec minus.

Forma comburendi Cornu ceruorum.

Accipe de cornu ceruino,ſicut eſt,& pone ſuper prunas & exuffla donec albeſcat.Et qui uult comburere ſecundum aliam formam,frangat eum in fruſta: & ponat in olla,& faciat ſicut dixi de conchiliis.

Modus ablutionis eius.

Sed qui uult eum lauare, lauet ſecundum diſciplinam quam diximus in abluendo ſcoriam:& utatur eo in medicinis oculorum,quando currũt ad eos humores,& ad horhor & ad craſsitiem palpebrarum.Et qui facit ex eo dentifriciũ purgat dentes à ſordibus,& ſecundum hanc formam prępa
rentur omnes ungulæ & ſoleæ.

Forma comburendi.

Modus eorum eſt ſicut modus combuſtionis coclearũ. Et ſunt qui ponũt ſuper prunas & exufflãt donec dealbent.

Ablutio horum omnium.

Sed ablutio conchilium aduſtorum, & corticum ouorum, & cornuum, eſt ſicut ablutio chachimiæ, nec plus, nec minus.

Forma comburendi ſetam uel ſericum quod adminiſtratur in diamuſco.

Accipe de folliculis ſerici noui,qui nondum pertranſierunt annum unũ,& aperi, & extrahe uermes mortuos qui ſunt in eis,& purga eos bene,& pone in fundo ollæ nouæ, & pone ſuper os eius lapidem,& pone ollam ſuper ignem: & fac ſub ea ignem leuem;uel pone eam in furno panis: & non oportet ut adurantur:ſed ſolum aſſentur,ita quòd poſſint teri,repone,& utere.

Forma comburendi Lanam.

Laua eam bene,& pectina cum pectine, & pone in olla fictili.& combure ſicut comburitur ſeta.Et ſunt qui pẽctinant cum ſua ſorditie,& poſt lauant,& faciunt ſicut dixi.

Forma abluendi cinerem lanæ aduſtæ.

Accipe cinerem lanæ,& pone in parapſide,& infunde ſuper eam aquã,& miſce:& expecta donec clarificetur aqua, & cinis deſcendat,& proiice illam aquam,& funde iterum ſuper illum aliam aquam,& fiat ut prius:tãdiu donec cinis non pungat linguã quando guſtatur:ſed ſit ſtipticus guſtui: poſtea ſicca,& ſerua,& pone in medicinis oculorum.

Forma comburendi ſartam .i. cancros ad dandum in potu illis quos momordit canis rabidus:& ad dandum phthiſicis,& hæmoptoicis.

Accipe cancros fluuiales uiuos, quando ſol fuerit in ſigno arietis. xiii.die menſis: intelligo lunaris, & pone in athanor,uel in furno panis,quouſque comburantur, & non conuertantur in cinerem. Et quidam incendunt athanor cum lignis uitis:& forma eſt eadem. Et qui ſunt pro phthiſicis & hæmoptoicis abſcindunt pedes eorum,& dentes,ſic comburunt.

Modus comburendi Scorpiones ad frangendum lapidem.

Accipe decem ſcorpiones uiuos, & pone in olla noua, & luta eam cum paſta aut cum terra:& pone in furno:accẽde ignem in eo cum lignis uitis:quouſque calefiat,& dimitte ibi ollam die ac nocte,& extrahe, & da cinerem horũ in potu in hora doloris renum quando fuerit ex lapide grana. vi.in pondere,cũ ſyrupo de radicibus,quia frangit lapidẽ, & ſunt qui ponunt ollam in athanor panis, & dimittunt.x. horis:poſtea terunt ſcorpiones,& ſeruant.

Modus comburendi Thiros qui adminiſtrantur in theriaca,& alios ſerpentes.

Accipe ſerpentes thirias fœminas,quæ ſunt rubei coloris,& habent caput extenſum:uenare eas in hyeme in locis ubi ſunt prope aquas, & arbores, & pone in olla noua, & luta os eius cũ argilla & pilo,& mitte in furno nocte una.

Accipe ergo de cinere horum:& mitte in alcoſol, aut tere & confice cum oleo, & fac emplaſtrum ſuper ſcrophulas quia liquefaciet eas:& ſi oportet comburi ſerpentes alios: niſi quia debent comburi per amplius tempus: quia ipſi ſunt maiores corpore, & pinguiores, & operatio eorum in ſcrophulis eſt ſicut operatio thirorum.

Forma comburendi caput Thiri quod ponitur in alcoſol.

Accipe de capitibus thiri ſtatim poſt abſciſsionem, eorum abſq; quòd ſaliantur, & pone in olla fictili uitreata, & inuolue eam in paſta, & pone eam ſuper ignem ex prunis:& oportet quòd comburantur ita quòd fiant ſicut carbones:ſed remaneat in eis aliquid humiditatis, quòd poſſint teri ſolum,& cribrari.

Forma comburendi leporem pro illo qui habet lapidem.

Accipe leporem & decolla, & pone in ollam nouam cum ſuo corio,& combure donec fiat cinis:deinde tere cinerem iſtum:& da ex eo drac. ii. quia eſt mirabilis in frangendo lapidem.

Forma comburendi ericios & ranulas.

Cõbure ſicut dixi de lepore tantũ,nec plus, nec minus.

Forma comburendi Hirundines quæ adminiſtrantur in ægritudinibus gulæ.

Accipe de pullis hirundinum antequam naſcantur plumæ eorum.Et dixit Gale.oportet quòd comburantur cum plumis earum,& quòd ponatur ſuper eas aliquantulum ſalis,& ponantur in olla noua, quæ cooperiatur, & lutetur,& ponatur ſuper prunas,uel in furno panis, donec cõburantur,& ſerua,& utere quando oportuerit. Et dixit Dioſcori.quòd qui acceperit hirundines cum matre earũ, & comburet in olla & miſcuerit cinerem earum cũ melle, & poſuerit in oculo, acuit uiſum: & qui unxerit cum eo branchos iuuat,& confert tumori gutturis & ſe.ſynanchię & tumori uuę.

Forma colligendi Cantharides & reponendi eas.

Portet quòd ueneris eas in tempore ueris: & elige ex eis rubeas magnas,leues tactu. Et caue à nigris & aſperis, & habeat uenator in manu ſua forficulas de ferro uel de ligno, & ponat eas cum illis forficulis in uaſe ſtricti orificii:deinde pone ſuper eas oleum uetus,& ſuſpende in ſole pluribus diebus donec putreſcant & uerẽ. Et ſunt qui comburunt eas ſicut comburunt hirundines. Et dixit Dioſco.quòd cantharides quę generantur in tritico.ſunt calidæ. & oportet ut ponantur in uaſe non uitreato,& cooperiatur os uaſis cum panno lini: & perforetur fundus,& ponatur orificium ollæ ſuper fumũ aceti fortis bullientis,& dimittatur ſuper fumum illum donec cantharides morianẽ: & infige in eis filum lini & ſerua.Et fortiores cantharides ſunt quæ tranſmutantur in diuerſis coloribus, & habent maculas citrinas: & ſunt magni corporis,longæ, & plenæ: & quæ ſunt unius coloris abſq; quòd tranſmutentur ad diuerſos colores,ſunt debilis operationis:& iſte eſt modus omnium ſpecierum cantharidarum.

Forma colligendi ſtercus canis,quod adminiſtratur in medicinis gutturis.

Oportet quòd eligas ſtercus quod eſt album: quoniam ſi gnum eſt quòd fuit ex comeſtione oſsium:& colligatur recens unius diei uel duorum: & fac eum ſiccari & ſerua neceſsitati.

Forma colligendi ſanguinem teſtudinis aquaticæ quæ adminiſtratur in medicinis uenenorum.

Accipe teſtudinem aquæ,& pone eam reſupinam ſuper parapſidem, & abſcinde caput eius ſubito: & dimitte egredi ſanguinem eius: & quando coagulabitur operi parapſidem cum cribro ex ſetis uel panno lini, & expone ſoli donec ſiccetur & ſerua: & doſis eius quando thirus mordebit hominem eſt drachm. iii. cum ʒ.iii. aceti, & tertia die detur pondus.vnc.i.cum ʒ.v.aceti:quia eſt cura ueriſsima.

Forma colligendi ſanguinem animalium qui ponitur in medicinis uenenis conferentibus:ſicut eſt ſanguis hędi,anſerum,& ſimilium.

Portet ut eligantur animalia huiuſmodi ſana, & iugulentur unumquodq; eorum: & pone ſanguinem eius in uaſe uitreo, mundo, & exicca in ſole: ſerua & utere.

Forma accipiendi cerebella auium quæ adminiſtrantur in medicinis coitus.

Hæ ſunt auiculæ quarum cerebella ſunt neceſſaria ut accipiantur. ſunt auiculæ quæ nidificant in domibus & uenari debent in autumno uel uere;& decolles eas,& euelle cerebella earum:& pone in uaſe mundo, & purga à uentriculis circundantibus ea: & pone cum eis pro omnibus x. cerebellis uitellum unum oui recentis,quod fuerit ex gallina quæ habuerit maſculinum,& confice ſimul: & pone in patella ſuper cinerem calidum,& dimitte quouſq; coagulatur,& deſiccetur ab humiditate quæ eſt in medicamine, & aufer ab igne & pone in ſole ut deſiccetur: aut pone iterũ ſuper ignem donec ſiccetur:& utere in medicinis coitus. Et ſunt qui faciunt hoc medicamen ſine uitellis. Et ſunt qui utuntur ita recentibus ſicut extrahuntur à capitibus poſt decollationem. Et ſunt qui addunt cerebellis & ouis parum mellis,& coagulant ſuper ignem, & ſeruant, & utuntur.

Modus accipiendi fel omnium animalium quadrupedum & uolatilium, & forma reponendi ea.

Accipe fel dum eſt recens,& liga os eius: & pone in olla cum aqua bullienti: & dimitte ibi tanto tempore quo poſſes facere tres paſſus, & extrahe ſtatim ab aqua, & de ficca in loco umbroſo non humido,& ſerua, & utere. Sed fella quibus uolumus uti in medicinis oculorum oportet ligari orificia eorum cum filo lini: & pone in uaſe uitri in quo eſt poſitum aliquãtulum mellis: & ligetur aliud caput fili ori uaſis,& ſeruetur neceſsitati.

Forma accipiendi coagula omnium animalium.

Accipe coagula animalium dum ſunt recenter mortua, ſcilicet poſtquam decollaueris:& inuoluas ea ſale & ſuſpẽde ad ſolem & ſerua.

Forma extrahendi humiditatem de limacis.

Accipe haalzam.i.limacas,ſtatim cum acceperis perfora carnem eius cum cultello acuto:quia exibit ex ea humiditas multa uiſcoſa,quæ eſt utilis ad euellendũ pilos palpebrarum:& utere in unguentis quæ ponuntur in fronte ad prohibendum humores uenientes ad oculum.

Forma accipiendi urinam infantium quæ ponitur in medicinis acutis.

Oportet quòd colligas urinam infantium in uaſe pluribus diebus.Et qñ colligetur fæx ei⁹ in fundo uaſis reſidẽs, pijce ſubtile eius ſupernatãs,& fac ita pluribus diebus donec colligatur ſatis ex fæce eius, & utere ea ita liquida ſicut ẽ,uel ſicca,& repone quia ẽ acuta ſicut ſal ammoniacũ.

Forma ſeruandi aquam marinam ne corrumpatur.

Accipe aquam marinam claram mundam cui nihil ſit admiſtum ex aqua dulci,& repone in uaſe nouo, quia pinguedo eius finietur. Et ſunt qui coquunt eam bene antequam ipſam reponant.

Forma faciendi gluten ex coriis boum & pecudum quod ponitur in emplaſtris crepaturæ herniæ.

Accipe de extremitatibus coriorum bouũ aut pecudũ id eſt coria manuum,& pedum,& capitum, & ablue bene ab omni ſorde eorum & à terra,& imple ex eis ollam magnam & cooperi coria cum aqua, & pone ollam in furno panis à principio noctis uſq; mane,deinde extrahe & cola: & ſi aqua coagulatur,bene:ſi non, oportet quòd iterum ponas in furno ſecunda uice,uel plus,donec aqua illa incraſſetur.Et quãdo erit refrigerata,coaguletur:deinde incide in fruſta,& dimitte ſiccari in loco uentoſo non humido,uel calido,donec fiat ſicut uitrum & ſerua.

Modus præparandi adipes & reponendi eos ſecundum doctrinam.

Accipe de adipe ſecundũ uoluntatẽ, tuam ſicut adeps hirci,

hirci, uel pecudum, seu porcorum & similium: & accipe de
E eo qui est magis pinguis, sicut est adeps renum uel zirbus
uentris, & pone in uase: & proiice super eum de aqua plu-
uiali frigida: & frica manibus bene: & purifica à sanguine
eius, & uenis, & pelliculis, & laua iterum donec mundetur
& albescat: deinde pone in olla noua, cuius capacitas sit
duplex à quantitate sepi: & pone super ipsum aquam qua
cooperiatur: & pone uas super ignem parum, leue, & mi-
sce donec dissoluatur. Et cum dissolutus fuerit adeps, proii
ce in uase quod habeat aquam frigidam, & laua, & abster-
ge ollam suam bene, & dimitte eã siccari ab aqua, & lique-
fac secundo adipem, & iterum proiice super aquam frigi-
dam, & sine infrigidari: & fac hoc ter: quarta uero uice dis-
solue sine aqua, & proiice in uase quod sit calefactum cum
aqua calida, & collige quod clarificabitur ex adipe: & proii
ce substantiam, si est aliquid: & repone necessitati: & secun-
dum hunc modum præparatur pinguedo porci, & ursi, &
aliorum animalium.

Forma præparandi adipem renum uaccarum.

Accipe ex eo, & munda à sua pellicula, & ablue cũ aqua
F marina, & pone in mortario, & tere bene & proiice super
eum aquam maris, dum teris, & facias hoc sæpe, tandem po
ne in olla fictili, & super eum proiice aquam marinam qua
cooperiatur: & coque tandiu quod sumatur odor naturalis
deinde pone ad omnes lib. iii. adipis. ℥. iiii. ceræ: & liquefac
simul, & quando infrigidatum fuerit accipe superiorẽ par-
tem eius & pone in olla noua & repone sŏli qualibet die
cooperta panno ut albificetur, & recedat odor eius, & fœ-
tor, & sunt qui ponunt ex eo in uase paruo sicut fit ex cera
quando dealbatur. Sed adeps bouis debet præparari in hãc
formam. Primo ablue cum aqua marina, uel cum aqua & sa
le secundum formam supradictam, deinde coque cum tan-
to bono uino quantus est adeps, & quando bullierit dua-
bus ebullitionibus oportet quòd auferas ollam ab igne, &
dimittas adipem. xiiii. horis. & si remanserit in eo de fœto-
re aliquid pone in alia olla noua. Et sunt qui abluunt sine sa
le pro ægritudinibus, quibus nocet sal. Et quæ præparatur
in hunc modum non est magnæ albedinis, & sic præparabis
adipes omnes & sepum.
G Modus præparationis adipis anserum & anatis.

Accipe adipes earum quando recenter fuerũt occisæ: &
purga bene à pelliculis suis, & pone in olla noua terrea, cu
ius capacitas sit dupla quantitatis adipis: & cooperi uas: &
pone in sole calidissimo, & aufer quod dissoluetur ex adi-
pe, & pone in alio uase, & fac ita assidue ad illud secundum
clarificandum, quòd egredietur ex eo, donec nihil de eo re
maneat: deinde accipe quod clarificatum fuerit, & repone
in loco frigido, & utere in necessitate. Et ille qui uult face
re opus cum præparatione, oportet quòd dissoluat eum in
olla duplici secundum hanc formam. Accipe ollam nouam
& pone in ea de adipe, & hanc ollam pone intra aliã ollam
plenam aqua, & pone ambas super ignem, & quicquid dis-
soluetur de adipe clarifica in alio uase, quousque totus dis-
soluatur, & repone in loco frigido: & sunt qui proiiciunt
super eum modicum salis, quando reponũt quia confert laĩ
situdini quando miscetur cum medicinis iuuãtibus ad hoc.
Et quod est de eo sine sale, confert doloribus matricis: &
ponitur in emplastris quæ ponuntur super oculum, & scissu
ris labiorum: & doloribus auris: & asperitatem faciei: &
meliorat colorem. Et qui uult seruare sepũ anatis, uel gal-
linæ, & similium quodcunq; horum uolueris, dum est recẽs
laua bene, & sæpe: & cola in umbra per cribrum: & quando
fuerit siccum, pone in panno lini, comprime bene: & liga
cum filo lini, & suspẽde in umbra & dimitte multis diebus:
& pone in pãno nouo, & serua in umbra. Et sunt qui ponũt
in melle & reponunt per amplius tempus.

Forma præparandi cerebella animalium.
& reponendi ea.

Accipe cerebella, sicut sunt, recentia, & euelle à craneis
suis: & purga fricãdo cum manu & aqua frigida, & laua be-
ne, & cola cũ panno, & repone. Et sunt qui lauant sic: & po-
nũt in olla duplici ad ignẽ donec liquefiat medulla, & colãt
in aliquo uase terreo nouo. Et qui uult reponere sine prepa
ratione, faciat, ut docui de sepis gallinarum et anserum.

Modus præparandi medullas animalium
et reponendi eas.

Accipe medullas sicut sunt, recentes: et extrahe ab os-
sibus suis, & purga fricando cum manu: & pone de aqua fri-
gida, & laua bene, & cola cum pãno, & repone. Et sunt etiã
qui lauant sic. Ponunt in olla duplici, & ponunt ollã super
ignem, & dimittunt donec liquefiat medulla: & colant in a-
lio uase, deinde accipiũt illud colatum clarificatum: & repo
nunt in uase terreo nouo. Et qui uult reponere sine præpa-
ratiõe, oportet quòd faciat sicut docui de adipibus gallina-
rum, & anserum.

Forma seruandi zucherac. i. hyssopum humidam.

Accipe de lana succida, & sordida, sicut tondetur: & laua
in uase aliquo, quousq; colligatur de pinguedine sua super
natãte in aqua satis: postea cola aquam ab ea: & pone pin-
guedinem in uase æneo, & pone super aquam: & bulli pau-
co, & accipe pinguedinem illam colatam: & pone in parap
side cum aqua frigida sæpe. Et modus abluẽdi est q; misceas
satis cum manu quousq; ascendit spuma eius: deinde accipe
parum aquæ maris, & proiice super illã spumã donec quie-
scat ebullitio, & collige pinguedinẽ illam mundam, deinde
adde super eam aliam aquam, & misce donec ascendat spu-
ma eius, & proiice super eã parum aquæ marinæ: & quãdo
quieuerit spuma eius: collige pinguedinem eius quæ super
aquam nataurit: & frica cum manu: & si non uideris ali-
quid ex sorde eius in ea: bene: sed si aderit, iterum laua secũ
dum hãc disciplinam: & est quòd proiicias super eam aquã
aliam, et muta aquã sæpe donec albescat: et hoc opus opor-
tet fieri in sole calido: deinde repone et serua. Et sunt qui
accipiunt de illa pinguedine, et ponunt in uase quod sit ca-
lefactum aqua calida: et ponunt super eũ pãnum unum cra
sum, et exponunt soli, quousq; incrassetur pinguedo illa be
ne, et albescat, et hyssopus humida bona est quando non ha
bet odorem lanæ: et qui ponit eam cum aqua frigida in co-
clea, et agitat, dealbatur, et non reperitur in ea aliqua aspe
ritas, nec aliquid coagulatũ sicut reperitur in illa quæ est
adulterata cum cera liquefacta cum pice: uel cum sepo, et
uirtus huius est calida, et mollit apostemata dura, et maxi-
me apostemata stomachi et matricis: et ponuntur in multis
unguentis et emplastris. Et adustio eius est, quòd ponatur
super ignem in olla noua et dimittatur ibi donec fiat sicut ci
nis et incrassetur pinguedo eius: et sunt qui colligũt fumũ
eius: et ponunt in medicinis oculorum.

Modus colligendi stercus infantium quod adminis-
tratur in medicinis ægritudinum oris: sicut di-
xit Gal. in libro almeymur, secundum
sententiam antiquorum.

H FAciebat uenire pueros ad domum suam, et faciebat
eos comedere panem et lupinos: et erat hoc ut pluri-
mum cibus eorum: et accipiebat stercus eorũ, et exic
cabat, et utebatur in curationibus apostematum oris, et in
apostematibus fraudulẽtis: nam ungebat exterius cum illo
stercore cum melle misto: et iuuabat iuuamento maximo:
et dixit in libro quem posuit in medicinis simplicibus quòd
quidam usus fuerat multum isto stercore: et sæpe fuerat ex-
pertus iuuamentum magnum: et non dabat pueris comede
re lupinos, ne stercus haberet tãtum fœtorem, et dabat pue
ris comedere carnes gallinarum, et pullorum, et columbo-
rũ. et stercus eorum faciebat eandem operationẽ, nec plus,
nec minus.

Forma coquendi mel cum aqua ad
faciendum syrupos.

Accipe de melle albo, mundo, unius anni: quod habeat
paucum ardorem, et sit fortis dulcedinis: et quod nunquam
tetigit calor ignis: et pone in olla terrea lati orificii, quę as
similatur alchasenæ: et pone in qualibet mensura mellis. x.
mensuras aquæ claræ: et fac signum in lateræ ollæ usque
ad quem locum peruenit mel sine aqua, deinde accende
ignem suauem sub olla: et quando mel bullierit, munda à
sorde sua cum cacia, donec remaneat mundum et clarum,
et misce continue cum pauco igne: et caue ne comburatur;
et de-

& destruatur, & quando mel descenderit prope signum sue
quantitatis quod fecisti in olla, oportet quod proicias su-
per eam, v. mensuras aquæ, & continua coctionem eius,
& misce absq; intermissione, donec iterum appropinquet
signo super mensuram unius digiti. Et sunt qui ponunt ite-
rum aliam aquam ad coquendum amplius, & colant, & re-
ponunt in uase uitreo: & oportet sicut dixit Gal. quòd co-
quatur in die claro, sereno, quieto ab omni uento, & caue
ne cadat intus aliquid sordis, ne destruatur mel, & caueatur
à fumo lignorum quando coquitur: quia oportet quòd
ligna sint sicca: & hic est modus.

Forma dealbandi ceram.

Accipe de cera quam accepisti ab alueari, cuius color
declinet albedini, si potes, & si non potes, de cera munda
& meliori: & pone in olla noua cum medietate quantita-
tis eius ex aqua clara munda: & pone super ignem donec
liquefiat cera tota, & natet super faciem aquæ: deinde ac-
cipe vas vitri cuius pars exterior sit lenis: & madefac eũm
in aqua frigida & submerge minus medietatis eius in cera
liquefacta, & extrahe cum cera quæ sibi adheserit, & di-
mitte infrigidari ceram illam: & separa ceram illam à ua-
se, quia ipsa est habens formam parapsidis: & fac ita do-
nec totam ceram tali modo extraxeris: deinde pone istas
formas in sole pluribus diebus, & uolue sæpe ab omni par
te earum, donec albescat, & fiat cera alba sicut cerussa, &
sunt qui dealbant eam in cribus diebus in iulio, quando sol
est in maiori calore: & dixit Diosc. quòd secundum hanc
formam possumus dealbare gummi ara. quando decoqui-
tur in aqua marina, donec albescat: & ego sum expertus il
lud, & non fuit uerum.

Modus alius dealbandi ceram.

Coque ceram in aqua donec nigrescat aqua, proiice a-
quam illam: & pone aliam, & fac ita sæpe, donec fiat alba,
collige ceram & serua.

Modus faciendi gummi ex marmore.

Accipe de marmore albo: & tere tritura crassa & com-
misce cum glutino corij, & facias laminas uel tabulas ex
eo super petram marmoream planam: & dimitte siccari:
& sunt qui accipiunt de marmore pisto sicut dixi: & con-
ficiũt cum terebinthina liquefacta super ignem, confectio-
ne mediocri: & extendunt super tabulam marmoris donec
infrigidetur. Et hoc est gummi marmoris quod fit cũ ope-
ratione. Verum illud quod portatur ad nos, non uidi quali-
ter fiat: nec uidi aliquem qui uiderit: & qui puluerizabit ex
eo super uulnera recentia, quando sunt cum sanguine suo,
consolidat ea: nec sinit ea facere saniem, & est conueniens
apostemati molli.

Modus faciendi salem ammoniacum.

Accipe lapides qui inueniuntur in sterquiliniis balneo-
rum, qui incenduntur cum igne sordicies illius loci: & sunt
lapides nigri, qui coagulantur ex uirtute salsedinis, quæ
est in illa sordicie. Accipe ergo ex illis, & tere bene, & po
ne in olla amplum habente orificium: & pone super os eius
parapsidem terream uitreatam: & perfora fundum eius: &
luta labia ollæ: & parapsidis simul, & facias ei furnum di-
screte: ita quòd possit olla in medio manere, & sint omnia
ex terra quæ possit sustinere ignem magnum: & luta os
furni cum argilla, & accende ignem sub olla: & aspice fora
men quod est in parapside: si uideris inde egredi aquam,
uel uaporẽ exire, dimitte foramen apertũ, sicut est, donec
ingrediatur tota humiditas illa, & incipiat fumus egredi
albus, similis sali ãmoniaco: tũc oportet quòd claudas fora-
men bene, & augeas ignẽ tota die: deinde dimitte furnum
infrigidari: & quãdo erit infrigidatus, detege uas, & fran-
ge parapsidem: & aufer salem qui est in ea cum facilitate &
serua.

Finis libri Seruitoris de præparatione
medicinarum simplicium.

A SALADINI DE ASCVLO Serenitatis principis Tarẽti physici principalis compendium aromatariorum.

QVia solet aromatariorum ignorãtia, eorũq; imperitia famosissimos doctores, ac doctissimos medicos, ad infamiã & uilipendiũ, cum magno etiam eorum periculo sæpissime trahere atq; perdu
cere. Ideo pietate motus in medicos, ut precibus plurium aromatariorum
B obsequerer, & præcipue solertissimi uiri T. serenitatis Illustris. Domini mei principis Tarenti aromatarii dignissimi. Ego Saladinus artium & medicinæ doctor eiusdem serenitatis physicus, proposui hunc tractatum componere: quem compendium aromatariorum intitulari uolo: quomodo ipsi aromatarii examinari debeant, & si sufficientes, & experti in arte eorum fuerint, uolo quòd à peritissimis medicis approbentur. Si uero insufficientes, & ignari, & in ipsa examinatione tanquam inexperti defecerint, tunc penitus reprobentur, & pena condigna puniantur. Cum & ipsi habeant de uita & sanitate hominum pertractare, quæ quidem sanitas est omni thesauro mundi charior: nõ quòd tu hoc nostro libello opus habeas, cum sis arte & naturali prudentia præditus, & experimento bene cõficiendi comprobatus. sed uolui tibi tanquam digniori & experto eum libellum destinare, ut eorum rudiores instruas, qui solitus es tua peritia nouellos etiam medicos in dispensando & in ordinando dirigere.

Diuiditur autem hoc opusculum in septem particulas. Quarum prima tractat quasdam extrauagantes et generales interrogationes, utiles aromatariis: cum hoc etiã multas interrogationes et dubia ac declinationes ponit circa antidotarium Mes.

C Secunda particula erit de nominibus medicinarum cõpositarũ in antido. Nico. descriptarũ, cum earũ declaratione sm ordinẽ alphabeti. Et incipit ab Aurea alexandrina.

Tertia particula est de ponderibus et dosibus medicinarum, et de nominibus ponderum sigillatim, quæ doctrina est ualde necessaria ipsis aromatariis.

Quarta particula erit de modo conficiendi confectiones, electuaria, iulep, syrupos, unguenta etc.

Quinta particula est de colligẽdis herbis, floribus, semi nibus, et radicibus, in quo tempore, et in quo mense anni.

Sexta particula est de conseruatione, tam simplicium, quàm cõpositorum, præcipue sm Mes. Serapionem, Nicolaum, Seruitorem, in qua particula prope finem eius ponitur doctrina et modus reponendi, et conseruandi res humidas, sicut sunt succi, uel gummæ liquidæ, et electuaria liquida laxatiua, et consimilia, et in quibus casibus.

Septima et ultima particula erit de modo ordinãdi aromatariam, cum omnibus rebus necessariis in ea. Et sic finitur Deo uolente compendium aromatariorum.

D PRIMA PARTICVLA EST de utilibus interrogationibus ad aromatarios fiendis &c.

INcipit ergo prima particula, et primo quædam incipiunt interrogationes utiles medicorum ad aromatarios.

Primo igitur aromatarius examinandus à medico, interrogandus erit, quòd est officiũ aromatarij. Respondeo, et dico quòd officiũ aromatarij est terere, abluere, infundere, coquere, distillare, bene cõficere, et cõfecta bene cõseruare. Propter quę oĩa dico ulteriꝰ q; aromatarij tenẽtur scire grãmaticã, ut ualeãt bene intelligere dispẽsatiões receptarũ, et ãtidotariorũ et sciẽtiæ medicinę.

Secundo medicus in hac artę interroget qualis debet es se

se aromatarius. Per hęc uerba, dico q̄ aromatarius non debet esse puer, nec ualde iuuenis, neq; superbus, pomposus, aut mulieribus, & uanitatibus deditus. A ludo etiā, & uino sit alienus, & sobrius, non intendens crapulis & conuiuijs uacare, sed sit studiosus, solicitus, placabilis, & honestus, timens Deū, & conscientiam suam. Sit rectus, iustus, pius, & maxime ad pauperes. Sit ēt bene doctus, & expertus in arte sua. Non nouellus & rudis, quia habet tractare de uita hominum, quæ est rebus omnibus mundi charior. Nō sit cupidus, nec auarus, nec extremus amator pecuniæ: ne uideatur omnia pro pecuniis facere ut auari faciunt. Non ēt uendat res chariori pretio quā cōpetenti: quia melius est modicū iuste, quā multū cū maledictione à pauperibus extorqueri. Sit ēt aromatarius fidus, maturus, & grauis, bonæ cōscięt̄iæ ut prædixit: ut nec amore, timore, uel pretio præsumat aliquid facere contra cōscientiā, & contra honorē medici, uidelicet ut nō propinet alicui mulieri prægnanti medicinas aborsum prouocantes, & sit̄ q̄ nec timore dominorū, aut pretio pecuniarum præsumat uenenosas medicinas: aut uenenosa pocula præparare: nec præsumat syrupos qui debent esse de zuccaro de melle facere, & similiter de cōfectionibus: quia ex hoc infirmus læderetur, & intentio medici per contrariū uerteretur. Aromatarius ēt ex seipso sine licentia & consilio periti doctoris uel medici nō præsumat aliquid facere: & maxime in medicinis laxatiuis, nihil eis addendo. Res etiam antiquatas & relolutas in uirtute abiiciat, quia iam de cætero non ualent ad opus medicinæ, pilulas antiquatas etiam, & usq; ad duritiem lapidis in duratas penitus negligat, & eis penitus non utatur.

Quando etiam non habet aliquod simplex in apotheca, et medicus indigeat eo in aliqua recepta: non debet aromatarius præsumere loco illius aliud simplex ponere, scilicet ponendo quid pro quo, sine licentia peritissimi doctoris uel medici. Non etiam reponat ante tēpus herbas aut radices humidas, quia in processu temporis putrescerent, sed reponat eas debito modo præparatas et exiccatas. Oportet ēt aromatariū bene cognoscere, et habere gustum et saporem omnium simplicium, an sint amara, uel dulcia, acria, uel acerosa, pontica, uel insipida, placibilis saporis, uel nō. Ad hoc, quòd si aliquis nouus medicus et inexpertus uellet medicinas horribiles et displicibiles componere pro aliquo infirmo, tunc aromatarius ipse non permittat illud fieri, sed dicat medico quòd ponat placabiliores et meliores, ne forte ex horribilibus medicinis stomachus infirmorum conturbetur.

Vltimo dico quòd aromatarius dum est iuuenis, debet uxorē ducere, quia si sic fecerit, domabitur iuuētus eius, et sic erit quietus, mitis, et honestus, et uacabit cōtinue facultati suæ immo delectabitur in ea, et sic delectatio perficiet opus eius cum laude, et amicorum copia gloriosa.

Tertia interrogatio facienda in examinatione, est ista, uidelicet quot libri sunt necessarii ipsis aromatariis pro arte eorum exercenda recte et cum bona conscientia.

Dico q̄ sex libri sunt necessarii cuilibet aromatario .s. duo de simplicibus, ut secundus Aui. et Sera. de simplicib⁹.

Tertius est liber de Synonymis Simonis Ianuensis.

Quartus est liber Seruitoris i quo cōtinent̄ præparationes omniū ferre necessariorū ad aromatarios pertinentiū.

Quintus est liber Mes. i. Ioannis Damasceni, qui diuidit in tres libros. Nā primus tractat de cōsolatione medicinarū et de quibusdā simplicibus famosis. Secundus est eius antidotariū, et isti sunt necessarii aromatario. Terti⁹ uero est i practica, et iste nō est necessari⁹ aromatario, sed medico.

Sextus est antidotariū Nicolai de Salerno, licet sint duo antidotaria Nicolai, scilicet Magnum quod non est in usu propter eius prolixitatem, licet sit optimum, et Antidotarium paruum quos omnes communiter utuntur. Alius etiā liber est aliqualiter usualis, nominatus Circa instans, et tractat de simplicibus per alphabetum, sed parum est in usu, licet sit optimus. Reperitur etiam Dioscorides de simplicibus. et Macer in uersibus, sed non sunt in usu medicorum, ut prædicti, licet sint utiles et boni.

Quæritur quarto quid est antidotariū. Dico q̄ antidotarium est liber continens experimenta contra morbos data.

Quæritur quinto, quia tu fecisti mētionem q̄ liber Mes. diuiditur in tres libros, nam primus tractat de cōsolatione medicinarum. Et secundus est antidotariū quod est ualde necessariū cuicunq; aromatario, et uocat̄ Grabadin quod est compendium secretorum, et est Aggregatio antidota.

Quęritur ergo quod distinctiones facit Mes. in isto suo antidotario. Dico quòd facit duodecim distinctiones.

Quæritur sexta quid tractet sigillatim in unaquaq; distinctione. Dico q̄ in prima distinctione tractat de electuariis aromaticis, quorū quędā sunt dulcia et quędā amara, et utraq; solennia: et habet duos tractatus: quia in primo determinat de electuariis dulcibus. et incipit ibi. Electuariū de aromatibus etc. et sunt triginta sex electuaria. Secūdus tractatus siue secunda pars distinctionis primę est de antidotis amaris. Et incipit sic. Theriaca diatessaron, et sunt decē et octo, uel decem et nouem confectiones amaræ.

In secunda distinctiōe tractat de medicinis opiatis. Et incipit. Cōfectio philonii etc. Et sunt sex cōfectiones opiatę.

In tertia distinctione tractat de medicinis solutiuis. quarum quædam sunt aloeticæ, quædam colocynthidatæ, quædam turbitatæ, et aliæ scamoneatæ, et aliæ sub aliis denominationibus. Et incipit à hieris, et primo à hierapicrā Gal. ea sunt uiginti quatuor solutiua.

In quarta distinctione tractat de cōditis, scilicet tam de fructibus, quàm de radicibus, et etiam de floribus, ut sunt rosæ, uiol. et sunt. xxxvi.

In quinta distinctiōe tractat de speciebus lohoc. Et sunt quædam lohoc delectabilia, et quædam horribilia mali saporis. Et sunt. xiii. omnibus computatis.

In sexta distinctiōe tractat de iulep, syrupis, et rob. quòd idem est quod succus, uel liquor inspissatus. Vnde quidam syrupi sunt simplices. Et sunt uiginti computatis quatuor iulep, quæ ipse ponit in principio huius distinctionis. Et deinde incipit ponere syrupos compositos, et sunt decem et nouem, usq; ad sermonem de aqua mellis. Et deinde sequitur sermo in secaniabin. i. in syrupis acetosis simplicibus et compositis. Et sunt octo syrupi acetosi. Et deinde ponit xv. syrupos sublimes, scilicet syrupum de mēta, et de absinthio, et de fumoterræ maiore, et minore. Deinde ponit sermonem in mellicrato, et consequenter ponit aliqua condita, ut conditum de citro, et conditum de bugloſſa, et conditū de citoniis. Et ulterius ponit confectionem miuæ simplicis, miuæ acetosæ, et etiam alterius miuæ, deinde ponit sermonem in aceto scillitico, et ponit plures modos, deinde in eadem sexta distinctione ponit sermonem in speciebus rob. de quibus ponit. xvi. species.

In septima distin. tractat de decoctionibus et infusionibus, ubi ponitur aqua fructuum, et modus infusionis aquæ caſei etc. Et ponit ex eis tredecim species.

In octaua distinc. tractat de trochiscis, et incipit sic. Cōfectio algalliæ, et ponit triginta species trochiscorum.

In nona distinctione tractat suffuf. id est de pulueribus et ponit septem species.

In decima distinctione tractat de pilulis: et ponit. xlv. species pilularum. Et incipit sic. Pilulæ alefangine etc.

In undecima distin. tractat de unguētis et emplastris et cerotis. Et incipit hyssopi cerotū etc. et ponit. lxii. species.

In. xii. distinctione tractat de oleis. Et nota quòd aliqua olea sunt ex expressione, ut oleum de amygdalis dulcibus, et amaris, et de nucibus, et de pineis, et auellanis, et chrysomilis etc.

Aliqua uero per impressionem, ut oleum rosatum, et uiolatum, chamæmilinum, anæthinum, de lilio, et irinum, et sambucinum. Aliqua uero fiunt per resolutionē, ut oleū de ouis, et oleū de frumento, et de iunipero. Vnde Mes. ponit species oleorum sexaginta sex.

Posset aliquis dicere quare medicinæ pilulæ, et electuarium sortiuntur et habent tot diuersa nomina, et denominantur uariis hominibus. v. g. achanafia, philonium, et pilulæ lucis, mithridatum, diacalamentum et consimilia.

Dicendū est quòd quædā electaria seu pilulæ et aliæ medicinæ sumunt denominationem ab operatione et effectu, quem faciunt. v. g. achanafia dicitur immortalis nō quòd hominem immortalem faciat, sed reddit hominem longæ uitæ, & quasi immortalem. Et pilulæ lucis dicuntur quia oculos illustrant, & caliginem ab eis remouent, & lucem recuperant. Et philonium dicitur quasi amator seu amor hominis, quia reddit hominē sine dolore, & sic uidetur esse amor seu amator hominis, & sic patet q̄ omnes medicinæ prædictæ ab effectu, & ab operatione denominantur tales.

Quædam uero medicinę sumunt nomen à compositore, qui eas inuenit, uel composuit. v. g. mithridatū dicitur à Mithridate rege qui ipsum composuit uel inuenit. Et theriaca magna ab Andromacho, & ideo theriaca Andromachi deminatur. & diarodon Abbatis dicitur ab Abbate qui eam composuit, & sic de alijs multis.

Quædam uero sumunt denominationem ab aliqua simplici medicina, quę est basis & fundamentum in illa compositione, uel quia de ea magis ingreditur in illa compositione, & in ea obtinet principatum uerbi gratia sicut sunt pilulæ de serapino, & pilulæ de bdellio, & de turbith, pilulæ de sarcocolla, & diagalanga, & diaciminum, & diaprasium, & diacalamentum, & multa alia.

Quædam uero sumunt denominationem à numero medicinarum ingredientium in eis uerbi gratia theriaca diatesseron dicitur cōfectio quatuor rerum: à dia quod est, per & tesseron quod est quatuor, quasi theriaca quatuor rerum quia in ea res quatuor ingrediuntur.

Et unguentum triapharmacon dicitur à tribus medicinis quæ eius confectionem ingrediuntur, à tria & pharmacon quod est medicina, quasi unguentum trium medicinarū in eo ingredientium, & pilulæ communes dicuntur trimeron, ex tribus rebus ingredientibus eas, sicut est aloe, myrrha, & crocus.

Quæro quando reperitur in aliqua recepta, ℞. agarici reubarbari ana partes æquales in mensura, & non in dosi, quomodo intelligitur? Dico q̄ intelligitur secundum quantitatem ad oculum & non secundum dosim ad pondus. Istā autem quantitatem ad oculum debet tibi medicus limitare v. g. si capis de agarico ad quantitatem nucis, debet consimiliter ad quantitatem nucis capere de reubar.

Quid est hoc quòd dicitur receptis medicinarum solutiuarum, medicina fortis debilis, & medicina debilis fortis? Dico quòd medicina fortis debilis est medicina fortis uirtutis & operationis, & debilis in dosi, ut scamonea, turbith & esula, quæ omnes sunt fortes in uirtute & operatione, & tamen sunt debiles in dosi, quia de eis debent medici parū dare. Sed medicina debilis fortis est econuerso, scilicet debilis in uirtute & operatione, ut casia & manna, & fortis in dosi, quia de eis damus multum scilicet unam. ℥. uel unā unciam cum dimidia.

Quomodo intelligitur illud. v. canonis Auicen. i. cap. in antido. suo quando dixit: Et parum earum melius est plurimo? Dico q̄ intelligendum est de simplici medicina, isto uidelicet modo quòd si medicus potest facere cum una tantū simplici medicina, non debet facere cum multitudine medicinarum. unde sic intellige, quòd parū earum, scilicet medicinarum simplicium est melius plurimo earum, id est multitudine earum, quia gaudet natura simplicibus.

Siquis quæreret quid importat hoc nomen electarium. Dico quòd tantum est dicere electarium quantum electum ex uariis, quia ex multis & uariis rebus electaria conficiuntur communiter.

Et differentia electariorum est multiplex, quia quædam sunt electaria dulcia, quædam amara, quædam acria, ut diaprunis & diaramarindis.

Quid importat quando dicitur in illa recepta. ℞. tortellarum de semi? Respondeo & dico quòd tortellæ. i. biscotelli de se. id est de similia, uel de illa regione quæ dicitur se.

Siquis quæreret quare dicuntur medicinæ opiatæ. Dico quòd opiatæ dicuntur ab opio, & non debent exhiberi ante sextum mensem. Quare dicuntur medicinæ solutiuæ? Dico quòd ideo dicuntur solutiuæ, quia habent corruptos humores soluere, id est educere & euacuare.

Quid importat in quarta distinctione Damasceni, cum dicit de conditis, quid sunt condita? Dico quòd condita idē sunt quòd præparata, & sunt multiplicia, nam quædam sunt ex fructibus, ut citra, citonia, pira. Quædam sunt ex radicibus, ut zingi. conditum eryngii. Et quædam ex floribus, ut rosæ, uiolæ, ex quibus fit zuccarum rosatum, uiolatum boraginatum & consimilia.

Si quis quæreret quid est lohoc. Dico quòd lohoc est syrupus inspissatus ad modum electarij, & aliqualiter uiscosum aptum ut lambatur in dispositionibus pectoris.

Vel secundum aliquos lohoc est uiscosa, & mucilaginosa confectio, ut diu resistat cum in ore tenetur, & debet lambi, & paulatim deglutiri contra dispositionem gutturis & pulmonis. Et quædam lohoc sunt delectabilia, & quædam horribilia.

Quid est diapenidion? Dico quòd est lenis confectio, à dia quod est per, & penidie, quod est lene, quasi lenis confectio, quia habet pectus & guttur lenire, unde penidia, id est lenificantes guttur, pectus, & pulmonem.

Quid est iulep? Dico quòd tantū importat, quantum clarificata potio, uel clarus liquor potabilis, unde ut plurimū omne iulep est sedatiuum sitis, & confortatiuum uirtutis, quia aliqua iulep habent sitim sedare & mitigare, & aliqua habent confortare cor & uirtutem. Et dicuntur iulep cordialia cum perlæ, & lapides preciosi ponuntur in eis.

Vel aliter iulep est clarus liquor potabilis ex aquis distillatis & zuccaro compositus, uel ex succis, & potest esse aromatizatus, & non aromatizatus, ad sitim extinguendam, & uirtutem confortandam, unde iulepizo iulepizas, id est clarifico clarificas.

Item potest fieri iulep longū, id est paucæ, uel breuis decoctionis ex aquis stillatis, & zuccaro cum aromatibus uel sine, sed paucis diebus durat, & præcipue in æstate, et fit ut sit placibilius ægris ad potandum, sed in æstate non ita durat, unde in æstate iulep et syrupi quos uis cōseruare, debēt habere longam cocturam, ne ex caliditate æstatis ebulliant et in acetositatem conuertantur.

Quid est syrupus? Dico quòd est liquor potabilis cōpositus ex succis, uel seminibus, et radicibus, uel fructibus cum melle, uel cum zuccaro, et cum speciebus aliquando aromatizatus, et potest esse simplex ex paucis rebus, et compositus ex multis rebus, acetosus, uel non acetosus, aptus ad alterandum uel digerendum materiam peccantem in morbis, isto scilicet modo refrigerando sanguinem et alios humores calefactos, uel calefaciendo frigidos, uel subtiliādo crassum humorem uel incrassando subtilem, quia digestio secundum medicos nihil aliud est quam crassi subtiliatio, et subtilis incrassatio, unde aliqui medici uocant eos digestiua, et aliqui diuisiua, quia habent malos humores à bonis diuidere, et sequestrare. Et dicitur à sir, quod est confectio et opo, id est succus. inde syrupus, id est confectio uel compositio liquida de succis.

Cognoscitur autem syrupus, quādo est bene coctus, quā do ponitur inter duos digitos, et adhæret eis cum quadam uiscositate, uel quando ponitur super lapidem marmoreum limpidum, et aliqualiter coagulatur.

Sapa est uinum coctum usq; ad spissitudinē, et fit ex musto recenti tempore uindemiarum.

Quid est rob uel robub? est succus inspissatus ad modum sapæ uel mellis.

Quid importat miua? Dico quòd miua. i. cōfortans, quia fit ex succis habentibus confortare stomachū, et fit ex succis pirorū uel citoniorum cū zuccaro. Et potest fieri miua simplex sine speciebus, et aromatica cū speciebus. Simplex datur febricitantibus. Aromatica uero non febricitātibus.

Quid est trochiscus? Dico quòd trochiscus est compositio quædam ex diuersis pulueribus et speciebus, mediante aliquo liquore aggregatis, et dicitur trochiscus à trochos quod est rota, quia trochiscus est similis rotæ currus. Siquis quæreret quomodo est intelligendum illud, quod ponitur in recepta uel descriptione trochiscorum de alchechengi; cum dicitur primo boli armeni, postea prope finem eiusdē receptæ dicitur boli absolute. Intelligitur terra sigillata, quæ in multis proprietatibus est similis bolo armeno, et ad huc habet excellentiores uirtutes eo.

Quid est dictio trochisci alhandal? Dico quòd sunt trochisci, de colocynthida.

Quid est suffuf? Dico q̄ suffuf idem est quod puluis, quod est

est dictu, siat puluis subtilis, sicut alcohol.

Quid est alcohol? Dico quòd sunt aromi apparentes in sphera solis ad modum subtilissimi puluerís, qui uix tactu comprehenduntur.

Quid est pilula? Dico quòd pilula dicta est à rotunditate quasi parua pila, quia ad modum paruæ pilæ est rotunda.

Vel dicitur pilula à pilo, id est pistello, quia antequã pilulæ conficiantur multum laborant aromatarij in pistando eas in mortario, cum pilo, id est pistillo. Et nota quòd pilulæ non debent esse antiquæ, nec induratæ ad modum lapidis, quia tunc non ualent, unde pilulæ cum transierint sex menses non habent uirtutem, & melius cõseruãtur in magdaleonibus quàm in puluere.

Quid est dictu pilulæ cochiæ? id est capitales, à cochos quod est caput.

Quid est dictu pilulæ alefangineꝫ i. aromaticæ.

Quid est emplastrum? est dura confectio, ut plurimum respectu unguentum, & fit sine oleis.

Quid est unguentum? Dico quòd unguentum dicitur ab ungendo, et est mollis confectio respectu emplastri. Et fit ex oleis, adipibus, & cera, & aliquando cum speciebus uel pulueribus, et aliquando sine eis. Et nota ulterius, quòd sicut aloe est ut plurimum materia pilularum, ita cera ut plurimum est materia unguentorum.

Quid est unctio? Dico quòd unctio est omnibus liquidior & mollior, et fit cõiter aut ex oleis sine cera, uel si aliquid ceræ ponitur est ualde modica.

Olea tripliciter. Si quis interrogaret quotupliciter fiunt olea in medicina. Respondeo sm doctrinam Mesue in antidota. suo in xii. distinctione de oleis, quòd tripliciter fiunt olea, quia quædam fiunt per expressionem, ut oleum de amygdalis dulcibus, et amaris, et de nucibus, et de auellanis, et de chrysomilis. Et quędam fiunt per impressionem, ut oleum rosatũ chamæmillinum, anethinũ, de lilio, irinum, et sambucinum Quædam quidem olea fiũt per resolutionem, ut oleum de uitellis ouorum, de fimento, sinapinum, et oleum de fraxino. Siquis quærat quid est oleum omphacinum, et quotupliciter fit oleum ros. Dico quòd est oleum ex oliuis immaturis factum. Pro quo nota, quòd oleum rosatum fit dupliciter. Primo ex rosis incompletis, et ex oleo omphacino, et tale oleum est satis frigidum, stipticum, et confortatiuũ. Secundo potest fieri oleum rosa. ex oleo oliuarum maturarum, et tale oleum est magis anodinum, et doloris sedatiuum, et non est frigidum tantum, sicut primum.

Nota tamen hos infrascriptos uersus, ut melius intelligas suprascriptas.

Tunc embrocamus, cum membra liquore rigamus.
Tunc cataplasma facis, cum succum ponis et herbas.
Dicitur epithema de succis unctio pura,
Membraq; saccellas, sacco pleno medicina.
Si fumum recipis, est fumigatio dicta.
Dicitur emplastrum, quæuis confectio dura.
Cum spongiis madidis, fit fomentatio sola.
Vnguentum faciunt, oleum cera cum speciebus.
Summa caraxamus, sed infima scarificamus.

Quid est rhodoleon? Dico quòd est oleũ rosatum, à rhodo, quod est rosa, et oleum, quasi oleum rosatum.

Quid est rodozaccara? Dico quòd est zuccarum rosatum à rhodo, quòd est rosa, et zuccara zuccarum, inde dicitur zuccarum rosatum.

Quid est rhodomel? Dico quòd est mel rosa. cum foliis rosa. permanens.

Quid est geleniabin? Dico ꝙ est mel rosatum colatum.

Quid ẽ mellicratũ et hydromel? Dico ꝙ est aqua mellis.

Quid est secaniabin? Dico ꝙ est syrupus acetosus.

Quid est oxymel? Dico ꝙ est compositum ex aceto et melle, et est simplex et cõpositum, et dicitur ab oxy, quod est acetum, et melle.

Quare dicitur oxyzaccara, cum in eo non intret acetũ? Dico quòd oxyzaccara dicitur ab oxy, quod est acetum, ui delicet succus acetosorum granatorum, et zaccara zuccharum. Pro quo ulterius nota, quòd aliquando non ingreditur acetum in eius compositionem, sed succus granatorum acetosorum, et ideo ab illis granatis acetosis dicitur oxyzaccara, sed aliqui ponunt uerum acetum in oxyzaccara, ut Nicolaus.

Quid est dictu hierapicra, et unde dicitur? Dico ꝙ hierapicra dicit à hiera, quod est sancta, et picra, id est amara. inde hierapicra, id est dura confectio, sancta, et amara.

Quid est hiera diacolocynthidos? Dico quòd est confectio facta de colocynthide.

Quid importat, et unde dicitur theriaca? à thiro serpente, uel ab alia. Dicitur ꝙ theriaca non dicitur à trochiscis de thiro, quia si sic esset, sequeretur, ꝙ aliæ theriacæ in quibus non ingreditur thirus non essẽt theriacę, quod tamẽ est falsum, quia theriaca diatesseron est theriaca, et tamẽ in ea nõ ingreditur thirus, sed theriaca dicitur à thiro greco, qđ est fera, et icos cõfectio uel medicina, inde theriaca dicit medicina cõtra uenenũ ferarũ, et est domina medicinarũ.

Quæritur quot res ingrediũtur theriacam magnam. Respondeo, ꝙ est distinguendum, quia ingredietia ipsam theriacam, quædam sunt composita, ut trochisci de thiro, et trochisci de scilla, et quædam sunt simplicia, sed communiter dicitur, quod numerando composita cum simplicibus, omnia ingredientia theriacam sunt numero. lxiiii. et duo liquores, scilicet mel, et uinum.

Si quæratur quanto tempore debet ipsa theriaca stare fermentata antequam dispensetur. Dico ꝙ debet stare per duos menses, et bandiri ad hoc quòd si aliquis medicus, uel docta persona uellet contradicere, quòd possit uenire à circunstantibus partibus, et locis ad disputandum, et contradicendum si opus fuerit.

Si quæraẽ utrũ theriaca sit frigida, uel calida, et si calida, quare ergo usq; ad sextũ mẽsem stupefacit et infrigidat.

Secundo ad idem arguitur sic, cũ species calidæ in cõpositione theriacæ excellant, et prædominentur frigidis, qua re ipsa theriaca ponitur frigida usq; ad sextum mensem?

Ad hoc dubium respondetur, quòd theriaca tripliciter cõsideratur sm eius tria tempora, quia uel est infans, id est nouella et ualde recens, et sic usq; ad sextum mensem est frigida, et non calida, cuius ratio talis est, quia non obstante, quòd in theriaca ingrediantur plura simplicia calida quam frigida, quia tñ dosis opii cæteris partibus est maior quam dosis aliarũ rerum, referẽdo singula singulis, et ipsum opium est ualde densæ substantiæ, non potest ipsa ante sex tum mensem esse bene fermentata, nec ad unam formã reducta, quia tot et tanta simplicia non possunt in tam paruo tempore inter se esse bene confecta in qualitatibus, et complexionibus suis, ita quòd minimũ unius tangat minimum alterius, et præcipue propter ipsum opium, quod ualde resistit fermentationi cum sit frigidum in quarto, et substantiæ duræ atq; densissimæ, propter quæ omnia ad minus requiritur spacium unius anni, si debe fermentari, et ad unã formam seu complexionem reduci, quare ante annum sem per est frigida et stupefacit.

Potest considerari secundo quantum ad eius secundam ætatem, scilicet quando est iuuenis, scilicet à secundo anno usq; ad. xx. et sic est calidæ complexionis.

Tertio uero consideratur quando est in primo senio, scilicet. xxx. annorũ, et tunc est melior, et minoris caliditatis quã erat in iuuẽtute sua, et tũc medici possunt tuti⁹ uti ea.

Quæritur cum non habentur trochisci de thiro, quare moderni medici ponunt loco ipsorum trochiscorum trochiscos ex dictamo et tormentilla. Respondetur quòd sunt ualde contra uenenum, et ideo quando non possunt haberi trochisci de thiro ponunt istos.

Si quęratur in quo uase melius conseruatur theriaca?

Dico quòd in uase plũbeo, cum ipsum plumbum sit frigidum ualde, unde in eo non potest ipsa theriaca corrumpi, nec ebullitionem facere, nec malam qualitatem à plumbo acquirere, cum plumbum sit amenum et dulce, sed in auro melius cõseruatur. Aliqui uero in uitro scilicet in uasis uitreis. In argento autem non ita bene conseruatur.

Si quæratur quot annis durat theriaca? Dico quòd inferius dicetur, sed sm Auic. in. v. canone durat ab annis. xxx. usq; ad. xl.

Siquis quærat quid est mithridatũ. Dico quòd est singularis medicinæ confectio ad modum theriacæ à Mithridato Imperatore inuenta, & est ualde contra uenenum, & habet quasi omnes uirtutes quas habet theriaca, & non datur de eo ante sextum mensem, nec etiam usq; ad annum.

Nota etiam, quòd nulla medicina opiata datur ante sextum mensem.

Siquis quærat, quid est cõfectio. Dico quòd cõfectio est simul factio, & deriuatur à conficio conficis, quia ex pluribus rebus conficitur, & potest esse mollis.

Si quis quærat, quare theriaca diatesseron sic nominatur. Dico quòd à quatuor rebus ipsam ingredientibus dicitur, tesseron enim græce, latine quatuor.

Quare & unde dicitur diaphœnicon? id est confectio de dactylis? à dia quod est confectio, & phœnica, quod est dactylus, quasi confectio de dactylis.

Quare dicitur tryphera. i. tristibus & infirmis conferẽs.

Quare & unde dicitur diarhodon abbatis? Dico quòd dicitur à dia, quòd est confectio, & rhodon rosa. quasi confectio rosata uel de rosis, & Abbatis, dicitur ab Abbate de curia, qui eam composuit.

Quid importat electarium elescoph secundum Mesue: Dico, quòd electarium elescoph, id est episcopi.

Quid est fiet? Dico quod est medicamen solidum ad oculos clarificandos, factum ad modum parui suppositorii, qui distemperatur, & liquefit, & in oculis imponitur quando opportunitas requirit. Et aliquando confricatur fiet super cote, id est lapide cum aqua fœniculi, uel cum aqua appropriata, & oculis illa aqua imponitur.

Quid est collyrium? Dico quòd est aqua composita pro oculis lippis, & ophthalmiatis, uel est medicamen liquidũ pro oculis infirmis, & colatur per filtrum dum fit, & ideo collyris dicitur, quia in oculo exprimitur, & colatur dum opus fuerit.

Quid ẽ cõfectio alphesiræ. Dico ꝙ ẽ cõfectio uitis albæ.

Quare, & unde dicitur unguentũ triapharmacon. Dico quòd unguentũ de tribus medicinis, pharmacon enim medicina dicitur, unde tria tres medicinę, scilicet tria simplicia ingrediuntur eius compositionem, scilicet lithargyriũ, oleum, & acetum, & ideo tripharmacon dicitur.

Quid est diamargariton, & unde dicit? Dico quòd est cõfectio cordialis ex duobus generibus margaritarum, perforatarum, & non perforatarum, quæ in eo ingrediũtur, à dia qđ est per, & margaritis, quasi confectio de margaritis.

Quare dicitur terra sigillata? Dico quòd terra sigillata ẽ contra uenenũ, unde antiquo tẽpore erat tantæ uirtutis, & sublimitatis, ut reges eã propriis, & secretis eorum sigillis sigillauerint, ut cognosceretur ab alia terra, quæ adulterabatur, sed hodie non sic est, quia raro reperitur bona.

Quid est alipta muscata? est mistura in qua muscus ingreditur unde alipta, id est mistura.

Quid est ramich? Dico quòd est quædam mistura solida quarundam rerum aromaticarum pro maiori parte stiptica rum, & ingreditur emplastrum de Gallia descriptione Mesue, & etiam ingreditur in trochiscos de terra sigillata.

Si quis quæreret quando in una recepta inuenitur una res cuius plures sunt species, quã illarum rerum debemus intelligere, uerbi gratia, cum scribitur in una recepta. ℞. spicæ, & non dicit quam spicam, uel cum dicitur. ℞. rosa. & non explicat albarum uel rubearum, uel. ℞. gummi, uel. ℞. casiæ. & non explicat quam speciem casiæ. uel. ℞. styracis, & non explicat quã speciem styracis ad exequendũ per ipsum aromatariũ. Ad hæc respondetur, quòd debemus intelligere speciẽ quæ prævalet aliis in uirtute, uerbi gratia, quando reperitur. ℞. spicæ, intelligatur spica nardi. Et cũ dicitur. ℞. rosarum, intelligitur rubearum, quia rubeæ prævalent albis in uirtute. Et quando dicitur. ℞. gummi intelligitur arabici, & cum dicitur. ℞. casiæ, intelligitur ligneæ. Et cum dicitur. ℞. styracis, intelligitur rubeæ seu calamitæ, quod idem est, & sic de aliis, quia secundum philosophũ à digniori fit denominatio.

Nota quòd aromatarius non debet autoritate propria sine licentia medici in receptis ponere quid pro quo, id est unã rem pro alia quando caret aliquo simplici, quia in hoc posset errare, sed debet omnia facere cum dispensatione, & autoritate doctissimi, & fidelissimi medici. Vnde tpe meo illustrissimus Rex Aragonũ puniuit acriter, & turpiter condemnauit Neapoli quendam eius aromatarium, cui medici suæ maiestatis ordinauerunt quoddam electarium cordiale, in quo ingrediebantur coralli albi, & ille aromatarius non habebat, sed combussit corallos rubeos, qui ex combustione effecti sunt albi. Vnde hoc uenit ad notitiam domini regis, & sic ille fuit condemnatus in nouem millibus ducatis, & de cætero noluit eum pro aromatario.

Quãdo reperitur thabet in receptis quid est? Dico ꝙ thabet id est de zucca. Candi.

Quid est zuccarũ Candi? Dico quòd est zuccharũ Cãdidum & induratum ad similitudinem chrystalli. Modum autem faciendi ipsum ponit Seruitor, lege ibi, & reperies.

Quid est quando reperitur in receptis Candi. rosati uel uiolati? Dico quòd est zuccarũ Candidum & induratum, quod reperitur in fundo uasis, ubi reconditur iuleb rosa. uel uiola. ut syrupus uiolatus uel rosatus.

Quid sunt dactyli keiron? Dico quod sunt dactyli huius prouinciæ, seu de keiro saracenorum.

Quid sunt tortellæ de se? Dico ꝙ sunt biscotelli de sira.

Quare dicitur syrupus dinari, uel de bizantiis, cum in eo blactæ bizantiæ non ingrediantur? Dico quòd talis syrupus ideo dicitur syrupus dinari, uel de bizantiis, quia bizantium in arabica lingua, idem est quod ducatus, uel aliud genus denarii, unde sicut ducati, uel denarij apud homines sunt cariſsimi, & prætiosi, ita est iste syrupus apud medicos & ẽt apud infirmos propter optimã operationem quam inducit contra omnes febres oppilationum, & propter sanitatem quam facit acquirere, quæ sanitas est carior omnibus ducatis, uel bizantiis, & omni thesauro mundi.

Quæro illa confectio diacurcuma, tã maior quã minor quam ponit Damasce, in distin. de electariis contra hydropisim quare dicitur diacurcuma, cum in ea non ingrediantur radices curcumę? Dicitur quòd diacurcuma à croco dicitur, qui crocus apud græcos dicitur crocon, qui ingreditur in ea bona quantitate, & quia uocabulum est corruptũ, dicitur diacurcuma. Vel aliter dico, quod ideo dicitur diacurcuma, quia illa confectio est citrina ad similitudinẽ curcumæ, quæ est radix ualde citrina, & amara satis,

Quid est illud, quod dicitur in fine receptæ, aromatici rosati descriptione Gabrielis, gummi arabici, tragacanthi, ana. ʒ. ii. &. duas partes alterius? Dico quòd quando dicitur duas partes intelliguntur duæ partes scilicet ʒ. & sunt. ℈. ii. cum quælibet. ʒ. ex tribus scrupulis constet.

Quid importat hoc nomen segena uel ſegema? Dico ꝙ idem est, quod fœcundans, & generationem faciens.

Quid importat hoc nomen diamorosson. Dico quòd idẽ est, quod electarium utilitatum.

Quare secundum Damasce. in primo lib. de cõsolidatione medicinarum scamonea debet teri crasso modo cum ponitur in pilulis, uel in aliis solutiuis, & rheubarbarũ debet teri subtiliter, & colocynthis subtilissime? Dico quòd scamonea est ualde nociua stomacho, & ualde serrosa, unde si puluerizaretur subtiliter, intraret porositates stomachi, & longo tempore nausearet, & stimularet stomachum, & consequenter cor magis læderet ex uicinitate quam habet os stomachi ad cor, etiam appetitum deiiceret.

Alia autem ratio & bona, quare medicinæ solutiuæ laboriosæ, ut scamonea, turbith, euphorbium, præter colocynthidã debent crasso modo teri & puluerizari, talis est, ut sui crasitie longiorem moram in stomacho faciant, ad hoc ut humores ab extremis partibus ad stomachum attrahant, & sic euacuentur, nam si subtiliter puluerizarentur, ex earum subtilitate possent uillis stomachi adhærere, & possent eos scindere & excoriare, & cum hoc ad dysenteriam perducere, ut scamonea, euphorbium, & similia. Non laxatiua uero subtilissime sunt exterenda, ut sui subtilitate facilius incorporentur, & suos effectus citissime consequantur, & hoc quidem plurimum est conseruandum in cõfortatiuis, & restauratiuis electariis.

Rheubarbarum uero, quod est laxatiuum leue, & medicina benedicta, debet subtiliter conteri, & puluerizari, quia principaliter ex proprietate sua habet choleram, quæ subtilis est educere, & quia ipsa cholera ex subtilitate sua imbibitur

imbibitur interdū in poris ſtomachi & hepatis, ideo rheu barbarum debet ſubtiliter teri, nt poſsit illas poroſitates in trare, & ipſam choleram facilius educere. Colocynthis uero debet ſubtiliſsime puluerizari, quia eſt ualde uiolenta, & eſt ſubſtantiæ rariſsimæ & ſpongioſæ, nam ſi intraret uacuitates ſtomachi, uel hepatis aut inteſtinorum, ita tumefie ret, & incraſſaretur ex humoribus ibi repertis, q̄ extende ret, & torqueret cū maximo dolore omnia membra prædicta. Sed ſi fuerit ſubtiliſsime puluerizata non poteſt illud fa cere, quia minima ſeu minutiſsima non poteſt ita tumefieri nec inflari, & maxime ſi fuerit correcta cum appropriatis.

Pro quo nota, quòd nunquam debet exhiberi ſola, ſed ſociata, & correcta cum aliis & dum ponitur in decoctione clyſteriorum ligetur in pecia, quia ſi non ligata decoquere tur, poſtea ex quo caſu aliquid eius remaneret in decoctione, & dum fieret clyſtere poſſet aliquid eius adhærere inteſtinis, & in eis mirabilem dolorem cauſare, ut plures impe riti medici, & rudes aromatarii iam fecerunt.

Nota etiam, quòd quando ſola colocynthis reperitur in plāta ſua, nullo modo colligēda eſt, ſed potius abiicienda, quia eſt pernicioſa & uenenoſa, & ſimiliter ſcilla, quæ naſci tur ſine conſortio aliarum eſt pernicioſa, & abiicienda.

Quare ſpecies, & pulueres quæ ingrediuntur electaria & pilulas, & alias medicinas, non debent ſimul conteri neque puluerizari ſimul, ſecūdum doctrinam Damaſce. lib. i. de contritione, ut uerbi gratia, ſpica, caryophyl. zingib. & gummi macis, cinnamomum, flores, ſemina, & folia, dictamus, tormentilla, ariſtol. Dico quòd prædicta non ſunt con ſimilis complexionis & ſubſtantiæ, ideo non debent omnia ſimul puluerizari, ſed ſeorsū. Aliqua enim ex prædictis ſunt raræ ſubſtantiæ, ut macis, cinnamomum, & aliqua ſunt den ſioris ſubſtantiæ, ut caryophylli, gummi. alia uero ſunt ſub ſtantiæ denſiſsimæ, & ualde compactæ, & ideo ſi ſimul con teruntur, erit malefactum, quia illa medicina quæ eſt raræ ſubſtantiæ citius puluerizatur, & minus reſiſtit contritioni quàm illa, quæ eſt denſæ ſubſtantiæ, ideo tunc reſolueretur & exhalaret uirtus eius, & ideo tutius eſt, & magis ſecurū ſecundum canones doctorum quòd quælibet ſimplex medi cina per ſe, & ſeorſum puluerizetur, & conteratur &c. Li cet aromatarii noſtri temporis faciant oppoſitum & male ſecundum omnes.

Vlterius poſſet aliquis dubitare quando aliqua decoctio diuerſarum herbarum uel radicum ſit, quare non facimus ſeorſum decoctionem illarum rerum decoquendo quamli bet rem de per ſe, ſicut facimus trituratione diuerſarum cuiuslibet de per ſe, ut docet Meſ. lib. i. ſumma ſecunda ca. 4. de modo trituration is. Reſpondeò & dico, quòd ſicut fit in trituratione, ſic debemus facere in decoctiōibus, omnia ſigillatim, & per ordinem decoquendo unam rem, ſcilicet poſt aliam, uerbi gratia, primo decoquēdo radices quæ ſunt denſioris ſubſtantię. ſecundo ſtipites, tertio folia, quarto flo res. Et etiam minus debent decoqui herbæ, quæ habent uir tutem in ſuperficie foliorum, ut ſunt roſæ, & reliqui flores, & abſinthium, lactuca &c. quàm herbæ quæ habent uirtutē prōfundiorem & terreſtriorem &c.

Et ſi aliquis inſtaret quare Meſue non poſuit hanc doctri nam. Dico quòd ipſe Meſue loquitur doctis uiris, & ne idē bis replicaret tacuit. Nam ex doctrina trituration is datur intelligi doctrina decoctionis.

Quare ſpecies & pulueres ponuntur ultimate, & non in principio in ipſis electariis, & confectionibus. Dico quòd in electariis de melle uel zuccaro ſemper ſpecies aromati cæ debent ultimatæ poni, poſtquam ab igne deponuntur, ne ipſe ſpecies reſoluantur, & amittant uirtutem.

Quæritur quare in hyeme, ut plurimum utimur cōfectio nibus, & electariis de melle, in æſtate uero de zuccaro. Di co quòd mel eſt ualde calidius zuccaro. Ideo in hyeme ma gis utimur prædictis electariis cum melle, ſed zuccaro ma gis utimur in æſtate, quia eſt minus calidum. Alia cauſa eſt, quia ambo prædicta id eſt mel, & zuccarum debent propor tionari ipſi tempori, cum ergo mel ſit calidum, & tēpus hye male frigidum, magis debemus uti melle in hyeme, & zuc carum ſit temperatum, & minus calidum, ipſo melle magis debemus uti zuccaro in æſtate.

E Quæritur circa confectiones ſolidas de zuccaro, quādo debent habere fortiorem cocturam in hyeme uel in æſtate. Dico quòd in æſtate, & confectiones ſolidæ debent leuio rem cocturam habere, ut ſint placibiliores, & meliores den tibus ægrorum, ſed in hyeme debent fortius decoqui, ut magis conſeruentur, & ut magis reſiſtant humiditati hye mis, ut ſunt manus Chriſti, electarium regum, de gemmis, aromaticum roſatum, diatriaſandali &c. Iulep uero & ſyrupi & electaria debent in æſtate habere fortiorem co cturam, ne ex forti calore æſtatis ebulliant, & in acetoſita tem tranſeant.

De melle.

Quæritur utrum mel, & zuccharum ſint oppilatiua. Di co quòd omnia dulcia ſunt oppilatiua, præter zuccharum & paſſulæ, & ideo omnia dulcia inimicantur hepari, quia cauſant in eo oppilationem, præter duo prædicta, & ratio eſt, quia omnia prædicta ſunt amica naturæ, unde ipſa na tura adeo delectatur eis, quòd membra attrahunt ea ad ſe antequam digerantur, ex qua indigeſtione oppilatio gene F ratur, & præcipue in hepate, & uenis, quia ſecundum Aui. res dulces ad faciendum oppilationem ſunt ueloces. Sed nota ulterius, quòd omnia dulcia conueniunt, & amicātur pulmoni & pectori, ſi paulatim lambantur, & non uelociter tranſglutiantur, ut mel, ſapa, zuccharum, dactyli, paſſu læ, caricæ, iuiubæ, canna mellis, penidiæ, tragacanthi, diari is, & omnes ſpecies lohoc, quia dulcia ſūt lenitiua & mol lificatiua pectoris, & pulmonis, & humiditatum uiſcoſarū repertarum in eis, & ſimiliter catarrhi deſcendentis ad pe ctus & pulmonem.

Quæritur quomodo cognoſcitur lignum aloes quando eſt bonum. Dico quòd in quatuor cognoſcitur. In colore, odore, ſapore, & pondere. In colore, quia debet eſſe nodo ſum, fuſci, & obſcuri coloris. In odore, quia quando com buritur ſuper carbones, facit fumum boni odoris, & facit ſpumam, & hoc eſt ſecretum aromatariorum. In ſapore, q̄ ſit amarum. In pondere uero cognoſcitur, quòd ſi parum de eo ponatur in uno cyatho pleno aqua, non natat, ſed imme diate petit fundum.

G Quid eſt hoc, quòd Meſ. dicit confectionem de xyloaloe quando dicit. ℞. xyloaloes crudi, quid eſt lignum aloes cru dum? eſt ne aliud coctum, & quomodo cognoſcitur? Dico quòd aliquando lignum aloes poteſt eſſe crudum & coctū. Crudum enim habet conditiones prædictas, ſed coctum co gnoſcitur à crudo, quia mutat colorem, & etiam efficitur magis ſtipticum, & ultra hoc non eſt ponderoſum ſicut cru dum, ſed ualde leuius.

Quæritur unde fit aloe. Dico quod fit ex ſucco herbæ, quæ zambana dicitur, & eſt herba aloes, unde aliqui dicūt, quòd omnes tres ſpecies fiunt ex ſucco prædictæ herbæ zā banæ, ſcilicet ſuccotrinus, hepaticus, & caballinus.

Sed contra ſi ſic eſſet, unde dicitur lignum aloes cum illa herba non habeat ſtipitem neq; lignum?

Dico quòd reperiūtur plures ſpecies aloes, ut puta tres ſcilicet, aloe ſuccotrinus ab illa prouincia ſic nominatus, & aloe hepaticus, quia aſſimilatur hepati in colore & ſubſtan tia, & iſte duę ſpecies aloes ſunt puriores. Sed tertia ſpecie dicitur aloe caballinus, talis aloes é ſicut fæx aliis deterior, & ſit de prædicta herba zambana quæ non habet lignum.

Alii dicunt & bene quòd lignū aloes non eſt lignū ipſius aloes ſed eſt lignum eiuſdem arboris paradiſi terreſtris, et hæc uenit ad Indiam per impulſionem fluuii paradiſi, et eſt dictus ad ſimilitudinem ipſius aloes, quia ſimilatur ei in co lore et ſapore, cum ipſum lignum ſit ſubnigrum et amarum, ut aloe. Et ultra hoc dicunt iſti et bene, quòd omnes tres ſpecies fiunt ex illa herba zambana in diebus canicularibus æſtatis, unde primus ſuccus illius herbæ cum coagulatur, et exiccatur in ſole dicitur ſuccotrinus, alius uero ſuccus, ſcili cet ſecundus, dicitur hepaticus, tertius uero ſuccus, qui eſt quaſi fæx, dicitur caballinus.

Aliqui dicunt, quòd ſunt diuerſæ herbæ in genere, ex qui bus? iſtæ tres maneries aloes fiunt, ſicut diuerſæ uuæ non in genere ſed in bonitate, differentia uina faciunt.

De balſamo.

Quomodo cognoſcitur balſamum quando eſt bonum? Dico

Dico quòd cognoſcitur in colore, odore, ſapore, ardore, & pondere. In colore, quia eſt liquor aliqualiter ſimilis o leo, & uiſcoſior ad aliqual em rubedinem tendens. In odo re, quia eſt odoris aliqualiter rancidi non placibilis. In ſa pore quia habet ſaporem pinguedinis gallinæ antiquatæ non recentis, & ardet in gutture ac ſi eſſet oleum forte & antiquum. In ardore, quia ſi in oculis ponatur una gutta de eo tantum ardorem in oculo generat, ac ſi lixiuium forte eſſet in oculo per ſpatium unius horę, & ultra ita apparet, q̄ oculus ardeat, & quòd uelit exire, ſed dimittit uiſum in eo ſtatu in quo reperit quando ponitur in oculo. In pōdere cognoſcitur, quia ſi una gutta ponatur de eo in uno cyatho pleno aqua, non ſpargitur ſicut oleum in aqua, im mo conglutinatur, & condenſatur ad modum unius perlæ rotundæ, & immediate petit fundum, & ultra hoc cuſpide cultelli potes ipſam guttam ab ipſa aqua extrahere, quia adhærebit cuſpidi ipſius cultelli, & extrahitur tota gutta integra ab aqua illa.

Et nota quòd ad cicatrices ſubtilia ndas, & remouēdas perungendo eas cum balſamo, nil eſt ſublimius eo, ſed eſt in magno pretio, nec habent de eo niſi potentes, & magni domini, quia in mundo non eſt niſi una uinea illorum arbu ſtulorum, quæ uinea eſt magni Soldani ſaracenorum.

Quid eſt mel tabarzet quod intrat in cōfectione de zin gibere, quam ponit Meſ. quia de zuccaro tabarzet uerum eſt quod ſit. Dico quòd mel tabarzet eſt mel album de cœ lo cadens ad modum roris, ſed eſt albius, & aliqualiter den ſius quā ſit mel apum, & quaſi tendit ad naturam zucchari.

Quomodo intelligitur illud, quod ponit Meſ. in deſcri ptione ſyrupi de acetoſitate citri in fine receptæ, cū dicit. Accipe ex eo, ſcilicet ſucco lib. vii. & funde ſuper ipſum ex iulep claro depurato lib. v. de quo iulep intelligitur cū ipſe non ſpecificet. Dico quod intelligitur de ſolo zuccha clarificato & iulepizato, id eſt in forma iulep reducto.

Quomodo intelligitur illud, quod dicitur in receptis, mellis quod ſufficit, aut zucchari quod ſufficit. Et quod in unguentis dicitur, ceræ quod ſufficit. Dico quòd intelligi tur quantitas conueniens mellis uel zucchari, quæ quanti tas ualet ſpecies, uel pulueres cuiuſcunq; conditionis fue rint, in ſe colligere & conſeruare, ita ut mel aut zuccharū C non ſint paucū, & ſpecies mulcæ, aut paucæ ſpecies, & mul tum mellis uel zucchari, niſi de præcepto peritiſsimi medi ci, uel doctoris aliter faciendum eſt. Conſimiliter de cerā reſpectu unguentorum dicendum eſt, quando dicitur, ceræ quod ſufficit, quod aromatarius debet ſemper proportio nare ceram cum oleis; quia pro duabus unciis olei. ℥. s. ce ræ ponenda eſt. Sed quando dicitur, ceræ parum, tunc in telligitur quòd debet eſſe unguentum molle, ita quòd ole um debet ceram in aliquo ſuperare, quia multa cera facit duritię in unguētis, & pauca cera facit molitię in unguētis.

Et nota ulterius, quòd ſicut aloe, ut plurimum eſt mate ria pilularum faciens bonam conglutinationem ſpecierū, dans eis bonam corporeitatem, & pariformiter cera eſt materia unguentorum faciens bonam conglutinationem, & corporeitatem in eis.

De opio.

Siquis peteret uel interrogaret, poteſt ne fœtor ab o pio remoueri? Dico quod ſic. Et ſi quæratur cum qua me D dicina, uel cum quo ſimplici? Dico quod cum allio, piſtādo ℥. i. opii cū duobus capitibus allii, deinde diſtilletur hęc mi ſtura per alembicum, & de iſta aqua diſtillata detur in potu ſecundum diſcretionem, quia mirabiliter prouocat ſomnū & erit ſine fœtore, & hoc pulchrum ſecretum non eſt om nibus reuelandum. Et ſiquis hoc ſecreto uſus fuerit nefa rie, præter quā ad opus medicinæ, maledicaē a Deo. Amē.

Siquis quæreret pſyllium, quod intrat in medicinis, ut puta in electario de pſyllio, & in requie Nicolai, eſt ne ca lidæ complexionis uel frigidæ? Dico, quod ſemē pſyllij ha bet duplicem complexionem, quia ex parte exteriori, ſci licet in eius cortice eſt frigidæ complexionis, & ex eius cortice fit mucilago, quæ eſt frigidæ complexionis, & po nitur in electario de pſyllio, & in requie Nicolai, quæ fit ad prouocandum ſomnum, & talis mucillago fit ponendo pſyllium in infuſione, in aqua tepida, uel alia aqua diſtilla- A ta ſecundum præceptum medici. & non debet longo ſpa cio ſtare in infuſione, ſed conuenienti tēpore, quia per lon gam infuſionem poſſet acquiri caliditas ex ſubſtantia infe riori, quæ quidem exterior ſubſtantia eſt frigida comple xionis quantum ad corticem, & calidæ complexionis quā tum ad interiorem ſubſtantiam & medullam.

SECVNDA PARTICVLA de declaratione nominum medicinarum compoſitarum in antidotario Nicolai deſcriptarum.

C Conſequenter ad declarandum nomina medicinarum compoſitarum in antido tario Nicolai deſcriptarū, ut magis bre uiter, & ſuccincte ſignificatio earū no ta ſit oibus, & præcipue aromatariis, & aliis iuuenibus practicā incipienti bus, Non expectes hic a me audire niſi

B declarationē uocabulorū ipſarū medicinarum ualde cōpē dioſe, & non uirtutes earū; quia earum uirtutes ipſe Nico laus ampliſsime ponit. Nicolaus itaq; primo in proœmio ſui antidotarii dicit, q̄ ſi quis interrogaret quot requirunt in omni uera diſpēſatione. Dicas tria. Primū eſt ut omnia æqualiter, id eſt conuenienter ponderētur, tā in ſpeciebus quam in gūmis & herbis, ſecundū pōdus uniuſcuiuſq; rei. Secundo, ut non ſint nimia uetuſtate conſumpta. Tertio ut herbæ, radices, & ſemina, congruis tēporibus ſint collecta, & quòd in congruis locis repoſita conſeruentur: & ab ex trinſecis alterātibus corrūpi, aut marceſcere nō poſsint ut puta a fumo, humiditate, uel pluuia, uel puluere, uel ſole.

Quod requiruntur in conficiendo? Dico q̄ ſecundū præ allegato loco dicit Nicolaus quòd tria requiruntur in con ficiendo. ſ. mellis puritas, & quantitas quæ ſufficit, & æqua litas, id eſt conueniens ſpecierum & pulueris trituratio & cribellatio, & in ſyrupis aquæ conſumptionis decoctio.

Quare mel ponitur in medicinis? Dico ſecundum Nico laum ibidem, quòd tribus de cauſis ponitur mel in medici nis. Primo ad conſeruandum, nam præ cæteris liquoribus C mel eſt maxime conſeruatiuum. Secundo eſt ualde modifi catiuum, id eſt correctiuum malitiæ medicinarum, & præ cipue ſolutiuarum. Tertio, quia ſua dulcedine amaritudi nem temperat ſpecierum.

Quot requiruntur in purificando uel decoquendo mel Dico quòd duo requiruntur. Primo, ne ſit parum coctum, ne ſit aquoſum. Secundo, ne ſit nimis coctum uſque ad duri tiem, ſed mediocriter, & ſit bene deſpumatum. Cognoſci tur autem mel debite coctum quando adhæret digitis, & quando inſpiſſetur cum frigeſcit ſuper lapidem.

Vltimo Nico. dicit in illo proœmio, quòd ſpecierū aut puluerис trituratio uel ciribellatio fit duobus modis, quia in electariis non ſolutiuis ſpecies debent ſubtiliſsime pul uerizari & cribellari. In aliis autē medicinis, & præcipue laxatiuis debent eſſe craſsiores, & non ita ſubtiliter pulue rizatæ, ne ſui ſubtilitate moram in ſtomacho attrahant, & ſic euacuent nimis, ne etiam ſubtilitate ſui uillis ſtomachi adhærendo, eoſque ſcindendo & excoriando dyſenteriam D generent, ut ſcamonea, euphorbium, & ſimilia. Non laxati uæ uero ſubtiliſsime terendæ ſunt, ut ſui ſubtilitate citius incorporentur, & ſuos effectus citiſsime conſequantur, hoc quidem plurimum eſt obſeruandum in confortatiuis & reſtauratiuis electariis.

Antidotarium eſt liber continens antidota, antidotum enim eſt contra datum, id eſt continens medicinas appro batas, & experimentata contra morbos data.

Et nota quod antidotarium Nicolai procedit ſecundū ordinem alphabeti, quia ponit primo medicamina incipiē tia ab a. deinde ponit illa quæ incipiunt a. b. Et ſic per ordi nem alphabeti uſque ad. z.

Incipit ergo ab Aurea alexandrina. quid ergo ſignificat & unde dicitur? Dico quod aurea dicitur ab auro, alexan drina uero ab Alexandro, a quo fuit compoſita & inuenta.

Adrianum dictum eſt ab Adriano romanorum imperā tore qui illud compoſuit.

Acharistum,sine munere interpretatur, quia sine munere gratie nris sanat catarrhum.
Athanasia,id est immortalis, quia sæpius liberat ab extremis mortis.
Alcancalon,id est nuntium bonum.
Antimoron,ideſt contra mortem
Antidotum hæmagogon, id est menstrualem sanguinem educens,prouocat enim menstrua.
Blanca dicitur,qm albos purgat humores.i.phlegmaticos.
Benedicta dicitur, quia ab omnibus a quibus sumitur benedicitur.
Benedicta transtyberina, quia trans tyberim Romæ fuit inuenta.
Confectio aliptæ muscatæ,alipta.i.mistura contra asma.
Confectio galliæ muscatæ, galliæ, quia in gallia prouincia reperta.
Confectio neræ,id est præciosæ medicinæ.
Diamargariton dicitur a duabus generibus margaritarū, perforatarum & non perforatarum quia eius compositio nem ingrediuntur.
Diacameron,id est ducens hominem, de morte ad uitam.
Diamoron,a moris celsi dictum.
Dianthos dicitur,quia fit ex floribus dendrolibani, id est rorismarini.
Diasatyrion,a radicibus satyrionū dicitur, satyriasis enim græce, latine uirgæ erectio, quia facit homines potentes ad coitum,& incitat uirgę erectionem.
Diaprunis uel diamascenum,a prunis damascenis dicitur.
Diaprasion a prasio, id est marubio, quod intrat in eo plus quam de aliis.
Diaolibanum,dicitur ab olibano quod ibi ponitur.
Diarhodon Abbatis,dicitur a rosis quæ intrant in eo plus quā de aliis speciebus Abbatis, quia ab abbate de curia fuit compositum.
Diapenidiū,dicit a penidiis quæ ibi intrāt plus quā de aliis
Diaciminum dicitur, eo quod de cimino intrat plus quàm de aliis speciebus in eo.
Diatragacanthum a tragacantho quod intrat in eo.
Diacastoreon, dicitur a castoreo, id est testiculis illius animalis, qui in eo ingrediuntur.
Diacoston,a costo quod intrat in eo.
Diaris,dicitur a radice illa quæ ireos uocatur, & est radix liliorum azurorum.
Diacalamentum, dicitur a calamento quod principaliter intrant in eo.
Diacodion dicitur a codione,quod est papauer nigrum & eius ingreditur compositio nem.
Diasene dicitur a sene,quæ ibi ponitur plus quam de aliis.
Diacitronitem,dicitur a citoniis ex quibus fit.
Diambra,dicitur ab ambra quæ ibi recipitur.
Diamiconis,dicitur a micone,id est papauere albo.
Diapapauer,dicitur a papauere albo quod ibi ingreditur.
Esdra,dicta est ab Esdra propheta qui eam composuit.
Electarium ducis,dicitur ab Abbate de curia qui eum cōposuit ad instantiam ducis
Electarium pliris arcoticon.i.completa medicina
Electarium de succo rosarum,ab eodem succo dictum est.
Electarium psyllitium a psyllio dictum est.
Electarium frigidum Cophonis,id est illius medici qui eū composuit.
Emplastrū.i.dura cōfectio, apostolicon.i.supremissimū.
Emplastrum ceroneum,a cera sic dictum.
Emplastrum oxycroceum,dicitur ab oxy quod est acetum & croceum quod est crocus.
Emplastrum diaquilon,id est mollificatiuum.
Emplastrum de palma, dicitur quia cum spatula uiridi uel cum palma conficitur.
Filātropos,amicus hominis,uel misericors interpretatur.
Filionium,id est nouus amicus.
Gariofilatum dicitur a gariophyllis qui ibi intrant.
Gios otheos,ideſt filius Dei.
Hieralogodiō memphitum, id est impedimentum,hiera,i. sacra,logos,i.sermo,memphitū.i.impeditio,hæc hiera curat impedimentū sermonis & locutionis.

E

Hierapicra Constantini, a Cōstantino medico sic dicta est
Hierapicra Abbatis,ab Abbate de curia, qui eā cōposuit.
Hiera Ruffini ab autore qui eam composuit.
Hiera Galeni ab ipso Galeno.
Igia græca,id est saluatrix,græca a græcis inuenta.
Idrotipion olympiacum, idrotipion,id est potus contra rigorem olympiacum ab olympio philosopho & medico eius inuentore.
Iustinum a Iustino Imperatore factum & inuentum.
Katharticon imperiale,id est laxatiuum pro Imperatoribus & pro aliis delicatis hominibus.
Lithontrypton. i. conterens & frangens lapidem interpretatur.
Lætitia dicta est quasi tristitiam auferendo, quia claritatē & gaudium adducit.
Mithridatum,hoc est mater omnium antidotorum, uel dicitur a Mithridate rege qui eum composuit.
Musa ęnea,a peritissimo philosopho Musa inuenta.
Micleta,ideſt experta.

F

Mel rosatum appellatur a græcis rodomel.
Opopyra dicitur a succo & igne,opos enim græce, latine succus,pyr,ignis,inde opopyra.i.succus ignitus, & hoc electarium compositum est a sanctissimis medicis Cosmo & Damiano.
Oxy dicitur ab acetoso succo malorum granatorum.
Oxyzaccara dicitur ab oxy quod est acetum & zuccharo.
Oxymel simplex dicitur ab oxy quod est acetum & melle.
Oxymel compositum similiter dicitur, sed compositum, quia multæ res in eo ingrediuntur.
Oxymel scilliticum ab aceto,& melle,& scilla.
Oxymel passulatum,ab aceto,melle,& passulis dicitur.
Oleū rosaceū,dicitur ab oleo,& rosis in eo ingredičtibus.
Oleum mandragoratum, ab oleo, & succo pomorum mā dragoræ.
Oleum frigidissimum uiride,dicitur, ab herbis frigidis & uiridibus quæ in eo ingrediuntur.
Potio sancti Pauli,dicitur quia sanctus Paulus eam composuit.

G

Paulinum antidotum,id est magnum antidotum,quia magnam uirtutem & efficaciam habet ad multa.
Panchristum antidotum,pan.i.totum : christum.i.bonum.
Potio muscata,a musco dicta est.
Picra,id est amara,a Galeno inuenta.
Pilulæ sine quibus esse nolo.pilulę a rotunditate dicuntur sine quibus esse nolo,pro nimia earū efficacia & uirtute.
Pilulæ aureæ ad similitudinem auri dicuntur, quia sicut aurum inter omnia metalla est preciosius, sic pilulæ istæ inter omnes præciosiores habentur.
Pilulæ diacastoreæ a castoreo dictæ sunt.
Pilulæ de cynoglossa,a cynoglossa herba.
Pilulæ de quinque generibus myrobalanorum,ab ipsis myrobalanis denominatæ sunt.
Pilulæ arteticæ, ideſt membrorum, artos.n.græce, latine membrum.
Pilulæ bichichiæ depressæ,& non rotundæ, & sunt lenitiuæ contra tussim,tenentur enim sub lingua, & paulatim deglutiuntur,& fiunt in forma lupinorum.

H

Pilulæ fœtidæ dictæ sunt,quia fœtidos & corruptos humores educunt,uel quia aliqua fœtida in eis ingrediūtur, ut puta castoreum,sagapenum,opopanacum, succus porrorum,cum quo conficiuntur.
Pilulæ cochiæ,ideſt capitales.
Pilulæ de hermodactylis ab ipsis denominantur.
Pilulæ assaiaret.i.capitales,quadrimeron.i.medicamen ex quatuor rebus.
Rosata nouella,a rosis dicta, nouella respectu ueteris,quæ recipiebat sulphur uiuum.
Rubea trochiscata,rubea dicitur ab ipso colore. trochiscata a trochiscis qui ibi recipiuntur.
Requies dicitur ab effectu quē inducit, quia requiem somnum & quietem patientibus affert.
Rodozaccara,id est zuccarum rosatum a rhodon quod est rosa, & zaccara quod est zuccarum. inde rodozaccara,i. zuccharum rosatum.

Rodomel,ideſt mel rosatū,a rhodon quod est rosa, & mel ideſt rosatum mel.
Sotira,saluatrix interpretatur.
Sal sacerdotale dictū est quia eo utebantur sacerdotes tempore Heliæ prophetæ.
Syrupus dicitur a syr.quod est confectio, & ops,succus,in de syrupus.i.liquida confectio de succis.
Stomatichon ideſt confortatiuum stomachi. Et diuiditur, quia quoddam est stomatichon calidum, & quoddam frigidum.
Theriaca magna Gal.quia Gal.eam cōposuit. Dico quod nō est uerum salua pace Nicolai. quia Andromachus singularis medicus eam eōposuit. Et cum dicit ulterius theriaca dicitur a trochiscis de thiro qui in ea reperiuntur. Dico quod non est uerum,quia fiunt aliæ theriacæ quæ tamen non denominantur a thiro, quia trochiſci de thiro eas non ingrediuntur,ut theriaca diatessaron & theriaca Dioſco.& theriaca exercitualis &c. unde theriaca dicitur quasi medicina cōra uenenum, & dicitur domina medicinarum ut supra declaraui.
Theriaca diatessaron.i.de quatuor rebus.
Theriaca exercitualis.i.pro conseruando exercitu gentiū contra corruptionem aeris & epidemiam.
Tryphera saracenica,tryphera dicitur quia hominem iuuenem reddit,saracenica,quia a Saracenis inuenta est,& de scripta est.
Tryphera magna dicitur quia fructum magnum cōfert mulieribus,& proprie matricibus earum, quando dolorem matricis patiantur, dando eis cum uino decoctionis artemisiæ.
Triphylon.i.de foliis rutæ uiridibus.
Triasandali dicitur a tribus generibus sandalorum,quæ ponuntur in eis.
Theodoricon,dicitur a Deo datum,Emperiſton, ideſt bene expertum.
Theodoricū Anacardinū.theodoricon dicitur a deo datū. Anacardinum ab anacardis,qui in eo reperiuntur.
Trochiſci diarodon.trochiſci,ideſt rotunda cōfectio,Diarhodon ideſt de rosis.
Trochiſci diaui.i.de uiolis quæ in eis ingrediuntur.
Trochiſci hedychroi sic dicti a compositionis colore.
Trochiſci croci,a croco.
Trochiſci scillitici,a scilla.
Trochiſci thiri,a thiro serpente.
Trochiſci diacoralli,a coralis.
Trochiſci camphorati,a camphora dicti.
Reliquæ species trochiſcorum Nicolai claræ sunt, & non indigent expositione.
Vomitus Nicolai.i.uomitiuum a Nicolao compositum.
Vnguentum marciaton, a Marciatone medico inuentum.
Vnguentū citrinū dicitur, quia in pomo citri decoquitur.
Vnguentum populeon,quia fit de oculis arboris quæ populus nominatur,& fit in tempore ueris.
Vnguentum argion.i.adiutorium.
Vnguentum agrippæ dicitur,eo quia rex Agrippa iudeorum utebatur eo.
Vnguentum caliston dialteæ.i. calefactorium, caliston.i. mollificatiuum.Dialteæ dicitur a duabus speciebus radicum euiſci,uel alteæ quæ in eo ingrediuntur.
Vnguentum aureum,dictum est per excellentiam, quia sicut aurum est præciosum inter metalla, sic unguentum istud inter cætera unguenta.
Vnguentum laxatiuum,quia unctio ex eo laxat, sicut medicina laxatiua.
Vnguentum fuscum,id est nigrum.
Vnguentum album,a ceruſa alba quæ ingreditur.
Vnguentum uiride,dictum est a uiridi colore æris quod in eo ingreditur.
Zingiber conditum,id est zingiber uiride conditum.

Notandum est ulterius quod non est mirādum si hic nō sunt collecta omnia electaria,& pilulæ ac syrupi,trochiſci, cōfectiones & etiā aliqua plura quæ ponit Nicolaus, quia in aliquibus antidotariis reperiuntur, & in aliquibus pauciora,sufficit ergo quōd hic sunt famosiora,& utiliora.

A TERTIA PARTICVLA de dosibus & ponderibus,ac de eorum nominibus & differentiis &c.

R Estat modo de dosibus & ponderibus, ac etiam de eorum nominibus,& differentiis diligentissime pertractare secundum communem usum modernorum, quia multa reperiuntur,quæ sunt antiqua & spernenda, quia non sunt in usu.

Dosis. Si ergo aliquis doctus medicus examinauerit aromatarium inquirēdo quid sit dosis?Respondeat sic. Dico quod dosis est limitata mēsura uel pondus alicuius rei medicinalis simplicis,uel compositæ,specierum, aut herbarum,semi.uel radicū,electariorum,pilularum,unguentorum &c. Vel melius sic diffinitur. Dosis est limatata mēsura uel quātitas simplicis uel cōpositæ medicinæ, solutiuæ uel alterati uæ,quæ de se apta nata est facere sufficientem operationē & non diminutam,neque superfluam. & notanter dicit de se,quia ratione corporis uel humoris quandoq; potest facere superfluam uel diminutam operationem.

B

Ana. Quid intelligitur quando in receptis ponitur ana? Dico ꝙ ana est dictio græca,& trā importat quantū æqualiter

Quid est quod in antidotario Nicolai i aliquibus dispēsationibus electariorū uel cōfectionū &c. dicit medietas eius ē li.ii.uel medietas eius ē li.i.s.qualiter hoc intelligit

Dico quod reperiūtur duo antidotaria Nicolai, scilicet magnum,& dicitur Nicolaus magnus, & paruum,& dicitur Nicolaus paruus & isto utimur communiter.Vnde nota ulterius quod in Nicolao magno sunt descriptiones electariorum,uel confectionum,& aliorum.In Nicolao paruo sunt dimidiata in dosi & minorata, & aliquando secundum tertiam partem dispensata, & ideo dicitur aliquando in Nicolao paruo medietas electarii descripti in antidotario Nicolai maioris est lib.ii. Ex quo sequitur quod descriptio integra eiusdē electarii in Nicolao maiori est lib.iiii. & sic de aliis dicit,& licet hæc responsio cōiter assignetur a multis,mihi tamen minime placet, quia est sine ratione.

C

Nota etiam quod in Nicolao maiori, multo plura antidota,& electaria,pilulę, & confectiones &c. ponuntur quàm in Nicolao minori. Illa tamen quæ sunt in Nicolao minori,sunt etiam in Nicolao maiori, & secundum maiorem dosim,& non conuerso.

Primo ergo quæritur quot sunt pondera usualia & nomina eorum quæ aromatarii tenentur scire, & quibus medici & aromatarii quotidie utuntur.

Pondera. Dico quod pondera uel mensuræ quæ in arte medicina li reperiūtur,hęc sunt, quæ subtili ingenio & solerti studio ac summa ordinauimus diligentia ad opus aromatariorum & doctrinam omnium in arte medicinali studere uolentiū ut his ponderibus omnes medicinæ tam simplices quam compositæ,ualeant ponderari.

Incipiamus itaq; a Scrupulo,cuius hæc ē figura.ϑ.ascendendo usque ad libram quæ ex.xii.ʒ.integratur. Sed ante uideamus de granis ex quibus scrupuli,& drachma,& alia pondera integrantur.Vnde si quæratur, quare pondera medicinalia sunt per grana frumenti collecta, & mensurata ab ipsis medicis?Dico quod ideo factū est,ne forte per pōdera artificialia interdum medici & aromatarii decipiantur,& ideo tutius & securius fuit fundamentum & stabilitatem habere ex aliqua re naturali, sicut est triticum seu frumentum mensurando cum perfecto tritico omnia pondera,scilicet Scrupulum,Drachmam, Vnciam,Libram, & consimilia,quia sic faciendo,si omnia pondera artificialia ex plūbo,uel ex ære,uel ex alio metallo facta perderentur uel si in aliquo deficerent,tunc possemus per grana tritici quæ sunt naturalia ipsa artificialia pondera mensurare, ac remouere,& de nouo fabricare,& æquare.

D

Nota ēt ꝙ grana tritici sunt sm diuersas prouincias maiora uel minora seu crassa uel minuta.Medici aūt & aromatarii ꝙ faciēdis pōderibus debēt eligere mediocria & ex illis facere pōdera de plūbo,aut de stāno,uel alio metallo.

Si quæratur quid est Scrupulus, & quot scrupuli faciunt

ciunt unā drach. Dico ad ꝓpositū redeūdo ꝙ ſcrupulus eſt tertia pars drachmæ, & eſt pondus.xx.granorum tritici.

Quid eſt Drachma? Dico quod tres ſcrupuli faciūt unā drachmam,& ſic ipſa drachma eſt pondus ſexaginta granorum tritici,cuius drachmæ hæc eſt figura.ʒ.

Quid eſt Exagiū?exagiū eſt pōdus unius.ʒ.cū dimidia & ſic eſt.xc.granorū tritici,& dicit̄ ab ex qđ ē ſex,& gios, mēſura,quia ſex exagia faciunt & menſurant unā unciam.

Quid eſt Solidum,differt ſolo nomine ab exagio, quia tantum ualet quantum exagium.

Quid eſt aureus.aureus etiā eſt pondus unius drachmæ cum dimidia,& eſt idem cum exagio & ſolido.

Item ſex exagia faciunt unam unciam.

Quot drachmæ faciunt unā unciā? Dico quod ix.drach. faciunt unam unciam, & hoc ſecūdum Salernitanos,aliter etiam faciunt Paduani doctores, quia faciunt unam unciā ex octo drachmis.Neapolitani vero faciunt unam unciam ex decem drachmis. Cōmuniter tamē tenetur quod uncia conſtat ex.ix.drachmis. Vncia autem ſic figuratur.℥.Et ſic. ℥.Paduana eſt minor.℥. Salernitana, quia illa eſt ex.viii. drachmis, & iſta eſt ex.ix.drachmis. & .℥, quæ eſt ex, ix, drachmis eſt minor illa quæ eſt.x.drachmis.

Quæritur ex quot granis conſtat.℥. tenendo igitur, ut communiter tenetur quod.℥.i.conſtat ex. ix. drachmis, & quælibet drachma conſtat ex ſexaginta granis, ſequitur quod.℥.conſtat ex.cccccxl. granis.

Quid eſt Libra,& ex quot unciis conſtat libra una?conſtat ex.xii.unciis cxviii.ʒ.faciunt unam libram.

Et ſi quæratur quot grana faciunt unam libram? Dico quod vi.m.cccclxxxx.faciunt & integrant unam libram.

Quid eſt Sextariū medicinale?ſextarium medicinale eſt pondus duarum librarum cum dimidia. unde quando reperitur in receptis medicinale ſextarium uini, uel olei, uel aceti,quod intrat in medicinis,intelligitur lib.ii.s.

Quid eſt Cotyla? ſimiliter cotyla ſolo nomine differt a ſextario,quia eſt pondus lib.ii.s.ſicut eſt ſextarium.

Sed aliqui faciunt differentiam inter cotylam & cotulā quia cotula eſt pondus lib.ii.s.ut dictum eſt, ſed cotyla eſt pondus nouem unciarum.

Quid eſt Obolus?eſt pondus medii ſcropuli, uel ſecundum alios eſt quinta pars unius drachmæ.

Quid eſt Kiſt.eſt pondus unius libræ cum dimidia.kirat eſt grana quatuor.

Quid eſt Hemina?eſt pondus unius lib. & unciarū triū.

Quid eſt calculus?eſt pōdus duorum granorum ciceris & quarta pars oboli,unde.iiii, calculi faciunt unum obolum,& duo oboli faciunt ſcrupulum.

Quid intelligitur per grana, quando reperitur in receptis grana.ii.uel grana.v.Dico ꝙ intelligunt̄ grana tritici. niſi aliter exponeretur per medicum diſpēſantem ipſam receptam.uerbi gratia.ſi diceretur grana.v.hordei.

Quid intelligitur per manipulum in receptis?intelligit̄ quantum poteſt manu capi.uerbi gratia.dicendo. ℞. chamemillæ.M.i.intelligitur quantum poteſt manu capi.

Quid eſt pugillus?intelligitur quantum poteſt cum pugillo ſtricto capi.

Quid eſt ſatil?eſt pondus duorum ſextariorum.

Quid eſt kirat? eſt pondus trium granorum.

Quid eſt ramich? eſt pondus ſex Kirat.

Quid eſt carmes?eſt pondus unius grani hordei.

Quid eſt danich?eſt pondus ſex granorum hordei & ſecundum alios eſt pondus trium granorum hordei.

Quid eſt ſacrarati?eſt pondus unius aurei cum dimidio

Quid eſt anulaſach? eſt pōdus conſimile illi ſecundū aliquos,ſed ego non credo,quia aliter reperi.

Quid eſt arſinum?eſt pondus.ʒ.s.

Quid eſt decamech?eſt pondus.ʒ.i.

Quid eſt darchiminum?eſt pondus.ʒ.s.

Quid eſt bactath?eſt pondus nouem granorum.

Siliqua eſt pondus quatuor granorum hordei.

Quid eſt raſicii?eſt pondus ℈.i.s.

Verſus.

Audi letando quid dicam uerſificando.
Collige triticeis medicinæ pondera granis.
E Grana quater quinque,ſcrupuli pro pondere ſume.
In drachma ſcrupulus ter ſurgit multiplicatus.
Si ſolidum quæris,tres drachmas dimidiabis.
Exagium ſolido differt in nomine ſolo.
Aureus exagio,ſolido quoque parificatur.
Conſtat ſex ſolidis,uel ter tribus uncia drachmis.
Vncia pars lib.duodena quis ambiget inde?
Si quæris pondus quot habet ſextarius unus.
Librarum quinque pondus debet mediare.
Cotula ſextario differt in nomine ſolo.
Continet heminas ſextarius ut puta binas.
Vt fertur obolus ſemiſcropulus eſſe probatur.
Cætera menſuræ non ſint tibi nomina curæ.
Nam qui ſunt ficta ſordeſcuntque derelicta.
Non eris illuſus,ſi tenes quod tenet uſus.

QVARTA PARTICVLA de modo conficiendi omnia neceſſaria in qualibet aromataria.

F Icēdum eſt deinceps ut aromatarii ſint bene docti, & experti in conficiendo cōfectiones & electaria, quod ſpecies ſint ponendæ pro li.mellis uel zuccari, & quanta cera pro libra olei in unguē tis. Et ēt dicendū eſt aliquid de ſyrupis iulep, ſacculis cordialibus, & emplaſtris,cōſeruis, cerotariis, & quare cera eſt ponenda, & de commixtione aquarum cum ſyrupis,& de quantitate decoctionis in clyſteriis.

Quæritur quot ſpecies ſunt ponendæ pro libra mellis. Dico quod in cuiuſcunque electarii de mellis compoſitione uel alterius liquidæ cōfectionis ex melle,regula eſt,pro quacunq; libra mellis ponant̄.℥.ii.ſpecierum.ſed aliqui ponunt interdum pro quacunque libra mellis.℥.iii. ſpecierū, & hoc forte habet ueritatē in laxatiuis,& tempore hyemali,quia in hyeme ponuntur plures ſpecies quam in æſtate.

G Quęritur quot ſpecies ponuntur pro libra zuccari in ſolida confectione.Dico quod in ſolida cōfectione de zuccaro ponuntur.ʒ.vi.uel.viii. ad plus ſpecierum pro una lib. zuccari,ſed in confectionibus ſolidis cordialibus, ſufficit. ℥.s.ſpecierum pro una lib. zuccari quia multitudo ſpecierum deſtruit aliquando ſaporem confectionis, & guſtū infirmi,uel etiam ſtomachum ſani hominis nauſeat.

Nota ꝙ ſunt aliquæ confectiones zucchari in quibus ponunt̄.℥.iii.ſpecierū ut in diaphinicone & in diaſatyrione.

Quæritur de ſyrupis quantum mellis uel zuccari ponitur pro lib.aquæ uel decoctionis. Dico quod in cōpoſitione ſyruporum in quacunq; lib.aquæ uel decoctionis, ponitur lib.mellis uel zucchari.

Quæritur ſimiliter de iulep quantum de zuccaro debet poni pro quacunque lib.liquoris. Dico quod in compoſitione iulep in quacunq; lib.liquoris.℥. viii.zucca. uel.℥.vi. & aliquando.℥.v.aliquando.℥.iiii. ſecundū quod magis dulce,aut minus dulce uult facere.

H Et reperitur iulep longum,id eſt aquoſum modicæ decoctionis,ſed non diu durat.Aliud eſt iulep denſum,& magis compactum,quia magis coctū, & tale diutius durat.

Quærit̄ quot ſpēs debēt poni in ſacculis cordialibus qui fiūt de ſindone,de grana,uel de ſcarlato.ponitur cōiter.℥.i. uel.℥.i.s.ad plus.In exterius applicādis,ut emplaſtris,& ſacculis,ſemper herbæ limitātur, & doſantur per manipulos.

Quæritur quomodo fiunt conſeruæ roſatæ,diaboraginatæ,uel uiolatæ.Si uelis bonam conſeruam facere,debes ponere lib.i.zuccari pro dimidia lib.roſarum uel aliorum florum piſtando roſas rubeas electas cum zuccaro ſimul in mortario,uel uiolas,aut alios flores,deinde prædicta conſerua ad ſolem tenenda eſt diebus pluribus.

Quæritur quot ſpecies debent poni in cerotariis. Dico quod in cerotariis mediocribus ſemp ponitur. iii.uel.iiii. ʒ.ſpecierum & quodlibet cerotum ſi eſt magnū,debet eſſe iii.℥.ſi mediocre.ii.℥.ſi paruum.i.℥.

Quæritur quāta cera debet poni pro lib.olei in unguentis.

Dico quòd in compoſitione unguētorum pro.℥.ii.olei ponitur communiter.℥.s.ceræ unde pro lib.i. olei ponuntur.℥.iii.ceræ.

De ſpeciebus vel de pulueribus in unguentis ponimus ſecundum opportunitatem, uel ſecundum quòd uolumus facere unguentum durum uel molle.

Quæritur de pulueribus quātum debemus dare de pulueribus in potu.de pulueribus abſolute.ʒ.i.s.uel.ʒ.ii. & alii.ʒ.s. cum uino aut cum aliqua decoctione appropriata, uel cum aqua diſtillata,& plus & minus ſecundum ætatem & uirtutem ægri,& ſecundum quod puluis eſt ſolutiuus.

Siquis quæreret,quare ſyrupi dantur cum aquis, uel cū decoctionibus ſimul commiſtis. De ſyrupis, dico quod nō dantur communiter ſine aquis, uel ſine decoctionibus appropriatis,quia ſyrupi commiſti cum aquis efficiuntur magis liquidi,& etiam melius penetrant ad membra, & poſſunt melius tranſglutiri.

Sed nota ulterius quòd melius eſt ponere plus de ſyrupis & minus de aqua,quā econtrario, quia maiorem morā trahunt in ſtomacho & hepate,& ſic melius digerūt materiam peccantem,quā ſi plus de aqua poneretur, quia cum multa aqua uel cum multa decoctione ſunt liquidiores, & citius trāſeūt a ſtomacho, & ab hepate. uñ debemus tantā aquā ponere,quanta ſufficiat ad tranſglutiendū ſyrupum.

Sed aduerte quòd ſi uolueris aliquem ſyrupum iulepizare,uel clarificare,tunc debes ponere de aqua magis, & minus de ſyrupis.

Nota quòd longe melius operātur ſyrupi turbidi,id eſt non clarificati,quam iulepizati, ſed aliquando ad complacentiam ægrorum,ut ſyrup.pulchriores appareant,neceſſe eſt eos clarificare & iulepizare.

Nota ulterius quòd de ſyrupis ſecundum communem practicam exhibemus.℥.i.s.tantūdem de aquis uel ad plus ℥.ii.de aquis uel loco aquarum decoctionis ſimul commiſcendo cum ſyrupo.

Quæritur de clyſteris, quanta quantitas decoctionis debet adminiſtrari,& quanta quantitas olei, & quanta quantitas caſiæ uel hieræpicræ,uel benedictæ,& aliorum electariorum. Dico de menſura decoctionis adminiſtrandæ in clyſteris eſt quantitas unius lib. cum dimidia, ſcilicet xviii.℥.& ſalis.℥.i.& hieræpicræ, & benedictæ ſecundum opportunitatem,& ætatē ac uirtutem. quia aliquando ponimus.℥.i.aliquando.℥.s.&c. Et hoc totum intellige ſecundum magis & minus,& ſecūdum ætatem & complexionē, quia in uiris & mulieribus fortis complexionis & prædicta quantitas decoctionis ſalis,olei,& aliorum eſt conueniens quantitas.ſed pueris & debilibus, ac delicatis debet eſſe minor quantitas ſcilicet ſubdupla.quia medietas ſufficit.in infantibus uero ſufficit quantitas unius cyathi in clyſteribus eorum &c. Et omnia fiant ſecundum prudentiam & diſcretionem peritiſsimorum doctorum medicorū,quia ſola diſcretio facit medicum,ſecundo colliget Auer.

QVINTA PARTICVLA de colligendis herbis,floribus, ſeminibus, & radicibus &c.

SI quæratur quo tempore ſunt colligendi ab aromatariis flores herbarum,ſemina ac radices,& ubi ſunt exiccandi, & quo tempore ſunt aquæ diſtillandæ. Dico quod in uere.ſ.in menſe aprilis, & maii ſunt primo herbæ, ſecundo flores colligendi.

Semina uero ſunt colligenda in æſtate, ſcilicet iunii menſe uel iulii,quia tunc ſunt completa.

Radices uero in autumno ſunt colligendæ, quia tunc folia & ſemina ceciderunt,uel ſunt exiccata,& tunc tota uirtus herbarum eſt repoſita in radicibus.

Dico ulterius quod herbæ ſunt exiccandæ ad umbram.

Semina uero ad lentum ſolem.

De radicibus uero diſtingue,quia quædam ſunt ad ſolē exiccandæ,ſicut ſunt radices magnæ,ualde craſſę,quia den

A ſæ ſubſtantiæ,ut radix brioniæ, reupon. ariſtolo.gentianæ, mandrag.& ſic de conſimilibus. Sed radix ireos petroſelini,apii,fœni.caryophyl.aſari, & conſimilium, quæ ſunt rarioris ſubſtantiæ,debent ad umbram exiccari, & omnia prędicta ſcilicet herbæ,flores,ſemi. & radices, nunquam ſunt apponenda,niſi ſint debito modo,& congruo tempore exiccata alioqui putreſcerent.

Et cauendum eſt ne reponatur ad fumum,uel ad ſolem, aut in loco humido,uel puluerulēto,quoniā putreſcerēt, & uirtutem amitterent, debentq; cōſeruari dictæ herbę in ſacculis de lino.Semina uero ac flores,& radices, in ſcatulis,& oēs ſeorſum & ſigillatim de per ſe conſeruentur.

Alia doctrina.

Notandum eſt ulterius ſecundum doctrinam Rainaldi de uilla noua in quodam ſuo lib. de ſimplicibus quod ad hoc,ut ipſæ herbæ ac flores,radices,& ſemina habeant ſingularem uirtutem & proprietatem ad morbos ſunt colligenda ſecūdum diuerſa ſigna zodiaci. Quædam enim ſunt mobilia.ſ.quatuor,ut aries,cancer,libra,capricornus,& in

B iſtis ſignis mobilibus colligendæ ſunt herbæ,ſucci,ſemina, ac radices laxatiuæ,quia felicius & citius operabunt̄, v.g.

De herbis,ut mezereon,ſene,laureola.

De ſeminibus,ut ſemen carthami,ſemen laureolæ.

De ſuccis,ut ſcamonea,ſuccus ireos,& cucu. ſylueſtris.

De radicibus,ut turbith,eſula,reubarbarū, & cōſimilia.

Quædam uero alia ſigna, ſcilicet alia quatuor, ſunt ſtabilia ſeu fixa,ſcilicet taurus,leo,ſcorpio,& aquarius. Et in iſtis ſignis ſunt colligendæ herbæ,ſucci,radices, & ſemina ſtiptica & conſtrictiua,quia ſic melius operabūtur contra fluxum,& contra dyſenteriam & uomitum.v.g.

De herbis,ut plantago,myrtus,filices.

De ſuccis,ut ſuccus citoniorū,acatiæ,ſuccus myrtillorū

De radicibus,ut radices filicum.

De ſeminibus ſtipticis,coriandrum,ſemen myrti, & ſemen roſæ,&c.

De fructibus,ut ſorbæ,citonia, granata, pyra, meſpila, ſumach,galla.

Quædā uero alia ſigna zodiaci,ſcilicet reliqua quatuor

C ſunt mediocria,ſcilicet neque ſtabilia,neque mobilia, ſed media,ſ. Virgo, Sagittarius, Gemini, & Piſces, in quibus colligendæ ſunt herbæ,radices,ſemina,quæ nec ſunt ſolutiua,nec ſtiptica,ut fœniculum,apium,abrotanum, artemiſia,menta,& eorum ſemina.

Alia doctrina. De conditionibus in medicinarum collectione conſiderandis.

ET quia iſta doctrina eſt nimis ſpeculatiua pro aromatariis, ideo dimittatur peritiſsimis doctoribus medicinæ qui tenentur habere notitiam aſtrologiæ, alioquin male curabunt ægros, oportet quod colligātur in tempore ſereno claro & non uentoſo, & oportet quod non colligantur niſi in fine bonitatis,& maturitatis earum in ſuo tēpore,non quando ſunt uetuſtæ & conſumptæ propter aliquam infirmitatem earum.

Et herbæ quæ colligūtur in terris montuoſis duris,ſunt fortioris uirtutis,quā quæ colliguntur in uallibus & terra

D pingui,& in uiridariis,& hortis.

Et oportet quod eligas ex herbis quæ ſunt plus ramoſæ & quæ ſunt completæ cum ſeminibus ſuis,ſicut debent eſſe ſicut ſtœchas,mentaſtrum,meſir.i.dictamus, & aſach.i.tribulus marinus,& hyſſopus,& ſimilia.

Et flores oportet colligi antequam cadant, ut flores alcannæ,tormentillæ,uiolæ,ſambuci.i.hyſemini, & ſimilia.

Sed tempus colligendi fructus,eſt quādo ſunt boni,maturi,ſicut uuæ & ficus,dactyli,pyra,poma,pruna,& ſimilia.

Et ſemina oportet colligi quando incipiunt exiccari,& cadere,& antequam cadat ſuper ea aqua quæ illa deſtruat.

Et tempus colligēdi radices,& ramulos, & cortices,eſt quādo incipiūt cadere folia eorū,oportet quod ſucci plantarum ex foliis & ramis earum exprimantur, dum ſunt adhuc teneræ,ſicut memithe,& gaſir. & eſt ſemperuiua, ſuccus hypocyſthidos & abſinthii, & ſimilium. Et oportet, quod uulneretur plāta ſeu arbor,quādo uolueris accipere

fac eius,uel lachrymam,donec planta uiget adhuc in terra & non postquam est euulsa,sicut cum uolueris facere opiũ euphorbium,& similia.

Generaliter scire debes quod radices, & folia,& rami, debent exiccari postquam sint abluta cum aqua,a terra & sordibus earum,& quod siccantur in loco umbre ubi non sit humiditas,& oportet quod reponas flores herbarũ medicinalium in capsis de ligno. Et similiter herbas stiptic as & radices. Semina uero seruentur in facculis ex corio ad meliorem conseruationem secundum Dioſco.

Alia doctrina.

Quia præfata doctrina pro aromatariis, & præcipue rudibus,est æqualiter cõfusa.Ideo si quis interrogaret in quibus mensibus particulariter & sigillatim sunt colligendæ herbæ,flores,semina,& radices.Respondeo quod in mense Martii. Quia a medietate ipsius, principium est ueris, & terra incipit germinare,& uestire se herbis & floribus quæ fuit nuda in hyeme, propter uentos,niues,& frigora.

Collige ergo prædicto mẽse uiolas,& fac de eis trochiſciaui,id est de uiolis,& syrupum uiolatum, & oleum uiolatum,& si poteris ex eis succum facere,conserua ipsum,& potes etiam uiolas distillare,& aquã usui conseruare.Exicabis etiam ex eis ad umbrã eodem tẽpore, & reserua eas.

Collige eodem mense fumum terræ, & fac ex eo syrupũ maiorem,& minorem, & ex eo succum extrahe,& reserua licet etiam possis in principio Aprilis omnia prædicta ex fumo terræ facere. Item in isto mense incipit colligi mastix,usque ad finem mensis Aprilis.

Collige scillam secundum artem, & fac acetum scilliticum,& lohoc de scilla,& oxymel scilliticum.

DE MENSE APRILIS.

Collige euphragiam,& distilla eam,& etiam siccam reserua,quia pro oculis optima est.

Collige flores boraginis & buglosſæ, & fac conseruas ex eis,& desicca ex eis,& reserua,& distilla, & fac aquam boraginis & buglosſæ.

Collige oculos populi, & fac unguentum populeon, quod est optimum ad somnum prouocandum in febribus & in phrenesi.

Collige mentam,maioranam,citrariam,iuam maiorem asparagos,& reserua.

Collige flores,& fac oleum irinum.

Collige melilotum,& fac emplastrum de meliloto.

Collige flores rorismarini,& fac dianthos, & conserua cum zuccaro,& ex eis sicca,& usui reserua, & fac oleum ex eis si uolueris.

Collige etiam scolopendriam,betonicã, & capillos ueneris,& distilla ex eis,& etiam desicca,& reserua.

Collige etiam cheyri,id est uiolas citrinas, & fac ex eis oleum quod dicitur,oleum de cheyri.

Collige bursam pastoris,et distilla,et exicca ex ea,et collige cretanos,et distilla.

DE MENSE MAII. Collige rosas rubeas, et distilla ipsas recentes,et fac aquam rosatam, et purifica ad solem, et extrahe succum eius,et usui reserua,et fac ex eis conseruam rosatam,et rodozaccaram, id est zuccarum rosatum, rodomel,oleum rosatum bonum secundum artem.

Pro quo nota quod dupliciter potest fieri oleum rosatum.Primo ex rosis incompletis,et ex oleo omphacino,et tale oleum est magnum stipticum, et confortatiuum,et frigidum,Secundo potest fieri oleum rosatum ex oleo oliuarum maturarum,et tale oleum est magis anodinum, et doloris sedatiuum,et non est adeo frigidum sicut primum. et exicca ex eis,et usui reserua,et reserua etiam botros earũ id est ipsas rosiculas incompletas ante aperitionem, quia sunt stipticiores,et cordialiores, et fac etiã ex eis trochiſcos diarhodon,

Collige etiam eodem mense papauer album, et rubeum et nigrum,et usui reserua,et fac opium eodem mense, et fac hypocistidem,

Collige chamæmillam,et fac eius oleum,et sicca flores eius,et reserua.

Collige etiam flores genistæ, et fac ex eis mel genistatum,bonum pro scrophulis,et fac etiam ex eis aquam distillatam pro arenulis.

Collige flores maluæ, et fac ex eis mel maluatum bonũ pro asthmate et tussi.

Collige anethum et fac oleum, et collige capita hyoscyami et sicca.

Collige semen bursæ pastoris,et reserua.

Collige saluiã,et distilla,et desicca ex ea,et usui reserua

Collige etiam hermodactylos secundum quosdam, sed ego puto quod melius colligantur mense Augusti. Et collige gummi hederæ etc.colligitur etiã manna in isto mense,tam in oriente,quam in Calabria,quia tunc ros ille precioſus de cœlo cadit.

DE MENSE IVNII. Collige omnes herbas seruandas ut cedrũ,origanum,pulegium,ſtœchadem,polium,celticam,abrotanum,absinthium,praſsium seu marubium,eupatorium,hypericon,chamædryn,chamæpityn,satureiam, rosmarinum, centaureum maiorem et minorem, artemisiam, agrimoniam,pentaphyllon,millefolium, betonicam, thymum, epithymum, hyſſopum, et omnes alias herbas usuales,quarum neque semina neque radices sunt in usu.

Collige etiam balaustias et reserua. Fit etiam aloe in fine huius mensis ex succis herbæ zambanæ, fit etiam succus liquiritiæ ex radicibus eius,et usui reseruatur, sed radices eius mense Augusti colliguntur,exiccãtur,et reseruantur.

Collige ciminum,anisum, In isto etiam mẽse colligitur thus,uernix,ammoniacum,opopanacum,sed aliqui dicunt quod colliguntur de mense Maii. In isto etiam mense fit scamonea,et est succus inspiſſatus cuiusdam speciei uolubilis,uel cuiusdam speciei tithymalli.

DE MENSE IVLII. Collige semen laureolæ, et fac electarium ex lacte anabulæ.

Collige succum cucumeris agrestis, et reserua,et fac in de pilulas ad hydropiſim.

Collige coriandrum,semen fœnugræci,semen geniſtæ, semen ſtaphisagriæ,semen macedonici,semen petroselini, apii,rutæ,semen hyoscyami ,grana solis, semen sinapis,urticæ, erucæ,semen arnogloſſæ.i.plantaginis. Semina quatuor minora frigida,scilicet scariolæ, endiuiæ,lactucæ, et portulacæ,et semina quatuor maiora frigida,scilicet anguriæ,citrulli,melonis,et cucurbitæ.

Collige etiam semen leuiſtici,et semen cicutæ,et pastinacæ syluestris,carui,fac etiam acatiam in fine huius mensis ex succo prunellorum syluestrium,et ad solem desicca.

Collige etiam antheram,in fine prædicti mensis , uel in fine Augusti.

Collige etiam seselim,id est semen sileris montani, et semen nasturcii,et pigani,id est semen rutæ.

MENSE AVGVSTI. Collige radices saxifragiæ, et radices liquiritiæ,radices aco ri,et radices cyperii, galangæ, radices mandragoræ,radices brioniæ, radices bruſci , radices reupon.casiæ lignæ,radices pyrethri.

Collige radices dictami,et tormentillæ,et radices fabæ inuersæ,id est solatri maioris,

Collige radices gentianæ,radices esulæ, et aristolochiæ longæ et rotũdæ;et radices cucume. et collige radices enulæ,radices trium consolidarum,radices,fu.id est ualerianæ radices meu.et radices caryophy.radices ſuchaha.et bedeguar,radi.apii,petroſelini,fœnic.bruſci,aſpara. ireos, etc.

Collige ẽt in isto mẽse semen,et radices peoniæ, in isto ẽt mẽse fit uiſcus.et fit ẽt terebinthina de granis uiridibus.

MENSE SEPTEMB. Collige agnũ castum.i.eius semẽ et radices capparorũ,ac utriusque hellebori albi.ſ.et nigri.

Collige radices peucedani.

Collige linguam ceruinam,id est ſcolopendriam.Et collige citrach,capillos ueneris.

Collige etiam flores,et semen fœniculi, et exicca,quia tunc perfectum est semen eius.

MENSE OCTOBRIS Collige phylipendulam,centauream,absinthium et cyclamen.

MENSE NOVEMBRIS. Collige lignum cedri, et secundum aliquos collige esulam,et mezereon.

MENSE DECEMBRIS. Collige baccas lauri, et fac oleum laurinum,et oleum de lentiſco,et collige fructus iuniperi et poma mandragoræ.

MENSE

MENSE IANVARII. Collige fructus bruſci, & radices eryngiorũ,& cõfice eas,cortices citri,cõfice, & serua.

MENSE FEBRVARII. Collige cimbalarias, hepaticas,pulmonarias.Et incipe colligere uiolas usque ad mensem Martii inclusiue ut supra dixi.

Nota ulterius quod omnes aquæ distillatæ quæ fiunt ex herbis debent fieri in uere.ſ.a medietate Martii usq; ad tum mensem Maii inclusiue,& postquã factæ fuerint debẽt stare ad solem saltem diebus.xv.ut purificentur a fumo.

Sed si uis ut nullo modo sapiant de fumo distilla eas in duplici uaſe.ſ.ponendo alembicum in balneo mariæ.

Si cupiunt rudes aromatarii esse docti de infinitis fere præparationibus multarum simplicium medicinarum, mineralium,& non mineralium, usualium & nõ usualium, ut puta de ablutionibus,combustionibus,assationibus,purificationibus,præparationibus specierum salis , & decoctionibus,& extractionibus succorum,& quasi de infinitis rebus huiusmodi recurrãt ad librum Seruitoris, qui liber est eis ualde necessarius,unde sæpe studeãt & legant in eo cũ bona intelligentia,quia in eo infinita reperient ex quibus non solum utilitatem,sed honoré cum gloria reportabunt.

SEXTA PARTICVLA
de conseruatione medicinarum simplicium & compositarum.

MOdo discurrendum est , & breuiter loquendum de conseruatione tam simplicium, quam compositarum medicinarũ & licet Serap. in cap.xxxiiii. antidotarii sui ponat stabilitatem, & tempus durationis quarundam medicinarum compositarum, de simplicibus tamẽ nullã fecit mentionẽ. Ego itaq; decreui ad clariorem aromatariorum notitiam,Primo uniuersalem quandam doctrinam hic tradere in perduratione & conseruatione medicinarũ tam simplicium quàm compositarum: Deinde specialiorẽ doctrinam faciam de prædictis, quia particulariter quasdã earum tantum,sub compendio notificando, ut saltẽ ex hac doctrina instruãtur aromatarii medicinas ueteres, ac resolutas abiicere,ut docti medici & famosissimi doctores ex hac fidelitate aromatariorum utilitatem consequi ualeant & honorem.

In primis igitur debet quilibet aromatarius sibi locum aptum eligere,in quo apothecam aptissimam ad res medicinales conseruandas tenere ualeat,ita,quod sit a uentis & & a sole defensa,& quod non sit humida , nec fumosa , aut puluerulenta: quia prædicta omnia habent tam simplices, quam compositas medicinas corrumpere, aut alterare.

Incipiamus ergo cum Dei gratia a floribus , herbis, seminibus,& radicibus. Pro quo notandum est,quod quãto aliqua res simplex fuerit,& rarioris substantiæ, tanto minori tempore conseruantur,quia est magis apta resolutioni,ut contrariis alterantibus resoluatur, & præcipue si longo tempore teneatur.Quia secundum Philosophum tempus est causa corruptionis omnium.quia omnia senescunt in tempore,& quia flores herbarum sunt rarioris, & subtilioris substantiæ quã herbæ, ideo minori tempore conseruantur,& ideo usque ad annum conseruantur, & non ultra quia in capite anni renouari debent , abiiciendo ueteres, & reponendo nouos,exiccando eos prius ad umbram , ut sunt uiolę,rosæ,flores boraginis,& buglosſæ, & meliloti, flores,anthos,id est rorismarini. Consimiliter herbæ,licet possint magis conseruari quam flores,tutius tamen est,ut singulis annis renouentur.

De seminibus uero dico usque ad duos annos conseruantur, præter minuta semina frigida , quæ debent quolibet anno renouari,& similiter ex fructibus pineæ,& fistici renouentur de anno in annum, & amygdalæ cum auellanis, prunis,ficubus,sebesten,& dactylis.

De radicibus distinguendum est,quoniam quædam sunt subtiles & raræ substantiæ , ut radices ualerianæ & petroſelini,apii,caryophyllatæ , baccaræ , saxifragiæ , dictami, tormentillæ, hermodactylorum & consimilium , & isto modo quolibet anno renouantur. Aliæ sunt crasſæ & densæ substantiæ, ut reuponticum , & radices brioniæ , peucedani, meu,aristolochiæ , & istæ conseruantur per duos & tres annos.

DE CONSERVATIONE
& perduratione solutiuorum simplicium secundum ordinem Mesue.

Et primo de Aloe.

I ergo quęratur quanto tempore durat aloe.Dico quod potest cõseruari usq; ad x.annos & caue ne in loco humido teneatur,nec in loco uentoso , neque ad solem,nec ad fumũ, nec prope ignẽ quia uirtus eius resolueretur.Nota ulterius quod aloe potest sophisticari & adulterari,unde pro hoc lege Mes.in cap. proprio de aloe & ibi reperies conditiones ueri aloes & adulterati. Dosis eius est ab aure.s.usque ad drach.ii. Et infusionis ab aure. i. usque ad drach. iii. Quid autem sit aloe , & quomodo fiat , & ex qua herba , & in qua prouincia , dictum est sufficienter superius in prima particula , cum de ligno aloes mentio facta fuit.

De myrobalanis.

Dico quod myrobalanorum quinque sunt species,& secundum opinionem aliquorum ab una & eadẽ arbore producuntur.In diuersis tamen temporibus . unde citrini durãt duobus annis.Emblici uero & bellirici.viii. annis conseruantur.Chebuli.iiii.annis.Sed chebuli conditi.x.annis. Indi.vii.annis, unde citrini minori tempore omnibus conseruantur,quia rarioris sunt substantiæ, & ex primo germine producti.Et omnes qui sumunt myrobalanos, timeant boream superuenientem,& non comedant pisces.

Potio citrinorum est a ʒ.ii.usq; ad v. Et infusorum a drach.v.usque ad.xx.

Et potio chebulorum tritorum est a drach.iii. usque ad iiii.Et infusorum a.ʒ.iiii.usque ad.xx.

Potio indorum est sicut chebulorum.

Potio uero emblicorum tritorum est ab aure.i.usq; ad iii.Et infusorum ab aure.iii.usque ad aure.vi.

De Rhabarbaro.

Dico quod rhabarbarum quando est electum, non adulteratum, neque exanimatum per annos.iiii. conseruatur. Præseruatur autem a putrefactione,si superliniatur cũ cera liquefacta,solum cum modica terebintina, aut cum cera sola,aut si sepeliatur in melle tabarzet,aut si sepeliatur , si inuoluatur in milio,aut cũ semine psyllii. Nota quod rhabarbarũ pôt adulterari,unde lege Mes.in c.proprio de rhabarbaro,& ibi discres cognoscere uerũ. rhabarbarũ a'falso.

Potio eius infusi in eo est a drach.ii.s.usque ad.x. Et potio contriti est drach.i.usque ad.iii.

De Casiafistula.

Dico quod casiafistula conseruatur per annum , & in loco humido,non tamen excessiue.Melior autem casiafistula est illa quæ est grauis in pondere , & pinguis in substantia ac lucens,& nigra in colore, & crassa in canulis , ac dulcis in sapore .

Nota tamen quod aliqualiter lædit stomachum,& mouet in uentre tortiones.

De Tamarindis.

Dico quod tamarindi sunt dactyli acetosi, & sunt ex fructibus palmarum syluestrium , & sunt ex medicinis nobilibus,non excedentes in operatione , & conseruantur per annos.iii . Et cauendum est ne aqua aut alia res mollis & humida cadat super eos quia putrescerent . Modus autem cõseruandi eos est,ut eos bene strictos & calcatos in uase uitreo bene obturato reponas in loco recenti,& sic ipsum uas teneas.potio enim eorum est ab unc.ii.usq; ad.v.

De Manna.

Manna est ros de cœlo cadens super quasdam plantas.

cuius materia est uapor qui eleuatur cum accidit digestio & maturatio in aere, quando est æqualis & fœcundus in lætis aspectibus. unde aliquando cadit super lapides & aliquando super arbores, & cum cadit super arbores suscipit proprietatem & uirtutem ramorum plantarum, ac foliorum, & florum super quos cadit. Durat autem & conseruatur per annum, bene obturato uase. Fumus autem puluis & pluuia ac omnis humiditas destruit eam. Falsificatores autem adulterant eam. unde lege Mes. & aliquando fit manna adulterata ex zuccaro albissimo & amylo simul. Dosis eus a drach. vi. usque ad. xv.

De aqua lactis.

Dico quòd aqua lactis est materia infusionum, & debet esse recens, boni saporis & odoris, & nō diu teneatur, quia cito corrumpitur. Et fit ex lacte iuuenum caprarum & nigrarum recenter fœtarum, & boni pascui; bonarum herbarum, post hoc est aqua lactis ex lacte ouium, sed caprarum est melior, & efficacior. Dosis eius est ab. ʒ. iii. usq; ad. ʒ. vi.

De rosa.

Dico quòd rosa est duarum specierum, scilicet alba & rubea. unde alba est magis frigida, & magis stiptica quam rubea. Rosa uero rubea est nobilior alba, cuius succus dum est recens, est aliqualiter solutiuus. Et est etiā eius succus calidus in primo gradu propter exclusionem eius a re terrestri, & rosæ ru. exiccatæ sunt magis stipticæ quā recentes & rosæ ru. incōpletæ sunt magis frigidæ & magis stipticæ quam completæ, & semen earum est adhuc fortius in frigiditate & stipticitate. Conseruantur autem rosæ usq; ad annum, & similiter succus earū usq; ad annum, sed ut melius a putrefactione reseruetur, parum olei fundendum est super eo in phiala uel in uase in quo reponitur. deinde obturetur obturatione ultima ne exhalet uirtus eius.

Potio succi rosarum est ab. ʒ. i. usque ad. ii. cum zucca. Et potio syrupi facti cum succo earum est ab. ʒ. ii. usq; ad. v.

De Violis.

Dico quòd uiolæ sunt medicina temperata conueniens & ex primis floribus ueris, & debent colligi de mense februarii, quando non inuenitur calor, aut pluuia dissoluens & dissipans uirtutem eius. Frigida est & humida in primo gradu, quæ uero est ficca est minus frigida, & minus humida. Succus eius est lenitiuus naturæ. Conseruatur autem sicut succus rosa. per annum, & similiter uiolæ siccæ conseruantur usque ad annum & non ultra. in capite uero anni renouari debent, abiiciendo antiquas, reponendo nouas, & potio earum est ab unc. ii. usque ad. iiii. & conditi earum ab unc. i. s. usque ad. iii. & iulep earum ab unc. iii. usque ad sex.

De Absinthio.

Dico quòd melius absinthium est romanū, & præcipue quod est remotum ab odore, & a præsentia maris, quia uapor maris resoluit uirtutem quæ est in superficie foliorum eius. Est autem absinthium cali. in primo gradu, & siccum in secundo. Conseruatur autem per annum. Colligi autem debet de mense aprilis, de mane ortum solis, & non in meridie dum sol reuerberat ipsum, quia tunc a calore solis uirtus superficiei foliorum eius aliqualiter est resoluta. Dosis eius decocti aut infusi potio est a. ʒ. v. usque ad. vii. Et puluris eius a ʒ. ii. usque ad. iii.

De Stœcade.

Dico quòd utilius & melius est stœchas arabicū, & meliores sunt flores. Calidum est in primo, siccum in secundo gradu, & conseruatur per annum aut. ii. ad plus decoctionis eius. potio est a. ʒ. v. usque ad. vii.

De Fumoterræ.

Dico quòd fumus terræ est ex medicinis benedictis, cuius abundantia minuit eius præciositatem, & est solutiuus naturæ. Melior est cuius herba est uiridis, & cuius folia sunt plana & tenera, cuius flos est subuiolaceus. Crispus uero non est bonus. Collectionis tēpus melius est in principio ueris. eius uero semen in fine ueris colligitur. De cōplexione uero eius aliqui dicunt quod est frigidæ complexionis in primo, sed secundum ueritatem declinat ad latus caliditatis, & licet caliditas sit in eo minor frigiditate, tamen est in superficie dominās, & est siccus in secundo, & semen eius calidum. Inter omnia simplicia mundi non reperitur ci par in mundificando sanguinem, & præcipue si succus eius bibitus fuerit calidus cum zuccharo, uel commistus cum aqua lactis. Succi ipsius potio est ab unc. s. usque ad. ii. Et decoctionis eius ab. ʒ. x. usque ad xv. Et puluris eius a. ʒ. iii. usque ad. v.

De Eupatorio.

Dico quod eupatorium secūdum Salernitanos est saluia syluestris, secundum Sera. est canaparia, nō quidem illa ex qua fit canapa ad modum lini, sed ideo canaparia dicitur, quia ad illius similitudinem producit folia, secundum uero Mes. est herba longitudinis cubiti, amaritudinis multæ, folia eius sunt sicut folia centaureæ minoris uiridia, sed sunt aspa & incisa &c. Colligit in fine ueris, & est melior operatio succi eius & etiam in uere. Gali. est in primo, siccum in secundo. Conseruatur autem per annum tam herba quā succus eius.

Decoctiōis eius potio est ab. ʒ. iiii. usq; ad vi. & puluris eius a. ʒ. ii. usque ad. iii. Et loco eius ponitur in defectu ipsius absinthii, & asari, ana medium ponderis ipsius.

De Epithymo.

Dico quod epithymum dicitur quasi supra thymum nascens. Est enim ex herbis superexcrescentibus aliis plantis & quasi est similis cuscutæ, & aliquando excrescit super halasce, & aliquando super species origani, & est duplex hortense, & syrum, est complexionis cali. & sic. in secundo, licet Galen. ponat ipsum cali. in tertio. Conseruatur autem per annum & non ultra. Potio eius in decoctione est a drachm. v. usque ad xi. Et puluris eius a drachm. iii. usque ad. vii. Ille autem qui sumit, uitet acceptionem eius in æstate.

De Hyssopo quod uocatur hasce.

Dico quod quidam dicunt quod est hyssopus hortensis. Alii dicunt quod est una ex speciebus origani, cali. complexionis & sic. in secundo gradu, & conseruatur per annum. Dosis eius decoctionis est a. ʒ. v. usque ad. x. Et puluris eius a. ʒ. ii. usque ad. iiii.

De Hyssopo montano.

Dico quod hyssopus est duorum modorum, scilicet hortensis & montanus, durat & conseruatur per annum. decoctionis eius potio est a. ʒ. vi. usque ad. x. Et puluris eius a ʒ. iii. usque ad. vii.

De Prunis.

Dico quod prunorum quædam dantur ad alterandum, & quædā ad soluendum. unde alba & citrina ad opus medicinæ non ualent. Et ex eis sunt muza, id est medii saporis inter acrem & dulcem. Et hæc dantur magis ad alterandū sanguinem, & choleram, & ca. humores. Et sunt ex eis dulcia, & hæc dantur magis ad soluendum, sed utraque tā muza quam dulcia alterant, sed muza magis, & utraque solutionem leuem faciunt, sed plus & minus, quia muza minus, & dulcia magis, & humida plus lubricant quam ficca. Damascena uero & armena in omnibus illis sunt fortiora dulcia sunt fere temperata inter caliditatem & frigiditatē, sed magis declinant ad frigiditatem, & sunt humida in secundo. Muza uero sunt frigida in principio secundi, & omnia sunt refrigeratiua, nocent stomacho, & sunt pauci nutrimenti. Conseruantur autem per annum. Potio aquæ, id est decoctionis earum est circiter lib. i. cum zuccaro.

De psyllio.

Dico quod psyllium est de alterantibus & facientibus solutionem, & est triplex, album, subnigrum, & purpureū, melius autem est illud quod est crassum, completum, graue, ita quod submergitur in aqua. habet autē psyllium complexionem diuersam in duabus substantiis eius, quæ separari possunt, quia in cortice exteriori est frigi. & humidæ complexionis in secundo gradu, secundum Dioscor. substantia enim eius medullaris est ca. & sic. in quarto gradu, & acuta uehementer, rubificans, rubificatiua, & incisiua. Conseruatur autem ab uno anno usque ad duos. potio ipsius est a drach. i. usque ad. iii. Timeat autem ipsum habens debilitatem uiscerum.

Nota q̄ in prædicto cap. de psyllio uidet esse discordia inter Ruffum & Dioscō. de complexione psyllii, quia dicitur a Mes. quòd substantia exterior extensa super corticem est ex multum infrigidantibus, & dixit Ruffus quòd est frigida & hu. in tertio, & excessit, & dicit Dioscō. quòd est in secundo, illud est uerius. Inquit. n. Hip. in epidemiis, quòd non eleuatur res frigida iuncta cum humiditate supra secundum. grauatur res frigida iuncta cum humiditate supra secundum gradum, & dicit Gal. quod humida res non trāsgreditur metam usque ad quam potest regimē hominis extendi, propter quòd non inuenimus humidum, esse causam doloris inquantum humidum, sed inquantum potest esse cum materia in quantitate sua, mouetur ad continui solutionem &c.

De capillo ueneris.

Dico quòd capillus ueneris qui aliis nominibus dicitur coriandrum putei uel capillus fontium, uel capillus hominis nemoralis, uel capillus porcinus, ponitur temperatæ complexionis a Gal. & uix conseruatur per annum, quia est subtilis & raræ substantiæ. Potio decoctionis eorum quando quæritur per ipsos solutio per uentrem, est circiter lib. i.

De assaro.

Dico quòd assarum est radix herbæ aromaticæ quæ assara baccara dicit, & est ca. & sic. in tertio gradu, licet Diosc. dicat uerius, quia est ca. in secundo, & sic. in tertio, & est magis prouocatiuum, & subtiliatiuum, & aperitiuum quam solutiuum. Conseruatur autem per annum. Dosis eius infusionis est ab au. ii. usque ad. iiii. Et puluris eius a. ʒ. i. usq; ad aur. ii.

De Gallo.

Dico quòd gallorū electio sumitur a quatuor conditionibus. Primo a colore, quia Ruffus est melior aliis. Secundo ab ætate, quia quanto antiquior tanto melior. Tertio a motu, quia ille qui ē uelocior est melior & calidior. Quarto a coitu, quia si sit fortis in coitu dimicando, quia si fortiter dimicat, fortiter coit, potio iuris galli ē circiter lib. ii.

De Volubili.

Dico quod uolubilis est plurium specierum secundum Mes. sed magna magis prævalet omnibus, nisi quod aperit orificia uenarū, & educit sanguinem, & multum extenuat quia scilicet ex ultima specie uolubilis, scilicet ex quarta specie uolubilis sit scamonea, scilicet ex lacte eius coagulato, & est pernitiosa. lege Mes. inter prædictas species habens folia citruli, cuius flos est sicut ampullæ adhærentes adinuicem, & uocatur lupulus, est ualde mundificatiuus sanguinis, magna uero facit flores albos strictos in principio, & latos in fine ad modum tubæ & habet lac. Potio de coctionis magnæ est circiter. ʒ. iiii. Et infusio eius in aqua casei est circiter. unc. iiii. lupuli uero infusionis in aqua casei potio est circiter lib. i.

De Scamonea.

Dico quod scamonea est solutiuum magnum, quia solutiuum solutiuorum, quia est solutiuū antonomastice, id est per excellentiam, & est generalius super omnia solutiua. Fit autem ex succo eiusdem speciei uolubilis cuius folia sunt in modum sagittæ alatæ. Nascitur autem in Antiochia & Armenia, & Corasceni, & in partibus Arabiæ, & Turchiæ, sed antiochena prævalet aliis, unde lege in Mes. quia ibi omnia latius reperies.

Sed nota quod bona scamonea debet habere septē conditiones. Primo ut in colore sit cineritia & subpallida. Secundo in tactu ut sit frangibilis. Tertio ut sit lacticinia per applicationem ipsius ad linguam, ut resultet lac ex tali tactu linguæ cum saliua. Quarto, quod sit leuis in pondere. Quinto quod sit boni odoris. Sexto, quod sit antiochena. Septimo, quod sit antiqua non recens.

Vlterius notandum est quod ipsa scamonea habet quinque nocumenta. Primum est quod lædit stomachū & cor. Secundo generat uentositatem mordicatiuam. Tertio generat caliditatem & inflamationem excessiuam. Quarto excoriat intestina. Quinto quod eius impressio est supra uirtutes & membra. Corriguntur autem ista nocumenta si cum mastice præparetur, & melius si decoquatur in citonio, & fiat diagridum. Conseruatur autem annis. xii. Dosis eius est a granis quinque, usque ad xii.

De Turbith.

Dico quod turbith est radix herbæ, cuius folia sunt sicut folia ferulæ, minora tamen, & est cali. in tertio gradu.

Et turbith bonum debet habere septem proprietates. Primo quod sit candidū. Secundo quod sit uacuū & arundinosum. Tertio quod sit gummosum. Quarto quod cortex sit cineritius. Quinto quod sit planum & asperum. Sexto quod sit recens. Septimo quod sit facile frangibile.

Itē nocumēta turbith principaliter sunt tria. Primo quod generat uentositatem, & est tarde solutionis, & hoc tollit gingib. cum eo. Secundo quod causeat nauseam & subuersionem in stomacho, & et hoc tollit medicina confortans eum, sicut mixtio masticis & gallīæ aromaticæ. Tertium est quod exiccādo corpus in principio nauseare facit, & hoc tollit zuccarum, & oleum amygdalarum dulcium. Conseruatur autē turbith annis. iiii. & ultra. Dosis eius puluerizati & contriti est a ʒ. i. usque ad ii. Et decoctionis eius a. ʒ. ii. usque ad. iiii.

De Agarico.

Dico quod agaricus est duplex, scilicet masculus & fœmina, sed fœmina est melior, quia masculus est lōgus, niger & grauis, durus, habens neruos in confractis suis, Sed fœmina est laudata in sex proprietatibus. Quia primo debet esse albissimus. Secundo leuis. Tertio uehementer frangibilis. Quarto porosus. Quinto quod gustui in principio appareat dulcis, deinde sequatur amaritudo. Sexto quod sit stipticus aliqualiter.

Est ca. in primo, & sic. in secundo, & ipse est ex medicinis magni iuuamenti, & nascitur prope magnas arbores quibus iam ex antiquitate cecidit corrosio & putrefactio & est eius generatio sicut generatio fungorū, immo quidam æstimauerunt quod sit fungus, & ita uidetur, & est medicina familiæ secundum Democritum, & confert omnibus ætatibus, & in omni tempore, & est medicina omnium oppilationum. Conseruatur autem per annos. iii. usque ad iiii. dummodo ab humiditate, puluere, & fumo præseruetur. Dosis eius puluerizati & contriti est a ʒ. i. usque ad. ii. & in decoctione a. ʒ. i. usque ad. v.

De colocynthide.

Dico quod colocynthis est cucurbita deserti, quæ nascitur in planta quam etiam fæl terræ uocant, eo quod in toto ambitu ortus eius interficit herbas, & est sicut uenenū eis, unde Arabes apellant necem plantarum a terra super quam iacet, uidetur sicut adusta, & folia eius sunt similia foliis cucurbitæ, & sic extendunūr super terram, & est duplex, scilicet masculus & fœmina, masculus est grauis cum duritie, attinens asperitati & nigredini, sed fœmina est a sapientibus magis laudata, & est ut habeat has proprietates, ut primo sit crassa, secundo quod sit leuis, tertio quod sit completæ maturitatis, ita quod nunquam colligatur immatura, quarto quod interius sit pulposa, & rara, ac leuis quinto quod sit albissima, sexto quod quando planta eius habet unam solam colocynthidem abiiciatur, & nullo modo colligatur, & est ca. & sic. complexionis in tertio.

Nocumenta autem colocynthidis sunt quatuor, & primum quod infert nocumentum stomacho, cordi, & hepati. Secundum est turbatio & inflatio, atque subuersio uentris & omnium intestinorum. Tertium est aperitio uenarum cum sanguinis euacuatione. Quartum est uiscerum, & uenarum excoriatio, & non est puluerizanda in ultimo nec subtilissime, quia excoriaret uiscera, & uenas. Conseruatur autem annos tres, & si in debito loco reponatur. Dosis ipsius est kirat. vi. usque ad. x. Qui autem sumit ex ea, timeat frigus & æstum.

De Polypodio.

Dico quod polypodium est radix cuiusdam plantæ quæ diuersificatur in ortu suo, quia aliquando nascitur super arbores quercinas, unde propter hoc græcus nominauit filicem arborum, quia in foliis similatur filici, & aliquādo nascitur super lapides, sed quod nascitur in arboribus, & maxime quercinis, est perfectior, quia lapideam habet humiditatem superfluam, & indigestam, caulans uentositatem, nauseam, & subuersionem, & est cali. in tertio & sic. in secundo.

cundo. Et quod nascitur in arboribus glandium, debet habere sex proprietates,& primo quòd sit quercinum. Secũdo quod sit crassum. Tertio quòd eius color aliqualiter participet de nigredine,& rubedine sed parum. Quarto quod eius confractum sit sicut color fictici. Quinto quòd in eo sit aliquid aromaticitatis. Sexto quòd in eo sit dulcedo cum aliquali stipticitate relinquens exgustu & amaritudine aliquid,& præcipue quando est recens. Corrigitur autem eius miscendo cum eo anisum, uel semen fœni. aut parum zingi. Conseruatur autem usque ad annum,& ualde confert hydropicis,siccatur ad umbram. Dosis eius a.3.ii. usque ad aur.iiii.

De scylla.

Dico quòd scylla idem est quòd cæpe muris, & sicut dicit Gal.duplex est eius iuuamentum,quia solutione educit materias, & cum hoc præparat eas ad soluendũ,& illa melior quæ habet partem, id est sociam, quæ enim sola nascitur est uenenosa sicut dicitur,& qũæ nascitur in locis liberis est melior, & est cali.in tertio. Et nõ scinditur cum cultello ferreo,sed ligneo.& non capiantur partes extremæ, & exteriores nec medulla,quia non ualent,sed partes eius mediocres,quæ habent splendorem, & cum suuntur filo seperatim suantur, ne una pars aliam tangat, & exiccentur ad umbram diebus.xl. postea ex eis fiat acetum scilliticum & lohoc de scylla. Conseruatur autem suspensa annis duobus, planta uero in terra durat annis.x. Potio enim aceti eius est.3.v.usq; .xii. Et oxymellis eius ab aur.vi. usque ad 3.iii.& trochisc.eius a.3.ii.usque ad.iiii.

De hermodactylis.

Dico quòd hermodactylus est radix herbæ montanæ,& eius alius est lõgus, sicut digitus,alius est rotundus,sed rotundus est, de quo loquimur & est eius alius albus, alius est rubeus, alius niger. Melior est omnibus ualens tres proprietates bonas. Primo quòd sit albus. Secundo quòd habeat ueram albedinem intus, & extra. Tertio quòd sit crassus mediocris duritiei,rarus uero,laxus,& leuis,debilis est. Rubeus uero, & niger penitus mali & euitandi,& qui nascitur prope scillam, aut prope raphanum melioratur in conditionibus suis, & colligi debet tempore ueris potius quàm alio tempore, & isti sunt meliores, qui sunt exiccati per medium annum,& in illis est humiditas superflua disponens ad tria nocumenta, quæ facit, sed ciminum mastix & zingi. tollunt ab eo nocumẽta dicta, est ca.& sic. in principio secundi, licet in humiditas accidentalis sit superflua, qua inimica ut stomacho. Conseruatur autem annis.iii.si remotus fuerit ab humiditate & puluere. Pro quo notandum est quòd si ante debitam exiccationem reponantur, immediate putrescunt. Dosis eorũ est aur.i.usq; ad.ii.

De iride.

Dico quòd iris est radix herbæ secundum græcum, quæ lilialis dicitur,cuius duæ sunt species. Quarum una florem facit purpureum, habentem gradationem diuersitatis in purpuratione, sicut habet arcus terroris qui arcus dicitur iris, & ad similitudinem illius uocatus est iris. Et alia species eius facit florem album, purpureus est ca.& sic. in secundo. Melior pars plantæ eius est radix,deinde flos eius purpureus,qui est omnibus melior albo.& melius tempus collectionis radicum & florum eius,est tempus ueris. Succus radicum eius ualde prodest contra hypropisim,sed nocet stomacho, sed corrigitur cum aqua lactis,& melle, cũ pauco mastice. Exiccantur eius radices ad umbram sutæ cum filo, ita quòd una non tangat aliam. Conseruatur autem per annos duos,si præseruetur ab humiditate & puluere. Dosis eius est a.3.ii.s.usque ad.vi.

De cucumere syluestri.

Dico quòd cucumer syluestris,id est asininus est fructus, sicut cucumer paruus, asperitatis plenus est & amaritudinis ueræ, & eius plãta folia habet similia foliis cucumeris, tamen asperiora. Melior pars plantæ est fructus ipsius bene maturæ, completus, & citrinus in quo nulla sit uiriditas, & post ipsum fructum est radix in bonitate, sed fructus eius incompletus est malus & pernicios, educens sanguinem solutione. Cucumer ipse syluestris est ca.& sic. complexionis in tertio, & aliqui dicunt quod est fortius solutiuum quam scamonea,quia excoriat & aperit uenarũ orificia, unde generat crudeles tortiones uentris, & facit solutionem cum angustia,& est tardæ operationis,& emẽdantur eius nocumenta, si cum succo eius adiungatur aliquid de bdellio,aut ex tragacantho, aut si propinetur cum lacte dulci recenti,aut cum aqua mellis, & facilitatur eius operatio,si parum salis gemmæ misceatur cum succo eius. Et species alefanginæ addunt uigorem uirtuti ipsius. Et conseruatur succus eius triennio. Radix uero eius conseruatur annis.vi. licet recens melius operetur quam sicca. Colligitur autem succus in æstate, scilicet in fine Iulii in diebus canicularibus. Dosis succi eius est a granis.x. usque ad drach.i.& pulueris & radicis eius est a granis.xv. usque ad.3.s. Et aquę decoctionis radicũ eius ẽ a.3.ii.usq; ad.iiii.

De centaurea.

Dico quòd centaurea est duplex, scilicet maior & minor, utraque est amarissima, sed minor amarior est maiori,unde a quibusdam fel terræ dicitur, & minor est melior in omni re,cuius flores & stipites habent colorem citrinũ & palearem. Et melior pars plantæ sunt flores & semina ipsius. Et melius tempus collectionis eius est principium æstatis,est cali.& sic.in secundo,sed Ruffus dicit in principio tertii, Dosis est a tertia parte unius. 3.usque ad.3.i.s. Et in decoctionibus a drach.i.usque ad.iiii. Conseruatur per annum.

De carthamo.

Dico quòd carthamus est duorum modorum,scilicet domesticus & siluestris, sed domesticus est melior, & dicitur crocus hortensis. Et melior pars plantæ eius est semen,deinde flos. Et illud est melius semen,quod est album, planũ & crassum, & plenum cuius medulla est unctuosa, & pinguis ualde.& cuius cortex est subtilis,& melior flos est qui est sicut pili croci ca.est in primo & sic. in secundo. Est autem semen eius aperitiuum,absterssiuum, & conturbatiuũ, faciens nauseam.unde ineft ei uirtus educẽdi per uomitũ, & per secessum, id est per uentrem, & multum nocens est stomacho. Et emendatur eius nocumentum miscendo cũ eo anisum,galanga,macem,& cordumenum. Dosis eius est a.3.iiii.usq; ad aur.v.& floris eius a.3.usq; ad aur.ii. Conseruatur autẽ carthamus,scilicet semen eius annis.iii.

De cherua.

Dico quod granũ albemesuch, id est cherua est duplex, scilicet magnũ,& paruum,magnum est in magnitudine fructus auellanæ,& parum est sicut cicer,magnum est incolume bonum: paruum uero est malum, magnum est calidum in principio tertii, & siccum in secundo. Et paruum non administratur nisi in emplastris & fricationibus. Et oleum ipsius in unctionibus educit per uomitum,& per uentrem phlegma crudum, & crassum & facit nauseam & subuersionem,& assatur, & sic corrigitur eius humiditas superflua, si misceatur cum eo anisum,& fœniculum, & rectificatur eius nocumentum. Conseruatur autem annis pluribus. Dosis est a.3.s.usque ad.3.i.s.

De lapide armeno.

Dico quod lapis armenus secundum Alexandrum quod uerificatores, id est philosophi dixerunt ipsum habere prærogatiuam, & principatum in educendo choleram nigrã, & operatio eius est incolumior, & solennior helleboro nigro,& uirtuosior lapide lazuli, & ille est maior, qui habet colorem medium inter uiridem & obscurum,& terreum, & indum, & habet macularum distinctiones uirides & nigras, & qui non est in termine lapidis, scilicet in duritie,immo est facile dissolubilis & puluerizabilis et est lenis in actu carens asperitate, et est cali. complexionis in principio secundi,siccus in primo,et est resolutiuus,et absterssiuus,et est ex conturbantibus, et subuertentibus stõm et educit per uomitum et per uentrem, nocet stomacho ualde, & facit subuersionem & soluit cum angustia, non lotus soluit per uomitum & per uentrem, cum labore & molestia. Ars autem lauandi ipsum ponitur a Mes. requiratur igitur modus lauandi ipsum.

Educit melancholiam seu choleram nigram. unde mundificat cerebrum ab ea,& ualet in mania,melancholia, uertigine,scotomia, & epilepsia, & ægritudinibus timoris,& suspicionis, & ad lepram,& ægritudines splenis,& ad cancrum,& morpheam nigram, & ad febres melancholicas. Dosis eius nõ loti est a.3.s.usq; ad.i.s. sed loti est a.3.i.usq; ad.ii. Conseruatur autem annis.x.

De lapide stellato.

Dico quod lapis stellatus est de genere marmorum, habens maculas ex auro,& eius alius est albus,& dicitur marchesita,alius uero clarus, cœlestis, & uocatur lapis lazuli, & quandoq; minera fert utrunq; simul,melior est cuius color est uiridior in colore lazuli, & habet maculas aureas. Et mistus cum marchesita est non bonus & similiter leuis Est autem ca.in secundo, sic.in tertio. Nocumenta eius sunt, quia est adustiuus, ulceratiuus, & putrefactiuus, absterssiuus,& incisiuus,& in non loto est proprietas abradendi pilos,lotus autem conseruat & prolongat eos, & generat pilos in palpebris. In eo sunt nocumenta quæ sunt in lapide armeno, & expedit tollere nocumenta eius similiter cum adustione, sicut in armeno. De trituratione etiam sustinet plus quam lapis armenus. Educit melancholiam, & humores adustos, & mundificat neruos, & sanguinem abeis. Et non lotus educit per uomitum humores crassos & melancholicos. Confert ægritudinibus cerebri & cordis, sicut est epilepsia, mania, & melancholia, quarum materia est humor melancholicus, & confert iuuamentum magnũ ægritudinibus timoris,& tremori cordis,& syncopi, & cõfortat cor, dilatat animam & mundificat pectus & pulmonem, & est ex rebus confortantibus iuuentutem, & lætificantibus uitam. Et ipse quidem præseruat a lepra. Et sup positus educit menstrua,& datur patientibus febres melãcholicas, & curat eas. Et ualet eius usus ad hæmorrhidas. Dosis eius est a drach.i. usque ad.ii.s. Conseruatur autem annis tribus & ultra.

De Sene.

Dico quòd sene est folliculus plantæ,quam persæ nominant ahalzemer uel alzechinor, & eius ortus est secundum semiram orobi, & inuenitur ex eo domesticũ & syluestre. Melior pars plantæ eius est folliculus, deinde folia, calida est in principio secundi,sicca in primo. Et folia sunt calida in primo, est absterssiuum & mundificatiuum conueniens ter,& resolutiuum est debilis solutionis,& debilitat stomachum, sed confortatur eius operatio cum aromatibus acutis, & proprie cum zingibere, & sale gemma, & melius operatur cum brodio gallinarum, aut aliarum carnium laudabilium, & soluit sine molestia, solutione sua educit cum facilitate melancholiam & choleram adustam, & mundificat cerebrum,& cor, & hepar, & splenem & membra sensuum & pulmonem, & aperit oppilationes uiscerum, & conseruat utentem eo in iuuentute, & generat gaudium, quia causam tristitiæ amputat,& coroborat auditum,& est medicina bona febrium melancholicarum & antiquarum. Dosis infusionis eius est ab aur.ii.usque ad.3.i. & puluis eius a.3.i.usque ad.ii.

De salibus.

Dico quòd salis famosæ species sunt quatuor, scilicet sal panis id est sal cõmune, & sal gẽma, sal napticus, & sal indus. Sal panis,alius mineralis durior & amarior, alius marinus, quem si aqua inuenit facile dissoluitur. Sal gemma uero est sicut chrystallus scindibilis. Sal indus alius est subniger, alius ruffus & obscurus. Sal napticus quoque niger est,habens odorem naphtæ quia horribilem. Electio mineralis est fortior marino, & sal gemma eis, & sal naphticus illis. Indus autem fortior est omnibus. Et omnis sal quanto amarior,tanto fortior. Est autem omnis sal ca.& sic. in secundo,& quanto amarior uel salsior,tanto calidior & ficcior,& omnis sal est sicut calcar aliarum medicinarum cũ quibus miscetur: quia facit earum celerius & citius operari. Et omnis sal educit crassos humores, phlegmaticos & uiscosos, & præseruat corpus a putrefactione, ualet ad lepram & ad ægritudines melancholicas, uerum non administrantur sales per se,sed ponuntur in confectionibus propter illud quod diximus,& ponũtur in pilulis,& ænematibus,& collyriis, & aliis medicinis administrationum. Sal maris conseruatur parum, quia ab humido resoluitur, sed mineralis quia durior, magis durat per menses. Sal gemma uero in furfure diu conseruatur, & similiter sal indus, quia per annos duos & ultra, & similiter sal naphthicus.

De Baurach.

Dico quòd baurach est quasi sicut sal nitrosum ualde, & aliud est minerale,aliud artificiale. Et minerale diuiditur, quia aliud armenum, aliud, aphricanum, aliud romanum, aliud ægiptium,& omne baurach est fortius quacũque specie salis prædictæ,& similes habet operationes, sed fortiores,Et conseruatur baurach in furfure annis pluribus.

De sarcocolla.

Dico quòd sarcocolla est gummi arboris quæ est sicut frutex,& est spinosa, cuius rami sunt nodosi collecti ab arbore, & colligitur ex ea gummi, & eius aliud album sicut thus, & aliud subcitrinum, fortius tamen est subcitrinum albo,& quod est amarius est melius, est calidæ complexionis in secundo,sed non est tantum ficca,quia siccitas est minor caliditate sua,est tardæ solutionis, & conturbat stomachum. uigorat autem eius operationem zingiber & cordumenum,educit phlegma crudum & humores crassos, & proprie quando est in iuncturis. Dosis eius est a.3.i. usque ad.ii. Conseruatur autem quatuor annis.

De Sagapeno.

Dico quòd est gummi halasci undeg, & est arbor similis oleandro montano. Melius sagapenum est cuius color est inter subrubeum & subalbidum,& quod habet odorem porrorum,& quod est facile resolubile in aqua,& quod est clarum cum spissa substantia,& quod est leuius melius est, & quod est in uehementia odoris asæ, neque habet odorẽ chalbani, ipsum enim est sic adulteratum, & est calidum in tertio, & siccum in secundo. Nocet mirabiliter stomacho & hepati,sed nocumẽta eius tollunt proprie mastix, spica, & enula, figillat ei proprietatem mirabilem ad ea quæ oportet. Educit humores uiscosos, & phlegma crassum, & aquam citrinam. Et suppositum prouocat menstrua, & interficit fœtum, & confert dolori matricis, & præfocationi ipsius. Dosis eius est a.3.s. usque ad aur.i. Conseruatur autem ultra sex annos.

De Euphorbio.

Dico quòd euphorbium est gummi excedens omnia genera gummi in calefaciendo & subtiliando, & est ex rubificantibus,& ex arbore desertorum locorum & hispidorũ, & illud est melius quod est leue,& frangibile. habẽs colorem palearem, & clarum quod est uehementis acredinis, & odoris ualde acuti,& quod iam transeat annum,quia recens anni est sicut uenenum, & sicut ignis, & est ex gummis quæ dissoluuntur, est ca. & sic. in quarto gradu, & est calidius & subtilius omni eo quod calefacit ex gummis, & est de facientibus operationem cum labore & angustia uehementi, et perducenti ad syncopim, et sudorem frigidum. Est inimicum cordi, et hepati, et stomacho propter uehementiam uirtutis suæ. Tollitur autem et rectificatur hoc nocumentum si ponatur in infusione in oleo amygdalino dulci, et succo acetositatis citri, deinde in succo liquiritiæ, educit phlegma uiscosum, et crassum a locis profundis, et est mundificãs iuncturarum uacuitates ab humoribus crassis difficilis eradicationis, nec est ei res similis ad hoc, et mundificat neruos ex humiditatibus imbibitis in eis,et dissoluitur in oleo de cheiri,et inungitur cum eo, et confert ægritudinibus neruorum frigidis, sicut est paralysis,stupor, et tortura,et spasmus. Dosis eius est a kirat.i, usque ad.iii. Conseruatur autem quadriennio. Recens autem anni sui est perniciosum. Ille autem qui sumit timeat frigus. Conseruatur autem ne cito senescat sepeliendo in milio,uel fabis,uel lentibus,sed in milio melius.

De Opopanaco.

Dico quòd opopanacũ est gummi plantæ similis ferulæ. Melius ex eo est citrinum,et subalbidum interius, et quod est amarum,et quod est frangibile, et quod facile dissoluitur in aqua, et aliqui adulterant ipsum cũ ammoniaco, sed odor et albedo fracturæ deocculant fallaciam. Et melior pars plantę eius est gummi eius,deinde radix ipsius est ca. et sic. in tertio, radix eius in secundo. Nocet stomacho faciens sitim,et est tardæ operationis. de rectificatione autem ipsius est sicut diximus in Serapione. Educit phlegma crassum

crassum & uiscosum a partibus remotis & iuncturis,& pro E prie mundificat cerebrum & neruos. Et confert ægritudinib us neruorum frigidis, & est ex rebus addentibus in uiu secundum omnem modum administrationis eius,& mũdificat pectus, & confert tussi antiquæ, & est medicamen expertum rigoribus febrium, & proprie bibitum cum ace to ante horam paroxismi, & linitum in spina, & dissolutũ cum succo apii, & oleo anethino. Dosis eius est a 3.i. usq; ad.ii. Conseruatur autem quinque uel sex annis.

De Mezereon.

Dico quòd mezereon est planta apud Persas uocata rapiens uitam,& a quibusdam faciens uiduas, a pluribus leo terræ. Et est planta cuius stipes eleuatur super terram cir citer cubitos duos,& folia eius sunt similia foliis oliuæ, & producit grana nigra in magnitudine fructus myrti, & est planta lacticiniorum. Et eius sunt plures species, sed meIius mezereon est habens folia magna,tenuia,& uiridia,& quod oritur in locis liberis,& in uicinitate plantarum speciei eius, & quando oritur ex eo planta una in toto ambitu loci eius,est mortalis,& quæ oritur in locis thermarum F est sicut uenenum, & habens folia parua & spissa, est malũ. & similiter habens crispa & aspera,& est quod subnigrum, similiter est ca. & sic. in quarto, & est proximum ueneno, nocẽs membris principalibus quæ sunt minera uirtutum.

Corrigitur autem eius nocumentum cum auxilio rerũ frangentium uenenositatem & extremam eius debilitatẽ & igneitatẽ, sicut cũ oleis frigidis & extinctiuis, sicut est mucilago psyllii & succus portulacę,& succus endiuiæ proprie. Dioscorides autem infundit folia eius in aceto per diem unum, & exiccantur,& frangitur cum arte hac ipsius uirtus inflammabilis, & ex rebus adhuc emendantibus & remouentibus malitiam eius,est ut fundantur folia eius in lacte dulci sumpto ex asina aut capris, & quandoque ponũ tur folia mezereon in aqua lactis, & bulliant cum facilitate,& aufertur spuma eius & colatur, & propinatur cum securitate. Et nota quod folia mezereon parum sustinent de decoctione, & contritio laboriosa destruit uirtutem eius, expellunt autem nocumẽta eius a corpore aqua hordei, et aqua passularum. Verum aqua endiuiæ & alteraxacon auferunt inflammationem relictam ab eo in corpore. Educit aũtem aquam citrinam cum fortitudine uehementer. Et mezereon iniunctum cum rebus educentibus melancholiam educit eam, & cum rebus educentibus phlegma educit ipsum. Dosis eius est drach.s.usque ad.i. & hoc in decoctionibus,puluis eius a kirat.ii.usque a.v. Conseruatur autem annis duobus uel tribus, si a caliditate aeris præseruetur ne resoluatur uirtus eius.

Et si quęrat q̃ differẽtia est inter mezereon & laureolã. Dico quòd est magna differentia, nam mezereon est plãta lacticinia, & dicitur alio nomine oliuella, sed laureola est arbustum & non habet lac, & folia mezereon sunt similia foliis oliuæ, sed sunt minora & habent lac, sed folia laureolæ sunt similia foliis lauri,& non est cocognidium, ut patet per Serapionem in suo libro de simplicibus cap. de mezereon, & in ca. de laureola uocat eam daphniden.

De Esula siue Alscebra.

Dico quod alscebram est spẽs lacticiniorũ, & alio nomi ne dicitur esula,& est solutiuum rusticorũ,& eius aliud est H magnũ, habens radices rotundas,& crassas spissi corticis, densi,& ponderosi. Aliud est paruum, habens radices subtiles,tenuis corticis. Magnum est malum,scindens uiscera, paruum uero est illud quod eligitur. Melior pars eius est cortex radicis ipsius, & habens proprietates quinque bonas,scilicet cuius cortex sit subtilior & leuior, & facile frãgitur, & est habens de rubedine aliquid sicut radices casiæ ligneæ, & illa est bona super quam præteriit medietas anni,& recens mensis sui est mala. Nigra uero est pernitiosa & orta in locis thermarum, & melius tempus collectionis ipsius est principium ueris,uel collectionis lactis eius est finis ueris, & est calidæ complexionis & siccæ in principio tertii,& lac eius est calidum, & disrumpit orificia uenarũ, ita ut sanguinem manare faciat. Nocet cordi,stomacho,& hepati,disrumpit uenas,& excoriat uiscera,& relinquit in corpore inflammationes cum hoc faciẽs cadere in febres.

Et corrigitur & emendatur. Primum nocumentum est, quod ex eo timetur permiscendo cum eo aliquas ex medicinis cordialibus,& stomatichis,& hepaticis. Secundum uero & tertium nocumentum corrigitur acquirẽdo ei bonitatem cum conglutinantibus & consolidantibus, sicut est tragacanthum proprie,& gummi,& bdellium, & mucilago psylii,& succus portulacæ, & similia. Quartum uero nocumentum eius tollitur permiscendo simul ex rebus refrigerantibus & extinguentibus aliquas. ex hoc facienti bus apud me est, ut infundantur in succo altaraxacon, aut in succo endiuiæ,& pauco aceto, aut succo portulacæ, aut solatri & aceto. Et dixit Ruffus, quòd si solutio per ipsum superfluat,aut laboriose fiat, sedeat solutus in aqua frigida. Mihi quoque uidetur uerbum incoueniens. Circunstans enim frigidum includit & adunat uirtutem medicinæ, & corroborat eam, necnon & materias ad uiam expulsionis expellit,sicut te scire fecimus,sed succurrendum est tunc si cut in canone diximus, educit phlegma uehementer & aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias a iuncturis, & confert doloribus earum, & est ex medicinis magnis hydropisis, sed nocet hepati, & deficcat corpus utens eo,& cõsumit sperma,& lac eius facit hæc omnia uehementer, & facit cadere in febres. Dosis corticis radicis est a kirat.ii.usque ad.vii. & lactis eius a kirat.i.usq; ad.iii.

De Luf.

Dico quòd luf est planta quæ dicitur collũ draconis, & alio nomine serpentaria uel dragõrea, & colubraria,& alia qua habet folia plana & alia crispa, & radix planæ est exterius ad nigredinem attinens interius uero alba est,melior pars totius plantæ est radix. Et melior radix est crassa completa & orta in locis liberis, & melius tẽpus collectionis eius est uer,& principium æstatis. Dicit Diosc. quod crispa calidior est plana. Et dicit Ruffus, quod plana calida est in primo,crispa uero in secundo,utraq; nocet stomacho acuitate sua & hepati. Tolluntur autem nocumenta prædicta, si detur cum rob aut cum melle passularum & speciebus alefanginis,educit phlegma subtile,& crassum,mundificat & confortat renes,prouocat urinam,excitat coitum,& ua G let pectori & pulmoni,& etiam asthma & tussim, ex abundantia humoris uiscosi, & proprie si fiat lac ex succo eius cum melle & rob. Dosis eius est a.3.iii. usque ad.v. Conseruatur autem radix eius annis duobus.

De Fesira.

Dico quod fesira est planta quam quidam uocant uitem albam, cuius radix est terrei uel cineritii coloris exterius, interius uero alba,& eleuatur super radicem ipsius stipitis multarum inuolutionum super alias arbores, & nascuntur super ea botri uuarũ,& uocãtur uuæ lupinæ, & stipes eius feresim, cuius radix est cineritia exterius & interius alba, non tamen albedine prioris,& uocatur cucurbita reptiliũ Fesire secundũ Diosc. est ca.& sic. in tertio. habet nocumenta serpentariæ, ideo fesire rectificantur sicut luf.

Vtriusq; radix et proprie succus eius educit phlegma, prouocat urinam, et mundificat cerebrum, et neruos, et membra anhelitus, a superfluitatibus phlegmaticis et putridis,et aperit oppilationes uiscerum et renũ, et confert secundũ omnem modum administrationis eius,et confert epilepsiæ,et uertigini,et tussi,et asthmati manifeste, et dolori laterum, et comeditur tallus eius in primis dum crescit,est tenera,sorbitiones factæ ex succo eius, et frumẽto cocto, et melle, faciunt exuberare lac, et similiter sedere in decoctione eius,mundificat matricem,et facit aborsum et etiam suppositum comestum. Radix quoq; eius et succus eius abstergit faciem, et fœditatem cutis,et pannum, et uestigia, quæ remanserunt post, et proprie cum farina cicerum et fabarum. Dosis aũt radicis alfesire est ab aur.i. usq; ad.ii. Et succi eius a.3.i.usq; ad.ii. Conseruatur autem eius radix duobus annis,et ultra.

De Arthanita.

Dico q̃ arthanita est panis alkirat, uel panis porcinus siue pomum terrę. Et ab aliis dicitur panis fauni,et ab aliis dicitur cyclamen,et inuenitur ex eo magnum et paruum. Magna autem radix est in modum rapæ rotundæ. Cuius pars exterior est sicut terra nigra,interius uero alba,et eleuantur

uatur super radices eius frõdes, et flores secundum semitã A uiolarũ subalbidarũ,sine eleuatione stipitis,id est thyrsi supra radicem parum, habet radices subterraneas plures in modum auellanæ & cicerum, est calidæ complexionis et siccæ in principio tertii. Est incisiuum,subtiliatiuum, et calefactiuum, resolutiuum, absterssiuum, et mundificatiuum et aperitiuum oppilationum,et est ex rebus sudorem exuberare facientibus, et ex maxime mundificantibus cutim, et resoluentibus fœditatẽ eius, et dicit Serapio quod corrigitur sicut luf et alfesira, educit phlegma mucilaginosum sumptum et suppositum, et etiam linitum super sumen, et ilia,et partes adiacentes,et est medicina experta ad hiẽteritiam tali modo. Accipe succi eius.3.iiii. dissolue cum zuccaro,et coque usque ad tertiam partem, propinetur in mane,et est medicina certa ad hiẽteritiam. Et dicit Græcus, succus eius cum hydromelle, aut oxymelle, et proprie de quoliber,an. partes æquales coctæ secundum superiorẽ dotrinã, est namq; medicina experta ad hiẽteritiã citrinam uertens in uaporem, fumum, & sudorem materiam eius, et proprie succus eius cum fecaniabin aut melli crato, sed B oportet ut sumẽs cooperiatur multum et sudet sudore uehementi & citrino, confert ægritudinibus cerebri phlegmaticis, et proprie si fiat caputpurgium, et confert ad hemicraneam frigidam. Et emplastrata confert colicæ,et cõfert sudori,torturæ,et paralisi, et mundificat caput & oculos,et confert duritiei splenis secundũ oẽm modũ administrationis eius,et cõfert scrophulis,et aliis apatibus,et ualde prouocat menstrua, et maxime aperit orificia hæmorrhoidarum, et dicitur quòd si suspẽdatur in collo mulieris cõcipit,et linit ex ea anus,et confert egressioni eius. Dosis eius ab aur.ii. usq; ad.3.iiii. et proprie succus eius. Raro conseruatur succus,quia recẽs melior est in omni euentu.

De Aristolochia.

Dico quòd aristolochiæ tres sunt spẽs. Longa, rotunda, et alia cuius radix currit secundum semitam palmitũ uitis, oẽs spẽs eius sunt ca. in principio tertii,siccę in secundo,uidetur q̃ lõga sit calidior quamuis eius terreitas uincat superreitatẽ rotundæ. Est tamen utraq; aperitiua oppilationum,resolutiua,attractiua,et attrahens spinas,et fracturas lignorum infixas carni. Nocet uisceribus in soluendo. Et C rectificatur ut luf, de decoctione et trituratione rem plenam sustinet. Educit superfluitates phlegmaticas, & etiam cholericas secundum aliquos, et est ex rebus maxime mundificãtibus pulmonem et pectus a phlegmate,et putredinibus, et confert iuuamentum manifestum asthmati, et tussi secundum oẽm modum administrationis eius. Et rotunda est ex rebus mundificãtibus cerebrum,cõferens epilepsiæ, confert etiã stomacho remouens singultum uentosa,et sedat dolores omnes a uentositatibus in ulceribus, et aufert oppilationes splenis et uentositates in ipso proprie rotũdas, et est medicina rigori febrium. Dosis eius est a.3.i.usq; ad aur.i. Conseruatur autem annis tribus et ultra.

De Abelmesuch.

Dico quòd abelmesuch dicitur proprie granum regum, et est ex eo aliud paruum,aliud magnũ,et dicitur quòd magnum est cherua,et est ca.et sic.cõplexionis in tertio, meretur de rectificatione sicut been,prouocat uomitum et solutionem laboriosam, et educit phlegma uehementer, & D aliquãdo cholerã,et materias a iũcturis, et aquã citrinam. Oleum utriusq; extrahitur sicut oleum de amygdalis, dosis eius est a granis.v.usq; ad.vii. & ulterius a granis.v. usque ad.xv. Conseruatur autem per annum, et duos ad plus.

De genestra.

Dico quòd mabramich alias albrain est capistrum arborum, et alio nomine dicitur genestra, et est arbor mõtana sup cuius stipitem eleuatur densitas fustiũ multę rectitudinis,et dũ plicantur non patiuntur fracturas unde liguntur ex eis arbores, et ꝓcedũt flores figurę lunaris, citrinitatis multæ,et ꝓprie secundũ semitam orobi. semina distincta sicut lentes,et in lingua latina dicitur genista seu myrica.

Inquit Diosc. q̃ est calidæ. et sic. complexionis in secundo. Et semen eius est ca. In flore eius et stipitibus ipsius est humiditas superflua cum uirtute incisiua, quare multiplicat uomitum, et sunt omnes partes incisiuæ, subtiliatiuæ, & prouocatiuæ, nocet stomacho & cordi. Dicit tamẽ Philagrius quod cum melle ros. tollitur eius nocumentum, et si militer cũ ro. & mastiche. Semen autem eius propinandũ est cũ aqua mellis,anisi,ac semine fœniculi,et dauci,et similia auferunt nocumentum ipsius, flos eius parum sustinet de decoctione. Semen uero plus educit phlegma cum fortitudine, & materias quæ sunt in iuncturis, & mundificat renes ab omnibus superfluitatibus, & prouocat urinam fortiter,et frangit lapidem in renibus, & uesica, non permittit materias figi in eis,nec densari in lapidem, & qñ flores eius contriti propinantur cum melle rosato, aut cum ouo sorbili resoluunt scrophulas, oxymel ex eis aut seminibus eius resoluit apata splenis, & si frequentatus fuerit cum eis uomitus,confert ischiaticæ et podagræ, & dolori renum. Dosis eius et proprie florum eius est a.3.ii.usq; ad iiii. flores etiam meliores sunt recentes & non conseruantur. Semen uero conseruatur per duos annos.

De Helleboro.

Dico quod helleborus est barba alfugi,& eius duæ sunt species, albus & niger. Niger uero incolumior et saluior B est albo,immo ominatur albus accidẽtia terroris. Niger uero acquirit reminiscentiam & incolumitatem, & quod ex eo magis eligitur proprie,est cuius sapor est acutus,mordicans gustum, & habens colorem, sicut asarum, et quod est frangibile inter subtile et crassum,et medium inter recens & antiquum, et medium inter ponderosum et leue, immo plus leue quã ponderosum,et quod ẽ leue carẽs asperitate, et melior pars totius plantæ est eius radix, et melior pars radicis sunt fustes, et melior pars ipsorũ est cutis eorum. Et melius tempus collectionis est uer et æstas. Albus minoris est acuitatis & mordicitatis, et est eius mordicitas asperans subito,et est maioris amaritudinis quam niger,in aliis autem proprietates nigri habet,sed albus plus de antiquitate, quam niger patitur. Niger est ca. & sic.in tertio, et est subtiliatiuus,absterssiuus, corrosiuus additionum carnium quæ fiunt in ulceribus,et dicitur quòd quando helleborus niger nascitur apud radices arborum,sunt fructus illius soluiui. Albus autẽ ca.est et siccus in medio tertii et est similiter absterssiuus, mordicatiuus, multiplicans uomitum,et faciẽs sternutationem cum fortitudine. Albus corporibus omnibus est molestus, immo in eis est sicut uenenum prẽfocans. Nigri autẽ uirtus usq; ad tempora nostra tolerabilis,licet adhuc sit difficilis. Inquit.n.Hippo. Molestus est helleborus eis quorum corpora sunt sana, ars uero et solicitudo in rectificando et propinando facit eius operationem incolumen. Inquit.n.filius Cæsaris,sit in terenia bin, id est manna sicut mel, et submergitur in eo tepido ex fusticulis hellebori nigri partes conuenientes circiter horas octo,et extrahuntur ab eo et propinatur alterniabin habens uirtutem hellebori, et consimile fit de melle passularum. Et quando submergitur in iure gallinarum uel gallorum, et sunt qui perforant radices raphani, et intromittũt fustem hellebori et postmodum auferunt,et propinant raphanum habentem uirtutem hellebori. daucus autem et piper longum,anisum,petroselinum, et calamentum, et hyssopus sicca,et origanum,et hasce bonificant operationem eius,bene autem commiscetur cum epithymo, & polypodio,et sale indo,et similibus. Confortant enim se se. Confectio pilularum nobilium quas scripsit Hali. quarum iuuamentum est ultimum ad ægritudines melancholicas,et cancrum,et lepram,et morpheam nigram,et difficilem, quarũ hæc est permixtio. Rx. hieræpicræ unc.xii. hellebori nigri, polypodii ana drach.v. epithymi stœchados diagridii ana drach.vii. agarici, lapidis lazuli, salis indi, coloquynthidis ana drach.iii. Conficiantur pilulæ cum syrupo de epithymo,dosis earum est a drachma una semis usque ad aur.ii. et sunt sanæ et expertæ.

Expellunt autem lęsionem utriusq; hellebori a corpore aqua mellis,& aqua passularum, & aqua hordei, & ius gallorum et gallinarum. Sumere autem pulverem hellebori non est tutum. Helleborus albus euitandus est, quia est prefocatiuus,magis autem præsumendum super nigro, sed ambræ species conturbant,nisi rectificentur secundum artem & legem, & non conuenit helleborus nisi corporibus

bus robustis,& animosis & proprie tempore ueris. Et datus quando,& cui conuenit,facit reiuuenescere,& facit acquirere incolumitatem , & mores laudabiles , & complexionem bonam.Hæc est enim eius proprietas,ut Hipp. dicit . Et ipse quidem mundificat corpus totum a superfluitatibus corruptis, & educit cum facilitate choleram permistam,crassam, & phlegma, & choleram nigram sine molestia,& mundificat sanguinem,& attrahit a uenis superfluitates permistas sanguini, & est ex rebus solennibus in mundificando cerebrum,& caput totum & instrumenta sensuũ & neruos ac uiscera & ueficam ac matricem , & confert iuamentum manifestum ægritudinibus eorum , & confert hemicraneæ,maniæ,& melancholiæ,uertigini & epilepsi, confert paralysi, & aquæ quæ descendit ad oculos, & confert ægritudinibus iuncturarũ, & duricie & apatibus eorũ & scrophulis,et est sicut theriaca, et est medicina ad leprã & cancrum & speciebus herpetis , & bothor , confert tinnitui auris , & sibilo, & corroborat auditum . Et confert ægritudinibus splenis & febribus longi temporis,& quartanæ cholericæ , & melancholicæ, & ægritudinibus difficilis eradicationis , prouocat urinam & menstrua . Vsus autem eius colorem efficit bonum , & similiter remouet ægritudines cutis, sicut est herpetia & baras secũdum omnem modum administrationis,& fricatum cum aceto similiter remouet fœditatem cutis & pannum.Albus uero helleborus , fortiter ac laborioſe & difficulter uomere facit cum accidentibus terroris & mortis.Et uterq; helleborus confert fistulis & uulneribus fraudulentis . Dosis nigri est a Kirat .vi.usq; ad tertiam partem unius drachmæ uel usq; ad tertias duas. Conseruãtur autem ambo hellebori annis duobus,si ab extrinsecis bene conseruentur.Et hæc de simplicibus solutiuis secundum Mes.dicta sufficiant .

De modo conseruandi omnes succos .

Dico quòd succi omnes quos uolueris conseruare conseruantur ponendo parum olei oliuarum electi suprq extremitates uasis in quo reponũtur. Et durat per annum,& non ultra , quia in capite anni debent succi de nouo fieri , antiquiores alterius anni sunt abiiciendi,sed succus liquiritiæ condensatur,& ideo non oportet ponere oleum supra ipsum,& succi omnes melius conseruantur in uasis uitreis uel uitreatis.

De Butyro .

Dico quòd butyrum melius est uaccinum, & debet esse sine sale, & conseruatur per medium annum uel usq; ad annum ad plus . Similiter adeps gallinæ debet esse recens & non antiquatus,amittit enim complexionẽ & uirtutem,et efficitur rancidum , & amittit temperamentum sed si liquefiat melius cõseruatur. Et adeps anatis & anseris quanto antiquiores tanto meliores . Et adeps porcinus melius conseruatur liquefactus,& adeps renũ caprarum similiter.

Sed nota mirabile secundum aliquos, quòd oẽs pinguedines animalium si aspergantur cum zuccaro puluerizato longo tpe conseruantur.Dico quòd cito putrefiunt, nisi pistentur cũ zuccaro,& simul in uase uitreo reseruentur.

De Aqua marina .

Dico quòd aqua marina ante quartum diẽ putrescit & fœtet , sed si parum aquæ uitæ cum ea miscеatur conseruatur per mẽsem,quia aqua uitæ est bona conseruatrix quia resistit contra omnem putrefactionem .

De Melle .

Nota quod mel habet naturam conseruandi omnia in se posita magis quam zuccarum,& magis quã alia res quæcunque mundi , & ideo confectiones & electaria de melle longiori tempore durant quam de zuccaro.

De fructibus .

Amplius dico quòd fructus crudi in melle sepulti , ut citonia,perfica,& pira, in capite anni reperiũtur adeo pulchra & illęsa,& quasi recẽtia ac si tũc ab arbore colligerẽt.

Sequitur alia doctrina secundum Mesue .

VTigitur ordinate procedam in hac materia conseruationis medicinarum compositarum,incipiam primo a medicinis contentis in.ii. lib . Damasceni nomine Grabadin, id est compendium secretorum, & est aggregatio antidotarii in quo facit duodecim distinctiones , ut infra patebit .

In prima distinct.tractat de electariis aromaticis.Quorum quædam sunt dulcia, & quædam amara, & utraque solennia, & habet duos tractatus, quia in primo determinat de electariis dulcibus. Pro quo sciendum est quòd illa electaria dulcia possunt conseruari per annum integrum & ultra , præter electarium quo utuntur Reges & Prælati, quod non potest diu seruari , quia rancescit, sed solum per xv.dies conseruatur,uel per mensem ad plus.

In secunda parte eiusdem primæ distinc. tractat de antidotis amaris,& sunt.xviii.uel.xix.confectiones amaræ, & incipit a theriaca diatesseron , quæ confectiones possunt conseruari usque ad duos annos .

In secunda distin.tractat de medicinis opiatis , & ponit sex medicinas opiatas, & icipit a cõfectione Philonii &c. & possunt prædictæ medicinæ opiatæ,conseruari usque ad sex annos . De theriaca magna quæ est medicina opiata , quam composuit Andromachus , si quæratur quanto tempore conseruatur.Dico quòd secundum intentionem Aui. in.v.lib.sui canonis, id est in antidotario suo, theriaca ipsa facta canonice & secundum artẽ, conseruatur usq; ad.xxx. annos & etiam usque ad.xl. De mithridato idem dicendũ est,quia conseruatur usque ad.xl.annos .

In tertia uero distin. tractat Damascenus de medicinis solutiuis . Quarum quædam sunt aloeticæ , quædam colocynthidatæ,& quædam turbitatæ, quædam scamoneatæ, & aliæ sub aliis nominationibus,& incipit a hieris, & primo a hierapicra & sunt.xxiiii.solutiua. Vnde dico, quòd conseruatur a primo anno usque ad duos , licet omnes hieræ possint conseruari a sex mensibus usque ad quatuor annos, & præcipue hierapicra Galen. & hiera Archigenis,& hieralogodion .

In quarta distinctione tractat de conditis,plus de fructibus quam de radicibus, & etiam de floribus, ut sunt rosæ uiolæ flores boraginis & bugloſſæ .

Vnde notandum quòd condita & conseruæ de floribus usque ad annum conseruantur,& non ultra.Condita uero de fructibus & radicibus usque ad annos duos conseruantur . Nota ulterius quòd conserua rosata cum melle facta, tam conseruatur,quam conserua rosata de zuccaro.

In quinta distinctione tractat de speciebus lohoc , & sunt quædam lohoc delectabilia , & quædam horribilia & mali saporis , & conseruantur usque ad duos annos , licet ego credam quòd illa quæ sunt horribilia & mali saporis longiori tempore conseruentur.

In sexta distinctione tractat de iulep,syrupis,& rob. Vnde in ista notandum est, quod de iulep debemus distinguere,quia aut est iulep longum,aquosum,paucæ cocturę, & tale iulep paucis diebus conseruatur , & præcipue tempore æstatis, aut est iulep bonæ cocturæ , et tale conseruatur per annum.

Similiter distingue de syrupis , quia aut sunt de zuccaro uel de melle.Si de melle,conseruantur per duos annos. Si de zuccaro, uix conseruantur per annum, nisi fuerint optimæ cocturæ & bene restricti.

Et si quæratur quomodo clarificabuntur syrupi & iulep sine albumine ouorum, ita quòd sint clarissimi & aurei coloris.Dico quod dum coquitur iulep uel syrupus, si ponatur intus in uase.3.i.s. succi granatorum acetosorum in fine decoctionis mirabiliter clarificat , & idem facit parum uini boni electi quando uinum granatorum nõ haberetur.

Rob etiam per annum conseruatur , & etiam usque ad duos secundum aliquos .

Miua citoniorum simplex conseruatur usque ad annum & forte usque ad duos . Sed miua aromatica usque ad tres optime conseruatur propter aromata , & præcipue si fuerit bonæ cocturæ .

In septima distinctione tractat de conditionibus & de modo faciendi,aquam fructuum , & de modo infusionis aquæ casei . Vnde notandum est , quod decoctiones omnes per tres, uel quatuor dies conseruantur , & similiter aqua fructuũ,& maxime in æstate . Et inter omnes infusio facta in aqua casei minus cõseruatur,quia uix per unum aut per duos

duos dies conseruatur, & ponit tredeci modos infusionũ.

In octaua distinctione tractat de trochiscis , & incipit a confectione galliæ muscа.& ponit.xxx. species trochiscorum & conseruantur usq; ad.vi.menses.Sed trochisci stellæ usque ad duos annos conseruantur .

In nona distinctione tractat de sufuf. & puluеribus , & ponit ex eis.vii.species quæ conseruantur cum uirtute sua usque ad duos menses , licet secundũ opinionẽ aliquorum possint conseruari usq; ad sex menses . Sed ego non adhæreo huic opinioni,quia in spacio sex mensium uirtutes puluerum resoluuntur,& efficiuntur debiles,quare &c.

In decima distinctione tractat de pilulis , & ponit.xlv. species pilularum,& incipit a pilulis alefanginis.Vnde no tandum quod pilulæ omnes conseruantur cum bona earum uirtute & operatione usque ad sex menses , & debent teneri in magdaleonibus,& non in puluere,quia non conseruantur, immo nullam aut remissam faciunt operationẽ. Et non debent conseruari in loco excelsiue calido , nec prope ignem, neque ad solem, quia in excelsiuam duritiẽ & lapideitatem conuerterentur . Et tunc nullo modo debent medici eas exhibere , quia si darent eas , torquerent corpus, & nullam penitus operationem efficerent.

Nota ulterius quòd pilulæ alefanginæ nõ possunt cõfici nisi semel in anno.S.in diebus æstatis de mẽse iunii uel iulii & sic ista tantũ species pilularum per annum conseruatur .

In undecima distinctione tractat de unguentis , emplastris,& cærotis,& incipit(hyssopi cærotum) & ponit.lxii. species omnibus computatis , & conseruantur ut plurimũ usque ad annum .

In.xii. distin. tractat de oleis , in qua distin.ponit.lxvi. species oleorum. Vnde si quæratur de oleis quanto tempore conseruantur . Dico quòd distinguendum est de oleis , quia aut sunt frigida aut temperata , uel calida in primo , aut sunt calida in secundo uel tertio uel quarto gradu. De oleis itaque frigidis,uelut est oleum ros.& præcipue factũ ex oleo omphacino & rosis incompletis , & similiter oleũ uiolatum, & oleum rosa. factum ex oleo oliuarum maturarum & rosis completis,& oleum de mandragora.& oleum de papauere, & oleum de myrto,& oleum citoniorum,& consimilia durant per annum , & quolibet anno renouantur,quia transacto anno rancescunt, & efficiuntur non habentia uirtutem facientem ad intentionem medici . Olea uero temperata ut oleum amygdalarum , & oleum de sesamo non conseruantur nisi per mensem, quia subito rancescunt. Olea uero calida inprimo,ut oleum chamæmilinum oleum de kapyri,& oleum liliorum alborum, conseruantur per annum & non ultra . Alia uero calida ut oleum de anetho,de spica,oleum de ireos,oleum de croco,& de pyrethro, oleum de piperibus , oleum de castore, oleum de euphorbio , & reliqua talia per duos aut per tres annos conseruantur,& secundum aliquos quanto antiquiora tanto meliora.Et hęc de conseruatione medicinarum compositarum secundum distinctiones Mes.dicta sufficiant. Nota tamen quòd quilibet expertus aromatarius debet scribere super uasa electariorum opiatorum,& etiam super uasa medicinarum solutiuarum tempus in quo composita fuerint ab eo,ut medicus sciat ab eo ætatem illorum in uetustate & recentia , & præcipue in medicinis opiatis propter periculum exhibitionis earum .

Alia doctrina secundum Serapionem .

CIrca prædictam materiam, ego describam aliqua.& non omnia secundum Serap. in antidota. breuiarii sui,cap.xxxiiii.de medicinis compositis, quãtum remaneat operatio earum. Et primo de theriaca,dicit quòd remanet ex sex mensibus, usque ad triginta annos .

Theriaca Esdræ conseruatur usque ad annos duos .

Theriaca regis & hedrumeron,& de scilla usq; ad duos annos conseruantur.

Sagenna,& philonium conseruantur usque ad an.iii. Et Galen. de medicina philonii dicit quòd quandoque datur post duos annos aut.iii. aut.iiii.usque ad.x. annos , & post illud nõ ualet,quia minuitur odor eius, & fit insipidum & debilitatur opus eius.

Diacurcuma usque ad annum conseruatur, uel usque ad annum cum dimidio ad plus .

Hæmorrhusia conseruatur usque ad duos annos .

Confectio de musco usque ad annum unum .

Medicamen diahirundinis conseruatur a sex mensibus usque ad tres annos.Et similiter reliquæ confectiones quæ prouocant urinam conseruantur usque ad tres annos .

Diamarte usque ad duos annos .

Sanguis hirci exiccatus,uel alius sanguis exiccatus conseruatur a duobus mensibus usque ad tres annos.

Athanasia , a sex mensibus usque ad septem annos.

Duæ descriptiones theodorici,& hieralogo.& hiera archigenis,& hiera Gale. conseruatur a sex mensibus usque ad quatuor annos .

Sufuf id est puluеres, conseruantur a duobus mensibus, & tunc operatio eorum est fortis usque ad sex menses , & tunc est eorum operatio debilis .

Trochisci reliqui sunt ad febres,ex die suo faciunt operationem fortem usque ad sex menses .

Olea alia operantur donec rancida fiant,cum ergo incipiunt rancida fieri non conueniunt ad aliquid .

Oleum uero balsami quanto plus antiquius , tanto melius,& fit eius operatio fortior .

Emplastra & unguenta omnia conseruantur a die sua usq; ad annum .

Syrupi omnes conseruantur ex hora sua usque ad duos annos . Et Gal.quidem dicit quòd remansit apud eum robs citoniorum sepem annis præter quam mutaretur uirtus & color eius neque gustus ipsius.Et hæc de conseruatione medicinarum compositarum secundum sententiam Serapionis ubi supra dicta sufficiant .

Sequitur alia doctrina secundum Nicolaum.

COnsequenter intendo ponere intentionem Nicolai in conseruando quædam medicamina, & electaria sua atque confectiones , quas in suo antidotario paruo descripsit procedendo secundum ordinem alphabeti , quanto tempore conseruari ualeant ab aromatariis. Et primo dicam de aurea alexandrina.

Aurea igitur alexãdrina conseruari potest in sua efficacia & uirtute, annis quinque.

Adrianum,annis septem .

Athanasia , annis tribus .

Blanca conseruatur annis duobus .

Benedicta,annis tribus.

Diamargariton,annis duobus uel tribus.

Diaprasium, annis duobus.

Diazingiber , per annum unum.

Diacitonitem , per annum unum.

Diaciminum, annis duobus.

Diacalamentum , per annum unum.

Diarodon, per annum unum .

Diasatyrion, per annum unum.

Diairis , per annum unum.

Diaolybanum , per annos tres.

Diacoston,per annum unum

Diascene, per annos duos.

Diatragacanthum , per annum unum.

Diacodion , per annos tres .

Esdra,per septem annos melior iudicatur .

Electarium pliris arcoticon , per annos duos.

Electarium frigidum,per annos quinque.

Electarium ducis, per annos tres .

Electarium de succo rosarum , per annos duos.

Emplastrum ceroneum,per quinque annos .

Filonthropos, per annos tres .

Hieralogodion, conseruatur per annos duos.

Hierapicra,per annos duos.

Hiera Ruffini , per annum unum.

Hiera abbatis secundum Nicolaum, per annos duos.

Iustinum, per annos duos.

Mithridatum,per annos decem.

Musa ænea , per annos septem.

Opopyra per annos sex.
Oxy laxatiuum, per annos quinque.
Oxymel, per annos duos.
Potio sancti Pauli, per annos duos.
Paulinum, per annos tres.
Picra, per annos duos.
Pilulæ aureæ, per annum unum.
Pilulæ de quinque generibus myrob. per annum unum.
Pilulæ de castoreo, per annos duos.
Pilulæ ueneræ, non ultra sex menses.
Rosata nouella, conseruari potest per annum unum.
Rubea trochiscata, per annos quinque.
Rodomel, per annos tres.
Stomaticon, conseruatur per annum unum.
Theriaca magna, per annos triginta.
Tryphera magna, per annos tres.
Tryphera saracenica, per annum unum.
Triasandali, per annum unum.
Theodoricon, per annos duos.
Vomitus patriarchæ, per annos duos.
Vnguentum arigon, per unum annum.
Vnguentum marciaton, per annos tres.
Vnguentum aureum, per annos tres.
Vnguentum dialteæ, per annos tres.
Vnguentum Agrippæ, per annos tres.

Nota quòd semper (ut etiam supradixi) quilibet peritus & fidelis aromatarius in uasis suis debet facere supradictorum scriptionem anni, mensis, ac die, in quo conficit syrupos, pilulas, confectiones, electaria, & præcipue opiata, quæ non sunt ante sextum mensem uel ante annum exhibenda, ut sciat medicus tempus præcise in quo factæ fuerint ipsæ medicinæ, ut congrue cum bona conscientia ac etiam sine periculo sciat eas exhibere cum fuerit opportunum. Et hæc de conseruatione medicinarum compositarum Nicolai dicta sufficiant.

De electione loci conuenientis medicinarum conseruandarum.

ET repositio rerum humidarũ, sicut sunt succi & gummæ liquidæ, confectiones, & electaria liquida, & similia, oportet esse in uasis crasis de uitro, uel terrea uitreata, uel de argento, uel cornu, & similibus.

Sed medicinę molles quę sunt conuenientes medicinis oculi, debent reponi in uasis æneis.

Sed unguenta in quibus ingreditur pix, alchitran, & accetum, oportet quòd reponas in uasis.

Et pinguedines & cerebella, et omne pingue oportet reponi in uasis factis ex stanno.

Et omne quod ex puluerib⁹, sicut puluis hierępicræ, oportet reponi in uase terreo, stricti orificii, & oppilat os eius cum cera, ne resoluatur, & minuatur uirtus earum.

Et oportet quòd reponatur rob, siue sint uuarum, siue sint citoniorum, siue malorum aut myrti, & similium in uase terreo nouo, quia terra trahit ad se humiditatẽ quæ est in eis, et magis præseruantur a destructione.

Et olea debẽt reponi in uasis uitreis, & os uasorum debet restringi, ne destruantur & fœteant.

Et oportet omnes species aromaticas ad aromatizandũ in uasis aureis uel argenteis deauratis, aut in uasis de porcellionibus, aut ex uitro conseruari.

Et omne acetosum quod debet seruari oportet reponi in uase linito cera uel pice.

Et oportet reponi in uase uitreo omne uinum quod habet substantiam, quæ est signum super durabilitatem eius, & super prohibitionem suæ corruptionis. Et omne uinũ cuius substantia est inæqualis, signum est super corruptionem eius facilem, & quod nõ diu possit seruari in uase terreo, ut terra exiccet humiditatem eius superfluam, quæ est causa suæ corruptionis.

Theriaca uero melius conseruatur in uase aureo, uel plumbeo, aut stanneo. Et sic est finis huius sextæ particulæ, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

SEPTIMA ET VLTIMA PARticula de omnibus rebus necessariis in qualibet aromatariã.

VLtimo pro complemento huius utilissimi tractatus, uolo ponere cõpẽdiosum tractatum siue capitulum de rebus necessariis in qualibet aromataria, uel apotheca, debito modo ordinanda, & sigillatim secundum diuersos doctores. Et dicam de herbis usualibus, floribus, & radicibus, aquis distillatis, fructibus, succis, liquoribus, oleis medicinis compositis, ut pilulis, & electariis, & aliis confectionibus.

In primis igitur, ut supradixi, debet quilibet aromatarius locum aptum eligere in quo faciat apothecam aptissimam ad res medicinales conseruandas, ita quòd sit a uentis & sole, ac imbribus defensa, & quod non sit humida, nec fumosa, aut puluerulenta, quia omnia prædicta habent tam simplices quam compositas corrumpere.

DE SEMINIBVS necessariis & usualibus, & sunt ista.

Semen hyosciami.
Cardamomi
Sileris montani
Sinapis
Peoniæ
Bursæ pastoris
Amomi
Dauci
Carui
Ameos
Leuistici
Petroselini
Fœniculi
Anisi
Cimini
Asparagi
Apii
Rutæ
Milii solis
Lini
Fœnugræci
Alteæ
Berberis
Papaueris albi
Papaueris nigri
Semina quatuor maiora .s. frigida
Melonis
Cucumeris
Citrulli
Cucurbitæ
Semina quatuor minora .s. frigida
Portulacæ
Scariolæ
Lactucæ
Endiuiæ
Acetosæ
Staphisagriæ
Vrticæ
Psyllij
Rapæ syluestres
Genestræ
Semen sanctum, id est alexandrinum pro uermibus puerorum
Semen rosarum quæ anthera dicitur
Caulis
Nasturcii
Coriandri

Catapuciæ maioris, & dicitur Kerua, uel granum regum
Lupini
Nigellæ
Basiliconis
Milij
Hordei
Frumenti, id est tritici

DE FRVCTIBVS

Fructus carpobalsami
Caryophyllus
Nux muscata
Nux inda
Nux methel
Anacardi
Bacca lauri
Melanopiper, id est nigrum piper
Macropiper, id est piper longum.
Leucopiper. i. piper album
Casiafistula
Tamarindi
Colocinthida
Pineæ
Amygdalæ
Auellanæ
Dactyli
Passulæ corinthiæ
Carica. i. ficus
Myrobalani omnes
Pruna damascena
Sumach
Myrtilli
Cubebæ
Oliuæ
Iunipera
Sebesten
Melones palestini
Citonia
Iniubæ
Sorbæ
Pira
Poma aromatica
Fructus, s. citrum & similia
Alchechengi

DE FLORIBVS

Rosæ
Amygdalarum
Violæ
Agni casti
Anthos
Balaustiæ
Epithymi
Nenufaris
Boraginis
Bugloss æ
Cheiri
Tasi barbasi
Sambuci
Basiliconis
Meliloti
Chamæmillæ

DE FOLIIS

Borago
Bugloss a
Endiuia
Cicorea
Scolopendria, id est lingua ceruina
Tamariscus
Asarum
Lupulus
Fumus terræ
Thymum
Sene & eius follicula
Cuscute
Absinthium
Menta
Calamentum
Pulegium
Origanum
Mentastrum
Serpillum
Maiorana
Saluia
Rosmarinum
Ruta
Abrotanum
Centonicum
Spica triplex
Saxifragia
Chamedryos
Chamepityos
Arthanita
Myrtus
Graminea
Trifolium
Schœnanthum
Laureola
Laurus
Esula
Tithymallus
Pes coruinus
Pes columbinus
Corrigiola
Sabina
Millefolium
Baccar
Cimæ rubi
Cardo
Bardana, id est lapa
Fu, id est ualeriana
Luf, id est serpentaria, uel dragontea
Carthami marini
Saldana siue saldanella
Consolida triplex
Plantago
Nenufar
Philipendula
Primula ueris
Materfilua
Aquilegia
Betonica
Piperea
Vermicularis
Semperuiua
Cimbalaria
Hepatica
Centrum galli
Cauda equina
Eupatorium
Solatrum fluuiale
Solatrum minus
Prasium
Hyssopus
Artemisia
Matricaria
Vsnea. i. herba ualde minuta in tectis domorum
Tassus barbassus
Ruta capraria
Ruta syluestris
Verbena
Chelidonia
Fœniculus
Chamæmilla
Melilotum
Centaurea
Portulaca
Linaria
Angelica
Pimpinella
Parietaria
Virga pastoris
Stœchas
Scabiosa
Serpillum
Polium
Cucumer asininus
Capillus ueneris
Lapatium acutum
Agrimonia
Hypericon, id est perforata cum radicibus
Alchechengi
Caulis
Violæ
Bletæ
Mercurialis
Althęa
Malua
Vrtica
Ozimum, scilicet caryophyllatum
Raphanus
Verucaria
Folia. s. caryophyllatæ
Pentaphyllon, id est herba quinquè foliorum
Colarea
Polypodium
Filex
Salicis arboris
Crassula

DE LIGNIS

Lignum aloes, id est xyloaloes.
Xylobalsamum, id est lignum balsami
Sandali trium generum .s. albi rubei & citrini
Tamarisci

DE CORTICIBVS

Cortex cinnamomi
Casialignea
Mandragora
Citri
Granatorum
Raphani
Sambuci
Radicum scilicet capparorum
Thuris

DE RADICIBVS

Radix rhabarbari
Reupontici
Rubeę tinctorum
Zedoarię
Zingiberis
Costi
Brioniæ
Been albi & rubei
Calami aromatici
Meu
Dictami
Tormentillæ
Fu, id est ualerianæ

DE LIQVORIBVS & succis condensatis.

Manna licet sit ros de cœlo cadens
Opium
Hypocystis
Acatia
Aloe

Laudanum.
Scamonea quæ ſecũdum aliquos eſt ſuccus uolubilis maioris, & ſecundum alios eſt ſuccus cuiuſdam ſpeciei tithymalli
Succus liquiritiæ
Sanguis draconis
Camphora
Cera

DE SVCCIS ET LIquoribus liquidis

Succus betæ
Violarum
Balſamus
Oleum
Vinum ∴
Mel
Succus granatorum
Citoniorum
Succus roſarum
Acetum
Succus fœniculi
Acreſta
Abſinthium
Solatrum ∴
Semperuiuæ
Cucurbitæ
Cucumeris
Anguriæ
Scillæ
Lac thytimalli
Succus menthæ
Succus corticũ medianorũ ſambuci
Succus ebuli
Succus ireos
Elacterium
Lac eſulæ & omnium lacticiniorum
Succus chelidoniæ
Succus rutæ & ſimilium herbarum uſualium

DE GVMMIS

Myrrha
Thus
Euphorbium
Chalbanum
Sagapenum ∴
Opopanacum
Bdellium
Hammoniacum
Sarcocolla
Styrax
Pix utraq; ∴
Sandaraca,id eſt uernix
Maſtix
Gummi arabicum
Tragacanthum
Charabe
Gun.mi cedri,id eſt gummi elemi.
Gummi hederæ
Gummi abietis
Reſina,id eſt gummi pini
Terebinthina
Potes his addere gluten,id eſt collã piſcium
Gummi fœniculi
Gummi rutæ

DE OSSIBVS

Os dactylorum
Os cornu cerui
De alijs uero oſsibus quibus utimur dicetur immediate in ſequenti rubrica, ſcilicet de ſuperfluitatibus animalium

DE SVPERFLVITAtibus animalius

Caro leonis
Hepar & inteſtinum lupi
Pulmo uulpis
Pellicula interior ſtomachi gallinarum
Splen pulli
Equi
Coagulum leporis & eſt melius omnibus alijs
Coagulum hædi
Caprioli
Vituli
Axungia porcina ∴
Gallinacea
Axungia anſerina
Anatina
Equina
Aſinina
Vrſina ∴
Taſsionina
Hircina
Vulpina
Gattina
Vulturina
Humana
Similiter ſepum capræ uel hirci
Medulla cruris oſsium uituli
Cerui
Vaccæ
Aſini
Os de corde cerui.
Cornu cerui
Fel tauri
Fel hircinum ∴
Fel capræ
Fel leporis
Fel teſtudinis
Fel accipitris
Fel aquilæ
Serum lactis
Lac quodcunq;
Butyrum ∴
Mel
Cera
Sanguis columbi
Sanguis hirci
Os ſepiæ
Muſcus
Sericum combuſtum & crudum
Stercus columbinum
Stellionis
Humanum
Stercus galli
Ebur id eſt auolium
Spodium
Margaritæ, id eſt particulæ quæ ẽm aliquos reperiũtur in garcio & auriculis piſcium,uel conchilijs
Caſtoreũ & ſunt teſticuli illius animalis nominati ſuo nomine caſtor.

DE METALLIS

Aurum
Argentum
Chalcecaumenon
Plumbum uſtum
Battitura æris. ∴
Marcheſita
Ceruſſa
Lithargyrium
Minium
Argentum uiuum
Argentum ſublimatum

DE LAPIDIBVS

Margaritæ,id eſt perlæ
Coralli utriq;
Lapis lazuli
Lapis armenus
Lapis hæmatitis
Lapis iudaicus
Lapis lyncis
Chryſtallus
Magnes
Antimonium
Cinabrium
Marmor

DE FRAGMENTIS & gummis præciosis

Saphyri
Granatæ
Hiacynthi
Smaragdi
Rubini & aliorum,ut ſardinus & balaſti.

DE QVIBVSDAM SPEciebus terræ condenſatæ quæ ſic naſcuntur

Aſpalthum
Sulphur
Chimolea
Alumen rochinum
Alumen iameni
Terra ſigillata
Vitriolum
Flos æris
Auripigmentum
Lutum armenum.i.bolum armenum
Arſenicum
Sal cõe, id eſt ſal panis uel ſal maſſæ
Sal gemma
Sal indum
Sal ammoniacum
Sal nitrum
Sal alKali
De cõpoſitis neceſſarijs & uſualibus

DE ELECTARIIS uſitatis ſecundum Meſue

Electarium de gemmis
Diamuſci dulcis
Diagalanga
Aromaticum roſatum deſcriptione Gabrielis
Aromaticum charyophyllatum
Dianiſum
Diambra
Diacinnamomum
Diatrionpipereon
Electarium regum
Diaſorbon
Tryphera ſaracenica magna
Tryphera ferrata ex arte fœnonis
Diacurcuma magna
Confectio anacardina
Electarium diacori
Electarium humain pro oculis
Philonium perſicum ſecũdum Meſ.
Cap.de ſputo ſanguinis à pectore
Philonium romanũ ſecundum Ga.
Hierapicra Gal.
Hiera diacolocynthidos
Electarium indum maius
Electarium de dactylis
Electarium de pſyllio
Electarium eleſcoph
Electarium hamech

SECVNDVM NICOLAVM

Aurea alexandrina

Athana-

Athanaſia
Antidotum hæmagogon
Benedicta
Diamargariton
Diamoron
Diaſatyrion
Diaprunis
Diarodon Abbatis
Diapenidion
Diaciminum ∴
Diairis
Diacalamentum
Diaſcene
Diacitoniten
Diacatholicon
Electarium de ſucco roſa.
Hieralogodion
Hierapicra Nicolai
Iuſtinum
Lithonthrypton
Mithridatum ∴
Micleta
Pliris arcoticon
Roſata nouella
Requies magna
Tryphera magna cum opio
Triaſandali

SECVNDVM RASIM

Lætificans Almanſoris
Electarium de baccis lauri Raſis
Theriaca magna Gal.
Theriaca Andromachi.A.
Mithridatum Nicolai

DE CONDITIS MESVE

Chebuli conditi
Emblici conditi
Zingiber conditum
Acori conditi
Citra condita
Secacul conditum
Zuccarum roſatum
Zuccarum uiolatum
Zuccarum boraginatum
Zuccarum bugloſſatum
Zuccarum nenufarinum ſit ſicut zuccarum uiolatum
Mel roſatum colatum, & non colatum
Mel uiolatum

DE SPECIEBVS LOHOC ſecundum Meſue.

Lohoc de pino
Lohoc de papauere & eſt diapapauer diaiecur.i.diacodiõ purum
Lohoc de ſcilla
Lohoc ſanum & expertum
Lohoc bonum
Lohoc de pulmone vulpis

SECVNDVM MESVE

Iuleb roſatum
Iuleb uiolatum
Et nota q̃ ſemper iuleb fiũt ex aqua diſtillata,& zuccaro, & etiam poſſunt fieri ex infuſionibus

MESVE

Syrupus de pomis
Syrupus de acetoſitate citri
Syrupus de granis myrti
Syrupus de papauere
Syrupus de bizantijs
Syrupus acetoſus ſimplex
Syrupus acetoſus compoſitus
Syrupus uiolatus
Syrupus de iuiubis

Oxymel ſimplex
Oxymel compoſitum
Oxymel ſcilliticum
Syrupus acetoſus diarodon
Syrupus de menta
Syrupus de abſinthio
Syrupus de fumoterræ maior
Syrupus de liquiritia
Syrupus de hyſſopo
Syrupus de praſio
Syrupus de calamento
Syrupus de thymo
Syrupus de eupatorio
Syrupus de ſtœchados
Miua citoniorum ſimplex
Miua citoniorum aromatica
Acetum ſcilliticum
Syrupus ſabor
Syrupus pro melancholicis
Syrupus de quinq; radicibus

SECVNDVM NICOLAVM

Syrupus roſatus
Syrupus nenufarinus
Oxyzaccara
Syrupus contra omnem ſolutionem uentris

MAGISTRALIA

Syrupus de endiuia
Syrupus myrtinus
Syrupus de artemiſia
Syrupus mirachinus ſecũdum Guil. ſeminam in ſua practica capitulo de melancholia

DE ROB SECVNDVM Meſue.

Rob de ribes
Rob de acreſta
Rob de prunis,id eſt acatia
Rob de liquiritia, id eſt ſuccus liquiritiæ ſecundum Seruitorem.

DE AQVIS VSITATIS

Aqua hordeacea
Aqua roſata
Aqua uiolata
Aqua endiuiæ
Aqua cicoreæ
Aqua abſinthij
Aqua mentæ ∴
Aqua lupulorum
Aqua acetoſæ
Aqua ſcabioſæ
Aqua capillorum ueneris
Aqua boraginis
Aqua bugloſſæ
Aqua plantaginis
Aqua uitigæ paſtoris
Aqua lactucæ ∴
Aqua betonicæ
Aqua fœniculi
Aqua aſparagum
Aqua uerbenæ
Aqua rutæ
Aqua graminis
Aqua cuſcutæ
Aqua meliſſæ
Aqua althææ ∴
Aqua roriſmarini
Aqua chelidoniæ
Aqua eufragiæ
Aqua uitis quæ cadit ex uite
Aqua cretanorum
Aqua florum geneſtræ
Aqua fabinæ
Aqua millefolii

Aqua abrotani
Aqua centonicæ
Aqua apij
Aqua acori
Aqua ſolatri
Aqua hepaticæ
Aqua cucurbitæ
Aqua anguriæ
Aqua cucumeris
Aqua foliorum hederæ
Aqua corticum fabarum uiridium, & ipſarum fabarum proprie
Aqua uitæ, quæ alio nomine dicitur aqua ardens,& fit de uino,& eſt mirabilis ad multa pro ſalute hominum, et præcipue quando de ea fit quinta eſſentia
Et nota q̃ decoctiones etiã poſſunt fieri ex herbis prædictis, & præcipue quando non habemus tempus ad aptitudinem diſtillandi

DE PILVLIS VSITATIS ſecundum Meſue.

Pilulæ aleſanginæ
Pilulæ aggregatiuæ ex inuentione noſtra.
Pilulæ de eupatorio
Pilulæ de rhabarbaro
Pilulæ indæ
Pilulæ de ſarcocolla
Pilulæ fœtidæ
Pilulæ de ſagapeno
Pilulæ de euphorbio
Pilulæ de mezereon
Pilulæ lucis maioris
Pilulæ ſtomatichę
Pilulæ de agarico
Pilulæ de diarodon
Pilulæ turbitatæ
Pilulæ de lapide lazuli
Pilulæ de bdellio maiores
Pilulæ de colocynthide
Pilulæ de opopanaco
Pilulæ de hermodactilis maiores
Pilulæ de cynogloſſa
Pilulæ bichichiæ

SECVNDVM NICOLAVM

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo
Pilulæ aureæ
Pilulæ ſtipticæ
Pilulæ de ſpeciebus benedictæ
Pilulæ de hieralogodion

SECVNDVM GALENVM

Pilulæ de hierapicra cum agari.
Pilulæ de hiera ſimplici Gal.

SECVNDVM RASIM

Pilulæ cochiæ
Pilulæ fœtidæ
Pilulæ iliacæ

SECVNDVM AVICEN.

Pilulæ de fumo terræ
Pilulæ aſſaiaret

SECVNDVM RVFFVM

Pilulæ communes ex aloe, croco,& myrrha, ex inuentione Ruffi uel Gal.ſecũdum aliquos,& ſunt optimæ contra peſtem.

DE TROCHISCIS ſecundum Meſue.

Confectio algalliæ muſcatæ, et dicũtur trochiſci de gallia muſcata
Trochiſci diarodon
Trochiſci de roſis
Trochiſci de rhabar.

Trochiſci de camphora
Trochiſci de ſpodio cũ ſemine acetoſæ
Trochiſci de berberis
Trochiſci de abſinthio
Trochiſci de eupatorio
Trochiſci de terra ſigillata
Trochiſci alhandar, id eſt de colocynthide
Trochiſci de capparibus
Trochiſci de Karabe
Confectio ramich
Trochiſci de alkekengi
Trochiſci conſtrictiui Meſuæ in canonibus

SECVNDVM NICOLAVM

Trochiſci galliæ muſcatæ
Trochiſci de thyro
Trochiſci diaui.i. de uiolis
Trochiſci ſcillitici
Trochiſci andracharon
Trochiſci croci
Trochiſci hedychroi
Trochiſci diacoralli

SECVNDVM RASIM

Trochiſci de myrrha ſm Raſim capitulo de puocatione menſtruorũ

DE CEROTIS EMPLASTRIS & unguentis ſecundum Meſue.

Hyſſopi cerotum deſcriptione philagrij
Vnguentum diaphœnicon
Vnguentum baſilicon
Vnguentum ſandalinum
Infrigidans Galeni
Diaquilon magnum
Diaquilon album
Diaquilon gummatum magiſtrale
Emplaſtrum de ſinapi
Emplaſtrum diaphœnicon
Emplaſtrum de meliloto
Vnguentum tripharmacon, id eſt de lichargyrio
Vnguentum ægyptiacum
Emplaſtrum apoſtolicon
Emplaſtrum oxycroceum
Emplaſtrum ceroneum
Vnguentum marciaton
Vnguentum arigon
Vnguentum dialthæa
Vnguentum citrinum
Vnguentum populeon

SECVNDVM RASIM in chirurgia ſua

Vnguentum de ceruſſa
Vnguentum de calce

SECVNDVM AVICENnam in antidotario.

Vnguentum apoſtolorum

DE OLEIS SECVNDVM Meſue.

Oleum de amygdalis amaris
Oleum de amygdalis dulcibus
Oleum laurinum
Oleum roſatum
Oleum chamæmilinum
Oleum uiolatum
Oleum de lilio
Oleum irinum
Oleum ſambucinum
Oleum de cheiri
Oleum de papauere
Oleum de citoniis
Oleum de ruta
Oleum nardinum
Oleum maſticinum
Oleum coſtinum
Oleum de croco
Oleum de piperibus
Oleum de euphorbio
Oleum uulpinum
Oleum de ſcorpionibus
Oleum de ouis
Oleum de iunipero
Oleum de lateribus
Oleum de capparibus
Oleum de caſtoreo
Oleum de tartaro
Oleum de terebinthina

DE SPECIEBVS SIEF ſecundum Meſue de ægritudinibus oculorum.

Sief album cum opio
Sief citrinum
Sief de ſpica
Sief de plumbo
Sief de thure
Sif uiride
Sief memithe deſcriptione alkanomoſali de baldach
Sief memithe ſecundum Raſim & Seruitorem ſic fit
Succus memithe in ſole deſiccetur, & ex eo formentur magdaleones parui ſicut ſunt trochiſci, & ſeruentur

DE CONSERVIS DE zuccaro.

Conſerua roſata.i. ex roſis facta, & uocatur zuccarum roſatum
Conſerua diaboraginata
Conſerua buglоſſata
Conſerua uiolata
Conſerua meliſſata
Conſerua maluata ualens ad aſthma
Et omnes prædictæ conſeruæ fiunt ſicut dixi de roſata, poſſunt fieri de floribus & foliis

DE CONSERVIS de melle.

Mel roſatum colatum
Mel uiolatum
Mel maluatum
Mel geneſtratum
Aqua mellis, & dicitur hydromel
Rodomel, id eſt mel roſatum cum foliis
Mel nucum ad aſperitatẽ gutturis, & ſynanchen
Mel cãnæ ualet ad tuſsim, & ad aſperitatem gutturis & pectoris, & ex eo fit zuccarum
Zuccarum rubeum, & eſt ualde abſterſiuum & mundificatiuum
Zuccarum unius coctæ
Zuccarum duarum coctarum
Zuccarum tabarzet, id eſt trium coctarum.

DE SPECIEBVS CANDI

Zuccarum candi ſimplex
Candi roſati
Candi uiolati
Candi de ribes.

Et ſic eſt finis huius utiliſſimi tractatus.

ABHENGVEFIT LIBELLVS E in quo de ſimplicium medicinarum uirtutibus in generali & ſpeciali, breuiſſime, & ordinatiſsime pertractat.

X antiquorum libris hunc aggregaui librum in uirtutibus medicinarum & ciborum, in quo mentem meam diu fatigaui, & poſui ipſam occupationẽ meã, effundendo præces Deo altiſsimo, in eo q; Deo ſublimi & glorioſo appropin quatur, quia per ipſum iuuamẽtum cõe & proprium ſperaui, ultra illud quod in cognitione illius eſt de iuuamento magno in arte medicinæ. Medicinæ autẽ intentio eſt ſanitas, & eſt ſecundũ duos modos, primus modus eſt cognitio complexionũ corporum hominũ, & ſecundus modus eſt cognitio medicinarum, & ciborum, quorum cognitione exiſtit ſanitatis permanentia in ſano, & ipſius reditio ſuper infirmum, & ſunt materia curationis per medicinam & electariũ eius. Qui autem uirtutum medicinarum ſimplicium, & ciborum cognitionem uult habere, eſt indigens cognitione uiarum, quibus earum uirtutes & ipſarũ operationes inueniuntur. Et hæ quidem uiæ ſunt. viij. Vna earũ eſt ut ſit medicina, cuius uirtutem experire uult aliquis, uacua à qualitate acquiſita accidentali. Cuius exẽplum in medicina ſimplici eſt aqua frigida, quæ per accidẽs calefacit corpus: quando ſuper ipſum funditur, qm̃ infrigidat cutẽ, & aggregat eã, & inſpiſſat ipſam, quãobrem coarctantur uapores, qui expirabant, quare calefit corpus propter illud. Et aqua calida infrigidat per accidens, qm̃ rarificat corpus, quare expirant uapores calefacientes, & infrigidatur corpus. Et ſecunda eſt ut ſit ægritudo in qua experitur medicina ſimpliciter, ægritudo ſimplex, ſicut febris hectica. Et tertia eſt ut ea medicentur ægritudines cõtrariæ, æqualis uirtuti ægritudinis quæ cum ea medicatur, donec declaretur operatio eius in ea ſufficienter. Et quinta eſt, ut conſideretur operatio medicinæ: an ſit operatio eius in calefactione, & infrigidatione hora qua recipitur. Nam ſi non calefacit, niſi poſt ſpatium cum in principio infrigidauerit, tunc calefactio eius non eſt niſi per accidens. Et ſimiliter ſi etiam non infrigidat niſi poſt ſpatium, & iam in principio rei calefecit, tunc infrigidatio eius non eſt niſi per uiam accidentis. Et ſexta eſt ut conſideretur operatio eius

eius, an ſit operatio in omni corpore una, & in omni hora, quare eſt eius infrigidatio & ipſius calefactio, res ſemper, nam ſi eſt illud: tunc operatio eſt per naturam. Et ſi non eſt ita, tunc operatio eius eſt per accidens. Et ſeptima eſt ut ſit calefactio medicinæ in illa re ad quam comparatur calefactio eius, aut ipſius infrigidatio in aliam. Nam ſi non comparatur eius calefactio, niſi ad corpus hominis, tunc oportet ut dicatur, quòd eſt calida ex uia qua calefacit corpus hominis, non propterea quòd illud faciat in alia animalia, nam non oportet propterea quòd hyoſcyamus infrigidat corpus hominis, ut infrigidet corpus turdorum, quibus eſt cibus, neq; oportet etiam propterea quòd helleborus niger ſoluit hominem, & nõ nutrit ipſum, ſoluat coturnicem cui eſt cibus. Et oleum nutrit hominem & non interficit eum: ſed interficit omne animal: cui non eſt ſanguis. Et octaua eſt ut diſtinguatur inter medicinam, & cibum. Sciatur ergo quòd medicina eſt illud quod calefacit: aut infrigidat corpus, qualitate ſua. Et cibus facit illud quoniam addit in ſubſtantia corporis, & augmentat ipſum. Inquit Gale. Nos nominamus totum quod facit ſubſtantiam ſtare noſtram, & augmentat nos cibum, & totum quod mutat naturam noſtram, medicinam. Et ex uiis iterum quibus extrahũtur uirtutes medicinarum, & ciborum ſunt illæ aliæ, & ſunt quinque quæ ſtant utenti eis loco eius quo dicaẽ operatio eius, & quo multiplicatur eius ratiocinatio. Vna earum eſt uia ſumpta ex uelocitate alterationis rei, & difficultate alterationis eius. Et ſecunda eſt uia ſumpta ex uelocitate coagulationis eius, & difficultate coagulationis ipſius. Et tertia eſt uia ſumpta ex ſapore rei, & quarta ex uia ſumpta ex odore rei. Et quinta eſt uia ſumpta ex colore rei, prima autem quæ eſt ex uelocitate alterationis, & difficultate eius eſt, quòd omnis medicina, cuius alteratio eſt uelox, ad naturam ignis, eſt calida potentia. Veruntamen non eſt neceſſarium, ut iſtud ex medicinis, cuius hæc eſt uia calefaciat corpus hominis: immo non oportet neceſſario: niſi quando eſt ſubtilis ſubſtantiæ, ſolidum, durum in quo non ſunt uacuitates. Quoniam quando eſt craſſæ ſubſtantiæ, aut eſt rari corporis, poſſibile eſt, ut ignis reſoluat iſtud, & conuertat ipſum ad naturam ſuam uelociter, & caliditas copo ris non faciat iſtud cum eo, ſit ergo per hanc cauſam, quia non calefacit corpus. Et ſcitur quòd medicina in qua agũt duæ caliditates, caliditas ignis, & caliditas corporis hominis, non eſt niſi ſubtilis ſubſtantiæ, rari corporis ſcilicet caliditas ignis, poteſt ſuper eam & uincit eam uelociter, ſcilicet ſcitur ex duobus rebus. Quarum una eſt oleum, & altera harundo ſicca, & pilus. In oleo quippe quando approximatur igni: inflammatur in eo. Et quando occurrit corpori hominis non calefacit ipſum calefactione manifeſta uelociter. Et oleum quidem inflammatur uelociter, & non calefacit corpus hominis, quoniam oleum eſt uiſcoſum, & craſſæ ſubſtantiæ, cùm ergo occurrit corpori adhæret ei, & fit difficilis ſeparatio eius ab ipſo, quoniam non eſt poſsibile, ut attenuetur, & ſubtilietur per aerem uelociter: & penetret, & perueniat ad interiora corporis. Et ſignificatio illius eſt, quia quando tu ponis in uaſe ſuper ignẽ, aquam & oleum, ut decoquis utrunq; finitur aqua, & remanet oleũ ul time. Et harundo & pilus quãdo occurrit corpori hominis non calefaciunt ipſum. Et ſcitur q; medicina eſt ad quã pro peratẽ ignis, & non calefacit corpus hominis, ex duabus rebus. Quarum una eſt ſubſtantia caliditatis, & ſecunda eſt natura materiei. Ignis uero eſt ſubtilior res, & calidior qui ſubmergitur in corporibus de proprietate quorum eſt, ut adurat ea, donec perueniat ad profundum earum in ſpatio breui, & fit facilis eius penetratio per ſeparationem partiũ earum, & earum ſubtiliationem, & conuerſionem earum ad naturam ſuam. At uero caliditas corporum hominum non eſt niſi uaporoſa, craſſa, debilis, non ualens agere in ea hora qua occurrit eis operationem, qua renouet ea, & conuertat ipſa ad naturam ſuam, & omnia quidem quæ calefaciunt corpus, indigent ut in ea agat caliditas corporis in primis, & mutet ea, donec ea redeant poſt illud & calefaciunt corpus, hæc eſt ergo cauſa quæ eſt propter ſubſtantiam caliditatis. Cauſa autem quæ eſt ex natura materiei eſt quòd iſta duo, ſcilicet harundo & pilus non eſt in eis poſsibile ut diuidantur, neque terantur neque frangantur per attritionem, fractura qua fiant in termino pulueris. Omne uero de quo eſt uoluntas ut calefaciat corpus, indiget ut diuidatur in minores partes, quæ ſunt donec fiat ei facile ſuſcipere operationem caliditatis corporis, & impreſsionem eius in ipſo, & mutationem eius qua mutat ipſum. Et ex cauſa hac fit quòd calamus aromaticus calefacit corpora hominum, pluſquam calefaciat ea ex ſpeciebus calami quæ ſunt apud nos. Secunda autem eſt aſſumpta ex uelocitate coagulationis & difficultate eius. Dico ergo q iſtæ duæ uiæ ſunt neceſſariæ ante inquiſitionem de uirtutibus medicinarum, & ciborum. Veruntamen prima quæ eſt aſſumpta ex uelocitate alterationis eius, & difficultate ipſius non eſt neceſſaria niſi in conſideratione in eſſe medicinarum calidarum potentia. Et ſecunda quæ eſt ſumpta ex uelocitate coagulationis, & difficultate eius, non eſt neceſſaria niſi in conſideratione in eſſe medicinarum frigidarum potentia, & ſecundum hoc quando ſunt duæ res eſſe, quarum incraſsitudine ſubſtantiæ & ſubtilitate eius currit ſecundum ſimilitudinem unam, tunc illa earum quæ difficilior fuerit ad coagulationem per frigus, eſt caliditas complexionis earũ, & quando ſunt duæ res quarũ eſſe in ſubtilitate ſubſtantiæ & craſsitudine eius non currit ſecundũ ſimilitudinem unã. Et ſi eſt craſsitudo ſubſtantię earum unius ſecundum frigiditatem, tunc alterius utrunq; ſimul coagulantur ſm ſimilitudinem unam. Veruntamen unam earum, & eſt quæ eſt craſsioris ſubſtantiæ, eſtimat aſpiciens eam, quia eſt uehementioris coagulationis. Cauſa in illo eſt durities ſubſtantiæ craſſæ, quamuis frigus complexionis unius earũ ſit uehementius, craſsitudine alterius. Et in illis quæ ſunt ſecundum contrarium, non eſt poſsibile ut ſit coagulatio earum utrarunq; in quantitate temporis unius, immo oportet ut illa quæ ex illis duabus eſt frigidioris complexionis, aut craſsioris ſubſtantiæ, coagulatur in ſpatio tẽporis minoris, & ſit coagulatio illius quæ eſt minoris frigoris, & minoris craſsitudinis ambarum in ſpatio temporis longioris. Et ſimiliter currit res etiam in hoc, ut ſit una illarum durior multum, & durior parum compore ſua. Illud enim non accidit ei, niſi ſecundum quantitatẽ ſuperfluitatis eius in uno duorum modorum neceſſario. Intentione quæ eſt ſumpta ex ſapore rei quæ guſtatur, dico quia corpora ſint compoſita ex elementis, & elementa ſint inæqualium quantitatum in compoſitione corporum, propter diuerſitatem quantitatum elementorũ, & in omni compoſitione earum ſint proprietates multæ, fiant ut ſaporibus etiam propter diuerſitatem harum quãtitatum proprietates multæ, & cũ ſint ſapores multi, neceſſarium eſt inſtrumentum, quo diſtinguatur inter illũ qui ex eis eſt conueniens, & illum qui eſt inconueniens corpori. Nouit ergo creator benedictus & ſublimis illud inſtrumentũ linguam. Et poſuit eam multi ſenſus, & poſuit illud quod continuatur ei ex neruis multi numeri. Quod eſt quia continuatur ei ſex nerui, ut propter id quod eſt ei de ſuperfluitate ſenſus diſtinguatur per eam, inter id quod occurrit ei de calido, & frigido, & humido, & ſicco, & diſtinguatur inter cõueniens & inconueniẽs corpori, & cũ res cõuenientes corpori ſuperfluãt, & ſint quædã earum plus cõuenientes naturæ corporis. Et quidã earũ minus, di uerſæ naturæ corporis, & quædã earũ minus, & oportet ut ſint qualitates rerũ quæ guſtantur multę. ſ. ſapores earum, dico ergo, quòd qui ex ſaporibus ut compoſiti, ſunt infiniti, qui non fiunt niſi additione & diminutione in compoſitione. Singulares autẽ ſimplices, ſunt octo. Et ſunt ponticitas, & amaritudo, & acuitas, & acetoſitas, & ſtipticitas, & ſalſedo, & unctuoſitas, & dulcedo. Et fiunt iſti guſtus ex diuerſitate ſubſtantiæ corporis, quod guſtatur, in ſubtilitate, & craſsitie, & ex diuerſitate complexionis eius, diuerſitas autẽ ſubſtantiæ corporis eſt, qm̃ ſi eſt craſſa ſit cauſa craſsitiei ejus, aut dulcis aut ponticus, aut amarus. Et ſi eſt ſubtilis, ſit cauſa ſubtilitatis eius, aut acutus, aut acetoſus, aut unctuoſus. Et ſi eſt media, inter ſubtilitatẽ & craſsitiẽ, ſic aut ſtipticus, aut ſalſus. Ex diuerſitate autẽ complexionis fiunt, qm̃ ſi complexio ſubſtantiæ eſt calida, ſit guſtus eius, aut amarus, aut acutus, aut ſalſus. Et ſi complexio eius eſt frigida, ſit guſtus ejus, aut ponticus, aut acetoſus, aut ſtipticus,

Et ſi complexio eſt media inter calidum & frigidum, fit ſapor eius dulcis, aut unctuoſus. Compoſitio autem ſpecierũ ſubtilitatis ſubſtantiæ & craſſitudinis eius cum ſpeciebus caliditatis complexionis ſubſtantiæ, & frigiditatis eius, facit nouem ſpecies compoſitionis. Quarum una eſt ſpecies, non eſt ſapor ex corporibus, & eſt media inter ſubtilitatem partium & craſſitudinem earum, & inter complexionem frigidam & calidam. Et octo ſpecies reliquæ ſunt illæ quibus ſunt guſtus. Nam ex complexione ſubſtantiæ craſſæ cũ complexione frigida generatur ſapor ponticus. Et cum cõplexione ſubſtantiæ craſſæ cum complexione calida generatur ſapor amarus. Et ex complexione ſubſtantiæ craſſæ cum media inter calidum & frigidum generatur ſapor dulcis. Et cum compoſitione ſubſtantiæ ſubtilis cum complexione calida generatur ſapor acutus. Et ex compoſitione ſubſtantiæ ſubtilis cum complexione frigida generatur ſapor acetoſus. Et ex compoſitione ſubſtantiæ ſubtilis cũ media inter calidam, & frigidam, generatur ſapor unctuoſus. Et ex compoſitione mediæ, inter craſſitudinem & ſubtilitatem cum complexione frigida, generatur ſapor ſtipticus. Et ex compoſitione medię inter craſſitudinem & ſubtilitatem cum complexione calida generatur ſapor ſalſus: dico ergo in diuiſione guſtuum, quòd omne quod occurrit linguæ, aut non agit in ſenſum guſtus, aut agit in ipſum. Si ergo non agit in ipſum, nominatur refiens, & eſt illud cui non eſt ſapor. Aut eſt ſimplex, ſicut aqua quæ eſt elementum, aut corpus compoſitum ſuper quod non uincit calor neque frigiditas, ſed eſt temperatum, aut decliue parumper ab æqualitate ad frigidum, ſicut ſunt medicinæ quæ nominantur oppilatiuæ.

Medicinæ oppilantes duplices.

ET oppilatiuæ ſunt ſecundum duos modos. Modus primus é terreſtris ſiccus, qui exiccat corpora ſicut amylũ, & tutia, & ceruſſa plumbi, & cadmia, & calx abluta & hematites, quando abluitur unumquodq; horum ablutione decenti, & quæ fiunt eis ſimilia. Secũdus eſt uiſcoſus, humidus, qui humectat corpora, ſicut oleum ſaporitum, & albugo oui, & caſeus recens, & pingue ex corpore porci, & cera ſaporita abluta colata: & ſicut malua agreſtis, & domeſtica, & interior pars cucurbitæ, & raſura eius. Et iſta diuerſificantur in uiſcoſitate ſua: quoniam ſuper albuginem oui terreſtreitas eſt magis uincens, & ſuper oleum ſaporitum acritas eſt magis uincens. Quod autem non agit in ſenſum guſtus, quoniam eſt ſimplex: eſt ſicut aqua. Et ſenſus eſt compoſitus. Simplex uero non efficit in compoſito operationem compoſiti, propterea q̃ nulli rei agenti naturali in eſt, ut agat niſi in eo quod eſt ei ſimile potentia, ut extrahat illud ad effectum: neq; patiatur etiam niſi quod eſt ſimile. ſimiliter ſimile non recipit niſi quod in eo eſt potentia: ſaporem autem ſimplicem impoſsibilem eſt eſſe in compoſito neq; potentia neq; actu: & propter iſtud non recipit ipſum neq; alterat ad ipſum eum, ſicut eſt eius alteratio ad compoſitum ex eo: propter conuenientiam eius ad ipſum incõpoſitione. Quod ſi agit illud quod occurrit linguæ in ſenſum guſtus aliquid: tunc ipſum, aut facit in eo nocumentum, aut facit in eo delectationem. Quod autem facit in eo delectationem eſt illud, quod eſt dulce, & delectat ipſum, & eſt ſimile complexioni corporis hominis, & eſt calidum & humidũ cum æqualitate. Facit ergo in lingua ex delectatione ſimile ei quod fit in reliquo corpore ex delectatione quando occurrit aqua tepida. Illud autem quod ſecundum hãc complexionem ſi aqua ſuper ipſum eſt magis uincens, nominatur dulce. Et ſi aer ſuper ipſum eſt magis uincens, nominatur unctuoſum. Et omnis cibus delectabilis non nocẽs ſenſui, eſt aut dulcis, aut unctuoſus, aut aggregat utrũq; ſaporem: quod autem ex cibis eſt quem cooperit ſapor alius ab iſtis duobus, non aſsimilatur, & non adminiſtratur niſi cibus & medicina: quod aũt efficit læſionẽ in lingua trahit ipſam mordicãdo eã uel per mordicationẽ quam facit ei. Sed mordicatio eſt ſpecies ſolutionis continuitatis. Aut per ſuperfluam ſeparationẽ, ſicut calidũ efficit, aut per ſuperfluã aggregationẽ, ſicut frigidũ. ſeparatio aũt calidi eſt, aut cum craſsitudine & terreſtreitate, aut cum ſubtilitate & igneitate, & ſeparatio quidem calidi cũ craſsitudine & terreſtreitate quod ſeparat uehementer, & nominatur amarus. Aut talis quòd ſeparationẽ efficit infra uehemẽtem, & nominatur ſalſus. Et ſeparatio calidi cũ ſubtilitate & igneitate nominatur acutus. Et aggregatio quidem frigidi, aut eſt cum craſsitudine & terreſtreitate, aut cum ſubtilitate & aquoſitate: aggregatio uero eius cũ craſsitudine & terreſtreitate, q̃ uehementẽ efficit aggregationẽ, nominatur ponticus, Et ſi facit aggregationẽ, quæ ſit infra uehemẽtiã, nominaẽ ſtipticus. Aggregatio frigidi cum ſubtilitate & aquoſitate nominatur acetoſus. Iam ergo manifeſtum eſt, quòd ſapores ſunt octo, amarus, & ſalſus, & acutus, & ponticus, & ſtipticus, & acetoſus, & dulcis, & unctuoſus. Nam illud quod aggregat linguam, & exiccat eam, & coarctat ipſam, & exaſperat, & non in eo quod apparet tantum facit aggregationem æqualem ab omni latere ſicut frigidum. In mordicatione facit aggregationem uſque ad profundũ, eius inæqualem, & propter id facit aſperitatem eius, & exiccat eam. ſi facit eas operationes operatione forti, nominatur ponticus. Et ſecundum facit operationem non fortem, eſt ſtipticus. Et quando non efficit aliquid eorum, quæ diximus immo contrarium illius, & abluit linguam & abſtergit quod eſt in ea, donec ſi adhæret ei aliqua ex rebus ſtipticis abſtergit eam & abluit ipſam, nominatur ſalſus. Et ſi eſt abſterſioni eius ſuperfluitas uirtutis donec addat ſuper operationẽ ſalſi, nominatur baurachius. Et quando abſtergit plus, quã illud quod abſtergit ſalſus & baurachius donec exaſperet linguam exaſperatione uehementi lædente, nominatur amarus. Et quando contingit quòd quando occurrit linguę facit in ea mordicationem & corroſionem cum caliditate uehementi, nominatur acutus. Et quando mordicatio quã facit eſt uacua a caliditate quam facit acutus, & cum illo facit in eo cui occurrit ſimile ebullitioni, nominatur acetoſus. Et quando contingit quòd quando occurrit linguę rectificat ex eo quod corruptum eſt, & ſedat, & lenit aſperitatem eius, & fit ſicut unguentum, quod replet uacuitates et impinguat maciem, tunc ſi occurſus eius ad ipſam eſt cum delectatione linguæ, nominatur dulcis. Et ſi non delectet ipſam delectatione dulci, nominatur unctuoſus. Et ſicut baurachius eſt de genere ſalſi, ſimiliter ſuauis, uel ſaporitus eſt de genere dulcis, quando efficit operationem dulcis ex lenificatione et ſedatione. Veruntamen inſuaui permiſcetur humiditas aquoſa multa, et tunc minuit rem à dulcedine ſua.

Saporum operationes.

Põticus ergo terreſtris ẽ qui aggregat et infiltrat, et cõſtringit poros, et præparat ſicut coria præparantur, et craſſat, et infrigidat, et exiccat. Et amarus eſt terreſtris, calidus igneus, qui mundificat meatus, et abſtergit et ſubtiliat, et incidit craſsitiem, et calefacit non uehementer, et properat cum ſanguine ad aduſtionem, et malitiam, et multiplicat in eo choleram citrinam, quoniam calefacit ſanguinem, et exiccat ipſum exiccatione et calefactione forti. Acutus eſt igneus qui ſubtiliat et mundificat, et calefacit uehementer, et attrahit, et reſoluit, et adurit. Et acutus quidem calefacit pluſquàm amarus: propter illud ergo excitat caliditatem, et inflammat corpus uelociter, et adurit ſanguinem ac ipſum mouet, et facit declinare ipſum in primis ad choleram citrinam, deinde ad melancholiam. Et acetoſus eſt frigidus aquoſus. Veruntamen non eſt cum forti frigore, refrenat choleram et ſanguinem, et ſtringit uentrem, quando ſtomachus et inteſtina ſunt munda, et ſubtiliat ea, et ſoluit ipſa quando ſunt in eis phlegmata multa, et infrigidat corpus, et incidit, et ſubtiliat, et aperit, et mundificat meatus, et expellit, et infrigidat in toto illo.

Stiptici uero operationes ſunt infra operationes pontici, qui infrigidat corpus, et exiccat ipſum, et minuit carnem eius, et ipſius ſanguinem, ſi aſsiduetur, et confortat ſtomachum, et ſtringit uentrem ſecundum plurimum, et generat ſanguinem melancholicum, et infirmat magnitudinem factam in hepate proprie, et nocet neruis, et membris neruoſis omnibus et ſuperfluit in exiccatione corporis. Veruntamen excitat appetitum ad cibum fortitudine ſua. Salſus uero eſt terreſtris, calidus, et ſiccus, non igneus qui aggregat, et oppilat, et exiccat, præter quod calefaciat uehementer. Dulcis autem calidus, temperatus in illo mollificat, & digerit, præter q̃ calefaciat manifeſte, & ſoluit uentrem, & mollificat ſtomachum, & eſt conueniens pectori & pulmoni, tenerum efficit corpus, & multiplicat ſperma, & aſsiduatio eius multiplicat choleram & ſanguinem, & commouet ęgritudines factas ex eis, & generat oppilationẽ & apoſtemata in hepate, & ſplene præcipue, q̃n membra ſunt præparata ad illud, ſicut fit in febrientibus, & habentibus hepata calida. Unctuoſus uero eſt aquoſus, aereus, qui humectat & lenit, & mollificat præter q̃ calefaciat manifeſte, & mollificat ſtomachum & ſoluit uentrem, & facit uelociter ante ſufficientiam cibi, & præcipue febricitantes, & habentes hepata calida, & ſtomachum calidũ, & lenit uentrẽ, & humectat ipſum, & addit in phlegmate: & tardat cogitationem, & multiplicat ſomnũ. Et dico, quòd ponticus & acetoſus in frigore ſunt æquales. Veruntamen ponticus eſt craſſus, terreſtris. Et acetoſus eſt ſubtilis, aquoſus. Et plurimum operationis pontici eſt in manifeſto corporis, q̃n eſt tardæ penetrationis. Et plurimũ operationis acetoſi eſt in profundo corporis, quoniam penetrat in corporibus ſenſibilibus uelociter. dulcis autẽ, & amarus ſunt calidi. Veruntamen dulcis in caliditate ſua eſt humidus: Et ſimiliter unctuoſus. Et propter illud ſunt conuenientes naturæ hominis, nutrientes ipſum, cum corpus hominis ſit tẽperatum in caliditate & humiditate. Amarus autẽ eſt calidior dulci, & ſiccior eo, quoniam quando ſuperfluitat, fit in decoctione omnis dulcis cũ igne, aut decoquit ipſum amaritudo. Et inueniuntur amarus & dulcis abſtergentes. Veruntamen dulcis abſtergit abſterſione temperata, & non ſoluit continuitatem, immo humectat. Et amarus abſtergit abſterſione inæquali, & ſoluit continuitatem. Et quando ſoluit continuitatem non delectat, immo lædit. Veruntamen caliditas eius eſt minor caliditate acuti. & eſt craſſus, ſiccus, terreſtris. Cum ergo ponitur in ulceribus abſtergit ea, & minuit carnem natam in eis. Et quando bibitur incidit craſsitudinem ſuperfluitatum, quæ ſunt in uenis. Et propter illud prouocat menſtrua, & iuuat ad ſpuendum ſaniẽ, & humiditatem craſſam ex capite & pectore, & confert ſodæ. Et ſignat ſuper ſiccitatem eius, quoniam non putrefit, neque generantur ex eo uermes, neq; nutrimentum ex eo quod eſt amarus pure: Acutus autem & ſalſus ſunt calidi & ſicci ſicut amarus. Veruntamen acutus eſt plus calidus, & ſubtilior eorum, quoniam eſt igneus. Et propter illud corrodit, & adurit & liquefacit. Sed ſalſus eſt terreſtris, calidus. Veruntamen caliditas non efficit in eo operationem ſuam quam efficit in amaro, neq; ſubtiliat eum ſubtilitate qua ſubtiliat amarum. Et propter illud ſalſus eſt minoris caliditatis, quàm amarus per gradum. ſit ergo ſalſus in gradu ſecundo, & amarus in gradu tertio. Antiqui autem contenti fuerunt, ut ponerent. iiii. gradus in uirtutibus medicinarum & ciborum. Cum ergo auditur ſermo eorum calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum, ipſi non uolunt illud niſi per comparationem ad complexionem corporis hominis ſani, cum ſit complexio temperatior complexioni bus aliis, & propinquior eis ad æqualitatem & mediationẽ qualitatum quatuor. Et propter ſuperfluitatem corporis hominis ſuper reliqua corpora animalium ligatur cum eo intelligentia. Et propter ſuperfluitatem animalis ſuper plãtas adinuenta eſt ei ſenſibilitas, plantis uero facta eſt natura. Et ſimiliter uirtutes animæ & eius operationes apparẽt in meliore, pluſquam ſit earum apparitio in deteriore. Cũ ergo inuenitur ex iſtis medicinis, & cibis aliquid, quod nõ imprimit in ſenſum, nam fugat ipſum aliqua ſpecierum fugæ, tunc ipſum eſt conueniens corpori hominis, ſicut aqua tepida. nam propter conueniẽtiam ſuam complexioni corporis hominis in æqualitate, inuenimus ſenſum delectari tepore eius, & recipit eam deſiderio. Et quando inuenis aliquid quod in ſenſum aliquam efficit impreſsionem, ſed tamen illa impreſsio eſt ſine læſione, neque eſt horribilis naturæ, tunc ſcias, quòd iam receſsit a complexione corporis hominis in qualitate, quę apparet ex eo per gradum unum, & eſt prima. Et quod in eo eſt mutat corpus ab æqualitate. Veruntamen cum mutatione manifeſta, quare indiget in mutatione eius tempore, ſicut ſunt dulcedo & unctuoſitas,

utræque. n. ſunt calidæ in gradu primo. Et quando inuenis aliquid cuius additur impreſsio, & fugat ſenſum manifeſte, quamuis non appareat ei nocumentum, neque dolor, ſcias, quòd iam additur reflexio à complexione corporis hominis per duos gradus, & eſt ſecundus. Et quod in eo eſt, quod mutat corpus mutatione manifeſta, quæ nõ eſt cũ uehementia ſicut ſalſedo & acetoſitas, ita quòd ſalſedo ſit in gradu. 2. caliditatis, & acetoſitas in gradu ſecundo frigiditis. Et quãdo inuenis aliquid cuius impreſsio iam addit uirtutẽ & multiplicat, & facit dolorem, & læſionem, & fugat ſenſum fuga forti, ſcimus, quòd reflexio eius à complexione corporis hominis iam ſit ad gradum tertium. Veruntamen, quamuis mutet corpus mutatione uehementi, tamẽ non eſt corrumpens ſicut amaritudo. Ipſa namq; eſt in gradu tertio caliditatis. Et quando inuenis aliquid cuius operatio additur, & ſuperfluit donec corrumpit complexionẽ corporis hominis, uel cum ſuperfluitate ſeparationis, ſi eſt calidum, aut per ſuperfluitatem aggregationis, ſi eſt frigidum, ſcimus, quòd reflexio eius à complexione corporis hominis iam ſuperfluit & additur, & peruenit ad quartum gradum, & eſt quod mutat corpus mutatione corrumpente ſicut acuitas. Ipſa enim corrumpit cum aduſtione, & eſt in quarto. Inquit Gal. & ſiccitas q̃n eſt in gradu quarto, efficit operationem acuitatis. Antiqui uero conuenerunt ſuper hoc, ut ſtarent apud gradum quartum, & non cogitauerunt in eo, quod eſt poſt eum, quia non inuenerunt ad illud formam conuenientem in operatione in qua ſit poſsibile cogitationem incedere. Veruntamen diuiſerunt hos quatuor gradus in tres ordines, primum, & medium, & poſtremum. dixerunt ergo principium gradus, & medium eius, & poſtremum eius. uerum poſsibile eſt, ut ſint inter hos tres ordines, media occulta ſenſui corporeo, & propter illud dimiſit intellectus eorum rememorationem & non fecit ſuper ea cadere nomen. Quarta autem eſt, quæ ſumpta eſt ex odore rei. Dico ergo, quòd odor ſecundum plurimũ eſt conueniens ſapori. quod eſt, quia plurimum ſaporis imprimit in ſenſum olfactus ſicut imprimit ſapori ſenſum guſtus. v.g. ex acero & omnibus rebus acetoſis & acutis, ſicut allium, & cæpe ſuſcipit ſenſus olfactus ſimile ei, quod recipit ſenſus guſtus, & in quibuſdã rebus diuerſus ſit odor. a guſtu, & præcipuè in illis, quæ ex medicinis ſunt boni odoris. v.g. roſæ odor diuerſus eſt a ſapore eius. Quod eſt, quia in roſa inuenit guſtus quiddam ponticum, & quiddam amarum, & quiddam inſipidum aquoſum, & comprehendimus illud per guſtum, & non comprehendimus hos ſapores per odoratum. Veruntamen nos comprehẽdimus, quòd omnis res habens odorem bonum, eſt calidæ complexionis, ſubtilis ſubſtantiæ. quantitatem uero illius, aut eius compoſitionem cum frigido non ſignificat tibi olfactus. per guſtum uero eſt ſuper fiduciam eius, quod guſtas, & iterum odor non ſignificat niſi ſuper illud quod ex uapore reſoluitur de medicina. ſed uapor non reſoluitur ex omnibus partibus odorati. Quod ſi reſolueretur ex oĩbus nõ eſſet moũo eius quo mouet olfactum, & operatio eius in eo, motio & operatio una. Senſus uero guſtus non eſt taliter, odor ergo antecedit ad ſenſum olfactus ex ſuperficie medicinæ, & non reſoluitur ex omnibus rei odoratæ. Et ſi reſolueretur ex eis omnibus non occurreret ſenſui olfactus in hora una. Et tu quidem quando guſtas roſam, iudicas quòd iſti ſapores ſunt in ea. Et quando olfacis eam non iudicas, quòd ſunt in ea. Quinta uero eſt ſumpta ex colore rei, & eſt, quia ſi roſa rubea eſt in colore ſuo, & ceruſa eſt alba, non tamen omne rubeum eſt calidum, neque omne album eſt frigidum. Nix enim & calx, & ſambucus, & piper album, & gypſum, & carthamum, & helleborus albus, & amylum, & lac, Iſta omnia albi ſunt coloris, ſed diuerſarum uirtutum cõtrariarum. Iudicium ergo ſuper uirtutem medicinæ, ex colore eius, longinquius eſt a uerificatione quàm iudicium ex ſapore eius. Cuius exemplum eſt illud quod præmiſſum eſt ex hoc, quòd in colore uno ſunt medicinæ, calidæ, & frigidæ & humidæ, & ſiccæ, uerũ certificatur ex colore, quòd uinum, & mel, & cæpe, et uua, & ficus, & quæ ſunt eis ſimilia, quãto plus eſt unũquodq; uehementioris albedinis, eſt minoris caliditatis. Et omne quod eſt uehementioris citrinitatis

tatis, aut rubedinis, aut nigredinis, eſt decliuius ad caliditatē. E similiter roſa, et quæ ſunt ei ſimilia. Nā roſa quāto plus eſt uehementioris albedinis eſt frigidior. Et ſimiliter eſt res in tritico, et faba, et faſeolis, et lentibus, et cicere, et omnibus ſeminibus, et floribus, ſicut lilium album, et citrinum, aut rubeum, et quod eſt citrinum, aut rubeum eſt uehementioris caliditatis, quam album.

Sermo in appropinquatione medicinæ ex corpore.

QVando uis cognoſcere uirtutem rei tunc incipe uirtutem eius, et experire uirtutem eius cum re cui adiungitur, et operare, ut diſcernas medicinā agentem cum ſubſtantia ſua ex eo, quòd preces ex rememoratione noſtra Deo ſint. uolo ponere aquā ſubiectū nobis, ut inquiramus de ea. Nā qui ex uulgo infirmi ſunt eam accipiunt, et ſani, et uinū indigens eſt ea. Cōparamus ergo eā in primis ad corpus temperatū, quod nō eſt frigidū ualde, neque calidū, deinde comparamus eam poſt illud ad illos quorum naturæ ſunt malæ complexionis exeuntes a tēperamento. Quoniam ergo facimus illud inuenimus aquam in frigidare corpus temperatū, et in tempore longo. Et infrigidat illud quod eſt malæ cōplexionis uelociter, et præcipue quando eſt aqua frigida. Quando uero eſt calida, infrigidat ipſum cum tarditate. Et ſi comparas aquam frigidam ad corpus adoleſcentis, calefacit corpus eius in tempore paruo. Et ſi appropinquas eam ad eum, qui habet ægritudinem ſimplicem calidā, aut frigidā, calidam ſimplicem ſicut febris hectica, et frigidam ſimplicē ſicut febris accidēs ex congelatione per niuem, infrigidat eum aqua infrigidatione manifeſta. Et oportet, ut non ſit frigus eius per accidens, ſed per naturam ſuam. Fortaſſe enim ægritudo eſt cōpoſita ſicut apoſtema calidum. Cū ergo appropinquamus ei aquam efficit in ipſo in primis operationem ſecundum modum naturalem, deinde in eo operationem aliam accidentalem. Et quando ægritudo eſt ſimplex, non efficit aqua in ea operationem accidentalem. Et tu quidem experire operationem medicinæ ſimplicis per operationem medicinæ compoſitæ, in ægritudine compoſita, ut eſt opiū ſuper apoſtema calidum. Et medicina quidem compoſita operatur in corpore plus, quam ſit operatio medicinæ ſimplicis. exemplum quidem operationis compoſitæ in compoſito eſt pſyllium, quod plus infrigidat corpora noſtra, et abſcindit ſitim, quām aqua, quamuis aqua in natura ſua ſit frigidior pſyllio quando eſt puræ frigiditatis, quoniam eſt ſimplex. Et propter illud conuenere Philoſophi ſuper hoc quòd elementa non nutriunt corpus omnino, neque aſſimilantur alicui membrorum niſi mediantibus plantis, et ſanguine, quoniam elementa propter propinquitatem ſuā ad plantas conueniunt cum eis, et permutantur ad eas, et plantæ propter propinquitatem ſuam ad ſanguinem aſſimilantur etiam cum eo, et permutantur ad ipſum. Et ſanguis propter propinquitatem ſuam ad mēbra animalis aſſimilātur eis, et permutantur ad ea. Quoniam per eum eſt eorū uirtus, et ipſorum eſſentia, longinquiores ergo res à cibo animalis ſunt elementa, cum ſint ſimplicia, quibus non ſunt ſapores. Et propter illud recipiunt ſapores omnes et apparent in eis, ſicut recipit aqua, cui non eſt color, omnes colores. Et propter illud facta eſt humiditas grādinea, in qua exiſtit uiſus, ita quòd non eſt color, quare recipit colores. Et facta eſt lingua ſine ſapore. Et propter illud recipit ſapores. Et cum interiore parte palmæ hominis eſt plurimum ſenſus tactus, et eſt temperantius quod eſt in corpore. Cum ergo tu ponis aquam ſubiectum tuum, non mentitur ſenſus tuus. Et quidem experire aquam cuius uis experiētia imprimis cū ſenſibus tribus, per uiſum, ne aqua ſit turbida, et per guſtum ne ſit ei qualitas ſalſa, aut alia, et per olfactum, ne ſit ei qualitas mala fœtida. Cum ergo eſt taliter, eſt aqua primitiua, munda, pura, hæc eſt ergo aqua frigida in natura ſua. Cum ergo tu calefacis eam, non eſt aqua ſola per calefactionem calefaciens, et comburens rem, ſed ſimiliter eſt opium, et pomum dæmonis, et mandragora, omnia quando calefacis ea, et appropinquas corpori hominis calefacis ipſum, & cōburis illud et quando ſunt ſuperfluæ caliditatis. dico ergo q̄ medicinæ omnes quarum tu uis experiri uirtutes, quando tu ponis eas ſuper corpus hominis, oportet ne ſit caliditas accidentalis & frigiditas, & non aqua ſola ſed omnes res. Cuius exemplum et cera quam liquefacis cum oleo ſaporito, & fricas eam, & infrigidas ipſam cū aqua & ponis eam ſuper membrū calidum, quare infrigidat ipſum & humectat illud, & non per frigus naturale, ſed per illud quod acquiſſuit à frigiditate aquæ frigidæ. Secundū hoc ergo exēplum inquire de rebus omnibus nam certificatur tibi quod uis de cognitione uirtutum medicinarum, & ciborum, quādo approximabis corpori eius ex uirtute accidentali.

ET oportet ut diſcernat qui uult cognitionem uirtutū medicinarū & ciborū, illud quod dicitur in ea, ſcilicet quòd ex eis eſt calidum aut frigidum potentia & actu. Calidū ergo actu eſt ſicut caliditas exiſtens in igne, potentia uero caliditas exiſtens in pyrethro, & caſtoreo, & pipere, & quæ ſunt in eis ſimilia. Et frigiditas actu eſt ſicut frigiditas exiſtens in glacie & niue, ſed potētia frigiditas exiſtēs in opio, & pomo dęmonis, & mādragora. Et intentio ſermonis noſtri cū potentia eſt q̄ res præparata eſt ut ſit actu. Et dicitur ſm duos modos aut per hoc q̄ mutatur, aut ita ut generetur. Mutatio aūt eius eſt, quando remanet ſpecies eius ſm quòd non remouetur, ſicut res alba fit rubea. Generatio autem quando alteratur & conuertitur, ſicut panis fit ſanguis, panis ergo eſt ſanguis potentia. Cum ergo alteratur & conuertitur, ſit ſanguis actu, et non remanet panis ſecundum quòd fuit.

Et oportet ut diſcernat quia dicitur in re, quòd calefacit corpus ſecundum duos modos, aut quia calefacit ipſum ita quòd addit in qualitate caliditatis eius, et augmentat eam, aut quia addit in ſubſtantia eius. Si ergo addit in caliditate corporis, nominatur medicina calefaciens actu aut potentia, actu ſicut ignis. Et potentia per uiam, quia eſt materia. Et hæc ſpecies aut eſt propinqua, ſicut uenenum uiperæ, aut minus propinqua, ſicut cantharides.

Et ſunt utræq; corrumpentes corpus, et ſunt ex genere medicinarum interficientium plurimum, aut in paucitate propinquitatis ſunt, ſicut euphorbium, et pyrethrum, et caſtoreum. Et ſi addit in ſubſtantia corporis, tunc eſt etiam actu aut potentia, actu quidem ſicut puer teneri corporis quem applicat homo ſuo pectori, donec occurrat ſtomacho eius, potentia uero eſt ſicut cibus ſuperueniens corpori. Quod autem ſuperuenit corpori ex cibo, eſt ſecundum tres modos ueniens, ita quòd uincit eum corpus, et eſt cibus, et ueniens ita quòd uincit corpus et eſt medicina, et ueniens ita quòd uincit corpus in primis, deinde corpus uincit ipſum in poſtremo, et nominatur cibus medicinalis.

ET oportet ut diſcernat, quòd medicinarum ſunt quatuor genera, primum genus eſt quòd non mutat corpus. Et ipſum mutat corpus. Et hoc genus eſt perimens, aut cū caliditate, ſicut uiperarū uenenum, aut cū frigiditate ſicut opium. Et ſecundum genus eſt quòd mutat corpus, deinde ipſum, et mutat corpus, et corrumpit ipſum. Et hoc genus ēt mutat, aut ita quòd attenuat et ſubtiliat, ſicut eſt illud qđ accidit ex hyoſcyamo aut ita quòd putrefacit, ſicut illud quod accidit ex cātharidibus. Et hoc genus etiam eſt corrumpens corpus. Et tertium genus eſt quod corpus mutat, deinde dedit ipſum, et mutat corpus, et calefacit ipſum calefactione uehementi, ſicut euphorbiū et pyrethrū, et caſtoreū et piper. Et quartū genus eſt quod mutat corpus in primis, deinde corpus poſt illud mutat ipſum. Cum ergo mutat ipſum, addit ipſum in ſubſtātia caliditatis corporis, ſi eſt ex rebus calidis, ſuperfluam caliditatē, ſicut cepæ, alliū, et ſinapis, et quæ ſunt eis ſimilia, et ſi eſt ex rebus frigidis ſuperfluā frigiditatē, ſicut lactuca, et ſimila hordei, et quę ſunt eis ſimilia. Manifeſtum igitur eſt quòd genera medicinarū ſunt quatuor, quoniā rei ſuperuenientis corpori uirtus ſi eſt cooperta à uirtute corporis, et corpus agit in eam, deinde ipſa etiam agit in corpus, tunc eſt medicina abſolute. Et ſi eſt fortior corpore, donec non ualeat corpus agere in eam neq; mutare ipſam, immo ipſa eſt mutans corpus, tunc ipſa proculdubio eſt medicina corrumpens & interficiens. Et ſi corpus eſt fortius ea, donec mutet ipſam & ſoluat eam, donec aſſimilet eam ſubſtātiæ ſuæ, tunc ipſa eſt cibus abſolute, quoniam cibus generat in membris corporis ſecundum diſpoſitionem aſſimilationis ſuæ cum eo impreſſionem, & mutat ipſum poſt hāc mutationem. Et hæc mutatio & impreſsio forteſſe eſt manifeſta ſenſui, & forteſſe non manifeſta in principio rei, ſed declaratur poſt ſpatium longum. Et quod ex cibo imprimit in corpus impreſsionem manifeſtam, nominatur cibus medicinalis, ſicut lactuca ex frigidis, & allium ex calidis. Hæc enim duo antequam digerantur, mutant corpus, lactuca igitur infrigidat, & propter illud dormire facit, & alleum cale facit, & propter illud facit ſitire. Deinde utræq; poſtquā be ne digeruntur, addunt in quantitate ſubſtantiæ corporis tātum, præter quòd mutet ipſum in qualitate ſua.

De cognitione uirtutum medicinarum.

Et oportet ut ſcias quòd cognitionis uirtutum medicinarum & ciborum ſunt tres ordines. Ordo primus eſt cognitio calidi, & frigidi, & humidi, & ſicci. Et ordo ſecūdus eſt cognitio digeſtiui ex eis, & lenitiui, & indurantis, & oppilatiui, & aperientis oppilationem, & abſterſiui, & rarificatiui, & inſpiſſantis, & aperientis orificia uenarum, & conſtringentis ea, & comburentis, & putrefacientis, & minuentis carnem, & conſolidantis, & attrahentis, & ſedantis dolorem.

Sermo in maturatiuo.

Maturatiuum eſt calidum & humidū, cuius caliditas eſt æqualis ſuperfluitatibus, quæ eo curantur, neq; minuitur ex humiditate eius aliquid. Et maturatiuum quidem cū æqualitate ſua corpori in caliditate & humiditate, oportet ut ſit oppilatiuum, uiſcoſum, quoniam quando oppilat poros corporis coarctat ſpiritum innatum per quem fit digeſtio, & reliquæ operationes naturales. Et eſt ſicut oleum concuſſum cum aqua calida, & farina tritici decocta cum aqua calida, & panis & oleum, & pinguedo porci, & pinguedo uituli, & pix, & reſina pini, & butyrum rubeum. Iſta quando iunguntur cum oleo calido & thus, & colophonia, & ſeſamum, iſta quando impinguantur, & caulis decoctus cum butyro cocto, & quæ ſunt eis ſimilia.

Sermo in leniente.

Leniens autem eſt etiam calidum. Veruntamen eſt pluris caliditatis parum, quàm corpus cuius lenit duritiem, & pluris ſiccitatis. Et propter illud, quod in membro quod indiget medicina leniente, eſt duities, & durities quæ indiget medicina leniente eſt accidens à chymo frigido craſſo uiſcoſo, cūc indiget medicina, in qua ſit caliditas, quæ liquefaciat illum chymum, & reſoluat ipſum & finiat ipſum, & non oportet ut caliditas ſit ſuperflua, ut non finiat ſubtile, & dimittat craſſum in lapidē uerti, & non reſoluatur. Oportet ergo ut ſit caliditas eius in gradu ſecundo, & in principio tertij, & ſiccitas eius iterum non oportet, ut ſit ſuperflua, immo in gradu primo, ſicut ſunt folia althææ cum butyro cocto, & maſtix cum butyro crudo, & bdellium & ſtyrax liquida, & aqua roſata, & ammoniacū, & kelkalibat, & hyſſopus humida, & quæ ſunt ſicut illa, & medulla oſsis uituli, & medulla oſsis cerui, & medulla oſsis cameli, & pinguedo gallinæ, & pinguedo capræ, & pinguedo anſeris, & mucilago althææ, & mucilago ſeminis lini, & mucilago ſœnugræci, & quæ ſunt eis ſimilia.

Sermo in indurante cum frigore.

Indurans cum frigore eſt ſicut portulaca, et pſyllium, et alta halub, et quæ ſunt eis ſimilia ex ſolatro.

Sermo in oppilante.

Et oppilans cū frigore eſt medicina, quæ oppilat poros corporis oppilatione abſque apertione. Et eſt procul dubio, aut terreſtris, aut uiſcoſa non mordicās, quoniam ſi eſt mordicans non ſit, ut figatur in poris, quoniam liquefacit ex membro aliquid, aut attrahit ad ipſum aliquid, quare reſoluitur et currit. Oportet ergo ne ſit ſapor omnino, neq; caliditas uehemens, neque frigiditas uehemens. Terreſtris quidem eſt ſicut amylum, et tutia, et ceruſſa plumbi, et climia, et calx, et hæmatites. Iſta omnia quando abluuntur decenter deinde exiccantur. Viſcoſa uero non mordicatiua eſt, ſicut malua ſyluęſtris, et malua domeſtica, et interior pars cucurbitæ, et raſura eius, et citrulli et quæ ſunt eis ſimilia.

Sermo in aperiente.

Aperiens autem oppilationes, eſt contraria oppilanti. Quoniam ſubtiliat res craſſas et incidit eas, et eſt illa quæ eſt amara, aut baurachia ſicut radix lilii cœleſtis, et ſcilla et amygdala amara, et helleborus, et baurach, et lupinus, et ſceha. Et quę eſt ex medicinis aperitiuis, in qua eſt cum uirtute apertionis aliquid ponticitatis, aut ſtipticitatis, ſi ponitur ex his, et cum non aperit propter ſtipticitatem ſuam, aut ponticitatem ſuam, et ſi bibatur aperit oppilationes uiſcerum.

Sermo in abſtergente.

Abſtergens uero eſt ſimilis aperienti oppilationes. Veruntamen eſt debilior ea, et non indiget ſubtiliatione illa qua indiget aperiens oppilationes. Et propter illud plures medicinæ, quæ abſtergunt ſunt dulces, ſicut mel, et fabæ, et hordeum, et amygdala, et batecha dulcis, et furfur tritici, et ſimilia eis.

Sermo in rarificante.

Et illud eſt quod calefacit corpus calefactione temperata, et non exiccat, et non eſt craſſum ſicut chamæmilla et flos althææ, et oleum de ruta, et oleum de raphano, et oleum antiquum, et eis ſimilia.

Sermo in inſpiſſante.

Eſt ſimilis oppilanti, ueruntamen eſt debilius eo, et eſt illud quod eſt frigidum, aquoſum, non mordicatiuum, ſicut aqua frigida, et ſimila hordei, et ſemperuiua, et lenticula aquæ, et poma mandragoræ, et ſimilia eis.

Sermo in aperiente orificia uenarum.

Hoc eſt craſſum acutum acutum, ſicut allium et cœpæ, et lilium, et fel tauri, et flos papaueris ruffi, cœpa narciſci, et allhatheon, et oleum lilij cœleſtis, et quæ ſunt eis ſimilia.

Sermo in conſtringente poros et uenas.

Hoc eſt craſſum, frigidum, ſtipticum, non uiſcoſum, ſicut pirga paſtoris, et arnogloſſa.

Sermo in adurente.

Adurens eſt calidum ſuperfluum craſſum ſicut arſenicum et zegi, et chalcanthum, æs uſtum, et cinis ficus, et ſinapis, et ſtaphiſagria, et thapſia, et eſt toruiſcus, et ſimilis eis eſt arbor mariæ.

Sermo in putrefaciente corrodente.

Eſt calidum ſuperfluum, ſubtile, ſicut zinar, et urtica, et ſimilia eis.

Sermo in diminuente carnem ex ulceribus.

Eſt ex genere zinar, ueruntamen eſt debilius eo, ſicut cortices æris, et hematites, et cucumer aſininus, et radix colocynthidis, et cinis teſtudinis, et cinis cancrorum, et cinis limaciarum, et cinis ſerpentum, et uiperarum.

Sermo in conſolidante.

Eſt quod exſiccat et ſtringit cū æqualitate, ſicut ſanguis draconis, et thus, et myrrha, et aloe, et quandoque conſolidat per accidens illud quod minuit carnem, quando ponitur ex ea parum cum eo, quòd ſolidat ulcus ſicut cerotum. Et ex eis eſt quod conſolidat cum ſtipticitate ſine mordicatione, ſicut alumen, & gallæ, et merdaſengi, et plumbum uſtum, et ſcoria plumbi, et ceruſſa plumbi, et antimonium cō buſtum, et ex eis quod conſolidat cum mordicatione et aduſtione ſicut colcothar, combuſtum, et cadmia, et cortices ferri, et cortices æris, et calx abluta quadam ablutione.

Sermo in trahente.

Ex eo eſt quod attrahit cum æqualitate ſua, et ex eo eſt quod attrahit natura ſua, quod ergo attrahit natura ſua eſt ſicut medicinæ ſolutiuæ. Sed quod attrahit qualitate ſua, attrahit per caliditatem, et ſubtilitatem. Et caliditas et ſubtilitas aut ſunt in medicina ex natura ſua, aut inſunt ei ex putrefactione quæ accidit ei. Quod autem ex natura medicinæ eſt ſicut pulegium ceruinum, et ſagapenū, et aſa. Sed quod eſt ex putrefactione quæ accidit, medicinæ, eſt ſicut fermētum, et ſtercus antiquum, et limus.

Sermo in bezaeticis.

Ex eo eſt quod agit cum ſolutione, et ex eo eſt quod agit cum

cum euacuatione. Quod autem agit per hoc quod resoluit aut resoluit sua qualitate, aut resoluit natura sua. Illud qđ facit illud natura complexio eius est media, in eo quod est inter rem recipientem & rem quam recipit. Et propter illud quando administratur in hora sanitatis est nociuum.

Sermo in sedante dolorem.

Est illud quod calidum est, sicut complexio corporis in gradu primo, & est subtile euacuans & resoluens, & rarificat, & subtiliat, & maturat: & uenit cum omni quod est in membro ex dolore, & ex infirmitate ad æqualitatem: si est chymus calidus, aut uiscosus. Et sicut crassus, aut multus, aut annexus in poris subtilibus, aut uentositas frigida, aut crassa cui non est meatus. Et non oportet, ut sit stipticum inflatiuum, sicut oleum anethinum immundum ex uirtute stiptica.

De ordine tertio.

Ordo autem tertius est cognitio eius quod frangit lapides, & eius quod adiuuat spuere illud quod est in pectore, & mundificare ipsum, & mundificantis cerebrum, & mundificantis aures, & oculos, & os, & palatum, & stomachum, & intestina, & hepatis uenas, & gibbositatem eius & splenem, & renes, & ueficam, & prouocantis urinas, & frangẽtis lapidem, & excitantis coitum, & abscindentis coitum, & generantis lac, & abscindentis ipsum, & prouocãtis mẽstrua, & abscindentis ea, & mundificantis intestinũ ex stercore & uermibus, & prouocantis sudorem, & mundificantis cutem corporis.

Sermo in frangente lapides.

Est illud qđ incidit qñ nõ est caſitatis manifestæ, nã tunc frangit sicut radix asparagi, & radix harundinis, & polium, & nitrum adustum & tritum & acetum scillę, & cinis scorpionum, & lapis spongiæ, quoniam ista frangentia, quando cum eis est calidicas uehemens, tunc indurant lapidem, & non frangunt ipsum. Et si cum eis est caliditas, quæ non sit uehemens sicut diximus, & accipitur cum eis res humida adiuuat ad frangendum, quoniam si fuit superfluæ caliditatis, & separant subtile à crasso, & educunt subtile, & remanet crassum.

Sermo in mundificante pulmonẽ & pectus, & iuuante ad asthma, & tussim antiquã & generationẽ saniei cũ eis.

Illa sunt semen bauciæ siluestris, & est daucus, & semen lini, & halasse, & semen raphani, & raphanus, & nasturciũ, & sesamum, & cordumeni, & semen cucumeris, & semen batechæ, & semen rutæ, & nigella, & piper, & polium, & prasium, & casia lignea, & rased, & costus, & amomum, & sulfur, & chalbanum, & myrrha, & opopanacum, & cepæ, & allium, & scilla, & calamentũ, & hyssopus sicca, & amygdala amara, & ficus sicca, & pinea, & castoreum, & eruus, & ammoniacum, & bdellium, & olibanum, & asa, & aristolochia longa & rotunda, & stœchas, & ouum sorbile, quando sorbetur cum melle, & ficus antiqua quando decoquitur in lacte, præcipue camelæ, & cicer cum lacte. Et cõfert per accidens subfumigatio cum laudano, & cum styrace, & stercus leporis, & pili eius, & stercus gazelis, & radix cucumeris asinini, & semen fœniculi. Et rased quando sufficitur cum eo iuuat.

Mundificantia cerebrum ex naribus quando cum eis fit caputpurgium.

Sunt succus sicłæ, & succus cucumeris asinini, & oleum de lilio, & oleum de amygdalis, & succus radicis arboris Mariæ, et quando exiccatur radix et teritur cum pipere, et baurac, et calamentum.

Mundificantia oculos per lachrymas et conferunt pruritui, et grauitati, et corrosioni et debilitati uisus.

Sunt omnes medicinæ abstergentes, sicut fœniculum humidum, et aqua cinnamomi, et fel perdicis, et mel, et aqua casiæ lignea, et oleum de kerua, et oleum balsami, et oleum nucis, et alkitran, et oleum anethinum, et ex succis, ad illud etiam sunt succus acori, et harmel, et prasij, et succus papaueris ruffi, et arboris Mariæ, et succus cepæ, et sinapis, et rutæ.

Mundificantia aures.

Sunt mel, et uinum dulce, et oleum amygdalinũ, et fel tauri, et succus capparis, et fel piscis omnis, et ficus, et baurac, et myrrha, et succus siclæ, et similia eis.

Mundificantia ex ore cerebrum.

Sunt passea montana, et schœnanthũ, et mastix, et pyrethrũ, et sinapis, et muri, et quæ sunt eis similia masticantur, et quandoq; decoquuntur, et gargarizantur cum eis.

Mundificantia ex palato.

Sunt baurac, et aloe, et semen urticæ, et grana alloros, et calamentum, et sinapis, et hyssopus, et alia.

Confortantia stomachum et nocentia ei.

Conferentia autem ei sunt dactyli immaturi, et citonia, et oliuæ salitæ, et oliuæ conditæ cum aceto, et oleum crudum ponticum, et glandes, et castaneæ, et præcipue quando comeduntur in lacte, et omnia olera spinosa, et sunt illa in quibus sunt amaritudo, et stipticas, et rosæ, et fumusterræ, et napi conditi cum aceto et cum sinapi, et raphanus, et sinapis et nasturtium et pyrethrum et asparagus cum muri, et aceto et mirtilli, et alkaneriæ et similia eis, et cappa-ris condita cum sale, et cortices citri, et absinthium, et alces, et uinum purum.

Et nocentia ei sunt grana iuniperi, et grana pini maiora, et minora, et genera alher, et alhacoen, et semen agni casti, et sicla, et acetosa, et napi crudi, et blitis et attriplex, et malua, et quæ sunt eis similia, nisi comedantur ista cum muri, et aceto, et sesamo, et fœnugræcum, et lac quoniam acescit in illis qui sunt frigidæ complexionis, et in stomacho frigido, et mutatur in stomacho calido, et bolum armenum, et abrotanum, et baurach, et mel, quando multum sumitur ex eo, et bateka, et omnis medulla, et cerebrum et uinum nigrum et crassum, durum, et præcipue nouum.

Mundificantia intestina.

Sunt tithymalus, et lac eius, et semen atriplicis caulis, et decoctio polypodii, et aqua ciceris, et folia agni casti, et decoctio alhasse, et scordeon, et calamentum, et butyrum recens, quando assidue lambitur, et ficus ficca, quando fer uet in aqua, et oleum omphacinum, et agaricum.

Mundificantia uenas hepatis.

Sunt pulpa colocynthidis et chamæmilla, et absinthium, et aqua casei, et ius galli antiqui decrepiti, et aqua ciceris albi.

Mundificantia gibbositatem hepatis.

Sunt amomum, et decoctio schœnanthi, et radix acori, et gentiana, cortex radicis lauri, et rauedsceni, et succus liquiritiæ, et amygdala amara, et anisum, et fœniculũ, et daucus, et semen apii hortulani, et montani, et asarum, et myrrha, et eupatorium.

Mundificantia splenem.

Sunt helleborus niger, et decoctio calamenti, et cortex radicis capparis, et infusio cucurbitę amaræ, et tamariscus, et pulpa colocynthidis, et chamæmilla.

Mundificantia renes.

Sunt omnis medicina incidens, sicut radix arnoglosse, et fructus eius, et asparagus, et radix peoniæ, et aqua ciceris nigri, et amygdala amara, et capillus ueneris, et fu. et cimæ schœnanthi, et daucus, et semen apii hortulani, et montani, et acorus, et cortex arboris uitis, et sanguis hirci siccatus.

Mundificantia ueficam.

Sunt stercus galli siccum, et rased, et sabina et carpobalsamum, et decoctio glandium, et fructus alhulaic, et balaustiæ, et succus liquiritiæ, et decoctio rubeæ, et mentha, et folium, et spica, et nera excorticata, et asparagus.

Prouocantia urinam.

Sunt omnia quæ calefaciunt et exiccant, et plurima illorum sunt medicinæ acutæ, sicut apium et semen eius, et fœniculum, et semen bauciæ et ameos, et fu. et meu. et assarũ, et acorus, et apium montanum, et seseleos. Et ex prouocantibus est semen asparagi, et semen cucumeris et melonis. Et ex prouocantibus, sunt bauciæ, et scariolæ, et napi, et secaniabin.

Mundificantia lapidem ex uesica et renibus.

Sunt cordumeni et cyperi, et oleum de amygdalis dulcibus, et bdellium, et radix fœniculi, et olibanũ, et amygdalæ amaræ, et decoctio radicis altheæ, et testiculi porci exiccati qui ueruntur, et sumitur puluis eorum siccus, deinde parum uini post ipsum, & lapis iudaicus, & lapis inuẽtus in spongia marina, & stercus columbarum, & cinis leporis, & altit.

Concitantia coitum et multiplicantia sperma.

Ex cibis quidem, omne cibarium quod est multi nutrimenti, multæ inflationis, ex medicinis uero omne calefaciens, humectans, cibi quidem sunt sicut pineæ, et cicer, et fabæ, & ficus, & amygdalæ, & nux, & fistici, & cepæ, & lac cũ zuccaro, & uitelli ouorũ, & sesamũ, & mel, & medicinę. Et rutha, & asparagus, & scincus, & satyrion, & fecacul, & piper nigrum, & est granum alzelem, & been, & zingiber.

Abscindentia coitum & deficcantia sperma.

Sunt quæ ex cibis sunt incrassantia, exiccantia, infrigidantia, ex oleribus quidem, lactuca, & attriplex, & blitis, & cucurbita, & cucumer, & citruli, & sandax, & morum, et aliumar, & alcofre, & omne exiccatiuum ex medicinis, sicut ruta, & piper, & agnus castus, & cimasi, & myrobalani, & charabe, & cyperi, & balaustiæ.

Prouocantia lac.

Generantia ipsum sunt aqua hordei cum lacte, & fœniculum humidum decoctũ, & semen fœniculi, & anethũ, & anisum, & semen lini, & farina milii, & decoctio fœnugręci & eruca, & semen cucumeris, & caulis coctus, & ex eis quibus fricatur corpus, & prouocant lac, sunt lumbrici terrestres, & nigella, & scoria ferri, & fel tauri, & succus hordei infusi, & pinguedo anseris, & omne subtiliatiuum, inciſiuum, quando non est cum eo caliditas, nisi pauca æqualis, & non est exiccatiuum, generat lac.

Deficcantia lac.

Sunt omnia deficcantia, sicut piper & ruta, & arbor Abraham, & arbor Mariæ, & anethum, & coriandrum siccum, & semen albella rogi & menta, & calamentum, & sabina, & semen rutæ, & lupinus, & pulegium ceruinum, & omne infrigidatiuum, stipticum, sicut fumac, & balaustiæ, & lens, & acetum, & acresta, & omne narcoticum frigidum, sicut lactuca, & coriandrum, & hyoscyamum, & papauer.

Prouocantia menstrua.

Prouocant menstrua secundum plurimum, omnia quæ prouocant urinam cum calefactione, & subtiliatione, sicut assarum, & aqua mellis, & castoreum, & aqua ciceris, & myrrha, & daucus, et sagapenum, & chalbanum, & casialignea, et sabina, et rubea, et calamentum, et styrax, et arbor Mariæ, & aleamiam, & altit. & opopanacum, & faseoli, omnia ista prouocant menstrua. Et quando sufficientia est super unum istorum et decoquitur in uino, & bibitur prouocant menstrua.

Abscindentia menstrua.

Sunt thus, & balaustiæ, & gallæ, & acatia, & charabæ, & bolus armenus, & terra sigillata, & semen plãtaginis, et scoria ferri, et myrobalani, et ex eis quæ ponuntur super dorsum, et super ilium siniſtrum, et abscindunt menstrua, sanguis draconis, et antimonium, et alumen et eis similia.

Mundificantia intestina ex stercore.

Sunt styrax, et aloe, et mastix, et allium quando bullitur cum oleo et muri, & sinapis, & ficus cum baurac, et medulla carthami, & helchalibat.

Facientia uermes & ascarides, et lumbricos ex uentre descendere.

Sunt seu armenum, & alabrongi, et lupinus, et abrotanum, & lumbrici terrestres, et taraxacon, et scariola agrestis, et sal indũ, & alKitram, et nigella, et polium, & siccidis, & herba auris muris, et fel tauri, et colocynthis et aloe.

Prouocantia sudorem ex corpore toto.

Sunt calida, sicca omnia, sicut ciminum, et anisum, et calamentum et polium, et ex oleis et medicinis, etiam cum quibus fricatur corpus, sunt oleum cum baurac, et oleum cucumeris asinini, et oleum raphaninum, et oleum, balsamũ, et oleum chamęmillinum, et oleum anethinum, et albe nalzenu, et est purum, et oleum nardinum, et costus et xylobalsamum, et carpobalsamum, et rased, et calamus aromaticus, et ex medicinis, quæ excitant sudorem, quando suffumigatur cum eis, sunt castoreum, et bdellium, et agnus castus, et lens parua, et carpobalsamum.

Mundificantia cutem.

Sunt arsenicum rubeum, & citrinum, & aristolochia, & calamus aromaticus, & pyrethrum, & staphisagria, & sam bucus, & cinis glandium, & radix alteæ, & semen alKiKil, & farina fabarum, & farina lupinorum, & sarcocolla, & mel, & eruus, & baurac, & spuma maris, dactyli, & melon, & citri, & uniuersaliter omne in quo est absterſio. Inquit Aggregator huius libri, iam præmisi illud quo fit iuuamen tum ex cognitione uirtutum medicinarum, & ciborum, & auxiliatur per illlud, & nunc incipio narrare ea. Dico ergo quia propterea quòd medicina, & cibi sunt multi, conuene re antiqui, præcipue postremi, ut ordinarent ea secundum literas alphabeti, & hic est ubi incipit.

FINIS.

APVLEI LIBER DE PONderibus, & mensuris, & signis cuiuscunque ponderis.



Omnis scriptura à summis usq; ad ima, in mensura, numero, & pondere dispositа est atq; firmata. Cũcta nanq; corporea pondere & mensura reguntur, sicut & creata sunt.

Apud Hebreos Moses primus instituit ponderum & mensurarum rationem, apud Græcos uero Phydon argiuus, & quanquam alij antiquiores his extitissent in hac scientia, tamen hi experientiores illis fuerunt. Pondus autem pensus dictũ est, eo quòd in statera libratum pendeat non ratione, sed abusiue dicitur pondus.

Trutina est gemina lance ponderum æquali examine pendens, facta propter maiora pondera appendenda, eadem & statera dicitur, eo quòd ex duabus lancibus, aut uno stilo in medio librata stet, & filum quod in medio regit, trutina dicitur.

In paruis uero ponderandum parua facta, uel filica dicitur momentana uel momenta.

Campana dicta est à Campania regione Italiæ ubi primo reperta est, hæc non habet duas lances, sed uirgam unã quæ est signata libris & unciis, & uago põdere mẽsurata.

Calculus est minimum omnium ponderum, ponderatur autem hordei grano uno, aut lentis granis duobus pro paritate enim calculus dictus est à similitudine parui lapilli, qui ideo uocatur calculus, eo quòd sine molestia ambulantis nuda planta calcetur, notatur uero ut infra.

Siliqua ponderat calculis quatuor, quæ constat hordei granis quatuor, aut lentis granis octo, est autẽ tertia pars oboli, & uigesima quarta pars solidi, nominata est ab arbore cuius semen est, notatur uero ut infra.

Ceration quo est semiobolus ideſt medius obolus, ponderatur siliqua una & dimidia, aut calculis sex, qui constãt hordei granis sex, aut lentis granis.xii.

Obolus ponderatur siliquis tribus, aut ceratiis duobus quod ex semiobolis duobus, aut calculis.xii. qui cõstat granis hordei.xii. aut lentis granis.xxiiii. uocaturq; sagitta grece, quia olim in modum sagittæ fiebat.

Drachma quæ est scrupulus, ponderatur obolis. ii. aut ceratijs qui est semioboli.iiii. aut siliquis sex, aut calculis. xxiiii. lentis, granis. 48. Dictus scrupulus per diminutionẽ à lapillo breui, qui dicitur scripus.

Chema octaua pars unciæ in omnibus ita ponderatur ut olca.

Olcha idem est quòd chema.

Themen octaua pars unciæ, in omnibus ita ponderatur olca & cema.

Drachma. viij. pars uncię in omnibus ita ponderatur, ut olca & cema, & themen.

Sicel hebraice, latine corrupte siclus dicitur, apud hebreos ponderatur uncia, apud latinos quarta pars unciæ, est constans olcis, aut cemis, aut theminibus aut drachmis duabus, aut drachmis.i. scrupulis.v. aut obolis.xii. aut ceratijs,

tiis,qui & ſemiobolis.xxiii i.aut ſiliquis.xxxvi.aut calculis. cxiiii.aut lentis.ccxxviii.

Oboli quatuor.

Oboli.5.notabantur ita.f.

Denarius qui & argenteus,octaua pas unciæ eſt, ponderatur in omnibus ut olca & cema,& themẽ & drachma. Dictus denarius quia pro.x.nũmis computabatur ab initio, unum numiſma,unus argẽteus erat. Numiſmus dicitur, quia nominibus & effigiebus principum ſignatur, continẽs in ſe minora pondera,notatur ita enim.

Solidus uulgo dicitur aureus,qui latine ſextula uocatur eo quod ſit ſexta pars unciæ, ponderatur enim drachmis.i. ſcrupulis.iiii.aut obolis.viii.aut ceratio qui & ſemiobolis. xvi.aut calculis.lxvi.aut lentis granis.clxii.

Tremiſſus dicitur eo quod remiſſus faciat ſolidum aureum,eſt enim.xviii.pars unciæ, ponderatur ſiliquis.xviii. aut calculis.xxxii. qui conſtat hordei granis.xxxii. aut lentis.lxiiii.

Duella dicitur quæ conſtat duobus ſolidis aureis, qui ſeſculis ponderatur drachmis una ſcrup. ix.aut obolis.xxxii. aut ſiliquis.xlvii.aut calculis.clxii. qui conſtat hordei granis.clxii.aut lentis granis.ccclxxxiiij.

F Status dictus eſt,quia tribus ſolidis aureis ſtat, eſt enim ſemuncia.i.media uncia,põderatur drachmis.iiii.aut drachmis.i.ſcrupulis.xij.aut obolis.xxiiij.aut ceratis.i.ſemiobol. xviij.aut ſiliquis.lxxij.aut calculis.cclxxxviij.qui cõſtat hordei granis totidem,aut lentis granis.ccccclxxvi.

Quadrans eſt quarta pars ponderatur drachmis. 2. aut drachmis una ſcrupulis ſex,aut obolis ita multiplicando ſicut ſupra & cętera.

Vncia dicitur quia uniuerſitatem minorem ponderũ ſua unitate uniat.i.complectatur.ponderatur drach. viij. ut ſupra &c.quæ uncia proinde habet legitimum pondus, quia numerum ſcrupulorum eius, metitur horas diei & noctis, uel quia duodecies computata efficit libram.

Libra dicta eſt quod ſit libera, cuncta prædicta pondera concludens in ſe,perficiturq; uncijs.xij.& inde dicitur abuſiue perfectum pondus,quia tot uncijs conſtat,quot menſibus conſtat annus.

G Dipondium dicitur duarum librarum.

Alna.græcum nomen in ponderibus ponderatur drachmis.c.libra.i.& drachmis quatuor.

Talentum eſt maius omnium ponderum,minimum talẽtum ponderatur.libris.50.mediocre libris.lxxij.maximum libris. cxv.

Centenarium dicitur pondus.c.librarum.

Explicit liber Apuleij de ponderibus.

INCIPIT LIBER EIVSDEM DE MENSVRIS.

MEnſura proprie dicitur, eo quod menſurantur fruges & frumẽtum, id eſt humida & ſicca,ut modius eſt,& urna,& amphora. Dicitur etiam menſura in longitudine & breuitate temporum,uel corporum quoruncunq;. Etiam in orbe auſi ſunt geometri menſuram dicere. unde metire,id eſt menſurare dicimus pedes horarum.

H Cochlear eſt minima pars omnium menſurarum, ponderatur enim drachma.i.ſcropulo uno & midio, aut obolis tribus,aut ceratis,ſcilicet ſemiobolis ſex aut ſiliquis.ix.aut calculis.xxxvi. aut lentis granis. lxxij. eſt autem dimidia pars 3.xvi.pars unciæ,tertia pars conchulæ.

Conchula ponderatur drachma una & dimidia, aut cochleariis tribus,aut drachmis.i.ſcropulis quatuor & dimidio,aut obolis &c.ita procedendo uſq; ad minimum pondus,ut ſupra & minimam menſuram.

Cyathus ponderatur drachmis.x.aut cochleariis.xx. aut drachmis.i.ſcrupulis.xxx.&c.

Acetabulus eſt quarta pars heminæ, ponderatur drachmis xxiiij.aut cochlearijs.xlviij. aut drachmis.i.ſcropulis & cætera.

E Hemina in menſuris ponderatur libra una,aut drachmis xcvi.conſtat enim ſemis.i. medietas ſextariis. unde eam græci cotylam dicunt, id eſt inciſionem, quia græce cote inciſio dicitur.

Sextarius ponderatur libris duabus,unde dipodius dicitur.ſextarius dicitur,quia ſexta pars congij eſt.

Bilibri ponderatur ſextarijs duobus.

Kenix ponderatur ſextarijs quatuor.

Cina ſiue gomor ponderatur ſextarijs.v.

Congius dicitur à cogiendo.i.creſcendo.põderatur ſextariis ſex,libris.xij.

Metron gręce menſura latine. hoc nomen generaliter ad omnes menſuras liquidorum pertinet. unde dicitur metreta,ſed ſpecialiter dicitur huic menſuræ hoc nomen,quia perfecta menſura eſt,à denario numero ſic appellata.

Modium à modo dictum eſt, quia ſuo modo perfectum ſit capiens ſextaria.22.quæ ſunt libræ.14. unum ſextarium duas libras capere debet.

Moſes autem inſtituit ad ſimilitudinem creationis omnium rerum in principio quãdo Deus.20.opera fecit.i.prima die ſeptem, primũ materiam informem,Angelos lucẽ, cœlos ſuperiores,terram,aquam,aerem. Secũdo die firmamentum ſolum. Tertio die,tres,ſemina,ſationes atq; plantaria. Quarto die tres,ſolem,lunam,& ſtellas. Quinto die tres,piſces,reptilia aquæ, & uolatilia. Sexto die beſtias quatuor: pecudes,reptilia terræ,& hominem, ad ſimilitudinem uigintiquatuor generationum ab Adam uſq; ad Iacob,ex quo filij Iſrael orti ſunt, & ad ſimilitudinem uiginti duorum elementorum, quibus ſancta lex conſtat, & uiginti duorum librorum ueteris teſtamenti uſque adhuc ſunt. A modo dictum eſt modicum.i.moderatum, modica à modo ſunt nominata,nam modica pro paruis abuſiue nõ rationabiliter dicitur.

Statum eſt menſura paleſtinæ prouinciæ capiens modũ unum & dimidiũ, id eſt ſextaria trigintatria, alibi habetur abuſiue ſatum capiens ſextaria uiginti duo ſicut modiũ. Satum hebraice dictum eſt,quaſi ſumptio, uel eleuatio, eo ꝙ eandem menſuram ſumat qui metitur.

Batus hebraice dicitur à myla olearia quæ apud eos nominatur bacum, capiens ſextaria .l. quæ una uice mola proteritur.

Amphora græce dicta eſt, à figura ſui eo quod habet hinc inde geminatas anſas, quaſi aures unde eleuetur. recipit uini & aquæ pedem quadratum, frumenti uero italicos modios tres.

Cadus græce amphora eſt continens urnas tres. urna eſt menſura à quibuſdam dicta quarticrium. proprie autem uas eſt quod pro condendis defunctorum cadaueribus adhiberi ſolet.

Medimia eſt menſura capiens.5.modia, medimia .i. dimidia eo quòd.5.modios metitur,qui eſt medius numerus à perfecto denario.

Artaba eſt menſura apud ægyptios, capiens ſextaria.72. compoſita eſt numero.72.linguarum & gentium quæ orbẽ impleuerunt.

Gomor eſt menſura capiens.xv.modia.

Chorus eſt menſura modiorum. 30. hebraice dictum, quia choria dicunt colles,unde chorus quaſi collis,eo quòd 30.modia coaceruata, inſtar collis creſcunt, & efficiuntur onus cameli.

ꝟ Sextarius.
ʒ Vncia.
ꝟ Vncia.
C media.xx.dipondius.i.duæ libræ.
S modiãs ſextarius numerus .i. duarum ſemilibrarũ
X libra.x.denarius unus.x.librarum numus.

Explicit de menſuris liber Apulei.

Inc

INCIPIT DE PONDERIBUS medicinæ interpretatio de græco in latinum, & ſignis.

M iſtud eſt ſignũ librę, æquale ad cotylã quid eſt li.i.
Ro iſtud eſt urna quod eſt hemina.hẽt vnc.18.qđ ẽ li.
ξ iſtud eſt ſextarium, hẽt cotylas duas,quod eſt li.ij.
Γoι iſtud eſt vncia,habet ſcrupulos.xxiiij.
⊣ iſtud eſt vncia media,habet olcas tres,quę faciunt ſolidos tres.
Ш iſtud eſt olocoti,habet ſolidum vnum.
Ꭓ iſtud eſt oboli duo, habet ſiliquas.vij.
Ŧ iſtud ẽ grãma,hẽt ſcrupulũ,quod facit ſiliquas.vi.
S iſtud eſt oboli tres,habet ſiliquas.xij.
C iſtud eſt oboli.iiij.habet ſiliquas.xii.
ꝟ iſtud eſt obolus, habet ſiliquas.iii.
Ꭓ iſtud eſt habet ſextaria italica.xvi.
Ko iſtud eſt cotyla,habet lib.i.quod eſt hemina.
G iſtud eſt conchula mixteroſ.
iſtud eſt cochlear,habet obolos.iii.
ΔP iſtud eſt denarius,habet obolos.ii.s.
Ж iſtud eſt chalcus grãmas quod ſunt ſcrupuli.v. id eſt ſiliquæ.xx.
Ж iſtud eſt chryſmus aureus,habet ſemiſſem.
Z iſtud eſt drac.hẽt ſcrupulos.3.qđ ſunt ſiliquę.18.
oK iſtud eſt olca,hẽt grãmas.iiii. qđ eſt ſolidum unũ.
Ꭓ iſtud eſt anis habet ſextarios duos alexandrinos qui habent lib.quatuor.
Ꭓ iſtud eſt cyathus hẽt vnciam vnam alibi dixi.x.
Ꭓ iſtud eſt ſcrupulus habet ſiliquas.vi.
K iſtud eſt ſiliqua. habet grana hordei.iiij.
R iſtud eſt cochlear, habet ſiliquas. viii. Cocca habet diamina.i.
R iſtud eſt acetabulum.deñ.xv.

POnderis ſigna pleriſq; ignota ſunt, ſcilicet vt à veteribus ſignata ſunt, ſubiiciamus.

Ↄ ſignificat dimidium obolum.
= virga æqualiter iacens aut porrecta, ſignificat.ii. obolos.
T latinum ſignificat obolos.iiij.
F latinum ſignificat obolos.iiij.
E latinum ſignificat obolos.v.ideo characterem nõ habet qui faciunt drachmam, quod eſt pondus argentei denarij.
H litera ſignificat ſiliquas.viij.i.tremiſſem.
N latinum ſignificat numiſma græcum.i.ſolidum.
< virgulæ.ii.ex vno angulo eleuatæ in dexterã ſe diuidẽtes,ſignificant.3. quàm ẽt olcem appellãt.
NΓ latinũ adiũctũ gãma græco ſignificat ſemunciam.
Γo gamma græce litere.o. latinum in fine adiectum ſignificat vnciam.
λ lambda græcum per medium ſui.i. latinum adiectum ſignificat.lib.
K Kappa græco in fine adiunctum.v.latinum,ſignificat cyathum.

A K ſi vero.o.latinum habuerit adiunctum heminam demonſtrat,quam græci cotylam vocant.
ξ græcũ ſi acceperit.e.latinum ſignificat ſeſtariũ.
ξ ſi.o.latinum habuerit,ſignificat acetabulum quod græci oxybaphum vocant.
M mi græcũ ſuppoſitum.n.latinũ ſignificat mina.
ΑΛ a.latinum in fine habens lambda græcum,ſignificat talentum.
Ꭓ in dextro brachio ſuperiori o latinum, iunctum ſignificat anis.

ALCHINDI AVTHORIS præſtantiſsimi in ſuum de medicinarum compoſitarum gradibus inueſtigandis libellum præfatio.

B QVia primos ueteres,ut de uirtutibus cuiuſcunq; medicinæ ſigillatim in caliditate,& frigiditate,& humiditate,& ſiccitate loquerentur ualde ſolicitos fuiſſe cognoui. Vnde etiam in hoc quatuor inuenerunt diffinitiones,dicentes, gradum primum & ſecundum & tertiũ & quartum,in unaquaq; qualitatum exiſtere, quod tamen in compoſita medicina dicere prætermiſerunt. Non enim dixerunt qui hæc medicina.ſ.compoſita in gradu aliquo ita, & ita exiſtat,in calore & frigiditate aut humiditate aut ſiccitate,non tamen ꝙ proprium fuerit ſcientiam eius rei in medicina ſimplici attẽdere,quàm in compoſita, licet enim huius rei ſcientia ſecundum ordinem ſimplicis medicinæ præcedat compoſita,non eſt tamen conueniens, ut ipſa in ſola ſimplici attendatur medicina, & non in compoſita. C Quia medicina compoſita, quanuis ex medicinis conſtet, quarum uirtutes in ſimplicitate earum diuerſificantur, non tamen ſequitur,ut eius complexio diuerſificetur quãdo cõponitur. Intellexi ꝙ ad ſcientiam uirtutem medicinarum compoſitarum pertingere,non minimi eſt lucri.

Capitulum ſecundum.

QVia ergo medicina compoſita fuit compoſita, conſecutum eſt,ut ipſius uirtutes,ſecundum multitudinem & paucitatem diuerſificentur, quod quidem prouenit ex uirtutibus earum à quibus fuit compoſita. Impoſsibile enim fuit in quarundam uirtutibus ex quibus cõpoſita conſiſteret,& illarum uirtutes non obtineret. Quia itaq; illum inueſtigare propoſui, nec potui prætermittere quin cuiuſq; gradus relationem, quam ad alium habet, percipere ſtuderemus, uel in inquiſitione æqualitatis laborarem,æquum fuit.

Capitulum tertium.

D IPſa nanq; eſt in qua contraria æqualiter coniungũtur, ut in neutro fuit. Itaq; eius inquiſitio magis proprie prætermittenda,quia nihil calidũ dicitur, neq; frigidũ, neq; humidum, neq; ſiccum, niſi ex eo quòd iam ipſum addit ſupra æqualitatem. Et quia ipſa eſt origo & principiũ & elementum huius totius quod de hoc dicitur, & ab illa prouenit augmentum, & in illa reſoluitur. Si enim quid ſit reſolutionis intentio,quæratur,dicitur quòd ſit augmentorum ab æqualitate ablatio, donec æqualitas remaneat, ſicut ego (ſi Deus uoluerit) explicabo. Et quia eorum quæ ſupra æqualitatem addita fuerunt, neque quantitates, neque ſpecies omnino notæ fuerunt, neceſſe fuit, nobis illud explicare. Augmentorum autem intellectus gradus ſunt quatuor,qui ſupra æqualitate additi ſunt. Dicam ergo quòd omnia augmenta naturalia,quinque modis ſunt. Primo eſt augmentum dupli. Poſt quod eſt augmentum quod addit partem unam, quod eſt continens quantum illud cui

comparatur,& eius medietatem. Post hoc est augmentum addens partes, quod continet quantum illud & eius duas tertias. Post hoc quoque sequitur augmentum dupli, quod addit partem,& est compositum ex prima specie & secũda. Consequitur hoc augmentum dupli. addens partes, quod ex specie prima & tertia componitur. Quia ergo hoc aperte in numeris exponere cupio, ipsos secundũ ordinem naturæ supposui in ordinibus suis, quorũ unum alius præcedere non potest. Et incepi ab uno, quod est causa numeri, cum ab illo ortus fuerit,& creuerit. Quod ut menti hunc nostrũ librum legentis certius infigatur, & affirmetur, æquum fuisse credidi præmittere, q̃ de his quinque speciebus proposuimus. Est autem ordo naturalis iste. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.

Capitulum quartum.

DIco igitur augmentum duorum supra unum duplũ est unius, & unum duorum est medium. Iam ergo patet, quòd primum naturalium augmentorum est augmentum dupli,& quòd duo, duplum sunt unius. Nos quoque augmentum dupli præmisimus, quia natura istum præmisit,& quòd propria proportio naturalis, quæ in directione paucitatis inuenitur, medietas existit. 1.1 quòd unũ eius ordinis, qui est post ipsum scilicet duũ est mediũ. Apud nos.n.nihil interest, utrum dicatur augmẽtum, siue proportio. Præterea dico, quòd augmentum trium supra duo, est id, quod addit partem. Iam itaq; manifestum est ex hoc q̃ hoc augmentum naturali ordine sequitur illud, quod est ante ipsum. Similiter quoq; augmentũ. 4. supra. 3. est ex genere eorum, quæ addunt partem. Itidem dico, quòd augmentum. 5. supra. 3. sunt. 2. duo nanq; duæ partes trium existunt, & est illud, quod addit partes. Dico etiam, quòd augmentũ 5. super. 2. est primum augmentum duplum, quod addit partem. Et est illud, quod. 5. iam addiderunt supra. 2. cum duplo eorum, & uno. Vnum nanq; est pars duorum. Et est hæc proportio composita, quoniam componi diximus ex proportione dupli, & ea quæ addit partem. Dico ergo præterea, q̃ augmentum. 8. supra. 3. est primum augmentum duplum, addens partes. Et hoc est, quòd. 8. iam addiderunt supra. 3. duplum ipsorum, & duarum partium suarum quantitatem, & est proportio composita, quam ex prima specie, & tertia cõponi diximus. Iam ergo manifestũ est ex eis, quæ diximus, illud quod præmissimus de illis. 5. modis necessario ponendum fuisse. Quorum primus augmentum dupli continet, sicut unum, & duo, &. 4. &. 8. Et secundus, id quod addit partem, ut. 2, &. 5, &. 4. &. 5. Tertius similiter modus augmentum partium continet, ut. 5. ad. 3. &. 9. ad. 7. Quartus uero modus est augmentum dupli, quod addit partem, ut. 2. &. 5. &. 11. &. 23. Et quintus est, in quo augmentum dupli, quod addit partes quemadmodum. 3. &. 8. &. 18. &. 38.

Capitulum quintum.

COnsideremus igitur qualiter proportionum fiat resolutio, ut ad æqualitatem redeant. Et ponamus aliquid, quod sit exẽplum, & regula qua perueniamus ad hoc, quod in æqualitatẽ resoluere uoluimus. Multa enim fæpe quæruntur, ad quorum scientiam peruenire nõ potest, nisi exemplis rerum positis, quæ cum eis sint unius generis. Ponamus itaq; tres numeros proportionales dupli proportione. Aequalitas enim (ut post hic explicabo) inueniri minime potest, nisi in hac, & ipsa est prima species, quam præmisimus. Quæ etiam prima naturaliter est inuenta. Hoc autem est, ut sint tres numeri proportionales, & sit proportio primi ad. 2. ut secundi ad. 3. Et sit primus minor. secũdus medius. tertius maior. Cum ergo uolueris eos ad æqualitatem resoluendo ducere, minuemus ex medio quãtitatem minoris, & ex maiori, quãtitatem medii, & minoris, & qui remanebunt erunt æquales. Si ergo remanentes species, secũdum ordinem dupli. composuerimus, statuentes duplum in lineis, & componentes maiorem primum, & minorem postremum. Et deinde supposuerimus huic primo ei simile. & sub medio numero continentem quantitatem ipsius & huius primi, & sub postremo quantitatem ipsius, & primi, & duplum medii, prouenit compositum, quod addit partẽ. Illud quoq; quod addit partes, constituitur cũ hoc, quod addit partem, quemadmodum posuimus duplum, & exequitur omnia quemadmodum diximus prius. Duplum autem, quod addit partem, constituitur cum ponimus illud, quod addit partem, ita ut est absq; conuersione, & facimus, ut prius fecimus. Duplum quoque, quod addit partes componitur cum statuimus illud, quod addit partes absque cõuersione, & exequitur in eo omnia, ut in aliis fecimus. Cum ergo has species ad æqualitatem resoluendo reducere uoluerimus, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiore duplum eius, quod residuum fuit ex medio, & quantitatem minoris. Et si numeri tres æquales remanserint, iã illud inuenimus, quod quærebamus. Si uero non, sed iam egressi sunt ab illa, in qua relationem habuerũt, & transierunt in aliam speciem, quæ magis remota est à natura, quã species, à qua hæc fuit resoluta. Post hoc quoq; operabimur sequenter, ut prius, & si numeri tres qui sunt residui æquales sunt, conueniunt, iam consequuti sumus illud quod uolumus. Si autem non iam in aliam speciem transierunt, quæ magis est elongata à natura, quàm ipsa. Verbi graria. Ponamus æquales numeros in linea una tribus ordinibus distincta, & sit prima, & sint in ea isti tres numeri. 1.1.1. deinde adiungamus ei lineam secundam, in qua sint ordines numerorum proportione dupli proportionales, & sunt isti. 1.1.1.4. Si ergo uoluerimus resoluendo hos ad æqualitatem ducere ex medio, qui est. 1.1. minuemus quantitatem minoris, qui est. 1. deinde minuemus ex maiore qui est. 4. duplum eius quod remansit ex medio, & minore, qui est. 1. & 2. & remanebit unum. Iam ergo resoluendo, omnes numeri inueniuntur æquales. Quod siquidem ex. 4. superfluit speciebus, resoluendo ad æqualitatem reducere uoluerimus non consequetur, ut ea quæ residua erunt, æqualia inueniantur, immo in aliam speciem transibunt, quæ à specie æqualitatis naturaliter remotior erit. Exempli causa duabus lineis tertiam adiungemus, in qua erũt numeri proportione augmenti, quod addit partem, continentes, & sunt isti. 4. 6. 9. Deinde annectemus ei lineam quartam continentem proportionem augmenti, quod addit partes, in qua sunt numeri isti. 9. 15. 25. huic quoque adiungemus lineam quintam, in qua sint numeri continentes proportionem dupli, quod addit partem, & sint hi. 4. 10. 25. cui similiter annectemus sextam lineam, post hæc, in qua sint numeri connexi proportione dupli. addentis partes, & sint isti. 9. 24. 64. Cum ergo uoluerimus harum specierum numeros resoluendo ad æqualitatem ducere, minuemus ab omni linea ex lineis cuiusq; speciei numerum minorem ex medio, & deinde medium, & minorem est maiori. Numeri igitur qui residui erũt nõ inueniẽtur æquales, immo erũt naturaliter remotiores à specie æqualitatis. Quapropter ex eo quod superfuerit, oportebit nos facere quemadmodum executi fuimus prius, resoluendo donec æqualitas inueniatur. Possunt autem, & hæ species aliter componi, & non secundum dispositionem dupli, sicut sunt. 1.1.3.4. quæ est linea numerorum qui addunt partem, & deinde adiungemus ei lineam quartam, secundum proportionem augmenti, quod addit partes, ut eam in qua sunt. 3. 8. 18. quemadmodum subiecta docet figura.

Aequalitas.	1.	1.	1.	
Multiplex.	1.	1.	4.	
Super particularis.	4.	6.	9.	
Super partiens.	3.	5.	7.	
Multiplex sup particularis.	4.	10.	25.	
Multiplex super partiens.	8.	24.	64.	

Cum ergo uolueris has quatuor species resoluendo ad æqualitatem ducere, minuemus in unaquaq; linea cuiusq; speciei numerum minorem ex medio, & deinde medium & minorem ex maiore, quod postquam fecerimus, remanebunt numeri non tenentes æqualitatem, aut in toto, aut in parte, nec unquam reperies, quòd omnes qui residui sunt, æquales inueniantur. Iam ergo manifestum est ex hoc æqualitatem minime reperiri posse, nisi in proportione dupli, quæ prima. Et est etiam ostensum, quòd proportio dupla proportionalis est, & quòd augmẽta, quæ resoluendo reducuntur ad æqualitatem proportionalia existunt. Si ergo quamlibet quatuor specierum conuertendo ad dupli proportionem, quæ est prima reduxerimus, inueniemus æqualitatem in eis, & quòd proportionales fuerũt. Ideoq; dictũ est, q̃ æqualitas non inuenitur, nisi in proportione dupli.

Postquã ergo iã ostensum est primũ ex augmentis naturalibus, augmentum dupli existere, & q̃ æqualitas in eo reperiatur cũ alia. in ipsum resoluuntur, demonstrabo æqualitatẽ, quæ est in æqualitate, deinde ostendã illud, quod ab æqualitate egressum est, & post hęc, resoluam in ipsam, donec augmentorum mensuræ supra æqualitatem manifestæ sint, si Deus uoluerit. Dicam ergo, q̃ æqualitas in æqualitate, est contrariorũ adinuicẽ temperantia in re æquali, & eorũ effectus æqualis. uidelicet, ut sit eius calefactio quanta est, & infrigidatio. Oportet igitur, ut egressus ab æqualitate sit augmentũ unius qualitatis supra sibi contrariã. Quod sic colligitur. Caliditas enim & frigiditas contrarię sunt, quarum unaquæq; eã quæ sibi contrariatur fugat. Cum igitur in æqualitate sint æquales, neutra earum aliquid super aliam addit, neq; intenditur, conueniens tamen est, ut cum una ex qualitatibus aliquid auxerit, supra sibi contrariam secundum suam speciem addat. Iam igitur manifestum est, quòd discessus ab æqualitate in qualitate, est augmentum unius duarum qualitatum supra sibi contrariam. Apud nos enim nihil interest, siue hæ qualitates, temperantes dicantur, siue moderãtes, siue alternẽtes, siue rectificãtes. Quod autem unius qualitatis augmentum dicimus, nihil aliud intelligi uolumus, nisi ipsius intentionem. Augmentũ enim, in qualitatibus non proprie dicere possumus. Ipsum nanq; ex proprietatibus quantitatis una existit. Et quia unaquæque duarum qualitatum contrariarum locum occupauit in eo, in quo ipsius constitit eleuatio. Fuit & locus quẽ calor occupat ab eo quem tenet frigiditas alius. Vnus enim locus non supponitur duobus contrariis. Indigemus igitur, ut dicamus in æqualitate, tot partes calidas cõtineri quot frigidas, cum ipsam in minimas diuiserimus partes.

Si autem aliquis nobis obiiciat dicens caliditatem causa suæ raritatis, & dilatationis maiorem locum debere occupare, quàm sit locus, quem tenet frigiditas, & hæc causa suæ constrictionis, dicemus caliditatem non dilatari, cum eius contraria ei coniungitur, & æquatur, quia contrarietas est inter eas, & insecutio, nec etiam equius est caliditatem remouere frigiditatem de loco suo, quàm ut frigiditas caliditatem. Postquam ergo caliditati non adest quod diximus aduersus frigiditatem, non dilatatur magis in loco suo, quàm frigiditas in suo. Quod si uolueris minimam partem ex partibus rei in complexione æqua[illegible] intellectualiter, cõsidera quę est pars indiuisibilis rati[illegible] suę paruitatis, & inuenies conueniens esse, ut in ea sit tantum caliditatis, quantum frigiditatis, cum rei æqualis compositio ex istis partibus facta sit. Iam igitur ex hoc uerificatum est in re equali, tot partes calidas contineri, quot frigidas. Et quia manifestum est, quod discessus ab equali secundum quantitatẽ est augmentũ unius qualitatis, supra sibi contrariã, quod etiam in dando secundũ quantitatis directionẽ exposuimus. Iam igitur ostendimus quantitates eorum, quæ ab æqualitate discesserunt, secundum quantitatem, & æqualitatem, ex hoc, quod in eis est de æqualitatis manifestatione. Deinceps uero explicabo resolutionem eorum in æqualitatem, præcipue cum equalitas non reperiatur, nisi in eo, quod in ipsam resoluitur. Dicam ergo, q̃ licet augmenta, quæ supra equalitatem fuerunt, in æqualitatem sunt omnia resoluenda, cum nullum inueniatur, quod in equalitate resoluatur, præter augmentum dupli. Consequens est tamen secundum ordinem his, ut non omne, quod ab equalitate discesserit, in ipsam proprie resoluatur. Et quia iam manifestum fuit, quòd in re equali, tantum, est caliditatis, quantum frigiditatis, ponemus rem æqualẽ partem unã, cuius una medietas est calida, & alia ipsius frigida. Et ponemus etiam unamquanque contrariarum, qua æquatur medium, erit ergo calidum medium, & frigidum medium.

Capitulum sextum.

DIco ergo, quòd oportet, ut sit quãtitas augmenti primi, quod discedit ab æqualitate, cuius calor sensui, non uehementer apparuit, dupla caliditatis quæ in re æquali existit, quod ex eo patet, quod de augmento dupli exposuimus. Et est etiam dupla frigiditatis, quæ est in re æquali. Postquam rei æqualis caliditas tanta est, quanta est ipsius frigiditas. Et est pars media ex unaquaq; illarũ sicut diximus. Est ergo in augmento primo, quantitas caloris pars integra, frigiditatis uero quantitas medietatis caloris quæ est in ipso. Cum ergo resoluerimus primum augmentũ hoc in æqualitatem, & remouerimus unum duplum caliditatis, remanebit media pars calida, in media frigida, & ipse sunt illud per media, quæ se uicissim temperant, ex quibus processit æqualitas.

Ex hoc quoq; ostensum est, quòd æqualitas in unoquoq; augmentorum reperitur, cum remouerimus prima augmẽta. Inuenimus enim partes contrarias, quæ se uicissim, (ut prædictũ est) temperãt. Dico ergo, quòd præterea oportet, ut sit mensura augmenti secundi, cuius calor expresit augmentum primum manifeste. Dupla caloris augmẽti primi, quemadmodum de augmento dupli ostendimus.

Et quia mensura augmenti primi iã fuerit unas pars integra, & dupla caloris, qui est in re æquali, & dupla etiam frigiditatis ipsius, oportet ut sit calor secundi augmenti duæ partes, & sit duplus caloris augmenti primi, & quadruplus caloris, qui est in æqualitate, atq; quadruplus frigiditatis, etiam quæ cõtinetur in ipsa. Ipsius nanq; calor eius frigiditati æqualis existit. Quod ergo in augmẽto secundo frigiditatis inuenitur, tantum est, quantum quarta pars caliditatis in eodẽ inuentæ. Cũ ergo hoc secundum augmentum sustulerimus, remanebit primum. Primum quoq; cum remoueri mus augmentum, remanebit media pars calida, & media frigida, & ipsa (ut dictum est) sunt duo media, quæ se adinuicem temperant, à quibus æqualitas processit. Et dico itidem, quòd oportet, ut sit mensura tertii augmenti, cuius calor, & effectus secundum augmentum excesserunt uehemẽtis, non tamen in ultimo, dupla caliditatis augmenti secundi, quod est hic, manifestum est, quod de augmento dupli exposuimus. Sed quia mẽsura augmenti secundi dupla fuit caloris augmẽti primi, & quadrupla caloris, qui est in æqualitate, exigitur, ut sit calor augmenti tertii quadrupulus caloris augmenti primi, & quia calor augmenti primi duplus fuit caloris, qui est in re æquali, & duplus frigiditatis eiusdem, oportet ut sit calor augmenti tertii octuplus caloris, qui est in æqualitate, & octuplus etiam frigiditatis, quæ in in ipsa existit, postquã calor æqualitatis frigiditati ipsius æquatur. Ex hoc quoq; patet, quòd id, quod in augmento tertio frigiditatis existit, tantum est, quantum octaua pars caloris eiusdem. Cum ergo abstulerimus hoc augmentum tertium remanebit secũdum augmentum. Quod itidem cũ sublatum fuerit, remanebit primum augmentũ. Hoc quoq; primum cum sublatum fuerit, remanebit media pars calida & media frigida. Et ipse (ut dictum est) sunt duo media, quæ se uicissim temperant à quibus processit æqualitas. Itidem dico, quòd oportet, ut sit mensura augmenti quarti, cuius calor, & effectus uehementer superegressi sunt dupla caloris augmenti tertii, quod ex eo patet, quod de augmento dupli ostendimus. Sed quia calor augmenti tertii, quadruplus fuit caloris augmenti primi, & caloris qui est in æqualitate octuplus caloris augmẽti primi, & sex decuplus caloris qui est in æqualitate. Quod etiam frigiditatis quæ in ea reperitur sexdecuplus, excedit, quemadmodũ ostendimus quòd calor æqualitatis est sicut eius frigiditas.

eas. Est ergo illud frigiditatis quod quarto existit augmento tantum quantum est medietas octauæ partis caloris in ipso existentis. Cum ergo remouerimus hoc quartum genus augmenti, remanebit tertium. Tertium quoq; cum abstulerimus, remanebit secundum. Cunq; secundum abstulerimus, remanebit primum. Primum quoq; cum sublatum fuerit, remanebit media pars calida, & media pars frigida. Et ipsę (ut sæpe dictum est) sunt duo media, quę adinuicem moderantur, ex quibus æqualitas constituta est. Non dissimiliter quoq; erit mensura primi argumenti, & secundi & tertii, & quarti. Cuius frigiditas æqualitatem super egressa est, quemadmodum fuit mensura caloris qui æqualitatem excessit, cuius superegressionem explanauimus. Caliditas quoque quæ est in augmento, cum intenditur frigiditas, ita erit ut fuit frigiditas augmenti in quo erat caloris intensio. Postquam ergo iam exposuimus manifeste hoc quod posueramus, in æqualitate absoluta reluctemur ad ostendendum hoc in æqualitate quæ secundum relationem attenditur.

Capitulum septimum.

Dico ergo quòd æquale in medicinis, secundum comparationem quam habet ad humanam speciē æquale uocatur. Aequale est quod neq; calefacit, neq; in frigidat, neq; humectat, neq; desiccat. Cum igitur aliquid æquale fuerit, consequens est, ut quod ex caliditate in eo continetur, sit quemadmodum illud quod ex frigiditate, & calidarum partium quantitas tanta sit, quanta frigidarum. cum.s. ad speciem humanam æquale comparatur. hoc est quòd cuius calefactio respectu illius, non est maior ipsius infrigidatione, aut humectatione, aut deficcatione, ipsum est æquale quod secundum comparationē dicitur. Oportet itaq; ut etiam hoc æquale, sit principium & elementū eius ad quod dicitur, quia in ipsum resoluitur illud quod supra ipsum augmentum, & quod ab eo egressum fuit, oportet quoq; ut mensuræ augmentorum hoc æquale sint, quemadmodum augmentorum mensuræ supra æquale absolutum fuerunt. Conueniunt itaq; huic æquali quod secundum cōparationem, ea quæ in æquali quod absolute dicitur, conuenire monstrata sunt. hoc est quod (ut diximus) hoc æquale, principium est & elementum eorum respectu quorum dicitur, & in ipsum resoluuntur augmenta postquam ab illo orta fuerunt. Huius autem quod dicimus medicinam calidam, aut frigidam, aut siccam, aut humidam, in primo gradu existere, expositio est, quòd eius caliditas, aut frigiditas aut humiditas, aut siccitas, aliquid supra æquale auxit. quod est primum augmentorum, sensui non omnino manifeste occurrens. Et iam ostensum est quòd primum augmentum naturale est augmentum dupli, & quod ipsum in æquale resoluitur. Oportet ergo ut quod de partibus qualitatū quæ sensui occurrunt, in primo gradu existit, duplum sit eius quod est in æquali, secundum suam speciem, & duplum etiā eius quod in eo est ex sibi contraria, secundum quòd iā declarauimus. Sed cum remouerimus quod est in primo gradu, quòd scilicet est primum augmentum ex partibus qualitatum supra æquale addentium, remanebit æquale, in quo qualitates secundum æqualitatem connectuntur, sicut ostēdimus in conuersione quæ fit secundum resolutionem cum aliquid. s. ad originem ducitur, à qua ipsius fuit principiū. Gradus enim primus non ex alio cōstituitur, nisi ex duplo. quod est in æquali ex sua specie, aut si uis ex sibi contraria quemadmodum declarauimus. Similiter quoq; cū dicimus hanc medicinam esse calidam, aut frigidam, aut humidam, aut siccam in gradu secundo, eius intentio est quòd eius caliditas aut frigiditas, aut humiditas, aut siccitas, iam aliquid supra primum gradum, quod est primum argumentum, est super egrediens primum gradum manifeste. Et oportet ut sit huius augmenti mensura dupla eius quod est ante ipsum in primo gradu. quemadmodum ostendimus, quòd resolutio quæ fit cum aliquid reducitur ad suum principiū, quod est æquale, nō inuenitur nisi in augmento dupli. Erit ergo E uirtus qualitatis gradus secundi, secundum gradum dominantis, dupla uirtutis dominantis in primo gradu. Sed uirtutis dominantis in primo gradu mensura (ut ostēsum est) dupla fuit mensura uirtutis quæ est in æquali secundū suam speciem, aut si uolueris secundum sibi contraria. Erit ergo uirtus in secundo gradu dominās quadrupla eius quod est in æquale secundum suam speciem, aut si uolueris secundū sibi cōtraria. Cum ergo illud quod in secūdo gradu superat remouerimus, remanebit gradus primus, in quo primum augmētum attenditur, & cum primum sustulerimus gradū, remanebit æquale, in quo qualitates secundum æqualitatē coniunguntur, sicut demonstrauimus in conuersione quæ fit dum redit ur ad æquale. Non dissimiliter etiam cum dicimus hanc medicinam calidam, aut frigidam, aut siccam, aut humidam in tertio gradu existere, inde dicitur quòd eius caliditas, aut frigiditas, aut siccitas, aut humiditas, iam addit supra gradum secundum, quod est primum augmentorum, quæ gradum secundum superegressa sunt non in ultimo. Vnde oportet ut huius tertii augmenti mensura dupla F sit eius quod ante ipsam existit in gradu secundo, sicut ostēdimus in augmento dupli.

Mensura uero augmenti secundi, iam fuit dupla mensura augmenti primi, & quadrupla suæ similis, aut sibi contrariæ quæ est in æquali. Erit igitur mensura dominij tertij gradus quadrupla primi augmenti, & octupla eius quod in æquali inuenitur ex sua simili uel ex sibi contraria, cum ergo tertii gradus dominium sustulerimus, residuus erit secundus gradus. Secundum quoq; cum remouerimus, remanebit primus, hunc quoq; cum abstulerimus, remanebit æquale, in quo qualitates secundum æqualitatem commiscentur. Similiter quoq; cum dicimus hanc medicinam esse calidam, aut frigidam, aut humidam, aut siccam in quarto gradu, intenditur quòd eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut siccitas, iā aliquid adauxit supra tertium gradum quod existit primum augmentum, tertium gradum excedens, cuius effectus ualidus existit, hoc est, quòd illud quod ad nos ex eius caliditate peruenit, combustionem operatum est. Et quod eius frigiditate insensibilitatem & mortificationē G eius efficit cui applicatur. Oportet ergo ut sit huius quarti augmenti mensura, dupla eius quod est ante ipsum in gradu tertio, sicut de augmento dupli patefecimus sed tertii augmenti mensura iam fuit quadrupla uirtutis primi gradus, & octupla eius quod est in æquali ex sua simili, aut sibi contraria. Erit ergo secundum hoc uirtus dominii quarti gradus, octupla uirtutis primi gradus, & sexdecupla eius quod est in æquali ex sua simili uel ex sibi contraria. Cum ergo hunc quartum gradum ad æqualitatē conuertendo reduxerimus cum sublatione eius quod in eo est, relinquetur gradus tertius. Tertium autem cum sustulerimus, remanebit secundus. Et secundum cum remouebimus, remanebit primus. Primo quoq; sublato, residuum erit æquale, in quo qualitates æqualitate connexæ sunt. Hoc itaq; modo qualitas resolutionis augmentorum ad æquale consistit, à quo fuit eius principium.

Ex hoc quoq; manifestū est, quòd uirtutes graduū medicinarū quæ ab æquali principiū sortiunt ad ipsum resolui aut cōuerti à quo processerūt. Nos aūt iā ostēdimus resolu H tionē in æquale inueniri nō posset nisi in ꝓportiōe dupli, et proportionem dupli proportionalem existere. Sequitur ergo ex hoc uirtutes graduum medicinarū sensui apparentes, quę. s. supra æquale aliquid augent, proportionales dupli proportione existere.

Ordo uero ꝓpositionū ex quo ad hāc peruenit cōclusionē, est ut dicamur uirtutes graduū medicinarū sunt quæ in æquale resoluunt, sicut iam manifestū fuit. Omne aūt qđ in æquale resoluit in ꝓportiōe dupli existit. Cōsequēs igitur est ex hoc, ut uirtutes graduū medicinarū proportionales sint dupli ꝓportiōe. Cū ergo adiūxerimus huic cōclusioni suā cōparē, hoc est, ꝙ proportio dupli est ꝓportionalis, cōsequitur ex hoc uirtutes graduū medicinarū dominantes proportionales esse. uidelicet ut sit proportio caliditatis quæ in æquali cōsistit, ad caliditatē quæ in primo gradu attē ditur,

ditur, sicut proportio caliditatis primi gradus ad caliditatem secundi gradus. Et proportio caliditatis gradus secundi ad caliditatem tertii gradus, sicut proportio caliditatis tertij ad caliditatem quarti gradus. Similiter quoq; erit proportio frigiditatis quæ est in æquali ad frigiditatem primi gradus, sicut proportio frigiditatis primi gradus, ad frigiditatem secundi gradus. Et proportio frigiditatis secundi gradus ad frigiditatem tertij gradus, sicut proportio frigiditatis tertij gradus ad frigiditatem quarti gradus. Virtutes ergo contrarias uirtutibus quæ ab æquali secundum augmentum receſſerunt, si denominauerimus secundū modum comparationis excedentium, erunt proportionales addentes. Hoc est, erit mensura augmenti frigiditatis quæ est in æquali, supra frigiditatem gradus primi, sicut mēsura frigiditatis gradus primi, supra mensuram frigiditatis gradus secundi, erit mensura frigiditatis gradus secundi supra mensuram frigiditatis gradus tertii, sicut mensura frigiditatis gradus tertii supra mensuram frigiditatis gradus quarti. Si autem denominauerimus uirtutes quasdam earum ex aliis, erunt æquales quemadmodū ostendimus omnes æquales existere, ex eo quòd in æquali reperitur cum augmentum sublatum fuerit. Ipsę enim partes æquales inueniētur. Huius autē declaratio est, quòd æquale illud existit in quo tantum obtinetur caliditatis quantum & frigiditatis, siue partes sint paruę siue magnæ. A B

Capitulum octauum.

POnamus itaq; quòd æquale sit pars minima partium, & illud est unitas, cuius medietas sit calida, & medietas frigida, & quòd caliditas primi gradus sit dupla eius quod est in æquali ex caliditate. sicut ostendimus primum augmentum naturale esse augmentum dupli. Quia igitur quòd in æquali continetur ex frigiditate, æquum est ei quod est in ipso ex caliditate. oportet ut sit caliditas primi gradus dupla etiam frigiditatis quæ est in æquali. Cum ipsius frigiditas suæ caliditati sit æquale. Et quia caliditas primi gradus dupla est frigiditatis quæ reperitur in æquali. Erit ergo quod est in ipso ex frigiditate quantum est me C dietas eius, quod est in ipso ex caliditate, ergo caliditas erit pars, & frigiditas partis medietas. In gradu quoq; secū do quod ex calidita reperitur, duplum est eius quod est in primo ex caliditate, sicut patefecimus ex augmento dupli. Sed quod est in primo gradu caliditatis (ut ostēnsum est) duplum est eius quod in æquali est ex caliditate, & duplū etiam eius quod est in ipso ex frigiditate. Oportet ergo ut sic quod est in gradu secūdo ex caliditate quadruplum eius quod est in æquali ex caliditate, & quadruplum etiam frigiditatis quæ est in ipso. Cum commensuratio ad frigiditatem facta fuerit, & quæcunq; fuerit caliditas secundi gradus est quadrupla frigiditatis, quæ est in æquali. Postquam quod in ipso est frigiditatis æquū est caliditatis ipsius, erit caliditas duæ partes, & frigiditas partis medietas. In gradu similiter tertio quod continetur caliditatis duplum exi stit eius, quod est in secundo ex caliditate, quemadmodum ostendimus ex incremento dupli. Sed quod in secundo gradu continetur ex caliditate, quadruplum existit eius quod est in æquali ex caliditate, & quadruplum etiam eius quod D in eodem cōtinetur ex frigiditate. Oportet igitur ut quod in gradu tertio existit, sit octuplum caliditatis quæ est in æquali, & octuplum etiam frigiditatis eiusdem cum commensuratio ad frigiditatem facta fuerit. Et cum caliditas gradus tertii octupla sit frigiditatis quæ est in æquali, erit quod est in ipso ex frigiditate octaua pars eius, quod est in eo ex caliditate, ergo erit caliditas partes quatuor, & frigiditas pars media. In gradu quoq; quarto, quod est ex caliditate, duplum existit eius quod est in tertio ex caliditate, quemadmodum ex augmento dupli patefecimus. sed quod est in tertio ex caliditate, iam fuit octuplū eius quod in æquali continetur ex caliditate, & etiam octuplum frigiditatis quæ est in ipso. Oportet igitur ut sit quod est in gradu quarto ex caliditate sexdecuplum eius quod est in æqua A li ex caliditate, & etiam sexdecuplum eius quod in ipso cō tinetur ex frigiditate. Cunq; ad frigiditatem mensuratum fuerit. quia caliditas quarti gradus caliditate tertii gradus dupla existit. Et cum caliditas quarti gradus sexdecupla fuerit frigiditatis quæ est in æquali, erit illud quod est in ipso ex frigiditate quantū est medietas octauæ partis eius quod in ipso reperitur ex caliditate. Erit igitē caliditas octo partes, & frigiditas partis medietas. non dissimiliter quoq; ex frigiditate ī primo gradu & secūdo, & tertio, & quarto cō tinebitur cū incremento ad caliditatem se habebit, ſm proportionis modum quem præmisimus ex frigiditate & mensura in humiditate & siccitate ad eundem modum obserua bitur. Iam ergo ex hoc manifestum fuit quòd cū tu proportionaueris uirtutes contrarias uirtutibus quæ ab æquali recedentes peruenerunt ad augmētum, quæ in quolibet gradum est medietas partis unius erunt æquales.

Cūq; aūt proportionaueris eas ſm modum resolutionis quē habet ad præcedentes, erunt proportionales dupli proportione, hoc est, ꝙ frigiditas caliditatis tertii gradus addit supra frigiditatē caliditatis quarti gradus, quantum est quarti gradus frigiditas. Similiter quoq; gradus secundus super tertium, & primus super secundum, & æquale super primum hoc est quòd frigiditas caliditatis quarti gradus, tanta est quāta medietas octauæ partis caloris eiusdem, & in tertio gradu octaua, & in secundo quarta, & in primo media, & in æquali similiter. Calor quoq; qui attenditur secundum dominium frigiditatis in tertio gradu, eodem modo calorem frigiditatis, quarti gradus superat cum quantitate caloris, quarti gradus. Gradus etiam resīdui similiter se habent. In siccitate quoq; & humiditate idem inuenitur.

Iam ergo ex hoc quòd præmisimus, manifestū est & omnibus proportionibus quæ in proportione augmenti attenduntur, proportionē dupli meliorē existere, in qua æquale reperit. hoc est ꝙ ipsa in æquale resoluitur, sicut demonstrauimus. Musicę quoq; tractator docuit hanc proportionem, omnibus aliis proportionibus meliorē existere, & naturis conuenientiorē esse. s. dupli proportionem. Ex hoc quoq; declaratū est, quoſdā non nominasse gradū, primum, secundum, tertiū, & quartū nisi solummodo ſm modū quo numeri ordinatio nominaī, & nō aliter, hoc est ꝙ eorum sermo in nominādo gradū primū, secundū, tertiū, & quartū, non intelligit absq; qualibet duarū intentionū, quarū una est eorū, qui eos ſm ordinē numeri & eorum computationē nominauerunt, quæ est huius. 1. 2. 3. 4. Alia autē eorū qui hoc ſm modū uirtutū dixerunt. s. qui quartum nominauerūt gradū, eo ꝙ eius uirtus, primi quadrupla existit. Siqui igitur hos gradus. s. primū secundum tertiū, & quartū, sic nominari dixerunt ſm ordinē numeri, & non ſm uirtutū ordinationem, nō erit eorū dictio cōueniens, ſm primum modū nominationis cum ipsi in gradibus uirtutes quærant. Quod si fuerint aliqui qui dicāt in gradibus quartū dici, ꝙ eius uirtus sit quadrupla primi, & triplū, causa suæ uirtutis quæ est tripla primi, erit iste ordo graduū absq; proportione. Nos uero iam ostendimus in præcedentibus ipsos proportionales existere. Gal. quoq; in li. decem tractatuum quem de cō ponendis medicinis edidit in parte uidelicet octaua, cum de quinta confectione medicinarum Andromachi tractaret ad curandum stomachum eorum destruxit sententiā & qui quarti gradus uirtutē primi quadruplā, & tertij primi triplā asserebāt. Confectio autē illa satis aperte potest in libro illo intelligi, siquis intente ipsum cōsiderare uoluerit, & si fuerit boni intellectus, & in proportione & proportionalitate instructus intelliget sententiā eorū qui dicunt, quartū gradū quadruplum primi annullatam esse. Alii autē præterea fuerunt qui graduū uirtutes ſm hunc ordinē se habere dixerunt, affirmantes uirtutē caloris primi gradus habere in id quinq; octauus uirtutis caloris quarti gradus. Ideo ꝙ eius tres octauę remanent frigidæ. Dixerunt etiam quòd uirtus caliditatis secūdi gradus habet in se tres quartas uirtutis caliditatis, quarti gradus, & remanebit eius quarta frigida. Et ꝙ uirtus caliditatis tertij gradus continet. 7. octauas uirtutis caliditatis quarti gradus, & rema-

nebit eius octaua frigida. Quod autem eos in hanc induxit sententiam, fuit quidam qui dixit, quòd si nos miſceremus medicinam in quarto gradu calidam cum medicina frigida in eodē gradu, æquaretur medicina, & eſſent in ea quatuor partes calidæ & quatuor frigidæ. Sed ſi adderemus quintā partem calidam, eſſet calida in primo, eſſentq; ipſius quinque partes calidæ, & tres frigidæ. Similiter ſi adderemus ſextam partem calidam, eſſet in ſecundo gradu calida, & eius eſſent tres quartæ partes calidæ, & alia quarta frigida, ſeptimam quoq; partem calidam ſi adderemus, eſſet medicina calida in tertio gradu, eſſentq; ipſius. 7. octauæ calidæ, & reliqua octaua frigida. Quod ſi octauam partē adderemus calidam, eſſet medicina calida in quarto gradu, eſſet autem tota calida nihil habens in ſe frigiditatis. Huius autem intētio falſa exiſtit, & ſecundum modum experimenti, & ſecundum eum qui contra eum argumentatur, ponens principiū ſuum ſecundum dicta illius, hoc eſt quòd ſi prædictus miſceret medicinam calidam in tertio gradu, cum medicina frigida in eodem gradu, æquaretur medicina, eſſentque in ea tres partes calidæ, & tres frigidæ. Quod ſi par una caliditatis adderetur, eſſet calida in primo gradu, & eſſent eius quatuor partes calidæ, & duæ frigidæ. Eſſent igitur ſecundum hoc primi gradus duæ tertiæ calidæ & una frigida. Ex præmiſsis uero. 5. eius octauæ fuerūt calidę, & tres frigidę, hoc autem impoſsibile eſt. Similiter quoq; ſi pars ſecunda cum prima calida fieret, eſſet medicina in ſecundo gradu eſſētq; eius partes quinq; calidæ, & pars reliqua frigida. ergo ſecūdum hunc modum. 5. ſextæ ſecundi gradus exiſterent calidę & una frigida. Sed in præcedentibus eius tres quartæ fuerunt calidæ, & una frigida. quod omnino contrarium eſt & impoſsibile. Ita etiam ſi pars tertia cum ſecunda & prima calida fiat, erit medicina tota calida nihil in ſe retinens frigiditatis. Sed in præcedentibus oſtenſum fuit, quòd cū pars tertia cum partibus quæ ipſas præcedūt in quarto gradu calida ſit, eius. 7. octauæ exiſtunt calidę & reliqua octaua frigida. Ideoq; intentio hæc manifeſte falſa exiſtit. Non enim oportet ut huius intentionis inuentor aliquid in gradu quarto attendat, quod non æquale in gradu tertio & ſecundo obſeruari poſsit. Poſtquam igitur huius intētionis falſitas manifeſte apparuit, & eius eſt etiam ſentētia manifeſte deſtructa, quòd uirtutem quarti gradus primi quadruplam & tertii triplam primi aſſerebant, ex eo quòd Gal. in receptione medicinæ ſui libri comprobauit, & ex eo q̄ nos declarauimus. Et poſtquam oſtenſum eſt, quòd gradus dupli proportione proportionales exiſtunt, ſcilicet quòd proportio uirtutis gradus primi ad ſecundum, in effectu, eſt ſicut proportio uirtutis gradus ſecundi ad tertium, & proportio uirtutis gradus tertii ad quartum, declarabo nunc quomodo cognitio componendi medicinas ſecundum hanc proportionem quæ omnibus ab his in proportione augmentorū melior exiſtit comprehendi queat.

De compoſitione medicinarum. Capitulum nonum.

DIcam ergo quòd compoſitio medicinarum licet infinitas recipiat ſectiones, in ſex tamen reſtringitur, cum ſub regulis rationis comprehenſa fuerit. Quarum una eſt compoſitio medicinæ calidæ cū alia medicina calida. Et ſecunda compoſitio medicinæ frigidæ cum alia medicina frigida. Et tertia cōpoſitio medicinæ calidæ cum medicina frigida, quarta quoq; compoſitio temperatę cum medicina temperata. quinta etiam compoſitio medicinæ tēperatæ cum medicina calida. Et ſexta cōpoſitio medicinæ temperatæ cum medicina frigida. Compoſitio quoq; medicinæ calidæ cum alia calida tribus fit modis. Vnus eſt, ut ipſa miſceatur medicinæ æque calidæ, ut ipſa eſt. Secundus ut coniungatur medicinæ maioris caliditatis. Tertius ut medicinæ minoris caliditatis coniungatur. Quod ſi compoſitio medicinæ æque caliditatis fiat, non erit in ea caloris augmētum, neq; minuetur ex ea aliquid. Et ſi compoſitio medicinæ fiat ex medicina calida, & alia quę ſit minoris caliditatis erit medicina compoſita minus calida. Sed ſi cōpoſitio medicinæ fiat ex calida, & alia quæ ſit maioris caliditatis, erit medicina compoſita magis calida, neq; minuetur ex ea aliquid, & erit eius caliditas inter augmentum & diminutionem. i. inter caliditatem medicinæ habentis caliditatē cum augmento, & alterius habentis ipſum calorem cū diminutione. Nos itaq; huius quod diximus exemplum ponamus, & hoc eſt q̄ cum nos miſcuerimus duas aquas, quarum unaquæq; ſit bulliens in ſummo, neq; in noſtra permiſtione mora interuenerit, non minuetur ex ea aliquid, ſed remanebūt feruentes utræq;. Si autem aliam minus feruentem cū alia quæ magis feruear commiſcuerimus, augmentabitur caliditas aquæ minus feruentis, propter aquam multum feruentē & minuetur caliditas aquæ multum feruētis, propter aquā minus feruentem. Non eſt tam conueniens ut extimemus medicinam calidam, caliditatem calidioris medicinę cui admiſcetur minuere, propter modum qualitatis minoris caliditatis, ſed propter proprietatē eius quod eſt cum eius minore caliditate ex qualitate frigiditatis. Eodemq; modo frigiditas medicinæ frigidioris minuetur ex eo quòd eſt minus frigida ex qualitate caliditatis, propter hoc etiā in præcedentibus declarauimus frigiditatem cum caliditate primi gradus æquari medierati caliditatis ipſius, & ſic in reliquis gradibus eſt intelligendum, ut ex hoc cognoſcas illud q̄ nomen frigiditatis, comprehendi ex nomine caliditatis. Aut nomen caliditatis ex nomine frigiditatis. Aut nomen humiditatis ex nomine ſiccitatis. Aut nomē ſiccitatis ex nomine humiditatis, quemadmodum in ſequentibus propalabo. Compoſitio uero medicinæ quæ ſit ex frigida medicina cū alia frigida medicina, trib. etiā ſit modis. Vno ut medicina frigida in cōpoſitione iungatur alii medicinæ eiuſdē qualitatis, uel frigiditatis. Non ergo quando fiet cōpoſitio augmentabitur frigiditas, neque minuetur ex ea aliquid, ſecundo uero ut in compoſitione medicina frigida cū alia maioris frigiditatis miſcentur. tertio uero ut in cōpoſitione medicina frigida aliæ minoris frigiditatis adiungatur & augmentatæ frigiditatis ex diminute frigiditate minuetur. erit que medicina cōpoſita inter frigiditatē frigidioris, & frigitatem minus frigidæ. Hoc quod manifeſtum eſt & apparēs ei, qui propoſitū exemplum memoriæ commendauit. Rurſus in compoſitione quæ ſit ex coniunctione quæ eſt medicinæ calidæ cum frigida, unaquæq; qualitatum à ſua minuitur contraria. & rurſus in compoſitione quæ ſit ex commiſtione medicinæ æqualis cum alia æquali erit medicina cōpoſita ex his æqualis. In compoſitione quoq; quæ ſit ex coniūctione medicinæ calidæ cum æquali erit medicina ex his compoſita non æqualis, quia cum æquale in æquali admiſtū fuerit, non erit medicina ex his compoſita æqualis. Hoc. nouerum eſt ex per ſe notis quæ probatione non indigent, & neceſſe eſt ut caliditas medicinæ calidæ minuatur ex eo q̄ declarauimus & hoc eſt quod illud quod eſt minus calidū ex qualitate frigiditatis reprimit caliditatem eius quod eſt magis calidum. Huius autem ſermonis ſumma eſt, quòd cū compoſitio ſit ex commiſtione æqualium cum æqualibus & calidarum cum calidis, & frigidarum cum frigidis eiuſdem. i. cantæ frigiditatis non augmentabitur eorum uirtus neq; minuetur ex eo quod eſt in ea aliquid. Erit ergo temperata aut calida aut frigida. Sed cum compoſitio fiat ex commixtione medicinarum diuerſarum ex augmento & diminutione, aut ex contrarietate, minus ab augmento augebitur, & maius à diminuto minuetur.

Expoſitio cōpoſitionis medicinæ, & renuntiatio cōpoſitionis medicinæ calidæ, cū alia medicina calida.

CCongregabis itaque pondera medicinarum calidarum quæ in gradibus ſunt, & ſeruabis ea, quod etiam in eis ex uirtutibus frigidis reperitur coniunges, & quæ ſit earum denominatio ex numero calidarum ſcies. Nos autem ſæpe in his quæ præceſſerunt diximus, q̄ cum uirtutes frigidæ fuerint quantum medietas calidarum uirtutum, erit medicina ex eis compoſita in primo gradu calida. Et cum uirtutes frigidæ fuerint quantum quarta pars calidarum uirtutum, erit medicina in ſecūdo gradu calida. Et cum fuerint uirtutes frigidæ quantum octaua pars uirtutum calidarum, erit medicina calida in tertio gradu. Et cum fuerint uirtutes frigidæ quantum. 16. uirtutum calidarum,

lidarū, erit medicina calida in quarto gradu. Similiter quoque inuenitur regula medicinarū in quibus frigiditas dominatur, & uni quatuor graduum comparatur. Quod ſi uirtus medicinæ inter duos ex quatuor gradibus fuerit, proportionem eius ex differentia, quæ eſt inter illos duos gradus inueniri ſcias. Eius itaq; quod diximus exemplum ponamus. Et hoc eſt q̄ cū miſcuerimus pondus. 3. i. maſticis (quod in ſecūdo gradu calidum exiſtit) cum pondere. 3. ii. cardamomi quod eſt in primo gradu calidum, multiplicabimus uirtutem caliditatis primi gradus quæ eſt una in. ii. 3. cardamomi, & prouenient inde partes duæ. deinde multiplicabis uirtutem etiam gradus ſecundi quæ eſt duo ſecundum primam regulam in. 3. i. maſticis, & prouenient inde partes duę. Adiunges itaq; duas partes caliditatis cardamomi duabus partibus caliditatis maſticis, & fient quatuor partes calidæ, quas ſeruabis quemadmodum indicaui tibi. Tu autem iam ſciuiſti ex premiſsis quòd partes quę cum ea liditate primi gradus exiſtunt, ſunt quantum medietas partium calidarum. Eſt ergo in illa ex frigiditate pars media cum ad partes calidas cōparata fuerit. Multiplicabis ergo hanc mediam in ponderibus duarum. 3. cardamomi & erit pars integra frigida. Similiter quoq; tu iam ſciuiſti quòd partes calidæ caliditate ſecundi gradus, duplum ſunt primi, & quòd earum quarta eſt frigida, & quòd quarta duorum eſt medietas: Multiplicabis itaq; medietatem in pondere unius. 3. maſticis, & erit medietas frigida. Eam igitur adiungentes parti frigidæ prouenient ex eis pars & medietas partis frigiditatis. Scias itaq; quæ ſit denominatio partis ex mediæ partis frigidæ ex quatuor partibus calidis quas ſciuiſti. Ipſæ autem erunt tres octauæ. Oſtenſum eſt igitur quòd huius medicinæ cōpoſitæ tres octauæ quæ ſunt cum eius partibus calidis, frigidæ ſunt.

Iam autem ſciuiſti quòd frigiditas, quæ eſt cū caliditate primi gradus eſt quantum medietas eius, quòd eſt in illo ex caliditate, & quòd frigiditas quæ attenditur reſpectu caliditatis ſecundi gradus, eſt quantum quarta pars frigiditatis ipſius. Sciuiſti etiam quòd tres octauæ minus ſunt medietate, quæ eſt frigiditas quæ cum caliditate primi gradus reperitur, & plus quàm quarta quæ eſt frigiditas quæ ſecundum caliditatem ſecundi gradus attenditur. Oportet igitur ut medicina hic cuius tres octauæ quæ cum partibus calidis inueniuntur frigidæ ſunt, inter gradum primum & ſecundum exiſtat. Cum ergo uolueris ſcire in quanto gradu calida ſit medicina, ſuperfluitatem qua frigiditas quæ ſecundū primum gradum attenditur, frigiditatem quę cum ſecundo gradu reperitur ſuperat. Scias quæ eſt quarta partis frigidæ, minuaſq; hanc ex tribus octauis quæ frigiditas compoſitæ medicinæ, & remanebit octaua. Deinde ſcies, quæ ſit denominatio eius ex quarta quæ eſt ſuperfluitas quæ inter duos gradus inuenitur. inueniesq; ipſam eſſe medietatem. Ex hac quoq; medietate caliditas ſecundi gradus reprimetur. Minuas itaq; hanc denominationem gradu ſecundo & erit medicina compoſita in medio ſecundi gradus calida. Et hoc eſt quod demonſtrare uolumus. Regula quoq; quæ in compoſitione medicinæ frigidæ cum medicina frigida attenditur. Similiter erit denominatio compoſitionis calidæ cum frigida. Virtutes ponderum medicinarum calidarum quæ in gradibus attendūtur aggregabis, & quòd cum eis eſt ex uirtutibus frigidis adunabis, & unumquodq; eorum per ſe ſeparatim ſeruabis. Virtutes quoq; ponderum frigidarum, quæ in gradibus attenduntur, & quod cum eis eſt ex uirtutibus congregabis, demum uirtutes calidas uirtutibus calidis adiunges, & uirtutes frigidas uirtutibus frigidis. Si enim uirtutes calidæ cum frigidis alterentur, medicina compoſita in caliditate & frigiditate erit æqualis. Quod ſi uirtutes calidæ frigidis plures fuerint, ſcies denominationem uirtutum frigidarum ex eis, & facies ſicut præmiſimus, frigidæ quoq; uirtutes ſi calidis plures extiterint, quæ ſit uirtutum calidarum denominatio ex eis denotabis, & facies, ſicut præmiſſum eſt. Compoſitio autem medicinę æqualis cum æquali, eſt ſicut diximus uidelicet quòd medicina compoſita ex eis erit æqualis.

NArratio autem compoſitionis æqualis cum medicina calida uirtutes ponderum medicinarum æqualiū, caliditas & frigiditas, unumquodq; ualet genus, per ſe aggregabis. Virtutes quoq; medicinarum calidarum, & quod cum eis eſt ex uirtutibus frigidis ſimiliter cōgregabis, demum uirtutes calidas calidis, & frigidas frigidis adiunges. Et uirtutes frigidas ex calidis denominabis, & facies ut præmiſſum eſt. Cuius exemplum eſt, ut miſceamus mannę. 3. i. cum cardamomi. 3. i. Et cum iam ſciuiſti, quòd illud qđ ex caliditate in medicina æquali cōtinetur, eſt quantū eſt in ipſa ex frigiditate, & quia hoc eſt ita, medietas ergo eius eſt calida, & alia medietas frigida. Quod igitur ſm hoc in ipſa eſt ex caliditate, eſt pars media, & qđ ex frigiditate pars media. Quod ſi poneremus q̄ in ea continetur ex caliditate partem, & frigiditate partem, & gradus reliquos ſecundum hunc ordinem ſtatueremus ſcilicet proportionem dupli proportionales conuenies eſſet. Sed quia caliditas primi gradus & ipſius frigiditas in primis partibus continentur, quæ ſenſui manifeſte occurrunt, melius eſt, ut quod in æquali ex caliditate continetur & ex frigiditate: ponatur pars media calida & media frigida. Accipies itaq; pro. 3. cardamomi partem. i. calidā, & mediā partē frigidā, propter hoc quod demonſtrauimus. Pro. 3. quoque mannę ſumes mediā pārtem calidā et frigidam, coniunges deinde partes calidas duarum medicinarū, & proueniēt ex eis pars, & partis medietas calidæ, partis quoq; duarū frigidarū medicinarū aggregabis, & proueniet ex eis pars una frigida. Scies itaq; quæ ſit denominatio partis ex parte, & media, & erit duæ tertiæ. Scies igitur q̄ huius cōpoſitæ medicinę duę tertiæ quo ad calidas frigidæ ſunt. Oportet ergo ut hmōi medicina compoſita æquali ſit calidior, eo quòd calor qui eſt in æquali eſt quantum ipſius frigiditas.

Scies itaq; differentiā quæ eſt inter æquale, & gradū primū ſm frigiditatē, & hoc eſt medietas. Minue igitur eā ex duabus tertiis, & remanebit ſexta. Deinde ſcies quę ſit eius denominatio ex differentia quæ eſt inter æquale & gradum primū & inuenies tertiam. Ex hac ergo denominatione calida primi gradus fuit repreſſa. Ideoq; medicinæ caliditas, erit in duabus tertijs gradus primi. Et hæc eſt regula quæ obſeruanda eſt in compoſitione medicinæ æqualis cum frigida. Illud præterea quod tibi patefeci in uirtutibus caliditatis & frigidis, ex me intellige, quia in humidis & ſiccis idem obſeruatur, & ſimiliter in reſiduo eius totius quod in hoc libro continetur, ex intentione caliditatis & frigiditatis.

Exemplum componendi medicinam.

Medicinæ	pōdera	caſitatis	friditatis	ſiccitatis	humi.
Cardamomi	3. i.	pars. i.	pars. s.	pars. i.	ps. s.
Zuccari	3. ij.	partes. ij.	pars. i.	partes. ij.	ps. i.
Indi	3. i.	pars. s.	pars. i.	pars. i	ps. s.
Emblici	3. ij.	pars. i.	partes. ij.	partes. ij.	ps. i.

Congregabis itaq; partes calidas, & erunt quatuor, & media. Partes quoque frigidas colliges, & erunt quatuor & media, & ſiccæ erunt. 6. & humidæ erūt tres. poſtea ſcies quæ ſit frigidarum partium denominatio ex calidis, ipſa uero ſunt totidem quot & illæ. Cum igitur æquales ſint, medicina compoſita in caliditate & frigiditate erit temperata. Deinde ſcies denominationem partium humidarum ex ſiccis, quæ eſt earum medietas. Et quia ſicca eſt medicina, erit ſicca in primo gradu, & in caliditate & frigiditate erit æqualis.

Exemplum compoſitionis alterius medicinæ.

Medicinæ	pōdera	caſitatis	friditatis	ſiccitatis	humi.
Maſticis	3. i.	partes. ij.	pars. s.	partes. ij.	ps. s.
Cardamomi	3. ij.	partes. ij.	pars. i.	pars.	ps. i.

Partes

DArtes calidas adunabis, quæ erant quatuor, frigidæ autem cum collectæ fuerint, erit pars.i.&.s. & siccæ erunt quatuor, humidæ quoque erant pars una, & dimidia. Deinde scies denominationem partium frigidarum ex calidis, ex qua proueniunt.3.8. Tres autem.8.minus sunt medietate, quæ est frigiditas primi gradus, & plusquam quarta, quæ est frigiditas secundi gradus. Erit ergo caliditas huius medicinæ compositæ addens supra caliditatem gradus primi, quia est plus duplo frigiditatis medicinæ cõpositæ. Scias itaque superfluitatem frigiditatis, quæ est inter gradum primum, & secundum quæ est quarta. quam postquàm minueris ex tribus octauis remanebit.8.Scias ergo denominationem eius ex quarta, quæ est duorum gradum differẽtia, & inuenies eam medietatem. Est itaque ex hoc situm frigiditatis huius medicinæ supra frigiditatem gradus secundi, per quantitatem medietatis auctam fore. Ex hoc igitur consequitur caliditatem gradus secundi esse minoratam secundum quantitatem suæ medietatis. Quantitas autem augmenti frigiditatis medicinæ supra frigiditatem gradus tanta est, quanta est diminutio suæ caliditatis, cuius rei probatio est, quia si frigiditas gradus secundi augmentaretur secundum quantitatem frigiditatis, quæ est in gradu.2.reprimerẽtur caliditas ipsius gradus, & descenderet ad gradum primum. Quod similiter erit obseruandum in reliquis gradibus. Iam igitur manifestum fuit mensuram augmenti frigiditatis medicinę supra frigiditatem gradus mensuræ diminutionis caliditatis eiusdem gradus æquari. Vnde cum medietas caliditatis gradus secundi in prædicta medicina sit diminuta, relinquitur ut sit ipsius caliditas, medietas caliditatis gradus secundi. ut si manus facies secundum hoc, quòd præcesserit in superfluitate, quæ inter gradum primum & secundum inuenitur, hoc tamen leuius est, & manifestius apparet probatio eius operationis.

Medicinæ	põdera	caſitatis	frídita.	ſiccita.	humidita.
Masticis	3.ii.	partes.ij.	pars.s.	ptes.ij.	pars.s.
Acori	3.i.	pars.i.	par.iiij.	pars.i.	par.iiij.
Balaustiæ	3.i.	par.iiij.	pars.i.	pars.i.	par.iiij.
Armel	3.i.	partes.ij.	par.iiij.	par.ij.	par.iiij.
Emblici	3.i.	par.iiij.	pars.s.	pars.s.	par.iiij.
Nigellæ	3.ij.	partes.ij.	pars.s.	par.iiij.	pars.s.
Euphorbij.	3.i.	par.iiij.	par.iiij.	par.iiij.	par.iiij.
Nasturcij	3.i.	par.iiij.	par.iiij.	par.iiij.	par.iiij.
Medicinæ.	põdera	caſitatis	frídita.	ſiccita.	humidita.
Masticis	3.ii.	par.iiij.	pars.i.	par.iiij.	par.i.
Acori	3.i.	partes.ii.	pars.s.	ptes.ij.	pars.s.
Balaustiæ	3.i.	pars.s.	ptes.ii.	ptes.ij.	pars.s.
Armel.	3.i.	par.iiij.	pars.s.	par.iiij.	pars.s.
Emblici	3.i.	pars.s.	pars.i.	pars.i.	pars.i.
Nigellę	3.ii.	partes.8.	pars.i.	ptes.8.	pars.i.
Euphorbij.	3.i.	partes.8.	pars.s.	ptes.8.	pars.s.
Nasturcii	3.i.	partes.8.	pars.s.	ptes.8.	pars.s.
Mellis.	3.i.	ptes.cc.	ptes.l.	par.cc.	partes.l.

HVius itaque medicinæ partes frigidæ si ex calidis denominẽtur: erunt ipsarum quinta. Quinta uero minor est quarta, quę est quantitas frigiditatis gradus secundi, & maior.8.quæ est frigiditas gradus tertii. Qua propter considerandum est, quòd si augmentum quintæ supra octauam, & inuenitur esse trium quartarum decimæ, cuius denominabis, ergo eas ex octaua, & erunt tres. 5. Minuetur itaque tres quintæ à gradu.3.& remanebit medicina calida in duabus quintis, gradus tertii. Quod si hæc medicina ex centum.3.mellis conficiatur, erunt secundum hunc numerum, & hoc pondere. Erit enim ipsius frigiditas minor quarta per quantitatem unius partis & trium quartarum partis unius, quod est ualde paruum. Oportet igitur, ut huius medicinæ caliditatis secundi gradus caliditate sit maior secundum paruam quantitatem, uidelicet partis, & trium quartarum unius partis. Directio siue rectificatio graduum unius, videlicet ex contrarietate, quæ est in alio. Gradus itaque quarti caliditatis atque frigiditatis a suis cõtrariis, quæ in aliis sunt gradibus, rectificantur ab his.ſ.quę sunt in gradu.3.ex quantitate dupli, & septimæ unius, & ab his, quæ sunt in gradu.2. ex quincuplo. ab his quoque, quæ sunt in primo gradu ex quindecuplo. Gradus itaque tertii caliditatis & frigiditatis a suis contrariis rectificantur, quę in aliis sunt gradibus, ab his v3, quę sunt in.2.ex duplo, & tertia & ab his, quæ supra ipsum ex septuplo.

Gradus quoq; secundi caliditas & frigiditas rectificatur a suis contrariis, quæ sunt in primo ex triplo. Rectificatio uero hic, temperamentum intelligitur. Intenditur.n.ut caliditas frigiditate temperetur, aut frigiditas caliditate, & sic in aliis. Ideo æquale nullum temperat ex gradibus cum ipsius caliditas quarta sit ipsius frigiditatis. Vnde cum medicina componetur ex æquali, & non æquali, nunquam erit æqualis. Scias ergo hoc. Compositio quarti gradus cum suo contrario, quod est in tertio, ut ab eo tẽperetur. huius itaque compositæ medicinæ partes.9.calidæ, & media septima frigidæ similiter.9.& media septima.

Medicina	pondera	caliditas	frigiditas
Piperis	3.i.	partes.8.	pars.s.
Hypocysthis	3.ii.&.7.	ps.i.&.s.7.	partes.8.&.4.7.

Compositio gradus.4.cum eo, quod ex suo contrario mi nuitur in.2.ut temperetur, huius quoq; medicinæ partes calidæ sunt.10.& media, & frigidæ similiter.10.& media.

Medicinę	põdera	caliditas	frigiditas
Piperis	3.i.	partes.8.	pars.s.
Balaustiæ	3.s.	ptes.3.&.s.	partes.10.

Compositio gradus.4.cum eo, quod est in primo ex suo contrario, ut temperetur. huius itidem medicinæ partes calidæ sunt.15.& media, & frigidæ.15.& media.

Medicinæ	pondera	caliditas	frigiditas
Piperis	3.i.	partes.8.	pars.s.
Violarum	3.15.	ptes.7.&.s.	partes.15.

Compositio gradus.3.cum eo, quod in secundo gradu inuenitur ex suo contrario, ut temperetur. huius similiter medicinæ partes calidæ sunt.5.& sexta, & frigidæ.5.& 6.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis
Assari	3.i.	partes.4.	pars.s.
Arnoglossæ	3.ii.&.iii.	pars.i.&.6.	partes.4.&.2.3.

Compositio gradus.3.cum eo, quod ex suo contrario in primo gradu existit. ut temperetur. huius etiam medicinæ compositæ partes calidæ sunt.7.& media, & frigidæ.7.& media.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis
Galangæ	3.i.	partes.4.	pars.s.
Mirabol.	3.7.	ptes.3.&.s.	partes.iii.

Compositio gradus.2.cum eo, quod ex suo contrario in primo reperitur, ut temperetur. huius similiter medicinæ compositæ partes calidæ sunt tres & media, & frigidæ tres, & media.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis
Ambræ	3.i.	partes.ii.	pars media
Bellirici.	3.iii.	pars.i.&.s.	partes.iii.

Explicit lib. Alchindi de gradibus compositarum medicinarum.

Medicinæ

Medicinæ Galeni compositio, quam secundum Andromachum edidit, in octaua parte libri.x.tractatuum.

Mansiones	medicinę	potentia
Frigida, & sicca in.2.gradu.	arnoglos-sa	partes.6.
Calefacit, & sicat in.2.gradu.	masticis	partes.3.
Calefacit, & siccat in.2.gradu.	myrrhæ	pars.i.
Calefacit & desiccat i.2. grad.	mentæ	pars.i.

Caliditatis	friditatis	humiditatis	ficcitatis
pars.i.	ptes.4.	pars.i.	partes.iiii.
ps.i.&.3.partis	partis.3.	5.vni⁹ partis.	ps.i.&.3.p.vni⁹.
partis.3.duæ	partis.6.	partis sexta	partis.3.duæ.
partis.3.duæ	partis.6.	partis sexta	partis.3.duæ.

Receptio huius medicinæ, quæ in libro Gal.de.x.tractatibus continetur, in quo secundum auctoritate Andromachi scribit in tractatu, uidelicet.8. cuius etiam Alchindus auctoritatem induxit quartum gradum esse primi quadruplum, & tertium primi triplum Galeni uerba erronea erũt, & erit medicina stomacho nociua propter multitudinem calidarum partium. Scias ergo hoc, q in principio libri quædam præposita fuit figura, in qua numeri proportionales quasi confuse dispositi sunt. Ideo in hoc loco ad maiorem expressionem hanc subiecimus tabulam: ut quod ibi dicitur, distincte intelligatur de partibus graduum. Sciendum est, q siquis subtiliter uoluerit attendere remissæ qualitatis augmentum, & intense remissioné, inueniet eas certissime. Caueat tamen ne unquam eas æquales reddat. Non enim essent ter in gradu.

Quartus adæquatur cum primus quindecuplatur.
Alter, ut æquetur cum quarto quincuplicetur.
Septima donetur duplo sic ternus habetur.
Tertius æquatur cum primus septiplicatur.
Alter, ut æquetur sibi duplo tertia detur.
Altera adæquatur cum primus subtiplicatur.

	.1.	.1.	.1.	
	.1.	.2.	.4.	
	.2.	.3.	.4.	
	.3.	.5.	.7.	
	.2.	.5.	.11.	
	.3.	.8.	.18.	

Alchindi libellus de gradibus medicinarum explicit.

Explicit opus Ioannis Mesuæ cum aliis autoribus ad eandem rem pertinentibus.

REGISTRVM

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll
Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

Quaterniones sunt omnes, præter NN OO terniones.

Tabulæ regiſtrum per ſe patet.

VENETIIS
Apud Vincentium Valgriſium.
M D LXI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALICANTE